BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
164
K
5-6
NAPOLI

[illegible]

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI OPERA,

AD MANUSCRIPTOS CODICES VATICANOS, Gallicanos, Belgicos, &c. nec-non ad editiones veteres emendata,

STUDIO ET LABORE MONACHORUM Ordinis S. Benedicti, è Congregatione S. Mauri.

TOMUS PRIMUS.



PARISIIS,
Typis & Sumtibus JOHANNIS BAPTISTÆ COIGNARD, Regis Typographi, ac Bibliopolæ ordinarii, viâ S. Jacobi, ſub Bibliis aureis.

MDCLXXXVI.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ MAJESTATIS.



ILLUSTRISSIMO ECCLESIÆ PRINCIPI D. D.

FRANCISCO DE HARLAY

ARCHIEPISCOPO PARISIENSI,

REGIORUM ORDINUM COMMENDATORI,

DUCI AC PARI FRANCIÆ,

SORBONÆ ET NAVARRÆ PROVISORI, &c.

PERFECTIS *quam potuimus accuratiſſime, quæ in adornanda hac operum Ambroſianorum editione exſpectare viſus es*, ILLUSTRISSIME ECCLESIÆ PRINCEPS, *ea res ad ſupremum decus ſola reſtabat, ut frontem operis ſplendore clariſſimi alicujus nominis illuſtraremus, qui totum opus luce ſua perfunderet, adſciſceremuſque patronum qui pro ſua humanitate vellet*,

pro ſua authoritate poſſet vim & impetum obtrectatorum amoliri. Tu nobis illico occurrebas in quo quæ vel ad ſecuritatem vel ornamentum valere poſſunt, miro fulgore univerſa emicant; & quo nemo alter aut gloria clarior, aut authoritate gravior, aut quæ imprimis allexit, humanitate facilior inveniretur.

Neque enim, quod proclive factu fuerat, Harleæ hic familiæ dignitas ex ultima antiquitate repetenda, maximis Europæ Principibus jam olim licet affinitate & conſanguinitate conjunctæ, ſummorumque virorum ſemper feracis, quorum in præcipuis Eccleſiæ & Reipublicæ muneribus virtus mirabiliter enituit: Tu enim omnium ornamenta in te complexus & præcipuum familiæ tuæ decus, aliis potius ſplendorem tuum affundis, quam aliunde dignitatis quidquam amplitudiniſque in te refundatur.

Apertus hîc ingens immenſuſque campus ad excurrendum in laudes ingenii excelſi, ſubtilis, acris; acuti ad excogitandum, maturi ad judicandum, ad explicandum facilis, ad memoriam firmi atque diuturni, eò tibi conceſſi divinitùs, ut par ad maxima quæque fores, quibus à propitio Gallis Numine deſtinabaris. Commoda nihilominus occaſio præclaræ tuæ eruditionis & doctrinæ prædicandæ, cui nihil in hiſtoria incompertum, in dogmatibus arduum, in juribus anceps ambiguumve, obſcurum nihil in factis, quamque nihil aut effugiat aut fallat.

At certe rerum à te geſtarum, PRÆSUL ILLUSTRISSIME, *celebratiſſima fama longe ſplendidius emicat. Vidit olim te tua tum Rothomagus jam inde à primis annis, quibus fauſte fortunateque ſacram Præſulis & Primatis inuicti dignitatem patruo tuo Viro & pietate & doctrina, & paſtorali labore immortalitatem memoriæ promerito ſucceſſor datus, in tuis publicis concionibus privatiſque collocutionibus, quàm promta*

& extemporali tàm felici eloquentia, ſanctiſſima quæque infundentem auditoribus, reconditiſſima eruentem, obſcuriſſima illuſtrantem, intricatiſſima non minus erudite quam dilucide reſerantem. Audiverunt & te tui Pariſii; audiverunt advenæ frequentiſſimi illuc confluentes; audivimus & nos obſtupuimuſque vehementer, cùm in doctiſſimis quæ publice tuis in ædibus habebantur diſceptationibus de moribus, de fide, de diſciplina, tantum exhiberes prudentiæ in declinandis duobus ſcopulis, ad quos fere ceteri omnes alliduntur, intenſiore ſcilicet ſeveritate, vel remiſſiore indulgentia, rerumque pondus & dicendi vim ſic eloquentiæ lepore temperares; ut pronis auribus excepta veritas omnium ſibi conciliaret aſſenſum, & nulli quantumvis contumaci aut liceret, aut liberet refragari.

His gloriæ tuæ fontibus novus & ille largior clariorque lucis rivus accedit, quod in auguſtiſſimis Cleri Gallicani conceſſibus, cum tu infulatorum Patrum, aliorumque ex toto imperio ſelectorum Comitiis ex omnium voto de more præſideres, Eccleſiæ & religioni tanto ſtudio conſuluiſti; agenda tam ſapienti arte digeſſiſti, ut nullus non intelligat, nuſquam feliciori conſenſu imperium cum ſacerdotio, ſacerdotium cum imperio conſpiraſſe, quam te ſacerdotii Præſide; LUDOVICO MAGNO *moderatore imperii: nempe Magnus Harlæus Cleri Præſes regum maximo debebatur; Magno Harlæo Cleri Præſidi, abſit verbo invidia,* LUDOVICUS; *Ambo communi ſacerdotii & imperii cùm felicitati tùm gloriæ.*

Hæc ut peculiaria & rara ad laudem ſunt, ita ſumma; neque enim ad laudem commendationemque Nominis accidere ulli quidquam glorioſius poteſt, quam ſi LUDOVICO *Regi poſt memoriam hominum ſapientiſſimo probetur. Porro ſibi probatum, & quidem abunde quo potuit luculentiori clariorive teſtimonio palam facere* LUDOVICUS ipſe largus fons luminis ſol; *quam cùm ad Primariæ Galliarum urbis ſedem è* *Lucret. lib. 5.*

Metropolitana Neuſtriæ tranſlatum voluit ; ad arctiorem ſacratioris Conſiſtorii ſocietatem adſumſit ; ad frequentiſſimam comitatus & colloquii arcani conſuetudinem advocavit? Quibus in omnibus non tam præmia meritorum quam merita ipſa miramur.

Illa ſunt, ILLUSTRISSIME ECCLESIÆ PRINCEPS, *propter quæ noſtro huic licet non tenui , tamen ex conditione noſtra ſubobſcuro labori te tutorem imò patrem , lumen & columen advocamus ; confiſi magnum , ſi favens ſuſceperis , illius pretium , magnamque exiſtimationem apud omnes fore , qui comprobatione tua , tuique Nominis inſcriptione quadam velut face prævia illuſtrati , infinitos propemodum Ambroſii locos priſtinæ ſuæ integritati reſtitutos & reparatos gratulabuntur.*

Nec certè timendum nobis , dubitandumve fuit ne non ſatis humaniter à te maximo Præſule occupatiſſimoque exciperemur: occupato , ſcimus , tibi occurrunt omnes , at nullus impedito , qui ad multo plura pleniſſime ſufficias : aperit alioquin tuas fores & ad palatii tui limina invitat inimitabilis affabilitatis gratia & comitas , quâ cujuſlibet ordinis , & conditionis homines ſic excipis , ut nemo à te dimiſſus unquam fuerit , niſi quadam jucunditate atque ſolatio perfuſus , & vel humillimæ ſortis hominibus audacem accedendi & obtinendi fiduciam inſpires. Tua eſt illa ſingularis aut dos aut virtus , aut dotum virtutumque non tam una , quam longe ſuaviſſimum omnium condimentum , quæ te non priùs oculis exhibeat , quam animis præpotenti quadam virtute reddat imperantem : illa eſt quæ nos ſecuros eſſe jubet , efficitque ut quod operi noſtro decus & patrocinium volumus , id à te expectemus , quod ut tam certò tamque confidenter ſperare , & noſtro quaſi jure repoſcere audeamus , præter humaniſſimum illum animum tuum , faciunt inſuper & ſumma authoris dignitas , & eximia excellentis

hujuſce operis authoritas , & mira quædam opportunitas temporis.

Ambroſius eſt quem tibi redivivum ſiſtimus, ARCHIPRÆSUL MAXIME, *quod ſi nondum ea cura , iis excultum vigiliis , ea tota forma totaque majeſtate ſpectabilem qua ſemetipſe olim exhibuit Valentinianis , Gratianis , Theodoſiis Auguſtis ; Ambroſius tamen eſt integritati & nitori priſtinis , quo valuimus ſtudio reſtitutus. Quas porro ædes Archiepiſcopum Eccleſiaſticæ diſciplinæ tenaciſſimum adire prius oportebat , quam Archiepiſcopales ? Quem ante omnes convenire congruebat Doctorem Eccleſiæ celeberrimum , niſi meritiſſimum ſapientiſſimæ Sorbonæ , eruditiſſimæque Navarræ Proviſorem , & ipſum doctorem eximium in Eccleſia Dei ? Quem denique lubentius alloquio ſuo dignaretur Orator vere* ἀμβρόσιος, *quam te cujus ex ore docentis exundat ambroſia ?*

At verò quam à te gratiam reportaturos nos illo ſic præeunte non ſperemus , obſervantiſſimos præſertim Tui , qui ipſi vidimus , cùm difficultas annonæ , hyemiſque inclementia ex æquo ſævirent , pauperrimos quoſque in Archiepiſcopales ædes turmatim irruentes , ſolâ miſeriâ duce , perquam amanter exceptos , per quam humaniter refectos , minus tamen donis ipſis tuis , quam eâ quæ tibi propria eſt donandi ac demerendi ratione recreatos ? Vel eo ſolo noſtrum , crede nobis , ad te Ambroſium allexiſſes , qui cùm ipſe pater pauperum ſtudioſiſſimus , ſacra etiam vaſa frangere & conflare , ut eorum inopiæ difficillimo tempore ſuccurreret , minimè dubitarit : non amare ſingulariter non poteſt , quem viderit regia hac charitatis via ſuis inhærentem veſtigiis , ſua exempla renovantem.

Et iſtud ad te feſtinantibus opportuniſſimum , ANTISTES ILLUSTRISSIME , *quod ipſa Ambroſianorum operum ratio citò jam ultroque currentes exſtimulet : divina nimirum doctrina* quæ , *ut digni tanto magiſtro Auguſtini utamur verbis ,* de *Confeſſ. lib. 6. c. 3.*

tam ſancto oraculo, pectore illius *emanavit. Quâ quidem ut nullum ad curanda corruptæ Ethices vulnera remedium præſentius, ſic nullum ad propellendum hæreſeos & ſchiſmatis venenum, efficacius; nullum quo promtius certiuſque curentur, coeant & conſolidentur redeuntium ad ſanam fidem vulnera & cicatrices; nullum quo plenius & perfectius adusque intimos pietatis Chriſtianæ ſenſus Catholici cùm antiqui tum Neophyti convaleſcant.*

Summæ tuæ ſapientiæ conſultiſſimique Zeli fuit quod è manibus hæreticorum arma, id eſt, pernicioſiſſimos omnes quibus ſibi ipſis necem inferebant, libros auferendos prudentiſſime providiſti. Nec fuit tibi ſatis ipſo cum Ambroſio dixiſſe: Legimus ne legantur; *illiſque venenata pocula, amœnâ quadam ſuavitatis ſpecie & quaſi mellis ſtillicidio hominibus ægrotis, ſuumque morbum adamantibus blandientia eripuiſſe: niſi inſuper iiſdem amicâ manu porrigeres divinos, aliosque pios libros, quibus poſſent tamquam ex alveo quodam ſaluberrimo pleniſſimam haurire ſanitatem. Ecce igitur votis tuis Ambroſius adjutor & fautor accurrit, ſine quo invalida ferè quælibet debiliſque medicina. Ecce illimem & limpidiſſimum aquæ vivæ fontem, qui de ſalutari monte Chriſto profluens exſilit in vitam æternam, ut lætificet civitatem Dei; & epotus ſanet omne genus languentium & ægrotorum: fontem ex cujus venâ ut haurire poſſent ſapientiſſimi potentiſſimique Perſarum, de remotiſſimis Orientis finibus ſitibundi olim accurrerunt; quique vel paucis guttulis perfectam fidei ſanitatem Regi, Reginæ, Gentique Marcomannorum inſtillavit. Ecce denique ſtrenuiſſimum, invictumque adverſus Religionis & Eccleſiæ hoſtes ſacri Verbi Ducem, aſſuetum victoriis; qui inſtructiſſimam Panopliam offert, in quâ ille quem toti Galliæ collegiſti & formaſti Operariorum Evangelicorum exercitus cuilibet & ſingulis inveniat habeatque æternæ*

Expoſ. in Luc. lib. 1. pag. 1265.

ſalutis

ſalutis galeam, fidei ſcutum inexpugnabile, ancipitem divini Verbi gladium, Et quidquid habent telorum armamentaria cæli. Juvenal. ſat. 13.

Sed quorſum iſta de Evangelico etiamnum ad bellum apparatu? Potitur jam Eccleſia belli ſucceſſu: pacem ac tranquillitatem nobis reduxit ejuſmodi victoria, quæ ut tota victis ad utilitatem, ſic tibi ex multo maxima parte ad gloriam ceſſit. Plurimum tamen contuliſſe ceteros Eccleſiæ Proceres, & pro ſua quemque pietate ac vigilantia ſtrenuè gnaviterque laboraſſe fatendum eſt: ſed quis te inter illos primas egiſſe vel invidus neget, quem non ignoret illis omnibus pro tua omnium Eccleſiarum amicâ ſollicitudine idoneos operi tanto viros tuâ informatos doctrinâ, tuis ſtudiis & laboribus excultos amantiſſime ſubminiſtraſſe, quod nemo alius; quem ſciat propenſiſſimam alioquin Chriſtianiſſimi Regis ad opitulandum ſubditorum ſaluti voluntatem, mirum ſanè quo ardore, quâ pietate magis ac magis accendiſſe, quod vix alter; quem demum conſideret indefeſſo labore, omnique arte magiſtrâ, tam felici exitu manum pio operi frequentiſsimam admovere, ut bene multos diebus ſingulis ad ejurandos errores admittas, nec non inaudita facilitate, atque affectu totum te devoveas effundaſque convertendis, excipiendis, inſtituendis, adjuvandis?

Hæc dum dicimus, abſit ut immenſæ Regis religioſiſsimi gloriæ quidquam velimus eſſe detractum. Totum illius eſt quod Eccleſia noſtra vicit. At Reges imperando, Principes Eccleſiæ perſuadendo cùm vincant, nihil eſt quod Regis gloriæ detractum quidquam aut imminutum ad tuam commendandam, cenſeat aliquis aut doleat; cùm utraque ſit in ſuo quæque genere ſumma. Quod Cæſaris, Cæſari; Tibi modo, ILLUSTRISSIME ECCLESIÆ PRINCEPS, *quod tuùm eſt in tanto hoc opere tota Gallia gratulatur; quamquam & in ipſa Cæſaris parte, tibi qui Dux & Par Franciæ es, quod ſub*

Rege Optimo Maximo adminiſtris fidiſsimis poteſt, cenſemus eſſe quoque gratulandum. Probè ſcit Imperator omnium longè perſpicaciſsimus, ut illud beatiſsimum in Principatu, facere quod libuerit; ita iſtud miſerrimum eſſe, nolle ſibi ſuggeri quod debuerit: qua æquiſſima modeſtiſsimaque ſua mente ſecretioribus ſuis Conſiliis digniſſimos quoſque accenſet, in quos proinde nonnulla Regiæ gloriæ portio Conſilii nomine meritò derivetur. Inde fit ut qui profligatum hæreſeos monſtrum Regibus ipſis paulo ante non mediocriter formidandum ſtupent, miranturque in tanto regno, tam brevi intervallo temporis, feliciter & ſine ulla cæde penitus exſtinctum; te in partem tantæ laudis evocent, non ut divinum modò, ſed ut Regium etiam adminiſtrum, quem norunt initi tam ingentis & ſupra fidem poſterorum ardui propoſiti, Conſiliarium & authorem fuiſſe à Rege præcipuum.

Commode opportuneque feſtis eam ob rem omnium vocibus, & congeminatis plauſibus publicis Ambroſius advenit Chori *Hexaem. lib. 3. c. 9.* *noſtri dux; cujus ore & lætius & dignius accinatur:* Factus eſt unus populus, ex hæreticis.... repleta eſt Eccleſia; *Expoſ. in Luc. lib. 9. cap. 20.* *& non ſine maxima voluptate hoc ſubjungatur:* Sedata tempeſtas eſt, concordia navigat, fides ſpirat, certatim nautæ repetunt fidei quos reliquêre portus, & dulcia patriis oſcula littoribus figunt, liberatos ſe periculis, abſolutos erroribus gratulantes: *quique Tibi totique Clero Gallicano ſuppeditet & ſuggerat iſtas ad* LUDOVICUM MAGNUM *voces, antiquæ adverſus hæreſim diſciplinæ* *Epiſt. ad Grat. Imp.* *teſtes & novi interpretes gaudii:* Reddidiſti mihi quietem Eccleſiæ, perfidorum ora, atque utinam corda, clauſiſti: & hoc non minore fidei quam poteſtatis auctoritate.

Felices nos fortunatoſque, ILLUSTRISSIME ECCLESIÆ PRINCEPS, *ſi non ſecus atque operibus ſuis Ambroſius in*

muſæo tuo locum obtinuit, ita quem nobis ipſorum emendatoribus in animo tuo conceſſiſti, diutiſſime conſervet in dies magis intimum & auctiorem: Felices, ſi noſtris votis & precibus annuens Præſul ſanctiſſimus Religioni, Eccleſiæ, Galliæ, nobis & omnibus te diutiſſime ſalvum & incolumem à Deo comprecetur atque impetret: Felices denique, ſi qui noſtræ erga te obſervantiæ teſtis eſt veraciſſimus Eccleſiæ Doctor, à Te etiam Obſes ſuſcipiatur & fide-juſſor devinctiſſimæ voluntatis quâ ſumus

CELSITUDINI TUÆ

Addictiſſimi & obſequentiſſimi
MONACHI BENEDICTINI
Congregationis S. MAURI.

ELENCHUS OPERUM SANCTI AMBROSII

Mediolanenſis Epiſcopi, quæ in hoc tomo continentur, ubi & tempus quo ſingula quæque ſcripta ſunt, deſignatur.

Hexaemeron libri ſex, ſcripti circ. annum 389.	pagina 1
De Paradiſo liber unus, ſcript. circ. an. 375.	pag. 145
De Cain & Abel libri duo, ſcript. circ. an. 375.	pag. 183
De Noe & Arca liber unus, ſcript. circ. an. 379.	pag. 227
De Abraham libri duo, ſcript. circ. an. 387.	pag. 281
De Iſaac & Anima liber unus, ſcript. circ. an. 387.	pag. 355
De Bono Mortis liber unus, ſcript. circ. an. 387.	pag. 389
De Fuga Sæculi liber unus, ſcript. circ. an. 387.	pag. 417
De Jacob & Vita beata libri duo, ſcript. circ. an. 387.	pag. 443
De Joſeph Patriarcha liber unus, ſcript. circ. an. 387.	pag. 483
De Benedictionibus Patriarcharum liber unus, ſcript. an. 387.	pag. 513
De Elia & Jejunio liber unus, ſcript. circ. an. 390.	pag. 535
De Nabuthe Jezraelita liber unus, ſcript. forte circ. an. 395.	pag. 565
De Tobia liber unus, ſcript. circ. an. 377.	pag. 591
De Interpellatione Job & David libri quatuor, ſcript. forte circ. an. 383.	pag. 625.
Apologia Prophetæ David ſcript. forte circ. an. 384.	pag. 675
Apologia altera Prophetæ David.	pag. 707
Enarrationes in Pſalmos XII. quorum prior non ultra annum 390. *quinque ſequentes non niſi poſt* VIII. *Idus Sept. anni* 393. *ſcriptæ ſunt; in Pſalmum vero* 43. *anno* 397. *Quatuor ultimæ circ. annum* 390.	pag. 737
Expoſitio in Pſalmum CXVIII. ſcript. circ. an. 386.	pag. 971
Expoſitio Evangelii ſecundum Lucam libris X. comprehenſa, ſcript. non ante annum 386.	pag. 1261

PRÆFATIO.

CUM novâ curâ nec minimo labore purgatas Ambroſii commentationes exhibemus, nihil neceſſe nobis fuerit catholici lectoris animum, ut ei noſtram hanc editionem commendemus, affectatis Auctoris operumve ipſius laudibus pellicere. Quis enim eorum, qui vel primoribus labris eccleſiaſticam delibaverint hiſtoriam, inficiaturus eſt omnia in Ambroſio maxima exſtitiſſe ac plane ſingularia? Sane quidem in confeſſo eſt illius ad epiſcopatum vocationem, in epiſcopatu ſollicitudinem atque conſtantiam, in omni vita integritatem, humanitatem, religionem, aliaſque virtutes ſplendore fulſiſſe non uſitato; ſolaque illius magnanimitate adeo perculſum fuiſſe Theodoſium Magnum, ut eruperit in hæc verba: *Epiſcopum vidi neminem præter Ambroſium.* Quod vero ad *Theod. Hiſt. lib. 5. c. 17.* doctrinam ejus, illam non modo ſancti Patres, ſummi Pontifices, œcumenica Concilia certatim exquiſitis elogiis prædicarunt, verum etiam ipſimet hæretici. Sed nec aliud quidquam magis declarat, quanta doctrinæ ac eloquentiæ vis fuerit in Ambroſio, quam Auguſtinus ab errore ad veram fidem Doctoris noſtri opera & concionibus revocatus. Hac quippe una victoria ſibi trophæum ac monumentum ære perennius erexit ſanctus hic Præſul. Utinam vero neotericis etiam heterodoxis Magni Auguſtini exemplum imitari libeat! Illud profecto jure affirmare poſſumus, de Chriſti præſentia in Sacramento, de poteſtate atque clavibus Eccleſiæ, de neceſſitate bonorum operum, veneratione reliquiarum, beatorum cælitum invocatione, tam diſertis verbis locutum eſſe Ambroſium, ut nihil apertius æquo prudentique lectori expetendum ſit. Ceterum cùm inter alia iſti refractarii codicum editorum depravationem criminentur quam invidioſiſſime, editionem noſtram hoc tempore quo Regis pietas omnem ſuam auctoritatem ad hæreticorum converſionem confert, ſperamus non ſine fructu exituram. In qua exornanda quid à nobis præſtitum fuerit, explicabitur, poſtquam nonnulla de veteribus editionibus quæ in variis Europæ locis emiſſæ ſunt, præmiſerimus.

Nullam porro videre nobis contigit antiquiorem eâ quam Maffellus Venia monachus Auguſtinianus Ambroſio Corano ejuſdem ordinis Generali dedicavit. In illa quidem neque loci, neque temporis certam aliquam notam deprehendas: ſed inde forſan conjicere liceat eamdem & in Italia, & ante annum MCDLXXXV vulgatam eſſe; tum quod formâ codicis & caracterum cum alia, de qua jam dicemus, plane convenit, tum quòd Coranus ille ſeu Coriolanus memorato anno diem ſuum Romæ obiit. Altera illa editio, curante Cribellio preſbytero, Mediolani anno MCDLXXXX. prodiit apud magiſtrum Leonardum Pachel: quæ ſimul cum ſuperiore ſervatur apud RR. PP. Canonicos regulares ſanctæ Genovefæ Pariſienſis. Utraque autem valde imperfecta eſt, ac paucos admodum tractatus comprehendit.

Poſt duos annos non mediocrem laudem retulit Johannes Amerbachius, civis Baſileenſis, quòd conquiſitis congregatiſque undecumque plurimorum ac præcipuorum Ambroſii operum exemplaribus, eadem opera in tres partes diſtributa totidem voluminibus complexus eſt. Atque etiam quò editionem ſuam utiliorem efficeret, rogavit Johannem de Lapide Carthuſianum Pariſienſem, ut ſingulis libris in certum capitum numerum diviſis, ſuum cuique capiti aptaret argumentum: quod & factum eſt.

Optandum vero illud fuerat, ut quemadmodum plures tractatus nobis edidit, ita etiam illos edidiſſet emendatiores. Sed in hoc induſtriam diligentiſſimi bibliopolæ agnoſcimus, quod tam multos teperit: quod tam depravatos, injuriæ temporum ttibuimus. Hanc autem edirionem anno M D VI iterum ptælo ſubjecit Johannes Petri de Langendorf, Typogtaphus quoque Baſileenſis: à quo nihil aliud prioti illi adjectum fuit prærer indicem admodum copioſum, quod *Regiſtrum florigerum* inſcripſit. Cujus quidem Regiſtri utilitas Conrado Leonrotio ex ordine Ciſtercienſi tanta viſa eſt, ut illud verſu & ptoſa celebrate non ſit gtavatus.

Novam adorſus editionem Eraſmus unum aut altetum ttactarum iis qui jam publicæ luci dari fuetant, adjecit: ad bina volumina totum Ambtoſianotum operum corpus redegit, illudque partirus eſt in quatuor romos; ita ut primus Ethica: ſecundus Polemica: Orationes, Epiſtolas, & Conciones tertius: quartus denique novi ac vetetis Teſtamenti Explanariones continetet. Ad hæc præmiſit ſingulis tomis ac libris nonnullis quaſdam cenſutas, ſed quæ non ſatis exiſtimarioni illius teſponderunt, nec doctorum exſpectationi. Potto tametſi mulrum ſudotis exhauſtum ptædicet in hoc opere, *Dum collatione veterum codicum*, inquit, *emendantur depravata, reſtituuntur amputata, reſecantur adſuta, reponuntur græca, quæ vel aberant prorſus, vel figuris nihil ſignificantibus fuerant addita*; non tamen tantum fidei habirum eſt ipſius verbis, ut eum magis auctoritati manuſctiptorum, quam proprio judicio deferre quiſquam credetet. Hoc certe ſupetioris ſæculi conſtat fuiſſe ingenium, ut eruditi omnes conjecturis plurimum tribuetent, ſed Etaſmum in primis famæ ſuæ atque doctrinæ fiducia paulo audaciotem exſtitiſſe nullus ambigat. Quapropter adeo non viſa eſt legitimam adtigiſſe perfectionem ejus edirio, ut duobus poſt annis, nimitum anno M D XXIX, cùm typis Chevallonii Patiſiis exprimeretur, multa commurara fuerint in texru, & ad marginem annotata nonnulla, quemadmodum ex collatione aliquot opellarum deprehendimus. Ar non Lutetiæ ſolùm, ſed & Baſileæ ubi prima ejuſdem Eraſmi editio ex Frobenii officina prodietat, hoc ipſum in ſecuris editionibus factum repetitur: in quibus etiam tractatus aliquot qui in ſuperioribus deſiderabantur, ſubinde adjecti ſunt.

Epiſt. edit. ſuæ præfat.

Nihilominus tamen editionis tam ſæpe ac tot diverſis locis tecuſæ, nec non Gelenii aliorumque doctorum hominum diligentia recognitæ auctoritas Johannem Coſtetium regularem Canonicum è monaſterio ſancti Martini Lovanienſis non detetruit, quin ad aliam concinnandam exornandamque animum appelleret. Qua veto occaſione inductus hoc laboris ſibi propoſuerir, ita explicat: *Cùm ego igitur*, ait, *ante biennium D. Ambroſii epiſtolas antiquis & elegantioribus characteribus conſcriptas, ex bibliotheca cœnobii D. Laurentii quod Leodienſis oppidi muris adhæret, nactus eſſem, cœpiſſemque meo more cum excuſis libris eas conferre, mirum dictu quantum hìc erat diſſidii, quantum varietatis; ut ſtatim non potuerim non deſtomachari in eos, qui editis libris, ſpecioſis quidem ſed inanibus ac mendacibus titulis, omnia caſtigatiſſima, & tamquam feliciore παλιγγενεσίᾳ renata pollicentur: cùm nihil plerumque ſit depravatius, & antiquis ſordibus omnia ſint convoluta.* His itaque permotus, quod in epiſtolis Ambroſianis cœpetat, ſtaruit in teliquis ejuſdem Doctoris operibus efficete; cùmque mutuatus eſſet è tribus aut quatuor viciniotum monaſteriorum bibliothecis aliquot exemplaria, hoc ſubſidio ftetus atque in primis uno codice pereleganti, qui in Belgium allatus fuetat è Magna Brirannia, caſtigarionem ſuam abſolvit. Edita fuit illa Baſileæ anno M D LV. typis atque impenſis Epiſcopii. Egregiam ſane operam in hac ſua editione ptæſtitit Coſterius, neque ipſum lectotibus impoſuiſſe arbirramur, cùm affirmavit à ſe pluſquam duo millia errorum ex Ambtoſio ſublata eſſe, prætet viginti aut plures verſus, quos cùm deeſſent in prioribus editionibus, ipſe primus ſuis quemque locis reſtituit. Verumramen non ſibi ſatis auxilii fuiſſe in memotaris exemplaribus idem non obſcure indicat, ubi fatetut ſe quandoque in eas incidiſſe difficultates, quibus ad judicium doctorum hominum confugere coactus fuerir, hoc eſt, ur ſimplicius loquamur, ad conjecturas.

Epiſt. in limine edit. ſuæ præfat.

Quam ob tem cùm Johannes Gillotius animadvertiſſet Coſterium ob mſſ. codicum paucitarem editionem ſuam omni ex parte perfectam reddete nequaquam potuiſſe, laudavit quidem ejus labotem atque induſtriam, ſed tamen Ambtoſianis opetibus ali-

quid perfectionis acceſſurum putavit, ſi ea denuo aliis adhibitis exemplaribus recognoſceret. Congregavit igitur non exiguam manuſcriptorum multitudinem è præcipuis hujuſce urbis bibliothecis, ut puta è Regia, Sorbonica, Germanenſi, Victorina, quibus annumeremus licet Dionyſianam, ſive Abbatiæ ſancti Dionyſii in Francia, in qua ſola viginti & amplius codices Ambroſianorum operum manu exaratos exſtitiſſe idem auctor eſt. Verum cùm tot codicibus inter ſe conferendis componendiſque vix plures homines, nedum unum aliquem, ſufficere animadverteret, ex eo tanto numero, ut ipſe in præfatione ſua non diſſimulat, paucos quibus excutiendis par eſſet, deligere ac retinere neceſſum habuit. Ejus editio Pariſiis apud Guillelmum Merlinum ejuſque ſocios in lucem prodiit anno M DLXVIII. Quamvis autem omnium quæ prius publici juris factæ fuerant, merito prædicari poſſit abſolutiſſima; nihilominus tamen, quæ rerum humanarum ſæpe conditio eſt, remanſit omnium propemodum maxime ignota: eam videlicet oppreſſit Romanæ, quæ proxime illam ſecuta eſt, editionis fama.

Ad hanc ſuſcipiendam Felix Cardinalis de Monte-Alto, & poſtea ſub nomine Xyſti V. Pontifex maximus deceſſorum ſuorum Pii IV. ac Pii V. auctoritate atque mandatis ſe, dum Romæ in Minorum conventu Generalem ordinis ſui ageret, inductum eſſe profitetur. Quocirca ut mandatam provinciam obiret, cœpit rimari celebriores bibliothecas, manuſcriptos veteres conferre cum editionibus emendatioribus, & ſicubi tractatus aliquis nondum editus deliteret, inveſtigare: inſuperque ſedulo præparare alia omnia, quæ ad operis perfectionem conducibilia exiſtimabat. At vero diverſis itinerum aliarumque curarum diſtractionibus præpeditus id imperfectum, uti fatetur, deſerere coactus fuit. Factus poſtea Cardinalis intermiſſum laborem repetiit, ſed jam non ſolus; ſic enim Gregorium XIII. cui editionem ſuam dicatam voluit, alloquitur: *Qualemcumque poſtea nactus quietem, hortatu juſſuque S. V. inchoatum opus repetens, præclaros* [*Epiſtolâ nuncupatoriâ.*] *Doctores, viros doctrina & pietate graves, ac linguarum intelligentia, & hiſtoriarum cognitione inſignes, præterea in ſcholaſtica Theologia & Patrum lectione admodum verſatos delegi, mihique laboris ſocios adſcivi. Itaque onus alacriter ſubeuntes, munerique plures annos ſtrenue una incumbentes, tandem multis vigiliis, plurimoque impendio, Deo bonorum omnium largitore nobis propitio, abſolvimus* &c. Deinde explicato quemadmodum ad perfectam Ambroſianorum operum emendationem non ſolum codices ſcriptos cum editis contuliſſent, ſed & veteres illos auctores à quibus aliquid mutuatus eſſet Ambroſius, conſuluiſſent; nec non etiam poſteriores, apud quos ex ejuſdem Patris lucubrationibus citatum aliquid inveniatur, examinaſſent; tanti laboris ac diligentiæ fructus recenſet in hæc verba: *Quorum ope, atque adminiculo*, inquit, *obſcura explicuimus, manca ſupplevimus, adjecta* [*Ibidem.*] *rejecimus, tranſpoſita repoſuimus, depravata emendavimus, omnia demum ut germanam Ambroſii phraſim redolerent, ejuſque dignitati atque gravitati reſponderent, ſedulo curavimus: & ut ipſemet auctor loqui videretur, ſuppoſititiis quibuſcumque abſciſſis, pro viribus ſtuduimus.* Ad poſtremum, ut clarius ſuam in hac ornanda editione diligentiam patefaciat, narrat tractatus aliquot quibus aliæ carerent editiones, à ſe additos, inſtitutam novam commodioremque univerſi operis partitionem, ac denique contextum Scripturæ in tribus prioribus tomis ad lectorum utilitatem appoſitum.

Quatuor ex ejus tomis Romæ apud Dominicum Baſam vulgati ſunt annis M D LXXX. M D LXXXI. & M D LXXXII. quintus autem anno M D LXXXV. cùm jam ſederet in B. Petri cathedra Xyſtus V. cui eumdem tomum Johan. Bapt. Bandinius nuncupavit. Poſtquam vero ſemel hæc eadem editio publici juris facta eſt, illico neglectis ceteris, omnis ad eam tranſiit auctoritas; ita ut ubique locorum, ſaltem in quibus viget catholicæ religionis profeſſio, typis ſola recuderetur. Certe ab anno D. LXXXVI. ſupra M. quo primum ea Lutetiæ prodiit, ſingulis fere decenniis ibidem prælo ſubjecta eſt, nullâ, quæ momenti alicujus eſſe videretur, inducta mutatione.

Dolendum tamen eſt in eadem hac editione reperiri non pauca, quæ non ab hæreticis modo, verum etiam ab orthodoxis haud ſine cauſa minus probentur. Nam primum omnium longi illi Scripturæ textus qui non ſolum initio certorum tractatuum præfiguntur, ſed etiam mediis inſeruntur capitibus, nimium auctoris orationem interſecant atque ſeriem, voluminis molem ac pondus gravant, nec ab ullo fere umquam

leguntur. Deinde quinque-partita illa diviſio non ſatis concinna eſt; ut enim prætermittamus multo plus affinitatis duobus primis tractatibus ſecundi tomi cum ultimis primi intercedere, quam cum ſequentibus ejuſdem ſecundi tomi explanationibus, non conveniebat epiſtolas atque conciones aliquot ex ordine proprio exemtas à tomo quinto in primum ſub annotationum nomine revocare, multo etiam minus avulſas nonnullorum librorum partes alio relegare. Hoc præterea ibidem reprehenditur, quod tractatus quoſdam valde dubios, receptis ac legitimis quaſi indubitatos inſeruerint; cùm è contrario in iis etiam commentationibus quas editionum ſuperiorum conſenſus admiſerat, ad ſecernendas veras à falſis, certas ab ambiguis, delectu & cenſura opus fuiſſet. Sed nihil in his omnibus magis offendit, quam quod multa in ipſo textu ſibi permiſerunt ii, quos eidem corrigendo adhibuit eminentiſſimus Cardinalis; neque enim iſtic aliter ab ipſo peccatum eſſe exiſtimamus, niſi quia forte plus æquo eorum diligentiæ ac prudentiæ credidit. Immo vero neque horum damnandum tanta cum ſeveritate conſilium, quippe qui nihil aliud ſibi propoſuerint, niſi voces quaſdam quæ paulo duriores ipſis videbantur emollire, vel quæ obſcuriores, mutare clarioribus, vel denique ad Scripturæ ſeriem auctoris expoſitiones revocare.

Interim Heterodoxi, qui omnem lapidem movent, quo Patrum auctoritatem valeant declinare, magno ſtrepitu ac tumultu nobis, uti diximus, corruptionem Ambroſianarum editionum oggerunt. Neque tamen recens eſt iſta importunorum hominum criminatio; etenim ſæculo ſuperiori Franciſcus Junius, ut perſuaderet non eſſe catholicis typographis liberum in excudendis Patrum operibus bona fide verſari, ſed eos vexari à neſcio quibus exploratoribus quos inquiſitores occulti ſummitterent, talem orſus aut commentus eſt narrationem. Refert itaque cùm Lugduni anno M D LV. Ludovicum Saurium inviſeret, operarum in officina Freſloniana correctorem, ab eo ſibi commonſtrata eſſe aliquot folia ſcriptorum divi Ambroſii, elegantia quidem illa, quod ad chartæ nitorem, concinnitatem characterum, nec non orthographiæ accurationem pertinet: at in ipſo ſenſu atque contextu fœde à Franciſcanis duobus interpolata & cancellata. Hanc porro accuſationem cùm videremus non ſolum à Riveto & ſimilibus ejuſdem aut ſupparis ævi ſcriptoribus cupidiſſime ad conflandum Eccleſiæ odium arreptam atque contortam; verum etiam nuperrime à miniſtro quodam ſumma cùm ſtomachatione repetitam, boc nobis cupiditatem injecit de illa editione certius aliquid cognoſcendi. Quo circa celebriores hujuſce urbis bibliothecas perluſtravimus, editos aliquot exterarum catalogos conſuluimus, denique ut Lugduni ſi quod illius exemplar ibidem ſupereſſet, exploraretur, operam dedimus; neque tamen ullum ejuſdem veſtigium licuit uſpiam deprehendere. Unde colligas ipſam vel ſtatim ſuppreſſam fuiſſe, vel forte omnino ſuppoſitam.

Præfat. in Ind. expurgat.

Crit. ſacr. lib. 3. c. 6.

Si vero de re tam parum certa tantas illi excitant tragœdias, quis credat eoſdem nævis ac vitiis parcituros earum editionum, quæ nunc publice proſtant & cunctorum catholicorum atque acatholicorum manibus teruntur? Non pepercit profecto memoratus Rivetus, cùm memoratam de Lugdunenſi editione narrationem ita concludit: *Quid in ſimilibus Romæ actum ſit, aut quotidie agatur, divinare promtum eſt.* Non pepercit Dallæus Charentonianus olim miniſter; hic enim in eo libro quem *De uſu Patrum* gallice ſcripſit, capitis IV. paginam XCIII. integram conſumit in eadem Romana editione traducenda. Sed in hoc ejus aliorumque ſimilium injuſtitia manifeſta eſt, quod Eraſmi, Gelenii ac ceterorum qui Baſileenſi editioni ante Coſterium manum admoverunt, peccata & ſummam in ſequendis conjecturis licentiam caute diſſimulant.

Lib. & cap. cit.

Ceterum illud nos confidimus hac noſtra editione adſecutos, ut ea tela quæ perpetuo contra Ambroſii auctoritatem torquebant catholicæ Eccleſiæ adverſarii, jam in poſterum ex eorum manibus eripiantur. Primum enim hanc legem nobis inviolabilem eſſe volumus, nullam in textum conjecturam umquam admittere. Nam quemadmodum à Coſterio videmus prudentiſſime obſervatum: *Qui ingenio duntaxat ſuo judicioque pluſquam debeant, fidunt, neque præſidium omne in antiquorum exemplarium collatione conſtituunt, fieri quidem poteſt, ut quandoque nonnulla quæ contra grammaticorum canones depugnent reſtituant: at voces male commutatas, ſententias aut omnino omiſſas, aut in alienum locum rejectas*

Epiſt. jam lau...

rejectus eo modo perſanare neutiquam poſſunt. Ne quis vero nos putet promiſſis illis fucum facere, non ſolum manuſcriptorum quibus ad ſingulos tractatus recognoſcendos uſi ſumus, catalogum ad calcem voluminis exhibuimus, verum etiam ſingulis paginis in inferiori margine quid & qua auctoritate commutatum fuerit, ſubmonuimus. Ubi etiam cujuſque codicis tum ſcripti tum editi varias curavimus adjici lectiones; eo tamen delectu, ut quas levioris duceremus momenti, rejicerentur in finem voluminis, quas vero nullius, omitterentur. Hac videlicet ratione providimus, ut & lectori quam potiſſimum lectionem amplectatur, eligere liberum ſit; nec tamen paginæ levibus inutilibuſve notis oppleantur. At in Scripturæ locis qui paſſim citantur ab Ambroſio, diligentiam ac religionem adhuc majorem adhibuimus; eorumdem enim locorum varietates interdum etiam haud ita graves non ſolum ex Ambroſii codicibus, ſed è diverſis quoque Bibliorum idiomatis placuit adnotare.

Submovimus autem longiores illos contextus, quibus, ut dictum eſt, in editione Romana cum libri ab invicem, tum etiam non raro media ipſa capita dividebantur; eo quod illa diviſio operum Ambroſianorum corpus, quod unum eſſe, quoad ejus fieri poteſt, debet, quaſi membratim diſtrahat & diſcerpat. De librorum vero ſectione in capita, nec non eorum argumentis, ſive ſummariis, ut vocant, ſententiis tantiſper certatum eſt; cùm non deeſſent qui ea omnia quæ non haberentur in manuſcriptis, ex editionibus tollenda eſſe contenderent: alii contra retinenda quidem exiſtimarent, ſed quia vetera illa argumenta Auctoris ſenſum atque conſilium, vel minus perſpicue, vel minus latine repræſentarent, corrigenda. Potior horum viſa eſt opinio; conſtat ſiquidem animum lectoris defatigari, niſi ſubinde quaſi variis ſtationibus requieſcat. Sed in hoc maxima illius inſtituti videtur utilitas, quod eumdem lectorem antequam ad novam tranſeat materiam, præparet, quò facilius legenda intelligat. Et hoc ſane nullus negabit magis neceſſarium eſſe in eo ſcriptore, ad cujus lectionem atque intelligentiam, quemadmodum animadvertit Antonius Godellus magnum Eccleſiæ Gallicanæ decus & ornamentum, opus eſt eruditione pluſquam mediocri. *Hiſt. Eccl. an 397.*

Ut igitur hac in re potiſſimum junioribus Theologis pro modulo noſtro conſuleremus, receptam jam olim tractatuum in capita diviſionem retinuimus, ipſa capita in numeros ſeu ſectiones diſtribuimus, explicuimus voces obſcuras aut parum uſitatas, eorum etiam quæ ad hiſtoriam, diſciplinam, atque doctrinam ſpectant, ubi res ita poſtulare viſa eſt, brevem ſubnotavimus expoſitionem. Ad hæc veterum quoque illorum locos indicavimus, quos Ambroſius noſter ſibi propoſuerat imitandos. In quibus omnibus non famam eruditionis aucupari conſilium fuit, ſed lectorum ac eorum præcipue qui, ut diximus, recentes à Theologiæ ſcholis, ſe ad evolvenda Doctoris noſtri monumenta comparant, unicè ſpectavimus utilitatem. Quapropter doctiores viri, quibus eruditum hoc noſtrum ſæculum abundat, nullo diſpendio notulas noſtras omittant licet, nec tamen illas tyronibus atque in hujuſcemodi ſtudio candidatis invideant; quibus eo magis neceſſarias eſſe illud oſtendit, quod in multis locis Rom. editores, viros alioquin eruditos, Auctoris ſenſum non adſecutos inductæ in textum mutationes patefaciant. Hi vero dum qualicumque hoc noſtro juvabuntur labore, quod pauciora expoſuerimus, non expoſtulent; cùm nihil quod valde neceſſarium fuerit, neglexerimus, nec fuſiores annotationes facile admiſſurus fuerit voluminis modus.

Quod porro ad univerſi operis partitionem attinet, nobis neque Romana neque Eraſmiana ſatis probata eſt; utrobique enim cum bene multa ſunt proprio ſuo loco non poſita, tum nulla exſtat legitimorum adulterinorumve fœtuum diſcretio. Itaque nihil commodius eſſe duximus, quam ut opera omnia quæ nomine Ambroſii reperiuntur inſcripta, in tres duntaxat tomos divideremus, quorum priores duo vera, tertius ſuppoſititia comprehenderet: in quo à Romana diſtributione, cui longo uſu nunc omnes adſueti ſunt, quam minimum potuit, receſſimus. Igitur hoc primo volumine quidquid ad Scripturæ expoſitionem refertur, complexi ſumus: de cujus quidem tractatibus non eſt cur hoc loco plura dicantur, cùm præmiſſæ ad ſingulos admonitiones eorum ætatem, propoſitum Auctoris, & alia quæ neceſſaria judicavimus, abunde prodant ediſſerantque. Nam de recognitis Auguſtini, Gratiani, nec non & citatæ Scripturæ

teſtimoniis, additis ejuſdem verſiculis, variis indicibus in fine collocatis, ut ſileamus, ipſe lector uſu proprio, quantum utilitatis habeant, ſatis agnoſcet.

Neque vero ea videntur hoc loco prætermittenda, quorum ope ac ſubſidio uſi ſumus in hac Ambroſiana caſtigatione. Certe quidem manifeſtum eſt ad operum cujuſpiam auctoris reſtitutionem non ſufficere, ut unus aut alter codex manu exaratus cum editione aliqua conferatur, ſed multis opus eſſe, ut quod in uno vitioſum eſt, adjumento corrigi poſſit alterius. Immo vero nec etiam ſatis eſt multos ſuppetere, niſi variis in regionibus fuerint ſcripti; cùm ſæpe ſæpius contingat, ut in omnibus unius provinciæ manuſcriptis iidem plane errores offendantur, quòd nempe ab uno & eodem exemplari tamquam ab uno fonte illi profecti ſint. Quapropter ut undecumque licuit manuſcripti congregarentur, operam dedimus. Et primum cura fuit ut opellæ nonnullæ quarum pauciora ſuppetebant in Galliis exemplaria, ad aliquot Vaticanæ bibliothecæ codices exigerentur, inſuperque deſcriberentur illæ variæ lectiones, quibus uſus fuerat ipſe Cardinalis de Monte-Alto. Erant inter eas obſervationes nonnullæ quæ nobis non omnino fuerunt inutiles; erant præterea conjecturæ plurimæ quas à Latino Latinio poſtea editas comperimus. Deinde manuſcriptos bibliothecarum Congregationis noſtræ aut in provinciis ubi adſervantur conferendos, aut in monaſterium hoc Sanctigermanenſe afferendos curavimus. Hoc ipſum etiam factum eſt in codicibus aliquot Flandricis bibliothecarum Ordinis noſtri, & in pluribus Gallicis ordinis Ciſtercienſis, quos nobis ſumma cum benevolentia commodaverunt multorum ejuſdem ordinis monaſteriorum præpoſiti: ubi prætermittendum non fuerit, quantum debeamus labori R. P. Joh. Baptiſtæ de Noyville Prioris Abbatiæ Vallis-Claræ prope Laudunum, qui & plures tractatus cum monaſterii ſui codicibus officioſiſſime contulit, & ſermones quoſdam nondum editos manu propria deſcribere gravatus non eſt. Poſtremo celebriores hujuſce urbis bibliothecas, ut puta Regiam, Sorbonicam, Victorinam, Colbertinam aliaſque diligenter perluſtravimus; unde nobis humaniſſime neceſſarios codices præbuerunt ii quibus eorumdem manuſcriptorum cura cuſtodiaque demandata eſt. Comprimis vero illud prædicemus oportet, D. Tonnellerium Can. Vict. nobis quaterniones aliquot, quibus varias lectiones ad editionem Ambroſii abs ſe deſtinatam colligere cœperat, lubentiſſimo animo dediſſe; ac ſimiliter erudítiſſimum Baluzium non ſolum codices è ditiſſima D. Colberti bibliotheca nobis affatim ſuppeditaſſe, verum etiam varias lectiones Sermonum Ambroſianorum atque Epiſtolarum ad opus quod ipſe deſignabat, ex optimæ notæ manuſcriptis collectas, quæ ſua in nos benevolentia eſt, ultro detuliſſe. Quod porro eoſdem codices ſubinde, ut fieri ſolet, conſulere non ſatis habuerimus, ſed ipſorum editorumque verſus cum verſibus, voces cum vocibus, ſyllabas cum ſyllabis religioſe contenderimus, ex variantibus lectionibus quivis intelligat.

Quocirca nihil addendum hîc videretur, niſi eſſent nonnulli, qui paucis Ambroſii noſtri locis, quos aut obſcuros aut nimis allegoricos putant, tamquam præjudicio quodam offenſi, minus æquos illius operibus ſe ſe oſtendunt. Horum igitur ut medeamur faſtidio, non pigebit illud quo delectatus reperitur ſanctus Antiſtes, ſcribendi atque interpretandi genus paulo accuratiori libra expendere. Ac primo Ambroſianum ſtylum conſtat grandem, nobilem, & copioſum eſſe; qualis videlicet patricii ordinis virum decebat, ac diligenter in urbana forenſique eloquentia exercitatum. Sed nihil in ejus ſublimitate turgidum ineſt, nihil turbidum in ubertate; cùm utraque res ſuavitate quadam ac modeſtia temperetur. Neque tamen putes eum vi ſua vehementiaque deſtitui. Habet ſiquidem affectus ſuos, atque aculeos, ſed tanta conditos feſtivitate, ut nullam moroſioris agreſtiorive ingenii ſpeciem præ ſe ferant. Obſervant quoque in ejuſdem elocutione adeo miram ſententiarum denſitatem, ut non facile majorem apud alium ullum reperire ſit. Huc adde brevitatem periodi concinnam ac modulatam, ſed in primis tam felici varietate diſtinctam, ut nullum tædio relinquat locum. Inde eſt quod Magnus Auguſtinus Doctoris noſtri oratione captum ſe eſſe non uno loco teſtificatur, nec non ſpecimina trium elocutionis generum propoſiturus Cyprianum atque Ambroſium ſolos eligit, quorum è lucubrationibus varia illa elo-

S. Auguſt. Conf. l. 5. cap. 12. 13. 14. atque alibi. Idem de Doctr. Chriſt. lib. 4. cap. 21.

quentiæ exempla decerpat ac depromat. Sed nec minus apte quam breviter etiam à Caſſiodoro deſignatur ea, qua ſanctum Præſulem ſcripſiſſe obſervamus, orationis forma; ſic enim ille: *Sanctus quoque Ambroſius lactei ſermonis emanator, cum gravitate acutus, perviolenta perſuaſione dulciſſimus.* Et hinc abunde intelligas ab omni obſcuritate Ambroſianum ſtylum per ſe abhorrere: utrum vero quam ſecutus eſt, interpretandi ratio jure hujuſce vitii argui poſſit, inſpiciendum. *Caſſiod. divin. Lection. c. 20.*

Triplicem in ſacris paginis intellectum eſſe paſſim agnoſcit, naturalem, moralem, ſpiritualem; ſive quod idem eſt, hiſtoricum, ethicum, myſticum: ſed in hoc ultimo enucleando tam multum, quam brevem in primo ſe ſe exhibet. Quin etiam ipſum interdum putes, ut ſpiritualem ſenſum conſtituat, hiſtoriæ veritatem prorſus negare: quod tamen ſecus habere comperies, modo ſingula perpendas in ſerie orationis atque contextu, ſicuti nos ſuis locis obſervabimus. Ceterum non alibi magis urgere ſolet myſticum ſenſum, quam in exponendo veteri Teſtamento, idque maxime ubi factorum hiſtoria quidpiam quod contra morum probitatem honeſtatemque pugnet, præ ſe ferat. Tunc enim veritus ne iſtinc vel fideles delinquendi, vel pagani ac Manichæi Eccleſiæ inſultandi occaſionem arripiant, apte confugit ad allegoriam: quemadmodum quæ de ebrietate Noe, concubitu Abrahæ cum ancilla, Lot ebrietate atque inceſtu, nec non Davidis adulterio diſputat, planum faciunt. Et hujus quidem methodi utilitatem nemo melius exponere valeat, quàm qui eam tanto Eccleſiæ bono expertus fuit magnus Auguſtinus. Ita igitur ille: *Gaudebam etiam*, inquit, *quod vetera ſcripta Legis & prophetarum jam non illo oculo legenda proponerentur, quo antea videbantur abſurda .... ſæpe in popularibus ſermonibus dicentem Ambroſium lætus audiebam:* Littera occidit, ſpiritus autem vivificat; *cùm ea quæ ad litteram perverſitatem docere videbantur, remoto myſtico velamine, ſpiritaliter aperiret.* Sed non ſolum ubi occurrit quidpiam quod à probis moribus abhorreat, ad myſtici ſenſus amœnitatem ſe convertit; memor enim apoſtolici hujuſce dicti: *Omnia in figuris contingebant illis;* ibi pulcherrima religionis myſteria ſub litteræ involucro latere demonſtrat, ubi nihil contineri niſi ſimplex rei factive narratio videbatur. Expende quos ſenſus & quam nobiles eruat è ſtructura Arcæ Noachi, è Benedictionibus filiorum ejus, è conjugio Iſaac, è diverſis caſibus vitæ Joſeph, atque ad poſtremum è fratrum ac filiorum ejuſdem benedictionibus; fateberis profecto nihil aliud quam frigere atque humi repere illos interpretes, qui quaſi judaicam ſervitutem in Eccleſiam referre decreverint, toti ſunt in apicibus & ſyllabis examinandis: quique ſi vel unius ſententiæ grammaticam intelligentiam hebraicæ cujuſdam etymologiæ beneficio detexiſſe ſibi videantur, tum ſerio exſultant ac triumphant. Nihilominus tamen nolumus à nobis hoc ita dictum, quaſi naturalem ſenſum, in quo duorum aliorum fundamentum eſt, adſpernemur. Ejus uſum ultro fatemur non eſſe niſi laudabilem, dummodo non ſerviliter ac judaice illi hæreamus. Hunc porro ſanctus Doctor maxime ſecutus eſt in libris Hexaemeron, de Paradiſo, de Noe & Arca, & in Expoſitione Evangelii ſecundùm Lucam. Quod vero ad ſenſum moralem; cùm nihil ad paſtoralem curam magis proprie pertinere in confeſſo ſit quam informandorum gregis ſui morum ſollicitudinem, mirum utique foret, ſi tam gravem epiſcopatus partem tantus Epiſcopus non impleviſſet. Sed tametſi quantam illius rationem habuerit, ſingulæ propemodum paginæ conteſtentur (is enim ſenſus omnibus ferme operibus Ambroſianis velut inſperſus eſt) reperitur tamen in quibuſdam magis ex propoſito explicatus. Tales ſunt libri de ſacrificio Cain & Abel, de Abraham, de Bono mortis, de Fuga ſæculi, de Jacob & vita beata, de Elia & Jejunio, de Nabuthe Jeſraelita, de Tobia, de Interpellationibus, & in Enarrationibus pſalmorum. *S. Auguſt. Conf. l. 6. cap. 4.* *1. Cor. 10. 11.*

Sed non ductu proprio ad rimandam quæ in libris divinis recondita eſt, ſcientiam acceſſit; quamvis enim non vulgarem linguarum tum latinæ tum etiam græcæ cognitionem eſſet adeptus, & in lectione omne genus librorum, poetarum, hiſtoricorum, philoſophorum, atque in primis Platonicorum oppido verſatus: quamvis præterea eloquentiam quam ipſi natura indiderat haud mediocrem, diligenter in orandis cauſis excoluiſſet; non tamen putavit ſibi à tribunalibus ad ſacrum pulpitum ſine peritorum ductorum præſidio eſſe tranſeundum. Maluit igitur ſe antiquiorum præbere diſcipulum, quam alio-

rum magiſtrum profiteri. Quapropter cùm Origenes in Scripturis interpretandis aliorum omnium tamquam dux atque anteſignanus haberetur, nec non ex eo quaſi è publico penu pleraque ſuarum expoſitionum hauſiſſent ſuperiores Patres; Ambroſius quoque communi ſe uſurum jure arbitratus eſt, ſi ex ejuſdem libris quæ in rem ſuam putabat congruere, mutuaretur. In quo quidem ſumma utebatur cautione & judicio; cùm enim plurima in illius auctoris commentationibus legerentur, quæ non probarentur ab Eccleſia, his diligentiſſime vitatis, providebat ne pabulum ullum ovibus ſuis minus ſanum aut ſincerum apponeret. Nonnulla quoque reperimus in ejus ſcriptis quæ petita fuerint ex Baſilio, ſed illud amicitiæ quam inter utrumque mutua virtutis opinio coierat, Ambroſium dediſſe autumamus, ut præeuntem illum, ſicubi occaſio ita ferret, non illibenter ſequeretur. Duobus memoratis Patribus inſuper alios duos addit Hieronymus, Didymum de quo in admonitione ad libros de Spiritu ſancto, &
Vide admonit. noſtram in Hexaem. Hippolytum Martyrem, ſed cùm hujus opera temporum iniquitate perierint, quod Hieronymi adjiciamus teſtimonio, nihil habemus.

Secundùm Eccleſiæ Patres nominandum cenſemus Philonem Judæum, virum multæ eruditionis, quem allegoricis interpretationibus indulgentem ſatis frequenter imitatus eſt ſanctus Doctor. Inde eſt quod loci nonnulli Ambroſianorum operum obſcuri videantur iis, qui ejuſdem Philonis ex quo deſumti ſunt, methodum non ſatis norunt. Quod ibi potiſſimum contingit, ubi vel proprium aliquod vocabulum vel occurrentes numeri ad ſubtiliorem allegoriam transferuntur. Sic Eraſmus ipſe cuidam loco cenſoriam hanc inuſſit notam: *Hic videtur*, inquit, *aliquis adſuiſſe ſuas nugas*; cùm tamen eamdem ſententiam eiſdem fere verbis apud Philonem invenire ſit. Sed non eo nomine privatim accuſandus fuerit ſanctus Doctor, cùm id ſatis familiare alii quoque Patres habuerint, ut allegoricos tropologicoſque ſenſus indagarent; inque numeris includi tegique magna myſteria exiſtimarent, quæ populis ſuis putabant candide retegenda. Et hinc ſane colligi poteſt multa quæ nobis quamdam obſcuritatis caliginem obtendant, antiquis illis temporibus aperta etiam populo exſtitiſſe, ut pote talibus audiendis aſſuefacto. Sed etſi quædam offenderentur, quæ numquam plebeculæ captum non ſuperaverint, minime tamen id oratoris tribuendum eſſet obſcuritati; nam hodieque inter eos qui vernaculo ſermone verba faciunt, multi laudantur ob perſpicuitatem, quorum in concionibus artificium vulgus multa non capiat.

Lib. 2. de Abrah. in marg. cap. 11.

Eſt præterea quoddam non ita vulgare interpretandi genus, quod Ambroſius in eodem Philone imitandum ſibi propoſuit, thematica ſcilicet interpretatio. Hanc autem
Lib. 3. Bibliot. Sanctæ. Meth. 22. definit Sixtus Sen. in hunc modum: *Thematica explanandi methodus eſt, quæ peculiares divinæ Scripturæ partes una cum earum expoſitionibus applicat ad alicujus particularis argumenti tractationem, oſtendens totum ſuſcepti argumenti corpus, membra, parteſque ſingulas in propoſitis Scripturæ ſanctæ locis veluti in tabella depictas inveniri.* Quam definitionem captu difficilem non judicabit, qui voluerit conſiderare quemadmodum quæ de patriarchis Abraham, Iſaac, & Jacob narrat Scriptura, eò Doctor ſanctus referat, ut in primo debitam mandatis divinis obedientiam, in altero ſinceram animi puritatem, laborum tolerantiam in tertio, tamquam in totidem vivis imaginibus expreſſas atque omnium imitationi propoſitas eſſe palam faciat. Sed qui plura de hac re voluerit, adeat eumdem Sinenſem loco citato

Hîc forte lectorum quempiam moveat, quod cùm non pauca, uti dictum eſt, petierit ex Græcis Ambroſius, ab eis tamen citandis nominandiſve ferme abſtineat. Sed præterquam quod haud infrequenter ſuppreſſo nomine auctorum, alienam ſententiam à ſe proponi clare teſtatur, Eraſmus geminam ejus rei rationem adfert, nimirum quod eoſdem imitari voluerit, non interpretari, quodque per id temporis Scriptores græci
Epiſt. edit. ſuæ præfixa. male audiebant apud latinos. *Nec Ciceroni*, ait ille, *quiſquam vitio vertit, quod in philoſophicis argumentis Græcos ſequeretur non ut interpres, ſed ut imitator: nec erat corniculæ furtum, quod Græcorum nomina, quæ pleraque tum apud Latinos magna laborabant dogmatum improbatorum invidia, preſſit; ſed cauti paſtoris, omnem offendiculi, diſſidiique materiam excludentis.* Non parum probabiliter id quidem; nemo enim eſt qui neſciat quas turbas, quæ jurgia illis temporibus doctrina Origenis inter ejus fautores atque adverſarios

concierit. Quin etiam forte ſuſpicari poſſit aliquis Ambroſium non alio nomine, quam quod Origenianorum operum ſtudioſus eſſet, alicubi Hieronymo diſplicuiſſe. Rufinus *Apol. 1.* certe auctor eſt eumdem Hieronymum duobus tribuſve librorum ſuorum locis de Ambroſianis libris locutum eſſe petulantius, quam tanti viri ſanctitas atque dignitas paterentur. Et hoc iſti accuſationi vim quamdam addit, non modo quod eam tacitus in Apologia ſua prætertit Hieronymus, neque Rufino calumniæ nomen impingit: ſed maxime quod in libro *de Scriptoribus Eccleſiaſticis* Ambroſianarum commentationum catalogum texere, ac ſuam de illis ſententiam proferre detrectaverit; *ne in alterutram partem*, inquit, *aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas.* Unde non abſurde colligi poſſit ei quædam in iiſdem illis operibus occurriſſe quæ non probaret, ſuum tamen judicium propter inſignem viri auctoritatem proferre ſubveritum.

Minime tamen putamus unicam ejus rei cauſam fuiſſe ipſius contra Origenianos offenſionem; ibidem enim alios ille haud paulo honorificentius tractat; quos probe norat non minus quam Ambroſium, Origenis imitationi addictos eſſe: immo vero ipſe Doctorem noſtrum & in ſuperioribus ſuis libris ante laudaverat, & poſtea quoque in propria contra Rufinum Apologia non ſemel laudat: quo etiam loco non dubitat, nomen ſuum inter Origenianos imitatores profiteri. Quo circa ſi vera eſt Rufini objectio, forte ſententiam ſuam ideo proferre noluerit, ne ſi de libris à ſe prius, incertum quâ causâ, vituperatis cùm laude loqueretur, argueretur levitatis; ſin autem eoſdem contemtui habere pergeret, offenderet omnium animos, à quibus ſanctus Præſul maximo honore ac reverentia colebatur. Quod ſi falſum adverſario, ut eum vocaret in invidiam, Rufinus impoſuit, non facile fuerit divinare quam potiſſimum ob cauſam ſanctus ille Doctor de tanti Doctoris operibus non ſine quodam faſtidio ſilere voluerit. *Nec ſcire fas eſt omnia*, inquit ille: neque hoc magnopere ad rem credimus pertinere. Ut ut ſit, Ambroſio noſtro non poteſt honorificum non eſſe, quod cùm ſententiæ de ſingulis quibuſque rebus ſemper tam diverſæ abeant, ſolus repertus fuerit Hieronymus qui unum alterumve illius librum minus probaret. Sane pleni ſunt codices omnes cum Græcorum, tum Latinorum laudibus ſancti Ambroſii, ſed etiamſi de illo ceteri tacerent ſcriptores inſtar omnium eſſet unus Auguſtinus. Hic enim nullam elabi ſibi patitur occaſionem, quin Ambroſium & quaſi parentem colat, & quaſi Doctorem ac magiſtrum ſequatur. Contende utriuſque doctrinam, & fateberis non temere dictum à doctiſſimis quibuſdam viris, fere omnium quæ docet ſanctus Auguſtinus, ſemina *Anton. Godell. loco ſim laudato.* reperiri apud Ambroſium, cujus ille brevius atque ſtrictius dicta, fuſius dilatare amplificareque paſſim conſuevit. Sed ipſum alioſque omnium ætatum ſcriptores præcipuos ſuum de Ambroſio calculum ac judicium proferentes exhibeamus.

SELECTA VETERUM TESTIMONIA DE SANCTO AMBROSIO.

Baſilii ex epiſtola LV. quæ ad Ambroſium ipſum ſcripta eſt.

Quod interioris hominis tui pulcritudinem veluti ex variegata ſermonum pictura cognovimus, ... glorificamus Deum noſtrum qui in ſingulis generationibus eos qui ſibi placuerint, deligit. Qui olim quidem ex paſtoribus ovium populo ſuo principem excitavit, & Amos de grege caprarum ſumtum ſpiritu ſuo inſtruxit, nunc virum ex urbe regia, cui totius gentis principatus concreditus erat, ſapientia ſublimem, generis claritate, vitæ ſplendore, orandi facultate, & rebus ſæcularibus illuſtrem ad gregum Chriſti paſturam traxit: qui projectis hujus vitæ opibus univerſis, proque damno habitis ut Chriſtum lucrifaceret, commiſſa ſibi magni ac præclari navigii, Eccleſiæ videlicet Dei, in fide Chriſti gubernacula accepit. Age igitur, ô homo Dei, quando quidem non ab hominibus accepiſti aut doctus eſt Evangelium Chriſti, ſed ipſe te Dominus è medio judicum terræ deſumtum ad cathedram apoſtolicam tranſtulit, &c.

Gaudentii Brixiani Epiſcopi tractatu habito in die ſuæ ordinationis.

Obſecro communem patrem Ambroſium ut poſt exiguum rorem ſermonis mei, ipſe irriget corda veſtra divinatum myſteriis litterarum. Loquetur enim Spiritu ſancto quo plenus eſt, & flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, & tamquam Petri Apoſtoli ſucceſſor, ipſe erit os univerſorum circumſtantium Sacerdotum. *Vide etiam tract. ſeq ubi inventionis SS. martyrum Gervaſii ac Protaſii meminit.*

Hieronymi ex epiſtola XXII. ad Euſtochium cap. x.

Legas Ambroſii noſtri quæ nuper ſcripſit ad ſororem opuſcula, in quibus tanto ſe effudit eloquio, ut quidquid ad laudes virginum pertinet, exquiſierit, expreſſerit, ordinarit.

Ejuſdem ex libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, uſque in præſentem diem ſcribit: de quo, quia ſuper eſt, meum judicium ſubtraham; ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas.

Ejuſdem ex Apologia adverſus Jovinianum.

Quod ſi cui aſperum & reprehenſione dignum videtur, tantam nos inter virginitatem & nuptias feciſſe diſtantiam, quanta inter frumentum & hordeum eſt, legat ſancti Ambroſii *de Viduis* librum, & inveniet illum inter cetera quæ de virginitate & nuptiis diſputavit, etiam hoc dixiſſe.

Selecta veterum teſtimonia de ſancto Ambroſio.

Ejuſdem ex epiſtola LVII. *ad Damaſum.*

Quiſquis tria hæc, hoc eſt, tres hypoſtaſes, id eſt, uſias dicit .... jungatur cum Beatitudine tua Urſicinus, cum Ambroſio ſocietur Auxentius. Abſit hoc à Romana fide, &c.

Ejuſdem ex epiſtola LXV. *ad Pammachium.*

Nuper Ambroſius ſic Hexaemerum Origenis compilavit, ut magis Hippolyti ſententias Baſiliique ſequeretur.

Ejuſdem ex epiſtola XC. *ad Auguſtinum.*

Quorum & priorem (*Origenem ſcilicet*) noſter Ambroſius in quibuſdam ſecutus eſt.

Ejuſdem ex epiſtola CLI. *ad Algaſ. Quæſt.* VI.

Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus quid de hoc loco ſenſerit, in Commentariis ejus legere poteris.

Ejuſdem ex Apologia I. *adverſus Rufinum cap.* I.

Si auctoritatem operi ſuo præſtruebar, volens quos ſequeretur, oſtendere; habuit in promtu Hilarium ... Ambroſium .... & martyrem Victorinum .... de his omnibus tacet, & quaſi columnis Eccleſiæ prætermiſſis, me ſolum pulicem & nihili hominem per angulos conſectatur.

Item ex Apologia III. *cap.* III.

Ego non accuſavi quare Origenem pro voluntate tranſtuleris; hoc enim & ipſe feci, & ante me Victorinus, Hilarius, Ambroſiuſque fecerunt. *Eadem etiam dixerat in Apologia* II. *cap.* IV.

Ejuſdem ex Chronico, Grat. III. *& Equit. Coſſ.*

Poſt Auxentii ſeram mortem, Mediolani Ambroſio conſtituto, omnis ad rectam fidem Italia convertitur.

Rufini Aquileienſis Presbyteri ex Invectiva II. *in Hieronymum.*

Virum (*laceras*) omni admiratione dignum Ambroſium Epiſcopum, qui non ſolum Mediolanenſis Eccleſiæ, verum etiam omnium Eccleſiarum columna quædam & turris inexpugnabilis fuit, ... qui ad Eccleſiarum Dei gloriam electus à Deo eſt: qui in conſpectu Domini locutus eſt in conſpectu perſecutorum regum, & non eſt confuſus. Ambroſius ſanctus de Spiritu ſancto non ſolum verbis, ſed & ſanguine ſuo ſcripſit; obtulit enim perſecutoribus ſanguinem ſuum, quem in ſe fudit: ſed à Deo ad alios adhuc reſervabatur labores .... ſanctum virum Ambroſium, cujus adhuc præclaræ vitæ memoria in animis omnium viget.

Auguſtini ex lib. V. *Confeſſ. cap.* XIII.

Veni Mediolanum ad Ambroſium Epiſcopum in optimis notum orbi terræ, pium cultorem tuum, cujus tunc eloquia ſtrenue miniſtrabant adipem frumenti tui, & lætitiam olei, & ſobriam vini ebrietatem populo tuo. Ad eum autem ducebar abs te neſciens, ut per eum ad te ſciens ducerer. Suſcepit me paterne ille homo Dei, & peregrinationem meam ſatis epiſcopaliter dilexit .... Et delectabar ſuavitate ſermonis quamquam eruditioris, minus tamen hilareſcentis atque mulcentis quam Fauſti erat, quod attinet ad dicendi modum: cæterum rerum ipſarum nulla comparatio; nam ille per manichæas fallacias aberrabat, iſte autem ſaluberrime docebat ſalutem.

Ex lib. VI. *cap.* I. *ubi de Monica matre ita ſcribit.*

Studioſius ad Eccleſiam currere, & in Ambroſii ora ſuſpendi ad fontem ſalientis aquæ ad vitam æternam. Diligebat autem illum virum ſicut Angelum Dei, quod per illum cognoverat me interim ad illam ancipitem fluctuationem jam eſſe perductum .... Itaque cùm ad memorias ſanctorum, ſicut in Africa ſolebat, pultes & panem & merum attuliſſet, atque ab oſtiario prohiberetur .... ubi comperit à præclaro prædicatore atque Antiſtite pietatis præceptum eſſe ita non fieri .... abſtinuit lubentiſſime.

Ex eodem lib. cap. III.

Ipſum Ambroſium felicem quemdam hominem ſecundùm ſæculum opinabar, quem ſic tantæ poteſtates honorarent: cœlibatus autem ejus mihi laborioſus videbatur. Quid autem ille ſpei gereret, & adverſus ipſius excellentiæ tentamenta quid luctaminis haberet, quidve ſolaminis in adverſis, & occultum os ejus quod erat in corde ejus quam ſapida gaudia de pane tuo ruminaret, nec conjicere noveram, nec expertus eram. *Et infra hoc eodem capite.* Sed certe nulla dabatur copia ſciſcitandi quæ cupiebam de tam ſancto oraculo tuo, pectore illius .... Et eum quidem in populo verbum veritatis recte tractantem omni die dominico audiebam; & magis magiſque mihi confirmabatur omnes verſutiarum calumniarum nodos, quos illi deceptores noſtri adverſus divinos libros innectebant, poſſe diſſolvi.

Ex eodem lib. cap. VIII.

Et erat monaſterium Mediolani plenum bonis fratribus extra urbis mœnia ſub Ambroſio nutritore.

Ex lib. IX. *cap.* VI.

Cùm Juſtina Valentiniani regis pueri mater hominem tuum Ambroſium perſequeretur hæreſis ſuæ cauſa, qua fuerat ſeducta ab Arianis: excubabat pia plebs in Eccleſia, mori parata cum Epiſcopo ſuo ſervo tuo .... Tunc hymni & pſalmi ut canerentur ſecundùm morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio tabeſceret, inſtitutum eſt, & ex illo in hodiernum retentum, multis jam ac pœne omnibus gregibus tuis & per cetera orbis imitantibus.

Ejuſdem ex epiſtola XXXI. *aliàs* XIV.

Libros beatiſſimi papæ Ambroſii credo habere ſanctitatem tuam, eos autem multum deſidero quos adverſus nonnullos imperitiſſimos & ſuperbiſſimos, qui de Platonis libris Dominum profeciſſe contendunt, diligentiſſime & copioſiſſime ſcripſit.

Ex epiſtola LIV. *aliàs* CXVIII.

Subſecutus eſt (*Ambroſius*) & ait mihi: *Cùm Romam venio, jejuno ſabbato: cùm hic ſum, non jejuno. Sic etiam tu ad quam forte Eccleſiam veneris, ejus morem ſerva; ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi.* Hoc cùm matri renuntiaſſem, libenter amplexa eſt. Ego vero de hac ſententia etiam atque etiam cogitans, ita ſemper habui, tamquam eam cæleſti oraculo acceperim. *Eamdem Ambroſii reſponſionem epiſtola quoque* XXXVIII. *aliàs* CLXIII. *idem memorat Auguſtinus.*

Ex epiſtola XLIV. *aliàs* CLXIII.

Quæſivi ab eo (*Fortunio Donatiſta*) utrum juſtum & religioſum putaret epiſcopum Mediolanenſis Eccleſiæ Ambroſium? Cogebatur utique negare quod ille vir Chriſtianus eſſet & juſtus; quia ſi fateretur ſtatim objiceremus quod eum rebaptizandum eſſe cenſeret. Cùm ergo ea loqui cogeretur quibus ille non eſſet habendus Chriſtianus & juſtus, commemoravi quantam perſecutionem pertulerit, circumdata etiam militibus armatis Eccleſia.

Ex epiſtola CXLVII. *aliàs* CXII. *num.* LV.

Quæ ſi approbas tene mecum ſancti Ambroſii ſententiam, jam non ejus auctoritate ſed ipſa veritate firmatam. Neque enim mihi propterea placet, quia per illius os potiſſimùm me Dominus ab errore liberavit, & per illius miniſterium gratiam mihi baptiſmi indulſit, tamquam plantatori & rigatori meo nimium faveam: ſed quia de hac re & ipſe hoc dixit, quod pie cogitanti & recte intelligenti loquitur etiam ille, qui incrementum dat Deus.

Ejuſdem ex lib. de Gratia Chriſti contra Celeſt. & Pelag. cap. XLII.

Iſte ipſe Pelagius in illo ipſo recenti opuſculo ſuo cujus ſe commemoratione defendit, id eſt, in tertio libro *de libero arbitrio*, ſanctum Ambroſium quemadmodum laudet accipite: *Beatus*, inquit, *Ambroſius Epiſcopus, in cujus præcipue libris Romana elucet fides, qui ſcriptores inter latinos flos quidam ſpecioſus enituit, cujus fidem & puriſſimum in Scripturis ſenſum ne inimicus quidem auſus eſt reprehendere* .... Audiat ergo illum venerabilem Antiſtitem dicentem & docentem .... Audiat iſte tantum virum docentem, imitetur credentem, &c. *Eadem fermè commemorat lib.* de Peccato orig. *cap.* XXXI. *lib.* de Nupt. & Concup. *cap.* XXXV. *Et lib.* IV. contra duas Epiſt. Pelag. *cap.* XI. *&* XII.

Ejuſdem ex lib. I. *contra Jul. Pelag. cap.* III.

Sed audi adhuc alium excellentem Dei diſpenſatorem, quem veneror ut patrem; in Chriſto enim Jeſu per Evangelium ipſe me genuit, & eo Chriſti miniſtro lavacrum regenerationis accepi: beatum loquor Ambroſium, cujus pro catholica fide gratiam, conſtantiam, labores, pericula ſive operibus ſive ſermonibus, & ipſe ſum expertus, & mecum non dubitat prædicare orbis Romanus. *Similia quoque ſequentibus ejuſdem libri capitibus videas licet.*

Item ex lib. II. cap. V.

Hic apertiſſime atque ſatiatiſſime ille tam excellenter tui doctoris ore laudatus Doctor Ambroſius declaravit & quid eſſet, & unde eſſet originale peccatum, & unde contigerit prima illa confuſio .... Ecce fundit eloquentiæ lucidum ac perſpicuum flumen Ambroſius. Non eſt hic ubi hæreat lector, ubi caliget auditor. *Et cap.* IX. Ecquis hæc dicit? Homo Dei catholicus, & catholicæ veritatis adverſus hæreticos uſque ad periculum ſanguinis defenſor acerrimus .... Ille ſtrenuus Chriſti miles, & Eccleſiæ fidelis Doctor, &c.

Ejuſdem ex lib. de Cura pro Mortuis ger. cap. XVII.

Mediolani apud ſanctos Protaſium & Gervaſium martyres, expreſſo nomine ſicut defunctorum quos eodem modo commemorabant, adhuc vivum dæmones epiſcopum confitebantur Ambroſium, atque ut ſibi parceret obſecrabant, illo aliud agente, atque hoc cùm ageretur, omnino neſciente. *Videſis etiam lib.* IX. *cap.* VII. *lib.* XXII de Civit. Dei *cap.* XXVII. *& lib.* I. Retract. *cap.* XIII.

Paulini ex epiſt. ad Alypium, quæ eſt apud Aug. XXIV. *aliàs* XXXV.

Quod indicaſti jam de humilitatis noſtræ nomine apud Mediolanum te didiciſſe, cùm illic initiareris, fateor curioſius me velle condiſcere, ut omni parte te noverim, quo magis grateler, ſi à ſuſpiciendo mihi patre noſtro Ambroſio, vel ad fidem invitatus es, vel ad ſacerdotium conſecratus, ut eumdem ambo videamur habere auctorem. Nam ego etſi à Delphino Burdigalæ baptizatus, à Lampio apud Barcilonem in Hiſpania per vim inflammatæ ſubito plebis ſacratus ſim; tamen Ambroſii ſemper & dilectione ad fidem innutritus ſum, & nunc in ſacerdotii ordine confoveor. Denique ſuo me clero vindicare voluit, ut etſi diverſis locis degam, ipſius presbyter cenſear.

Incerti ex Appendice operum ſancti Hieronymi Epiſt. VII. *cujus tamen auctorem quidam Celeſtium aut Pelagium, quidam Maximum Taurinenſem putant*

Cùm martyres jam pridem apparendi haberent tempus, hominem cui ſe proderent, inquirebant, illum certe cui ſub ea fide revelarentur, quâ martyria feciſſent. Sic donatum eſt Ambroſio, quod Auxentio denegatum eſt; quoniam quæ Auxentius blaſphemabat, Ambroſius prædicabat.

Incerti ex eadem Appendice in Catalogo Script. Eccleſiaſt. ad Deſiderium.

Ambroſius frater profundorum penna raptus, & aeris volocer, quamdiu in profundum ingreditur, fructum de alto carpere videtur: & omnes ejus ſententiæ fidei Eccleſiæ, & omnium virtutum firmæ ſunt columnæ. *Ibidem in Dialogo ignoti cujuſdam ex Auguſtini & Hieronymi verbis conſarcinato, Ambroſius inter viros apoſtolicos commemoratur.*

Ex Libelli Synodici verbis Conc. Nicæno inſertis Tom. II. *edit. Labbei, pag.* 98.

Arrianis autem ſeditionem moventibus Ambroſius qui urbi præfectus eſſet, ſedandi tumultus cauſa ſupervenit. Quem cùm eorum qui aliter ſentiunt, turba adſpexiſſet, & fidelium clamorem repuliſſet, epiſcopum eum renuntiavit. Quin & divina conveniens Synodus, ipſo inſpectante Imperatore, eum comprehendens ſacro baptiſmate initiavit. Electo autem jam eo hujuſmodi hymnum Deo Imperator coram omnibus cecinit: Gratia tibi, Domine omnipotens & ſervator noſter, quod cui ego viro corpora, tu animas commiſeris; meumque de eo judicium juſtum eſſe declaraveris.

Ex eodem lib. Syn. in Collect. Baluz. pag. 788.

Beati Ambroſii Mediol. Epiſcopi digniſſima ſcripta teſtantur, viri apud Eccleſiam Dei ultra ceteros Epiſcopos famoſi, & quem pro meritis ſuis non ſolum catholici, ſed ceteri principes ejus temporis ultra omnes ſunt veriti ſacerdotes, cujus etiam teſtimoniis Epheſina Synodus uſa eſt.

Ex eodem in eadem Collectione, pag. 893.

Hi qui ante nos fuerunt Deo amiciſſimi Epiſcopi in occidente quidem Damaſus, Innocentius, Ambroſius, &c.

Ejuſdem ex eadem Collect. pag. 947.

Rurſum & apud beatiſſimum Ambroſium, qui omnes partes heſperias illuſtravit.

Caſſiani ex lib. VII. *de Incarnat. Domini.*

Ambroſius eximius Dei ſacerdos, qui à manu Domini non recedens in Dei ſemper digito quaſi gemma rutilavit.

Proſperi Aqui. ex Chron. Coſſ. Grat. V. *& Theod.* I.

Pro catholica fide multa ſublimiter Ambroſius Epiſcopus ſcripſit.

Theodoreti ex Polymorpho. Dial. I.

Audio Ambroſium qui Mediolani ſedem epiſcopalem ornavit, & contra omnes hæreſes præclare decertaſſe, & pulcherrima apoſtolorumque doctrinæ congruentia ſcripſiſſe.

Idacii ex Chron. Grat. III. *& Equit. Coſſ.*

Ambroſius in Italia Mediolani epiſcopus, Martinus in Galliis Turonis Epiſcopus, & vitæ meritis, & patratis miraculis virtutum habentur inſignes.

Vigilii Thapſ. ex lib. III. *adverſus Eutychen.*

Et omnes latini ſermonis Apoſtolici viri, id eſt, Hilarius, Euſebius, Ambroſius, Auguſtinus & Hieronymus, cæleſtibus imbuti doctrinis, ſimul pariter conſentiunt.

Gelaſii Papæ I. ex epiſt. XIII. *ad Dardanos Tom.* IV. *Conc. edit. Labbei pag.*

Beatæ memoriæ Ambroſius Mediolanenſis ſacerdos Eccleſiæ majori Theodoſio imperatori communionem publice palamque ſuſpendit, atque ad pœnitentiam redegit regiam poteſtatem.

Ennodii Ticin. Epiſc. ex lib. I. Carm Hymn. VI.

Cælo ferunt Ambroſium
Nomen, honor, vel actio.
Nil debet hic facundia.
Dos omnis eſt à moribus.
Fortis juvantem non capit.
Umbone munitus ſuo.
In carne carnis nihil agit
Regina mens in corpore.
Confregit omne lubricum.
Sic vixit ille non ſibi.
Sed totus auctori Deo.
Adjectibus hinc apoſtolis,
Reduxit expulſam fidem:
Duxit triumphos Martyrum
Lingua virentis laureis.
Hic ore prædam ſuſtulit
De fauce ſerpentis feri.
Qui bella Chriſti militat.
Nudus timetur enſibus.
Vivit ſepultus & juvat,
Clavum tenens Eccleſiæ.
Juſtina vires perdidit,
Dat pœna Vati præmium. &c.

Videſis ejuſdem Epigramma LXXVII. & CXLII. quod utrumque in Ambroſium ſcriptum eſt.

Marcellini Comitis ex Chron. Coſſ. Arcad IV. *& Honor.* III.

Ambroſius Mediolanenſis virtutum Epiſcopus ſanctus, arx fidei, orator catholicus.

Caſſiod. Senatoris ex lib. de Divinis Lection. cap. XX.

Sanctus quoque Ambroſius lactei ſermonis emanator, cum gravitate acutus, per violenta perſuaſione dulciſſimus, cui fuit æqualis doctrina cum vita, quando ei non parvis miraculis gratia divinitatis arriſit.

Gregorii Magni ex præfat. Comment. ſuper Ezechielem.

Tua itaque dilectio has ſibi ad legendum mitti popoſcerat, ſed valde incongruum credidi ut aquam deſpicabilem hauriret, quem conſtat de beatorum Patrum Ambroſii & Auguſtini torrentibus profunda & perſpicua fluenta aſſidue bibere.

Iſidori ex lib. II. *de Offic. Eccleſ. cap.* XXV.

Ambroſius Mediolanenſis epiſcopus, vir magnæ gloriæ in Chriſto, & clariſſimus Doctor in Eccleſia.

Adhelmi Schireb. apud Occid. Saxones Epiſcopi ex Carm. de Laud. Virginum.

Jam fuit Heſperia famoſus laude Sacerdos
Ambroſius. Chriſti complens præcepta benigni,
Spiritus & caſta ſervavit fœdera carnis,
Qui nomen gerit Ambroſia de nectare ductum.
Hic tener in cunis quondam dum parvulus eſſet,
Magna futurarum geſſit ſpectacula rerum;
Namque examen apum numeroſis forte catervis,
Contendit faciem pueri mirabile fatu.

. . . .

Hoc nempe examen apum, quo ſancti labra redundant,
Dulcia mulſorum portendit verba favorum,
E quibus affatim dulceſcunt pectora plebis.
Lucida digeſſit venerandus opuſcula Doctor,

Cum ratione pia pandens ab origine prima.
Qualiter hunc mundum ſumma prudentia Patris
Tempore præſentem tunc per bis terna dierum
Fecerit. æterno diſponens ſæcula nutu.
Hunc inquam docuit crebro ſermone Sacerdos
Plures perducens ad cæli regna phalanges.

Beda Venerabilis ex lib. de Temporum ratione. ad an. IIII. CCC. XXXI.

Qui (*Valentin. Junior*) tamen juſtiſſimam cum matre ejus Juſtina pœnam luit exſilii; quia & ipſum arriana polluit hæreſis, & eminentiſſimam catholicæ fidei arcem Ambroſium perfida obſidione vexavit: nec prius quam prolatis beatorum Gervaſii & Protaſii martyrum, Deo revelante, reliquiis incorruptis, nefanda cœpta deſeruit.

Nicolai Papa I. ex epiſt. ad Photium. Tom. VIII. *Conc. edit Phil. Labbei. pag.* 1304.

Sed & beatiſſimum Ambroſium ex catechumeno, divino oraculo ad Epiſcopatum promotum, nihil eſt quod exempli causâ proferas (etenim ibi ſatis eſt divina non humana juſſio) cujus adhuc infantis in cunis jacentis examen apum repente advolans vultum obſedit, atque os ingredientibus aliis, aliis egredientibus implevit. Quod pater cùm videret: Si vixerit, præſagus inquit, infans, magnus erit. Qui poſtea adultus Mediolanum perrexit tunc Epiſcopo deſtitutum. Cùm autem populus ad electionem paſtoris conveniſſet, ecce tibi infans quiſpiam Ambroſium Epiſcopum proclamavit. Populus vocem non ſine numine miſſam arripuit; ſimulque ut virum raperet, irruit. Subducebat ille ſe, & omni ratione latebras quærebat; tametſi latere non potuit, populo illum toto cum clero ſimul deligente. Ergo ex catechumeno per ſingulos gradus eccleſiaſticos progreſſus, octavo demum die, tota catholica conſentiente Eccleſia, divino jam oraculo deſignatus, Epiſcopus eſt conſecratus. *Leguntur plane ſimilia in ejuſdem Pontificis epiſt.* V. *ad Michaelem Imp. pag.* 280. *ubi ſubditur:* Eccleſiaſticarum regularum normam toto vitæ ſuæ tempore cuſtodivit, omnes hæreſes debellans, Verbi Dei zelo ſuccinctus. *Adi etiam epiſt.* VI. *ad Photium pag.* 28·. *ubi hæc ipſa fuſius adhuc pertractat idem Nicolaus. Ambroſiumque noſtrum* clariſſimam & ſplendidiſſimam lucernam Eccleſiæ *vocat.*

Hincmari Archiep. Rem. in Quatern. ad Carol. regem. Tom. VIII. *Conc. pag.* 1752.

Memento te facti memorandi Theodoſii & memorabilis viri Ambroſii, & quia exceſſit ut homo Theodoſius, corripuit eum ut verus ſacerdos Ambroſius, & recepit patienter atque humiliter per illum divinam correctionem Theodoſius.... Felix ille imperator qui ſuo tempore talem habuit ſacerdotem.... Et felix ſacerdos Dei Ambroſius, qui in tempore fuit talis imperatoris; ſcriptum

Eccl. 25. eſt enim: *Beatus qui enarrat juſtitiam auri audienti.* Felices quoque ambo & ſacerdos & imperator, quia ne ira Dei pro exceſſu deſcenderet ſuper imperatorem, habuit ſuo tempore ſacerdotem, de quo non queſtus eſt Dominus

Ezech. 22. quod de nobis modo queritur dicens: *Quæſivi unum qui interponeret ſepem. & ſtaret oppoſitus contra me. ne diſſiparem eam. & non inveni.*

Ejuſdem ex lib II. *de Prædeſt. cap.* XXV.

Sanctus Ambroſius cujus ſententiæ fidei & Eccleſiæ & omnium virtutum firmiſſimæ ſunt columnæ, qui ſanctum Auguſtinum per Dei gratiam fide illuminavit, baptiſmate conſecravit, atque doctrinâ pietatis inſtruxit, ita in libro, &c.

Photii ex ipſius Biblioth. cap. CCXXXI. *pag.* 890.

Ille in divinitus afflata libertate ac pietate immobilis animus, Mediolanenſis nimirum Ambroſius.

Odilonis Abbatis ex Chron Cluniac. pag. 402.

Beatus Ambroſius, vir per cuncta laudabilis, & verus adſertor fidei catholicæ.... doctiſſimus Doctor.

Guitmundi Averſani Epiſc. ex lib. III. *de Sacram. Corp. & Sang. Domini*

Sed tu Doctor egregie, beatiſſime Ambroſi, ſpiritualis pater beati Auguſtini, quem idem vir ſanctiſſimus in libris ſuis ſanctum & beatum nominat: cujus auctoritatem, teſte Auguſtino, martyrum revelator Paulus Apoſtolus commendat: quem beatus Gregorius, vir plane apoſtolicus præ ſe gerit: cujus doctrinam recipiendam beatiſſimus Benedictus, teſte ſancto Gregorio, ſanctorum Prophetarum ſpiritu plenus judicavit: cui totius Eccleſiæ Mediolanenſis gloria ſpecialiter atteſtatur: quem merito fidei totus orbis venerantèr amplectitur (non enim tot & tanti teſtes ſi te in fide catholica errare ſciſſent, tanto præconio te prædicaſſent) quid tu, inquam, de ſacramentis altaris ſentias, explanato.

Durandi Abbatis ex Tract. de Corpore & Sanguine Chriſti. parte IV.

Aliqua deflorare libet de ſancto Ambroſio, cujus in Eccleſia catholica poſt Apoſtolos auctoritas habetur præcipua, cujus eloquentiæ affluens facundia latinæ linguæ decus eſt & forma.

Gregorii Papa VII. *ex epiſt.* II *lib.* IV *Tom.* X. *Conc. Labbei pag.* 149.

Nec prætermittant quod beatus Ambroſius, non ſolùm Regem, ſed etiam re vera Imperatorem Theodoſium moribus & poteſtate, non tantum excommunicavit, ſed etiam ne præſumeret in loco ſacerdotum in Eccleſia manere, interdixit.

Bernardi Abbatis Clarev. ex epiſt. LXXVII.

Ab his ergo duabus columnis (Auguſtinum loquor & Ambroſium) crede mihi, difficile avellor: cum his, inquam, me aut errare aut ſapere fateor.

Petrarcha ex lib. I. *epiſt.* 5.

Unum æmulo ac reprehenſore carentem, unum plena & indecerpta laude decoratum Ambroſium, cujus ne juvenis quidem famam mordax livor attigerit apud quoſdam invenio quod forte ad puram ejus ac ſimplicem doctrinam, omnis ambigui expertem, referendum eſt. *Conſule ejuſdem quoque librum* II. de Vita ſolitaria, ſectione I. cap. II. & IV. *ubi ſcitu digniſſima tradit de Ambroſio, quæ nos cauſâ brevitatis hic omittimus, non ſecus ac alia multa. quæ in hiſtoricis, bibliothecariis, legendariiſque ſponte occurrunt.*

Andrea de Petra Coloſſ. Archiep. ex Orat. habita in Conc. Baſil. Tom. XII. *Conc. edit. Labbei pag.* 877.

Quod vero ſanctorum Patrum doctrina errores omnes depulerit, teſtes ſunt.... Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, chriſtianæ religionis clariſſima lumina, qui adverſus omnis hæreſis genus invictiſſime ſcripſerunt.

Beſſarionis Card. ex Orat. dogmat. Conc. tom. XIII. *p.* 403.

Habemus item eos qui ab occidente extinxerunt errorum flammas ſana clariſſimaque doctrina, Hilarium, Ambroſium.... qui rugitu ſuo hæreticos omnes deterruerunt.

Incerti ex Mſſ. Colbert. ann. circ. DC.

Audeo quos humili verſus ſubſcribere ſtylo.
Mi lector. noli ducere pro nihilo.
Dicere cogit amor me. quæ loquor. Ambroſianus.
Cui ſervire cupit mens mea. lingua. manus.
O quicumque ſitis paradiſi gaudia vera.
Ambroſii monitis ſubdere te propera.
Ambroſius normam tibi monſtrat juris & æqui.
Felix ſi poteris diſcere, ſcire. ſequi.
Ambroſii ſcriptis perducitur ad meliora,
Qui ſua ſcripta legit. & facit abſque mora.
Ambroſium legito. ſi vitæ paſcua quæris:
Quæ legis. hæc facito: ſicque beatus eris.
Finis adeſt: munus præſtet qui trinus & unus
Se mihi, ſicque pius poſtulet Ambroſius.

PRIVILEGE

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE: A nos amez & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hoſtel, Baillifs, Seneſchaux, Prevoſts, Juges, leurs Lieutenans & tous autres nos Juſticiers & Officiers qu'il appartiendra, SALUT: Noſtre amé le Superieur General de la Congregation de ſaint Maur Ordre de ſaint Benoiſt, nous a tres-humblement fait remontrer que les Religieux de ſa Congregation auroient pris un tres-grand ſoin de corriger *les Ouvrages de ſaint Ambroiſe ſur un tres-grand nombre de Manuſcrits*, & qu'il deſireroit en donner au public une nouvelle édition bien correcte, s'il nous plaiſoit luy accorder nos Lettres ſur ce neceſſaires, avec défenſes à tous autres de les r'imprimer ſur les anciennes copies, nonobſtant le Reglement du vingt-ſept Février 1665. A CES CAUSES, voulant favorablement traiter ledit Superieur General, & luy marquer combien ces ſortes d'ouvrages nous ſont agreables: Nous luy avons permis & accordé, permettons & accordons par ces preſentes de faire imprimer pendant le temps de VINGT ANNÉES conſecutives par tel Imprimeur qu'il voudra choiſir leſdits Ouvrages de S. Ambroiſe, revûs & corrigez par les Religieux de ſa Congregation, à commencer du jour que leſdits Ouvrages ſeront achevez d'imprimer: Défendons à tous autres qu'à celuy que ledit Superieur General aura choiſi de les r'imprimer ſur les anciennes copies, pendant ledit temps, nonobſtant ledit Reglement du vingt-ſept Février 1665. auquel nous avons dérogé pour ce regard, ſur peine de dix mille livres d'amende payables ſans déport par chacun des contrevenans, applicables un tiers à Nous, un tiers à l'Hoſtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers à l'Expoſant, ou à ſon ayant cauſe, & de tous dépens, dommages & intereſts: A la charge d'en mettre deux exemplaires dans noſtre Biblioteque publique, un en celle du Cabinet des Livres de noſtre Chaſteau du Louvre, & un en celle de noſtre tres-cher & feal Chevalier le ſieur LE TELLIER Chancelier de France, de les faire imprimer en beaux caracteres & papier conformement à nos Reglemens, & de faire enregiſter ces preſentes és Regiſtres de la Communauté des Marchands Libraires de noſtre ville de Paris; le tout à peine de nullité des preſentes, du contenu deſquelles Nous vous mandons & enjoignons faire joüir & uſer l'Expoſant & ceux qui auront droit de luy pleinement & paiſiblement, ceſſant & faiſant ceſſer tous troubles & empeſchemens au contraire, & que ſur les conteſtations qui pourront ſurvenir pour raiſon de ce, vous rendiez aux parties bonne & brieve juſtice: Voulons qu'en mettant au commencement ou à la fin deſdites Oeuvres l'extrait des preſentes, elles ſoient tenuës pour deuëment ſignifiées, & qu'aux copies d'icelles collationnées par un de nos amez & feaux Conſeillers Secretaires, foy ſoit adjouſtée comme à l'Original. COMMANDONS au premier noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis faire pour l'execution des preſentes tous actes neceſſaires ſans demander autre permiſſion: Car tel eſt noſtre plaiſir. DONNÉ à Paris le ſeptiéme jour du mois de Novembre, l'an de grace mil ſix cens quatre-vingt-deux, Et de noſtre Regne le quarantiéme. Par le ROY en ſon Conſeil JUNQUIERES.

Et ledit Superieur General de la Congregation de ſaint Maur de l'Ordre de ſaint Benoiſt, a cedé & tranſporté au ſieur JEAN BAPTISTE COIGNARD, *Imprimeur & Libraire ordinaire du Roy, le preſent Privilege, pour en joüir ou faire joüir pendant le temps porté par iceluy, ſuivant les conditions & accords faits avec luy le 9. jour de Ianvier 1683. Signé* F. BENOIST BRACHET *avec paraphe.*

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris le dixiéme jour de Novembre 1682. ſuivant l'Arreſt du Parlement du 8. Avril 1653. & celuy du Conſeil Privé du Roy du 27. Février 1665. A la charge que ledit Livre ſera debité par un Imprimeur ou Libraire ſuivant les Reglemens. Signé C. ANGOT Syndic.

Ce premier Tome a eſté achevé d'imprimer pour la premiere fois en vertu des preſentes, le premier Avril 1686.

IN SEX LIBROS HEXAEMERON
ADMONITIO.

OBſervatum jam multis, quod & res ipſa clamat, Ambroſianum hunc fœtum ſermonibus conſtare, quibus ſanctus Doctor populo Mediolanenſi rerum creationem expoſuit. Hos notarium aliquem ex ore dicentis excepiſſe arbitrantur nonnulli, ex primis ſermonis octavi verbis conjecturam capientes: at certe Ambroſius jam pronuntiatos ſtylo adſtrinxit, ac in eam, quæ circumferuntur, tractatus formam concinnavit. Ipſemet enim Orontiano[a] *diacono, ad quem ſicut & ad Sabinum epiſcopum hoc idem opus miſit, ſcribens, Hexaemeron ſuum ſeſe exaraſſe ſignificat. Eamdem rem in aliis quoque libris ipſe factitabat. Neque dubium, illi hoc ideo uſu venire, & amicorum ut obſequeretur voluntati, cæterorumque Chriſtianorum utilitati conſuleret, & ſibi ne imponi poſſet à notariis.*

a Epiſt. ad Oront.

Operi ſuo Auctor ipſe titulum[b] *Hexaemeron indidit, illudque, ſi fides habenda mſſ. in quibus omnibus legere eſt,* Explicit dies primus. Incipit dies ſecundus, *& ita de ceteris, in ſex dies diviſit. Congruit quidem titulo ſuo, univerſoque operi diviſio: ſed cùm jam inde à*[c] *Caſſiodori Senatoris temporibus ſex in libros diſtributum fuiſſe appareat, tam antiquam diviſionem & ab ipſo Ambroſio forſan profectam quicquam immutare viſum non eſt.*

b Epiſt. ad Sab. & Oront.
c Div. lit.

Doctori noſtro Origenem, Hippolytum ac Baſilium in hoc argumento præiviſſe docet Hieronymus[d]. *Quid autem à prioribus duobus mutuatus ſit, cùm laudati eorum libri ad ætatem noſtram, ut in Præfatione dictum eſt, minime pervenerint, ſcire non poſſumus: à Baſilio verò ut eum quam plurima ſumpſiſſe haudquaquam inficiamur; ita ſerviliter illius opera imitatum eſſe, aut quaſi tralatoris officio functum pernegamus. Enimvero etſi frequenter illius inſiſtit veſtigiis, ab eis tamen ſæpe ſæpius recedit: quippe qui addat, adimat, tranſponat; immo nec religioni ducat*[e] *contraria ſentire Baſilio, quem etiam interdum, tacito licet nomine, non leviter perſtringit. Multa quoque ex profanis auctoribus Plinio & aliis petita operi ſuo inſeruit, quæ nullo negotio quivis poterit adnotare: ſed hic non videtur prætermittendum, ita luſiſſe hunc ipſum in exprimendo Virgilio, ut de*[f] *apibus agens, ſolutis verſuum numeris, Poetæ verba ſæpius retineret.*

d. Epiſt. ad Pammach. ſupra cit.
e. L. 3. c. 4. l. 4. c. 7. l. 5. c. 18.
f L. 5. c. 21.

Porro ſicubi Baſilium imitatus eſt, id vel maxime factum in argumenti totius diſtributione atque œconomia. Unde minime dubitaverimus, quin hîc ſermones novem: quot videlicet apud beatum Baſilium exſtant, aſſignandi ſint. Certe quidem eum numerum adſtruere operoſum non erit. Duo enim in libro tertio manifeſtiſſime diſtinguuntur, quorum alter primis quinque capitibus incluſus, mane habitus eſt; alter, qui per reliqua hujus libri capita extenditur, veſpere. Neque vero minus perſpicuum quinto libro binos ſimiliter contineri, cùm multum diſcrepet is, quem undecim prioribus capitibus putamus circumſcriptum, ab eo qui inde ad finem uſque libri perducitur. Illum matutinis horis pronuntiatum eſſe planiſſime declarant ultima capitis undecimi verba, quibus è ſolis jam nimium procedentis ardore tota concluditur oratio: hunc autem veſpertinis habitum, ea quæ de nocturnis avibus dicit, probant evidenter; & præterea concionis confirmat epilogus, quo pius Præſul urgente arctioris jejunii die auditores ad ſerotinam refectionem dimittit. Quamquam vero non ita proclive ſit evincere primum quoque librum in duos ſermones fuiſſe diviſum, in eam tamen opinionem hinc adducimur, quod ſexti capitis finis nihil aliud præferre videatur, niſi orationis concluſionem, quæ cùm prima Baſiliana homilia pulcre conſentit: reliqua autem hujuſce libri capita, quæ & ipſa ſecunda Baſilii homiliæ aptiſſime reſpondent, aliam ſuiſque numeris abſolutam orationem ſatis liquido præ ſe ferant. Ceteri tandem libri ut apud Baſilium, ita etiam hîc ſuum quiſque ſermonem complectuntur.

Quæras fortaſſe cui potiſſimum anno tribuendi ſint? Quamvis id certo definire non audeamus, tamen ſi quid conjecturis liceat indulgere, illos anno CCCLXXXIX. *haud multo antiquiores arbitrabimur. Cùm enim ibi mentio*[g] *eccleſiaſtici cantus, quem Mediolani Vir ſanctus anno* CCCLXXXV. *aut* CCCLXXXVI. *inſtituerat, non ſemel fiat, ante illud tempus Hexaemeron ſuum compoſuiſſe dicendus non eſt. Deinde ſe tunc provectioris fuiſſe ætatis non diſſimulat:*[h] Quæ pueri, *ſuquiens*, viſimus, ea ſenes commemorare qui poſſumus? *Ex communiori autem chronologia non ita ſenex anno* CCCXCVII. *diem obiit Ambroſius: quapropter ſuam eum ſenectutem vix ante annum* CCCLXXXIX. *prædicaſſe judicaveris. Accedit his quod ipſe quæ id temporis in Eccleſia ſua agebantur, deſcribens docet jam non multas eſſe congregationes, ad quas ſeparatim pagani, hæreticique cogebantur:* Sed[i] factus eſt, *inquit*, unus populus, ex hæreticis, & gentibus repleta eſt Eccleſia. *Quæ ſane quantum cum aſſignatis temporibus conveniant, facile quivis intelligat. Hac namque aperte ſignificant felices illos dies, cùm extincta Juſtina imperatrice Arianorum partibus tam pertinaciter addicta, confutato repulſoque Symmacho ethnicorum rituum tam forti propugnatore, victor tandem de Maximo tyranno Theodoſius Magnus eo hoc anno*[k] *leges, tantâque prudentiâ adverſus paganos atque hæreticos tulit; ut eorum plurimos in Eccleſia Catholica ſinum convolaſſe ejuſdem ævi*[l] *ſcriptores notaverint.*

g. lib. 3. c. 5. & 5. lib. 5. c. 4.
h. Lib. 4. cap. 5.
i. L. 3. c. 9.
k. Cod. Th. tit. de pag. & hæret.
l. Hier. ep. 7. Prud. l. 1. in Symb.

Ad anni porro tempeſtatem quod adtinet, planum quidem eſt obſervatum iſtis diebus jejunium: veriſimile autem non aliud fuiſſe illud quàm exeuntis Quadrageſimæ. Etenim eoſdem illos dies ſingularis exſtitiſſe religionis eò conſtare poteſt, quod ſummo mane populus ad Eccleſiam frequens confluceret, unde non niſi poſt ſolis occaſum diſcederet. Itaque haud immerito dixeris tales fuiſſe eos, quales in ipſa Juſtinæ ſævientis perſecutione ab Ambroſio deſcribuntur, quando per ſacram hebdomadam plebs omnis ad agendam matutinam veſpertinamque ſynaxim conveniebat. Addamus inſuper eadem in utriſque cœtibus peracta eſſe. Nam de his[m] *ſcribit ſanctus Antiſtes*, dies eſſe quibus in Eccleſia pœnitentia relaxatur; *de*[n] *illis*, tempus eſſe quo celebratur indulgentia peccatorum: *in*[o] *his lectam Ionæ prophetiam adſerit, in illis*[p] *idem præſtitum non obſcure deſignat. In iſtis igitur conventibus cùm eodem die bis aliquando, Baſilii more, verba faceret, ſex omnino diebus ſuſceptum argumentum abſolvit, hoc eſt, intra hebdomadæ unius anguſtias. Probat id quidem à nobis inſtituta ſermonum diviſio; at illud idem evincit ipſemet Ambroſius in hæc verba*[q]: Qui (*ſermo noſter*) etſi per quinque jam dies non mediocri labore nobis proceſſerit; tamen hodierno die, *&c.*

m. Epiſt. ad Marc.
n. Lib. 5. cap. 25.
o. Epiſt. ad Marc.
p. Lib. 5. c. 12. & 25.
q. Lib. 6. cap. 1.

SANCTI



SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI HEXAEMERON

*LIBRI SEX.**

* Scripti circ. an. 389.

LIBER PRIMUS

DE OPERE PRIMI DIEI.

Sermo I.

CAPUT I.

De mundi principio, duratione, & unitate Philoſophorum errores referuntur, ac perſtringuntur.

TANTUMNE opinionis aſſumſiſſe homines, ut aliqui eorum tria principia conſtituerent omnium Deum, & exemplar, & materiam, ſicut Plato, diſcipulique ejus; & ea incorrupta, & increata, ac ſine initio eſſe aſſeverarent: Deumque non tamquam creatorem materiæ, ſed tamquam artificem ad exemplar, hoc eſt, ideam intendentem, feciſſe mundum de materia, quam vocant hylen, quæ gignendi cauſas rebus omnibus dediſſe aſſeratur: ipſum quoque
A mundum incorruptum, nec creatum, aut factum exiſtimarent: alii quoque, ut Ariſtoteles cum ſuis [a] diſputandum putavit, duo principia ponerent, materiam & ſpeciem, & tertium cum iis, quod operatorium dicitur, cui ſuppeteret competenter efficere, quod adoriundum putaſſet. a

2. Quid igitur tam inconveniens, quam ut æternitatem operis cum Dei omnipotentis æternitate conjungerent, vel ipſum opus Deum eſſe
B dicerent; ut cælum, & terram, & mare divinis proſequerentur honoribus? Ex quo factum eſt, ut partes mundi Deos eſſe crederent, quamvis de ipſo mundo non mediocris inter eos quæſtio ſit.

3. Nam Pythagoras unum mundum aſſerit: alii innumerabiles dicunt eſſe mundos, ut ſcripſit Democritus, cui plurimum de Phyſicis vetuſtas auctoritatis detulit. Ipſumque mundum ſemper fuiſſe & fore Ariſtoteles uſurpat dicere: contra autem Plato non ſemper fuiſſe, ſed ſemper fore præſumit adſtruere: plurimi vero

a. Manuſcriptus Corbeienſis unus & Colbertinus *diſputandum, putant duo principia ponere*. Melius alii, atque editiones, *putavit .... ponerent*. Hoc enim ultimum verbum pendet ex ipſo initio capitis: *Tantumne ... ut aliqui*, &c.

nec fuiſſe ſemper, nec ſemper fore ſcriptis ſuis teſtificantur.

4. Inter has eorum diſſenſiones quæ poteſt eſſe veri æſtimatio? cùm alii mundum ipſum Deum eſſe dicant, quod ei mens divina, ut putant, ineſſe videatur; alii partes ejus; alii utrumque; in quo nec quæ figura ſit Deorum, nec qui numerus, nec qui locus, aut vita poſſit, aut cura comprehendi. Siquidem [a] mundi æſtimatione volubilem, rotundum, ardentem, quibuſdam incitatum motibus, ſine ſenſu Deum conveniat intelligi, qui alieno, non ſuo motu feratur.

CAPUT II.

Moyſis opinio de initio rerum, auctore mundi, & creatione materiæ. Idem multis nominibus commendatur: cui uni, exploſis atomis ideiſque, credendum oſtenditur.

5. UNde divino ſpiritu prævidens ſanctus Moyſes hos hominum errores fore, & forte jam cœpiſſe, in exordio ſermonis ſui ſic ait, *In principio fecit Deus cælum & terram.* (Gen. 1. 1.) Initium rerum, auctorem mundi, creationem materiæ comprehendens; ut Deum cognoſceres ante initium mundi eſſe, vel ipſum eſſe initium univerſorum; ſicut in Evangelio Dei Filius dicentibus ſibi, *Tu quis es?* reſpondit: [b] *Initium, quod & loquor vobis*: (Johan. 8. 25.) & ipſum dediſſe gignendis rebus initium, & ipſum eſſe creatorem mundi, non idea quadam duce imitatorem materiæ, ex qua non ad arbitrium ſuum, ſed ad ſpeciem propoſitam ſua opera formaret. Pulcre quoque ait, *In principio fecit*; ut incomprehenſibilem celeritatem operis exprimeret, cùm [c] effectum prius operationis impletæ, quam indicium cœptæ explicuiſſet.

6. Quis hoc dicat advertere debemus. Moyſes utique ille eruditus in omni ſapientia Ægyptiorum, quem de flumine collectum filia Pharao ut filium dilexit, & ſubſidiis regalibus fultum, omnibus ſæcularis prudentiæ diſciplinis informari atque inſtrui deſideravit. Qui cùm de aqua nomen acceperit, non putavit tamen dicendum, quod ex aqua conſtarent omnia, ut Thales dixit. Et cùm eſſet in aula educatus regia, maluit tamen pro amore juſtitiæ ſubire exilium voluntarium, quam in tyrannidis faſtigio peccati perfunctionem deliciis acquirere. Denique priuſquam ad populi liberandi munus vocaretur, naturali æquitatis ſtudio provocatus, accipientem injuriam de popularibus ſuis ultus, invidiæ ſeſe dedit, voluptatique eripuit, atque omnes regiæ domus declinans tumultus, in ſecretum Æthiopiæ ſe contulit, ibique à ceteris negotiis remotus, totum divinæ cognitioni animum intendit, ut gloriam Dei videret facie ad faciem. Cui teſtificatur Scriptura, quia *nemo ſurrexit amplius Propheta in Iſrael, ſicut Moyſes,* [d] *quem ſcivit Dominus facie ad faciem.* (Deut. 34. 10.) Non in viſione, neque in ſomnis, ſed os ad os cum Deo ſummo locutus; neque in ſpecie, neque per ænigmata, ſed clara atque perſpicua præſentiæ divinæ dignatione donatus.

7. Is itaque Moyſes aperuit os ſuum, & effudit quæ in eo Dominus loquebatur, ſecundum quod ei dixerat, cùm eum ad Pharao regem dirigeret: *Vade ergo, & ego aperiam os tuum, & inſtruam te quid debeas loqui.* (Exod. 4. 12.) Etenim ſi quod de populo dimittendo diceret, à Deo acceperat, quanto magis quod de cælo loqueretur? Denique non in perſuaſione humanæ ſapientiæ, nec in Philoſophiæ ſimulatoriis diſputationibus, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, tamquam teſtis divini operis auſus eſt dicere: *In principio fecit Deus cælum & terram.* Non ille, ut atomorum concurſione mundus coiret, ſerum atque otioſum expectavit negotium [e]; neque diſciplinam quamdam materiæ, quam contemplando, mundum poſſet effingere, ſed auctorem Deum exprimendum putavit. Advertit enim vir plenus prudentiæ, quod viſibilium atque [f] inviſibilium ſubſtantias, origines, & cauſas rerum mens ſola divina contineat, non ut Philoſophi diſputant, validiorem atomorum complexionem perſeverantiæ jugis præſtare cauſam: ſed judicavit quod telam araneæ texerent, qui ſic minuta & inſubſtantiva principia cælo, ac terris darent, quæ ut fortuito conjungerentur, ita fortuito ac temere diſſolverentur, niſi in ſui gubernatoris divina virtute conſtarent. Nec immerito gubernatorem neſciunt, qui non noverunt Deum, per quem omnia reguntur & gubernantur. Sequamur ergo eum, qui & auctorem novit, & gubernatorem, nec vanis abducamur opinionibus.

CAPUT III.

Principium ſuum à Deo mundum habere: ac proinde eum, licet ſphæricâ figurâ ſit, æternum non eſſe.

8. IN *principio*, inquit. Quam bonus ordo, ut illud primum aſſereret, quod negare conſueverunt, & cognoſcerent principium eſſe mundi, ne ſine principio mundum eſſe homines arbitrarentur. Unde & David cum de cælo, & terra, & mari loqueretur, ait, *Omnia in ſapientia feciſti.* (Pſ. 103. 25.) Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ [g] infirmitatem, ne anarchon, ne increatum, & divinæ conſortem ſubſtantiæ crederemus. Et pulcre addidit, [h] *Fecit*, ne mora in faciendo fuiſſe exiſtimaretur; ut vel ſic intelligerent homines quam incomparabilis operator eſſet, qui tantum opus brevi

a. Mſ Regius, Corb. & Colb. *mundum æſtimationis.* Carnutenſis, *mundi æſtimationem volubilem, rotundam, incitatam.* Alii & edit. *mundi æſtimatione.* Bene, ſi interpreteris quaſi ſit idem ac, pro ut mundus æſtimatur.

b. Gemeticenſis, Cœnomanenſis & Vulgata, *Principium, qui.* Reg. Germanenſis & edit. Amerbachii & Petiti, *Initium qui.* Sic Dionyſianus infra cap. 4. num. 15. Decem mſſ. *Initium quod.* Sic etiam inf. num. citato, & l. 5. de fide ad Grat. c. 4. l. 5. c. 4. græce autem, *τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν.* Tremellius vertit, *id quod à principio dico vobis.*

c. Quinque mſſ. & edit. Eraſmi ac Romana, *affectum.*

d. Mſſ. octo antiquiores ac melioris notæ & edit. veteres, *qui ſcivit Dominum* Reg. & Remenſis, *qui ſcivit Deum.* Dion. *qui ſcivit Deum faciem ad faciem.* Germ. *qui vidit Dominum.* LXX. *quem novit Dominus eum facie ad faciem.* Vulg. *quem noſſet Dominus.*

e. Decem mſſ. melioris notæ, *neque diſcipulum quemdam.*

f. Quatuor mſſ. & edit. Coſtern., *inviſibilium origines ſubſtantiarum & cauſas rerum.* Am. Era. & Gillot. omittunt, *origines.* Quatuor mſſ. *inviſibilium ſubſtantiam & cauſas rerum.*

g. Mſſ. aliquot ac edit. Gill. in margine, & Rom. in corpore, *informem materiam.* Alii novem optimæ notæ & vet. edit. *infirmitatem*, id eſt, ut ait Latinius, *corruptionem.*

h. Edit. omnes unanimi conſenſu, *addidit de celeritate conditionis; fecit.* At hæc voces *de celeritate conditionis*, deſunt in mſſ. omnibus.

a exiguoque [a] momento ſuæ operationis abſolve- A tet, ut voluntatis effectus ſenſum temporis prævenirer. Nemo operantem vidit, ſed agnovit Pſ. 148. 5. operatum. Ubi igitur mora, cùm legas: *Quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandavit, & creata ſunt?* Nec artis igitur uſum, nec virtutis expendit, qui momento ſuæ voluntatis majeſtatem tantæ operationis implevit; ut ea quæ non erant, eſſe faceret tam velociter, ut neque volnntas operationi præcurreret, neque operatio voluntati.

9. Miraris opus, quæris operatorem, quis principium tanto operi dederit, quis tam cito id fecerit? Subjecit ſtatim, dicens quia *Deus fecit cælum & terram.* Audiſti auctorem, dubitare non debes. Hic eſt in quo benedixit Melchiſédech Abraham patrem multarum gentium, di- Gen. 14. 19. & 22. cens: *Benedictus Abram à Deo ſummo, qui fecit cælum & terram.* Et credidit Abraham Deo, & ait: *Extendam manum meam ad Deum ſummum, qui fecit cælum & terram.* Vides quia hoc non C homo invenit, ſed Deus annuntiavit. Deus eſt enim Melchiſedech, qui eſt rex pacis & juſtitiæ, nec initium dierum neque finem habens. Non mirum ergo ſi Deus qui eſt ſine initio, initium omnibus dedit; ut quæ non erant, eſſe inciperent. Non mirum ſi Deus qui omnia virtute ſua continet, & incomprehenſibili majeſtate univerſa complectitur, fecit hæc quæ videntur, cùm etiam illa fecerit quæ non videntur. Inviſibilia autem iis quæ videntur, po- D tiora eſſe quis neget; cùm ea quæ videntur, temporalia ſint, æterna autem quæ non videntur? Quis dubitet quod Deus hæc fecerit, qui Eſa. 40. 12. per Prophetam locutus, ait: *Quis menſus eſt manu aquam, & cælum palmo, & univerſam terram clauſa manu? Quis ſtatuit montes in libra, & rupes in ſtatera, & nemora in jugo? Quis cognovit ſenſum Domini, aut quis ejus conſiliarius fuit, vel quis inſtruxit eum?* De quo etiam alibi legimus: Quia tenet circuitum terræ, & terram E Hier. 10. 11. velut nihilum fecit. Et Hieremias ait: *Dii qui non fecerunt cælum & terram, peribunt à terra, & de ſub cælo iſto. Dominus qui fecit terram in virtute ſua, & correxit in ſapientia ſua orbem, & in ſua prudentia extendit cælum, & multitudinem aquæ in* Ibidem. 14. *cælo.* Et addidit: *Infatuatus eſt homo à ſcientia ſua.* Qui enim corruptibilia mundi ſequitur, & ex his putat quod divinæ poſſit naturæ comprehendere veritatem, quomodo non infatuatur verſutæ diſputationis aſtutiâ? F

10. Cùm ergo tot oracula audias, quibus teſtificatur Deus quod fecerit mundum, noli eum ſine principio eſſe credere; quia quaſi ſphæra mundus eſſe dicatur, ut principium ejus nullum videatur exſtare; & cùm intonat, quaſi in circuitu omnia commovenrur, ut unde incipiant, ubi deſinant non facile comprehendas; quia circuitus principium ſenſu colligere impoſſibile habetur. Neque enim ſphæræ potes initium reperire, vel nnde cœperit globus lunæ, vel ubi deſinat menſtrua lunæ defectio. Neque vero ſi ipſe non comprehendas, idcirco non cœpit, aut nequaquam deſinet. Si ipſe circuitum vel atramento, vel graphio ducas, vel [a] centro exprimas, unde cœperis, aut ubi deſieris, intervallo interpoſito non facile vel oculis colligis, vel mente repetis; & tamen & cœpiſſe & deſiviſſe ipſe tibi teſtis es. Nam etſi ſenſum ſubterfugit, veritatem non ſubruit. Quæ autem initium habent, & finem habent: & quibus finis datur, initium datum conſtat. Finem autem mundi futurum ipſe Salvator docet in Evangelio ſuo, B dicens: *Cælum & terra præteribunt:* Et infra: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem mundi.* Et Apoſtolus: *Præterit enim figura hujus mundi.* Matt. 24. 35. Idem 28. 20. 1. Cor 7. 31.

11. Quomodo ergo coæternum Deo mundum aſſerunt, & creatori omnium ſociant, atque æqualem eſſe diſputant creaturam, corpuſque materiale mundi inviſibili illi atque inacceſſibili naturæ divinæ conjungendum putant; cùm præſertim ſecundum ſuam ſententiam non poſſint negare, quoniam cujus partes corruptio- C ni & mutabilitati ſubjacent, hujus neceſſe eſt univerſitatem iiſdem paſſionibus, quibus propriæ portiones ejus ſunt obnoxiæ, ſubjacere?

CAPUT IV.

Principiorum varia genera: & in quo Deus feciſſe cælum ac terram intelligendus.

12. Principium igitur eſſe docet qui dicit: *In principio fecit Deus cælum & terram.* D Principium autem ad tempus refertur, aut ad numerum, aut ad fundamentum; quomodo in ædificanda domo initium fundamentum eſt. Principium quoque converſionis & depravationis dici poſſe Scripturarum cognoſcimus auctoritate. Eſt & principium artis ars ipſa, ex qua artificum diverſorum deinceps cœpit operatio. Eſt etiam principium bonorum operum finis optimus, ut miſericordiæ principium eſt, Deo placere quod facias. Eo enim ad con- E ferendum hominibus ſubſidium maxime provocantur. Eſt etiam virtus divina, quæ hac exprimitur appellatione. Ad tempus refertur, ſi velis dicere in quo tempore Deus fecit cælum & terram, id eſt, in exordio mundi, quando fieri cœpit, ſicut ait Sapientia: *Cùm pararet cælum, cum illo eram.* Prov. 8. 27. Ad numerum autem ſi referas, ita convenit, ut accipias: imprimis fecit Deus cælnm & terram, deinde colles, regiones, fines inhabitabiles. Vel ſic: ante reliquas viſibi- F les creaturas, diem, noctem, ligna fructifera, animanrium genera diverſa, cælum & terram fecit. Si vero ad fundamentum referas, principium terræ fundamenta eſſe legiſti, dicente Sapientia: *Quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram* [b] *penes illum cuncta componens.* Ibid. 8. 29. b Eſt etiam bonæ principium diſciplinæ, ſicut eſt illud: *Initium ſapientiæ eſt timor Domini;* Prov. 1. 7. quoniam qui timet Dominum, declinat errorem, & ad virtutis ſemitam vias ſuas dirigit. Niſi enim quis timuerit Deum, non poteſt renunriare peccato.

13. Quod æque etiam de illo poſſumus accipere: *Menſis hic initium menſium erit vobis;* quam- Exod. 12. 2.

a Ita tredecim mſſ. & edit. vet. At edit. Rom. *momento ſuæ voluntatis abſolveret, & operationis effectu ſenſum*, &c.

a. Centrum græce κέντρον, id eſt, ſtimulus vel ſpiculum. Vide infra lib. 5. cap. 10.

b. Quatuor mſſ. & edit. Am. Per. *penes illum componens.* Sex mſſ. & LXX. *penes illum diſponens.*

vis & de tempore iſtud accipiatur, quia de Paſ- A
cha Domini loquebatur, quod veris initio ce-
lebratur. In boc ergo principio menſium, cæ-
lum & terram fecit, quod inde mundi capi
oportebat exordium, ubi erat opportuna om-
nibus verna temperies. Unde & annus mundi
imaginem naſcentis expreſſit, ut poſt hybernas
glacies atque hyemales caligines ſerenior ſoli-
to verni temporis ſplendor eluceat. Dedit er-
go formam futuris annorum curriculis mundi
primus exortus, ut ea lege annorum vices ſur- B
gerent, atque initio cujuſque anni produce-
ret terra nova ſeminum germina, quo primum
Gen. 1. 11. dominus Deus dixerat: *Germinet terra herbam
fœni, ſeminans ſemen ſecundùm genus & ſecundum
ſimilitudinem, & lignum fructiferum faciens fruc-
tum.* Et ſtatim produxit terra berbam fœni, &
lignum fructiferum; in quo nobis & modera-
tionis perpetuæ divina providentia, & celeri-
tas terræ germinantis ad æſtimationem vernæ
ſuffragatur ætatis. Nam etſi quocnmque tem- C
pore & Deo jubere promtum fuit, & terrenæ
naturæ obedire, ut inter hybernas glacies, &
hyemales pruinas cæleſtis imperii fotu germi-
nans terra fetum produceret; non erat tamen
diſpoſitionis æternæ rigido ſtricta gelu in viri-
des ſubiro fructus arva laxare, atque horren-
tibus pruinis florulenta miſcere. Ergo ut oſten-
deret Scriptura veris tempora in conſtitutione
Exod. 12. 2. mundi, ait: *Menſis hic vobis initium menſium,
primus eſt vobis in menſibus anni*, primum men- D
ſem, vernum tempus appellans. Decebat enim
principium anni principium eſſe generationis,
& ipſam generationem mollioribus auris fove-
ri. Neque enim poſſent tenera rerum exordia
aut aſperioris laborem tolerare frigoris, aut
torrentis æſtus injuriam ſuſtinere.

14. Simul iſtud advertere licet, quia jure con-
currit, ut eo tempore videatur in banc gene-
rationem, atque in hos uſus tributus ingreſſus,
quo tempore ex hac generatione in regenera- E
tionem eſt legitimus tranſitus. Siquidem ver-
no tempore filii Iſrael Ægyptum reliquerunt,
& per mare tranſierunt, baptizati in nube,
1. Cor. 10. 1. & ſeq. & in mari, ut Apoſtolus dixit: & eo tem-
pore domini qnotannis Jeſu Chriſti Paſcha ce-
lebratur, hoc eſt, animarum tranſitus à vitiis
ad virtutem, à paſſionibus carnis ad gratiam
ſobrietatemque mentis, à malitiæ nequitiæque
fermento ad veritatem & ſinceritatem. Rege-
Exod. 12. 2. neratis itaque dicitur: *Menſis hic vobis initium* F
menſium, primus eſt vobis in menſibus anni. De-
relinquit enim & deſerit, qui abluitur, intel-
ligibilem illum Pharao principem iſtius mundi,
a dicens: Abrenuntio tibi, Diabole, & [a] An-
gelis tuis, & operibus tuis, & imperiis tuis. Nec
jam ſerviet ei, vel terrenis hujus corporis paſ-
ſionibus, vel depravatæ mentis errotibus, qui
demerſa omni malitia, vice plumbi, bonis ope-
ribus dextra lævaque munitus inoffenſo ſæculi
hujus freta ſtudet tranſire veſtigio. In libro
quoque, qui inſcribitur de Numeris, ait Scrip-
tura: *Initium nationum Amalec, & ſemen ejus* Num. 24. 20.
peribit. Et utique non omnium nationum pri-
mus eſt Amalec; ſed quia per interpretatio-
nem Amalec * rex accipitur iniquorum; [b] iniqui * b
autem gentes ſunt: vide ne principem mundi
hujus accipere debeamus, qui imperat nationi-
bus voluntatem ſuam facientibus, cujus ſemen
peribit: ſemen autem ejus impii & infideles ſunt,
quibus ait Dominus, *Vos ex patre Diabolo eſtis.* Iohan 8. 24.

15. Eſt etiam initium myſticum, ut illud eſt:
Ego ſum primus & noviſſimus, initium & finis. Et Apoc. 1. 8.
illud in Evangelio præcipue, quod interroga-
tus Dominus, quis eſſet, reſpondit: *Initium,* Iohan 8. 25.
quod & loquor vobis. Qui vere & ſecundum di-
vinitatem eſt initium omnium, quia nemo ante
ipſum; & finis, quia nemo ultra ipſum: & ſe-
cundum Salomonem initium eſt viarum Do- Prov. 8 22.
mini in opera ejus; ut per ipſum diſceret ho-
minum genus vias Domini ſequi, & operari
opera Dei. In hoc ergo principio, id eſt, in
C Chriſto, fecit Deus cælum & terram; quia per
ipſum omnia facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt ni-
hil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat; quia in ip-
ſo conſtant omnia. Et ipſe eſt primogenitus totius
creaturæ, ſive quia ante omnem creaturam; ſive
quia ſanctus, quia primogeniti ſancti ſunt, ut pri-
mogenitus Iſrael, non quia ante omnes, ſed quia
ſanctior ceteris. Sanctus autem Dominus ſupra
omnem creaturam & ſecundum corporis ſuſce-
ptionem; quia ſolus ſine peccato, ſolus ſine vani-
D tate. Omnis autem creatura ſubjecta vanitati eſt.

16. Poſſumus etiam intelligere: *In principio
fecit Deus cælum & terram*, id eſt, ante tempus:
ſicut initium viæ nondum via, & initium do-
mus nondum domus. Denique alii dixerunt,
ἐν κεφαλαίῳ quaſi in capite, quo ſignificatur in
brevi & in exiguo momento ſumma operationis
impleta. Sunt ergo & qui principium non pro
tempore accipiant, ſed ante tempus, *καὶ κεφάλαιον*
vel caput; ut dicamus latine quaſi ſummam
E operis; quia rerum viſibilium ſumma cælum
& terra eſt, quæ non ſolum ad mundi hujus
ſpectare videntur ornatum, ſed etiam ad indi-
cium rerum inviſibilium, & quoddam argumen-
tum eorum quæ non videntur, ut eſt iſtud pro-
pheticum: *Celi enarrant gloriam Dei, & opera* Pſ. 18. 1.
manuum ejus annuntiat firmamentum. Quod ſe-
cutus Apoſtolus aliis verbis in eamdem conclu-
ſit ſententiam, dicens: *Quia inviſibilia ejus per* Rom. 1. 20.
ea quæ facta ſunt, intelliguntur. Auctorem enim
F Angelorum & Dominationum & Poteſtatum
facile intelligimus eum, qui momento imperii ſui
hanc tantam pulcritudinem mundi ex nihilo fe-
cit eſſe, quæ non erat; & non de exſtantibus aut
rebus, aut cauſis donavit habere ſubſtantiam.

CAPUT V.

*Mundum divinæ operationis ſpecimen eſſe: à gen-
tilibus eum Dei umbram non recte dici: Filio
enim ſoli, ut imago Dei ſit, convenire.*

17. EST ergo hic mundus divinæ ſpecimen
operationis; quia dum opus videtur,

a. Mſſ quatuor probatiſſimi prætermittunt, *& Angelis tuis.*
* Undenam interpretationem hanc ſumſerit Ambr. non facile di-
ctu eſt: fatendum tamen eam haud immerito improbari. Neque
enim עמלק cum voce מלך ullam habet affinitatem B. Hieron.
aliam ejuſdem nominis ſignificationem ex Philone refert de nom.
Hebr. *Amalec* inquit, *populus lambens, vel, lingens.* Tertiam præte-
rea explicationem in fine Bibliorum R. Stephani reperias, ubi
Amalec ex Hebræo & Syro exponitur, *populus percutiens.*
b. Edit. omnes cum mſſ aliquot, *Iniqua autem gentes ſunt.* Alii
melius: *iniqui*, &c.

præſertur operator. Namque ut iſtarum artium A aliæ ſunt actuoſæ, quæ ſunt in corpotis motu, aut ſono vocis; ceſſavit motus aut ſonus, nihil ſuperfuit, nec remanſit ſpectantibus vel audientibus: aliæ theoreticæ, [a] quæ vigorem mentis exerceant: aliæ bujuſmodi, ut ceſſante quoque operationis officio, operis munus appareat, ut ædificatio atque textura, quæ etiam tacente artifice, petitiam ejus oſtendunt, ut operatori operis ſui teſtimonium ſuffragetur. Similiter hic mundus divinæ majeſtatis inſigne B eſt, ut per ipſum Dei ſapientia manifeſtetur. Quem videns Propbeta, ſimul & ad inviſibilia

Pſal. 103. 24. oculos mentis attollens, ait: *Quam magnificata ſunt opera tua Domine! omnia in ſapientia feciſti.*

18. Nec otioſe utique factum legimus; quia gentiles plerique qui coæternum Deo mundum volunt eſſe, quaſi adumbrationem virtutis divinæ, aſſerunt etiam ſua ſponte ſubſiſtere; & quamvis cauſam ejus Deum eſſe fateantur; C [b] cauſam tamen factum volunt non ex voluntate & diſpoſitione ſua, ſed ita ut cauſa umbræ corpus eſt. Adbæret enim umbra corpori, & fulgor lumini naturali magis ſocietate, quam voluntate arbitra. Pulcre ergo ait Moyſes, quia *fecit Deus cælum & terram.* Non dixit quia ſubeſſe fecit; non dixit quia cauſam mundo ut eſſet, præbuit: ſed *fecit* quaſi bonus quod foret utile: quaſi ſapiens quod optimum judicabat: quaſi omnipotens quod ampliſſimum prævide- D bat. Quomodo autem quaſi umbra eſſe poterat, ubi corpus non erat, cùm incorporei Dei corporea adumbratio eſſe non poſſit? Quomodo etiam incorporei luminis ſplendor poſſit eſſe corporeus?

19. Sed ſi quæris ſplendorem Dei, Filius eſt imago Dei inviſibilis. Qualis ergo Deus eſt, talis imago. Inviſibilis Deus, etiam imago inviſibilis. Eſt enim ſplendor gloriæ paternæ, atque ejus imago ſubſtantiæ. *In principio*, inquit, *fecit* E *Deus cælum & terram.* Factus eſt ergo mundus, & cœpit eſſe, qui non erat: Verbum autem Dei in principio erat, & erat ſemper. Sed etiam Angeli, Dominationes & Poteſtates, etſi aliquando cœperunt; erant tamen jam quando hic mundus eſt factus. Omnia namque creata

Coloſ. 1. 16. & condita ſunt, viſibilia & inviſibilia, ſive Sedes, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates: *Omnia*, inquit, *per ipſum facta ſunt*, F *& [c] in ipſum creata ſunt.* Quid eſt in ipſum creata? Quia ipſe eſt heres Patris, eo quod à Patre in ipſum tranſierit hereditas, ſicut Pater dicit:

Pſal. 2. 8. *Poſce à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Quæ tamen bereditas à Patre tranſit in Filium, & in Patrem revertitur à Filio. Egregie itaque Apoſtolus & boc loco Filium dixit auctorem omnium, & majeſtate ſua continentem omnia. Et ad Romanos de Patre ait:

Rom. 11. 36. *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in [d] ipſum ſunt omnia.* Ex ipſo principium & origo ſubſtantiæ univerſorum, id eſt, ex voluntate ejus & poteſtate. Omnia enim ex ejus voluntate cœperunt; quia unus Deus Pater, ex quo omnia. Etenim tamquam ex ſuo fecit; quia unde voluit fecit. Per ipſum continuatio; finis in ipſum. Ex ipſo ergo materia. Per ipſum operatio quæ ligavit atque conſtrinxit univerſa. In ipſum, quia quamdiu vult, omnia ejus virtute manent atque conſiſtunt, & finis eorum in Dei voluntatem recurrit; & ejus arbitrio reſolvuntur.

CAPUT VI.

In cælo & terra quatuor elementa, è quibus omnia componuntur, creata eſſe. Qualis cæli ſubſtantia; qualiſve terræ poſitio; & quam diverſè Philoſophi de cælorum natura judicarint: iis neglectis divinæ auctoritati auſcultandum.

20. IN principio itaque temporis cælum & terram Deus fecit. Tempus enim ab hoc mundo, non ante mundum: dies autem temporis portio eſt, non principium. Et quamquam lectionis ſerie poſſimus adſtruere quod primo diem fecerit Dominus & noctem, quæ ſunt vices temporum; & ſecundo die firmamentum fecerit, quo diſcrevit aquam quæ ſub cælo eſt, & aquam quæ ſuper cælum; tamen ſatis eſt ad præſentem aſſertionem, quod in principio cælum fecerit, unde [e] prærogativa generationis & cauſa; & terram fecerit, in qua eſſet generationis ſubſtantia. In his enim quatuor illa elementa creata ſunt, ex quibus generantur omnia iſta quæ mundi ſunt. Elementa autem quatuor, aer, ignis, aqua, & terra, quæ in omnibus ſibi mixta ſunt. Siquidem & in terra ignem reperies, qui ex lapidibus & ferro frequenter excutitur; & in cælo, cùm ſit ignitus & micans fulgentibus ſtellis polus, aqua eſſe poſſit intelligi, quæ vel ſupra cælum eſt, vel de illo ſuperiore loco in terram largo frequenter imbre demittitur. Quæ pluribus colligere poſſemus, ſi quid ad ædificationem Eccleſiæ iſta proficere videremus. Sed quia his occupari infructuoſum negotium eſt, ad illa magis intendamus animum in quibus vitæ ſit profectus æternæ.

21. De qualitate igitur & ſubſtantia cæli ſatis eſt ea promere quæ in Eſaiæ ſcriptis reperimus, qui mediocribus & uſitatis ſermonibus qualitatem naturæ cæleſtis expreſſit, dicens quod firmaverit cælum ſicut fumum, ſubtilem ejus Eſa. 51. 6. naturam nec ſolidam cupiens declarare. Ad ſpeciem quoque ejus abundat, quod ipſe de cæli firmamento locutus eſt, quia fecit Deus cælum ſicut cameram; quod intra cæli ambitum Idem. 40. 22. univerſa claudantur, quæ vel in mari geruntur vel terris. Quod ſimiliter ſignificatur, cùm legitur: Quia cælum Dominus extendit. Ex- Ibid. 34. 4. tenditur enim vel quaſi pellis [f] ad tabernacula, habitationeſque Sanctorum; vel quaſi liber, ut plurimorum ſcribantur nomina, qui Chriſti

a. Mſ. Corb. vetus, & Germ. *quæ vigore mentis exerceantur.*
b. Omnes edit. ac mſſ. duo, *cauſam tamen factam.* alii duo, *cauſam tamen ut factum.* totidem, *cauſa tamen factum* plures & potiores, *cauſam tamen factum*; ubi vox *factum* ad *Deum* referenda.
c. Ita quinque mſſ. mel. notæ & Am. Pet. Era. græce εἰς αὐτὸν. Reliqui mſſ. ac edit. Gill. & Rom. *in ipſo.* *Quid eſt in ipſo?*
d. Ita mſ. Corb. & Thuaneus edit. Coſt. & quædam Pariſinæ, ſic etiam paulo poſt. At reliqui mſſ. & edit. *in ipſo.*
e. Tres mſſ. *prærogata generationis cauſa.*
f. Corb. vetus & Benignianus: *ad tabernacula habitationis.* Germ. ſecunda manu, ut edit. Coſt. *ad tabernacula protectionis habitationiſque*, &c.

grariam fide & devotione meruerunt, quibus di- A citur: Luc. 10. 20. *Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.*

22. De terræ quoque vel qualitate vel poſitione tractate nihil prodeſt ad ſpem futuri, cùm ſatis ſit ad ſcientiam, quod Scripturarum divinarum ſeries comprehendit, quia ſuſpendit terram in nihilo. Iob. 26. 7. Quid nobis diſcutere, utrum in aere pendeat, an ſuper aquam, ut inde naſcatur controverſia, quomodo aeris natura tenuis & mollior molem poſſit ſuſtentare terrenam? B Aut quomodo, ſi ſuper aquas, non demergatur in aquam gravis ruina terrarum? Aut quomodo ei maris unda non cedat, & in latera ejus ſe ſe loco ſuo mota diffundat? Multi etiam in medio aeris terram eſſe dixerunt, & mole ſua immobilem permanere, quod æquabili motu hinc atque inde propendeat. De quo ſatis putamus dictum à Domino ad Job ſervum ſuum, quando locutus per nubem ait: Iob. 38. 4. *Ubi eras cùm fundarem terram? indica mihi, ſi habes ſcientiam. Quis poſuit menſuras ejus, ſi noſti? Aut quis eſt qui ſuperinduxit menſuram ſuper eam, aut ſuper quid circuli* C *ejus confixi ſunt?* Et infra: ibidem. 10. *Concluſi mare portis, & dixi: Uſque huc venies, & non tranſibis, ſed in te comminuentur fluctus tui.* Nonne evidenter oſtendit Deus omnia majeſtate ſua conſiſtere in numero, pondere, atque menſura? Neque enim creatura legem tribuit, ſed accepit, & ſervat acceptam. Non ergo quod in medio ſit terra, quaſi æqua lance ſuſpenditur: ſed quia ma- D jeſtas Dei voluntatis ſuæ eam lege conſtringit; ut ſupra inſtabile atque inane ſtabilis perſeveret, ſicut David quoque Propheta teſtatur dicens: Pſ. 103. 5. *Fundavit terram ſuper [a] firmamentum ejus, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* Non utique hîc quaſi tantummodo artifex Deus: ſed quaſi omnipotens prædicatur, qui non centro quodam terram, ſed præcepti ſui ſuſpenderit firmamento, nec eam inclinari patiatur. Non ergo menſuram centri, ſed judicii divini ac- E cipere debemus; quia non artis menſura eſt, ſed poteſtatis: menſura juſtitiæ, menſura cognitionis; quia omnia non tamquam immenſa prætereant ejus ſcientiam, ſed cognitioni ejus tamquam dimenſa ſubjaceant. Neque enim cùm legimus: Pſ. 74. 4. *Ego confirmavi columnas ejus*, vere columnis eam ſubnixam poſſumus æſtimare, ſed ea virtute quæ ſuffulciat ſubſtantiam terræ atque ſubſtineat. Denique quod in poteſtate Dei ſit terræ conſtitutio, etiam hinc collige, F quia ſcriptum eſt: Pſ. 103. 32. *Qui adſpicit terram, & facit eam tremere.* Et alibi: Agg. 2. 8. *Adhuc ego ſemel concutio terram.* Non ergo libramentis ſuis immobilis manet: ſed frequenter Dei nutu & arbitrio commovetur, ſicut & Job dicit: Iob. 9. 6. *Quia Dominus commovet eam à fundamentis: columnæ autem ejus exagitantur.* Et alibi: Iob. 26. 6. *Nuda inferna in conſpectu ejus, & non eſt morti involucrum, extendens Boream pro nihilo, ſuſpendens terram in nihilum, alligans aquam in nubibus ſuis... Columnæ cæli avolaverunt, & expaverunt ab increpatione ejus: virtute mitigavit mare, diſciplina ſtravit cetum: clauſtra autem cæli timent eum.* Voluntate igitur Dei immobilis manet & ſtat in ſæculum terra, ſecundum Eccleſiaſtis ſententiam, & voluntate Eccle. 1. 4. Dei movetur, & nutat. Non ergo fundamentis ſuis nixa ſubſiſtit, nec fulcris ſuis ſtabilis perſeverat: ſed Dominus ſtatuit eam, & firmamento voluntatis ſuæ continet; quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ. Et hæc fidei ſimplicitas argumentis omnibus antecellit. Laudent alii quod ideo nuſquam decidat terra; quia ſecundum naturam in medio regionem poſſideat ſuam, eo quod neceſſe ſit eam manere in regione ſua, nec in partem alteram inclinari, quando contra naturam non movetur, ſed ſecundum naturam. Prædicent artificis divini & operatoris æterni excellentiam; quis enim artificum non ab illo accepit? aut quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, aut varietatis diſciplinam? Ego tamen, qui profundum majeſtatis ejus, & artis excellentiam non queo comprehendere, non diſputationis me libramentis committo atque menſuris: ſed omnia repoſita in ejus exiſtimo [b] voluntate, quod voluntas ejus fundamentum ſit univerſorum, & propter eum adhuc mundus hic maneat. Quod Apoſtolicæ quoque licet adſtruere auctoritatis exemplo. Scriptum eſt enim: Rom. 8. 20. *Quia vanitati creatura ſubjecta eſt non ſponte, ſed propter eum qui ſubjecit in ſpe.* Liberabitur autem & ipſa creatura à ſervitute corruptionis, [c] cùm divinæ remunerationis gratia affulſerit.

23. De natura autem & qualitate ſubſtantiæ cæli quid enumerem ea quæ diſputationibus ſuis Philoſophi texuerunt? cùm alii compoſitum cælum ex quatuor elementis aſſerant: alii quintam quamdam naturam novi corporis ad conſtitutionem ejus inducant, atque affingant æthereum eſſe corpus, cui neque ignis admixtus ſit, neque aer, neque aqua, neque terra; quod hujuſmodi elementa ſuum quemdam curſum habeant atque uſum & motum naturæ, ut graviora demergant, & in pronum ferantur, vacua & levia in ſuperiora ſe ſubrigant; eſt enim proprius cuique motus, in ſphæræ autem circuitu iſta confundi, & vim ſui curſus amittere, quoniam ſphæra in orbem ſuum volvitur, & ſuperiora inferioribus, ſuperioribus quoqne inferiora mutantur. Quorum autem ſecundum naturam motus mutati ſunt, horum neceſſario ferunt mutari ſolere qualitates ſubſtantiarum ſuarum. Quid igitur defendimus æthereum corpus eſſe, ne videatur corruptioni obnoxium? Quod enim compoſitum ex corruptibilibus elementis eſt, neceſſe eſt reſolvatur. Nam hoc ipſo quod diverſæ eadem ſint elementa naturæ, ſimplicem & inviolabilem motum habere non poſſunt, cùm ſe diverſus elementorum motus impugnet. Unus enim motus omnibus aptus eſſe non poteſt, & elementis diſtantibus convenire. Nam qui levibns accommodus eſt, fit incommodus gravioribus elemenris. Itaque quando ad ſuperiora motus cæli eſt neceſſarius, terrenis gravatur; quando ad inferiora decur-

a Ita ſex mſſ. & edit. Am. Pet. Era. Sic etiam paulo poſt. At ceteri mſſ. & edit. Rom. *firmitatem.*

b. Edit. ac mſſ. non pauci, *poteſtate.* Alii autem novem melioris ævi, *voluntate.*

c. Sic undecim mſſ. optimæ notæ ac vet. edit. At Rom. edit. & pauci mſſ. *cum ... gloria*, &c.

ſus expetitur, igneus vigor ille violenter attra- A hitur. Etenim contra naturæ ſuæ uſum deorſum cogitur. Omne autem quod in contrarium cogitur, non naturæ ſerviens, ſed neceſſitati, cito ſolvitur, & in ea ſcinditur ex quibus videtur eſſe compoſitum, in ſuam quamque regionem ſingulis recurrentibus. Hæc igitur alii conſiderantes ſtabilia eſſe non poſſe, æthereum corpus cæli ſtellarumque eſſe arbitrati ſunt, quintam quamdam naturam corporis introducentes, quo diuturnam cæli putarent manſu- B ram eſſe ſubſtantiam.

24. Sed non iſta opinio propheticæ potuit obviare ſententiæ, quam divina quoque domini Jeſu Chriſti majeſtas in Evangelio comprobavit.
Pſal. 101. 26. & ſeq. Dixit enim David: *Principio terram tu fundaſti Domine, & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnia ſicut veſtimentum veteraſcent, & tamquam amictum mutabis ea, & mutabuntur; tu vero ipſe es, & anni tui non deficient*. Quod adeo probavit in Evan- C
Matt. 24. 35. gelio Dominus, ut diceret: *Cælum & terra* [a] *præteribunt, mea autem verba non præteribunt.* Nihil igitur agunt, qui propter cæli aſſerendam perpetuitatem, quintum corpus æthereum introducendum putarunt; cùm æque videant diſſimilem ceteris adjunctam membri unius portionem, labem corpori magis afferre conſueviſſe.
Pſ. 148. 5. Simul illud adverte, quia Propheta David cùm terram priori loco nominavit, & poſtea cælum, credidit opus eſſe Domini declarandum; quan- D do enim dixit & facta ſunt, nihil intereſt quid prius exprimas, cùm ſimul utrumque ſit factum; ſimul ne hæc ſaltem prærogativa cælo divinæ videatur adjudicata ſubſtantiæ, ut primogenitæ creaturæ privilegio potior æſtimetur. Itaque illos ſuis relinquamus contentionibus, qui mutuis diſputationibus ſe refellunt. Nobis autem ſatis eſt ad ſalutem, non diſputationum controverſia, ſed præceptorum veritas; nec argumentationis aſtutia, ſed fides mentis, ut E ſerviamus creatori potius quam creaturæ, qui eſt Deus benedictus in ſæcula.

Sermo II.

CAPUT VII.

Occurritur iis qui materiæ æternitatem è Scripturæ verbis conantur adſtruere. Terram eo inviſibilem dici, quod aquis cooperta eſſet. Cur ea prius facta ſignificetur, quam ornata.

Gen. 1. 2. 25. T*Erra autem erat inviſibilis & incompoſita.* Bonus artifex prius fundamentum ponit: poſtea fundamento poſito ædificationis membra diſtinguit, & adjungit ornatum. Poſito igitur fundamento terræ, & confirmata cæli ſubſtantia, duo enim iſta ſunt velut cardines rerum, ſubtexuit: *Terra autem erat inviſibilis & incompoſita.* Quid eſt, *Erat*, niſi ne forte in infinitum & ſine principio extendant opinionem ſuam, & dicant: Ecce quia materia, id eſt, hyle ſicut Philoſophi dicunt, etiam ſecundum Scripturam divinam non habuit initium? Verum hoc dicentibus reſpondebis, quia
Gen. 4. 2. ſcriptum eſt: *Erat autem Cain operarius terræ.* Et de eo qui Jubal dictus eſt, habet Scriptura:
Hic erat pater qui demonſtravit pſalterium & citharam. Ibid. 21. 2.
Et, *Homo erat in Auſitide regione, cui nomen Job.* Job. 1. 1.
Deſinant ergo de verbo quæſtionem movere, cùm præſertim præmiſerit Moyſes, quia fecit Deus terram. Erat ergo, ex quo facta eſt. Nam ſi ſine principio eam dicunt eſſe, jam non ſolùm Deum, ſed etiam hylen ſine principio dicentes, definiant ubinam erat. Si in loco, ergo etiam locus ſine principio fuiſſe ad- B ſtruitur, in quo erat materia rerum, quæ principium non habebat. Quod ſi abſurdum videtur de loco credere, videte ne forte volatilem terram debeamus æſtimare, quæ non habens fundamentum, alarum remigiis ſuſpendebatur. Unde ergo ei alas ſumemus, niſi forte huc derivemus prophetici ſermonis interpretationem:
A pennis terræ prodigia audivimus? Eſa. 24. 16.
Et illud: *Væ terræ navium pennæ?* Idem 18. 1.
Sed hoc ſi accipiamus, in quo aere volabat terra? Sine aere enim volare C non poterat, ſed aer adhuc eſſe non poterat, quia non erat ſine rerum materia elementorum facta diſtinctio, cùm ipſa adhuc elementa facta non eſſent. Ubi ergo erat materia iſta alarum ſuffulta remigiis? In aere non erat, quia aer corpus eſt mundi: corpus autem eſſe aerem docet lectio, quia emiſſâ ſagittâ in locum, quem jaculator intendit, inciſus aer ſtatim in ſeipſum reſolutus eſt. Sap. 5. 12. Ubi ergo erat hyle, niſi forte dicatur quadam dementi intentione, quia in Deo erat? D Ergo Deus, qui eſt inviſibilis naturæ atque inviolabilis, qui lucem habitat inacceſſibilem, incomprehenſibilis & puriſſimus ſpiritus, locus erat materiæ mundialis, & erat in Deo mundi portio, cùm de hoc mundo non ſit nec mens ſervulorum ejus, ſicut habemus ſcriptum: *De hoc mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo.* Johan. 17. 14.

26. Quemadmodum ergo inviſibilia viſibilibus, & ei qui ordinem ac decorem donavit E omnibus, incompoſita copulabantur? niſi forte quia dixit, *Terra autem erat inviſibilis*. Et inviſibilem eam per ſubſtantiam credant; & ideo quia aquis operta, viſibilis corporeis oculis eſſe non poterat, quemadmodum pleraque in profundo aquarum ſita, viſum oculorum, aciemque prætereant. Non enim Deo aliquid inviſibile, ſed creatura mundi creaturæ utique æſtimatione cenſetur. Inviſibilis etiam terra, quia nondum lux quæ illuminaret mundum, F nondum ſol; poſtea enim luminaria facta ſunt cæli. Quod ſi ſolis radius plerumque etiam aquis operta illuminat, & profundo merſa ſplendore luminis ſui prodit; quis dubitet Deo ea, quæ in profundo ſunt, inviſibilia eſſe non poſſe; niſi forte ſic accipiamus inviſibilem terram, quod nondum verbo Dei & protectione viſitabatur, quæ hominem non habebat, propter quem Dominus reſpiceret in terram, ſicut ſcriptum eſt: *Dominus reſpexit ſuper filios hominum, ut* [b] *videret ſi eſt intelligens, aut requirens Deum?* Pſal. 13. 2. b
Et alibi ait: *De cælo jaculatus eſt judicium: terra tremuit & quievit.* Pſal. 75. 9
Et merito inviſibilis, quia incompoſita, quæ figuram & ſpeciem con-

a. Mſſ. Colb. Corb. unus & Vict. item unus *peribunt*. Edit. Rom. *tranſibunt*.

b. Decem mſſ. & edit. Am. Pet. Era. omittunt hæc verba, *ut videret*. Edit. Rom. *ut diceret*.

gruentem adhuc non acceperat à proprio conditore.

27. Et fortaſſe dicant: Cur enim Deus, ſicut dixit & facta ſunt, non ſimul ornatus congruos aſſurgentibus donavit elementis; quaſi oon potuerit, cælum inſignitum ſtellis ſubito ut creatum eſt, refulgere, & floribus ac fructibus terra veſtiri? Potuit utique, ſed ideo primo facta, poſtea compoſita declarantur; oe vere iocreata & ſine principio crederentur, ſi ſpecies rerum velut ingeneratæ ab initio, noo poſtea additæ viderentur. Incompoſita rerra legitur, & uſdem à Philoſophis æternitatis, quibus Deus, privilegiis honoratur; quid dicerent ſi ab initio ejus pulcritudo vernaſſet? Demerſa aquis deſcribitur, velut cuidam principiotum ſuotum addicta naufragio, & adhuc à nonnullis facta non creditur; quid ſi decorem primogenitum vindicaret? Accedit illud, quod imitatores nos ſui Deus eſſe voluit, ut primo faciamus aliqua, poſtea venuſtemus; ne dum ſimul utrumque adorimur, neutrum poſſimus implere. Fides autem noſtra quodam gradu creſcit. Ideo primo fecit Deus, poſtea venuſtavit, ut eumdem credamus ornaſſe qui fecit, & feciſſe qui ornavit; ne alterum putemus ornaſſe, alrerum creaviſſe: ſed eumdem utrumque eſſe operatum; ut primo faceret, poſtea compooeret, [a] ut alrerum altero crederetur. Habes in

a Johan. 11. 44.

Evangelio hujus rei evidens teſtimonium. Nam ſuſcitaturus Lazarum Dominus, juſſit ut Judæi removerent lapidem de ſepulcro, ut mortuum videntes, poſtea reſuſcitatum crederent. Deinde vocavit Lazarum, & reſurrexit, & ligatis manibus & pedibus exiit foras. Nonne poterat removere lapidem, qui potetat mortuum ſuſcitare? Et qui potuit defuncto vitam reddere, non potuit nexus ſolvete vioculorum? Cui vinctis pedibus greſſum dedit, huic non potuit tuptis vinculis inceſſum reddere? Sed utique advertimus quod voluit primo demonſtrare mortuum, ut oculis ſuis crederent: deinde reſuſcitare: terrio jubere ut ipſi vioculа funeris ſolverent; ut ioter iſta fides infunderetur infidelibus, & per gradus quoſdam credulitas naſceretur.

CAPUT VIII.

Terram incompoſitam fuiſſe; tum quia in ea nihil diſtincti, tum quia tenebris eſſet velata. Malitiam per tenebras non intelligendam Spiritus ſanctus qui ferebatur ſuper aquas, aliaque declarant: ſed vel maxime quod malitia non niſi à nobis oriatur.

28. FEcit ergo Deus primo cælum & terram, ea tamen non quaſi [b] perpetua, ſed quaſi corruptibilis creaturæ conſummationi voluit ſubjacere. Unde in Eſaiæ libro ait: *Tollite in cælum oculos veſtros, & adſpicite terram deorſum; quia cælum ut fumus ſolidatum eſt, terra autem ut veſtimentum veteraſcet.* Hæc terra eſt, quæ

b Eſa. 51 6

anre erat incompoſita. Nondum enim erant A maria ſuo fine diſtincta, & ideo vago fluctu, & profundo gurgite terra inundabatur. Conſidera, quia etiam nunc paluſtri uligine terra inhorrere conſuevit, nec patiens eſt vomeris, ubi infuſus rerris humor exundat. Erat ergo incompoſita; ut pote ſolerris agricolæ inarata culturis, quia adhuc deerat cultor. Erat incompoſita; quia nuda gignentium, nec thoris herboſa riparum, nec opaca nemoribus, nec læta ſegetibus, nec umbroſa ſuperciliis mon- B tium, nec odora floribus, nec grata vinetis. Merito incompoſita, quæ ornatibus indigebat, cui deerant vinium ſerta gemmantium. Oſtendere enim voluit Deus, quia nec mundus ipſe haberet gratiam, niſi eum vario cultu operator ornaſſet. Cælum ipſum intextum nubibus, horrotem oculis mœſtitiam animis excitare conſoevit. Terra imbribus madefacta, faſtidio eſt. Maria procellis turbata, quos non incutiunt metus? Pulcherrima eſt rerum ſpecies, C ſed quid eſſet ſine lumine? quid ſine tempore? quid ſine aquarum congregatione, quibus ante demerſa poli hujus habebantur exordia? Tolle ſolem terris, tolle cælis ſtellarum globos, omnia tenebris inhorreſcunt. Sic erant antequam lumen huic mundo Dominus infunderet. Et ideo Scriptura air; *quia tenebræ erant ſuper abyſſum.* Gen. 1. 2. Tenebræ erant, quia ſplendor deerat lucis. Tenebræ erant, quia aer ipſe tenebroſus eſt. Aqua ipſa ſub nube tenebroſa eſt, D quia renebroſa aqua in nubibus aeris. Erant ergo tenebræ ſuper abyſſos aquarum. Non enim malas intelligendum arbitror poteſtates, quod Dominus earum malitiam creaverit; cùm utique non ſubſtantialis, ſed accidens ſit malitia, quæ à naturæ bonitate deflexit.

29. Itaque in conſtiturione mundi opinio malitiæ interim ſequeſtretur, ne divinæ operationi, & pulcherrimæ creaturæ, ea quæ decolora ſunt, admiſcere videamur, maxime cùm ſe- E quatur: *Et ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquas.* Ibid. Quem etſi aliqui pro aere accipiant, aliqui pro ſpiritu quem ſpiramus & carpimus auræ hujus vitalis ſpiritum, nos tamen cum ſanctorum & fidelium ſententia congruentes, Spiritum ſanctum accipimus, ut in conſtitutione mundi operatio Trinitatis eluceat. Præmiſſo enim; quia *in principio fecit Deus cælum & terram*, id eſt, in Chriſto fecit Deus, vel Filius Dei Deus fecit, vel per Filium Deus fecit, quia omnia per ipſum F facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, ſupererat plenitudo operationis in Spiritu, ſicut ſcriptum eſt: *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Ps. 32. 6. Itaque quemadmodum in Pſalmo docemur operationem Verbi, quod eſt Verbum Dei, & virtutem quam dedit Spiritus ſanctus, ita hîc propheticum reſultavit oraculum, quia Deus dixit, & Deus fecit, Spiritus quoque Dei ſuperferebatur ſuper aquas. Ornando enim polo cæli, germinaturis rerris pulcre Spiritus ſuperferebatur, quia per ipſum habebant novorum partuum ſemina germinare, ſecundum quod dixit Propheta:

a Miſſ. Gem. ſed alia manu, item Victorin. unus & edit. Gill. ac Rom. *ne alterum altero deeſſe.* Edit. Am. Par. Era. *ne alterum ſine altero, &c.*

b Ita mſſ. duodecim ac vet. edit. Miſſ. vero Cænoman. Corb. unus, & Rom. edit. *perpetuas, ſed quaſi corruptibiles creaturas.* Vat. Cod. *perpetuam .... corruptibilem creaturam.*

Pſ.103.30. pheta: *Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & re-* A
novabis faciem terræ. Denique Syrus, qui vicinus
Hebræo eſt, & ſermone conſonat in pleriſque
& congruit, ſic habet: *Et Spiritus Dei fovebat*
aquas, id eſt vivificabat, ut in novas cogeret
creaturas, & fotu ſuo animaret ad vitam. Nam
etiam Spiritum ſanctum legimus creatorem,
Iob. 33. 4. dicente Job, *Spiritus divinus qui fecit me.* Sive
ergo Spiritus ſanctus ſuperferebatur ſuper a-
quas, tenebræ contrariarum virtutum ſuper
eas eſſe non poterant, ubi locum ſibi tanta gra- B
tia vindicabat: ſive, ut quidam volunt, aerem
accipiant, reſpondeant qua ratione Spiritum
Dei dixerit, cùm ſatis fuerit ſpiritum nuncu-
pare.

30. Hi ergo volunt à domino Deo noſtro
quatuor primum elementa generata, cælum,
terram, mare, aerem; eo quod cauſæ rerum,
ignis & aer, terra & aqua ſint, ex quibus mundi
ſpecies conſtat & forma. Ubi igitur tenebræ
nequitiarum ſpiritalium locum habere potue- C
runt, cùm auguſtæ hujus decorem figuræ mun-
dus indueret? Numquid ſimul malitiam Deus
creavit? Sed ea ex nobis orta, non à creatore
Deo condita, morum levitate generatur, non
ullam creaturæ habens prærogativam, nec auc-
toritatem ſubſtantiæ naturalis, ſed mutabilita-
tis vitium, & errorem prolapſionis. Eradicari
hanc Deus vult de animis ſingulorum, quomo-
Eſa. 1. 17. do eam ipſe generaret? Clamat Propheta: *Deſi-*
nite à malitiis veſtris. Et præcipue ſanctus Da- D
Pſ. 33. 15. vid: *Deſine à malo, & fac bonum*; quomodo
ergo ei initium à Domino damus? Sed hæc opi-
nio feralis eorum qui perturbandam Eccleſiam
putaverunt. Hinc Marciones, hinc Valentini,
hinc peſtes illæ Manichæorum funeſta ſancto-
rum mentibus tentaverunt inferre contagia.
Quid nobis in ipſo lumine vitæ tenebras mortis
inquirimus? Scriptura divina ſalutem ſuggerit,
vitæ odorem fragrat, ut ſuavitatem legens ca-
pias, non ut præcipitii diſcrimen incurras. Sim- E
pliciter lege ô homo, non tibi ipſe foveam pra-
vus interpres effodias; ſimplex ſermo eſt, *quia*
fecit Deus cælum & terram. Fecit quod non erat,
non quod erat. *Et terra erat inviſibilis*, ex quo
facta eſt, erat, & erat inviſibilis; quia exundabat
aqua, & operiebat eam, & erant ſuper eam tene-
bræ ſuperfuſæ, quia nondum erat lumen diei,
nondum ſolis radius, qui ſolet & ſub aquis laten-
tia declarare. Quid ergo dicunt quod Deus
creaverit malum, cùm ex contrariis & adverſis F
nequaquam ſibi adverſa generentur? Nec enim
vita mortem generat, nec lux tenebras. Non
enim ſicut mutabilitates affectuum, ita etiam
generationum progreſſiones ſunt. Illæ ex con-
trariis in contraria propoſiti deflexione vertun-
tur: iſtæ non ex contrariis in adverſa deflectun-
tur, ſed ex ejuſdem generis vel auctoribus, vel
cauſis creatæ, in ſimilitudinem ſui referuntur
auctoris.

a 31. Quid igitur [a] dicemus? Si enim neque ſine
principio eſt, quaſi increata, neque à Deo facta,
unde habet natura malitiam? Nam mala eſſe in
hoc mundo nullus ſapiens denegavit, cùm ſit
tam frequens in hoc ſæculo lapſus ad mortem.
Sed ex iis quæ jam diximus, poſſumus colligere
quia non eſt viva ſubſtantia, ſed mentis atque
animi depravatio, à tramite virtutis devia, quæ
incurioſorum animis quam frequenter obrepit.
Non igitur ab extraneis eſt nobis, quam à nobis
ipſis majus periculum. Intus eſt adverſarius,
intus auctor erroris, intus, inquam, clauſus in
nobiſmetipſis. Propoſitum tuum ſpeculare, ha-
bitum tuæ mentis explora, excubias obtende
adverſum mentis tuæ cogitationes, & animi cu-
piditates. Tu ipſe tibi es cauſa improbitatis, tu
ipſe dux flagitiorum tuorum, atque incentor
criminum. Quid alienam naturam arceſſis ad
excuſationem tuorum lapſuum? Utinam te ipſe
non impelleres, utinam non præcipitares, uti-
nam non involveres aut ſtudiis immoderatiori-
bus, aut indignatione, aut cupiditatibus, quæ
nos innexos velut quibuſdam retibus tenent. Et
certe in nobis eſt moderari ſtudia, cobibere ira-
cundiam, coercere cupiditates: in nobis eſt
etiam indulgere luxuriæ, [b] adolere libidines, b
inflammare iracundiam, vel inflammanti au-
rem accommodare, elevari magis ſuperbia,
effundi in ſævitiam, quàm reprimi humilitate,
diligere manſuetudinem. Quid naturam accu-
ſas ô homo? Habet illa velut impedimenta
quædam, ſenectutem & infirmitatem. Sed ſenec-
tus ipſa in bonis moribus dulcior, in conſiliis
utilior, ad conſtantiam ſubeundæ mortis para-
tior, ad reprimendas libidines fortior. Infirmi-
tas quoque corporis, ſobrietas mentis eſt. Unde
ait Apoſtolus. *Cum infirmor, tunc potens ſum.* Ita- 2. Cor. 12. 10.
que non in virtutibus, ſed infirmitatibus gloria-
batur. Reſponſum quoque divinum refulſit ora-
culo ſalutari; quia virtus in infirmitate conſum-
matur. Illa cavenda, quæ ex noſtra voluntate 15. q. 1.
prodeunt, delicta juventutis, & irrationabiles *cap. illa cavenda.*
paſſiones corporis. Quorum igitur nos ſumus
domini, horum principia extrinſecus non re-
quiramus; nec derivemus in alios, ſed agnoſca-
mus ea quæ proprie noſtra ſunt. Quod enim
poſſumus non facere ſi nolumus, hujus electio-
nem mali nobis potius debemus, quam aliis ad-
ſcribere. Ideo etiam in judiciis iſtius mundi
voluntarios reos, non ex neceſſitate compul-
ſos, culpa conſtringit, pœna condemnat. Ne-
que enim ſi per furorem aliquis innocentem
peremerit, obnoxius morti eſt. Quinetiam ip- *Exod.* 21.
ſius divinæ legis oraculo, ſi quis per impruden- 13.
tiam intulerit necem, accipit impunitatis ſpem,
refugii facultatem, ut poſſit evadere. Hoc igi-
tur de eo quod proprie malum videtur, dictum
ſit. Mala enim non ſunt niſi quæ crimine men-
tem implicant, & conſcientiam ligant. Cete-
rum pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem,
mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in ma-
lorum ſorte numeraverit; quia nec contraria
iſtis in bonis habentur maximis, quorum alia
nobis ex natura, alia ex commoditate accidere
videntur.

32. Non otioſe nobis excurſus iſte proceſſit;
ut probaremus tenebras & abyſſum ſimpliciter
accipienda. Erant enim tenebræ de obumbra-

a Edit. Pariſ. *Quid igitur deterius?*
b. Edit. Rom *abolere* Reliquæ & mſſ. omnes conſtantiſſime legunt, *adolere*, id eſt augere.

tione cæli; quia omne corpus umbram facit, A
qua obumbrat vel finitima vel inferiora, & ea
maxime, quæ operire atque includere videtur.
Includit autem cæli polus, quia cælum ſicut
camera extenditur, quemadmodum ſupra de-
monſtravimus. Non ergo principalis erat tene-
broſa ſubſtantia: ſed quaſi umbra ſecuta eſt
mundi corpus caligo tenebrarum. Itaque mo-
mento divinæ præceptionis mundus aſſurgens,
intra ſe incluſit umbram; ut ſi quis in campi me-
dio, quem ſol meridianus illuminat, locum B
aliquem repente obſepiat, & denſis ramorum
frondibus tegat, nonne quo ſplendidior foris
ſpecies loci ejus effulgeat, hoc horrenti deſuper
* ſcena gurguſtium ejus intus obſcurius fit? Aut
unde antrum, clauſum undique hujuſmodi lo-
cum vocarunt, niſi quod atro inhorreſcat ſitu,
atque offuſione tenebrarum? Iſtæ ergo tenebræ
ſuper aquarum abyſſos erant. Nam abyſſum
multitudinem & profundum aquarum dici,
Luc. 8. 32. lectio Evangelii docet, ubi rogabant Salvato- C
rem dæmonia, ne juberet illis ut in abyſſum
irent. Sed qui docebat voluntates dæmonio-
rum non eſſe faciendas, præcepit illis ut irent
in porcos. Porci autem ſe in ſtagnum aquarum
præcipitarunt, ut quod recuſabant dæmonia,
non evaderent, ſed digno præcipitio demerge-
rentur. Erat ergo hæc mundi incompoſita ſpe-
cies & forma.

CAPUT IX.

Creatur lux: eadem à tenebris diſcernitur atque approbatur; & quâ cauſa lux dies, ac tenebra nox, appellata.

Gen. 1. 3. 33. ET *Spiritus*, inquit, *Dei ſuperferebatur ſuper aquas, & dixit Deus, Fiat lux.* Merito præmiſſus eſt Spiritus Dei, ubi divina incipere habebat operatio. *Fiat*, inquit, *lux.* Unde vox Dei in Scriptura divina debuit inchoare, niſi à lumine? unde mundi ornatus, niſi à luce E exordium ſumere? Fruſtra enim eſſet, ſi non videretur. Erat quidem Deus ipſe in lumine, quia lucem habitat inacceſſibilem, & erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ſed eam lucem fieri voluit, quæ oculis corporalibus comprehenderetur. Qui ædificium aliquod dignum habitaculo patrisfamilias ſtruere deſiderat, antequam fundamenta ponat, unde lucem ei infundat explorat, & ea prima eſt gratia, quæ ſi de- F ſit, tota domus deformi horret incultu. Lux eſt quæ reliquos domus commendat ornatus. *Fiat*, inquit, *lux.* Plena vox luminis non diſpoſitionis apparatum ſignificat, ſed operationis reſplendet effectu. Naturæ opifex lucem locutus eſt, & creavit. Sermo Dei voluntas eſt, opus Dei natura eſt: lucem creavit, tenebras illuminavit. *Et dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux.* Non ideo dixit, ut ſequeretur operatio, ſed dicto abſolvit negotium. Unde pulcre Da-
Pſ. 148. 5. vidicum illud: *Dixit & facta ſunt*, quia dictum
A implevit effectus. Auctor ergo lucis Deus: locus autem & cauſa tenebrarum mundus eſt. Sed bonus auctor ita lucem [a] dixit, ut mundum ipſum infuſo aperiret lumine, atque ejus ſpeciem venuſtaret. Reſplenduit igitur ſubito aer, & expaverunt tenebræ novi luminis claritate. Repreſſit eas, & quaſi in abyſſos demerſit repente per univerſa mundi fulgor lucis infuſus. Pulcre itaque & proprie dixit: *Facta eſt lux.* Sicut enim cito lux cælum, terras, maria illu-
B minat, & momento temporis ſine ulla comprehenſione retectis ſurgentis diei ſplendore regionibus, noſtro ſe circumfundit aſpectui; ita ortus ejus cito debuit explicari. Quid miramur ſi Deus locutus eſt lucem, & caliganti mundo lumen emicuit, quando ſi quis inter aquas merſus, oleum ore emiſerit, clariora faciat ea quæ profundi tegebantur occultis? Dixit Deus; non ut per vocis organa quidam ſonus ſermonis exiret, nec ut linguæ motus cæleſte formaret al-
C loquium, atque aerem iſtum quidam verborum ſtrepitus verberaret: ſed ut voluntatis ſuæ [b] cognitionem proderet operationis effectu.

34. *Et diſcrevit inter lucem & tenebras; & vidit Deus lucem quia bona eſt.* Gen. 1. 4.
Dixit & ſonum vocis nullus audivit: diſcrevit, & operationis molimina nemo deprehendit: vidit & oculorum ejus intentionem nullus aſpexit. *Et vidit*, inquit, *Deus lucem quia bona eſt.* Nec quod ignorabat, vidit; nec id quod neſciebat ante, aut
D non viderat, comprobavit: ſed bonorum operum proprium eſt, ut externo commendatore non egeant, ſed gratiam ſuam, cùm videntur, ipſa teſtentur. Plus eſt quod probatur aſpectu, quam quod ſermone laudatur. Suo enim utitur teſtimonio, non alieno ſuffragio. Quod ſi apud nos oculis judicium emittitur, quibus ſimul & gratia venuſtatis, & rerum menſura comprehenditur: quanto magis Deus omnia quæ probat, videt, & quæ videt, probat, ſecundùm quod ſcri-
E ptum eſt, Quia *oculi Domini ſuper juſtos*? Lucis Pſ. 33. 16.
natura hujuſmodi eſt, ut non in numero, non in menſura, non in pondere, ut alia; ſed omnis ejus in aſpectu gratia ſit. Propriis itaque ſermonibus naturam lucis expreſſit, quæ videndo complacet, quoniam ipſa videndi officium ſubminiſtrat. Nec immerito tantum ſibi prædicatorem potuit invenire, à quo jure prima laudatur; quoniam ipſa fecit, ut etiam cetera mundi membra digna ſint laudibus. Vi-
F dit ergo Deus lucem, & vultu ſuo illuminavit, & vidit quia bona eſt. Non ex parte Dei, ſed generale judicium eſt. Itaque non in ſplendore tantummodo, ſed in omni utilitate gratia lucis probatur. Unde & diſcretio fit inter lucem & tenebras; ut ſeparata lucis natura atque tenebrarum, nihil videatur intra ſe habere confuſum.

35. *Et vocavit Deus lucem diem, & tenebras noctem vocavit;* ut & nomine ipſo diem noc- Gen. 1. 5.
temque diſtingueret. Advertimus itaque quod lucis ortus antequam ſol, diem videatur aperire;

*. Scena locus eſt ramis arborum tectus. Maro l. 1 Æn.
. . . . *tum ſylvis ſcena coruſcis*
Deſuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.

a. Mſſ. Can. & Gem. per corr. *dixit.* Sic etiam infra non ſemel. Alii tamen & edit. *dilexit.* Ibidem mſſ. aliquot, *proderet voluntatis effectus*; aliquot . . . . *effectum.* Alii magno numero & edit. omnes . . . . *effectu.*

b. Sic edit. vet. & mſſ. plures potioreſque. Quatuor, *cogitationem*, Rom. edit. *diſpoſitionem.* Sed *cognitionem* retinendam equidem arbitror, & hic idem eſſe ac ſententiam & judicium quemadmodum cognitor judex eſt, & cognoſcere, judicare.

principia enim diei noctis exitum claudunt, A finiſque temporis & ſtatus limes nocti & diei videatur eſſe præſcriptus. Diem ſol clarificat, lux facit. Frequenter cælum nubibus texitur, ut ſol tegatur, nec ullus radius ejus appareat; lux tamen diem demonſtrat, tenebras abſcondit.

CAPUT X.

Diem nocti contra quàm nonnullis videatur, hîc anteponi. Cur dies unus potius dicatur quam primus; ac matutino fine concludatur.

Ibid. 36. *ET factum eſt veſpere, & factum eſt mane dies unus.* Quærunt aliqui, cur prius veſperum, poſtea mane Scriptura memoraverit, ne forte noctem priuſquam diem ſignificare videatur. Nec advertunt primo quod præmiſerit diem, dicendo: *Et vocavit Deus lucem diem, & tenebras vocavit noctem*: deinde quod veſper finis diei ſit, & mane finis noc- C tis. Ergo ut prærogativam & primatus nativitatis diei daret, prius finem diei ſignificavit, poſtquam ſecutura nox eſſet, deinde poſtea finem noctis adjunxit. Eo uſque autem noctem diei Scriptura anteferre noo potuit, ut & diei & noctis tempora, diei appellatione concluſerit, tamquam principalis auctoritate nominis vindicaverit. Et hanc Scripturæ eſſe conſuetudinem, ut potiori appellationem deputet, frequentibus exemplis probamus. Siquidem & D
Gen. 47. 9. Jacob dixit: *Dies vitæ meæ, puſilli & mali.* Et iterum: *Omnes dies vitæ meæ.* Et David poſuit:
Pſ. 89. 10. *Dies annorum noſtrorum*, non dixit & noctes. Unde advertimus ea quæ nuoc in ſpecie hiſtoriæ traduotur, vim ſtatuiſſe legis inpoſterum. Principium ergo diei, vox Dei eſt: *Fiat lux; & facta eſt lux.* Finis diei veſper eſt. Jam ſequens dies ex noctis fine ſuccedit. Scoteotia autem Dei evidens, quia diem primo vocavit lucem, & ſecundo vocavit tenebras noctem. E

37. Præclare etiam unum non primum diem dixit; nam ſecuturo ſecundo, & tertio die, & deinceps reliquis primum potuit dicere: & hoc ordinis videbatur, ſed legem ſtatuit, ut viginti A quatuor horæ diurnæ atque nocturnæ diei tantum nomine definiantur, ut ſi diceret: Viginti quatuor horarum menſura unius diei tempus eſt. Sicut enim virorum generatio computatur, & intelligitur etiam feminarum, quia nectuntur ſecunda potioribus; ita etiam dies numerantur, & noctes æſtimantur adjunctæ. Sicut igitur circuitus unus, ita dies unus. Nam plerique etiam hebdomadam unam unum diem dicunt; quod in ſe quaſi in unum redeat diem; B & quaſi ſepties in ſe recurrat. Eſt autem circuitus figura hæc à ſe incipere, & in ſe reverti. Unde & ſæculum unum interdum Scriptura dicit. Nam etſi aliis locis ſæcula appellat, videtur magis diverſitates ſtatuum publicorum vel negotiorum ſignificare, quam ſæculorum ſucceſſiones aliquas definire; *Quia* Ioel. 2. 11.
dies Domini magnus & præclarus. Et alibi, *Ut quid* Amos. 5. 18.
vobis quærere diem Domini? Et hîc tenebræ & noo lux. Manifeſtum eſt enim quod male conſ- C ciis & indignis dies ille tenebroſus ſit, quo fulgebit innocentia, & mens noxia cruciabitur. Ceterum quod ſine interpolatione noctium, & ſucceſſione tenebrarum dies perpetuus ille remunerationis æternæ futurus ſit, Scriptura Eſa. 60. 19.
nos docet.

38. Pulcre autem vicem utramque unum dicturus diem, matutioo eum fine concluſit, ut & à luce incohare diem doceret, & in lucem deſinere. Non enim eſt integrum diei tempus, niſi D & noctis fuerit expletum. Unde & nos ſemper quaſi in die honeſte ambulemus, & abjiciamus opera tenebrarum. Noctem enim ad quietem corporis datam eſſe cognoſcimus, noo ad muneris alicujus vel operis functionem; quæ ſomno & oblivione tranſcurritur. Non ſit in nobis comeſſatio, ebrietas, cubile, impudicitia. Non dicamus: Tenebræ & parietes operiunt nos, & quis ſcit ſi videbit Altiſſimus? Sed ſit in nobis amor lucis, & cura honeſtatis, ut tamquam E in die ambulantes, opera ooſtra coram Deo lucere cupiamus, cui eſt honor, laus, gloria, poteſtas, cum domioo ooſtro Jeſu Chriſto, & cum Spiritu ſancto à ſæculis, & nunc & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

LIBER SECUNDUS.

DE OPERE SECUNDI DIEI.

Sermo III.

CAPUT I.

Operibus primi diei ſtrictim recenſitis, rejectiſque iis qui mundo materiam æternam affingebant, tranſit ad ſecundum diem: & in rerum creatione non naturæ poſſibilitatem, ſed potentiam Dei ſpectandam docet.

1. DIem primum, vel potius unum, maneat enim ei prophetici prærogativa ſermonis, ut potuimus, abſolvimus; in quo conditum cælum, terram creatam, [a] aquarum exundaotiam, circumfuſum aerem, diſcretionem factam lucis atque te- F nebrarum Dei omnipotentis, & domini Jeſu Chriſti, Spiritus quoque ſancti operatione cognovimus. Quis ergo non miretur diſſimilibus membris diſparem mundum in corpus unum aſſurgere, & inſolubili concordiæ caritatiſque lege in ſocietatem & connexionem ſui tam diſtantia convenire, ut quæ diſcreta naturâ ſunt, in unitatis & pacis vinculum velut individua compactione nectantur? Aut quis hæc videns, poſſibilitatem rationis infirmo ingenio rimetur? Quæ omnia vis divina, incomprehenſibilis humanis mentibus, & ineffabilis ſermonibus noſtris, voluntatis ſuæ auctoritate connexuit.

a. Rom. edit. *aquarum exundantiam exercitam.* A ceteris mſſ. & edit. abeſt vox, *exercitam*, & quidem recte; nondum enim congregatæ erant aquæ.

2. Fecit igitur Deus cælum & terram, & ea A quaſi auctor eſſe præcepit, non tamquam figuræ inventor, ſed tamquam operator naturæ. Nam quomodo ſibi conveniunt operatoria impaſſibilis Dei virtus & paſſibilis materiæ natura, tamquam altera ab altera, quo indiguerint, mutuantes? Nam ſi increata materia, videtur ergo Deo creandæ poteſtas materiæ defuiſſe, & ab ea operationi ſubjacentia mutuata. Si vero incompoſita, mirum admodum coæternam Deo materiam decorem ſibi non potuiſſe con- B ferre, quæ ſubſtantiam non à creatore acceperit, ſed ſine tempore ipſa poſſederit. Plus ergo invenit operator omnium, quam contulit. Invenit materiam, in qua poſſet operari: contulit autem figuram, quæ decorem inventis rebus afferret. Unde excipiendus à ceteris tamquam dies unus, non conferendus cum ceteris tamquam dies primus eſt, quo fundamenta rerum omnium poſita, & cauſæ eſſe cœperunt, quibus mundi hujus atque univerſæ viſibilis crea- C turæ fulta ſubſtantia eſt. Quare ad ſecundi diei admiranda opera ſermo nobis prodeat, quorum eminentia non ſecundum tractatus noſtri poſſibilitatem: ſed ſecundum Scriptoris veritatem, ad laudem referenda eſt creatoris.

3. Vos igitur quæſo, ut naturaliter æſtimare, quæ dicimus probabiliter, ac ſimplici mente & ſedulo ingenio penſare dignemini, non ſecundum Philoſophiæ traditiones, & inanem ſedu-
a ctionem [a] ſuaſoria veriſimilia colligentes; ſed ſe- D cundum regulam veritatis, quæ oraculis divini ſermonis exprimitur, & contemplatione tantæ majeſtatis fidelium pectoribus infunditur, quia
Pſ. 118. 28. 85. & 86. ſcriptum eſt: *Confirma me in verbis tuis. Narraverunt mihi injuſti exercitationes, ſed non ſicut lex tua Domine: omnia præcepta tua veritas.* Non ergo ſecundum elementorum naturas, ſed ſecundum Chriſtum, qui omnia quæ voluit fecit, abundans plenitudine divinitatis ſuæ, conſideremus quæ facta ſunt, & naturæ poſſibilitatem E interrogemus. Neque enim cùm in Evangelio leproſos curaret, cæcis viſum refunderet, populus qui aderat & ſpectabat illa, medicinæ ordinem recognovit: ſed poteſtatem Domini mira-
Luc. 18. 43. tus, *dedit*, ut ſcriptum eſt, *Deo laudem.* Neque ſecundum numeros Ægyptiorum & concurſus ſiderum, menſuras elementorum extendit manum ſuam Moyſes, ut divideretur mare Ru- brum, ſed divinæ imperio poteſtatis obtempe-
Exod. 15. 6. rans. Unde & ipſe ait: *Dextera manus tua Domi-* F *ne glorificata eſt in virtute: dextera manus tua Domine confregit inimicos.* Illo igitur ſancta plebs eleva mentem tuam, & totum animum tuum eo confer. Non ſic Deus videt, quemadmodum homo; Deus in corde, homo in facie. Nec ſic igitur homo videt, quemadmodum Deus. Audis quia Deus vidit, & laudavit. Noli igitur tuis oculis æſtimare quæ facta ſunt, opinionibuſque colligere: ſed quæ Deus vidit & probavit, ea tu retractanda non putes.

CAPUT II.

Firmamentum, ut aquas ab aquis diſterminet, creatur. Cæli probantur plures eſſe, ac cæleſtium orbium concentus refellitur.

4. ET dixit Deus: *fiat firmamentum inter* *Gen. 1. 6.* *mediam aquam, & ſit diſcernens inter aquam & aquam; & factum eſt ſic.* Audi verba Dei, *Fiat* dicit. Jubentis eſt non æſtimantis. Im- B perat naturæ, non poſſibilitati obtemperat, non menſuras colligit, non pondus examinat. Voluntas ejus menſura rerum eſt. Sermo ejus finis eſt operis: *Fiat*, inquit, *firmamentum inter mediam aquam.* Firmum eſt omne quod ſtatuit Deus. Et ſatis pulchre præmiſit: *Fiat firmamentum*, antequam ſubjiceret *inter mediam aquam*; ut tu prius crederes firmamentum ex præcepto Dei factum, quam de aquarum proflua qualitate dubitares. Si naturam elementorum conſi- C deres, quomodo inter aquas ſolidatum eſt firmamentum? Illæ profluunt, illud conſtringitur: illæ currunt, hoc manet. *Et ſit*, inquit, *diſcernens inter aquam.* Sed aqua confundere, non diſcernere ſolet. Quomodo jubet quod ſcit ſecundum elementorum rationem eſſe contrarium? Sed cùm ſermo ejus ortus naturæ ſit, jure uſurpat dare legem naturæ, qui originem dedit.

5. Sed prius conſideremus quid ſit firmamen- D tum, utrum ipſum ſit quod in ſuperioribus cælum appellavit, an aliud, & ſint duo cæli, an plures. Nam ſunt qui unum cælum eſſe dicant, nec alterius cæli faciendi, cum eſſet una hyle, ut ipſi aiunt, potuiſſe ſuppetere ſubſtantiam; quoniam cum omnis ſuperiori cælo eſſet expenſa, nihil reliqui fuit, quod ad ædificationem ſecundi cæli tertuve proficeret. Alii vero innumeros cælos & mundos eſſe aſſerunt, quos irri- dent ſui. Non enim nobiſcum illis major, quam E cum ſuis pugna eſt, qui geometricis numeris & neceſſitatibus contendunt probare quod aliud cælum eſſe non poſſit, nec pati naturam uti ſecundum aut tertium ſit, nec operatoris virtutem idoneam, ut multos cælos faceret. Et quis non hanc eorum artificem facundiam irrideat, qui cùm ex una atque eadem cauſa plura ejuſdem generis ab hominibus fieri poſſe non abnuant, de creatore omnium dubitent, utrum plures cælos facere potuerit, de quo ſcriptum
F eſt: *Dominus autem cælos fecit.* Et alibi: *Omnia* *Pſal. 95. 5.*
quæcumque voluit fecit. Quid enim difficile ei, *Pſ. 113. 3.*
cui velle feciſſe eſt? Fluitat igitur illis impoſſibilitatis ratio, cùm de Deo diſputant, cui vere dicitur: Quia impoſſibile tibi nihil eſt.

6. Itaque nos non ſolum ſecundum, ſed etiam tertium cælum eſſe negare non poſſumus, cùm *2. Cor. 2.*
Apoſtolus raptum ſe ad tertium cælum ſcriptorum ſuorum teſtificatione confirmet. David *Pſal. 148.*
etiam cælos cælorum in illo laudantium Dominum conſtituit choro. Quem imitantes Philoſophi quinque ſtellarum & ſolis & lunæ, globorum conſonum motum introduxerunt, quorum orbibus vel potius globis connexa memo-

a Ita vet. edit. & mſſ non pauci in quibus Big. Colb. & Dion. habent, *Veri que ſimilia.* At Vat. cod vocem *Veriſimilia* non exhibet. Edit. autem Rom. & tres mſſ. habent *ſuaſoriæ.* Th. & Reg. *ſuaſoriæ veriſimilia.* Pen. & Corb. prima manu, *ſuaſura* .... Car. *ſuaſoria*, &c. non male. Nam ſubintelligi poteſt *diſciplina.*

rant omnia, quos ſibi innexos & velut inſertos A verſari retro & contrario ceteris motu ferri arbitrantur, eoque impulſu & motu ipſorum orbium dulcem quemdam & plenum ſuavitatis atque artis & gratiſſimi modulaminis ſonum reddi, quoniam ſciſſus aer tam artifici motu, & acuta cum gravibus temperante, ita varios æquabiliter concentus efficiat, ut omnem ſupergrediatur muſici carminis ſuavitatem.

7. Hujus rei fidem ſi requiras atque expectes ſenſu nobis & auditu probari, hæſitant. Nam B ſi vera forent, quomodo tanto motu orbium concrepante, cùm ille cæleſtis orbis, cui affixos ferunt ſtellarum curſus, qui ſine intermiſſione volvuntur, concitatiorem habeat converſionem atque acutum ſonum excitet, hic autem lunaris graviſſimnm, non audiretur à nobis, cùm leviora audire ſoleamus? Fidem ergo ejus diſputationis ſi teſtimonio noſtro & auditus munere exigamus probari, referunt obſurduiſſe aures noſtras, & hebetiorem nobis ſen- C ſum audiendi factum, propter illam à principio noſtræ generationis concepti ſonitus conſuetudinem. Et exemplum afferunt, eo quod Nilus fluviorum maximus, eo videlicet loco ubi ſe ex altiſſimis montibus [a] in Catadupa illa præcipitat, magnitudine fragoris ſui aures accolarum obſtruat, ut audiendi munere carere dicantur. Sed facile his ipſa reſpondet veritas. Nam qui tonitrua audimus nubium colliſione generata, tantotum orbium converſiones, qui majori uti- D que ſicut motu ferri æſtimantur, ita vehementiores ſonitus excitarent, non audiremus? Addunt præterea, ideo ſonum hunc non pervenire ad terras, ne capti homines per ſuavitatem ejus atque dulcedinem, quam celerrimus ille cœlotum efficit motus, ab orientalibus partibus uſque in occaſum, propria negotia atque opera derelinquerent, & omnia hîc otioſa remanerent, quodam humanæ ad cæleſtes ſonos mentis exceſſu. Sed ea quæ ſunt aliena à ſtudio E noſtro, & à divinæ lectionis ſerie, iis qui foris ſunt, relinquamus: nos inhæreamus Scripturarum cæleſtium magiſterio.

CAPUT III.

Firmamentum non idem eſſe ac cælum: veras aquas ſuper ipſo reſidere perperam negari; idque oſtendi Scripturâ, exemplis, ac multiplici ratione: ubi qui calidam ſoli naturam ineſſe nolunt, revincuntur. F

8. PRopoſitum igitur nobis eſt, quia dixit Deus: *Fiat firmamentum inter medium aquæ, & ſit diſcernens inter aquam & aquam.* Et hinc tractatur, utrum hoc firmamentum appellet quod ante jam fecit, de quo ſcriptum eſt: *In principio fecit Deus cælum & terram.* Nec fallit quod aliqui ante nos ita acceperint, eo quod ſupra creatum auctore Deo & conditum cælum Scriptura expreſſerit, hîc expoſitionem operis, creationiſque diffuderit; ut ibi quaſi ſumma operis breviter comprehenſa ſit, hîc operationis qualitas per ipſas concurrentium rerum digeſta ſit ſpecies. Sed movet nos, quia A & nomen aliud ſignificatur, & ſpecies ſolidior, & cauſa diſcernitur, & perſona cooperatoris adjungitur. Sic enim ſcriptum eſt: *Et diſcrevit Deus inter medium aquæ quæ erat ſub firmamento, & inter medium aquæ quæ erat ſuper firmamentum.* Gen. 1. 7.

9. Et primo volunt id deſtruere quod frequenti Scripturarum lectione inolitum noſtris & impreſſum eſt mentibus; quia aquæ ſuper cælos eſſe non poſſint, dicentes rotundum eſſe orbem illum cæli, cujus in medio terra ſit, & B in illo circuitu aquam ſtare non poſſe, quod neceſſe eſt defluat & labatur, cùm de ſuperioribus ad inferiora decurſus eſt. Quomodo enim aqua ſnper orbem, ut aiunt, ſtare poteſt, cùm orbis ipſe volvatur? Hæc eſt illa verſutia Dialecticæ. Da mihi unde tibi reſpondeam. Quod ſi non detur nullum verbum refertur. Petunt ſibi concedi axem cæli torqueri motu concito, orbem autem terræ eſſe immobilem; ut aſtruant aquas ſuper cælos eſſe non poſſe, quod omnes C eas volvendo ſe axis effunderet: quaſi vero ut concedam illis quod poſtulant, & ſecundum eorum opiniones illis reſpondeam, negare poſſint in illa altitudine & profundo & longitudinem eſſe & latitudinem, quam nemo poteſt comprehendere, niſi is qui impletur in omnem plenitudinem Dei, ut Apoſtolus ait, Quis enim Eph 3. 18. poteſt facile eſſe divini operis æſtimator? Eſt 19. ergo latitudo in ipſa cæli altitudine. Sunt etiam, ut de his dicamus quæ ſcire poſſumus, pleraque D ædificia foris rotunda, intus quadrata, & foris quadrata, intus rotunda, quibus ſuperiora ſunt plana, in quibus aqua hærere ſoleat. Quæ tamen ideo dicimus, ut advertant opiniones ſuas opinionibus veriſimilioribus revinci poſſe, & deſinant tantum opus Dei, humanæ operationis & noſtræ poſſibilitatis contemplatione metiri.

10. Nos autem Scripturarum ſeriem atque ordinem ſequimur, & opus contemplatione E æſtimamus auctoris, & quid dictum ſit quærimus, & quis dixerit, & cui dixerit: *Fiat*, inquit, *firmamentum in medio aquæ, & ſit diſcernens inter aquas.* Audio firmamentum fieri per præceptum quo divideretur aqua, & ab inferiore ſuperior diſcerneretur. Quid hoc manifeſtius? Qui juſſit diſcerni aquam interjecto & medio firmamento, providit quemadmodum diviſa atque diſcreta manere poſſit. Sermo Dei virtus naturæ eſt, [b] & diuturnitatis ſubſtantia quoadufque F velit eam manere qui ſtatuit, ſicut ſcriptum eſt: *Statuit ea in ſæculum ſæculi, præceptum poſuit & non præteribit.* Ps. 148. 6. Et ut ſcias, quia de iſtis aquis hoc dixit, quas tu negas poſſe in ſuperioribus cæli eſſe, audi ſuperiora: *Laudate eum cæli cælorum, & aquæ, quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini.* Ibidem 4. 5. Nonne quaſi adverſanti tibi dixit: *Quoniam ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandavit & creata ſunt: ſtatuit ea in ſæculum ſæculi, præceptum poſuit, & non præteribit?* Ibidem 5. An non videtur tibi auctor idoneus, qui legem ſuo operi daret? Deus eſt qui dicit, venerabilis naturâ, inæſtimabilis magnitudine, immenſus in remunerationibus, incomprehenſi-

a. Mſſ plures ac probatiores, *catad-ta*, à quibus alii licet corrupti haud longe recedunt. Corb. vetus. Gem. ac Carn. explicationis ergo habent *abdita profluvii.* Alii vero & edit. legunt *catadupa*, quæ ſunt Nili cataractæ, de quibus Cic. in Somnio Scip.

b Mſ. Corb. vet. *diuturnitas ſubſtantia.* Reliqui mſſ. & edit. *diuturnitatis ſubſtantia.*

bilis in operibus, cujus altitudinem ſapientiæ A quis inveſtigare facilis? Iſte dicit Filio, id eſt, dicit brachio ſuo, dicit virtuti ſuæ, dicit ſapientiæ ſuæ, dicit juſtitiæ ſuæ. Et facit Filius quaſi potens, facit quaſi virtus Dei, facit quaſi ſapientia Dei, facit quaſi juſtitia divina. Cùm hæc audis, quid miraris ſi ſupra firmamentum cæli potuit tantæ majeſtatis operatione unda ſuſpendi?

12. De aliis hæc collige, de iis quæ viderunt oculi hominum, quomodo ad Judæorum tranſitum, ſi rationem quæris, ſe unda diviſerit. Non B ſolet hoc eſſe naturæ, ut aqua ſe diſcernat ab aqua, & in profundo interfuſiones [a] aquarum terræ medio ſeparentur. Gelaverunt enim fluctus, & firmamenti ſpecie curſum ſuum inſolito fine frænarunt. Nonne potuit etiam aliter Hebræum populum liberare. Sed tibi voluit oſtendere, ut eo ſpectaculo etiam illa quæ non vidiſti, æſtimares eſſe credenda. Jordanis quoque, reflexo amne, in ſuum fontem revertitur. [b] Hærere aquam, cùm labitur inuſitatum; rurſum redire in ſupe- C riora ſine ullo repagulo impoſſibile habetur. Sed quid impoſſibile ei qui dedit, poſſe infirmis [c] ut infirmus dicat: *Omnia poſſum in eo qui me confortat.* (Phil. 4. 13.) Dicant certe quemadmodum aer cogatur in nubem, utrum pluvia nubibus generetur, an ſinu nubium colligatur. Videmus plerumque exire nubes de montibus. Quæro utrum de terris aſcendat aqua; an ea quæ ſuper cælos eſt, largo imbre deſcendat. Si aſcendit, utique contra naturam eſt, ut aſcendat in ſuperiora quæ gravior eſt, & D portetur aere, cùm aer ſubtilior ſit. Aut ſi conciti orbis totius motu rapitur aqua, ſicut imo orbe rapitur, ita ſummo orbe diffunditur. Si fundi, ut volunt, non deſinit, utique non deſinit rapi; [d] quia ſi axis cæli ſemper movetur, & aqua ſemper hauritur. Si deſcendit; manet ergo jugiter ſupra cælos quæ habet unde deſcendat. Deinde quid obſtat ſi confiteantur quia aqua ſupra cælos ſuſpenſa ſit? Nam quo verbo dicunt terram in medio eſſe ſuſpenſam, & immobilem mane- E re, cùm utique gravior ſit quam aqua; ea ratione poſſunt dicere non præcipitari aquam orbis illius cæleſtis converſione, quæ ſuper cælos eſt. Sicut enim terra inani ſuſpenditur, vel pondere librato undique immobilis perſeverat; ita & aqua aut gravioribus aut æquis cum terra ponderibus examinatur. Ideoque non facile ſuperfunditur mare terris, niſi cùm jubetur exire.

12. Deinde cùm ipſi dicant volvi orbem cæli F ſtellis ardentibus refulgentem, nonne divina providentia neceſſario proſpexit, ut intra orbem cæli, & ſupra orbem redundaret aqua, quæ illa ferventis axis incendia temperaret? Propterea quia exundat ignis & fervet, etiam aqua exundavit in terris, ne eas ſurgentis ſolis & ſtellarum micantium ardor exureret, & tenera rerum exordia inſolitus vapor læderet. Quanti fontes, fluvii, lacus irrigant terras; quia eas internus quidam ignis vaporat? Unde enim aut arbores germinarent, aut frumenta vel ſata prorumperent, vel orta coquerentur, niſi ea interior quoque ignis animaret? Qui etiam de ſaxis frequenter excutitur, & de ipſo ſæpe, dum cæditur, ligno exilit. Ergo ſicut neceſſaria ignis creatura, ut ordinata & diſpoſita permaneat, cælique clementia temperet aquarum rigorem; ita etiam aquarum redundantia non ſuperflua, ne alterum altero conſumeretur, quia niſi conveniens utriuſque menſura ſit, ſicut ignis aquam exſiccat, ita & aqua reſtinguit ignem. Ideoque pondere & menſura examinavit univerſa; numerata enim ſunt ei & ſtillicidia pluviarum, ſicut in libro Job (Job. 28 25.) legimus. Sciens vel rerum facilem defectum fore, vel ſolutionem univerſitatis, ſi alterum exſuperaretur ab altero, ita utriuſque temperavit diſpendia; ut neque plus ignis excoqueret, neque exuberaret aqua: ſed imminutio fieret utriuſque moderata, quæ & ſuperfluum detraheret, & neceſſarium reſervaret. Itaque cùm tanta de terris erumpant maximorum fluenta amnium, Nilus effuſo Ægyptum ſtagnans flumine, Danubius de occidentalibus partibus, Barbarorum atque Romanorum interſecans populos, donec Pontoipſe condatur, Rhenus de jugo Alpium uſque in Oceani profunda curſus ſuos dirigens, Romani memorandus adverſus feras gentes murus imperii, Padus maritimorum commeatuum Italicis ſubſidiis fidus invector, Rhodanus rapido concitus curſu Thyrrheni æquoris freta ſcindens, in quo non mediocre fertur navigantium periculum, dum inter ſe maris fluctus & amnis fluenta decertant, itemque de Septemtrionali parte [e] Phaſis Caucaſeis montibus fuſus cum pluribus aliis in Euxinum ſe præcipirans mare, prolixum eſt ſingulorum proſequi fluviorum nomina qui vel in noſtrum mare derivantur, vel exinaniuntur Oceano; cùm tanta igitur ubertas aquarum ſit, tamen plerumque terra meridianæ plagæ torretur ardoribus, atque æſtu ſolura fatiſcit in pulverem, miſerandi agricolæ labore conſumto; ut frequenter ad potum, ſiccatis puteis, arido gurgite ſubſidium vitale deficiat. Et erit quidem quando dicat abyſſo: *deſerta eris, & omnes fluvios ſiccabo*, (Eſa. 44. 27.) ſicut per Eſaiam futurum annunciavit. Sed etiam antequam ille dies adveniat, divino præſtitutus arbitrio, non minimum inter ſe ipſa elementorum natura decernit. Crebro itaque aut inundationibus mundus hic quatitur, aut nimio æſtu & ariditate vexatur.

13. Noli igitur incredibilem opinari aquarum multitudinem, ſed reſpice ad vim caloris, & incredulus non eris. Multum eſt quod ignis abſorbet; quod vel ex illo nobis debet eſſe manifeſtum, cùm medici vaſa quædam anguſta ore, planiora deſuper, intus concava, levi lucernæ concepto lumine affigunt corpori quem-

a. Tres mſſ *aquarum medio.* edit. Rom *aquarum ſine medio.*

b Edit. Rom. *hærere aquam, cùm labitur, ſurſumque redire.* edit. Per. Era. Gill. *hærere aquam, & ita ſurſum redire.* mſſ. vero ut nos in textu, niſi quod potiores prima manu habent, *uſitatum.* ſecunda *inuſitatum.*

c. Ita mſſ Corb. vet. Ben. Th. & Carn. Alii & edit. omnes (excepta Pariſ. an 1614. in qua *infirmis*) legunt, *qui dedit poſſe quibus voluit? Dedit poſſe infirmitatibus.* Quæ ultima vox ſi retineatur, non mutabitur ſenſus. Poteſt enim dici *infirmitas* pro *infirmo*, ut per metonymiam *ſenium* pro *ſene*, *ſacrilegium* pro *ſacrilego*.

d. Sic mſſ. duodecim. at Big. Vict. unus & Gem. *ſicut axis cæli ſemper movetur, ita aqua ſemper hauritur.* edit. vero .... *ſemper movetur, & aqua movetur, & aqua ſemper hauritur.*

e. Mſſ. Vat. duo *Tanais.* Big. *Euſis.* Vict. unus, Gem. Cæn. Corb. unus *Euxis* .... mſſ. ſeptem *præcipitat*. reliqui, ac edit. omnes *præcipitans.*

admodum calor ille omnem in ſe rapiat humorem? Quis igitur dubitet quod ignitus æther, & magno fervens vapore inflammaret atque exureret omnia, niſi lege quadam ſui cohibetur auctoris, ut nec flumina, nec lacus, nec ipſa maria vim ejus poſſent reſtinguere? Et ideo deſuper aqua impetu quodam deſcendens, in tantos plerumque imbres rumpitur, ut flumina & lacus repente repleantur, ipſa maria exundent. Unde frequenter & ſolem videmus madidum atque rorantem. In quo evidens dat indicium, quod alimentum ſibi aquarum ad temperiem ſui ſumſerit.

14. Tantum autem ineſt illis impugnandæ veritatis ſtudium, ut ſolem ipſum negent calidæ naturæ eſſe; eo quod albus ſit, non rubicundus, aut rutilus in ſpeciem ignis. Et ideo aiunt quod nec ignitus naturâ ſit, & ſi quid habet caloris, ferunt ex nimio motu converſionis accidere. Quod ideo dicendum putant, ut nihil videatur humoris conſumere: quia calorem quo humor vel minuitur, vel plerumque exhauritur, non habet naturalem. Sed nihil agunt, cùm iſta componunt; quia nihil intereſt, utrum ex natura calorem quis habeat, an ex paſſione, aut aliqua ex cauſa; quia ignis omnis conſumtor humoris eſt, vel hujuſmodi materiæ, quam flamma conſuevit exurere. Nam ſive ex lignis haudquaquam ſemiuſtulatis, ſed inter ſe colliſis, ignis excuſſus excipiatur foliis, etiam flamma adolet, ac ſi de igne accendas facem: ſive de flammæ lumine lumen accendas, eadem ſpecies & natura eſt luminis, ac ſi illud non naturalis ignis adoleverit, ſed accidens cauſa generaverit. Vel hinc ſaltem contemplentur ſolis calorem, quo diverſa ei Deus conſtituit curſus ſui loca & tempora; ne ſi ſemper in iiſdem moraretur locis, quotidiano ea vapore exureret. Mare ipſum ideo ferunt ipſi ſalſam atque amaram aquam habere, quod ea quæ fluviis in freta influat, calore abſumatur, tantumque vapore diurno conſumi, quantum quotidie ex diverſis fluviorum curſibus invehatur. Quod ex ſolis quadam dijudicatione fieri perhibetur, qui quod purum ac leve eſt, ſibi rapit, quod grave atque terrenum, relinquit: ex quo remanet ſalſum illud atque aridum, quod ſine uſu ac ſuavitate potandi ſit.

CAPUT IV.

Cælum, nomen commune; ſpeciale vero, firmamentum: & unde vox utraque deſumta. Hinc cæli acceptiones nonnullæ; & ad extremum cum cælorum ac firmamenti, tum aquarum moralis interpretatio.

15. SEd revertamur ad propoſitum. *Fiat firmamentum inter medium aquæ.* Non moveat, A ſicuti jam dixi, quia ſupra cælum ait, hîc dicit *firmamentum*; quoniam & David dicit: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum*, hoc eſt, mundi opus cùm videtur, ſuum laudat auctorem. Invisibilis enim majeſtas ejus per ea quæ videntur, agnoſcitur. Et videtur mihi nomen cælorum commune eſſe, quia plurimos cælos Scriptura teſtificatur, nomen autem eſſe ſpeciale, firmamentum. Siquidem & hîc ita habetur: *Et vocavit Deus firmamentum cælum*, ut videatur ſupra generaliter dixiſſe, in principio cælum factum, ut omnem cæleſtis creaturæ fabricam comprehenderet: hîc autem ſpecialem firmamenti hujus exterioris ſoliditatem, quod dicitur cæli firmamentum, ſicut legimus in hymno prophetico: *Benedictus es in firmamento cæli.* Nam cælum, quod οὐρανὸς græce dicitur, latine, quia impreſſa ſtellarum lumina velut ſigna habeat, tamquam cælatum appellatur: ſicut argentum quod ſignis eminentibus refulget, cælatum dicimus. Οὐρανὸς autem [a] ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι dicitur, quod videatur . . . . . Igitur terræ, quæ obſcurior eſt, ὁρατὸς nuncupatur, quia lucidus eſt, tamquam viſibilis. Unde puto & illud dictum: [b] *Volatilia cæli ſemper vident faciem patris mei, qui in cælis eſt.* Et: *volatilia circa firmamentum cæli*; eo quod poteſtates, quæ ſunt in illo viſibili loco, ſpectent hæc omnia, & ſubjecta ſuis habeant conſpectibus.

Pſ. 18. 1. — *Gen. 1. 8.* — *Dan. 3. 56.* — *Gen. 1. 20.*

16. Denique clauſum cælum dictum eſt temporibus Eliæ quando in Achab & Jeſabel perfidia regnabat, cùm populus regali ſacrilegio deſerviret, eo quod nemo ad cælum oculos erigebat, nemo ejus auctorem venerabatur, ſed ligna & lapides adorabant. Unde hoc colligimus? Quia & in maledictionibus populi Iſrael dixit Deus: *Erit tibi cælum ſuper caput tuum æneum, & terra tua ferrea*, quando pretium perfidiæ luens populus Judæorum, intemperie cæli, & terræ infœcunditate multatur; de cælo enim cauſa fertilitatis. Denique & Moyſes benedictiones tribui Joſeph à finibus cæli & rore abyſſi fontium deorſum, [c] & ſecundum horam à ſolis curſu, & à convenientibus menſibus, & à vertice montium & collium æternorum dedit, eo quod moderatione cæleſti terrarum fœcunditas nutriatur. Ferreum ergo cælum, quod nullum exudat humorem, quando nullis nubibus imber rumpitur. Eſt etiam ferreum cælum ſubobſcurus aer, preſſus atque nebuloſus colore ferrugineo, quando rigore frigoris ſtringitur terra, tunc veluti ſuper caput noſtrum humor ſuſpenſus videatur, & per momenta imminere. Plerumque etiam glacialibus ventorum flatibus rigentes aquæ conſolidantur in nivem, & rupto aere nix funditur. Neque enim firmamentum hoc poteſt ſine aliquo [d] rumpi fragore. Ideo & firmamen-

Levit. 26. 19. — *Deut. 33. 13.*

a Edit. Era. & ſequentes ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι (Rom. addit, *vel ὁρᾶσθαι*) *quod videatur* ... Mſſ. ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι *dicitur, quod videatur*. Mſſ. quinque probatiſſimi . . *quod dividitur*. At quæ ſequuntur græca verba, ita confuſe ſcribuntur, ut à nemine eorum quos conſuluimus, legi potuerint. Itaque optimum viſum eſt eadem quoad fieri potuit, fideliter expreſſa hîc repræſentare. Habetur ergo in contextu, ΫΡΟΤ. ΑΝΤΑΔΙ ΑCΤΟ ΑΝΕΝ & in margine, ΑΡΟΤΑΝΗΟΙΚΤΟΛΕW; quæ doctioribus exponenda lubentes permittimus. Subodoramur tamen per hæc nonnihil de diviſione cæli à circulo orizonte ſignata indicari.

b. Edit. nonnullæ Pariſ. *volatilia cæli, & volantia ſuper terram, ſecus firmamentum cæli*. LXX . . . [illegible] Hic autem ſignificari Angelos clare oſtenditur ex Ambroſio l. 1. de interpell. c. 9. Eadem metaphorâ uſum reperias beatum Job. c. 28. 2. videſis gloſſam interl. ad iſtum locum.

c. Ita plures ac potiores mſſ. at recentiores aliquot atque edit. *à finibus cæli, & rore, & abyſſis fontium deorſum venientibus*. Vulg. *de pomis cæli & rore atque abyſſo ſubjacente*. LXX. ἀπὸ ὡρῶν οὐρανοῦ καὶ δρόσου, καὶ ἀπὸ ἀβύσσων πηγῶν κάτωθεν.

d Poſt voces: *rumpi fragore*, additur in edit. *aut penetrari*. Et num. 17. poſt: *gloriam Dei*, additur in eiſdem: *& opera manuum ejus*. Utrumque deeſt in mſſ.

tum dicitur, quod non ſit invalidum, nec remiſſum. Unde & de tonitrubus, quæ concepto intra ſinum nubium ſpiritu cùm ſe vehementer erupturus eliſerit, magno concrepant ſonitu, Amos 4. 13. ait Scriptura: *Firmans tonitrua.* A firmitate ergo firmamentum eſt nuncupatum, vel quod divina virtute firmatum ſit, ſicut Scriptura nos Pſ. 150. 1. docet, dicens: *Laudate eum in firmamento virtutis ejus.*

17. Nec præterit retuliſſe aliquos cælos cælorum ad intelligibiles virtutes, firmamentum ad B operatorias. Et ideo laudare cælos, vel enarrare gloriam Dei, annuntiare firmamentum: ſed non quaſi ſpiritalia, ſed quaſi opera mundi enarraut, quemadmodum ſupra diximus. Alij quoque purificatorias virtutes interpretati ſunt aquas, quæ ſuper cælos ſunt. Accipimus hæc quaſi ad tractatus decorem: nobis tamen non alienum videtur atque abſurdum, ſi aquas veras propter illam cauſam, quam diximus, intelligamus. Nam & ros & gelu & frigus & æſtus, C Dan. 3. 64 & ſeq. ſecundum hymnum propheticum benedicunt Dominum, benedicit & terra: & illa non ad intelligibiles naturas referimus, ſed ad verita- Pſ. 148. 7. tem. Laudant etiam dracones Dominum; quia natura eorum & ſpecies cum videtur, non minimum vel decoris offundit, vel ineſſe rationis oſtendit.

CAPUT V.

Quam perfecta Patris ac Filii in operibus ſuis conjunctio. Videre in Deo idem atque approbare. Opus laudare partibus nondum abſolutis Deo proprium.

Gen. 1. 8. 18. **E**T *vidit Deus quia bonum.* Facit Filius, quod vult Pater: laudat Pater, quod facit Filius. Nihil in illo naturæ degeneris invenitur, cujus opus à paterna non degenerat voluntate. Vidit utique, non oculis corporalibus intendit: ſed definivit plenitudini gratiæ convenire, ut mihi ejus judicium cognoſceretur: nos enim ſo- E lemus etiam de iis, quæ divina ſunt, diſputare. Et quid mirum ſi de opere retractare poſſint, qui de ipſius operatoris generatione faciunt quæſtiones? Ipſum in judicium vocant, ipſum inæqualem atque degenerem aſſerere conantur. Ideo legis: *Et dixit Deus, & fecit Deus.* Eodem Pater & Filius majeſtatis honorantur nomine. *Et vidit Deus quia bonum.* Dixit tamquam omnia quæ Pater vellet ſcienti, & vidit tamquam om- F nia quæ Filius faceret ſcientiâ tenens, & efficiens operatione conſorti.

19. *Vidit quia bonum.* Non utique cognovit quod neſciebat, ſed probavit quod placebat. Non quaſi incognitum placuit opus; quia nec quaſi incognitus Pater qui complacuit in Filio, Matt. 3. 17. ſicut ſcriptum eſt: *Hic eſt Filius meus dilectus, in* A *quo mihi complacui.* Scit autem ſemper Filius voluntatem Patris, & Pater Filij, & audit Patrem Filius ſemper, & Pater Filium per unitatem naturæ, voluntatis atque ſubſtantiæ. Denique teſtatur hoc in Evangelio ſuo Filius, dicens ad Patrem: *Sciebam quia ſemper me audis.* Imago eſt Iohan 11. 42. enim inviſibilis Dei Filius. Omnia Patris quaſi imago exprimit, omnia ejus quaſi ſplendor gloriæ illuminat, atque nobis manifeſtat. Videt & Filius Patris opus, ſicut & Pater Filii; ſicut & ipſe B Dominus declaravit: *Non poteſt Filius facere à ſe quidquam, niſi quod viderit facientem Patrem.* Iohan 5. 19. Videt ergo facientem Patrem, & videt per ſecretum inviſibilis naturæ, & audit ſimiliter. Denique ait: *Sicut audio, judico, & judicium meum verum eſt; quia non ſum ſolus, ſed ego, & qui miſit me Pater.* Iohan 8. 16.

20. Hoc myſticum eſt, illud morale. Vidit mihi, probavit mihi. Quod Deus probavit, tu reprehenſibile ne dixeris; quoniam *quod Deus* Act. 10. 15. C *mundavit, tu commune ne dixeris,* ſcriptum tibi eſſe meminiſti; ergo [a] bonum Dei nemo blaſphemet. Si firmamentum bonum, quanto magis bonus ejus creator; etiamſi Ariani nolint, Eunomiani reclament, radicis degeneris fructus deterior.

21. *Vidit,* inquit, *Deus quia bonum.* Solent artifices ſingula prius facere, & poſtea habili commiſſione connectere: ut qui vultus hominum vel corpora excudunt de marmore, vel ære fin- D gunt, vel ceris exprimunt, non tamen ſciunt, quemadmodum ſibi poſſint membra ſingula convenire, & quid gratiæ adferat futura connexio; & ideo aut laudare non audent, aut pro parte laudant. Deus vero tamquam æſtimator univerſitatis, prævidens quæ futura ſunt, quaſi perfecta jam laudat, quæ adhuc in primi operis exordio ſunt, finem operis cognitione præveniens. Nec mirum ſi apud quem rerum perfectio, non in conſummatione operis, ſed E in ſuæ prædeſtinatione eſt voluntatis, laudat ſingula, quaſi convenientia futuris: laudat plenitudinem ſingulorum venuſtate compoſitam. Illa eſt enim vera pulcritudo, & in ſingulis membris eſſe quod deceat, & in toto; ut in ſingulis gratia, in omnibus formæ convenientis plenitudo laudetur.

22. Sed jam etiam ſecundus nobis claudatur dies, ne dum opus adſtruimus firmamenti, in- F firmiores eos, qui audiunt, dicendi prolixitate faciamus; dum in noctem ſermo producitur, quæ adhuc carens lunæ, ſtellarumque lumine, nondum enim luminaria creata ſunt [b] cæli, obſcuritatem poſſit afferre remeantibus: ſimul ut cibo, potuque curentur corpora, ne animis epulantibus, fragilitas carnis de nocturno quoque jejunio conqueratur.

a. Codex Big. & Gem. *bonum nomen Dei nemo blaſphemet.* Alii quatuor . . . . *ne blaſphemet.*
b. Mſſ. quatuor, *quæ cæli obſcuritatem poſſint auferre remeantibus.*

LIBER

LIBER TERTIUS.

DE OPERE TERTII DIEI.

Sermo IV.

CAPUT I.

Cùm aqua divino obediant imperio, homines eidem non parere flagitioſum. In aquarum congregatione Eccleſiæ figuram exprimi. Quam præclarum ſpectaculum exhibeat eadem Eccleſia; & quomodo ſuper flumina fundata ſit.

1. DIES tertius nobis hodie in ſermone naſcatur, qui ortus eſt in lectione. Præclarus dies, qui terram à nau- B
Gen. 1. 9. fragio liberavit, dicente Deo: *Congregetur aqua quæ eſt ſub cælo in congregatione una.* De quo præfationem adoriri placet. *Congregetur aqua* dictum eſt, & congregata eſt; & frequenter dicitur, congregetur populus, & non congregatur. Non mediocris pudor eſt imperio Dei inſenſibilia elementa parere, & homines non obedire, quibus ſenſus ab ipſo tributus eſt auctore. Et fortaſſe hic pudor fecerit, ut hodie plures conveniretis; ne quo die congregata eſt aqua in C congregationem unam, eo die populus nequaquam congregatus in Eccleſiam Domini videretur.

2. Nec hoc ſolum obedientis aquæ exem-
Pſ. 76. 17. plum habemus; nam & alibi ſcriptum eſt: *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt.* Neque enim veriſimile non videtur de aquis dictum, quando alibi quoque idem Propheta ait:
Pſ. 113. 3. *Mare vidit & fugit, Iordanis converſus eſt retrorſum.* Hoc enim vere factum quis ignorat, quod D ad Hebræorum tranſitum mare fugerit, quando ſe unda diviſit; tranſivit populus pulverulento veſtigio, periſſe mare credens, fugiſſe fluctus? Denique credidit hoc Ægyptius, & ingreſſus eſt: ſed illi rediit unda, quæ fugerat. Novit ergo aqua & congregari, & timere, & fugere, quando Deus præcipit. Hanc imitemur aquam & unam congregationem Domini, unam Eccleſiam noverimus.

3. Congregata eſt hic quondam aqua ex om- E ni valle, ex omni palude, ex omni lacu. Vallis eſt hæreſis, vallis eſt gentilitas; quia Deus montium eſt, non vallium. Denique in Eccleſia exultatio eſt, in hæreſi & gentilitate fletus &
Pſal. 83. 6. & 7. mœror. Unde ait: *Diſpoſuit in convalle fletus.* Ex omni igitur valle congregatus eſt populus catholicus. Jam non multæ congregationes ſunt, ſed una eſt congregatio, una Eccleſia. Dictum eſt & hic: Congregetur aqua ex omni valle, & facta eſt congregatio ſpiritalis, & factus eſt F unus populus; ex hæreticis & gentibus repleta Eccleſia eſt. Vallis eſt ſcena, vallis eſt circus, ubi currit mendax equus ad ſalutem, ubi vilis

A & abjecta contentio, ubi litium fœda deformitas. Ex his igitur qui circo inhærere conſueverant, fides crevit Eccleſiæ, quotidianus cœtus augetur.

4. Palus eſt luxuria, palus eſt intemperantia, palus eſt incontinentia: in qua volutabra libidinum ſunt, beſtiarum murmura, latibula paſſionum: ubi merſantur quicumque inciderint, & non emergunt: ubi labuntur pedum veſtigia, fluitant ſingulorum inceſſus: ubi fulicæ ſe dum B lavant, polluunt: ubi flebiles deſuper gemitus columbarum: ubi pigra teſtudo cœnoſo hæret in gurgite; denique aper in palude, cervus ad fontes. Ex omni igitur palude, ubi quaſi ranæ veterem querelam canebant, congregata eſt fides, congregata eſt puritas animi, mentiſque ſimplicitas.

5. Congregata eſt aqua ex omni lacu, & ex omni fovea, ut nemo fodiat foveam fratri ſuo, in quam ipſe incidat: ſed omnes ſe invicem di- C ligant, omnes ſe invicem foveant, & quaſi unum corpus diverſa ſe membra ſuſtentent: quos non mortiferi cantus, [a] & acroamata ſcenicorum quæ mentem emolliant ad amores, ſed concentus Eccleſiæ, & conſona circa Dei laudes populi vox & pia [b] vita delectet: quibus non purpurea peripetaſmata, non aulæa pretioſa ſpectare voluptati ſit, ſed hanc pulcherrimam mundi fabricam, hanc diſtantium inter ſe elementorum copulam, cælum ſicut cameram extenſum, D ut inhabitantes in hoc mundo tegat, terram ad operandum datam, diffuſum aerem, clauſa maria, populum hunc divinæ operationis organum, in quo divini modulamen reſultet oraculi, & Dei ſpiritus intus operetur, templum iſtud ſacrarium Trinitatis, ſanctitatis domicilium, Eccleſiam ſanctam, in qua refulgent aulæa cæ-
leſtia, de quibus dictum eſt: *Dilata locum tabernaculorum tuorum, & aulæorum tuorum: fige, ne parcas: longiores fac funiculos tuos, & palos tuos* Eſa. 54. 2. & 3.
E *confirma: adhuc in dexteram & ſiniſtram extende, & ſemen tuum gentes hereditate poſſidebit, & civitates deſertas inhabitabis.* Habet ergo aulæa, quibus attollit vitam bonam, peccata tegit, culpam obumbrat.

6. Hæc eſt Eccleſia quæ ſuper maria fundata eſt, & ſuper flumina præparata. Supra vos enim confirmata eſt & præparata, qui ſicut flumina puro in eam [c] mundi fonte decurritis, de quibus dictum eſt: *Elevaverunt flumina, Domine,* Pſ. 92. 3.
F *elevaverunt flumina vocem ſuam à voce aquarum multarum:* Et addidit. *Mirabiles elationes maris,* Ibidem 4.
mirabilis in excelſis Dominus. Bona flumina; hauſiſtis enim ex illo perenni & pleno fonte, [d] quo

a Mſſ. aliquot: *mortiferi cantus cromatum ſcenicorum.* Non male. Eſt enim croma ſeu potius cruma muſicorum inſtrumentorum ſonus ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc eſt, pulſare. Alii magno numero . . . *& acromatum ſcenicorum.* Melius edit. . . . *& acroamata ſcenicorum.* Fit autem ea vox ἀπὸ τοῦ ἀκροᾶσθαι, id eſt, audire, ac nonnumquam pro recitatione & cantu ſumitur. Sed fieri potuit ut vox *acromatum* Ambroſii tempore apud populum in uſu eſſet.

b. Sic omnes mſſ. excepto Reg. qui ſicut & omnes edit. præfert, *& pia vota delectent.*

c. Edit. Rom. & pauci iique non magnæ auctoritatis mſſ. *undique fonte decurritis.* Alii & edit. vet. *mundi fonte decurritis,* id eſt, purgati ab hæreſeos ac gentilitatis erroribus.

d. Ita mſſ. non pauci. Alii nonnulli: *à quo fluitis, qui* &c. aut cum edit. Rom. *à quo fluit is, qui* &c. Aliquot etiam, & vet. edit. *à quo fluxitis, quod fluxitis, quo* &c.

Iohan 7. 38. fluiſtis qui ait vobis: *Qui credit in me, ſicut dicit* A *Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Hoc autem dicebat de ſpiritu, quem incipiebant accipere, qui credituri erant in eum. Sed jam quaſi boni Jordanis fluenta revertimini mecum in originem.

CAPUT II.

Terram ſuperfuſis aquis prius inviſibilem, iiſdem unum in locum confluentibus apparuiſſe. Stabilitatem ac poſtea fluiditatem aquis inditam divina poteſtate, quæ variis exemplis adſtruitur. Quam mirum aquas omnes uno loco contineri; illiſque ſuos limites à Deo præfigi potuiſſe.

7. *Congregetur*, inquit, *aqua quæ ſub cælo eſt in congregationem unam, & appareat arida. Et factum eſt ſic.* Fortaſſe parum crediderit aliquis ſuperioribus ſermonibus noſtris, quibus tractavimus inviſibilem ideo fuiſſe terram, quod aquis operta tegeretur, ut corporeis oculis videri non poſſet. Ad ſe enim Propheta retulit, C hoc eſt, ad noſtram conditionem, non ad divinæ majeſtatem naturæ, quæ utique omnia videt. Sed ut advertatis quia non quaſi noſtri ingenii probandi gratia, ſed veſtræ causâ inſtructionis ſuſcepimus hunc tractandi laborem [a] adſtipulantem nobis lectionis ſeriem teſtificamur, quæ aperte probat poſt congregationem aquæ quæ erat ſuper terram, & poſt derivationem ejus in maria, apparuiſſe aridam. Deſinant ergo nobis Dialecticis diſputationibus movere nego- D tia dicentes: Quomodo terra inviſibilis; cùm omni corpori naturaliter & ſpecies & color inſit, omnis autem color ſit ſubjectus aſpectui? Clamat Dei vox: *Congregetur aqua & appareat arida.* Et iterum Scriptura dicit: *Congregata eſt aqua in congregationem unam, & apparuit arida.* Quid opus fuit iterare, niſi occurrendum quæſtionibus judicaſſet Propheta? Nonne videtur dicere: Non dixi inviſibilem ſecundum naturam, ſed ſecundum ſuperfuſionem aquarum? E Denique addidit ſublato velamine apparuiſſe aridam, quæ ante non videbatur.

8. Iterum quoque quæſtiones alias ſerunt dicentes: Si in congregationibus diverſis aqua erat, quomodo ſi illæ congregationes in ſuperioribus erant, non defluebat aqua in eum locum, ad quem poſt Domini imperium derivata eſt? Natura enim aquarum ſponte in inferiora prolabitur. Sin vero in inferioribus erant illæ congregationes, quomodo contra naturam ſuam F aqua ad ſuperiora conſcendit? Itaque aut naturalis curſus imperio non eguit: aut contra naturam imperio proficere non potuit. Cui quæſtioni facile reſpondebo, ſi mihi ipſi ante reſpondeant ante præceptum Domini hanc aquarum fuiſſe naturam ut laberetur, ut flueret. Non enim ex uſu hoc habet ceterorum elementorum, ſed ſpeciale & proprium: non ex quodam ordine, ſed magis ex voluntate & operatione Dei ſummi. Quid juſſerit Deus audiunt.

A Vox autem Dei, efficiens [b] naturæ eſt. Eam vocem effectus operationis implevit. Cœpit labi aqua, & in unam confluere congregationem, quæ ante erat diffuſa per terras, & plurimis receptaculis inhærebat. Curſum ejus ante non legi, motum ejus ante non didici, nec oculus meus vidit, nec auris audivit. Stabat aqua diverſis locis, ad vocem Dei mota eſt. Nonne videtur quia naturam ei hujuſmodi vox Dei fecit? Secuta eſt creatura præceptum, & uſum fecit B ex lege. Primæ enim conſtitutionis lex formam inpoſterum dereliquit. Denique ſemel diem fecit & noctem: ex illo manet utriuſque diuturna ſucceſſio, & diuturna reparatio. Juſſa eſt etiam aqua currere in congregationem: ex illo currit, fontes labuntur in fluvios, in freta currunt flumina, lacus derivantur in maria, ipſa ſe aqua præcedit, urget, & ſequitur. Unus eſt ductus, unum corpus. Et cùm ſit altitudo diverſa; indiſcreta tamen dorſi ejus æqualitas. Unde & æquor appellatum arbitror, quod ſuperficies ejus æqualis ſit.

9. Reſpondi ſecundùm illorum propoſitum; illi nunc reſpondeant mihi, ſi numquam viderint fontes ex inferioribus ſcaturire, de pavimento aquam ſurgere. Quis eam cogit? Unde prorumpit? Quemadmodum non deficit? Quomodo fit [c] ut ima ſoli ora undam vomant? Hæc ſecundum occultæ ſecreta naturæ. Ceterum quis ignorat quod rapido plerumque impetu in ima deſcendens, in ſuperiora ſe ſubrigat, atque D in ſupercilium montis attollat; plerumque etiam canalibus manu artificis derivata, quantum deſcenderit, tantum rurſus aſcendat? Itaque ſi vel impetu ſuo fertur, vel artificis ingenio contra naturam ſuam ducitur & elevatur, miramini ſi divini operatione præcepti aliquid ad uſum naturæ ejus acceſſit, quod in uſu ante non fuerit? Dicant nunc mihi quomodo tamquam in utrem Pſ. 32. 7. congregaverit aquas maris, ut ſcriptum eſt; quomodo eduxerit de petra aquam? Qui potuit E de petra educere aquam quæ non erat, non potuit aquam educere quæ erat? *Percuſſit petram, & fluxerunt aquæ*, clamat David, *& torrentes inundaverunt.* Pſ. 77. 20. Et alibi, *Super montes ſtabunt aquæ.* Pſ. 103. 6. Habes in Evangelio, quod cùm gravis eſſet procella, & magnus in mari motus, ita Matt. 8. 24. & ſeq. ut trepidarent Apoſtoli naufragii periculum, excitaverunt dormientem in puppi dominum Jeſum, & ſurgens imperavit vento & mari, ſedata eſt tempeſtas, refuſa tranquillitas. Qui F potuit imperio mare totum ſedare, non potuit aquas imperio movere? Atqui in diluvio ſic accepimus, Gen. 7. 11. quod eruperint abyſſi fontes, & quod Gen. 8. 1. induxerit poſtea ſpiritum, & ſiccaverit aquam: ſi nolunt obediſſe naturam, uſumque elementi imperio Dei eſſe converſum; vel hoc concedant potuiſſe immiſſo vento aquas currere, quod quotidie videmus in mari, ut inde aquæ currant, unde flaverit ventus. Si tempore Moyſi excitato Auſtro valido ſiccatum eſt mare, eodem modo ſiccari non potuit congregatio aquarum, &

a Pariſ. aliquot edit. *adſtipulatur nobis lectionis ſeries, quæ*, &c. Aliæ omnes & multi mſſ. *adſtipulante nobis lectionis ſerie teſtificamur, quæ*, Rom. edit... *teſtificantur ea quæ*, &c. Reliqui vero mſſ. auctoritate ſuperiores nec numero pauciores, ut nos in textu.

b. Vet. edit. omnes, ac Pariſ. nonnullæ cum duobus aut tribus mſſ. *efficiens natura eſt.* Mſſ. aliquot optimæ notæ: *effigies naturæ eſt.* His tamen anteponendi alii & aliquæ edit. Sanctus enim expreſſum voluit illud Baſilii: Φωνὴ [illegible] ποιητική.

c. Mſſ. aliquot: *ut ima ac ſolidiora.* Alii ac edit. omnes: *ut ima ſolidiora.* Corb. Carn. Ben. & Th. *ut ima ſoli ora.* Germ. *ut ima ſoli.*

in mare profluere aqua, quæ poſtea diviſa eſt à A
4. Reg. 6. 6. profundo? Sed diſcant naturam poſſe converti,
quando petra aquas fluxit, & ferrum aquæ ſu-
pernatavit, quod utique Eliſæus orando facere
meruit, non imperando. Si igitur Eliſæus fer-
rum levavit contra naturam, Chriſtus aquas
movere non potuit? Sed movit, qui potuit di-
Johan. 11. 43. cere: *Lazare veni foras*, & mortuum ſuſcitavit;
Deus enim quod jubet, facit. Itaque pari exem-
plo dictum accipe: *Congregetur aqua, & congre-
gata eſt.* Dicendo autem *congregetur*, non ſolum B
movit eam de loco: ſed etiam ſtatuit in loco, ut
non prætetflueret, ſed maneret.

10. Hoc itaque majoris miraculi eſt, quo-
modo omnes congregationes in unam congre-
gationem defluxerint, & una congregatio non
adimpleta ſit. Nam & Scriptura hoc inter mi-
Eccl. 1. 7. rabilia conſtituit, dicendo: *Omnes torrentes eunt
in mare, & mare non adimpletur.* Utrumque igi-
tur ex præcepto Dei, ut fluat aqua, & non ſu-
perfluat. Circumſcripta igitur impoſito fine C
maria clauduntur, ne ſuperfuſa terris inundent
omnia, & deſtituto arvorum cultu, munus ter-
renæ fœcunditatis impediant; cognoſcant igi-
tur divini eſſe præcepti, operationiſque cæleſ-
tis. Ait enim Dominus per nubem ad Job inter
Job. 38. 10. alia etiam de maris clauſtro: *Poſui ei fines, appo-
nens clauſtra & portas. Dixi autem ei: Uſque huc
venies, nec tranſgredieris, ſed in te ipſo conterentur
fluctus tui.* Nonne ipſi videmus mare frequenter
undoſum, ita ut in altum fluctus ejus tamquam D
mons aquæ præruptus inſurgat, ubi impetum
ſuum ad littus illiſerit, in ſpumas reſolvi, repa-
gulis quibuſdam arenæ humilis repercuſſum,
Hier. 5. 22. ſecundum quod ſcriptum eſt: *Aut non timebitis
me, dicit Dominus, qui poſui arenam fines mari?*
a Infirmiſſimo itaque omnium [a] vilis ſabulonis pul-
vere vis maris intempeſta cohibetur, & velut
habenis quibuſdam cæleſtis imperii præſcripto
ſibi fine revocatur, violentique æquoris motus
in ſe ſe frangitur, atque in reductos ſinus ſuos E
ſcinditur.

11. Ceterum niſi vis ſtatuti cæleſtis inhibe-
ret, quid obſtaret quin per plana Ægypti, quæ
maxime humilioribus jacens vallibus campeſtris
aſſeritur, mare Rubrum Ægyptio pelago miſ-
ceretur? Denique docent hoc qui voluerunt
hæc duo ſibi maria connectere, atque in ſe
transfundere. Seſoſtris Ægyptius, qui antiquior
fuit, & Darius Medus, qui majoris contuitu
potentiæ in effectum voluit adducere, quod ab F
indigena fuerat ante tentatum. Quæ res indicio
eſt, quod ſuperius eſt mare Indicum, in quo
mare Rubrum, quam æquor Ægyptium quod
inferius alluit. Et fortaſſe ne latius ſe mare effun-
deret, de ſuperioribus ad inferiora præcipitans,
ideo molimina ſua rex uterque revocavit.

CAPUT III.

*Collectionem aquarum unam & continuam eſſe, no-
mina vero pro diverſitate regionum diverſa. Quo-
modo locum aquis, toto orbe diffuſis, Deus paravc-
rit. Item de lacubus & ſtagnis ſub una congrega-
tione comprehenſis.*

12. QUæro nunc, cùm dixerit: [b] *Colligatur* b
aqua in collectionem unam; quomo-
do diffuſas per lacus, paludes, ſtagna, aquas, &
ſuperfuſas vallibus & campis omnibuſque pla-
nioribus locis, currentes fontibus atque flumi-
nibus, una potuerit recipere collectio: aut quo-
modo una collectio, cùm hodieque diverſa ſint
maria? Nam & Oceanum mare dicimus, &
Tyrrhenum, & Adriaticum, & Indicum, &
Ægyptium, & Ponticum, & Propontidem, &
Helleſpontum, & Euxinum, Ægæum, Ionium,
Atlanticum. Plerique etiam Creticum, & Sep-
temtrionale Caſpium appellant mare. Unde
conſideremus Scripturæ verba, quæ librato ſunt
tutrinata examine.

13. *Colligatur*, inquit, *aqua in collectionem unam.*
Una aquarum, jugiſque & continua congrega-
tio eſt, ſed diverſi ſinus maris, ut quidam de Plat. in Timæo.
Scriproribus forenſibus ait. Namque pontus [c] c
maris noſtri ſinus ampliſſimus, meritoque in
diverſis locis diverſa ſunt nomina, quia voca-
bula aquis, ex regionum vocabulis adhæſerunt.
Una autem congregatio aquarum, eo quod jugis
unda atque continua ab Indico mari uſque ad
Gaditani oram littoris, & inde in mare Rubrum
[d] extremo circumfuſa orbem terrarum includit d
Oceano: interius quoque Tyrrheno Adrias,
Adriæ cetera maria miſcentur, nominibus diſ-
tincta non fluctibus. Unde pulcre habes, quia
Deus congregationes aquarum vocavit maria. Gen. 1. 10.
Ita & una eſt generalis collectio, quæ dicitur
mare, & multæ collectiones quæ maria pro re-
gionibus nuncupantur. Sicut enim multæ terræ,
ut Africa, Hiſpania, Thracia, Macedonia, Sy-
ria, Ægyptus, Gallia, atque Italia pro regio-
num appellantur vocabulis, & una eſt terra:
ita multa dicuntur pro locorum appellationi-
bus maria, & unum eſt mare, ſicut ait Prophe-
ta, dicens: *Tui ſunt cæli, & tua eſt terra, orbem* Pſ. 88. 12.
*terrarum & plenitudinem ejus tu fundaſti, Aquilo-
nem & mare tu creaſti.* Et ad Job ipſe Dominus
ait: *Concluſi autem mare portis.* Job. 38. 8

14. Nunc quia de una collectione diximus,
illud occurrit; utrum cùm per omnem fere ter-
ram & ſuper terram [e] fuerint diffuſæ aquæ per e
valleſtria agrorum, concava montium, plani-
tiemque camporum, modo æquoris fuſa con-
gregatio una potuerit omnes illas aquas recipere
atque exinanire terras, quæ ante fuſo per uni-
verſum flumine ſtagnabantur. Nam ſi ita operta
erant omnia; non enim diceret, viſa eſt terra,

a. Edit. omnes: *vilis ſabuli pulvere vis maris in tempeſtate cohibe-
tur.* Mſſ omnes: *vilis ſablonis* aut *ſabulonis* . . . Carn. Corb. Ben.
Th. Germ & Reg. *intempeſta*: alii vero ut edit. *in tempeſtate.*
b. Ita vet. edit. & cuncti fere mſſ. nec non infra num. 13. Edit.
autem Rom. cum mſſ. uno aut altero: *congregetur*, &c. ut initio
cap. 2. & infra cap. 4. in quibus locis eidem omnes mſſ atque
edit. concinunt.
c. Edit. omnes & mſſ plerique: *portus maris noſtri*, &c. Corb.
tamen & alii quinque optimæ notæ: *pontus*. Et forte eodem modo
dici poſſit, *pontus maris*, quo uſurpatur, *ſolum terræ*, & ſimilia.
d. Mſſ. aliquot & edit Am. atque Era. *extrema circumfuſo orbem*,
quidam mſſ. *orbe*, &c. Alii aliquot & edit. Rom. *extremo circum-
fuſo orbem*, &c. Alii denique & edit. Gall. ut nos in textu. Ibi-
dem mſſ Vict. unus, Colb. & Big *includit Oceanus.*
e. Sic antiquæ edit. & plures mſſ Aliqui habent *fuſa congrega-
tione una* Reg. *fuſas congregatio una*. Non aſpernanda lectio. Ve-
rum edit. Rom. totum locum ita conſarcinat: *fuerint aquæ per val-
les agrorum* . . . . *modo æquoris fuſa, quomodo congregatio*, &c.

niſi retectam vellet locis omnibus demonſtrare. Si diluvium Noe tempore abſcondit & montes, quando aquarum jam & ſuper cælos & infra firmamentum fuerat facta diſcretio; quanto magis dubitari non poteſt etiam montium vertices illa ſuperfuſione latuiſſe? Quo igitur illa omnis aquarum redundantia derivata eſt? Quæ receptacula eam tam continua atque connexa abſorbere potuerunt? De quo multus nobis poteſt ſermo ſuppetere.

15. Primum quia potuit creator omnium & ipſarum terrarum ſpatia diffundere; quod aliqui ante nos confirmantes, [a] propria poſuerunt ſententia. Ego quid facere potuerit, non prætermitto: quid fecerit quod aperte Scripturarum auctoritate non didici, quaſi ſecretum prætereo, ne forte etiam hinc alias ſibi quæſtiones requirant. Aſſero tamen ſecundum Scripturas, quia potuit locorum humilia, & camporum aperta diffundere, ſicut ipſe ait: *Ego ante te ambulabo, & montes planos faciam.* (Eſa. 45. 2.) Potuit etiam ipſa aquarum vis profundiora ea facere, quæ inſederat: tanto fluctuum motu, tantoque æſtu concitatioris elementi, qui quotidie ima pelagi torquere, & arenas vertere ſoleat de profundo. Quis deinde ſciat, in quantum ſe illud magnum & inauſum navigantibus atque intentatum nautis fundat mare, quod Britannias fremente includit æquore, atque in ulteriora & ipſis fabulis inacceſſa ſecreta ſe porrigit? Quis deinde non colligat quantum Lucrino & Averno in Italia, Tiberiadi quoque in Palæſtina, & ei lacui qui inter Palæſtinam & Ægyptum Arabiæ deſerta protendit, portubuſque diverſis Auguſti atque Trajani, ceteriſque per univerſum orbem infuſum addiderit mare?

16. Sed ſunt etiam non confuſi lacus, & ſtagna quæ non miſcentur fluctibus, ut Larius & Benacus, Albanus quoque aliique plures, quomodo una congregatio aquarum? Sed quemadmodum dicitur, quia fecit Deus duo luminaria, id eſt, ſolem & lunam, cùm ſint utique & ſtellarum lumina: ita & una congregatio dicitur, cùm ſint plurimæ. Neque enim annumerantur, quæ non conferuntur.

CAPUT IV.

Terræ præcipuam qualitatem, cùm arida *vocatur, ſignificari. Quæ ſint elementorum, quibus invicem connectuntur, proprietates; idque ſpeciatim de terra diſquiritur.*

17. Sed, ut videtur, quoniam de mari loquebamur, aliquantulum exundavimus; ad propoſitum revertamur, & conſideremus quid ſit, quod ait Dominus: *Congregetur aqua in unam congregationem, & appareat arida,* & non dixerit, terra. Quod præclare poſitum quis non advertat? Terra enim poteſt & luto eſſe permixta, aquis madida, cujus ſpecies ſuperfuſis aquis non appareat. Arida autem non ſolum ad genus, ſed etiam ad ſpeciem terrarum refertur, ut ſit utilis, ſicca, habilis & apta culturis. Simul proſpectum eſt, ne videatur ſole magis quam Dei præcepto eſſe ſiccata, quia arida facta eſt antequam ſol crearetur. Unde & David diſcernens mare & terram, ait de domino Deo: *Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam manus ejus fundaverunt.* (Pſ. 94. 5.) Arida enim expreſſio naturæ eſt, terra appellatio quædam ſimplex negotii, quæ in ſe habeat proprietatem. Sicut enim animal generis ſignificatio eſt, cui ineſt proprium aliquid & excellens; rationabile autem proprium eſt hominis: ita & terra poteſt communiter dici vel ſcatens aquis, vel deſerta & invia, & ſine aqua. Ergo & illi quæ ſcatet aquis, ineſt ut habeat ariditatem. Remota enim aqua, incipit eſſe arida, ſicut habes ſcriptum: *Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim,* (Pſ. 106. 33.) hoc eſt, de terra aquoſa aridam fecit.

18. Habet ergo terra propriam qualitatem ſuam, ſicut & ſingula elementa habent, nam & aer humidam qualitatem, & aqua frigidam, & ignis calidam. Et hoc eſt principale proprium elementis ſingulis, quod ratione colligimus. Comprehendere autem ſenſibiliter & corporaliter ſi velimus, velut connexa & compoſita reperimus; ut ſit terra arida & frigida, aqua frigida & humida, aer calidus & humidus, ignis calidus & ſiccus; & ſic ſibi per has jugales qualitates ſingula miſcentur elementa. Nam terra cùm ſit aridæ & frigidæ qualitatis, connectitur aquæ per cognationem qualitatis frigidæ, [b] & per aquam aeri, quia humidus eſt aer. Ergo aqua tamquam brachiis quibuſdam duobus frigoris & humoris, altero terram, altero aerem videtur amplecti, frigido terram, aerem humido. Aer quoque medius inter duo compugnantia per naturam, hoc eſt, inter aquam & ignem, utrumque illud elementum conciliat ſibi; quia & aquis humore, & igni calore conjungitur. Ignis quoque cum ſit calidus & ſiccus natura, calore aeri annectitur, ſiccitate autem in communionem terræ ac ſocietatem refunditur; atque ita ſibi per [c] hunc circuitum & chorum quemdam concordiæ ſocietatiſque conveniunt. Unde & græce στοιχεῖα dicuntur, quæ latine elementa dicimus, quod ſibi conveniant & concinant.

19. Huc autem progreſſi ſumus, quia Scriptura ait, quod Deus vocaverit aridam terram, hoc eſt, quia quod principale eſt ejus, nuncupavit proprietate naturæ. Naturalis enim proprietas ſiccitas eſt terræ: hæc ei prærogativa ſervata eſt. Principalis ergo ſiccitas. Subeſt etiam ut ſit frigida: ſed non præferuntur ſecunda primis. Ut autem humida ſit, aquarum id affinitate fortitur. Ergo illud ſuum, iſtud alienum: ſuum, quod arida; alienum, quod humida. Auctor itaque naturæ quod primò donavit, hoc tenuit; quia iſtud ex natura, illud ex cauſa. Ex principalibus igitur, non ex accidentibus terræ debuit proprietas definiri; ut ſecundum prærogativam qualitatis ejus informaretur noſtra cognitio.

a Codex Ben. & Carn. *proprias poſuerunt ſententias.* Vat. & Colb. unus, *propriam*, &c. His accedit Dion. qui adjicit: *Ego quid facere potuerit neſcio; non prætermitto*, &c.

b Omnes edit. & mſſ. aliquot: *& aquâ aeri.* Alii plures & probatiores cum Baſ. *& per aquam aeri.*

c. Ita cunctæ edit. ac plerique mſſ. At nonnulli: *per hunc circuitum elementa.* Big. Gem. *elementorum, in unam concordiæ ſocietatiſque compaginem conveniunt.*

CAPUT V.

Quædam hoc Scripturæ loco addita eſſe nonnullos arbitrari. Maris commendatio à pulcritudine ac multiplici utilitate, ſed præcipue quod inſulanos anachoretas undis amplectatur, & cœtus eccleſiaſtici figuram referat: qua claudit pia auctoris precatiuncula.

Gen. 1. 10. 20. ET *vidit Deus quia bonum.* Non præterimus quia aliqui nec in Hebræo putant eſſe, nec in ceteris interpretationibus: *quia congregata eſt aqua in collectiones ſuas, & apparuit arida, & vocavit Deus aridam terram, & collectiones aquarum vocavit maria.* Cùm enim dixerit Deus quia *factum eſt ſic*, ſatis eſſe putant vocem operatoris ad celebratæ operationis indicium. Sed quia in aliis quoque creaturis habet & definitionem præceptionis, & repetitum operationis vel indicium, vel effectum, ideo nos non putamus abſurdum id quod perhibetur additum, C etiamſi ceteris Interpretibus vel veritas doceatur ſuppetere, vel auctoritas. Multa enim non otioſe à Septuaginta viris Hebraicæ lectioni addita & adjuncta comperimus.

21. Vidit ergo Deus quia bonum mare. Etſi pulcra ſit ſpecies hujus elementi, vel cum ſurgentibus albeſcit cumulis ac verticibus undarum, & cautes nivea rorant aſpergine, vel cum æquore criſpanti, clementioribus auris, & blando ſerenæ tranquillitatis purpuraſcentem præfert D colorem, qui eminus ſpectantibus frequenter offunditur, quando non violentis fluctibus vicina tundit littora, ſed velut pacificis ambit & ſalutat amplexibus, quam dulcis ſonus, quam jucundus fragor, quam grata & conſona reſultatio; ego tamen non oculis æſtimatum creaturæ decorem arbitror, ſed ſecundum rationem operationis judicio operatoris convenire, & congruere definitum.

22. Bonum igitur mare, primum quia terras E neceſſario ſuffulcit humore, quibus per venas quaſdam occulte ſuccum quemdam haud inutilem ſubminiſtrat. Bonum mare, tamquam hoſpitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum, invectio commeatuum, quo ſibi diſtantes populi copulantur, quo prœliorum removentur pericula, quo barbaricus furor clauditur, ſubſidium in neceſſitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, ſalubritas valetudinis, ſeparatorum conjunctio, itineris com- F pendium, transfugium laborantium, ſubſidium vectigalium, ſterilitatis alimentum. Ex hoc pluvia in terras transfunditur; ſiquidem de mari aqua radiis ſolis hauritur, & quod ſubtile ejus eſt, rapitur: deinde quanto altius elevatur, tanto magis etiam nubium obumbratione frigeſcit, & imber fit, qui non ſolum terrenam temperat ſiccitatem, ſed etiam jejuna arva fœcundat.

23. Quid enumerem inſulas, quas velut monilia plerumque prætexit, in quibus ii qui ſe abdicant intemperantiæ ſæcularis illecebris, fido A continentiæ propoſito eligunt mundo latere, & vitæ hujus declinare dubios anfractus? Mare eſt ergo ſecretum temperantiæ, exercitium continentiæ, gravitatis ſeceſſus, portus ſecuritatis, tranquillitas ſæculi, mundi hujus ſobrietas, tum fidelibus viris atque devotis incentivum devotionis, ut cum undarum leniter alluentium ſono certent cantus pſallentium, plaudant inſulæ [a] tranquillo fluctuum ſanctorum choro, hymnis ſanctorum perſonent. Unde mihi ut omnem pe- B lagi pulcritudinem comprehendam quam vidit operator? Et quid plura? Quid aliud ille concentus undarum, niſi quidam concentus eſt plebis? Unde bene mari plerumque comparatur Eccleſia, quæ primo ingredientis populi agmine totis veſtibulis undas vomit: deinde in oratione totius plebis tamquam undis refluentibus ſtridet, cum reſponſoriis pſalmorum, cantus virorum, mulierum, virginum, parvulorum, conſonus undarum fragor reſultat. Nam illud C quid dicam, quod unda peccatum abluit, & ſancti Spiritus aura ſalutaris aſpirat?

24. Det nobis Dominus illa ſucceſſuum flumina proſpero ligno currere, tuto portu conſiſtere, nequitiæ ſpiritalis graviora quam ferre poſſumus, tentamenta neſcire, fidei ignorare naufragia, habere pacem profundam: & ſi quando aliquid ſit, quod graves nobis ſæculi hujus excitet fluctus, evigilantem pro nobis habere gubernatorem dominum Jeſum, qui verbo D imperet, tempeſtatem mitiget, tranquillitatem maris refundat, cui eſt honor & gloria, laus, perpetuitas à ſæculis & nunc & ſemper, in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

CAPUT VI.

Sermo V.

Terra ſuam ſpeciem, quæ in germinatione ac viriditate poſita eſt, percommode additam eſſe; vocem Dei fœcunditatis cauſam præbere: quod quidam ſolis calori perperam acceptum ferunt.

25. DIſcedente aqua, conveniebat ut ſpecies terræ daretur & gratia, ut inviſibilis & incompoſita deſineret eſſe. Nam plerique etiam hoc dicunt eſſe inviſibile, quod ſpeciem non habet; & ideo accipiunt terram inviſibilem fuiſſe, non quia videri non poſſet à ſummo Deo vel Angelis ejus, nam adhuc homines creati non erant, vel etiam pecudes, ſed quia ſine ſua ſpecie erat. Species autem terræ eſt germinatio & viriditas agri. Unde ut & viſibilem eam & compoſitam faceret Deus, ait: *Germinet terra herbam fœni, ſeminans ſemen* [b] *ſecundùm genus, & lignum fructiferum faciens fructum ſecundùm genus, cujus ſemen ſuum in ipſo.* Gen. 1. 11

26. Audiamus verba veritatis, quorum ſeries ſalus eſt audientium. Prima enim illa vox Dei ſingulis creaturis impertita gignendis, lex naturæ eſt, quæ terris in omne ævum remanſit, futuræ ſucceſſionis datura præſcriptum, quemadmodum vel generandi vel fructificandi in reliquum uſus adoleſceret. Prima itaque germina-

a. Mſſ aliquot: *tranquillo fluctuum choro, hymnis*, quidam *hymni, ſanctorum* &c. Rom edit. *tranquillo motu fluctuum, ſanctorum chori hymnis perſonent.*

b. Edit. Rom. & LXX. Interp. *ſecundùm genus, & ſecundùm ſimilitudinem ſuam, & lignum pomiferum faciens fructum ſecundùm genus ſuum, cujus ſemen ſuum ſit in ipſo.* Deeſt, *ſecundùm ſimilitudinem ſuam*, in Vulg. & in vet. edit Ambr. ſicut & in mſſ. quos ſecuti ſumus.

tio eſt, quando naſcentia videntur erumpere: deinde cum eruperit & profecerit germen, fit herba: herba quoque ubi paululum proceſſerit, fit fœnum. Quam utilis, quam vehemens vox. *Germinet terra herbam fœni*, hoc eſt, ipſa per ſe germinet terra, nullum alterius quærat auxilium, non cujuſquam indigeat miniſterio.

27. Solent enim plerique dicere: Niſi clementior ſolis calor tepefecerit terras, & quodammodo radiis ſuis foverit, non poterit germinare terra: & propterea gentes divinum honorem deputant ſoli; quod virtute caloris ſui terrarum penetret ſinus, ſparſaque foveat ſemina, vel rigentes gelu venas arborum relaxet. Audi ergo Deum velut hanc vocem emittentem: Conticeſcat ineptus ſermo hominum qui futurus eſt, faceſſat vana opinio. Antequam ſolis fiat luminare, herba naſcatur: antiquior ejus ſit prærogativa, quam ſolis. Ne error hominum convaleſcat, germinet prius terra, quam fotus ſolis accipiat. Sciant omnes ſolem auctorem non eſſe naſcentium. Dei clementia terram relaxat, Dei indulgentia prorumpere facit fructus. Quomodo ſol vivendi uſum miniſtrat oriundis, quando illa prius divinæ operationis vivificatione ſunt edita, quam ſol in hos vivendi uſus veniret? Junior eſt herbis, junior fœno.

CAPUT VII.

Cur pabulum pecori prius creatum, quam cibus homini. Herbam virentem humanæ imaginem eſſe conditionis, cujus fragilitas eleganti deſcriptione exponitur. Ejuſdem herbæ imitatores in fructu ferendo nos eſſe oportere; ubi Manichæi Eunomianique perſtringuntur.

28. ET forte miretur aliquis quod prius pecori pabulum, quam cibus homini ſit creatus. In quo primum profundum Dei debemus advertere, quod etiam minima quæque non negligat, ſicut in Evangelio Sapientia Dei dicit: *Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cæleſtis paſcit illa: nonne vos pluris eſtis illis?* Matt. 6. 26. Cùm enim illa paſcuntur Dei gratiâ, nemo ſibi debet de ſua induſtria & virtute blandiri. Deinde quia ſimplicem victum & naturalem cibum reliquis cibis debuit anteferre. Hic enim ſobrietatis eſt cibus, reliqui deliciarum atque luxuriæ: hic communis omnibus animantibus cibus, ille paucorum. Exemplum itaque frugalitatis, magiſterium parſimoniæ eſt, herbæ ſimplicis victu oleriſque vilis aut pomi contentos eſſe omnes oportere quem natura obtulit, quem liberalitas Dei prima donavit. Ille ſalubris, ille utilis cibus, qui morbos repellat, qui reſecet cruditates, nullo hominum partus labore, ſed divino effuſus munere, ſine ſatione fruges, fructus ſine ſemine, tam dulcis, tam gratus, ut etiam repletis voluptati atque uſui ſit. Denique ad primas datus menſas, ad ſecundas remanſit.

29. Quid autem creaturæ hujus attexam miraculum, & ſapientiæ operatricis argumentum exprimam? In hac enim germinum ſpecie, & illo virentis herbæ munere imago eſt vitæ humanæ, & naturæ conditioniſque noſtræ inſigne quoddam ſpectatur, & ſpeculum elucet. Illa herba & flos fœni figura eſt carnis humanæ, ſicut bonus divinitatis Interpres organo ſuæ vocis expreſſit, dicens: *Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis ut flos fœni. Aruit fœnum, & flos decidit: verbum autem Domini manet in æternum.* Eſa. 40. 6. & ſeq. Dei ſententia vox humana eſt. Dicit Deus, *Clama*: ſed in ipſo Eſaia loquitur. Ille reſpondit: *Quid clamabo?* Et tamquam quid loqueretur audiſſet, adjunxit: *Omnis caro fœnum.* Et vere; viret enim gloria hominis in carne quaſi fœnum: & quæ putatur eſſe ſublimis, exigua quaſi herba eſt, præmatura ut flos, caduca quaſi fœnum germinat vitæ viriditatem in ſpecie, non in fructu ſoliditatem, hilarioris vitæ quaſi flos prætendens jucunditatem, breviori ſpatio occaſura, ſicut herba fœni, quod priuſquam evellatur, areſcit. Quæ enim firmitudo in carne, quæ ſalubritas poteſt eſſe diuturna?

30. Hodie videas adoleſcentem validum, pubeſcentem, ætatis viriditate florentem, grata ſpecie, ſuavi colore; craſtina die tibi facie & ore mutatus occurrit: & qui [a] pridie tibi lautiſſimus decoræ formæ viſus eſt gratiâ, alio die miſerandus apparet ægritudinis alicujus infirmitate reſolutus. Pleroſque aut labor frangit, aut inopia macerat, aut cruditas vexat, aut vina corrumpunt, aut ſenectus debilitat, aut eviratos deliciæ reddunt, luxuria decolorat. Nonne verum eſt, quia aruit fœnum, & flos decidit? Alius avis ataviſque nobilis, & majorum honeſtatus infulis, proſapiæ veteris clarus inſignibus, amicis abundans, ſtipatus clientibus & utrumque latus tectus, producens maximam ac reducens familiam, repente aliqua accidentis periculi mole turbatus, deſtituitur ab omnibus, à ſodalibus derelinquitur, impugnatur à proximis. Ecce verum eſt, quia ſicut fœnum vita hominis, priuſquam evellatur, areſcit. Eſt etiam qui dudum ubertate affluens copiarum, liberalitatis famâ per ora volitans ſingulorum, clarus honoribus, præeminens poteſtatibus, tribunalibus celſus, ſolio ſublimis, beatus populis æſtimatus, dum præconum clamore deducitur, ſubita rerum converſione in eum carcerem rapitur, quo alios ipſe detruſerat, & inter reos ſuos imminentis pœnæ deflet ærumnam. Quantos pridie caterva plaudentium, & invidioſa frequentis populi domum pompa deduxit, & nox una glorioſæ illum ſplendorem deductionis abolevit, ac repentinus lateris dolor, effuſis gaudiis, luctuoſam gravis ſucceſſionem mœroris admiſcuit! Hujuſmodi igitur eſt gloria hominis ſicut flos fœni: quæ etiam cùm defertur, [b] nihil operibus adjungit, in qua nullus fructus acquiritur; & cùm amittitur, evaneſcit, omnem ſcenam hominis, & quam deſuper obumbrabat repente deſtituens, & quam intus animabat.

a Vet. edit. & nonnulli mſſ. *pridie tibi lautiſſimus*. Reg. . . . *laudatiſſimus*. Utrumque deeſt in probatiſſimis mſſ. quorum alii legunt: *pridie tibi decore*. Corb. ſecunda manu, *decorus forma viſus eſt gratia*: alii autem, *pridie tibi decore forma viſus eſt gratior*.

b. Edit. nonnullæ Pariſ. *nihil opus adjungit*. Codex Dion. & Germ. *nihil opibus* . . . . Cæn. *nihil operis* &c.

31. Atque utinam imitaremur hanc herbam, de qua ait Dominus: *Germinet terra herbam fœni, ſeminans ſemen ſecundum genus, & ſecundum ſimilitudinem.* Seminemus igitur ſemen ſecundum genus. Quod ſit genus, audi dicentem oportere nos quærere illud divinum, ſi quomodo illud
Act. 17. 28. tractare poſſimus aut invenire: *Quamvis non longe ſit ab unoquoque noſtrum. In ipſo enim vivimus, & ſumus, & movemur; ſicut quidam veſtrum,* inquit, *dixerunt, cujus & genus ſumus.* Secundùm hoc genus ſeminemus ſemen non in carne, ſed in ſpiritu. Non enim carnalia, ſed ſpiritualia ſeminare debemus, qui ad vitam pervenire volumus æternam. Quæ ſit autem ſimilitudo, non ignoras, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus es. Herba generi reſpondet ſuo, tu non reſpondes tuo generi. Tritici granum ſparſum terræ generis ſui gratiam reddit, & tu degeneras. Fruges non adulterant ſui ſinceritatem ſeminis, tu adulteras puritatem animæ, vigorem mentis, corporis caſtitatem.

32. Non agnoſcis opus eſſe te Chriſti. Manibus ſuis, ut legimus, te ille formavit, [a] & tu Manichæe alterum tibi adſciſcis auctorem. Pater
Gen. 1. 26. Deus dicit ad Filium: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram;* & tu Photiniane dicis quia in conſtitutione mundi adhuc non erat Chriſtus; & tu Eunomiane dicis quia diſſimilis eſt Patri Filius. Nam ſi imago, non diſſimilis utique: ſed totum ex toto exprimens Patrem, quem Pater ſubſtantiæ ſuæ unitate ſignavit. Pater dicit: *Faciamus;* & tu cooperatorem negas? Quod dixit Pater, Filius fecit; & tu æqualem negas, in quo complacuit Pater.

CAPUT VIII.

De virtute ſeminaria; deque germinandi ac fructificandi modo plane mirabili: item de terra feracitate, agri pleni pulcritudine, herbarum ſalubritate ac remediis.

33. GErminet, inquit, *terra herbam fœni ſecundùm genus.* In omnibus quæ dicuntur naſcentia terræ, primum germen eſt; ubi ſe paululum ſuſtulerit, fit herba, poſtea fœnum, inde fit fructus. Sunt naſcentia quæ de radice germinant, ut arbores quæ non ſunt ſatæ, ex aliarum arborum radice naſcuntur. In arundine videmus quomodo in extremo ejus velut quidam fit nodus è latere, & inde alia arundo germinat. Eſt ergo in radice vis quædam ſeminarii. Inſitiva quoque in ſuperioribus germinant. Aliis ergo à radice, aliis diverſo munere ſeries ſucceſſionis acquiritur. Ineſt enim naſcentibus ſingulis aut ſemen, aut virtus aliqua ſeminaria, & ea ſecundùm genus; ut quod naſcitur ex ea, ſimile eorum quæ ſata ſunt, vel quorum de radice ſit, germinet. De tritico triticum, de milio milium, de pyro pyrus albo flore prorumpit: caſtanea quoque ſurgit de radice caſtaneæ.

34. *Germinet*, inquit, *terra herbam fœni ſecundùm genus.* Et continuo parturiens terra novos ſe fudit in partus, & induit ſe amictum viri- A ditatis, gratiam fœcunditatis aſſumſit, diverſiſque comta germinibus, proprios ſuſcepit ornatus. Miramur quod tam cito germinaverit; quanto majora miracula ſunt, ſi ſpectes ſingula, quemadmodum vel jacta in terram ſemina reſolvantur, ac niſi mortua fuerint, nullum fructum afferant: ſi vero fuerint quadam ſui morte reſoluta, in uberiores fructus reſurgant. Suſcipit igitur granum tritici [b] putris gleba, & ſparſum cohibet [*] occatio, ac velut materno B terra gremio fovet & comprimit. Inde cùm ſe granum illud reſolverit, herbam germinat, grata ipſa jam ſpecies herbeſcentis viriditatis, quæ ſtatim genus ſativi ſimilitudine ſui prodit; ut in ipſo ſuæ ſtirpis exordio cujus generis herba ſit recognoſcas, atque in herbis fructus appareat; paulatimque adoleſcit ut fœnum, culmoque pubeſcens erigitur & aſſurgit. Aſt ubi ſe geniculata jam ſpica ſuſtulerit, vaginæ quædam futuræ frugi parantur, in quibus granum formatur C interius; ne tenera ejus primordia aut frigus lædat, aut ſolis æſtus exurat, aut ventorum inclementia, vel imbrium vis ſæva decutiat. Succedunt quidam ordines ſpicæ, mirabili arte formati, vel ad ſpeciem grati, vel ad tutamen nexu quodam inter ſe naturalis colligationis adſtricti, quos providentia divina formavit. Et ne frugis numeroſioris pondere velut quædam cedat fultura culmorum, vaginis quibuſdam ipſe culmus includitur, ut geminatis viribus frugem D poſſit multiplicem ſuſtinere, ne impar oneri curvetur in terram. Tum ſupra ipſam ſpicam vallum ſtruitur ariſtarum, ut quaſi quadam in arce prætendat, ne avium minorum morſibus ſpica lædatur, aut ſuis exuatur fructibus, aut veſtigiis proteratur.

35. Quid dicam quemadmodum clementia Dei humanæ proſpexerit utilitati? Fœneratum terra reſtituit quod accepit, & uſurarum cumulo multiplicatum. Homines ſæpe decipiunt, E & ipſa fœneratorem ſuum ſorte defraudant: terra fidelis manet. Et ſi quando non ſolverit, ſi forte adverſata fuerit frigoris inclementia, aut nimia ſiccitas, aut immenſa vis imbrium, alio anno ſuperioris anni damna compenſat; ita & quando proventus ſpem deſtituit agricolæ, nihil terra delinquit: & quando arridet, ubertas fœcundæ matris ſe in partus effundit, ut nunquam ullum diſpendium ſuo inferat creditori.

36. Quæ vero ſpecies pleni agri? Qui odor? F Quæ ſuavitas? Quæ voluptas agricolarum? Quid digne explicare poſſumus, ſi noſtro utamur alloquio? Sed habemus Scripturæ teſtimonia, quibus agri ſuavitatem benedictioni & gratiæ ſanctorum advertimus comparatam, dicente ſancto Iſaac: *Odor filii mei ſicut odor agri pleni.* Quid *Gen. 27. 27.*
igitur deſcribam purpuraſcentes violas, candida lilia, rutilantes roſas, depicta rura nunc aureis, nunc variis, nunc luteis floribus, in quibus neſcias, utrum ſpecies amplius florum, an vis odora delectet? Paſcuntur oculi grato ſpectaculo, longe lateque odor ſpargitur, cujus ſuavitate complemur. Unde divine Dominus ait: *Et ſpe-* *Pſ. 49. 11.*

a. Mſſ ſeptem: *& tu Manichæe adulterum.* Alii melioris notæ atque edit. *& tu Manichæe alterum &c.*
b. Quinque mſſ. non malæ notæ: *nutrix gleba.* Melius alii & edit. *putris gleba*, id eſt, ſolubilis, ut Virg. 1. Georg.
..... *& zephyro putris ſe gleba reſolvit.*
*. Hoc eſt, comminutio glebarum.

cies agri mecum eſt; cum ipſo eſt enim quam ipſe formavit. Quis enim alius artifex poſſit tantam
Matt. 6.28 rerum ſingularum exprimere venuſtatem? *Conſiderate lilia agri*, quantus ſit candor in foliis, quemadmodum ſtipata ipſa folia ab imo ad ſummum videantur aſſurgere, ut ſcyphi exprimant formam, ut auri quædam ſpecies intus effulgeat, quæ tamen vallo in circuitu floris obſepta nulli pateat injuriæ. Si quis hunc florem decerpat, & ſua ſolvat in folia, quæ tanti eſt artificis manus quæ poſſit lilij ſpeciem reformare? Quis tantus imitator naturæ, ut florem hunc redintegrare præſumat, cui Dominus tantum
Ibidem. 29. teſtimonium tulit, ut diceret: *Nec Salomon in omni gloria ſua ſic veſtiebatur, ſicut unum ex iſtis?* Rex opulentiſſimus & ſapientiſſimus inferior judicatur, quam hujus floris pulcritudo.

37. Quid enumerem ſuccos herbarum ſalubres? quid virgultorum ac foliorum remedia? Cervus æger ramuſculos oleæ mandit, & ſanus fit. Locuſtas quoque [a] folia oleæ arroſa liberant ab ægritudine. Rubi folia ſuperjacta ſerpenti, interimunt eum. Culices non tangent te, ſi abſinthii herbam cum oleo coquas, & eo te perunxeris.

CAPUT IX.

Noxia cum utilibus non ſine ratione generari; cùm quod uni noxium, alteri ſit utile; atque ad noxia evitanda inſtinctum brutis, hominibus rationem Deus indiderit. Quam decens ordo in terra fructificatione ſervatus.

38. Sed forte dicant aliqui: Quid quod cum utilibus etiam lethalia & pernicioſa generantur? Cum tritico [b] conium quod inter alimenta vitæ noxium reperitur, & niſi prævisum fuerit, conſuevit ſaluti nocere. Inter alia quoque nutrimenta vitæ helleborum deprehenditur. Aconita quoque fallunt frequenter, & decipiunt colligentem. Sed hoc ita eſt, ac ſi reprehendas terram, quia non omnes homines boni. Sed quod plus eſt accipe, quia non omnes boni Angeli in cælo. Sol ipſe præ nimio calore ſpicas torret, adurit autem gignentium prima exordia. Luna quoque viantibus iter demonſtrat, latronum prodit inſidias. Num igitur dignum eſt ut in his quæ utilia ſunt, poſthabentes conditoris gratiam confiteri, propter aliqua alimentorum noxia creatoris proſpicientiæ derogemus, quaſi vero omnia gulæ cauſâ debuerint procreari, aut exigua ſint quæ ventri noſtro divina indulgentia miniſtraverit. Definitæ nobis eſcæ ſunt, & notæ omnibus, quæ & voluptatem generent, & corporis ſalubritatem.

39. Singula autem eorum quæ generantur è terris, ſpecialem quamdam rationem habent, quæ pro virili portione complent univerſæ plenitudinem creaturæ. Alia ergo eſui, [c] alia alii naſcuntur uſui. Nihil vacat, nihil inane germinat terra. Quod tibi putas inutile, aliis utile eſt; immo ipſi tibi frequenter alio eſt uſu utile. Quod eſcam non adjuvat, medicinam ſuggerit: & ſæpe eadem quæ tibi noxia ſunt, avibus aut feris innoxium miniſtrant pabulum. Denique ſturni veſcuntur conium, nec fraudi eſt eis, quoniam per qualitatem ſui corporis venenum ſucci lethalis evadunt. Frigida enim vis ejus eſt ſucci, quam ſubtilibus poris in cordis ſui ſedem ducentibus, præcoci digeſtione præveniunt, priuſquam vitalia ipſa pertentet. Helleborum autem periti loquuntur eſcam eſſe & alimoniam coturnicum, eo quod naturali quodam temperamento ſui corporis vim pabuli nocentis evitent. Etenim ſi ratione medicinæ plerumque ad ſalubritatem humani quoque corporis temperatur, cui videtur eſſe contrarium: quanto magis proprietate naturæ ad cibum proficit, quod medica manu convertitur ad ſalutem? Per mandragoram quoque ſomnus frequenter accerſitur, ubi vigiliarum ægri afflictantur incommodo. Nam quid [d] de opio loquar, quod etiam nobis quotidiano prope uſu innotuit, quoniam dolores eo graviſſimi internorum ſæpe viſcerum ſopiuntur. Nec illud præterit, quod conio plerumque furores libidinum marcuerunt, & helleboro vetuſtæ paſſiones ægri corporis ſunt ſolutæ.

40. Non ſolum igitur nulla in his reprehenſio creatoris, ſed etiam incrementum eſt gratiarum. Siquidem quod ad periculum putabas eſſe generatum, ad remedia tibi ſalutis operatur. Nam & id quod periculi eſt, per providentiam declinatur: & id quod ſalutis, per induſtriam non amittitur. An non oves & capræ ea quæ ſibi noxia ſunt, declinare didicerunt & ſolo odore per quoddam naturæ [e] myſterium, cùm ſint rationis expertes, rationem tamen evadendi periculi, vel tuendæ ſalutis agnoſcunt, noxiaque pariter ac profutura diſtinguunt; ita ut plerumque cùm armata venenis tela ſenſerint, notas petere herbas atque his remedium vulneri dicantur adhibere. Cibus illis ergo medicina eſt, ut reſilire ſagittas videas è vulnere, & fugere venena, non ſerpere. Denique cervis cibus venenum eſt. Coluber cervum fugit, leonem interficit: draco elephantem ligat, cujus ruina mors victoris eſt. Et ideo ſumma vi utrimque certatur; ille ut pedem alliget, in quo caſus vincti ſibi nocere non poſſit; iſte ne poſteriore extremus pede, aut calle capiatur anguſto, ubi vel ipſe ſe non queat retorquere, & draconem gravi proterere veſtigio, vel ſequentis elephanti auxilium non habere.

41. Ergo ſi irrationabilia animalia norunt quibus ſibi aut medicentur herbis, aut ſubſidiis opem afferant; homo neſcit cui rationabilis ſenſus innaſcitur, aut tam alienus à vero eſt, ut quæ cuique apta ſint uſui minime deprehendat: aut ita naturæ ingratus bonis, ut quoniam taurini hauſtus ſanguinis lethalis eſt homini, propterea putet laborioſum animal aut naſci non debuiſſe, aut ſine ſanguine debuiſſe generari, cujus

a Mſſ. Big. Colb. & Corb. *olea ac roſa*. Mſſ. Gem. & Rem. *olea ac roſa*.

b Quatuor mſſ. *lolium*. Alii melius *conium*. Namque ita Baſil. [illegible] κώνειον, *cum frumento cicuta*.

c. Quinque mſſ. & Rom. edit. addunt: *alia potui*; quod in mel. notæ mſſ. deſideratur. Reg. *Alia ergo uſui, alia naſcuntur eſui*.

d. Edit. Gill. ac non pauci mſſ. *de apio*. Baſil. tamen & cum eo reliqui mſſ. & edit. *de opio*.

e. Ita mſſ. antiquioris manus, atque edit. Am. Pet. Era. & Gill. in margine. Ceteri mſſ. & edit. Gill. ac Rom. *miniſterium*.

virtus

virtus ad cultum agrorum utilis, ad uſum plauſtrorum habilis, ad alimoniam ſuavis, diverſo munere fulcit agricolas, quibus Deus, ſi bona ſua norint, univerſa donavit, dicens: *Germinet terra herbam fœni, ſpirans ſemen ſecundùm genus.* Non ſolum enim ſpontaneam alimoniam comprehendit quæ eſt in herbis & radicibus, atque [a] in arborum, reliquiſque fructibus: ſed etiam eam quæ induſtriâ comparatur, & cultu ruſticani laboris acquiritur.

42. Quam decorum autem quod non ſtatim fundere terras ſemen juſſit & fructus: ſed primùm germinare, deinde herbeſcere campos ſtatuit, poſtea ſecundum proprietatem ſui generis ſemen adoleſcere, ut numquam arvorum vacaret gratia, quæ grato primum decore vernarent, poſtea fructuum ſuggererent utilitatem?

CAPUT X.

Semina numquam proprie degenerare, cùm eorum non mutetur genus, ſed perfectio: lolium enim ac zizania è frumenti ſemine nequaquam naſci. Verbum Dei miram terræ fœcunditatem contuliſſe antequam homo peccaret; attamen terram etiam nunc ea non prorſus eſſe deſtitutam.

43. SEd forte quis dicat: Quomodo ſecundùm genus terra profert ſemina, cùm plerumque ſemina jacta degenerent, & cùm bonum triticum fuerit ſeminatum, decolor ejus ſpecies, & inferior forma reddatur? Sed hoc ſi quando accidit, non ad tranſlationem generis, ſed ad ægritudinem quamdam & inæqualitatem ſeminis videtur eſſe referendum. Non enim deſinit eſſe triticum, [b] ſi aut frigore aduratur, aut imbre madidetur: ſed ſpecie magis quam genere, colore quoque & corruptione mutatum. Denique frequenter madidata frumenta in ſui generis ſpeciem revertuntur, ſi aut ſole, aut ignibus torreantur, aut diligentibus commiſſa cultoribus, aeris temperie, terrarumque feracium ubertate foveantur. Itaque reparatur in ſobole, quod degeneraverat in parente. Unde non periclitamur, ne præceptum illud Dei cujus uſus naturæ inolevit, in reliquum ſucceſſionis vitio deſtitutum ſit, cùm hodieque in ſeminibus generis ſui ſinceritas reſervetur.

44. Nam lolium & reliqua adulterina ſemina quæ frugibus ſæpe miſcentur, zizania nun-
Matt. 13. 24. cupari Evangelii lectione cognovimus: ſed ea proprium quoddam genus habent, non ex tritici ſemine in aliud genus ſeminis decolori mutatione tranſlata, degenerem traxere naturam.
Ibidem. Denique hoc docet Dominus dicens: *Simile eſt regnum cælorum homini qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo: cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania inter triticum.* Advertimus utique quod zizania & triticum ut nominibus, ita & genere videantur eſſe diſcreta. Denique & ſervi dixerunt ad patrem-
Ibidem. 27. familias: *Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.* Aliud enim eſt ſemen diaboli, aliud ſemen eſt Chriſti quod ſeritur ad juſtitiam. Denique aliud Filius hominis, aliud diabolus ſeminavit. Adeo diverſa natura utriuſque ſeminis, ut contrarius ſeminator ſit. Quod ſeminat Chriſtus, regnum eſt Dei: quod ſeminat diabolus, peccatum eſt. Quomodo igitur poteſt unius generis eſſe regnum atque peccatum? Sic eſt, inquit, regnum Dei, quemadmodum ſi homo jactet ſemen ſuper terram.

45. Eſt & homo qui ſeminat verbum, de quo ſcriptum eſt: *Qui ſeminat, verbum ſeminat.* Hic Marc. 4. 14.
homo verbum ſeminavit ſuper terram, quando dixit, *Germinet terra herbam*, & ſubito terrarum germina pullularunt, & diverſæ rerum ſpecies refulſerunt. Hinc pratorum virens gratia abundantiam pabuli miniſtravit: inde camporum ſpica flaveſcens, imaginem pelagi fluctuantis commotione ſegetis uberioris expreſſit. Sponte omnes fructus terra ſuggeſſit: etſi arata ſine cultore eſſe non poterat, nondum enim erat formatus agricola; inarata tamen opimis meſſibus redundabat, & haud dubito an majore proventu. Siquidem nec cultoris deſidia terrarum deſtituere poterat ubertatem. Nunc enim fœcunditas unicuique pro merito laboris acquiritur, ubi cultus ſpectatur agrorum; & negligentia vel offenſa, aut diluviis pluviarum, aut terrarum ariditatibus, aut grandinis jactu, aut quacumque ex cauſa, [c] ſoli ubertas ſterilitate multatur. Tunc autem proventu ſpontaneo terra fructus locis omnibus invehebat; quoniam is præceperat, qui univerſorum eſt plenitudo. Verbum enim Dei fructificabat in terris, nec ullo adhuc erat terra damnata maledicto. Antiquiora enim mundi naſcentis exordia, quam noſtra peccata ſunt; & recentior culpa propter quam condemnati ſumus in ſudore vultus noſtri panem manducare, ſine [d] ſudore alimenta neſcire.

46. Denique hodieque fœcunditas terræ veterem affluentiam ſpontaneæ uſu fertilitatis operatur. Quam multa ſunt enim quæ adhuc ſponte generantur? Sed etiam in his ipſis quæ manu quæruntur, magna ex parte manent nobis divina beneficia, ut frumenta ipſa quieſcentibus inferantur. Quod propoſitæ docet lectionis exemplum, dicente Domino: *Quia ſic eſt regnum* Marc. 4. 26.
Dei quemadmodum ſi homo jaciat ſemen ſuper terram, & obdormiat, inquit, *& exurgat nocte & die, & ſemen germinet, & increſcat, dum neſcit ille.* Ultro enim terra fructificat, primò herbam, deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica. Et cum produxerit fructum, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis. Dormienti igitur tibi, ô homo, & neſcienti fructus ſuos ultro terra producit. Dormis & ſurgis, & frumenti per noctem incrementa miraris.

a. Ita vet. edit. & mſſ. aliquot optimæ notæ. Rom. edit. & mſſ. nonnulli expungunt, *que*. Vict. unus, Dion. Gem. Colb. Big. & Corb. unus legunt, *atque in arborum germinibus, reliquiſque fructibus*. Vict. alter, *atque in arboribus, reliquiſque* &c.

b. Edit. Am. & Pet. cum Ben. mſſ. *ſi aut auſtrigine*. Carn. mſ. inter lineas, ſed eadem manu, *ſi aut uſtrigine*, hoc eſt, *uredine*. Aliæ edit. ac mſſ. omnes, *ſi aut frigore*. Et forte alluſum eſt ad illud Virg. 1. Georg.

..... *& boreæ penetrabile frigus adurat.*

c. Codex Dion. Vict. unus, Corb. etiam unus, & Colb. *ſoli ubertas ſterilitate*. Vict. alter, & Cæn. *corrupti aeris ſterilitate*.

d. Sic decem mſſ. optimæ notæ. Am. & edit. *ſine dolore*.

CAPUT XI.

De ortu arborum : atque inibi de roſa quæ primo ſine ſpinis nata, illis poſtmodum inhorruit, & vitæ noſtræ ſpeculum facta eſt.

47. DIximus de herba fœni, nunc dicamus de ligno fructuoſo faciente fructum ſecundùm genus, cujus ſemen ejus in ipſo ſit. Dixit & facta ſunt, & ſubito, ut ſupra floribus, herbarumque viriditatibus, ita hîc nemoribus B terra veſtita eſt. Concurrerunt arbores, conſurrexere ſilvæ, vertices repente montium fronduerunt. Hinc pinus, hinc cupreſſus in alta ſe extulerunt cacumina, cedri & piceæ convenerunt. Abies quoque non contenta terrenis radicibus atque aerio vertice, etiam caſus marinos tuto ſubitura remigio, nec ſolum ventis, ſed etiam fluctibus certatura proceſſit. Nec non & laurus aſſurgens odorem ſuum dedit numquam ſuo exuenda velamine. Umbroſæ quoque ilices C verticem protulerunt, inhorrentem comam hibernis quoque temporibus ſervaturæ. Hoc enim in ſingulis privilegium natura tenuit in reliquum, quod ſub ictu mundi ſurgentis accepit : & inde manet ſua ilicibus prærogativa, manet cupreſſibus, ut nulli venti eas crinis ſui honore deſpolient.

48. Surrexerat ante floribus immixta terrenis ſine ſpinis roſa, & pulcherrimus flos ſine ulla fraude vernabat : poſtea ſpina ſepſit gratiam D floris, tamquam humanæ ſpeculum præferens vitæ, quæ ſuavitatem perfunctionis ſuæ finitimis curarum ſtimulis ſæpe compungat. Vallata eſt enim elegantia vitæ noſtræ, & quibuſdam ſollicitudinibus obſepta, ut triſtitia adjuncta ſit gratiæ. Unde cùm unuſquiſque aut ſuavitate rationis, aut proſperioris curſus ſucceſſibus gratulatur, meminiſſe culpæ eum convenit, per quam nobis in paradiſi amœnitate florentibus ſpinæ mentis, animæque ſentes jure condemnationis E adſcripti ſunt. Irrutiles igitur licet ô homo aut ſplendore nobilitatis, aut faſtigio poteſtatis, aut fulgore virtutis, ſemper tibi ſpina proxima eſt, [a] ſemper eſt ſentis, ſemper inferiora tua reſpice, [b] ſuper ſpinas germinas, nec prolixa gratia manet : brevi unuſquiſque [c] decurſo ætatis flore marceſſit.

CAPUT XII.

Laudatur vitis, & cum Eccleſia comparatur : nec non exemplum ejus nobis ad imitationem proponitur.

49. SAne ut caduca tibi noveris communia eſſe cum floribus, ita etiam læta cum vitibus, quibus generatur vinum, quo cor hominis lætificatur. Atque utinam ô homo hujus generis imiteris exemplum, ut ipſe tibi lætitiam jucunditatemque fructifices. In te ipſo ſuavitas tuæ gratiæ eſt, ex te pullulat, in te manet, in- A tus tibi ineſt, id eſt, in te ipſo quærenda jucunditas tuæ eſt conſcientiæ. Ideo ait : *Bibe aquam de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fontibus.* Prov. 5. 15. Primum omnium nihil gratius florentis odore vitis. Siquidem de flore earum ſuccus expreſſus poculi genus conficit, quod & voluptati & ſaluti ſit. Deinde quis non miretur ex acini vinacio vitem uſque in arboris ſummum cacumen prorumpere, quam velut quodam amplexu fovet, & quibuſdam brachiis ligat, & circumdat lacertis, B pampinis veſtit, ſertis uvarum coronat ? Quæ ad imitationem vitæ noſtræ primum vivam defigit radicem, deinde quia naturâ flexibilis & caduca eſt, [d] quaſi brachiis quibuſdam, ita & claviculis quidquid apprehenderit, ſtringit, hiſque ſe erigit & attollit.

50. Hujus eſt ſimilis plebs Eccleſiæ, quæ velut quadam fidei radice plantatur, & reprimitur humilitatis propagine, de qua pulcre ait Propheta : *Vineam ex Ægypto tranſtuliſti, & plantaſti* Pſ. 79. 9. C *radices ejus,* [e] *& repleſti terram : operuit montes umbra ejus, & arbuſta ejus cedros Dei : extendiſti palmites ejus uſque ad mare, & uſque ad flumen propagines ejus.* Et per Eſaiam ipſe Dominus locutus eſt dicens : *Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco* Eſa. 5. 1. & ſeq. *uberi : & maceriam circumdedi, & circumfodi vineam Sorech, & ædificavi turrim in medio ejus.* Circumdedit enim eam velut vallo quodam cæleſtium præceptorum, & Angelorum cuſtodiâ. Immittet enim Angelus Domini in circuitu timen- D tium eum. Poſuit in Eccleſia velut turrim Apoſtolorum & Prophetarum atque Doctorum, qui ſolent pro Eccleſiæ pace prætendere. Circumfodit eam, quando exoneravit terrenarum mole curarum. Nihil enim magis mentem onerat, quam iſtius mundi ſollicitudo & cupiditas vel pecuniæ vel potentiæ. Quod tibi demonſtratur Luc. 13. 11. in Evangelio, cùm legis, quia illa mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis, inclinata erat, ut ſurſum reſpicere non poſſet. Curvata enim erat E anima ejus, quæ inclinabatur ad terrena compendia, & cæleſtem gratiam non videbat. Reſpexit eam Jeſus, & vocavit, & ſtatim mulier onera terrena depoſuit. His cupiditatibus etiam illos oneratos fuiſſe demonſtrat, quibus ait : *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, &* Matt. 11. 28. *ego vos reficiam.* Ergo illa anima mulieris quaſi circumfoſſa reſpiravit, & erecta eſt.

51. Sed eadem vitis ubi circumfoſſa fuerit, religatur & erigitur, ne reflectatur in terram. Re- F ciduntur alia ſarmenta, alia propagantur : reciduntur quæ inani effuſione luxuriant, propagantur ea quæ bonus agricola judicaverit fructuoſa. Quid ego adminiculorum ordines, jugationiſque deſcribam gratiam, quæ vere atque manifeſte æqualitatem docent in Eccleſia eſſe ſervandam, ut nemo ſe dives aut honoratus extollat, nemo pauper dejiciat, ignobiliſque deſperet ? Omnibus ſit in Eccleſia par atque una libertas, omnibus impertiatur juſtitia commu-

a. Edit. omnes, & mſſ. aliquot omittunt, *ſemper eſt ſentis*; quæ verba è mſſ. decem probatiſſimis reſtituimus.
b. Mſſ. Cæn. & Vict. unus, *ſemper ſpinas germinas.*
c. Tres mſſ. æui remotioris, *decor ſuavitatis flore*, &c. Alii quinque, *decurſu ætatis flore* &c. Reliqui, & edit. ut in textu.
d. Rom. edit. *claviculis quaſi manibus quibuſdam.* Ubi reſpexiſſe editores ad locum e lib. Cic. de ſenect. ſatis credibile eſt. Neque negaverim Ambroſium & quod hîc de vite, & quod paulo ante de frumento dictitavit, ex eodem Oratore mutuatum eſſe. Verum contra edit. & mſſ. auctoritatem nihil muto.
e. Ita vet. edit. & novem mſſ. At Carn. Corb. & Th. cum LXX. & Rom. pſalterium *repleta eſt terra.* Alii mſſ. & edit. Rom. *repleviſti terram.* Rurſus eodem loco edit. Rom. *extendit palmites ſuos*, plures mſſ. *ejus.* Alii, & vet. edit. *extendiſti* &c.

nis & gratia. Ideo turris in medio eſt, quæ exemplum de illis ruſticanis, de illis circumferat piſcatoribus, qui virtutum arcem tenere meruerunt: quorum exemplis noſter erigatur affectus,ª neque humi vilis & deſpicabilis jaceat; ſed uniuſcujuſque mens ad ſuperiora ſe ſubrigat, ut audeat dicere, Noſtra autem converſio in cælis eſt. Unde ne aliquibus procellis ſæculi poſſit reflecti, & tempeſtate deduci, claviculis illis & circulis quaſi amplexibus caritatis proximos quoſque complectitur, & in eorum conjunctione requieſcit. Caritas eſt igitur quæ nos ſuperioribus nectit, cæloque inſerit. Qui enim manet in caritate, Deus in eo manet. Unde & Dominus ait: *Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt fructum afferre à ſe, niſi manſerit in vite; ſic & vos, ſi in me non manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites eſtis.* Iohan. 15. 4.

52. Evidenter igitur exemplum vitis ad noſtræ vitæ inſtitutionem arceſſendum eſſe ſignavit, quæ primum veris tepefacta temperie gemmare perhibetur: deinde ex ipſis ſarmentorum articulis fructum emittere, de quibus oriens uva formatur, paulatimque augeſcens immaturi partus retinet acerbitatem, nec poteſt niſi matura jam & cocta dulceſcere. Veſtitur interea viridantibus pampinis vinea, quibus & adverſùm frigus, omnemque injuriam non exiguo munitur ſubſidio, & à ſolis ardore defenditur. Quid autem eo vel ſpectaculo gratius, vel fructu eſt dulcius, videre ſerta pendentia velut quædam ſpecioſi ruris monilia, carpere uvas vel aureo colore vel purpureo renitentes? Hyacinthos ceteraſque gemmas fulgere exiſtimes, coruſcare ᵇ indicos, albarum emicare gratiam. Nec advertis ex his admoneri te, homo, ne immaturos fructus tuos dies ſupremus inveniat, aut plenæ tempus ætatis ᶜ opera imparata dedeceant. Acerbus enim fructus amarior eſſe conſuevit; nec poteſt dulce eſſe, niſi quod ad maturitatem perfectionis adoleverit. Huic viro perfecto nec frigus horridæ mortis, nec ſol iniquitatis nocete conſuevit; quia obumbrat eum gratia ſpiritalis, & omnia mundanæ cupiditatis & corporeæ libidinis reſtinguit incendia, deſendit ardores. Laudent te quicumque conſpiciunt, & agmina Eccleſiæ velut quædam palmitum ſerta mirentur: ſpectent ſinguli fidelium pulcra animarum monilia: delectentur maturitate prudentiæ, ſplendore fidei, confeſſionis decore, juſtitiæ pulcritudine, ubertate miſericordiæ, ut dicatur tibi: *Uxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*; eo quod redundantiam vitis fructiferæ, eo pioſæ munere liberalitatis imiteris. Pſ. 127. 3.

CAPUT XIII.

De arborum utilitate, ac diverſitate; de ratione illas jugandi ac medicandi; poſtremo de arboreorum ſuccorum proprietatibus: cum morali ad ſingula expoſitione.

53. SEd quid ego in ſola vite immoror, cùm omnia genera arborum utilia ſint, alia ad fructum nata, alia ad uſum data? Nam & quibus non eſt fructus uberior, tamen uſus pretioſior eſt. Cedrus ſuſpendendis tectorum apta culminibus, eo quod hujuſmodi materies & procera ſit ſpatiis, nec oneroſa parietibus. Lacunaribus quoque comendiſque faſtigiis habilis eſt cupreſſus. Unde & Eccleſia dicit in Canticis: *Trabes domorum noſtrarum cedrina, lacunaria noſtra cupreſſina*: in his eſſe declarans decora ſui ornamenta faſtigii, qui quaſi trabes verticem Eccleſiæ ſua virtute ſuſtineant, & faſtigium ejus exornent. Cant. 1. 16. Laurus & palma ad inſigne victoriæ. Lauro victorum capita coronantur, palma manus victricis ornatus eſt. Unde & Eccleſia ait: *Dixi, aſcendam in palmam, tenebo altitudines ejus.* Cant. 7. 8. Quæ eminentiam videns Verbi, & ſperans quod ad ejus altitudinem poſſit aſcendere & ſcientiæ ſummitatem, dicit: *Aſcendam in palmam*; ut omnia inferiora relinquat, & ad ſuperiora contendat, * ad bravium Chriſti, ut ſuaves ejus fructus carpat & guſtet. Suavis enim virtutis eſt fructus. Populus quoque coronis arbor umbroſa victricibus, & ſalix lenta vitibus habilis vinciendis, quid aliud myſtice declarant, niſi bona eſſe Chriſti vincula, quæ nocere non ſoleant, vincula gratiæ, vincula caritatis, ut unuſquiſque ſuis vinculis glorietur, ſicut gloriabatur & Paulus, dicens: *Paulus vinctus Ieſu Chriſti?* Philem. 1. 1. His ligatus vinculis dicebat: *Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti?* Rom. 8. 35. vinculis abſtinentiæ, vinculis caritatis. His ligatus vinculis eriam David ait: *In ſalicibus, in medio ejus ſuſpendimus organa noſtra.* Pſ. 136. 2. Buxus quoque elementorum apicibus utilis exprimendis, levi materia uſum manus pueriilis informat. Unde ait Scriptura: *Scribe in buxo.* Eſa. 30. 8. Simul ut admoneat te ipſa materia quæ ſemper viret, nec umquam foliis exuitur ſuis; ne umquam ſpei tuæ diſſimulatione nuderis, ſed ſemper tibi per fidem germinet ſpes ſalutis.

54. Quid ego enumerem quanta varietas arborum, quam diverſus in ſingulis & pulcher ornatus, quam patulæ fagi, quam proceræ abietes, quam comantes pinus, quam umbroſæ ilices, quam populi bicolores, quam nemoroſa & rediviva caſtanea, quæ ſimul ut exciſa fuerit, tamquam ſilvam ex ſe pullulare conſuevit; quemadmodum in arboribus ipſis ætas aut ſenilis, aut novella deprehenditur; junioribus enim exiliores rami, antiquioribus validiora & nodoſa ſunt brachia: illis folia levigata atque diffuſa, iſtis contractiora & aſpera. Sunt etiam arbores quæ ſenili atque emortua radice ſucceſſionem ſui, ſi forte cædantur, reparare non noverint: aliæ quibus aut juventus viret, aut natura fœcundior eſt, quibus exciſio lucro potius quam detrimento ſit, ut per plures ſui rediviva ſucceſſione renoventur heredes.

55. Eſt etiam, quod mireris, ipſis ſexus in pomis, eſt diſcretio ſexus in arboribus. Nam videas palmam quæ dactylos generat, plerumque inclinantem ramos ſuos & ſubjicientem, & concupiſcentiæ atque amplexus ſpeciem præten-

a. Edit. omnes & mſſ. non pauci: *neque humilis.* Addunt nonnulli, *droves* .... *jaceat* Ben. Carn. & Germ. *neque humi vilis* &c.
b. Edit. Rom. & mſſ. nonnulli, *indicas.* Edit. vet. cum mſſ. undecim, *indicos.* Cæo. codex ad marginem eadem manu, qua textus, hæc præfert: *Indicos vocat lapides, qui de India feruntur: albas, quas B. Greg. albulas, quæ uſitato nomine vocantur margaritæ & perlæ. Legimus & albam ſmaragdum & albam ſardonicem.*
c. Mſſ. quinque, *opera parva deducat.* Tres, *opera prava deducat.* Unus, *deducant*: alius denique, *delectent.*
*. Vide notam columnæ 57. ſubjectam.

dentem ei arbori, quam marem palmam appellant * pueri ruſticorum. Illa ergo palma feminea eſt, & ſexum ſuum ſubjectionis ſpecie confitetur. Vnde locorum cultores præjaciunt ramis ejus dactylorum vel ᵃ palmitum ſemina maſculorum, quibus illi femineæ arbori velut quidam ſenſus perfunctionis infunditur, & expetiti concubitus gratia repræſentatur. Quo munere donata rurſus erigitur, & elevat ramos ſuos, & in veterem ſtatum comam ſuam rurſus attollit. De ficu quoque eadem opinio eſt. Ideoque plerique ſecundum domeſticam & fructiferam ficum agreſtem ficulneam ſeruntur inſerere, eo quod cito fructus fœcundæ illius & domeſticæ ficus vel aura tentati aliqua, vel æſtu defluere ferantur in terram. Unde gnari hujus remedii groſſis arboris agreſtis alligatis ad illam feracem arborem, medentur ejus infirmitati; ut poſſit fructus proprios reſervare, jamjamque ſi deforent remedia, lapſuros. Quo admonemur velut quodam ænigmate naturæ non refugere eos, qui à noſtra fide & conſortio ſeparati ſunt; eo quod & gentilis qui fuerit acquiſitus, quo gravior fuerit aſſertor erroris, eo vehementior poſſit fidei defenſor exiſtere; & ſi quis de hæreticis convertatur, velut confirmet eam partem in quam ſe commutata opinione contulerit, maxime ſi habeat aliquid naturæ directum, ut vivida poſſit eſſe ejus ſententia, ſi adminiculetur ei attentio ſobrietatis, obſervantia caſtitatis. Profunde ergo circa eum ſtudium tuum, ut ſimilitudine fructiferæ illius ficus de præſentia & conjunctione agreſtis illius arboris tuam poſſis corroborare virtutem. Ita enim tua nec diſſolvetur intentio, & diligentiæ fructus & gratiæ reſervabitur.

56. Quam multa ſunt autem quæ doceant naturalem duritiam poſſe diligentiæ ſtudio temperari, quibus affert cultus ruralis exemplum? Nam plerumque cito florent mala granata, & fructum afferre non poſſunt, niſi congruis peritorum remediis excolantur: plerumque ſuccus vaneſcit interior, & foris ſpecies ejus pulcra prætenditur. Quæ non immerito comparatur Eccleſiæ, ut habes in Canticis ad Eccleſiam dictum: *Ut cortex mali punici gena tua.* Et infra: *Si floruit vitis, floruerunt mala granata.* Eccleſia enim bonum fidei fulgorem confeſſioniſque prætendit, tot martyrum ſanguine ſpecioſa, & quod eſt amplius Chriſti cruore dotata; ſimul plurimos intra ſe fructus uſu iſtius pomi ſub una munitione conſervans, & virtutum negotia multa complectens. Sapiens enim ſpiritu celat negotia. Amygdalis quoque hoc genere medicari feruntur agricolæ, ut ex amaris dulces fiant fructus, ut & terebrent ejus radicem arboris, & in medium inſerant ſurculum ejus arboris quam Græci πεύκην, nos piceam dicimus; quo facto ſucci amaritudo deponitur. Ergo ſi agricultura convertit ſtirpium qualitates, nonne ſtudia doctrinæ, & diſciplinæ attentio mitigare poſſunt quaſlibet ægritudines paſſionum? Nemo ergo poſitus vel in adoleſcentiæ vel intemperantiæ lubrico, de ſui converſione deſperet. Ligna plerumque in meliores vertuntur uſus, & non poſſunt hominum corda mutari?

Cant. 4. 3.
Cant. 7. 12.

57. Docuimus non ſolum inter diverſi generis arbores eſſe fructuum diverſitates, ſed plerumque in eadem ſpecie arborum compugnare ſibi fructus. Alia enim ſpecies maſculorum, alia feminorum fructuum, ſicut de dactylis ſupra diximus. Quis autem poſſit comprehendere varietatem, ſpeciem gratiamque pomorum, ſingulorum quoque utilitatem fructuum, ſuccorumque proprietatem, quæ cuique rei apta videantur, quemadmodum ægris viſceribus hominum amariora poma medicentur, & inflationem aſperitatemque interiorem temperent, quemadmodum rurſus humorum aſpera pomorum dulcibus temperentur? Denique ea medicina antiquior, quæ herbis curare conſuevit & ſuccis; nec ulla firmior ſanitas, quam quæ ſalubribus reformatur alimentis. Unde ſecundum naturam docemur, quia ſola nobis eſt medicina eſt. Herbis certe ulcera aperta clauduntur, herbis curantur interna. Ideoque medicorum eſt opus herbarum poteſtates noſcere. Hinc enim medendi uſus inolevit.

CAPUT XIV.

De ſimplicium pomorum differentia, foliorumque diverſitate: ubi præcipue de pampino, & folio ficus; deque variis aliorum foliorum figuris.

58. Sed ut ad ſimplicia poma revocemus ſtylum, alia ſunt quæ coquuntur ſole, alia quæ teſtis aut corticibus clauſa complentur. Mala & pyra, uvarum quoque genera omnia nuda objecta ſunt ſoli: ᵇ nucis autem & nucleæ, nuclei quoque fructus & teſta opertus & cortice, alitur tamen & ipſe calore ſolis atque nutritur; & quantum pineæ denſitate nucleus abſconditur, tantum ſolis calore nutritur.

59. Quanta deinde Domini providentia, ut ubi mollior fructus, ibi folii craſſitudo validius tegumentum tuendo deferat pomo, quod videmus in fructu ficulneæ. Delicatiora itaque validioribus munienda ſunt, ut & ipſe quoque Dominus per Hieremiam docet, dicens: ᶜ *Sicut ficus iſtas bonas recognoſcam tranſlatos Juda, quos emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum in bona, & confirmabo oculos meos ſuper illos in bona.* Tamquam delicatos enim velut quodam miſericordiæ ſuæ validiori ſepſit tegmine, ne teneri fructus maturius interirent. Denique de ipſis etiam in poſterioribus dicit: *Delicati mei ambulaverunt vias aſperas.* Quibus infra ait: *Conſtantes eſtote filii, & clamate ad Deum.* Hoc enim ſolum adverſus omnes procellas atque injurias inviolabile tegmen, impenetrabile munimentum eſt. Ubi ergo teneri fructus, ibi craſſiora tegmina & munimenta foliorum. Contra autem ubi fructus validiores,

Hier. 24. 5.
Baruc 4. 26.
Ibidem 27.

*. Hoc eſt, *ruſtici*. Et ea loquendi forma petita eſt à Græcis, apud quos παῖδες φιλοσόφων idem ſonat ac φιλόσοφοι; immo & apud Hebræos *filius hominis* pro homine ſæpe in vet. teſtamento ponitur, & alia hujuſmodi exſtant bene multa.

a. Rom. edit. *palmarum velut quædam ſemina maſculorum.* Aliæ & mſſ. aliquot: *palmarum ſemina maſculorum.* At mſſ. decem optimæ notæ: *palmitum*, &c.

b. Antiquæ edit. *nucis autem, & nodi, nucleique fructus, & teſta opertus & cortice alitur, tamen & ipſe calore ſolis naſcitur, atque nutritur.* Vat. cod. non habet, *& nodi nucleique.* Rom. edit. *nucis autem pineæ, nucleaque fructus & teſta opertus & cortice alitur, tamen & ipſe calore ſolis atque nutritur.* Mſſ. partim, *nuces autem*; partim, *nucis autem*; reliqua ut nos in textu.

c. Rom. edit. *Sicut ficus iſta bona, ſic recognoſcam*, &c.

ibi teneriora folia, ut malus arbor docet. Po- A mum enim validius non multo indiget protectionis auxilio; nam ipſa protectionis craſſioris umbra pomo nocere plus poſſet.

60. Denique doceat nos pampinus naturæ gratiam; & divinæ ſapientiæ interna myſteria. Videmus enim ita ſciſſum atque diviſum, ut trium foliorum ſpeciem videatur oſtendere: ita pars media diſtincta eſt, ut niſi inferioribus hæreret, ſeparata ſpectantibus videretur. Ea autem ratio videtur ſervata naturæ, ut & ſolem B facilius admittat, & umbram obtexat. Denique procerius media pars ejus extenditur, & in ipſa ſummitate tenuatur, ut plus pulcritudinis quam tegumenti præferat. Etenim * bravii ſpeciem videtur effingere, ſignificans quod uva inter pendentes ceteros fructus habeat principatum, cui tacito quodam judicio naturæ, ſed evidenti indicio innaſcitur ſpecies & prærogativa victoriæ. Secum igitur habet bravium ſuum, quo & munimen ſibi præbetur adverſum inju- C rias aeris, pariterque imbrium violentiam, & impedimentum non affertur ad recipiendum ſolis calorem, quo tepefacta alitur, coloratur, augetur. Ficulneæ quoque folium, æque prope ut pampinus, quadrifida interſcinditur diviſione: quod eo clarius videtur, quo majus eſt folium, ſane non ita ut pampinus vel ora omni, vel ſummitate criſpanti. Sicut enim in ficulneæ folio craſſitudo validior, ita in pampino ſpecies elegantior. Craſſitudo igitur folii proficit ad D tempeſtatis injuriam repellendam, interciſio ad fructus gratiam vaporandi. Denique hoc genus pomi grandinem non cito, maturitatem cito ſentit; quia & latere videtur adverſum injurias, & patere ad gratiam.

61. Quid ego foliorum deſcribam diverſitates quemadmodum alia rotunda, alia longiora, alia flexibilia, alia rigidiora ſint, alia nullis facile ventis labentia, alia quæ levi motu decutiantur aurarum. E

CAPUT XV.

Stupenda aquæ diverſitas! Inde & fructuum qui ea nutriuntur, differentia naſcitur; & ſtillantium ex arboribus lacrymarum diſcrepantia: quibus accuratioris perſcrutationis excuſatio ſubjungitur.

62. INexplicabile eſt ſingularum rerum exquirere velle proprietates, & vel diverſitates earum manifeſta teſtificatione diſtinguere, vel latentes occultaſque cauſas indeficien- F tibus aperire documentis. Una nempe atque eadem eſt aqua, & in diverſas plerumque ſe ſe mutat ſpecies: aut inter arenas flava, aut inter cautes ſpumea, aut inter nemora viridantior, aut inter florulenta diſcolor, aut inter lilia fulgentior, aut inter roſas rutilantior, aut in gramine liquidior, aut in palude turbidior, aut in fonte perſpicacior, aut in mari obſcurior, aſſumto locorum quibus influit colore, decurrit. Rigorem quoque pari ratione commutat, ut inter A vaporantia ferveat, inter umbroſa frigeſcat, ſole repercuſſa exæſtuet, nivibus irrigata glaciali humore caneſcat. Quemadmodum autem ſapor ejus ipſe convertitur, ut nunc aſperior, nunc amarior, nunc vehementior, nunc auſterior, nunc dulcior pro ſpecierum quibus infuſa fuerit qualitate varietur? Aſperatur immaturioribus ſuccis, tunſo cortice nucis, foliiſque contritis, amarior fit abſinthio, vino vehementior, auſterior alliis: graveſcit veneno, melle dulceſ- B cit. Si vero ei lentiſcum, terebinti quoque fructus, vel nucis interior pars miſceatur, in olei mollem naturam facile transfunditur. Cùm ſit autem altrix omnium virgultorum, diverſos ſingulis uſus miniſtrat. Si radices alluat vel nubibus fuſa deſcendat, diſcretas dat omnibus vires, radicem impinguat, caudicem provehit, ramos diffundit, folia vireſcere facit, [a] fructuum alit ſemina, pomum augere conſuevit. Ergo cùm eadem ſit omnium nutrix, alia arborum genera C triſtiores ferunt ſuccos, alia dulciores, alia tardos, alia præmaturos. Ipſæ quoque inter ſe diſcrepant ſuavitate. Alia ſuavitas eſt in vinea, alia in olea, alia in ceraſis, alia in ficu, diſcreta in malo, diſpar in dactylo.

63. Tactus ipſe aquæ alibi lenis, alibi aſperior, plerumque pinguior eſt. Pondere quoque diſtat frequenter ut ſpecie. Nam pleriſque locis gravior, pleriſque levior æſtimatur. Non mirum igitur ſi cùm ipſa in ſe diſcrepet, diſcrepent etiam D inter ſe lacrymæ arborum, quæ ejuſdem aquæ alluvione generantur. Et cùm una ſit omnium cauſa, diverſus ſingularum uſus, diverſa natura eſt. Aliam vim habet ceraſi arboris lacryma, aliam lentiſci. Diſparem quoque balſami guttam odorata Orientis ligna ſudare produntur: diverſum quoque lacrymarum genus virgulta ferularum in Ægypto ac Libya quadam vi naturæ ſecretioris illacrymant. Quid autem tibi referam, clementem licet eſſe ſermonem, quod electrum la- E cryma virgulti ſit [b], & in tantæ materiæ ſoliditatem lacryma dureſcat? Nec levibus id adſtruitur teſtimoniis, quando folia aut ſurculorum minutiſſimæ portiones, aut exigua quædam animantium genera in electro ſæpe reperiantur, quæ videtur, cùm adhuc gutta eſſet mollior, recepiſſe & ſolidata tenuiſſe.

64. Sed quid ego vili ſermone decerno eam alta atque pretioſa ratione naturæ, [c] cùm iſte ſermo humano alatur ingenio, naturam autem F omnium providentia divina formaverit? Unde velut habenis quibuſdam verborum cohibenda diffuſio eſt; ne quod Salomoni ſpecialiter ſapientiæ munere divinitus videtur eſſe collatum, uſurpatorie videamur exponere differentias arborum & virtutes radicum, & quæcumque ſunt abſcondita & improviſa, ſicut ſcriptum eſt, quæ 3. Reg. 4. nec ab ipſo tamen manifeſtata produntur; ut 33. mihi videatur potuiſſe eum diſputare de virgultorum generibus, non potuiſſe tamen plenius [d] omnes creaturæ explicare rationes.

*. Græce βραβεῖον, corona ſeu victoriæ præmium. Dabatur autem illud è ramis variarum arborum, quarum aliquæ cap. ſuperiori num. 55. explicantur. Videſis Lucianum in dial. Ἀνάχαρσις, ἢ περὶ γυμνασίων, & alios.

a. Mſſ. aliquot: *fructum alit, pomorum ſemina augere* &c.

b. Rom. edit. *& in lapidea natura ſoliditatem dureſcat.*

c. Edit. vet. *cum iſto ſermone humano*, Coſt. & Gill. *humanum, alatur ingenium.*

d. Ita mſſ. plures & potiores. Aliqui cum editis: *omne*, vel *omnis, ſecretum creaturæ explicare rationem.* Alii tandem *omne ſecretum explicare rationes.*

CAPUT XVI.

Quomodo ad vocem Domini ſubito omne virgultorum genus efflorescens victum, delicias ac medicinam miniſtraverit. Quæ etiam modo planta omnes aut ſemen, aut aliquid quod ſeminis vicem ſuppleat, in ſe habeant. De magna Dei virtute in ſingulis; ubi ſpectatim de pinea ac myricis.

65. Quod ſi irriguis aquarum plerumque & ſegetes lætiores ſunt, & virides fabæ, B & hortorum multiplex ſuſcitatur & reſuſcitatur gratia, ſi viridantibus thoris fluviorum exundantium ripa [a] decoratur; quemadmodum ad verbum Domini, quod omni aquarum curſu eſt redundantius, ſubito creatura virgultorum omnis effloruit? Feſtinarunt campi non commiſſam ſibi frugem edere, ignorata horti olerum genera, florum miracula germinare, ripæ fluminum ſe veſtire myrtetis: properaverunt arbores cito ſurgere, cito [b] ſe in florem induere, victum homi- C nibus, pecori pabulum miniſtrare. Fructus communis eſt omnibus, uſus quoque eſt datus omnibus. Simul utrumque arbores germinarunt, aliud quo veſceremur, aliud quo refrigerante umbra defenderemur à ſole. [c] Cibus in fructu, uſus amœnitatis in folio; tamen quia præſcia erat providentia creatoris, quod fructum ſibi maxime humana aviditas vindicaret, reliquis providit animantibus, ut ſpecialem his donaret alimoniam. Itaque eſca his non mediocris in foliis D eſt, corticibuſque ſilveſtribus: ea quoque quæ ad uſum medendi proficerent, id eſt, ſucci, lacrymæ, ſurculi pariter miniſtrata ſunt. Itaque illa quæ poſt experimento, uſu & exemplo utilia cognovimus, ea à principio [d] creator cui uſui apta donaret, præſcientiæ ſuæ majeſtate de ſiou terrarum juſſit exire.

66. Et quia juſſit Dominus, ut germinaret terra herbam fœni, & lignum fructiferum, faciens fructum ſecundum genus, cujus ſemen ejus E in eo (ne forte quis dicat in multis arboribus neque fructum, neque ſemen videri, & putet divinum in aliquo vacillare præceptum, ut à veritate ſit devium) illud advertat, quia nequaquam fieri poteſt, ut non aut ſeminibus utantur univerſa gignentia, aut habeant aliqua quæ videantur cum virtute ſeminum convenire: idque ſi quis diligenter intendat, manifeſta teſtificatione poterit comprehendere. Nihil videntur ſeminis habere ſalices; habent tamen in foliis granum F quoddam quod habeat virtutem ſeminis, ut eo commiſſo terris, tamquam poſito ſurgat arbor de ſurculo; & tamquam de ſemine ſe exſuſcitet. Grano itaque illo radix primum coaleſcit: de radice pullulat non ſolum ſalicis, ſed etiam reliquarum ad ſimilitudinem hujuſmodi generis arborum ſilva. [e] Habet autem & radiceis generatio virtutem ſeminis; unde plerique ex ſatione incrementum ſui nemoris propagarunt.

67. Magna Dei virtus in ſingulis. Nec miretur aliquis ſi in virgultis magnam Dei dixi eſſe virtutem. Siquidem magnam ſuam virtutem in locuſtis eſſe dixit & brucho, eo quod divinæ majeſtatis offenſa magno moderamine ſterilitatis Judaicæ atque inopiæ ſolveretur. Magna enim virtus patientia, magna virtus [f] providentia. Indigni etenim erant, qui uterentur fœcunditate terrena, qui terrarum læſerant creatorem. Et vere magnus, qui miſerabili fame nefas tantæ impietatis ulciſcitur. Itaque ſi magna virtute Dei ſterilem bruchum terra generavit, quanto magis virtute magna, quæ fœcunda ſunt, procreat?

68. Quis pineam videns non ſtupeat tantam divino præcepto artem inolitam, impreſſamque naturæ: quemadmodum ab ipſo centro diſtantibus licet menſuris pari aſſurgat glutino, quo proprios fovet fructus? Itaque per circuitum eadem ſpecies & ordo ſervatur, & quidam in ſingulis plagis nucleorum partus exuberat, atque in orbem redit fructus & gratia. Itaque in pinea iſta imaginem ſui natura videtur exprimere, quæ à primo illo divino cæleſtique mandato privilegia accepta cuſtodit, & partus ſuos quadam annorum vice & ordine refert, donec conſummatio temporis impleatur.

69. Sed ut in hoc fructu gratam ſpeciem ſui ſignat; ita etiam in myricis, id eſt, humilibus virgultis figuram improbæ calliditatis expreſſit. Sicut enim duplici corde viri ubique præſto ſunt, & gratiam ſimplicitatemque apud bonos prætendunt, & vitioſiſſimis glutinantur: ita etiam & in aquoſis & in deſertis contrario quodam uſu hæc virgulta naſcuntur. Unde & Hieremias *Hier. 17. 6.* [g] dubia morum atque inſincera myricis comparavit.

CAPUT XVII.

Surditate humani cordis increpata, mirabilis Dei providentia in minimis declaratur; ubi præcipue de arboribus ſemper virentibus & illarum differentiis, tum de primo vitis cultore, ac vini uſu diſſeritur.

70. Germinet, inquit, *terra herbam virentem*, & ſtatim omni ſurgente germine terra compta eſt. Et homini dicitur: *Dilige dominum Deum tuum*, & non eſt caritas Dei omnium *Deut. 6. 5.* infuſa viſceribus. Surdiora corda hominum ſunt, quam dura ſaxorum. Terra indebitos fructus nobis miniſtrat, dum obſecundat auctori: nos debitum munus negamus, dum non veneramur auctorem.

71. Vide in parvis quæ providentia ſit Dei: &

a. Edit. aliquæ Pariſ. *decoratur: quemadmodum non* &c. Mſſ. Gem. Big. Dion. ac Colb *decoratur; mirarus quemadmodum ad* &c. Ceteri ſcripti atque editi codices ut in contextu.

b Edit. vet. ac mſſ. quatuor: *ſe flore induere.* Melius Rom. cum reliquis mſſ. *ſe in florem induere.* Hoc enim petitum videtur ex illo Virg. 1. Georg.

...... *cum ſe nux plurima ſilvis*
Induet in florem.

c. Mſſ. aliquot optimi ævi, *cibus infructuoſus amœnitatis in foliis.* Error eſt calami, quem qui emendare voluerunt, repoſuere, *cibus in fructu*, vel *in fructibus, amœnitas in foliis.* Et hos ſecutæ ſunt edit. At veram lectionem mſſ. Ben. Carn. & Germ. reſtituere.

d. Vet edit. *ea à principio creatura uſui apta donavit præſcientia divina majeſtate.* Illis accedunt quædam recentiores, ac mſſ duo, niſi quod hi legunt ..... *& præſcientia ſua majeſtate.* Illarum nonnullæ .... *providentia ſua majeſtate.* Reliqui mſſ. & edit. nobiſcum faciunt.

e. Ita mſſ. undecim. Alii & edit. *Habent autem & radices virtutem ſeminis.*

f. Edit. omnes & pauci mſſ. *ſapientia .... providentia.* Rem & Cæn. *ſapientia .... providentia.* Alii novem probatiſſimi, *patientia* &c.

g. Mſſ. quatuor, *dubiam horum, atque inſinceram mentem.*

quia comprehendere non potes, mirare quomodo alia ſemper florentia reſervaverit, alia mutationes habere voluerit exſpoliationis, & amictus. Inter cana nivium, pruinas frigorum, viriditatem ſuam arva conſervant: & cùm ipſa tecta ſint gelu, partus ſui tamen haud exiguam ſpeciem viriditatis obtexunt. In ipſis quoque generibus arborum, quæ diuturnis frondibus veſtiuntur, non mediocris diſtantia eſt. Servat indumentum ſuum ſemper olea, vel pinus, ſed tamen folia ſua ſæpe commutant; nec ea quaſi diuturna, ſed quaſi ſuccedanea prætendunt ſuæ arboris pulcritudini, perpetui integritate veſtitus vice muneris obumbrantes. Palma autem virens ſemper manet conſervatione & diuturnitate, non immutatione foliorum. Nam quæ primo germinaverit folia, ea ſine ulla ſubſtitutionis ſucceſſione conſervat. Imitare ergo eam ô homo, ut dicatur & tibi: *Statura tua ſimilis facta eſt palmæ.* Cant. 7. 7. Serva viriditatem pueritiæ tuæ, & illius innocentiæ naturalis, quam à primordio recepiſti, ut plantatus ſecus decurſus aquarum fructum tuum in tempore tuo habeas præparatum, & folium tuum non defluat. Hanc viriditatem gratiæ ſemper florentis in Chriſto ſecuta Eccleſia dicit: *In umbra ejus concupivi, & ſedi.* Cant. 2. 3. Hanc prærogativam domi virentis acceperunt & Apoſtoli, quorum nec folium umquam potuit elabi, ut eorum etiam umbra curaret ægrotos. [a] Obumbrant enim infirmitates corporis fides mentis, & florentia merita virtutum. Mane ergo plantatus in domo Domini, ut in atriis ejus ſicut palma floreas, & aſcendat in te gratia Eccleſiæ, & ſit odor narium tuarum ſicut mala, & fauces tuæ ſicut vinum optimum, ut inebrieris in Chriſto. Cant. 7. 9.

72. Bene admonuit iſte verſiculus repetere pene intermiſſum, quia diximus præcepto Domini vitem etiam pullulaſſe, quam poſtea poſt diluvium à Noe plantatam eſſe cognovimus. Sic enim habes, quia Noe agricola erat terræ, & plantavit vitem, & bibit de vino ejus, & obdormivit. Gen. 9. 20. Non ergo Noe auctor eſt vitis, ſed plantationis. Neque enim niſi eam reperiſſet ante generatam, plantare potuiſſet. Cultor ergo, non auctor eſt vitium. Deus autem qui ſciret quod vinum ſobrie potatum ſanitatem daret, augeret prudentiam, immodice ſumtum ad vitia cauſas daret, creaturam dedit, abundantiam humano arbitrio reſervavit; ut parſimonia naturæ eſſet magiſterium ſobrietatis, abundantiæ noxiam lapſumque temulentiæ ſibi adſcriberet humana conditio. Denique & ipſe inebriatus eſt Noe, & obdormivit conſopitus à vino. Itaque per vinum patuit deformitati qui per diluvium excrevit ad gloriam: ſed Dominus & in eo creaturæ ſuæ gratiam reſervavit, ut ejus fructum nobis converteret ad ſalutem, ac per eum nobis remiſſio peccatorum proveniret. Unde ple Iſaac dixit: Odor Jacob, odor agri pleni, id eſt, naturalis odor. Gen. 27. 27. Quid enim pleno rure ſuavius? Quid vitis odore jucundius? Quid fabæ flore gratius? Unde quamvis ingenioſe quis ante nos dixerit: Non vitem aut ficum Patriarcha olebat aut frugem, ſed virtutum ſpirabat gratiam; ego tamen & odorem ipſum terræ ſimplicem atque ſincerum pro gratia benedictionis accipiam, quem fraus nulla compoſuit, ſed veritas indulgentiæ cæleſtis infudit. Denique inter benedictiones ſacratiſſimas computatur, ut tribuat nobis Dominus à rore cæli vim vini, olei, atque frumenti: cui eſt honor, laus, & gloria, perpetuitas à ſæculis, & nunc & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

LIBER QUARTUS.

DE OPERE QUARTI DIEI.

SERMO VI.

CAPUT I.

Lectorem parat ad creationem ſolis recte intelligendam, declinandamque in eo idolomaniam; qua de re ejuſdem cum auctore ſuo comparationem inſtituit, & ordinem quo inter alia creatus eſt, expendit, ſubjectâ eleganti terræ proſopopœiâ.

1. QUI vindemiam colligit, vaſa prius quibus vinum infunditur, mundare conſuevit, ne [b] ſors aliqua vini gratiam decoloret.
6
Quid enim prodeſt ponere vitem ordine, fodere quotannis, aut aratris ſulcos ducere, putare, ſubrigere, adjungere ulmis, & quodam connubio copulare, ſi tanto labore vina quæſita in vaſe coaceſcant? Matutinos quoque ſolis ortus ſi quis ſpectare deſiderat, emundat oculos ſuos; ne quid pulveris, ne quid purgamentorum oculis ejus inſidat, quo tuentis hebetetur obtutus; neve aliqua caligo nebuloſa corporeos viſus ſpectantis obducat. Nobis in lectione exoriendus eſt ſol, qui ante non fuerit. Primum jam diem ſine ſole tranſivimus: ſecundum ſine ſole tranſegimus: tertium ſine ſole confecimus: quarto die jubet Deus fieri luminaria ſolem, & lunam, & ſtellas. Sol incipit, emunda oculos mentis ô homo, animique interiores obtutus, ne qua feſtuca peccati aciem tui præſtringat ingenii, & puri cordis turbet adſpectum. Emunda aurem, ut vaſe ſincero Scripturæ divinæ nitida fluenta ſuſcipias, ne qua ingrediatur contagio. Procedit ſol magno jubare diem, magno mundum complens lumine, vaporans calore. Cave ô homo ſolam ejus perpendere magnitudinem; ne nimius fulgor ejus viſus tuæ mentis obcæcet: ut qui è regione in radium ejus intendit, repercuſſo lumine omnem ſubito amittit adſpectum; ac niſi in ceteras partes vultum ſuum oculoſque convertat, æſtimat ſe nihil videre, & tuendi munere eſſe fraudatum; ſi vero

a. Omnes edit. & mſſ. aliquot ſequioris notæ, *Obumbrabat enim infirmitates.*
b. Edit. omnes, & mſſ. aliquot partim, *ne ſordes aliqua .... decolorent*, partim, *ne ſordes aliqua .... decoloret.* Decem mſſ. probatæ auctoritatis, *ne ſors aliqua* &c. Bona lectio, cujus rationem intelliges è Franc. Sanctii Minerva de voc. homon. pag. 408.

deflectat obtutum, integrum ſibi officium perſeverar. Cave igitur ne & tuum radius ejus exoriens confundat adſpectum. Et ideo prius firmamentum cæli adſpice, quod ante ſolem factum eſt: terram adſpice, quæ ante quam ſol procederet, cœpit eſſe viſibilis atque compoſita: germina ejus adſpice anteriora ſolis lumine. Anterior [a] bruchus quam ſol, antiquior herba quam luna. Noli ergo Deum credere, cui vides Dei munera eſſe prælata. Tres dies tranſacti ſunt, & ſolem nemo quæſivit, & luminis claritas abundavit. Habet enim & dies ſuam lucem, quæ præceſſor eſt ſolis. Non igitur te tanto ſplendori ſolis temere committas. Oculus eſt enim mundi, jucunditas diei, cæli pulcritudo, naturæ gratia, præſtantia creaturæ.

2. Sed quando hunc vides, auctorem ejus conſidera: quando hunc miraris, lauda prius ipſius creatorem. Si tam gratus eſt ſol conſors & particeps creaturæ, quam bonus eſt ſol ille juſtitiæ! Si tam velox iſte, ut rapidis curſibus in die ac nocte luſtret omnia; quantus ille qui ubique ſemper eſt, & majeſtate ſua complet omnia? Si admirabilis qui jubetur exire, quam ſupra admirationem qui dicit ſoli, & non exoritur, ut legimus? *Iob. 9. 7.* Si magnus eſt qui per horarum vices locis aut accedit, aut decedit quotidie; qualis ille qui etiam cùm ſe exinaniret, ut nos eum poſſemus videre, erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? Si præſtantiſſimus, qui objectu terræ patitur ſæpe defectus; quantæ majeſtatis qui ait: *Adhuc ſemel ego movebo terram?* *Agg. 2. 7* Illum terra abſcondit; iſtius motum non poteſt ſuſtinere, niſi voluntatis ejus ſubſtantiâ fulciatur. Si cæco damnum eſt hujus ſolis gratiam non videre; quanto magis peccatori damnum, veri luminis munere defraudatum, perpetuæ noctis tenebras ſuſtinere?

3. Ergo cùm vides ſolem, attende terram, quæ ante fundata eſt: attende herbam fœni, quæ præſtat ordinis privilegio: attende ligna, quæ plaudunt quod priora luminibus cæli eſſe cœperunt. Numquid merita fœni majora quam ſolis? Aut numquid potior ligni prærogativa? Abſit ut inſenſibilia tanti muneris præferamus miniſtro. Quid igitur prævidit altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei, ut prius inciperent ligna eſſe, quam illa duo mundi luminaria, & quidam cæleſtis oculi firmamenti; niſi ut cognoſcerent omnes divinæ teſtimonio lectionis terram ſine ſole poſſe eſſe fœcundam? Nam quæ potuit ſine ſole prima rerum ſemina germinare, poteſt utique ſemina accepta nutrire, & proprio fotu ſine calore ſolis partus edere.

4. Hac igitur voce quadam ſuorum munerum clamat natura: Bonus quidem ſol, ſed miniſterio, non imperio: bonus meæ fœcunditatis adjutor, ſed non creator: bonus meorum altor fructuum, ſed non auctor. Interdum partus meos & ipſe adurit: frequenter mihi & ipſe damno eſt, pleriſque me locis indotatam relinquit. Non ſum ingrata conſervo, mihi eſt in uſum datus, mecum labori eſt mancipatus, mecum ſubjectus eſt vanitati, mecum corruptionis ſubditus ſervituti. Mecum congemiſcit, mecum parturit, ut veniat adoptio filiorum, & humani generis redemtio, quo poſſimus & nos à ſervitio liberari. Mecum adſiſtens laudat auctorem, mecum hymnum dicit domino Deo noſtro. Ubi major ejus eſt gratia, ibi mecum eſt ei commune conſortium. Ubi ſol benedicit, ibi terra benedicit. Benedicunt *Pſ. 148. 3. & ſeq.* ligna fructifera, benedicunt pecora, benedicunt volucres mecum. In mari poſitus illum nauta accuſat, me deſiderat: in montibus illum paſtor declinat, ad mea germina, ad meas feſtinat arbores, quibus exæſtuans obumbretur, ad meos fontes ſitiens & laſſus accurrit.

CAPUT II.

Solem Dei Filio ſervire, à quo ad ornamentum cæli cum aliis luminibus creatus fuit. Fœcunditatem à Deo terris inditam, non à ſole; cum factus ſit in poteſtatem diei, *ſicut & luna* in poteſtatem noctis: *quod etiam Chriſto & Eccleſiæ accommodatur.*

5. Sed ne oculorum tibi exiguum videatur eſſe teſtimonium, emunda aurem, admove eam cæleſtibus oraculis. Duobus enim & tribus teſtibus ſtat omne verbum. Audi dicentem: *Fiant luminaria in firmamento cæli ad illuminationem terræ.* *Gen. 1. 14.* Quis hoc dicit? Deus dicit. Et cui dicit niſi Filio? Deus ergo Pater dicit: Fiat ſol; & Filius fecit ſolem. Dignum enim erat, ut ſolem mundi faceret Sol juſtitiæ. Ipſe ergo eum in lumen adduxit, ipſe eum illuminavit, ipſe ei donavit fundendi luminis poteſtatem. Factus eſt ergo ſol; ideo & ipſe ſervit, quoniam dictum eſt: *Fundaſti terram, & permanet: diſpoſitione tua permanet dies, quoniam univerſa ſerviunt tibi.* *Pſ. 118. 90. & 91.* Etenim cùm dies ſerviat, quomodo non ſervit ſol, qui factus eſt in poteſtatem diei? Quomodo non ſervit luna & ſtellæ, quæ factæ ſunt in poteſtatem noctis? Etenim quanto majorem his gratiam creator donavit, ut aer ſolito amplius ſolis claritate reſplendeat, dies ſerenius luceat, noctis illuminentur tenebræ per lunæ ſtellarumque fulgorem, cælum velut quibuſdam floribus coronatum, ita ignitis luminaribus micet, ut paradiſo putes vernante depictum ſpirantium roſarum vivis monilibus renitere: quanto igitur amplius his decoris videtur eſſe collatum, tanto amplius debent. Cui enim plus committitur, plus debet. Et ideo bene à pleriſque ornamentum cæli eſt nuncupatum, eo quod ſit ſtellarum monile pretioſum.

6. Atque ut ſciamus quia fertilitas terrarum non calori ſolis adſcribitur, ſed divinæ indulgentiæ deputatur, ait Propheta: *Omnia à te expectant, ut des illis cibum in tempore: dante te illis, colligent ſibi, aperiente te manum, univerſa implebuntur [b] bonitate.* *Pſ. 103.* Et infra: *Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* *Ibidem. 30.* Et in Evangelio: *Conſiderate volatilia cæli, quia neque ſerunt, nec metunt, & Pater veſter cæleſtis paſcit illa.* *Matt 6. 26.* Non

a. Ubi edit. omnes & mſſ. non pauci, *Anterior rubus*, ibi ſex antiquiſſimi mſſ. *Anterior bruchus*, id eſt forte, ramus, unde facta vox italica *broncho*, & gallica *branche*. Vide Aldrovandum Dendrologiæ lib. 1. pag. 22. Ambroſius vero ſuperiori cap. num. 67 per hanc vocem arbuſtum aliquod ſterile videtur indicare.

b. Omnes edit. & mſſ. non pauci, *implebuntur ubertate*. Mſſ. ſeptem optimæ notæ, & LXX. Interp … *bonitate*.

ergo ſol aut luna fœcunditatis auctores ſunt; ſed Deus Pater per dominum Jeſum omnibus liberalitatem fertilitatis impertit.

Pſ. 135. 8. & 9. 7. Pulcre autem expoſuit nobis Propheta quid ſit quod ipſe ait: Quia fecit Deus ſolem in poteſtatem diei, & lunam in poteſtatem noctis.
℣ 19. Nam & in iſto pſalmo centeſimo tertio de quo ſupra diximus, ſcripſit: *Fecit lunam in tempora; ſol cognovit occaſum ſuum.* Cùm enim dies horas ſuas complere cœperint, ſol debitum ſibi cognoſcit occaſum. Eſt ergo in diei poteſtate ſol, & luna in poteſtate noctis, quæ temporum vicibus obedire compellitur, & nunc impletur lumine, atque vacuatur: licet plerique hunc locum myſtice de Chriſto & Eccleſia videantur accipere; quod agnoverit Chriſtus proprii corporis paſſio-
Johan. 17. 1. nem, qui ait: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum*, ut illo occaſu ſuo omnibus donaret vitam æternam, qui perpetuæ mortis urgebantur occaſu; & Eccleſia tempora ſua habeat, perſecutionis videlicet & pacis. Nam videtur ſicut luna deficere, ſed non deficit. Obumbrari poteſt, deficere non poteſt; quia aliquorum quidem in perſecutionibus diſceſſione minuitur, ut martyrum confeſſionibus impleatur, & effuſi pro Chriſto ſanguinis clarificata victoriis majus devotionis ſuæ & fidei toto orbe lumen effundat. Namque luna luminis imminutionem habet, non corporis, quando per vices menſtruas deponere videtur lumen ſuum, ut mutuetur à ſole: quod facile puro aere atque perſpicuo, quando nulla eam obducta nebula caligantem facit, colligi poteſt. Orbis enim lunæ integer manet, etſi non ſimiliter totus, ut pars ejus effulgeat. Et qualis videri ſolet cùm plenus eſt luminis, talis eſt magnitudine: ſed per umbram quamdam lumine ſuo viduatus apparet. Et inde cornua ejus refulgent; quia corpus ejus in orbem diffunditur, & velut deficiente portionis luce inſinuatur.

CAPUT III.

Aliud eſſe lumen diei, aliud ſiderum. Diſcrimen diurnum ac nocturnum ſignis duobus notari, ac duplicem eſſe ignis operationem, illuminare & urere, qua in retributione meritorum ſeparabuntur. Deum dici ignem exurentem & qua cauſa. Poſtremo omni corpori ſuam umbram adhærere.

a 8. Movere autem poteſt quod ait: *Fiant luminaria ad illuminationem* [a] *ſuper terram, quæ diſcernant inter diem & noctem.* Quia
Gen. 1. 13. & ſupra jam ubi lumen fecit, dixerat: *Separavit Deus inter lucem ac tenebras, & factum eſt veſpere, & factum eſt mane dies unus.* Sed conſideremus quia aliud eſt lumen diei, aliud lumen ſolis & lunæ, & lumen ſtellarum, eo quod ſol ipſe radiis ſuis fulgorem diurno lumini videatur adjungere, quod vel ortus diei poteſt prodere, vel occaſus. Nam ante ſolem lucet quidem, ſed non refulget dies; quia amplius quoque meridiano ſole reſplendet. Quod oſtendit Propheta, dicens:
Pſ. 36. 6. *Et educet quaſi lucem juſtitiam tuam, & judicium tuum ſicut meridiem.* Non ſolum enim lumini,

A ſed etiam meridiano lumini ſancti juſtitiam comparavit.

9. Deinde non ſolum unum ſignum, ſed etiam duo voluit eſſe diurnæ diſcretionis atque nocturnæ; ut & lux diſcretionem faciat, & ſolis exortus; & iterum lucis defectus, & ſtellarum ortus inter occaſum diei diſtinguat, & noctis exordium. Nam ubi occiderit ſol, manet tamen adhuc aliquid reliquiarum diei, donec tenebræ terram operiant: & tunc luna oritur, & ſtellæ. Et de
B nocte quidem aperte liquet, quia lunæ & ſtellarum illuminatio noctis ſpatia teſtantur. Siquidem per diem fulgorem illum lunarem, ſtellarumque omnium ſol exortus abſcondit. De die autem vel ipſa ſolis flagrantia docere nos poteſt diverſam diurni luminis & ſolis eſſe naturam, & ipſam eſſe ſpeciem diſcolorem. Simplex eſt enim lucis ſpecies, ut lumen præbeat. At vero ſol non ſolum virtutem illuminandi habet, ſed etiam vaporandi; igneus eſt enim. Ignis autem
C & illuminat & exurit. Unde Dominus volens Moyſi oſtendere ſuæ operationis miraculum, quo Moyſen ad obediendi ſtudium provocaret, atque ad fidem inflammaret ejus affectum, in igne viſus eſt in rubo, & rubus non exurebatur, ſed tantum ſplendere ignis ſpecie videbatur. Alterum igitur munus ignis vacabat, alterum operabatur. Vacabat exuſtionis vis, operabatur illuminationis. Ideo ſtupebat Moyſes, quia contra naturam ſuam ignis non exurebat rubum,
D qui etiam vehementiorem materiem conſuevit exurere. Sed Domini ignis illuminare ſolet, exurere non ſolet.

10. At forte dicas: Quomodo ſcriptum eſt, *Ego ſum ignis conſumens?* Bene admonuiſti. Non ſolet conſumere, niſi ſola peccata. In retribu- Deut. 4. 24.
tionibus quoque meritorum colligimus [b] divi- b
di ignis naturam, ut alios illuminet, alios exurat, illuminet juſtos, exurat impios. Non eoſdem quos illuminat, exurit; & quos exurit, illumi-
E nat: ſed illuminatio ejus inextinguibilis eſt ad c
[c] perfunctionem bonorum, exuſtio vehemens ad ſupplicium peccatorum.

11. Sed revertamur ad diſcretionem diei ac noctis. Oriente diei lumine nox fugatur, decedente die nox infunditur. Non eſt enim luci ſocietas ulla cum tenebris; ſiquidem naturali lege hoc Dominus in prima operatione ſua conſti-
F tuit. Etenim quando lumen fecit, & diſcretionem fecit inter lucem ac tenebras. Denique in ipſo die, jam ſole terris infuſo, videmus umbram vel hominis, vel virgulti alicujus à lumine ſeparari, ut mane ad Occaſum dirigatur, veſperi retorqueatur in Orientem, meridianis horis ad Septemtrionem inclinet: lumini tamen non confunditur atque miſcetur, ſed cedit & refugit. Similiter & nox cedere videtur diei, & ſe ab ejus lumine declinare; eſt enim, ut peritiores probarunt qui nobis vel ætate vel munere præcurrerunt, umbra terræ. Naturaliter enim umbra corpori adhæret atque adjungitur, adeo ut etiam pictores umbras corporum quæ pinxerint, nitantur exprimere, idque artis eſſe aſſerant non inter-

a. Edit. Rom. ſola, *ad illuminationem terræ.* Et certe cap. ſuperiori ita citatur in omnibus mſſ. & edit. Sed utraque lectio probari poteſt. Etſi enim paſſim apud LXX, εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς; in uno tamen vetuſto codice, ut Nobil. teſtatur, εἰς φαῦσιν τῆς γῆς.

b Mſſ. Rem. Cæn. ac Reg. *divini ignis naturam.*

c. Quatuor mſſ. *ad perfectionem bonorum.* Melius alii, ac edit. *ad perfunctionem* &c. id eſt, ad fruitionem. Baſil. εἰς ἀπόλαυσιν τῶν δικαίων. Hoc verbo non ſemel utitur Ambroſius.

mittere vim naturæ: & quaſi naturalis juris prævaricator habeatur, cujus pictura non etiam umbram ſuam exprimat. Ergo ſicut in die cùm è regione ſolis aliquod corpus occurrit, ex ea parte qua lumen repercutitur, umbra ſubſiſtit: ſic cùm decedente die è regione luminis ejus aut ſolis terræ objectus occurrit, obumbratur aer. Unde liquet quod noctem faciat umbra terrarum.

CAPUT IV.

Luminaria facta ſunt in ſigna, ſed non nativitatum. Mathematicorum ſcientia inutilis eſt, ac impoſſibilis. Quam inepte proprietates animalium terreſtrium ad cæleſtia, & horum ad homines transferat. Quam ridicule ſtabilem vitæ ſtatum è ſignis erraticis pendere aſſerat. Quam impie illis qualitates, quæ nocent innocentibus, attribuat. Quam ſtulte tandem proponat manifeſte falſa, & malitiæ ac inertiæ excuſationem ſuppeditet.

12. FEcit ergo ſolem, & lunam, & ſtellas, & præſtituit illis menſuras temporum, ſoli diurnas, lunæ ſtelliſque nocturnas; ut iſte augeat diei gratiam, illæ umbram tenebraſque illuminent. *Et ſint in ſigna, & in tempora, & in* Gen. 1. 14. *dies, & in annos.* Diviſa tempora habent pareſque menſuras pro menſium vicibus ſol & luna cum ſtellis, & ſunt in ſigna. Non poſſumus negare quod ex ſole & luna ſigna aliqua colligantur; nam & Dominus dixit: *Et erunt ſigna in ſole,* Luc 21. 25. *& luna, & ſtellis.* Et quærentibus Apoſtolis ſignum adventus ejus, reſpondit: *Sol obſcurabitur,* Matt. 24. 29. *& luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo.* Hæc dixit fore ſigna futuræ conſummationis: ſed conveniens debet curæ noſtræ menſura ſervari.

13. Denique nonnulli nativitatum tentaverunt exprimere qualitates, qualis futurus ſit unuſquiſque qui natus ſit; cùm hoc non ſolùm vanum, ſed etiam inutile ſit quærentibus, impoſſibile pollicentibus. Quid enim tam inutile, quam ut unuſquiſque perſuadeat ſibi hoc eſſe quod natus eſt? Nemo ergo debet vitam ſuam, ſtatum moreſque mutare, [a] & enim quo melior fiat, ſed in ea perſuaſione manere. Neque probum potes laudare, nec condemnare improbum, qui neceſſitati nativitatis ſuæ reſpondere videatur. Et quomodo Dominus aut bonis præmia propoſuit, aut improbis pœnas, ſi facit neceſſitas diſciplinam, & converſationem ſtellarum curſus informat? Et quid eſt aliud quam hominem de homine exuere, ſi nihil moribus, nihil inſtitutioni, nihil ſtudiis derelinquitur? Quam multos videmus ereptos criminibus atque peccatis in meliorem ſtatum eſſe converſos? Redemti ſunt Apoſtoli, & congregati ex peccatoribus: non utique nativitatis ſuæ hora, ſed Chriſti eos ſanctificavit adventus, & hora Dominicæ paſſionis redemit à morte. [b] Latro damnatus, ille qui eſt cum Domino crucifixus, non beneficio nativitatis ſuæ, ſed fidei confeſſione ad paradiſi

A æterna tranſivit. Jonam in mari non vis nativitatis, ſed diſſimulatæ divinæ præceptionis præcipitavit offenſa, eumdemque cetus excipiens, ad indicium futuri myſterii poſt triduum revomuit, & propheticæ merito gratiæ reſervavit. Petrum de carcere imminenti morte perimendum Angelus Chriſti, non ſtellarum ſeries liberavit. Paulum cæcitas convertit ad gratiam, & percuſſum à vipera, turbatumque naufragio, non remedia nativitatis, ſed devotionis merita ſer-
B vaverunt. Quid de illis dicemus, qui eorum precibus, cùm fuiſſent mortui, reſurrexerunt? Utrum illos ſua nativitas, an apoſtolica gratia reſuſcitavit? Quid opus fuit, ut ſe jejuniis periculiſque committerent, ſi quo volebant nativitatis beneficio poterant pervenire? [c] Quod ſi credidiſſent, dum expectant fatorum neceſſitatem, numquam ad tantam perveniſſent gratiam. Inutilis igitur iſta perſuaſio.

14. Quid quod etiam impoſſibilis? Nam ut de
C eorum aliquid diſputatione ſumamus, redarguendi gratia non probandi, magnam vim dicunt eſſe nativitatis, eamque minutis quibuſdam & certis colligi oportere momentis: ac niſi verius colligatur, ſummam eſſe diſtantiam; brevi enim atomo, exiguoque momento diſtare nativitatem inopis & potentis, egentis & divitis, innocentis & noxii; & plerumque eadem hora generari longævitati debitum, & prima pueritiæ ætate moriturum, ſi reliqua diſparia ſint, & aliquo punc-
D to diſcreta. Hoc quemadmodum poſſint colligere, reſpondeant. Conſtitue partum feminæ; obſtetrix unque eum primo cognoſcit, explorat vagitum, quo nati vita colligitur, attendit utrum maſculus ſit, an femina. Quot vis inter has moras præterire momenta? Pone Mathematicum præparatum. Numquid poteſt vir intereſſe puerperio? Dum mandat obſtretrix, audit Chaldæus, ponit * horoſcopium; in alterius ſortem jam nati fata migrarunt, de altero quæritur, & alterius ge-
E nitura proponitur. Pone veram eſſe eorum opinionem de nativitatum neceſſitatibus, non poteſt vera eſſe collectio. Puncta tranſeunt, fugit tempus irreparabile. Non eſt dubium quod tempus in atomo & in momento oculi ſit. Adducor ut credam, quando omnes in atomo, in momento, in ictu oculi reſuſcitamur, ut Apoſtolus proteſtatur dicens: *Ecce myſterium vobis dico. Omnes* 1. Cor. 15. 52. *quidem reſurgemus; non omnes autem immutabimur,* [d] *in atomo, in momento oculi, in noviſſima tuba:*
F *canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Inter effuſionem, & ſuſceptionem, depoſitionemque pignoris, inter fletum ejus & nuntium quot atomi tranſierunt? Et hoc ut ſimpliciter iſta texuerim. Nam & ipſi vitalem illum ſignorum duodecim circuitum in duodecim partes dividunt: & quia triginta diebus ſol duodecimam partem ſphæræ ejus quæ inerrabilis habetur, regreditur, quo gyrus ſolis anni circuitu compleatur, in triginta portiunculas, quas μοίρας Græci vocant, unamquamque duo-

a. Ita mſſ. undecim. Alii ac edit. *enim* (Gill. *ſed enim*, Rom. *neque enim*) *quo melior fiat. Sed in ea perſuaſione neque probum &c.*
b. Edit. & pauci mſſ. *latro ille damnatus capitis, ille cum Domino &c.* Alii decem melioris notæ ut nos in textu.
c. Mſſ. octo non malæ notæ. *Quod ſi non credidiſſent.*
*. Inſtrumentum ad notandam horam natalem.

d. Edit. & mſſ. duo, *in momento, in ictu oculi.* Alii magno conſenſu, *in atomo &c* græce, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Deeſt etiam in mſſ. *Canet enim tuba*, quod in edit. omnibus legere eſt. Hæc autem verba eo retinuimus, quod in Scriptura habeantur, nec videatur ſenſus aliter cohærere.

decim illarum diſtribuunt portionem ; ipſam quoque portiunculam in ſexaginta vices conferunt. Rurſus unumquodque de illis ſexaginta ſexagies ſecant. Quam incomprehenſibile eſt, [a] quod ſexageſimo ſexageſimæ portiunculæ nativitatis momenta conſtituant, & quis ſingulorum ſignorum ſit aut motus, aut ſpecies in narivitare naſcentis ; Unde cum impoſſibile ſit tam ſubtiles minutias temporis comprehendere, exigua autem immutatio invehat univerſitatis errorem, totum negotium plenum eſt vanitatis. Diſputatores eorum quæ ſua ſunt, neſciunt, quomodo aliena noverunt? Quid ſibi immineat ignorant, quomodo poſſunt aliis quæ ſibi futura ſunt, denuntiare? Ridiculum eſt credere, quia ſi poſſent, ſibi potius providerent.

15. Jam illud quam ineptum, ut ſi quis ſigno arietis ortum eſſe ſe dicat, ex uſu pecudis æſtimetur præſtanniſſimus conſilio, quod in grege hujuſmodi emineat pecus: aut locupletior, eo quod veſtitum habeat aries naturalem, & quotannis lncrum capiat indumenti, eoque viro illi familiaria videantur quæſtuum eſſe compendia; Similrer & de tauri', & de piſcium ſignis argumentantur; ut ex natura vilium animantium cæli motus, & ſignorum interpretandas exiſtiment poreſtates. Cibus ergo noſter vivendi nobis decrera conſtituit, & alimenta noſtra nobis, id eſt, aries, taurus, & piſcis, morum imprimunt diſciplinam. Quomodo igitur de cælo nobis cauſas rerum, & ſubſtantiam vitæ hujus arcerſunt, cùm ipſis cæleſtibus ſignis cauſas motus ſui ex qualitatibus eſcæ vilis impertiant? Liberalem aiunt ſigno natum arietis, eo quod lanam ſuam aries non invitus deponat: & hujuſmodi virtutem vilis animantis malunt naturæ deputare, quam cælo, unde & ſerenitas nobis fulget, & pluvia ſæpe deſcendit. Laborioſos & patientes ſervitii, quos naſcentes taurus adſpexerit, quia animal laborioſum & [b] aſſuetum jugo ſpontaneæ ſerrituri colla ſubmittit. Percuſſorem quoque, cujus nativitatem ſcorpius in ſua parre complexus ſit, & malitiæ venena revomentem, eo quod animal venenatum ſit. Quid igitur auctoritatem vivendi daturum re ſignorum cæleſtium dignitate prætendis, & de nugis quibuſdam argumentum aſſertionis aſſumis? Nam ſi de animalibus aſſumtæ hujuſmodi morum proprietates cæli moribus imprimuntur, & ipſum videtur beſtialis naturæ poteſtati eſſe ſubjectum, ex qua cauſas vitalis ſubſtannæ, quas hominibus impertiret, accepit. Quod ſi hoc abhorret à vero, multo magis illud ridiculum, veri eos ſubſidio deſtitutos, hinc fidem ſuæ diſputationis arceſſere.

16. Deinde illud conſideremus, quod planetas illa ſigna appellant, qnorum motibus formari adſerunt vitæ noſtræ neceſſitares. Sive igitur, ut nomen ſonat, ſemper vagentur: ſive, nt ipſi dicunt, quod concito motu ferantur, & decies millies in die, aut ſi hoc incredibile videtur, multiplicem ſpeciem innumera ſui converſione commutent; fide caret quod tam vago ſui errore, & tam celeri motu fixam nobis atque immobilem vivendi ſubſtantiam, ſortemque decernant. Ferunt tamen non eſſe æquales omnium motus, ſed aliorum celeriores, aliorum tardiores eſſe circuitus; ut in eadem hora & videant ſe freqnenter, & frequenter abſcondant, dum aliud ab alio præteritur.

17. Aiunt autem plurimum referre, utrum ortum generati benefica ſigna videant, an malefica & noxia; & in eo nativitatis eſſe diſtantiam, quod benefici ſigni adſpectus plurimum conferar, malefici & noxii plurimum nocear. Sic enim eadem ſigna quæ venerantnr, appellare conſueverunt. Neceſſe enim habeo eorum uti nominibus, quorum ntor aſſerrionibus, ne ignorata magis quam vacuefacta atque deſtructa ſua argumenta commemorent. Itaque cùm illum vagum, celeremque motum non queant comprehendere, ſæpe fit nr per illam puncti & momenti incomprehenſibilis ſubtilitatem ponant benefici ſigni adſpectum, ubi gravis atque nocituri incurrat offenſio. Et quid mirum ſi ibi luduntur homines, ubi ſigna innoxia blaſphemantur? Quæ ſi naturâ noxia eſſe creduntur, Deus ergo ſummns arguitur, ſi fecit quod malum eſt, & fuit improbitatis operator. Si vero ex ſua voluntare putantur aſſumſiſſe quod noceat inſontibus & nullius adhuc facinoris peſſimi ſibi conſciis, quibus pœna adſcribitur antequam culpa; quid tam irrationabile, quod etiam irrationabilium beſtiarum excedat immanitatem, ut uſus fraudis aut gratiæ non meritis hominum deputetur, ſed ſignorum moribus deferatur? Nihil, inquit, ille deliquit, ſed noxia eum ſtella conſpexit. Saturni ei ſidus occurrit: avertit ſe paululum, & ærumnam ab ſe abſtulit, & crimen abſolvit.

18. Sed hæc eorum ſapientia telæ araneæ comparatur, in quam ſi culex aux muſca inciderit, exuere ſe non poteſt: ſi vero validiorum animantium ullum genus incurriſſe viſum eſt, pertranſivit, & caſſes rupit infirmos, atque inanes laqueos diſſipavit. Talia ſunt retia Chaldæorum, ut in his infirmi hæreant, validiores ſenſu offenſionem habere non poſſint. Itaque vos qui validiores eſtis, cùm videritis Mathemaricos, dicire: Telam araneæ texuerunt, quæ nec uſum aliquem poteſt habere, nec vincula, ſi tu non quaſi culex aur muſca lapſu tuæ infirmitatis incurras: ſed quaſi paſſer aut columba caſſes invalidos præpetis volatus celeritate diſſolvas. Etenim quis prudentium credat quod ſignorum motus, qui ad diem ſæpe mutantur, & multipliciter in ſe recurrunt, inſiguia deferant poteſtatum? Nam ſi ita eſſet, quantæ ad diem regalium nativitatum exprimerentur figuræ? Quotidie ergo reges naſcerentur, nec regalis in filios tranſmitteretur ſucceſſio: ſed ſemper ex diverſo ſtatu, qui jus imperialis acquirerent poteſtaris, orirentur. Quis igitur regum genituram filii ſui colligit, ſi ei debeatur imperium, & non proprio ſucceſſionem regni in ſuos tranſcribit arbitrio? Legimus certe quod *Abia genuit Aſa, & Aſa genuit Ioſaphat, & Ioſaphat genuit* *Matt. 1. 7 & 8.*

a. Edit. omnes, *in quo ſexageſimo tot ſexageſima ..... momenta conſiſtant*

b. Antiquiſſimi mſſ. Carn & Corb. *& ad ſumendum jugum ſpontanea ſervitute colla ſubmittit.* Vet. edit. *colla ſubmittens.* Quinque mſſ. *ſubdens.*

Ioram, & Ioram genuit Oziam; & reliqua omnis uſque ad captivitatem per reges generis pariter & honoris ducta ſucceſſio eſt. Numquid quia reges fuerunt, ſignis cæleſtibus formandos motus ſuos imperare potuerunt? Quis enim hominum poteſt habere in his dominatum?

19. Deinde ſi ad neceſſitatem genitalem, non ad inſtituta morum actus noſtri, factaque referantur; cur leges propoſitæ ſunt, jura etiam promulgata, quibus aut pœna improbis decernitur, aut ſecuritas defertur innoxiis? Cur non venia datur reis, cùm utique, ut ipſi aiunt, non ſua voluntate, ſed ex neceſſitate deliquerint? Cur laborat agricola, & non magis exſpectat ut inelaboratos fructus privilegio ſuæ nativitatis invehat receptaculis horreorum [a]? Si ita natus eſt, ut ei divitiæ abſque opera affluant, utique opperiatur, ut ſibi ſpontaneos reditus ſine ullo ſemine terra parturiat; non vomerem arvis imprimat, non curvæ manum falci admoveat, non legendæ vindemiæ ſubeat expenſam, ſed ultro ei in omnes * ſerias vina fundantur fluentia, ſponte ei oleum nullis inſerta caudicibus ſilveſtris oleæ bacca deſudet; nec diffuſi æquoris transfretaturus periculum, propriæ ſaluris ſollicitus mercator horreſcat, cui otioſo poteſt quadam, ut aiunt, ſorte genitali divitiarum theſaurus illabi. Sed non hæc eſt univerſorum ſententia. Denique impiger depreſſo aratro terram ſcindit agricola, nudus arat, nudus ſerit, nudus ſole fervente [b] toſtas æſtu in area terit fruges: & negociator impatiens flantibus euris intuto plerumque navigio ſulcat mare. Unde importunitatem eorum, temeritatemque condemnans Propheta ait: *Erubeſce Sidon, dixit mare*, hoc eſt, ſi pericula vos non movent, vel pudor comprimat, verecundia confundat. *Erubeſce Sidon*, in qua nullus virtuti locus, nulla ſaluris cura, nulla juventus pro excubiis patriæ bello dedita, armiſque exercita, ſed omnis ſollicitudo de quæſtu, omne ſtudium mercaturæ. *Semen*, inquit, *mercatorum ſicut meſſis*. Quæ autem merces homini Chriſtiano, ſi non ex voluntate, ſed ex neceſſitate curas ſuas & opera componit? Ubi enim [c] decreta neceſſitas, ibi inhonorata induſtria.

Eſa. 23. 4.

Ibid. 3.

CAPUT V.

Luminarium vicinitate vel remotione annuas tempeſtates definiri: quod Chriſto, Synagogæ, atque Eccleſiæ accommodatur. Cur umbræ majores in hyeme, in æſtate minores; & quædam alia id genus. Denique quomodo eadem luminaria ſint in dies.

20. Multa diximus, plura nolumus; ne quis ea quæ à nobis de illorum adſertionibus uſurpantur ad refellendum, ad recognoſcendum aſſumta arbitretur. Nam quæ pueri riſimus, ea ſenes commemorare qui poſſumus? Nunc ad ea quæ ſecundum lectionem ſuperſunt, dirigamus ſtylum.

21. *Sint*, inquit, *luminaria in ſigna, & in tempora, & in dies, & in annos*. De ſignis diximus. Tempora autem quæ ſunt, niſi mutationum vices, hyems, ver, æſtas atque autumnus? In iſtis igitur temporibus aut velocior eſt tranſitus ſolis, aut tardior. Alia enim præſtringit radiis ſuis, alia inflammat caloribus. Itaque cùm ſol meridianis partibus immoratur, hyems nobis eſt. Nam cùm ſol longius abeſt, terra rigeſcit gelu, ſtringitur frigore, & plurima noctis umbra terras operit, ut multo prolixiora ſint noctis ſpatia quam diei. Hinc oritur cauſa, ut hybernis flatibus nimia vis nivium, pluviarumque fundatur. Cùm vero ex meridianis decedens partibus ſupra terram redit, noctis ac diei exæquat tempora: & quo magis moras ſuis adjungit curſibus, eo paulatim temperiem aeris hujus reducit, & revocat aurarum clementiam, quæ fovens omnia, repetendos cogit in partus, ut terra germinet, ac reſoluta ſulcis ſemina reviviſcant, vireſcant arbores, ad perpetuitatem quoque conſervandi generis eorum quæ vel in terris ſunt, vel aquis gaudent, annuis fetibus ſucceſſio propagetur. Aſt ubi ad æſtivas converſiones in Septemtrionem ſe ſubrigit, ſpatia diurna producit, noctes vero arctat & adſtringit. Itaque quo magis uſu aſſiduo aeri huic copulatur atque miſcetur, eo amplius & ipſum aerem vaporat, & terrarum exſiccat humorem, adoleſcere facit ſemina, & tamquam in ſuccos viriles matureſcere poma ſilvarum. Tunc quia flagrantior eſt, minores umbras facit in meridiano, quoniam ex alto hunc illuminat locum.

22. Unde & Synagoga dicit in Canticis canticorum: *Annuntia mihi quem dilexit anima mea, ubi paſcis, ubi manes in meridiano, ne forte fiam circumamicta ſuper greges ſodalium tuorum*, hoc eſt, annuntia mihi Chriſte, quem dilexit anima mea. Cur non potius quem diligit? Sed Synagoga dilexit, Eccleſia diligit, nec umquam circa Chriſtum ſuum mutat affectum. *Ubi*, inquit, *paſcis, ubi manes in meridiano*. Sequi te cupio quaſi alumna [d], quæ quaſi copulata ante retinebam, & greges tuos quærere, quia amiſi meos. In meridiano paſcis, hoc eſt in Eccleſiæ loco, ubi juſtitia reſplendet, ubi fulget judicium ſicut meridies, ubi umbra non cernitur, ubi majores ſunt dies, quod eis ſol juſtitiæ tamquam æſtivis menſibus diutius immoretur. Denique dies Domini non eſt brevis, ſed magnus; quia ſcriptum eſt: *Donec veniat dies Domini magnus*. Unde & Jacob ait. *Omnes dies vitæ meæ quos ago, breves & maligni*. Eſt enim maligna lux dubia. Ergo dies breves dubiæ lucis ſunt, & umbroſi: dies magni ſine umbra ſunt, ut plurimi in aliquibus locis ferventioribus uſu, exemploque cognoverunt. Synagoga itaque in diebus brevibus & malignis, cujus typum plerumque Jacob in perſona ſua exprimit, vel populi ejus, umbram habebat plurimam, quæ ſolem juſtitiæ non videbat, & videbat illum non ex alto ſuper caput ſuum, ſed ex meridiano illuminantem, quando illi hyems erat. Eccleſiæ autem dicitur: *Hyems abiit, diſceſſit ſibi, flo-*

Cant. 1. 6.

Ioel. 2. 31.

Gen. 47. 9.

Cant. 2. 11.

a. Ita melioris notæ mſſ. Plerique tamen & edit. omnes *Si ita natus eſt, ut ei divitiæ atque opes affluant, ut ſibi ſpontaneos reditus ſine ullo ſemine atque opere terra parturiat.*
* Seria, vas vinarium, oblongum, fictile
b. Mſ. Cat. *toſtas æſtate in area terit fruges* Edit. *toſtas æſtate colligit fruges.*
c. Quinque mſſ & omnes edit.: *directa neceſſitas.*
d. Vet. edit cum paucis mſſ. *quæ quaſi copulata ante retinebar.* Edit Rom *quem .... retinebam* Mſſ. octo melioris notæ, *quæ ... retinebam.* Unus, *quæ .... retineret.*

res viſi ſunt in terra, tempus meſſis advenit. Ante A adventum Chriſti hyems erat, poſt adventum Chriſti flores ſunt veris, & meſſis æſtatis. Ex meridiano ergo & ex gentium converſione illum illuminantem videns obumbratur. Populus autem gentium [a] qui erat confuſionis, gentiles qui ſedebant in tenebris, lucem viderunt magnam, qui ſedebant in regione umbræ mortis, lux orta eſt illis. Magna lux divinitatis, quam nulla umbra mortis interpolat. Ideoque ex alto illuminat, quia & hoc ſcriptum eſt, dicente Zacharia: B

Luc. 1. 78. & 79. *In quibus viſitavit nos oriens ex alto: illuminare iis qui in tenebris & in umbra mortis ſedent.* Eſt ſane & aliqua ſalutis umbra non mortis, ut eſt illa:

Pſ. 16. 8. *Sub umbra alarum tuarum protege me.* Umbra quidem, quia corporis eſt: umbra, quia crucis, ſed umbra ſalutis; [b] quia in ea erat peccatorum remiſſio, & reſuſcitatio mortuorum.

23. Exemplum ergo poſſumus accipere; quia hyemales dies breves, ſed umbras majores habent: æſtivi dies majores, ſed umbras minores C habent. Medio quoque die minor umbra, quam vel in principio eſt diei vel fine; & hoc apud nos in parte Occidentis. [c] Ceterum ſunt qui per duos totius anni dies ſine umbra fuerint in partibus meridianis, eo quod habentes ſuper verticem ſuum ſolem, undique per circuitum illuminentur unde ἄσκιοι dicuntur græce. Plerique etiam ferunt ſic è regione ex alto fieri ſolem, ut per anguſta puteorum aquam quæ in profundo eſt, viderint refulgere. Eſſe autem dicuntur in meri- D diano qui ἀμφίσκιοι vocantur, eo quod umbram ex utroque latere tranſmittant. Umbra enim è regione ſolis ambulantibus poſt tergum eſt; ut puta ſi contra Orientem pergas, matutinis horis; ſi contra meridianam plagam contendas, medio die; ſi contra Occidentem, in occaſu diei. Ex tribus igitur partibus fit tibi ſol obvius, ex Oriente, ex Meridiano, ex Occidente. Mane & ſero poſt tergum eſt, meridie quoque à latere: at vero à Septemtrione numquam eſt ſol, & ideo E umbra [d] ſi contra Septemtrionem dirigas, ſive mane, ſive ſero, ſive meridie, non poteſt eſſe poſt tergum. Soli ſunt enim in boc quem nos incolimus orbe terrarum circa [e] Meridiem poſiti, qui in Auſtralem plagam videantur umbram tranſmittere. Hoc autem fieri dicitur ſummo æſtu, cùm ad Aquilonem ſol dirigit. Poſtea nos autumnis excipiens, infringit quidem æſtuum magnitudinem: ſed pauliſper relaxato ac depoſito calore, per temperiem medii moderaminis ſi- F ne fraude nos atque ulla noxa flatibus tradit hyemalibus.

24. *Sint*, inquit, *etiam in dies.* Non ut faciant dies, ſed ut in eis habeant principatum, ut ortum diei uberiore ſol illuminet gratia, ut per totum diem deſignandi ejus habeat poteſtatem curſus ſui munere. Sic accipiunt nonnulli quod ait

Pſ. 135. 8. Propheta: *Solem in poteſtatem diei, lunam & ſtellas in poteſtatem noctis.* Circumferunt enim lumen.

In annos quoque ordinati ſunt ſol & luna: luna per trecentos dies duodenis vicibus ſuum curſum conficiens, conſummat annum, ſecundum Hebræos, aliquibus diebus adjectis; ſecundum Romanos, biſſexto ſemel intra quinquennium unius diei adjectione celebrato. Solſtitialis quoque annus eſt, cum ſol expleto per omnia ſigna circuitu, in id unde principium curſus ſui ſumſit, recurrit. Annua enim fertur ei totius ſpatii eſſe perfunctio.

CAPUT VI.

Solis ac lunæ magnitudo hinc probatur, quod omnibus eadem appareat. Solvitur objectio & de remotorum adſpectu pulcre diſputatur: tum adſerta ſolis magnitudine, nonnihil de temperamento ejuſdem adjicitur.

25. FEcit ergo Deus hæc duo luminaria magna. Poſſumus accipere non tam aliorum comparatione magna, quam ſuo munere, ut eſt cælum magnum, & mare magnum. Nam & magnus ſol, qui complet orbem terrarum ſuo calore, vel luna ſuo lumine, nec ſolum terras, ſed etiam aerem hunc & mare, cælique faciem. Quæ in quacumque parte fuerint cæli, illuminant omnia, & æque ſpectantur à cunctis; ut ea tamquam ſuis tantum regionibus immorari, & ſibi tantum adeſſe atque lucere ſinguli populi credant; cùm ſimiliter luceant univerſis, ut nemo his propiorem alium, quam ipſe eſt, arbitretur. Exemplum magnitudinis eorum evidens, quod omnibus hominibus orbis lunæ idem videtur. Nam etſi interdum augeatur lumen ejus atque minuatur, tamen eadem nocte qualis mihi apparet, talis & omnibus; nam ſi longe poſitis minor videretur, propius conſtitutis major refulgeret, & proderet anguſtiarum & exiguitatis indicium. Etenim reliqua alia longe poſiti minora arbitramur, propius contuentes majora credimus; quo magis finitimus fueris, eo tibi ejus rei quam cernis, magnitudo cumulatur. Solis [f] radius nulli propior, nulli longinquior eſt; ſimiliter & lunæ globus æqualis eſt omnibus. Similis ſol & Indis & Britannis eodem momento videtur, cùm oritur. Nec cùm vergit in occaſum, minor apparet Orientalibus quam Occidentalibus: nec Occidentalibus cùm oritur, inferior quam Orientalibus æſtimatur. *Quantum diſtat*, Pſ. 102. 12. inquit, *Oriens ab Occidente*? Hæc invicem ſibi diſtant: ſed ſol à nullo diſtat, nulli præſentior, nulli remotior eſt.

26. Neque te moveat quod tamquam cubitalis tibi orbis videatur ſolis, cùm oritur: ſed conſidera quantum interſit ſpatii inter ſolem & terras, quod adſpectus noſtri infirmitas ſine magno ſui non poteſt tranſire diſpendio. Caligat adſpectus noſter, numquid ſol caligat, aut luna? Anguſtus noſter obtutus, numquid ideo anguſtiora efficit quæ videntur? Species minuitur, non

a. Ita mſſ fere ad unum. Ben. tamen habet, *qui erat in confuſione gentili, qui & ſedebat in tenebris.* Edit. vero, *qui erat confuſionis, ac gentiles* (omittunt quædam Pariſ. *ac gentiles*) *qui ſedebat* &c.
b. Mſſ multi ac boni, *quia intererat peccatorum remiſſio.* Alii ac edit. ut in textu.
c. Edit cum mſſ. aliquot infimæ notæ, *Ceterum ſunt qui dicant quod per duos* &c.

d. Ita Rom. edit. cum mſſ. Vat. Ben. & Germ. quibuſcum facit Baſil. Aliæ edit. & mſſ *umbra. Si contra Septemtrionem* .... *non poteſt eſſe poſt tergum ſol. Sunt enim* &c. Attamen voces, *ſol* & *ſolis*, quibuſdam in cod. deſiderantur.
e. Codex Vat. & Baſil. *ultra Arabiam poſiti.*
f. Rom. edit. ſola, *Solis orbis nulli propior.*

magnitudo detrahitur. Neque enim infirmitatis A noſtræ paſſiones paſſioni luminarium debemus adſcribere. Mentitur noſter adſpectus: noli ergo fidele æſtimare ejus judicium. Fit cæleſtium minor ſpectaculi figura, non ſui forma. De ſummo vertice montium ſi ſubjectum oculis tuis campum ſpectare deſideras, atque illic armenta paſcentia, nonne formicarum ſimilia corpora judicabis? Si mare ſpectes è ſpecula aliqua littorali, nonne tibi navium maximæ inter cæruleos fluctus, & vela candentia refulgentes velut colum- B barum volitantium ſpeciem eminus poſito videntur obtexere? Quid ipſæ inſulæ, quæ mare dividunt, terrarum arva diffindunt, quam anguſto æſtimantur fine concludi? Quemadmodum rotunda apparent de aſperis, ſpiſſa de raris? Has ergo infirmitates viſus tui perpende; & eorum, quæ adſtruimus fidem, ex te ipſo arbiter juſtus arcerſi.

27. Si vis magnitudinem ſolis non ſolum oculo mentis, ſed etiam corporis æſtimare, conſide- C ra quanti ſtellarum globi axem cæli videantur intexere, & innumeris inſignire luminibus; non queunt tamen tenebras noctis, & cæli nubila detergere. Simul ut ſol ortus ſui ſigna præmiſerit, omnes ſtellarum ignes ſub unius luminaris fulgore vaneſcunt, aperitur aer, cæliqne facies purpuraſcenti rubore perfunditur. Adhuc ſpirans exordium, & jam momentaria celeritate pleni luminis micat ſplendor, & ſurgentis ſolis prævia [a] aura dulcis adſpirat. Dic mihi, quæſo, niſi ma- D gnus orbis eſſet, quomodo magnum poſſet orbem illuminare terrarum?

28. Quid autem de tanto loquar temperamento & moderamine conditoris, qui eam menſuram muneri ſolis attribuit; ut neque vapor ejus igneus, ut videtur, terrarum venas, ſuccos, rerumque ſpecies infuſus exureret; neque iterum per tanta mundi ſpatia refrigeratus, nullum terris ſemen caloris inoleret, ſed jejunam atque inopem fructuum derelinquens, ad nul- E lam fertilitatis gratiam vaporaret?

CAPUT VII.

Plurima quæ de ſole dicuntur, lunæ etiam convenire; eam tamen proprios quoque habere effectus, quorum aliqui hic recenſentur.

29. Similia de lunæ ratione conveniunt, quæ de conſorte ejus ac fratre memoravimus. Siquidem in id ſe induit miniſterium, in quod F & frater; ut illuminet tenebras, foveat ſemina, augeat fructus. Habet etiam pleraque à fratre diſtincta; ut quem toto die calor humorem terræ ſiccaverit, eumdem exiguo noctis tempore ros reponat; nam & ipſa luna larga roris adſeritur. Denique cùm ſerenior nox eſt, & luna pernox, tunc largior ros fertur arva perfundere. Et plerique ſub aere quieſcentes, quo magis ſub lumine fuiſſent lunæ, eo plus humoris ſe capite collegiſſe ſenſerunt. Unde & in Canticis canticorum Chriſtus dicit ad Eccleſiam: *Quoniam caput meum repletum eſt rore, & crines mei guttis noctis.* Tum deinde minuitur & augetur, ut minor ſit, cùm reſurgit nova; & cum ſit imminuta, cumuletur. In quo grande myſterium. Nam & defectui ejus compatiuntur elementa: & proceſſu ejus quæ fuerint exinanita, cumulantur, ut animantium cerebrum, & maritimorum humida. Siquidem pleniores oſtreæ reperiri feruntur, multaque alia, cùm globus lunaris adoleſcit. De arborum quoque internis idem allegant, qui hoc uſu proprio compererunt. Videmus ergo ortum ejus & defectum rationis eſſe, non infirmitatis. Numquam enim tantam rebus mutationem daret, niſi præſtantem virtutem haberet & gratiam à conditore collatam. Cantic. 5. 2.

30. Aerem quoque nonnulli etiam docti & chriſtiani viri allegaverunt lunæ exortu ſolere mutari: ſed ſi id mutationis lunaris quadam fieret violentia, ad omnes ortus ejus intexeretur nubibus cælum, pluviæ funderentur. Denique cùm ante dies eſſet ſermo de pluvia, quæ fore utilis diceretur, ait quidam: Ecce neomenia dabit eam. Et quamvis cupidi eſſemus imbrium, tamen ejuſmodi adſertiones veras eſſe nolebam. Denique delectatus ſum, quod nullus imber effuſus eſt; donec precibus Eccleſiæ datus, manifeſtaret non de initiis lunæ eum ſperandum eſſe ſed de providentia & miſericordia creatoris. Sane euripi cùm exundent undique ſecundum reliquas ſpecies lunæ, & acceptos fluctus refundant, vel etiam ipſi magno ferantur impetu; in ortu tamen ejus ſtant placidi, quoadusque luna ſine lumine eſt. At vero ubi eam dierum [b] acceſſus retexerit, tunc in ſuos curſus refluos revertuntur. * Ampotis quoque, quæ in Oceano eſſe perhibetur, cùm reliquis diebus ordinem ſuum ſervare dicatur, lunari exortu evidens mutationis ſuæ fertur indicium dare; ut mare ipſum occidentale, in quo ſpectatur ampotis, ſolito amplius accedat ac recedat, & majore æſtu feratur, tamquam lunæ quibuſdam adſpirationibus retrorſum trahatur, & iterum iiſdem impulſum ac retractum in menſuram propriam refundatur.

CAPUT VIII.

Luna mutatio rerum inſtabilitatem docet: at ipſa turpiter in moribus noſtris exprimitur. Chriſti myſterium atque Eccleſiam eadem repræſentat: quam qui magicis cantibus de cælo detrahi credunt, irridendi.

31. Unde ſi miraris quomodo defectum luna patiatur, cùm tantam vim mutationis habeat ſuæ; conſidera & in eo magnum eſſe myſterium, quod ejus exemplo cognoſcis ô homo, nihil rerum humanarum & mundanæ totius creaturæ eſſe poſſe, quod non aliquando reſolvatur. Nam ſi etiam luna, cui tantum Dominus commiſit miniſterium, ut illuminet orbem terrarum, & creſcit, & deficit, [c] deficiunt

a. Sex mſſ. *aurora dulcis adſpirat.*
b. Edit. vet. & quædam Pariſ. cum mſſ. quatuor., *acceſſus auxerit.*
*. Ampotis græce ἄμπωτις, id eſt, undarum reciprocatio.
c Ita meliores notæ mſſ. Reliqui autem partim, *deficiunt enim omnia quæ*, vel *omniaque ex nihilo orta uſque ad perfectionem venerunt, & iterum*: partim, *quia omnia quæ . . . . iterum* &c. Vatic. ſolus, *omniaque ex nihilo orta ſimul atque ad perfectionem venerunt, iterum* &c. Edit. vero, *quia omnia ex nihilo* &c. ut in contextu.

enim omnia quæ ex nihilo orta uſque ad perfectionem venerunt, iterum perfecta minuuntur, cælum enim & terra præteribunt; cur non id moderationis aſſumimus, ut neque in adverſis abjiciamus animum, qui enim omnia fecit ex nihilo, facile te quoque potens eſt ad ſumma & perfecta provehere; & rurſum non extollamur in proſperis, neque in poteſtate aliqua nos, divitiiſque jactemus, neque in viribus corpotis, aut pulcritudine gloriemur, in quo eſt facilis corruptio, crebra mutatio, ſed manentem in futurum animi gratiam perſequamur. Nam ſi te lunæ contriſtat occaſus, quæ ſe ſemper reparat ac reformat; multo magis contriſtare te debet, ſi anima profectu virtutis impleta cùm fuerit, poſtea per inconſtantiam mentis, atqoe incuriam à ſuo deflexa propoſito ſtudia ſua ſæpe commutet, quod eſt inſipientiæ & inſcientiæ. Unde & Scriptura
Eccli. 27. 12. ait: *Stultus ut luna mutatur.* Et ideo ſapiens non cum luna motatur; ſed permanebit cum ſole. Unde non luna eſt particeps ſtultitiæ; quia non luna mutatur ut ſtultus, ſed ſtultus ut luna. Denique ſemen juſti ſicut luna perfecta in æternum manet, & teſtis in cælo fidelis. Aliud enim eſt fungi miniſterio, aliud circumferri ingenio, & ſenſus infirmitate fixam non habere ſententiam. Luna pro te laborat, & propter voluntatem Dei ſubdita eſt. Vanitati enim creatura ſubjecta eſt non ſponte, ſed propter eum, qui ſubjecit in ſpe. Illa ergo non ſponte mutatur: tu ſponte mutaris. Illa congemiſcit & comparturit in ſua mutatione: tu non intelligis, & gratularis frequenter. Illa tuam redemtionem frequenter exſpectat, ut à communi totius creaturæ ſervitio liberetur: tu & tuæ redemtioni, & illius libertati affers impedimentum. Tuæ ergo non ſuæ ſtultitiæ eſt, quod dum tu exſpectaris, & nec ſero converteris, adhuc & illa mutatur.

32. Noli ergo lunam oculo tui corporis æſtimare, ſed mentis vivacitate. Minuitur luna, ut elementa repleat. Hoc eſt vere grande myſterium. Donavit hoc ei, qui omnibus donavit gratiam. Exinanivit eam, ut repleat, qui etiam ſe exinanivit, ut omnes repleret. Exinanivit enim ſe, ut deſcenderet nobis: deſcendit nobis, ut aſ-
Ephes. 4. 10. cenderet omnibus. *Aſcendit* enim, inquit, *ſuper omnes cælos, ut impleret omnia.* Itaque qui exinanitus advenerat, de plenitudine ſua Apoſto-
Johan. 1. 16. los adimplevit. Unde unus ex his dicit: Nam *de plenitudine ejus omnes nos accepimus.* Ergo annuntiavit luna myſterium Chriſti. Non mediocris in qua ſignum poſuit ſuum: non mediocris quæ typum dilectæ habet Eccleſiæ, quod ſigni-
Pſ. 71. 7. ficat Propheta dicens: *Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis, donec tollatur luna.* Et
Cant. 6. 9. in Canticis Dominus de ſua ſponſa ait: *Quænam eſt hæc proſpiciens tamquam diluculum, ſpecioſa ſicut luna, electa ut ſol?* Et merito ſpecioſa ſicut luna Eccleſia, quæ toto mundo refulſit, & tenebras
Rom. 13. 12. ſæculi hujus illuminans dicit: *Nox præceſſit, dies autem appropinquavit.* Pulcre ait, *Proſpiciens*, quaſi ſuos de ſuperiore proſpectans, ſicut habes: *Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum.* Proſ- Pſ. 13. 2.
piciens ergo Eccleſia, ſicut luna defectus habet & ortus frequentes: ſed defectibus ſuis crevit, & his meruit ampliari, dum perſecutionibus minuitur, & confeſſorum martyriis coronatur. Hæc eſt vera luna, quæ de fratris ſui luce perpetua lumen ſibi immortalitatis & gratiæ mutuatur. Fulget enim Eccleſia non ſuo, ſed Chriſti lumine; & ſplendorem ſibi arceſſit de ſole juſtitiæ, ut dicat: *Vivo autem jam non ego, vivit au-* Galat. 2. 20.
tem in me Chriſtus. Beata plane quæ tantum inſigne meruiſti! Unde te non tuis neomeniis, ſed typo Eccleſiæ beatam dixerim. In illis enim ſervis, in hoc diligeris.

33. Quam ridiculum autem quod te plerumque credunt homines magicis carminibus poſſe deduci! Aniles iſtæ fabulæ, ac vulgi opiniones. Quis enim opus Dei tanto miniſterio deputatum arbitretur Chaldaicis ſuperſtitionibus poſſe tentari? Lapſus ſit ille, qui ſe transfigurat in angelum lucis, & deductus voluntate propria, non carminum poteſtate. Sane & in hoc quaſi Eccleſia putaris poſſe de loco tuo & ſtatione deduci. Multi tentant Eccleſiam: ſed ſagæ artis ei carmina nocere non poſſunt. Nihil incantatores valent, ubi Chriſti canticum quotidie decantatur. Habet incantatorem ſuum dominum Jeſum, per quem magorum incantantium carmina, & ſerpentum venena evacuavit: & ipſa, ſicut ſerpens exaltatus, devorat colubros Ægyptiorum; ferale licet carmen immurmuret, hebetatur in Chriſti nomine. Sic & [a] Elymam magum Paulus non ſolum ſagæ artis infirmitate, ſed etiam oculorum amiſſione cæcavit. Sic Petrus Simonem alta cæli magico volatu petentem, diſſoluta carminum poteſtate, dejecit & ſtravit.

CAPUT IX.

Concluſio quarti diei. Quam vanum ſit eum cavere; & unde in eumdem dæmonum ac gentilium offenſio derivata.

34. PUlcre, ut arbitror, ceſſit dies quartus. Quomodo ergo quartum plerique conſueverunt cavere, & inutile putant hoc numero aliquid ordiri, quo totus nova luce mundus emicuit? An ſiniſtris ſol cœpit auſpiciis? Et qoomodo aliis poteſt bona ſignare, qui ſibi eligere diem ſui neſcivit exortus? Aut quomodo ſigna ejus probant, cujus ortum non probant? Quid etiam de luna dicimus, quæ & quarto die cœpit, & quarta decima diem ſignat ſalutis? An diſplicet numerus, quo celebratur myſterium redemtionis? Ideo dæmones declinandum fore perſuadent numerum eum, quo eorum deſtructa nequitia eſt. Ideo gentiles nihil adoriendum adſerunt; quia ſciunt tunc primum artes ſuas vacare cœpiſſe, & populos gentiles ad Eccleſiam demigraſſe. Lunam certe quartam, ſi pura fuerit, neque obtuſis cornibus, dare reliquis diebus uſque ad exactum menſem indicium ſe-

a. Mſ. Car. *Hymnum.* Ben. *Eymum.* Big. & Gem. *Jem.* Cam. prima, & Gem. ſecunda manu *Hymnaeum.* Corb. unus *Barjem.* Elimas Act. 13. alio nomine vocatur Barjeſu, vel juxta aliquos mſſ. Barjeu. At nullibi legimus eum appellatum fuiſſe Hymnum vel Hymeneum; fit quidem mentio unius Hymenæi. 1. Tim. 1. & 2. Tim. 2. cui hæreticos notam inurit Apoſtolus. ſed illum eumdem ac Elumam fuiſſe nullus dixerit.

renitatis exiſtimant. Nolunt ergo eiſdem exordiis iochoare, quibus ſerenitas inchoatur. Sed jam cavendum ne oobis in ſermone dies quar- A tus occidat; cadunt enim umbræ majores de montibus, lumen minuitur, umbra cumulatur.

LIBER QUINTUS.

DE OPERE QUINTI DIEI.

Sermo VII.

CAPUT I.

Ornatis ſuperioribus duobus elementis, mari propria prærogativa conceditur. Deſcribitur aquarum obedientia, ac mira fæcunditas, qua homo guſtatis interdictis abutitur. Demum oſtenditur reptilia *non modo ſerpentes vocitari, ſed etiam piſces.*

1. VESTITA diverſis terra germinibus virebat omnis, cælum quoque ſole & luna, geminis vultus ſui luminibus, ſtellarumque inſignitum decore ſulgebat. Supererat elementum tertium, mare ſcilicet; ut & C ipſi gratia vivificationis divino proveniret munere. Æthereo enim ſpiritu omnes terrarum fetus aluntur. Terra quoque ſemina reſolvens, univerſa vivificat: & maxime tunc primum verbo Dei juſſa virideſcere, vivificationis ſuæ munere pullulabat. Vacabat aqua, & à divinæ operationis feriata beneficio videbatur. Habet adhuc crearor quod illi conferat, quo munia terrarum poſſit æquare: reſervabar ei, ur & ipſa proprium ſibi & ſpeciale aliquid prærogativæ D collati ſibi muneris vindicaret. Vivificavit prius terra, ſed ea quæ ſpirantem animam nun habebant. Aqua jubetur ea producere quæ viventis animæ vigorem dignitatemque præferrent, & ſenſum tuendæ ſalutis, & fugiendæ mortis acciperent.

Gen. 1. 20. 2. Dixit itaque Deus, *Producant aqua reptilia animarum viventium ſecundùm genus, & volatilia volantia* [a] *ſuper terram ſecundum firmamentum cali.* Venit mandatum & ſubito aqua juſſos fun- E debatur in partus: generare fluvii, vivificare lacus, mare ipſum cœpit diverſa reptilium genera parturire, & ſecundùm genus effundere quodcumque formaverat. Non exigui gurgites, non cœnoſæ paludes vacabant, quin omnia datam ſibi creandi adſumerent poteſtatem. Piſces exſiliebant de flumine, delphines præludebant in fluctibus, conchæ ſaxis, oſtreæ adhærebant profundis, adoleſcebant echini. Væ mihi! ante hominem cœpit illecebra, abundantia copiarum, F [b] noſtræ mater luxuriæ. Ante hominem deliciæ. Prior ergo hominum tentatio, quam natura: ſed nihil natura deliquit, alimenta dedit, non vitia præſcripſit. Hæc communia dedit, ne tibi aliqua velut propria vindicares. Tibi ſuos fructus terra producit, tibi ſcaros & accipenſeres, & omnes ſetus ſuos generant aquæ, & his non contentus interdicta tibi alimenta guſtaſti. Ad iovidiam tuam omnia congeruntur, ut prævaricatio tuæ aviditatis oneretur.

B 3. Sed neque quam multæ ſpecies & nomina ſint, poſſumus enarrare, quæ omnia momento divinæ præceptionis animata ſunt. Simul coibat forma corporis, & operabatur anima, vitalis etiam vigor reliquæ virtutis. Repleta erat terra germinibus, mare impletum animantibus. Ibi inſenſibilia pullulabant, hîc ſenſibilia verſaotur. In terris quoque aqua ſuas ſibi vindicat portiooes. Lambunt terram piſces aquarum, & ex ea ſibi prædam requirunt. Culices quoque & ranunculi circa genitales ſtrepunt paludes, & ipſæ C audierunt Domini mandatum diceotis: *Producant aqua reptilia animarum viventium.*

4. Scimus reptilia dici geoera ſerpentum, eo quod ſuper terram repant: ſed multo magis omne quod natat, reptandi habet vel ſpeciem, vel naturam. Nam etſi in profundum qui ſe demerſerint, aquam videantur [c] findere; tamen cùm ſupra innatant, repunt toto corpore, quod trahunt ſuper quædam dorſa aquarum. Unde & David ait: *Hoc mare magnum & ſpatioſum, illic repti-* Pſ. 103. 25. D *lia quorum non eſt numerus.* Quinetiam cùm pleraque pedes habeant, & ambulandi uſum, eo quod ſint amphibia, quæ vel in aquis vel io terris vivant, ut ſunt phocæ, crocodili, equi fluviales, quos hippopotamos vocant, eo quod hi generentur Nilo in flumine; tamen cùm in alto aquarum ſunt, non ambulant, ſed natant; nec veſtigio utuntur pedis ad incedendum, ſed tamquam remo ad reptandum. Siquidem & navis acta remis labitur, & aquas ſulcat carina.

E

CAPUT II.

Virtute hujus vocis, producant aquæ reptilia, *multo plura in mari quam in terra eſſe producta; eamque gratiam aquis additam, ut qua in terris noxia, in mari innoxia generentur.*

5. P*Roducant aqua reptilia*, dixit Dominus. Brevis ſermo, ſed vehemens, & late patens, communem minimis & maximis natu- F ram infudit. Eodem momento producitur baleoa, quo rana ejuſdem vi operationis naſcitur. Noo laborat in maximis Deus, non faſtidit in minimis. Nec doluit natura parturiens delphinas, ſicut oon doluit, cùm exiguos murices cochleaſque produceret. Adverte ô homo quanto plura in mari quam io terris ſint. Numera, ſi potes, omnia piſcium genera vel minutorum, vel etiam maximorum, ſepias [c], polypos, lithoſtracos, carabos, cancros, & in his innu-

a Septem mſſ omittunt hæc verba *ſuper terram.* Sed inf. cap. 22. oſtendit Ambroſius, cur in ſacra Scriptura habeantur.

b. Deſunt in mſſ. aliquot hæ voces, *abundantia copiarum, noſtra mater luxuria.*

c Mſſ. quatuor habent, *luos, oſtriotas, truttas, carabos.* Carn. *elitoſtriata.* Germ. *lithoſtrata.* Cæn. ac Corb. ſecunda manu ſed antiqua, *polypodes, lithos, tructas, carabos.* forte λεπτόστρακα, id eſt, levi teſta intectos. Ceterum Baſilius carabos & cancros inter ea reponit quæ dicuntur μαλακόστρακα, id eſt, quæ teſtis mollibus teguntur: Polypos vero & ſepias inter μαλάκια, quorum videlicet caro mollis eſt ac tenera.

merabilia

merabilia ſui generis. Quid dicam geneta ſer- A pentium, dracones, murænas, anguillas? Nec prætermittam ſcorpios, ranas, teſtudines, muſtellas quoque, & canes maritimos, vitulos marinos, cete immania, delphinas, phocas, leones. Quid attexam etiam merulas, turdos, pavos quoque, quorum etiam colores in avibus videmus expreſſos, ut nigri merulæ, pavi diverſo colore dorſa & colla depicti ſint, turdi alvo varii, & cetera quorum ſibi terræ ſpecies & nomina vindicarunt? Nam prius in mari iſta coe- B perunt diverſiſque fluminibus. Siquidem aqua prior animarum viventium reptilia divino nutu imperata produxit.

6. Adde hanc gratiam, quod ea quæ timemus in terris amamus in aquis. Etenim noxia in terris in aqua innoxia ſunt, atque ipſi angues ſine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Muræna, quam ferunt aliquid habere noxium, eſca pretioſior eſt. Rana horrens in paludibus, decora in aquis, omnibus fere C præſtat alimentis. Plura ſi quis vult cognoſcere, à diverſis locorum piſcatoribus quærat; nemo enim poteſt omnia comprehendere. Canes ſane & in mari cave, quos & in Eccleſia moleſtos

Phil. 3. 2. eſſe & cavendos Apoſtolus docet dicens: *Cavete canes, cavete malos operarios.* Muſtellæ gravis in terris odor, in aquis ſuavis. Terrena ſe novit vindictâ fœtoris ulciſci: hæc non minorem habet gratiam capta, quam libera. Neque te inhonoratum noſtra proſecutione thymalle di- D mittam, cui à flore nomen inolevit: ſeu Ticini unda te fluminis, ſeu amœni Ateſis unda nutrierit, flos es. Denique ſermo teſtatior, quod de eo qui gratam redolet ſuavitatem, dictum facete ſit: Aut piſcem olet aut florem; ita idem pronuntiatus eſt piſcis odor eſſe qui floris. Quid ſpecie tua gratius? Quid ſuavitate jucundius? Quid odore flagrantius? Quod mella flagrant,

a hoc tu corpore tuo ſpiras. Quid loquar [a] corvorum, quid etiam luporum teneritudines? Neſ- E cit hos lupos agnus timere. Tanta eſt aquarum

b gratia, [b] quarum vitulos fugiant & leones, ut his propheticum illum dictum de Eccleſiæ ſanc-

Eſa. 65. 25. titate jure conveniat: *Tunc lupi & agni ſimul paſcentur, leo & bos ſimul paleas manducabunt.* Nec mirum, quandoquidem etiam in Eccleſia aquæ illud operantur, ut prædonum abluta nequitia cum innocentibus comparetur. Quid etiam purpuras memorem, quæ ornant regum convivia, amictus imbuunt? Aquarum eſt igitur quod in F regibus adoratur: aquarum eſt ſpecies illa quæ fulget. Adde potros maris etiam Judæis gratos; quia nihil eſt commune, quod non aqua abluat, & ideo communes eos ſicut in terra editos æſtimare non poſſunt.

CAPUT III.

Multiplicem piſcibus rationem eſſe generandi, ac ſingularem in prolem pietatis ſenſum. Quanta ſit eorum puritas, qua non ſolum alia bruta, ſed etiam homines ipſos ſuperant.

7. In numeri itaque uſus, innumera genera piſcium. Alii ova generant, [c] ut varii majores quos troctas vocant, & aquis fovenda committunt. Aqua igitur animat & creat, & adhuc mandati illius primi tamquam legis perpetuæ munus exequitur, blanda quædam mater animantium. Alii vivos fetus edunt de ſuo corpore, ut muſtellæ, & caniculæ, & cete ingentia, delphines, & phocæ, aliaque cetera hujuſmodi. Quæ cum ediderint partus, ſi quid forte inſidiarum terroriſque præſenſerint circa catulos ſuos quemquam moliri, quo tueantur eos, vel teneræ ætatis pavorem materno affectu comprimant, aperire ora, & innoxio partus ſuos dente ſuſpendere, interno quoque recipere corpore, & genitali feruntur alvo abſcondere. Quis humanus affectus hanc piſcium pietatem poſſit imitari? Oſcula nobis ſatietati ſunt: illis non ſatis eſt aperire viſcera, natoſque recipere ac revocare integros, atque iterum fotu quodam eos ſui caloris animare, & ſpiritu alere, duoſque in corpore uno vivere; donec aut ſecuritatem deferant, aut corpore ſuo objecto natos ſuos defendant à periculis. Quis hæc videns, etſi poſſit obtinere, non tantæ piſcium pietati cedat? Quis non miretur & ſtupeat, ut ſervet natura in piſcibus, quod non ſervat in hominibus. Pleræque ex ſuſpicione novercalibus odiis appetitos ſuos occiderunt filios: aliæ in fame, ut legimus, partus proprios comederunt. Humanis pignoribus mater ſepulcrum facta eſt: piſcium proli parentis eſt uterus ſicut murus, vallo quodam internorum viſcerum pignora inoffenſa conſervat.

8. Diverſa igitur piſcium genera diverſos uſus habent, alii ova generant, alii vivos pariunt atque formatos. Et qui ova generant, non nidos texunt ut aves, non diuturni fotus laborem induunt, non cum moleſtia ſui nutriunt. Cecidit ovum, quod aqua gremio quodam naturæ ſuæ quaſi nutrix blanda ſuſcepit, & animal celeri fotu reddidit. Continuo enim tactu parentis animatum ovum cecidit, & piſcis exivit.

9. Tum deinde quam pura & inviolata ſucceſſio! Nullus alteri ſed generi ſuo miſcetur, thymallus thymallo, lupus lupo. Scorpæna quoque caſtitatem immaculati connubii generi ſuo ſervat. Itaque habet pudicitiam generis ſui, ſed venenum generis ſui non habet; non enim percutit ſcorpæna, ſed reficit. Neſciunt igitur [d] alienigenarum genera piſcium adulterina contagia, ſicut ſunt ea quæ coeunt aſinorum, equarumque inter ſe genera, quæ magnâ hominum curâ perpetrantur: vel rurſus cùm equus aſinæ miſcetur, quæ ſunt vera adulteria naturæ. Nam utique majus eſt quod in naturæ colluvionem

a. Mſſ. aliquot, *Quid loquar porcorum* &c.
b. Sic mſſ. quindecim, & edit. Coſt. Alii mſſ. ſequioris notæ, ac edit. Am. Pet. Era. Gill. *quarum vituli figurantur & leones.* Rom. .... *junguntur & leones.*
c. Edit. omnes cum paucis mſſ. *ut ii quos tructas vocant.* Alii mſſ. magno numero & auctoritate, *ut varii majores quos troctas vocant.* Eſt autem hoc diſcrimen *tructas ſeu truttas* inter & *troctas*, quod hæ in mari vivant, illæ in fluviis.
d. Mſſ. nonnulli antiquæ manus, *olim generis ſocium* .... *quæ coeunt aſinorum* .... *genere, magna* &c.

committitur, quam quod in perſonæ injuriam. A Et homo iſta procuras interpres adulterii jumentalis; & illud animal pretioſius putas, quod adulterinum, quam quod verum eſt? Ipſe genera aliena confundis, diverſaque miſces ſemina, atque ad vetitos coitus plerumque cogis invitos, & hoc induſtriam vocas? Hoc quia de hominibus facere non potes, ut diverſi generis commixtio fetum poſſit excludere, tollis homini quod natus eſt, & virum de viro exuis, abſciſſaque corporis parte, [a] ſexum negas, ſpadonem B efficis; ut quod negavit natura in hominibus, impleret audacia.

CAPUT IV.

Mutuam aquæ ac piſcium neceſſitudinem docere, qualis parentum & filiorum neceßitudo eſſe debeat. Quomodo reſpirationis uſum aqua ſuppleat in piſcibus.

10. QUam bona autem mater ſit aqua, etiam C hinc conſidera. Tu ô homo docuiſti abdicationes patrum in filios, ſeparationes, odia, offenſas, diſce quæ ſit parentis & filiorum neceſſitudo. Vivere piſces ſine aqua non queunt, nec à ſuæ parentis conſortio ſeparari, neque à ſuæ altricis diſcerni munere: & hoc fit natura quadam, ut ſeparati moriantur ilico. Neque enim, ut omnia, hujus aeris vivunt ſpiramine, quia hauriendi ſpiritus & reſpirandi natura his non ſuppetit; alioquin ſub aquis ſemper non poſſent D vivere non capientes ſpiritus infuſionem. Quod eſt nobis ſpiritus, illis eſt aqua. Sicut nobis ſpiritus, ita illis aqua vivendi miniſtrat ſubſtantiam: nos inrercluſo commeatu ſpiritus, quia ne brevi quidem ſpatio poſſumus expertes eſſe ſpiritus vitalis, ſtatim extinguimur: piſces quoque ſublati de aqua, ſine ſubſtantia ſui vivi eſſe non poſſunt.

11. Et cauſa maniſeſta eſt, quoniam in nobis pulmo per thoracis laxiora penetralia recipit E ſpiritum; & cùm ſit ipſe poris pleriſque penetrabilis, ſpiritus infuſione interiorem calorem refrigerat. Thorax enim ut ſuſcipit alimenta, ita ſuperflua ciborum & ſuccos ſalubres ſanguinemque diſcernit. Fit pulmo pervius, unde facilius ad eum poteſt adſpiratio ſpiritus pervenire. Piſces vero [b] branchias habent, quas nunc plicant & colligunt, nunc explicant atque aperiunt. In hac ergo collectione & apertione dum ſuſcipitur aqua, & tranſmittitur ac penetrat, F reſpirationis munus videtur implere. Propria igitur natura eſt piſcium, nec communis cum ceteris; ſpecialis nſus, & à ceteris vivendi quædam ſeparata & ſecreta ſubſtantia. Propterea non nutriuntur, neque ut terrena animalia, manus humanæ tactu & delinimento aliquo delectantur; etiamſi ſervati in vivariis ſuis vivant.

CAPUT V.

Piſces cur tam bene dentati. Hi ſibi invicem in eſcam cedunt: quod imitantur avari, qui vehementi objurgatione caſtigantur.

12. QUid autem de denſitate dicam dentium? Non enim ut bos aut ovis ex una parte dentes habent: ſed utraque pars armata eſt dentibus; quia in aqua ſunt, & ſi diutius cibum verſarent, & non cito tranſmitterent, aquarum alluvione de dentibus eorum eſca poſſet auferri ac dilui. Ideo denſos & acutos habent, ut cito incidant, cito conficiant cibum, facile & ſine aliqua mora & dilatione tranſmittant. Denique non ruminant; ſolus tamen ſcarus in his ruminare perhibetur, ut ferunt quibus aut eventus, aut uſus fuit, aut ſtudium talia comprehendere.

13. Sane nec ipſi à ſuis potentiæ evaſere violentiam, & avaritiæ potiorum ſubjecti ubique inferiores ſunt. Quo quiſque infirmior, eo prædæ magis patet. Et plerique quidem herbis paſcuntur ac minutis vermibus. Sunt tamen qui invicem ſe devorent, & ſua carne paſcantur. Minor apud illos eſca majoris eſt: rurſus ipſe major à validiore invaditur, & fit eſca alterius prædator alieni. Itaque uſu venit, ut cùm ipſe alium devoraverit, ab alio devoretur, & in unum ventrem uterque conveniat cum voratore proprio devoratus, ſitque ſimul in uno viſcere prædæ vindictæque conſortium. Et ipſis ſponte ſorte hæc accrevit injuria, ſicut in nobis non ex natura cœpit, ſed ex avaritia. Aut quia ad uſum hominum dati ſunt, in ſignum quoque facti ſunt, ut in his noſtrorum morum vitia videremus, & caveremus exempla; ne quis potior inferiorem invaderet daturus in ſe potentiori exemplum injuriæ. Itaque qui alterum lædit, ſibi laqueum parat, in quem ipſe incidat.

14. Et tu piſcis es, qui viſcera invadis aliena, qui demergis infirmum, qui cedentem perſequeris uſque in profundum. Cave ne dum illum perſequeris, incidas ipſe in validiorem, & deducat te in alienas inſidias, qui tuas vitat, priuſque tuam ſpectet ærumnam, qui te perſequenre propriam reformidabat. Quid intereſt inter divitem improbæ cupiditatis ingluvie abſorbentem infirmorum patrimonia, & ſilurum de minorum piſcium viſceribus alvum repletum? Defunctus eſt dives, & nihil ei ſua ſpolia profuerunt, immo magis eum rapinarum ſuarum deteſtabiliorem fecit infamia. Captus eſt ſilurus, & inutilis præda detecta eſt. Quanti in eo reperiuntur, qui alios devoraverant? Et tu dives habes in ſinu tuo alterius prædatorem. Ille habebat facultates pauperis quas invaſerat: tu eum opprimens duo patrimonia tuis facultatibus addidiſti, & adhuc tanto non ſatiaris augmento; & dicis quod alios vindicaveris, cùm eadem committas quæ ulciſceris, injuſto injuſtior, & iniquo iniquior, & avaro avarior. Vide ne idem te qui piſcem illum finis inveniat: hamum cave, cave retia. Sed præſumis de potentia, quod nemo tibi poſſit reſiſ-

[a] Quinque mſſ. *ſexum necas.*
[b] Branchiæ, græce βράγχια, partes ſunt in piſcibus ex utraque parte capitis follium more hiantes.

tete ; præſumebat & ſilurus quod hamnm nemo A ſibi jaceret, nemo retia tenderet, & ſi incidiſſet, univerſa dirumperet ; & tamen fuſcinam non evaſit, aut nexus vinculi validioris incurrit, quibus ſe ooo poſſet exuere. Sioe dubio & hominum iniquitas quo graviora commiſerit, eo magis ſcelere ſuo tuta eſſe noo poterit ; quin aliquando diſſolvat quod pro ſcelerum pretio conſtat difficile poſſe vitari.

CAPUT VI.

Hominem eſſe piſcem : ſed piſcem alium bonum, alium malum inveniri : bonum vero Petri hamum, ac ſinum timere non debere.

15. PIſcis ergo es ô homo. Audi quia piſcis es : *Simile eſt regnum cælorum reti miſſo in* Matt. 13. 47. *mare, quod ex omni genere piſcium congregavit. Cùm autem eſſet impletum, duxerunt id ad littus, & ſedentes elegerunt optimos in vaſis ſuis, malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſæculi. Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio juſtorum,* C *& mittent eos in caminum ignis.* Sunt ergo booi & mali piſces, boni ſervantur ad pretium, mali ſtatim ardent. Booum piſcem nec retia involvunt, ſed elevant ; nec hamus interoecat atque ioterficit, ſed pretioſi vulneris perfundit ſanguine, in cujus oris confeſſione bonum pretium reperitur, quo tributum apoſtolicum, & cenſus Chriſti poſſit exſolvi. Sic enim ſcriptum eſt, dicente Domino : Matt. 17. 24. *Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum ? A filiis ſuis, an ab alienis ? Et reſpondente Pe-* D *tro, ab alienis, ait Dominus : Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore ejus invenies ibi ſtaterem ; illum ſumens dabis eis pro me & te.*

16. Noli igitur ô bone piſcis Petri hamum timere : noo occidit, ſed cooſecrat. Noli quaſi vilem te cootemnere, quia vides corpus infirmum : habes in ore tuo quod & pro Petro & pro Chriſto offeras. Noli timere Petri retia, cui dicit Jeſus : *Duc in altum, & laxate retia.* Noo enim in E ſiniſtram partem mittit, ſed in dexteram, ſicut juſſus à Chriſto eſt. Noli timere ſinum ejus, quia a dictum eſt ei : *Ex hoc eris homines* [a] *vivificans.* Ideo miſit retia, & complexus eſt Stephanum, qui de Evangelio primus aſcendit habens in ore ſuo ſtaterem juſtitiæ. Unde confeſſiooe conſtanti clamavit dicens : *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis ſtantem ad dexteram Dei.* Pro hoc piſce ſtabat dominus Jeſus ; ſciebat enim eſſe in ore ejus pretium ſui cenſus. Denique glorioſo mar- F tyrio & Petri judicium, atque doctrinam, & Chriſti gratiam locuples adſertor implevit.

CAPUT VII.

Per mare Evangelium & Eccleſiam ſignari, & quid in mari hoc præſtare debeat homo piſcis. Conjuges ad mutuam morum tolerantiam, caritatem, fidem, exemplo viperæ impellantur. Cur idem exemplum in utramque partem uſurpatum.

17. NEc te moveat quod pro mari Evangelium poſui. Evangelium eſt, in quo A Chriſtus ambulavit : Evangelium eſt, in quo licet titubaverit Petrus, quando negavit ; tamen per dexteram Chriſti [b] fidei munimeotum, ſtationis invenit gratiam : Evangelium eſt, de quo martyr aſcendit : Evangelium eſt mare, in quo piſcantur Apoſtoli, in quo mittitur rete, quod ſimile eſt regoo cælorum : Evangelium eſt mare, in quo Chriſti figurantur myſteria : Evangelium eſt mare, in quo Hebræus evaſit, Ægyptius interemtus eſt : Evangelium eſt mare, quia ſponſa Chriſti B Eccleſia eſt, & divinæ gratiæ plenitudo, quæ ſupra maria fuodata eſt, ſicut dixit Propheta : *Ipſe* Pſ. 23. 2. *ſuper maria fundavit eam.* Exſili ſuper undas ô homo, quia piſcis es : ooo te opprimant ſæculi iſtius fluctus : ſi tempeſtas eſt, pete altum & profundum : ſi ſerenitas, lude in fluctibus : ſi procella, cave à ſcopuloſo littore ; ne te in rupem fureos æſtus illidat. Scriptum eſt eoim : *Eſtote* Matt. 10. 16. *aſtuti ſicut ſerpentes.*

18. Et quia de ſerpentibus aſtutis propoſitum C exemplum eſt, ſimus aſtuti circa quærenda & ſervanda conjugia, diligamus tributa nobis conſortia. Et ſi ii qui longinquis fuerant ortus ſui tempore regionibus ſeparati inter ſe coovenerint, & ſi vir ad peregrina contenderit, nulla longioquitas, nulla abſentia complacitam minuat caritatem. Eadem lex præſentes abſenteſque connectit : idem naturæ vinculum inter diſtantes & conſiſtentes conjugalis caritatis jura conſtrioxit : eodem jugo benedictionis utriuſque D colla ſociantur, etiam ſi alter obeat ſeparatarum regiooum longa divortia ; quia ooo corporis cervice, ſed mentis jugum gratiæ receperunt. Vipera oequiſſimum geous beſtiæ, & ſuper omnia quæ ſerpentini ſunt generis aſtutior, ubi coeundi cupiditatem aſſumſerit, murænæ maritimæ notam ſibi requirit copulam, vel oovam præparat ; progreſſaque ad littus, ſibilo teſtificata præſentiam ſui, ad coojugalem amplexum illam evocat. Muræna autem invitata oon deeſt, & E venenatæ ſerpenti expetitos uſus ſuæ impertit conjuoctionis. Quid ſibi vult ſermo hujuſmodi, niſi fereodos eſſe mores conjugum ; & ſi abſens eſt, ejus opperiendam præſeotiam, ſit licet aſper, fallax, inconditus, lubricus, temulentus ? Quid pejus veneno, quod io conjuge muræna non refugit ? Vocata non deeſt, & ſerpentis lubricum ſedula caritate complectitur. Ille tua mala portat, & levitatis femineæ facilitatem : tu virum tuum oon potes ô mulier ſuſtinere ? Adam per F Evam deceptus eſt, non Eva per Adam. Quem 33. q. 5. c. Adam per Evam. vocavit ad culpam mulier, juſtum eſt ut eum gubernatorem adſumat ; ne iterum femioea facilitate labatur. Sed horridus & incultus eſt. Semel placuit. Numquid vir frequenter eſt eligendus ? Comparem ſuum & bos requirit, & equus diligit ; & ſi mutetur alius, tamen trahere jugum neſcit compar alterius, & ſe non totum putat : tu jugalem repudias tuum, & putas ſæpe mutandum ; & ſi uno defuerit die, [c] ſuperducis rivalem, & ſtatim incognita cauſa quaſi cognita pudoris exequeris injuriam. Vipera abſentem re-

a. Mſſ. quatuor infimæ notæ, *eris homines capiens.*
b. Ita mſſ. ac edit. Am. & Pet. Era. vero cum ſequentibus, *in quo licet titubaverit Petrus, non tamen negavit, quando* &c. Ibidem mſſ. aliquot, *fidei munimentum ſtationes invenit* : nonnulli *fide*, vet. edit. *fides*. Rom. *fida munimentum ſtationis invenit* : Evangelium &c.

c. Quidam mſſ. *ſuſpecta rivalem es*, aut cum edit. nonnullis, *ſuſpicaris rivalem, & ſtatim incognitâ cauſâ, quaſi cognitam*, aut cum aliis edit. *& ſtatim incognitam, quaſi cognitam* &c. Sed mſſ. duodecim probatiſſimi cum edit. Pet. & Gill. legunt ut nos in textu.

quirit, abſentem vocat, & blando proclamat A ſibilo; atque ubi adventare comparem ſenſerit, venenum evomit reverentiam marito deferens, verecundata nuptialem gratiam: tu mulier advenientem de longinquo maritum contumeliis repellis. Vipera mare proſpectat, explorat iter conjugis: tu injuriis viam viro obſtruis: tu litium moves venenum, non rejicis: tu conjugalis amplexus tempore dirum virus exæſtuas; nec erubeſcis nuptias, nec reveteris maritum.

19. Sed etiam tu vir, poſſumus enim etiam ſic B accipere, depone tumorem cordis, aſperitatem morum, cùm tibi ſedula uxor occurrit: propelle indignationem, cùm blanda conjux ad caritatem provocat. Non es dominus, ſed maritus; non ancillam ſortitus es, ſed uxorem. Gubernatorem te Deus voluit eſſe ſexus inferioris, non præpotentem. Redde ſtudio vicem, redde amori gratiam. Vipera venenum ſuum fundit: tu non potes duritiam mentis deponere? Sed babes naturalem rigorem: debes temperare eum contem- C
a platione conjugii, & [a] reverentia conjunctionis deponere animi feritatem. Poteſt & ſic. Nolite quærere viri alienum thorum, nolite inſidiari alienæ copulæ. Grave eſt adulterium, & naturæ injuria. Duos primum Deus fecit, Adam & Evam, hoc eſt, virum & uxorem, & uxorem de viro, hoc eſt, de coſta Adam; & juſſit ambos eſſe in uno corpore, & in uno ſpiritu vivere. Quid unum ſeparas corpus, unum dividis ſpiritum? Naturæ adulterium eſt. Hoc docet murænæ & D viperæ non jure generis, ſed arbore libidinis ex-
b petitus amplexus. Diſcite ô viri, qui alienam [b] permolere quærit uxorem, cujus ſerpentis ſibi adſciſcere cupiat contubernium, cui etiam comparandus ipſe ſerpenti ſit. Feſtinat ad viperam, quæ ſe in gremium viri non directo tramite veritatis, ſed lubrico devii amoris infundit. Feſtinat ad eam quæ venenum ſuum reſumit, ut vipera quæ fertur peracto conjunctionis munere venenum quod evomuerat, rurſus haurire; adulte- E
Prov. 23. 32. ra enim vipera eſt. Unde & Salomon ait quod is qui fuerit temulentus, cùm per vinum libido fervere conſueverit, tamquam à colubri ictu extenditur, & tamquam à cornuta diffunditur illi venenum. Et ut ſcias quod de adultera dixit, ad-
Ibid. 33. jecit: *Oculi tui cùm viderint alienam, os tuum loquitur perverſa.*

20. Nec quiſquam velut contraria poſuiſſe nos credat, ut & ad bonum & ad malum viperæ hujus exemplo uteremur; cùm ad inſtitutionem F utrumque proficiat, ſi erubeſcamus aut fidem non exhibere dilecto, cui exhibet ſerpens; aut relinquentes ſancta conjugia, lubrica & nocitura ſalutaribus præferamus, quod facit qui cum ſerpente miſcetur.

CAPUT VIII.

De aſtutia polypi, & cancri, quibus fraudulenti homines adumbrantur; cum exhortatione ad fugiendam cupiditatem.

21. ET quia de aſtutia cœpimus ſermonem ſubtexere, qua unuſquiſque fratrem ſuum circumvenire & decipere nititur, & in novas ſe fraudes componere; ut quem vi obtinere B non poteſt, circumſcribat dolo, & fuco quodam artis obducat: fraudulentum illud polypi ingenium non præteribo, qui vadoſo in littore petram nactus, affigitur ei, atque ejus nebuloſo ingenio colorem ſubit, & ſimili ſpecie terga obductus plurimos piſcium ſine ulla ſuſpicione fraudis allapſos, dum nota non præcavent, & ſaxum opinantur, caſſibus furtivæ artis includit, & ſinu quodam ſuæ carnis intercipit. Sic ſpontanea venit præda, & talibus capitur argumen- C tis, qualia ſunt eorum qui ingenium ſuum ſæpe commutant, & diverſas nocendi artes movent; ut ſingulorum mentes ſenſuſque pertentent, cum continentibus poſiti continentiam prædicantes, in cœtu intemperantium tamquam devii ab ſtudio caſtitatis, & demerſi intemperantiæ volutabris; ut qui eos audiunt aut vident, incauta facilitate ſe credant; eoque citius labuntur, dum declinare non norunt, nec cavere quod noceat, cùm gravior ſit & magis noxia improbitas be- D nignitatis obumbrata velamine. Et ideo cavendi ſunt qui crines ſuæ fraudis, & brachia longe lateque diſpergunt, vel ſpeciem induunt multiformem. Et iſti enim polypi ſunt nexus plurimos habentes, & callidorum ingeniorum veſtigia, quibus irretire poſſint quidquid in ſcopulos ſuæ fraudis inciderit.

22. Cancer quoque quas cibi gratia præſtigias inſtruit? Namque & ipſe oſtreo delectatur, & carnis ejus epulum ſibi quærit. Sed quia ut ap- E petens cibi, ita proſpiciens eſt periculi: quoniam cum difficilis eſt venatio, tum periculoſa: difficilis, quia teſtis validioribus eſca interior includitur; nam velut muris quibuſdam mollitiem carnis præcepti imperialis interpres natura munivit, quam medio teſtarum quodam ſinu concavo nutrit ac fovet, & quaſi in quadam valle diffundit; & ideo caſſa omnia tentamenta ſunt cancri, quia aperire clauſum oſtreum nulla vi poteſt: & periculoſum eſt ſi * chelam ejus inclu- F dat, ad argumenta confugit, & inſidias nova fraude molitur. Itaque quia omnia genera delectatione mulcentur, explorat ſi quando oſtreum remotis in locis ab omni vento contra ſolis radios * diptycbum illud ſuum aperiat, & reſeret clauſtra teſtarum; ut libero aere viſceris ſui voluptatem quamdam capiat: & tunc clanculo calculum immittens, impedit concluſionem oſtrei; ac ſic aperta clauſtra reperiens, tuto inſerit chelas, viſceraque interna depaſcitur.

a. Edit. omnes cum mſſ. aliquot, *reverentia conſumctionis. Poteſt & ſic.* Mſſ novem in lectionem noſtram conſentiunt, niſi quod plures habent *deponat*, vel *deponet*. Dion. *depone*, melius Cæn. *deponere* Omittitur etiam in nonnullis, *Poteſt & ſic*: verum neceſſaria tranſitio eſt.

b. Aliquot mſſ. *permovere*, unus *præmollire*. Melius alii, & edit. *permolere*. Eſt enim vox metaphorica, cujus uſus eſt in obſcœnis. Horat. l. 2. ſat. 2.

*. *Chela*, in cancris quaſi forcipes ſunt, aut quidam digiti quibus obvia arripiunt.

*. *Diptychum* vocat utrumque latus teſtæ oſtreorum, quod more libri claudatur atque aperiatur. A particula δὶς & verbo πτύσσειν, id eſt, plicare.

23. Sunt ergo homines, qui cancri uſu in alie- A
næ uſum circumſcriptionis irrepant, & infirmi-
tatem propriæ virtutis aſtu quodam ſuffulciant;
fratri dolum nectant, & alterius paſcantur ærum-
na. Tu autem propriis eſto contentus, & aliena
te damna non paſcant. Bonus cibus eſt ſimpli-
citas innocentiæ. Sua bona habens inſidiari neſ-
cit alienis, nec avaritiæ facibus inardeſcit, cui
lucrum omne ad virtutem diſpendium eſt, ad cu-
piditatem incendium. Et ideo beata eſt, ſi bona
ſua noverit, cum veritate paupertas, & omnibus B
præferenda theſauris; quia melius eſt exiguum
datum cum Dei timore, quam theſauri magni
ſine timore. Quantum eſt enim quod hominem
alat? Aut ſi quæris quod etiam aliis abundet ad
gratiam, id quoque non multum eſt. Melior
enim eſt hoſpitalitas in oleribus cum gratia,
quam vitulorum pinguium præparatio cum diſ-
cordia. Utamur ergo ingenio ad quærendam gra-
tiam, & ſalutem tuendam, non ad alienam cir-
cumſcribendam innocentiam. Licet nobis uti C
exemplis maritimis ad profectum noſtræ ſalutis,
non ad alienæ periculum.

CAPUT IX.

De præſcientia echini futuram tempeſtatem nuntiantis. Eum accepiſſe hoc donum à Deo, cujus indulgentia in omnia creata prædicatur.

24. ECbinus animal exiguum, vile ac deſpi-
cabile, maritimum loquor, plerumque D
index futuræ tempeſtatis, aut tranquillitatis ad-
nuntius ſolet eſſe navigantibus. Denique cùm
procellam ventorum præſenſerit, calculum va-
lidum arripit, eumque velut ſaburram vehit, &
tamquam ancboram trahit, ne excutiatur flucti-
bus. Itaque non ſuis ſe librat viribus, [a] ſed alie-
næ ſtabilitatis regitur pondere. Quo indicio nau-
tæ velut ſignum futuræ perturbationis capeſ-
ſunt, & ſibi præcavent, ne eos imparatos turbo
improviſus inveniat. Qui mathematicus, qui aſ- E
trologus, quive Chaldæus ſic poteſt ſiderum cur-
ſus, hos cæli motus & ſigna comprehendere? Quo
ingenio iſta collegit? Quo doctore percepit? Quis
ei fuit tanti interpres augurii? Sæpe homines
confuſionem aeris vident, & ſæpe falluntur,
quod plerumque eam ſine tempeſtate diſcutiat.
Echinus non fallitur, echinum ſua nequaquam
ſigna prætereunt.

25. Unde exiguo animali tanta ſcientia, ut fu-
tura prænuntiet? Quo magis in eo nihil eſt, quo F
tantam poſſit habere prudentiam, crede quod
per indulgentiam Domini rerum omnium id
quoque præſcientiæ hujus munus acceperit. Ete-
nim ſi fœnum Deus ſic veſtit, ut miremur; ſi paſcit
volatilia; ſi paravit corvo eſcam, pulli enim ejus
ad Dominum clamant; ſi mulieribus dedit tex-
turæ ſapientiam; ſi araneam, quæ tam ſubtiliter
ac docte laxos caſſes ſuſpendit in foribus, ſapien-
tiæ non reliquit immunem; ſi ipſe virtutem equo
dedit, & ſolvit de cervice ejus formidinem, ut
exſultet in campo, & occurrens regibus irrideat,
odoretur bellum eminus, excitetur ſono tubæ;
ſi hæc irrationabilia pleraque, & alia inſenſibi-
lia, ut fœnum & lilia, replevit ſuæ diſpoſitione
ſapientiæ, quid dubitamus, quod etiam in echi-
num contulerit hujus gratiam præſcientiæ? Ni-
hil enim inexploratum, nihil diſſimulatum reli-
quit. Omnia videt, qui paſcit omnia: omnia re-
plet ſapientiâ, qui omnia in ſapientia fecit, ut Pſal. 103.
ſcriptum eſt. Et ideo ſi echinum viſitationis ſuæ 24.
exſortem non prætermiſit; ſi eum conſiderat, &
futurorum informat indiciis, tua non conſiderat?
Immo vero conſiderat, ſicut teſtatur ejus divina
Sapientia dicens: Si reſpicit volatilia, ſi paſcit Matth. 6.
illa, nonne vos pluris eſtis illis? Si fœnum agri 26.
quod hodie eſt, & cras in ignem mittitur, Deus
ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei?

CAPUT X.

Cuique piſcium generi præſcripta eſſe ſua domicilia, unde humana levitas, ac luxuria condemnantur: tamen quoſdam piſces ad ſobolem loca mutare; cujus rei ratio expenditur, & hominis reprehenditur incontinentia. Item de ſpecialibus aliquorum piſcium virtutibus.

26. AN vero ſine quadam dote naturæ ma-
nere piſcibus etiam illam putamus
gratiam, quod unumquodque genus piſcium
præſcripta ſibi domicilia habet, quæ ſui generis
nullus excedat, non incurſet alienus? Quis geo-
metra his diviſit habitacula nullis rumpenda
temporibus? Sed geometram audivimus, thalaſ-
ſometram numquam audivimus; & tamen piſces
menſuram ſuam norunt, non muris urbium por-
tiſque præſcriptam, non ædificiis domorum,
non agrorum finibus limitatam, ſed menſuram
ejus quod oporteat; ut tantum ſatis ſit unicui-
que, quantum ad uſum abundet, non quantum
aviditas quædam immoderata ſibi vindicet. Lex
quædam naturæ eſt tantum quærere, [b] quan-
tum ſufficiat ad victum, & alimentorum modo
ſortem cenſere patrimonii. Hoc genus piſcium
in illo ſinu maris alitur & gignitur, illud in alio.
Denique non reperies confuſa genera piſcium;
ſed quod hîc abundat, alibi deeſt. Et iterum
ille ſinus maris cephalos alit, lupos ille: ille ſa-
xatiles, locuſtas alius. Non eſt libera vagandi
poteſtas; nec tamen aut intercluſa montibus co-
pia, aut fluviis interlabentibus tranſitus impe-
ditur, ſed uſus naturæ impreſſus tamquam pa-
triæ finibus unumquemque ſe ſe tenere, & ultra
incolas [c] prodire ſuſpectum.

27. At nobis longe alia ſententia eſt, mutare
exſilio domos, incolarum faſtidio teneri, adve-
narum captare gratiam, transferre terminos per-
petuos, quos poſuerunt patres noſtri, agrum ad
agrum jungere, domum ad domum. Deficit
terra hominibus, ſternuntur & maria. Rurſus
pro ſingulorum libidine inciditur terra, mare
infunditur, ut inſulas faciant, ut poſſideant fre-
ta: ſpatia maris ſibi vindicant jure mancipii,
piſciumque jura ſicut vernaculorum conditione

a. Ita mſſ. Corb. vetus, Th. ac Reg. Alii aliquot, *alieno ſtabilitum regitur pondere.* Carn. *aliena ſtabilitate regitur & pondere.* Reliqui & edit. *alieno ſtabilit & regit pondere.*

b. Mſſ. Vat. & Cæn. *quantum efficiat ad victum.* Dion. *quantum ſufficiat ad victum & alimentum, & hac tantummodo ſorte cenſere patrimonii.*

c. Quædam mſſ. & edit. Rom. *prodire facit ſuſpectum.* Alii majori numero & antiquitate cum edit. vet. omittunt *facit.* Non male; poteſt enim ſubintelligi ſubſtantivum, *eſt*, poſt voces, *impreſſus . . . . & ſuſpectum.*

A ſibi ſervitii ſubjecta commemorant. Iſte, inquit, ſinus maris meus, ille alterius. Dividunt elementa ſibi potentes. His oſtreæ in fluctibus nutriuntur: his in vivario piſcis includitur. Luxuriæ nec mare ſufficit, niſi apothecas habeant oſtrearum. Itaque ætates earum numerant, & piſcium receptacula inſtruunt; ne convivia divitis mare non poſſit implere. Nam vicini nomen quibus audiunt auribus? Quibus oculis intuentur poſſeſſiones eorum? Quemadmodum dies noctesſque excogitant, ut aliquid proximi auferant? B Eſai. 5. 9. *Numquid ſoli habitabitis ſuper terram*, clamat Propheta? Cognoſcit hæc Dominus, & vindictæ reſervat.

28. Quantum aliena à piſcibus aviditatis rapina? Illi naturalia captant ſecreta, & ultra terminos orbis terrarum mare norunt, quod nullæ interpolant inſulæ, nec terra aliqua interjacet, vel ulterius ulla ſit poſita. Illic igitur ubi diffuſum late mare omnem ſpectandi uſum, utilitatis gratia navigandi intercludat audaciam, C condere ſe feruntur cete, illa immenſa genera piſcium, æqualia montibus corpora, ut tradiderunt nobis, qui videre potuerunt: illic quietum ævum exigunt [a] diſcreta ab inſulis, & ab omnibus maritimarum urbium contagiis ſeparata habent ſuas regiones & habitacula diſtributa. Manent in his inoffenſo vicinorum limite, nec vago tranſitu mutationes quærunt locorum: ſed tamquam patrium ſolum diligunt, & in his immorari dulce arbitrantur. Quæ ideo D elegerunt, ut ſolitariam vitam remota poſſint arbitrorum interpellatione tranſigere.

29. Sunt tamen aliqua genera piſcium, qui non ingenii facilitate loca mutent, ſed fovendi partus neceſſitate; quem opportuno atque legitimo procurantes tempore, ex plurimis locis, ac diverſo ſinu maris innumeri velut communi conſilio convenientes conjuncto agmine aquilonis flatus petunt, & ad illud Septemtrionalium mare partium quadam naturæ lege con- E tendunt. Dicas, ſi aſcendentes videas, * rheuma quoddam eſſe, ita proruunt, fluctuſque interſecant, per Propontidem in Euxinum pontum violento impetu profluentes. Quis piſcibus hæc annuntiat loca, præcepit tempora? Quis tribuit diſpoſitionem viandi, comitandi ordinem, metas & tempora reverrendi? Homines ſuum imperatorem habent, cujus exſpectatur imperium, procedit teſſera, proponuntur edicta provincialibus ut conveniant, tribunis mili- F tum litteræ diriguntur, dies ſtatuitur; & plerique ad dies ſtatutos occurrere non queunt. Quis imperator piſcibus præceptum dedit? Quis doctor hanc tribuit diſciplinam? Qui metatores itinera diſponunt? Qui duces iter dirigunt, ut nullius deſit occurſus? Sed agnoſco quis ille ſit imperator, qui ordinatione divina ſenſibus univerſorum ſuum infundat imperium, qui tacitus mutis animantibus naturalis diſciplinæ ordinem tribuat; nec ſolum magna penetret, ſed etiam per minima quæque ſe fundat. Divinæ legi piſcis obſequitur, & homines contradicunt? Piſcis ſolemniter obaudit mandata cæleſtia, & ho- A mines irrita faciunt Dei præcepta? An contemtibilis tibi videtur, quia mutus eſt, rationiſque expers? Sed vide ne tu tibi magis incipias eſſe contemtui, ſi irrationabili irrationabilior deprehendaris. Quid autem rationabilius hoc piſcium tranſitu, cujus rationem quidem verbis non explicant, ſed factis loquuntur? Pergunt enim æſtatis tempore ad fretum Ponti, eo quod reliquo maris ſinu hic ſinus dulcior ſit. Non enim tamdiu ſol ei freto, quamdiu ceteris im- B moratur, eaque fit cauſa ut non omnem aquam exhauriat, quæ dulcis atque potabilis eſt. Quis autem ignoret quod etiam ea quæ maritima ſunt, aquis plerumque dulcibus delectentur? Denique dum flumina ſequuntur, & ad ſuperiora aſcendunt, frequenter alieni piſces generis capiuntur in fluviis. Cùm hæc igitur cauſa Pontum illis faciat gratiorem, vel quod æſtus temperet ſolemnis illic flatus aquilonis, tum opportuniorem ceteris judicant, in quo gene- C rare, & partus poſſint proprios enutrire, quod teneri fetus laborem alienæ regionis ferre vix poſſint, quos illic fovet aeris blanda clementia. Itaque peracto munere omnes ſimul eo quo venerant agmine revertuntur.

30. Quænam iſta ſit ratio conſideremus. Objectus eſt Ponti ſinus boreæ ceterorumque ventorum violentiſſimis flatibus; unde gravis illic procella furit, & tempeſtates moventur, ita ut de profundo arena vertatur: cujus rei fluctus D arenoſus indicio eſt, qui ventorum motu inſurgens altius, tum pondere gravior, haud dubie non ſolum navigantibus, ſed etiam maritimis ipſis animantibus intolerabilis habetur. Accedit illud, quod plurima & maxima Ponto flumina miſceantur, cùm hyberno tempore ſinus ipſe frigidior torrentium rigeſcat allapſu; propterea piſces tamquam arbitri fluentorum, æſtate illic adſpirantis auræ clementiam captare conſueverunt: cujus amœnitate perfuncti rurſus hyemis E aſpera declinare contendunt; & Septemtrionalis plagæ ſæva fugientes, in reliquos ſe ſinus conferunt, in quibus aut ventorum mollior ſit placiditas, aut ſolis ſoleat vernare temperies. Novit igitur piſcis pariendi tempus, quod pro magno myſterio dixit Salomon in Sapientia: Eccleſ. 3. 2. & ſeq. novit tempus eundi atque redeundi: novit tempus perfunctionis & jactationis, & novit ut non queat falli; quia non rationis æſtimatione, & diſputationis argumento utitur, ſed inſpiratione F naturæ, quæ vera eſt magiſtra pietatis. Denique omnes animantes præſcripta habent pariendi tempora, homo ſolus indiſcreta atque confuſa. Reliqua genera clementiam temporis quærunt, mulieres ſolæ partus ſuos inclementer effundunt. Vaga enim & intemperans libido generandi vagam pariendi ætatem exhibet. Piſces tanta maria tranſmittunt, ut utilitatem aliquam generi ſuo quærant. Nos quoque diffuſa æquora transfretamus: ſed quanto honeſtius, quod ſucceſſionis amore, quam quod pecuniæ aviditate ſuſcipitur? Denique illis ad pietatem, nobis ad quæſtum tranſmiſſio deputatur. Illi ſobolem referunt omnibus mercibus cariorem: nos

a Mſ Dion. *diſcretas ab inſulis, & ab omnium maritimarum urbium contagiis ſeparatas habent ſuas regiones.* Cæt. *remotas illic habent ſuas regiones* &c.

* Baſil. *ῥεῦμα*, id eſt, æſtus ac torrens.

mercem longe imparem ad periculi vicem miſera lucri cupidine reportamus. Itaque illi patriam repetunt: nos derelinquimus. Illis nando incrementum generis acquiritur: nobis minuitur navigando. A

31. Quis igitur neget divinitus illis infuſum ingenium eſſe hujuſmodi atque virtutem? Cùm videat iſtos in Aquilonem tam ſolemnem obeundæ fœcunditatis peregrinationem vivaci ingenio componere; alios in exiguo corpore tantum validitatis adſumere, ut maximas navium plenis currentes velis in mediis fluctibus ſiſtant: ſicut B brevis piſciculus echeneis tanta facilitate memoratur navem ingentem ſiſtere, ut quaſi radicatam mari hærere videas, nec moveri. Aliquamdiu enim immobilem ſervat. An & huic putas ſine creatoris munere tantum potuiſſe ſuppetere virtutis? Quid gladios loquar aut ſerras aut canes maritimos aut balenas aut zygænas? Quid etiam turturis centrum, & hoc mortuæ? [a] Sicut enim viperæ os ſi quis calcaverit recens dumtaxat, gravius quam venenum nocere perhibetur, C & immedicabile vulnus ſerpere: ita etiam turtur aculeo ſuo mortua amplius quam viva periculi afferre memoratur. Lepuſculus quoque timidum animal in terris, in mari formidabile, citam & quæ non facile poſſit auferri, corruptelam invehit. Voluit enim te creator nec in mari ſatis ab inſidiantibus eſſe ſecurum; ut propter pauca quæ noceant, quaſi in excubiis poſitus, armis fidei ſemper & ſcuto devotionis accinctus, à Domino tuo debeas ſalutis ſperare præſidium. D

CAPUT XI.

De piſcibus Atlantici maris: item de ſale, corallio & aliis quibuſdam. Ob ea ſed maxime ob navigationem mare terris præſtare: poſt quæ paucis de Iona ac Petro memoratis, ſermo clauditur.

32. Veniamus ad Atlanticum mare. Quam ingentia illic & infinitæ magnitudinis cete! Quæ ſi quando ſupernatant fluctibus, ambulare inſulas putes, montes altiſſimos ſummis ad cælum verticibus eminere. Quæ non [*] in acta, nec in littoribus, ſed in Atlantici maris profundo feruntur videri, ut eorum conſpectu nautæ à navigandi in illis locis præſumtione revocentur, nec ſecreta elementorum adire ſine ſupremo terrore mortis uſurpent. E

33. Sed jam adſurgamus ipſi de profundo maris, & aliquantulum ſermo noſter emergat, atque ad ſuperiora ſe ſubrigat: ſpectemus ea quæ uſitata multis, & plena ſint gratiæ, quomodo aqua in ſalis vertatur ſoliditatem, ut ferro ſæpe cædatur; quod de Britannicis ſalibus nihil mirum, qui in ſpeciem marmoris validi, ejuſdem metalli niveo candore reſplendent, ſalubres corporis [b] cibo, & potui nimis grati. Quomodo etiam non indecorus lapis corallium in mari herba ſit, ſi in aerem transferatur, in lapidis firmitatem ſolidetur. Unde etiam oſtreis pretioſiſſimam margaritam natura infixerit, quomodo eam maris aqua in tam molli carne ſolidaverit. Quæ difficile apud reges inveniuntur, ea in littoribus quaſi vilia jacent vulgo, & in ſaxis aſperis & cautibus colliguntur. Aureum etiam vellus aqua nutrit, & lanam in memorati ſpeciem metalli gignunt littora cujus colorem nullus adhuc eorum qui fucis diverſis obducunt vellera, imitari potuit; adeo naturæ maritimæ gratiam humana implere neſcit induſtria. Scimus qua ſollicitudine vellera ovium etiam minus pretioſa curentur: ſint licet optima, nequaquam tamen his fucus innaſcitur. Hinc naturalis color eſt, quem nullus adhuc fucus æquavit: [c] hoc quoque piſcis eſt vellus. Sed & ipſi murices qui inſigne dant regium, ſunt maritimi. F

34. Et quæ pratorum gratia, vel hortorum amœnitas poteſt cærulei maris æquiparare picturam? Aurum licet in pratis flores refulgeant, auri quoque fulgorem in mari lana reſplendet: & illi cito marceſcunt, iſta diu duratura ſervatur. Lilia in hortis eminus nitent, vela in navibus: hic odor, illic ventus adſpirat. Quæ utilitas in folio? In navibus quanta commercia? Lilia ſuavitatem narium, vela hominum ſalutem invehunt. Adde piſces ſalientes, & delphinas ludentes: adde rauco ſonantes fluctus murmure: adjice currentes naves ad littora, vel de littoribus exeuntes. Et cùm è carceribus mittuntur quadrigæ, quanto ſtudio ſpectantium & amore certatur? Equus tamen in vanum currit, non in vanum navigia. Ille in vanum, quia vacuus: iſta ad utilitatem, quaſi plena frumenti. Quid iis gratius, quæ non verbere aguntur, ſed ventorum ſpiramine: ubi nemo refragatur, ſed omnes fautores ſunt: ubi nemo vincitur quicumque pervenerit, ſed omnes puppes quæ pervectæ fuerint, coronantur: ubi palma merces ſalutis, victoria pretium regreſſionis eſt. Quantum enim diſtat inter directos curſus ac reflexos? Iſti perpetuantur, hi reſolvuntur. Adjunge remigis contexta littora, quibus vexillum exeundi aura de cælo eſt. Itaque aurigæ plauſum inanem referunt: hi ſolvunt vota ſervati.

35. Quid de Jona dignum loquar, quem cetus excepit ad vitam, reddidit ad prophetandi gratiam? Emendavit aqua, quem terrena deflexerant: pſallebat in utero ceti, qui mœrebat in terris. Et ut utriuſque redemtio non præteriretur elementi, terrarum ſalus in mari ante præceſſit, quia ſignum Filii hominis ſignum Jonæ. Sicut iſte in utero ceti, ſic Jeſus in corde terræ. In utroque remedium; majus tamen in mari pietatis exemplum; quoniam exceperunt piſces, quem homines refutarunt, & quem homines crucifixerunt, piſces ſervarunt. Petrus quoque in mari titubat, ſed non labitur: & confeſſus in fluctibus, tamen negavit in terris. Itaque illic quaſi devotus manu apprehenditur: hic quaſi oblitus adſpectu cenſorio convenitur. Sed jam rogemus Dominum, ut ſermo noſter quaſi Jonas ejiciatur in terram, ne diutius in ſalo fluctuet. Et bene jam exivit cucurbita, quæ obumbret nos à malis noſtris: ſed & ipſa procedente ſole arefacta admonet requieſcendum, ne in

a. Mſſ. Ben. Carn. ac Germ. *Sicut enim viperæ os ſi quis calcaverit recens dumtaxat, gravius quam venenum nocere fertur.*
*. *Acta alta*, græce ἀκτὴ, littus ſecretum, & amœnum.

b. Mſſ. Ben. & Germ. *ſalubres corpori.* Carn. *corporibus* &c.
c. Sic omnes mſſ. ac vet. edit. Rom. vero, *pinnis eſt vellus.* Ex eo ſcilicet Baſil. καὶ τὸ χρυσοῦν ἔριον αἱ πίνναι τρέφουσι.

terra æſtuare incipiamus ingenio, & nobis etiam A verba deficiant. Certe plus nobis quam Ninivitis data eſt in aquis remiſſio peccatorum.

SERMO VIII.

CAPUT XII.

Fingit ſibi è memoria aves evolaſſe, ad quas orationem eleganter revocat. Auditores ſibi attentionem præbituros dicit, ſe autem illis brevitatem. Denique variarum avium ſuavitatem exoptat.

36. ET [a] cùm paululum conticuiſſet, iterum B ſermonem adorſus ait: Fugerat nos, fratres dilectiſſimi, neceſſaria de natura avium diſputatio, & ſermo hujuſmodi nobis cum ipſis avibus evolaverat. Fit enim natura quadam, ut hi qui aliquid intuentur, vel dicendo exprimere volunt, eorum qualitatem quæ vel intuentur vel loquuntur, adſumant; ut cum pigrioribus immoremur, & cum velocibus celeri rapiamur adſpectu, ſtylo quoque aut tardiore utamur aut rapido. Itaque cùm caveo ne mari demerſa prætereant, C & aquis operta me lateant, effugit omne volatile; quia dum inclinatus imos aquarum gurgites ſcrutor, aerios non reſpexi volatus; nec umbra ſaltem pennæ me præpetis reclinavit, quæ in aquis relucere potuit. Verum ubi omne negotium expeditum putavi, & abſolutum me credidi, & diem quintum conſummatum arbitratus ſum; venit in mentem avium natura, quæ cùm eunt cubitum, quaſi peracto lætæ munere æthera cantu mulcere conſuerunt: quod velut ſolem- D niter ſurgente & occidente die inſtaurare conſuerunt; ut decurſi vel adoriendi nocturni juxta ac diurni temporis laudes ſuo referant creatori. Magnum igitur incentivum excitandæ nobis devotionis amiſeram. Quis enim ſenſum hominis gerens non erubeſcat ſine pſalmorum celebritate diem claudere, cùm etiam minutiſſimæ aves ſolemni devotione & dulci carmine ortus dierum ac noctium proſequantur.

37. Redeat igitur nobis volaticus ſermo, qui E pene fuerat elapſus ex oculis, & aquilæ modo alta petens volatus ſuos obduxerat nubibus; niſi quia oculos abluti aqua dum de gurgite levamus ad cælum, ſpeculari vacuum aeris volatibus ferri, ad neceſſitatem ſtyli putavimus eſſe revocandum. Eritis vos judices, qui eſtis aucupes verbi, utrum conſultius evolaſſet, an utiliter in veſtra retia ſit relapſus. Nec vereor ne faſtidium nobis obrepat in volatibus requirendis, quod non obrepſit in gurgitibus perſcrutandis; F aut aliquis nobis in diſputatione obdormiat, cùm poſſit avium cantibus excitari. Sed profecto qui inter mutos piſces vigilaverit, non dubito quod inter canoras aves ſomnum ſentire non poſſit, cùm tali ad vigilandum gratia provocetur. Neque vero vile putetur, quod potuit præteriri, cùm ſit tertia pars in animantibus creaturæ. Tria enim genera animantium eſſe non dubium eſt, terrenum, volatile, aquatile. Denique ſic ſcriptum eſt: [b] *Producant aquæ reptilia animarum viventium ſecundùm genus, & volatilia volantia* A *ſuper terram ſecus firmamentum cæli ſecundùm genus.*

38. Revocamur ad ſuperiora ſicut obliviosi viatores, qui cum inconſulto prætererint, in ſua revertentes veſtigia incuriæ ſuæ [c] mulctam repetito itineris labore ſuſcipiunt. Eſt tamen etiam bonus viator, qui diſpendium regreſſionis reliqui itineris compendioſa celeritate compenſet, ut mihi faciendum arbitror; maxime cùm de avibus ſermo ſit, quæ ſolent oculos hominum B volatu properatiore perſtringere. Quid enim convenit iis immorari, in quibus celeritas placere conſuevit? Avius igitur atque inuſitatus in tali genere ſcriptionis ſermo noſter canoris avibus reſonet atque reſultet.

39. Sed unde mihi cygnea carmina, quæ etiam ſub gravi mortis imminentis terrore delectant? Unde mihi illos naturales modulos cantilenæ, quibus etiam paludes ſonoræ cantus edunt dulciſſimi ſuavitatem? Unde mihi vocem pſittaci, C dulcedinemque merularum? Utinam ſaltem luſcinia canat, quæ dormientem de ſomno excitet! Ea enim avis ſignare ſolet diei ſurgentis exortum, & effuſiorem diluculo deferre lætitiam. Tamen ſi illorum ſuavitas deeſt, ſunt gementes turtures, & raucæ columbæ, tum etiam cornix plena voce pluviam vocat. Unde rurale aviarium ſermone quo poſſumus, ſcientia quam nos ruſticani docuerunt, perſequamur.

CAPUT XIII. D

Exorſurus à volucribus aquaticis primum de halcyone diſſerit, & quanta ſit divina benignitas in eam avem exponens, nos ad exſpectandam à Deo opem hortatur. De avibus imbrium aut ventorum præſagis; deque fida anſerum cuſtodia.

40. ET quoniam de aquatilibus reptilibus diximus, arduum eſt ut ſubito ad aves cæli ſermo noſter aſcendat. Et ideo de iis avibus E prius dicamus, quæ circa aquas maris fluminumque verſantur, cum quibus poſſumus emergere. Itaque ab halcyone ſermonem adoriamur. Ea eſt avis maritima, quæ in littoribus fetus ſuos edere ſolet, ita ut in arenis ova deponat medio fere hyemis. Nam id temporis fovendis habet deputatum partubus, quando maxime inſurgit mare, littoribuſque vehementior fluctus illiditur, quo magis repentinæ placiditatis ſolemnitate avis hujus eluceret gratia. Namque ubi undoſum F fuerit mare, poſitis ovis ſubito miteſcit, & omnes cadunt ventorum procellæ, flatuſque aurarum quieſcunt, ac placidum ventis ſtat mare, donec ova foveat halcyone ſua. Septem autem dies fotus ſunt, quibus decurſis, educit pullos, fetuſque abſolvit: illico alios quoque ſeptem dies adjungit, quibus enutriat partus ſuos, donec incipiant adoleſcere. Nec mireris tam exiguum nutriendi tempus, cùm abſolutio fetuum tam paucorum dierum ſit. Tantam autem gratiam minuſcula avis divinitus indultam habet, ut hos quatuordecim dies nautici præſumtæ ſerenitatis

a. Omnes edit. *& cum paululum conticuiſſem . . . . aio.* Omnes mſſ. *conticuiſſet . . . . ait.* Utraque lectio probari poteſt: prima, quod Ambroſius epiſt. ad Orunt. hoc opus ſcripſiſſe ſe teſtificatur: altera, quod verba non Ambroſii ſed notarii eſſe contendunt alii, qui quorum opinio mſſ. conſenſu ſtabilitur.

b. Mſſ. undecim melioris notæ, *educant.* Supra tamen c. 1. & 2. ſicut & infra c. ſeq. conſtanter legas, *producant*

c. Mſſ. quinque, *multum repetiti itineris* (duo, *repetito itinere*) *laborem.* Tres, *multam repetitum itineris laborem.* Unus denique, *multa repetiti itineris diſpendia.*

obſervent,

obſervent, quos & halcyonidas vocant, quibus A nullos motus procelloſæ tempeſtatis horreſcant.

Luc. 12. 7. 41. *Nonne vos paſſeribus pluris eſtis?* Dominus ait. Si igitur avis minuſculæ contemplatione & inſurgit mare, & repente comprimitur, atque aſpera hyemis inter graves procellas tempeſtateſque ventorum detergit cæli nubila, fluctuſque componit elementis omnibus ſubito infuſa tranquillitas; quantum præſumere debeas ô homo ad imaginem Dei factus, agnoſcis; ſi tamen aviculæ iſtius fidem ſtudio devotionis imiteris. Illa B tempeſtates videns inſurgere, ſævire ventos, inter hyberni ſæva non revocatur, neque reflectitur, ſed impellitur. Denique in littore ſua ova conſtituit, ubi ea relabente fluctu madida adhuc arena ſuſcipiat: nec inſurgentes fluctus quos immurmurare atque allabi videt, reformidat.

42. Et ne putes quod ovorum videatur habere contemtum; continuo ubi depoſuerit ova, nidificat, & ſuo partus corpore fovet, nec ſaluti propriæ alluvione littoris pertimeſcit: ſed ſecu- C ra de Dei gratia, ventis ſe committit & fluctibus. Parum eſt hoc. Adjungit totidem alios ad nutriendum dies: nec interpellari tot diebus infidi maris tranquillitatem veretur, tentatque meritum ſuum naturæ jam ſolemnitate fundatum. Illa teneros fetus non latibulis aliquibus abſcondit aut tectis, nec includit cavernis, ſed nudo & rigenti committit ſolo; nec defendit à frigore, ſed divino fotu, quo magis cetera deſpiciat, tutiores fore exiſtimat. Quis noſtrum D parvulos ſuos non veſtimentis tegat, tectiſque abſcondat? Quis non claudat eos ſeptis cubiculorum? Quis non ita diligenter undique feneſtras obſtruat, ne qua poſſit aura vel leviter penetrare? Merito quos tam ſollicite induimus ac fovemus, exuimus eos clementiæ cæleſtis involucro: halcyone vero quos nudos projicit, eos divino veſtit indumento.

43. Nec vos prætéribo mergi, quibus ab aſſiduitate mergendi nomen hoc hæſit; quomodo E ſæpe mergentes aurarum ſigna colligitis, & prævidentes tempeſtatem futuram, propere medio revolatis ex æquore, & ad littorum tuta cum clamore contenditis. Quomodo etiam fulicæ [a] quæ maritimo delectamini profundo, refugientes quam præſenſeritis commotionem maris, in vado luditis. Ipſa ardea quæ paludibus inhærere conſuevit, notas deſerit ſedes, imbreſque formidans ſupra nubes volat; ut procellas nubium ſentire non poſſit. Conſideremus diverſas vo- F lucres maris, quemadmodum imminente ventorum motu ad tutiora & tunc temporis dulciora ſibi ſtagna ſe conferant, atque in abſcondito terrarum ſinu cognita ſibi alimenta rimentur.

44. Nocturnas autem anſerum quis non miretur excubias, qui vigilias ſuas etiam cantus aſſiduitate teſtantur? Denique eo etiam Romana Capitolia à Gallo hoſte ſervarunt. Merito illis debes Roma quod regnas. Dii tui dormiebant, & vigilabant anſeres. Ideo illis diebus anſeri ſacrificas, non Jovi. Cedunt enim dii veſtri anſeribus, à quibus ſe ſciunt eſſe defenſos, ne & ipſi ab hoſte caperentur.

CAPUT XIV.

Aves cum piſcibus multiplici cognatione conjungi; nullas tamen pedum officio carere. De variis variarum avium generibus ac differentiis.

45. Pulcre autem poſt deſcriptionem piſcium, de iis avibus quæ aſſuetæ ſunt aquis, ſermo ſucceſſit; quia & ipſæ ſimiliter uſu natandi & munere delectantur. Unde prima cognatio videtur avibus iſtis eſſe cum piſcibus; quoniam natandi communia quædam videntur utrique generi eſſe conſortia. Secunda quoque cognatio omnibus avibus & piſcibus eſt; eo quod volantis uſus ſpecies ſit natantis. Sicut enim aquam natando piſcis incidit, ita avis aerem volatu celeri ſecat. Atque utrique generi ſimiliter caudæ ſuppetit alarumque remigium, ut piſces ad priora ſe alis ſubrigant, atque ad ulteriora procedant, caudæ quoque gubernaculo vel quo velint ſe facile convertant, vel impetu quodam è regione iter ſuum dirigant. Aves quoque aeri volatibus ſuis velut aquis innatant, & quaſi quædam extendunt brachia, cauda quoque ſe vel ad ſuperiora ſubrigunt, vel ad inferiora demergunt. Unde quoniam in nonnullis idem uſus & ſpecies, ideo de aquis utriuſque generis nativitas divinâ præceptione proceſſit. Dixit enim Deus: *Producant aqua reptilia animarum viventium ſecundùm genus: & volatilia volantia ſuper terram ſecus firmamentum cæli ſecundùm genus.* Non immerito igitur quia de aquis genus utrumque producitur, natandi proprietas utriſque ſuppeditat.

46. Sane cùm & coluber lubricus omneſque ſerpentes (ideo enim ſerpenti nomen eſt inditum, quia non poſſunt ambulare, ſed ſerpere) dracones quoque ſimili modo ut piſces plerique ſine pedibus ſunt; nullum avium genus pedum officio caret, quia omnibus victus è terris; & ideo pedum munere fulciuntur, quia hujuſmodi ad eſcam quærendam indigent miniſterio. Itaque aliæ volucres unguibus armantur ad raptum, ut accipitres & aquilæ quæ rapinam venationis exercent: aliæ vel ad incedendum vel ad cibum ſibi parandum uſu miniſterioque utuntur accommodo.

47. Unum autem nomen avium, ſed genera diverſa; quæ quis poſſit memoria aut cognitione comprehendere? Sunt itaque aves quæ carne veſcuntur. Ideo his ungues aſperi, curvatum atque acutum os, velox volatus; quoniam raptu vivunt, ut poſſint facile corripere prædam quam ſequuntur, propere vel ore vel unguibus eviſcerare. Sunt etiam aves, quæ reperto paſcuntur ſemine: aliæ diverſo & fortuito cibo. Eſt etiam diverſitas copularum, quarum gratia carent, [b] quæ intendunt rapinis. Nam propter aviditatem prædandi, vel propter inſidias explo-

a. Ita edit. Era. & ſeq. cum paucis mſſ. Edit. autem Am. & mſſ. multi bonique, *qua maritimo delectantur profundo.* Verum ſi lectio hæc placeat, ſcribendum erit per parentheſim (*quomodo etiam fulica, qua maritimo delectantur profundo*) & quæ ſequuntur ad mergos referenda. Mſſ. duo legunt, *maritimo delectata profundo.*

b. Ita mſſ. undecim, & edit. quædam Pariſ. Aliquot alii mſſ. & reliquæ edit. *carent fera, qua.* Can. *carent fere.* Rem. *carent facile* &c.

randi nec ipſis inter ſe convenit ; & ideo decli- A nant ſui copulam. Refugit enim avaritia conſortium plurimorum. Deinde conjunctio plurimorum facile ipſa ſe proderet. His ergo avibus nihil eſt copulatorium præter jugale conſortium. Ergo aquilis accipitribuſque hic uſus eſt vitæ. Contra vero palumbes, grues, ſturni, corvi atque cornices, etiam turdi gaudent plurimorum connexione.

48. Alia quoque avium genera [*] enchoria quæ manent in locis ſemper : alia adventitia B quæ obeunt regiones alias, & peracta hyeme revertuntur : ſunt alia quæ hyeme redeunt, æſtate peregrinantur à nobis ; ſive quod alia hyemis tempore ad calidiora ſe conferant ; ſive quod pleraque rurſus æſtatem in iis locis exigant, quæ amœniora noverunt. Turdi denique autumni fine, hyemis confinio, quaſi exacta æſtate ſe referunt. Quibus nos inhoſpitali immanitate molimur inſidias, & diverſo genere nunc inſida ſede decipere, nunc viſco eos fallere, nunc la- C queis captare contendimus. Ciconiæ reditus vexillum veris attollit. Grues quia alta petunt, amant frequenter peregrinari.

49. Aliæ aves ad manum ſe ſubjiciunt, & menſæ herili aſſueſcunt, tactuque mulcentur : aliæ formidant : aliæ iiſdem quibus homines domiciliis delectantur : aliæ ſecretam in deſertis vitam diligunt, quæ requirendi ſibi victus difficultatem libertatis amore compenſant. Aliæ vocibus tantum ſtrepunt : aliæ canoro delectant D ſuavique modulamine. Quædam ex natura, aliæ ex inſtitutione diverſarum vocum obloquuntur diſcrimina ; ut hominem putes locutum, cùm locuta ſit avis. Quam dulcis merularum, quam expreſſa vox pſittaci eſt ? Sunt etiam aliæ ſimplices, ut columbæ : aliæ aſtutæ, ut perdices : gallus jactantior, pavus ſpecioſior. Sunt etiam vitæ in avibus & operum diverſitates ; ut aliæ ament in commune conſulere, & collatis viribus velut quamdam curare rempublicam, & E tamquam ſub rege vivere : aliæ ſibi quæque proſpicere, imperium recuſare, & ſi capiantur, indigno velint exire ſervitio.

CAPUT XV.

De gruibus, atque earum vigilantia in cuſtodiis, nec non de ordine ab iiſdem inter volandum ſervato. Et hac occaſione de priſca reipublica ſtatu, humanaque incuria cauſis. F

50. AB iis igitur ordiamur, quæ noſtro uſui ſe imitationem dederunt. In illis enim politia quædam & militia naturalis, in nobis coacta atque ſervilis. Quam injuſſo & voluntario uſu grues in nocte ſollicitam exercent cuſtodiam ! Diſpoſitos vigiles cernas ; & ceteris conſortibus quieſcentibus, aliæ circumeunt & explorant, ne qua ex parte inſidiæ tendantur, atque omnem deferunt impigro ſui vigore tutelam. Poſt ubi vigiliarum fuerit tempus impletum, perfuncta munere in ſomnum ſe præmiſſo clangore componit, ut excitet dormientem, cui vicem muneris traditura eſt. At illa volens ſuſcipit ſortem, nec uſu noſtro invita & pigrior ſomno renuntiat : ſed impigre ſuis excutitur ſtratis, vicem exequitur, & quam accepit gratiam pari cura atque officio repræſentat. Ideo nulla deſertio, quia devotio naturalis : ideo tuta cuſtodia, quia voluntas libera.

51. Hunc etiam volantes ordinem ſervant, & hac moderatione omnem laborem allevant ; ut per vices fungantur ductus ſui munere. Præcedit enim una ceteras præſtituto ſibi tempore, & quaſi [a] ante ſigna præcurrit : deinde convertitur, & ſequenti ſortem ducendi agminis cedit. Quid hoc pulcrius, & laborem omnibus & honorem eſſe communem, nec paucis arrogari potentiam, ſed quadam in omnes voluntaria ſorte transferri ?

52. Antiquæ hoc reipublicæ munus, & inſtar liberæ civitatis eſt. Sic ab initio [b] acceptam à natura, exemplo avium politiam homines exercere cœperunt ; ut communis eſſet labor, communis dignitas, per vices ſinguli partiri curas diſcerent, obſequia imperiaque dividerent, nemo eſſet honoris exſors, nullus immunis laboris. Hic erat pulcherrimus rerum ſtatus, nec inſoleſcebat quiſquam perpetua poteſtate, nec diuturno ſervitio frangebatur ; quia & ſine invidia erat ordine muneris & temporis moderatione delata promotio ; & tolerabilior videbatur, [c] quæ communi cadebat ſorte cuſtodia. Nemo audebat alium ſervitio premere, cujus ſibi ſucceſſuri in honorem mutua forent ſubeunda faſtidia : nemini labor gravis, quem dignitas ſecutura relevaret. Sed poſtquam dominandi libido vindicare cœpit indebitas, & indeptas nolle deponere poteſtates : poſteaquam militiæ non jus commune cœpit eſſe, ſed ſervitus : poſteaquam non ordo factus eſt ſuſcipiendæ potentiæ, ſed ſtudium vindicandæ, cœpit etiam ipſa laboris functio durius ſuſtineri ; & quæ non eſt voluntaria, cito locum relinquit incuriæ. Homines quam inviti ſubeunt vigiliarum munia, quam ægre unuſquiſque in caſtris periculum ſortitus excubat, quod tuendum ſibi regali præceptione committitur ! Proponitur pœna deſidiæ ; & tamen plerumque obrepit incuria, non ſervantur excubiæ. Neceſſitas enim quæ invito imponit obſequium, affert plerumque faſtidium. Nihil eſt enim tam facile, quin habeat difficultatem, quod facias invitus. Ergo & jugis labor avertit affectum, & continua & diuturna potentia gignit inſolentiam. Quem invenias hominum, qui ſponte deponat imperium, & ducatus ſui cedat inſigne, fiatque volens numero poſtremus ex primo ? Nos autem non ſolum de primo, ſed etiam de medio ſæpe contendimus, & primos diſcubitus in convivio vindicamus : ac ſi ſemel delatum fuerit, volumus eſſe perpetuum. Ideo inter grues æquanimitas in laboribus eſt, humilitas in poteſtatibus. Admonentur ut exerceant cuſtodiæ vices, non admonentur

[*]. *Enchoria* græcè ἐγχώρια aves indigenæ & noſtrates.

a. Gronovius ait ſcribendum, *ante ſigna procurrit . . . . Antiqua hæc republica munus, & inſtar liberæ civitatis eſt.* Sed id nulla ullius mſ. auctoritate confirmatur. Vict. unus ac Corb. per corr. habent *anteſignanus*. Gem. etiam per corr. *anteſignana*.

b. Mſſ aliquot antiquæ manus, *acceptam natura, exemplo, avibus politiam . . . . cœperant*.

c. Tres mſſ. non malæ notæ, *qua communicabat ſortem cuſtodia*.

ut de poteſtate decedant; quia ibi naturalis quies ſomni interpellanda, hic voluntariæ ſedulitatis gratia præſtanda eſt.

CAPUT XVI.

Quomodo ciconiæ proficiſcantur, atque à cornicibus deducantur ac defendantur. Laudatur earumdem cornicum hoſpitalitas, & humana reprehenditur negligentia. Tandem ciconiarum pietati in parentes noſtra impietas opponitur.

53. Ciconias ferunt collecto proficiſci agmine, ſi quo pergendum putant, & ſimul pleriſque circa Orientem locis iuvehi, & quaſi teſſera militari pariter omnes moveri. Exercitum credas cum ſignis ſuis pergere, ſic omnes viandi comitandique & præeundi ordinem ſervant. Cornices autem deducunt eas ac dirigunt, & velut quibuſdam turmis ſtipatricibus proſequuntur; adeo ut adjumenta quædam bellantibus adverſus inimicas aves conferre credantur, & propriis periculis bella aliena ſuſcipere. Cujus rei indicium eſt; quia nullæ per intervallum aliquod temporis reſidere in iis locis reperiuntur; & quia cum vulneribus revertentes manifeſta quadam ſanguinis ſui voce ceteriſque loquuntur indiciis gravium ſe certaminum ſubiiſſe conflictum. Quis igitur illis pœnam deſertionis indixit? Quis derelictæ militiæ ſupplicia præſcripſit formidoloſa; ut nulla proſequendis hoſpitalibus turmis ſe ſe ſubtrahere nitatur: ſed certatim omnes deductionis munere officioque fungantur?

54. Diſcant homines hoſpitalia ſervare jura, & ex avibus cognoſcant quid religionis hoſpitibus ſit deferendum, quæ obſequia deputanda, quibus cornices etiam pericula ſua negare non ſoleant. His igitur nos januas claudimus, quibus aves etiam animas ſuas conferunt; & quos illæ conſortio proſequuntur diſcriminis, eos tecti prohibemus hoſpitio; & quorum illæ bella ſuſcipiunt, his nos bella frequenter inferimus. Mentior, ſi non Sodomitanis hæc fuit cauſa ſupplicii: aut Ægyptius furor genti hoſpitæ dum bellum conatur inferre, inhoſpitalitatis pœnas infidæ naufragio plebis exſolvit.

55. Quam vero rationabilium non excedat pietatem ac prudentiam avis hujus clementia conſiderandum, quam nec poſt exemplum quidem irrationabilium quiſquam noſtrum imitari potuerit. Nam * depoſiti patris artus per longævum ſenectutis plumarum tegmine alarumque remigio nudatos circumſtans ſoboles pennis propriis fovet. Et quid dicam, collatitio cibo paſcit, quando etiam ipſa reparat naturæ diſpendia, ut hinc atque inde ſublevantes ſenem fulcro alarum ſuarum ad volandum exerceant, & in priſtinos uſus deſueta jam revocent pii patris membra? Quis noſtrum levare ægrum non faſtidiat patrem? Quis feſſum ſenem ſuis humeris imponat, quod in ipſa hiſtoria vix credibile habetur? Quis ut pius ſit, non hoc ſervulis mandet obſequium? At vero avibus non eſt grave, quod pietatis eſt plenum: non eſt oneroſum, quod ſolvitur naturæ debito. Non recuſant aves paſcere patrem, quod etiam præſcripta neceſſitate ſub terrore pœnarum plerique hominum recuſarunt. Aves non ſcripta, ſed nata lex ſtringit. Aves ad hoc munus a nulla præcepta conveniunt, ſed gratiæ naturalis officia. Aves non erubeſcunt reverendi ſenis membra portare; eſt enim vectura pietatis, quod eo uſque frequenti teſtificatione percrebuit, ut congruæ mercedem remunerationis invenerit. Nam Romanorum uſu pia avis vocatur. Et quod vix uni imperatori conſulto ſenatus delatum dicitur, hoc iſtæ aves in commune meruerunt. Habent ergo aves iſtæ decreta patrum ad propriæ inſigne clementiæ. Pios enim filios patrum prius oportuit judicio prædicari. Habent etiam univerſorum ſuffragia; nam retributio beneficiorum ἀντιπελάργησις nominatur; πελαργὸς enim ciconia dicitur. Virtus itaque ab his nomen accepit, cùm relatio gratiarum ciconiæ vocabulo nuncupatur.

CAPUT XVII.

De hirundinis ſedulitate, induſtria & pietate in filios. De paupertate ipſius qua hominis in egeſtate poſiti impatientia, improbitas & deſperatio arguuntur.

56. Habemus aviariæ ſobolis erga cultus patrios pietatis exemplum: accipiamus nunc maternæ ſedulitatis in filios grande documentum. Hirundo minuſcula corpore, ſed egregie pio ſublimis affectu, quæ indiga rerum omnium pretioſiores auro nidos ſtruit; quia ſapienter nidificat. Nidus enim ſapientiæ potior eſt auro. Quid enim ſapientius, quam ut & volandi vaga libertate potiatur, & hominum domiciliis parvulos ſuos & tecto commendet, ubi ſobolem nullus incurſet? Nam & illud eſt pulcrum; ut à primo ortu pullos ſuos humanæ uſu converſationis aſſueſcat, & præſtet ab inimicarum avium inſidiis tutiores. Tum illud præclarum, qua gratia domos ſibi ſine ullo adjutore tamquam artis perita componat. Legit enim feſtucas ore, eaſque luto illinit, ut conglutinare poſſit. Sed quia lutum pedibus non poteſt deferre, ſummitatem pennarum aquæ infundit; ut facile his pulvis adhæreat, & fiat limus quo paulatim feſtucas vel minutos ſurculos ſibi colligat, atque adhærere faciat: eo genere nidi totius fabricam ſtruit; ut quaſi pavimenti ſolo pulli ejus intra ædes ſuas ſine offenſione verſentur, nec pedem aliquis interſerat per rimulas texturarum, aut teneris frigus irrepat.

57. Sed hoc induſtriæ officium prope commune multis avibus: illud vero ſingulare, in quo eſt præclara cura pietatis, & prudentis intellectus & cognitionis inſigne, tum quædam medicæ artis peritia; quod ſi qua pulli ejus fuerint cæcitate ſuffoſſi oculos ſive compuncti, habet quoddam medendi genus, quo poſſit eorum lumina intercepto uſui reformare. Nemo igitur de inopia queratur, quod vacuas pecuniæ proprias ædes reliquerit. Pauperior eſt hirundo,

* *Depoſiti*, id eſt, *deſperati*, juxta illud Æneid. 12. *Ille, ut depoſiti proferret fata parentis.*

a. Edit. & nonnulli mſſ. *nullo præcepto conveniunt, ſed gratia naturalis officio.* Mſſ. plures potioreſque, *nulla præcepta . . . . officia.*

quæ vacua æris abundat induſtria. Ædificat, nec impendit: tecta attollit, & nihil aufert proximo; nec indigentia & paupertate ad nocendum aliis compellitur; nec in gravi filiorum imbecillitate deſperat. Nos vero & paupertas afficit, & inopiæ neceſſitas vexat, & pleroſque indigentia cogit in flagitium, impellit in crimen. Lucri quoque ſtudio in fraudes verſamus ingenium, aptamus affectum, atque in graviſſimis paſſionibus ſpem deponimus, fractique animo reſolvimur, improvidi & inertes jacemus; cùm de divina miſeratione tunc ſperandum amplius ſit, cùm præſidia humana defecerint.

CAPUT XVIII.

Amorem in filios à cornicibus homines edoceri, eorumque damnari impietatem. Accipitres & aquilas inclementiæ neutiquam accuſandos; ſed fulicam quæ abdicatum aquilæ pullum nutrit, commendandam.

58. DIſcant homines amare filios ex uſu & pietate cornicum, quæ etiam volantes filios comitatu ſedulo proſequuntur; & ſollicitæ ne teneri forte deficiant, cibum ſuggerunt, ac plurimo temporis nutriendi officia non relinquunt. At vero feminæ noſtri generis cito ablactant etiam illos quos diligunt: aut ſi ditiores ſunt, lactare faſtidiunt. [a] Pauperiores vero abjiciunt parvulos, & exponunt, & deprehenſos abnegant. Ipſæ quoque divites, ne per plures ſuum patrimonium dividatur, in utero proprios necant fetus, & parricidalibus ſuccis in ipſo genitali alvo pignora ſui ventris extinguunt, priuſque aufertur vita, quam tradatur. Quis docuit niſi homo filios abdicari? Quis reperit tam immitia patrum jura? Quis inter naturæ fraterna conſortia fratres impares fecit? Unius divitis filii diverſa ſorte cæduntur. Alius totius paternæ ſortis adſcriptionibus inundatur: alius opulentæ hereditatis patriæ deplorat exhauſtam atque inopem portionem. Numquid natura diviſit merita filiorum? Ex pari omnibus tribuit, quod ad naſcendi atque vivendi poſſint habere ſubſtantiam. Ipſa vos doceat non diſcernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquaſtis. Etenim quibus dediſtis communiter eſſe quod nati ſunt, non debetis his, ut id communiter habeant in quod à natura ſubſtituti ſunt, invidere.

59. Accipitres feruntur in eo duram adverſum proprios fetus habere inclementiam, quod ubi eos adverterint tentare volatus primordia, nidis ejiciunt ſuis, continuoque eliminant; ac ſi morentur, propulſant pennis atque præcipitant, verberant alis, coguntque audere quod trepidant; nec ullum poſtea deferunt his munus alimoniæ. Quid mirum tamen ſi rapere aſſueti nutrire faſtidiunt? Conſideremus ad hoc eos eſſe generatos, ut etiam aves ad cavendum formido exerceat; ne paſſim curas relaxent, ſed pericula prædonibus declinanda proſpiciant. Deinde cùm his naturâ quadam prædandi munus inoleverit, magis à tenero pullos ſuos inſtituere videntur ad prædam, quam paſtus abdicare compendiis. Cavent ne in tenera ætate pigreſcant, ne ſolvantur deliciis, ne marceſcant otio, ne diſcant cibum magis exſpectare quam quærere, ne naturæ ſuæ deponant vigorem. Intermittunt ſtudia nutriendi, ut in uſus rapiendi audere compellant.

60. Aquila quoque plurimo ſermone uſurpatur quod ſuos abdicet fetus, ſed non utrumque, verùm unum ex pullis duobus. Quod aliqui fieri putaverunt geminandorum alimentorum faſtidio. Sed id non arbitror facile credendum, præſertim cum Moyſes tantum teſtimonium pietatis in pullos ſuos huic dederit avi, ut diceret: *Sicut aquila protegit nidum ſuum*, [b] *& ſuper pullos ſuos confidit & expandit alas ſuas; & adſumſit eos, & ſuſcepit ſuper ſcapulas ſuas. Dominus ſolus ducebat eos.* Deut. 32. 11. b Quomodo ergo expandit alas, ſi occiderit alterum? Unde puto non avaritia nutriendi eam inclementem fieri, ſed examine judicandi. Semper enim fertur probare quos genuit; ne generis ſui inter omnes aves quoddam regale faſtigium degeneris partus deformitas decoloret. Itaque adſeritur quod pullos ſuos radiis ſolis objiciat, atque in aeris medio parvulos ungue ſuſpendat; ac ſi quis repercuſſo ſolis lumine, intrepidam oculorum aciem inoffenſo tuendi vigore ſervaverit, is probatur, quod veritatem naturæ ſinceri obtutus conſtantiâ demonſtraverit: ſin vero lumina ſua præſtrictus radio ſolis inflexerit, quaſi degener & tanta indignus parente rejicitur; nec æſtimatur educatione dignus, qui fuit indignus ſuſceptione. Non ergo eum acerbitate naturæ, ſed judicii integritate condemnat; nec quaſi ſuum abdicat, ſed quaſi alienum recuſat.

61. Hanc tamen, ut quibuſdam videtur, regalis avis inclementiam plebeiæ avis excuſat clementia. Avis enim cui fulica nomen eſt, quæ græce dicitur φήνη, ſuſceptum illum, ſive abdicatum, ſive non agnitum aquilæ pullum cum ſua prole connectit; atque intermiſcens ſuis, eodem quo proprios fetus maternæ ſedulitatis officio & pari nutrimentorum ſubminiſtratione paſcit & nutrit. Ergo φήνη alienos nutrit: nos vero noſtros immiti crudelitate projicimus. Aquila vero ſi projicit, non quaſi ſuum projicit, ſed quaſi degenerem non recognoſcit: nos, quod pejus eſt, quos noſtros recognoſcimus, abdicamus.

CAPUT XIX.

Laudatur ob viduitatem turtur, & hoc nomine mulieribus anteponitur etiam chriſtianis.

62. SEd veniamus ad turturem, quam lex Dei velut caſtæ hoſtiæ munus elegit. Denique Levit. 12. 8 cùm [c] Dominus circumcideretur, oblata eſt; quia c ſcriptum eſt in lege Domini, ut darent hoſtiam par turturum, aut duos pullos columbarum. Luc. 2. 24. Hoc eſt enim verum Chriſti ſacrificium pudicitia corporalis, & gratia ſpiritalis. Pudicitia ad turturem refertur, ad columbam gratia. Fertur etenim turtur ubi jugalis proprii fuerit amiſſio-

a. Mſſ. quatuor, *Pauper queritur quod pecunia propria ſedes reliquerit. Pauperiores vero &c.*

b. Rom. edit. *& ſuper pullos ſuos concupivit.* Cod. Vat. . . . *confidit.*
c. Germ. codex, *Dominus in templo offerretur &c.*

A ne viduata [a], pertæſum thalamos, & nomen habere conjugii; eo quod primus amor fefellerit eam dilecti morte deceptam, quoniam & infidelis ad perpetuitatem fuit, & amarus ad gratiam, qui plus doloris ex morte, quam ſuavitatis ex caritate generaverit. Itaque iterare conjunctionem recuſat, nec pudoris jura aut complaciti viri reſolvit fœdera, illi ſoli ſuam caritatem reſervat, illi cuſtodit nomen uxoris. Diſcite mulieres quanta ſit viduitatis gratia, quæ etiam in avibus prædicatur.

63. Quis igitur has leges turturi dedit? Si hominem quæro, non invenio. Homo enim nullus eſt auſus, quando nec Paulus auſus eſt leges tenendæ viduitatis præſcribere. Denique ipſe ait: *Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullam occaſionem dare adverſario.* (1. Tim. 5. 14.) Et alibi: *Bonum eſt illis ſi ſic permaneant: quod ſi ſe non continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quam uri.* (1. Cor. 7. 8.) Optat Paulus in mulieribus, quod in turturibus perſeverat. Et alibi juniores hortatur, ut nubant; quia mulieres noſtræ turturum pudicitiam implere vix poſſunt. Ergo turturibus Deus hunc infudit affectum, hanc virtutem continentiæ dedit, qui ſolus poteſt præſcribere quod omnes ſequantur. Turtur non uritur flore juventutis, non tentatur occaſionis illecebrâ: turtur neſcit primam fidem irritam facere, quia novit caſtimoniam ſervare [b] prima connubii ſorte promiſſam.

CAPUT XX.

Vultures quæ ſine maris copula gignere dicuntur, virginei partus poſſibilitatem adſtruere.

64. Diximus de viduitate avium, eamque ab illis primum exortam eſſe virtutem: nunc de integritate dicamus, quæ in pluribus quidem avibus ita eſſe aſſeveratur, ut poſſit etiam in vulturibus deprehendi. Negantur enim vultures indulgere concubitu, & conjugali quodam uſu nuptialiſque copulæ ſorte miſceri, atque ita ſine ullo maſculorum concipere ſemine, & ſine conjunctione generare, natoſque ex his in multam ætatem longævitate procedere, ut uſque ad centum annos vitæ eorum ſeries producatur, nec facile eos anguſti ævi finis excipiat.

65. Quid aiunt, qui ſolent noſtra ridere myſteria, cùm audiunt quod virgo generavit, & impoſſibilem innuptæ, cujus pudorem nulla viri conſuetudo temeraſſet, exiſtimant partum? Impoſſibile putatur in Dei matre, quod in vulturibus poſſibile non negatur? Avis ſine maſculo parit, & nullus refellit: & quia deſponſata viro Maria virgo peperit, [c] pudori ejus faciunt quæſtionem. Nonne advertimus quod Dominus ex ipſa natura plurima exempla ante præmiſit, quibus ſuſceptæ incarnationis decorem probaret, & adſtrueret veritatem?

CAPUT XXI.

De avibus ſub quadam reipublica forma conſtitutis. Ubi præcipue de apibus, deque earum mirabili natura in prolis generatione, in regis inſtitutione ac fide erga illum, in conſtructione favorum, collectione mellis, nec non ejus utilitate &c.

66. Nunc age, quæ aves velut quamdam rempublicam curare videantur expediam, atque vitæ hujus ætatem agere ſub legibus. Hic enim reipublicæ uſus eſt leges omnibus eſſe communes, atque obſervari eas devotione communi. Uno omnes teneri vinculo: non alteri jus eſſe, quod alius ſibi intelligat non licere; ſed quod liceat, licere omnibus; & quod non liceat, omnibus non licere. Eſſe etiam communem reverentiam patrum, quorum conſilio reſpublica gubernetur, commune omnibus urbis domicilium, commune converſationis officium, unum præſcriptum omnibus, unum eſſe conſilium.

67. Magna hæc, ſed quanto in apibus præſtantiora, quæ ſolæ in omni genere animantium communem omnibus ſobolem habent, unam omnes incolunt manſionem, unius patriæ clauduntur limine, in commune omnibus labor, communis cibus, communis operatio, communis uſus & fructus eſt, communis volatus. Quid plura? Communis omnibus generatio, integritas quoque corporis virginalis omnibus communis & partus; quoniam neque inter ſe ullo concubitu miſcentur, nec libidine reſolvuntur, nec partus quatiuntur doloribus, & ſubito maximum filiorum examen emittunt, è foliis & herbis ore ſuo prolem legentes.

68. Ipſæ ſibi regem ordinant, ipſæ ſibi populos creant; & licet poſitæ ſub rege, ſunt tamen liberæ. Nam & prærogativam judicii tenent, & fidæ devotionis affectum; quia & tamquam à ſe ſubſtitutum diligunt, & tanto honorant examine. Rex autem non ſorte ducitur; quia in ſorte eventus eſt, non judicium, & ſæpe irrationabili caſu ſortis melioribus ultimus quiſque præfertur: neque imperitæ multitudinis vulgari clamore ſignatur, quæ non merita virtutis expendit, nec publicæ utilitatis emolumenta rimatur, ſed mobilitatis nutat incerto: neque privilegio ſucceſſionis & generis regalibus thronis inſidet; ſiquidem ignarus publicæ converſationis, cautus atque eruditus eſſe non poterit. Adde adulationes atque delicias, quæ teneris inolitæ ætatibus vel acre ingenium enervare conſueverunt; tum inſtitutiones ſpadonum, quorum plerique ſuo magis quæſtui, quam uſui publico animum regis inclinant. Apibus autem rex naturæ claris formatur inſignibus; ut magnitudine corporis præſtet & ſpecie; tum quod in rege præcipuum eſt, motum manſuetudine. Nam etſi habet aculeum, tamen eo non utitur ad vindicandum. Sunt enim leges naturæ non ſcriptæ litteris, ſed impreſſæ moribus; ut leniores ſint ad puniendum, qui ma-

a. Edit. nonnullæ Pariſ. *pertæſum thalamos & nomen habet conjugii ultimi* .... *quod nomen habet conjugii*. Vet. omnes ... *& nomen habere conjugii*. Mſſ. Vict. unus & Colb. *pertæſa thalamos* &c. Cæn. ac Vict. alter *pertæſum uſum thalami* &c. Melius alii qui vet. edit. conſentiunt. Eſt enim hoc loco ſyllepſis, quæ ſuppleri poteſt in hunc modum, ferunt turturem exoſum negotium habere thalamos &c.

b. Mſſ. aliquot & edit. vet. *prima connubii ſorte prætermiſſa*.

c. Edit. omnes, *pudoris ejus*. Latinus, *pudoris ei*. Melius mſſ. *pudori ejus*.

xima poteſtate potiuntur. Sed & apes illæ quæ A non obtemperaverint legibus regis pœnitenti condemnatione ſe moltant; ut immoriantur aculei ſui vulnere. Quod Perſarum populi hodieque ſervare dicuntur; ut pro commiſſi pretio ipſi in
a ſe propriæ mortis exequantur ſententiam. [a] Itaque nulli ſic regem, non Perſæ qui graviſſimas in ſubditos habent leges, non Indi, non populi Sarmatarum tanta quanta apes reverentia devotionis obſervant; ut nullæ è domibus exire audeant, non in aliquos prodire paſtus, niſi rex fuerit pri- B mo egreſſus, & volatus ſibi vindicaverit principatum.

69. Proceſſus autem eſt per rura redolentia, ubi inhalantes horti floribus, ubi fugiens rivus per gramina, ubi amœna riparum: illic ludus alacris juventutis, illic campeſtre exercitium, illic curarum remiſſio. Opus ipſum ſuave, de floribus, de herbis dulcibus fundamina caſtrorum prima ponuntur. Quid enim aliud eſt favus, niſi quædam caſtrorum ſpecies? Denique ab his C præſepibus apum fucus arcetur. Quæ caſtra quadrata tantum poſſunt habere artis & gratiæ, quantum habent crates favorum, in quibus minutæ ac rotundæ cellulæ connexione ſui invicem fulciuntur? Quis architectus eas docuit hexagonia illa cellularum indiſcretâ laterum æqualitate componere, ac tenues inter domorum ſepta ceras ſuſpendere, ſtipare mella, & intexta floribus horrea nectare quodam diſtendere? Cernas omnes certare de munere, alias invigilare D quærendo victum, alias ſollicitam caſtris adhibere cuſtodiam, alias futuros explorare imbres, & ſpeculari concurſus nubium, alias de floribus ceras fingere, alias rorem infuſum floribus ore colligere; nullam tamen alienis inſidiari laboribus, & rapto vitam quærere: atque utinam raptorum inſidias non timerent. Habent tamen ſpicula ſua, & inter mella fundunt venenum, ſi fuerint laceſſitæ, animaſque ponunt in vulnere ardore vindictæ. Ergo medus caſtrorum vallibus E humor ille roris infunditur, paulatimque proceſſu temporis in mella cogitur, cùm fuerit liquidus ab exordio, & coalitu ceræ, florumque odore fragrare mellis incipit ſuavitatem.

70. Merito quaſi bonam operariam Scriptura
Prov. 6. 8. apem prædicat dicens: *Vade ad apem, & vide quomodo operaria eſt. Operationem quoque quàm ve-*
b *nerabilem* [b] *mercatur, cujus laborem reges & medio-*
cres ad ſalutem ſumunt. Appetibilis enim eſt omni- F
c *bus &* [c] *clara.* Audis quid dicat Propheta? Mittit utique te ut apiculæ illius ſequaris exemplum, imiteris operationem. Vides quam laborioſa, quam grata ſit. Fructus ejus ab omnibus deſideratur, & quæritur, nec pro perſonarum diverſitate diſcernitur: ſed indiſcretâ ſui gratiâ regibus pariter ac mediocribus æquali ſuavitate dulceſſit. Nec ſolum voluptati, ſed etiam ſaluti eſt: fauces obdulcat, & curat vulnera, internis quoque medicamentum infundit ulceribus. Itaque A cùm ſit infirma robore apis, valida eſt vigore ſapientiæ, & amore virtutis.

71. Denique regem ſuum ſumma protectione defendunt, & perire pro eo pulcrum putant. Incolumi rege neſciunt mutare judicium, mentem inflectere: amiſſo, fidem ſervandi muneris derelinquunt, atque ipſæ ſua mella diripiunt; quod is qui principatum habuit muneris, interemtus eſt.

72. Itaque cum aves aliæ vix ui anno edant ſingulos fetus, apes geminos creant, & duplici B ceteris fœcunditate præponderant.

CAPUT XXII.

Volatilia cur dicuntur volantia ſuper terram ſecus firmamentum cæli. *Atque ibidem de ea quæ obſervatur in avibus, corporis diverſitate. Poſtremo nonnulla de cygno & cicada ſubjunguntur.*

73. CONſideremos nunc quid ſit, quod ait: *Producant aquæ reptilia animarum viven-* C *tiam ſecundum genus, & volatilia volantia ſuper terram ſecundùm genus ſecus firmamentum cæli.* Cur *ſuper terram* dixerit, certum eſt; quia victum de terra quærunt. *Secus firmamentum* autem *cæli* quomodo, cùm aquilæ ultra ceteras aves volent, & tamen ipſæ non ſecus firmamentum cæli? Sed quia græce οὐρανὸς dicitur, quod latine cælum appellamus: οὐρανὸς autem ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι, id eſt, à videndo, ideo quod aer perſpicuus ſit, & ad videndum purior, in aere volitantia genera dixit D animantium. Et ne moveat quod ait, *ſecus firmamentum cæli*, non proprie firmamentum hìc poſuit, ſed abuſive; eo quod comparatione ætherei illius corporis etiam iſte aer quem poſſumus oculis comprehendere, quaſi craſſior & denſior vicem habeat firmamenti.

74. Nunc quia diximus quam naturam habeant & gratiam, & ea pauca de multis; neque enim vacat univerſa deſcribere, cùm ſint ſimilia atque ejuſdem generis; tamen aves ipſæ quam E inter ſe diverſitatem habeant conſideremus. Invenimus enim cornicis pedes velut quibuſdam digitis diſtantibus ſeparatos atque diviſos, corvorum quoque atque pullorum aliter etiam formatos à natura pedes, avium quæ carne veſcuntur, cernimus quaſi incurvos atque ſinuatos, ac velut ad prædam paratos. Eæ vero quæ natandi habent uſum & conſuetudinem, latos habent pedes, & membrana quadam illos digitos pe- F dum ſibi copulatos atque conjunctos. In quo admirabilis patet ratio naturæ; ut & illæ ad volandum vel ad rapiendum cibum uſu accommodo fulciantur, & iſtæ ad natandum adjumenta habeant competentia, quo melius aquis poſſint ſupernatare, & quaſi remis quibuſdam, ita pedibus ſuis membranæ illius extenſione latioribus aquarum fluenta propulſent.

75. Cygnus quoque cur proceriore collo utatur in promtu eſt; ut quia eſt paululum ſegnior corpore, nec facile poteſt aquarum inferiora pe-

a. Vet. edit. *Itaque nulli ſicut reges Perſarum tam graviſſimas ... tantam, quantam apes.* Mſſ aliquot, *itaque nulli ſic regem non perſequi* vel *proſequi* .. *tantam, quantam* Sed ſcribarum error eſt, quem alii & Rom. edit. reſtituunt. Ceterum illud è l. 4. Georg. voluit vir ſanctus imitari.

Præterea regem non ſic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes
Obſervant.

b. Rom. edit. *venerabilem facit* Nempe ſecuta LXX. Interp ſecundùm codicem Vaticanum & Florentinum, ubi legitur, ποιεῖ τα Aliæ edit. & omnes mſſ. .... *mercatur*; ſecundùm Venetum codicem, ubi, ἐμπορεύεται

c. Quatuor mſſ. *cara* Alii & edit. *clara*. LXX. Interp. ἐπίδοξος. Totum locum mſ Cxn ita exhibet, *vade* .. . *& ejus imitare operationem. Operationem namque quàm venerabilem mercatur apes, cujus &c.*

netrare, cervicem extendat ad prædam, quæ A quaſi prævia reliqui corporis eſcam quam invenerit, rapiat, atque eruat è profundo. Adde & illud, quia ſuavior & magis canorus per procera modulus colla diſtinguitur, & longiore exercitatione purior longe reſultat.

76. Quam dulcis etiam in exiguo cicadis gutture cantilena, quarum cantibus medio æſtu arbuſta rumpuntur, eo quod magis canoræ meridianis caloribus, quo puriorem aerem id temporis attrahunt ſpiritu, eo cantus reſonant clario- B res. Nec apes ipſæ inſuave quiddam canunt; habent enim gratam in rauco illo vocis ſuæ murmure ſuavitatem, quam nos fracto tubarum ſonitu lentius primum videmur imitari, quo crepitu ad excitandos animos in vigorem nihil aptius æſtimatur. Et hæc illis gratia manet, cùm pulmonem reſpirandique munus atque uſum nequaquam habere prodantur; ſed aerio veſci ſpiramine. Denique ſi quis eas ſuperfundat oleo, propere necantur; eo quod obſtructis poris aerium C ſpiramen illud haurire non poſſint: continuoque ſi quis acetum his ſuperfundat, illico reviviſcunt, eo quod vis aceti cito illos poros, qui concretione olei obſtruuntur, humore feratur aperire.

C A P U T XXIII.

De verme Indico, chamaleonte, lepore ac phænice; quibus ad fidem reſurrectionis ac mortis præparationem informamur. De præſcientia vulturum; & locuſtæ ad ultionem divinam exequendam miniſ- D *terio, quæ tamen à ſeleuci ave devoratur.*

77. ET quia de volatilibus dicimus, non putamus alienum ea complecti quæ de verme Indico tradit hiſtoria, vel eorum relatio qui videre potuerunt. Fertur hic corniger ver-
a mis converti primum [a] in ſpeciem caulis, atque in eam mutari naturam; inde proceſſu quodam fieri bombylius; nec eam tamen formam, figuramque cuſtodit, ſed laxis & latioribus foliis videtur E
b pennas adſumere. [b] Ex his foliis mollia illa Seres depectunt vellera, quæ ad uſus ſibi proprios di-
Matth. 11. 8. vites vindicarunt. Unde & Dominus ait: *Quid exiſtis in deſertum videre? hominem mollibus veſtimentis indutum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt.* Chamæleon quoque diverſas ſpecies fertur vario colore mentiri. Lepores certe, quod de proximo facile cognovimus, hyeme albeſcere, æſtate in ſuum colorem redire non dubium eſt.

78. F Hæc ideo libavi; ut ad commutationis fidem, quæ in reſurrectione futura eſt, etiam iſta exempla nos provocent: ſed ita ut commutationem illam dicamus, quam Apoſtolus evidenter
1. Cor. 15. 51 expreſſit dicens: *Omnes quidem reſurgemus: non*
Ibid. 52. *omnes autem immutabimur.* Et infra ait: *Et mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem.* Plerique enim commutationis genus & formas quas non acce-
c perant, [c] interpretati, nequaquam præſumtionis indebitæ incongrua uſurpatione caruerunt.

79. Phœnix quoque avis in locis Arabiæ perhibetur degere, atque ea uſque ad annos quingentos longæva ætate procedere. Quæ cùm ſibi finem vitæ adeſſe adverterit, facit ſibi thecam de thure & myrrha & ceteris odoribus, in quam impleto vitæ ſuæ tempore intrat, & moritur. De cujus humore carnis vermis exſurgit, paulatimque adoleſcit, ac proceſſu ſtatuti temporis induit alarum remigia, atque in ſuperioris avis ſpeciem formamque reparatur. Doceat igitur nos hæc avis vel exemplo ſui reſurrectionem credere, quæ & ſine exemplo, & ſine rationis perceptione ipſa ſibi inſignia reſurrectionis inſtaurat. Et utique aves propter hominem ſunt, non homo propter aves. Sit igitur exemplo nobis, quia auctor & creator avium ſanctos ſuos in perpetuum perire non patitur, qui avem unicam perire non paſſus, reſurgentem eam ſui ſemine voluit reparari. Quis igitur huic annuntiat diem mortis, ut faciat ſibi thecam, & impleat eam bonis odoribus, atque ingrediatur in eam, & moriatur illic ubi odoribus gratis fœtor funeris poſſit aboleri.

80. Fac & tu ô homo tibi thecam, exſpolians veterem hominem cum actibus ſuis, novum indue. Theca tua, vagina tua Chriſtus eſt, qui te protegat & abſcondat in die malo. Vis ſcire quia theca protectio eſt? *Pharetra*, inquit, *mea* Eſai. 49. 2.
protexi eum. Theca ergo tua eſt fides: imple eam bonis virtutum tuarum odoribus, hoc eſt, caſtitatis, miſericordiæ, atque juſtitiæ, & in ipſa penetralia fidei ſuavi factorum præſtantium odore redolentia totus ingredere: ea te amictum fide exitus vitæ hujus inveniat; ut poſſint oſſa tua pingueſcere, & ſint ſicut hortus ebrius, cujus cito ſemina ſuſcitantur. Cognoſce ergo diem mortis tuæ, ſicut cognovit & Paulus, qui ait:
Certamen bonum certavi, curſum conſummavi, fidem 2. Tim. 4. 7. & 8.
ſervavi: quod reliquum eſt, repoſita eſt mihi corona juſtitiæ. Intravit igitur in thecam ſuam quaſi bonus phœnix, quam bono replevit odore martyrii.

81. Interrogabo te: tu autem reſponde mihi, unde vultures mortem hominum ſignis quibuſdam annuntiare conſueverint, quo indicio edocti atque inſtructi ſint; ut cùm bellum lacrymabile inter ſe adverſæ acies inſtruunt, multo prædictæ volucres ſequantur agmine, & eo ſignificent quia multitudo hominum caſura ſit bello, futura præda vulturibus? Quod utique ex ſpecie inſtructionis humanæ quadam videntur ratione colligere.

82. Uſque ad locuſtam quoque gratia divina penetravit, quæ cùm agmine conferto regionis cujuſque occupaverit latitudinem, innoxio pri-
mum [d] feriatur habitaculo, nec fructus inhoſpitali incurſione depaſcitur, niſi divinæ ſignum d
præceptionis acceperit. Etenim ſicut in Exodo Exod. 10. 12.
legimus, ea quoque cæleſtis ultionem offenſionis exequitur piæ miniſtra vindictæ.

83. Hanc quoque avis devorat σελευκὶς, ſic

a. Ita cuncti mſſ. & edit. excepta Rom. quæ legit, *in ſpeciem erucæ*. Latinius legendum conjicit, *in ſpeciem campæ*. Procul dubio propter illud Baſil. ὡς οἱ σκώληκες τῶν σηρῶν μεταβάλλων
b. Edit. Rom. *Ex hujus filis*. Aliæ omnes edit. & mſſ. *Ex his foliis*. Virg. Georg. l. 2.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

c. Mſſ. aliquot. *interpretantur, qui nequaquam* &c. Cæ. *interpretatione quadam præſumtionis indebita, incongrua uſurpatione caruerunt.*
d. Edit. *fertur*. Mſſ. *feriatur*.

enim græco avis hæc nuncupatur nomine, data ad remedium malorum quæ locuſta conſuevit inferre: cui creator inexplebilem dedit devorandi naturam; ut inſatiabili paſtu plagam quam ſupra diximus, poſſit extinguere.

CAPUT XXIV.

De nocturnis avibus; in primis de luſciniæ incubantis cantu: de noctua, veſpertilione & gallo; unde nonnulla ad noſtros mores accommodantur.

84. SEd quid hoc eſt? Dum ſermonem producimus, ecce tibi jam & nocturnæ aves circumvolant, & in eo ipſo in quo finiendum ſermonem admonent, ſui quoque adſumendam commemorationem producunt. Repetunt diverſæ aves aviaria ſua, quas veſper nocte cogit decedere, & ſe in latibulis ſuis abdunt, canoro occaſum diei carmine proſequentes; ne immunes abeant gratiarum, quibus creatorem ſuum omnis creatura collaudat.

85. Habet etiam nox carmina ſua, quibus vigilias hominum mulcere conſuevit; habet & noctua ſuos cantus. Quid autem de luſcinia dicam, quæ pervigil cuſtos cùm ova quodam ſinu corporis & gremio fovet, inſomnem longæ noctis laborem cantilenæ ſuavitate ſolatur; ut mihi videatur hæc ſumma ejus eſſe intentio, quo poſſit non minus dulcibus modulis, quam fotu corporis animare ova quæ foveat. Hanc imitata tenuis illa mulier ſed pudica in [a] uſum molæ lapidem brachio trahens, ut poſſit alimentum panis ſuis parvulis non deeſſe, nocturno cantu mœſtum paupertatis mulcet affectum. Et quamvis ſuavitatem luſciniæ non poſſit imitari; imitatur tamen eam ſedulitate pietatis.

86. Noctua ipſa quemadmodum magnis & glaucis oculorum pupillis nocturnarum tenebrarum caligantem non ſentit horrorem; & quo fuerit nox obſcurior, eo contra uſum avium ceterarum inoffenſos exercet volatus. Exorto autem die, & circumfuſo ſplendore ſolis viſus ejus hebetatur, quaſi quibuſdam erret in tenebris. Quo indicio ſui declarat eſſe aliquos, qui cùm oculos habeant ad videndum, videre non ſoleant, & viſus ſui officio ſolis fungantur in tenebris. De cordis oculis loquor, quos habent ſapientes mundi, & non vident, in luce nihil cernunt, in tenebris ambulant, dum dæmoniorum tenebroſa rimantur, & cæli alta ſe videre credunt, deſcribentes radio mundum, menſuram aeris ipſius colligentes. Porro autem à fide devii, perpetuæ cæcitatis tenebris implicantur, habentes in proximo diem Chriſti & lumen Eccleſiæ, & nihil videntes aperiunt os quaſi ſcientes omnia, acuti ad vana, hebetes ad æterna, & longæ diſputationis anfractu prodentes inſcitiæ propriæ cæcitatem. Itaque dum cupiunt ſubtilibus evolare ſermonibus, quaſi noctuæ in lumine evanuerunt.

87. Veſpertilio animal ignobile à veſpere nomen accepit. Eſt autem volatilis, eademque quadrupes, & dentibus utitur, quos in aliis avibus reperire non ſoleas. Parit ut quadrupedia, non ova ſed pullos viventes. Volitat in aere avium more: ſed creſpuculo veſpertino conſuevit offundi. Volitat autem non aliquo pennarum, ſed membranæ ſuæ fulta remigio, quo ſuſpenſa velut pennarum volatu circumfertur atque [b] vegetatur. Habet & illud hoc vile animal, quod ſibi invicem adhærent, & quaſi in ſpeciem botryonis ex aliquo loco pendent: ac ſi ſe ultima quæque laxaverit, omnes reſolvuntur. Quod fit quodam munere caritatis, quæ difficile in hominibus hujus mundi reperitur.

88. Eſt etiam galli cantus ſuavis in noctibus; nec ſolum ſuavis, ſed etiam utilis, qui quaſi bonus cohabitator & dormientem excitat, & ſollicitum admonet, & viantem ſolatur, proceſſum noctis canora ſignificatione proteſtans. Hoc [*] canente latro ſuas relinquit inſidias; hoc ipſe lucifer excitatus oritur, cælumque illuminat; hoc canente mœſtitiam trepidus nauta deponit, omniſque crebro veſpertinis flatibus excitata tempeſtas & procella miteſcit; hoc canente devotus affectus exilit ad precandum, legendi quoque munus inſtaurat; hoc poſtremo canente ipſa Eccleſiæ petra culpam ſuam diluit, quam priuſquam gallus cantaret, negando contraxerat. Iſtius cantu ſpes omnibus redit, ægris levatur incommodum, minuitur dolor vulnerum, febrium flagrantia mitigatur, revertitur fides lapſis, Jeſus titubantes reſpicit, errantes corrigit. Denique reſpexit Petrum, & ſtatim error abſceſſit: pulſa eſt negatio, ſecuta confeſſio. Quod non fortuito accidiſſe, ſed ex ſententia Domini lectio docet. Sic enim ſcriptum eſt; quia dixit Jeſus ad Simonem: *Non cantabit gallus, priuſquam me ter abneges.* (*Matth. 26. 34.*) Bene fortis in die Petrus, nocte turbatur; & ante galli cantum labitur, & labitur tertio; ut ſcias non inconſulta effuſione ſermonis eſſe prolapſum, ſed mentis quoque [c] mutatione turbatum. Idem tamen poſt galli cantum fit fortior, & jam dignus quem Chriſtus adſpiciat: oculi enim Domini ſuper juſtos. Agnovit veniſſe remedium, poſt quod jam errare non poſſet: & in virtutem ab errore mutatus, amariſſime flevit; ut lacrymis ſuis deleret errorem.

CAPUT XXV.

Pia Auctoris precatio. Lacrymarum commendatio. Dimiſſio auditorum ad refectionem. Denique ad myſteria Dominici corporis invitatio.

89. REſpice nos quoque domine Jeſu; ut & nos propria recognoſcamus errata, ſolvamus piis fletibus culpam, mereamur indulgentiam peccatorum. Ideo conſulto ſermonem protraximus; ut nobis quoque gallus cantaret, & loquentibus ſubveniret, quo ſi quod delictum obrepſiſſet in verbo, culpam Chriſte donares. Da, quæſo, lacrymas Petri, nolo lætitiam peccatoris. Fleverunt Hebræi, & per mare ſunt dehiſcentibus undis liberati. Lætatus eſt Pharao quod Hebræos tenebat incluſos, & mari merſus cum populo ſuo occidit. Exultavit & Judas in mercede proditionis ſuæ: ſed ipſius ſe

a. Mſſ quinque, *intuſum* Totidem, & edit. Coſt. & quædam Pariſ. *incuſſum*.
b. Rom. edit. *vagatur*. Ex Baſ. ſcilicet, apud quem, ἰσταλάζ[illegible]

*. Confer ſodes hunc locum cum hymno diei dominicæ ad Laudes.
c. Mſſ aliquot & edit. Am. ac Per. *mutatione turbatum*.

mercedis

mercedis laqueo ſtrangulavit. Flevit errorem A ſuum Petrus, & meruit ut aliorum aboleret errores.

90. Sed jam tempus eſt quo finire ſermonem & claudere debeamus: tempus eſt quo melius aut tacetur, aut fletur: tempus eſt quo celebratur indulgentia peccatorum. Nobis quoque gallus iſte myſticus in ſacris cantet; quoniam jam Petri gallus in noſtro ſermone cantavit. Fleat pro nobis Petrus, qui pro ſe bene flevit & in nos pia Chriſti ora convertat. Appropet B Jeſu domini paſſio, quæ quotidie delicta noſtra condonat, & munus remiſſionis operatur.

91. Bonus Dominus dimittere jejunos non vult, ne quis deficiat in via. Si ille dicit, *Miſereor hujus turbæ; quia triduum eſt quod perſeverant mecum, & non habent eſcam, & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via*; (Matth. 15. 32.) cujus intenta ſermoni Maria apparatus recuſabat epularum: quanto magis nos conſiderare debemus, quia non multi ſunt, qui in verbo Dei vivunt, & ideo refectio corporis deſideratur? Certe illius tridui noſtrum [a] hoc poſtridie laborioſius eſt.

92. Et ideo qui cum avibus luſimus, cum gallo cantavimus, jam Domini canamus myſteria, & ad corpus Jeſu conveniant aquilæ peccatorum ablutione renovatæ; jam enim cetus ille magnus verum nobis Jonam reddidit: & gratulemur quod factus eſt nobis veſpere dies quintus; fiat nobis mane dies ſextus.

LIBER SEXTUS.

DE OPERE SEXTI DIEI.

CAPUT I.

Sermo IX.

Ultimi hujus ſermonis difficultas exemplo certantium in ludis publicis explicatur; atque à rerum, quibus de agitur, jucunditate utilitateque conciliatur adtentio.

1. SExtus iſte eſt dies, quo mundanæ creaturæ origo concluditur; & ideo etiam ſermonis noſtri quem de [b] rerum exordiis adſumſimus, finis paratur. Qui etſi per quinque jam dies non mediocri labore nobis proceſſerit; tamen hodierno die, majore curarum accreſcit fœnore, quia in hoc & ſuperiorum dierum periculum eſt, & totius ſumma certaminis. Etenim ſi in fidibus aut cantibus & athletarum contentionibus crebris licet & maximis ludicris, tamen ſuperiores dies ſine ullo coronæ tranſiguntur diſpendio, poſtremus autem dies habet ſortem coronæ, in quo & decernendi periculum eſt, & cedendi opprobrium, & vincendi E præmium: quanto magis in hoc tanto agone ſapientiæ, tanto non paucorum ſed univerſorum judicio, cùm hodie nobis velut quædam certaminis corona procedat, major ſollicitudo angit; ne & ſuperiorum effundamus laborem dierum, & præſentis ſubeamus pudorem. Neque enim eadem dicendi conditio, quæ canendi atque luctandi; cùm in illis ludus offenſionis, in iſto lapſus ſit mortis. Illic ſi pecces, ſpectantium faſtidium eſt: hìc damnum eſt audientium. F

2. Aſſiſtite igitur mihi tamquam coronæ judices, & ingredimini mecum in hoc magnum & admirabile totius viſibilis theatrum creaturæ. Etenim ſi is qui explorat novorum adventus hoſpitum, toto eos circumducit urbis ambitu, præſtantiora quæque opera demonſtrans, non mediocrem locat gratiam: quanto magis ſine faſtidio accipere debetis, quod velut quadam ſermonis manu [c] per hanc communem vos circum- C duco patriam, & ſingularum rerum ſpecies & genera demonſtro, ex omnibus colligere cupiens, quanto vobis creator univerſorum gratiam uberiorem, quàm univerſis donaverit. Vobis igitur hæc corona proponitur, vos hodie cupio veſtro judicio coronare. Non enim nos athletarum modo marcentia ſerta depoſcimus, ſed viride veſtræ ſanctitatis examen; quo decernatis per omnes quidem creaturas providentiam penetrare divinam, ſed cum ceteris vobis commu- D ne corporeæ fragilitatis eſſe conſortium, præ ceteris tamen vos animi virtute conſtare, quæ ſola nihil habet commune cum ceteris.

CAPUT II.

Ad tractandum de beſtiarum natura Ambroſius accedit: Scripturam ſimpliciter accipiendam docet: inſtituit ſui cum paupere conviva comparationem: curioſas quæſtiones fugiendas monet; eamque rem Moyſis exemplo confirmat.

3. NUnc age, naturas beſtiarum dicamus, & hominis generationem. Audio enim jamdudum aliquos inſuſurrare dicentes: Quamdiu aliena diſcimus, & noſtra neſcimus? Quamdiu de reliquis animantibus docemur ſcientiam, & noſmetipſos ignoramus? Illud dicat quod mihi proſit, unde me ipſum noverim. Et juſta eſt [d] conqueſtio: ſed ordo ſervandus eſt quem Scriptura contexuit; ſimul quia non poſſumus F plenius nos cognoſcere, niſi prius quæ ſit omnium natura animantium cognoverimus.

4. *Producat*, inquit, *terra animam viventem ſecundùm genus, quadrupedes, & ſerpentes, &* [e] *beſtias terræ, & pecora ſecundùm genus, & omnia reptilia. Et fecit Deus beſtias terræ, & omnia pecora ad genus, & omnia repentia terræ ad genus. Et vidit Deus quia bona, & dixit Deus: Faciamus hominem.* (Gen. 1. 24. 25. 26.) Hoc loco non ignoro quoſdam beſtiarum & pecorum & ſerpentium terræ ſpecies alio retu-

a. Sic edit. omnes, & nonnulli mſſ. At Carn. Corb. Th. ac Reg. *poſt pridie*. Big. & Gem. *poſtridui*. Germ Colb. cum Vict. duobus *poſtridianum*. In hac autem diverſitate atque obſcuritate optimum viſum eſt non recedere ab edit.

b. Tres mſſ. *de dierum exordiis*.

c. Mſſ. Carn. Corb. Th. ac Regius, *per hanc communionem vos circumduco in patriam*

d. Edit omnes, *quæſtio* Mſſ rectius, *conqueſtio*, id eſt, querela.

e. Ita mſſ plures potioreſque. Alii cum edit. *& beſtias terræ ſecundùm genus, & pecora ſecundùm genus, & repentia terræ ad genus*. Rom. edit. *ſecundùm genus*. Hæc etiam addit ſola, *& factum eſt ſic*.

liſſe ; ut hæc ad immanitates criminum, ſtulti- A tiam peccatorum, nequitiam cogitationum referrent: ego autem ſimplices naturas uniuſcujuſque generis accipio.

5. Nec vereor ne quis me pauperis convivæ præſumtioni conferendum putet, qui ſtudio humanitatis complures roget, nec his quidquam niſi viles & uſitatos apponat cibos, & tenui menſæ pauperis apparatu plus reprehenſionis incurrat ex faſtidio convivarum, quam gratiæ
4. Reg. 4. 39. referat ex hoſpitalitatis affectu. Nec enim Eli- B ſæum amici quaſi malum convivam agreſtia ap-
a ponentem olera refutarunt. [a] Simile vanis relationibus exquiſitum illud & accuratum opipare convivium eſt, in quo phaſiani aut turturis ſpecies apponitur, & intus pullus manducatur, aut pullus infertur, & oſtreis eſt fartus, aut ſpondylis: aut poculum bibitur quod diverſo colore atque odore in alienos mutetur ſapores: maritima terrenis, terrena maritimis farciuntur. Hoc eſt reprehendere providentiam creatoris, qui C nobis ad victum omnia donavit, quæ non illa miſcuerit: ſed hæc dulcia primò videntur, & poſtea fiunt amara. Quo enim COPIOSIOR fuerit luxuries, eo pernicioſior intemperantia eſt. Eliſæus autem amara appoſuit, ſed poſtea facta ſunt dulcia. Denique qui ante in illo cibo mortem putabant, poſtea in eo ſuavitatis & vitæ gratiam ſunt adepti.

Ibidem. 42. 6. Neque rurſus formidini eſt, ne plures videar invitaſſe, quam poſſum paſcere, & vobis panes D deficiant verborum meorum ; quia & Eliſæus erſi merito inimitabilis nobis imitandus fide, non conſideravit quantos panes haberet, ſed quos haberet dividere omnibus voluit, & ſufficere
b omnibus judicavit. [b] Itaque decem panes hordeaceos dividere in plebem juſſit miniſtro. Et
Ibidem. 43. dixit miniſter: *Quid, dabo hoc in conſpectu centum virorum?* Et reſpondit, *Da & manducent, quoniam hæc dicit Dominus: Manducabunt & relinquent.* Fides igitur veſtra faciet abundare pau- E peris linguæ convivium. Nec vereor, ne jejunia vos edaciores faciant ; quominus repleti, & eſurientes ac vacui revertamini, quia ſcriptum
Pſ. 36. 17. & 79. eſt: *Confirmat juſtos Dominus, & in diebus famis ſaturabuntur.* Multo pulcrius eſt hordeaceos panes non erubeſcere, & apponere quod habeas, quam negare. Eliſæus qui ſibi nihil reliquit, populis abundavit. Eliſæus ergo hordeaceos panes non erubuit apponere, nos erubeſcimus ſimplices intelligere creaturas, quæ ſimplicibus & F ſuis declarantur vocabulis? Cælum legimus, cælum accipiamus: terram legimus, terram intelligamus frugiferam.

7. Quid mihi quærere quæ ſit ejus menſura circuitus, quam geometræ centum octoginta millibus ſtadiorum æſtimaverunt? Libenter fateor me neſcire quod neſcio, immo quod ſcire nihil proderit. Melius eſt genera terrarum ſcire quam ſpatia, quæ circumfuſo mari, interjectis Barbarorum regionibus, ſuffuſa atque invia paludibus humo, quemadmodum poſſumus comprehendere ; quod impoſſibile eſſe hominibus Scriptura demonſtrat, dicente Deo: *Quis menſus eſt manu aquam, & cælum palmo, & univerſam terram clauſa manu? Quis ſtatuit montes in libra, & rupes in ſtatera, & nemora in jugo:* Et infra. *Qui tenet gyrum terræ, & habitantes in ea ſicut locuſtas: qui ſtatuit cælum ut cameram.* Quis igitur æqualem ſibi cum Deo poteſtatem & ſcientiam audeat vindicare ; ut quæ Deus majeſtatis ſuæ eſſe proprio ſignavit oraculo, hæc ſibi homo ad cognitionem ſuppetere poſſe præſumat?
Eſai. 40. 12.
Ibidem. 22.

8. Certe Moyſes eruditus erat in omni ſapientia Ægyptiorum: ſed quia ſpiritum Dei accepit, quaſi miniſter Dei inanem illam & uſurpatoriam Philoſophiæ doctrinam veritatis rationi poſthabuit: & ea deſcripſit mihi quæ noſtræ ſpei accommoda judicavit, quod terram fecerit Deus, quod produxerit terra juxta Dei omnipotentis imperium, operationemque domini Jeſu virgulta de terris, & omnem animam viventem ſecundùm genus. At non ille putavit dicendum, quantum de ſpatio aeris occupet umbra terræ, cùm ſol recedit à nobis, diemque abducit inferiora axis illuminans ; & [c] quemadmodum in regionem umbræ mundi hujus incidens lunæ globus eclipſim faciat ; quoniam quæ nihil ad nos, quaſi nihil profutura præterit. Vidit enim in ſancto Spiritu non illas marceſcentis jam ſapientiæ vanitates ſequendas, quæ rebus inexplicabilibus mentem noſtram occupant, luduntque operam ; ſed ea potius deſcribenda, quæ ad virtutis ſpectarent profectum. c

CAPUT III.

Animantibus inditam Dei verbo generationis legem in ſpecierum ſucceſſionibus perſeverare. Minime negandam naturæ eorum quæ genita ſunt, veritatem: at homini belluinam imitari vitam, flagitioſum eſſe. Demum ſequitur vitiorum quorumdam certis animalibus familiarium atque adeo fugiendorum expoſitio.

9. INhæreamus igitur propheticis dictis, nec Spiritus ſancti quaſi vilia deſpectui habeamus alloquia. Producat, [d] inquit, terra animam d viventem pecorum & beſtiarum & reptilium. Quid [e] argumentamur alia, ubi evidenter creatu- e rarum terreſtrium natura formatur. Currit enim in conſtitutione mundi per omnem creaturam Dei Verbum ; ut ſubito de terris omnia quæ ſtatuit Deus, animantium genera producantur, & in futurum lege præſcripta, ſecundùm genus ſibi, ſimilitudinemque univerſa ſuccedant, ut leo leonem generet, tigris tigridem, bos bovem, cygnus cygnum, aquila aquilam. Semel præceptum in perpetuum inolevit naturæ. Et ideo miniſterii ſui obſequium præbere terra non

a. Rom. edit. *variis relationibus.* Vet. ac pleræque mſſ. *vanis relationibus.* At Ben. Cat. & Germ. *vanis refutationibus.* Ben. inter lineas, *id eſt, relationibus.* Ibi tamen vox refutatio faſtidium ſignificare videtur; nam refutare interdum idem eſt ac faſtidire vel reſpuere.
b. Mſſ. omnes & edit. vet. conſtanter legunt, *decem panes.* Rom. edit. cum LXX Interp. ac Vulg. *viginti panes*
c. Mſſ. aliquot, & Rom. edit. *in regionem umbræ hujus incidens.* Alii & vet. edit. *in regionem mundi hujus incedens*, vel, *incidens.* Cat. & Ben. *in regionem umbræ mundi hujus*, primus, *incidens*, ſecundus, *incedens*
d. Rom. edit. ſola: *Producat, inquit, terra animam viventem ſecundùm genus, pecora & beſtias & repentia terræ* &c.
e. Ita mſſ. melioris notæ atque edit. Rom. Alii verò majori numero, atque edit. vet. *Quid argumenta moralia.*

deſinit; ut priſcæ animantium ſpecies reparabili generis ſucceſſione in novas reparentur ætates.

10. Sed vis ad uſum hominis derivare quæ genita ſunt? Noli veritatem unicuique generi naturæ propriæ denegare, & multo magis ea ad gratiam aptabis humanam. Primum quia omnia genera pecorum, beſtiarum, ac piſcium in alvum oatura proſtravit; ut alia ventre repant, alia quæ pedibus ſuſtinentur, demerſa magis quadrupedi corporis greſſu, & velut affixa terris videas eſſe, quam libera. Siquidem cùm erigendi ſe non habeant facultatem, de terra victum requirunt, & ventris in quem deflectuntur, ſolas ſequuntur voluptates. Cave ô homo pecudum more curvari. Cave oe in alvum te non tam corpore, quam cupiditate deflectas. Reſpice corporis tui formam, & ſpeciem congruentem celſi vigoris adſume. [a] Sine ſola animalia prona paſcantur. Cur te in edendo ſternis ipſe, quem natura noo ſtravit? Cur eo delectaris, in quo naturæ injuria eſt? Cur noctes & dies cibo intentus, pecorum more terrena depaſceris? Cur illecebris corporalibus deditus, ipſum te inhonoras, dum ventri atque ejus paſſionibus deſervis? Cur intellectum tibi adimis, quem tibi creator attribuit? Cur te jumentis comparas, à quibus te voluit Deus ſegregari dicens: *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus?* (Pſ. 31. 9.) Aut ſi te edacitas equi intemperantiaque delectat, & adhinnire ad ſeminas voluptati eſt, delectet io fræno maxillas tuas camoque conſtringi. Si crudelitas te paſcit, ferarum hæc rabies eſt, quæ propter ſævitiam trucidantur; vide oe in te quoque crudelitatis tuæ vertatur immanitas.

11. Piger aſinus, [b] & expoſitus ad prædam, ſenſuque tardior quid aliud docet, niſi nos vivaciores eſſe debere, nec deſidia corporis animique pigreſcere, confugere ad fidem, quæ onera gravia allevare conſueverit?

12. Fraudulenta vulpes ſoveis ſe laribuliſque demergens, nonne indicio eſt infructuoſum eſſe aoimal, odioque dignum propter rapinam, deſpectu propter infirmitatem, & ideo ſuæ incautum ſalutis dum inſidiatur alienæ.

13. Perdicem [c] aſtutam quæ aliena ova diripiat, hoc eſt, perdicis alterius, & corpore foveat ſuo: ſed fraudis ſuæ fructum habere non poſſe; quia cùm eduxerit pullos ſuos, amittit eos; quia ubi vocem ejus audierint quæ ova generavit, relicta ea ad illam ſe naturali quodam munere & amore conſerunt, quam veram ſibi matrem ovorum generatione cognoverint; ſignificantes hanc nutricis fungi officio, illam parentis. Itaque incaſſum proprios fundit labores, ac fraudis ſuæ pretio multatur. Unde & Hieremias ait: *Clamavit perdix, & congregavit quæ non peperit*, (Hier. 17. 11.) id eſt, ova congregavit, & clamavit quaſi ovans ſuæ fraudis effectu. Sed ludit operam; quia impenſo labore alii educit, quos ipſa diuturnæ fotu ſedulitatis animaverit. Hujus imitator eſt diabolus, qui generationes creatoris æterni rapere contendit; & ſi quos inſipientes & ſenſus proprii carentes vigore potuerit congregare, fovens eos illecebris corporalibus, ubi primum vox Chriſti parvulis fuerit infuſa, diſcedunt atque ad eam ſe conſerunt matrem, quæ pullos ſuos ſicut avis materno amore complectitur. Congregavit enim diabolus gentiles, quos non creaverat: ſed ubi in Evangelio ſuo vocem Chriſtus emiſit, ad eum ſe potiſſimùm contulerunt, quos ſub umbra alarum ſuarum ipſe ſuſcepit, & matri dedit Eccleſiæ nutriendos.

14. Leo [d] naturæ ſuæ ſuperbus ferocia aliarum ferarum generibus miſcere ſe neſcit: ſed quaſi rex quidam plurimorum dedignatur conſortium. Qui etiam cibum faſtidit heſternum, & ipſas ſuæ eſcæ reliquias averſatur. Quæ autem ſe ei ſociare fera audeat, cujus voci tantus naturaliter ineſt terror; ut multa animantium quæ per celeritatem poſſent impetum ejus evadere, rugientis ejus ſonitu velut quadam vi attonita atque icta deficiant?

15. Nam de pardi ſpecie nec Scriptura ſiluit quod varietate coloris motus varios animæ ſuæ prodat. Dicit enim Hieremias: *Si mutabit Æthiops pellem ſuam, & pardus varietatem ſuam.* (Hier. 13. 23.) Non ſolum enim de figura, ſed etiam de mobilitate furoris iſtud accipitur; eo quod tenebroſis & inquietis ac mobilibus inſidæ mentis atque animi mutationibus decoloratus populus Judæorum boni propoſiti gratiam jam tenere non poſſit; nec ad emendationem ullam correctionemque remeare, qui ſemel ferinam induerit immanitatem.

CAPUT IV.

De mira indole nonnullorum animalium in vitandis ſibi noxiis, atque utilibus proſequendis; & de naturalibus virtutibus quas in illis imitari nos oporteat.

16. Est tamen etiam in natura quadrupedum, quod imitari nos ſermo adhortetur propheticus, quo exemplo caveamus deſidiam, & exiguitate vel infirmitate corporis à virtutis ſtudio non reflectamur, neque revocemur ab ullius propoſiti magnitudine. Exigua eſt enim formica, quæ majora ſuis audet viribus; neque ſervitio ad operandum cogitur, ſed ſpontaneæ propoſito proſpicientiæ futura alimentorum ſubſidia ſibi præſtruit. Cujus ut imiteris induſtriam Scriptura commonet te dicens: *Confer te ad formicam ô piger, & æmulare vias ejus, & eſto illa ſapientior.* (Prov. 6. 6.) Illa enim nullam culturam poſſidet, neque eum qui ſe cogat habeos, neque ſub domino agens, quemadmodum præparat eſcam, quæ de tuis laboribus ſibi meſſem recondit; & cùm tu plerumque egeas, illa non indiget. Nulla ſunt ei clauſa horrea, nullæ impenetrabiles cuſtodiæ, nulli inviolabiles acervi. Spec-

a. Edit. & pauci mſſ. *Si ſola animalia prona paſcuntur.* Alii plures ac meliores, *ſine quæ ſola ... paſcuntur*, quidam, *paſcantur.* Omnium optime Ben. & Germ. ut nos in textu.
b Codex Vat. unus, *& expoſitus ad pondera* Rom. edit. *& ad omne expoſitus.*
c. Rom. edit. *aſtutam novimus, quæ* &c. Manifeſta quidem hic ellypſis eſt, quæ ſuppleri poteſt per verba, novimus, ferunt, aut aliud ſimile: nos Auctoris textum ut in antiquis mſſ. & edit. inveniuntur, exhibemus
d. Ita mſſ fere omnes. Alii, atque edit. *Leo natura ſua vi ſuperbus ferocitatem ſui aliarum* &c.

tat cuſtos, furtaque prohibere non audet: adſ- (A) picit ſua damna poſſeſſor, nec vindicat. Nigro convectatur agmine præda per campos, fervent ſemitæ comitatu viantium, & quæ comprehendi anguſto ore non poſſunt, humeris grandia frumenta truduntur. Spectat hæc dominus meſſis, & erubeſcit tam parca piæ induſtriæ negare compendia.

17. Quid autem de canibus loquar, quibus inſitum eſt natura quadam referre gratiam, & ſollicitas excubias pro dominorum ſalute prætendere? (B) Unde ad immemores beneficii, & deſides atque ignavos clamat Scriptura: *Canes muti, neſcientes latrare.* [Iſai. 56. 10.] Sunt ergo canes qui noverint latrare pro dominis, noverint ſua tecta defendere. Unde & tu diſce vocem tuam exercere pro Chriſto, quando ovile Eccleſiæ incurſant lupi graves. Diſce in ore tuo verbum tenere; ne quaſi mutus canis commiſſam tibi fidei cuſtodiam quodam prævaricationis ſilentio deſeruiſſe videaris. Talis canis viator & comes Angeli eſt, (C) quem Raphael in libro prophetico non otioſe ſibi & [a] Tobiæ filio adjungendum putavit, quando perrexit ut Aſmodæum fugaret, firmaret copulam conjugalem. [a Tob. 6. 1. & 11. 9.] Memoris enim affectus gratia pellitur dæmonium, ſtabilitur conjugium. Mutæ itaque ſpecie beſtiæ ſanctus Raphael angelus Tobiæ juvenis, quem tuendum receperat, ad relationem gratiæ erudiebat affectum. Quis enim non erubeſcat gratiam bene de ſe merentibus non referre, cùm videat etiam beſtias re- (D) fugere crimen ingrati? Et illæ impertitæ alimoniæ ſervant memoriam, tu non ſervas ſalutis acceptæ?

18. [Thren. 3. 10.] Urſa inſidians licet, ut Scriptura ait, eſt enim plena fraudis fera; tamen fertur informes utero partus edere, ſed natos lingua fingere, atque in ſpeciem ſui ſimilitudinemque formare. Non miraris in fera tam pii oris officia, cujus naturam pietas exprimit? Urſa igitur partus ſuos ad ſui effingit ſimilitudinem, tu filios tuos inſti- (E) tuere ſimiles tui non potes?

19. Quid quod etiam medendi induſtriam non prætermiſit? Siquidem gravi affecta cæde, & conſauciata vulneribus mederi ſibi novit herbæ cui nomen eſt [*] φλομος, ut Græci appellant, ulcera ſubjiciens ſua; ut ſolo curentur attactu. Serpens quoque paſtu fœniculi cæcitatem repellit exceptam. Itaque ubi oculos obduci ſibi ſenſerit, nota remedia petit, nec fraudatur effectu. Teſtudo viſceribus paſta ſerpentis, cùm vene- (F) num adverterit ſibi ſerpere, origano medicinam ſuæ ſalutis exercet: & cùm ſit volutabris paluſtribus merſa; curare ſe tamen proprio novit antidoto, certoque auxilio ſanitatis poteſtates herbarum etiam ipſa ſcire ſe comprobat. Videas etiam vulpem lacrymula pinus medentem ſibi, & tali remedio imminentis mortis ſpatia proferentem.

20. [Hier 18. 7. b] Clamat ipſe Dominus in Hieremiæ libro: *Turtur & hirundo, agri paſſeres cuſtodierunt [b] tempora introitus ſui: populus autem meus non cognovit judicia Domini.* Novit hirundo quando veniat, (A) quando etiam revertatur. Novit etiam [*] pia avis annuntiare adventus ſui teſtimonio veris indicium. Novit etiam formica explorare ſerenitatis tempora; nam cùm adverterit madidatos imbre fructus ſuos humeſcere, explorato diligentius aere quando jugem poſſit ſervare temperiem, acervos reſerat ſuos, & de cavernis foras ſuis humeris exportat; ut jugi ſole propria frumenta ſiccentur. Denique haud quaquam illis diebus omnibus rumpi de nubibus imbres videris, niſi (B) cùm fruges ſuas horreis propriis formica revocaverit. Boves impendente pluvia ad præſepia ſe tenere noverunt. Iidem ubi naturali ſenſu mutationem cæli collegerint, foras ſpectant, & ultra præſepia cervices extendunt ſuas una omnes ſpecie; ut prodire ſe velle teſtentur. Ovis ſub adventu hyemis inexplebilis ad eſcam inſatiabiliter herbam rapit, eo quod præſentiat [c] aſperitate hyemis defuturam; ut ſe prius herbæ pabulo farciat, quam gelu adurente omnis herba (C) deficiat. Echinus iſte terrenus, quem vulgo hericium vocant, ſi quid inſidiarum præſenſerit, ſpinis ſuis clauditur, atque in ſua ſe arma colligit; ut quicumque eum contingendum putaverit, vulneretur. Idemque echinus futuri providens geminas ſibi reſpirandi vias munit; ut quando boream flaturum collegerit, Septemtrionalem obſtruat; quando Noto cognoverit detergi aeris nubila, ad Septemtrionalem ſe conferat, ut flatus declinet obvios, & è regione nocituros.

(D) 21. Unde dignam Domino laudem Propheta detulit, dicens: *Quam magnificata ſunt opera tua Domine! Omnia in ſapientia feciſti.* [Pſ. 103. 24.] Omnia penetrat divina ſapientia, implet omnia: idque locupletius ex irrationabilium ſenſibus, quam ex rationabilium diſputatione colligitur. VALIDIOS eſt enim naturæ teſtimonium, quam doctrinæ argumentum. Cui animanti incognitum eſt quemadmodum ſuam tueatur ſalutem; ſi virtus ſuppetit, reſiſtendo; ſi velocitas, fugiendo; ſi (E) aſtutia, præcavendo? Quis eas uſum medendi herbarumque docuit habere notitiam? Homines ſumus, & ſæpe ſpecie herbarum fallimur, & plerumque quas ſalubres putamus, noxias reperimus. Quoties inter dulces epulas cibus lethalis irrepſit, & inter ipſas aulicorum excubias miniſtrorum, vitalia regum feralis eſca penetravit? Feræ ſolo norunt odore noxia & profutura diſcernere: nullo prævio, nullo prægustatore carpitur herba, nec lædit. MELIOR enim (F) magiſtra veritans natura eſt. Hæc ſine ullius magiſterio ſuavitatem ſanitatis noſtris infundit ſenſibus, eadem doloris acerbitatem docet eſſe fugiendam. Hinc vita dulcior, hinc mors amarior. Hæc commendat leænæ catulos ſuos, & immitem feram materno mollit affectu. Hæc tigridis interpellat ferocitatem, & imminentem eam prædæ reflectit. Namque ubi vacuum raptæ ſobolis cubile repererit, illico veſtigiis raptoris inſiſtit. At ille quamvis equo vectus fugaci, videns tamen velocitate feræ ſe poſſe præverti, nec evadendi ullum ſuppetere ſibi poſſe ſubſidium, technam hujuſmodi fraude molitur. Ubi

a. Mſſ quinque melioris ævi, *& Tobis.* Alii quatuor, *& Tobi*, & ſic in ſequentibus. LXX. Τωβιτ.

* Φλόμος, latine verbaſcum.

b. Sex mſſ. *tempora nidi ſui.*

*. Id eſt, ciconia, de qua ſupra l. 5. c. 16.

c. Edit. omnes, & mſſ aliquot, *aſperitatem hyemis futuram*, nonnulli, *adfuturam*. Omnium antiquiſſimi ut nos in textu.

ſe contiguum viderit, ſphæram de vitro projicit: at illa imagine ſui luditur, & ſobolem putat, revocat impetum, colligere fetum deſiderans. Rurſus inani ſpecie retenta totis ſe ad comprehendendum equitem viribus fundit, & iracundiæ ſtimulo velocior fugienti imminet. Ille iterum ſphæræ objectu ſequentem retardat; nec tamen ſedulitatem matris memoria fraudis excludit: caſſam verſat imaginem, & quaſi lactatura fetus reſidet. Sic pietatis ſuæ ſtudio decepta, & vindictam amittit & ſobolem.

22. Quod nobis Scriptura affert, quæ dicit: Coloſſ. 3. 20. *Filii diligite patres veſtros: parentes nolite ad iracundiam provocare filios veſtros.* Natura hoc beſtiis infundit, ut catulos proprios ament, fetus ſuos diligant. Neſciunt illæ odia novercalia, nec mutato concubitu parentes à ſobole depravantur, neque noverunt præferre filios poſterioris copulæ, ſuperioris autem negligere. Norunt pignora ſua, neſciunt caritatis differentiam, odiorum incentiva, offenſionum diſcrimina. Simplex ferarum natura eſt, neſcit veritatis calumnias. Sic enim omnia temperavit Deus, ut quibus minus rationis daret, plus indulgeret affectus. Quæ fera pro catulis ſuis non ipſa potiſſimum ſe offerat morti? Quæ fera fetus ſuos innumeris licet obſeſſa cuneis armatorum, non ſuis viſceribus tegat? Ingruat licet telorum ſeges, illa tamen parvulos ſuos muro ſui corporis ſeptos immunes præſtat periculi. Quid dicit homo qui mandatum negligit, naturam oblitterat? Filius patrem deſpicit, pater abdicat filium; & hoc putant jus eſſe, ubi damnatur fœcunditas: ſe potius pater damnat, qui facit irritum eſſe quod genuit. Et hoc putatur auctoritatis eſſe, ubi ſterilitatis natura multatur.

23. Exortem rationis canem eſſe nemo dubitaverit; tamen ſi ſenſus ejus vigorem conſideres, cenſes eum ſentiendi ſagacitate vim ſibi rationis adſciſcere. Denique quod pauci in gymnaſiis conſtituti, qui totam in diſcendo vitæ longævitatem contriverint, vix potuerunt cognoſcere, ut ſyllogiſmorum conjunctiones contexerent, hoc naturali canis eruditione comprehendere facile poterit æſtimari. Nam ubi veſtigium leporis cervive repererit, atque ad diverticulum ſemitæ venerit, & quoddam viarum compitum quod partes in plurimas ſcinditur; obiens ſingularum ſemitarum exordia, tacitus ſecum ipſe pertractat, velut ſyllogiſticam vocem ſagacitate colligendi odoris emittens: Aut in hanc partem, inquit, deflexit, aut in illam; aut certe in hunc ſe anfractum contulit: ſed nec iſtam, nec illam ingreſſus eſt viam: ſupereſt igitur ut in iſtam ſe partem ſine dubitatione contulerit. Quod homines vix prolixa compoſitæ artis meditatione componunt, hoc canibus ex natura ſuppetit; ut ante mendacium deprehendant, & poſtea falſitate repudiata inveniant veritatem. Nonne totos dies conferunt philoſophi propoſitiones ſibi in pulvere dividentes, qui radio [a] ſibi deſcribunt ſingulas, & ex tribus cùm unam earum veram eſſe neceſſe ſit, duas primo A interficiunt tamquam mendacio congruentes, & ſic in ea quæ relicta eſt, vim veritatis inhærere definiunt? Quis tam tenax poteſt eſſe beneficii, & memor gratiæ? Quandoquidem pro domino etiam in latrones inſilire noverunt, & extraneorum acceſſus prohibere nocturnos, & mori pro dominis, & commori cum dominis ſint parati? Sæpe etiam necis illatæ evidentia canes ad redarguendos reos indicia prodiderunt; ut muto B eorum teſtimonio plerumque ſit creditum.

24. Antiochiæ ferunt in remotiori parte urbis crepuſculo necatum virum, qui canem ſibi adjunctum haberet. Miles quidam prædandi ſtudio miniſter cædis exſtiterat: tectus idem tenebroſo adhuc diei exordio in alias partes conceſſerat: jacebat inhumatum cadaver, frequens ſpectantium vulgus adſtabat, canis queſtu lacrymabili domini deflebat ærumnam. Forte is qui necem intulerat, ut ſe habet verſutia huma- C ni ingenii, quò verſandi in medio auctoritate præſumta fidem adſciſceret innocentiæ, ad illam circumſpectantis populi acceſſit coronam, & velut miſerans appropinquavit ad funus. Tum canis ſequeſtrato paulisper queſtu doloris, arma ultionis adſumſit atque apprehenſum tenuit & velut * epilogo quodam miſerabile carmen immurmurans univerſos [b] convertit in lacrymas, fidem probationi detulit, quod ſolum tenuit ex plurimis, nec dimiſit. Denique perturbatus ille, D quod tam manifeſtum rei indicem neque odii, neque inimicitiarum, neque invidiæ, aut injuriæ alicujus poterat objectione evacuare, crimen diutius nequivit refellere. Itaque quod erat difficilius, ultionem perſecutus eſt; quia defenſionem præſtare non potuit. Quid nos dignum noſtro referimus creatori, cujus cibo veſcimur, & diſſimulamus injurias, & ſæpe inimicis Dei eas quas à Deo accepimus, epulas exhibemus?

E 25. Quid agniculis ſimplicius, quos minuſculæ parvulorum comparamus innocentiæ? Sæpe ex his in magno grege agniculus per ovilia tota vagatus errat à matre, & cùm eam reperire non poſſit, balatu frequenti abſentem citat, ut reſponſuræ vocem excitet, quo ad ejus ſonum errabunda replicet veſtigia: multis licet verſetur in millibus ovium, recognoſcit vocem parentis, feſtinat ad matrem, lactis quoque materni notos ſibi fontes requirit: quamvis cibi deſiderio F teneatur & potus, tranſcurrit tamen aliena ubera gravida, licet humore lactis exundent; ſolam matrem requirit, ſolius ſibi materni uberis pauperes ſuccos ſignificat abundare. Illa quoque inter multa agniculorum millia ſolum filium novit: unus plurimorum balatus, eadem ſpecies; illa tamen fetum ſuum diſcernit à ceteris, & ſolum filium tacito pietatis teſtimonio recognoſcit. Paſtor errat in diſcretione ovium, agniculus in agnitione matris neſcit errare. Paſtor fallitur ſpecie: ſed ovis pietate non fallitur. Unus odor omnibus, ſed tamen habet natura odorem ſuum domeſticum, quem ſoboles cara

a. Mſſ. novem, *ſibi deſcribunt ſingula ſomnia, & ex tribus* &c.

*. *Epilogo*, id eſt, querela; eo quod oratores querelas maxime in epilogo & fine orationis adhibeant, ut judices flectant ad miſericordiam.

b. Aliquot mſſ. non minimæ auctoritatis, *convertit in fidem, probationem detulit.*

ſpeciali quadam videtur proprietate redolere. A

26. Habet ſuos uſus natura, & ſenſus domeſticos. Vix infantulo cœperunt dentes prorumpere, & jam novit ſua arma tentare. Nondum catulo dentes, & tamquam habeat, ore proprio ſe quærit ulciſci. Nondum cervo cornua, & tamen fronte præludit, atque ea quæ nondum expertus ſit, tela minitatur. Lupus ſi prior hominem viderit, vocem eripit, & deſpicit eum tamquam victor vocis ablatæ. Idem ſi ſe prævisum ſenſerit, deponit ferociam, non poteſt currere. B Leo gallum & maxime album veretur. Caprea vulnerata [a] dictamnum petit, & de vulnere excludit ſagittas. Norunt & beſtiæ remedia ſua. Leo æger ſimiam quærit, ut devoret; quo poſſit ſanari. Leopardus capreæ agreſtis ſanguinem bibit, & vim langoris evitat. Omnis fera ægra canis hauſto curatur ſanguine. Urſus æger formicas devorat. Cervus oleæ ramuſculos mandit.

27. Ergo feræ norunt expetere ea quæ ſibi proſint, tu ignoras ô homo remedia tua? Tu neſ- C cis quomodo virtutem eripias adverſario, ut te tamquam præventus lupus effugere non poſſit, ut oculo tuæ mentis ejus perfidiam deprehendas, & prior curſum verborum ejus impedias, impudentiam ejus & acumen diſputationis obtundas. Quod ſi te ille prævenerit, vocem tibi aufert: & ſi obmutueris, ſolve amictum tuum, ut ſermonem reſolvas. Et ſi in te inſurrexerit lupus, petram cape, & fugit. Petra tua Chriſtus eſt. Si ad Chriſtum confugias, fugit lupus, D nec terrere te poterit. Hanc petram quæſivit Petrus, cùm titubaret in fluctibus, & invenit; quia dexteram amplexus eſt Chriſti.

28. Quid dicam allio homines delectari, & illud ad eſcam ſumere, quod & leopardus fugit? Denique ſicubi allium aliquis confricandum putaverit, leopardus inde exilit, nec reſiſtit. Cujus venenata fera odorem non poteſt ſuſtinere, id tu pro cibo ſumis, & viſceribus infundis internis? Sed medicatur interdum doloribus. Suma- E tur pro medicamento, non pro cibo: ſumatur ab ægrotantibus, non ab epulantibus. Medicamentum quæris, & jejunium fugis; quaſi majus aliud remedium reperire poſſis. Jejuni hominis ſputum ſi ſerpens guſtaverit, moritur. Vides quanta vis jejunii ſit; ut & ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat, & merito ſpiritalem.

29. Quantam Dominus etiam minuſculis infudit prudentiam! Turtur nido ſuo, ne pullos ſuos incurſet lupus, ſquillæ folia ſuperjacit. No- F vit enim quod hujuſmodi folia lupi fugere conſuerint. [a] Novit vulpecula quomodo poſteritatem foveat ſuam: & tu ignoras, tu negligis quomodo adverſum lupos nequitiæ ſpiritalis poſteritatem vitæ hujus habeas tutiorem?

CAPUT V.

Qua ratione Dominus aliis beſtiis colla breviora, aliis longiora creaverit. Ubi potiſſimum elephanti membra, proprietates, atque in re militari uſus deſcribuntur.

30. SEd revertamur ad ſeriem creaturæ, & conſideremus qua ratione Dominus aliis beſtiis anguſtiora colla formaverit, ut leonibus atque tigridibus, urſis quoque; aliis prolixiora, [b] ut elephantis & camelis. Nonne evidens cauſa eſt; quia illis feris quæ carne veſcuntur, non erat opus prolixitate cervicis? Non enim in terras paſcendi gratia cervicem atque ora dejiciunt: ſed aut cervum invadunt, aut bovem ovemque diſcerpunt. Camelus vero cùm ſit altior, quomodo herbis minutiſſimis paſceretur, niſi longiora uſque ad terram colla ad uſum paſtionis extenderet. Itaque camelus pro ratione proceritatis ſuæ prolixiora colla ſortitus eſt, equus pro ratione, bos quoque ſimili modo; hi enim paſcuntur herbis.

31. Elephantus autem etiam prominentem promuſcidem habet; quia cùm ſit eminentior cunctis, ſe inclinare ad paſcendum non poteſt. Itaque ejus ad colligendum cibum utitur miniſterio. Ea immani beſtiæ largi potus infundit humorem; ideoque concava eſt, quo ad reſtinguendam tantæ belluæ ſitim plenos lacus hauriat, aut collecto flumine poſſit inundare potantem. Cervix ſane minor eſt quam poſcat tanti corporis moles; ne ea quoque oneri magis eſſet quam uſui. Ideoque nec genua inflectit, quia rigidioribus opus fuit cruribus, quo velut columnis tanta poſſit membrorum machina ſuſtineri. Calcaneum leviter incurvat, rigent cetera pedum à ſummo uſque ad imum. Nec ſicut in [a] ancylas nos ſæpe deponimus, ita ſe etiam beſtia poteſt tanta deflectere; meritoque non volvendi ſe, neque curvandi uſum cum ceteris animantibus poteſt habere communem. Fulcitur hinc inde trabibus maximis; ut in ſomno aliquantulum ſine periculo reflectatur, quia pes ejus nulla artuum conjunctione diſtinguitur. Manſuetis igitur veluti quædam fulcra eorum quibus hic uſus eſt, parantur ingenio: feris autem & agreſtibus, quia nemo hujuſmodi quibus ſuſtentari queant fulcra ſubſternit, hinc venit uſus periculi.

32. Namque arbori innixi aut coſtas fricant, aut in ſomno ſe ſe relaxant, quæ nonnumquam victa atque inflexa tanto corpore frangitur: ille vero qui ſe ſe in eamdem refuderat, corruit nec erigere atque elevare ſe poteſt; ibique jacens interit, aut gemitu ſuo proditus ſternitur, dum ventre ceteriſque juxta mollioribus ad vulnus patet. Nam dorſum ejus ceteraque exteriora non ulla facile ſolent tela penetrare. Sunt autem qui propter ebur has illis inſidias parent; ut arbores eas quibus ſe applicare conſueverint, ex alia parte qua infrequentior uſus eis ſit, ali-

[a]. Græce *δίκταμνον*, herba quæ præcipue in Creta naſcitur, alio nomine dicitur pulegium, & hortenſe gingiber.

a. Edit. Coſt. & Rom. *Novit avicula*. Commode, ſi quis eis antiquus codex ſuffragaretur.

b. Rom. edit. *ut camelis & equis*. Contra aliæ edit. & omnes mſſ. *ut elephantis* &c. Sed cum dicitur Deus longiora colla dediſſe elephantis, promuſcis intelligenda eſt, quæ illis cervicis prolixioris vicem ſupplet, unde Baſil. ἔχει δὲ τὴν προβοσκίδα, τὴν τὸ προσῆκον χρείαν ἀποπληροῦσαν.

[a]. *Ancylæ* ſuffragines ſeu curvaturæ cubiti vel cruris. Baſil. ὅπου μόνον εἰς ἀγκύλην, ὅπου εἰς γόνυ διῄρηται

quantulum recidant, ut reflectente ſe elephanto, pondus membrorum ejus ſuſtinere non poſſit ruinamque ejus arceſſat.

33. Sed ſi quis iſta reprehendit, reprehendat etiam altitudines ædificiorum; quia citius gravem minantur ruinam, & difficilius lapſa reparantur. Verum ſi illa aut propter pulcritudinem, aut propter ſpeculam frequenter attollimus; hæc quoque in elephantis probare debemus, quia magnum rebus bellicis uſum miniſtrant. Inde gens Perſarum ferox bellis, valida ſagittis omnique telorum jactu, quia de ſuperioribus ad inferiora validiore niſu tela torquentur, acies eorum velut gradientibus turribus ſepta procedit. In mediis campis tamquam de muro dimicant; & velut in arce quadam & ſpecula collocati ſpectant magis bella, quam ſubeunt. Ita alieni à periculo videntur, tuti molibus beſtiarum. Quis enim eas adire audeat, cùm deſuper jaculis facile figatur, inferius elephantorum conteratur incurſu? Denique cedunt illis acies & armatorum cunei, & caſtra illa quadrata ſolvuntur. Intolerabili namque impetu in hoſtes ruunt; ut nullo agmine bellatorum, nulla conſtipatione militum, nullo clypeorum retardentur objectu: velut quidam mobiles montes verſantur in præliis, & ut colles alto eminent vertice, mugitus fragore omnium perturbant confidentiam. Quid his faciat pedes, quamvis lacertis validus, & manu promtus; cùm ſibi ſeptus armatorum populis gradienti murus occurrat? Quid faciat eques, cùm equus ejus perterrefactus tantæ beſtiæ immanitate diſfugiat? Quid faciat ſagittarius, cùm deſuper ferrata virorum corpora jaculi ictum ſentire non poſſint; beſtia quoque nec nuda facile penetrabilis ferro ſit, & munita loricis, obvias ſine ſui periculo acies ſecet, & conterat turmas?

34. Itaque ut immenſa ædificia, ita elephanti fundamentis validioribus ſuſtinentur; alioquin imparibus fulti pedibus, intra brevem laberentur ætatem. Nunc autem & trecentis & amplius feruntur annis vitam producere; quia omnia ſibi ad magnitudinem membra conveniunt. Ideoque non diſtincti ut nobis, ſed compacti artus ſunt, quo ſint robuſtiores. Quam cito hominibus ſi diu ſteterint, aut velocius cucurrerint, vel jugiter ambulaverint, genua vexantur & plantæ! Conjuncta enim & articulata facilius quam concreta atque ſolidata aut doloris ſenſum, aut caſum offenſionis admittunt.

35. Et quid miraris, ſi veſtiti armis timentur; quandoquidem dentibus ſuis tamquam naturalibus ſpiculis ſemper armati ſunt? Promuſcide ſua quidquid involverint, frangunt: pede verò quidquid compreſſerint, velut quodam lapſu ruinæ ingentis exanimant. Involvunt promuſcide nemora ad ſui eſcam, & quaſi quidam altiſſimi dracones ſerpentinis quos cœperint, ſpiris flagellant. Plerumque eas in orbem colligunt, maxime cum de terra cibus legitur, aut potus hauritur. Documento itaque nobis ſunt, quod nihil ſuperfluum ſit creatum; & tamen hæc tantæ molis beſtia ſubjecta nobis, impetus ſervit humanis.

CAPUT VI.

Belluas robuſtiſſimas ac ferociſſimas homini à creatore ſubditas: eiſdem minutiſſima animalia terrori atque exitio eſſe. Tum paucis de ſerpentum utilitate diſputatis, homo ad ſui animæque propriæ cognitionem excitatur.

36. ETenim quoniam de hominis creatura dicturi ſumus, commendationem ejus præſtruere & prælibare debemus. Videbatur nihil elephantis creatura habere robuſtius, nihil tam terribile vel procerum, nihil tam ferum quam leones vel tigrides ſunt; & hæc ſerviunt homini, & naturam ſuam humana inſtitutione deponunt. Obliviſcuntur quod nata ſunt, induunt quod jubentur. Quid multa? Docentur ut parvuli, ſerviunt ut infirmi, verberantur ut timidi, corriguntur ut ſubditi, in mores tranſeunt noſtros; quoniam motus proprios perdiderunt.

37. Mirabilis igitur natura in maximis; mirabilis enim in excelſis Dominus, mirabilis etiam in minimis. Sicut enim non minus plana camporum, quam montium alta miramur, nec plus altitudinem cedri ſtupemus, quam vitis aut oleæ brevis fœcunditatem; ita non amplius miror elephantum quia procerus eſt, quam murem quia terribilis elephanto eſt. Naturæ igitur hæc potentia eſt; ut terribilia aliis, aliis meticuloſa ſint. Eſt enim donata prærogativa quædam ſingulis creaturis; ut quibuſdam privilegiis propriis fulciantur. Formidabilis tauris elephantus murem timet. Leo quidem rex ferarum exiguo ſcorpionis aculeo exagitatur, & veneno ſerpentis occiditur. Eximia leonis pulcritudo comantes cervice toros excutit, vel ſublato pectore attollit ora. Sed quis non miretur tam brevi ſcorpionis aculeo, ut incorporeum putes, ingentium corporum exire mortem?

38. Nec hoc quiſquam reprehendat[a], quod creator ſerpentes creaturis ſuis, aliaque vel animantium vel herbarum genera venenara miſcuerit. Nata ſunt enim hæc ad correptionem noſtram, non ad deformationem. Nam quæ ignavis, aut infirmis, aut impiis plerumque offenſioni atque terrori ſunt, aliis uſui ita ſunt hæc, ut pædagogi parvulis. Amari videntur, acerbi & moleſti, formidabiles verbere, libertatem laſciviendi negant, neceſſitatem diſciplinæ exigunt, pueriles animos, ne luxu defluant, terrore conſtringunt; ideoque horum auſteritate frugi evadunt, ſobrii, continentes, laudi magis quam ludo dediti. Vides quid terribilia iſta flagella proficiant? Sic & ſerpentes flagella ſunt eorum quibus infirma animi ætas, & quædam puerilis mentis eſt virtus; ceterum fortioribus nocere non poſſunt. Denique confidenti in Domino dictum eſt: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Pſ. 90. 13. Paulum momordit vipera, & putabant eum quaſi peccatorem vix de naufragio ſervatum, veneno eſſe moriturum: ſed poſteaquam inviolabilis manſit excuſſâ in ignem viperâ, plus apud intuentes venerationis invenit. Sed & ipſe Dominus ad om-

a. Mſſ. novem ſatis probati, *quod creator ſerpentis creaturis ſuis talia vel* &c. Alii tamen, & edit. anteponendi.

Marc. 16. 16. nes ait : *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic ſalvus erit : qui verò non crediderit, damnabitur.* Signa autem credentium hæc dixit fore, ut ſerpentes manu mulceant, venena his atque omne mortiferum, etiam ſi biberint, nocere non poſſint. Tua igitur tibi magis iocredulitas ô homo, quam venena metuenda ſerpentium ſunt. Time igitur illa, [a] ut ſaltem dum formidantur illa, ad fidem provocare te poſſint. Quod ſi Deum non times, vel ultricia perfidiæ venena formides.

39. Nunc quoniam & elephantos vides tibi ſubditos, & leooes eſſe ſubjectos; noſce te ipſum ô homo, quod non, ut ferunt, Apollinis *Cant. 1. 7.* Pythii, ſed Salomonis ſancti eſt, qui ait : *Niſi ſcias te formoſa in mulieribus*, quamquam multo antea Moyſes in Deuteronomio ſcripſerit : *Attende tibi ô homo. Attende tibi*, ait lex. Et Propheta *Deut. 4. 9.* ait : *Niſi ſcias te.* Cui hoc dicit? *Formoſa*, inquit, *in mulieribus.* Quæ eſt pulcra in mulieribus, niſi anima, quæ in utroque ſexu præſtaotiam poſſidet pulcritudinis? Et merito decora eſt, quæ non terrena ſed cæleſtia, non corruptibilia ſed incorrupta deſiderat, in quibus decus perire non ſoleat. Corporalia enim omnia proceſſu ætatis, aut ægritudinis inæqualitate marceſcunt. Huic attende, dicit Moyſes, in qua tu totus es, in qua melior tui portio eſt. Denique interpretatus eſt *Matt. 7. 15.* Dominus quis ſis tu, dicens : *Attendite vobis à falſis prophetis*; iſti enim animam debilitant, mentem ſubruunt. Noo igitur caro tu es. Quid enim eſt caro ſine animæ gubernaculo, mentis vigore? Caro hodie ſumitur, cras deponitur. Caro temporalis, anima diuturna. Caro amictus eſt animæ, quæ ſe induit quodam corporis veſtimento. Non igitur tu veſtimentum es, ſed qui *Coloſſ. 3. 10.* veſtimento uteris. Ideo tibi dicitur, ut exſpolians veterem hominem cum actibus ejus, novum induas, qui non in corporis qualitate, ſed io ſpiritu mentis, & agnitione renovatur. Non, inquam, caro es tu; neque enim carni dicitur : *Cor. 3. 17.* *Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Et *Ibidem. 5.* alibi, *Templum Dei vos eſtis, & Spiritus ſanctus habitat in vobis* : ſed renovatis dicitur & fidelibus, in quibus permanet ſpiritus Dei. In carnalibus autem non permanet, quia ſcriptum eſt : *Gen. 6. 3.* *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis; quoniam carnes ſunt.*

CAPUT VII.

Hominis creationem à conſideratione creatoris auſpicatur. Filium Patris imaginem eſſe, nec non inter eos unitatem diſtinctionemque inveniri demonſtrat. Denique hominem ut cognoſcat unde oriatur, cujuſve imaginem, & in qua parte eam geras, admonet.

40. Sed ipſius creationis noſtræ ſeriem conſideremus. *Gen. 1. 26.* *Faciamus*, inquit, *hominem ad noſtram imaginem, & ad ſimilitudinem noſtram.* Quis hoc dicit? Nonne Deus, qui te fecit? Quid eſt Deus? Caro, an ſpiritus? Non caro utique, ſed ſpiritus, cujus ſimilis caro eſſe non poteſt; quia ipſe incorporeus & inviſibilis eſt, caro autem comprehenditur & videtur. Cui dicit? Non ſibi utique, quia non dicit, faciam, ſed *faciamus.* Noo Angelis, quia miniſtri ſunt : ſervi autem cum domino, & opera cum auctore non poſſunt operationis habere conſortium : ſed dicit Filio; etiamſi Judæi oolint; etiamſi Ariani repugnent. Sed & Judæi conticeſcant, & Ariani [b] cum ſuis parentibus obmuteſcant, qui dum uoum à conſortio divinæ operatioois excludunt, plures inſerunt; & prærogativam quam Filio oegant, ſervulis dooant.

41. Sed eſto; ut adminiculo ſervulorum ad operandum Deus vobis indiguiſſe videatur. Si operatio communis eſt cum Angelis Deo, numquid Deo & Angelis imago communis eſt? Numquid Aogelis diceret : *Faciamus hominem ad noſtram imaginem, & ad ſimilitudinem noſtram?* Sed quid ſit imago Dei audi diceotem : *Coloſſ. 1. 13. & ſeq.* *Qui eripuit nos*, inquit, *de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum* [c] *Filii claritatis ſuæ, in quo habemus redemtionem, remiſſionem peccatorum, qui eſt imago Dei inviſibilis, & primogenitus univerſæ creaturæ.* Ipſe eſt imago Dei Patris, qui ſemper eſt, & erat in principio. Denique imago eſt qui dicit : *Johan. 14. 8. & 9.* *Philippe qui videt me, videt & patrem.* Et quomodo tu cùm imaginem vivam Patris viventis videas, dicis : *Oſtende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt?* Imago Dei virtus eſt, non infirmitas : imago Dei ſapientia eſt, imago Dei juſtitia eſt : ſed ſapientia divina eſt, & ſempiterna juſtitia. Imago Dei eſt ſolus ille, qui dixit : *Johan. 10. 30.* *Ego & Pater unum ſumus*; ita habens ſimilitudinem Patris, ut divinitatis, & plenitudinis habeat unitatem. Ubi dicit, *faciamus*, quomodo inæqualitas? Cùm iterum dicat, *ad ſimilitudinem noſtram*, ubi eſt diſſimilitudo? Sic & in Evangelio ubi dicit : *Ego & Pater*, utique non una perſona eſt : ubi autem ait, *unum ſumus*, nulla eſt diſcrepantia divinitatis, aut operis. Non igitur in utroque uoa perſona, ſed una ſubſtantia eſt. Et bene addidit, *ſumus*; quia ſemper eſſe divinum eſt, ut coæternum credas, quem putabas diſſimilem eſſe. Æternus eſt enim, de quo dicit Moyſes : *Exod. 3. 14.* *Qui eſt miſit me.* Pulcre etiam illud præmiſit : *Ego & Pater.* Nam ſi patrem præmiſiſſet, tu minorem Filium judicares : ſed præmiſit Filium, quem non convenit credi Patre ſuperiorem. Adjuoxit *Patrem*, ut advertas Deum Patrem & Filium ejus ordinis præjudicio non teneri.

42. *Deut. 4. 9.* *Attende*, inquit, *tibi ſoli.* Aliud enim ſumus nos, aliud ſunt noſtra, aliud quæ circa nos ſuot. Nos ſumus, hoc eſt, anima & mens : noſtra ſunt corporis membra, & ſenſus ejus : circa nos autem pecunia eſt, ſervi ſuot, & vitæ iſtius apparatus. Tibi igitur attende, & te ipſum ſcito, hoc eſt, non quales lacertos habeas, non quantam corporis fortitudinem, oon quantas poſſeſſiones, quantam potentiam, ſed qualem animam ac mentem, unde omnia conſilia proficiſcuntur, ad quam operum tuorum fructus refertur. Illa eſt enim plena ſapientiæ, plena pietatis atque juſtitiæ; quoniam omnis virtus à Deo

a. Codices Carn. Corb. vetus, Th. ac Reg. *ut ſalutem adquiras, dum formidantur illa.*
b. Edit. vet. & mſſ. quinque, *cum ſuis paribus.* Rom & mſ Ben. *cum ſuis partibus.* Alii aliquot, *cum ſuis patribus.* Carn. Corb. vetus, & Th. ut in textu.
c. Ita mſſ plures ac potiores cum edit. antiquioribus. Ben. tamen & alii cum edit. Gill. & Rom. *Filii caritatis ſuæ.*

[Cant. 4. 9. 16. De pœnit. diſt. 2 cap. Illa anima.] eſt. Cui dicit Deus: *Ecce ego Hieruſalem pinxi muros tuos.* Illa anima à Deo pingitur, quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſplendoremque pietatis. Illa anima bene picta eſt, in qua elucet divinæ operationis effigies. Illa anima bene picta eſt, in qua eſt ſplendor gloriæ, & paternæ imago ſubſtantiæ. Secundum hanc imaginem quæ refulget, pictura pretioſa eſt. Secundum hanc imaginem Adam ante peccatum: ſed ubi lapſus eſt, depoſuit imaginem cæleſtis, ſumſit terreſtris effigiem. Sed fugiamus hanc imaginem, quæ intrare civitatem Dei non poteſt, [Pſ. 72. 20.] quia ſcriptum eſt: *Domine in civitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges.* Et non intrat indigna imago, & quæ intraret, excluditur; [Apoc. 21. 27.] quia *non intrabit*, inquit, *in eam omne commune, & faciens execrationem & mendacium*: ſed ille intrabit in eam, cujus in fronte agni nomen ſcriptum eſt.

43. Anima igitur noſtra ad imaginem Dei eſt. In hac totus es homo; quia ſine hac nihil es, ſed es terra, & in terram reſolveris. Denique ut ſcias [Matt. 10. 28.] quia ſine anima caro nihil eſt: *Nolite*, inquit, *timere eos, qui poſſunt corpus occidere, animam autem non poſſunt.* Quid igitur in carne præſumis, qui nihil amittis, ſi carnem amiſeris? Sed illud time, ne animæ tuæ defraudens auxilio. Quam enim dabit homo commutationem pro anima ſua, in qua non exigua ſui portio, ſed totius humanæ univerſitatis ſubſtantia eſt? Hæc eſt per quam ceteris ferarum aviumque dominaris animantibus: hæc eſt ad imaginem Dei, corpus autem ad ſpeciem beſtiarum. In hac pium divinæ imitationis inſigne; in illo cum feris ac belluis vile conſortium.

CAPUT VIII.

Ut preſſius intelligatur ubi divina ſimilitudo reſideat, corporis & animæ dotes examinantur. Oſtenditur totum hominem animæ vocabulo deſignari. Qui Dei imaginem fuco, crudelitate, perfidia oblitterant, objurgantur. Sub hac exhortatio ad vigilantiam contra vitia, & pauperum ad divitum iter ſe comparatio caput abſolvit.

44. Sed tractemus [a] limatius quid ſit ad imaginem Dei. Caro numquid ad imaginem Dei eſt? Ergo in Deo terra eſt; quia caro terra eſt. Ergo corporeus Deus. Ergo infirmus ut caro, paſſionibuſque ſubjectus. Et forte caput tibi videatur ad ſimilitudinem Dei, quia eminet: aut oculi, quia intuentur: vel aures, quia audiunt. Si altitudinem ſpectes, num proceri videmur; quia paululum vertice eminemus à terris? Sed ideo non pudet, eo nos ſimiles Dei dici, quia ſerpentibus ceteriſque reptantibus, aut quia damulis, atque ovibus, & lupis celſiores ſumus? Et quantum in ea parte cameli nobis atque elephanti proceriores ſunt? Obtutus eſt quidem præſtans, ſpectare elementa mundi, cognoſcere quæ nullus annuntiet, ſed tuus deprehendat adſpectus: verùm hoc ipſum quantum eſt quod videmus; ut eo ad ſimilitudinem Dei nos eſſe dicamus, qui omnia videt, ſpectat omnia, latentes deprehendit affectus, ſcrutatur cordis occulta? Non pudet huc dicere, cùm ipſe me totum videre non poſſim? Quod ante pedes eſt, video; quod à tergo eſt, videre non poſſum. Cervicem meam neſcio, non novi occipitium, renes meos videre non poſſum. Similiter quantum eſt quod audivimus; cùm id quod paululum diſtet, videre & audire non poſſim? Si interjecti parietes ſint, impeditur adſpectus, impeditur auditus. Deinde corpus noſtrum uno in loco hæret, anguſto includitur ſpatio. Omnes feræ latiores ſunt homine, omnes etiam velociores.

45. Non ergo caro poteſt eſſe ad imaginem Dei, ſed anima noſtra quæ libera eſt, & diffuſis cogitationibus atque conſiliis huc atque illuc vagatur, quæ conſiderando ſpectat omnia. Ecce nunc ſumus in Italia, & cogitamus ea quæ ad Orientales aut Occidentales partes ſpectare videntur, & cum illis verſari videmur qui in Perſide ſunt conſtituti, & illos videmus qui degunt in Africa, ſi quos cognitos nobis ea terra ſuſceperit: ſequimur proficiſcentes, inhæremus peregrinantibus, copulamur abſentibus, alloquimur ſeparatos, defunctos quoque ad colloquium reſuſcitamus, eoſque ut viventes complectimur & tenemus, & vitæ officia his uſumque deferimus. Ea igitur eſt ad imaginem Dei, quæ non corporeo æſtimatur, ſed mentis vigore: quæ abſentes videt, tranſmarina viſu obit, percurrit adſpectu, ſcrutatur abdita, huc atque illuc uno momento ſenſus ſuos per totius orbis fines & mundi ſecreta circumfert: quæ Deo jungitur, Chriſto adhæret, deſcendit in infernum, atque adſcendit, libera verſatur in cælo. Denique audi dicentem: *Noſtra autem converſatio in cælis eſt.* [Phil. 3. 20.] Non eſt ergo ad imaginem Dei, in qua Deus ſemper eſt? Sed audi quia ad imaginem eſt Dei. Dicit enim Apoſtolus: *Nos itaque omnes revelata facie gloriam Dei ſpeculantes ad eandem imaginem reformamur à gloria in gloriam, ſicut à Domini ſpiritu.* [2 Cor. 3. 18.]

46. Quia igitur cognovimus animam eſſe ad imaginem Dei; nunc conſideremus utrum de anima potuerit dici: *Faciamus hominem ad imaginem.* Sed audi & iſtud, quia anima nomine hominis nuncupatur. Scriptum eſt enim in Geneſi: *Filii* [Gen. 46. 27.] *autem Ioſeph qui facti ſunt ei in Ægypto, animæ novem. Omnes ergo animæ quæ intraverunt cum Iacob in Ægyptum ſeptuaginta quinque.* Et multo aptius anima vel homo latine, vel græce ἄνθρωπος dicitur; alterum ab humanitate, alterum ab intuendi habens vivacitate, quæ magis animæ, quam corpori convenire non dubium eſt. Cui rei etiam illud jure concurrit dictum in Threnis Hieremiæ: [Thren. 3. 25.] *Bonus eſt Dominus ſuſtinentibus eum, animæ quæ quærit eum.* De hominibus dixit, & animam adjiciendam putavit. Melius enim quærit iſta ſi ſola ſit, abducens ſe à corporis cœno, & à cupiditate carnali. Ipſa eſt ad imaginem Dei conformis domini Jeſu. Qui autem conformes filii Dei, ſancti ſunt. Sic enim legimus, dicente Paulo: *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia concurrunt in bonum, iis qui ſecundùm pro-* [Rom. 8. 28. & ſeq.]

a. Edit. Rom. *Sed tractemus elimatius quid factum ſit ad imaginem Dei. Caro numquid ad imaginem Dei facta eſt? Non. A'ie ſuin ergo in Deo &c.*

poſitum vocati ſunt ſancti : quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis Filii ſui ; ut ſit primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit : & quos vocavit, hos & juſtificavit : quos autem juſtificavit, hos & clarificavit. Utrum igitur ſecundùm corpus, an ſecundum animam juſtificatio tibi conferri videatur, quæſo reſpondeas. Sed dubitare non potes, cùm juſtitia unde juſtificatio derivata eſt, mentis utique non corporis ſit.

47. Pictus es ergo ô homo, & pictus à domi- B no Deo tuo. Bonum habes artificem atque pictorem. Noli bonam delere picturam, non fuco ſed veritate fulgentem, non cera expreſſam ſed gratia. Deles picturam mulier, ſi vultum tuum materiali candore oblinas, ſi acquiſito rubore perfundas. Illa pictura vitii non decoris eſt : illa pictura fraudis, non ſimplicitatis eſt : illa pictura temporalis eſt, aut pluvia, aut ſudore tergitur : illa pictura fallit & decipit ; ut neque illi placeas, cui placere deſideras, qui in- C telligit non tuum, ſed alienum eſſe quod placeas ; & tuo diſpliceas auctori, qui videt opus ſuum eſſe deletum. Dic mihi, ſi ſupra artificem aliquem inducas alterum, qui opus illius ſuperioris novis operibus obducat, nonne indignatur ille, qui opus ſuum adulteratum eſſe cognoverit ? Noli tollere picturam Dei, & picturam meretricis adſumere, quia ſcriptum eſt : 1 Cor. 6. 15 *Tollam ergo membra Chriſti, & faciam membra meretricis? Abſit.* Quod ſi quis adulterat opus Dei grave D crimen admittit. Grave eſt enim crimen ; ut putes quod melius te homo, quam Deus pingat. Grave eſt ut dicat de te Deus : Non agnoſco colores meos, non agnoſco imaginem meam, non agnoſco vultum, quem ipſe formavi, rejicio ego quod meum non eſt. Illum quære qui te pinxit : cum illo habeto conſortium : ab illo ſume gratiam, cui mercedem dediſti. Quid reſpondebis ?

48. Quod ſi grave eſt adulterare opus Dei, E quid de illis dicemus, qui interficiunt opus Dei, qui humanum ſanguinem fundunt, qui vitam quam Deus donavit, extorquent, qui dicunt : Tollamus juſtum, quia inutilis eſt nobis ? Unde bene lectum eſt hodie : Matth. 8. 20 *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos ubi requieſcant : Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* Vulpes ergo ſe abſcondit in fovea, avis ſe tuetur in nido : homo non abſconditur in fovea, ſed decipitur. F Fovea vero os hominis eſt, fovea alta pectus eſt hominis, ubi ſunt noxia & fraudulenta conſilia, malæ cogitationes. Tu ambulas, & alius tibi foveam parat. In medio laqueorum ambulas, quos abſconderunt tibi in via inimici tui. Omnia ergo circumſpice ; ut effugias ſicut damula de retibus, & ſicut avis de laqueo. Damula retia adſpectus vivacitate declinat : avis devitat laqueos, ſi ad ſuperiora ſe conferat, & terrena ſupervolet. In ſuperioribus enim nemo tendit retia, laqueum nullus abſcondit. Ideo cujus converſatio in ſupernis eſt, hujus non ſolet in prædam venire captura. Sed quid miraris ſi homo

A decipitur ab homine, quando Filius hominis ubi requieſceret, non habebat ? Et ille quidem talem hominem fecit, in quo caput ſuum reclinaret. Sed poſteaquam in pectore noſtro non requies proximi cœpit eſſe, ſed fovea ; poſteaquam alter alteri nectere cœpit inſidias, quem juvare deberet, caput ſuum Chriſtus avertit à nobis : ſed [a] poſtea tamen maluit illud morti offerre pro nobis. Noli igitur eſſe fraudulentus, crudelis, immitis ; ut in te Chriſtus caput re-

B clinet.

49. Denique cùm feciſſet piſcium belluas, cùm feciſſet ferarum genera & beſtiarum, non requievit : requievit autem poſteaquam hominem ad imaginem ſuam fecit. In quo requieſcat audi dicentem : Eſai. 66. 2 *Supra quem requieſcam niſi ſuper humilem & quietum, & trementem verba mea?* Eſto ergo humilis, & quietus ; ut in tuo Deus requieſcat affectu. Qui non requievit in beſtiis, multo magis non requieſcet in pectore beſtiali. C Sunt enim animi beſtiales, ſunt feræ forma hominum indutæ, de quibus dicit Dominus : Matt. 7. 15. *Attendite vobis à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ovium, intus autem ſunt lupi rapaces.* In his ergo non requievit Deus : ſed requievit in moribus humanis, quos fecit Deus ad imaginem ſuam & ſimilitudinem, quando fecit virum qui non debet velare caput ſuum ; quoniam imago & gloria eſt Dei. Hujus viri animæ dicit : Eſa. 49. 16. *Ecce ego Hieruſalem pinxi muros tuos.* Non dixit, pinxi D ventrem tuum : non dixit, pinxi inferiora [b] tua : ſed dixit, pinxi muros tuos, valida ſe adſerens homini murorum dediſſe præſidia ; ut ſi pervigil ſpeculator in portis ſit, obſidionis poſſit periculum propulſare. Dicit itaque : Non tibi voluptates dedi, non illecebras cupiditatum, non incentiva luxuriæ, non alieni decoris concupiſcentiam : ſed dedi tibi fundamenta muralia, dedi tibi turrium excelſa faſtigia, in quibus conſtitutus expugnari ab hoſte non metuas, nec in- E gruentium legionum terribilia licet tentamenta formides. Denique habes in Eſaia, quia juſti anima dicit, vel Eccleſia : Eſa. 27. 3 *Ego civitas munita, ego civitas obſeſſa* : munita per Chriſtum, obſeſſa per diabolum. Sed non debet obſidionem vereri, cui Chriſtus adjutor eſt. Munitur enim gratia ſpiritali, & ſæcularibus periculis obſidetur. Unde & in Canticis habes dictum : Cant. 8. 10 *Ego murus, & ubera mea turres.* Murus eſt Eccleſia, turres ejus F ſunt ſacerdotes, quibus abundat & de naturalibus verbum, & de moralibus diſciplina.

50. Cognoſce ergo te decora anima ; quia imago Dei es. Cognoſce te homo ; quia gloria es Dei. Audi [c] quomodo gloria. Propheta dicit, Pſ. 138. 6. *Mirabilis facta eſt cognitio tua ex me*, hoc eſt, in meo opere tua mirabilior eſt facta majeſtas, in conſilio hominis tua ſapientia prædicatur. Dum me intueor, quem tu in ipſis cogitationibus occultis & internis affectibus deprehendis, ſcientiæ tuæ agnoſco myſteria. Cognoſce ergo te ô homo quantus ſis, & attende tibi ; ne quando laqueis implicatus diaboli fias præda venantis ; ne forte in fauces tetri illius leonis incurras, qui

a. In edit. Pariſ. 1614. & 1632. deſunt, *ſed poſtea tamen maluit illud morti offerre pro nobis.*
b. Quinque mſſ. *exteriora tua.*

c. Mſſ. Carn. Th. Reg. Colb. & Corb. vetus, *Audi quomodo glorians Propheta dicat.*

rugit & circuit quærens quem devoret. Attende [A] tibi; ut conſideres quid in te intret, quid ex te exeat. Non de cibo dico, qui abſorbetur & egeritur, ſed de cogitatione dico, de ſermone adſero. Non in te intret alieni thori concupiſcentia, non irrepat in tuam mentem, non rapiat oculus tuus tranſeuntis feminæ pulcritudinem, animus non includat, non ſermo tuus tentamentorum machinas nectat, non in dolo prodat, non maledicto proximum adſpergat opprobrio. Venatorem te fecit Deus non expugnatorem, qui dixit: [B] [*Hier. 16. 16.*] *Ecce ego mitto venatores multos:* venatores non criminis, ſed abſolutionis; venatores non culpæ utique, ſed gratiæ. Piſcator Chriſti eſt, cui dicitur: [*Luc. 5. 10.*] *Amodo eris homines* [a] *vivificans.* Sic mitte retia tua, ſic mitte oculos tuos, ſic mitte ſermones tuos; ut nullum opprimas, ſed alleves fluctuantes. Attende, inquit, tibi. [*Eccli. 28. 10.*] Sic ſta, ne cadas: ſic curre, ut ad bravium pervenias: ſic certa, ut ſæpe decernas; quia legitimo debetur corona certamini. Miles es, hoſtem diligenter ex- [C] plora; ne tibi nocturnus irrepat: athleta es, manibus adverſario propior eſto, quam vultu; ne oculum feriat tuum. Liber obtutus ſit, argutus inceſſus; ut irruentem effundas, cedentem occupes, vulnus vigilanti adſpectu exeas, forti congreſſu repellas. Quod ſi fueris vulneratus, attende tibi, curre ad medicum, quære remedium pœnitentiæ. Attende tibi; quia carnem habes, quæ cito labitur: veniat tibi bonus animarum medicus ſermo divinus, aſpergat tibi [D] oracula Domini tamquam medicamenta ſalubria. Attende tibi; ne fiat verbum abſconditum in corde tuo iniquum; ſerpit enim ſicut venenum, & lethalia infert contagia. Attende tibi; ne obliviſcaris Deum qui fecit te, ne nomen ejus in vanum accipias.

51. [*Deut. 8. 12. & ſeq.*] Attende tibi, lex dicit ne cùm manducaveris, & ſatiatus fueris, & domos ædificaveris, & habitare cœperis, & pecoribus tuis repletus fueris, & auro & argento abundaveris, & om- [E] nibus quæcumque tibi fuerint, in multitudine exaltes te corde, & obliviſcaris dominum Deum tuum. Quid enim habes ô homo, quod non accepiſti? Nonne hæc omnia ſicut umbra prætereunt? Nonne domus tua hæc pulvis eſt & ruina? Nonne hæc omnia [b] falſa? Nonne ſæculi hujus theſaurus vanitas eſt? Nonne tu ipſe es cinis? Reſpice in ſepulcra hominum, & vide quid ex te niſi cinis & oſſa remanebunt, hoc eſt, ex corpore tuo: reſpice, inquam, & dic mihi [F] quis ibi dives, quis pauper ſit? Diſcerne inopes ac potentes. Nudi omnes naſcimur, nudi morimur. Nulla diſcretio inter cadavera mortuorum; niſi forte quod gravius fœtent divitum corpora diſtenta luxurie. Quem audiſti pauperem cruditate defunctum? Prodeſt illi inopia ſua: exercet corpus, non opprimit. Nec tamen audivimus juſtum derelictum, & ſemen ejus quærens panem; quoniam qui bene operatur in terra ſua, abundat alimentis. Attende ergo tibi dives; quia & tu carnem portas ſicut pauper.

52. Attende tibi pauper; quia anima tua pretioſa eſt: & ſi caro mortalis, diuturna anima: & ſi tibi deeſt pecunia, non deeſt gratia: & ſi non eſt domus ampla, non diffuſa poſſeſſio, cælum patet, terra libera eſt. Omnibus in commune elementa donata ſunt, patent æque divitibus atque pauperibus ornamenta mundi. Numquid pulcriora pretioſiſſimarum domorum aurata laquearia, quam cæli facies ſtellis inſignita fulgentibus? Numquid latiora divitum rura, quam ſpa- [B] tia terrarum? Unde ad eos qui domum ad domum, & villam ad villam jungunt, dictum eſt: *Numquid ſoli habitabitis ſuper terram?* [*Eſai. 5. 8.*] Majorem domum tu habes pauper, in qua clamas & exaudiris: *O Iſrael*, inquit Propheta, *quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus! Magnus & non habet finem, altus & immenſus.* [*Baruc. 3. 24. & ſeq.*] Domus Dei diviti eſt communis, & pauperi; difficile eſt tamen divitem intrare in regnum cælorum. Sed forte doles, quod nullum tibi auratorum ly- [C] chnorum lumen refulgeat: ſed multo illuſtrior tibi lumine circumfuſo luna reſplendet. De hyeme forſitan quereris, quia nulla tibi hypocauſta anhelantibus ignibus vaporentur: ſed habes ſolis calorem, qui tibi orbem terrarum temperet, & hyberno te defendat à frigore. An illos beatos putas, qui ſerviriorum ſequentium ſtipantur catervis? Sed qui alienos pedes requirunt, ſuis uti neſciunt. Denique à paucis præceduntur, à plurimis portantur. Niſi forte illud miraris, quod [D] abundant auro, argento, pecunia: quantis abundant vides, quantis egeant non vides. Sed eburneis lectis accumbere pretioſum putas; & non conſideras pretioſiorem eſſe terram, quæ pauperi thoros graminum ſternit, in quibus dulcis requies, ſuavis eſt ſomnus, quem ille aurea compoſitus ſponda, tota pervigil nocte quærit, & non capit. O quanto te ille beatiorem judicat vigilans quieſcentem! Illud [c] prætereo, quod multo eſt præſtantius; quoniam juſtus qui hîc [E] eguerit, illic abundabit: & qui hîc laborem toleraverit, illic conſolationem habebit: qui autem hîc receperit bona, illic mercedem eorum ſperare non poterit. Paupertas enim mercedem ſuam reſervat, cenſus abſumit.

53. Attende ergo tibi pauper, attende dives; quia & in paupertate & divitiis tentamenta ſunt. Ideoque Sapiens dicit: *Divitias & paupertatem ne dederis mihi.* [*Prov. 30. 8.*] Et qua ratione petierit hoc dicit; ſatis eſt enim homini habere, quod ſibi ſufficit. [F] Quia divitiæ ut epulis ventrem, ita animum curis ſollicitudinibuſque diſtendunt. Ideoque petit conſtitui ſibi quæ opus ſunt & ſufficientia; *Ne repletus*, inquit, *mendax fiam, & dicam: Quis me videt? Aut factus pauper furtum faciam*, [d] *& jurem nomine Domini.* [*Ibid.*] Fugienda igitur & cavenda ſunt tentamenta mundi; ne pauper deſperet, ne opulens inſoleſcat. Scriptum eſt enim: [*Deut. 8. 17.*] Cùm expuleris gentes, & cœperis uti terris eorum, ne dicas: Virtus mea & manus mea hanc mihi poſſeſſionem paravit. Sic eſt qui opes ſuas merito adſcribit ſuo. Et ideo quaſi probatus proprium non agnoſcit errorem: ſed longo trahit fune

a. Quatuor mſſ. *homines capiens.* ut etiam ſupra. l. 5. c. 6. n. 16.
b. Ita mſſ. Carn. Corb. vetus, Th. & alii quinque. At Ben. cum reliquis, atque edit. *fabula.*
c. Mſſ. decem optimæ notæ, *Illud prætereo.*

d. Rom. edit. ac mſſ. Carn. *& jurem nomen Domini.* Cæn. *& perjurem nomen Domini.* vet. edit. ac mſſ. bene multi, *& jurem in nomine* &c. Omnium antiquiſſimi non agnoſcunt præpoſitionem.

peccatum. Nam ſi credat quod acceſſio pecuniæ aut ſortuiti eventus aut turpis aſtutiæ ſit, non habet locum inſolentia in quibus aut nulla laus, & inanis labor, aut cupiditas inverecunda ſit modùm neſciens ponere voluptati.

CAPUT IX.

De corporis humani præſtantia, deque ſingulorum ejus membrorum conformatione, diſpoſitione atque officiis.

54. SEd jam etiam de ipſo hominis corpore aliqua dicenda ſunt, quod præſtantius ceteris decore & gratia eſſe quis abnuat? Nam etſi una atque eadem omnium terrenorum corporum videatur eſſe ſubſtantia, firmitudo & proceritas quibuſdam major in beſtiis: forma tamen humani corporis eſt venuſtior, ſtatus erectus & celſus; ut neque enormis proceritas ſit, neque vilis & abjecta [a] pauxillitas: tum ipſa habitudo corporis ſuavis & grata; ut neque belluna vaſtitas horrori ſit, nec gracilitas tenuis infirmitati.

55. Ac primum omnium cognoſcamus humani corporis fabricam inſtar eſſe mundi. Siquidem ut cælum eminet [b] aeri, terris, mari quæ velut quædam membra ſunt mundi: ita etiam caput ſupra reliquos artus noſtri corporis cernimus eminere, præſtantiſſimumque eſſe omnium, tamquam inter elementa cælum, tamquam arcem inter reliqua urbis mœnia. In arce hac regalem quamdam habitare ſapientiam ſecundùm propheticum dictum: Quia *oculi ſapientis in capite ejus:* (Eccl. 2. 14.) hanc eſſe ceteris tutiorem, & ex illa omnibus membris vigorem providentiamque deferri. Quid enim robur & validitas lacertorum proficiat, quid velocitas pedum; niſi capitis velut principis ſui imperialis quædam adminiculetur poteſtas? Ex hoc enim aut deſtituuntur univerſa, aut omnia fulciuntur. Quid agat fortitudo, niſi oculo duce utatur ad prælium? [c] Quid fuga, ſi deſit obtutus? Carcer eſt totum corpus tenebroſo inhorrens ſitu; niſi oculorum illuminetur adſpectu. Quod ergo ſol & luna in cælo, hoc ſunt oculi in homine. Sol & luna duo mundi lumina: oculi autem quædam in carne ſidera ſulgent deſuper, & inferiora claro illuſtrant lumine, nec patiuntur noctis quibuſdam nos tenebris implicari. Speculatores quidam noſtri die ac nocte excubant. Nam ex ſopore membris ceteris citius excitantur, & vigilantes circumſpectant omnia; viciniores enim ſunt cerebro, unde omnis manat uſus videndi. Neque vero præpropere quiſquam huc deſcendiſſe me credat, quod relicto vertice oculos prædicem, cùm alienum non ſit ſummam rem in parte laudare. Oculos enim certum eſt eſſe capitis portionem. Caput itaque oculis explorat omnia, auribus occulta rimatur, cognoſcit abſcondita, audit quid aliis agatur in terris.

56. Ipſe autem vertex capitis quam ſuavis & gratus, quam ſpecioſa cæſaries, quam reveren- A da in ſenibus, quam veneranda in Sacerdotibus, quam terribilis in bellatoribus, quam decora in adoleſcentibus; quam comta in mulieribus, quam dulcis in pueris! Alium ſexum crinita non decet, alium tonſa non decet. Ex arboribus licet quæ humani ſit gratia capitis, æſtimare. In capite arboris omnis eſt fructus, ibi omnis eſt pulcritudo, illius coma nos aut à pluviis tegit, aut defendit à ſole. Tolle arbori comam, tota arbor ingrata eſt. Quanto B igitur major humani capitis ornatus eſt, qui cerebrum noſtrum, hoc eſt, ſedem originemque noſtrorum ſenſuum capillis capitis munit & veſtit; ne aut frigore vexetur aut æſtu? Illic enim fons univerſorum eſt; & ideo ubi injuria nocet, ibi gratia præeminet.

57. Quid ſine capite eſt homo, cùm totus in capite ſit? Cùm caput videris, hominem agnoſcis: ſi caput deſit, nulla agnitio eſſe poteſt: jacet truncus ignobilis, ſine honore, ſine nomi- C ne. Sola ære fuſa principum capita, & ducti vultus de ære vel de marmore [d] ab hominibus adorantur. Non immerito igitur huic quaſi conſultori ſuo cetera membra famulantur, & circumferunt illud ſervili geſtamine ſicut numen, atque in ſublime locatum vehunt. Unde cenſoria poteſtate quo vult dirigit quorumdam obſequia ſervulorum, & præcepta ſingulis obeunda decernit. Videas imperatori ſuo ſingula gratuito ſtipendio militare. Alia portant, alia paſ- D cunt, alia defendunt, vel miniſterium ſuum exhibent: parent ut principi, ancillantur [e] ut domino. Inde velut quædam procedit teſſera, quam debeant pedes obire regionem, quæ militiæ munia manus conſummandis operibus exequantur, quam venter abſtinendi vel edendi formam impoſitæ teneat diſciplinæ.

58. Huic frons libera, nudis aperta temporibus, quæ mentis habitum ſpecie ſui prodat: nunc læta, nunc triſtior: nunc erecta ad ſeveritatem, E nunc ad lenitatem remiſſior, quæ ſignis forenſibus internam exprimat voluntatem. Imago quædam animi loquitur in vultu, fidei baſis in qua quotidie Domini nomen inſcribitur & tenetur. Eam geminæ ſepes ſuperciliorum ſequuntur, quæ oculis munimenta prætendunt, prætexunt gratiam; ut & venuſtas decoris arrideat, & diligentia protectionis adſiſtat. Si quid enim de capite ſordium decidat, aut arenæ pulvis, aut ros nebulæ, aut humeſcentis verti- F cis ſudor, excipitur ſupercilio, ne teneras offenſa acie viſiones mollium perturbet oculorum.

59. Adhærent velut quibuſdam montium ſuperciliis oculi; ut & protegente montis cacumine tutiores ſint, & tamquam in ſummo locati, de quadam ſcena ſuperiore univerſa proſpectent. Neque enim oportebat eos humiles eſſe ſicut aures, vel os, ipſoſque narium interiores ſinus. Specula enim ſemper ex alto eſt; ut advenientium catervarum hoſtilium explorari poſſit adventus, ne improviſo occupent otiantem vel urbis populum vel imperatoris exercitum. Sic latronum quoque caventur incurſus, ſi explo-

a. Ita mſſ. duodecim cum vet. edit. Codex autem Cæn. & Vict. unus, *puſillitas*. Alii & edit. recentiores, *puſillanimitas*.
b. Edit. omnes, *ut cælum eminet aeri, terris maria, quæ* &c. Mſſ. aliquot .... *terris, marique*. Alii majori numero & auctoritate, ut ſupra in textu.
c. Car. mſ. *Quid tu agat? Deſit obtutus carcer eſt*, &c.
d. Mſſ. Corb. unus & Vict. etiam unus *ab hominibus adornantur*.
e. Big. Gem. Corb. unus & Vict. unus, *ut domino*.

ratores in muris aut turribus aut montis excelſi ſupercilio ſint locati; ut deſuper ſpectent plana regionum, in quibus inſidiæ latronum latere non poſſint. In mari quoque poſitus ſi quis terræ appropinquare ſe conjicit, in ipſa mali faſtigia, & celſa antennarum cornua voti explorator aſcendit, & adhuc inviſibilem reliquis navigantibus eminus terram ſalutat.

60. At forte dicas: Si ſpecula editior neceſſaria fuit, cur non ſupra ſummum verticem capitis oculi conſtituti ſunt, ſicut cancris vel ſcarabæis in ſummo ſunt, quibus licet nullum caput appareat, colla ac dorſa tamen cetero corpore celſiora ſunt? Sed illis teſta valida, nec tam tenuis membrana ſicut nobis, quæ facile poſſit offendi, ruboque & ceteris interſcindi ſentibus. Aliis quoque animantibus hujuſmodi ſpecies, ut poſſint oculos aut ad cervicem conferre, ut equi, ac boves, ac propemodum omnes feræ, aut ad alas ſuas, ut aves quo tuta quiete potiantur. Nobis autem in ſumma propemodum corporis parte conſtitui oculos oportuit tamquam in arce, & ab omni vel minima offenſione defendi, quæ duo ſibi compugnantia videbantur. Nam ſi in humili eſſent propter tutamen, munus impediretur; ſi in vertice, paterent ad injuriam. Itaque ne vel [a] uſui muneris aliquid detraheretur, vel aliquid ad propulſandam injuriam non proſpiceretur, eo loci oculos conſtituit, cui ſupercilia deſuper non minimum protectionis impertiant, ſubter malæ aliquantulum elevatæ haud exiguum munitionis adjungant, interiorem partem ſepiant nares, exteriorem quoque frontis malarumque gibbi extuberent: & licet oſſium compage connexa & æquata confinia circumvallare videantur, inter hæc medii ſunt oculorum orbes, & tuti ad cavendum, & ad intuendum liberi, & decori ad gratiam, ut pote in cryſtalli ſpeciem refulgentes. In quorum medio pupillæ ſunt, quæ videndi munus operantur. Hæ ne qua incidentis injuriæ offenſione lædantur, pilis hinc inde conſertis velut quodam vallo per circuitum muniuntur. Unde tutum ſibi auxilium

Pſ. 16. 8. poſtulans Propheta ait: *Cuſtodi me Domine ut pupillam oculi*; ut protectionis divinæ fieret ei tam ſollicita & tuta cuſtodia, quàm pupillam oculi tutiſſimo quodam naturæ vallo munire dignatus eſt. Simul quia innocentia & integritas levi ſorde adſperſa violatur, & gratiæ ſuæ munus amittit; & ideo proſpiciendum, ne quis eam pulvis erroris oblimet, aut ulla vexet feſtuca peccati;

Matt. 7. 5. quia ſcriptum eſt: *Ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui.*

61. Itaque propter oculos ferunt medendi periti cerebrum hominis in capite locatum, alios autem noſtri corporis ſenſus propter cerebrum finitimo quodam eſſe domicilio conſtitutos. Initium enim nervorum & omnium ſenſuum voluntariæ commotionis cerebrum eſt, atque inde omnis eorum quæ diximus, cauſa manat. Initium autem arteriarum & inſiti caloris, quo animantur & tepeſiunt vitalia, cor eſſe plerique arbitrantur. Senſuum autem ſingulorum velut organum nervi ſunt, qui velut chordæ & fides quædam de cerebro oriuntur, & per partes corporis in ſingula quæque officia derivantur. Ideoque mollius eſt ceteris cerebrum, quia omnes ſuſcipit ſenſus [b]; unde omnes nervi, & quo referunt univerſa, quæ vel oculus viderit, vel auris audierit, vel odor inhalaverit, vel lingua increpuerit, vel os ſaporis acceperit. Quod enim molle, ad compaſſionem aptius: quod autem durum ex aliquo rigore nervorum, ad agendum efficacius.

62. Præſtantiſſimum quoque audiendi munus eſt, & viſui ſuppar gratia. Ideo aures exſtantiores ſunt; ut & ornatus decorem præferant, & excipiant omne illud quidquid de vertice ſordium humoriſve defluxerit; ſimul ut in earum ſinibus vox repercuſſa ſine offenſione interiores ingrediatur anfractus. Nam niſi ita eſſet, quis non ad omnem fortioris ſonum vocis attonitus redderetur; cùm inter ipſa ſubſidia frequenter improviſo ictus clamore nos obſurdeſcere ſentiamus? Tum velut quædam propugnacula videas prætendere adverſus frigoris aſperitatem, caloriſque flagrantiam; ut neque frigus penetret ductus patentes, neque nimius adurat æſtus. Sinuatio autem interiorum aurium modulandi quemdam numerum præſtat & diſciplinam. Siquidem per anfractus aurium [c] quidam rythmus efficitur, & modulis quibuſdam ingreſſæ ſonus vocis exprimitur. Tenaces præterea ſermonis accepti ipſos eſſe anfractus aurium uſus ipſe nos docet. Siquidem velut in concavis montium, vel in receſſu rupium, vel in anfractu fluminum vox auditur dulcior, & reſponſa ſuavia referens echo reſultat. Ipſæ quoque ſordes aurium non inutiles quæ ligant vocem: ut tenacior ejus in nobis & memoria ſit, & gratia.

63. De naribus autem quid loquar, quæ bivio & procero foramine antrum quoddam recipiendis odoribus præſtant; ut non perfunctorie odor tranſeat, ſed diutius inhæreat naribus, & earum ductu cerebrum, ſenſuſque depaſcat? Ideo diutius odor flagrat acceptus, quam ſermo reſonat, aut viſus apparet. Plerumque quod momento brevi fueris odoratus, toto die tibi ſpirat in naribus. Per eas quoque purgamenta capitis defluunt, & ſine fraude atque offenſione aliqua corporis derivantur.

64. Eſt etiam non mediocris ſenſus in tactu, atque in eo voluptas gratiſſima, ſincerumque judicium. Plerumque enim tactu probamus, quæ oculis probare non poſſumus.

65. Poſtremum quoque officium eſt oris aut linguæ, quod tamen omnibus vires miniſtrat. Nam neque oculi vigorem videndi haberent, niſi virtutem ſubſtantiæ corporalis acciperent, quæ cibo defertur & potu, neque aures audiendi, aut nares odorandi, aut manus tangendi, niſi corpus omne confortetur alimentis. Deficimus enim viribus, niſi eas cibi competentis aſſiduitate reparemus. Denique confecti fame nullis oblectantur ſenſuum voluptatibus, ſed quaſi exortes eorum delinimenta non ſentiunt.

a. Sex mſſ. *ſui muneris*. Et paulo poſt Carn. Ben. Corb. & alii fere omnes ante, *proſpiceretur*, omittunt negationem.

b. Mſſ aliquot, & edit. vet. *unde omnes nervi quærunt univerſa*. Rom. *eo enim nervi referunt univerſa*. Alii codices non pauci, *unde & nervi, & quo referunt* &c. Optime Ben. ut in textu.

c. Mſſ Gem. ac Big. *quidam* [illegible], id eſt, garrulitas. Alii atque edit. *quidam rythmus*, id eſt, numerus muſicus, vel ut Ben. inter lineas habet, *dulcis ſonus*.

66. Quid ego deſcribam dentium vallum, A quo cibus conficitur, & plenæ fit vocis expreſſio? Quæ ſine dentibus alimonia delectaret? Denique ævi maturos plerumque cernimus hoc ipſo citius ſeneſcere, quod amiſſis dentibus nullam poſſint cibi virtutem validioris adſumere. Ideo muta infantia, quia non habet adhuc organum vocis.

67. Linguæ quoque non ſolum in loquendo, ſed etiam in edendo munus pretioſiſſimum eſt. Ea enim velut plectrum loquentis, & quædam B edentis eſt manus, quæ defluentem cibum dentibus ſuggerit & miniſtrat. Vox quoque aeris quodam remigio vehitur, & per inane portatur, eademque vis quæ aerem verberat, nunc commovet, nunc demulcet audientis affectum, iratum mitigat, fractum erigit, ſolatur dolentem. Sit igitur nobis canorum commune cum avibus. Sed apud quem quo ſono vocis utatur, quod eſt rationabile, non poteſt cum omnibus animantibus irrationabilibus ſcilicet eſſe commune. C Nam & ipſi ſenſus communes nobis ſunt cum animantibus ceteris: ſed tamen non eadem his ceteræ animantes induſtria utuntur. Erigit bucula ad cælum oculos, ſed quid ſpectet ignorat. Erigunt feræ, erigunt aves, omnibus eſt liber adſpectus: ſed ſoli ineſt homini eorum quæ adſpicit affectus interpres. Spectat oculis ortus obituſque ſignorum, videt ornamentum cæli, miratur ſtellarum orbes, fulgores quoque diverſos [a] intelligit ſingulorum, quando heſperus ſurgat, D quando lucifer: cur ille veſpertinus, hic matutinus irradiet: quos motus orion habeat, quos luna defectus: quemadmodum ſol ſuos norit occaſus, circuitus quoque curſus ſui ſolemnitate cuſtodiat. Audiunt quoque animantes ceteræ, ſed quis præter hominem audiendo cognoſcit? Secreta ſapientiæ ſolus homo ex omnibus generibus quæ in terris ſunt, auditu & meditatione & prudentia colligit, qui poteſt dicere: Audiam quid loquatur in me dominus E Deus. Hoc eſt pretioſiſſimum, quod homo divinæ vocis ſit organum, & corporalibus labiis exprimit cæleſte oraculum, ſicut illud eſt: *Clama. Quid clamabo? Omnis caro fænum.* (*Eſa.* 40. 6.) Accepit quod diceret, & clamavit. Sibi habeant prudentiam ſuam qui cæli terrarumque ſpatia radio deſcribunt. Sibi habeant intellectum ſuum, de quo dicit Dominus: *Et intellectum prudentium reprobabo.* (1. *Cor.* 1. 19.) Neque [b] numeros orationis ac modos, & modulos muſicæ ſapientiæ conſtituam in loco: F ſed eam ſapientiam definio, de qua dicit Propheta: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* (*Pſal.* 50. 8.)

68. Quid autem loquar de oſculo oris, quod pietatis & caritatis eſt pignus? Oſculantur ſe & columbæ, ſed quid ad humani oſculi venuſtatem, quo amicitiæ inſigne humanitatiſque præfulget, in quo plenæ caritatis fidelis exprimitur affectus? Unde & Dominus velut prodigii genus in proditore condemnans ait: *Iuda oſculo Filium hominis tradis?* (*Luc* 22. 48.) hoc eſt, caritatis inſigne convertis ad ſignum proditionis & infidelitatis indicium? Pacis hoc pignore uteris ad officium crudelitatis? Beſtiali igitur oris obſequio inferentem potius necem, quam caritatis fœdera deferentem divinæ arguit vocis oraculo. Illud quoque præcipuum, quod ſoli homines ore exprimimus, quæ corde ſentimus. Itaque cogitationes tacitæ mentis, oris ſermone ſignantur. Quid eſt igitur os hominis; niſi quoddam ſermonis adytum, fons diſputationis, aula verborum, promtuarium voluntatis? Abſolvimus velut quamdam humani corporis regiam, in qua ſit licet quædam quantitas portionis, forma tamen univerſitatis eſt.

69. Sequitur guttur per quod totius corporis vitale commercium, & ſpiritus hujus commeatus infunditur. Succedunt brachia, & validi lacertorum tori, validæ ad operandum manus, & procerioribus digitis habiles ad tenendum. Hinc aptior uſus operandi, hinc ſcribendi elegantia, & ille calamus ſcribæ velociter ſcribentis, quo divinæ vocis exprimuntur oracula. Manus eſt quæ cibum ori miniſtrat: manus eſt quæ præclaris enitet factis, quæ conciliatrix divinæ gratiæ ſacris infertur altaribus, per quam offerimus & ſumimus ſacramenta cæleſtia: manus eſt quæ operatur pariter atque diſpenſat divina myſteria, cujus vocabulo non dedignatus eſt ſe Dei filius declarari, dicente David: *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me.* (*Pſ.* 117. 16.) Manus eſt quæ fecit omnia, ſicut dixit Deus omnipotens: [c] Nonne manus mea fecit hæc omnia? (*Eſa.* 66. 2.) Manus eſt totius corporis propugnaculum, capitis defenſatrix. Quæ cùm ſit loco inferior, totum verticem comit, & honeſto venuſtat ornatu.

70. Quis digne explicet pectoris cratem, ventriſque mollitiem? Aliter enim viſcera molliora non poſſent foveri, & inteſtinorum ſinus duris haud dubie oſſibus læderentur. Quid tam ſalutare, quam ut pulmo cordi finitimo limite jungeretur; ut cum exarſerit cor ira & indignatione, pulmonis ſanguine atque humore citius temperetur? Ideoque mollior pulmo eſt, quia madet ſemper, ſimul ut rigorem indignationis emolliat. Hæc ideo ſtrictim percurrimus, ut tamquam [d] indocti obvia perſtringere, non tamquam medici plenius ſcrutari videamur & perſequi quæ naturæ latibulis abſcondita ſunt.

71. Lien quoque cum jecore habet viciniam fructuoſam, qui dum adſumit quo ipſe paſcatur, abſtergit quidquid ſordium deprehenderit; ut per fibras jecoris [e] minutiores ciborum poſſint tenues atque ſubtiles reliquiæ tranſire, quæ vertantur in ſanguinem, viribuſque proficiant, & non cum fimo & ſordibus egerantur. Inteſtinorum vero circumplexi orbes, & ſine aliquo licet nodo ſibi tamen invicem nexi, quid aliud niſi divinam proſpicientiam creatoris oſtendunt; ut non cito eſca pertranſeat, & ſtatim à ſtomacho

a. Ita mſſ tredecim. Alii vero & edit vet. *intelligis ſignorum* Rom ... *aſtrorum*. Rurſus ubi edit Rom. *quos ortus orion*. Aliæ & mſſ. legunt, *quos motus* &c.

b Vet. edit. cum mſſ. aliquot, *numeros, rationes, ac modos & modulos* &c. Gill. & Rom. cum mſſ pluribus ac melioribus, ut nos in textu, niſi quod Rom. omittit, *ac modulos*.

c. Sic duodecim mſſ ac vet edit niſi quod in nonnullis vox, *omnia*, prætermittitur. Alii & Rom. edit. *omnia enim hæc fecit manus mea*.

d. Rom. edit. *non indocti*.

e Mſſ fere omnes cum edit. Rom. *munitiores*. Codex Vat & Dion cum edit vet. *minutiores*.

decurrat? Quod ſi fieret, jugis fames & conti- A
nua vorandi libido hominibus gigneretur. Exi-
nanitis enim viſceribus & exhauſtis, dum mo-
mentaria effuſione vacuarentur, neceſſe eſſet
inexplebilem atque inſatiabilem cibi & potus
a generari cupiditatem, quam ſine dubio [a] ma-
tura mors ſequeretur. Ideoque provide confi-
citur primum eſca in utero ſuperiore, deinde in
jecore coquitur, ejuſque vapore digeſtus tranſ-
funditur ſuccus ejus in reliquas corporis partes;
eaque ſubſtantia artus aluntur humani, quam B
juvenes accipiunt ad incrementum, ſenes ad per-
ſeverantiam: reliquum autem velut ſuperfluum
per inteſtina deducitur, & per illud ex tranſver-
ſo oſtium derivatur.

72. Denique etiam in Geneſi arca Noe ad fa-
bricam humani corporis accipitur, de qua dixit
Gen. 6. 14. Deus: *Fac tibi arcam ex lignis quadratis, nidos fa-*
cies in ea, & bituminabis eam intus & foris bitu-
Ibid. 16. *mine, & ſic facies arcam.* Et infra: *Oſtium vero fa-*
cies ex tranſverſo: inferiora autem arcæ bicamerata C
& tricamerata facies. Hoc ergo ſignificat Do-
minus, quod oſtium ex poſteriori ſit parte, per
quod egerantur ciborum ſuperflua. Decore
enim creator noſter ductus reliquiarum à vultu
hominis avertit; ne dum alvum purgamus, in-
quinaremus adſpectum. Simul illud conſidera,
quod ea quæ pudoris plena ſunt, eo loco conſti-
tuta ſunt, ubi operta veſtibus dedecere non poſ-
ſint.

73. Venarum pulſus vel infirmitatis internun- D
tius, vel ſalutis eſt. Eædem tamen cùm toto dif-
fuſæ ſint corpore, neque nudæ atque intectæ
* ſunt, & ita levibus operiuntur [*] viſceribus; ut ex-
plorandi copia ſit, & celeritas ſentiendi, quan-
do nulla eſt viſcerum craſſitudo, quæ pulſum
poſſit obducere. Oſſa quoque omnia tenui oper-
ta ſunt viſcere, & revincta nervis; præcipue
tamen capitis levi tecta ſunt corio. Unde quo
poſſint aliquod adverſum imbres & frigora ha-
bere munimen, capillis denſioribus veſtiuntur. E
Quid de genitalibus loquar, quæ venis è regio-
ne cervicis per renes lumboſque deductis ſuſci-
piunt genitale ſemen ad munus & ad gratiam
procreandi?

74. Quid de officio pedum, qui totum cor-
pus ſine ulla ſuſtinent oneris injuria? Flexibile
genu, quo præ ceteris Domini mitigatur offen-
ſa, ira mulcetur, gratia provocatur. Hoc enim
Phil. 2. 10. & 11. Patris ſummum erga Filium donum eſt; *Ut in no-*
mine Ieſu omne genu curvetur, cæleſtium, terreſtrium F
A *& infernorum; & omnium lingua confiteatur quo-*
niam dominus Ieſus in gloria eſt Dei Patris. Duo
enim ſunt quæ præ ceteris Deum mulcent, hu-
militas, & fides. Pes itaque exprimit humilitatis
affectum, & ſedulæ ſervituris obſequium: fides
æquat Filium Patri, atque utriuſque eamdem
gloriam confitetur. Recte autem non plures, ſed
duo ſunt homini pedes; quaterni enim pedes fe-
ris ac belluis ſunt, bini avibus. Et ideo unus quaſi
de volatilibus eſt homo, qui alta [b] viſu petat, & b
B quodam remigio volitet ſublimium ſagacitate
ſenſuum. Et ideo de eo dictum eſt: *Renovabitur* Pſ. 102. 5.
ſicut aquilæ juventus tua; eo quod propior ſit cæ-
leſtibus, & ſublimior aquilis, qui poſſit dicere:
Noſtra autem converſatio in cælis eſt.

CAPUT X.

Diei ſexto, totique adeo operi finem poſiturus quomo-
do Deus requieviſſe dicatur, aperit, & creatoris
laudibus ſermonem coronat.

C 75. SEd jam finis ſermoni noſtro ſit; quo-
niam completus eſt dies ſextus, & mun-
dani operis ſumma concluſa eſt; perfecto vide-
licet homine in quo principatus eſt animantium
univerſorum, & ſumma quædam univerſitatis, &
omnis mundanæ gratia creaturæ. Certe deſera-
mus ſilentium; quoniam requievit Deus ab om-
nibus mundi operibus: requievit autem in receſ-
ſu hominis, requievit in ejus mente atque pro-
D poſito. Fecerat enim hominem rationis capa-
cem, imitatorem ſui, virtutum æmulatorem, cu-
pidum cæleſtium [c] gratiarum. In his requieſcit c
Deus qui ait: *Super quem requieſcam, niſi ſupra* Eſa. 66. 2.
humilem, & quietum, & trementem verba mea?

76. Gratias ergo domino Deo noſtro, qui hu-
juſmodi opus fecit in quo requieſceret. Fecit cæ-
lum, non lego quod requieverit; fecit terram,
non lego quod requieverit; fecit ſolem, lunam
& ſtellas, nec ibi lego quod requieverit: ſed
E lego quod fecerit hominem, & tunc requie-
vit, habens cui peccata dimitteret. Aut forte
tunc jam futuræ Dominicæ paſſionis præceſſit
myſterium, quo revelatum eſt quia requieſceret
Chriſtus in homine, qui requiem ſibi prædeſti-
nabat in corpore pro hominis redemtione ſe-
cundùm quod ipſe dixit: *Ego dormivi & requievi,* Pſ. 3. 6.
& exſurrexi; quoniam Dominus ſuſcepit me. Ipſe
enim requievit, qui fecit: cui eſt honor, gloria,
perpetuitas à ſæculis, & nunc, & ſemper, & in
F omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

a. Ita mſſ. ac vet. edit. Rom. vero, *immatura mors*: quod etiam ſuo ſenſu nequaquam caret.

* *Viſcera* interdum carnes ſunt, quomodo ſumuntur apud Virg. l. 1. Æneid. in hoc verſu:

Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant;

at hoc loco videtur ea vox pellem ſignare.

b. Vat. codex, *alta vi ſuppetat*. forte ex hom. *de homine* olim apud Baſil. decima, nunc vero ei abjudicata, ubi legitur, [illegible] Ibidem poſt quatuor verba mſſ. aliquot & omnes edit. *ſublimium cogitationum*. Dion. *ſublimium cogitationum & ſagacitate ſenſuum*. In reliquis autem uſque probatiſſimis vox, *cogitationum* omittitur.

c. Vat. codices duo, & edit. Rom. *cæleſtium gaudiorum*.

IN LIBRUM DE PARADISO

ADMONITIO.

LIbrum de Paradiſo ut Ambroſii primum eſſe opus non audemus adſerere, ita illum in primorum ordinem referre haud quaquam dubitamus. Eſt quidem cur non aliter exiſtimemus. Cùm enim varia multiplicique doctrinâ referta ſit ea lucubratio, illam primo ſtatim anno, quo [a] ut ipſe aiebat, raptus eſt à tribunalibus atque adminiſtrationis infulis ad ſacerdotium, compoſuiſſe vix cuiquam videatur. Verum non facile conſentiemus eamdem ultra inſequentem annum eſſe rejiciendam; quandoquidem vir ſanctus [b] epiſtola ad Sabinum à ſe, cùm nondum eſſet veteranus ſacerdos, hoc idem opus jamdudum elucubratum commemorat. Id autem circiter annum reparatæ ſalutis CCCLXXV contigiſſe hinc licet colligas, quod cùm CCCLXXIV ad epiſcopatum cooptatus ſit Ambroſius, nihil videatur prohibere, quominus illi manum ultimam prius adjiceret, quàm primam libris de virginibus, quos [c] nondum triennalis ſacerdos ſcripſit, admoveret.

Hoc in libro de Paradiſo diſputat, ac perbrevi ſacri textus expoſitione oſtendit [d] quid, qualis, & ubi fuetit: quid egerint in eo primi parentes; [e] qua fraude, quo ordine, qua arte à diabolo tentati in peccatum tandem lapſi ſint. Præcipuam vero iſtic operam ponit in [f] Apellis diſcipulis, qui fœderis antiqui auctoritatem impugnabant, revincendis: ſed per eorum, ut videtur, latus in Manichæos, qui tum temporis Mediolanenſem infeſtabant Eccleſiam, telum adigit, cùm forte hactenus palam & aperto marte illos aggredi non eſſee auſus. Vanas Apelliſtarum ſolvit argutias, & in eos tanto vehementius inſurgit, quanto ſollicitius formidabat, ne populo vigilantiæ ſuæ nuper commiſſo hæreticorum fallaciis illuderetur. Non tamen ſola hæreticorum confutatione circumſcribitur ſancti Antiſtitis labor atque induſtria. Ad Judæos quoque protenditur, quos ille opportunitatem nactus non levi brachio impetit ac debellat. Varias præterea catholicorum hominum ſubinde ſententias refert: at iis tantummodo ſubſcribit, quas putat eſſe veriores. Quin immo ſæpe ſæpius evenit, ut nullá earum non repudiatá ſuam ipſius in medium proponere haud vereatur. Et his fortaſſe adducti ſunt, qui diſputationis titulum eidem huic operi adſcripſere. Subjicitur quippe ad calcem antiquiſſimorum codicum Remenſis Eccleſiæ & Claromontani Collegii, in illo quidem, explicit diſputatio de Paradiſo, in hoc autem, explicit Paradiſi diſputatio de ſervanda animæ puritate. At vero in utroque inſcribitur, Incipit domni Ambroſii de Patadiſo, ubi vocem, diſputatio, omiſſam eſſe ex verbis quibus finiuntur, conjicias. Verumtamen cùm ab Auguſtino [g] libri nomine non ſemel hæc ipſa commentatio laudata fuerit, nobis veri videtur ſimilius eamdem ipſi inſcriptionem ab Ambroſio inditam eſſe; atque adeo in memoratis codicibus vocem, diſputatio, eo ſenſu, quo librum aut quodcumque ſcripeionis genus ſignificat, intelligendam.

Porro illud non in promtu fuerit definire, num ea quæ hoc in opere continentur, prius ad populum pronuntiata, poſtmodum in libri formam more ſuo concinnaverit Ambroſius. Id quidem ita habere haud male forſan inde probaveris, tum quia in eo exſtent bene multa quæ ad informandos Chriſtianorum mores pertineant, tum vel maxime quia tota diſputatio videatur eo collineare, ut ne hæretici [h] ſimplices mentes malitioſa interpretatione traducant. Verum cùm aliorum Doctoris noſtri operum, quæ in libros è concionibus converſa ſunt, characterem in hoc minime deprehendamus, ſtatuendum eſt vel commentationem hanc nullo modo conſtare concionibus, vel certe iſtas in eum ordinem eſſe redactas, qui concionantem Ambroſium ne minimo quidem indicio redoleat.

Hîc autem non prætermittendum quædam illum non tantum è Philonis Judæi libris Allegoriarum legis, ut putarunt nonnulli, deſumſiſſe, verum etiam ex ejuſdem opere de mundi opificio. Sed præterquam quod ea pauca ſunt, & ad allegoricum Scripturæ ſenſum pertinent, in iis ipſis Philonis mentem non verba conſectatur, & quæ apud illum auctorem judaico ſpiritu inſperſa fuerant, ea in ſententiam Evangelicæ doctrinæ congruentem chriſtiane admodum convertit Ambroſius.

a. Lib. 1. Offic. c. 1.
b. Epiſt. 41.
c. Lib. 2. de Virgin. circ. finem.
d. Cap. 1.
e. Ibidem.
f. Cap. 2. 5. 6. & ſeq.
g. Lib. 2. contra Jul. c. 5. &c.
h. Cap. 5.

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI
DE PARADISO
LIBER UNUS.*

* Scriptus circ. an. 375.

CAPUT I.

Quam difficile ſit de paradiſo diſſerere. Ejus tamen auctor, natura, ſitus, incola indicantur; & res ad myſticum ſenſum traducitur.

Gen. 2. 8. 1. ET [a] *plantavit Deus paradiſum in Eden ſecundum Orientem: & poſuit ibi hominem quem finxit.* De paradiſo adoriundus ſermo non mediocrem [b] æſtum nobis videB tur incutere, quidnam ſit paradiſus, & ubi, qualiſve ſit, inveſtigare & explanare cupientibus: maxime cùm Apoſtolus ſive in corpore, ſive extra corpus neſciat, raptum ſe tamen 2 Cor. 12. 2. dicat uſque ad tertium cælum. Et rurſus: *Scio*, inquit, *hujuſmodi hominem, ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit; quoniam raptus eſt in paradiſum, & audivit ineffabilia verba, quæ non licet* Ibidem. 5. & 6. *homini loqui .... Pro hujuſmodi gloriabor, pro me autem non gloriabor, niſi in infirmitatibus meis: ſi enim* C *voluero gloriari, non ero ſtultus; nam veritatem dico.* Ergo ſi hujuſmodi paradiſus eſt, ut eum ſolus Paulus, aut vir aliquis Pauli ſimilis, cùm in hac vita degeret, videre potuerit; idem tamen ſive in corpore, ſive extra corpus viderit, meminiſſe non poſſit; audierit tamen verba, quibus prohibitus ſit vulgare [c] quod audierat: quo tandem nos modo paradiſi ſitum poterimus abſolvere, quem nec videre potuimus: & ſi potuiſſemus videre, prohiberemur tamen aliis in-A timare? Simul cùm Paulus extollere ſe revelationum ſublimitate ſit veritus, quanto magis nobis timendum eſt id ſollicitus indagare, cujus etiam revelatio obnoxia ſit periculo? [d] Non igitur hylen hunc paradiſum æſtimare debemus; & ideo relinquamus Pauli eſſe ſecretum.

2. Tamen quoniam hîc legimus in Geneſi à Deo paradiſum eſſe plantatum ſecundùm Orientem, & ibi eſſe poſitum hominem [e], quem pſalmavit Deus; iſtius paradiſi auctorem jam poſſuB mus invenire. Quis eſt enim qui potuit fingere paradiſum, niſi omnipotens Deus, qui dixit & facta ſunt, numquam indigens eorum quæ generari vellet? Ipſe ergo plantavit paradiſum de quo dicit Sapientia: *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus, eradicabitur.* Matt. 15. 13. Bona Angelorum plantatio, bona ſanctorum. Sancti enim ſub ficu & vite dicuntur [f] in illo pacis futuri tempore, in quibus typus eſt Angelorum. Michea. 4. 4.

3. Ergo paradiſus eſt plurima ligna habens, C ſed ligna fructifera, ligna plena ſucci atque virtutis, de quibus dictum eſt: *Exultabunt omnia ligna ſilvarum;* Pſal. 95. 12. ligna ſemper florentia viriditate meritorum, ſicut illud lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, cujus folium non defluet; quia totus in eo fructus exuberat. Hic ergo paradiſus eſt.

4. Locus autem ejus in quo eſt plantatus [g], voluptas dicitur. Unde & ſanctus David ait: *Ex torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Pſ. 35. 9. Legiſti enim: Quia *fons procedit ex Eden, qui rigat paradiſum.* [h] Gen. 2. 10.

a Hic textus deſideratur in antiquis edit. & mſſ. aliquot. Attamen in aliis optimæ notæ reperitur.

b. Mſſ. ſeptem, *me'um*. Alii, & edit. melius, *æſtum*.

c. Ita plerique mſſ. & vet. edit. Alii mſſ. *quod audierit*. Edit. Rom. *quod viderat*.

d Mſſ. non pauci, nec contemnendi, *non vilem igitur*. Forte *viſibilem*. Sin, *hylen* mavis cum aliis mſſ. & edit. interpretare materiem. Vide lib. 1. Hexaemeron cap 1 num. 1.

e. Rom. edit *plantatum ad Orientem .... & productum eſſe omne lignum pulcrum ad viſum, & bonum ad eſcam.*

f Eadem edit. *requieſcere dicuntur in illo pacis futura*. At, *requieſcere*, abeſt ab aliis edit. & mſſ. omnibus. Horum alii cum vet. edit. legunt, *pacis futura*; alii majori numero & antiquitate .. . *futuri*, ſancti videlicet.

g. Rom. edit. ſola, *plantatus dicitur Eden, hoc eſt, voluptas*

h. Mſſ. ſeptem, & edit. Am. *ſanctorum lumina*, Era. *ſanctorum flumina*. Gill. cum aliis mſſ. *ſanctorum ligna*. Rom. vocem, *ſanctorum* prætermittit.

Hæc igitur ſanctorum ligna, quæ plantata ſunt A in paradiſo, quaſi profluvio quodam torrentis ſpiritus irrigantur. De quo etiam alibi ait: *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* (Pſ. 45. 5.) Eſt autem civitas illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera, in qua diverſa ſanctorum merita pullularunt.

5. In hoc ergo paradiſo hominem Deus poſuit quem plaſmavit. Intellige etiam quia non eum hominem qui ſecundum imaginem Dei eſt, poſuit, ſed eum qui ſecundùm corpus. Incorporalis enim in loco non eſt. Poſuit autem eum in B paradiſo ſicut ſolem in cælo, exſpectantem regnum cælorum, quemadmodum creatura exſpectat revelationem filiorum Dei.

6. Ergo ſi paradiſus eſt in quo erant exorta virgulta, videtur paradiſus anima eſſe quæ multiplicat ſemen acceptum, in qua virtus unaquæque plantatur, in qua erat etiam lignum vitæ, hoc eſt ſapientia, ſicut dixit Salomon*: (Sap. 7. 25.) quia ſapientia non de terra exorta eſt, ſed de Patre. Eſt enim ſplendor lucis æternæ, & ema- C natio omnipotentis gloriæ.

CAPUT II.

Quòd lignum ſcientiæ boni & mali in paradiſo fuerit, quodque ibidem ſerpens exſtiterit, non reprehendendum. Et quid nonnulli per ſerpentem, Adamum, & Evam intellexerint.

7. Erat autem lignum ſcientiæ boni & mali in paradiſo. Sic enim habes: *Quia produxit Deus lignum ſpecioſum ad adſpectum, & bonum ad eſcam, & lignum vitæ in paradiſo, & lignum ſcientiæ boni & mali.* (Gen. 2. 9.) Poſtea videbimus utrum & hoc lignum ſpecioſum ad adſpectum, & bonum ad eſcam fuerit ſicut cetera. Eo enim loco hoc opportunius diſputabitur, quo hominem ex hoc guſtantem ligno invenimus eſſe deceptum. Interim nihil habemus, quod nunc reprehendere debeamus, etſi rationem ſcire non poſſimus. Neque enim in hac creatura mundi, ſi qua nobis difficilia intellectu videntur, & incomprehenſibilia ingenio noſtro, temerario quodam debemus condemnare judicio, ut creaturam ſerpentium, venenatique alicujus animantis; quippe homines qua ratione ſingula quæque ſint facta intelligere adhuc & ſcire non poſſumus. Sic ergo & in ſcripturis divinis non facile reprehendamus aliquid quod intelligere non poſſumus. Sunt enim plurima quæ non noſtro ingenio metienda ſunt; ſed ex altitudine divinæ diſpoſitionis & verbi ſunt æſtimanda.

8. Pone enim, ſine præjudicio tamen adſertionis futuræ, ideo tibi hoc lignum de ſcientia boni & mali diſplicere, quia poſteaquam guſtaverunt ex eo homines, intellexerunt ſe eſſe nudos; attamen ad conſummationem divinæ operationis dicam tibi & hoc lignum in paradiſo exortum, & ideo à Deo eſſe permiſſum, ut poſſimus ſupereminentiam boni ſcire. Quomodo enim ſi non eſſet ſcientia boni & mali, inter bonum & malum diſcretionem aliquam diſceremus? Nam neque quod malum erat, malum judicaremus eſſe, niſi eſſet ſcientia boni: ſcientia autem boni eſſe non poſſet, [a] niſi eſſet & bonum: neque rurſus quod bonum erat, ſciremus bonum eſſe, niſi eſſet ſcientia mali. Cape exemplum de ipſa conditione humani corporis. Nempe habet & amaritudinem quamdam fellis, quæ ſi in commune proſpicias, ad ſalutem hominis utilis invenitur. Ergo & quod malum putamus, plerumque non per omnia malum eſt, ſed in commune utile. Nam ſicut fel in parte eſt corporis, & tamen ad totius utilitatem corporis prodeſt: ita utilitati omnium profuturam ſciens Deus ſcientiam boni & mali, in parte conſtituit, ut in commune prodeſſet.

9. Denique ſerpentem in paradiſo invenis, utique non ſine Dei voluntate generatum. In ſerpentis autem figura diabolus eſt. Fuiſſe enim diabolum in paradiſo etiam Ezechiel propheta docet, qui dicit ſuper principem Tyri. *In voluptate*, inquit, *paradiſi factus es.* (Ezech. 28. 13.) Principem autem Tyri in figura accipimus diaboli. Numquid & hinc accuſabimus Deum, quia theſauros ejus altitudinis & ſcientiæ abſconditos in Chriſto & occultos comprehendere non poſſumus, niſi quos ipſe revelare dignatus eſt? Revelavit tamen, ut ſciamus etiam diaboli malitiam ad ſalutem prodeſſe hominibus. Non quod diabolus D prodeſſe velit, ſed quod malitiam ejus etiam repugnantis convertit nobis Dominus ad ſalutem. Denique hujus malitia Job ſancti viri fecit eſſe virtutem & patientiam clariorem. Hujus malitia juſtitiam ejus exercuit; ut certaret & vinceret, & victoriam corona ſequeretur. Nemo enim niſi qui legitime certaverit, coronatur. Joſeph quoque caſtimonia numquam ad noſtri memoriam perveniſſet, niſi mulier domini ejus contubernalis ignitis diaboli ſpiculis in- E citata tentaſſet ejus affectum, niſi poſtremo affectaſſet ejus interitum, quo clarior eſſet caſtimonia viri, qui mortem pro caſtitate contempſerit. Vis ſcire conſilium Dei? Nempe diabolo auctore neces videntur juſtis hominibus præparari, exerceri quoque parricidia filiorum; attamen Dominus etiam Abraham hac arte tentavit, ut immolari ſibi filium ab eodem poſtularet. Qua tentatione Abraham fidelis eſt Domino comprobatus, quod à devotionis obſequio F nec dilecti filii miſeratione revocatus ſit. Ita ergo & lignum ſcientiæ boni & mali in paradiſo; quod erat ſpecioſum ad viſum, & bonum ad eſcam ſpecie videbatur. Non enim uſu bonum ad eſcam erat; quoniam eſca ejus videtur hominibus obfuiſſe. Ergo eſt quod ſingulis noceat, in commune proſit, ut Judæ nocuit diabolus, ſed præter illum omnes apoſtolos coronavit, qui malitiæ ejus tentamenta vicerunt.

*. Ambroſius etiam inf. c. 13. & alibi hunc librum tribuit Salomoni juxta temporis ſui opinionem: ſed *pſeudepigraphum* eum eſſe poſtea docuit Hieronymus, & à nonnullis ſcriptorum veterum Judæo Philoni, puta antiquiori, adſcribi. Unde Caſſiod. Sen. divin. litt. c. 5. *Hieronymus*, inquit, *adſerit Sapientiæ librum non à Salomone, ut uſus habet, ſed à Philone doctiſſimo quodam Judæo fuiſſe conſcriptum, quem pſeudographum prænotavit, propterea quod uſurpationem nominis portat alterius.* Putavit aliquando Auguſtinus eumdem librum ab Jeſu Sirac ſcriptum fuiſſe, [illegible] doctior poſtmodum factus incerti auctoris eſſe pronunciavit. Vide l. 2. c. 4. Retract. l. 2. de Doct. Chriſt. c. 8. & Specul. ac notas ibi in ultima edit. ſubjectas. Communior ævi noſtri Scriptorum ſententia eſt opus illud ex plurimarum ſententiarum Salomonis compilatione a quodam pio ac erudito viro prodiiſſe, qui proinde divini hujus libri collector, Salomon vero genuinus auctor dici debeat.

a. Ita pleique mſſ. Alii, & ant. edit. *niſi eſſet & mali.* Rom. adjicit, *malum enim diſcerni non poteſt, niſi per ſcientiam boni.* Sed ea nuſquam alibi reperiuntur.

10. Itaque neque dubitandum, neque reprehendendum quod in paradiſo diabolus erat; quandoquidem occludere ſanctis non potuit iter, ne quis aſcenderet. Neque enim juſtis habitationem incolatus tamquam poſſeſſor eripuit. Eſto enim ut aliquos deſides atque vitioſos ab incolatu ſupernæ poſſeſſionis avertent, illud multo auguſtius multoque pulcrius quod ſanctorum orationibus excludetur, cùm completum fuerit illud: *Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem.* (*Luc. 9. 18.*) Ergo non metuamus eum, qui couſque infirmus eſt, ut & ipſe caſurus ſit in terram. Accepit quidem tentandi licentiam: ſed non accepit copiam ſubruendi, niſi ſua ſponte labatur infirmus affectus, qui ſibi auxilium non norit arceſſere. Et ideo qua fraude tentaverit primum hominem, quidve in homine putaverit eſſe tentandum, quo ordine, qua arte cognoſcere opus eſt, ut cavere poſſimus.

11. Plerique tamen qui volunt in paradiſo diabolum non fuiſſe, licet in cælo adſtantem cum Angelis legerimus, ne noſtro ſermone videantur offendi, * ſecundum ſuam accipiant voluntatem interpretationem iſtius lectionis. Namque ante nos fuit, qui per ᵃ voluptatem & ſenſum prævaricationem ab homine memoraverit eſſe commiſſam, (*Philo in lib. de mundi opificio.*) in ſpecie ſerpentis figuram accipiens delectationis, in figura mulieris ſenſum animi mentiſque conſtituens, quam αἴσθησιν vocant Græci: ᵇ decepto autem ſenſu prævaricatricem ſecundum hiſtoriam mentem adſeruit, quam Græci νοῦν vocant. Recte igitur in græco νοῦς viri figuram accepit, αἴσθησις mulieris. Unde & quidam Adam νοῦν terrenum interpretati ſunt. Dominus autem virgines illas in Evangelio (*Matth. 25. 1. & ſeq.*) accenſis facibus vel extinctis exſpectantes ſponſi adventum pro ſenſibus vel integris ſapientium, vel corruptis inſipientium poſuit. Nam ſi Eva, hoc eſt, ſenſus primæ mulieris accenſas habuiſſet faces, numquam prævaricationis ſuæ nos criniculis implicaſſet, neque ex illa virtutis immortalitate cecidiſſet.

CAPUT III.

Per fontem paradiſi, Chriſtum; per quatuor flumina inde orientia, virtutes cardinales, & quatuor mundi ætates deſignari.

12. Eſt ergo paradiſus terra quædam fertilis, hoc eſt, anima fœcunda, in Eden plantata, hoc eſt, in voluptate quadam vel exercitata terra, in qua animæ ſit delectatio. Eſt etiam νοῦς tamquam Adam: eſt & ſenſus, tamquam Eva. Ac ne haberes quod ad infirmum retorqueres naturæ, vel ad obnoxiam in tolerandis periculis conditionem, conſidera quæ habeat anima iſta ſubſidia.

13. Erat fons qui irrigaret paradiſum. Qui fons, niſi dominus Jeſus Chriſtus? Fons vitæ æternæ eſt, ſicut & Pater; quia ſcriptum eſt: *Quoniam apud te fons vitæ.* (*Pſ. 35. 10.*) Denique, *flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* (*Johan. 7. 38.*) Et fons legitur, & fluvius legitur qui irrigat paradiſi lignum fructuoſum, quod ferat fructum in vitam æternam. Hic ergo fons, ſicut legiſti, *fons* enim inquit, *procedit ex Eden*, id eſt, in anima tua fons eſt. Unde Salomon ait: *Bibe aquam de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fontibus.* (*Prov. 5. 15.*) Hic eſt fons qui procedit ex illa exercitata & plena voluptatis anima: hic fons qui irrigat paradiſum, hoc eſt, virtutes animæ eminentiſſimo merito pullulantis.

14. *Et dividitur*, inquit, *hic fons in quatuor initia. Nomen eſt uni Phiſon: hic eſt qui circuit omnem terram Evilath, ubi eſt aurum. Terra autem illius aurum bonum eſt, ubi eſt carbunculus, & lapis praſinus. Et nomen ſecundo Geon: hic eſt qui circuit omnem Æthiopiam. Et flumen tertium Tigris: hic eſt qui vadit contra Aſſyrios. Et flumen quartum eſt Euphrates.* (*Gen. 2. 10. & ſeq.*) Hæc igitur quatuor ſunt flumina, hoc eſt, ſecundum Hebræos. Ganges autem ſecundum Græcos, qui fluit contra Indiam. Geon autem Nilus, qui circuit terram Ægypti vel Æthiopiam. Meſopotamia autem dicitur, quod Tigris & Euphrates incluſerint eam; eo quod inter duo hæc flumina conſtituta ſit, quod etiam longe poſitis nomen ipſum & opinio communis expreſſit. Sed quemadmodum fons dicitur Sapientia Dei. Fons enim eſt ſecundùm Evangelium dicens: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat:* (*Johan. 7. 37.*) fons eſt & ſecundùm Prophetam qui ait: *Venite & edite de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui vobis.* (*Prov. 9. 5.*) Sicut ergo fons vitæ eſt Sapientia, fons gratiæ ſpiritalis: ita fons virtutum eſt ceterarum, quæ nos ad æternæ curſum dirigunt vitæ. Ex hac igitur anima quæ culta eſt, non ex ea quæ inculta fons iſte procedit, ut irriget paradiſum, hoc eſt, quædam diverſarum fruteta virtutum, quarum ſunt quatuor initia in quæ ſapientia iſta dividitur. Quæ ſunt quatuor initia virtutum, niſi unum prudentiæ, aliud temperantiæ, tertium fortitudinis, quartum juſtitiæ? Quæ etiam ſapientes iſtius mundi ex noſtris adſumta, in ſuorum ſcripta librorum tranſtulerunt. (*Plato lib. 4. de Repub.*) Itaque ſicut fons ſapientiæ, ita etiam flumina iſta quatuor quædam ex illo fonte manantia ſunt fluenta virtutum.

15. Phiſon igitur prudentia eſt, & ideo habet bonum aurum, ſplendidum carbunculum, & praſinum lapidem. Aurum enim pro inventis prudentibus frequenter accipimus. Unde & Dominus per Prophetam ait: *Dedi illi aurum & argentum.* (*Oſee 2. 8.*) Et David de prudentibus dicit: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi ejus in ſpecie auri:* (*Pſ. 67. 14.*) eo quod veteri & novo qui inhæſerit Teſtamento, in ipſa ſecreta ſapientiæ Dei diſputationis poſſit ubertate procedere. Hoc ergo bonum aurum ᶜ dicit, non illud monetale quod corruptibile ac terrenum eſt. Habet etiam ſplendidum, inquit, car-

*. Hanc fuiſſe catholicorum quorumdam opinionem, ut paradiſum & quæ de ſerpentis atque Evæ colloquio in Geneſi leguntur, ſolo ſenſu allegorico interpretarentur, Auguſt. l. 8. c. 1. & ſeq. de Gen. ad litt. auctor eſt. Unde non mirum ſi opinionem hanc faciat Ambroſius. Jam tamen ſic intellige ut veritatem prævaricationis primorum parentum, ac peccati originalis ſartam tectam velit. Id ipſemet cum ultimis hujus capitis verbis aperte docet, tum a iis ejuſdem libri locis, & iis maxime quos ad adſtruendum peccatum origina e Auguſtinus adhibet, manifeſtum eſt.

a. Octo mſſ. *qui per voluntatem.* Alii ac edit. *qui per voluptatem.* Sed his vocibus promiſcue ferme utuntur mſſ. quod ſemel monuiſſe ſufficiat.

b. Ita mſſ. decem: Divionenſis vero, ac edit. Am. & Pet. *deceptum autem ſenſum* &c. Era. Gill. & Rom. cum aliis mſſ. *deceptam autem per ſenſum mentem prævaricatricem* &c.

c. Sic Era. edit. cum ſeq. & paucis mſſ. Am. autem & mſſ. octo, *aurum diceret monetale*; Remenſis [illegible] *non mo*[illegible]*tale* D[illegible] *aurum decorum, monetale.*

bunculum, in quo quidam animæ noſtræ vivit igniculus. Habet & praſinum lapidem, qui viride quiddam atque vitale coloris ſui ſpecie oſtentare videtur. Virent enim arbuſta quæ vivunt, areſcunt contra quæcumque moriuntur: viret terra dum floret, virent & ſemina dum prorumpunt. Et bene primo loco hic fluvius poſitus eſt Phiſon, qui ſecundum Hebræos [a] Phiſon dicitur, hoc eſt, oris mutatio; quia non unam gentem circumfluit, ſed etiam per Lydiam fluit. Non enim anguſta quædam, ſed dives utilitatum prudentia eſt, quæ pluribus proſit. Ideo prima, ut ſi quis de paradiſo fuerit egreſſus, velut quoddam eum prudentiæ flumen excipiat, ne cito poſſit areſcere: ſed per hanc ad paradiſum facile revertatur. Hic fluvius à multis hominibus frequentatur, pulcritudinemque & fertilitatem maximam habere perhibetur. Et ideo prudentia in ſpecie hujus accipitur, quæ plurimos fructus attulit in Domini adventu. Atque in extrema terrarum fluit, quia per Sapientiam omnes homines ſunt redemti. Unde & dictum eſt: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Pſal. 18. 5.

16. Secundus eſt fluvius Geon, juxta quem lex data eſt Iſraelitis, cùm eſſent in Ægypto conſtituti; ut ex Ægypto recederent, & ſuccincti lumbos ederent agnum, quod inſigne eſt temperantiæ. Caſtos enim & ſanctificatos oportet Domini paſcha celebrare. Et ideo juxta iſtum fluvium legitima primo obſervantia conſtituta eſt; quia ſignificat nomen hoc quemdam terræ hiatum. Sicut igitur [b] terram & quæcumque vel purgamenta vel frondes in ea ſunt, hiatus abſorbet: ita caſtitas omnes corporis paſſiones abolere conſuevit. Meritoque ibi primum obſervantiæ conſtitutio, quia per legem abſorbetur carnale peccatum. Bene ergo Geon, in quo figura eſt caſtitatis, circumire terram Æthiopicam dicitur; ut abluat corpus abjectum, & carnis viliſſimæ reſtinguat incendium. Æthiopia enim abjecta & vilis latinâ interpretatione ſignatur. Quid autem abjectius noſtro corpore? Quid tam Æthiopiæ ſimile, quod etiam nigrum eſt quibuſdam tenebris peccatorum?

17. Tertius eſt fluvius Tigris, qui vadit contra Aſſyrios, ad quem prævaricator Iſrael captivus eſt ductus. Hic fluvius dicitur velocior eſſe omnibus, quem incolunt Aſſyrii, hoc eſt dirigentes; hoc enim ſignificat interpretatio. Ergo quicumque fortitudine animi prævaricantia corporis vitia captivaverit dirigens ad ſuperna, iſte hujus fluminis ſimilis æſtimatur. Et ideo etiam fortitudo de illo qui eſt in paradiſo, fonte emanat. Fortitudo autem quodam curſu rapido reſiſtentia quæque tranſverberat, nec aliquibus curſus ejus impedimentorum hæret obſtaculis.

18. Quartus eſt fluvius Euphrates, qui latine fœcunditas atque abundantia fructuum nuncupatur, præferens quoddam inſigne juſtitiæ, quæ omnem paſcit animam. Nulla enim abundantiores videtur fructus habere virtus, quam æquitas atque juſtitia, quæ magis aliis quam ſibi prodeſt, & utilitates ſuas negligit communia emolumenta præponens. Plerique Euphratem ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι dictum putant, hoc eſt à lætando; eo quod hominum genus nullo magis quam juſtitia & æquitate lætetur. Cauſam autem cur ceteri qua commeant fluvii, deſcribuntur regiones locorum, qua Euphrates commeat, non deſcribantur, illam accepimus, quia aqua ejus vitalis adſeritur, & quæ foveat atque augeat. Unde eum [c] auxen Hebræorum & Aſſyriorum prudentes dixerunt: contra autem fertur eſſe aqua aliorum fluminum. Deinde quia ubi prudentia, ibi & malitia: ubi fortitudo, ibi & iracundia: ubi temperantia, ibi intemperantia plerumque eſt, aut alia vitia ſunt: ubi autem juſtitia, ibi concordia virtutum eſt ceterarum; ideo non ex locis qua fluit, hoc eſt, non ex parte cognoſcitur. Non enim pars eſt juſtitia, ſed quaſi mater eſt omnium. In his ergo fluminibus quatuor virtutes principales quatuor exprimuntur, quæ veluti mundi iſtius incluſerunt tempora.

19. Primum igitur tempus ex mundi principio uſque ad diluvium prudentiæ fuit, quo in tempore juſti numerantur Abel à Deo juſtus dictus; & Matth. 23. 35. Enos, hoc eſt, homo ad imaginem Dei factus, qui ſperavit invocare nomen domini Dei; & Enoch qui dicitur latine Dei gratia, raptus ad cælum; & Noe qui & ipſe juſtus, & quædam requiei directio.

20. Secundum tempus eſt Abraham & Iſaac & Jacob, reliquorumque numerus patriarcharum, in quibus caſta & pura quædam temperantia religionis effulſit. Immaculatus enim Iſaac per repromiſſionem Abrahæ datus eſt filius, non tam corporalis partus quam divinæ munus præferens indulgentiæ, in quo vere immaculati figura præceſſit, ut Apoſtolus docet dicens: Quia *Abrahæ dictæ ſunt repromiſſiones, & ſemini ejus. Non dicit, & ſeminibus, tamquam in multis; ſed ſicut in uno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.* Gal. 3. 16.

21. Tertium tempus eſt in Moyſi lege & ceteris prophetis. *Deficiet enim me tempus enarrando de Gedeon, Barac, Sampſon, David, Salomone, & Samuel, & ceteris prophetis, Anania, Azaria, Miſael, & Daniel, Elia, & Eliſæo qui per fidem devicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, perceperunt repromiſſiones, obſtruxerunt ora leonum, extinxerunt virtutem ignis, effugaverunt* [d] *acies gladii, evaluerunt de infirmitate, fortes fuerunt in bello, caſtra ceperunt exterorum.* Hebr. 11. 32. & ſeq. Non immerito igitur in his ſpecies fortitudinis eſt. *Secti enim ſunt*, ſicut infra habes, *tentati, in mactatione gladii mortui. Circumierunt in caprinis pellibus, egentes, anguſtiati, & doloribus afflicti, quorum meritis non erat dignus orbis. In ſolitudinibus errantes, in montibus, in ſpeluncis, & in foveis terræ.* Ibidem v. 38. Recte igitur in his ſpeciem fortitudinis collocamus.

22. Secundùm autem Evangelium digna eſt figura juſtitiæ; quia virtus eſt in ſalutem omni

a. Mſſ. aliquot, *poſitus eſt Phiſon, qui . . . Fiſon dicitur*. Et poſt pauca Rom. edit. *circumfluit, ſed univerſam . . . Indiam*. Vet. omnes ut in textu. His etiam accedunt mſſ. exceptis duobus, ubi habetur, *per Lydiam fluit*.

b. In mſſ. melioris notæ. In aliis vero ſicut & in edi . . . magna diverſitas, . . . ſed . . . ad ſenſum non pertineat . . . cum in eo poſit . . . ut *terra*, . . . *terram*, *ſordes*, pro *frondes*, *hiatu*, . . . *actus* & alia quædam hujuſmodi habeantur.

c. Ita mſſ. omnes, ac vet. edit. magno conſenſu. At Rom. edit. *Unde Peraſb eum . . . dixerunt, quod eſt . . .*, ubi vocem hebraicam, quæ ſcribarum incuria videtur hic fuiſſe omiſſa, reſtituere con . . .

d. Mſſ. aliquot & quædam Pariſ. *effugerunt*.

credenti. Denique ipſe Dominus ait : *Sine* [a] *modo ; ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam* : quæ quidem parens ceterarum eſt fœcunda virtutum. In quo quamvis aliqua harum quas diximus, principalis eſt virtus ; in eo etiam ceteræ præſto ſunt ; quia ipſæ ſibi ſunt connexæ concretæque virtutes. Nam utique Abel juſtus, & fortiſſimus ac patientiſſimus Abraham, & prudentiſſimi prophetæ : Moyſes vero eruditus in omni ſapientia Ægyptiorum, majorem honeſtatem æſtimavit Ægypti theſauris opprobrium Chriſti. Et quis ſapientior quam Daniel ? Salomon quoque ſapientiam popoſcit, & meruit. Dictum eſt ergo de quatuor virtutum fluminibus, quorum potus eſt utilis. Et quia Phiſon aurum bonum terræ, & carbunculum, & lapidem praſinum habere dictus eſt, hoc quoque quale ſit conſideremus.

a Matth. 3. 15.

23. Videtur enim nobis tamquam aurum bonum Enos, qui prudenter Dei nomen ſcire deſideravit. Enoch autem qui tranſlatus eſt, & mortem non vidit, carbunculus quidam eſt lapis boni odoris, quem operibus ſuis ſanctus Enoch Deo detulit, gratiam quamdam ſactis, & moribus ſpirans. Noe vero tamquam praſinus lapis vitalem colorem prætulit. Siquidem diluvii tempore ſolus velut ad futuræ conſtitutionis vitale ſemen in illa arca eſt reſervatus. Ergo bene paradiſus qui pluribus fluminibus irrigatur, ſecundùm Orientem eſt, non contra Orientem, hoc eſt, ſecundùm illum Orientem cui nomen eſt Oriens, id eſt ſecundùm Chriſtum, qui jubar quoddam æternæ lucis effudit, & eſt in Eden, hoc eſt, in voluptate.

CAPUT IV.

Virum in paradiſo non factum, ſed poſitum : at in eo factam mulierem, per quam ille fuit deceptus. Tum quid ſit operari, & cuſtodire ?

24. *ET apprehendit Deus hominem quem fecit, & poſuit eum in paradiſo operari, & cuſtodire.* Vides quoniam qui erat, apprehenditur. Erat autem in terra plaſmationis ſuæ. Apprehendit ergo eum virtus Dei inſpirans proceſſus & incrementa virtutis : denique in paradiſo eum collocavit ; ut ſcias apprehenſum quaſi afflatum divina eſſe virtute. Quo loci illud adverte, quia extra paradiſum vir factus eſt, & mulier intra paradiſum, ut advertas quod non loci, non generis nobilitate, ſed virtute unuſquiſque gratiam ſibi comparat. Denique extra paradiſum factus, hoc eſt, in inferiore loco, vir melior invenitur ; & illa quæ in meliore loco, hoc eſt, in paradiſo facta eſt, inferior reperitur. Mulier enim prior decepta eſt, & virum ipſa decepit. Unde apoſtolus Petrus ſubjectas fortiori vaſi mulieres ſanctas viris ſuis velut dominis obedire memoravit. Et Paulus ait : Quia *Adam non eſt ſeductus : mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit.* Et inde contuendum quia nemo debet ſibi facile præſumere. Nam ecce illa quæ in adjumentum facta eſt viro, præſidio virili indiget ; quia vir caput eſt mulieris : ille autem qui adjumentum uxoris habiturum ſe eſſe credebat, lapſus eſt per uxorem. Unde nemo debet facile alteri ſe credere, niſi cujus virtutem probarit, nec arrogare ſibi qui ſe pro auxilio putarit adſcitum : ſed magis ſi invenerit fortiorem cui ſe putabat eſſe præſidio, ab ipſo gratiam mutuetur, ſicut & viros mulieribus honorem impertire apoſtolus Petrus præcipit dicens: *Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam tamquam infirmiori vaſi muliebri impartientes honorem, tamquam cohæredi gratiæ vitæ ; ut ne impediantur orationes veſtræ.*

Diſt. 40 c. illud autem.
1. Pet. 3. 1.
1. Tim. 2. 14.
1. Pet. 3. 7.

25. Ergo poſitus eſt in paradiſo vir, facta eſt in paradiſo mulier. Sed etiam tunc priuſquam à ſerpente mulier deciperetur, habuit viri gratiam, quoniam de viro ſumta eſt : licet hoc ſacramentum magnum ſit, ſicut Apoſtolus dixit. Et ideo cauſam vitæ ex eo traxit. Ideoque de viro tantum Scriptura dixit, quia *poſuit eum in paradiſo operari, & cuſtodire.* Non idem eſt operari & cuſtodire. In opere enim quidam virtutis proceſſus eſt, in cuſtodia quædam conſummatio operis deprehenditur ; eo quod quaſi conſummata cuſtodiat. Hæc duo ab homine requiruntur, ut & operibus nova quærat, & parta cuſtodiat, quod eſt generale. Philon autem, quoniam ſpiritalia judaico non capiebat affectu, intra moralia ſe tenuit, ut diceret hæc duo quæri, opera in agro, cuſtodiam domus. Et quamvis paradiſus operibus, inquit, ruralibus non egeret ; tamen quia primus homo lex poſteritatis futurus erat, ideo legitimi etiam in paradiſo ſpeciem ſuſcepit laboris ; ut nos ad operationem & cuſtodiam debiti officii, & hæreditariæ ſucceſſionis munus adſtringeret. Hæc duo ergo à te exiguntur ſive moraliter, ſive ſpiritaliter. Quod etiam pſalmus te propheticus docet, quia ſcriptum eſt : *Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, in vanum vigilant qui cuſtodiunt eam.* Vides illos laborare qui in operis ſunt ædificationiſque proceſſu ; iſtos vero vigilare qui jam cuſtodiam perfecti operis receperunt. Unde & Dominus [b] apoſtolis quaſi jam perfectioribus : *Vigilate*, inquit, *& orate, ne intretis in tentationem* ; docens perfectæ naturæ munus, & plenæ virtutis gratiam eſſe ſervandam, nec quemquam etiam perfectiorem niſi vigilaverit, ſui debere eſſe ſecurum.

Epheſ. 5. 32.
Pſ. 126. 1.
b Matt. 26. 41.

CAPUT V.

Examinatur præceptum de non edendo de ligno ſcientiæ boni & mali, & circa id emergentes difficultates diſſolvuntur.

26. *ET præcepit dominus Deus Adæ dicens : Ex omni ligno quod eſt in paradiſo ad eſcam, edes : de ligno autem quod eſt ſcientiæ boni & mali non edetis. Qua die autem manducaveritis ex eo morte moriemini.* Qua ratione, ubi præcepit ex omni ligno edendum, ſingulariter dixerit, *Edes* : ubi autem de ligno ſcientiæ boni & mali pluraliter, *Non edetis*, dixerit, non otioſa quæſtio. Verum ſi diligenter intendas, Scripturarum auctoritate abſolvi poteſt. Quod enim bonum, hoc eſt faciendum : quod autem bonum & faciendum, conſonans & adhærens : quod vero turpe, hoc

Gen. 2. 16. & 17.

a Mſſ octo, *ſine nos implere* &c. Alii ſicut, & edit. *ſine modo ſic enim* &c.

b Mſſ Rem. & [illegible] *apoſtolis quaſi jam per*[illegible]

diſſonans, incompoſitum, atque diſcretum eſt. A Et ideo Dominus unitatem ſemper intendens, ſecundum unitatem præcepit. Denique unitatem operatur, qui fecit utraque unum. Nec ſolum utraque, ſed etiam omnes unum fecit. Omnes enim unum corpus, & unum ſpiritum eſſe nos juſſit. Per omnia autem primogenitus, cùm ſit in unitate cum Patre, conjunctiſſimus Patri ſemper eſt; quia Verbum erat apud Deum. Denique ait: *Ego & Pater unum ſumus*; ut unitatem ſibi majeſtatis & divinitatis cum Patre eſſe monſ- B traret. Sed & nos unum eſſe præcepit, & ſuæ naturæ unitatiſque ſimilitudinem in nos gratiæ adoptione transfudit dicens: *Pater ſicut ego & tu unum ſumus, ita & iſti in nobis unum ſint.* Ergo ubi bonum præcipit, tamquam ad unum præcipit dicens, *Edes.* Unitas enim prævaricari non poteſt. Ubi verò de ligno ſcientiæ boni & mali dicit non eſſe guſtandum, quaſi ad plures dicit, *Non edetis.* Quod enim prohibitorium eſt, tamquam pluribus imperatur. Ego tamen aliud C puto, & quid futurum ſit, in ipſo jam Dei ſermone reperio. De omni ligno guſtandum Adæ ſoli præcepit, quem ſervaturum ſciebat: de ligno autem ſcientiæ boni & mali non eſſe guſtandum, jam non ſingulariter, ſed pluraliter dicit. Sciebat enim prævaricaturam mulierem, & ideo per pluralitatem oſtendit non ſervaturos, quia plurium diſcreta ſententia eſt.

Johan 10. 30.
Johan. 17. 22.

27. Et quantum ad Septuaginta virorum ſententiam ſpectat, ſolutum eſt quod movebat. Sed D quia Symmachus utrumque ſingulariter dixit, intelligimus id ſecutum, quia in lege quoque cùm populum alloquitur Deus, ſingulariter loquitur, ſicut habes: *Audi Iſrael, dominus Deus tuus, Deus unus eſt*: &, *Diliges dominum Deum tuum.* Nec mihi præjudicat Symmachi interpretatio, qui unitatem Patris & Filii videre non potuit; etſi aliquoties in ſermone & Aquila & ipſe confeſſi ſint. Nec quiſquam de eo quod prævaricaturum populum divina mandata ſin- E gulariter alloquitur, putet ſuperiori noſtro obvium eſſe ſermoni; quia populus Judæorum etiam ſingulariter data præſcripta violavit. Lex enim ſpiritualis eſt: & ideo alterum in ſermone, alterum in prædeſtinatione, divino populum Deus alloquebatur oraculo. Denique ait: [a] *Non coques agnum in lacte matris ſuæ.*

Deut. 6. 4.
Ibid. 5.
Exod. 34. 26.

28. Facilis abhinc præceptorum cæleſtium ſeries videretur; niſi quæſtionem plurimi commoverent, quibus reſponderi oportet à nobis; F ne ſimplices mentes malitioſa interpretatione traducant. Plerique enim, quorum auctor Apelles, ſicut habes in trigeſimo & octavo tomo ejus, has quæſtiones proponunt: Quomodo lignum vitæ plus operari videtur ad vitam, quam inſufflatio Dei? Deinde ſi hominem non perfectum fecit Deus; unuſquiſque autem per induſtriam propriam perfectionem ſibi virtutis adſciſcit: nonne videtur plus ſibi homo acquirere, quam ei Deus contulit? Tertium objiciunt: Et ſi homo non guſtaverat mortem, utique quam non A guſtaverat, ſcire non poterat. Ergo ſi non guſtaverat, neſciebat; ſi neſciebat, timere non poterat. Fruſtra igitur Deus mortem pro terrore objecit, quam homines non timebant.

29. Diſcamus igitur quod ibi lignum vitæ ubi etiam lignum ſcientiæ boni & mali produxerit Deus. Habes enim quia produxit lignum vitæ [b] ἐν μέσῳ τῷ παραδείσῳ, hoc eſt, in medio paradiſi. Apud nos enim ἐν μέσῳ intelligitur, quod in medio produxerit. Ergo in medio paradiſo & B vita erat, & cauſa mortis. Intellige quia non homo fecit vitam, ſed vel operando, vel cuſtodiendo mandata Dei potuit invenire. Erat autem *vita*, ſicut Apoſtolus dixit, *abſcondita cum Chriſto in Deo.* Homo ergo ſive in umbra vitæ erat propter vitam futuram; quia umbra eſt hæc quæ nunc noſtra eſt vita in terra, ſive in quodam pignore vitæ erat, quia habebat inſufflationem Dei. Habebat ergo pignus immortalitatis: ſed in umbra vitæ poſitus abſconditam C vitam cum Chriſto in Deo vulgari quodam tactu & adſpectu videre & capere non poterat. Et ſi nondum peccator, non tamen incorruptæ, inviolabiliſque naturæ; ut pote qui poſtea peccato lapſus eſt, nequaquam autem adhuc peccator. Denique in umbra vitæ erat: qui autem peccatores ſunt, in umbra mortis ſunt. Peccatorum enim populus, ſicut Eſaias docet, ſedebat in umbra mortis, cui lux orta per Dei gratiam, non per ſuæ virtutis eſt meritum. Ergo D inter inſufflationem Dei, & eſcam ligni vitæ nulla diſcretio. Nec hominem quis poteſt dicere plus ſibi poſſe acquirere, quam divina ei largitate collatum eſt. Utinam acceptum tenere poſſemus. Labor etenim noſter eo proficit, ut quæ tributa ſunt, reſumamus. Tertium illud quod propoſitum eſt, quia qui mortem non guſtaverat, mortem timere non poterat, facile ex communis naturæ uſu abſolutionem habet. Eſt enim natura inſitum omnibus animantibus, E ut etiam quæ nondum ſibi nocere experta ſunt, quaſi noxia reformident. Unde enim columbæ in ipſo ſui ortu [c] viſi terror accipitris? Unde lupi ovibus formidabiles, pullis milui? Quod ſi in iis quæ irrationabilia ſunt animantia, quidam de adverſo genere animantium naturalis eſt terror, ut etiam irrationabilia ſenſum fugiendæ mortis accipiant: quanto magis in primo homine rationis utique pleniſſimo, naturalis quædam opinio mortis debuit eſſe vitandæ?

b
Coloſſ. 3. 3.
Iſai. 9. 2.
c

CAPUT VI.

Alias plures dubitationes circa præceptum Adæ datum, & Evæ prævaricationem excitatas diluit.

30. Rurſus faciunt alias quæſtiones hoc modo: Non ſemper malum eſt non obedire præcepto. Si enim bonum eſt præceptum, honeſta eſt obeditio: quod ſi improbum præceptum, non obedire utile. Ergo non ſemper malum eſt non obedire præcepto: ſed bono præcepto non obedire improbum eſt. Bonum autem eſt

[illegible] ſim. cr.

a. Ita mſſ. antiquiores ex LXX. Interp. apud quos, οὐχ ἑψήσεις ἄρνα. Alii [illegible] & vet. edit. *non coques ovem.* Vulgata ha[illegible]

b. M[illegible] omnes tam depravatos characteres græcos exhibent ut legi [illegible] Quidam [illegible] latine ſcr[illegible] *ἀρτνα* [illegible] intelligentur inanimes. Edit. Am. ἐν μέσῳ φύσει. Quare in corruptione tanta latius [illegible] ſcriptis non [illegible]

c. Mſſ. V[illegible] & S. Mich[illegible] prima m[illegible] [illegible] vel, [illegible] terrorem a[illegible] Ita reliquis ſe [illegible] habitant.

operatorium cognitionis boni & mali lignum; A quandoquidem Deus & bonum & malum novit. Gen. 3. 22. Denique ait: *Ecce Adam factus eſt tamquam*[a] *unus noſtrum.* Si igitur bonum eſt ſcientiam habere boni & mali, bona autem eſt quam etiam Deus habet, videtur qui interdicit eam hominibus, non recte interdicere; idque proponunt. Sed ſi intelligant quid ſit cognoſcere, quam vim habeat hoc verbum: ſi ſic intelligant quemadmodum oportet, 2. Tim. 2. 19. *cognovit* enim *Dominus qui ſunt ipſius;* cognovit utique eos qui unum ex B pluribus facti ſunt, in quibus inhabitat, & in quibus perambulat. Cognoſcere utique non in ſola & perfunctoria ſcientia eſt, ſed in eorum operatione quæ oporteat fieri. Oportuit autem hominem obedire mandato, non obediendo autem prævaricatus eſt. Igitur qui non obedivit, erravit; quia prævaricatio peccatum eſt. Verumetiam ſi extenuare velint vim cognitionis, ut perfunctoriam ſcientiam boni & mali interdictam putent, in eo quoque prævaricatio- C nis culpa eſt non obeditum eſſe mandato; quia etiam tumultuariam ſcientiam boni & mali dominus Deus putavit inhibendam.

31. Alia quæſtio: Qui non cognoſcit bonum & malum, nihil à parvulo diſtat. Parvuli autem apud juſtum judicem nulla eſt culpa. Juſtus autem operator mundi numquam parvulum vocaſſet in culpam, propter quod non cognoverat bonum & malum; quia parvulus ſine ullo eſt crimine prævaricationis & culpæ. Verum cùm D in ſuperioribus dixerimus duplicem eſſe intellectum ſcientiæ boni & mali, ſi perfunctoriam ſcientiam accipimus, utique falſum eſt quod nihil diſtet à parvulo, qui non cognovit bonum & malum. Si autem falſum eſt quod nihil diſtet à parvulo; ergo non parvulus Adam. Si non parvulus, adſcribitur utique ei quaſi non parvulo peccatum. Si peccatum adſcribitur, ſequitur pœna peccatum; quia dignus invenitur pœna, qui peccatum vitare[b] non procuravit. Poteſt etiam fieri, E Eſa. 7. 16. ut etiam qui ſcientiam non habet boni & mali, parvulus non ſit; quoniam priuſquam ſcivit puer bonum & malum, non credidit malitiæ. Eſa. 8. 4. Et iterum habes: *Quia priuſquam ſciat puer vocare patrem & matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ.* Perfectus ergo qui operatur bonum, etiam ſi boni & mali ſcientiam non adeptus ſit, ut multi priuſquam ſciant legem, ipſi ſibi lex ſunt. Quod Apoſtolus priuſquam diceret, Rom. 2. 14 *Non concupiſces*, malum eſſe concupiſcentiam neſ- F Rom. 7. 7. ciebat. Denique ipſe ait: *Peccatum non cognovi niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces.* Ad quam partem etiam puer poteſt eſſe perfectus jure naturæ, priuſquam ſciat concupiſcentiam crimen eſſe, vel concupiſcentiæ crimen admittat. Ergo ſecundum perfunctoriam ſcientiam[c] noluit Deus hominem ſcire quod malum eſt, ne quaſi imperfectus vitare non poſſet. Non obediendo autem mandato incurrimus in culpam: ergo culpam fatemur. Rurſus autem ſi altam & profundam

A ſcientiam dicimus boni & mali, quæ quidem profunda ſcientia perfectum facit; non ſtatim autem parvulus qui ad altam & profundam ſcientiam pervenire non potuit, recte ſicut non parvulus condemnatur.

32. Iterum quæſtiones ſerunt: Qui neſcit, inquiunt, bonum & malum, ne ipſum quidem novit eſſe malum non ſervare mandatum, nec ipſum bonum novit, quod eſt obedire mandato. Et ideo quia non noverat, venia, inquiunt, dignus B fuit qui non obedivit, non condemnatione. Quæ quidem quæſtio de his abſolutionem habet, quæ ante memoravimus. Conſiderare enim potuit homo ex iis quæ Deus ante ei contulerat, quod inſufflationem Dei accepit, quod erat in paradiſo voluptatis locatus, ſummam auctori obedientiam deferendam. Et ideo ſi vim neſciebat boni & mali; tamen quia tantorum auctor dixerat de ligno ſcientiæ boni & mali non eſſe guſtandum, fidem præceptori ſervare debue- C rat. Non enim ab eo peritia, ſed fides exigebatur. Intelligebat utique Deum omnibus præeminere, ideoque perſonam jubentis ſpectare debuerat. Et ſi non intelligebat vim qualitatemque juſſorum; ſciebat tamen præceptori deferendam eſſe reverentiam. Habebat in natura hanc opinionem; etſi non habebat judicium boni & mali. Denique & mulier ſerpenti dixit: *Ex omni* Gen. 3. 3. *ligno paradiſi manducabimus; de fructu autem ligni quod eſt in medio paradiſo dixit Deus: Non mandu-* D *cabitis ex eo.* Ita ergo ſciebat obediendum eſſe mandato, ut diceret: Ex omni fructu manducabimus, quod Dominus imperaverat: de ligno autem quod eſt in medio paradiſo, imperatam à Deo dicit non eſſe guſtandum, ne morte morerentur. Ergo[d] quia ſcivit deferendum eſſe mandato, ſcivit utique malum eſſe prævaricari, & ideo juſte prævaricata damnatur.

33. Accipe aliud: Si aſſumtio de ligno ſcientiæ boni & mali ita operatoria erat, ut bonum E & malum agnoſceretur; quod videtur Scriptura oſtendere, dum dicit: Quia ubi *manducaverunt* Ibidem. 6. & 7. *ambo, aperti ſunt oculi eorum & cognoverunt quod nudi eſſent;* hoc eſt, aperti ſunt oculi cordis, & cognoverunt turpe eſſe nudos ſe degere: ſine dubio ubi guſtavit mulier de ligno ſcientiæ boni & mali, peccavit & ſe peccaſſe cognovit. Quæ igitur ſe peccaſſe cognoverat, vel virum ad peccati communionem invitare non debuit. Illiciendo autem virum, & dando ei quod ipſa guſ- F taverat, non vitavit, ſed iteravit peccatum. Nam utique ſi vere rationem ſpectes, eum quem diligebat, non trahere ad conſortium pœnæ, ſed magis ab eo quod cognoverat ipſa eſſe peccatum, vel inſcientem revocare debuerat; quamvis videatur hæc mulier ſciens quod poſt culpam in paradiſo eſſe non poſſet, metuiſſe ne ſola de paradiſo ejiceretur. Denique abſconderunt ſe ambo poſt culpam. Excludendam igitur ſe eſſe cognoſcens, conſortio viri quem diligebat, noluit defraudari.

34. Iterum accipe: Non cognitio mali malum

a. Rom. edit. *unus noſtrum ad ſciendum bonum & malum.*
b. Mſſ. & edit. vet. *vitare non potuit.*
c. Mſſ. Michaelinus, Big. Gem. Th. *Voluit Deus.* Mſ. Laudunenſis, & edit. vet. *novit Deus.* Alii mſſ. & Rom. edit. melius, *noluit Deus.*

d. Ita Mſſ. S. Remigii, ac S. Theodorici. Vet. autem edit. *Ergo ſcivit deferendum eſſe mandatum.* Mſſ. Gem. Th. Div. & Laud. *Ergo ſcivit deferendum eſſe mandato.* Mich. *deferendum non eſſe mandatum.* Denique edit. Rom. *Ergo qui ſcivit deferendum non eſſe mandato.*

eſt; ſed cùm actus implet malitiam. Non enim ſtatim qui oovit malum, quod malum eſt, facit: ſed qui quod malum eſſe novit, operatur. Inceotivum autem ad operandum quod malum eſt, aut iracundia, aut cupiditas eſſe conſuevit. Nec ſtatim neceſſe, ut habens ſcientiam mali faciat quod improbum novir, niſi aur iracundia aut cupiditate vincatur. Uode quod diximus incentivum peccandi, vel ira, vel cupiditas eſt, vel plerumque formido, licet ex formidine oriatur cupiditas, dum unuſquiſque vult vitare quod metuit. Et ideo recte iracundiam & cupiditatem duorum [a] reliquorum poſuimus incentiva vitiorum. Cooſideremus igitur utrum Eva his ad vitium ſtimulis incitata ſit. Sed neque iraſcebatur marito, neque cupiditate victa eſt: in ſecundo dumtaxat errat, ut edendum viro daret, quod jam ipſa guſtaverat. Primo fuerat cupiditas auctor erroris ut ipſa ederet, ſequentiſque fuit cauſa peccati. Quod enim jam guſtaverat, deſiderare ooo poterat: & guſtando, mali fuerat ſcientiam conſecuta. Malum igitur quod adverterat, in virum derivare noo debuit, neque conjugem proprium prævaricatorem divini facere mandati. Sciens igitur prudeoſque peccavit, & ſciens virum in ſuum traxit errorem. Alioquin invenietur falſus eſſe de ligno ſcientiæ boni & mali ſermo, ſi etiam poſteaquam de ea arbore manducavit, ſcienriam mali habere non potuit. Quod ſi verus eſt ſermo, cupiditatis otique cauſam habere non potuit: licet plerique ſic excuſandum putent, quod diligens virum ab eo timuerit ſeparari, & hanc cauſam cupiditatis prætendant, quod eſſe voluerit cum marito.

CAPUT VII.

Quæritur utrum à Deo, vel à ligno, vel demum aliunde mors homini acciderit; atque objectio multiplici reſponſione diluitur.

35. ITerum alia quæſtio ſubrepit unde mors acciderit Adæ, utrum à natura ligni ejuſmodi, an verò à Deo. Si naturæ ligni hoc adſcribimus, videtur ligni hujus fructus vivificandi inſufflationi Dei præſtare; ſiquidem quem vivificaverat inſufflatio, fructus hujus ligni traxit ad mortem. Aut ſi Deum operatorem mortis eſſe memoramus, dicunt quod gemina eum opinione accuſemus: quod aut ita immitis, ut ooluerit ignoſcere, cùm poſſet; aut ſi ignoſcere non potuerit, videatur infirmus. Videamus igitur quomodo diluendum ſit. Niſi fallor, mortis cauſa inobedientia fuit; & ideo homo ipſe ſibi mortis eſt cauſa, non habens Deum ſuæ mortis auctorem. Neque enim ſi medicus præſcripſit ægrotanti à quibus videatur caveodum, atque ille ab interdictis non putaverit abſtinendum, cauſa ei mortis eſt medicus: ſed utique ipſe ſibi reus mortis eſt propriæ. Itaque Deus quaſi boous medicus prohibuit, ne Adam nocitura guſtaret.

36. Iterum accipe: Scire bonum melius eſt, quam neſcire; & ei qui bonum ſciat, pulcrum eſt ſcire quod malum eſt, ut ſciat cavere quod malum eſt, & ut prudens ſubeat cuſtodiæ cautionem. Rurſus autem non ſatis eſt hoc ſolum ſcire quod malum eſt; ne cùm malum ſcias, ſcientia boni incipias defraudari. Pulcrius eſt igitur ut utrumque norimus; ut & quia ſcimus bonum, fugiamus quod malum eſt; & ex eo quod cognoſcimus malum, boni gratiam præferamus. Sed ita debes utrumque ſcire, ut & profunde noveris, & quod noveris exequaris, actuſque ſcientiæ congruat. Alioquin tolerabiliorem Scriptura indicat eum, qui utrumque neſciat, quam qui perfunctorie utrumque cognovit. GRAVAT enim ſcire, quod vel exequi vel vitare [a] noo poſſis: gravat ſcire ſine uſu atque opere cognitioois profundæ. Denique obeſt ad exiſtimationem medico ſcire quid proſit, & quid noceat ægro; oiſi cogoitione ea quemadmodum oportet, utatur: & ideo non eſt cognitio bona, niſi ea utaris ut oportet. Luc. 12. 47

37. Item accipe: Non fruſtra lignum ſcientiæ boni & mali productum eſt in medio paradiſo: & ſi cuicumque homini productum eſſet, ſuperflua interdictio. Sed neque fruſtra factum eſt, neque alii, niſi homini factum eſt, qui mandatum accepit; ut non ſolo eo, ſed eo cum ceteris uteretur. Nam ſi multa diſcurias, complura reperies & plane innumera, quæ ei qui uti neſciat, poſſint nocere. Nec ipſas divitias invenies fructuoſas, ſi habens dives ſubſidia largitatis, neget alimenta pauperibus, excludat inopem ſubſidio deſtitutum, aliena extorqueat, quia prævalet poteſtate. Pulcritudo ipſa & gratior corporis forma frequenter in vitium, quàm deformitas trahit. Numquid igitur quiſquam deformiores, quam pulcriores filios habere deſiderat, & inopes potius liberos ſuos cupit eſſe, quam divites? Plura ſunt hujuſmodi quæ noo ad imprudentiam largientis referenda ſunt, ſed ad male utentis errorem. Er ideo utentem accuſandum potius quam donantem.

CAPUT VIII.

Solvuntur quæſtiones de præſcientia Dei circa prævaricationem Adæ, & opinionem boni & mali humanis mentibus divinitus impreſſam.

38. ITerum quæſtio: Sciebat prævaricaturum Deus Adam mandata ſua, an neſciebat? Si neſciebat, non eſt iſta divinæ poteſtatis adſertio: ſi autem ſciebat, & nihilominus ſciens negligenda mandavit, non eſt Dei aliquid ſuperfluum præcipere. Superfluum autem præcepit protoplaſto illi Adæ, quod eum noverat minime ſervaturum: nihil autem Deus ſuperfluum facit; ergo non eſt Scriptura ex Deo. Hoc enim objiciunt, qui vetus non recipiunt Teſtamentum, & has interſerunt quæſtiones. Verum hi ſua ſententia & opinione vinceodi ſunt. Cùm enim novi Teſtamenti non refutant fidem, exemplo ſunt arguendi, ut vetus credant: quoniam cùm ſibi divina præcepta & facta conveniant, unius auctoris Teſtamentum utrumque liquet eſſe credendum. Diſcant igitur non ſuperfluum, non injuſtum etiam prævaricaturo præſcriptum eſſe mandatum. Nam & ipſe Dominus Jeſus elegit Judam, quem proditorem ſciebat. Quem ſi per

a. Libentes legeremus, *duo reliquorum*; niſi mſſ. & edit. reclamarent.

a Ita mſſ. & edit. antiq. magno conſenſu. At Rom. edit. *vitare non vulis, & non poſſis.*

imprudeotiam

imprudentiam electum putant, divinæ derogant A poteſtati. Sed hoc æſtimare non poſſunt, cùm Scriptura dicat: Quia *ſciebat Ieſus quis eum proditurus eſſet.* (Johan. 6. 65.) Conticeſcant igitur repugnatores iſti veteris Teſtamenti.

39. Sed quoniam etiam gentilibus, ſi forte iſtud objecerint, reſpondendum videtur, qui exemplum non recipiunt, rationem exigunt; accipiant etiam ipſi qua ratione Dei Filius vel prævaricaturo mandaverit, vel elegerit proditurum. Venerat dominus Jeſus omnes ſalvos facere B peccatores, etiam circa impios oſtendere ſuam debuit voluntatem. Et ideo nec proditurum debuit præterire; ut adverterent omnes, quod in electione etiam proditoris ſui ſervandorum omnium inſigne prætendit, nec in eo læſus eſt vel Adam, quia mandatum accepit, vel Judas, quia electus eſt. Non enim neceſſitatem Deus vel illi prævaricationis, vel huic proditionis impoſuit, quia uterque ſi quod acceperat, cuſtodiſſet, à peccato abſtinere potuiſſet. Deni- C que nec Judæos omnes credituros ſciebat, & tamen ait: *Non veni niſi ad oves perditas domus Iſrael.* (Matt. 15. 24.) Ergò non in mandante culpa eſt, ſed in prævaricante peccatum eſt. Et quod in Deo fuit, oſtendit omnibus quod omnes voluit liberare. Nec tamen dico quia prævaricationem neſciebat futuram, immo quia ſciebat adſero: ſed non ideo percuntis proditoris invidiam in ſe debuit derivare, ut adſcriberetur Deo, quod uterque ſit lapſus. Nunc autem uterque redarguitur, at- D que reconvincitur; quia & ille mandatum ne laberetur accepit, & hic etiam in apoſtolatus munus adſcitus eſt, ut vel beneficio Dei revocaretur à proditionis affectu; ſimul ut dum alii revincuntur, prodeſſet omnibus. Non enim conſiſteret peccatum, ſi interdictio non fuiſſet. Non conſiſtente autem peccato, non ſolum malitia, ſed etiam virtus fortaſſe non eſſet: quæ niſi aliqua malitiæ fuiſſent ſemina, vel ſubſiſtere, vel eminere non poſſet. Quid eſt enim peccatum, E niſi prævaricatio legis divinæ, & cæleſtium inobedientia præceptorum? Non enim auribus corporis de mandatis cæleſtibus judicamus: ſed cùm eſſet Dei verbum, opiniones quædam nobis boni & mali pullularunt; dum id quod malum eſt, naturaliter intelligimus eſſe vitandum, & id quod bonum eſt naturaliter nobis intelligimus eſſe præceptum. In eo igitur vocem Domini videmur audire, quod alia interdicat, alia præcipiat. Et ideo ſi quis non obedierit illis F quæ ſemel à Deo præcepta credimus, pœnæ obnoxius æſtimatur. Dei autem præceptum non quaſi in tabulis lapideis atramento legimus inſcriptum, ſed cordibus noſtris tenemus impreſſum ſpiritu Dei vivi. Ergo opinio noſtra ipſa ſibi legem facit. Si enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt; ejuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Opinio igitur humana ſibi tamquam Dei lex eſt.

40. Iterum hinc aliam faciunt quæſtionem, ut ad invicem mandati ejus quod diximus in hominis upinione conſiſtere, hanc ipſam opinionem impreſſam à Deo nobis tamquam præſcriptum divinæ legis accuſent. Noverat, inquiunt, hominem peccaturum qui creavit eum, & has opiniones boni & mali impreſſit, an non noverat? Ut ſi dixeris quia non noverat, alienum à majeſtate Dei ſentias: ſi autem dixeris quia ſciens Deus peccaturum hominem, communes tamen opiniones ei boni & mali impreſſit; ut propter admixtionem malorum vitæ perpetuitatem ſervare non poſſet, ſicut in illo non præſagum futuri, ita in hoc non bonum Deum ſignificare videaris. Atque hinc argumentantur quia non eſt creatura hominis à Deo facta. Nam ſicut ſupra oſtendimus eos dicere quod non eſt mandatum Dei, ſic & hîc dicunt: Non ergo creatura hominis à Deo, quia Deus malum non fecit. Homo autem opinionem accepit mali, dum à malis præcipitur abſtinere. Hoc autem genere alium bonum Deum, alium operatorem hominis conantur adſerere. Quibus reſpondendum eſt illico ſecundum opinionem ſuam. Si enim hominem nolunt à Deo factum, quia peccator eſt homo, & hoc refugiunt, ne bonus Deus peccatorem feciſſe videatur, quia non putant bonum qui fecerit peccatorem; dicant utrùm operatorem hominis à Deo factum putent. Si enim à Deo factus eſt ille, ut dicunt, operator hominis, quomodo bonus Deus operatorem mali fecit? Utique non bonus, nam qui peccatorem facit non bonus; cavendum ne gravius ſit operatorem peccatoris feciſſe. Debuit enim bonus Deus prohibere nativitatem ejus, qui peccati ſubſtantiam habebat inducere. Quod ſi dicunt non eſſe genitum operatorem mali, requirendum utrum bonus Deus potuerit inhibere quoquo modo incipientem malitiam, an non potuerit? Si enim non potuit, infirmus: ſi potuit, & non fecit, non bonus. Ergo ſi ſibi iſta non congruunt, nec ſuæ ſibi hæreticorum conveniunt opiniones, requiramus ne forte rationis fuerit, qua cauſa Deus ſive geniti ſive non geniti illius operatoris ſiverit malitiam introire in hunc mundum, cùm poſſit inhibere.

41. Itaque ſervantes unum & eumdem Deum bonum atque operatorem, id ſi poſſumus, adſtruamus, quod gratiæ [a] utrique conveniat, nec accuſationis eorum declinemus invidiam, qui ita dicunt: Quomodo bonus Deus qui non ſolum paſſus eſt introire in hunc mundum malitiam, ſed etiam in tantam confuſionem venire permiſit. Verum hæc accuſatio tunc locum haberet, ſi ita animæ vim & intima ſecreta mentis inficeret; ut nullo pacto poſſet aboleri, & immedicabilium vulnerum menti atque animæ noſtræ virus inſideret: eſſet enim aptior hujus querelæ locus; quod cùm omnia poſſit Deus, hominem tamen perire ſit paſſus. Verum cùm Deus noſtri miſericors reſpuendi erroris remedia reſervaverit, abolendique omnis contagii non aboleverit facultatem; quomodo irrationabile vel injuſtum eſt, ſi permiſit noſtrum materiale tentari quadam trepidatione fragilitatis humanæ; ut fœneratior poſtea gratia per pœnitentiam delictorum in hominis rediret affectum, & fragilitatis ſuæ conſcius quod tam facile à divinorum manda-

a. Rom. edit. *quod gratia utrique conveniat.* Melius aliæ cum mſſ. . . . *utrique conveniat*, id eſt, gratiæ Dei boni, & operatoris.

torum ſerie deviando trepidaverit, tamquam clavum animæ fluctuantis mandata cæleſtia timeret amittere; divinæ miſericordiæ plus tribuens quod recepit amiſſum, & ſibi aliquid uſurpans gratiæ quod revertatur.

CAPUT IX.

An decuerit à Deo præceptum homini de cibo dari; & cur in proponenda pœna non dictum fuerit, moriemini, *ſed* morte moriemini?

42. Nunc quæ ſit illa ratio conſideremus, quid ſit iſtud quod eùm mandatum daret homini, de illa admirabili beatæque vita præſcribens, ne contra faciens morte moreretur, de manducando & non manducando putaverit eſſe mandandum. Sunt enim qui putant nequaquam mandatum iſtud convenire cæli & terræ atque omnium creatori; nequaquam dignum incolis paradiſi, eo quod illa vita ſimilis Angelorum ſit. Et ideo non terrenum & corruptibilem hunc cibum eſui fuiſſe poſſumus æſtimare; quia qui non bibunt, neque manducant, erunt ſicut Angeli in cælo. Cùm igitur in cibo neque præmium ſit, quia eſca nos non commendat Deo; neque magnum periculum ſit, quia
a non quod intrat in os, [a] coinquinat hominem, ſed quod exit de ore: videtur ſine dubio à tanto auctore non eſſe præceptum, niſi hunc cibum ad illum propheticum referas, quia pro magno
Eſai. 65. 13. præmio Dominus ſanctis pollicetur ſuis: *Ecce qui ſerviunt mihi, manducabunt: vos autem eſurietis.* Hic eſt enim cibus in quo vita definitur æterna, quo quiſquis fuerit defraudatus, morte morietur. Quandoquidem panis vivus atque cæleſtis ipſe Dominus eſt, qui vitam dat huic mundo.
Johan. 6. 54. Unde & ipſe ait: *Niſi manducaveritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam æternam.* Erat ergo panis aliquis de quo præſcripſerat edendum paradiſi incolis.
Pſ. 77. 25. Quis ille? Accipe quem dicat: *Panem*, inquit, *Angelorum manducavit homo.* Eſt enim bonus panis, ſi facias voluntatem Dei. Vis ſcire quam bonus panis? Ipſe Filius manducat hunc panem,
Johan. 4. 34. de quo ait: *Meus cibus eſt ut faciam voluntatem Patris mei qui in cælis eſt.*

43. Iterum videamus qua ratione dominus Deus Adæ dixerit, *morte moriemini*: quid interſit, utrum aliquis dicat, *moriemini*, an addat, *morte moriemini.* Oſtendere enim debemus nihil ſuperfluum in Dei eſſe mandato. Itaque hoc arbitror. Cùm duo ſibi ſint contraria mors & vita, ſecundùm ſimplicem ſermonem à vita vivere dicimus, à morte mori. Si autem geminare velis utrumque, quia vita vitam facit, dicitur, *vita vivit*, ſicut habes in lege. Et quia mors mortem facit, dicitur, *morte morietur.* Non eſt autem ſuperflua iſta geminatio: eſt enim vita ad mortem, & eſt mors ad vitam; quia quis & dum vi-

A vit, moritur; & dum moritur, vivit. Fiunt ergo quatuor diſtinctiones vita vivere, morte mori, [b] morte vivere, vita mori. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, uſus & conſuetudinis præjudicium debemus excludere; quia uſus hoc habet ut communiter dicatur vivere, & qui vitæ [c] vivit, & qui morti vivit: & communiter dicatur mori vel ille qui morti moritur, vel ille qui vitæ moritur. Itaque ex quatuor illis duo ſignificat, ut dicat viventem vivere, nec melius deteriuſque
B diſtinguat, & dicat morientem mori, nec inter malam & bonam mortem videatur eſſe diſcretio. Nam indiſcreta quædam vita ſignificatur, qualis irrationabilium aut etiam parvulorum, & indiſcreta mors æque.

44. Sequeſtrato igitur uſu communi, quid ſit vita vivere, & quid ſit morte mori, & quid ſit vivere morti, & mori vitæ conſideremus. Puto enim ſecundum Scripturas, quia vita vivere admirabilem quamdam illam vitam beatamque ſi-
C gnificet, & hunc vivendi uſum ſpirandique munus cum beatæ vitæ gratia veluti conjunctum, & quadam participatione permixtum demonſtrare videatur. Hoc eſt enim vita vivere, virtute vivere, beatæ vitæ actus habere in iſtius corporis vita. Contra autem morte mori quid eſt aliud, niſi cum morte corporis deformitatem ſignificare morientis, cujus & caro communi vivendi munere defraudetur, & anima vitæ æternæ uſum habere non poſſit? Eſt etiam qui vita moritur,
D ut qui vivit corpore, ſed actu moritur ſuo: quales illi ſunt, de quibus ait Propheta: *Deſcendunt in infernum viventes.* Et illa de qua Apoſtolus Pſ. 54. 16.
dicit: *Quoniam vivens mortua eſt.* Quartum ſupereſt, quod ſunt qui etiam morte vivunt, ut martyres ſancti, qui utique moriuntur ut vivant. Moritur [d] caro, ſed vivit gratia mortuorum. 1. Tim. 5. 6. d
Ergo abſit à nobis, ut participes mortis vivamus: ſed contra participes vitæ moriamur. Sanctus enim nec vitæ iſtius ſe vult eſſe participem, qui
E ait: *Cupio diſſolvi, & cum Chriſto eſſe; multo enim melius.* Et alius, *Heu me, quod incolatus meus prolongatus eſt!* Dolens utique cùm conſiſtit ria vitæ ſperet æternæ, iſtius vitæ fragilitate ſe contineri. Et ideo poſſum è contrario dicere, quia etſi vita vivere bonum eſt; vitæ tamen vivere ambiguum ſit. Poteſt enim dici quis vitæ vivere, hoc eſt, vitæ æternæ iſtius vita corporis militare. Poteſt etiam dici vitæ vivere, hoc eſt, vel quemcumque, vel ſanctum iſtius vitæ habere deſiderium Philip. 1. 23. Pſ. 119. 5.
F corporalis; ut verbi gratia, ſi quis ideo honeſte putet eſſe vivendum, ut is longævitatem vitæ bonis actibus conſequatur, quales plerique infirmiores ſunt quos hæc vita delectat.

45. Sicut ergo vitæ vivere quid ſit accepimus, quid ſit morti mori accipiamus, vel morti [e] vivere. Poſſunt enim eſſe qui moriantur morti, & qui vivant vitæ. Nam [f] qui non ita vivit, ut ſecundum mortem animæ ſuæ vivat, is morti mo-

a. Mſſ. Th Div. Big. & Gem. *Communicat.* non male; in ſacris enim litteris idem eſt *commune*, quod pollutum ſeu inquinatum. Et poſt tria vel quatuor verba mſſ. Big. Gem. Mich. *videatur* Rem Th. *videtur ſine dubio tanto auctore præceptum.* S. Theod. *indignum tanto auctore.* Edit. Gill. ac Rom *à tanto auctore præceptum.* Div. Laud. cum edit. Am. & Era. *ſine dubio à tanto auctore non eſſe præceptum.*

b Mſſ. omnes, *morte vivere, vita mori.* At contra edit. *morti vivere, vita mori.*

c Mſſ S. Th. *vel ille qui morti moritur, vel ille qui vitæ. Itaque ex quatuor illis* &c. Rem. *vel ille qui morte moritur, vel ille qui vita vivit Itaque* &c in quorum neutro habetur, *& qui vitæ vivit, & qui morti vivit.*

d. Mſ. Rem. *moriuntur carne, ſed vivunt gratia mortuorum.*

e. Mſſ. & vet. edit. magno conſenſu, *vel morte mori.*

f. Mſſ S. Rem, & S. Th. *Nam qui non vita vivit, ſecundum mortem animæ ſuæ vivit. Is morti moritur, qui non eſt obnoxius* &c.

ritur, quia non eſt obnoxius morti, id eſt, ne- A xus eum ærumnoſæ mortis amiſit, non conſtringitur vinculis mortis æternæ. Mortuus eſt morti, hoc eſt, mortuus eſt peccato, mortuus eſt pœnæ: cui contrarium eſt pœnæ vivere, hoc eſt, quando quis vivit ad pœnam, vivit ad mortem. Qui autem moritur ad pœnam, moritur ad mortem. Eſt etiam qui in hac vita poſitus mo- Galat. 2. 20. riatur ad vitam, ſicut ille qui ait. *Vivo autem jam non ego, vivit autem in me Chriſtus.* Peccato enim mortuus eſt, Deo vivit, hoc eſt, mors in eo B mortua eſt, ſed vita vivit, qui eſt dominus Jeſus. Ergo bona vita eorum qui Deo vivunt, mala vita eorum qui peccato vivunt. Eſt etiam media vita, ut animantium ceterorum, ſicut Gen. 1. 24. habes ſcriptum: *Producat terra animam viventem ſecundùm genus.* Eſt etiam vita mortuorum, ut Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob; quia Deus mortuorum non eſt, ſed vivorum. Sunt etiam quibus communitas eſt quædam mortis & vitæ, de quibus ait Apoſtolus dicens: C Rom. 6. 5. *Si commortui eſtis, & convivetis. Si enim complantati,* inquit, *ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus: ſcientes quia vetus homo noſter ſimul confixus eſt cruci, ut deſtruatur corpus peccati, ut ultra non ſerviamus peccato. Qui* [a] *enim mortuus eſt, juſtificatus eſt à peccato.* Sicut autem figuras multas vitæ diximus, ita etiam mortis invenimus. Dicitur enim mors mala, ſecundùm Ezech. 18. 20. illud: *Anima quæ peccat, ipſa morietur.* Dicitur & mors communiter, ſicut habes verbi gratia: [b] D Quia Adam vixit tot annos, & mortuus eſt, & appoſitus eſt ad patres ſuos. Dicitur etiam mors per Rom. 6. 4. baptiſmatis ſacramentum, ſicut habes: *Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in morte.* Et alibi: Ibidem. 8. *Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus etiam quod ſimul vivemus cum illo.* Vides quia mors quidem [c] appellatione dicatur, ſed hæc vita ſit noſtra.

CAPUT X.

Cur hominem Deus non approbarit niſi poſt factam mulierem; & id maxime quod per hanc ille deceptus peccaverit: itemque cur eadem non de terra, ut Adam, ſed de coſta ejus creata ſit? E

Gen. 2. 18. 46. ITem alia quæſtio, quia dixit Dominus: *Non eſt bonum ſolum eſſe hominem.* Primo omnium cognoſce quia in ſuperioribus, ubi hominem finxit Deus de limo terræ, non addidit: Gen. 1. 12. & ſeq. *Et vidit Deus quia bonum eſt*, quemadmodum in F ſingulis operibus ſuis. Nam ſi dixiſſet illic bonum eſſe, quia homo factus eſt, inveniretur hoc eſſe contrarium, ut hìc non eſſe bonum diceret, cùm in ſuperioribus bonum eſſe dixiſſet. Sed hoc ibi cognoſce, ubi ſolum Adam fecit. Ceterum ubi communiter comprehendit & virum & mulierem factos, licet ne ibi quidem dixerit ſpecialiter; Gen. 1. 31. tamen quia poſtea habes: *Vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce erant bona valde*, evidenter declaratur bonum eſſe quod & vir ſit factus, & mulier.

47. Sed ex hac quæſtione alia quæſtio rurſus A emergit. Quomodo enim quando ſolus factus eſt Adam, non dictum eſt bonum eſſe factum Adam: quando autem & mulier ex eo facta eſt, tunc eſſe bona omnia comprehenſum eſt? Licet illic omnem laudaverit creaturam, & univerſitatis creatio ſit probata, quoniam in homine [d] naturæ prædicata communitas eſt, tamen non videtur otioſum, qua ratione ubi ſolus factus eſt Adam, non ſolum nequaquam prædicatio boni complacito operi adjecta ſit; ſed etiam dictum B ſit non eſſe bonum ſolum hominem: cùm ſciamus quod antequam fieret mulier, non erraverit Adam; poſtea vero quam mulier eſt facta, prior divinum prævaricata mandatum, etiam virum ſuum traxerit in errorem, & incentivum ejus exſtiterit. Si igitur viro culpæ auctor eſt mulier, quemadmodum pro bono videtur adjecta? S. Auguſt. cont. Jul. Pel. c. 7. Verum ſi conſideres quia Deo univerſitatis eſt cura, invenies plus placere Domino debuiſſe id in quo eſſet cauſa univerſitatis, quam condemnan- C dum fuiſſe illud in quo eſſet cauſa peccati. Et ideo quia ex viro ſolo non poterat humani eſſe generis propagatio, pronuntiavit Dominus non eſſe bonum ſolum eſſe hominem. MALUIT enim Deus plures eſſe quos ſalvos facere poſſet, & quibus donaret peccatum, quam unum ſolum Adam, qui liber eſſet à culpa. Denique quia idem utriuſque auctor eſt operis, venit in hunc mundum, ut ſalvos faceret peccatores. Poſtremo nec Cain parricidii reum priuſquam generaret filios, paſ- D ſus eſt interire. Ergo propter generationem ſucceſſionis humanæ debuit mulier adjici viro. Denique hoc ipſa verba declarant dicentis Dei, non bonum ſolum eſſe hominem. Nam etſi mulier prior peccatura erat; tamen redemtionem ſibi paritura non debuit ab uſu divinæ operationis excludi. Quamvis enim Adam non eſt ſeductus, 1. Tim. 2. 14. & 15. mulier autem ſeducta & in prævaricatione fuerit; ſalva tamen, inquit, erit per filiorum generationem, inter quos generavit & Chriſtum.

E 48. Nec illud otioſum, quod non de eadem 33 q. 5. c. Nec illud. terra de qua plaſmatus eſt Adam, ſed de ipſius Adæ coſta facta ſit mulier; ut ſciremus unam in viro & muliere corporis eſſe naturam, unum fontem generis humani. Ideo non duo à principio facti vir & mulier, neque duo viri, neque duæ mulieres, ſed primum vir, deinde ex eo mulier. Unam enim naturam volens hominum conſtituere Deus, ab uno principio creaturæ hujus F incipiens multarum & diſparium naturarum eripuit facultatem. *Faciamus*, inquit, *ei adjutorium ſimile ſibi.* Gen. 2. 18. Adjutorium ad generationem conſtitutionis humanæ intelligimus. Et vere bonum adjutorium. Nam ſi pro meliore accipis adjutorium, major quædam in cauſa generationis operatio mulieris reperitur; ſicut iſtius terræ quæ ſemina primo accepta cohibendo paulatim fotu ſuo adoleſcere facit, & producit in ſegetem. In eo igitur adjutorium bonum mulieris, quamquam etiam inferior dicatur adjutor; ut & in uſu reperimus humano, quia dignitate potiores ple-

a. *Qui enim mortuus eſt, juſtificatus eſt à peccato.* Hæc in Mſſ. quinque deſiderantur.
b. Ita mſſ. & vet. edit. At edit. Rom. *Abraham vixit tot annos, ... ad populum ſuum.* Haud male forſitan legeretur, *Quia quidam* &c. ut eſſet exemplum indeterminatum. Sed ſine auctoritate in textum nihil intrudimus.
c. Ita mſſ. Vat. Th. Div. S. Th. Laud. & edit. Am. & Era. Mſſ. vero Big. Gem. & Mich. *vides quia mors quidem appellatione indicatur, ſed hæc* &c. Edit. Gill. *vides .... dicatur, ſed hæc vita, vita ſit noſtra.* Rom. denique, *vides quia hæc mors .... dicatur, ſed vita ſit noſtra.*
d. Ita ſex mſſ. & edit. vet. Codex Div. & Rom. edit. *creatura prædicata* &c. At Rom. ac Th. *quoniam in bona natura prædicata.*

rumque adjutorem meriti inferioris adſciſcunt. A

CAPUT XI.

Quomodo animalia adducta fuerint ad Adam: quid ſopor ejuſdem & coſta ædificatio nos doceat: quid etiam memorata animalia in paradiſum adducta ſignificent, & quo pacto juſti in paradiſum rapiantur?

49. SPecta nunc cur Deus adhuc finxerit de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cæli, & adduxerit ea ad Adam, ut vide- B ret quid vocaret ea. Qua ratione hoc factum eſt, cùm tantummodo beſtias agri, & volatilia cæli ad Adam adduxerit Deus? Erant enim pecora ſecundùm genus ſuum. Denique habes infra: Gen. 2. 20. *Quia impoſuit Adam nomina omnibus pecoribus, & omnibus beſtiis agri. Adæ autem non eſt inventus adjutor ſimilis illi.* Quæ igitur abſolutio eſt, niſi quia indomitæ beſtiæ, & volatilia cæli divina poteſtate ad hominem deducuntur. De pecoribus autem domitis congregandis & homo ha- C buit poteſtatem. Itaque illud divinæ operationis fuerit, hoc humanæ diligentiæ. Simul accipe qua cauſa omnia deducta ſint ad Adam, ut in omnibus videret ex utroque ſexu ſubſtantiam conſtare naturæ, id eſt, ex maſculo & femina, & ipſe uſu exemploque cognoſceret neceſſarium ſibi conſortium mulieris adjectum.

Ibid. 21. 50. *Et immiſit*, inquit, *Deus ſoporem in Adam, & obdormivit.* Quis eſt iſte ſopor, niſi quia pauliſper ad conjugium copulandum cùm intendi- D mus animum, veluti intentos oculos ad Dei regnum inclinare atque inflectere videmur ad quemdam ſomnum iſtius mundi, & pauliſper obdormire divinis, dum in ſæcularibus mundaniſque requieſcimus? Denique poſteaquam ſoporem immiſit in Adam, & dormivit, tunc *ædificavit dominus Deus coſtam quam ſumſit de Adam in mulierem.* Bene, *ædificavit* dixit, ubi [c] de mulieris creatione loquebatur, quia in viro & muliere domus videtur quædam plena eſſe perfectio. E Qui ſine uxore eſt, quaſi ſine domo ſit, ſic habetur. Sicut enim vir publicis officiis, ita mulier domeſticis miniſteriis habilior æſtimatur. Conſidera quia ex corpore coſtam ſumſit, non ex anima portionem; hoc [a] eſt, non anima ex anima, ſed os de oſſibus meis & caro de carne meâ hæc vocabitur mulier.

51. Ergo cauſam humanæ generationis agnovimus. Sed quia pleroſque movet qui diligentius intuentur, quomodo ſi vel primò magnum F munus Dei fuit circa homines, ut in paradiſo homines collocarentur, vel poſtea magnorum remuneratio videretur eſſe meritorum, ut ad paradiſum juſtus unuſquiſque rapiatur, dicuntur etiam beſtiæ & pecora agri, & volatilia cæli in paradiſo fuiſſe. Unde plerique paradiſum animam hominis eſſe voluerunt, in qua virtutum quædam germina pullulaverint: hominem autem & ad operandum, & ad cuſtodiendum paradiſum eſſe poſitum, hoc eſt, mentem hominis cujus virtus animam videtur excolere, nec ſolum excolere, ſed etiam cùm excoluerit, cuſto- A dire. Beſtiæ autem agri, & volatilia cæli quæ adducuntur ad Adam, noſtri irrationabiles motus ſunt; eo quod beſtiæ vel pecora, quædam diverſæ ſint corporis paſſiones, vel turbulentiores, vel etiam languidiores. Volatilia autem cæli quid aliud æſtimamus, niſi inanes cogitationes quæ velut volatilium more noſtram circumvolant animam, & huc atque illuc vario motu ſæpe traducunt? Propterea nullus inventus eſt menti noſtræ ſimilis adjutor, niſi ſenſus, hoc eſt, αἴσθησις. B Similem ſibi ſolam νοῦς noſter potuit invenire.

52. Sed forte arguas, quia hæc quoque Deus in tali paradiſo locavit, hoc eſt, paſſiones corporis, & vanitatem quamdam fluctuantium vel inanium cogitationum, quod ipſe noſtri fuerit auctor erroris. Conſidera quid dicat: *Habete*, Gen. 1. 28. inquit, *poteſtatem piſcium maris, & volatilium cæli, & omnium repentium quæ repunt ſuper terram.* Vides quod ille tibi tribuerit poteſtatem; ut de omnibus judicare tu debeas, ſingulorum genera C judicii tui ſobria definitione diſcernere. Vocavit ad te omnia Deus; ut ſupra omnia mentem tuam eſſe cognoſceres. Cur quæ tibi ſimilia minime reperiſti, adſciſcere tibi & copulare voluiſti? Dedit tibi certe ſenſum quo univerſa cognoſceres, & [b] de cognitis judicares; meritoque de illo fœcundo paradiſi agro ejectus es, quia non potuiſti ſervare mandatum. Sciebat enim Deus eſſe te fragilem, ſciebat judicare non poſſe; ideo dixit quaſi fragilioribus: *Nolite judicare,* Matt 7. 1. D *ut non judicemini.* Ergo quia ſcivit infirmum te eſſe ad judicandum, voluit obedientem eſſe mandato; ideo præceptum poſuit. Quod ſi non prævaricatus eſſes, periculum incerti judicii incidere nequiviſſes. Itaque quoniam judicare voluiſti, ideo addidit: *Ecce Adam [c] factus eſt tamquam unus ex nobis, ut ſciat bonum & malum.* Gen. 3. 22. Voluiſti tibi arrogare judicium, ideo pœnam pravi judicii refutare non debes. Poſuit tamen te contra paradiſum, ne memoriam ejus poſſis abolere.

E 53. Denique juſti in paradiſum ſæpe rapiuntur, ſicut & Paulus raptus eſt in paradiſum, & audivit verba ineffabilia. Et tu ſi à primo cælo ad ſecundum, à ſecundo ad tertium mentis tuæ vigore rapiaris, hoc eſt, quod primum unuſquiſque homo eſt corporalis, ſecundo animalis, tertio ſpiritalis: ſi ita rapiaris ad tertium cælum, ut videas fulgorem gratiæ ſpiritalis (animalis enim homo quæ ſunt ſpiritus Dei neſcit) & ideo tertii cæli adſcenſio tibi eſt [d] neceſſaria, ut rapiaris in F paradiſum: rapieris jam ſine periculo, ut poſſis dijudicare omnia, quia ſpiritalis dijudicat omnia, ipſe autem à nemine dijudicatur. Et fortaſſe quaſi adhuc fragilis, audies verba ineffabilia quæ non liceat homini loqui: & tunc quod acceperis reſervato, & quod audieris cuſtodito. S Aug. l. 2. cont Iul. Pel. c. 5. Paulus apoſtolus cuſtodiebat ne laberetur, vel alios certe faceret errare. Aut fortaſſe ideo dicit Paulus, *quæ non liceat homini loqui;* 2 Cor 12. 6. & 7. quia erat adhuc in corpore conſtitutus, hoc eſt, videbat iſtius corporis paſſiones, videbat legem carnis ſuæ repugnantem legi mentis ſuæ. Hoc enim malo intelligi, ne videamur quemdam

a. Ita mſſ. omnes cum ant. edit. At Rom. edit. *hoc eſt, non animam ex anima, ſed os de oſſibus, & carnem de carne. Hæc mulier vocabitur*

b Mſſ. Rem. & Div. *de cognitionibus judicare.*

c. Mſſ. Gem. S. Th. & S. Mich. *factus eſt unus ex nobis, ut ſciat bonum & malum.*

d Mſſ. Gem. Big. S. Th. & S. Mich *neceſſaria. Rapieris in paradiſum, rapieris &c.*

a adhuc futuri periculi [a] jactare terrorem. Si enim vel propter hanc vitam ſecuritas, ut nullos prævaricationis poſt hanc futuræ laqueos formidemus: ergo quicumque fuerit in paradiſo aſcenſione virtutis audiet myſteria Dei arcana illa at-
b que ſecreta: audiet dicentem Dominum [b] tamquam latroni illi à ſcelere ad confeſſionem, &
Luc. 23. 43. ad fidem à latrocinio revertenti: *Hodie mecum eris in paradiſo.*

CAPUT XII.

Serpentis qualis fuerit ſapientia: quomodo mulierem aggreſſus ſit; qualiſve hujus reſponſio, quam longa digreſſio de quadam circa eam rem dubitatione conſequitur.

Gen. 3. 1.
c 54 S*Erpens autem erat ſapientior omnium beſtiarum* [c] *quæ erant ſuper terram, quas fecit dominus Deus, & dixit ſerpens mulieri: Quid utique dixit Deus, ne edatis ab omni ligno quod eſt in paradiſo?*
S. Aug. l. 2. cont. Jul. Pel. c. 3. Cum dicit ſapientiorem ſerpentem, intelligis C quem loquatur, id eſt, illum adverſarium noſtrum qui tantum habet hujus ſapientiam mundi. Sed & voluptas atque delectatio bene ſapiens
d dicitur, quia & ſapientia carnis [d] appellatur ſa-
Rom. 8. 7. pientia, ſicut habes: Quia *ſapientia carnis inimica eſt Deo.* Et ad exquirenda delectationum genera aſtuti ſunt, quia appetentes ſunt voluptatum. Sive ergo delectationem intelligas, quædam eſt divino adverſa mandato, & inimica ſen-
Rom. 7. 23. ſibus noſtris. Unde ſanctus Paulus ait: D *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati.* Si autem ad diabolum referas, verus inimicus eſt generis humani. Quæ autem cauſa inimicitiarum niſi invidia?
Sap. 2. 24. Sicut Salomon ait: Quia *invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Invidiæ autem cauſa beatitudo hominis in paradiſo poſiti, & ideo quoniam ipſe diabolus acceptam gratiam tenere non potuit, invidit homini, eo quod figuratus è limo, ut incola paradiſi eſſet, electus eſt. Con- E ſiderabat enim diabolus quod ipſe qui fuiſſet ſuperioris naturæ, in hæc ſæcularia & mundana deciderat; homo autem inferioris naturæ ſperabat æterna. Hoc eſt ergo quod invidet dicens: Iſte inferior adipiſcitur quod ego ſervare non potui? Iſte de terris migrabit ad cælum, cùm ego de cælo lapſus in terra ſim? Multas vias habeo quibus hominem decipere poſſim. De limo factus eſt, terra ei mater eſt, corruptibilibus involutus eſt. Et ſi anima ſuperioris naturæ, ta- F men & ipſa lapſui poteſt eſſe obnoxia, in corporis carcere conſtituta; quando ego lapſum vitare non potui. Eſt igitur via prima, ut decipiatur, dum conditione ſuâ majora deſiderat. Hic enim quidam conatus eſt induſtriæ. Deinde carnis eſt, quod non habeat, deſiderare. Poſtremò in quo videor ego omnibus eſſe ſapientior, niſi circumſcribam hominem, & verſutia & fraude contendam? Itaque machinatus eſt, ut non primo Adam adoriretur, ſed Adam per mulierem circumſcribere conaretur. Non adorſus eſt eum qui coram acceperat cæleſte mandatum: ſed eam A adorſus eſt quæ à viro didicerat, non à Deo quid obſervaret, acceperat. Neque enim habes quia mulieri dixit Deus, ſed quia Adæ dixit; & ideo per Adam cognoviſſe mulier æſtimanda eſt.

55. Cognoſcens igitur hoc loco tentamenti genus, plurima etiam aliis locis tentamenti genera reperies. Alia ſunt per principem iſtius mundi, qui quædam venena ſapientiæ in hunc mundum evomuit; ut vera putarent homines eſſe quæ falſa ſunt, & ſpecie quadam hominum ca- B peretur affectus. Non enim ſemper quaſi apertus hoſtis ingreditur: ſed ſunt quædam poteſtates quæ amorem ſimulent, gratiamque prætendant; ut paulatim cogitationibus noſtris venenum ſuæ iniquitatis infundant, à quibus oriuntur illa peccata quæ vel ex delectatione, vel ex quadam mentis facilitate naſcuntur. Sunt etiam aliæ poteſtates quæ veluti colluctantur nobiſcum. Unde & Apoſtolus ait: *Quia non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus princi-* Ephеſ. 6. 12.
C *patus, & poteſtates, & rectores hujus mundi, tenebrarum harum, adverſus nequitiam ſpiritalium quæ ſunt in cæleſtibus.* Volunt enim hac quadam contentione nos frangere, & veluti quoddam animæ noſtræ corpus elidere. Unde & Paulus quaſi bonus athleta non ſolum ictus adverſantium poteſtatum vitare cognoverat, verum etiam adverſantes ferire. Unde & ait: *Percutio pugnis, non ut aëra cædens.* Et ideo quaſi bonus athleta ad coronam meruit pervenire. Ergo multiplicia ten- 1. Cor. 9. 26.
D tamenta ſunt diaboli. Et ideo bilinguis ſerpens habetur atque lethalis, eo quod diaboli miniſter aliud lingua loquatur, aliud corde meditetur. Sunt & alii miniſtri qui & cordis & vocis ſuæ infectas veneno veluti verborum ſuorum jactant ſagittas, quibus Dominus ait: *Generatio viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali?* Matth. 12. 34.

56. *Et dixit ſerpens mulieri: Quid utique dixit Deus, ne edatis ex omni ligno quod eſt in paradiſo?* Gen. 3. 2. & 3.
Et dixit mulier ſerpenti: Ex omni ligno paradiſi
E *manducabimus: de fructu autem ligni quod eſt in medio paradiſi, dixit Deus: Non manducabitis ex eo, neque tangetis ex eo, ne moriamini.* Cùm audieris ſapientiorem beſtiis omnibus eſſe ſerpentem, hîc ejus jam quære verſutiam. Simulat ſe verba Dei dicere, & [e] proprios intexit dolos. Cùm enim dixiſſet Deus: *Ex omni ligno quod eſt in paradiſo edetis ad eſcam: de ligno autem quod eſt ſcientiæ boni & mali non edetis: qua die autem manducabitis ex eo, morte moriemini;* ſerpens quaſi interrogans Ibid. 2. 16. & 17.
F mulierem, cùm dixiſſet Deus: Ex omni ligno quod eſt in paradiſo edetis: de ligno autem uno non edetis, inſeruit mendacium, ut diceret: *Ab omni ligno non edetis:* cùm de uno tantum ligno ſcientiæ boni & mali præceperit Deus non eſſe guſtandum. Qua ratione autem feſellerit, nihil mirum, quia iis qui aliquem circumſcribere conantur, conſuetudo eſt fallere. Non eſt igitur interrogatio otioſa ſerpentis. Sed ut ſcias in mandato nullum vitium eſſe potuiſſe, reſpondit mulier, ut habes: *Ex omni ligno paradiſi manducabimus: de fructu autem ligni quod eſt in medio paradiſo, dixit Deus: Non manducabitis ex eo, neque tan-*

a. Ita mſſ. octo. Alii, & edit. omnes *jactare errorem.*
b. Mſſ. decem optimæ notæ, ac vet. edit. *ad fidei latrocinium.* Quatuor cum edit. Rom. *ad fidem à latrocinio.*
c. Antiqui aliquot mſſ. *quæ repunt ſuper terram.*
d. Mſ. Div. *appellatur ſapientia, quæ eſt divino mandato adverſa.*
e. R. ш. *& proprios intexuit dolos.*

getis ex eo, ne morte moriamini. In mandato quidem nullum vitium eſt, ſed in relatione mandati. Etenim quantum præſens lectio docet, diſcimus nihil vel cautionis gratia jungere oos debere mandato. Si quid enim vel addas, vel detrahas, prævaricatio quædam videtur eſſe mandati. 3 qu. 9 c. Pura. Pura enim & ſimplex mandati forma ſervanda, vel teſtimooii ſeries intimanda eſt. Plerumque teſtis dum aliquid ad ſeriem geſtorum ex ſuo adjicit, totam teſtimonii fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur vel quod bonum B videtur, addendum eſt. Namque hîc quid offenſionis habet prima ſpecie quod addidit mulier: *Neque tangetis ex eo quidquam? Tangetis* enim Deus non dixerat, ſed *non edetis.* Sed tamen lapſus incipit eſſe principium. Nam quæ addidit, vel ſuperfluum addidit, vel addendo de proprio ſemipleoum intellexit Dei eſſe mandatum. Docet igitur oos præſentis ſeries lectionis neque detrahere aliquid divinis debere mandatis, neque addere. Nam ſi Johannes hoc judi- C cavit de ſuis ſcriptis: Apoc. 22. 18. & 19. *Si quis appoſuerit*, inquit, *ad hoc, adjiciet in illum Deus plagas, quæ ſcriptæ ſunt in libro iſto: & qui demſerit de verbis his Prophetiæ hujus, delebit Deus partem illius de libro vitæ:* quanto nihil divinis mandatis eſt detrahendum? Hinc ergo cœpit prævaricatio prima eſſe mandati. Et plerique putant hoc vitium noo eſſe mulieris, ſed Adæ fuiſſe: ita Adam dixiſſe mulieri, dum eam vellet facere cautiorem, ut adderet mandaſſe D Deum: *Neque tangetis ex eo quidquam.* Habemus enim quia Adam non Eva mandatum acceperit à Deo. Nondum enim mulier formata fuerat. Ipſa quidem verba Adæ quibus mulieri dixit formam ſeriemque maodati, non prodit lectio: ſed intelligimus per virum ad mulierem ſeriem tranſiſſe mandati. Viderint tamen alii quid ſentiant; mihi tamen videtur à muljere cœpiſſe vitium, inchoaſſe mendacium. Nam etſi de duobus videatur iocertum, tamen ſexus prodit qui prius potuerit errare. Adde quia præjudicio illa con- E ſtringitur, cujus & poſtea prior error inventus eſt. Viro enim mulier, non mulieri vir auctor erroris eſt. 1 Tim. 2. 14. Unde & Paulus ait: *Adam*, inquit, *non eſt deceptus: mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit.*

57. Nunc videamus utrum præter adjectionem quæ mandato eſt applicata, quod additum eſt obfuiſſe videatur. Nam re vera ſi bonum eſt, *Neque tangetis ex eo*, & ad cautionem proficiebat, F cur Deus hoc minime interdixerit, immo non interdicendo permiſiſſe videatur? Itaque utrumque quærendum, qua ratiooe nec permiſerit, nec ioterdixerit. Sunt enim qui dicant, qua ratiooe [a] quod fecit videri, non juſſit & tangi? Verum cùm in eo ligno audieris naturam fuiſſe ſcientiæ boni & mali, poteſt æſtimari quia noluit te malum taogere. Satis eſt enim nobis videre ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem, Luc. 10. 18. ſecundum vocem Domini, & [b] dantem eſcam non luminis, ſed noctis & teoebrarum filiis; quia Pſ. 73. 14. ſcriptum eſt: *Dedit eum in eſcam populis Æthiopum.* Hoc igitur de eo dictum eſt, quod non manda- A verit tangi. Quod autem non prohibuerit, quid intelligam accipe. Sunt multa quæ noceant, ſi aote voluerimus haurire, quam quæ ſint illa cognoſcere. Nam & de cibis & potu plerumque uſu venit. Quippe ſi id quod amarum eſt, ante cognoſcas, induis patientiam; & ſi intelligas illa quæ ſunt amara prodeſſe, induis tolerantiam, ne offendat amaritudo te repentina, & iocipias rejicere profutura. Prodeſt ergo ante cognoſcere; ut ex eo quod cognoveris profuturum, nec ama- B ra faſtidias. Sed hæc minus nocere poſſunt: illud qood magis, niſi provideatur, oocere poſſit, adverte.

58. Gentilis quidam eſt, ad fidem tendit: cathecumenus eſt, majorem vult accipere doctrinæ & fidei plenitudinem; caveat ne dum vult diſcere, male diſcat, & diſcat à Photino, diſcat ab Ario, diſcat à Sabellio: tradat ſe hujuſmodi magiſtris quorum quædam eum teneat auctoritas; & inductus quadam magiſtrorum præſumtio- C ne, teoeris ſenſibus impreſſa dijudicare ooo noverit. Prius igitur oculis mentis perſpiciat [c] quid ſequatur: videat ubi vita ſit: tangat denique divinarum vitalia lectionum, ut oollo pravo offendatur interprete. Legit illi Sabellius, *Ego in Patre, & Pater in me*, & dicit unam eſſe perſonam. Johan 14. 10. Legit Photinus: *Quia mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus.* 1. Tim 2 5. Et alibi: *Quid me vultis occidere hominem?* Johan 8. 40. Legit etiam Arius quia dixit: *Quoniam Pater major me eſt.* Johan. 14. 28. Legitur quidem manifeſ- D tum: ſed qua ratione dictum ſit, debet ante pertractare ſecum, ut rationem dictorum poſſit advertere. Ducitur quadam magiſtrotum auctoritate; & profuiſſet ei noo quæſiſſe, quam talem inveniſſe doctorem. Sed etiam gentilis ſi quis Scripturas accipiat, legit: *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Lev. 24. 20. Legit etiam: *Si ſcandalizaverit te dextera tua, abſcinde illam;* Matt 5. 30. non intelligit ſenſum, non advertit divini arcana ſermonis, pejus labitur, quam ſi non legiſſet. Et ideo docuit quemad- E modum Dei Verbum inveſtigare deberent, non perfunctorie, non improvide, ſed diligenter atque ſollicite: *Quod erat*, inquit, *ab initio, quod audivimus, & quod vidimus, oculis noſtris perſpeximus, & manus noſtræ perſcrutatæ ſunt de Verbo vitæ: & vidimus & teſtamur, & annuntiamus vobis.* 1. Johan. 1. 1. & 2. Vides quod ante velut manibus quibuſdam perſcrutatus ſit Dei verbum, & poſtea annuntiaverit: & ideo nihil Adæ & Evæ fortaſſe nocuiſſet verbum, ſi pertractantibus diligenter F mentis quibuſdam manibus ante tetigiſſent. Infirmi enim pertractando, & diligeotius requirendo, uniuſcujuſque quam non intelligunt, poſſunt inveſtigare naturam. Certe illi infirmi id lignum in quo ſcieotiam mali eſſe cognoverant, ante quemadmodum tangereot, debuerant perſcrutari. Nam & mali ſæpe nobis poreſt prodeſſe cognitio. Et ideo diaboli fraudes vel in hac legimus lectione, vel in prophetia, Ezech. 28. 18. ut diſcamus quemadmodum artes ejus cavere poſſimus. Cognoſceoda ſunt enim tentamenta ejus, non ut ſequamur, ſed ut docti inſtructique caveamus.

a. Mſſ Big. S. Th Torn. Colb. *quod fecit, edi non &c.* Gem. *quod fecit edendum.* Mich. *quod fecit, edere non juſſit, & tangi non prohibuit.*

b. S Th. & edit. Era. *datum in eſcam.* non male.
c. Mſſ. SS. Th. & Remig. *quem ſequatur.*

59. Sunt hoc loco qui dubitationem habeant, A
a [a] utrum ex omni ligno ita dixerit Deus eſſe guſ-
tandum, ut cum de omni ligno, ita de ſcientiæ
boni & mali ligno guſtaretur: an verò de omni
ligno guſtandum, de ſolo ligno ſcientiæ boni &
mali dixerit non eſſe guſtandum? Qui ne id qui-
dem putant inutilis eſſe rationis, quod quamvis
noxia eſca hujus ligni fuerit; tamen ſi cum ce-
teris ederetur, noxia eſſe non poſſit: quando-
quidem etiam antidotum theriacum de corpore
ſerpentis confici ſolere dicatur, quod utique vi- B
rus corpuſque ſerpentis, cùm ſolum ſumitur,
nocet; cùm admiſcetur aliis, ſanitati eſt & ſalu-
ti. Scientia quoque boni & mali, ſi quid ſapien-
tiæ habeat, ſi quis vitæ ſemper intendat, ſi quis
cetera virtutum genera conſequatur, nequa-
quam inutilis æſtimatur. Hac igitur ratione ple-
rique putaverunt poſſe etiam illud intelligi; ut
videatur Deus id inhibuiſſe, ne abſque ceteris
ſolum lignum ſcientiæ boni & mali guſtaretur,
non prohibuiſſe cum ceteris. Et hoc ideo putant C
Gen. 3. 11. dictum, quia ait Deus ad Adam: *Quis tibi in-
dicavit quoniam nudus es, niſi de ligno à quo præ-
ceperam tibi, ab hoc ſolo ne manducares, manduca-
ſti?* Quod videretur dare aliquem interpretandi
locum, niſi mulier in ſuperioribus, dicente ſer-
pente: *Quid utique dixit Deus, ne edatis ab omni*
b *ligno quod eſt in paradiſo:* reſpondiſſet, [b] *quod eſt in
medio paradiſo, dixit Deus: Non manducabitis ex eo.*
In quo quamvis mulieris prævaricaturæ fides vi-
deatur infirmior; tamen non omnibus Adam ſpo- D
liabo virtutibus, ut videatur in paradiſo nullam
aſſecutus fuiſſe virtutem, nihil de ceteris guſta-
c viſſe lignis, [c] priuſque culpam incidiſſe, quàm
fructus eſſe aliquos conſecutus. Non ſpoliabo er-
go Adam, ne genus humanum omne diſpoliem,
quod innocens eſt antequam ſenſum accipiat
ſcientiæ boni & mali. Neque enim otioſe dictum
Matt. 18. 3. eſt: *Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut puer
iſte, non intrabitis in regnum cælorum.* Puer enim
cùm maledicitur, non remaledicit: cùm percu- E
titur non repercuit: ambitionum & rapinarum
tentamenta non novit.

60. Unde verius puto, quod ne cum aliis qui-
dem fructibus lignum edendum eſſe præceperit.
Nam etſi bona ſcientia perfecto, imperfecto
tamen inutilis eſt. Imperfectum auſim omnem
hominem dicere, quando ipſe Paulus quaſi im-
Philip. 3. 12. perfectus dicat: *Non quoniam acceperim, aut quo
jam perfectus ſim: ſequor autem ſi comprehendam.* Et
Matt. 7. 1. ideo imperfectis dicit Dominus: *Nolite judicare,* F
ut non judicemini. Ergo imperfecto inutilis ſcien-
Rom. 7. 7. tia. Denique, *peccatum neſciebam, niſi lex diceret:*
Ibidem. 8. *Non concupiſces.* Et infra: *Sine lege enim peccatum
mortuum eſt.* Quid enim mihi proderat ſcire quod
vitare non poteram? Quid mihi proderat ſcire
S. Aug. l. 2. contra Pelag. c. 5. quod lex carnis meæ impugnaret? Impugnatur
Paulus, & videt *legem carnis ſuæ repugnantem legi*
Rom. 7. 23. *mentis ſuæ, & captivari ſe in lege peccati,* nec de
conſcientia ſua præſumit; ſed per Chriſti gra-
tiam confidit ſe à mortis corpore liberandum: &
tu quemquam opinaris ſcientem non poſſe pec-
care? Paulus dicit: *Non enim quod volo facio bo-* Rom. 7. 19.
num; ſed quod nolo malum hoc ago: & tu arbitra-
ris homini prodeſſe ſcientiam, quæ delicti au-
geat invidiam? Eſto tamen ut perfectus peccare
non poſſit. In Adam Deus omnes homines præ-
videbat, & ideo promiſcue generi non conve-
niebat humano habere ſcientiam boni & mali,
quam per carnis vitia, ut oportebat, exercere
non poterat.

CAPUT XIII.

Quomodo tentamenta diaboli plena ſint mendacii; & de deceptione mulieris, & lapſu Adæ: quemadmodum etiam cognoverint ſe eſſe nudos, & ſuccinctoria ſibi fecerint, quidve per ea ſignificetur.

61. DIſcamus igitur tentamenta diaboli
plena eſſe mendacii; vix enim unum
verum videtur ex iis quæ pollicitus eſt, reliqua
falſa compoſuit. Sic enim habes: *Et dixit ſerpens* Gen. 3. 4.
mulieri: Non morte moriemini. Ecce unum falſum;
nam morte mortuus eſt homo, qui ſecutus eſt
promiſſa ſerpentis. Deinde addidit. *Scit,* inquit, Ibidem 5.
*Deus quia quacumque die manducaveritis ex eo ada-
perientur oculi veſtri.* Hoc ſolum verum, quia in-
fra habes: *Quia manducaverunt ambo, & aperti* Ibidem. 7.
ſunt oculi eorum. Sed hoc verum quod noceret.
Denique non omnibus aperire oculos utile, quia
ſcriptum eſt: Videbunt & non videbunt. Sed Eſai. 6. 9.
ſtatim agglutinatum mendacium eſt, quia ad-
junxit: *Et eritis ſicut dii ſcientes bonum & malum.* Gen. 3. 5.
In quo licet advertere idololatriæ auctorem eſſe
ſerpentem, eo quod plures deos induxiſſe in ho-
minum videatur errorem quædam ſerpentis aſ-
tutia. Et hoc fefellit, [d] quia homo ſicut dii. d
Non ſolum enim ſicut dii eſſe homines deſierunt,
ſed etiam qui quaſi dii erant, quibus dictum eſt,
Ego dixi, dii eſtis, ſui gratiam perdiderunt. Pſ. 81. 6.

62. *Et vidit mulier quia bonum eſt lignum ad man-* Gen. 3. 6.
*ducandum, & quia gratum oculis ad videndum, &
ſpecioſum eſt ad intuendum.* Infirma auctor judicii
quæ de eo quod non guſtaverat, judicabat. Et
ideo non facile, niſi id quod diligentius pertrac-
taverimus, quod interiore probaverimus affec-
tu, videtur ad opus aliquod eſſe ſumendum. *Ac-
cipiens,* inquit, *de fructu ejus manducavit, & dedit
viro ſuo ſimul, & manducaverunt ambo.* Bene præ-
termiſſum eſt ubi decipitur Adam; quia non ſua
culpa, ſed vitio lapſus uxoris eſt.

63. *Et aperti ſunt,* inquit, *oculi eorum, & cogno-* Ibidem 7.
verunt quod nudi eſſent. Et ante quidem nudi De pænit. diſt. 2. c. ut cognoverunt.
erant, ſed non ſine virtutum integumentis. Nudi
erant propter morum ſimplicitatem, & quod
amictum fraudis natura neſciret. Nunc autem
multis ſimulationum involucris mens humana
velatur. Ergo poſteaquam ſpoliatos ſe illa ſin-
ceritate & ſimplicitate viderunt integræ incor-
ruptæque naturæ, quærere mundana & manu-

a Ita mſſ. ſeptem cum edit. antiq. In mſſ. vero totidem deeſt *de ſolo ligno ſcientiæ boni & mali dixerit non eſſe guſtandum.* At Rom. edit. totum locum ſic exhibebat: *habeant, cùm ex omni ligno dixerit Dominus Adæ: Comedes ex eo; utrum cum omni ligno etiam lignum ſcientiæ boni & mali dixerit eſſe manducandum: an verò de omni ligno, de ſolo autem ſcientiæ boni & mali dixerit non eſſe guſtandum.*

b. Rom. edit. *ex omni ligno paradiſi manducabimus, de fructu autem ligni.* Sed hæc in mſſ. ſicut & in vet. edit. deſiderantur. Mſſ. S. Theod. & Laud. *de ligno quod eſt in medio* &c.

c. Sic mſſ. Div. Clar. Torn. S. Th. & edit. Eraſ. Alii mſſ. atque edit. Am. Gill. & Rom. *priuſquam culpam incidiſſet.*

d. Ita octo mſſ. melioris notæ, ac edit. vet. Mſſ. autem SS. Th. & Mich. *quia non homo ſicut dii.* S. Remig. *quia homines non ſicut dii.* At in Rom. edit. ſic legas, *& fefellit dicens, eritis ſicut dii.*

facta cœperunt, quibus nuda ſuæ mentis operi- A
rent: delectationes delectationibus, & mundi
hujus umbratiles voluptates velut folia foliis
aſſuentes, quibus obumbrarent genitale ſecre-
tum. Nam quomodo clauſos oculos corporis ha-
buit Adam, qui omnia animantia ita vidit, ut
his & nomen imponeret? Quomodo cognove-
runt, id eſt, interiore & altiore ſcientia non tu-
nicam ſibi, ſed virtutum deeſſe velamina?

Ibidem. 7. 64. *Et aſſuerunt*, inquit, *folia ficus, & fecerunt*
ſibi ſuccinctoria. Ficum hoc loco pro qua ſpecie B
debeamus accipere divinarum nos docet ſeries
lectionum: quandoquidem ſanctos eſſe qui ſub
Mich. 4. 4. vite & ficu requieſcunt Scriptura memoraverit,
Prov. 27. 18. & Salomon dixerit, *Quis plantat ficum, & de fructu*
ejus non manducat, & Dominus ad ficum vene-
rit; ſed ideo ſit offeoſus, quia non invenerit fruc-
tum, ſed folia tantum. Docet ergo me Adam
quid ſint folia, qui poſteaquam peccavit, de
foliis ficus fecerit ſibi ſuccinctorium, qui de fruc-
tibus magis ejus guſtare debuerit. Juſtus fructum C
Galat. 5. 22. eligit, folia peccator. Quis eſt fructus? *Fructus,*
inquit, *ſpiritus eſt caritas, gaudium, pax, patien-*
a *tia, benignitas, modeſtia,* [a] *continentia, dilectio.* Non
habebat fructum, qui gaudium non habebat. Non
habebat fidem, qui prævaricatus erat manda-
rum Dei. Non habebat continentiam, qui de
interdicto ſibi guſtaverat ligno.

65. Ergo quicumque prævaricatur manda-
tum Dei, ſpoliatur atque nudatur; & fit ipſe ſibi
turpis: vult ſe operire quibuſdam ficus foliis, for- D
taſſe quibuſdam inanibus, vel umbratilibus ſer-
monibus, quos compoſitis mendaciis aſſuens, &
verbum de verbo ſtruens, ad operiendam con-
ſcientiam ſuæ mentis, factique velamen pecca-
tor intexit, ut pudenda ſua contegat. Jacit enim
ſupra ſe folia, qui culpam velare deſiderans aut
diabolum delicti memorat auctorem, aut carnis
prætendit illecebras, aut alium quempiam per-
ſuaſorem prodit erroris. Et de ſcripturis divinis
frequenter promit exempla, quibus juſtos in E
culpam perhibet incidiſſe, dicens ſi forte in ſtu-
Gen. 16. 4. pris fuerit deprehenſus: Et Abraham cum an-
2. Reg. 11. 4. & 27. cilla concubuit, & David alienam adamavit, &
ſibi adſcivit uxorem. Aſſuit enim ſibi quædam
folia, quædam exempla de propheticarum ſerie
ſcripturarum, fructum earum non putat requi-
rendum.

66. Nonne tibi videntur etiam Judæi folia aſ-
ſuere, dum legis ſpiritalis verba corporaliter in-
terpretantur? Quorum interpretatio fructum F
omnem viriditatis amittit, damnata maledicto
ariditatis æternæ. Bona igitur interpretatio, hoc
eſt, ſpiritalis ficus eſt fructuoſa, ſub qua juſti
ſanctique requieſcunt. Quam qui plantaverit in
1. Cor. 3. 6. animis ſingulorum, ſicut Paulus ait: *Ego planta-*
vi, Apollo rigavit, manducabit ex ea fructum.
Mala autem interpretatio fructum ferre, viridi-
tatem ſervare non poterit.

S. Aug. 2. cont. Jul. Pelag. c. 6. 67. Quod igitur gravius eſt, hac ſe Adam in-
terpretatione ſuccinxit eo loco, ubi fructu ma-
gis caſtitatis ſe ſuccingere debuiſſet. In lumbis
enim quibus præcingimur, quædam ſemina ge-
nerationis eſſe dicuntur; & ideo male ibi ſuc-
cinctus eſt Adam foliis inutilibus, ubi futuræ ge-
A nerationis non fructum futurum, ſed quædam
peccata ſignaret, quæ manſerunt uſque in ad-
ventum domini Salvatoris. Ceterum poſtea-
quam Dominus advenit, ficum invenit incultam:
rogatus ne eam juberet excidi, ut coleretur per-
miſit. Et ideo jam non foliis, ſed divino ſermo-
ne ſuccingimur; quia ipſe Dominus ait: *Sint* Luc. 12. 35.
lumbi veſtri ſuccincti, & lucernæ ardentes. Unde
etiam pecuniam in zonis noſtris portare prohi- Matt. 10. 9.
bet; non enim ſæcularia, ſed æterna debet zona
B noſtra ſervare.

CAPUT XIV.

De voce Domini deambulantis ad veſperam, & in-
crepatione Adam, Ubi es? *Cur præterea primus*
increpatur Adam, cùm prior mulier guſtaverit:
& de mulieris excuſatione, ac myſteriis per illa
deſignatis.

68. Et *audierunt*, inquit, *vocem domini Dei* Gen. 3. 8.
C *deambulantis in paradiſo ad veſperam.*
Quæ eſt deambulatio Dei qui ubique ſemper eſt?
Sed puto deambulationem quamdam eſſe Dei
per divinarum ſeriem ſcripturarum, in quibus
Dei quædam verſatur præſentia; cùm audimus
quia ipſe adſpicit omnia, & oculi Domini ſuper
juſtos: cùm legimus quia Jeſus ſciebat cogita- Luc. 6. 8.
tiones eorum: cùm legimus: *Quid cogitatis mala* Matt. 9. 4.
in cordibus veſtris? Ergo dum hæc recenſemus,
quaſi deambulantem cognoſcimus Deum. Fu-
D gerat ergo peccator, non quo Dei poſſet late-
re conſpectum: ſed intra conſcientiam ſuam la-
tere cupiebat, opera ſua lucere nolebat. Juſti
enim eſt facie ad faciem videre; quia juſti mens
non ſolum Deo præſens eſt, ſed etiam cum Deo
diſputat, ſicut ſcriptum eſt: *Judicate pupillo, &* Iſai. 1. 17. & 18.
juſtificate viduam, & venite diſputemus, dicit Do-
minus. Ergo cùm legit peccator has ſcripturas
divinas, audit vocem Dei quaſi ambulantis ad
veſperam. Quid eſt ad veſperam, niſi quia cul-
E pam ſuam ſero cognoſcit, & ſero venit quædam
erroris præteriti verecundia, quæ errorem præ-
venire debuerat? Nam dum culpa fervet in cor-
pore, & anima exagitatur corporis paſſionibus,
non cogitat Deum ſenſus errantis, hoc eſt, non
audit Deum ambulantem in ſcripturis divinis,
ambulantem in mentibus ſingulorum. Dicit
enim enim Deus, Quoniam inhabitabo in illis, Levit. 26. 12.
& inter eos ambulabo, & ero illorum Deus. Ergo
cùm in animæ ſenſum redierit poteſtatis formi-
F do divinæ, tum erubeſcimus, tunc nos geſtimus
abſcondere, tunc in peccatorum noſtrorum po-
ſiti cogitationibus, in medio ligni paradiſi ubi
peccavimus, deprehendimur, latere cupientes,
& arbitrantes quod Deus non requirat occulta.
Sed ſcrutator animorum & cogitationum uſ-
que ad diviſionem animæ penetrans dicit, *Adam* Gen. 3. 9.
ubi es?

69. Quomodo loquitur Deus? Numquid voce
corporea? Non utique, ſed virtute quadam præſ-
tantiore, quàm vox corporis poteſt eſſe, fundit
oracula. Hanc vocem ejus prophetæ audierunt,
hanc vocem fideles audiunt, impii non intelli-
gunt. Denique in Evangelio habes, quia audivit
Evangeliſta dicentem Patrem: *Et clarificavi, &* Johan. 12. 28.

a. Rom. edit. *continentia, caſtitas.*

iterum

iterum clarificabo: ſed Judæi non audierunt. Di- A
Ibidem. 29. cebant enim : *Tonitruum factum eſt.* Illic ergo,
ſicut ſupra habes, quia ſentiebatur deambulans
Deus qui non deambulabat : ſic audiebatur lo-
quens Deus, qui non loquebatur.

70. Sed quid loquatur, conſideremus : *Adam*
ubi es ? Adhuc in his remedium ſanitatis eſt, qui
audiunt Dei verbum. Denique Judæi qui ſibi
clauſerunt aures ne audirent, hodieque non me-
rentur audire. Deinde habent remedium qui ſe
abſconderunt. Nam qui abſconditur, erubeſcit: B
qui erubeſcit, convertitur ; ſicut ſcriptum eſt:
Pſ. 6. 11. *Confundantur, & convertantur omnes valde veloci-*
ter. Deinde hoc ipſum quod vocat, indicium ſa-
naturi eſt, quia Dominus quos miſeratur, & vo-
cat. Dicendo autem, *Ubi es ?* non locum quærit
qui novit arcanum ; neque enim Deus clauſos
habebat oculos, ut non videret latentem. De-
Gen. 3. 22. nique ideo dixit : *Factus eſt Adam tamquam unus*
a *ex nobis*; quia aperuit oculos. [a] Et hic quidem ape-
ruit oculos, ut culpam ſuam videret, quam vi- C
tare non potuit. Magis enim poſtquam peccavi-
mus, neſcio quomodo noſtra delicta cognoſci-
mus: & tunc peccatum eſſe intelligimus, quod
antequam peccaremus, non putabamus eſſe pec-
catum. Certe non quaſi peccatum putabamus
eſſe damnandum ; nam ſi damnaremus, non ad-
mitteremus. Deus autem omnium videt culpas,
& omnium delicta cognoſcit: ſuper omnem ani-
b mam, ſuper omnium occulta oculos habet. [b] Quid
eſt ergo : *Adam ubi es ?* Id eſt, non in quo, ſed in D
quibus es. Non ergo interrogatio eſt, ſed in-
crepatio. De quibus, inquit, bonis, de qua bea-
titudine, de qua gratia in quam miſeriam reci-
diſti ? Dereliquiſti vitam æternam, & adtumula-
c tus es morti, conſepultus errori. Ubi [c] eſt illa
tua bene ſibi conſcia confidentia ? Timor iſte cul-
pam fatetur, latebra prævaricationem. Ubi ergo
es ? Hoc eſt, non in quo loco quæro, ſed in quo
ſtatu. Quo te perduxerunt peccata tua, ut fu-
gias Deum tuum quem ante quærebas ? Fortaſſe E
moveat cur ante increpatur Adam, cùm mulier
ante guſtaverit? Sed à prævaricatione ſexus infir-
mior cœperit, à verecundia & excuſatione for-
tior ; ut femina erroris cauſa fuerit, vir pudoris.

Gen. 3. 13. De pœnit. diſt. 1. c. ſerpens. 71. Et dixit mulier : *Serpens decepit me, & man-*
ducavi. Veniabilis culpa quam ſequitur profeſſio
delictorum. Ideo non deſperata mulier quæ non
reticuit Deo, ſed magis confeſſa peccatum eſt,
quam medicabilis ſecuta ſententia eſt. Bonum
eſt condemnari in peccato, & flagellari in delic- F
to, ut cum hominibus flagellemur. Denique
Cain quia voluit crimen negare indignus judi-
catus eſt, qui puniretur in peccato : ſed remiſſus
eſt ſine præſcripto pœnæ, fortaſſe non tam ma-
jori crimine parricidii (illud enim commiſit in
fratrem) quam ſacrilegii, quòd Deo credidit
Gen. 4. 9. mentiendum dicens, *Neſcio, numquid ego cuſtos*
fratris mei ſum ? Et ideo accuſatori diabolo ejus
accuſatio reſervata eſt ; ut cum ejus angelis fla-
gelletur, qui cum hominibus noluit flagellari.

A Denique de talibus dictum eſt : *Non eſt declinatio* Pſ. 72. 4. & 5.
mortis eorum .... & cum hominibus non flagella-
buntur. Alia ergo ratio mulieris, quæ licet in
culpam prævaricationis inciderat, tamen de pa-
radiſi lignis habebat adhuc virtutis eſcam ; &
ideo dixit peccatum ſuum, & reputatum eſt ei
ad veniam. Juſtus enim accuſator eſt ſui in prin-
cipio ſermonis. Neque enim poteſt quiſquam De pœnit.
juſtificari à peccato, niſi fuerit peccatum ante diſt. 1. c. Non poteſt.
confeſſus. Unde Dominus ait : *Dic iniquitates* Eſai. 43.
B *tuas, ut juſtificeris.* 26.

72. Ergo quia Eva ipſa confeſſa delictum eſt,
mitior ſequitur & profutura ſententia, quæ con-
demnaret errorem, & veniam non negaret, ut ad
virum ſuum converſa ſerviret. Primum ne eam
facile delectaret errare : deinde ut ſub fortiore
vaſe locata non traduceret virum, ſed magis
viri conſilio & ipſa regeretur. In quo quidem
myſterium Chriſti & Eccleſiæ evidenter agnoſ-
co. Deſignatur enim Eccleſiæ ad Chriſtum fu-
C tura converſio, & religioſa ſervitus ſubdita Dei
Verbo, quæ multo ſit melior, quàm ſæculi hujus
libertas. Denique ſcriptum eſt : *Dominum Deum* Deut. 6. 13.
tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies. Hæc igitur ſer-
vitus Dei donum eſt. Denique inter benedictio-
nes numeratur hujus ſervitutis obſequium ; nam
& Iſaac in loco benedictionis eam dedit Eſau fi-
lio ſuo, ut ſerviret fratri ſuo. Denique benedic-
tionem ille poſcebat ; etſi unam ſibi cognoviſſet
eſſe præreptam, tamen aliam poſtulabat dicens :
D *Numquid una benedictio tibi eſt, pater ?* Per hanc Gen. 27.
igitur ſervitutem ille qui per gulam primitias 38.
ſuas ante vendiderat, & ſtudio venationis agreſ-
tis gratiam benedictionis amiſerat, credidit ſe
ipſo futurum eſſe meliorem, ſi typum Chriſti
veneraretur in fratre. Hac enim ſervitute pollet
populus Chriſtianus, ſicut & Dominus ad diſ-
cipulos ſuos ait : *Qui vult inter vos primus eſſe, ſit* Matth. 20.
omnium ſervus. Denique hanc ſervitutem ope- 27.
ratur caritas, quæ & ſpe major & fide eſt. Unde
E ſcriptum eſt : *Per caritatem ſervite invicem vobis.* Galat. 5. 13.
Hoc eſt ergo myſterium quod ait Apoſtolus eſſe Epheſ. 5. 32.
in Chriſto & in Eccleſia. Hæc enim vere in præ-
varicatione ante fuit, ſed ſalva erit per filiorum
generationem in fide, & caritate, & ſanctifica-
tione, cum caſtitate. Prævaricata utique in pa-
tribus generatio hominum ſalvatur per filios ;
ut quod in Judæis offenderat, in Chriſtiana poſ-
teritate corrigeret.

F

CAPUT XV.

Peccatum mulieris quare venia dignum ; quidve per ſerpentem, feminam, ac virum ſignificetur. Qualis ſerpentis condemnatio; & in quibus ab Adami condemnatione diſtinguatur.

73. SErpens, inquit, [d] me perſuaſit : & hoc d
veniabile Deo viſum eſt ; eo quod noſ-
ſet multas ad decipiendum vias eſſe ſerpentis
(quia transfiguratur in Angelum lucis, & mi-
niſtri ejus ſicut miniſtri juſtitiæ [e] ſunt) falſa im- e

a. In miſſ. nonnullis, & Rom. edit. deſunt, *Et hic quidem aperuit oculos.*

b. Miſſ Gem. SS. Th & Remig. *Quid ergo? Adam ubi es ? Id eſt, nunc in quibus es ?* Th Big Mich. *non in quibus es.* Alii vero, & edit. omnes ut in textu.

c Miſſ. SS. Th. & Mich. *Ubi es ? Illa tua bene ſibi conſcia confidentia timoris in te.* S Mich *tuam culpam fatetur.*

d. Rom. edit. ſola, *mihi ſuaſit : & hoc mulieris peccatum veniale Deo* &c.

e. Miſſ. quatuor, & edit. Am atque Era. *miniſtri juſtitia. ſunt falſa imponentis* &c. Edit. Gill ac Rom. *miniſtri juſtitia ſunt, falſa imponentes* &c. Verum cùm in miſſ omnibus legatur, *imponentis ... dicat ... imponat*, non autem ut in edit. *dicant .. imponant*, reſtituendum locum putavimus, ſicut in textu.

ponentis rebus ſingulis nomina, ut temeritatem A dicat eſſe virtutem, & avaritiæ nomen imponat induſtriæ. Serpens enim mulierem decepit, virum mulier ad prævaricationem de vetitate deduxit. Serpentis typum accepit delectatio corporalis: mulier ſymbolum ſenſus eſt noſtri, vir [a] mentis. Delectatio itaque ſenſum movet, ſenſus menti transfundit quam acceperit paſſionem. Delectatio igitur prima eſt origo peccati. Ideoque non mireris, cur ante ſerpens damnetur judicio Dei, ſecundò mulier, ternò vir. Secun- B dùm erroris ordinem, damnationis quoque ordo ſervatus eſt. Delectatio enim ſenſum, ſenſus autem mentem captivam facere conſuevit. Ut ſcias autem quia ſerpens typus eſt delectationis, damnationem ejus adverte.

Gen. 3. 14. 74. *Supra pectus*, inquit, *tuum & in utero tuo ambulabis*. Qui ſunt qui in utero ſuo ambulabant, niſi qui ventri & gulæ vivunt, quorum deus venter eſt, & gloria in pudendis eorum, qui terrena ſapiunt, & cibo onerati ad terrena curvantur? C Bene ergo delectationi ait, quæ cibis intenta terram videtur manducare: *Supra pectus tuum, & in utero tuo ambulabis, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ*. Tollenda eſt omnis excuſatio diaboli; ne forte malitiæ ſuæ aliquid poſſit obtendere, ut dicat iniquitatem ſuam ex condemnatione veniſſe; & ideo ad nocendum hominibus pertinaciter obniti, quia ideo damnatus eſt ut noceret: quod videtur eſſe proximum opinioni, ſi tamquam damnationis accipimus iſtam D ſententiam. Non enim Deus ad hoc ſerpentem damnavit, ut noceat: ſed quid futurus eſſet, oſtendit. C. 2. n. 9. Et quidem tentatio illa quod amplius hominibus proſit, ſupetius demonſtravimus: ſed tamen cùm legerimus quod ſcriptum eſt, dicente Deo: 1 Reg. 2. 30. *Honorificantes me honorificabo, & contemtor mei honore privabitur*, licet nobis ex his verbis aliquid æſtimare. Deus enim operatur quod bonum eſt, non quod malum. Ergo doceant te verba divina, quia operatur gloriam, pœ- E nam relinquit. *Honorificantes me*, inquit, *honorificabo*, honorem bonorum operationis ſuæ eſſe declarans. Et contemtores, inquit, mei, non dixit honore privabo; ſed, honore privabuntur; non ſuæ operationi deputans eorum injuriam, ſed quid futurum eſſet, oſtendens. Ergo hìc non dixit: Facio te ſupra pectus tuum, & in utero tuo ambulare, & terram manducare omnes dies vitæ tuæ: ſed *Ambulabis*, inquit, *& manducabis*; ut prædixiſſe magis de ſerpente quæ futura ſunt, F videretur, quam præſcripſiſſe quid faceret. Terra enim, inquit, tibi cibus erit, non anima: nam & hoc peccatoribus prodeſt. Unde & Apoſtolus tradidit hujuſmodi in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die domini noſtri Jeſu Chriſti. Pectore autem & ventre ait repare ſerpentem, non tam propter corporis figuram, quàm quod propter terrenas cogitationes de illa [b] cæleſti beatitudine ſit lapſus. Pectus enim frequenter receſſus quidam accipitur ſapientiæ. Et ideo Apoſtolus ſupra pectus Chriſti reclinat caput, non in terram dejicit. Ergo ſi ſapientia diaboli feris immaniſſimis comparatur, quibus intra pedes pectus ſit: & etiam homines qui terrena ſapiunt, nec interiore affectu eriguntur ad cælum, utero videntur reptare per terram; utique ventrem animæ noſtræ non corruptibilibus ſæculi hujus implere, ſed magis Dei verbo ſatiare debemus. Bene igitur David perſonam ſuſcipiens Adæ dicit: *Humiliata eſt in pulvere anima mea, adhæſit in terra venter meus*. Pſ. 43. 25. Adhæſit enim dum configuratur ſerpenti, qui paſcitur in iniquitate terrena. Ideoque nos Apoſtolus configurari dicit oportere Chriſto, Rom. 6. 5. ut virtus Chriſti prætendat in nobis. Quæ ſententia non putatur in ſerpentem gravis, cùm etiam Adam, qui levius peccavit, tali condemnatur ſententia.

75. Scriptum eſt enim: *Maledicta terra in operibus tuis: in triſtitia manducabis eam omnes dies vitæ tuæ*. Gen. 3. 17. Videtur certe ſimilitudo quædam eſſe ſententiæ: ſed tamen in ipſa ſimilitudine magna diſcretio. Intereſt enim utrum manducet aliquis terram, ſicut ſerpenti dictum eſt, quia terram manducabit: an vero ſicut homini dictum eſt, *In triſtitia manducabis*. Adjectio enim iſta, *In triſtitia*, diſcretionem facit. Diſcreno quam vim habeat, conſidera. Bonum eſt mihi in triſtitia magis terram manducare, quàm in delectatione, hoc eſt, ut in actu quodam & ſenſu corporis contriſtari videar, quam delectari in peccato. Multi enim propter nimias iniquitates non ſuſcipiunt peccati conſcientiam. At vero ille qui ait: *Caſtigo corpus meum, & ſervituti redigo*, 1 Cor. 9. 27. contriſtatur in noſtrorum pœnitentia peccatorum; quia ſua tanta delicta non habuit, ut in his contriſtari deberet. Denique & nobis ſuadet utilem iſtam eſſe triſtitiam, quæ ſecundùm Deum, non ſecundùm ſæculum eſt. Oportet, inquit, vos contriſtari in pœnitentiam ſecundùm Deum; 2. Cor. 7. 9. & 10. nam ſecundùm Deum triſtitia ſalutem operatur, ſæculi autem triſtitia mortem operatur. Sed & de veteri Teſtamento accipe illos ad gratiam perveniſſe, qui contriſtabantur in operibus corporalibus; illos verò in ſupplicio remanſiſſe, qui delectabantur hujus mundi operibus. Denique Hebræi qui ingemiſcebant in laboribus Ægypti, Exod. 2. 24 juſtorum gratiam conſecuti ſunt. Et quia panem in triſtitia manducaverunt, Exod. 16. 15. & ſeq. eſca donati ſunt ſpiritali: Ægyptii vero qui talia opera cum exultatione celebrabant, regi deteſtabili ſervientes, nullam veniam ſunt adepti.

76. Sed eſt & illa diſtinctio, quod ſerpenti dicitur quia terram manducabit; Adæ autem, [c] *In triſtitia*, inquit, *manducabis, & cum ſudore manducabis, & manducabis fœnum agri*; Gen. 3. 18. & 19. ut quemdam intelligamus in his eſſe proceſſum & quando terram manducamus, in quadam malitia eſſe videamur: quando fœnum, in quodam proceſſu: quando vero panem, cùm conſummata fuerit fortitudo. Ergo & nos habeamus proceſſum vitæ hujus, ſicut habuit & Paulus qui dicit: *Vivo autem jam non ego*, hoc eſt, Galat. 2. 20. non ego qui terram ante manducabam: non ego qui fœnum, quia omnis caro fœnum: *Sed vivit in me*

a Ita mſſ Clar Gem. Colb. Big SS. Remig. & Th. Alii tamen & edit omnes, *vir mentis delectatio. Itaque ſenſus* &c.
b. Mſſ aliquot boni ævi, *cæleſti benedictione*

c Big. Gem. Torn. SS. Th. & Mich. *In triſtitia, inquit, manducabis fœnum agri, ut quemdam* &c.

Chriſtus, hoc eſt, vivit panis ille vivus qui venit è cælo, vivit ſapientia, vivit gratia, vivit juſtitia, vivit reſurrectio.

77. Deinde conſidera quia non eſt maledictus homo, ſed maledictus eſt ſerpens: nec terra in ſe maledicta eſt; ſed *Maledicta*, inquit, *in operibus tuis*; [a] quod ad Adam dictum eſt. Tunc terra maledicta eſt, ſi habeas opera terrena, id eſt, opera ſæcularia. Et maledicta non in univerſum, ſed ut ſpinas & tribulos generet, niſi fuerit humanæ ſtudio operationis exercitata. Quod ſi [b] eam exercuerimus, in labore quidem & ſudore, ſed tamen panem manducabimus. Repugnat enim lex carnis legi mentis. Et laborandum nobis eſt ac deſudandum, ut caſtigemus corpus, & ſervituti redigamus, & quæ ſunt ſpiritalia ſeminemus. Si enim carnalia ſeminaverimus, quæ carnalia ſunt metemus: ſi vero ſpiritalia ſeminaverimus, metemus ea quæ ſunt ſpiritalia. S. Aug. l. [illegible] Jul. Pel. c. 5.

a. Clar. Rem. & S. Th. *ad animam dictum eſt.*
b. Edit. Rom. *Quod ſi etiam exercuerimus . . . ſudore erimus; ſed tamen* &c.

IN LIBROS DE CAIN ET ABEL
ADMONITIO.

A*Mbroſius in ipſo exordio libri* de Incarnatione Dominica *loquens de duobus Gratiani cubiculariis Ariana ſectæ hominibus, qui ejus concioni ficte polliciti ſe ſe adfuturos, obligatam fidem non liberabant, ſermonem ad inſtitutam Caini & Abelis hiſtoriam ſe convertere profitetur.* Itaque dum illi, *inquit*, forſitan veniunt, ad iſtos qui propoſiti ſunt, deflectamus agricolas, quorum alter, hoc eſt, Cain *&c. Ex quibus ſane non levis ſuſpicio injici poteſt commentationem de Cain & Abel haud prius editam fuiſſe, quàm illa pronuntiarentur ab Ambroſio. Et huic conjecturæ inde fortaſſis nonnihil videatur accedere confirmationis, quod & eadem fides, quam vir ſanctus in libro* de Incarnatione *Arianis explicat, etiam in opere quo de agimus, plurimum commendetur, & in utroque eadem Geneſeos verba non abſimili ratione exponantur. Cùm autem memorata diſputatio* de Incarnatione Dominica *vix ante annum* CCCLXXXII. *ut ſuo loco dicetur, habita fuerit, hinc forſan poſſit aliquis colligere eidem quoque tempori tractatum de Cain & Abel eſſe tribuendum. Verumtamen ut hunc antiquiorem exiſtimemus, ut pote operi* de Paradiſo *ſupparem, primis ejuſdem verbis adducimur. Ibi ſiquidem ita S. Doctor:* De Paradiſo, *inquit*, in ſuperioribus . . . . digeſſimus . . . . Nunc ſequentem adoriamur hiſtoriam, & ea quæ ſecundum ſcripturas innexa ſunt divinas, noſtro opere proſequamur. *Hæc certe dubitare neutiquam ſinunt, quin opellam hanc quæ in mſſ duobus poſt librum* de paradiſo *exarata, inſcribitur* de Cain & Abel liber ſecundus, *eidem libro ſubjunxerit; quam proinde circiter an.* CCC LXXV. *ſcriptam fuiſſe crediderimus. Præter conjecturas à nobis in ſuperiori admonitione propoſitas, huc etiam facit utriuſque operis character, qui dubio procul non tantam, quantam aliorum, maturitatem præfert, ſed quodammodo, ut voce utamur Ambroſii*, juveneſcit. *Itaque quod ille in loco è commentatione* de Incarnatione Dominica *ſuperius laudato ſe ad Cainum atque Abelem deflectere ſignificat, autumamus ideo dictum, quia forte amborum fratrum hiſtoria, cujus lectio quotannis certo tempore in Eccleſia recurrebat, tunc ad populum fuerat recitata.*

Quidnam tractetur in hoc opere, tum ipſa ejus inſcriptio, tum quæ à nobis ſupra dicta ſunt, ſatis declarant. Quod vero ad tractandi rationem attinet, argumentum ſuum ubique fere myſticis interpretationibus exponit & illuſtrat. Immoratur præſertim in explicandis Caini & Abelis ſacrificiis, quæ in re multo majorem totius commentationis partem inſumit. Quamvis autem hic non tam multus ſit in exagitandis confutandiſque hæreticis, quam in libro de Paradiſo; *ſed liberius oratorio ſtylo indulgeat: interdum tamen nonnulla catholicæ fidei dogmata, quæ imbuendis fidelium animis putabat utiliora, ſatis ſubtiliter inſinuat. Ea vero quæ ad fingendos mores conducunt, fuſius accuratiuſque proſequitur.*

Hinc quidem non temere feciſſe nobis videbitur, qui prius opus hoc publice peroratum, ac poſtea in eam quæ nunc habetur, formam redactum eſſe exiſtimabit. Tametſi non ſit diſſimulandum id in aliis Ambroſianis operibus, in quibus oratorii dicendi modi etiamnum exſtant, facilius animadverti.

Fatendum porro Sanctum hunc noſtrum plurima è Philone in lucubrationem ſuam transtuliſſe. Confer, ſi vacat, quæ dicit in hæc Geneſeos verba, Poſſedi hominem per Deum, *cum Iudæi illius libro* de Cherubim, *& hinc ea deſumta eſſe nullo negotio deprehendes. Similiter etiam à medio primo capite prioris libri ad caput octavum poſterioris non minimam partem libro ejuſdem auctoris* de Sacrificiis Abel & Cain *deberi manifeſtum eſt.* Cap. 4. *Attamen in tribus ultimis libri ſecundi capitibus, ubi Ambroſius reliqua ad illam ipſam hiſtoriam pertinentia paucis expedit, è libro, cui titulus,* De eo quod deterius potiori inſidiari ſoleat, *in quo eadem à Philone fuſius pertractantur, tres omnino locos imitatus eſt. Verum & iſtic & ubicumque aliquid ex hoc auctore mutuatur, ſumma ſemper utitur libertate; ita ut, cùm lubet, Philonianis ſententiis adjiciat, detrahat, & contrarias quoque nonnumquam anteponat.*

Ceterum à nobis impetrare non poſſumus, ut hujus operis diviſionem ab Ambroſio profectam arbitremur. Malumus illam tribuere ſciolo cuipiam, qui cùm pleraque omnia, de quibus apud Philonem libris duobus agitur, in hoc tractatu contineri adverteret, eum quoque bifariam dividendum eſſe judicavit: ſed adeo præpoſtere illud præſtitit, ut ibi poſuerit ſecundi libri initium, ubi ne caput quidem incipere oporteret. Longe ſane commodius ab eo loco, ubi vir ſanctus ad agendum de ſecundo ſacrificii Caini vitio aggreditur, initium duceret ſecundus liber. Cùm autem diviſio illa etſi abſurda ab antiquiſſimi ævi manuſcriptis ad editionum tempora pervenerit, nos quoque eam, ne quæ in citationibus confuſio oriatur, cenſuimus eſſe retinendam.

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE CAIN ET ABEL

LIBRI DUO. *

* Scripti circ. an 375

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Poſt brevem à libro ſuperiori ad huncce tranſitionem agitur de ortu Cain & Abel; ac per hos ſicut & per Eſau ac Iacob, duas hominum ſectas ſibi invicem oppoſitas præſignari oſtenditur.

1. DE paradiſo in ſuperioribus pro captu noſtro, ut potuimus, quod Dominus infudit, ſenſus invenit, digeſſimus, in qui- B bus Adam atque Evæ lapſus eſt comprehenſus. Nunc quoniam illa penes auctores non ſtetit culpa: ſed quod pejus eſt, deteriorem invenit heredem, ſequentem adoriamur hiſtoriam, & ea quæ ſecundum ſcripturas annexa ſunt divinas, noſtro opere proſequamur.

Gen. 4. 1. 2. *Adam autem cognovit Evam mulierem ſuam, quæ concepit & peperit Cain & dixit: Acquiſivi hominem per Deum.* Quæ acquirimus, ex quo, & à C quo, & per quid acquiramus, conſiderari ſolet: ex quo, tamquam ex materia: à quo, quis auctor: per quid, tamquam per aliquod inſtrumentum. Numquid hîc ſic dicit: *Acquiſivi hominem per Deum*; ut Deum intelligas inſtrumentum? Non utique: ſed ut intelligas auctorem & operatorem Deum. Unde magis Deo detulit, quia dixit, *Acquiſivi hominem per Deum*; ut & nos cùm aliquid acquirimus, vel omnes eventus ſecundos Deo magis deferre, quam nobis arrogare debe- D mus.

Gen. 4. 2. 3. *Et adjecit parere Abel.* Cùm adjicitur aliquid, quod prius erat, tollitur. Idque colligitur [a] ex Arithmeticæ portionibus, aut animæ cogitationibus; adjecto enim numero, fit alius numerus, aboletur ſuperior: & cogitatio accedens nova excludit ſuperiorem. Ergo cùm adjicitur Abel, A aufertur Cain. Quod nominum interpretatione plenius deprehenditur. Cain etenim dictus eſt acquiſitio, quod omnia ſibi acquireret: Abel qui omnia referret ad Deum pia devotus [b] mentis attentione, nihil ſibi arrogans, ut ſuperior frater, ſed totum tribuens conditori quod accepiſſet ab eo.

4. Duæ itaque ſectæ ſunt ſub duorum fratrum nomine compugnantes invicem, & contrariæ ſibi. Una quæ totum menti ſuæ deputat tamquam principali, & quaſi cuidam cogitationis, & ſenſus, & motus omnis auctori, hoc eſt, quæ omnes inventiones humano adſcribit ingenio. Altera quæ tamquam operatori & creatori omnium Deo defert, & ejus tamquam parentis atque rectoris ſubdit omnia gubernaculo. Illa [c] prior, Cain ſignificatur: hæc poſterior, Abel dicitur. Has duas ſectas anima una parturit; & ideo germanæ habentur, quod uno fundantur utero: ſed contrariæ ſunt; quia oportet eas cùm quodam animæ partu editæ fuerint, dividi ac ſeparari. Compugnantibus enim hoſpitium unum perpetuo eſſe non poteſt. Denique Rebecca cùm duas naturas humani ingenii parturiret, unam mali, alteram boni, eaſque exilire intra uterum ſentiret ſuum (Eſau enim typus erat malitiæ, Jacob figuram bonitatis gerebat) mirata quidnam illud eſſet quod diſcordiam quamdam concepti cerneret fetus, conſuluit Deum; ut paſſionem proderet, medelam daret. Itaque precanti eſt reſponſum redditum. *Duæ gentes in utero* Gen. 25. 23. *tuo ſunt, & duo populi de ventre tuo exibunt.* Quod ſi ad animam referas, eamdem [d] generatricem boni & mali intelliges, quia ex eodem fonte animæ utrumque dimanat. Sed hoc ſobrii ſolet eſſe verique judicii; ut repudiato malo enutriat quod bonum eſt, atque confirmet. Prius ergo [e] quam pariat bonum, hoc eſt, reverentiam Deo de-

a. Mſſ. [illegible] Vat. & [illegible] edit. [illegible] *proportionibus*.
b. [illegible] mſſ. & ant. [illegible] At mſſ. unus Vat. ſicut & nota marg. [illegible] *mentis intentione*.
c. Ita tres mſſ. & edit. [illegible] In [illegible] Vat. ad [illegible] *hæc poſterior* &c. Vat. vero 4. & edit. Rom. *Illa prior per Cain ſignificatur, hæc poſterior per Abel.*
d. Edit. omnes, *genitricem*. Mſſ. unus Vat. *generatricem*. tres alii, *generatricem*.
e. Sic mſſ. Edit. autem, *quam pariat bonum eſt e[illegible] rever-rentiam Deo debitam, ut ipſi totum [illegible]*

bitam; ut [illegible] um deferat, ſua præferat: cùm A vero gen[illegible] confeſſionem quæ defertur Deo, deponit [illegible] ſui tumorem. Adjiciens ergo Deus [illegible]num animæ dogma Abel, abſtulit improbum dogma Cain.

CAPUT II.

In Cain Judæorum figuram eſſe, Chriſtianorum in Abel. Hujus occaſione quædam adtexuntur de patribus, ſed præſertim de ſepultura Iſaac per quem Chriſti incarnatio, & Moyſis per quem ejuſdem doctoratus exprimitur. Denique eorumdem Moyſis & Chriſti comparantur inter ſe ſepulturæ. B

5. EGo tamen hoc loco ſecundum Scripturam myſterium magis duorum populorum intelligo, quod Deus adjiciendo Eccleſiæ ſuæ fidem piæ plebis, abſtulit perfidiam populi prævaricantis, quandoquidem verba ipſa hoc

Gen. 25. ſignificare videantur dicente Deo: *Duæ gentes in utero tuo ſunt, & duo populi de ventre tuo exibunt.* Hæc figura Synagogæ & Eccleſiæ in his C duobus fratribus ante præceſſit Cain & Abel. Per Cain parricidialis populus intelligitur Judæorum, qui domini & auctoris ſui & ſecundùm Mariæ virginis partum fratris, ut ita dicam, ſanguinem perſecutus eſt. Per Abel autem intelligitur Chriſtianus adhærens Deo, ſicut &

Pſ. 72. 28. David ait: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt*; ut cæleſtibus ſe adtexeret, & a terrenis ſepararet.

Pſ. 118. 81. Alibi, *Defecit*, inquit, *anima mea in verbum tuum*; eo quod ordinem vivendi atque uſum non in ter- D renis voluptatibus, ſed in verbi a[illegible]tione poſuiſſet. Ex quo cognoſcitur nec illud otioſe ſcriptum eſſe, ſed perpenſe atque examinate,

3. Reg. 2. 10 quod legimus in Regnorum libris: *Et appoſitus eſt ad patres ſuos.* Intelligi enim datur quod patrum ſimilis fuerit fide. Unde claret non ad ſepulturam corporis, ſed ad conſortium vitæ relatum.

Gen. 35. 29 6. Denique de Iſaac non perfunctorie ſcriptum putatur, quod requirens corporis iſtius ſpeciem quæ animæ ſuæ adtexebatur, appoſitus ſit E ad genus ſuum; eo quod patris ſui moribus adhæſerit. Pulcre autem ad genus ait, non ad populum, ſicut alibi. Nam legimus aliis locis appoſitos fuiſſe ad populum ſuum, ſed iſti non tam præſtantes: præſtantior autem qui paucorum ſimilis fuerit, & non plurimorum: plures in populo ſuo quam in genere; & præſtantius ducitur paucorum ſimilem eſſe, quam plurimorum. Qui ergo Dei erat generatus promiſſione, qui ad ſacrificium probandæ pietatis electus, qui F unius uxoris, hoc eſt, ſolius ſapientiæ ſocietate contentus ſuperni illius generis quod eſt unum ſibique ſemper conveniens, non plebeiæ vilitatis imitator adſtruendus fuit ſcripturæ divinæ teſtimonio. Etenim [a] ubi labor, doctrina, meditatio, illic cum pluribus commune collegium, & quoddam populare conſortium eſt. Audiendo enim plerique proficiunt, quos nominavit populum. Ubi autem non humana traditione, ſed ingenioſa collectione ſine uſu laboris diſciplina percipitur, illic ſublimis generis incorrupta ſinceritas eſt. Et ideo Iſaac tamquam Dei munus ad genus ſuum magis, quam ad populum appoſitus legitur, ut divinorum potius quam humanorum imitatorem eſſe ſedulum recognoſcas.

7. Beata & illa mens quæ ſpecies & ipſum genus ſupergrediens meretur audire quod dictum eſt ad Moyſen, cùm ſepararetur à populo:

Tu autem ſta mecum? Nam ſicut in Iſaac Dominicæ incarnationis typus humanæ generationis ſupergreſſus conſuetudinem, vicit priores; ita ut in eo non vulgaris popularíſque gratia, ſed ſpecialis prærogativa præcelleret, ſicut lectio Deut. 5. 31.

docet. *Abrahæ enim dicta ſunt promiſſiones & ſemini ejus: non dicit & ſeminibus tamquam in multis, ſed ſicut uni, hoc eſt, ſemini tuo, quod eſt Chriſtus*: ita etiam in Moyſe venturi Doctoris figura, Galat. 3. 16.

qui legem doceret, Evangelium prædicaret, impleret Teſtamentum vetus, novum conderet, cæleſte populis alimentum daret, humanæ dignitatem conditionis exceſſit eo uſque, ut Dei donaretur nomine, ſicut habemus ſcriptum, dicente Domino: *Poſui te in Deum Pharaoni.* Etenim victor paſſionum omnium, nec ullis captus ſæculi illecebris, qui omnem iſtam ſecundùm corpus habitationem cæleſtis puritate converſationis obduxerat, mentem regens, carnem ſubjiciens, & regia quadam auctoritate caſtigans, nomine Dei vocatus eſt, ad cujus ſimilitudinem ſe perfectæ virtutis ubertate formaverat. Exod. 7. 1

8. Et ideo non legimus de eo ſicut de ceteris, quia deficiens mortuus eſt: ſed *per verbum Dei mortuus eſt.* Deus enim neque defectionem aut diminutionem patitur, neque adjectionem capit. Unde & addidit Scriptura: *Quia nemo ſcit ſepulturam ejus uſque in hodiernum diem*, ut tranſlationem magis, quam interitum ejus intelligas. Mors enim ſec[e]ſſio quædam eſt animæ & corporis. Mortuus [d]icitur eſt per verbum Dei, ut ait Scriptura, non ſecundùm verbum, ut advertas non nuntium mortis, ſed gratiæ munus expreſſum, qui tranſlatus magis, quam derelictus eſt, cujus nemo novit ſepulturam. Quis enim in terrenis reliquias ejus potuit deprehendere, quem ſecum eſſe Dei Filius in Evangelio demonſtravit? Denique & Elias ſimul eſt viſus, qui tranſlatus curru eſt, non ſepultus nec mortuus legitur? [b] Vivit enim qui cum Dei Filio eſt. Moyſes autem mortuus quidem legitur, ſed per verbum Dei mortuus, per quod facta ſunt omnia. Verbo autem Dei cæli firmati ſunt. Per verbum igitur Dei non lapſus operis, ſed firmamentum eſt. Non ergo tamquam relapſus in terram deprehenditur corporis ſolutione, ſed tamquam verbi cæleſtis oper[a]tione donatus & munere; ut quietem magis caro ejus, quam buſtum acc[e]perit. Deut 34. 5 Ibidem. 6. Matt 17. 3. 4. Reg. 2. 11.

9. Bene autem inter dominum & ſervum ſervatur diſtantia. Ut prærogativam domini intelligas, ſervi gratiam, de Moyſe legitur, quia ſepulturam ejus nemo ſcit: de Chriſto autem, ſepultura ejus de terra ſublata eſt: quia ille ſecundùm myſterium legis exſpectabat redemtionem, ut reſurgeret: hic ſecundùm Evangelii Eſai 53. 8

a. Edit. omnes, & quatuor mſſ. *ubi labor doctrina meditatio.* Divionenſis, *ubi labor doctrina* &c. Melius Hi[illegible] enim doctrina idem eſt, ac diſciplina & inſtitutio. [illegible]

licet paulo obſcuriora, perpendantur attentius, animadvertere il[illegible] Philonis ſententiam [illegible] Moyſis morte ſe[illegible] ſpiritu [illegible] non [illegible]tum.

b M. Floriacenſ. [illegible]

dnnum redemtionem non expectabat, ſed donabat. Et ideo ſepultura ejus ignorata non eſt, ſed elevata, quam diutius creatura tenere non potuit; quia per ipſum omnis creatura properavit à corruptionis ſervitiis elevari. Nemo ergo ſcit ſepulturam Moyſi, quia vitam ejus omnes noverunt: Chriſti autem ſepulturam vidimus; ſed nunc jam non novimus, qui reſurrectionem ejus agnovimus. Debuit enim cognoſci tumulus ejus, ut reſurrectio manifeſtaretur; & ideo in Evangelio tumulus ſumma expreſſione deſcribitur: in lege non quæritur; quia licet reſurrectionem ejus lex annuntiaverit, nobis tamen Evangelii ſeries pleniſſime comprobavit.

Matt. 27. 60. & ſeq. — Eſai. 11. 10.

CAPUT III.

Per Abel & Cain ſapientia humanæ proceſſus, qui in Chriſto ſolo inveatus non eſt, deſignari: per ordinem quo uterque fratrum nominantur, nec non per eorumdem officia ſignificari Abelem etſi juniorem, fratre tamen eſſe præſtantiorem.

10. Ergo ut quod propoſuimus, compleamus: *Adjecit*, inquit, *parere Abel*, hoc eſt, meliorem Eva quæ graviter ante peccaverat, ex ſe generavit ſententiam, ut ſuperioris ſententiæ aboleret errorem. Mentior niſi hoc in univerſis comprobatur. Ita enim naſcimur, ut ante infirmus infantiæ ſenſus in nobis ſit, poſtea pueritiæ corporis tantummodo curam ſciens, nullum cultum, nullam habens obſervantiam divinorum. Unde & evidenti naturæ novitate ortum Jeſum Chriſtum ex virgine ut probaret Propheta, ait: *Ecce Virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrum & mel* [a] *manducabit, quoniam priuſquam ſciat malum aut bonum: non credet malitiæ, ut eligat quod bonum eſt.* Et infra: *Priuſquam ſciat puer vocare patrem ac matrem accipiet virtutem Damaſci & ſpolia Samariæ contra regem Aſſyriorum.* Solus enim fuit qui non eſt captus ſæculi hujus vanitate & carnali timore; ut pote qui ſe humiliavit factus obediens uſque ad mortem, longe uniuſcujuſque noſtrum diſſimilis, quia nos fruſtra extollimur mente carnis inflati. Unde & nemo ſine peccato, nec unius diei infans: ille autem peccatum non fecit. Et ideo in nobis ante naſcitur Cain ſeipſum præferens: poſtea Abel generatur, in quo ſit reverentia divinitatis. Prius ergo irrepit quod malum eſt, poſtea agnoſcitur quod bonum eſt. Ubi autem bonum, ibi juſtitia: ubi juſtitia, ibi ſanctitas, hoc eſt, Abel qui adhæret Deo.

Eſai. 7. 14. & 15. — Eſai. 8. 4.

11. *Et factus eſt*, inquit, *Abel paſtor ovium, Cain autem operabatur terram.* Non eſt otioſum quod cùm ante generatus ſit Cain, ut lectio docet, prælatus ſit hoc loco Abel, nec idem ſit ordo nominum, qui eſt ordo naturæ. Quid ſibi vult mutatio ordinis; ut prius junioris meminerit, ubi deſcribitur vitæ ſtatus operique uſus? Officiorum interrogemus diſtantiam, ut colligamus cauſam prælationis. Operari terram uſu prius eſt, gratia inferius, quam oves paſcere. Hoc enim [illegible] doctoris & principis meritoque ſenior à vetuſtioribus inchoavit, junior recentiora prætulit, quæ nullas ſpinas, nullos tribulos germinarent, nulli ſententiæ eſſent obnoxia. Denique peccati reus Adam de paradiſo dimiſſus eſt voluptatis, ut operaretur terram. Recte ergo ubi naſcuntur hi fratres, ſervatur etiam in prædicando ordo naturæ: ubi vero exprimitur diſciplina vivendi, ſeniori junior antefertur; quia etſi tempore junior, virtute præſtantior eſt. Innocentia enim tempore poſterior eſt, quam malitia, & quadam ſuppar ætate, ſed meritorum nobilitate antiquior. *Senectus enim venerabilis eſt, non annis incana, ſed moribus. Et ætas*, inquit, *ſenectutis vita immaculata.* Ubi ergo generatio exprimitur, præveniat Cain: ubi diſciplinarum ſit prædicatio, præcurrat Abel. Adoleſcentiam igitur, & ipſam in exordiis juventutem variarum illecebris paſſionum fervere quis abnuat: ſed ubi maturior ætas ſucceſſerit, tamquam pubeſcentis laſciviæ tempeſtate diſcuſſa, tranquillitatem refundi, & in quoſdam portus quietos laſſæ animæ navigium ſubducere? Itaque graves motus noſtræ adoleſcentiæ fida ſenectutis ſtatione placidantur.

Gen. 4. 2. — Sap. 4. 8.

CAPUT IV.

Malitiam tempore priorem eſſe, virtutem dignitate: Hoc ipſum per Eſau & Iacob deſignari, ſicut & per duas Scripturæ mulieres; quarum altera virtutis, altera voluptatis imago eſt. Denique hujus ultimæ artes deſcribuntur.

12. Nec ergo dubites talibus naturæ admonitus exemplis, quod malitia præcedat tempore, ſed juveneſcat infirmitate. Habet illa ætatis ſtipendium: virtus autem prærogativam gloriæ, qua plerumque juſto cedit iniquus. Cujus rei teſtis eſt fidelis divina ſcriptura, quæ docet Eſau cognomine ſtultitiæ virum ceſſiſſe patienter primatus ſuos fratri ſuo Jacob; ita ut diceret: *Ut quid mihi primatus?* Sed quos iſte poſthabuit, hos vir cognomento exercitationis præditus quæſivit mereri. Nonne tibi videtur Eſau tamquam in agone victus, & propriæ mentis infirmitate imparem ſe exiſtimans ceſſiſſe [illegible] coronam, quem videbat nullis paſſionum illecebris inflecti, quarum ipſe pulverem ſuſtinere non poterat? *Ut quid mihi*, inquit, *primatus?* Apud ignavos enim nulla ſunt inſignia virtutis, apud ſapientes prima habentur; ſtudia enim virtutis quædam inſtrumenta ſunt. Itaque ſicut bellator ſine armis eſſe non poteſt, ita nec ſine exercitatione virtus. Unde & Dominus in Evangelio ait: *A diebus Iohannis Baptiſtæ regnum cælorum cogitur, & cogentes diripiunt illud.* Et alibi: *Quærite regnum Dei, & ecce omnia præſto ſunt vobis.* Non dormientibus, neque otiantibus, ſed vigilantibus & laborantibus pollicentur præmia; & labori merces parata eſt, qui licet non ſit ſuavis ad gratiam, tamen fructuoſus ad præmium eſt.

Gen. 25. 32. — Matt. 11. 12. — Matt. 6. 33.

13. Docet hoc ſermo legis, ſicut ſcriptum invenimus: *Si fuerint*, inquit, *uni homini duæ uxores, una earum dilecta, & altera odibilis, & pepererint ei ambæ filios dilecta & odibilis, & primitivus fuerit filius mulieris odibilis: qua die heredes reliquerit filios in ſubſtantia ſua, non poterit primatum dare filio mulieris dilectæ omittens filium odi-*

Deut. 21. 15. & ſeq.

[a] [illegible] mſ. Laud. manducabit, priuſquam ſciat [illegible] aut b[illegible]m, [illegible] Rom. manducabit, & ideo priuſquam || [illegible] m, non [illegible] N[illegible] locum [illegible] mſſ. duobus [illegible]

a *bilis : ſed primitivum filium odibilis* [a] *cognoſcet dare illi dotem ex omnibus quæ inveniantur ei ; quia ipſe initium filiorum ejus eſt, & ipſi debentur primitiæ.* Quam profunda latent myſteriorum ſecreta in litteris ! Recognoſce anima partus tuos, & odibilis iſtius mulieris quære myſterium. Intra te ea invenies, ſi requiras. Repete cogitationes, relege ſenſus tuos, & cui primitiæ debeantur, agnoſces. Duæ enim mulieres unicuique noſtrum cohabitant, inimicitiis ac diſcordiis diſſidentes, velut quibuſdam zelotypiæ contentionibus noſtræ replentes animæ domum. Una earum nobis ſuavitati & amori eſt, blanda conciliatrix gratiæ, quæ vocatur voluptas. Hanc nobis opinamur ſociam ac domeſticam : illam alteram immitem, aſperam, feram credimus, cui nomen virtus eſt.

14. Illa igitur meretricio procax motu, infracto per delicias inceſſu, nutantibus oculis, & ludentibus jaculans palpebris retia, quibus

Prov. 7. 10. & ſeq. pretioſas juvenum animas capit (oculus enim meretricis, laqueus peccatoris) quemcumque

b viderit [b] dubio ſenſu prætereuntem in angulo tranſitus domus ſuæ ſermonibus adoritur gratioſis, faciens juvenum volare corda, domi inquieta, in plateis vaga, oſculis prodiga, pudore vilis, amictu dives, genas picta. Etenim quia verum decorem naturæ habere non poteſt, adulterinis fucis affectatæ pulcritudinis lenocinatur ſpeciem non veritatem. Vitiorum ſuccincta comitatu, & quodam nequitiarum choro circumfuſa, dux criminum, talibus verborum machi-

Ibidem. 14. & ſeq. nis murum mentis aggreditur humanæ : *Sacrificium pacis eſt mihi, hodie reddo vota mea : hac ex cauſa progreſſa ſum obviam tibi, deſiderans faciem*

c *tuam* [c] *invenire. Inſtitis texui lectum meum, & tapetis ab Ægypto ſtravi. Adſperſi lectum meum croco, domum autem meam cinnamomo. Veni, fruamur amicitia uſque in diluculum : veni, & colluctemur cupidine.* Hanc enim per os Salomonis ſpeciem fornicariæ videmus expreſſam. Nam quid tam meretricium, quam ſæcularis voluptas quæ à feneſtra domus ſuæ intrat, oculis prima tentamenta præludens ; & penetrat cito ſi tu in plateam proſpiciens, id eſt, in publicas tranſeuntium vias, non in legis interna myſteria obtutum tuæ mentis intendas. Ea profecto eſt quæ validioribus vinculis velut cubile quoddam conſociatæ nobis communitatis intexit, ut qui reclinaverit ſe, ligetur ; & opprobrioſæ fraudis velamine operit corporis ſui ſtratum, ad ſollicitandos juvenum animos abſentiam viri, hoc eſt, incuriam legis obtexens. Lex enim abſens peccantibus eſt, nam ſi adeſſet, non delinqueretur ;

Ibidem. 19. 20. & ideo ait : *Non enim adeſt vir meus in domo : abiit autem viam longiſſimam, involucro pecuniæ accepto in manu.* Quid hoc eſſe dicam, niſi forte quia divites putant nihil eſſe quod non cedat ſuæ pecuniæ, & in gratiam ſui legem velint eſſe venalem ? Spargit odores ſuos voluptas, quia Chriſti odorem non habet. Theſauros demonſtrat, tegna promittit, amores ſpondet continuos, inexploratos concubitus pollicetur, ſine pædagogo diſciplinas, ſine monitore ſermones, vitam ſine ſollicitudine, mollem ſomnum, inexplebilem cupiditatem. *Seducens*, inquit, *eum multo blandi-* Ibidem 21.

mento ſermonum, & laqueis labiorum ſuorum alligans, domum adaſque adtraxit. At ille ſecutus eam, circumvenitur. Nitebat aula regio luxu ſplendida cælatis parietibus, & humida natabant pavimenta vino. Flagrabat unguento humus, ſpinis cooperta piſcium, & marcentibus jam floribus lubrica. Illic comeſſantium tumultus, concertantium clamor, litigantium cædes, [d] concentus d

cænantium, ſaltantium ſtrepitus, ridentium cachinnus, laſcivientium plauſus, confuſa omnia, nihil naturæ ordine. Saltatrices tonſæ, & criſpantes pueri coma, epulantium cruditas, edentium ructus, ebriorum ſitis, heſterna crapula, hodierna temulentia, repleta vomitu bibentium pocula majore odore ebrietatis, quàm ſi recentia tantum vina flagrarent. Ipſa in medio ſtans ; Bibite, inquit, & inebriamini, ut cadat unuſquiſque, & non reſurgat. Ille apud me primus, qui omnium perditiſſimus. Ille meus eſt, qui ſuus non eſt. Ille mihi gratior, qui ſibi nequior. Calix aureus Babylonis in manu mea inebrians omnem terram, à vino meo biberunt omnes gentes. Qui eſt ergo inſipientior divertat ad me, & indigentibus ſapientia præcipio dicens : *Panibus abſ-* Prov. 9. 17.

conditis ſuaviter utimini, & aquam furtim dulciorem bibite. Manducemus & bibamus ; cras enim moriemur. Tranſiet vita noſtra tamquam veſtigia nubis, & tamquam nebula diſſipabitur. Venite ergo, frua- Sap. 2. 8. & ſeq.

mur bonis quæ ſunt, & utamur creatura tamquam in juventute celeriter. Vino pretioſo & unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequam marceſcant. Nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra : ubique relinquamus ſigna lætitiæ. Hæc omnia relinquuntur, nihil ſecum quis feret, niſi quod corporis voluptate perceperit. Denique ego iſtam inſtitui Philoſophiam ; nec eſt alia verior, niſi ea quæ bonum adſerit quod ſuave atque jucundum ſit. Ergo vel Philoſophiæ vel ſapientiæ Salomonis credite.

CAPUT V.

Sollicitato à voluptate virtus ſaniora conſulit : quomodo diabolicis tentationibus reſiſtendum, & à quo etiam temporalia expetenda, quamque illa improbis noxia ſint, docet : invitat ad convivium ſapientia, & quid ejus ebrietas à vinolentia diſcrepet, aperit : ac tandem avaritiæ mala declarat.

15. HIs auditis, velut cervus ſagittatus in jecore hæret ſaucius. Quem miſerans Prov. 7. 23.

virtus, & caſurum cito videns, improviſo [e] occurrit, verita ne inter moras illecebris demulcentibus mens capiatur humana. Palam, inquit, apparui tibi non quærenti me. Ne fallat imprudentem, & circumveniat te mulier effrænata & e

a. Vet. edit. *cognoſcens det illi dotem.* Rom. *cognoſcet, ut det illi dupla.* Nimirum ex LXX, ubi legas: ἐπιγνώσεται δοῦναι αὐτῷ διπλᾶ &c.
b. Rom. edit. *ſenſu indignum.* LXX. etiam ibi ſequitur ; alii enim : [illegible]
c. Mſſ. duo Vat. & Laud. *invenire te.* Cum his faciunt LXX. qui ſic habent : [illegible] hic poſt pauca iidem mſſ. *colluctemur cupidine.*
d. Ita vet. edit. cum mſſ. Vat. uno, & Div. Rom. autem cum aliis, *concentus canentium.*
e. Mſſ. Vat. unus, Div. & Flor. necnon edit. vet. *occurrit veritate.* Mſ. Laud. *occurrit veritas.* Melius Vat. alter, & edit. Rom. *occurrit, verita ne* &c.

luxurioſa quæ non novit pudorem : ſedet in fo- A ribus domus in ſella, palam in plateis advocans [Prov. 9.14. & 15.] prætereuntes. *Nunc igitur fili audi me, intende verbis oris mei. Non declinet in vias ejus cor tuum.* [Prov. 7.24. & ſeq.] *Multos enim vulnerando dejecit, & ſunt innumerabiles quos trucidavit. Via inferorum domus ejus, deducentes in ſeceſſum mortis.* [Prov. 4.24. & 25.] *Auſer igitur tibi pravum os, & injuſta labia longe à te propelle.* [Prov. 5. 2.] *Oculi tui recta videant : noli intendere fallaci mulieri.* Mella enim diſtillabunt à labiis mulieris fornicariæ, quæ ad tempus impinguat fauces tuas, poſtea vero ama- B riorem felle invenies. Dies me citius deficerit quam vitia ejus exponam, quæ tamen in Pro- [Prov. 6.24. & ſeq.] verbiis ore ſapientiæ deſcripta atque expreſſa ſunt. Non te vincat formæ concupiſcentia. Adulterina eſt, fucis illita, nequaquam vero ac ſincero fulgens decore. Neque capiaris oculis; [Cant. 2. 8. & 9.] circumfuſa enim retia ſunt. Eſto magis ſimilis illius & ſequere eum qui ſalit ſuper montes, & tranſilit ſuper colles, proſpiciens per feneſtras, eminens ſuper retia. Mala ſunt voluptatis C vincula. Oculos delectat, demulcet aures, ſed mentem inquinat: multa mentitur, falſa adjungit, vera ſubducit, ſpondet pecuniam, aurum [Prov. 8 10.] offert; ſed aufert diſciplinam. Tu autem accipe potius diſciplinam, quàm pecuniam, & ſcien- [Prov. 3.10. & ſeq.] tiam ſuper aurum probatum. Melior eſt enim lapidibus pretioſis. Non te celabo quæ ſumma ejus feruntur, [a] ne videar deoperire quæ diſpliceant in voluptate, & obumbrare quæ placeant. Elevat enim & extollit mentem ſuaſoriis verbis, D oſtendit omnia regna terræ, dicens: Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraveris me. Ibi tu cave ne rapiaris à præterlabentibus & non manentibus, in quibus magna tentatio eſt.

16. Docuit te certe dominus Jeſus quemadmodum adverſus hujuſmodi tentationes reſiſtas. Tetenderat diabolus primum laqueum gulæ di- [Matth. 4. 3. & 4.] cens: *Si filius Dei es, dic huic lapidi, ut panis fiat.* Reſpondit Dominus: *Non in pane ſolo vivit homo, ſed in omni verbo Dei.* Laqueum ſolvit hoc dicto. E Poſuit iterum diabolus ſecundum jactantiæ laqueum, qui etiam bonam mentem proſperis currentem ſemitis ſolet ſtrangulare : *Et duxit illum*, [Ibidem. 5. & 6.] inquit, *in Hieruſalem, & ſtatuit eum ſuper pinnam templi, & dixit illi : Si filius Dei es, mitte te hinc. Scriptum eſt enim quod Angelis ſuis mandavit de te, ut conſervent te; quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Itaque cùm poſſet ſine ullo periculo mittere ſe dominus Jeſus, cui ſuppeterent ſpiritales volatus; tamen ne jac- F [Ibidem. 7.] tantiæ genus eſſet, reſpondit diabolo : *Non tentabis dominum Deum tuum.* Simul docuit nos cavere ne faciamus voluntatem diaboli. Si ergo vere jactantia declinanda eſt, quanto magis nemo debet falſa jactare pro veris? Tertius ſupereſt [Ibidem. 8. & ſeq.] laqueus avaritiæ atque ambitionis. Oſtendit in monte poſito omnia regna orbis terræ in momento temporis. Bene in momento, quia diuturna eſſe nequeunt. Paululum expecta, & cito tranſeunt. Itaque qui ſequuntur ea, in monte ſibi eſſe videntur, ſed non ſunt perpetui, ſicut [Pſ. 36. 35.] habes ſcriptum : *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſuper cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat.* Sed qui ea maximi facit, adorare videtur diabolum, cujus deus venter eſt, & in pudendis gloria. Tu autem in Deo gloriam quære, qui tibi ait : *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*, [Matt. 4. 10.] à quo æterna accipias, non temporalia.

17. Tamen ſi quem etiam iſta delectent, ab eo moderatius petantur qui verus omnium fons eſt. [b] Nam & ipſa peculiaria quæ poſſidere ſibi videtur diabolus, aliena ſunt, ſicut ipſe dixit : *Tibi dabo poteſtatem hanc univerſam & gloriam eorum, quia mihi tradita ſunt.* [Ibidem. 9.] Ab eo ergo ſpera, licet brevis vitæ non ſit longum viaticum requirendum; tamen ab eo ſpera qui univerſam creaturam condidit, qui diabolo ea ad tempus tradidit, non ut poſſideat, ſed ut tentet. Non enim poterat corona eſſe ſine certamine. Probandi erant dubii, ut juſti coronarentur.

18. Dedit itaque diabolo ea, quia in his ipſis pœna accipientis eſt, ſi uti neſciat. Quid eſt enim theſaurus luxurioſo, niſi ſumtus luxuriæ? Unde non luxurioſus, ſed frugi probatur. Et ideo utere quaſi frugi iis quæ tibi apponuntur, ut non cùm manducas multum, odibilis fias : *Vigiliæ enim & tormenta viro edaci.* [Eccli. 31. 23.] Et infra : *Si coactus fueris in edendo, ſurge & vome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem.* [Ibidem. 25.] Plurimos itaque gula ſua occidit, nullum frugalitas : innumeris vina nocuerunt, nulli parcimonia. Plerique inter epulas ſudere animas, & menſas proprio replevere ſanguine. Aliis cruditas vocem ſimul rapuit & ſenſum; & ſi aliquibus cruditas noxia non fuit, his ruinam fecit ebrietas. Alios enim in crimen egit ebrietas; etſi ipſa [c] crimen ſit, alios ad egeſtatem redegit. Poſtremo audi quos Chriſtus excludat : *Cùm intraverit*, inquit, *paterfamilias, & clauſerit oſtium, incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium dicentes : Aperi nobis. Et reſpondens dicet : Neſcio vos unde eſtis, recedite à me omnes operarii iniquitatis. Tunc incipietis dicere : Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis : Neſcio unde eſtis.* [Luc. 13. 25. & ſeq.] Audiſti quid de manducantibus dixerit. Audi nunc quid de jejunantibus dicat: *Beati qui nunc eſuriunt & ſitiunt, quia ſaturabuntur.* [Luc. 6. 21.] Et infra : *Væ vobis qui ſaturati eſtis, quoniam eſurietis.* [Ibidem. 25.]

19. Sed vis manducare, vis bibere? Veni ad [Prov. 9. 5.] convivium ſapientiæ quæ invitat omnes cum magna prædicatione dicens : *Venite & edite panes meos, & bibite vinum quod miſcui vobis.* Delectant cantica quæ epulantem demulceant? Audi hortantem, audi cantantem Eccleſiam, non ſolum in canticis, ſed etiam in Canticis canticorum : *Manducate proximi mei, & bibite, & inebriamini,* [Cant. 5. 1.] [d] *patres mei.* Sed hæc ebrietas ſobrios facit, hæc ebrietas gratiæ non temulentiæ eſt. Lætitiam generat, non titubantiam. Nec verearis ne in convivio Eccleſiæ aut grati odores tibi, aut dulces cibi, aut diverſi potus, aut convivæ nobiles deſint, aut decentes miniſtri. Quid Chriſto nobilius, qui in convivio Eccleſiæ & miniſtrat & miniſtratur? Iſtius convivæ recumbentis annecte

a. Edit. omnes, & mſſ. duo Vat. *ne videar operire* &c. Melius mſſ. Div. Flor. & Laud. *deoperire*

b. Ita edit. omnes. At mſ. Vat. unus, & Laud. *Nam ipſa pecunia, & quæ* &c. Vat. vero alter, Div. ac Flor. *Nam & ipſa peculiaria, quæ* &c.

c. Edit. omnes, *crimen non ſit* : contra mſſ. fidem

d. Sic edit. antiq. cum mſſ. Vat. uno, Div. & Laud. Rom. autem cum [illegible], *fratres mei.* ut etiam LXX. Vulg. vero, *cariſſimi.*

te lateri, ac te Deo conjunge; non faſtidias men- A
Ibidem. ſam quam Chriſtus elegit dicens : *Introivi in hortum meum, ſoror mea ſponſa vindemiavi myrrham*
cum aromatibus meis : manducavi panem meum
cum melle meo, & bibi vinum cum lacte meo. In
horto, hoc eſt, in paradiſo eſt convivium Eccleſiæ, ubi erat prius Adam, quam peccatum committeret. Ibi recumbebat Eva priuſquam culpam crearet & pareret. Ibi vindemiabis myrrham, hoc eſt, Chriſti ſepulturam; ut conſepultus cum illo per baptiſmum in mortem, quem- B
admodum ille ſurrexit ex mortuis, & tu reſurgas. Ibi manducabis panem qui confirmat cor hominis. Mel guſtabis, quo tuarum dulceſcat meatus faucium. Vinum bibes cum lacte, hoc eſt, cum ſplendore & ſinceritate: ſive quod pura ſimplicitas ſit; ſive quod immaculata gratia, quæ in remiſſionem ſumitur peccatorum; ſive quod parvulos conſolationis ſuæ lactet uberibus, ut ablactari in deliciis, in plenitudinem perfectæ ætatis adoleſcant. Succede ergo in hoc convi- C
vium. An metuis ne anguſtior domus & brevis
Baruch. 3. 24. convivii locus te comprimat? O Iſrael quam magna eſt domus Domini, & ingens locus poſſeſſionis ejus : Magnus, & non habet finem, altus, & immenſus. Ibi fuerunt gigantes illi, qui ab initio fuerunt ſtatura magna, ſcientes prælium. Non hos elegit Dominus. Et merito non elegit, quia prælium non pacem ſciebant. Et ideo tu pacem diſce, ut eligaris à Deo. Sed ne forte incomtam domus magnitudinem putes, & diverſoria te co- D
lumnata delectent: ſapientia ædificavit ſibi do-
a mum,[a] & fulſit columnas ſeptem. Ipſe etiam
Johan. 14. 2. dominus Jeſus multas manſiones apud Patrem ſuum eſſe commemorat. In hac ergo domo epularberis animæ cibos, potuſque mentis; ut poſtea non eſurias, neque ſitias umquam. Qui enim manducat, manducat uſque ad ſatietatem; & qui bibit, uſque ad ebrietatem bibit.

20. Sed hæc ebrietas pudicitiæ cuſtos eſt : illa vini ebrietas fomes libidinis, quo per carnes va- E
porantur interna viſcera, animus igneſcit, anima exuritur. Sævus criminum ſtimulus libido eſt, quæ numquam manere quietum patitur affectum. Nocte fervet, die anhelat, de ſomno excitat, à negotio abducit, à ratione revocat, aufert conſilium, amantes inquietat, lapſos inclinat, caſtis inſidiatur, potiendo inflammat, uſuque accenditur. Nullus peccandi modus, & inexplebilis ſcelerum ſitis, niſi morte amantis ex-
1. Cor. 6. 18. tingui non poteſt. Et ideo ait Apoſtolus : *fugite* F
fornicationem; ut veloci fuga tamquam furioſæ dominæ declinare ſævitiam, & tetro ſervitio exire poſſimus.

21. Nam quid de avaritia dicam, inſatiabili pecuniæ cupiditate, & quadam æris libidine, quæ quo plura abſtulerit, eo magis inopem eſſe ſe credit? Omnibus invida, ſibi vilis, in ſummis divitiis inops, affectu extenuat quod cenſu abundat. NULLUS RAPIENDI modus, ubi nulla menſura cupiendi. Sic inflammat animum, ſic igne ſuo paſcit eum, ut hoc loco diſtet, quod illa formarum adultera ſit, iſta terrarum. Elementa concutit, mare ſulcat, terram effodit, cælum votis fatigat, nec ſereno grata nec nubilo, con-
A demnat proventus annuos, fetuſque terrarum arguit. Sed hæc ægritudo eſt animæ, non ſani-
tas. Denique Eccleſiaſtes dicit : *Eſt languor ma-* Eccle. 5. 12.
lus quem vidi ſub ſole, divitias cuſtodiri in malum
poſſidentis eas. Et ſupra : *Qui diligit argentum, non* Ibidem. 9.
ſatiabitur argento. Et, *Nec eſt finis acquiſitionis eo-* Baruc 3. 18.
rum. Si quæris theſauros, accipe inviſibiles & occultos quos in cæli altiſſimis, non quos in terrarum venis requiras. Eſto pauper ſpiritu, & eris dives qualicumque cenſu; quia non in abundan-
B tia divitiarum vita eſt hominis, ſed in virtute ac fide. Iſtæ te divitiæ verum divitem facient, ſi ſis in Deum dives.

CAPUT VI.

Virtutem ſtudio & labore comparari. Hoc Iacobi qui primatum in fratrem adeptus eſt, probatur exemplo; & myſtica de Abraham, Moyſe, ac iiſdem duobus fratribus exponuntur.

C 22. AUdiſti voluptatis myſteria, audiſti etiam copiarum noſtrarum munera, quas ego non ſupellectili operiendas, ſed Scripturæ nudis ſermonibus demonſtrandas putavi; ut ſua ipſa luce fulgerent, & ex ſe ipſæ vocem emitterent ſui invicem. Neque enim ſol & luna interprete indigent. Habent interpretem fulgorem ſui luminis, quo totus repletus orbis eſt. Illis illuminatio eſt fides ſine indice, quædam, ut ita dicam, inteſtata teſtis quæ alieno non indiget
D teſtimonio, ut ſubito ſe univerſorum oculis effundit. Non ergo nuntiantur opera noſtra, ſed clamant, & ſe ipſa nuntiant. Sane ut & hoc quod laborioſum in noſtris ducitur, non prætercam, fides exigitur, ſtudium deſideratur, facta quæruntur. His enim tribus dominus Jeſus devotionis humanæ officia definivit dicens : *Petite,* Matt. 7. 7.
& dabitur vobis : quærite, & invenietis : pulſate,
& aperietur vobis. Et infra : *Omnis ergo qui audit* Ibidem. 24.
verba mea hæc, & facit ea, ſimilis eſt viro ſapienti.

E 23. Hæc qui ſtudioſe fuerit proſecutus, primatus benedictionis accipiet, ſicut patriarcha Jacob qui continentia & fide humanarum ſupplantavit veſtigia paſſionum. Iſte ait : *Miſericor-* Gen. 33. 11.
diam mei habuit Deus, & ſunt mihi omnia. Hanc itaque miſericordiam nos fide, ſtudio, operibuſque mereamur, quibus diſciplinis invenit Iſrael gratiam Dei, & per ipſam omnia. Non enim mundi hujus copias, ſed virtutum diſciplinas ſibi ſuppetere gaudebat. Has nobis ſubſtituamus here-
F des, quas ſanctus Abraham in Iſaac filio ſuo ſubſtituit ſibi, omnem operum ſuorum deputans hereditatem ſapienti & juſto viro, nec ullum jus hereditarium ancillis vel ancillarum filiis derelinquens, ſed tantummodo donationis munera. Perfectæ enim virtutes totum accipiunt gloriæ patrimonium, uſitatis & mediocribus vile aliquid adſpergitur. Et ideo Agar quæ advena latine dicitur atque accola, & Cethura quæ odorifera ſignificatur, heredes non ſunt. Qui enim mediis utitur diſciplinis, accola non inhabitator eſt ſapientiæ. Odore adſperſus, non fructu expletur. Sanitatem autem cibus, non odor invehit, quia odor fructuum nuntius eſt. Principales itaque diſciplinas ſequentibus, &

a. Edit. *Et ſculpſit.* Mſſ. *Et fulſit.* Nempe ex LXX. Interp. ubi legitur, ϗ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά Vulg. *Et excidit* &c.

indigenas accolis agnoſcimus præferendas.
24. Hoc ſecundùm ingenium. At vero ſecun-
dùm myſterium Abrabam pater gentium ſe-
mini ſuo legitimo quod eſt Chriſtus, heredi-
tatem omnem fidei ſuæ detulit, qui in bac ter-
ra velut advena fuit; ut vitæ bujus odorem ma-
gis, quam fructum referret. Hæc cùm audit
mens, avertit ſe á voluptate, virtutique adjun-
git, veri decoris admirans gratiam, purum
affectum, ſimplicem ſententiam, mediocrem
veſtem, hoc eſt, non in perſuaſione ſermonis,
1. Cor. 2. 4. ſed iu oſtenſione Spiritus, qualis eſt apoſtolicæ
forma ſententiæ, amictum ſapientiæ atque pie-
tatis omni pretioſiorem auro refulgens, tunc cho-
rum prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, ac
juſtitiæ ſuſcipiens quæ flagrabant odorem diſ-
ciplinarum, incutiens reverentiam, infundens
gratiam. Itaque talibus mota elegit ſtudia vir-
tutis, quibus Jacob vir plenus exercitationis
Gen. 30 32. & ſeq. mentem intendit ſuam. Et ideo ovium paſtor
inducitur; eo quod imperitare corpori & ſen-
ſibus ejus ac voluptatibus, votique modum te-
nere, ne velut ovis vagetur incerta, præſtan-
tius æſtimatur, quam regere populos, vel præeſſe
urbibus. Difficilius enim quiſpiam ſe, quam
alterum regit. Animum vincere, iracundiam co-
hibere, compugnanteſque leges carnis & men-
tis in unum cogere immortalis cujuſdam eſt vi-
ri quem inferni porta non ceperit. Denique
Exod. 3. 1. ipſe ſibi Legiſlator vindicavit hoc munus; ut
oves paſceret Jetro, qui dicitur ſuperfluus, &
ageret in deſertum: eo quod irrationabilem &
ſuperflui vulgariſque ſermonis loquacitatem in-
diſcreta quædam ſobriæ doctrinæ coegit myſte-
ria. Ideoque Ægyptiis abominationi erant paſ-
tores ovium. Omnes enim qui corporis dediti
paſſionibus hujuſmodi, & voluptatibus indul-
gent ſuis, diſceptatorem verbi, doctoremque
virtutis quadam execratione declinanr. Et ideo
Gen. 4. 4. per ænigmata hæc docuit Moyſes apta Deo eſſe
ſacrificia, quæ refugit omnis inſipiens, hoc eſt,
opera & præcepta virtutis. Ideoque paſtor
Abel, Cain autem operator terræ legitur, qui
in fratre ſuo vir inſipiens formam ſpeciemque
virtutis expreſſam ferre non potiut.

CAPUT VII.

Indicato duplici defectu ſacrificii Caiu, oſtendit tria vitia iu noſtris oblationibus obrepere poſſe; nec uon divina teſtimonia quibus eadem vitia proſcribuntur, adducit.

Gen. 4. 3. 25. E*T factum eſt, poſt dies obtulit Caiu ex*
fructibus terra munus Domiuo. Duplex
culpa: una quod poſt dies obtulit, altera quod
ex fructibus, non ex primis fructibus. Sacrificium
autem & celeritate commendatur & gratia. Un-
Eccle 5. 3. 4. de præceptum eſt: *Si voveris votum, nou facias*
moram reddere illud. Melius eſt enim nou vovere
votum, quam vovere, & non reddere. Cùm enim
moram facis, non reddis. Votum eſt autem poſ-
tulatio bonorum á Deo cum ſolvendi muneris
promiſſione. Et ideo cùm impetraveris quod
petiſti, ingrati eſt tardare promiſſum. Sed inter-
dum aut negligentibus irrepit oblivio impetra-
totum, aut tumidis & elatis. Arrogare even-
A tus ſibi hebetis cordis eſt, & bonum quod agit
vel quod á Deo conſequitur, propriis virtutibus
vindicare, nec auctoris deputare gratiæ, ſed ip-
ſum ſe ſuorum bonorum auctorem ducere. Ter-
tium genus eſt peccati quidem minoris, ſed ſup-
paris arrogantiæ eorum ſcilicet qui datorem
bonorum Deum non negant; ſed quæ accide-
rint, ea ſibi propter prudentiam ſuam, cetera-
rumque merita virtutum jure delata arbitrantur.
Propterea etiam divina dignos habitos gratia,
B quod nequaquam viderentur indigni quibus ta-
lia divinis beneficiis provenirent.
26. Ne quid ergo hujuſmodi accidat, unde
votum tuum tibi in peccatum fiat, lex te infor-
mavit atque inſtruxit, dicente Domino qui le-
gem dedit: *Attende tibi, ne obliviſcaris beneficia do-* Deut. 8 11. & ſeq.
mini Dei tui, & non cuſtodias mandata & judicia,
& juſtitias illius qua ego pracipio tibi hodie; ne cùm
manducaveris, & repletus fueris, & cùm domos bo-
nas adificaveris, & habitare cæperis in eis, & oves
C *tua & boves tui cùm repleti fuerint, & cùm are, ar-*
gento & auro completus fueris, & omnia poſſidere cæ-
peris, & plena fuerint borrea tua, exaltes cor tuum,
& obliviſcaris dominum Deum tuum. Tunc ergo
obliviſceris Dominum, cùm oblitus fueris tui.
Si autem cognoſcas infirmum te eſſe, cognoſces
Deum eſſe ſupra omnia, & immemor eſſe non
poteris, ut ei reverentiam debitam ſolvas.
27. Diſce nunc quemadmodum unuſquiſque
moneatur, ne ſe ipſe auctorem ſuorum putet
D bonorum. *Ne dicas*, inquit, *in corde tuo: Virtus* Ibidem. 17. & 18.
mea & potentia mea fecit mihi virtutem hanc ma-
gnam: ſed in mente tua habebis dominum Deum
tuum; quoniam ipſe dat vires, ut facias virtutes. Un-
de bene Apoſtolus quaſi legis interpres non glo- 1. Cor. 15. 9.
riabatur in virtute ſua: ſed minimum apoſtolo-
rum ſe eſſe dicebat, & quidquid eſſet, gratiæ
divinæ eſſe non meriti ſui, nihilque nos habere
quod non accepcrimus. *Quid enim*, inquit, *ha-* 1. Cor. 4. 7.
bes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloria-
E *ris quaſi non acceperis?* Didiciſti ergo humilita-
tem magis ſequi, quàm arrogantiam; ſedulita-
tem affectare, quàm poteſtatem. Accepiſti ſalu-
taria præcepta, noli negligere utilia inſtrumen-
ta medicinæ, quibus fibra omnis lethalis vulne-
ris exſecatur.
28. Ille quoque qui ſe juſtificat, ne infletur
cordis ſui tumore; & ipſe accepit ſalubre man-
datum, in hujuſmodi ſententiam reſultante ora-
culo: *Ne dicas in corde tuo, cùm conſumere cæperit do-* Deut 9. 4 & 5.
F *minus Deus tuus gentes illas à conſpectu tuo, dicens:*
Propter juſtitiam meam induxit me Dominus poſſidere
terram iſtam: ſed propter iniquitates gentium iſta-
rum exſtirpavit illas Dominus à facie tua. Non
propter juſtitiam tuam, non propter bonitatem
tuam, nec propter æquitatem cordis tui intras
poſſidere terram iſtam: ſed propter iniquitatem
gentium diſperdet eos Dominus á conſpectu tuo,
& reſtituet teſtamentum tuum quod juravit pa-
tribus veſtris. Teſtamentum perfecta Dei gratia
eſt; nihil enim imperfectum dat Deus: perfecta
autem virtus eſt, & opera virtutis. Teſtamen-
tum autem dicitur, quo defertur bonorum here-
ditas. Merito & teſtamentum dicitur, & divi-
num, cùm ea quæ vere bona ſunt, adteſtatione
mandatorum cæleſtium conferuntur. Et teſta-

mentum dicitur, quoniam ſanguine dedicatum A eſt: vetus in typo, novum in veritate. Quo Teſtamento divinæ gratiæ pigus tenemus; quia ſic dilexit Deus hunc mundum, ut unigenitum Filium ſuum pro nobis omnibus daret. Unde per-
Rom. 8. 32. fectionem gratiæ prædicans Apoſtolus ait: *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?*

CAPUT VIII.

Exemplo ſacrificii Abraham qualitates queis Deo grata ſit oblatio, exprimuntur, nempe celeritas, continuatio & fides. Celeritatem Deus in utroque Teſtamento præcipit; quam & ipſe exhibet, cùm non tantum cito largiatur, ſed etiam nos præveniat.

29. PRima igitur voti gratia eſt celeritas
Gen. 22. 3. ſolutionis. Denique Abraham filium ſuum ad holocauſtum juſſus offerre, non poſt dies, ut Cain obtulit: ſed *exurgens mane ſtravit aſinam ſuam, & adhibuit ſecum duos pueros, & Iſaac filium ſuum; & concidens ligna ad ho-* C *locauſtum, ſurgens abiit, & venit ad locum quem dixerat ei Deus, die tertia.* Primo adverte immolaturi ſtudium maturum atque feſtinum; ut mora exſpectationis non eſſet, niſi donec audiretur oraculum: deinde ut ſterneret aſinam ſuam, obſequium omne ipſe ſuſciperet, & ſacri-
a ficio neceſſaria præpararet, [a] duabus quoque fide & ſpe virtutibus comitantibus, hoſtiam ſuam duceret, de poteſtate Dei certus, & de bonitate ſecurus. D

30. Quod autem ait, *die tertia*; vel quod continua eſſe debeat & perpetua devotio. Tripartitum eſt enim tempus, præteritum, præſens & futurum. Quo admonemur quod nec præteritorum beneficiorum Dei, vel præſentium, vel futurorum irrepere debeat ulla oblivio, ſed tenax gratiæ memoria perſeverare, & obedientia non deeſſe. Vel quia is qui ſacrificat, in unum ſplendorem, in unam lucem debeat credere Tri-
b nitatis. Ei [b] enim qui fideliter ſacrificat, dies lu- E cet, nox nulla eſt. Sic & in Exodo Moyſes ait:
Exod. 3. 18. *Viam trium dierum ibimus, & immolabimus domino Deo noſtro.* Sed etiam alibi cùm viſus eſſet
Gen. 18. 2. & 3. Deus Abrahæ ad ilicem Mambre: *Reſpiciens*, inquit, *Abraham oculis ſuis vidit, & ecce tres viri ſtabant ſuper eum. Et videns occurrit obviam illis ad oſtium tabernaculi ſui, & adoravit ſuper terram, & dixit: Domine, ſi inveni gratiam ante te.* Tres vi-
Ibidem. 6. det, unum adorat. Tres menſuras offert ſimila- F ginis. Nam etſi immenſus Deus, tamen menſu-
Eſai. 40. 12. ram omnium tenet, ſicut ſcriptum eſt: *Quis menſus eſt manu aquam, & cælum palmo, & univerſam terram clauſa manu?* Perfectæ igitur in perſonis ſingulis Trinitati, interiore mentis arcano, hoc eſt, ſimilaginis ſpiritalis ſanctus Patriarcha ſacrificium deferebat. Hæc eſt ſimilago, quam in Evangelio molet mulier illa, quæ adſumetur:
Matt. 24. 41. *Una* enim, inquit, *adſumetur, altera relinquetur.* Adſumetur Eccleſia, relinquetur Synagoga. Vel mens bona adſumitur, improba derelinquitur.

A Ut ſcias autem quia & Abraham in Chriſtum credidit: *Abraham*, inquit, *diem meum vidit, &* Iohan. 8. 56.
gaviſus eſt. Et qui credit in Chriſtum, credit & in Patrem. Et qui perfecte credit in Patrem, credit in Filium & Spiritum ſanctum. Tres ergo menſuræ, una ſimilago, hoc eſt, unum erat ſacrificium quod venerabili Trinitati, pari quadam menſura devotionis, & congrua plenitudine pietatis oblatum eſt.

31. Adhuc cognoſce celeris ſtudia devotionis:
B *Cucurrit*, inquit, *& accepit vitulum unum tenerum* Gen. 18. 7.
& bonum, & dedit puero, & feſtinavit facere eum. Ubique impigra devotio, & ideo Deo fuit munus ejus acceptum. Habes & alibi, ut ſolis ortum oratione prævenias: *Occurre*, inquit, *ad ſo-* Sap. 16. 28.
lis ortum. Habes in Evangelio dicentem dominum Jeſum: *Zacchæe feſtinans deſcende.* Et ille Luc. 19. 5.
quia impetraverat quod volebat, ut Chriſtum videret; & amplius impetraverat, ut videretur & vocaretur à Chriſto, feſtinans deſcendit, &
C excepit illum gaudens; & ideo probavit Dominus ejus affectum, & eum celeri remuneratione donavit dicens: *Quia hodie ſalus domui huic facta* Ibidem. 9.
eſt. Feſtinavit enim & Dominus ad beneficium; & ideo non exſpectavit, ut promitteret, & poſtea impleret: ſed antea fecit, & poſtea declaravit. Dixit enim, *Facta eſt ſalus*: quod [c] utique præ- c
venientis fuit, non promittentis. Juſtus igitur votum ſuum celeritate commendat. Et patres noſtri feſtinantes manducabant paſcha, ſuccincti
D lumbos, & pedes ſuos calceamentorum [d] in- d
duti vinculis, & tamquam corporeum onus deponentes, ut eſſent parati ad tranſitum; paſcha enim Domini tranſitus eſt à paſſionibus ad exercitia virtutis. Et ideo paſcha Domini dicitur; quoniam & tunc in typo illo agni veritas Dominicæ paſſionis annunciabatur, & nunc ejus celebratur gratia.

32. Cito ergo hoc quære anima, ut cito etiam audias, ſicut audivit & Jacob: *Quid eſt hoc quod* Gen. 27. 20.
E *tam cito inveniſti, fili?* Et ille ſecundùm dogma reſpondit: *Quod tradidit dominus Deus tuus in manus meas.* Cito dat Deus; quia dixit, & facta ſunt: mandavit & creata ſunt. Verbum enim Dei [e] non ſicut quidam ait, opus eſt, ſed operans, e
ſicut habes ſcriptum: *Pater meus uſque modo ope-* Iohan. 5. 17.
ratur, & ego operor. Prævenit omnia; eſt enim ante omnia ſicut Pater, & in omnibus ſicut idem Pater, penetrans omnia. Validum enim & acu-
F tum, & omni gladio acutius eſt, penetrans uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus, artuumque & medullarum. Præveniens omnium cogitationes, de quo ait Pater Deus: *Iam videbis ſi com-* Num. 11. 23.
prehendit te Verbum meum, aut non. Ubi enim Deus, & Verbum eſt, ſicut dixit: *Veniemus & manſio-* Iohan. 14. 23.
nem apud eum faciemus. Et ſicut habes in aliis de Deo lectum: *Ego ſtetti hic priuſquam tu*: ita & Ver- Exod. 17. 6.
bum dicit: *Priuſquam ſtares ſub arbore fici, vidi te.* Iohan. 1. 48.
Et de ipſo dictum eſt Verbo, hoc eſt, Filio Dei: *Medius autem veſtrum ſtat quem vos neſcitis.* Ubi- Ibidem. 26.
cumque enim ſancti, [f] ibi in eorum medio Dei f

a Sic edit. omnes. Mſſ. contra magno conſenſu, *duabus quoque fidei virtutibus* &c. Non male; ſi modo duas virtutes fidei comites intelligas, ſpem videlicet, & caritatem.

b. Abeſt à mſ. Flor. *Ei enim qui fideliter ſacrificat, dies lucet, nox nulla eſt.*

c. Vet. edit. & quædam Pariſ. *quod utique prævenienti ſervit, non promittenti.*

d Rom. edit ſola, *ſuccincti lumbos tamquam corporeum onus deponentes, & pedes ſuos calceamentorum induti vinculis, & baculos in manibus tenentes, ut* &c.

e. Ita omnes mſſ. & vet. edit. Rom. autem, *non ſicut quidam opus eſt, ſed eſt operans*

f. Mſſ. Div. & Flor. *ideo in medio Dei Verbum.*

Verbum in ſingulorum præcordiis complens A
maria & terras. Et cùm hic eſt, etiam alibi eſt;
non mutato loco, ſed repleto utique ſui præ-
ſentia. Ubique enim eſt, qui per omnia, & in
omnibus, nullum locum unmunem ſui relin-
quens. Et ubi adeſt, erat: & ubi erat, adeſt. Et
ideo qui novit velox eſſe Verbum Dei, cito pe-
tit, & cito impetrat.

CAPUT IX.

Pharao propter moram in obediendo arguitur. Commendatur in oratione humilitas, ſecretum ac brevitas, cum reprehenſione verboſitatis. Quomodo orandi formam Dominus docuerit; ac tandem pro quibus præcipue orandum? B

33. AT vero Pharao qui opinionibus vanis
& inanibus ſtudium impendebat ſuum
(ranis repleta Ægypto, ſonum inanem rerum &
ſtrepitum vanum reddentibus) dicenti Moyſi:
Exod. 8. 9 *Conſtitue mihi quando pro te orem, & pro famulis* C
tuis, & pro populo tuo, ut exterminet Dominus ranas; cùm debuerit in tanta poſitus neceſſitate ro-
gare, ut jam oraret nec differret, reſpondit:
Craſtina die; otioſus & negligens, moræ pœnam
Ægypti ſoluturus excidio. Itaque iſte ubi impe-
trabat, immemor fiebat gratiæ; & exaltatus
mente carnis ſuæ, obliviſcebatur Deum.

34. Humilitas autem commendat orationem.
Siquidem & Phariſæus ille reprehenſus eſt qui
jejunia ſua velut beneficia enumerabat, & tam- D
quam objectabat Deo, & ſe criminum memora-
bat exſortem. Publicanus autem prædicatus eſt,
Luc. 18. 13. *qui à longe ſtans nolebat oculos ad cælum levare, ſed*
percutiebat pectus ſuum dicens: Domine Deus propitius eſto mihi peccatori. Et ideo divina eum ſen-
Ibid. 14. tentia prætulit dicens: *Quia deſcendit hic publicanus juſtificatus magis, quam phariſæus*. Ille enim
juſtificatur qui peccatum proprium confitetur,
Eſai. 43. 26. ſicut locutus eſt ipſe Dominus: *Dic iniquitates*
Pſ. 50. 19. *tuas, ut juſtificeris*. Et David ait: *Sacrificium Deo,* E
Ibidem. *ſpiritus contribulatus*. Et iterum, *Cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit*. * Hieremias quoque
Baruch 3. 1. ait: *Anima in anguſtiis, & ſpiritus anxiatus clamat*
Exod. 5. 2. *ad te*. Ergo & Pharao, a & rex Aſſyrius qui dice-
4 Reg. 18. 35. bat: *Quis deorum gentium iſtarum liberabit terram ſuam de manu mea; quoniam liberabit dominus Deus tuus Hieruſalem de manu mea?* exaltatione
ſua dejecti ſunt. Juſtus autem, ſicut Jacob, ad
auctorem Deum refert quæcumque fuerit bona
conſecutus, dicens de omnibus quæcumque ſibi F
Gen. 27. 20. proſperare cognoverit: *Quoniam tradidit ea dominus Deus in manus meas*. Hæc igitur melior voto-
Pſ. 49. 14. rum ſuorum ſolutio eſt, ſicut & David ait: *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua*.
Laudare Deum, commendare eſt votum, & ſol-
vere. Unde & Samaritanus ille aliis anteſertur,
qui cum leproſis aliis novem ſecundùm præcep-
tum Domini, mundatus à lepra, ſolus regreſſus
ad Chriſtum amplificabat Deum, & agebat gra-
Luc. 17. 18. tias. De quo Jeſus ait: *Non fuit ex illis qui rediret, & gratias ageret Deo, niſi hic alienigena.... Et ait*
illi: Surge, & vade; quia fides tua te ſalvum fecit.

35. Eſt etiam illa commendandæ orationis &
voti diſciplina; ut non divulgemus orationem,
ſed abſcondita teneamus myſteria, ſicut tenuit
Abraham, qui ſubcinericias fecit. Tenuerunt Gen. 18. 6.
& patres qui coxere conſperſum quod exſtule-
rant de Ægypto, ſubcinericia facientes azyma,
quæ græce ἐγκρύφια dicuntur, eo quod abſcon-
dantur in cinere; ſignificantes fermentum illud
quod abſcondit mulier illa Evangelica in farinæ Luc. 13. 21.
menſuris tribus, donec fermentaretur totum,
myſteriorum quoque innuentes premendam eſſe
doctrinam. Quod apertius Dominus in Evan-
gelio docuit dicens: *Tu autem cùm orabis, intra* Matt. 6. 5.
in cubiculum tuum, & clauſo oſtio Patrem tuum ora in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi: orantes autem nolite multum loqui. Et
infra. *Scit enim Pater veſter quid vobis opus ſit,* Ibidem. 8
antequam petatis ab eo. Cubiculum tuum, mentis
arcanum, animique ſecretum eſt. In hoc cubi-
culum tuum intra b, hoc eſt, intra in alta præ- b
cordia, totus ingredere de corporis tui exte-
riori veſtibulo, & claude oſtium tuum.

36. Quod ſit oſtium tuum, diſce: *Pone Domine* Pſ. 140. 3.
cuſtodiam ori meo, & oſtium circuitus labiis meis.
Et Paulus petit orari pro ſe: *Ut aperiatur mihi,* Coloſſ. 4. 3.
inquit, *oſtium verbi, ad loquendum myſterium Chriſti*.
Sed ille ut pote electus ad Evangelii prædica-
tionem, recte ſibi oſtium verbi optabat aperiri;
quia de ore ejus exibat ſalus gentium, de ore ejus
prodibat vita populorum. Nos autem clauda-
mus oſtium, ne culpa intret, ne lapſus aliquis ſer-
monis exeat. Intrat culpa, ſi lapſus exierit. Audi
quomodo intret culpa. *In multiloquio*, inquit, Prov. 10. 19.
non effugies peccatum. Exivit multiloquium, pec-
catum intravit; quia in multiloquio nequaquam
qui exeat ſermo, trutinatur, imprudenter labi-
tur, licet ipſum ultra menſuram aliquid loqui
grande peccatum ſit.

37. Et ideo cave ne imprudenter loquaris; la-
bia enim imprudentis inducunt eum ad mala.
Cave ne in oratione te extollas; oratio enim hu-
miliantis ſe nubes penetrabit. Cave ne incaute
Symboli vel Dominicæ orationis divulges myſ-
teria. An neſcis quam grave ſit in oratione con-
trahere peccatum, ubi ſperas remedium? Cer-
te Dominus per Prophetam docuit hoc grave
eſſe maledictum dicens: *Et oratio ejus fiat in pec-* Pſ. 108. 7.
catum; niſi forte mediocre id tibi putas eſſe.
Diffidere eſt enim de potentia Dei, æſtimare
quod non audiaris, niſi clamaveris. Clament
opera tua, clamet fides, clamet affectus, cla-
ment paſſiones tuæ, clamet ſanguis tuus, ſicut
ſancti Abel, de quo dixit Deus ad Cain: *Vox* Gen. 4. 10.
ſanguinis fratris tui ad me clamat. Audit enim te
in occultis, qui mundat in occultis. Nos niſi lo-
quentem aliquem audire non poſſumus: apud
Deum loquuntur non verba, ſed cogitationes.
Et ut hoc verum ſcias, dicebat dominus Jeſus ad
Judæos: *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* Matt. 9. 4.
Non interrogantis vox iſta eſt, ſed ſcientis.
Quod tibi manifeſtat Evangeliſta dicens: *Jeſus* Luc. 6. 8.

*. Non moveat quod locum hunc nomine Hieremiæ citatum non niſi in prophetia Baruch reperire ſit. Ita enim ultimum hunc laudatum eſſe apud plurimos conſtat, quod is eſſet Hieremiæ convictor ac notarius.

a. Res deſideratur in quatuor mſſ pro quo in uno Vaticano legitur, & Rapſaces Aſſyrius.

b Edit. Rom. contra mſſ & ant. edit. fidem ita locum conſarcinatur, *hoc eſt, egredere de corporis tui exteriore veſtibulo, & totus intra in alta præcordia cordis tui*

autem ſciebat cogitationes eorum. Sicut ergo Filius A novit, novit & Pater. Filium noſſe cognoviſti, patrem noſſe, audi conſiliarium & teſtem Pa-
Matt. 6. 8. tris dicentem: *Scit enim Pater veſter quid vobis opus ſit, antequam petatis ab eo.* Coque ergo ſubcinericiam tuam vapore Spiritus ſancti: coque etiam animi paſſiones verbi calore. Et ſi erudiores ſunt paſſiones tuæ nuper fortaſſe de Ægypto egredientes, operito eas, & lento calore excoque; ne fortiorem ignem ferre non poſſint, & ſemiuſtulentur potius quam coquantur.[a] Sunt B enim plurima quæ cruda diſpliceant, cocta delectent. Fove igitur pectore tuo alta myſteria; ne præmaturo ſermone & infidis auribus vel infirmis quaſi incocta committas, atque auditor avertatur & cum borrore faſtidiat, qui ſi coctiora guſtaret, ſpiritalis cibi perciperet ſuavitatem.

Luc. 11. 13. 38 Divine autem dominus Jeſus & bonitatem te docuit Patris, qui bona noverit dare; ut quæ bona ſunt à bono poſcas: & impenſe & fre- C
Ibidem. 9. quenter monuit orandum; non ut faſtidioſa continuetur oratio,[b] ſed ut aſſidua frequenter effundatur. Plerumque enim inanis gloria longæ precationi, intermiſſæ autem prorſus obrepit
Matt. 18. 35. incuria. Deinde monet ut cùm ipſe veniam tibi poſcis, tum maxime largiendam aliis noveris, quo precem tuam operis tui voce commendes.
1. Tim. 2. 8. Apoſtolus quoque docet orandum ſine ira & diſceptatione, ut non turbetur, non interpoletur oratio tua. Docet etiam orandum in omni D
Matt. 6. 6. loco, cùm Salvator dicat: *Intra in cubiculum tuum.* Sed intellige non cubiculum concluſum parietibus, quo tua membra claudantur: ſed cubiculum quod in te eſt, in quo includuntur cogitationes tuæ, in quo verſantur ſenſus tui. Hoc orationis tuæ cubiculum ubique tecum eſt, & ubique ſecretum eſt, cujus arbiter nullus eſt niſi ſolus Deus.

1. Tim. 2. 1. 39. Orandum autem præcipue & pro populo doceris, boc eſt, pro toto corpore, pro mem- E bris omnibus matris tuæ, in quo mutuæ caritatis eſt inſigne. Si enim pro te roges tantum,[c] ſolus pro te rogabis. Et ſi pro ſe tantum ſinguli orent, minor[d] peccatoris quam intercedentis eſt gratia. Nunc autem quia ſinguli orant pro omnibus, etiam omnes orant pro ſingulis. Ergo ut concludamus, ſi pro te roges tantum, ſolus, ut diximus, pro te rogabis. Si autem pro omnibus roges, omnes pro te rogabunt. Siquidem & tu in omnibus es. Ita magna remuneratio eſt, ut F orationibus ſingulorum acquirantur ſingulis totius plebis ſuffragia. In quo arrogantia nulla, ſed humilitas major eſt, & fructus uberior.

CAPUT X.

Expoſito primo ſacrificii Cain defectu tranſitur ad alterum, quod ſcilicet non obtulerit de primitiis. Primitias animæ præcipue offerendas, & quæ illæ ſint. Eaſdem Abelem obtuliſſe, ac legem offerendas præcepiſſe. Ibidem quinam dicantur Chananæi: item cur Deus juraſſe memoretur: non poſſe ſine illius ope animi motus pacari. Denique hos partus offerri debere ad quos ſexus diſtinctio nihil conferat.

40. Sed jam eſt tempus alio tranſire, quoniam de eo quod poſt dies obtulit Cain plene diximus. Factus eſt indicium reſupini, cùm ipſa poſtulatio voti matura eſſe debeat; ne videamur de bumanis artibus, boc eſt, medendi peritia, herbarumque ſuccis ſperaſſe magis remedium, quam de Deo ſubſidium popoſciſſe. Ad ipſum enim prius eſt confugiendum, qui noſtræ curare poſſit animæ paſſiones. Verum homines quidam præpoſtero ordine ante ſibi ab hominibus opem arceſſunt: ubi autem humana ſubſidia defecerint, tunc opinantur divini poſtulandam favoris gratiam.

41. Concluſo ergo illo & convicto Cain crimine, aliud oblationis vitium diſcutiamus. *Obtulit*, inquit, *ex fructibus terræ*, non à primis fructibus primitias Deo. Hoc eſt primitias ſibi prius vindicare: Deo autem ſequentia deferre. Itaque cùm vere anima corpori tamquam ſervo domina ſit præferenda, utique primitias ejus, hoc eſt, animæ prius quam corporis offerre debemus. Primitiæ animæ primatus ſunt bonarum diſciplinarum. Quæ licet tempore poſteriores ſint, quam corporis primitiæ, quæ ſunt eſca, incrementum, viſus, auditus, & tactus, odor, vox (mens autem & ſenſus pars animæ) pars corporis eſt, tamen priores ſunt diſciplinis. Quarum primitiva eſt puro corde & ſimplici ſermone oblata Deo gratiarum actio.

42. Hæc munera obtulit Abel, & ideo reſpexit Deus in munera ejus, quoniam è primitivis obtulit. Accedit ergo quia de primitivis ovium, & de adipibus earum. Conſidera quia non de inſenſibilibus ſed de animantibus obtulit. Plus eſt enim animalis, quam terrenus; ſiquidem animalis proximus ſpiritali eſt. Non enim prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpiritale. Quod animale ſpirat, habet vitalem ſpiritum: non ita quod de terrarum eſt fructibus. Deinde obtulit non ſecunda, ſed prima; non exigua, ſed pinguia: talia enim lex probavit, & juſſit offerri, ſicut ſcriptum eſt: *Et erit*, inquit, *cùm inducet te Deus in terram Chananæorum, ſicut juravit patribus tuis, & dabit tibi; tolles omne quod aperit vulvam maſculinam Domino. Omne quod aperit vulvam de armentis & pecoribus tuis, quæcumque nata fuerint tibi maſculina, ſanctifica Domino. Omne quod aperit vulvam aſinæ, mutabis illud ove: ſi autem non mutabis, redimes* Exod. 13. 11. & ſeq.

a Sic edit. Rom. cum duobus mſſ. Vet. autem edit. & alii mſſ. legunt. *Sunt enim plurima, quæ præmaturo ſermone* &c. omiſſis quæ interponuntur in noſtra, & Rom. edit.

b. Mſſ. quatuor, *ſed aſſidua. Frequenter effundantur plerumque inania longa precationi* &c.

c. Vet. edit. & quatuor mſſ. *pro te roges, tantummodo pro te rogabis.* Et infra, *ſi pro te roges, tantum, ut diximus, pro te rogabis.*

d Ita vet. edit. & mſſ excepto Flor. qui loco *peccatoris*, legit, *precatoris*. Hanc vocem etiam exhibet edit. Rom. ſed expunxit, *quam intercedentis*. Forte quod videretur idem eſſe precator, qui intercedens; cum tamen intercedens intelligendus ſit is, qui intercedit, id eſt, ut vulgo dicunt, qui ſe opp[illegible]

illud. Quid tam profundi myſterii, tam altæ ſe-
a cretæque ſapientiæ, [a] quàm ut in venis quibuſ-
dam verborum ſimplicium deprehendas atque
haurias ubertatem gratiæ ſpiritalis? Chananæi
enim mobiles & inquieti ſunt. Cùm igitur in eo-
rum terram fueris ingreſſus, quos advertis prop-
ter levitatem, inquietudinem, & inſtabilitatem
morum, poſſeſſione dejectos, tu teneto conſtan-
tiam. Non te vilis ratio, oon levis ſermo per-
turbet; hoc eſt enim Chananæus, mobilis ſermo,
affectus inſtabilis, & inquieta contentio: ſed ma-
gis tranquillitatem cordis, & animi ſerenita-
tem placidus ſervato; ut tamquam in ſalo ma-
ris tutam navibus ſtationem, portu quodam tuæ
mentis exhibeas.

43. Hanc poſſeſſionem tibi Domious polli-
cetur, & quodam ſacramenti promittit vincu-
lo, ut conſtantiam tuam firmet. Neque enim
ideo Deus jurat, quod fide credentis indigeat,
aut teſtimoniorum adſtipulationibus deſtitutus
ſuffragium ſacramenti requirat, ſicut homines
qui fidem nobis adſciſcimus ſacramento, & ideo
juramus, ut credamur vera dixiſſe. Deus autem
& cùm loquitur fidelis eſt, cujus ſermo ſacra-
mentum eſt. Non enim propter ſacramentum
fidelis omnipotens Deus, ſed propter Deum
etiam ſacramentum fidele eſt. Qua ratione igi-
tur Moyſes jurantem Deum inducit? Quia nos
uſu quodam mortalium claudimur, & velut echi-
ni cortice quodam nos vulgaris opinionis invol-
vimus, aut velut cochleæ quæ niſi intra teſtæ
operimentum ſint, ſpirare non poſſunt, nec ae-
rem liberum carpere aut ſuſtinere: ſic nos non
niſi intra quædam humanæ conſuetudinis lati-
bula terrena verſamur. Unde quia illud verius
ſolemus credere, quod jurejurando firmatur;
ne noſtra claudicet fides, jurare deſcribitur Deus
qui ipſe non jurat, ſed jurantium judex, & ul-
Pſ. 109. 4. tor eſt pejerantium. Denique ſcriptum eſt: *Ju-*
ravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es ſacer-
dos in æternum. Servavit utique quod juravit, de-
dit nobis æternum principem ſacerdotum: ut
& tu quod juraveris, ita noveris eſſe ſervandum;
ut quia per eum juras qui non meotitur, ſcias
eum futurum ſi mentiaris, ultorem.

44. Expulſis igitur inquietis & mobilibus cogi-
tationibus, dabit tibi Deus vacuam poſſeſſionem
cordis & mentis; ut eam cultu quodam tranquil-
litatis exerceas, & fructum ex ea capias, nec
ſuſtineas in ea Chananæos, hoc eſt, turbidos
ſenſus recurrere; eradices gentilium vitiorum
omnem conceptum; lucos eorum dirnas quibus
obumbratur veritas, & quidam cæleſtis liber vi-
ſus cogitationis horrore tenebroſæ diſceptatio-
nis abſconditur.

45. Sed hoc niſi divino donatus munere effi-
Exod. 13. 12. cere non potes; ideo ait: *Dabit tibi Deus*, hoc eſt,
cogitationes optimas, placida conſilia, tranquil-
las inventiones. Cùm dederit hæc, tolles omne
quod aperit vulvam maſculinum, & ſanctificabis
Domino. Non totum exigit à te Deus, qui to-
tum donavit. Multa enim ad uſum ſubſtantiæ
largitur humanæ, & hoc non poteſt eſſe divi-
num ſacrificium, ubi eſt uſus naturæ. Edere, bi-
bere, dormire, aliaque etiam miniſteria corpo-
ris dono ſunt tibi collata, non à te relata Deo
munera. Quidquid autem ſanctum cogitaveris,
hoc Dei munus eſt, Dei inſpiratio, Dei gratia:
ſicut è contrario illa quæ cùm in uſu naturæ hu-
manæ ſint, non coinquinant hominem; ſed quod
exit de ore, furta, falſa teſtimonia, ſacrilegia,
hæc ſunt quæ coinquinant hominem.

46. Interiora ergo noſtra mundemus, ut poſſit
oblatio non diſplicere. Ibi quæramus omne quod
aperit vulvam maſculinum, hoc eſt, juſtum &
principale, quod ſanctificare Domino debeamus.
Neque enim hi nos corporei [b] coitus, conceptus b
partuſque ſanctificant, quibus vulva feminea
deflorato pudore virginitatis aperitur. Nam etſi
mulier ſanctificat virum, & vir mulierem; ta-
men plerumque contingit virginis vulvam etiam
ſine conjugii ſanctitate reſerari. Neque rurſus
ſola virilis eſt gratia, mulier autem ſanctifica-
tionis aliena eſt, aut utriuſque ſexus confuſa na-
tura eſt, ut uterque corporeos fundatur in par-
tus. Habent ſua munia viri, habent mulieres ſe-
xus ſui officia diſcreta. Generatio iſta ſucceſſio-
nis humanæ mulierem decet, impoſſibilis eadem
viro.

47. Ergo ſi carnis uſui non quadrat hic ſen-
ſus, officia animæ diſcutiamus. Iſtam ſane inve-
nio, quæ nullo diſcreta ſit ſexu. & cùm ſexum
non habeat, utriuſque ſexus munera repræſen-
tat, nubit, concipit, parit. Et ſicut feminis de-
dit vulvam natura, in qua uniuſcujuſque ani-
mantis generatio per menſtruas formatur æta-
tes: ita eſt quædam virtus animæ quæ velut quo-
dam vulvæ genitalis ſecreto cogitationum noſ-
trarum ſuſcipere ſemina, conceptus fovere, par-
tus ſolet edere. Neque enim aliter diceret Eſaias:
In utero accepimus, & parturivimus ſpiritum ſalutis; Eſai. 26 18.
niſi vulvam animæ noviſſet. Harum generatio-
num quædam femineæ ſunt, malitia, petulantia,
luxuries, intemperantia, impudicitia, aliaque
hujuſmodi vitia, quibus animi noſtri quædam
enervatur virilitas. Maſculinæ ſunt, caſtitas, pa-
tientia, prudentia, temperantia, fortitudo, juſ-
titia, quibus mens noſtra, & caro ipſa firmatur,
& ad obeunda impigre munia virtutis erigitur.
Hos partus alvus ille propheticus parturivit. Et
ideo ait: *In utero accepimus & parturivimus ſpiri-*
tum ſalutis. Maſculum igitur & parturivit, & pe-
perit, qui ſpiritum ſalutis effudit.

a. MSS omnes, & vet. edit. *quam in quibuſdam inveniri verborum ſimplicium? Deprehendas licet, atque haurias* &c.
b. Ita MSS. & Rom. edit. Vet. vero edit. *corporei fetus*.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Anima partus mature producendo: eorum quæ forma ſit? Plebeios ſenſus mentis imperio domitari poſſe; duplex enim eſſe ſenſuum noſtrorum genus; & in utro conſiſtant primitiva Deo offerenda? Poſtremo de commixtione qua conſtamus, ejuſque primitiis diſputatur.

1. HOs partus anima noſtra parturiat, nec ſolum parturiat, [a] ſed etiam pa- B riat, & diebus pariat impletis; ne immaturos partus dies judicii deprehendat. De his enim partubus dixit dominus Jeſus: Luc. 21. 23. *Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus!* Maturius igitur abſolvatur hic partus, & cogitationes noſtræ bonorum operum proceſſibus explicentur; ut nihil imperfectum finis noſter inveniat, nihil inexplicatum terminus vitæ noſtræ offendat, nihil tamquam in incude poſitum uſus noſtri operis derelinquat. Feſtina igitur anima formare C partus tuos, ptoperantius abſolvere, celerius quos genueris enutrire.

2. Quæ tanti forma ſit partus, demonſtrat Apoſtolus dicens: Galat. 4. 19. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* In hanc furmam tota mentis noſtræ coaleſcant viſcera, & in illo genitali alvo animæ noſtræ Chriſtus refulgeat. Partus noſter fides ſit, nutrimenta noſtra præcepta doctrinæ ſint. His quædam cordis noſtri imbuatur infantia, inſtituatur pueri- D tia, juvenculeſcat adoleſcentia, ſenecta caneſcat. Ætas enim ſenectutis vita eſt immaculata. Itaque ea demum bona eſt animæ ſenectus, quam nulla perfidiæ inquinamenta maculaverint. Et ideo partus ſuos ab hac macula Paulus defendit: 1. Cor. 4. 15. *Ego vos*, inquit, *genui in Evangelio*; ne cujus ſæva inſuſurratio rudis fidei tentaret infantiam. Maſculina igitur generabat, qui in virum perfectum populos quos docebat, fidei geſtiebat Epheſ. 4. 13. unitate concurrere, & in agnitione Filii Dei per- E fectam plenitudinis Chriſti tenere menſuram. Hoc enim ſacrificium acceptabile Deo noverat, Exod. 13. 12 de quo ſcriptum eſt: [b] *Separabis omne quod aperit vulvam maſculinum, Domino.* Et qui addidit: Ibid. 12. *Omne quod aperit vulvam de armentis & de pecoribus quæ ſunt tibi, maſculinum ſanctifica Domino*; ne quid obſcuritatis habeat, conſideremus.

3. Dixerat de principalibus generationibus, hoc eſt, plenis capacibuſque rationis: addidit & de gregalibus, hoc eſt, reliquis velut plebeiis F ſenſibus, qui irrationalibus comparantur jumentis. Quæ tamen cùm à rectore aliquo gubernantur, facile manſueſcunt; & imperata exequi, & jugum ſubire, & ad vocem magiſtri accelerare gradum, aut ſiſtere, aut deflectere, aut aliqua munia ſui operis quæ jubentur, humano quodam famulatu obire conſueverunt. Tantum valet inſtitutio, ut vincat naturam; Itaque illa A quæ conſortium noſtræ ſubſtantiæ non habent, agnoſcunt tamen noſtræ vocis imperium: & cùm ſuæ naturæ nullam rationem habeant, noſtræ rationem capeſſunt, & quodammodo transfuſam acquirunt. Equos videmus popularibus incitari ſtudiis, gaudere plauſibus, blanditiis delectari magiſtri. Torvos leones cernimus naturalem feritatem imperata mutare manſuetudine, ſuam rabiem deponere, noſtros mores ſumere; & cùm ſint ipſi terribiles, diſcunt timere. Cæditur canis, ut paveſcat leo: & qui ſua injuria exaſperatur, coercetur aliena, alteriuſque exemplo frangitur. Quoties parata præda & cibo obvio famem perpeti malunt, dum offenſam magiſtri verentur? Quoties repentino impulſi motu aperta ad morſus ora juſſi reſolvunt? Ita dum noſtræ volunrati obſequuntur, ſuæ obliviſcuntur. Non ita illæ feræ, vel illa armenta equorum, vel genus omne pecudum, quæ ſine rectore vagantur ullo, & omni domitoris gubernaculo C deſtituta exaſperantur. Et ideo appoſiti ſunt armentarii, opiliones, [a] ceterique paſtores, quidam magiſtri gregum officia ſua ſingulis animantium ſibi commiſſorum conditione formantes.

4. Videtur ergo & ſenſuum noſtrorum quoddam genus aliud domitum & manſuetum: aliud indomitum quod armentario quodam motu mentis velut deſide atque reſoluto proruat ad irrationabiles delectationes corporis: manſue- D tum autem quod velut duci cuidam moderatui mentis ſe ſubjiciat & ſubdat. Quæcumque ergo ejus naturæ reguntur, ea ſunt maſculina atque perfecta: quæcumque autem ſine duce ullo plebeia præſumtione quadam dominantur, velut civitatis alicujus quæ regis optimatumque conſilio privata ſit, ita corporis ſui omnem ſtatum & virilem vigorem muliebri quadam diſſolutione effeminant. Ex his illa lex carnis eſt, quæ legem apoſtolicæ mentis impugnans, captivam E trahebat eam quadam lege peccati. Et ideo ut de illo mortis corpore liberaretur, ſpem ſuam Paulus omnem non in ſua virtute, ſed in Chriſti Rom 7. 25. gratia reponebat. Unde liquet quod hæ commotiones quæ ſecundum legem mentis ſunt, ex divino favore procedunt, alii autem ſenſus ex voluptate corporea.

5. Illa igitur quæ ſancta ſunt, primitiva ſunt noſtrorum ſenſuum: iſta velut de quodam grege ſunt, & vilitate plebeia: [c] quæ varia vide- F tur Moyſes nominibus ſignificaſſe diverſis. Hoc enim declarat etiam illa area legis myſtica, de qua ait: *Initia areæ tuæ & lacus tui non noviſſima* Exod. 22. 29. *facies. Primitiva filiorum tuorum dabis mihi.* Sanctæ commotiones ſenſuum noſtrorum, quæ ſecundum virtutes ſunt, ipſæ ſunt primitiæ areæ ſpiritalis: propterea etiam rurali areæ comparantur, in qua ventilantur frumenta. Sicut enim in hac rurali area excutitur triticum atque hor-

a. Edit. addebant, *ſecundùm quod legitur; ſed etiam* &c. Mſſ. vero ut in textu.

b. In mſſ. Div. & Laud. deſideratur vox, *ſeparabis*: & poſt pauca in eodem, & Vat. ſecundo vox, *ſanctifica*.

c. Ita mſſ. Div. Ceteri, *quod varia .... ſignificaſſe diverſis* Vat. unus .... *ſignificaſſe Judæis.* Vet. edit. *quod varia .... ſignificaſſe diverſis.* Rom. vero, *quod varius .... ſignificaſſe Judæis.*

deum, & dum ſæpius ventilatur, ſeparatur à paleis; quia paleæ ceteraque purgamenta meſſis in diverſum levis auræ ſpiramine diſſipantur; illa vero quæ ſolidiora ſunt, in locum eumdem excuſſo pulvere relabuntur: ita cogitationum noſtrarum fruges quæ ſunt ſolidæ atque optimæ, puram atque ſinceram exhibent virtutis alimoniam, ſicut ſcriptum eſt: *Quia non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei:* quæ autem inutiles ſunt & vacuæ, diſperguntur ut fumus ac nebulæ; quia ſicut fumus oculis, ſic iniquitas utentibus ea. Et recte fumo iniquitas comparatur, quæ velut quadam ſæculari caligine aciem mentis obducit. *Luc. 4. 4.*

Num. 15. 2. & ſeq. 6. Et ideo Dominus dicit: *Cùm intraveritis in terram in quam induco vos, & cùm manducare cœperitis de panibus terræ illius, offeretis oblationem ſeparatam Domino, primitias conſperſionis veſtræ, panem ſicut oblationem de area: ſic offeretis primitias* [a] *confuſionum veſtrarum, & dabitis Domino.* Confuſio nos ſumus, diverſorum elementorum quadam commixtione compoſiti. Siquidem frigidum calido, & humidum ſicco miſcetur in nobis. Hæc conſperſio multas habet carnis illecebras, & plurimas delectationes: ſed non ſunt hi primitivi hujus corporis ſenſus, quia ex anima & corpore conſtamus & ſpiritu. Hæc eſt conſperſio principalis, in qua ſanctificari nos Apoſtolus cupit, ſicut ait: *Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia; ut integer ſpiritus veſter & anima & corpus ſine querela in die domini noſtri Ieſu Chriſti ſervetur.* *1. Theſ. 5. 23.* Cujus conſperſionis primitiæ ſpiritales ſunt, hoc eſt, inventiones & generationes ſenſuum qui ex vigore animæ procedunt. Sed non omnes primitivi ſenſus, niſi qui malitiæ & improbitatis, atque omnis erroris exſortes ſunt. Sunt autem neceſſariæ corporis delectationes, ut dormiendi, edendi, bibendi, deambulandi, & ceteri ſenſus hujuſmodi; ſed non in his primitiæ. Et ideo non in his, ſed in illis Domini ſacramentum, ubi caſtitas, pietas, ubi fides atque devotio. Cujus rei manifeſtum & evidens exemplum eſt oblatio patriarchæ Iſaac, quem ſacrificii modo obtulit pater nullius motu paſſionis inflexos humanæ, mundam offerens Deo hoſtiam, vacuamque formidinis, & corporeæ cupiditatis immunem, cùm ipſa pietas patris devotioni cederet immolantis.

CAPUT II.

Primitias non tempore, ſed ſanctitate æſtimari: cum fide quæ imprimis neceſſaria eſt, conjungenda ad verum ſacrificium bona opera: fructu mutandum laborem, atque animam ab inutilibus liberandam eſſe.

7. Nunc conſideremus quæ ſit vis primitiarum, & utrum tempore æſtimentur primitiæ, an ſanctitate, hoc eſt, utrum omnia primogenita ſanctificationem habeant primitiarum. Primitiæ etenim fructuum ſanctæ ſecundum legem; quia in his optimum feſtinæ fidei ſacrificium eſt: ſed fiunt ſanctæ devotione, non tempore; quia non proventus ſanctificat, ſed devotio. Denique ubi celer proventus eſt, ſi devotio moretur, offenſa contrahitur. Non ergo omnia primogenita ſancta: ſed omnia quæ ſancta ſunt, ſunt etiam primogenita. Denique Cain primogenitus, ſed non ſanctus. Sanctus quoque Iſrael Dei populus, ſed non primus ætate; & tamen primogenitus appellatur, ſicut ſcriptum eſt in prophetis: *Primogenitus meus Iſrael.* Et Levi ſanctus, ſed non primogenitus; nam tertius Liæ filius legitur: & tamen levitæ primogeniti nuncupati, quibus ab eo nomen eſt derivatum. Scriptum eſt enim in Numeris: *Ecce tuli levitas de medio filiorum Iſrael pro omni primogenito qui aperit vulvam à filiis Iſrael, & erunt mihi levitæ; mihi enim omne primitivum. In qua die percuſſi omne primogenitum Ægypti, ſanctificavi omne primogenitum Iſrael.* Ergo levitæ primogeniti nuncupati, qui ſanctificatione utique ceteris filiis Iſrael antelati ſunt. Qua ratione primogeniti ſint, audi Apoſtolum dicentem. *Sed appropinquaſtis Sion monti, & civitati Dei vivi Hieruſalem quæ in cælo eſt, & decem millibus lætantium Angelorum,* [b] *& Eccleſiarum primitivarum, quæ ſcriptæ ſunt in cælo.* Quatuor ordines fecit, montis Sion, civitatis Hieruſalem, celebritatis Angelorum, & Eccleſiarum primitivarum. Tulit ergo dominus Deus de medio populi Iſrael levitas; quia non humanarum eos conſortes voluit eſſe curarum, ſed divinæ religionis miniſtros. Et primogenitos ſibi fecit qui vulvam aperiunt ſpiritalem; & ideo non erant ab utero naturæ, ſicut diverſorum criminum peccatores: ſed [c] deſtructis cultoribus ſæcularibus eliguntur. Unde non habent cum plebeia poſſeſſione conſortium, nec in medio populi computantur; quia verbum Dei in medio ſui poſſident, ſicut ſcriptum eſt in Evangelio: *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum.* Et alibi: *Medius veſtrum ſtat quem vos neſcitis.*

Num. 18. 8. — *Exod. 4. 22.* — *Gen. 29. 34.* — *Num. 3. 12. & 13.* — *Hebr. 12. 22.* — *Matt. 18. 20.* — *Johan. 1. 26.*

8. Hinc ergo cognoſcimus quod ante omnia fides nos commendare Deo debeat. Cùm fidem habuerimus, elaboremus ut opera noſtra perfecta ſint. Siquidem hoc plenum eſt & perfectum ſacrificium, ſicut ipſe Dominus docet nos dicens: De donis & [d] datis tuis obſervabitis offerre mihi in diebus feſtis meis, nihil detrahentes, neque diſpertientes, ſed plena & integra & perfecta offerentes. Feſtus autem dies Domini eſt, ubi perfectarum virtutum gratia eſt. Quæ tunc perfectæ ſunt, ſi ſollicitudinum ſæcularium, & corporalis illecebræ victor animus delimmenta voluptatis excludat, liber à ſæculo, Deo deditus, nihil de tramite directæ intentionis imminuens, nec affectus ſui tempora nunc luxuriæ di-

a. Rom. edit. *conſperſionum veſtrarum . . . conſperſio nos ſumus.* At in ſenſu inter conſperſionem & confuſionem hoc loco nulla eſt diverſitas; quod ex ipſis Ambroſii verbis manifeſtum eſt.

b. Edit. ant. *& Eccleſiarum primitiarum,* (Gill. *primitivarum*) *quæ ſcriptæ ſunt in cælo . . . . Angelorum, & Eccleſiarum primitivarum* Miſſ. tres cum Gill. edit. conſentiunt. Vat. autem unus, *& Eccleſiam primitiarum.* Laud. *& Eccleſiam primitivarum.* Et hic cum Div. *quæ ſcripta ſunt* &c. Totum vero locum edit. Rom. exhibet in hunc modum: *& Eccleſia primitivorum, qui ſcripti ſunt . . . . Angelorum, & Eccleſia primitivorum.*

c. Ita mſ. Flor. At vet. edit. mſſ. Div. & Vat. unus, *deſtructis cultoribus eliguntur.* alter Vat. & Laud. *deſtructis ſæcularibus eliguntur.* Denique Rom. edit. *deſtitutis cultoribus ſæcularibus eliguntur.*

d. Mſſ. duo Vat. & Laud. *& datis ſuis.* Div. ac vet. edit. *& datis tuis.* Rom. edit. *& datis meis.* Sed locum illum his verbis in Scriptura nuſquam reperimus; eumque ex variis Levitici præceptis concinnatum putamus.

videns,

videns, nunc labori. Solus itaque ſapiens banc A celebrat ſolemnitatem, nullus alius. Immunem enim hujuſmodi paſſionum animam reperire difficile eſt. Divide ergo ſecundùm rationem animæ principalia & obedientia, & tunc quid maſculinum, quidve femininum ſit deprehendes: Nulla enim ſine labore virtus, quia labor proceſſus virtutis eſt. Quod etiam legis ipſius verba
Exod. 13. 13. ſignificant, quæ dicit: *Omne quod aperit vulvam aſinæ, mutabis ove.* Immunda enim animalia lex à ſacrificio ſeparavit, & pro his ad vicem munda B juſſit offerri. Aſinæ ergo partum, boc eſt, immundum jubet mutari ove, quæ munda & apta
Levit. 27. 27. ſacrificio eſt. Hoc eſt ſecundum litteram. Ceterum ſi quis ſenſum ſpiritalis legis altius perſequatur, libet conſiderare quod aſina laborioſum ſit animal, ovis fructuoſum. Fructu ergo dicit mutandum laborem, ut finis operis ſui fructus ſit. Vel certe hoc modo: omnem laborem tuum, omnem induſtriam puro & ſimplici commendabis affectu. C

Exod. 13. 13. 9. *Si autem non mutabis*, inquit, *redimes.* Jubetur ergo ſecundum litteram, ut animal aliud pro immundo animali offeratur, aut pretium; ne inter decimas fructuum vel minus aliquid, vel immundum videatur offerri. Intellectus autem profundior liberandam animam tuam docet, ut deſiſtat ab iis quæ fructum non habent. Qui enim redimit ſe, liberat & quodam exuit debito. Relinquenda ſunt opera quæ verum fructum, bonoſque proceſſus habere non poſſunt; qualia D ſunt iſta mundana quorum uſus non poteſt eſſe diuturnus. In quibus ipſe nudus & veri vacuus effectus eſt; & quamvis ſummo quæſitus fuerit labore, animam nihil juvat. Ea enim quæ ſervitutem animæ inferunt, inutilia ſunt omnia, etſi non deſit effectus. Magna videtur præliantium victoria, triumphantium gloria: ſed frequenter ipſos videmus qui vicerint, rurſus bellorum ſubjacere incertis, & transferri ad hoſtem eventu prælii, & eo ipſo quo victores ante fuerint, fieri E miſeriores. Opus eſt ergo ut opera tua ad Deum dirigas, & ejus tibi adſpiret favor. Athleta ipſe qui ſuis non alienis decernit viribus, quoties congreditur, dubios caſus ſubire ſe credit. Et cùm ad coronam pervenerit, intelligit citius hanc mundi gloriam tamquam coronæ ipſius folia marceſſere. Gubernator cùm in portus navim ſubduxerit, vix finem impoſitum labori putat, & ſtatim quærit laboris exordium. Solvitur corpore anima, & poſt finem vitæ hujus adhuc F tamen futuri judicii ambiguo ſuſpenditur. Ita finis nullus, ubi finis putatur. Unde votis & pura conſcientia & ſpiritu caritatis adhæreamus Deo noſtro, & divinum nobis conciliemus favorem: precantes ut à ſæcularibus curis tamquam ab immitibus & agreſtibus dominis poſſimus abſolvi atque exui, mundanoque exire ſervitio, in libertatem ſupernæ cognitionis quæ vera & ſola eſt libertas, vocati.

CAPUT III.

Quod dixerat laborem fructu mutandum, exemplò Judaeorum in Ægypto servientium, & Evangelii teſtimonio confirmat: quonam ex loco, & quo pacto liberanda ſit anima, declarat; & Chriſtum verum levitem, id eſt, liberatorem noſtrum eſſe. Denique pulcra de utilitate quam affert juſtorum familiaritas, proponit.

10. ET ut præceptum legis exemplo adſtruamus, cùm deprimerent Ægyptii Judæorum populum in operibus variis, & luto ac lapide, ingemuerunt filii Iſrael, & Domini provocaverunt in ſe miſericordiam. Et dixit ad Moyſen: *Ego exaudivi gemitum filiorum Iſrael, quomodo* Exod. 3. 7. & ſeq. *Ægyptii in ſervitutem depriment eos, & memor factus ſum teſtamenti mei. Vade, & dic filiis Iſrael, ego Dominus, & educam vos de potentia Ægyptiorum, & eruam vos de ſervitute eorum, & liberabo vos in brachio excelſo, & judicio magno, & ſumam vos mihi in plebem, & ero veſter Deus, & ſcietis quoniam ego ſum dominus Deus veſter qui educam vos de potentia Ægyptiorum, & inducam vos in terram in quam extendi manum meam.* Ecce quomodo populus Hebræorum fructu mutavit laborem, ut qui in luto operabatur, [a] ſpe regni operaretur æterni. Et ideo Dominus in Evangelio inanem populorum gentilium miſeratus laborem, qui lateres conſtruerent lutulentæ ſuperſtitioni, & voluptati corporis dediti, ſolidum fidei murum ædificare non poſſent, velut ad quoſdam aſinæ fetus locutus ait: *Venite ad me omnes qui* Matt. 11. 28. & ſeq. *laboratis, & ego vos reficiam. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris.* Qua vocatione plenius mihi videor verba legis & myſteria recognoſcere: quia aſinam aut commutandam ove docuit, aut redimendam pecunia; ut non ſolum aſinæ partum ove, boc eſt, mundis immunda mutemus, ſed etiam redimamus. Quod videtur exprimi, ſi prius ſacrificio purificationis, & myſterio baptiſmatis delictorum noſtrorum inquinamenta lavemus; crimina quoque noſtra bonis operibus, fideique pretio, & miſeratione redimamus.

11. Pretium noſtrum ſanguis eſt Chriſti. Unde & apoſtolus Petrus ait: Non auro vel argento 1. Pet. 1. 18. redemti eſtis, ſed pretioſo ſanguine. Et Paulus dicit: *Pretio emti eſtis, nolite effici ſervi hominum.* 1. Cor. 7. 23. Unde non otiuſe miramur in Evangelio quod ſuper pullum aſinæ ſederit dominus Jeſus; Marc. 11. 7. quia populus gentilis cœpit eſſe Chriſti hoſtia, qui ſecundum legem habebatur immundus. Unde & de levitis ſcriptum eſt, quod ſint redem- Exod. 13. 13. tiones eorum; eo quod & ſanctitate vitæ ſuæ & oratione peccata plebis [b] lavarent. In quibus figura agni præceſſit myſteriis verum venturum levitem, qui proprii corporis paſſione tolleret peccatum mundi. Levites ſignificatur ſuſceptus pro me, vel ipſe mihi levis; ipſe enim perfectæ virtutis habet impertiendæ populo ſanitatis indicium. Ipſe ergo qui pro ſalute univerſorum expectatus advenit, pro me eſt utero editus virgi-

a. Mſ. Laud. *ſpem regni operiretur æterni.*
b. Ita mſſ. Edit. vero, *levarent. In quibus figuralis agni præceſſit myſterium &c.*

nali, pro me oblatus, pro me guſtavit mortem, A pro me reſurrexit. In quo omnium hominum ſuſcepta eſt redemtio, aſſumta eſt reſurrectio. Ipſe eſt verus levites; ut nos levitas faceret adhærere Deo, ipſi continuas preces fundere, de ipſo ſalutem ſperare, fugere terrena negotia, in Dei poſſeſſione numerari, ſicut ſcriptum eſt: *Domine poſſide nos.* Ea eſt enim ſola poſſeſſio, quæ nullis obnoxia tempeſtatibus perpetuæ gratiæ ferat fructus. Redemtor levites eſt, quia vir ſapiens redemtio inſipientis eſt. Qui tamquam medicus ægrum B inſipientis animum fovet, & quædam adſpergit ſolidiora menti prudentiæ medicamina, imitatus illum medicum qui de cælo venit, ut demonſtraret hominibus prudentiæ vias, & ſapientiæ ſemitas parvulis revelaret. Videbat enim laborantes non poſſe ſine remedio ſalvari, & ideo medicinam tribuebat ægris. Ideo omnibus opem ſanitatis detulit; ut quicumque perierit, mortis ſuæ cauſas ſibi adſcribat, qui curari noluit, cùm remedium haberet, quo poſſet evadere: C Chriſti autem manifeſta in omnes prædicetur miſericordia; eo quod ii qui pereunt, ſua pereant negligentia: qui autem ſalvantur, ſecundum Chriſti ſententiam liberentur, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Denique & Sodoma ſi habuiſſet quinquaginta juſtos, non eſſet everſa, & ſi decem habuiſſet, eſſet redemta; eo quod ſermo remiſſionis peccatorum animam ſervitute exuat, & diſciplinæ plenitudo perfectæ mentem non D ſinat edaci libidinum vapore conſumi.

Exod. 34. 9.

12. Plurimum tamen refert, & moralem ædificat affectum, ſi etiam numerum juſtorum ſimpliciter accipiamus prodeſſe populorum ſaluti. Comprimit & reſecat invidiam, confundit improbitatem, virtutem incitat, auget gratiam. Nemo enim invidere debet alteri laudem quæ ſibi proſit: atque improbus quiſque redemtorem ſuum dum ſuſcipit, frequenter imitatur; certe veneratur, plerumque etiam diligit. Ipſe etiam E ſi aliis profuturum ſciat, ſtudiis augetur, eaque gratia connectit populos, accumulat caritatem civium, urbium gloriam. Quam beata civitas quæ plurimos juſtos habet, quam celebrabilis ore omnium: quomodo benedicitur tota de parte, & beatus atque perpetuus ejus ſtatus æſtimatur! Quam gaudeo cùm aliquos mites ac ſapientes diu vivere video, cùm virgines caſtas, viduas graves adſpicio longævas, velut quamdam incanam Eccleſiæ curiam quæ prætendat ipſo quo- F dam vultu & ſpecie gravitatis quod revereantur, quod imitentur, quo ad omnem morum gratiam colorentur! Non enim ipſis gaudeo, cùm vivendo multa ſubeant tædia ſæculi hujus, ſed quia proſunt pluribus. Similiter dum aliquis hujuſmodi decidit, quamvis longa ſenectute depoſitus, afficior; quia deſtituitur grex juvenum muro ſenili. Denique perituræ urbis, aut malorum imminentium, vel futuræ labis hoc primum indicium eſt, ſi decedant viri conſultiores, vel etiam graviores feminæ. Hinc primum ingruentium porta aperitur malorum. Sicut ergo urbs tota ſolidatur atque augetur cœtu ſapientium, vel obitu labefactatur: ita ſermo gravis, & quidem ſenilis plenus prudentiæ ſtabilire uniuſcujuſque animam, & confirmare mentem ſolet. Jam ſi accedat multarum lectionum uſus, plurimorum præceptorum & conſiliorum quidam ſenatus, velut perpetuum urbis ejus quæ in ſingulorum eſt præcordiis, ſtatum efficit.

CAPUT IV.

Quare Moyſes levitas appellarit primogenitos & redemtores, eorumque urbes redemtrices deſignarit? Cur non ſit abſurdum piis cohabitare facinoroſos? De duabus in Deo virtutibus, miſericordia & juſtitia, atque earum miniſtris; deque eo quod malitia egreſſus ſemper virtutis operetur ingreſſum, & contra; ut Evangelicis exemplis comprobatur.

13. IDeo ergo primogenitos & redemtores ceterorum levitas Moyſes appellavit; quod maturioris & utilis ſententiæ viri altero ſenectutem quamdam animæ præferant, altero redemtionem conſerant. Unde & civitates levitarum in veteri Teſtamento redemtrices ſignificavit Moyſes; quia is qui confugit ad eam animam, in qua habitat Dei Verbum, quæ urbis modo munita atque vallata ſit, perpetuam libertatem acquirit ſibi. Sicut enim in civitatibus levitarum erat pœnarum remiſſio; ut ſi quis ad eas confugeret, qui non voluntariam necem hominis admiſerat, nulli eum occidere liceret intra urbes dumtaxat poſitum levitarum: ita quem peccati proprii pœnitet, quod aut imprudenter aut invitus admiſit, ſi levitarum adhæreat incolatui, & ab illis præceptoribus qui Dei mandata diſpenſant, recedendum non putet, lex ipſa ab omni eum commiſſi flagitii pœna ſupplicioque liberat.

Num. 3. 12.
Num. 35. 6.

14. Nec abſurdum putes quod facinoroſi cohabitant piis, ac maculoſi ſacratis. Opus enim habent purificari qui aliquo polluti ſunt delictorum contagio. Et quodammodo diverſo genere cauſa concurrit. Sicut enim levites mundanis voluptatibus abdicatus, exſul eſt culpæ, ita ſanguinis reus, fugitivus eſt patriæ. Sed hoc intereſt, quod iſte neceſſitate ſuos deſerit propter metum legis: miniſter autem Dei humanarum conſortiis renuntiat paſſionum, & quadam carnalis illecebræ ſe abdicat neceſſitudine propter ſtudia virtutis. Etiam illud non abhorret à vero, quod & iſte velut quaſdam in ſe manus injicit; ut interficiat voluptates ſui corporis, & quemdam ſuæ carnis operetur interitum. Interfecit nempe Moyſes Ægyptium, & fugax factus eſt de terra Ægypti, ut declinaret ejus terræ tyrannum. Sed non ante illum interfeciſſet Ægyptium hominem, niſi prius in ſe nequitiæ ſpiritalis Ægyptium interemiſſet, & abdicaſſet ſe regalium luxu honorum, majus patrimonium æſtimans theſauris Ægypti opprobrium Chriſti. Quod ſtultis quidem videtur opprobrium: nobis autem illud opprobrium Dominicæ crucis virtus Dei eſt atque ſapientia.

15. Accedit eo, quod duo quædam in Deo principalia ſunt genera virtutum, unum quo remittit, aliud quo vindicat. Remittuntur peccata * per Dei verbum, cujus levites interpres & quidam executor eſt: remittuntur etiam per

21. q. 5. cap. Remittuntur. & De pœnit. diſt. 1 cap. Verbum Dei.

*. Gratianus, De pœn. diſt. 1. c. *Verbum Dei*, & Magiſter ſent. in 4. diſt. 18. in hoc loco citando nec verba nec ſenſum Ambroſii exhibent.

officium ſacerdotis, ſacrumqne miniſterium: pu- A
niuntur quoque per homines, ſicut per judices,
qui poteſtate ad tempus utuntur, ſicut Apoſto-
Rom. 13. 4. lus docet dicens: *Vis autem non timere poteſta-*
a *tem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa;*[a] *Dei*
enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum fe-
ceris, time. Non enim ſine cauſa gladium portat; Dei
enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit.
Eſai. 13. 17. Puniuntur peccata etiam per populos, ſicut le-
gimus; quia ſæpe ab alienigenis Dei juſſu exci-
tatis propter divinæ majeſtatis offenſam ſubjec- B
23. q. 1. cap. Notis qui. tus factus eſt populus Judæorum. Nec is quidem
qui invitus aliquod fecerit homicidium, extra
Exod. 21. 13. miniſterium eſt. Siquidem lex ait de eo: *Quia*
Deus dedit eum in manus ejus. Manus ergo ejus inſ-
trumenti modo divinæ ultioni miniſterium præ-
buerunt. Levites igitur miniſter remiſſionis eſt:
percuſſor autem qui tamen non ex diſpoſitione,
ſed præter voluntatem fecerit homicidium, di-
vinæ miniſter eſt ultionis.

16. Illud quoque ſpecta, quia cùm interficitur C
impius, Chriſtus infunditur. Et ubi abominatio
b aboletur, ſanctificatio[b] congregatur; quia Do-
Num. 3. 13. minus dixit: *In ea die qua interfeci omne primoge-*
nitum Ægypti, ſanctificavi mihi omne primogenitum
Iſrael. Quod non ad unum diem afflictionis Ægy-
32. q. 1. cap. Cùm renuntiatur. pti referes, ſed ad omne tempus. Cùm enim re-
nuntiatur improbitati, ſtatim adſciſcitur virtus.
Egreſſus enim malitiæ virtutis operatur ingreſ-
ſum: eodemque ſtudio quo crimen excluditur,
Johan. 13. 2. innocentia copulatur. Habes hoc in Evangelio; D
quia ubi ſatanas immiſit ſe in cor Judæ, Chriſ-
tus receſſit ab eo, momentoque eo quo illum re-
Ibidem. 27. cepit, hunc amiſit. Denique ſic ſcriptum eſt: *Et*
poſt buccellam introivit in eum ſatanas. Dixit ergo
illi Jeſus. *Quod facis, fac celerius.* Quid illud? Ut
quia introierat in illum ſatanas, ipſe abiret à
Chriſto. Ejicitur itaque & excluditur, eo quod
jam cum domino Jeſu eſſe non poſſit; quia cœ-
perat eſſe cum diabolo: nulla enim communica-
tio Chriſti cum Belial. Unde ſtatim imperio ex- E
pulſus abſceſſit, ſicut legimus, dicente Evange-
Ibidem. 30. liſta: *Qui cùm accepiſſet buccellam, exivit continuo;*
erat enim nox. Non ſolum exivit, ſed continuo,
& nocte exivit. Nec mirum ſi noctis tenebras ha-
bebat, qui Chriſtum deſerebat. Verum ſicut ipſe
receptus à diabolo, excluſus à Chriſto eſt: ita
Zachæus renuntians avaritiæ, Chriſtum recepit.
Meritoque videns ſtudium ejus, quod in arborem
adſcendiſſet, ut tranſeuntem Jeſum videret, dicit
Luc. 19. 5. & 6. Dominus: *Zachæe feſtinans deſcende, quia hodie in* F
domo tua manere me oportet. Et deſcendit feſtinans, &
excepit illum gaudens. Sed excipiendo Chriſtum,
excluſit avaritiam, relegavit perfidiam, renuntia-
vit fraudibus. Aliter enim non ingreditur Chriſ-
tus, niſi ut vitia excludat; quia non cohabitat er-
roribus. Denique de templo ejiciebat nummula-
rios, quia ipſe volebat habitare. Unde Zachæus
hoc intelligens, quia Chriſtum vetere ſuo ſuſci-
pere affectu non poterat, ſuperiora vitia exire ſuo
juſſit hoſpitio, ut Chriſtus intraret. Merito igitur

A Phariſæis obmurmurantibus quod dominus Jeſus
ad hominem peccatorem divertiſſet manere, di-
xit ad Dominum: *Ecce dimidium bonorum meorum,* Ibidem 8.
Domine, do pauperibus; & ſi cui aliquid fraude abſtu-
li, reddo quadruplum. In quo illis reſpondit qui di-
cebant peccatorem Chriſto hoſpitium non de-
buiſſe præbere: hoc eſt, jam non ſum publica-
nus, non ſum ille Zachæus, non prædo, non
fraudator. Reddo quæ ſuſtuli, reddo qui auferre
conſueveram. Jam dono pauperibus, quos ante
B nudabam: jam mea confero, qui aliena rapie-
bam. Fugerunt crimina poſtquam Chriſtus in-
travit. Diſcuſſa eſt omnis carnalium cæcitas
paſſionum, ubi æternæ vitæ lumen infuſum eſt.

CAPUT V.

Adipes ac pinguedo ſacrificiorum & hoſtiarum quid ſignificent.

17. DIximus de primogenitis, dicamus etiam
de adipibus, de quibus ſatis docet Da-
C vid dicens: *Sicut adipe & pinguedine repleatur* Pſ. 62. 6.
anima mea. Et ſupra ait: *Et holocauſtum tuum pin-* Pſ. 19. 4.
gue fiat. Hoc docens acceptabile eſſe ſacrificium,
quod pingue, quod nitidum, & quodam pabu-
lo fidei ac devotionis, verbique cæleſtis uberio-
re alimonia ſaginatum eſt. Frequenter pingue
opus dicimus quod ſpiſſum & operoſum intelligi
velimus: & opima hoſtia prædicatur, quæ non
ſit tenuis, non ſit exilis. Unde & ſacrificium pin-
gue recte nuncupamus, quod opimum cupimus
D declarare. Sed etiam illud documento, eſt quod
pingues vaccæ prophetica interpretatione annis Gen. 41. 26.
fertilibus comparatæ ſunt.

CAPUT VI.

Quid ſibi velit quod Dominus ait: Si recte offeras, non recte autem dividas, peccaſti, quieſce; *& de quatuor generibus quibus ſacrificia commendabantur, quorum ſi quid deſit, ſacrificium non probatur, cum pulcherrima iſtorum morali interpretatione.*

E
18. NUnc conſideremus quid ſit quod ait
Dominus: *Si recte offeras, non autem*
recte dividas, peccaſti, quieſce. Quod indicium eſt
Deum non muneribus oblatis placari, ſed offe-
rentis affectu. Denique condemnati oblator mu-
neris Cain, quia pro conſcientia inſinceræ obla-
tionis intellexit Deo ſacrificium ſuum non pro-
batum, & triſtis eſt factus. Quando enim mens
ſibi recti eſt conſcia, gratulatur; & infuſione qua-
F dam ſpiritali repletur animus gaudio, cùm alicu-
jus vel ſtudia, vel opera à Deo probantur. Triſ-
titia igitur Cain conſcientiæ teſtimonium, repul-
ſæ indicium eſt. Et quamvis obtulit munus; ta-
men quia non recte & jure diviſit, culpam incidit.
19. Quatuor enim genera ſunt quibus ſacrifi-
cia commendabantur. Si aut nova novorum eſ-
ſent, aut frixa, aut diviſa, * aut continua. Nova *
novorum primo tempore anni, quæ c ſpecie in c
primogenitis fructibus æſtimabantur: nunc au-
tem revelatum eſt eos ſignificari, qui per bap-

a. Codex Vat unus, *Dei enim miniſter eſt vindex in iram, tibi in bonum.* Edit. Era. & Gill. *Dei enim miniſtra eſt tibi in bonum.*

b. Mſſ. duo: *conſecratur.* Edit. Rom. *cumulatur.* Vet. cum tribus aliis mſſ. *congregatur.* Et poſt tria verba ubi Rom. edit. cum duobus mſſ. *die qua interfeci* &c. ibi vet. edit. cum tribus aliis codicibus, *die in qua interfecero .... ſanctificabo mihi* &c, ſic etiam Gratian. loco citato. Sed hæc lectio cum ſacro textu minus conſentit; legi-tur enim de [illegible] &c.

*. Apud Philonem a quo hæc deſumſit Ambroſius, legitur [illegible], id eſt, *& tandem comminuta.* Sed in interpretatione allegorica non differunt.

c. Sic tres mſſ. & edit. ant. Mſ. Laud. *qua ſpecie* Lectio forte non contemnenda. Rom. edit. *qua ſpecies.*

Rom. 12. 1. tiſmatis ſacramenta renovantur. Hoc eſt enim A vere ſacrificium primitivum, quando unuſquiſque ſe offert boſtiam, & à ſe incipit, ut poſtea munus ſuum poſſit offerre. Nova igitur fides renovatotum, valida, pubeſcens, incrementum virtutis acquirens, non remiſſa, non feſſa, non ſeoio quodam marcida, & vigore ignava, apta ſacrificio eſt, qnæ pullulet quodam virenti germine ſapientiæ, & juvenili divinæ cognitionis fervore pubeſcat; habeat tamen ſuccum doctrinæ veteris. Sicut enim novi, ita & veteris Teſ- B tamenti debet doctrina concurrere, quia ſcriptum eſt: Levit. 26. 10. *Manducate vetera veterum, & vetera à facie novorum auferte*. Cibus nobis ſit cognitio patriarcharum, epuletur animus in prophetarum oraculis: tali ſagina mens paſcatur interior. Sed jam non ſpecies agni ſit, at veritas corporis Chriſti. Non umbra legis perſtringat oculos: ſed aperte Dominicæ gratia paſſionis, & ſplendor reſurrectionis aciem mentis illuminet.

20. Si autem offeres ſacrificium de primitivis C ovibus, frixum in igne, frixum pingue, offeres Levit. 7. 2. ſacrificium primitivorum, ſicut ſcriptum eſt: quod ſignificat fidem tuam velut igni probatam eſſe debere, & ſancto fervere ſpiritu. Denique coxit lentem Jacob, & fratri primatus benedictionis eripuit, quos utique ſolida conſequeretur fides. Hic ergo robuſtus & vividus augebatur: ille autem qui cibum ſuum coquere neſciebat, fatigatus atque deficiens defluebat. Uratur igitur verbo Domini ſicut igne virtus D animæ tuæ. Vide uſtum Joſeph, ſicut ſcriptum Pſ. 104. 19. eſt: *Eloquium Domini uſſit eum*. Torreatur fides tua ſicut ſpicæ meſſium. Tunc enim maturitatem fructuum præferunt, cùm eas primo ſolis proceſſu tempora æſtiva torruerint. Sermo igitur plurimus Scripturarum animam confirmat, & quodam ſpiritalis gratiæ colorat vapore; rationabilia quoque inventa corroborat, diſſolvitque omnem vim irrationabilium paſſionum. Ideoque Eſau laxatis virtutis ſuæ nexibus diſſolutus eſt. E Illi autem qui ſuccincti lumbos non crudum, neque coctum in aqua, ſed aſſatum in igni caput Exod. 12. 9. agni edere jubebantur, ſicut habes in Exodo, forti ac fideli animo, pedeſtri itinere maria tranſfretarunt. In Evangelio quoque aſſos piſces dominus Jeſus manducabat, ſicut ſcriptum eſt, Luc. 24. 43. in quo plenitudo ſancti Spiritus redundabat. Et fortaſſe ideo deficiebat Eſau, quia coctum in aqua deſiderabat cibum, quem Jacob quaſi inhabilem ſibi donavit infirmo.

21. Oblationem autem atque orationem oportet non confuſam eſſe, ſed competenti diviſione diſtinctam. [a] In omni enim re confuſione melior eſt diſtinctio; multo magis in oratione atque oblatione, quæ niſi certas diviſiones babeat, Levit. 1. 6. fit obſcurior. Ideoque boſtiæ pletumque membra lex dividi jubet, & holocauſta offerri; ut ſine admixtione & [b] operimento aliquo nudum ſacrificium ſit; eo quod nuda atque omnibus exuta involucris debeat fides noſtra fervere; ne vagis & fallacibus opinionibus induatur, ſed pura atque ſincera ſimplicitas mentis appareat. Deinde in partes dividatur congruas. Virtus enim A genus eſt, quæ dividitur in plurimas ſpecies: ſed principales quatuor ſunt, prudentia, temperantia, fortitudo, juſtitia. Redoleat igitur oratio tua prudentiam erga cognitionem Dei, & veritatem fidei: redoleat temperantiam quam etiam à conjugibus exigendam putavit Apoſtolus dicens: *Nolite fraudare invicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi*. 1. Cor. 7. 5. Et lex caſtificatos ante heſternum & nudiuſtertianum diem Exod. 19. 10. ad ſacrificium accedere jubet. Fortitudinem teneat oratio, ut nullo interpoletur metu, nulla B laſſitudine deficiat. Tunc enim debet eſſe intentio ad precandum robuſtior, cùm urgemur adverſis. Juſtitiam cuſtodiat precatio, quam ſi tenuiſſet Judas, non in peccatum facta eſſet ejus oratio. Quando enim magis ab injuſtis operibus ac pravis ſtudiis abſtinere debemus, quam tunc quando Dei juſtitiam deprecamur? Et ideo Dominus, ut cordi nobis eſſet juſtitia: *Beati*, inquit, Matt. 5 10. *qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. C Hæc enim defuit Judæ; nam ſi adfuiſſet, non tradidiſſet dominum, non prodidiſſet magiſtrum. Defuit ſacrificio etiam Cain iſtius, qui ſi tenuiſſet juſtitiam, Domino debuit primitiva munera non poſteriora deferre. Defuit itaque ei diviſio, ideoque reſponſum eſt: *Si recte offeras, non autem recte dividas, peccaſti, quieſce*. Vides quantum ſit vitii. Ubi deeſt diviſio, ibi totum ſacrificium refutatur.

D 22. Supereſt ut de continua & jugi oratione dicamus, quod immorari nos & vacare orationi oportet. Pernoctabat Dominus in oratione, non ut ſibimet prodeſſet, ſed ut nos doceret. Frequens enim oratio quamdam operatur diſciplinam orandi; quia ipſe uſus docibiles Dei facit, indocibiles negligentia. Bona igitur exercitatio. Denique corporis virtus exercitatione augetur frequenti: at inexercitata minuitur & labitur. Plurimi enim exercitii diſſuetudine etiam na- E turalem diſſolvêre virtutem. Similiter animæ fortitudo exercitationis aſſiduitate ſolidatur; ut labor ipſe diſciplinæ ſit non oneri futurus, ſed uſui. Hunc cibum menti noſtræ deferamus, qui multa adtritus meditatione ac politus, cor hominis ſicut illud cæleſte manna confirmet. Quod non otioſe tritum ac politum accipimus; eo quod cæleſtium ſcripturarum alloquia diu terere ac polire debemus, toto animo & corde verſantes; ut ſuccus ille ſpiritalis cibi in omnes ſe venas F animæ diffundat. Ergo ſi tamquam pubeſcens adoleſcat fides, quæ defectum ſeneſcentis devotionis ableget, & ſpiritu ferveat, & congrua diſtinctione teneatur menſura legitimæ diviſionis, & aſſiduitas commendet gratiam; tunc fit illud pingue, & tamquam adipale precationis genus, de quo dicit Propheta: *Impinguaſti in oleo caput meum*. Pſ. 22. 5. Sicut enim agni multo lacte pingueſcunt, & ſicut oves bene paſtæ adipe nitent: ita apoſtolico ſucco paſta fidelium pingueſcit oratio.

23. Horum ſi deſit aliquid quæ ſuperius diximus, ſacrificium non probatur. Ideoque dictum eſt ad Cain: *Si recte offeras, non autem recte*

a. Mſſ duo Vat. Div. & Laud. cum antiq. edit. *In omni enim confuſione melior eſt diſtinctio*.

b. Vet. edit. cum quatuor mſſ. *operimento aqua*, è quibus unus Vat. *mundum ſacrificium ſit*.

dividas, peccaſti. Namque mundus ipſe diſtinctè A legitur factus, cùm eſſet ante incompoſita pars Gen. 1. 2. ejus; quia *Terra erat inviſibilis, & incompoſita.* Nempe lux primum facta eſt, & vocavit Deus lucem, & ſeparavit Deus inter lucem, & tenebras, & vocatæ ſunt tenebræ nox. Et per ordinem ſingula quod facta ſint legimus, cælum, terra, ligna fructifera, animalia diverſa. Diſtributa autem ſunt leviora ſuperioribus, ut aer & ignis; graviora inferioribus, hoc eſt, terra & aqua. Utique ſimul omnia fieri jubere potuit Deus: ſed B diſtinctionem ſervare maluit, quam nos in omnibus imitaremur negotiis, & maxime in viciſſitudinibus gratiarum, in quibus non ſatis eſt reddere quod acceperis, ſed commendare quod reddas. Nam ſi quis debitum ſolvat, & in referendo injuriam faciat creditori, intolerabilius eſt utique, quam non reddidiſſe quod debebat. Non ergo quantitas ſolutionis, ſed animus reddentis, & qualitas conſideratur, & affectus. Rectè igitur Cain obtulit; quia oblatio inſigne devotio- C nis, & indicium gratiarum eſt: ſed non rectè diviſit; quia ante omnia Deo debuit deferre primitias, ut à gratia incboaret auctoris. Etenim diviſionis hic ordo eſt, ut prima ſecundis, non primis ſecunda præcurrant; & cæleſtia terrenis, non terrena cæleſtibus præferantur.

CAPUT VII.

Deum qui in Adamo docuit non peccandum, in Caino docuiſſe non deffendendum peccatum. Et ibi quam D *proclive ſit ab impietate in alia ſcelera præcipitari.*

24. SEd quia Cain confudit hunc ordinem, Gen. 4. 7. dicitur ei: *Peccaſti, quieſce.* Omnia docet Deus. Primum ne pecces, ut in Adam monuit: ſecundò ſi peccaveris quieſcas, ut in Cain doceris. Erubeſcere enim debemus, & condemnare peccatum, non defendere; quoniam pudore culpa minuitur, defenſione cumulatur. Et ſilendo corrigimur, contentione prolabimur. E Sit ſaltem verecundia, ubi non eſt abſolutio. Inde Prov. 18. 17. illud: *Juſtus in exordio ſermonis accuſator eſt ſui.* Et iterum ab ipſo Domino alibi dictum legimus: Eſai. 43. 26. *Dic iniquitates tuas, ut juſtificeris.* Quanta pudoris gratia, ut juſtitiam teneat verecundia, quam culpæ reatus abſtulerit! Ideo autem ait: *Quieſce,* quoniam non habes quod excuſes. Culpæ ipſius ad te converſio eſt. Non enim frater ei [a] addicitur, ſed error adſcribitur, cujus ipſe ſibi auc- Gen. 4. 7. tor eſt. In te, inquit, revertitur crimen, quod F à te cœpit. Non habes in quo neceſſitatem magis, quam mentem tuam arguas. In te retor- ibid. quetur improbitas tua, *tu princeps es illius.*

25. Bene ait: *Tu princeps es illius.* Etenim impietas mater quædam eſt delictorum; & qui graviora peccaverit, in cetera facile prolabitur. Quomodo enim poteſt ab humanis temperare qui divina violavit, & hominibus bonus eſſe qui Deum læſit? Atrociorem igitur ſcelerum reatum vitia reliqua ſequuntur; quoniam quo flagitioſa propenderint, eo inclinant cetera. Tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis. Non te invitum, A non imprudentem error adtraxit: ſed voluntarius reus judicio, non lapſu feciſti dolum, quo divinæ injuriæ reum ipſe convincis.

CAPUT VIII.

Cain admonitione ſpreta inſolentiam & crimen auget. Ejuſdem verbis, Eamus in campum, *ſignificari oſtenditur pravis actionibus deſerta loca & ſterilia convenire.*

26. ADmonitus igitur ut quieſceret, auget B inſolentiam, acerbat flagitium. Quid igitur ſibi vult quod ait: *Eamus in campum*; niſi ibid. quia locus nudus gignentium eligitur parricidio? Ubi enim frater habebat occidi, niſi ubi fructus deeſſet? Tamquam præſagiens natura tanti ſceleris loco germina denegaverat; quia non conveniebat, ut idem ſolum & contagia parricidalis ſanguinis reciperet præter naturam, & fructus ſecundum naturam germinaret. Meritò ipſe dicit: *Eamus in campum.* Non dicit: Eamus in pa- C radiſum, ubi poma florent, non in aliquem cultum & fructiferum locum. Ipſi parricidæ indicant fructum ſe ſceleris habere non poſſe, nec penes eos fructum manere, qui tantæ impietati præbuerint officium. Nam ipſam refugiunt elementorum benignitatem, ut iſte Cain qui videtur veritus, ne largior boni terra proventus triſte facinus impediret, & liberalitatis aſſuetudine genitalis, quæ facit ſibi fetus & fructus varios germinaſcere, in hoc quoque criminis apparatu vel D muta ſpecie ſui fraternum revocaret affectum. Latro diem refugit quaſi criminis teſtem, lucem adulter erubeſcit quaſi adulterii conſciam, parricida terrarum fœcunditatem fugit. Quomodo enim poterat communis partus videre conſortia, qui conſortem ſui ſanguinis trucidabat? Joſeph in lacum mittitur ſiccum, Ammon intra domum occiditur. Juſtum igitur natura eſt impertita judicium, ea loca in quibus erat futurum parricidium, muneris ſui dote privando: ut ex innocentis ſoli E quadam damnatione oſtenderet [b] quanta eſſent futura ſupplicia noxiorum. Propter ſcelus igitur b hominum & ipſa elementa damnantur. Denique David montibus, in quibus Jonathas cum patre interemtus eſt, perpetuæ pœnam ſterilitatis optavit dicens: *Montes qui eſtis in Gelboe, neque ros,* 2. Reg. 1. 21. *neque pluvia cadat ſuper vos, montes mortis.*

CAPUT IX.

Deum interrogaſſe Cainum, non ut diſceret, ſed ut eum ad confitendum induceret. Hujus reſponſio in F *Deum ac naturam impia; eique oppoſita Dei reſponſio germanitatis pietatem egregie docere oſtenditur. A Deo juſtos audiri etiam mortuos, quod nimirum ei vivant, & peccatores mortuos ſint. Hos malis præſentibus ac futuris cruciari, magis tamen ſollicitari præſentibus.*

27. NUnc conſideremus qua ratione interrogavit Deus Cain ubi eſſet frater ſuus, quaſi neſciret occiſum. Sed quod ad ſcientiam Dei ſpectat, negantem arguit, & inficianti quaſi ſciens reſpondit: *Vox ſanguinis fratris tui ad me* Gen. 4. 10. *clamat:* quod autem ad rationem profundam at-

a. Antiq. edit. *adjicitur.* Rom. & mſſ. *addicitur*

b Edit. vet. *oſtenderet futura ſupplicia noxiora.* Rom. *oſtenderet quanto forent noxiora futura ſupplicia.* Mſſ. quatuor: *oſtenderet quanta eſſent futura ſupplicia noxiora.* Legendum forte, *quanta eſſent &c.* Nos vero Laud. codicis lectionem, ut omnium optimam, ſumus ſecuti.

tinet, peccantes admooet ad pœnitentiam. Con- A
feſſio enim pœnarum compendium eſt. Inde in
judicis ſæcularibus impoſiti equuleo torquentur
negantes, & quædam tangit judicem miſeratio
confitentis. Eſt quædam in peccatis verecundia,
a & pœnitentiæ portio crimen fateri, [a] nec deri-
vare culpam, ſed recognoſcere. Mitigat judi-
cem pudor reorum, excitat autem pertinacia de-
negantium. Vult te provocare ad pœnitentiam
Deus, vult de ſe ſperari indulgentiam, vult de-
monſtrare tua confeſſiooe quod non ſit auctor B
malitiæ. Nam qui peccatum ſuum ad quam-
dam referunt, ut gentiles adſerunt, decreti aut
operis ſui neceſſitatem, divina arguere videntur,
quaſi ipſorum vis cauſa peccati ſit. Qui enim
neceſſitate aliqua coactus occiderit, quaſi iovi-
tus occidit. Ea vero quæ à nobis ſunt, excuſa-
tionem non babent: quæ autem præter nos
ſunt, excuſabilia ſunt. Sed quanto gravius pec-
cato ipſo ad Deum referre quod feceris, & rea-
tus tui invidiam transfuodere in auctorem noo C
criminis, ſed innocentiæ.

28. Perpende autem parricidæ reſponſionem:
Gen. 4. 9. *Neſcio*, inquit, *numquid cuſtos fratris mei ego ſum?*
Etſi contumaciam prodat hic ſermo, ſona ta-
men quia ſi bonum fratrem conſideraſſet, cuſtos
debuit eſſe pietatis. Quem enim magis, quam
fratrem ſervare debuerat? Sed quomodo ger-
manitatis ſervaret officium, qui neceſſitudinis
non agnoviſſet affectum? Aut quomodo fieri
poſſet, ut naturæ obedientiam deferret, qui Deo D
reverentiam noo exhiberet? Negat primom
quaſi apud igoorantem: recuſat fraternæ mu-
nus cuſtodiæ, quaſi exſors naturæ: declinat
judicem, quaſi liber arbitrii. Quid miraris ſi pie-
tatem non agnovit, qui non agnovit auctorem?
Et ideo doceris bac ſerie Scripturarum fidem
eſſe radicem virtutum omnium. Uode & Apoſto-
1. Cor. 3. 11. lus ait: *Quia fundamentum noſtrum Chriſtus eſt*;
& quidquid ſupra hoc fundamentum ædifica-
veris, hoc ſolum ad operis tui fructum, & ad E
virtutis proficere mercedem.

29. Coogrue igitur reſpondit Dominus tam
Gen. 4. 10. imprudenter neganti, dicens: *Vox ſanguinis fra-*
tris tui ad me clamat, boc eſt, cur neſcis ubi eſt
frater tuus? Soli eratis cum duobus parentibus,
inter paucos frater te latere non debuit. An quia
parentes tui accuſatores eſſe non poſſunt? Nolo
enim ut ea neceſſitudo quæ eſt auctor ſalutis,
fiat auctor periculi. In te ſolo leges ſuas natura
amiſerit. Ideo ergo putas crimen latere, quia F
parentes accuſare non debent? Sed eo major eſt
condemnatio tua. Nam ſi cara neceſſitudinis no-
mina accuſare non debeot, multo magis oon
debent occidere. Sed ſi me teſtem abnuis, & re-
fugis arbitrum, vox ſanguinis fratris tui teſtis
eſt, quæ ad me clamat. Illa te majore auctori-
tate arguit, quam ſi frater viveret. Soli eraris,
quis eum potuit alter occidere? Si accuſas pa-
rentes, parricidam probas. Potuit fratrem oc-
cidere, qui noo parcit parentibus. Potuit par-
ricida eſſe, qui de parricidis ſe ortum probare
deſiderat.

30. Et bene ait: *Vox ſanguinis fratris tui cla-*
mat, non frater clamat. Hoc [b] innocentia & b
gratia germanitatis etiam in ipſa morte ſervat.
Noo accuſat frater Abel, ne videatur parricida.
Non accuſat vox ipſius, non anima ejus, ſed vox
ſanguiois accuſat, quem ipſe fudiſti. Tuum te
ergo facinus, noo frater accuſat. Simul [c] que- c
rela crimioſo adimitur. Non poteſt de alieno
teſtimonio queri, qui crimen proprio facinore
confitetur. Minor eſt ſermo, quam factum. Eſt
tamen etiam terra teſtis, quæ cepit ſanguinem.
Et bene ait: *Vox ſanguinis fratris tui de terra cla-*
mat: non dixit, de fratris clamat corpore, ſed
de terra clamat. Et ſi frater parcit, terra non par-
cit. Si frater tacet, terra condemnat. Ipſa eſt
in te & teſtis & judex: teſtis acrior, quæ adhuc
parricidii tui ſanguine madet: judex aſperior,
quæ tanto ſcelere coinquinata eſt, ut aperiret
os ſuum, & exciperet ſanguinem fratris tui de
manu tua. Et illa quidem aperuit os ſuum, quaſi
exceptura de fratribus verba pietatis, nihil ti-
mens cùm fratres videret, quæ ſciret jus germa-
nitatis amoris incentivum eſſe, non odii. Nam
quomodo poterat parricidium ſuſpectare, quæ
adhuc non viderat homicidium? Sed tu effudiſti
ſanguinem, cujus dolens ipſa contagium: [d] *Non au-* d
gebit, inquit, *virtutem ſuam dare tibi*. Quam in-
nocens ultio, ut quæ tam graviter violata fuerit,
ſatis babens non prodeſſe, oon quærat nocere.

31. Noo mediocre etiam dogma quod ait: *Vox*
ſanguinis fratris tui ad me clamat; quia Deus juſ-
tos ſuos audit etiam mortuos, quoniam Deo vi-
vunt. Et merito pro viventibus babentur; quia
etiamſi corporis guſtaverint mortem, vitam ta-
men incorpoream capiunt, & illuminantur ſuo-
rum ſplendore meritorum, luce quoque fruun-
tur æterna. Juſtorum ergo audit ſanguinem: aver-
tit ſe autem à precibus impiorum; quoniam etiam
ſi videantur vivere, miſeriores tamen ſunt om-
nibus mortuis, carnem ſuam ſicut tumulum cir-
cumferentes, cui infelicem infoderunt animam
ſuam. Quid enim aliud eſt quam ſepulta, quæ
intra humum volvitur, & terrenæ avaritiæ cupi-
ditatibus, ceteriſque vitiis includitur, ut gratiæ
cæleſtis auram ſpirare non poſſit? Hujuſmodi
peccator à terra maledictus eſt, quæ eſt infima
& poſtrema pars mundi. Superius utique cælum,
& quæ in cælo ſunt, ſol, luna, & ſtellæ, Throni,
Dominationes, Principatus, & Poteſtates, Che-
rubim & Seraphim. Non eſt ergo dubium quod
eum & ſuperiora damnaverint, quem inferiora
damnarunt. Nam quomodo abſolvitur purâ il-
lic cæleſtique ſententiâ quem nec terræ potue-
runt abſolvere? Et ideo gemens & tremens ju-
betur eſſe ſuper terram.

32. Evidens generaliſque ratio, quia omni im-
probo mala adſunt, & adfutura ſunt. Quæ ad-
ſunt, triſtitiam operantur; quæ futura, formi-
dinem. Sed improbum plus præſentia, quam fu-

a Mſ. Laud. *nec dejurare culpam*. Melius alii & edit. *derivare*. Fit autem culpam derivare, eam à ſe in alium transferre.

b Ita edit. tum priſcæ, tum recentiores. Contra vero mſſ. omnes, *hoc eſt, innocentiam & gratiam germanitatis etiam in ipſa morte ſervat*. Difficile fit, utra lectio melior, pronuntiare.

c Edit. omnes ac mſſ. Flor. & Vat. unus, *querela criminoſa*: Vat. alter, Div. ac Laud. *querela criminoſo*.

d. Codices Vat. unus, Div. ac Flor. *non audebat, inquit, virtutem &c.* Tamen apud LXX conſtanter legere eſt: οὐ προσθήσει τὴν ἰσχὺν αὐτῆς δοῦναί σοι. Pro quo habetur in Vulg. *Non dabit tibi fructus ſuos*.

tura ſollicitant. Unde & Cain dixit ad Deum : A *Major cauſa mea eſt, quàm ut dimittatur mihi. Si dereliinques me hodie, à facie tua abſcondam me.* Nihil enim gravius quam errantem à Deo deſeri, ut ſe revocare non poſſit. Mors peccatoris finem peccandi adfert: vita autem divino gubernaculo deſtitura præcipitatur, & in graviora prolabitur; ut ſi gregem paſtor relinquat, incurſent beſtiæ: ita cùm Deus deſerit hominem, ingruit diabolus. Grave eſt præſertim inſipientibus non habere rectorem. Serpit malitia, vulnus augetur, ubi B medicina defuerit. Abſcondit ſe autem qui velare vult culpam, & tegere peccatum. Qui enim male agit odit lucem, & tenebras & ſuorum quærit latibula delictorum. Juſtus autem non abſcondere ſe à domino Deo ſuo, ſed ipſe magis ſe offerre conſuevit dicens: Ecce ſum ego qui non habeo criminoſam conſcientiam, quam timeam deprehendi.

33. Merito ergo ſe abſcondit male conſcius, & ait: *Omnis qui invenerit me, occidet me.* Anguſtæ C mentis homo præſentem mortem veretur, perpetuam negligit, & divinum judicium non reformidat, interitum ſolum corporis deprecatur. Sed à quo timebat occidi, qui ſolos parentes habebat in terris? Potuit quidem & incurſus beſtiarum timere, qui legis divinæ jura violaverat; nec præſumere de ſubjectis animalibus ceteris, qui hominem docuerat occidi. Potuit & parentes parricidas timere, qui docuerat parricidium poſſe committi. Potuerunt enim & parentes de D filio diſcere, quod didicerunt poſteri de parente.

CAPUT X.

Dei comminatio, Si quis occiderit Cain &c, *moraliter explicatur: in ſigno poſito ſuper eodem divina clementia declaratur, ſicut & in eo Caini dementia, quod mortem temporalem plus timuerit, quàm æternam. Hinc pulcre diſſeritur de incorruptibilitate animæ, ac futura vita. Tandem judicium non præpropere ferendum, nec rurſus inultum crimen ſinendum eſſe oſtenditur.*

34. NUnc conſideremus qua cauſa dixerit Deus: *Omnis qui occiderit Cain ſepties vindictam exſolvet*; & qua ratione ſignum ſuper eum ponitur, ne occidatur parricida, cùm proſpectum non fuerit, ne innocens occideretur. Octavus eſt homo, habet rationabile quo præſtet ceteris, habet & quinque corporis ſenſus, habet etiam vocem, habet & generandi gratiam. Hæc ſeptem niſi illo rationabili regantur, ſubjecta morti ſunt; & ideo ſtultus in his habet omne periculum ſui. Qui ergo rationabile illud amiſerit, fruſtra de iſtorum ſibi uſu ſeptem carnalium munerum blanditur. Diſſolvuntur hæc omnia, niſi habenis quibuſdam rationis adſtricta ſint. Mors itaque rationis, mortem operatur irrationabilium paſſionum. Sed illud melius quod ſeptimus numerus quietis & remiſſionis eſt. Ergo qui alii non pepercit peccatori, & munus ei remiſſionis peccatorum inviderit, ipſe ſibi ſpem remiſſionis eripiet, & erit in eo pari menſurâ vindicta de gratia.

Gen. 4. 15.

35. Quod autem ſignum poſuit ſuper Cain, ne quis eum occideret, reflectere voluit errantem, & beneficio ſuo invitare ad correctionem. Ipſis enim nos facilius committere ſolemus, quorum habemus gratiam. Nec tamen magna concedit: ſed in eo ipſo imprudentiam inſipientis ulciſcitur, qui cùm eſſet perpetuis ſuppliciis obnoxius, non remitti ſibi pœnam popoſcit, ſed vitam corporis hujus [a] obſecrandam putavit, in qua plus ærumnæ eſt, quam voluptatis. Mors enim una eſt in ſeceſſione animæ & corporis, & in fine iſtius vitæ, quæ ſimul ut venit, omnes corporis dolores auferre, non augere conſuevit. Metus vero qui hanc vitam viventibus frequenter ingruunt, mœſtitiæ, dolores, gemitus, diverſique cruciatus, gravitatum, & ægritudinum vulnera plurimas etiam mortes generi humano inferunt, ut iſta mors remedium eſſe videatur, non pœna. Non enim peremtoria eſt, per quam non adimitur vita, ſed ad meliora transfertur. Nam ſi nocentes moriuntur, qui gradum à peccatis revocare noluerint; vel inviti tamen finem non naturæ, ſed culpæ adipiſcuntur, ne plura delinquant, quibus vita fœnus eſt delictorum. Si autem bonæ ſpei compotes ſunt, migrare magis quam deficere credendi ſunt.

36. Inſeritur hoc loco dogma de incorruptione animæ, quod ipſa vera & beata vita ſit, quam unuſquiſque bene conſcius vivit multo purius ac beatius, cùm hujus carnis anima noſtra depoſuerit involucrum, & quodam carcere iſto fuerit abſoluta corporeo; in illum ſuperiorem revolans locum, unde noſtris infuſa viſceribus compaſſione corporis hujus ingemuit, donec commiſſi gubernaculi munus impleret; ut carnis hujus irrationabiles motus rationabili ductu regeret & coerceret. Inde eſt quod poſtea prophetæ in captivitatem cum populo Judæorum tranſierunt; ne reliqua plebs ſanctorum deſtituta præſidio, conſilioque viduata graviorem ſubiret ærumnam: ſed magis frequentibus commonita oraculis prophetarum, ad dominum Deum ſuum E pio rediret affectu; ne adverſis captivitatis adtrita prorueret in perfidiæ peccatum, ſalutiſque perpetuæ remedium deſperaret.

37. Redarguuntur itaque hoc in loco qui unicam hanc vitam putent eſſe, quæ ſit in hoc ſæculo (omnia plena lapſus, plena mœroris ſunt) & redarguuntur ſimplici ſerie geſtorum. Ecce enim juſtus, innocens, pius, propter gratiam devotionis odia fratris incurrens, immaturus adhuc ævi ſublatus eſt parricidio; & iniquus, ſceF leratus, impius, etiam fraterna cæde pollutus longævam duxit ætatem, duxit uxorem, poſteritatem reliquit, urbes condidit, & hoc meruit permiſſione divina. Nonne in his aperte vox Dei clamat? Erratis, qui putatis hîc eſſe omnem vivendi gratiam: non intelligitis, non advertitis ſenectutem hanc miſeriarum eſſe veteranam, proceſſionemque ætatis ærumnarum ſtipendia, & ſcylleo quodam uſu circumſonari nos quotidianis naufragiis, tundi fluctibus, in ſcopuloſis habitaculis degere, & in his delectari, ſicut illud non tam æternum animal, quam immortale malum? Ergo & iſti Cain longævitas indulta, vindicta eſt; eo quod vixit in metu, & prolixum ſpatium multo cucurrit & infructuoſo

a. Ita mſſ omnes. Vet. autem edit. *obſervandam putavit.* Sola Rom. edit. *ſervandam putavit.*

labore, qua pœna nihil gravius quam ut quis A ipſe ſibi majorum cauſa pœnarum ſit. Vide igitur quam perpetua vita juſtorum, & nulla ſit improborum: Juſti ſanguis clamat & mortui, vita autem peccatoris abſconditur.

38. Tertium eſt, quoniam cùm parricidium eſſet admiſſum, hoc eſt, ſcelerum principatus, ubi peccatum obrepſit, ſtatim & lex divinæ manſuetudinis prorogari debuit; ne ſi continuo vindicatum eſſet in reum, homines quoque [a] in vindicando nullam patientiam moderationemque B ſervarent, ſed ſtatim reus ſupplicio darent. Divinæ autem ſententiæ providentia hujuſmodi eſt, ut magnanimitatem & patientiam doceret judices; ne quis præpropere raperetur ſtudio vindictæ, & ipſa deliberationis immaturitate puniret innoxium, aut pœnam [b] acerbaret irati: nec tamen penitus inultum eſſe pateretur in eo qui nullam pœnitentiam ſceleris induiſſet. Re-

A pulit enim eum à facie ſua, & à parentibus abdicatum ſeparatæ habitationis quodam relegavit exſilio; eo quod ab humana manſuetudine tranſiſſet ad ſævitiam beſtiarum. Verumtamen non homicidio voluit homicidam vindicari, qui mavult peccatoris correƈtionem, quàm mortem. Unde in Lamech ſeptuagies ſepties vindicatur; quia gravior culpa ejus eſt, qui nec poſt damnationem ſe correxit alterius. Cain impetu quodam improvido ante peccaverat: Lamech un-B que quod in altero repreheoſum adverterat, cavere debuerat. Suo quippe judici ſententia debebatur, ne quis paſſim reum eſſe feriendum putaret. Et ut ad myſterium venias, noo debuit interimere eum, qui uſque ad naturalem terminum mortis ſuæ agendæ habebat ſpatium pœnitentiæ. Excuſare poſſet quod ſe redemiſſet vel ſera aƈtione pœnitentiæ, niſi eum præmatura pœna rapuiſſet.

a. Mſ unus Vat. cum vet. edit. *in judicando*. Alii & edit. Rom. *in vindicando*.

b Ita edit omnes magno conſenſu. At mſſ. duo, *acerbaret ingrati*: Alii tres *acervaret irati* quid ſi cum Latinio legas, *errati*? Rurſus hoc ipſo loco edit. Am. atque Era cum mſſ. Flor. Div. & Laud. *nec tamen penitus indultum eſſe* Gill. ac Rom cum Vat. *inultum eſſe*.

IN

IN LIBRUM DE NOE ET ARCA
ADMONITIO.

E*tſi dubitari non poſſit quin liber* de Noe & Arca, *vel potius, uti citatur ab Auguſtino, & in codice Corbeienſi nuncupatur,* de Arca Noe, *Ambroſio ſit adſcribendus; affirmari tamen nequaquam poteſt eum ad noſtram ætatem integrum ac plane incorruptum perveniſſe. Lacunis ſiquidem & frequentioribus & manifeſtioribus interſcinditur, quam ut de temporis in eumdem injuria queri, vel incredibilem ſcriptorum oſcitantiam accuſare non liceat. Enim vero ut hic ejuſmodi omiſſionum, quæ ſuis quæque locis indicabuntur, omnia exempla non proferamus, evidentem ſane ac enormem* ἀκολουθίας *deprehendere eſt in illis cap. 25. verbis:* Sed ſi quis epulas fortiores ſibi exhibere non poſſit, hujuſmodi tamen habeat paſſiones quæ non noceant, ſed delectent. Ideo in principio S. Moyſes informavit nos atque inſtruxit de inſufflatione animæ, ut non laberemur opinionibus diverſis philoſophorum &c. *Quæ hic, amabo, ſenſus cohærentia & conſecutio? Sed planam fiet capat ab initio perlegenti non modo illum è Geneſi verſum:* Veruntamen carnem in ſanguine animæ non comedetis, *prætermiſſum eſſe: at ea quoque deſiderari omnia, quibus hæc eadem verba ſanctus doctor explicuerat, & unde collegerat in hunc modum:* Ideo in principio &c. *Conſtat igitur Ambroſianum hoc opus mutilum eſſe; nec proinde mirum, ſi quæ inde non ſemel laudavit Auguſtinus, illic jam amplius non reperiantur. Dolendum ſane optimos quoſque manuſcriptorum excidiſſe, ac nos non niſi in vitioſos incidiſſe ac fœde corruptos. Nihilominus tamen eorum quos nanciſci nobis contigit, ac potiſſimum Corbeienſis, Longipontini ac Vaticanorum beneficio, non paucis nec levibus nævis qui in editiones irrepſerant, abſterſis lucubrationem hanc multo emendatiorem exhibemus.*

(Cont. Jul. Pelag. l. 2 c. 2. & l. 4. cont. duas epiſt. Pel. c. 11.) *(Cap. 9. 5.)* *(Loc. citat.)*

Hoc in opere univerſim quidem Ambroſii conſilium fuit Noe ſancti vitam, mores, geſta & mentis altitudinem *deſcribere: ſed tamen præcipua ejus cura in arcæ conſtructione ac generali diluvio explicandis collocata eſt. Singulas ſacræ hujus hiſtoriæ partes diligenter expendit, indeque ſenſum cum litteralem, tum ſpiritalem ſive, ut ipſe loquitur, altiorem exprimere omni induſtria adnititur, ut non temere aliam ejus commentationem reperias, ubi majori ſtudio in utrumque illum ſenſum ſcrutandum eruendumque incubuerit. Illic etiam aliorum identidem opiniones non ſine multa eruditione in medium profert; ſi quid tamen ipſi in mentem veniat quod videatur anteponendum, illud candide ac ſine ullo ſupercilio proponit.* *(Cap. 1 n. 1)*

Quod ad Philonis ſcripta, tametſi eum de arca Noe atque diluvio ſcripſiſſe, cùm de aliis hiſtoriæ Patriarchæ ejuſdem partibus tractatus ediderit, non videatur à fide alienum; utrum tamen revera ſanctus Antiſtes aliquem hujus auctoris de hoc ipſo argumento librum, quem imitaretur, habuerit, divinare non poſſumus. Illud tantummodo licet affirmare, nonnulla quæ ex Philonianis libris de Agricultura, *& ſequentibus delibata fuerint, in hoc tractatu deprehendi.*

Exſtant ſimiliter in eo quædam quaſi veſtigia concionum; at non ſatis clara illa quidem, ut eumdem è ſermonibus ad populum habitis eſſe compoſitum pro re comperta adſeveremus: minime tamen dubium eſt pium doctorem quo tempore huic lucubrationi operam dabat, ſæpenumero in fidelium cœtu verba feciſſe. Numquam enim ille commiſiſſet, ut ſolatia ſua Eccleſia ſibi à Chriſto demandata tum deeſſent, cum maxime neceſſaria videbantur. Erant ſcilicet luctuoſiſſima ea tempora, quippe quæ ipſum coegerint ſtatim ab exordio hujus operis erumpere in hæc verba: Pudet filius ſupervivere, tædet cùm tot adverſa audiamus cariſſimorum, lucem hanc carpere: ipſarum Eccleſiarum diverſos fluctus tempeſtateſque vel præſentes ſubire, vel animo recipere, quis tam fortis, ut patienter ferat? *(Cap. 1. 13. 19.)*

Porro illa difficillimorum temporum mentio nobis quodammodo facem præfert, cujus ope hujus ſcriptionis ætatem detegamus. Non deerunt forſitan qui putent non alia tempora hoc loco intelligenda, quam ea quibus occiſo Gratiano, fugatoque Valentiniano ac Juſtina, ariana muliere, orthodoxis omnibus, ipſique imprimis Ambroſio inimiciſſima, quæ non ita pridem in Mediolanenſem Eccleſiam impotentia muliebri perbacchata fuerat, Maximus tyrannus totam invaſit Italiam. Cui opinioni & illud accedet ſubſidium, quòd cùm damna illa non niſi anno CCC LXXXVII *evenerint, nihil prohibere poterit, quin commentationem hanc alii libri* de Patriarchis *proxime ſecuti ſint. Illos quippe iiſdem à ſe fuiſſe ſubjunctos Ambroſius in priori libro de Abraham videtur innuere, ubi ſic præfatur:* Quoniam per ordinem hujus quoque Patriarchæ geſta conſiderare animum ſubiit. *Verum cùm calamitates illas ita defleat, ut ſe loqui de re magis auribus, quam oculis ſibi cognita ſignificet, illud arbitramur commodius quadrare in id temporis, quo poſteaquam Valens imperator qui Eccleſias omnes atque orthodoxos immani crudelitate vexaverat, flammis eſſet abſumtus, ingens barbarorum multitudo Thraciam univerſam atque Illyricum uſque ad Alpes Julianas igne ferroque devaſtavit. Quorum irruptionem diriſſima peſtis ac fames conſecuta pene quidquid hominum ac jumentorum barbaricos gladios vitaverat, depaſta ſunt. Huc adde illa cognationem haud exiguam habere cum iis, quibus Ambroſium noſtrum cariſſimi fratris ſui Satiri eodem ferme tempore extincti mortem proſecutum eſſe reperimus. Neque vero aliis commentationibus* de Patriarchis *ita connexum putamus huncce librum, ut eas non potuerit aliquot annorum intervallo præcurrere. Favet huic opinioni, tum quod illa non turbatis, ſed pacatis temporibus videantur in lucem edita; tum quod initio libri* de Joſeph *cùm alios Patriarchas recenſeat, Noachi quaſi de eo jam oblitus, ſe ſe ſcripſiſſe non meminerit. His itaque de cauſis nihil ſuccurrit veriſimilius, quam ut eidem operi tribuamus annum* CCC LXXIX; *ſub quod etiam tempus multa ab Ambroſio ſublimiter ſcripta Chronicorum teſtantur conditores. Nam quod libros* de Officiis *in quibus eum de quo diſputamus, laudatum conſtat, Baronius & qui ejus ſecuti ſunt auctoritatem, anno* CCC LXXVII *negant dici poſſe antiquiores, nobis quidem hac in re non ita facile cum illis conveniet. Sed alius erit hujus difficultatis examinandæ locus. Interim hic omittendum non arbitramur Ambroſium in hoc libro* de Noe & Arca *prodidiſſe, in Italia Indictionum uſum recenti memoria fuiſſe receptum.*

(Proſper Caſſiod. & ci. Oppc. l. 1 cap. 19.) *(Cap. 17.)*

SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

DE NOE ET ARCA

*LIBER UNUS.**

*. Scriptus circ. an. 379.

CAPUT I.

Noe virum juſtum, qui ad renovandum ſemen hominum relictus fuit, omnium imitationi proponendum eſſe; ut & nos ab omni iſtius mundi ſollicitudine, atque operibus iniquitatis requieſcamus.

1. NOE ſancti adorimur vitam, mores, geſta, altitudinem quoque mentis explanare, ſi poſſumus. Nam cùm ipſa [a] Prophetia B dixerit nihil difficilius quam hominis interiora comprehendere, quanto magis difficile viri juſti mentem cognoſcere? Etenim quem dominus Deus ad renovandum ſemen hominum reſervavit, ut eſſet juſtitiæ ſeminarium; dignum eſt, ut nos quoque deſcribamus eum ad imitationem omnium, & requieſcamus in eo ab omni iſtius mundi ſollicitudine, quam quotidie diverſis exagitationibus ſuſtinemus. Pudet filiis ſupervivere, tædet cùm C tot adverſa audiamus [b] cariſſimorum, lucem hanc carpere: ipſarum Eccleſiarum diverſos fluctus tempeſtateſque vel præſentes ſubire, vel animo recipere, quis tam fortis ut patienter ferat? Et ideo nobis quoque affectanda hæc requies fuit; ut dum Noe ſanctum majore intentione conſideramus, reficiamur & nos, ſicut omne genus in illo requievit ab operibus ſuis atque mœſtitia.

Hier. 17. 9.

2. Unde & Noe dicitur, quod latine dicitur D juſtus, vel requies. Denique & parentes ejus dixerunt: Quia *hic faciet nos requieſcere ab operibus, & à triſtitia, & à terra cui maledixit dominus Deus*. Quod utique ſi ad ea quæ facta ſunt referendum putes, cùm diluvium ſub eo factum ſit; non requies hominibus, ſed interitus videatur illatus; nec remiſſio malorum, ſed cumulus miſeriarum. Verum ſi juſti viri mentem conſideres, advertas juſtitiam ſolam eſſe, quæ aliis potius A nata eſt, quam ſibi; non quod ſibi utile eſt quærat, ſed quod omnibus: hæc nos requieſcere facit ab operibus iniquitatis, hæc revocat à triſtitia; quia dum ea quæ juſta ſunt gerimus, nihil timemus puræ conſcientiæ ſecuritate, non dolemus gravem dolorem. Nihil enim eſt quod majoris doloris ſit, quam culpæ reatus. Requieſcamus etiam ab omni cura terrenæ converſationis, quæ corpus noſtrum atque animam frequentibus vexat doloribus, vitamque adterit.

Gen. 5. 29.

CAPUT II.

Quid nomina filiorum Noe ſignificent; quidve ordo quo illa recenſentur? Id exemplo inſtructæ aciei, ac natura ipſius inſtituto exponitur. Denique cur in declarandis eorum generationibus invertatur ordo, fuſe declaratur.

3. HUic vero tres filii nati, Sem, Cham, Japhet. Quæ nomina ſignificant bo- C num, & malum, & indifferens; ut & naturæ gratia bonitatem habuiſſe, & malorum tentamenta ei nequaquam defuiſſe, & indifferentibus, hoc eſt, velut ſupellectili virtutum abundaſſe videatur. Qua ratione autem malum in medio poſuerit, ratio evidens eſt; quia naturæ bonum omnibus ineſt: nec quaſi naufragos in lucem projicit, ſed ſuffulſit & viribus; ut non opprimantur tentamentis malitiæ, nec tamquam invalidi ſuccumbant: ſed munit & veſtit velut quibuſdam D tegumentis indifferentibus, quæ ſunt ſalus, valetudo bona, pulcritudo, impigritia, divitiæ, gloria, generis claritudo; ut ea dote muniti tueantur bonitatem naturæ, & malum illud includant, ne poſſit nocere, & quaſi clauſum ſtrangulent.

4. Nonne cernimus velut aciem quamdam virtutum ordinatam in prælium; ut inferiores in medio ſint, dextera, lævaque velut in cornibus validiores, per quos tota acies robur accipiat? Unde & quidam poeta Græcus ait: κακοὺς δ' ἐς

Homer. Iliad Δ.

a. Cod. Vat Corb. & Longipontinus, *Philoſophia dixerit*. Nec forſan male; non enim Ambroſio moris eſt Prophetiæ nomine Scripturam citare: potuit tamen illud imitari ex ep. 2. Pet. 1. 21.

b Rom. edit. *clariſſimorum*.

μέσοις ἔλασεν, hoc eſt, malos autem in medium inſeruit. Ita ergo & natura quaſi bonus dux, imperante Deo, quæ nos ad hujus mundi prælia generare noverit; quæ bona habet, primo ordine conſtituit; quæ officiant, ſecundo; quæ adjuvent, tertio: ut tamquam in medio incluſus hoſtis, geminatis quocumque ſe contulerit, opprimatur viribus; ne [a] ſingulæ eorum velut æquatis fatigentur prælis, & evadendi de anguſtiis naturalibus, ac ſerpendi latius facultatem baberet.

5. Sed quia ubi generantur, hic ordo eſt: ubi autem generant, Japbeth primo loco ſcribitur, tertio Cham; ideo ne contraria nos poſterioribus dixiſſe quis arbitretur, etiam illius loci explananda ratio eſt. Bonum quidem quod velut in quadam naturæ nobilitate eſt, præcedit: malum autem ſequitur; ſunt enim cogitationes mentis contrariæ, quæ utique oriuntur poſtea. Hæc quamdiu velut intus clauſa ſunt, nec tamquam in herbis germinant, quodam ſinu bonæ mentis foventur, ne prodeant. Nam quamdiu in voluntate eſt malum, non in ἐνεργείᾳ, hoc eſt, in opere atque effectu, bonitas mentis gubernatoris velut aurigæ modo cohibet vel refrænat malitiam tentantem prorumpere: cùm vero efferbuerit, atque in ulcus eruperit, ne poſſit latius ſerpere, & finitima contaminare; tunc juſta ſuccedit providentia, ne illud indifferens quod vulgo ſecundum bonum dicunt, velut loco cedat, cùm jam ferventi malo non poſſit reſiſtere. Itaque ne latius fundat virus noxium, & plurimas inficiat generando corruptiones, illud primum bonum quod natura bonum eſt, dum locum mutat, ordinem mutat; ut quaſi laboranti cornui opem ferat, & eam partem aciei ſuſcipiat quæ plus laborat; virtus enim bellatoris difficilioribus locis eſt neceſſaria; ſicut etiam boni cuſtodis præſentia ibi frequentior, ubi muri fragiliores. Ac ne qua pars ſine defenſore ſit, dum illud bonum inclinatiora ſuſtentat, tunc illud indifferens locum ſuperiorem ſuſcipit, velut deputante ſibi eam partem perfectiori bono; nihil enim virtute perfectius. Indifferentia autem non babent robur validæ virtutis, ſed ejus augent & diffundunt gratiam. Unde Japheth dictus eſt, quod latitudo ſignificatur latine.

CAPUT III.

Secuturo diluvio univerſam generationem ideo abundaſſe filiorum procreatione; ut bona conceſſa divinæ benignitati, eadem revocata ac pœnas irrogatas noſtræ iniquitati imputemus.

6. NEc ſolum ſanctus Noe abundavit filiorum generatione; ſed etiam univerſa ſe effudit quam maxime eo tempore generatio. Quod non otioſum videtur. Secuturo enim diluvio non debuit æſtimari defuiſſe gratiam fœcunditatis illi generationi, quam diluvia abſorbuerunt: ut quod fuit bumani generis abundantia, divinæ deputetur gratiæ; quod diluvium ſecutum eſt, noſtris adſcribatur iniquitatibus, qui peccatis noſtris avertimus Domini miſericordiam. Sic & in poſterioribus invenies, quod ſecuturam Ægypti ſterilitatem præceſſit totidem Gen. 41. 26. & 27.
annorum fœcunditas. Principale eſt enim virtutis inchoare à beneficiis, & præſeminare gratiam. Unde & David ait: *Miſericordiam & judicium cantabo tibi, Domine.* Præcedit beneficii gratia, ſe- Pſ. 100. 1.
quitur cenſura ſobriæ diſciplinæ. Divinum eſt igitur quod bona præmittuntur, noſtrum quod mutantur.

7. Ipſe hoc declarat Deus dicens: *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus, quia carnes ſunt.* Gen. 6. 3.
Spiritus ſanctus ſpiritus ſapientiæ eſt, ſpiritus cognitionis. Habet ergo ſapientiam, babet & diſciplinam, ſicut & de Beſeleel qui ſacrum tabernaculum divino oraculo juſſus eſt facere, ait Scriptura: *Quia repletus eſt ſpiritu prudentiæ & diſciplinæ.* Hic ergo ſpiritus datur bominibus, Exod. 31. 3.
ſed non permanet. Qua autem ratione non permanet, cauſa proditur; quia caro ſunt. Carnis enim natura diſciplinæ repugnat, quia voluptati obtemperat. Denique de ſolo domino Jeſu ſcriptum eſt: *Super quem videritis Spiritum deſcendentem de cælo, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptiſat Spiritu ſancto.* In eo enim manebat, quem Johan. 1. 33.
nulla corruptelæ carnalis impedimenta revocabant, quominus incorruptæ & impermixtæ ordinem diſciplinæ teneret, cujus caro non vidit corruptionem.

CAPUT IV.

Gigantibus qui vixerunt ætate Noe, ſimiles eſſe homines cultui carnis ſuæ ſtudentes. Qui dicantur filii Dei; & quo pacto Deus dicatur iraſci aut moveri: quare etiam irrationabilibus propter hominis peccatum deletis, Noe gratiam apud Deum invenerit.

8. G*Igantes autem erant in terra in diebus illis.* Non poetarum more gigantes illos terræ filios vult videri divinæ ſcripturæ conditor: ſed ex Angelis & mulieribus generatos adſerit, quos boc appellat vocabulo, volens eorum exprimere corporis magnitudinem. Et conſideremus, ne forte gigantum ſint ſimiles homines cultui ſtudentes carnis ſuæ, animæ autem nullam curam babentes; ſicut illi qui de terra ſecundum poeticam ſabulam orti, mole corporis ſui freti, feruntur habuiſſe [b] contemtum ſuperorum. An diſpares æſtimandi ſunt qui cùm ex anima conſtent & corpore, mentis vigorem quo nihil babet anima pretioſius, averſantur, & ſe carnis bujus imitatores velut maternæ exhibent ſtoliditatis beredes? Itaque in vanum laborant, cælum votis uſurpantes ſuperbis, & terrenis operibus incubantes, qui electione inferioris, & contemtu ſuperioris conſortii, tamquam voluntarus obnoxii peccatis graviori condemnantur [c] ſeveritate. Gen. 6. 4.

9. Plerumque Angelos filios Dei vocat Scrip-

a. Edit Rom. *ſingula earum.* Melius vet. & mſſ. *eorum* Referunt enim ad, *quæ bona habet .... quæ adjuvent* Eodem loco ubi edit. *fatigentur.* Corb & Long. præferunt, *fatigaret.* Non adſpernanda lectio, ſi pro *ſingulæ*, quæ vox ubique habetur, legerent *ſingula.*

b. Ita edit. At mſſ. Corb. Vat & Long. *contemtum ſuperiorum.* Et poſt pauca edit. omnes, *mentis vigori .... priſcæ, averſantur,* recentiores, *adverſantur.* Nos vero locum reſtituimus ex mſſ.

c. Vet. edit. *ſecuritate.* Quæ quidem lectio minime abſurda eſt, cùm nulla pœna ſit gravior, quam in peccatis voluntariis ſecuritas: attamen mſſ. legunt *ſeveritate*, quod magis congruit cum Philone Lib. Ὅτι ἄτρεπτος ὁ Θεός, unde locum hunc imitatus videtur Ambroſius.

tura; quia ex nullo homine generantur [a] animæ. A Itaque viros fideles filios ſuos dicere non eſt adſpernatus Deus. Sicut ergo viri probabilis vitæ filii Dei vocantur: ita quorum carnalia ſunt opera, hos filios dicimus carnis Scripturarum auctoritate. Dicit enim Johannes Evangeliſta: Quia *quotquot dominum Ieſum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Ideo poſtea habes quia iratus Dominus eſt, quoniam B quamvis cogitaret, hoc eſt, ſciret quia homo poſitus in terræ regione, carnem portans, ſine peccato eſſe non poſſit (terra enim velut quidam tentationum locus eſt, caroque corruptelæ illecebra) tamen cùm haberent mentem rationis capacem virtutemque animæ infuſam corpori, ſine conſideratione aliqua in lapſum ruerunt, ex quo revocare ſe nollent. Neque enim Deus cogitat ſicut homines, ut aliqua ei nova ſuccedat ſententia; neque iraſcitur quaſi mutabilis: ſed ideo hæc C leguntur, ut exprimatur peccatorum noſtrorum acerbitas, quæ divinam meruerit offenſam; tamquam eo uſque increverit culpa, ut etiam Deus qui naturaliter non movetur aut ira, aut odio, aut paſſione ulla, provocatus videatur ad iracundiam.

Iob. 1. 6
Pſ. 81. 6
Iohan. 1. 12. & 13.

10. Minitatus eſt præterea quod deleret hominem: *Ab homine*, inquit, *uſque ad pecus, & à reptilibus uſque ad volatilia cæli delebo.* Quid læſerant irrationabilia? Sed quia propter homi- D nem illa facta erant, eo utique deleto propter quem facta ſunt, conſequens erat ut etiam illa delerentur; quia non erat qui his uteretur. Senſu autem altiore illud manifeſtatur, quia homo mens eſt quæ eſt rationis capax; homo enim definitur animal vivum, mortale, rationale. Principali igitur extincto, etiam ſenſus omnis extinguitur; eo quod nihil reliqui ad ſalutem ſuperſit, cùm ſalutis fundamentum virtus defecerit. Ad condemnationem autem ceterorum, & ad E expreſſionem pietatis divinæ dicitur Noe apud Deum gratiam inveniſſe. Simul oſtenditur quod hominem juſtum non obumbret aliorum offenſio, quando ipſe ad totius generis reſervatur ſeminarium, qui non generationis nobilitate, ſed juſtitiæ & perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus virtutis proſapia eſt; quia ſicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes ſunt. Etenim familiæ hominum ſplendore generis nobilitantur: animarum autem clari- F ficatur gratia ſplendore virtutis.

Gen. 6: 7.

CAPUT V.

Terram iniquitate hominum fuiſſe corruptam; item omnis hominis tempus ante Dominum eſſe duplici modo intelligi: denique pro toto homine carnem ſumi, cujus illecebris anima noſtra corrumpitur.

11. Corrupta *eſt autem terra coram Deo, & impleta eſt*, inquit, *iniquitate.* Cauſa terrenæ corruptelæ manifeſta eſt, eo quod iniquitas hominum terram corruperit. Unde & dominus Deus ait: [b] *Tempus omnis hominis venit ante me, quia repleta eſt terra iniquitatibus ſuis.* Tempus quidem omnium hominum in conſpectu Dei, & in ejus voluntate eſt. Non enim, ut vulgo aiunt, fatale decretum alligatur: ſed tamen [c] ſpecialiter hîc dictum puto; quia in Evangelio Dominus redemturus hominum genus paſſione ſui corporis, & emundaturus ſanguine ſuo, ſacramentoque baptiſmatis, ait: *Pater venit hora, clarifica Filium tuum, ut & Filius tuus clarificet te.* Ergo quia in diluvio per arcam Noe ſervatæ ſunt reliquiæ generis humani ad ſeminarium reparationis & renovationis futuræ, ideo præmiſit hîc: *Tempus omnis hominis venit; quia repleta eſt terra iniquitatibus ſuis.* Hoc in figura; in veritate autem ait: *Reliquia per dilectionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt.* Ideoque exclamat Apoſtolus dicens: *Superabundavit peccatum, ut ſuperabundaret & gratia.*

Gen. 6. 11.
Ibidem. 13.
Iohan 17. 1.
Rom. 11. 5.
Rom. 5. 20.

12. *Corrupit*, inquit, *omnis caro viam ſuam.* Carnem hîc poſuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viam ejus corruperit. Qui ſi intellexiſſet quod munus accepiſſet à Deo, non utique paſſus eſſet, ut caro obſtaret animæ virtutibus. Itaque caro cauſa fuit corrumpendæ etiam animæ, quæ [d] velut origo & locus eſt quidam voluptatis, ex qua velut à fonte prorumpunt concupiſcentiarum malarumque paſſionum flumina, lateque exundant. Quibus demergitur animæ quoddam excuſſo gubernatore remigium, cùm ipſa mens velut quibuſdam tempeſtatibus & procellis victa loco ſuo cedit. Pulcre autem ait, quia homo viam naturæ ſuæ corrupit. Nam via ſua in paradiſo erat, in illo beatitudinum tramite, in illo virtutum flore, & in illa incorruptibili gratia, quam viam terrenis inquinavit veſtigiis. Alii habent: *Viam ipſius*, hoc eſt, Dei. Hoc ſolet verbo [e] Domini declarare.

Gen. 6. 12.

CAPUT VI.

De conſtructione arcæ, in qua humani corporis figura deſcribitur; & cujus nidi ſinguli ejuſdem corporis humani partes ſignificant. Quomodo illa bitumine, ut firmiter ſibi cohæreant, ſint linienda.

13. Sed jam de ipſa Noe arca dicendum, quam ſi quis velit impenſius conſiderare, inveniet in ejus ædificatione deſcriptam hu-

a. Vocem *animæ* edit. Rom ſuſtulit, forſitan ut ſuperfluam. Sixtus autem Sen. bibl. l. 5. ann. 77. paulo aliter hunc Ambroſii locum retulit, his nempe verbis: *Plerumque filios Dei, ſeu viros fideles Scriptura Angelos vocat &c.* Sed unde hoc ſumtum quis divinet? Voluit haud dubie Vir doctiſſimus ſic oſtendere hanc non fuiſſe Ambroſii opinionem, ut ex Angelis, naturis ſcilicet ſpiritalibus, & ut cum Philone loquamur ψυχαῖς, verum ex filiis Seth, nimirum juſtis hominibus gigantes generatos eſſe crederet, quemadmodum interpretatur Auguſtinus De Civ. Dei l. 15. c. 23. Veri tamen ſimilius eſt Ambroſium Philonis ſententiam ac verba hoc loco mutuatum de Angelis malis, quos in aere verſari docet, locutum eſſe, ſicut id clarius expoſuit in Pſal. 118. Serm. 2. Verſu ult. quod quidem nec ipſemet Auguſtinus Quæſt. 3. in Gen omnino auſus eſt improbare. Quamquam ingenue fateamur Doctorem noſtrum antiquis Patribus qui hæc eadem bonis Angelis attribuunt, hic, & in fin. l. 1. de Virgin. ſubſcribere potuiſſe. Horum, ſi vacat, ſeriem longam videbis apud eumdem Sixt. loco cit. Pamel. Parad 1 Tert. & Coquæum in c. 23. l. 15. De Civ. Dei. Ceterum idem ipſe Ambroſius multis locis Angelos atque animas natura eſſe incorporea clare profitetur.

b. Edit. Rom. *tempus omnium hominum venit coram me, quia repleta eſt terra iniquitate ab eis.* Ita etiam infra, ſed utroque loco contra mſſ. & vet. edit. auctoritatem.

c Rom edit. ſola, *ſpiritaliter.*

d. Sic edit. Mſſ autem, *velut regio quædam, & locus eſt volupt.*

e. Edit. omnes, *Domini declarari.* Melius mſſ. *Domini declarare.* Subintelligendum enim, *Scriptura viam* Pendet autem hujus loci ſenſus ex eo quod legatur apud LXX τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Videſis Nobilii notas ad illum verſum; & Philonem lib. Ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.

Gen. 6. 14. mani figuram corporis. Quid eſt enim quod ait Deus: *Fac igitur tibi arcam de lignis quadratis?* Quadratum certe hoc appellamus, quod omnibus bene conſiſtat partibus, & conveniat ſibi. Itaque & Deus auctor noſtri corporis, naturæque fabricator adſtruitur, & opus ipſum perfectum eſſe iis ſermonibus ſignificatur. Quadrata autem hominis membra eſſe evidens ratio, ſi conſideres pectus hominis, conſideres ventrem pari menſura longitudinis & latitudinis, niſi cùm voluptatibus & epulis ventre diſtento menſura naturalis exceditur. Jam pedes, & manus, brachia, femora, & crura quadripartita quis non ipſo[a] viſu advertat? Sunt autem pleraque eorum, etſi non ejuſdem longitudinis, aut latitudinis, tamen quæ analogiam ita ſervent, ut in iis quoque congrua menſura ratioque concurrat: longitudo prolixior quàm latitudo ſit, latitudo quàm altitudo. Et ſicut ligni arcæ trina diſtantia eſt; ſiquidem trecentorum cubitorum longitudinem, & quinquaginta cubitorum latitudinem, & triginta cubitorum altitudinem ſervandam eſſe præſcripſit: ita & in noſtro corpore ſumma eſt, & media, & minima diſtantia. Summa ſecundum longitudinem, media ſecundum latitudinem, minima ſecundum altitudinem; totum tamen corpus adtextum ex ſingulis membris quadratum videtur. Nam & in uſu ita eſt, ut eos quadratos dicamus, quos nec enormes proceritate, & validos robuſti qualitate corporis æſtimamus.

Ibidem. 14. Quid etiam ſibi vult quod ait: *Nidos facies in arca*, nequaquam ſilendum videtur. Naturaliter enim dictum arbitror, eo quod omne corpus noſtrum adtextum eſt ſicut nidus; ut ſpiritus vitalis omnes partes viſcerum penetret, atque de principali noſtro fundat ſe per artus ſingulos. Nidi quidam ſunt oculi noſtri, quibus ſe viſus inſerit. Nidi ſunt noſtrarum ſinus aurium, per quos auditus ſe infundit, & velut in foveam altam dejicit. Nidus eſt narium, qui ad ſe odorem adtrahit. Nidus eſt quartus major ceteris hiatus oris, in quo nutritur, donec adoleſcat ſapor; & unde vox evolat. In quo latet lingua quæ velut organum vocis ſonos ejus artifici ſuavitate modulatur; & cùm ſit ipſa irrationabilis, rationabilem vocem exprimit. Nidus eſt hemicranium. Nidus eſt membrana illa quæ cerebrum fovet, & intra cohibet. Nidi ſunt viſcera pulmonis & cordis. Spiritus quidem noſtri, hoc eſt, ejus quem carpimus, & quo alimur in hac vita, nidus eſt pulmo: ſanguinis autem & ſpiritus nidus eſt cor. Duo ſunt enim ejus uteri: unus quo ſanguinem velut quodam ſinu ſuſcipit, & transfundit in venas: alter quo rigatus ex illo ſuperiori deducit in arterias jugi meatu. Oſſa quoque validiora nidos habent. Sunt enim intus cavata, in quibus foraminibus eſt medulla. In viſceribus ipſis mollioribus nidi cupiditatis aut doloris ſunt. Et alia ſi quis conſideret, etiam plures nidos inveniet in hac fabrica humani corporis. Unde puto & illum in Pſalmo non ſolum myſtice,
Pſ. 83. 4. ſed etiam naturaliter dixiſſe: Etenim *paſſer invenit ſibi domum, & turtur nidum, ubi reponat pullos ſuos.* Eſt enim jam in hoc corpore nidus pudicitiæ, in quo erat nidus irrationabilis concupiſcentiæ. Sed ubi ante partus deformes nutriebat libido, ibi nunc decoræ caſtitatis adoleſcit hereditas.

15. *Illinies*, inquit, *eam bitumine.* Gen. 6. 14. Ex multis oſſibus, nerviſque, & ceteris aliis conſtat humanum corpus. Et foris igitur & intus apta compage connexum ſibi adhæret, & habitudine propria quam ἁφὴν Græci dicunt, tenetur; ut intus clauſus ſpiritus qui infunditur, vel ſpiritalis ſubſtantia quæ intus operatur, veluti geminis conſtricta vinculis non evagetur: ſed ad unitatem aptam & continentem, connexionemque validam cohibetur. Ideo bitumine conſtringi arca jubetur; eſt enim bitumen vehementis ad conſtringendum naturæ. Unde græce dicitur κάρφα ωὖν τῷ σωμάτιον, quod disjuncta connectat, nexuque conſtringat indiſſolubili, ita ut naturali unitate ſibi credas convenire. Ob hanc cauſam intus & foris bitumine arca conſtringitur, ne connexio illa facile rumpatur.

CAPUT VII.

Arca Noe cum arca fœderis comparatur; cujus dimenſionibus denotari oſtenditur ſingulas humani corporis partes ad uſum aliquem & decorem eſſe compoſitas.

16. Alibi autem, hoc eſt, in Exodo etiam deauratur foris & intus arca illa, quæ Exod. 25. 11. in ſanctis eſt mundi intelligibilis imitatrix imago. Sicut enim pretioſius aurum bitumine: ita illa quæ in ſanctis eſt arca, quàm iſta præſtantior. Denique hîc ſimpliciter ligna poſuit: ibi autem ligna quidem, ſed imputribilia comprehendit, declarans merita ſanctorum. Addidit etiam illic ſupportatoria immobilia eſſe, quod ſanctorum ſtatio ſtabilis & firma ſit; quia vitæ probabilis tramitem virtutis ductu ſecuti ſunt, corruptelæ declinantes conſortia. Hæc autem arca, utpote in diluvio, huc atque illuc motu impellebatur incerto; eo quod peccatorum ſtatus mobilis ſit, & vitæ eorum quodam redundantium paſſionum diluvio corruptioni obnoxiæ errore inconſtanti vagentur.

17. Nec illud prætereundum quod cùm dixiſſet: *Et facies arcam trecentorum cubitorum longitudine, & quinquaginta cubitorum latitudine, &* Gen. 6. 15. & 16. *triginta cubitorum altitudine*, addidit: *Colligens facies arcam, & in cubito conſummabis eam à ſummo:* ut reliquo corpori menſuræ ſibi convenientis ad gratiam decore quadraret caput hominis, & tamquam regale arcæ adjungeret, ex quo cùm ſenſus omnes ad ceteras partes corporis transfunderentur; tum maxime oculi, velut ſpeculatores & cuſtodes naturæ appoſiti providentia, prope totum orbis noſtri ſtatum deſuper contuerentur. Ipſaque mens illic locata ſecundum plurimorum ſententiam, & maxime Salomonis qui ait: *Oculi ſapientis in capite ejus:* Eccleſ. 2. 14. quaſi in aula imperiali virtutum concilium ſibi contrahat, quo ſtipata comitatu & ipſa munitior ſit, & tamquam ex edito quodam loco tuendi totius corporis [b] regimen impertiat, reſponſa proferat;

a. Ita Corb. & Long. Edit. vero, *ipſo uſu*.
b. Vet edit. *regnum impertiat, reſponſa proferre*. MſS. *regimen impertiat, reſponſa proferre*. Demum Rom. edit *regimen impertiat, reſponſa proferat*. Hanc porro lectionem ſecuti ſumus, quod non alia occurreret emendatior. Niſi quis malit *reſponſa proferre* græco more dictum pro reſponſa, id eſt juſſa, proferendo. Confer hunc locum cum c. 9. l. 6. Hexaem. n. 55. & ſeq.

per quem poſſimus nos ipſos non ſolum retro reſpicere, nec ſolum quod ante pedes eſt videre, ſed etiam cæli ipſius ſecreta profundo obtutu ſpectare ſapientiæ. Ibi igitur ſumma noſtræ ſalutis, ibi gratia. Inde cuſtodia, inde etiam pulcritudo toti corpori acquiritur, quæ primum in vultu vernat. Decet enim præſtantiorem eſſe aulæ regalis nitorem, in qua ſicut viſus major, ita ſplendor eſt.

18. Namque ſi ſpectes ſingula quæ in hominis forma ad uſum aliquem compoſita videntur, ut oculi ad videndum, aures ad audiendum, nares ad odorandum, os ad loquendum, ita uſus miniſtrant, ut præſtent decorem. Quam deformes ſunt vultus cæcorum? Et quid mirum ſi vultus hominis abſque oculis deformis eſt, quando ipſum cælum ſine ſole non habet ſuum decorem? Triſtes ſine ſole dies ducimus, noctes ſine luna non placent; ipſi enim ſunt quidam mundi oculi. Detrahe ſtellarum lumina, & quædam eſt in cælo ipſo cæcitatis deformitas. Pili ipſi qui orbem oculorum prætexunt, & velut [a] quamdam aciem prætendunt, ne ſorde aliqua vel pulveris caligine pupilla lædatur; & ipſi excipiunt ſi quid fuerit illatum quod oculum poſſit lædere. Si lippitudine intercidant, quàm dedecet, ſi palpebra contractior fuerit, ſi radantur ſupercilia quæ pretioſorum monilium ſpecie velut intexta gemmis refulgent!

19. Aurium quoque ut neceſſarius uſus, ita decora ſpecies: quas ſi quis truncaverit, toti vultui infert deformitatem. In quibus ita elaboravit opus ſuum natura; ut ipſi anfractus cavernarum mira providentia ſinuati, plurimum utilitatis adferant, ne repente feriat ſecreta capitis ſonus. Denique ſæpe multos improviſo clangore conſternari videmus, & adtonitos aut vocis alicujus aut tumultus ſono expaveſcere. Sordes ipſæ quæ inter eoſdem gignuntur anfractus, velut quodam glutino auditum ligant. Simul ſi vehementior pulſus fuerit alicujus ſonus, infringitur ac retardatur, ut prænuntiatus potius mulceat, quam improviſus interna concutiat. Vermiculi quoque ſi aurem penetrare tentaverint, quodam ſordium viſco tenentur.

20. Nares ſimæ contra naturam videntur: jam ſi inciſæ fuerint, quomodo poteſt vita ſubſiſtere, ſublato ſpirandi meatu; quemadmodum pecudis magis facies, quam vultus hominis æſtimatur?

21. Capilli capitis quam grato amictu caput veſtiunt, velut quidam aulæ regiæ ſtipatores; ne cerebrum aura lædat, aut imber feriat, aut ſol adurat. Quos ita tamen dedit natura, ut pro ſexu aut prolixiores placeant, aut reciſi; & pro ætate, aut plerumque pro temporis & anni qualitate. In ſenibus grata canities, in pueris prodigiuſa: delectat [b] tonderi æſtate preſſius, hyeme indulgentius: mulieribus ornamento eſt coma, dedecori eſt viris. Denique Apoſtolus evidentius expreſſit hoc dicens: *Nam ipſa natura docet vos quod vir quidem ſi comam nutriat, ignominia eſt illi: mulier vero ſi capillos habeat, gloria eſt illi.* 1 Cor. 11. 14. 15.

22. Quid de ipſa regia loquar, per quam aulici ſermones prodeunt, quidam mentis noſtræ indices, animique internuntii? Quid de ipſo dentium ordine, qui cùm ſuo opere toti quidem corpori vires miniſtrent, tum etiam modulatores ſunt vocis ipſius? De quibus ſi qui ceciderint, vox claudicat.

23. Hæc de capite prolixius diximus; quia oportuit ſenſus omnes in ſummo locari, unde omnia per reliquas partes officia dividerentur. Capiti autem noſtro à tergo cervix proxima, dexterâ lævâque brachia ſunt, quæ arcem imperialem tamquam fida tuentur cuſtodia. Denique hæc in nobis validiora quæ propiora capiti, hæc præſtantiora. Pectus quoque velut quoddam ſacrarium ſapientiæ, & ſtomachus velut quidam teſtis, ut medici aiunt, & conſcius ſecretorum capitis, compaſſioniſque conſors, cui ſua omnia vel ſalubria, vel adverſa transfundat. Latera, naticæ, femora, & crura menſuræ latitudinem ipſa ſpecie ſignificant; pedumque greſſus qui etſi exiliores videntur; ſiunt tamen latiores, cùm incedimus.

CAPUT VIII.

Per oſtium è transverſo in arca poſitum decenter exprimi partem corporis ignobiliorem, cui ex Apoſtolo honorem abundantiorem circumdamus. Hoc ipſum cum Eccleſia membris, tum eidem Eccleſia ac Synagoga accommodatur.

24. Pulcre autem addidit: *Oſtium ex [c] adverſo facies*, eam partem declarans corporis per quam cibos egerere conſuevimus; ut quæ putamus ignobiliora eſſe corporis, his honorem abundantiorem circumdaret. Quod multo gratius Scriptura expreſſit, quam Socrates in libro Platonis dixiſſe legitur. Nam cùm iſtud in Moyſi ſcriptis ſive ipſe Socrates, ſive Plato qui in Ægypto fuit, potuerit vel legere, vel ab aliis percipere qui legerant; decoro motus invento oſtium ſibi apertum putavit; ut operatoris noſtri conſilium prædicaret: laudans eo quod id potiſſimum decori convenerit, ut ductus quoſdam vel exitus cuniculorum noſtrorum à tergo averteret; ne in purgationibus ventris conſpectus noſter offenderetur. At veru Apoſtolus: *Quæ videntur*, inquit, *membra corporis infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt*, uno ac ſimplici verbo deſcriptiones Philoſophiæ ſupergreſſus; *& quæ putamus ignobiliora eſſe membra corporis, his honorem abundantiorem circumdamus; & quæ inhoneſta ſunt noſtra, honeſtatem abundantiorem habent.* Sobrietatis enim noſtræ & temperantiæ indicium præcipue illic cognoſcitur. Helluones enim aut diſtenduntur cruditate uſque ad periculum, aut plerumque ſolvuntur viſceribus exinanitis.

c Gen. 6. 16.

1 Cor. 12. 22. & 23.

25. Quod pulcre etiam ad Eccleſiæ membra Apoſtolus retulit. Quæ enim inhoneſta ſunt noſtra ac ſuperflua, niſi luxuria, niſi laſcivia? Quibus ſi quis juventæ irretitus tempore, cùm ad maturiorem ætatem proceſſerit, veniat ad baptiſmum, renuntiet ſuperioribus, moreſque priores exuat, peccata deponat, conſepeliatur cum

Ibidem. 27. & ſeq.

a Mſ Corb. & Long. *velut quadam acie.*
b. Deſideratur in vet. edit. & Vat mſ vox, *tonderi*, quam nos è codice Corb. & Long. repoſuimus. At Rom. edit. habet, *defecta preſſius.* non male, ſi quis et mſ. ſuffragaretur.
c. Corb mſ. & Long *ex tranſverſo facies* .. *ſuperflua ciborum egerere.*

[A] domino Jeſu Chriſto, crucifigatur ei mundus, & ipſe mundo; nonne is peccatorum remiſſione donatus, abundantiorem [a] honeſtatem, quàm ille catechumenus, cujus vita innocentior, habere æſtimatur? Et ut Apoſtoli ipſius exemplo utamur, Judæus erat, perſecuror erat: vocatus ad gratiam Chriſti, cœpit eſſe Apoſtolus. Et quia plus ei dimiſſum eſt, plus cœpit diligere, abundantius cereris apoſtolis laborare, vas electionis factus, doctor gentium miſſus. Nonne etiam apoſtolorum ipſorum plurimis uberiorem [B] & honeſtiorem conſecutus eſt gloriam, qui ante & inhoneſtus & ingloriosus fuit, cùm perſequeretur Eccleſiam Dei? Pauper iſte debilis in Eccleſia ipſe te redemit ſuis votis.

26. Et ut majora aperiamus myſteria, quid tam ignobile quam gentilis populus? Pauper, ut pote qui nulla haberet eloquia Dei, debilis & utroque pede claudus, qui nec in legem, nec in Evangelium crediriſſet; vocatus tamen credidit ei, baptizatus accepit gratiam. Itaqne [C] quia plus ei dimiſſum eſt, plus diligit. Remanſit Judæorum populus, licet uno pede claudus: quamquam & in ipſa lege claudicet. Itaque ille qui glorioſiſſimus habebatur, amiſit omnia, mirabilem conſiliarium, & prudentem architectum, & ſapientem auditorem. Iſte qui [b] ignobilis erat, adeptus omnia fidei titulo, trophæo martyrum, Angelorum gloriatur conſortio. Ergo Plato quod potuit, ſermonis nitorem adhibuit: Apoſtolus autem qui habebat Dei ſpiritum, revela- [D] vit myſterium. Satis dictum eſt de oſtio; quoniam qui retro erant, priores facti ſunt.

CAPUT IX.

Per inferiora arcæ nos edoceri ciborum receptacula minimi eſſe facienda; & hac occaſione de inteſtinorum conformatione ac uſu diſputatur. Exoriri ex intemperantia diluvium, quodve adhibendum ei remedium ſit, oſtenditur.

27. NUnc illud quæramus, quid ſit quod ait [E] Dominus: *Inferiora arcæ bicamerata & tricamerata facies.* (Gen. 6. 16.) Inferiora quidem dicendo, advertimus quod pulcre nos ſentire voluerit inferiori loco æſtimanda ciborum receptacula, hoc eſt, ea viſcera quæ acceptum conficiunt cibum. Corruptibilis enim eſca eſt: quod autem corruptibile non ſuperioribus, ſed inferioribus comparandum. Simul quia cibus deorſum fertur, cujus exigua portio viribus corporis, alimoniæque proficit: reliqua vero pars alvo purganda [F] deducitur; quia inteſtina ſunt per quæ deſcendunt ciborum ſuperflua.

28. Ita operator noſter inſtituit, ut non extenta à ſtomacho ad imum, ſed ſinuata ſint ac reflexa; quo vitæ noſtræ uſus propagaretur. Nam ſi extenderentur inteſtina hominis quæ ſuſcipiunt & deducunt cibum, ſtatim ſine ulla pertranſiret mora; & neceſſe eſſet jugiter eſurire nos, jugiter epulari, aut deficiente alimentorum ſubſtantia deficere illico. Nunc autem in illa inteſtinorum reflectione ac ſinuatione bipartita ac tripartita adhæret cibus, & deſcen- [A] dendo paulatim vires miniſtrat, ſuccum infundit corpori, tenet ſatietatem, differt edendi appetentiam: nec ſubita effuſio, nec repentina evacuatio eſt, nec inexplebilis appetentia eſt, nec inſatiabilis epulandi libido. Primum ergo indigentia eſt, & fames: deinde ex his ſeqneretur edendi ſine intermiſſione continuatio. Quid autem deformius, quam ſemper ventri ſtudere, qui cùm repletur, vacuandus eſt; cùm vacuatur, replendus? Tertium quid ſuperat, niſi mors [B] inter ipſos cibos epulaſque permixta? Quomodo enim poterant diutius vitam producere, ſimul edentes, & eſurientes, bibentes, ſitienteſque, & priuſquam replerentur exinanientes omne qnod ſumſerant, ſtatimque eſurientes? Nnnc autem dum paulatim deſcendit eſca, famem & cruditatem naturalis temperat providentia. Primum enim in ſtomacho quem plerique ventrem appellant ſuperiorem, cibus conficitur: deinde coquitur in jecore, atque eo di- [C] geritur vapore. Succus ejus dividitur certis viſcerum portionibus, ex quo omne corpus valeſcit. Quod ſatis juniorum incrementa, ſenum teſtificarur perſeverantia. Reliquum cibi in ventrem defluit, quem omnes ventrem appellamus ſine adjectione, plerique dicunt ventrem inferiorem; ex quo fimus neceſſe eſt qui plenus jam corruptionis deſcenderat, egeratur per illud ex tranſverſo oſtiom.

29. Hæc cùm ita affabre naturali inſtitutione [D] ad Dei præceptionem compoſita videantur; tamen ſi non edendi à nobis, agendique modus ſervetur, tamquam exuberantibus paſſionibus generatnr diluvium, & quædam totius labes corporis. Intemperantia enim accendit libidinem, cruditatem generat, corruptelam creat. Itaque aut duritia inrerna tenduntur, & quatiuntur doloribus, aut incocto cihotum humore & indigeſtionis aſperitate interior quidam inteſtinorum amictus raditur; quia velut chartæ ſpe- [E] cie geminus eorum amictus adſeritur: unus exterior quem continnum aiunt periti, vel qui curioſius ſcrutati ſunt, à ſummo ad imum directus: alius interior tamquam lateribus adtexrus; unde ainnt non totum ſolvi cùm raditur. Nam ſi continuus eſſet interior, immedicabilis ejus ſciſſura foret, illic per moram adjunctionum adhærere cihorum reliquias. Quæ ſi adjunctiones ſolvanrur, tranſire ſemeſos cibos, & potus defluos, hoc eſt hominis diluvium.

[F] 30. Unde mihi videtur per arcæ hujus figuram voluiſſe Deum nos edocere, quemadmodum ab hoc [c] ſpeciali ruti ſimus diluvio. Corruptela enim diluvii cauſa eſt: ea ubi irrepſerit, aperiuntur aquæ, ebulliunt omnes fontes cupiditatum; ut torum corpus tanto & tam profundo vitiorum fluvio mergatur. Nihil eſt enim quod tam miſeræ ſervituti ſubjiciat hominem, quam libido, atque ejuſmodi cupiditates quæ jugo quodam criminum gravi deprimunt miſeram conſcientiam, ut ſe nequeat adtollere, ut pote quæ libertatem innocentiæ amiſerit. Maximum ergo in hpc diluvio eſt remedium; ut juſtum

a. Mſſ Corb. & Long. *honeſtatem habet, quàm . . . . innocentior æſtimabatur.*
b. Vet. edit. *immobilis.* Rom. & mſſ *ignobilis.*
c. Ita mſſ Corb. Long & Vat. & edit. ant. At edit. Rom. & al. Vat. *ſpiritali.*

præferas, eumque mandati cæleſtis executorem eligas. Quis eſt juſtus in nobis, niſi mentis vigor qui intra iſtam arcam includat omne animantium genus, quod eſt ſuper terram? Cohibe ergo & tu omnes irrationabiles paſſiones tuas, omneſque ſenſus tuos menti ſubjice, animique imperiis aſſueſce. Evolare foras non ſinas cupiditates tuas, exire in vulgus libidinem; & per rationabilem mentem poteris etiam irrationabilia tua, & immunda peccata ab omni periculo diluvii liberare.

CAPUT X.

De tribus cauſis ob quas muta animantia per diluvium ſubjecta ſint pœnæ, & quemadmodum ſenſus noſtri peccato moriantur; ac Deus teſtamentum ſuum cum juſto ſtatuerit.

Gen. 6. 17. 31. Q*Uæcumque*, inquit, *ſunt in terra, morientur.* Quid utique muta deliqueraot animantia: quâ cauſâ ſubjecta ſunt pœnæ, quæ peccandi ſenſum non habent? Sed quemadmodum in bello cùm imperator ab hoſte occiditur, commoritur ejus exercitus, atque omnis comminuitur virtus militaris: ſic non diſcrepare à juſtitia viſum eſt, cùm interiret homo cui regalem quamdam dominus Deus in omne animantium genus poteſtatem dedit, ut omnibus volatilibus, feris, beſtiis imperiali præeſſet auctoritate, quod etiam pecudes, & quæcumque erant irrationabilia commorereotur animalia. Denique ſi quando eſt peſtilentia, corrupto cæli tractu, prius ea quæ ſunt irratiooabilia lues dira cootaminat, & maxime canes, equos, boves; atque ea inficit quæ cum hominibus converſari videntur: ſic morbi vis etiam genus humanum implicat. Hæc igitur prima cauſa, ut arbitror, juſtæ adſertionis.

32. Secunda illa, quia nemo accuſat naturam, cur reliqua corporis noſtri membra moriantur ſolo capite ſublato, cùm multos videamus amputatis manibus & pedibus ſupervivere. Sed non eadem ceterorum membrorum eſt prærogativa, quæ capitis; ideoque abſciſſo eo, unde ſenſus ooſtri in reliquum corpus prodeunt, commoriuntur etiam omnia membra: nec in eo aut operatoris providentia deſeritur, aut ſubſtantiæ humanæ fragilitas redarguitur. Similiter ergo nemo nunc arguat, quia caput & principale quoddam ceterorum animalium homo eſt, quo moricote non debet mirum videri, ſi cetera commoriantur animalia.

33. Tertium illud eſt, quia rationis expertia noo propter ſe ſed propter hominem generata ſunt animalia; hominis enim cauſa eſſe præcepta ſunt, ut eorum ſubjectione humana præſtaret conditio. Denique gratiæ hominis adtribuit Propheta dicens: *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi, volucres cæli & piſces maris*; quia propter ipſum illa omnia: alia propter utilitatem, alia delectationis gratiâ, alia voluptatis. Conſequens ergo erat, ut cùm deleretur homo à facie terræ propter quem facta ſunt, etiam ipſa pari delerentur occaſu. Hæc ſecundum ſimplicem lectionis expoſitionem.

Pſ. 8. 8.

34. Altior autem & profundior interpretatio illud adtexit, quod ubi anima mole paſſionum curvatur gravi, & quaſi diverſarum cupiditatum mergitur æſtu, terrenæ omnes cogitationes & concupiſcentiæ in præceps ruunt; quia peccator unuſquiſque quo graviora flagitia commiſerit, eo fit inſolentior. NAMQUE uſu atque exercitatione improbitas augetur, & impunitate nutritur audacia. Recedit itaque ab omni reſpectu hoòeſtatis, & in eo terrena omnia moriuntur lethalis peccati acerbitate, quæ vera & perpetua morte peccatorem deleat. NEMO enim gravius moritur, quam qui peccato vivit. Moriuntur in [a] eo ſingulæ paſſiones: moritur viſus qui peccatum annuotiat, qui mulieri fallaci intendit, qui capitur alieni vultus decore, quem oculi meretricis ligaverint, quem adſpectus illaqueaverit fornicariæ. Annon videtur mori, qui ſibi libidinis telum impreſſerit, qui ſpontaneus in foveam mortis irruerit? Moritur & auditus, cùm refert crimina, cùm ſollicitantis adulteri ſermonem annuntiat, cùm inſerit animis verba meretricis quæ ſeducit juvenem multo blandimento ſermonis; laqueis autem labiorum ſuorum illigat eum. [b] Moritur vox ſilentio, ſi non confiteatur Deo. Moritur multiloquio; quia ſcriptum eſt: *Ex multiloquio non effugies peccatum.* Prov. 10. 19. Moritur per iracundiam, cùm prætergreditur menſuram ultionis. Omnis namque poſtremo ſenſus moritur, ſi miniſter ſit iniquitatis.

35. Et ideo quia terrena omnia moriuntur diluvio, ſolus autem juſtus in æteroum manet, ad ipſum dicitur: *Statuam teſtamentum meum ad te*; Gen. 6. 18. quia ipſe divinæ eſt heres gratiæ, ipſe cæleſtis poſſeſſor hereditatis, beatiſſimorum conſors bonorum. Et homines quidem cùm moriuntur, patrimonium ſuum teſtamento tranſcribere ſolent; nec cedit hereditas, donec vivit teſtator: Deus autem cum ſit ſempiternus, transfundit juſtis divinæ hereditatem ſubſtantiæ; & ipſe non indigens donat ſua ſine ullo donationis diſpendio, quem non gravant ſuorum conſortes bonorum, magiſque fruitur eo quo nos utimur. Denique dominus Jeſus pauper factus eſt, cùm dives eſſet, ut nos illius inopia ditaremur: qui Teſtamentum utrumque ſuo conſummavit ſanguine; ut nos vitæ ſuæ coheredes, & mortis faceret heredes, quo & vitæ haberemus conſortium, & mortis beneficium. Multum autem tribuit juſto, dicendo: *Statuam teſtamentum meum ad te*; eo quod rationabilis & fidelis vir ſit teſtamentum Dei. Ipſe eſt enim hereditas, ipſe poſſeſſio, in quo virtus divini teſtamenti eſt, io quo fructus judicii, io quo hereditas promiſſionis, de quo David dicit: *Ecce hereditas Domini, filii merces fructus ventris.* Pſ. 126. 3. Sed jam ſalva expoſitiooe profundioris myſterii ad reliqua pergamus.

a Edit. Rom. *actiones ſingulæ.* Aliæ, & mſſ. *paſſiones.* Sic etiam infra eadem Rom. edit. *infert crimina*, ubi aliæ, & mſſ. *refert crimina.*

b. Edit. ant. *Moritur ex ſilentio*: melius Rom. & cod. Corb. ac Long. *Moritur vox ſilentio.*

CAPUT XI.

Virum juſtum ſibi ac ſuis ſaluti eſſe; licet nonnumquam ſtudium relaxanti obrepat error. Non ſemper juſtum eſſe apud Deum qui juſtus ſit apud homines. Denique mentem inter paſſiones quaſi patrisfamilias obire officium.

36. INtra, inquit, *tu & omnis domus tua in arcam; quia te vidi juſtum coram me in generatione iſta.* (Gen. 6. 18.) Manifeſte fides propheticæ ſententiæ B etiam hoc adſtruitur loco; (Prov. 9. 12.) quia ſtultus ſibi ſoli ſtultus eſt, ſapiens autem ſibi & plurimis ſapit. Itaque Noe juſti merito etiam domus ejus in diluvio ſervatur. Sic in mari navigantes, & in bello exercitus, ſi illis non deſit gubernatoris peritia, iſtis imperatoris prudentia, à periculo tuti ſunt aliena ope. Sed quia boni imperatoris bonus exercitus eſt; ideo etiam in eo laudem juſti intelligimus non præteriri, qui talem inſtituit domum ſuam, ut virtutis fulgeret conſor- C tio; meritoque invenit ſalutem cognatio. Nec repugnat, quia poſtea aut filius, aut uxor offendit. (Gen. 9. 22. & ſeq. ibid. 19. 26.) Dormiebat juſtus, cùm erraret filius. Femina quoque ut pote ſexus fragilioris mole periculi turbata, quæ totum orbem divino incendio perire crederet, quid miraris ſi virum non potuit ſequi, cùm ipſe juſtus ab Angelis monitus vix evaſerit? Quid autem mirum ſi homini obrepit error, aut ſe relaxat intentio? Argue ergo quia & juſtus inebriatus eſt. (Infra c. 29.) Sed hæc D loco ſuo reſervanda arbitror.

37. Nunc quod ſupereſt conſideremus. Pulcre enim dixit: *Quia vidi te juſtum coram me in generatione iſta.* Multi hominibus juſti videntur, pauci Deo: aliter hominibus, aliter Deo. Hominibus ſecundum vitæ ſpeciem; Deo ſecundum puritatem animi, virtutis veritatem; homines quæ foris ſunt probant: Deus quæ intus examinat. Perpenſe autem addidit: *In generatione iſta;* ut neque ſuperiores condemnaret, E neque poſteriores excluderet, recteque diluvium factum adſtrueret interitu generationis ejus quæ non haberet conſortium æquitatis. Hæc ſecundum litteram.

38. Altior autem ſenſus provocat nos, ut hoc putemus vigorem mentis in anima eſſe, & animam in corpore, quod eſt paterfamilias in domo ſua. Quod enim in anima mens, hoc anima in corpore. Si mens tuta eſt, tuta eſt domus, tuta anima: ſi anima incolumis, incolumis caro. F Mens enim ſobria paſſiones omnes cohibet, ſenſus gubernat, ſermonem regit. Ideoque bene dicit Dominus juſto, *intra tu*, hoc eſt, in teipſum intra, in tuam mentem, in tuæ animæ principale; ibi ſalus eſt, ibi gubernaculum, foris diluvium, foris periculum. Si autem intus fueris, & foris tutus es; quia ubi mens ſui arbitra eſt, bonæ ſunt cogitationes, bonæ ſunt executiones. Si enim nihil vitii mentem obumbret, ſinceræ cogitationes ſunt. Si ſtudio ſit caſtitas, cordi ſit A temperantia, nulla inardeſcit flamma libidinis, nulla ulcera proſerpunt ægritudinis. Sobrietas enim mentis, medicina eſt corporis.

CAPUT XII.

Septena animalia munda utriuſque ſexus & bina immunda in arcam induci, quod ſeptimus numerus ſacer ac plenus ſit, ſecus vero ſecundus. In nobis ſeptenarium quoddam femineum eſſe, ſed ad virilem conditionem ab erudito viro promoveri. Poſtremo humanam naturam deſignari contrariorum capacem.

39. NUnc conſideremus qua ratione induci in arcam jubet à jumentis mundis ſeptem & ſeptem, maſculum & feminam: ab immundis autem duo & duo, ut nutriatur ſemen in omnem terram. (Gen. 7. 2.) Et ut ego arbitror, inire mundam adſerit hebdomadam; quia mundus & ſacer ſeptimus numerus. Nulli enim miſcetur, C nec ab alio generatur. Ideoque virgo dicitur, quia nihil ex ſe generat; meritoque tamquam materni exſors immuniſque partus, & muliebris copulæ, etſi hebdomas feminineo nuncupetur vocabulo, virilis habet ſanctificationis gratiam: *Omnis* enim *maſculus adaperiens vulvam ſanctus Domino vocabitur.* (Exod 34. 19.) Et in Propheta habes: *Effudit, & peperit maſculum*, id eſt, ſanctum. (Ejai 66. 7.) Secundus autem numerus non eſt plenus, quia diviſus. Quod autem non eſt plenum, vacuum habetur. D Septimus autem numerus plenus, quia hebdomas, ut decas; & ſimilis illius primi, [a] quia facta eſt ad ſimilitudinem illius qui eſt ſemper, à quo profluunt, & moventur quæ ſunt in omni genere virtutes. Hæc naturalia.

40. De moralibus autem ut dicamus, [b] non eſt dubium quod irrationabile animæ noſtræ in quinque ſenſus dividatur, & vocem, & generatorium, quæ natura videntur eſſe feminea; quia ſenſus noſtri in materialia & ſæcularia cito re- E punt. Unde claret eos mollioris naturæ habere ſubſtantiam. Sed erudito & induſtrio viro munda omnia; quia ſapientia exercitati viri & virtus firmamentum his virili transfundit judicio. Ergo prudentis & [c] propoſito gubernantis ex infirmioris ſexus qualitate in fortiorem ſubſtantiam transferuntur. Valida enim ſapientis & fixa ſententia eſt; non mutabilis, ut ſtulti & inſipientis qui conſilio nutat incerto, ut improbi qui non quod verum & juſtum ſit eligit, ſed F quod ſibi commodum velit, ſcindit à vero, ſecernit à juſto. Juſtitia enim ſingulare eſt bonum, per ſe ipſa ſuo tanti ſpectatur pretio. Iniquitas vero velut dividua parit, nunc odio inflexa, nunc quæſtu, & ea quæ ſunt dividenda confundit. Stultus enim ut luna mutatur, & verſicolor, aut humorum varietate difformis animam ſuam in leproſi corporis ſpeciem turpi contagione commaculat, ſalubres cogitationes noxiis ſæpe permiſcens.

41. Sed fortaſſe quia munda & immunda in-

a. Mſſ Corb & Vat. *quia alpha eſt ad ſimilitudinem* &c. Hinc nobis videtur a vero non abhorrere aliquid prius de primo numero fuiſſe dictum, quo poſtea ſublato non minimum obſcuritatis toti huic loco ſubortum eſt.

b Ita mſſ. Corb & Long. Vat. autem cum edit. Gill. ac Rom. *non eſt dubium quia rationabile.* Am. & Er. *Non eſt dubium Quod enim rationabile.*

c. Edit. Am. ac Era. *propoſitum gubernantis ex infirmioris ſexus qualitate in fortiorem ſubſtantiam transferuntur.* Gil & Rom. *propoſitum gubernantis eſt infirmioris ſexus qualitatem* . . . *transferre.* Mſſ Corb. & Long. melius ut in textu, ubi ſubintelligenda vox, *ſenſus.*

duci in arcam [a] præcipi certis animantia, jure movere poſſit quia dixi honeſtis diſceptationibus indecoras non eſſe miſcendas. Nec ego abnuo irrationabilium quidem, mundorum tamen motuum aliqua eſſe ſemina & quaſi principia in anima noſtra, & eorum qui mundi non ſint. Natura enim hominis contrariorum capax eſt, ut & malitiæ in ea ſit vis, & virtutis ingreſſus; meritoque in principio libri hujus qui eſt Geneſis, per arboris ſpeciem in paradiſi medio legiſti boni & mali ſcientiam. De quo ligno ſcientiæ boni & mali præceptum eſt non eſſe guſtandum; eo quod mens noſtra in qua eſt cognitio & diſciplina, boni & mali recipit notionem. Itaque naturæ opifex ſicut ad propagandum, vel etiam reparandum genus animantia reſervavit, ut univerſæ terræ animantium ſemine replerentur: ita etiam corporis noſtri terrenam ſubſtantiam vacuam non putavit paſſionum hujuſmodi tamquam immundorum animalium relinquendam, quæ cùm deliciis & luxurie tamquam vice diluvii ingurgitatur, memoratis fluctuat paſſionibus. Ubi autem ſobrietate & continentia unuſquiſque inundantium evacuaverit diluvium paſſionum, & quamdam animæ retexerit ſiccitatem, vivificare incipit ſuum corpus, & animæ puritatem, [b] cui regimen ſapientia eſt.

CAPUT XIII.

Cur ingreſſo Noe in arcam, poſt ſeptem dies diluvium factum ſit? Item cur Moyſes dixerit illud quadraginta diebus & quadraginta noctibus *duraviſſe; quave ratione quadraginta dies perſeveraverit? Quo pacto in ipſa pœna comminatione divina miſericordia eluceat. Poſt quæ liberalis Noe obedientia conſideratur.*

42. Illud quoque ſtudio eſt quærere, quæ cauſa eſt cur poſtea quam ingreſſus eſt Noe in arcam, & induxit animantia, poſt ſeptem dies diluvium factum ſit. Non enim otioſum videtur, quod non aut plures, aut pauciores interpoſiti ſunt dies, ſed tot quot in conſtitutione mundi fuerunt. Sex enim diebus factus eſt mundus, (Gen. 2. 2.) ſeptimo die requievit Deus ab operibus ſuis. Quo declaravit indicio ipſum eſſe auctorem mundi, atque diluvii. Mundum propter bonitatem ſuam condidit, diluvium fecit noſtrorum merito delictorum. Admoniti ſunt igitur homines vel ex numero dierum quibus mundus eſt conditus, quod conditorem ſuum non lacrymis ſolum & precatione, ſed correctione morum reconciliare debuerant. Ergo ſpatium dedit ad pœnitentiam Dominus, magis volens ignoſcere, quam punire; ut imminentis diluvii terrore ſuſpenſus, ad veniam cogeret poſtulandam; quo dum periculum futuræ mortis horreſcunt, impietati atque injuſtitiæ renuntiarent. Secundum eſt, ut hinc quoque Domini ſupra modum miſericordis clementiam colligamus; quia multorum annorum offenſionem à conſtitutione mundi in finem uſque contractam, paucis diebus, ſi pœnituiſſet eos, voluit relaxare. Eſt enim Deus peccati immemor, virtutis remunerator, ſicut ipſe ait in Propheta: *Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates, & memor non ero: tu autem memor eſto, &* (Iſai. 43. 25.) *judicemur: dic iniquitates tuas, ut juſtificeris.* Cùm enim adverterit veram animæ refuſam eſſe virtutem, tantum ei honoris adtribuit, ut non ſolum veniam ſuperiorum indulgeat peccatorum, verum etiam gratiam & juſtificationem impertiat. Exſpectavit ergo & ſeptimo die, ipſo quo ab operatione requievit; ut ſi venia poſceretur, ſequeretur correctio, & ab indignatione requieſceret.

43. Iſtud quoque curæ fuit non prætermittere, eo quod diluvium factum dixerit, *quadraginta* (Gen. 7. 12.) *diebus*, & addiderit, *quadraginta noctibus*. Scimus enim diem dici quem ſol terram illuminans ſignat, noctem quam circumfuſæ tenebræ à claritate diſterminant; & plerumque à nobis ita diem ſignificari, ut noctem non comprehendamus, plerumque ut complectamur. Significantes enim menſem triginta dierum, ſignificamus & noctes. Unde cùm ſatis fuiſſet Moyſi dixiſſe diluvium fuiſſe *quadraginta diebus*, cur addiderit, *& quadraginta noctibus*, quæritur. Et aliqui ita acceperunt qui ante nos fuerunt, ut & virorum & mulierum factus diluvio interitus demonſtraretur: diem ad virum referentes qui ſit purior, ſimilis lucis, noctem ad mulierem quæ (Gen. 2. 21.) viro dormiente creata deſcribitur: ſimulque quia vir prior quaſi auctor, qui virtutem moveat mulieris, atque in partus excitet: actu ille clarior publico; iſta obſcurior, tamquam domeſticis clauſa parietibus & nocti proxima, ſecundo orta loco, & creationis ſuæ [c] formata jam coſtæ viri debens gratiam, ſuperiori quoque potioris obnoxia privilegio, & pariendi uſu materialibus comparanda. Conſonans autem in utroque numerus periculi, quia peccata etiam conſonantia; meritoque non diſtant ſpatia temporum, quia non diſtant merita delictorum.

44. [*] Non mediocriter etiam ſcrutantur plerique qua ratione quadraginta dies diluvium fuerit. Et poſſumus dicere materialem numerum triſtioribus, hoc eſt, delendæ creaturæ deputatum: hebdomadam autem conſtitutioni totius mundi, hoc eſt, lætioribus. Sed fortaſſe referatur, (Exod. 24. 18.) quid quod etiam lex quadraginta diebus lata eſt, tot dies obſervavit Moyſes in monte Sina, & demoratus eſt, cùm præſcripta legis acciperet? Recte ergo eodem numero declinandorum peccatorum præcepta tribuuntur, quo pœnæ culpa eſt perſoluta; ut cognoſcamus quod de eodem vitæ tempore debeat ex correctione laus comparari, quo poteſt punienda culpa committi. Unde nunc jam non pœnæ præſcripti ſunt dies quadraginta, ſed vitæ; ut hoc numero jejuniis & orationibus crebrioribus noſtrorum levemus ſupplicia peccatorum, atque ad præſcripta legis intenti, devotione ac fide noſtrum corrigamus errorem. Itaque per Domini reſurrectionem quadrageſimus dies jam non habetur noviſſimus ſed primus; atque inde vita

a Edit. omnes, *præcipi carnes animantia* Mſſ. *præcipi certis* &c.
b Sic mſſ. Edit. vero, *cui regnum ſapientia eſt*.
c. Sic edit. Gil. ac Rom. Edit vero Am. cum mſſ. Corb. Long. & Vat. *formata in coſtam viri*. Era. denique *formata è coſta viro* &c.

*. Ab his tantum verbis tractatum incipiunt mſſ. Tornacenſis, Valliclarenſis, Colbertinus ac Mazarinus. Et Bart. Urbinas in Mſſ. Ambroſiano libri de Noe & Arca primas voces in mſſ. adſerit eſſe illas, *Non mediocriter*.

numeratur, ubi ante mortis numerus ad conſummationem mundi & humani generis excidium computabatur.

45. *Et delebo*, inquit Dominus, *omnem reſurrectionem carnis à facie terræ*. O cæleſtium pulcritudo verborum, ſi quis ſe à decoro intellectu piæ mentis examinet! Indignatur Deus peccatis noſtris, ſed non obliviſcitur pietatis. Minatur ſupplicium, ſed non permittit excidium. Moderatur vindictam, revocat ſeveritatem. Deleturum ſe dicit omnem carnem non à terra, ſed à facie terræ. Florem decutit, radicem ſervat: ſinit ut in profundo ſubſtantiæ virtus maneat humanæ, quæ in ſuperficie laboret, intus impaſſibilis perſeveret, immuniſque noxæ ad eorum ſubſtitutionem qui non ſint reatui obnoxii, reſervetur. Pulcre autem poſuit, *Delebo*, tamquam litterarum apices qui delentur ſine fraude librorum, & ſine imminutione tabularum. Atramentum deletur, ſed lignum manet. Delentur elementa, ut ſcribantur plerumque meliora. Atramentum tollitur, ſubſtantia non exterminatur. Delebo, inquit, corruptelam carnis, ut ſcribam incorruptionem. Delebo reſurrectionem carnis à facie terræ, ut ſcribam in cæleſtibus reſurgentes. Delebo de libro terræ, ut ſcribam in libro vitæ. Deleantur, Domine meus, Domine, deleantur cito elementa ferri, ut ſcribantur elementa Chriſti. Aboleatur reſurrectio terrena, ut cæleſtis gratia redundet. Veni Moyſes, præpara gremium, legem accipe, ſuſcipe apices quos jam miſericordia divina non deleat. Suſcipe tabulas quas Dominus ſtatuat in æternum. Utinam ipſe non frangas. Et ipſas mihi mea culpa ſuſtulerat, niſi Dominus reddidiſſet. Jure quidem Moyſes indignatus eſt, ne haberent divina privilegia, qui non deferrent obſequia. Sed puto quod non mihi eas, ſed Judæis fregeris. Fregiſti Judæis, recepiſti mihi. Fractæ ſunt priores, ut poſteriores manerent. Fregiſti eas in pectoribus Judæorum. Quid enim proderat ut tabulas tenerent, quarum præſcripta tenere non poſſent? Ecce ſecundas tabulas dicunt ſe tenere, ſed non [Deut. 9. 10.] tenent. Dicunt ſe legere divina elementa, ſed non legunt. Digito Dei ſcriptas eſſe tabulas Moyſes dicit: illi digitum Dei non legunt, ferrum legunt. Atramentum vident, ſpiritum Dei non vident. Sed Eccleſia neſcit atramentum, ſpiritum novit. [2. Cor. 3. 2. & 3.] Ideoque Paulus novit ſcribere non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi. [a] O ſacrilegum ineptum populum Judæorum! Homo ſpiritu Dei ſcribit, & homo ſub lege nutritus, & illi volunt Deum atramento ſcripſiſſe, non ſpiritu.

46. Ergo ut ad ſuperiora redeamus, delet Deus reſurrectionem carnis, tamquam apicum ſcriptionem: quo declaratur quod ſuperfluam hominum nativitatem propter impietatem ejus deleverit ſpecie litterarum: ſubſtantiam autem & converſationem [b] generis ſervaret humani velut perpetuitate tabularum, ut ex ea ſemen reliquum pullularet. Cui ſententiæ convenire etiam illud videtur quod ait: *Delebo*, inquit, *omnem reſurrectionem carnis*. Reſurrectioni autem communi uſu naturæ contraria videtur eſſe purgatio; quia purgatione reciditur, & reprimitur reſurrectionis luxuria. Omne tamen quod purgatur, ſpeciem amittit, ſubſtantiam ſuam ſervat, atque meliorat. Repreſſit igitur [c] Dominus qui jam purgatione diluvii corporeum uſum, converſationemque generationis ejus quæ degeneraverat à decore naturæ & accepti muneris, venuſtat. Hæc ſecundum litteram. Quod autem ad altiorem pertinet ſenſum diluvii ſpecies typus eſt purgationis animæ noſtræ. Itaque cùm mens noſtra ſe à corporalibus mundi hujus illecebris quibus ante delectabatur, abluerit, bonis quoque cogitationibus veteris colluviem cupiditatis abſterget, tamquam purioribus abſorbens aquis turbidorum prius amaritudinem fluentorum.

47. *Et fecit*, inquit, *omnia Noe quæ mandavit ei dominus Deus*. [Gen. 7. 5.] Juſtus mandata accepit, ſervus imperia. Hic amici cenſetur loco, qui fecerit quæcumque exſequenda ſuſceperit: ille qui nutat obſequiis, oneri ſervitutis addicitur. Denique & dominus Jeſus dicit in Evangelio: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Jam non dicam vos ſervos.* [Johan. 15. 14. & 15.] Mandatur ergo ut amico, mandatur ut ei qui valida caritate, ſobrio conſilio ea quæ mandata ſunt, exſequatur. Nec fefellit Dominum judicium ſuum, implevit juſtus univerſa, non partem ſed univerſa quæ mandata ſunt ei; & ideo ſcripturæ divinæ accepit teſtimonium. Nec ſuperfluum putes quia ſimul poſuit Dominum & Deum; nam & Deus in Domino, & Dominus in Deo: ſed ut Patris & Filii intelligas commune præceptum. Aliqui tamen ante nos ſic interpretati ſunt, eo quod Dominum & Deum dicendo hoc loco, & vindicaturi & ignoſcituri geminam expreſſerit poteſtatem: & qui hìc vindicat prius in peccatores, ideo ante Dominum dixerit; quoniam vero poſtea, ut juſti ſeminarium propagetur indulget, ideo Deum poſtea nominaverit. Denique facturus mundum Deus dicitur: *In principio fecit Deus cælum & terram.* [Gen. 1.] Et, *dixit Deus, Fiat lux.* [Ibid. 14.]

CAPUT XIV.

Diluvium verno tempore accidiſſe, ut magis eo cruciarentur homines; & ſexcenteſimo anno Noe, ut hominum interitus cum eorum creatione congrueret. Item per fontium abyſſi, & cataractarum cæli ruptionem mentis atque corporis diluvium ſignificari.

48. Eſt etiam illa non perfunctoria conſideratio, quod ſexcenteſimo anno Noe, [d] menſe ſecundo, vigeſima & ſeptima menſis fit diluvium. Secundum menſem verni eſſe temporis non ambigitur, quando augentur naſcentia, ager parturit, terrarum pariter atque animantium fœtura ſe fundit. Tunc ergo fecit diluvium,

a. Ita mſſ. Corb. Long. Valc. & Colb. cum vet. edit. Rom. autem, *ô ſacrilegum, ô ineptum populum Judæorum*. Cod. Vat. *ô ſacrilegum ineptum Judæorum*. Max. tandem *ô ſacrilegum ineptum populi Judæorum*.

b. Edit omnes, *generis ſervare humani voluit*. Mſſ. Colb. Corb. Long. & Max. ut in textu.

c. Ita mſſ. quatuor melioris notæ. Alii vero & edit. *Dominus purgatione diluvii . . . muneris venuſtate*.

d. Abeſt ab omnibus tum mſſ. tum edit. ant. *menſe ſecundo*. Excipe tamen cod. Max. in quo ſecunda manu reſtitutum eſt: ſicut &, *ſecundum menſem*; ubi prima manu habet cum Corb. Valc. Long. & Colb. *ſeptimum*.

quando dolor eorum major foret, qui in ſua abundantia puniebantur, tunc ultio terribilior tamquam dicentis Dei: Ecce omnia ſecundum liberalitatis divinæ providentiæ gratiam dives natura generavit, omnia in uſum hominum germinavit terra fœcundior, ſegetes ſpectantur, tritico & hordeo campi replentur, comæ arborum venturi fructus floribus veſtiuntur: non deeſt terra obſequiis ſuis, non beſtiæ deſunt muneribus ſuis, quæ ſolemnes ſolvuntur in partus, ut homini nihil deſit: homo ſolus partibus ſuis deeſt, neſcit auctorem ſuum à quo ei omnia miniſtrantur, negligit conditorem. Deſpicit homo remuneratorem ſuum, cùm Deus opus ſuum non deſpexerit. Pereant cum homine omnia, propter quem nata ſunt omnia. In ſuis divitiis conſumatur homo, cum ſua dote moriatur. Nihil ante hominem terra deliquerat, nullis erravit in fructibus: in homine ſolo ſe degeneraſſe cognoſcit, ſpinas & tribulos pro fructibus ferens. Quod ſolum munus admirabile eſt, principale mentis interiit. Cur igitur omnia illa ſervantur? Ideo non poſt collectos fructus infunditur aqua, ne beneficium magis quam diluvium terra ſentiret. Denique verno apud Ægyptios tempore, ſed menſe diverſo Nilus exundat, ut jaciendis ſeminibus terra molleſcat, & blandiore ſinu, clementiore gremio ſemina miſſa ſuſcipiantur. Quod autem ſexcenteſimo Noe anno fit diluvium, illud videtur oſtendere quia ſexto die Adam creatus eſt. Idem numerus, hoc eſt, qui par dicitur, & in auctore & in reparatore ſervatur; quia fons ſexageſimi & ſexcenteſimi ſextus eſt numerus. Idem autem & primus & ſeptimus menſis dicitur. Sed magis primum obſervare debemus; quod poſt diluvium verno tempore colendorum cura reparetur agrorum, & placidi atque uberis ſoli incipiat fœtura procedere. Quo ſignificatur numquam Deum eo numero vel tempore interitum hominum fuiſſe facturum, quo fecit exordium; niſi immanibus delictis eſſet offenſus. Simul veniam temporis & numeri ratio promittit; quod etiam iratus admoneatur tam præcedentibus cauſis beneficiorum ſuorum, ut non penitus deleat eorum ſubſtantiam, quos ipſe donavit.

Gen. 7. 11. 49. *Et rupti ſunt omnes fontes abyſſi, & cataractæ cæli apertæ ſunt.* Vim diluvii convenienter Scriptura expreſſit, dicens cælum & terram pariter eſſe commota, è quibus elementis conſtat iſtius mundi omne principium. Undique ergo influentibus aquarum molibus concluſum genus hominum [a] perurgetur. Hæc ſecundum litteram. Quod autem ad altiorem pertinet ſenſum, cæli ſymbolo mens humana ſignificatur, terræ autem appellatione corpus & ſenſus. Magna igitur naufragia, quando mentis pariter & corporis ſenſuumque omnium turbo & procella miſcentur. Diligenter dicta penſemus. Plerumque fraus mentis & dolus ſuum exercent venenum, ſed tamen ſobrietas corporis & continentia obumbrant mentis improbitatem. Frequenter incerto fidei atque opinionis ſuæ mens lubrica eſt, ſed tamen caro deliciis & luxuriâ [b] vacat, ut frugalitas errorem mentis excuſet, ſicut multi ſunt hæreticorum qui prætendere volunt corporis continentiam, ut adſertionis ſuæ fidem teſtimonio ſobriæ carnis acquirant: etſi ſenſu lubrici, tamen quo minus turpes, aliquanto excuſabiliores habentur. Cùm autem venena mentis, & contagia corporeæ obſcœnitatis ſenſum omnem, [c] vigoremque confundunt; atque animus incerto lubricus motu, malitiæ fœtidus atramento, crudelitatis furore ſuccenſus, etiam corporalibus flagitiis incitatur; avarus quoque affectus impatiens mediocrium facultatum, luxuriæ cupiditate, effundendique libidine præcipitatur in facinus appetendæ ſalutis alienæ: tunc magnum eſt diluvium omnibus pariter ingruentibus paſſionibus: tunc ſe inſipientia, injuſtitia, temeritas, improbitas, perfidia de ſuperiori parte tamquam cataractæ mentis videntur effundere. Inde erumpunt de corporis fonte terreni libido, temulentia, luxuria, poſtremo diverſorum criminum prolapſiones, quæ penitus & corporis robur & vigorem mentis effœminant.

CAPUT XV.

Per arcam à foris clauſam & in aquis fluctuantem, corpus hominis corio tectum & variis motibus agitatum: per quindecim aqua cubitos queis montes ſuperabantur, humanos ſenſus: denique per mortem omnis carnis, animæ paſſionibus corruptæ interitum adumbrari: ſuperbos autem præcipue delendos cùm juſtus interim extinctis pravis motibus in corpore quaſi incorporeus remaneat.

50. *ET clauſit Dominus à foris arcam.* Sermo manifeſtus eſt ſecundum litteram. Claudenda fuit arca, & tuto ſepienda munimine; ne eam vaga diluvii fluenta penetrarent. Altioris quoque ſenſus non incongrua interpretatio, ſi corpus humanum cui arca hæc quæ deſcribitur, figuratur, ſeptum corio judicemus à frigore æſtuque defendi, quod artifex Deus ad omnium membrorum protectionem naturalibus veſtivit exuviis, & quodam circumfuſo induit operimento; ut neque frigore congelaſcat, nec æſtivo calore ſolvatur. Gen. 7. 16.

51. Exundavit igitur aqua, & levavit arcam, & ferebatur ſuper ſummum aquarum. Non immerito exundavit aqua, quando cæli cataractæ apertæ ſunt, & de terra rupti ſunt fontes aquarum & flumina. Quod magna emphaſi dictum eſt. Ubi enim eruptio, ibi irrevocabilis effuſio ſit neceſſe eſt; nec retineri facilis ingentium prolapſio fluentorum. Manifeſtum eſt igitur quod ſcriptum eſt. Verum ſi altius ſpectandum putes, caro noſtra diverſis agitatur & freti modo fluctuat paſſionibus, quibus huc atque illuc tamquam ſuper undas moleſtiarum ſuarum nunc fame, nunc ſiti, nunc cupiditate, nunc gaudio, nunc dolore jactatur.

52. Illud quoque non prætermittendum arbitror, quia Scriptura non præteriit, quantis nu-

a. Edit. Am. & Gill. cum mſſ. Maz. *purgetur*: Er. & Rom. cum aliis mſſ. *perurgetur*.

b Omnes omnino edit. cum mſſ. Tout. ac Vat. *& luxuria vacat, ut fragilitas*. At mſſ. Corb Colb. & Maz. cum Latinii conjectura, *luxuriâ vacat*. & Corb. cum eodem Latin *ut frugalitas*.

c. Edit. omnes, *virorem*. Mſſ. contra cum Latinio, *vigorem*.

mero cubitis aqua ſuper terram fuerit; quin- A decim enim cubitis ſuper excelſos montes aquam fuiſſe dixit. Simplex itaque intellectus patet. Allegoria autem quinque ſenſus complectitur, qui ſunt in corpore noſtro velut excelſi montes, qui hanc carnem paſſionum obumbrant, & plerumque incurſantur beſtiis, & exagitantur condenſa & opaca eorum. Unde & Dominus per nationum credentium fidem veniens ad Eccleſiam

a ſuam, venit à Libano [a] ſicut ait Habacuc pro-

Hab. 3. 3. pheta dicens: *Dominus à Libano veniet, à monte* B *umbroſo & opaco*. Eccleſia quoque venit à Libano, ſicut habent Cantica canticorum. Ita enim

Cant. 4. 8. legimus: *Ades huc à Libano, ſponſa, ades huc à Libano. Tranſibis & pertranſibis à principio fidei, à cubilibus leonum, & montibus pardorum*, quo gentiles populi, qui velut beſtialium paſſionum graves patiebantur incurſus, nunc altitudine fidei, & ſublimitate devotionis meant. Per hos igitur montes Chriſtus advenit, comprimens Evangelicis diſputationibus feroces iſ- C tius corporis motus, atque illam altitudinem cordis, & ſe extollentem ſuperbiam obedientia & humilitate ſui deſtruens: meritoque fructus manſuetudinis ferre cœperunt, quos ante gravium diluvia paſſionum ſubruebant. De numero autem cubitorum ſic quidam ante nos æſtimaverunt, quod quinque ſenſus triplicem collectionem habeant; eo quod viſus viſibile videt, & auditus audibile audit, & odoratus odorabile odoratur, & guſtus guſtabile guſtat, & tactus D quod tangendi ſubſtantiæ ſubjacet, tangit. Ideo quinque ſenſus tripliciter æſtimati ſunt, vel ſe-

Prov. 22. 20. cundùm illud: *Scribe tibi tripliciter*. Ego tamen commodius puto illud, ut ſenſus terreni hominis atque animalis & ſpiritalis accipiam, quos illa diluvii fluenta tranſcenderint.

53. Merito mortua eſt omnis caro quæ movebatur. Quod & ſecundum litteram liquet, & proprie ac naturaliter carnis corruptelam indicio procelloſæ commotionis expreſſit. Com- E motio enim vitioſa non eſt, niſi per affectus corruptionem. Movet enim voluptates caro, & ipſa voluptatibus commovetur. Talis autem commotio corruptelam creat. Cauſa ergo corruptelæ commotio iſtius mundi eſt, per quam anima uniuſcujuſque degenerat. Cùm enim vitioſæ paſſiones mentem movent, corruptela generatur; cùm excitant ſtudia virtutum, diſciplinæ profectus eſt. Omnis igitur qui erat in arida, mortuus eſt: nec enim poterant non mo- F ri quos tanti diluvii unda demerſerat. Hoc ſecundùm ſcriptum ſeriemque verborum. Ceterum ſi allegoriam quæras, non dubium eſt quia exemplo ligni aridioris quod ſimul ut lambere cœperit, ignis exurit: ita anima niſi diverſarum humeſcat rore virtutum, poculo quodam irrigata ſapientiæ, & fonte juſtitiæ, atque irriguo caſtitatis, tamquam arefacta radice vitali, cupiditatum deflagrat incendio, vel profluvio carnis illiſa procumbit. Unde ſemper epulari debet animus bonorum operum cogitatio- A nes, ut prudentiæ ſucco mens inebriata pingueſcat; quo non facile diluvii corporalis cedat injuriæ, atque [b] arido incuriæ ſitu evirata mo- b

riatur. Ideoque nos admonet Dominus à fonte Baruch. 3. 10. & ſeq. ſapientiæ non recedere, pocula virtutis haurire; ne quis ſole iniquitatis areſcat, & procellam perſecutionis ſuſtinere non poſſit. Scriptum eſt enim: *Quod ſi in humido hoc faciunt, in arido quid* Luc. 23. 31. *fiet.*

54. *Delevit*, inquit, *Deus omne quod erat ſuper* Gen. 7. 23. B *faciem terræ*. Scripti evidens explanatio. Allegoria autem expoſitam nobis declarat ſuperbiam, quæ ſe extollit in hac terrena fragilique ſubſtantia, & immemor divinorum, humana deſpiciens, ipſum arrogantis viri habitum, inceſſumque deformat: quales deſcribit Eſaias Ju- Eſai. 3. 16. deæ filias, oculorum micantes nutibus, & alta ſe cervice jactantes. Sunt enim hujuſmodi erigentes ſupercilia, inflato corde, elato pectore, cervice reſupina: qui ſolum quidem veſtigiis pe- C dum perſtringant, toto autem ſe librent corpore; & inani ſuſpendant examine: in priora greſſu procedant, ad poſteriora verticem reclinantes: cælum ſpectent, terram autem faſtidiant, tamquam cervicis dolore ſuffixi, ut eam inclinare non poſſint. Hos igitur delevit de libro vitæ Deus dicens: *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur:* Luc. 14. 11. nec inter merita ſanctorum [*] commentis adhæ- *

rere facit cæleſtibus.

55. Omnibus igitur qui extra arcam fuerunt, D interemtis, *derelictus eſt Noe ſolus in arca cum iis* Gen. 7. 23. *qui cum ipſo erant.* Non indiget interpretatione ſermo ſimplicior. Concurrit intellectus cum littera. Altior autem & interior ſignificatio demonſtrat juſtum virum, amatoremque ſapientiæ, tamquam arborem fructuoſam, internecatis quæ eſcam ejus ſolebant arrodere, comam obumbrare, coartare proceſſus ramorum, velut exſortem irrationabilium paſſionum ſolum remanſiſſe cum ſuis. [c] Sui autem ſunt puræ animi c

E diſceptationes, quæ virtuti adhæreant. Et bene addidit in arca remanſiſſe, quaſi vix credibile amputatis corporalibus paſſionibus videretur cum adhuc verſari in corpore: quod licet jam terrenis careret contagiis, incorruptam licet, corporis tamen adhuc ſubſtantiam reſervabat: & velut incorporeus in corpore, ſuperferebatur diluvio, non abſorbebatur; corpus quidem gerens quaſi in arcæ poſitus interno, ſed qui corpus ipſum inſuperabilis paſſionibus quaſi incor- F porens in medio tantorum motuum gubernaret.

CAPUT XVI.

Cur dictum ſit, Memor fuit Dominus Noe, *nulla ejus uxoris ac filiorum ejus facta mentione? Cur item beſtiæ prius, quam jumenta nominata ſint; & qualis ſpiritus ſuper terram inductus, ut aquæ ceſſarent?*

56. M*Emor fuit Dominus Noe, & beſtiarum, & jumentorum*. Moventur plerique qua Gen. 8. 1. cauſa non dixerit Scriptor, quod etiam uxoris

a. Hæc verba, *ſicut ait Habacuc* .... uſque ad illa, *ſicut habent Cantica*, auctoritate mſſ. omnium Gallicanorum, reſtituimus, cùm prius in edit. omnibus deſiderarentur.

b. Edit. ant. *arida incuria ſitu evirata*. Rom. & Vat. cod. *arida incuria ſitus evirata*. Alii denique mſſ. *arido incuria ſitu evirata*; Maz. *eviſcerata*.

* Id eſt, commentariis cæleſtibus, ſive ut paulo ante dixerat, *libro vitæ*.

c. Rom. edit. *Sui autem ſunt juris*. Male; hic enim *ſui* idem ſignificat, atque familia Noe, ut patet ex antecedentibus.

& filiorum Noe memor fuit Dominus, cùm A beſtiarum & jumentorum fuerit memor. Sed cùm dixerit quod Noe memor fuerit, in auctore & præſule domus neceſſitudines ejus reliquas comprehendit. Simul exprimi videtur quidam reliquarum conſenſus neceſſitudinum. Etenim cùm omnes invicem ſibi cari ſunt, una eſt domus: cùm autem diſcrepant, ſeparantur & ſcinduntur in plures domos. Ubi ergo caritas, ibi ſenioris nomine de quo pendent ceteri, domus omnis ſignificatur: ut ſi quis arborem dicat, utique B comprehendit & ramos: ſi quis ramum nominet, etiam fructus qui in eo ſunt, pariter uno atque eodem ſermone complectitur.

57. Nec illud otioſum quod primò dixit, quia memor fuit Dominus Noe, deinde beſtiarum, poſtea jumentorum, hoc eſt, cur non ea animantia quæ mitiora ſunt, poſt hominem nominavit, ſed ferociora. In quo videtur illa eſſe ratio, ut ea quæ ferociora erant, utriuſque partis vicinitate manſueſcerent. Quod videtur etiam C
Homerus Iliad. Δ. in illo verſu poetico declarari: χακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν. Hinc enim etiam poeta uſurpavit, ut diſpoſitionem dimicaturi ita ordinaret exercitus; quo inferiores collocaret in medio, quo magis hinc inde à fortioribus juvarentur, & dimicationem utriuſque partis adſumerent. In his ſcripti ſeries manifeſtatur. Altiore autem ſenſu certum eſt quod juſtus in medio habet non in parte cogitationes cordis ſui: & quo ad carpit hanc vitam, habeat neceſſe eſt in corpore tamquam in D illa arca beſtias graves. Nulla enim mens eſt, nulla anima, quæ non recipiat etiam malarum motus agreſtes cogitationum. Itaque inſipientis anima ferinos acuit motus, atque adolet venena ſerpentum: ſapientis autem vigor mitigat & coercet.

Gen. 8. 1. 58. *Et induxit Dominus ſpiritum ſuper terram, & ceſſavit aqua.* Non puto hoc ita dictum, ut ſpiritus nomine ventum accipiamus. Neque enim ventus poterat ſiccare diluvium. Alioquin cùm E mare ventis exagitetur quotidie, exinaniretur profecto. Nam quomodo non evacuaretur mare ventorum vi, cui ceſſiſſet toto diffuſum orbe diluvium uſque ad Herculis, ut aiunt, columnas, & mare Magnum tectis montium excelſorum verticibus exæſtuans? Spiritus igitur divini virtute inviſibili diluvium illud repreſſum eſſe non dubium eſt, cæleſti operatione, non flatu. Un-
Pſ. 103. 27. & ſeq. de ſcriptum eſt: *Omnia à te expectant, ut des illis cibum in tempore: aperiente te manum tuam, omnia* F *implebuntur bonitate. Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pulverem ſuum convertentur. Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Eſt ergo Spiritus cujus operationi cedere univerſa videantur, in quo cæli ipſius vir-
Pſal 32. 6. tus ſit, ſicut ſcriptum eſt: *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum:* qui Spiritus eſt creator univerſorum, ſicut etiam
Iob. 33. 4. Job dicit: *Spiritus divinus qui fecit me.*

CAPUT XVII.

Clauſos aquarum fontes & cataractas indicare cauſas erroris ad animæ ſanitatem eſſe recidendas: dinumerationem temporis quo ſedit arca, initio anni, id eſt, verna tempeſtate cœpiſſe ac deſiiſſe diluvium; iiſdemque numeris creviſſe & decreviſſe: oſtium arcæ reſeratum, mentem per ſenſus naturam contemplando ad cognitionem Dei pervenire: demum emiſſionem corvi, culpæ depulſionem ex anima ad quam extinctis paſſionibus non revertitur.

59. Nunc conſideremus quid ſit quod ait ſcriptura divina: *Clauſi ſunt fontes* Gen. 8. 2. *aquarum, & cataractæ cæli.* Nec obſcurum arbitror. His enim cauſis minuitur diluvium quibus crevit. Erupti erant fontes aquarum, apertæ fuerant cataractæ cæli, ut undique influentibus aquis terra inundaretur. Debuerant claudi ea ex quibus diluvii origo manavit, ut ejus inciperet eſſe defectus. Hoc littera ſonat. Subtilior autem interpretatio exprimit, eo quod diluvium animæ vitio mentis & luxuriæ corporalis influxerat, ut malitia paſſioni, paſſio malitiæ miſceretur: ingrediente medico Dei Verbo ad viſitationem animæ quæ diutina ægritudine laborabat diſceptationum improbitate, & paſſionum acerbitate, prius debuerunt cauſæ ægritudinis amputari. Principium enim medicinæ eſt cauſas languoris incidere; ne diutius ea quæ nocent, ad incrementum ægritudinis miniſtrentur. Quod nos etiam lex docet; cùm enim ſte- Levit. 13. 5 & 6.
terit lepra, ut jam non diffundatur, tunc ait mundam eſſe lepræ ſtationem quamdam & manſionem. Quidquid enim præter naturam movetur immundum eſt. Hæc igitur eſt animæ ſanitas, hæc ſalubritas mentis, ut affluentia ceſſet erroris, ſiſtatur culpa, ne ſerpat. Ceſſante incentivo culpæ atque delicti ſalus tuta eſt, atque inoffenſus vigor animæ ſe refundit.

60. *Et ſedit*, inquit, *arca* [a] *ſeptimo menſe, ſeptima & vigeſima menſis.* Niſi diligenter intendas, Gen. 8. 4.
etiam ſecundum litteram difficilis loci iſtius comprehenſio eſt. Et primum omnium cavendum, ne quem ſeptimi menſis repetitio crebra perturbet. Sic enim ſcriptum eſt, ſexcenteſimo anno [b] ſecundum Hebraicam veritatem, menſe verò primo, ſeptima & vigeſima die menſis cœpiſſe diluvium: centum quinquaginta diebus fuiſſe infuſionem aquarum, ſediſſe arcam in monte ſeptimo menſe, ſeptima & vigeſima menſis: poſtea minui cœpiſſe aquas miſericordia Dei, centum quinquaginta diebus diminutionem aquarum factam, poſtea apparuiſſe capita montium: deinde poſt quadraginta dies aperuiſſe oſtium arcæ ſanctum Noe, dimiſſum corvum non revertiſſe, dimiſſam columbam revertiſſe vacuam, iterum [c] poſt ſeptem dies dimiſſam revertiſſe cum ramo olivæ, tertio poſt ſeptem dies dimiſſam non revertiſſe, tunc advertiſſe Noe quod aqua omnis receſſiſſet. Ac ſic annus concluſus

a. Cod Maz. in gloſſa & manu recentiori quater *ſecundo*, & ſemel *ſecundo*, ubi in textu cum aliis mſſ. & edit. habet *ſeptimo* & *ſeptimo*
b. Mſſ. Corb. Long. Colb. & Maz. *ſexcenteſimo anno, menſe ſeptimo*. Edit. & alii mſſ. ut in textu, niſi quod Rom. pro *ſeptimo*, repoſuit *ſecundo*. Et Valc. utrumque habet, nempe *menſe ſecundo, ſeptimo menſe* &c. Unde valde ſuſpicamur voces *ſecundum Hebraicam veritatem*, ex conjectura in alios mſſ. & inde in editiones irrepſiſſe. Fatemur autem non videri abſurdum feciſſe, qui repoſuerunt, *menſe verò ſecundo*. ut intelligas e cap. 14. n. 48. & hoc ipſo cap. columna ſequenti. A Alioquin minus ſibi conſtaret Ambroſii ſupputatio. Sed in numeris ſcribendis quam facile labantur librarii, nemo neſcit.
c. Mſſ quinque probatiores reſtituunt, *poſt ſeptem dies*: quæ verba in aliis, atque in edit. deſiderantur.

oſtenditur ſexcenteſimo primo anno Noe, [a] in ſecundo anno ſeptima & vigeſima menſis. Quod igitur ad explanationem apertam pertinet, eodem menſe atque eodem die reſtituitur æqualitas terræ poſt diluvium, quo corrupta eſt incipiente infuſione diluvii. Veris enim tempore omnis ager viret, & terra parturit fructus. Tunc incipiunt gemmare arbores, germinare fructus. Divitem ergo reformavit Dominus & reſtituit qualitatem. Menſe igitur ſecundo, hoc eſt, aprili (primus enim menſis martius eſt quo habet juſtus natalem, quando noctium dierumque æqualitas æſtimatur, hoc eſt, octavo, ut Romani putant, vel ut alii, quinto Kal. april.) menſe, inquam, ſecundo, hoc eſt, aprili, ſeptima & vigeſima menſis cœpit diluvium. Ver igitur initium anni æſtimatur, non ſecundùm uſum temporis, ſed ſecundum naturæ prærogativam; ut quia tunc ſpes anni inchoat, & incipit ſe fructus oſtendere, tunc videatur anni eſſe principium. Septimus autem menſis ſecundùm numerum is qui ſeptember dicitur, computatur; quia etſi à ſeptembri menſe annus videatur incipere, [*] ſicut Indictionum præſentium uſus oſtendit (tunc enim ſeminum jactus) vere tamen ex quo plenior gratia ſe incipit demonſtrare, ex eo anni origo ſubducitur; & ideo qui alia ratione primus putatur, diverſa æſtimatione ſeptimus habetur. Tunc ergo ſedit arca, hoc eſt, in menſe ſeptimo, ſeptima & vigeſima menſis ſuper montem quadrati. Ex illo minui diluvium cœpit. Simul conſidera quia eiſdem numeris quibus aliqua incipiunt, reſolvuntur; ut diluvium cœpit ſecundo menſe anni, ſeptima & vigeſima menſis: centum quinquaginta diebus influxit diluvium, centum quinquaginta diebus aliis ceſſit diluvium: quadraginta diebus nimia vis cæleſti imbre & fontium eruptione exæſtuavit, quadraginta diebus aliis [b] exactis poſtquam viſa ſunt capita montium, undecimo menſe, primo die menſis, dimiſit corvum ſanctus Noe: ita conſtat eodem numero quo cumulatum eſt, diluvium eſſe imminutum. Unde docet nos Scriptura ordinem eſſe ſervandum.

61. Quod autem oſtium ſit arcæ quod aperuit juſtus, ſecundum corporis rationem ſupra dictum eſt. Secundum altiorem autem interpretationem illud dicendum videtur, quod corporis ſenſus velut oſtiorum ſimiles habentur. Per hos enim tamquam per oſtia ingreditur in noſtram mentem velut quædam ſenſibilium comprehenſio. Ergo mens noſtra per hos ſenſus reſpicere videtur, & maxime per viſionem, quæ omnibus ſenſibus corporis præſtabilior æſtimatur; quia domeſtica eſt luminis, & per eam adſpicientes cælum, terram, maria, ſolem quoque, lunam, & ſtellas quibus axis ornatur, intelligimus Deum eſſe operatorem mundi atque rectorem, nec ſine auctore Deo tantorumque operum conditore hæc potuiſſe fieri credimus, aut poſſe conſiſtere.

62. Per hanc igitur feneſtram corvum primum juſtus emiſit. Quærenda cauſa, nec tamen latet quantum ad literam pertinet; quia pletique quaſi annuntium futurorum corvum æſtimant, & voces ejus obſervant, volatuſque rimantur. Senſus autem altior ſignificat [c] quod mens juſti quando mundare ſe incipit, quæ tenebroſa ſunt, & immunda, & temeraria primo à ſe repellit. Siquidem omnis impudentia, atque culpa tenebroſa eſt, & mortuis paſcitur, ſicut corvus: lumini autem vicina virtus quæ mentis puritate & ſimplicitate reſplendet. Et ideo tamquam emittitur & fugatur culpa, & ſeparatur ab innocentia, ut nihil remaneat in viri juſti mente tenebroſum. Denique egreſſus corvus non revertitur ad juſtum; quia fugitans omnis culpa eſt æquitatis, nec probitati videtur & juſtitiæ convenire. Denique evaſiſſe ſe credit injuſtus tamquam de vinculis, cùm juſtus ab ejus ſe conſortio ſeparaverit, diluvii cujuſdam & corruptelæ familiaris, ut corvus qui cùm ſiccitatem terræ nuſquam inveniret, non reverſus eſt, ſed [d] remanſit.

63. Conſiderandum etiam quare non regreſſum dixerit corvum, [e] *donec ſiccaret aqua à terra*, quaſi vero poſtea ſit regreſſus. Sed hæc locutio familiaris eſt ſcripturæ divinæ. Siquidem & in Evangelio habes ſcriptum de ſancta Maria, quod non cognoverit eam Joſeph donec peperit filium, cùm utique nec poſtea cognoverit. Deinde quæ eſt locutio iſta, ut diceret, *donec ſiccaret aqua à terra*, non terra ab aqua? Et quidem uſus loquendi etiam hoc habere conſuevit: tamen nonnulli ante nos æſtimaverunt, eo quod immoderata quædam videatur vis exprimi paſſionum hac locutione verborum; quia turbidis paſſionibus ac procelloſis conſummatur anima, deficientibus autem & velut areſcentibus virtutem reſumat. Non redit igitur culpæ ſpecies in animam juſti, quaſi ſiccam & mortuam derelinquens, & cui jam nocere non poſſit.

Gen. 8. 7.

Matth. 1. 25.

CAPUT XVIII.

Ut corvus malitiam, ſic virtutem columba exprimit. Ad hanc recipiendam ſemper juſtum eſſe paratum oſtendit Noe; idemque columbam ſeptem aliis diebus retinens patientiam in corrigendo neceſſariam docet.

64. NEc illud vacuum, quod poſtea columba dimittitur. Malitiam etenim ſimplicitas, & culpam virtus reſolvit. Malitia igitur amat diluvium, & conſortium juſtæ mentis refugit, & quaſi deſolata, & ſine aliqua ſtatione remanet nullam habens cum virtute communionem. Virtus autem redit amans juſtorum conſortia, & largiendæ familiarior utilitati, quæ conferat ſalutaria, & cavenda ea quæ ſunt nocitura, commoneat: ſicut columba dimiſſa cùm videret ceſſaſſe aquam, regreſſa eſt tamquam plena juſtitiæ; ut ei à quo miſſa fuerat, nuntiaret quid adhuc cavere deberet, atque exſpectando fructu meliore poſtea potiretur. Quod

a Rom. edit. & mſ. Torn. ad marginem, *in ſecundo menſe.*
*. Vide quæ dicentur Tom. 2. in epiſt. ad Epiſc. Æmiliæ.
b. Ita mſſ. quinque, ac edit. Am. Vat. autem, & aliæ edit. *exactis viſa ſunt capita montium: undecimo* &c.
c. Edit. omnes, ac mſſ. duo, *quod omnis juſtus.* Alii, ut in textu.
d. Poſt vocem, *remanſit*, additur in Rom. edit. *donec ſiccaretur aqua*, ſed nulla alia edit. vel mſſ. ſuffragante.
e. Edit. Rom. *donec ſiccaretur aqua a facie terra*, ut etiam infra. Aliæ vero edit. & mſſ. magno conſenſu, *donec ſiccaret aqua a terra.* Ubi ſubauditur, *ſe*, ellipſi familiari apud Latinos.

autem columba non inveniens requiem ſuam regreditur ad eum, manifeſtum indicium dedit per hujuſmodi aves quantum interſit inter malitiam & virtutem, exprimi. Siquidem corvus ante dimiſſus, cùm aliquanto videretur amplius exundare diluvium, viſus eſt locum inveniſſe reſidendi. Et certe non eſt hujuſmodi corvus ut aliæ aves quæ in aquis converſationem habere conſuerunt. Cùm ergo corvus ubi remaneret inveniſſe videatur, columba autem non invenerit, evidens ratio eſt altiore interpretatione ſignari, quia malitia inquietis paſſionibus & cupiditatibus quibus corrumpitur anima, ſe miſcere conſuevit, & quaſi cognatis & domeſticis delectatur, ibique commorationem ſuam locat: virtus autem primâ ſtatim ſpecie viſionis offenſa regredi feſtinavit ad mentem animamque juſti, quod illic diverſorium ſibi tutiſſimum ſit locatum; eo quod alibi tamquam columba, ita hujuſmodi virtus ſtationem tutiſſimam invenire non poſſit. Tarde enim inter aſtutias iſtius mundi, & ſæcularium fluctus cupiditatum portum ſolet invenire ſimplicitas.

65. Itaque [a] ſicut juſtitia velut viſendi gratiâ progreſſa pauliſper ad mentem optimam redire feſtinat, nec longius diſcedit à juſto; ita etiam juſtus & ſtudioſus virtutis ubi virtutem appropinquare cognoverit, gremium ſuæ mentis expandit. Quid enim ſibi vult quod vir ſtudioſus virtutis Noe extendens manum ſuſcepit eam, & introduxit ad ſe? Quod etſi ſecundum litteram planum videtur, non tamen facile colligas, niſi viri ſapientis tibi nota ſit conſuetudo, qui velut ſpeculatrice virtute utitur, & ei explorandorum negotiorum gerendorumque prærogativam quamdam videtur committere. Ea ergo virtus expendit naturas, ut ſi qua earum ſibi videtur committere profectum, ei poſſit adjungere. Communis enim quædam eſt bonitas ſapientiæ & liberalis & larga utilitatis; ita ut quas morigeras ſibi cernit, adſociet: ubi autem propoſito ſuo viderit aliquorum recalcitrare naturam, velut ad hoſpitium familiare ſibi revolat & recurrit, quam ſapiens & induſtrius tamquam manu quadam mentis feſtinat excipere, omne cor aperiens ſuum quo etiam eam abſentem tenebat. Nunquam enim poteſt ſapiens exſors eſſe propriæ virtutis.

66. Quid præterea ſibi velit quod tenuit ſeptem diebus aliis columbam, & iterum emiſit eam; niſi ut advertas quod bonum ſapientis, optimumque propoſitum ſemper ſibi etiam alios adjungere ſtudet, errantes emendare, corrigere vagantes? Si quem in principio reſilire conſpexerit, tamen commutandi ejus & corrigendi non deſperet profectum. Sicut enim bonus medicus, etſi tempus medicinæ non ſit, tamen viſitationis ſpeculam ante præmittit; deinde non negligit juſtæ exſpectationis excubias, & pauliſper paſſionibus cedens, opperitur facultatem medendi, quæ cùm fuerit oblata, ſuum non intermittit officium: ita ergo & ſapiens verbis ac diſputationibus, tamquam medicus medicamentis, contrarias curare deſiderat paſſiones. Et quia in omnibus remedio divini favoris utendum eſt; ideo ſeptem exſpectavit dies quibus mundus omnis deſcribitur abſolutus, & operatori requies miniſtrata; ut ex illo auctore omnium ſumeretur diſciplina operationis humanæ. *Gen 2. 2.*

CAPUT XIX.

Columba quare dicatur ad veſperam regreſſa cum olivæ ramo in ore: item unde aquas defeciſſe Noe cognoverit: tandem cur eadem columba poſt dies ſeptem tertio emiſſa non reverſa ſit?

67. REgreſſa eſt igitur columba ad veſperam habens folium oleæ, & ramum in ore ſuo. *Gen 8. 11.* Non otioſe poſuit & veſperam, & regreſſam, & habentem oleæ folium, & ramulum in ore ſuo, ut non fugitantem virtutem arbitreris profectus futuri, ſi quos poſſit acquirere; neque rurſus tamquam ſine lumine eam fuiſſe cognoſcas, & quibuſdam tenebris occultam, ſed diurno candore fulgentem exſpectaſſe uſque ad occaſum diei, & ſic ad eum regreſſam, apud quem etiam veſperi tenebras habere non poſſet. Folium quoque quod ſecum detulit, etſi breve illud folium detuliſſe videatur, ſpem eorum quos ſui pœniteret erroris, etſi non magnam, aliquam tamen ſignificavit. Folium enim ſine virgulto eſſe non poterat. Ergo quaſi germinantis [b] correctionis, licet non magnum aliquod, tamen vexit inſigne & folium oleæ, in qua arbore oliva generatur, ex qua oleum conficitur, quo materiale hoc lumen fovetur, & tenebrarum fugatur obſcuritas. Quid autem magis quam lumen familiare virtuti eſt? Folium ergo & ramulus inſigne eſt correctionis: correctio autem quaſi radicem ſui pœnitentiam habet, quæ pœnitentia non poteſt in turbidis, ſed in iis qui ſpiritalem jam ſermonem acceperint, germinare. In ore quoque non fruſtra ramulus oleæ videtur eſſe delatus; eo quod virtus & ſapientia in ſermone ſui habeat claritudinem, & ipſa ſtatim ſpecie lumen ejus effulgeat, maxime cùm pacifica loquitur; quoniam hunc quoque ramulum pacem petentes præferre conſueverunt. Tulit ramulum, eo quod ſimplicitas puritate ac ſinceritate ſemina quædam auribus noſtris utilitatis infundit; & bonæ [c] doctrina virtutis aut ad induſtriam provocat, & invitat ad præmium bonæ ſibi conſcium diſciplinæ, aut gerendæ pœnitentiæ, & [d] ſequendæ converſationis cupiditatem injicit peccatori.

68. Unde & præterea cognoverit ſanctus Noe quia defecerit aqua à terra, ſicut ſcriptum eſt, *Ibidem.* conſiderandum videtur. Primo omnium ſecundum litteram, quia potuit intelligere utrum ſiccum, an humidum folium eſſet allatum. Deinde quoniam non eſt hujuſmodi columba, ut poſſit fructus latentes ſub aqua eruere. Sed utrum illud folium ante diluvium fuerit exortum, an tempore diluvii, contuendum eſt tibi. Si ante diluvium, vir juſtus gaviſus eſt fructum de veteri

a. Mſſ. Corb & Long. *ſicut virtus* Colb. *ſicut juſtus*. Male.
b. Edit. omnes & cod Vat. *corruptionis*. Sex mſſ melioris notæ, *correctionis*, ſeu *correptionis*
c. Sic mſſ Corb. Long Torn Colb. & Maz. cum edit. Am. & Era. At Vat. cod. cum edit Gill. & Rom. *doctrinam virtutis*. Item paulo poſt ubi edit & codices duo, *commiſſum diſciplina*. Corb. Vat. unus, & Long. *conſcium diſciplina*
d Rom. edit. *ſequenda converſionis*, commodo quidem ſenſu: ſed ea lectio nullo nec mſſ nec edit. confirmatur.

ſemine

ſemine aliquem reſervatum, & inde collegit A miſericordiæ inſigne divinæ, quòd jam diluvium removiſſet, quæ fructum demonſtraret, cui non potuiſſent nocere diluvia. Si diluvii tempore natum eſt folium, advertit utique juſtus nova ſemina miſericordiæ fructificaſſe cæleſtis, ut radices arborum viverent, & quaſi reſumta anima fetus germinarent vetuſtos, atque in aſſuetos partus redirent, quorum indicium præmiſſa folia demonſtrarent.

69. Sed hoc alta potius interpretatione colle- B git, quia dominus Deus noſter quamvis acerbis iniquitatis noſtræ offenſus eſſet erroribus; tamen antiquæ nobis proſapiæ patriæque virtutis ſemen aliquod vel exiguum reſervaret, ne penitus operis & creaturæ ſuæ omne circa humanum genus amputaretur inſigne. Unde & Eſaias ait: *Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles eſſemus*, in alterius nomine civitatis exprimens cæcitatis indicium, in alterius ſterilitatem. Ita C enim lingua patria Chaldæi nuncuparunt Sodomam & Gomorrham, cæcitatem & ſterilitatem ſignificantes. Meritoque Dominus in hujuſmodi ſpecie civitatum amputavit magis humana vitia, quam puniendos homines [a] judicavit.

Eſai. 1. 9.

70. Tertio dimittitur columba poſt ſeptem dies, atque eadem non regreditur. Unde conſideremus, ne id quod ſupra diximus inveniatur eſſe contrarium. Si verbo quidem columba, D opere autem virtus non revertitur ad juſtum; ergo deſtitutus eſt juſtus, & defraudatus munere ſuo? Nequaquam. Numquam enim vir hujuſmodi à virtute disjungitur, nec cùm ex ore emittit juſtitiam, diſputationemque alterius virtutis inducit, virtute ſe exuit, & imitanda aliis æquitate diſpoliat: ſed vice ſolis alios illuminat, cùm radios ſuæ lucis emittit. Ignis nempe calefacit adpropinquantes, ita ut calorem naturæ ſuæ ipſe poſſideat. Numquid deficit lux diei, E cùm totum mundum illuminat claritate? Habet inoffenſum curſum ſuum, illibatamque naturam. Sic & iſta in columbæ ſpecie virtus, cùm adhuc ferveret diluvium, ſecundum avem tamen in terris, ſecundum virtutem in hominum paſſionibus revertitur ad juſtum; quia in iniquorum pectoribus virtus ut poſſet hærere, non poterat invenire. Et ideo in illo ſecundo diverſorio ſui regrediens hæret atque requieſcit. At vero ubi deferbuerint diluvia paſſionum, & F auditi verbi compertæque doctrinæ plurimi ſtuduerint eſſe conſortes, jam non unius patrimonium, ſed commune bonum eſſe incipit diſciplina virtutis, & tamquam ſapientiæ poculum hauritur à plurimis qui ante ſitientes bibere noluerunt, ſicut nunc fervent diluvia in pectoribus Judæorum; & cùm aqua cæleſtis doctrinæ exundet, potus exuberet, non putant eſſe potandum. Evangelium legitur, virtus exit de ſermone cæleſti, tractat Sacerdos in Eccleſia. Sed ne forte intra arcam poſitus ſolus non poſſit audiri, interdum & egreſſus Eccleſiam, ubi Judæus occurrerit, monet, exemplum adfert cæleſtium ſcripturarum. Claudunt aures, ne vel invitos fons abluat, & verbi Dominici humor adſpergat. Si qui verò crediderint, currunt ad fontem, doctrinam expetunt, inſinuari ſibi Evangelium concupiſcunt, nec ſatiantur aſſiduitate potandi. Ita fonte ſapientiæ certatim repleri deſiderant, quem ante fugere geſtiebant. Quem fontem? Audi dicentem: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.*

Iohan 7. 37. & 38.

CAPUT XX.

Quod alio die imminuta aqua, alio ſiccata terra memoretur, eo ſignificari juſtum Noe in duabus generationibus primum fuiſſe. Per denudationem arcæ abdicationem corporeæ delectationis exprimi. Quare primus vel ſecundus menſis, verni temporis dies dictus. Poſtremo difficultas de folio reperto diſſolvitur.

71. IN primo & ſexcenteſimo [b] anno vitæ Noe, primo die menſis imminutam aquam dicit à facie terræ; in ſecundo autem menſe, ſeptima & viceſima die menſis ſiccatam terram eſſe commemorat. Quid ſibi vult illa adjectio de aquæ imminutione, cùm ſupputata ratio ſuperior annum concluſiſſe videatur, qui annus à ſecundo menſe incipit, & in ſecundum menſem anni alterius uſque progreditur? Niſi forte hîc juſti formam declaratam velimus accipere; ut primus annus is fuerit, quo cœpit diluvium, [c] poſt ſexcenteſimum ſcilicet annus primus; primus iterum annus & primus menſis poſt ſexcenteſimum annum, quando imminuta eſt aqua à facie terræ: eo quod juſtus in peccatorum generatione quæ propter delicta deleta eſt, virtute primus erat, & in ſecunda generatione, quæ cœpit poſt diluvium, & ordine, quia primus ſecundæ generationis fuit, & merito primus evaſerat. Rectè enim ei honor defertur qui & primæ generationis primus fuit & poſterioris principium; qui meruerit & de illa evadere, & iſti ad ſeminarium propagari. Cùm enim alii deperiiſſent, ſolus vitæ egregiæ merito, & prærogativa virtutis apud Deum dives, non eſt expertus malitiæ corruptelam, per quem factum eſt ne totum corpus generis humani vel abolitum videretur in terris, vel à Dei abſciſſum gratia relinqueretur.

72. *Et denudavit*, inquit, *Noe tectum arcæ.* Cùm arcam ſicut ſupra interpretati ſumus, pro ſpecie corporis acceperimus, quid ſit denudari corpus intelligamus ſecundùm altiorem ſcilicet ſenſum. Ceterum liquet quemadmodum arca potuerit aperiri ſecundum litteram. Quid igitur tectum humani corporis ſit quod clauſum in dilu-

Gen 8 13. Supra c. 6.

a. Var. cod. & edit. *indicavit.* Corb. Long. Valc. Torn. & Maz. *judicavit.* Colb. verò *indicavit*, an *judicavit* habeat, haud facile ſit ſtatuere.

b. Rom. edit. totum hunc locum contra mſſ. & aliarum edit. fidem ita mutavit, *anno Noe primo menſe imminutam . . . ſeptima & decima die . . . . commemorat ſeptima & vigeſima menſis aperuit Noe arcam. Quid ſibi vult illa adjectio primi menſis de aqua* &c.

c. Ad emendationem hujus loci mſſ. & edit. ant. conveniunt, præterquam in una vocula: namque ubi edit. habent, *eo ordine*, mſſ. omnes legunt, *& ordine.* Quædam autem edit. Pariſ. ita præferebant, *ſexcenteſimus ſcilicet annus; primus iterum annus & primus menſis poſt ſexcenteſimum omnium.* cetera ut in textu: quædam vero præter deſcripta verba poſt vocem, *diluvium*, infra poſitam ita proſequuntur: *eo ordine primus fuit. Recte igitur primus ei honor defertur, quia & primæ generationis primus fuit qui evaſerat, & poſterioris principium, qui meruerit iſti ad ſeminarium* &c.

vio fuit, niſi forte delectationem accipiamus, quæ operiebat hoc corpus noſtrum, & quaſi tegebat per illum Adæ errorem? Et eo maxime tectis ſimilis æſtimatur; quia ſenſus omnis in capite, inde delectatio quæ corpus omne ſubjectum habebat. Sed ubi mens juſti viri ſobria atque integra à corruptione diluvii, divinæ cognitionis inflammata deſiderio exilire atque evolare voluit in ſuperiora, detexit omnia quæ erant impedimento, & ſpeciem voluptatis, quæ quodam operimento ceteras tegebat partes corporis redoperuit ac retexit; ut non ſolum corpus à ſervitio dominatricis ignobilis liberaret, verum etiam ea quæ erant incorporalia comprehenderet; quæ enim non videntur æterna ſunt. Et ideo juſtus quem non videbat Dominum requirebat, corruptelæ exſors, cupidus æternitatis.

73. Quod autem ait primum menſem vel ſecundum, eumque eſſe verni temporis diem, ha-
Exod. 12. 2. bes & alibi dictum, *Hic menſis primus erit vobis in diebus anni*. Qui enim in gratia primus poſt periculum, hic recte prærogativam primi menſis accepit.

Supra. cap. 19. 74. Nec te autem moveat quod diximus ſupra folium in ramo repertum poſt diluvium potuiſſe generari: etſi ſub aqua plerumque herbæ ſoleant germinare; tamen ut ſcrupulus omnis poſſit auferri, quid magnum ſi Deo jubente, uno die quo imminuta fuerit aqua, ſtatim germinavit & terra, cùm idem ſit fructuum reparator & conditor, atque operis ſui uſum non fuerit oblitus?
Gen 1. 11. Denique habes & in Geneſi ſtatim quod juſſerit ut terra herbam pabuli germinaret, & lignum fructifetum cum fructu ſuo, & ſtatim ejecit terra herbam pabuli, habentem ſemen ſecundùm genus, & lignum fructiferum; & ille dies unus fuerit, quo hæc Deus juſſit aut fecit. Ergo beneficii ſui Deus non immemor, [a] immemor autem noſtræ iniquitatis opus ſuum ejuſdem qua cœpit temporis quannitate reparavit.

CAPUT XXI.

Cur Noe ut exiret ex arca Dei præceptum exſpectaverit. Quomodo per ordinem quo idem cum ſuis ingreſſus atque egreſſus deſcribitur, abſtinentia generationis nec non ejuſdem uſus deſignetur? Demum quid ille ordo ſpiritali intellectu nos edoceat?

75. Et dixit dominus Deus ad Noe: Exi de arca
Gen. 8 16. *tu, & uxor tua, & filii tui*. Itaque recedente aqua & ſiccata terra exire potuit Noe de arca. Sed juſtus nihil ſibi arrogat, ſed totum ſe divino committit imperio. Et maxime qui cæleſti fuerat ingreſſus oraculo, cæleſte debuit ut egrederetur, exſpectare reſponſum. Verecunda enim juſtitia eſt; quia inverecunda iniquitas quæ uſurpat indebita, nec reveretur auctorem.

76. Nunc quæramus qua ratione quamdiu ingrediebantur in arcam hic ordo fuit ingredientium, ut primo ipſe ingrederetur & filii ejus; deinde ejus uxor, & uxores filiotum ejus: quando autem exierunt, commutatum ſit. Nam ſcrip-
Ibid. 18. tum eſt: *Exivit ipſe, & uxor ejus, & filii, & uxores filiorum ejus*. Et littera quidem ſignificat in ingreſſu abſtinentiam generationis, in egreſſu generationis uſum. Tunc enim pater cum filiis prius introivit, & filii cum parente, & poſtea uxor ejus, & filiorum ejus uxores, id eſt, non commiſcetur ſexus in introitu, commiſcetur in egreſſu. Aperte igitur velut ordine ipſo ingreſſionis vocem quamdam juſtus emiſerit, tempus illud non eſſe concubitus, neque deliciarum, quo omnibus immineret interitus. Unde in Evangelio
Luc 17. 26. & 27. Dominus ait, reprehendens quod temporibus Noe manducarent & biberent, uxores ducerent, & filias nuptum traderent; & ideo propter intemperantiam eorum ſuperveniſſe diluvium. Mœroris igitur tempus illud non lætitiæ erat. Et inde juſtus conſortio non delectabatur uxoris, vel filii juſti petebant copulam conjugalem. Quam enim indecorum, ut quo tempore viventes morerentur, tunc perituri generarentur? Poſtea autem recte ad ſeminarium ceterorum [b] ſucceſſit uſus & cura conjugii, cùm diluvium receſſit. Itaque non viri cum viris, ſed feminæ cum viris exeunt; ut virilis in ſe interdicta permixtio, permiſſa autem virilis & feminei legitimâ ſorte conjugii copula videretur.

77. Senſus autem altior hoc habet: ubi periculum eſt, viriles quædam & fortiores diſceptationes menti adhæreant, & eo ſe mens quaſi quamdam tueatur ſobolem filiorum, quo tempeſtatibus & gravioribus paſſionibus acies quædam virilis occurrit. Decurſo autem periculo, nihil obeſt ſi molliores cogitationes validioribus copulentur; non ut effeminentur à mollioribus fortiores, ſed ut molliores ſenſus velut quibuſdam virilibus roborentur, cùm omnia conſilia noſtra ad virtutem, juſtitiam, integritatem, fortitudmem dirigantur, & quodam uſu ſeminarioque virtutum creari atque adoleſcere poſſint validiora conſilia. Non eſt igitur utile, cùm vitiorum aliqua confuſio eſt quæ mentem occupet, ſerere aliquas cogitationes, atque generare & parturire mentem. Cùm autem compreſſæ fuerint cupiditates, & mens requievent, tunc ſeminario quodam diſceptationis accepto, virtutes poſſint & bona opera germinari.

CAPUT XXII.

Qua de cauſa Noe aram injuſſus Deo ædificavit; quidve Deo, & non Domino: quare etiam holocauſta è beſtiis ac volatilibus mundis obtulerit; & quid ſit quod ait Dominus: Recogitans non adjiciam maledicere terram &c.

Gen 8. 20. 78. Et *ædificavit*, inquit, *Noe aram Deo*. Qua ratione ſupra Dominus admonuit quæ faceret, & fecit Noe omnia: hoc autem quod non admonitus eſt fecerit, fortaſſe requiratur. Sed utique Dominus non debuit quaſi avarus mercedem gratiæ poſtulare, & juſtus eam intellexit veram actionem gratiarum eſſe quæ non juberetur, ſed deferretur. Itaque nec dilationem paſſus eſt. Etenim grata animi virtus paſſionem dubitationis excludit: qui autem debitum gratiæ ut à ſe exigatur exſpectat, ingratus eſt. Quod autem *ædificavit*, inquit, *Deo*, & non dixit Domino, ſed *Deo*; ſecundum nominis interpreta-

[a] Sic mſſ. Vat. Corb. Long. Alii vero & edit. *memor autem noſtræ iniquitatis, opus ſuum ejuſdem* Cod Max. *eademque qua cœpit* &c.

[b] In omnibus edit. deſideratur verbum, *ſucceſſit*, quod ex cod. Corb Long Colb & Max reſtituimus

tionem , non coacta videtur hæc actio eſſe gra- A
tiarum quaſi Domino ; ſed virtus juſti morigera
& grata quaſi Deo. Quod imperiale eſt ſequeſ-
travit ; quod beneficii nominavit.
Ibidem. 79. *Et ſumſi à beſtiis,& à volatilibus mundis, & obtulit*, inquit , *holocauſta*. Littera evidens eſt ,
quod ea quæ incontaminata ſunt , debemus of-
ferre , in quibus affectus reluceat offerentis. Al-
tior autem interpretatio hoc habet , quod beſ-
tiæ mundæ videntur ſenſus eſſe ſapientis ; vola-
tilia autem intellectus , qui ſunt longè ſubtilio- B
res atque leviores.
80. Nunc vero conſideremus diligentius quid
Ibidem. 21. ſit quod ait : *Et dixit dominus Deus : Recogitans*
non adjiciam maledicere terram propter opera homi-
num ; quia permanet cor hominis diligenter ſuper
a *mala* [a] *à juventute*. Non ergo adhuc percuteret
omnem terram, ſicut fecit , omnibus diebus ter-
ræ. Etſi vindicaverat in hominum genus; tamen
cognoverat quia vindicta legis ad timorem pro-
ficit , & cognitionem doctrinæ magis quam ad C
naturæ commutationem , quæ corrigi in aliqui-
bus poteſt , in omnibus mutari non poteſt. Vin-
dicavit ergo Dominus , ut timeremus : pepercit,
ut reſervaremur. Et vindicavit ſemel ad exem-
plum timoris, pepercit in reliquum , ne domi-
naretur ſemper amaritudo peccati ; ſimul quia
ſi quis peccata cupiat ſæpius vindicare , aſper
magis quam cenſorius habetur. Ideoque dicit
Dominus : *Non adjiciam ultra maledicere terra ,*
propter opera hominum, id eſt , quia pietatem ſuam D
circa univerſitatem hominum voluit declarare,
& tamen ſecuritatem & negligentiam quamdam
mentibus humanis adferre non debuit,in paucos
vindicat , plures reſervat. Deinde cùm dicit:
b *Non* [b] *adjiciam* , oſtendit quod allevet magis æ-
rumnas hominum quam ingravet , ſciens quod
penitus peccata hominum auferri non queant.
Tamquam in proverbio : Si quis reti ſubtili hau-
rire cupiat aquam , ſic qui malitiam ex pecto-
ribus hominum conatur auferre. E
c 81. [c] *Non adjiciam* , inquit , *maledicere terra*
propter peccata hominum ; quia permanet ſenſus ho-
minis diligenter ſuper mala à juventute. Vide quo-
modo ſtudioſe nos delinquere Deus ſignificet ,
dicendo permanere ſuper mala ſenſum hominis
diligenter : quo dicto ſignificare videtur diligen-
ter cor hominis ad peccata propendere , & in-
eſſe principali noſtro lubricum delinquendi , &
quod pejus eſt , ſtudium non deeſſe. Ideo enim
ait , *diligenter* , quaſi ſollicitì ſimus , ne immu- F
nitas culpæ nobis poſſit obrepere. Deinde non
in unum malum dixit, ſed *ſuper mala*. Et,*à juven-*
tute, addidit ; ex illa enim ætate creſcit malitia,
Iob 14. 5. licet alibi legerimus quod non ſit ſine peccato
nec unius diei infans. Sed & infantia ſine peccato
non ſit propter corporis infirmitatem , diligen-
tia autem & ſtudium peccandi incipiat à juven-
tute ; ut puer quaſi infirmus peccet, juvenis tam-
quam improbus , qui ſtudioſe cupiat peccata
committere , & in criminibus glorietur. Apud
pleroſque enim innocentia pro ignavia , & cul-
pa pro laude habetur. Ita ſe luxuria & deliciis &
adulteriorum affectibus juvenes jactare conſu-
erunt. Creſcit ergo cum ætatibus culpa. Omne
igitur genus hominum jam non conſumendum
declarat , cùm dicit : *Non adjiciam percutere om-*
nem carnem : ſed in parte vindicta ſervatur.

CAPUT XXIII.

Quod ait Dominus , Semen & meſſis , frigus &
æſtus non requieſcent , *ad litteram & morali-*
ter explicatur.

82. QUid ſit etiam quod ait,*Semen & meſſis* , Gen 8 22.
frigus & æſtus,hyems & æſtas, [d] *die & noc-* d
te non requieſcent. Secundum litteram ſignificat
permanſura manentibus ſecundum inſtitutio-
nem Domini , & ſtatum ſuum temporibus in-
corrupta futura animalia , vel nemoroſa omnia.
Nam cùm corrumpuntur tempora, corrumpun-
tur etiam illa quæ temporibus ſuis quæque gi-
gnuntur. Si autem confuſio ſit temporum, quo-
modo poſſunt confuſione factâ etiam ea quæ
ſunt gignentia permanere ? Ergo tempora ſunt
quæ aut corrumpunt aut reſervant , prout ipſa
ſui habuerint qualitatem. Ideoque annus ex con-
trariis ducitur, vere, autumno , æſtate , hyeme ,
ſicut harmonia cantilenæ permixtis gravibus &
acutis videtur conſiſtere. Sic ergo & mundus iſte
ex contrariis continetur , aere & terra , igni &
aqua. Noſtra quoque corpora frigore & calore ,
humore & ſiccitate , quemdam naturæ ordinem
ſervant. Nam ſi naturalis ordo ac menſura con-
funditur, tunc neceſſe eſt ſequatur interitus. Er-
go certum ordinem temporum Dominus , re-
mota confuſione diluvii , ad perſeverantiam
mundi promittit futurum.
83. Altior autem ſenſus hoc habet , ut per ſe-
men intelligamus principium , per meſſem in-
telligamus finem. In utroque ſalutis eſt cauſa.
Alterum ſine altero imperfectum eſt ; quia ubi
principium eſt finis quæritur , nec poteſt eſſe
ſublato fine principium , & finis in principium
recurrit. Ergo ſemper in eadem recurſurum dum
in hoc mundo eſt , genus memorat humanum ;
ut cùm incipit annus , finiatur : cum finitur, in-
cipiat , non medio mundus tempore reſolvatur.
Ita & mens quando aliquid videtur incipere , ad
finem uſque contendat , & operis ſui terminum
quærat. Quando finit aliquod opus , non quaſi
conſummato [e] opere ferietur : ſed in alia recur- e
rat opera , & ſemper incrementa virtutis exer-
ceat ; quando quidem videt quod in fructus ſuos
ſemper [f] terra revocetur, qui diverſi aut vere & f
æſtate , ut in partibus Orientis , aut æſtate au-
tumnoque naſcantur , ut in partibus Occidentis.
84. Alio tempore terrarum ſeminaria partus
ſuos edunt : alio autem tempore fructus arbo-
rum carpimus. Dividui ergo fructus ſunt neceſ-

a. Rom edit. ſola , *ex adoleſcentia ſua. Non ergo adjiciam percutere omnem carnem , ſicut feci , omnibus diebus terra.* Cum mſſ. conſentit Nobilius in hunc locum , niſi quod paulo ſuperius interpunctionem ſic putat eſſe reſtituendam : *Et dixit Dominus recogitans Non adjiciam* &c. Quod hebræo melius reſpondere adſerit.
b Edit. Rom. *Non adjiciam percutere omnem carnem.*
c Ita mſſ. & priſcæ edit. magno conſenſu. Edit Rom. *Non adjiciam , inquit , ultra maledicere terram propter opera hominum , quia permanet cor hominis diligenter propter mala ex adoleſcentia ſua.*
d. In ſola Rom edit. legitur , *dies & nox.*
e. Omnes edit. & plures mſſ. *opere ſinatur.* Elegantius Corb. & Long *opere ferietur.*
f. Ita ſex mſſ. & edit. Am. ac Era At in aliis legas , *terra renovetur.* Iterum hoc eodem loco Vat. cod. habet , *qui diverſi vere & æſtate , autumnoque naſcantur , alio* &c.

A ſarii, & voluptuarii : neceſſarii ex ſeminibus terrarum ; at vero ex arborum fructibus voluptuarii. Itaque corpus noſtrum tamquam vere, hoc eſt, aere, cibo paſcitur naturali. * Ἀὴρ autem græco nomine, ver latino dicitur. Ideo Scriptura de partibus Orientis, & maxime Ægypti per quam tranſivit Hebræus, vel ex partibus Phœniciæ ſumſit exemplum. Anima autem voluptuariis, hoc eſt ſapientiæ fructibus alitur : cui iterum, ut corpori noſtro contrarium frigus & æſtus, ita timor & iracundia videntur adverſa. B Sed quia in corpore eſt, a neceſſe eſt & iracundiam habeat & timorem, nec poteſt ſine hac eſſe corporeæ neceſſitate naturæ. Et ideo mens ſapientis moderamina juſta diſpenſat, ne iram & timorem permiſceat, & fiat confuſio quædam in animo illius atque diluvium.

85. *Die* quoque *& nocte* quod ait, per diem intelligis illuminantem virtutem, per noctem recognoſcis tenebroſam inſipientiam. Itaque & in timore tamquam in frigore poteſt eſſe illumi- C nans virtus. Similiter & iracundiam poteſt reprimere temperantia ; ut in timore aliqui non penitus reſolvantur, & magis timorem dirigant ad opera virtutis. Verbi gratia, ſi perſecutor inſiſtat, ut plus Deum timeas, & perpetua magis ſupplicia, quam præſentia putes eſſe vitanda, quæ dum times, accendaris ad gloriam, perfidiæ iratus & ſceleri. Rurſus iracundia ſuccenſus divino commotionem timore modereris.

CAPUT XXIV.

De prærogativa poteſtatis hominibus in cetera animalia per benedictionem qua Noe cum ſuis donatus eſt, divinitus adtributâ. Et quomodo intelligatur Dominus eiſdem hominibus in eſcam dediſſe omnia reptilia, cùm eorum quædam venenata ſint.

86. E*T benedixit Dominus Noe & filios ejus, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini ejus : & b timor veſter & tre-* E *mor erit omnibus beſtiis terræ, & omnibus avibus cæli, & in omnibus quæ moventur ſuper terram, & in omnibus piſcibus maris.* Hæc prærogativa poteſtatis in ceteris animalibus videtur hominibus adtributa & in ſuperioribus partibus. Sed eo loco ubi dixit quod Deus hominem fecit, dicitur :

Gen. 9. 1. & 2. b

Ibid. 1. 28. *Maſculum & feminam fecit eos, & benedixit eis dicens : Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini ejus, & poteſtatem habete ſuper piſces maris, & volatilia, & beſtias terræ, & reptilia.* F Quod eo admonui, ut intelligas geminam hominis generationem expreſſam : unam ſecundum imaginem Dei, alteram ſecundùm figmentum de luto terræ. Denique illa creatio hominis de luto terræ videtur eſſe facta poſt mundum, poſtquam requievit Deus ab operibus ſuis. Sero quodammodo c terrenæ ſtatuæ figmentum gigni- c A tur. *Non erat pluvia ſuper terram, nec homo terram operabatur.* Tunc *de limo terræ finxit Deus hominem, & inſufflavit in faciem ejus ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* Ille autem ſexto die, quaſi perfecto numero quo omnia concluſa ſunt opera Dei, quaſi perfecta operatione conſtitutus homo ſecundum imaginem Dei eſt, cui etiam iſte comparatur qui in diluvio juſtus inventus eſt. Et ideo ſupra terrena omnia eum conſtituit Deus, ſicut & illum ad imaginem Dei factum, d B quia uterque à terrenis vitiis temperabat. Ille qui ita generatus eſt, ut nihil terreno deberet contagio : iſte qui & in periculis fuerat adprobatus, & examinatus in paſſionibus, & repertus quod in confuſione non fuiſſet e obnoxius paſſioni.

Ibid. 2. 5. & 7.

87. Altior autem ſenſus habet quod juſtus magnitudine & multitudine virtutis augetur, atque doctrina ; & replet terram, quaſi cor quoddam in quo ſit receptaculum intelligibilium. Ita nihil vacuum ſapientiæ eſſe patitur, quod inſipien- C tia poſſit invadere. Domitis igitur non ſolum terrenis omnibus paſſionibus, ſed etiam ſenſibus corporalibus, beſtias quoque ſibi quodam terrore ſubjicit & timore, in quibus ſpecies videtur ineſſe malitiæ atque feritatis. Immitis enim & agreſtis eſt omnis malitia, & inflatur aerio quodam tumore. Nec illud obſcurum, quod reptilia quædam lethalium quamdam habent ſpeciem paſſionum, à quibus venenum quoddam menti videtur infundi. Omnibus ergo his imperat juſtus D quibus non commiſcetur : ſed coercet ea, ſi mens ejus non delectatione, non cupiditate ducatur, non triſtitia, & timore frangatur ; non etiam luxuria atque deliciis tamquam lubricum & caducum vitæ hujus agat curſum, ſed continentia & temperantia abigat à ſe vir ſapiens hujuſmodi paſſiones.

88. Sed quia ſubdidit ſtatim : *Omnia reptilia quæ ſunt viva, erunt vobis in eſcam* ; ne forte te Ibidem 9. 3. moveat quia ante de reptilibus diximus venena- E tis, cognoſce alia eſſe reptilia venenata, alia manſueta. De manſuetis igitur reptilibus accipe, quæ etſi non omnia ventre & pectore repunt ſicut colubri, tam exiguos tamen pedes habent, ut repere magis quam ambulare videantur. Ergo venenatorum reptilium f ſimiles immundas in corpore accipe paſſiones, manſuetorum autem decoras. f Omnis enim affectus qui eſt præter deformis delectationis illecebram, paſſio quidem eſt, ſed bona paſſio. Cupiditas mol- F lior, & ira, & timor, hæ noxiæ animæ paſſiones ſunt : affectus autem innoxii, paſſiones bonæ ſunt. Et his vivendi quidam nobis uſus miniſtratur, & cauſa : harum cibo utimur ad vitæ gratiam, harum epulis delectamur.

* . Vocem Ἀὴρ cùm edit. ſuperiores, latinis, mſſ autem partim latinis, partim confuſis characteribus exhiberent, qui ultimas edit. Pariſ. curavere, ſenſum minus adſecuti repoſuere · *Aer autem græco nomine, vel latino dicitur.* Male. Illic ſiquidem ἀὴρ per metathesim ponitur pro ἔαρ, vernum tempus. Niſi ſcribere malis per contractionem ἦρ, quod apud auctores frequens occurrit.

a. Ita emendavimus mſſ. ſubſidio. Hic enim edit. exhibent magno conſenſu, *in corpore eſt, & iracundiam habet & timorem, nec poteſt ſine hac eſſe in corpore neceſſitate naturæ.*

b. Hic à mſſ. in eo tantum recedunt edit. vet. quod omittunt: *beſtiis terræ, & omnibus avibus cæli, & in omnibus.* Edit. autem Rom. totum locum concinnaverat in hunc modum : *timor veſtri, & tremor erit ſuper omnes beſtias terræ, & ſuper omnia volatilia cæli, & ſuper omnia quæ moventur ſuper terram, & omnes piſces maris &c.*

c. Mſ Long. *terrena ſubſtantia figmentum*

d. Edit. omnes, ac mſſ non pauci, *quia utrumque à vitiis terrenis temperabat.* Mſſ Corb. & Colb. *quia uterque* &c.

e. Mſſ Corb. Long & Vat. *obnoxius confuſioni.*

f. Ita cod. Vat. & Maz. cum edit. Mſſ vero Corb. & Colb. *ſimiles in mundo corpore paſſiones.* Long. melius, *ſimiles immundo corpore paſſiones.*

CAPUT XXV.

An oleribus magis quam carnibus veſcendum Dominus præceperit; & quemadmodum nos munierit Moyſes contra opiniones Philoſophorum de anima quorum varia placita referuntur: item qua ratione ſit diſtinguendum inter animæ partem rationalem & ſenſitivam; quidve anima ſanguis dicatur?

89. QUid eſt etiam quod ait: *Sicut olera pabuli dedi vobis omnia?* (Ibid. 9. 3.) In quo & ii qui B ſimpliciter intelligunt, ut non expendant ſermonis examen, non nobis videntur eſſe contrarii. Sunt enim qui putant quod olera ad eſcam nobis Dei nutu adtributa videantur, quo his magis quam carnalibus epulis uti debeamus: ego autem libenter his acquieſcerem, ut generi hominum ad parcimoniam magis & temperantiam olerum uſus inoleſceret; niſi viderem ab his qui non libenter accipiunt, poſſe referri mihi quia non omnia olera eſcæ hominum inveniantur ac- C commoda. Deinde quia non omne hominum genus ſapientiæ & continentiæ amore ducitur, ut continentiam ſequi poſſit. Et ideo quod generale præceptum eſt, ad portiunculam paucorum hominum derivare non poſſumus, omnibus enim hominibus hoc præceptum datur.

90. Ideoque conſideremus quid dixerit: *Sicut olera*, inquit, *pabuli dedi vobis omnia*, non olera omnia dedi vobis ad eſcam. Utantur igitur qui utuntur carne, tamquam oleribus, non ad diſ- D tentionem, nec [a] ad arvinam corporis, quam epulæ carnis facere conſueverunt. Sed quemadmodum & olera non omnia ad eſcæ uſum habilia ſunt, ita etiam non omne vivum reptile accommodum ad uſum epulandi. Siquidem ab omnibus venenatis abſtinere debemus; licet huc quoque proceſſerit luxuria, ut magis delectationi conſulat quam periculo, & in pleriſque reſecto quod dicitur venenatum naturaliter ineſſe, reliquam partem ad cibum vindicet; quæ etſi non plena E periculi, tamen vicina periculo eſt, & corruptela aliqua neceſſe eſt in totius ſuccum ſe carnis infuderit. Plerique etiam ſagittis venenatis transfigunt cervos & hujuſmodi velocia animalia & poſtea reſecta quadam parte membrorum, reliquo corpore ad cibum utuntur.

91. Quod autem ad altiorem ſenſum pertinet, hoc eſt, unde magis dictum eſt quod irrationabiles paſſiones ita debeant menti ſapientis, ut olera ruſtico eſſe ſubjecta; atque ita his utamur tam- F quam reptilibus cogitationibus, ut agricola oleribus; quæ licet obeſſe non poſſunt, cibi tamen non habent gratiam fortioris. Generale enim omnibus & commune præceptum, non altiora indicit genera virtutum, quæ utique paucorum ſunt. Sed & ſi quis virtutum epulas fortiores ſibi exhibere non poſſit, hujuſmodi tamen habeat paſſiones, quæ non non noceant, ſed delectent. *

92. Ideo in principio ſanctus Moyſes informavit nos atque inſtruxit de inſufflatione animæ, A ut non laberemur opinionibus diverſis Philoſophorum, qui ſibi ipſi conſtare non poſſunt. Plerique enim varia ſenſerunt, ut Critias & ejus diſcipuli ſanguinem eſſe animam dicentes, iſtam utique animam qua vivimus, quæ eſt ſenſibilis, non illam animam quæ rationabilis & intelligibilis interioris hominis æſtimatur. Hyppocrates autem etſi Critiæ non improbavit ingenium, nec diſputationem ejus redarguit; tamen ſententiæ non acquievit. Ariſtoteles ἐντελεχείαν dixit. (Ariſt. l. 2. de anima, text. 29. & 30.) B Ignem alii eſſe voluerunt. Nos igitur hujuſmodi diviſionem teneamus; ut ſeparemus quod eſt rationabile animæ, cujus ſubſtantia divinus eſt ſpiritus, ſicut ait Scriptura: Quia *inſufflavit in faciem ejus ſpiritum vitæ:* [b] (Gen. 2. 7.) eſſe autem in ea nutrimentum quoddam vitale quo hoc corpus animatur, eſſe etiam delectabile. Illarum igitur & vitalis & delectabilis animæ partium ſubſtantia ſanguis appellatur à quibuſdam; licet etiam Scriptura dixerit: *Anima totius carnis,* (Levit. 17. 11. & ſeq.) C *ſanguis eſt.* Proprie igitur animam carnis ſanguinem appellavit. In carne enim delectatio & paſſio eſt, non mens & ratiocinatio. Tamen ſi diligenter intendas, hic locus illum explanat. Cùm enim hoc loco animam ſanguinem dixerit, utique ſignificavit aliud eſſe animam, aliud ſanguinem, ut ſit animæ ſubſtantia ſpiritus vitalis; ſed ipſum ſpiritum vitalem non per ſe tantum & ſine ſanguine uſum adferre vivendi, ſed commiſceri ſanguini; quia ſunt quæ vocantur arte- D riæ velut receptacula ſpiritus, quæ non ſolùm aerem purum amplectuntur: ſed etiam ſanguinem, ſed minorem longe ſanguinis portionem. Gemina enim cùm vaſa ſint, aliud eſt venæ quæ φλὲψ græce appellatur, aliud arteriæ. Vena plus habet ſanguinis, quam ſpiritus, hoc eſt, φλὲψ: arteria minus habet ſanguinis, multo amplius ſpiritus. Jam temperatio pro diverſitate naturæ eſt hominum ſingulorum.

93. Altior autem ſenſus delectare te debet, qui E ſignificat ſanguinem animam ideo dictum, quia ſanguis calidus & ignitus eſt, ſicut eſt virtus. Quicumque igitur ſtudio fuerit virtutis accenſus, & vaporem laudis adſumſerit, omnes delicias ventris excludit. Ea igitur cogitationum quæ ſunt carnalia atque terrena, in virtutis, inquit, ardore poſiti rejicietis, quaſi inhabilia ſpiritali cibo. Non enim carnem manducabat, hoc eſt, terrenum aliquod cogitabat, qui dixit: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei qui in cælis eſt,* (Iohan. 4. 34.) F ſtudia hominibus virtutis inſpirans, & cupiditatem divinæ cogitationis infundens. Ergo terrenæ cogitationes & infirmæ, quaſi eviratæ & ſine uſu ſanguinis habentur. Et ille eviratus dicitur, qui ſanguinis plurimum amiſerit, etenim ſanguinis effuſione frigeſcit. Quiſquis igitur diligens virtutum eſt, cibos ablegat & rejicit corporales, niſi quantum ſcit ſatis eſſe naturæ. Quiſquis autem negligentior tamquam lubricum & aquoſum vitæ iſtius fuerit curſum ſecutus, quaſi amiſſis veſtigiis in uterum decidit & ventrem. Itaque ea quæ ſunt terrena deſiderat,

a. Mſſ. Corb. Valc. Colb. & Maz. cum quibuſdam Pariſ. edit. *ad ruinam corporis.*

*. Hic aliquid omiſſum eſſe vel cæco pateat. Vide quæ in admonitione de hoc diximus.

b. Edit. quæ Romanam ſecutæ ſunt, repoſuere partim, *Eſſe autem . . . eſt etiam*: partim, *Eſſe autem . . . . eſt etiam.* Sed vet. omnes cum mſſ. utroque loco legunt, *eſſe*; ubi aliquod è verbis ſuperius poſitis, nimirum *voluerunt*, vel *teneamus*, mente ſupplendum.

cibi cæleſtis alienus ; & qui non poſſit dicere: A *Noſtra converſatio in cœlis eſt.* Ideoque ut ad ſecretos provocaret, ait idem : *Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne guſtaveritis quæ ſunt ad corruptelam ipſo uſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ, in obſervatione religionis, & humilitate cordis, non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad ſaturitatem & diligentiam carnis.* Philip. 3. 20 Coloſ. 2. 21. & ſeq.

CAPUT XXVI.

B *Pejorem beſtiis eſſe qui fratrem, id eſt, ejuſdem naturæ conſortem occiderit; majus tamen periculum à fratribus ipſis germanis metuendum; eiſque fraternum nomen non abrogari, ut eorum magis gravetur impietas. Unde morale dogma, cuique à propriis cogitationibus ac verbis cavendum. Qualis in fuſi ſanguinis auctorem comminatio : qui dictum de homine,* ad imaginem Dei fecit eum; *quidve addita vindictæ cauſa nos doceat.*

94. DEnique hunc ſenſum eſſe poſteriora approbant ; ſic enim ait : *Etenim veſtrum ſanguinem, & animarum veſtrarum exquiram de omnibus beſtiis, & de manu hominis.* Beſtiali malitiæ comparavit, immo etiam [a] acervavit iniquitatem hominis ultra beſtiarum feritatem, dicendo : *De manu hominis fratris.* Etenim beſtiæ nihil nobiſcum habent commune naturæ, nullo velut fraterno jure devinctæ ſunt. Si nocent hominibus, quaſi extraneis nocent. Naturæ jura D non violant, germanitatis non obliviſcuntur affectum. Ideo gravius homo peccat qui fratri inſidiatur : & Dominus ſeverius vindicaturum ſe eſſe promiſit dicens : *Sanguinem hominis de manu fratris ejus exquiram.* An non frater eſt quem rationabilis naturæ quidam uterus effudit, & ejuſdem matris nobis generatio copulavit? Eadem enim natura omnium mater eſt hominum ; & ideo fratres ſumus omnes, una atque eadem matre generati, cognationiſque eodem E jure devincti. Gen. 9. 5. a

95. Ideoque & Dominus fratrem appellavit & eum fratrem à quo ſanguis fratris exquiritur, ſignificans magis ab his periculum pertimeſcendum qui fraterno ſibi jure ſociantur. Hinc etenim inſidiæ, hinc pericula frequentiora hominibus comparantur, & ut ſpecialia comprehendamus, quod fratribus ſpecialius in hereditatis diviſione frequenter odia ſuccreſcunt. Deinde ſi fratri amplius collatum fuerit à parentibus, fra- F tres alii indignantur magis, & gratiam à parentibus collatam parricidio auferre conantur. Iſta magis bella ſuſpecta, bella non [b] civium tantum, ſed ſingularum domorum. Illos ergo Dominus ad ultionis judicium comprehendit, quos magis inſidiaturos ſibi eſſe cognovit. b

96. Tertium eſt quod in eo fratrem dixit, non quod dignus pietatis nomine parricida ſit : ſed quo magis pietatis gravetur vocabulo, atque inde fiat ſceleris incrementum, quo juſtior ſit vindicta ſceleſti. Ergo dominus Deus noſter ultionem promittit ; ut vel ſic frangatur metu, qui pietatis eſt oblitus ; & ſciat quod etiamſi homines effugiat homicida, Dei tamen judicium non poſſit evadere, ſed majori & æterno ſupplicio reſervetur.

97. Altiore autem ſenſu [c] hoc intelligimus, non ſolum ab extraneorum inſidiis, verum etiam à noſtris, hoc eſt, domeſticis cogitationibus nobis cavendum. Deinde obſervandum nobis non ſolum à malitia mentis, verum etiam ab ipſis ſermonibus noſtris. Ideoque ait : *De multiloquio non effugies peccatum.* Ergo hoc ſignificari videtur non ſolum operis noſtri, ſed etiam ſermonis qui eſt magis domeſticus, rationem Domino eſſe reddendam. Et ideo diligentius conſiderandum, ne vel ſermone, vel opere contrahamus offenſam ; quia ſicut ore confeſſio fit ad ſalutem, ſic ore fit lapſus ad mortem. c Prov. 10. 19

98. *Qui effuderit*, inquit, *ſanguinem hominis, pro ſanguine hominis ejus, effundetur.* Non erravit locutio, ſed emphaſis eſt, id eſt, exaggeratio facta verborum eſt, eo quod is qui [*] effuderit ſanguinem hominis, ipſe quaſi ſanguis effundetur, quod ſpem ei poſteritatis eripiat ; quia ſicut ſanguis effuſus in terram hac atque illac ſpargitur, ita impiorum anima [d] corporeæ fragilitatis more ſolvatur ; quia & de anima dictum eſt mortem ejus eſſe corruptionem, eo quod gratiæ cæleſtis munere defraudetur, & velut colliſa malitiæ ſcopulis ſalubritatis ſuæ corpus imminuat. Gen. 9. 6. * d Job. 33. 28.

99. Movet etiam pleroſque quod dixerit : *Ad imaginem Dei fecit hominem :* & non dixerit : Ad imaginem meam, cùm ipſe ſit Deus. Sed intellige & Patrem eſſe, & Filium eſſe. Et licet per Filium omnia facta ſunt, tamen legimus quia Pater fecerit omnia, & fecerit per Filium, ſicut ſcriptum eſt : *Omnia in Sapientia feciſti.* Sive ergo Pater dicit, ad imaginem Verbi fecit : ſive Filius dicit, ad imaginem Dei Patris fecit. Et ideo familiarem quamdam & domeſticam Deo demonſtrat hominis eſſe naturam, id eſt rationabilis hominis, ſecundùm quod ad imaginem Dei creati ſumus ; eaque cauſa inultum non eſſe apud Deum quod in domeſticum animal ſibi videat crudeliter & impie eſſe commiſſum. Gen. 9. 6. Pſ. 103. 24.

100. Cauſa ergo vindictæ addita facit, ut primum excludamus philoſophorum quorumdam opiniones, qui negant Deum habere curam ſuper homines : deinde ſcientes prærogativam noſtræ ultionis apud Deum manere, neque in alios committamus quod divino judicio vindicandum ſit ; neque mortem ipſi vehementius pertimeſcamus, cùm ſciamus necati hominis innocentis apud Deum nullum eſſe contemtum.

a Omnes edit. *acerbavit.* Mſſ. melius, *acervavit*, id eſt, exaggeravit. Et hoc ſemel monendum, ubi habetur in edit. verbum, *acerbo*, ſemper fere in mſſ. legi, *acervo*.

b. Hic magna tum in mſſ. tum in edit. corruptio. Cod. Corb. Colb. Valc. ac edit. Am. Gill. & quædam Pariſ. *non tibi tantum, ſed ſingularum domorum.* Mſſ. Vat. Long. & Era. edit. . . . *ſed ſingularium domorum.* Aliæ Pariſ. *non ſibi tantum, ſed ſingularium domorum.* Locum tamen è cod. Max. ſat bene reſtituimus.

c. Edit. Rom. *per hoc intelligimus, non ſolum ab extraneorum, verum etiam à noſtrorum, hoc eſt, domeſticorum cogitationibus.* Sed lectionem noſtram magno conſenſu præferunt mſſ. ac vet. edit. niſi quod in iiſdem edit. vox, *inſidiis* non legitur.

*. Ambroſius hoc loco reddit ſententiam LXX. Interp. Sic enim illi : [illegible]. Ubi vocem [illegible] refert ad verbum [illegible] manifeſtum eſt. Edit. tamen Vulg. hic legit : *Quicumque effuderit ſanguinem humanum, fundetur ſanguis illius.*

d. Ita cod. mſſ. & edit. Rom. Vet. autem, *à corpore fragilitatis more ſolvatur.*

CAPUT XXVII.

Promittitur diluvium nunquam ejuſmodi futurum eſſe, ut terram omnem corrumpat; idque ad animi paſſiones traducitur. In arcu qui dicitur ponendus in nubibus, non intelligendam iridem oſtenditur, ſed divinæ virtutis intenſionem ac remiſſionem.

a Gen. 9. 11.

101. [a] N*On erit*, inquit, *diluvium, ut corrumpat omnem terram*. Dubium videtur: utrum enim, *diluvium non erit*, intelligendum ſit quod diluvium corrumpat terram; hoc enim diluvia facere conſuerunt: an vero non erit tale diluvium quo terra omnis corrumpatur, quod poſteriora aperiunt, cùm dicit omnem terram non corrumpendam? Oſtendit enim diluvia quidem eſſe futura, ſed non talia quibus poſſit omnis terra corrumpi.

102. Senſus autem hoc altior habet, quod jam providentia futura ſit Domini, ne tantum ſit diluvium corporalium paſſionum, ut anima omnis intereat. Et quidem non audeo dicere quia videtur Dominus ſtatuere, quod nullius anima poſſit penitus interire. Quid enim de parricida dicimus? Quid etiam de homicida? Quid de adultero? Quid de prævaricatore? Quas ei partes animæ ad veniam reſervamus? Unde magis illud arbitror quod provocet dominus Deus, ut etiam ſi quis leviores alias habeat paſſiones, non penitus divinam deſperet gratiam, nec omnimodis victurum ſe eſſe diffidat. Sed etiam ſi eſt luxurioſus, nec poteſt ſtudium vitare luxuriæ, ab adulterio tamen ſtudeat temperare: ſit epulandi delectatio, non ſtuprandi ſit. Etiam ſi neſcio quis avarus qui aliena diripuit, ejecit pupillos, eliminavit viduas, vel poſtea tamen in pœnitentiam regreſſus reſtituat quod abſtulit. Denique Zachæus ideo veniam meruit, quia non ſolum reſtituturum ſe, ſed quadruplum promiſit quibus aliqua ſubſtuliſſet, pauperibus quoque medietatem ſui patrimonii donaturum.

Gen. 9. 13. & ſeq.

103. Conſideremus etiam diligentius quid ſit, quod ait: *Arcum meum ponam in nube, & erit ſignum teſtamenti æterni inter me & inter terram: & erit cùm innubilavero nubes ſuper terram, parebit arcus meus in nube, & memor ero teſtamenti mei.* Non enim ſicut plerique arbitrantur, arcum iſtum dicit quem aiunt homines eſſe, quo pluviarum ſigna aliqua declarentur, in quo colores diverſi tamquam radiorum ſolis nunc rutilantium, nunc lumine lucentium clariore figurantur: unde & pluvia futura ſignificatur, eo quod inconſtantia quædam ſerenitatis verſicolora illa ſpecie demonſtretur. Arcum hunc irim quidam appellant: ſed abſit ut hunc arcum Dei eſſe dicamus. Hic enim arcus qui iris dicitur, per diem videri ſolet, nocte non apparet. Etiam per ipſum diem, ſi obductus aer tetris nubibus fuerit, nec ſic quidem videtur, niſi forte cùm graviores nubes ſe cœperint relaxare.

104. Ergo videamus ne quia arcus quo ſagittæ jaciuntur, nunc tenditur, nunc reſolvitur, quamdam extenſionem & remiſſionem videatur Scriptura ſignificare, per quam neque penitus per nimiam extenſionem univerſa rumpantur; ſed ſit quædam menſura, & quoddam divinæ virtutis examen. Eſt ergo virtus inviſibilis Dei quæ & ſpecie iſtius arcus extendendi & remittendi moderatur pro divina voluntate, miſericordia, poteſtate, quæ neque omnia confundi nimia ſolutione, neque dirumpi nimia irruptione patiatur. Quam ideo in nubibus dicit poni, quia tunc maxime opus eſt divinæ auxilio providentiæ, quando agmina nubium in procellas tempeſtateſque coguntur. Ideoque dicit: *Arcum meum ponam in nube*, non ſagittam ponam. Arcus enim inſtrumentum jaculandæ ſagittæ eſt. Itaque non ipſe arcus vulnerat, ſed ſagitta. Et ideo Dominus in nube arcum magis quam ſagittam ponit, id eſt, non illud quod vulneret; ſed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non ſoleat.

CAPUT XXVIII.

Enumeratis tribus Noe filiis, generationem Cham ideo prius eſſe memoratam, ut ejus peccatum amplificetur, & ex eodem profecta impia generatio demonſtretur: quod moraliter de mala paſſione improba paſſionis genitrice intelligendum.

105. QUa ratione autem cùm ſupra tres filios Noe computaverit, *Sem, Cham, Iapheth*, hoc loco unius comprehenderit medii filii generationem? Hoc eſt quod ait: *Cham autem pater erat Chanaan: iſti tres erant filii Noe*. Et maxime cùm illi duo juſti, iſte medius injuſtus. Injuſti ergo prius generatio, quam juſtorum comprehenditur. Neque enim poſſumus negare quod ſcriptum eſt; ſed ad coacervandum delictum ipſius addita ejus eſt generatio; quia cùm haberet filium & pater eſſet, ſolus ipſe patrem non cognovit, qui magis cognoſcere debuiſſet. Et ideo improbum habere meruit filium, quia improbus fuerat patri. Simul ſignificat ex illo Chanaan Chananæos fuiſſe, qui poſt multas generationes à populo juſto oppreſſi ceſſerunt in ejus poſſeſſionem. Auctorem ergo Chananæorum Chanaan fuiſſe manifeſtum eſt, qui fuit filius hujus Cham qui impius in patre exſtitit.

Ibidem. 9. 18.

Ibid. 19.

106. Altior autem ſenſus nominum interpretatione ſignatur. Cham enim calor eſt, Chanaan turbatio eorum. Qui enim calet, continuo movetur & perturbatur; ideoque evidentiſſime declaratur non tam hominem patrem hominum fuiſſe: ſed paſſionem malam improbæ paſſionis generatricem, quæ eſſet à patris moribus, hoc eſt, ab uſu virtutis aliena.

a. Mſſ. & vet. edit. hic conſentiunt, niſi quod pro *omnem terram*, recentiores aliquot mſſ. cum vet. edit. legunt, *omnem hominem*. Sed Rom. edit. ita repoſuit: *Non ultra erit, inquit, diluvium aquæ*. Cetera ut nos in textu.

CAPUT XXIX.

Quomodo Noe factus ſit agricola; quodve inter agricolam & operatorem terræ diſcrimen: & quomodo carnem ſuam alter excolit, alter operatur? Quare idem Noe vineam primum plantaverit, id eſt, rem non neceſſariam, cùm fontes ad potum ſufficiant: cur etiam de illo ſcriptum: Et bibit de vino: *ubi de gemina ebrietate; ac poſtremo de gemina animæ nudatione diſſeritur.*

107. E*T cœpit Noe homo agricola eſſe terræ.* Vi-
Gen. 9. 20. detur quidem prima ſpecie Adæ illi
Ibid. 3. 23. qui de terra factus eſt, comparari Noe vir juſtus;
quia & de illo ſcriptum eſt quod de paradiſo e-
jectus cœperit operari terram: de iſto quoque
quoniam egreſſus ex arca factus ſit agricola. Et
propemodum in utroque præceſſerat quædam
a forma diluvii, quia & [a] Noe poſt diluvium, &
Adam poſt mundi conſtitutionem ſecundùm fig-
mentum corporis. Nam ut mundus fieret, con-
gregata eſt aqua in unam congregationem, ut
videretur terra quæ ante non poterat per aqua-
rum confuſionem videri. Ergo ſicut ille primi-
genes magiſter terram videtur operatus, ita etiam
egreſſus ex arca Noe ſeminationis & culturæ
auctor eſt factus. Hæc putantur ſimilia: ſed ſi
verba conſideres quæ jam vim ſenſus altioris ex-
primunt, aliud eſt operatorem terræ eſſe, aliud
agricolam. Alius enim tamquam mercenarii,
alius tamquam patrisfamilias loco fungitur. De-
nique Cain qui fratrem occidit, erat operarius
terræ. Et ut ſcias quia operari terram magis ſer-
vile quam liberum ſit, maledicto parricidalis ejus
operatio comprehenditur. Denique ſcriptum
Ibid. 4. 12. eſt: *Quoniam operaberis terram, & non augebit
virtutem ſuam dare tibi: gemens & tremens eris
ſuper terram.*

108. Terra autem caro noſtra eſt quam im-
b probus operatur bonus autem excolit. [b] Ille qua-
ſi mercedem quærat è terra: iſte quaſi bonæ fruc-
tus capiat & gratiam diſciplinæ; ut magis fruc-
tiferum faciat agrum ſuum, & qui Domini poſ-
ſit reſpondere culturis, & indulgentiam cultoris
oſtendat. Operator autem quid aliud niſi eſcam
tantummodo corporis ſui quærit, ventris magis
uſui ſtudens, atque id ſolum explicare conten-
tus, quod ſibi prodeſſe poſſit ad victum? Ille
vero alius fructuum utilitate paſcitur. Quos fruc-
tus habeat juſtus agnoſcis. Fructus autem ſpi-
ritus, caritas, gaudium, pax, patientia, boni-
tas. Bonus ergo agricola habet continentiam,
caſtitatem, ut ſi quæ arbores cito curvantur in
terram, & effuſius germinant, eas velut qua-
dam temperantiæ ſuæ falce ſuccidat, ut abji-
ciant quod infirmum eſt, germinent quod deco-
rum.

109. Quid eſt quod juſtus primum vineam
plantat, & non aut triticum aut hordeum? Unde
autem vinea poſt diluvium corruptionemque
Cap. 19. & 20. terræ? Sed de hoc ſupra diximus; quia veris tem-
pore etiam corruptarum radices vitium pullula-
A re potuerunt. Unde & illud majore ſollicitudine
ſolvendum arbitror, quia juſtus prius quæ vo-
luptuaria, quam quæ neceſſaria ſunt requirit.
Neceſſarii enim fructus ſunt tritici & hordei, ſine
quibus non poſſumus vivere: vinum autem vo-
luptuarium, & cauſa delectationis datum. Quod
quia juſtus eſt, ideo ſibi magis hoc quod ſecun-
dum erat, quam quod primum eſt, vindicavit.
Neceſſaria enim alimenta vivendi Deo detulit,
* quod erat. Superfluum autem vinum homini- *
B bus, & non neceſſarium.

110. Sed forte dicas ita ſine potu non poſſe ho-
mines vivere, quemadmodum etiam ſine cibo.
Neceſſarius eſt ergo potus, ſicut cibus: non ab-
nuo. Siti utique neceſſarius à Domino conſti-
tutus: non repugno. Et ideo ad potum neceſſa-
rium fontes & flumina convenit derivare, quæ
non utique manu hominis effecta, ſed domini
Dei noſtri juſſu & operatione fluxerunt. At ne
quia diximus operationem Domini, ad illud re-
C torqueas quod operatio Cain videtur maledic-
tiones habuiſſe; conſidera non operationem ma-
ledicti nomen accipere, ſed quod ſcriptum eſt,
operari terram. Qui enim operatur terram mer-
cenarius eſt. Ille autem non mercenarius, ſed
Dominus, qui ait: *Pater meus uſque modo opera-* Iohan. 5.
tur, & ego operor. Quid operatur hujuſmodi ope- 17.
rator? Audi: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem* Iohan. 4.
Patris mei qui in cælis eſt. 34.

111. *Et bibit*, inquit, *de vino, & inebriatus eſt.* Gen. 9. 21.
D Non dixit, vinum bibit; neque juſtus vinum ebi-
bit; ſed *de vino*, hoc eſt, de ejus portione liba-
vit. Ebrioſi eſt omne abſorbere vinum, & in-
temperantis evacuare quod ſumſerit: [c] conti- c
nenti autem utendum menſurâ legitimâ eſt. E-
brietatis itaque ſpecies gemina eſt, una quæ ti-
tubationem corpori adferat, atque ejus ſup-
plantet veſtigia, ſenſumque perturbet: altera
quæ mentem virtutis vaporet gratiâ, & omnem
infirmitatem videatur avertere. Unde Apoſtolus
E ait: *Vino modico utere propter frequentes tuas infir-* 1. Tim. 5.
mitates. Sicut enim iſto bibendi moderamine vi- 23.
num non infirmitati eſt, ſed ſaluti, atque om-
nem infirmitatem allevat corporis: ita etiam e-
brietas illa præclara omnem infirmitatem carnis
excludit, de qua ſcriptum eſt: *Et poculum ine-* Pſ. 22. 5.
brians quam præclarum eſt! Quæ ſit iſta ebrietas?
Inebriamini, inquit, *non vino in quo eſt luxuria:* Ephes. 5. 18.
ſed implemini Spiritu ſancto, ſicut Apoſtolus dixit.
Et ſecundum litteram igitur cautio eſt, & ſecun-
F dùm altiorem ſapientis ſenſum, laudatio eſt. Cau-
tus eſt qui etſi nudatur, in domo tamen nudatur
ſua, ubi operimenta non deſint, & quædam teg-
mina ebrietatis; ut vitia ſua norit abſcondere.

112. Corporalia igitur nudum corpus tegunt,
ut parietes & tecta: animæ autem quæ ſint ope-
rimenta videamus. Sed tunc operimenta repe-
rimus, ſi enudationem ejus diſcuſſerimus. Ge-
mina autem nudatio ſapientis. Gemino igitur
amictu mens noſtra veſtitur, ſi aut peccatum
imprudens admiſerit; hæc eſt enim enudatio ve-

a. Ita mſſ. & vet. edit. Rom. vero, *Noe poſt diluvium venit, & Adam . , . . corporis formatus eſt.*

b. Edit. omnes, & mſſ. aliquot: *quærit è terra, iſte quaſi bonis fructus capit gratiam diſciplinæ.* Corb. vero, Long. Colb. & Maz. ut nos in textu.

*. Manifeſta eſt hoc loco lacuna, ſed cui nec mſſ. nec edit. mederi queant. Putamus tamen eam non male ſuppleri poſſe addita vocula *primum*, quam nihilominus inducere in textum auſi non ſumus.

c. Sic mſſ. Corb. Colb. & Maz. Edit. autem omnes, *continentia autem utendi menſura legitima eſt.*

lut ebtiæ mentis, ut neſciat quod delinquat, quaſi quæ temulentia quadam ignorantiæ in vitium deducta labatur: aut rurſus negligentiæ & ignorantiæ ſomno ſepulta errorem ſuum non neſciat. Quæ cùm inciderimus, immo cùm peccata plura inciderimus etiam per ſcientiam (eſt enim naturalis quædam etiam noſtræ infirmitatis ebrietas, ut impetu delectationis feramur in vitium, ſicut plerique juvenili accenſi calore, aut luxuria & delectatione flammati, aut avaritiæ rapti cupiditate) certe omnibus his medicina quæratur, ut aliquis tegat hujuſmodi infirmitatem ſuam, primum pudore quodam & verecundia; ut etiam ſi in lubrico ſit adhuc poſitus delinquendi, det tamen emendationis inſigne. Etenim plurimum intereſt utrum peccata ſua jactare deſideret. In altero enim turpis impudentia, in altero tolerabilis verecundia ſpem futuræ correctionis oſtendit.

113. Alia eſt autem denodatio animæ, quia velut quamdam ſarcinam corporis abjicit atque exuit, ſicut ſepulcrum quoddam carnis effugiens. Sepulcrum enim patens eſt guttur hujuſmodi hominum, in quo ſepulcro velut adtumulatur anima delectationibus & cupiditatum paſſionibus onerata diverſis. Exuit igitur ſe à congeſtione terrena, & quaſi retia quædam circumfuſa evadit atque effugit, quæcumque ſe ab omni nudaverit paſſionum laqueo, & omnem illam deformem ſpeciem terrenæ labis averterit, ut lucem videat decoris æterni.

CAPUT XXX.

Quare Cham tum dictus ſit pater Chanaan, cùm hic nondum eſſet genitus; & qua ratione in perſona Cham patrem deridentis intelligendum improbos omnes, ſi bonos viros in culpam incidiſſe contingat, exſultare.

114. Quæro nunc cur non ſimpliciter dixerit: *Vidit Cham nudationem patris*; ſed, *Vidit Cham pater Chanaan?* Utique Chanaan natus non erat: cur ergo nomen addidit filii; niſi ut & vitio auctoris deformaretur hereditas, & auctor filii nequitiâ gravaretur? Et pater igitur in filio, & in patre filius redarguuntur, habentes ſtultitiæ, nequitiæ, impietatis quoque commune conſortium. Nec poterat fieri ut bonum generaret filium, qui ipſe bono patri nequam, & filius & naturæ & eruditionis degener exſtitiſſet. Hæc ſecundum litteram. Gen. 9. 22.

115. Quod autem ad altiorem ſenſum pertinet, omnes mores peſſimi erroribus delectantur alienis: nec ſolum erroribus, ſed etiam iis quæ ipſis videntur mala eſſe, etiam ſi non ſint. Nudum enim Noe ſe non ſentiebat quia amictu erat indutus ſapientiæ. Denique nec Adam in paradiſo poſitus nudum ſe putabat, niſi poſtea quam prævaricationis commiſit errorem. [a] Et redopertus amictu ſapientiæ ac juſtitiæ, mandatorum cæleſtium prævaricatione nudatus, nudum ſe vidit, & foliis operiendum putavit. Ridet igitur Cham nudatum patrem videns. Omnis namque improbus quoniam ipſe devius diſciplinæ eſt, aliorum lapſus non ſolum pro ſui erroris ſolatio accipit, quod conſortes invenerit culpæ: verum etiam improbo lætatur affectu, tamquam ſua ipſe delicta correxerit. Mala mens ergo lætatur præter propoſitum aliquid accidiſſe ſapienti; cùm utique corporis lapſus in vitio eſſe non debeat, etiamſi lapſus putetur, niſi animus quoque inclinetur in culpam. Poſtremo veniabilia judicentur hujuſmodi errata, non odio proſequenda, non habenda ludibrio. Sed mens, ut dixi, improba cùm putat erraſſe ſapientem, inſultandum arbitratur ei cujus ſibi putat mores eſſe contrarios, quod peccatum ſuum velut tacito quodam ſapientis teſtimonio redarguatur; eoque lætandum ſibi, quod juſto viro nec eruditio ipſius profuerit, nec juſtitia ſuffragata ſit, nec ea quæ ſecundùm corpus ſunt, habuerint proſperos curſus. Hæc enim pro ſummis bonis apud improbos æſtimantur in divitiis aut honore poſita, quæ tamen nullum fructum ad laudem virtutis conferunt. Propterea inſipientiæ defenſores videntur, qui virtutis amatorem proſperorum munere eſſe fraudatum, qui omne bonum temporalibus magis quam perpetuis æſtimandum putant.

CAPUT XXXI.

Sem & Iaphet pietas commendatur; & quid ſit quod retrorſum dicuntur ambulaſſe, exponitur. Tum quomodo ſobrius factus ſit Noe. Denique cur Scriptura, cùm prius Cham medium poſuiſſet, eum nunc juniorem appellaverit.

116. Quid eſt quod *Sem & Iapheth impoſuerunt veſtimentum ſuper humeros ſuos, & perrexerunt retrorſum, & operuerunt nudum patrem, &* [b] *non viderunt nudationem ejus?* Littera evidentem pietatis expreſſit affectum, quod nudatum amictu patrem boni filii videre caverunt, ne paterna reverentia vel ipſo minueretur adſpectu. Siquidem etiam tacito vultu pietas frequenter offenditur. Unde etiam Romæ vetus fuiſſe uſus dicitur, ne filii cum parentibus & maxime puberes intrarent lavacrum. Ibid. 23.

117. Senſus autem altior hoc habet, quia inſipiens præſentia tantummodo videt quæ in oculis ſunt, futura non reſpicit, præterita non cogitat. Sapiens autem & præterita recordatur, & futura conſiderat. Omnis ergo mens ſapiens retrorſum ambulat, hoc eſt, præterita ſpectat; nec naturæ quodam uſu impeditur, nihil vacuum, nihil nudum ſuorum patitur eſſe geſtorum. Operit quæ aliter geſta ſunt amictu quodam & gratia vel præſentis operis, vel futuri; ut nihil indecorum prætereat, nihil inornatum relinquat. Unde & Apoſtolus ſuperiora obliviſcebatur, priora appetebat: ſed obliviſcebatur, ut abſconderet perſecutionis errores, ut tegeret ſuperiora delicta, [c] boniſque operibus obumbraret. *Beati* enim & illi *quorum tecta ſunt peccata*; id eſt, ſi tegantur bonis factis, & operiantur virtutum ſequentibus diſciplinis. Pſal. 31. 1.

a. Mſſ. Torn. & Valc. cum edit. omnibus: *Et tuus amictu.* Corb. Long. & Colb. *Et redopertus.* Maz. *Et recompertus amictu.* Cetera mſſ. atque edit. propemodum inter ſe conſentiunt.

b. Edit. Rom. *& facies eorum non viderunt* &c.

c. Sic mſſ. omnes Gallicani & Rom. edit. Vet. autem edit. cum Vat. cod. *boniſque operibus abundaret.*

Gen. 9. 24. 118. *Et ſobrius*, inquit, *factus eſt Noe à vino.* Manifeſtum eſt ex ebrietate, intercedente ſomno, ſobrios fieri homines: mens autem ſobria eſt, quando & præterita & futura cognoſcit. Sobria ergo erat mens juſti, etiam quando ebria putabatur. Eſt enim præclarum poculum inebrians juſtos. Ille autem vere inebriatus erat, qui ridebat patrem. Qui enim neque præteritam generationis gratiam, neque præſentem reverentiam patris, neque futuram pœnam paternæ injuriæ conſiderabat, vere ebrius erat, & quod putabat videre ſe, non videbat. Erat in illo profunda cæcitas, qui patrem videre non poterat. Nam ſi vidiſſet patrem, non utique riſiſſet. Neque enim ridendus, ſed verendus eſt pater. Multo autem amplius mentem juſti inſipiens videre non poterat. Quomodo enim videbat, qui in eo putabat [a] ebrietatis errorem, ubi erat perfectus ſapientiæ ceterarumque virtutum vapor? Sicut Sap. 7. 25. ſcriptum eſt: *Vapor eſt enim virtutis Dei.* Quando enim mens magis ſobria eſt, quam tunc quando naturam omnium rerum, temporumque præſentium & futurorum ita ſpectat negotia, ut nulla in eo temporalis titubantia ebrietatis appareat?

119. Quæro etiam qua ratione cùm ante medium dixerit inter filios Cham, nunc juniorem Gen. 9. 24. conſtituat. Sic enim ſcriptum eſt: *Cognovit Noe omnia quæ fecit ei filius junior.* Numquid ante Scriptura in ordine generationis erravit? Non utique. Quid ergo? Contraria nunc ſcripta ſunt? Non arbitror. Quomodo igitur ſolvitur, niſi juniorem non ætate, non tempore accipias: ſed rudem ſenſu & in quadam intellectus infantia conſtitutum, qui provectioris doctrinam ætatis non hauſerit, nec perceperit ſenile conſilium? Cani enim quidam ſunt ſenſus hominum. Et ideo Eccli. 32. 13. inquit: *Cùm veneris ad ſeniorum concilium, claude* Ibid. 18-19. *os tuum.* Et alibi habet ſententia: *Diſcendum enim tibi prius eſt, quam loquendum.* Aures ergo paratas habe, ut aliquid de ſapientium conſiliis conſequaris. Lingua reprimenda eſt, auditio præparanda.

CAPUT XXXII.

Cur in benedictione Sem dictum fuerit: Benedictus dominus Deus Sem; *& cur huius servienti non Cham qui peccavit, ſed filius ejus addicatur? Ad extremum benedictio Iapheth exponitur.*

Gen. 9. 26. 120. B*Enedicens filium ſuum Sem ait Noe: Benedictus dominus Deus Sem; & erit Chanaan ſervus ejus.* Et dominum & Deum dixit, & ſpecialiter Deum filii ſui cui nomen Sem eſt; eo quod Deus juſtorum eſt, hoc eſt, Deus montium, non vallium, qui gratiam habeant virtutis excelſæ. Deinde qua ratione cùm filius ejus Cham peccaverit, non ipſum ſed filium ejus ſervituri addixit? Et fortaſſe ideo quod pater plus afficitur injuriis filii ſui, maxime quarum ipſe reus & auctor exiſtat, & vehementius contriſtatur ſui peccati damnationem à filio perſolutam, qui non tam ſuo, quam patris merito puniretur. Deinde quia qui doctrinæ paternæ diſcipulus eſſet filius, & peſſimarum æmulus cogitationum, uno corpore uterque uteretur & mente, eademque malitiâ. Indifferenter igitur vel paternæ, vel ſuæ malitiæ filius pretium luit; quoniam improbitatis commune conſortium eſt. Quod igitur pro patris ſolvit improbitate, ſine dubio & pro ſua ſolvit, culpæ ejus reus: vel certe diutius pœna producitur, cùm etiam ad filium uſque pertendit, & ſucceſſoris afflictio in tempora multa profertur. Hoc ſecundum litteram.

121. Ceterum non tam hic homines quam mores comprehenduntur, quorum in utroque una natura. Nam Cham calor, Chanaan commotio & inquietudo: qui autem calidus eſt, utique inquietus atque commotior eſt. In duobus igitur erat una paſſio, & unus affectus. Itaque cùm [b] alter addicitur, uterque damnatur.

122. Cùm ſanctus igitur Noe benedicens filium ſuum Japheth ait: *Dilatet Dominus Iapheth, habitet in domibus Sem, & fiat Chanaan ſervus ejus;* Ibid. 27. diximus ſupra Japheth quaſi indifferens bonum ſignificari. Sup. cap. 2. Indifferentia autem latitudinem habet, quæ eſt in ſalute, vigore, decore, fortitudine, divitiis, gratia, nobilitate, amicis, poteſtatibus, & ceteris. Sed hæc licet indifferentia bona ſint; tamen pleriſque nocuerunt, qui ea non cum ſapientia & juſtitia poſſederunt. Multos enim ebrios fecere divitiæ, nobilitas & poteſtas ſuperbos, pulcritudo luxurioſos, [c] cujus ſuffragio alienæ mentis corruperint caſtitatem. Ergo pro utentis affectu horum quæ diximus, indifferentiæ ſunt, quorum uſus aut virtutibus regitur, aut certe ſine gubernatione virtutum fraudi eſſe incipiunt, quæ poſſunt eſſe utilitati.

CAPUT XXXIII.

De CCCL *annis quos Noe poſt diluvium vixiſſe traditur: tum de poſteritate Japheth ad litteram ac moraliter.*

Gen. 9. 28. 123. NUnc quoniam poſt diluvium Noe dicitur vixiſſe trecentis & quinquaginta annis, nequaquam prætereundum putamus. Nam in trecentis crucem Chriſti ſignificari certum eſt, cujus typo juſtus à diluvio liberatus eſt. In quinquaginta Jubilæus eſt numerus remiſſionis quo Spiritus ſanctus miſſus à cælo eſt, gratiam humanis pectoribus infundens. Perfecto igitur numero remiſſionis & gratiæ juſtus curriculum vitæ hujus implevit.

124. De generatione Japheth, inquit, *Rhodus & aliæ inſulæ ſunt nationum.* Ibid. 10. 5. Non immerito latitudo dicitur, quando etiam in alteram partem naturæ, hoc eſt, maritimam generatio ejus proceſſit. Vere enim tamquam latitudo non fuit eo contenta, quod in uſum hominibus natura præſcripſerat, hoc eſt, terræ poſſeſſione: verum etiam introgreſſa eſt mare, & ad inſulas uſque proceſſit. Hoc ſecundum litteram.

125. Secundùm altiorem autem ſenſum, ea quæ extra ſunt, quæ dicuntur bona, divitiæ, poteſ-

a. Vocem, *ebrietatis*, reſtituimus auctoritate mſſ. Corb. ac Long. cùm in aliis, ac editis omnibus legeretur, *dubietatis*.
b. Edit. Am. cum Pariſinis aliquot ibi habent *adjicitur*, ubi aliæ cum mſſ. *addicitur*. Melius, hic enim agitur de ſervitute.
c. Omnes edit. *cujus ſuffragante alienæ mentis corrupit caſtitatem*. Mſſ. vero ut nos in textu.

tates, honores quaſi diffunduntur latius; nec A tantum his contenti ſunt divites, quæ in manibus & in conſpectu ſunt: ſed longe lateque diffundunt ſuas cupiditates, dum aut pecuniarum compendium de ulterioribus quæritur, aut honor à pluribus, aut poteſtas diffuſior, aut cupiditas.

CAPUT XXXIV.

Qualis Cham illius improbi filius ſenior fuerit: & de filio Chus Nembroth gigante & venatore, cujus B nomen exponitur, & à quo regnum Babylonis cœpiſſe memoratur.

126. NUnc quæro qua ratione Cham illius improbi filium ſeniorem Scriptura fuiſſe memoraverit? Duo genera terræ, unum velut arenoſum & pulverulentum, immo ut expreſſius dicam, pulvis: aliud genus terræ fructiferum atque fœcundum, hoc eſt, terra ſolidior & profunda. Quid igitur improbus niſi pulverem generat, ex quo generatio eſſe non poſſit? Ideoque C Propheta pulverem impiis comparavit dicens:
Pſal. 1. 4. *Non ſic impii, non ſic, ſed tamquam pulvis quem projicit ventus à facie terræ.* Eo quod etiam ſecundùm altiorem ſenſum infœcunda ſit impiorum anima, quæ fructus utiles generare non poſſit.

127. Qua ratione etiam Chus Nembroth gigantem genuerit, qui erat venator ante Deum? [a] Unde dictum eſt: *Sicut Nembroth gigas venator ante Deum.* Gen. 10. 9. Quid igitur aliud pulvis & arena generaret, niſi terrenum hominem; eo quod impius cæleſtibus terrena præponat. Gigantes enim fabulæ inducunt adverſum ſupera voluiſſe pugnare, & terreno adſcenſu ſcandendum ad cæleſtia putaverunt.

128. Altiore autem ſenſu illud ſignificatur, quod qui terrenas diligit voluptates, eas ſequitur, & putat his ſe poſſe ad Dei gratiam pervenire, & regnum cæleſte hujuſmodi erroribus deferendum, is adverſum cæleſtia contumaci præliatur affectu. Propterea & in proverbio eſt de eo qui deliquerit: *Sicut Nembroth gigas venator ante Deum.* Nembroth autem per interpretationem dicitur Æthiops. Color Æthiopis tenebras animæ ſqualloremque ſignificat, qui [b] adverſus lumini eſt, claritatis exſors, tenebris involutus, nocti ſimilior quam diei. Venatoris quoque uſus in ſilvis, inter feras ac beſtias converſatio ejus. Irrationabilis ergo miſcetur irrationabilibus paſſionibus, & ea quæ ſunt malitiæ agreſtis atque præduræ venator hujuſmodi explorare conſuevit, atque his potiri atque delectari. Denique Nembroth hujus principium regni Babylon, hoc eſt, confuſio; eo quod malitia & poteſtas non in ſimplicitate & puritate, non in diſtinctione virtutis, ſed in confuſione vitiorum eſt.

a. Deerant in cunctis edit. ſequentia: *Unde dictum eſt, Sicut Nembroth gigas venator ante Deum*, quæ tamen in omnibus mſſ reperiuntur.

b. Edit omnes, & cod Vat. ac Torn. *adverſus lumen*: Melius mſſ. Corb. Colb. Long. & Maz *adverſus lumini*, id eſt, contrarius.

FRAGMENTUM LIBRI DE ARCA NOE.

VEluti eſt illud in libro quem de Arca Noe conſcripſit beatus Ambroſius: Per unum, inquit, dominum Jeſum ſalus ventura nationibus declaratur, qui ſolus potuit juſtus eſſe, cùm generatio omnis erraret, niſi natus ex Virgine generationis obnoxiæ privilegio minime teneretur. *Ecce*, inquit, *in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea*, dicit is qui juſtus præ ceteris putabatur. Quem igitur jam juſtum dixerim, niſi horum liberum vinculorum, quem naturæ communis vincula non teneant. Omnes ſub peccato ab Adam, in omnes regnabat mors. Veniat ſolus juſtus in conſpectu Dei, de quo jam non cum exceptione dicatur: non peccavit in labus ſuis, ſed peccatum non fecit. *Hæc dic ſi audes* &c.

Citat hoc fragmentum Auguſtinus duobus locis, nimirum l. 2. contra Jul. c. 2. & l. 4. contra duas epiſt. Pelag. cap. 11. Hæc autem verba pertinere putamus ad finem capitis tertii; ut ex utriuſque collatione quivis colliget.

IN LIBROS DE ABRAHAM ADMONITIO.

T*Otum operis hujus argumentum tametſi prima ipſa ejuſdem verba ſatis aperte complecti videantur, tamen cùm non omnino ſuis careant difficultatibus, lectori minime ingratum nos credidimus eſſe facturos, ſi eas ad majorem lectionis facilitatem hic enodare ac evolvere conaremur.*

De titulo quidem ita legis, [a] Abraham libri hujus titulus eſt. *Quibus è vocibus gemina poteſt naſci dubitatio. Primum enim cur Ambroſius*, libri hujus, *dixit*, non librorum? *Dividitur certe commentatio hæc in duos libros; & diviſionem aliquam neceſſariam eſſe tum magnum illud utriuſque diſcrimen clare loquitur, tum ſanctus ipſe Auctor, qui primis eorumdem librorum capitibus lucubrationem ſuam ſe partiturum, atque adeo id ſibi jam ab initio primi fuiſſe propoſitum ſatis declarat. Quapropter nobis perſuaderetur haud invitis illud operis libro unico ab Ambroſio comprehenſum, partibus vero duabus: at illas ſecutis temporibus librorum vocabulo ab iis qui ſummopere eaſdem inter ſe diſcrepare animadverterunt, fuiſſe inſcriptas. Etenim liber primus à Iona Aurelianenſium epiſcopo, qui ſub Carolo Calvo imperatore floruit, in lib. 2. de Inſtitut. laicali* [b] *haud ſemel nominatur; & apud Hugonem de ſancto Victore citatus reperitur* [c] *liber ſecundus. Alteram autem circa titulum difficultatem movet quod* [d] *Gratianus ac B. Thomas* [e], *aliique nonnulli qui teſtimonia ex hoc tractatu depromunt*, ea in libro de Patriachis *exſtare dicunt. Sed à fide utcumque abhorret auctores illos in ex-*

a. Lib. 1. cap. 1.
b. Cap. 2. 4. §. 29.
c. Lib 2. clauſ anti cap 8.
d. 23. q 5.
e. Dicat. & 32. q. 2. & 4. &c
e 2 2. q 66. a. 8. 1. ibid. q 154. a. 6 & alibi

cerptis in libris ſuis SS. Patrum operâ eo titulo qui tunc temporis uſitatior erat, laudare ſolitos. Quamobrem diu natam hanc memorato operi factam inſcriptionem jure dixeris. Et forte non alius huic rei locum dede-
a De inſtit. d v. lect. cap. 1. *rit, quam Caſſiodorus. Cum enim ita loquitur:* [a] Item ſanctus Ambroſius de Patriarchis ſeptem libros edidit, qui multa loca veteris Teſtamenti factis quæſtionibus ſuaviter enodavit, *dubium non eſt quin inter alios libros de Patriarchis tractatum quoque de Abraham complexus fuerit. Nec illud cuiquam abſurdum videri debet, quando revera ſanctus Doctor de præcipuis Patriarchis commentationes elucubraverit, quas ipſemet initio libri* de Joſeph *recenſet, atque inter ſe comparat. Ut ut ſit, dubitare poteſt nemo huic ipſi de quo loquimur, operi titulum* de Abraham *inditum ab Ambroſio fuiſſe, cujus etiam rei ratio hæc ab ipſo redditur:* Quoniam, *inquit*, per ordinem hujus quoque Patriarchæ geſta conſiderare animum ſubiit. *Quibus ſane verbis operis ſumma quaſi oculis ſubjicitur. Quocirca illud non alio, quam de Abraham in mſſ. inſcriptum titulo reperire eſt.*

Profitetur quoque ſanctus Antiſtes ſe ſe ut iſti commentationi ſtilum admoveret, divina auctoritate fuiſſe in-
b. Lib. 1. cap. 1. *ductum:* [b] Cùm dominus Deus noſter, *inquit*, hunc locupleti benedictionis ſuæ dote donaverit; ut ejus gratia provocaret ceteros, inſtitutio corrigeret: Moyſes quoque imitandum eumdem nobis deſcripſerit, *&c. Itaque pius Doctor ſanctum Patriarcham auditoribus ſuis aut lectoribus eo conſilio ponebat ob oculos, ut ad ejus exemplar, tamquam ad ſpeculum, vitiorum naevum detergerent, atque ad abſolutiſſimam vitæ ac ſapientiæ Chriſtianæ contenderent perfectionem. At vero quæ his ſubjungit, ſatis indicant eum non modo ad fovendam promovendamque Chriſtianorum pietatem adlaboraſſe, verum etiam ad explodendum philoſophorum vanitatem, qui ſapientis cujus ille vivam ac ſolidam in Abrahamo imaginem luxiſſe demonſtrat, commentitiam ſolum adumbrationem ſive in Platonica republica, ſive in Xenophontico ſapiente oſtentabant. Eum ob rem ſubinde ſingularibus ejuſdem Patriarchæ factis adſtruit quidquid iſti adeo magnifice prædicarent, ab hoc præſtitum eſſe, ac longe ante ipſorum ætatem à Moyſe in ſacris codicibus conſignatum. Neque vero mireris*
c. Auguſt. Epiſt 31. *ſanctum Præſulem hanc ſcribendi rationem ſequi voluiſſe; quandoquidem adverſus hujuſmodi homines* [c] *diſputabat, qui ſumma cæcitate ac temeritate Chriſtum dominum divinas illas leges, quas ipſi non habere in admiratione non poterant, in Platonis ſcriptis didiciſſe adſeverabant.*

Ante Ambroſium Philo Iudæus librum vulgaverat ſub hoc titulo: Vita ſapientis per doctrinam perfecti, ſive de legibus non ſcriptis, ſive de Abrahamo; *cui libro quoſdam alios de clarioribus nonnullis hujus Patriarchæ actionibus ſubjunxerat. Verumtamen ſi ſcriptorem illum in operis argumento ſecutus eſt Ambroſius, videtur tamen ab ejuſdem verbis & ſententiis, quæ ipſum in ſuperioribus nonnullis tractatibus liberiori manu decerpſiſſe animadvertimus, in hoc ferme abſtinuiſſe.*

Methodum porro hic amplexus eſt ab ea quæ aliis ſuis in lucubrationibus deprehenditur, longe diverſum. Etenim in priori libro quidquid Scriptura de vita Abrahami ab accepto divinitus juſſo exeundi ex Charra ad uſque ipſius obitum tradit, ad moralem intelligentiam accommodat, propoſitâque illius devotione, *hoc eſt, in exſequendis Dei mandatis obedientiâ, reliquas ejuſdem virtutes proſequitur: in poſteriori vero primas memorati Patriarchæ actiones ſpiritali ſive, ut ipſe vocat, altiori ſenſu interpretans varios animæ in virtute gradus ac progreſſus aperit, eamdemque animam cùm in Adamo decidiſſet, in Abrahamo reſurgere atque ad perfectionem eniti docet. Diximus autem primas actiones, non vero omnes; eo quod illum tractatum poſt circumciſionem Patriarchæ, & promiſſam Iſaaci nativitatem ultimum claudat, ejus hoſpitalitatem paucis attingens. Atque adeo ſecundus liber ea fere ſola complectitur, quæ in prioribus quatuor primis capitibus fuerant explanata. Quamvis in illo quoque nonnulla quæ in hoc omittuntur, tractata reperias. Atqui non aliam cauſam cur ſecundum librum ulterius proſequi noluerit, eſſe autumamus, niſi quod jam in animum induxiſſet etiam in Iſaac novum tractatum de animæ perfectione vel, ut ipſe ait, variis ejus proceſſibus elucubrare.*

Cùm autem ad informationem morum utilitatem multo uberiorem è primo libro quam è ſecundo Chriſtiani haurire poſſint, non ſine divina providentia factum videtur, ut ille haud paulo incorruptior atque perfectior ad nos tranſmiſſus fuerit, quam iſte in quo loci complures occurrunt miſerum in modum hiatibus aliiſque vitiis deturpati. Non paucos quidem neque contemnendos priſtinæ integritati reſtituimus; ingenue tamen fatendum eſt in fine ejuſdem libri adhuc confuſi aliquid ſupereſſe, cui remedium afferre manu exarati codices nequiverint. Credibile eſt ibi quædam vel tranſpoſita, vel avulſa, vel etiam forte ab hæretico aliquo, ut patrocinium erroribus ſuis pararet, fuiſſe interjecta.

d. Lib. 1. c. 4. 7. & ult. *Primum librum conſtat è ſermonibus compoſitum eſſe, quos ſanctus Præſul ad catechumenos* [d] *qui jam nomen dederant ad baptiſmum & competentes erant, habuerat. Hos potiſſimum ipſe per ſe docere conſueverat; & quod ore tradidiſſet, poſtmodum in libros redigere. Id autem eo facere inſtituerat, ſive quo illorum poſtulatis morem gereret, ſive quod ipſe ſponte ſua eiſdem proſpiceret, ne quæ pretioſis illis baptiſmi ſui temporibus audierunt promiſeruntque, ſibi umquam excidere ex memoria paterentur, ac ſimul ut in utilitatis conſortium alii quoque admitterentur Chriſtiani. Non ita quidem manifeſtum eſt librum ſecundum ex ſimilibus conſtare concionibus: verum cùm huic rei nihil ſit quod videamus repugnare, de hoc etiam libro idem judicium atque de primo ferre non immerito poſſumus.*

In retegenda eorumdem librorum ætate pluſculum difficultatis eſt. Nihilominus tamen cum ex conjunctione atque ordine quo illi ſequentibus commentationibus de Patriarchis connectuntur, tum ex ipſomet Ambroſio qui ſub initium librorum de Joſeph, & de Myſteriis *ſatis aperte indicat illos omnes minime diverſis temporibus ab ſe fuiſſe compoſitos, ſatis evidenter colligitur eoſdem anno circiter* CCC LXXXVII *quo librum de Joſepho in lucem prodiiſſe ſuo loco probabimus, tribui oportere.*

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE ABRAHAM LIBRI DUO.*

* Scripti circ. an. 387.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Libri titulus ac tractandi ratio exponitur: tum quæ utilitas ex Abrahami exemplis petenda ſit, auctoritate divina, & philoſophorum collatione demonſtratur.

1. ABRAHAM libri hujus titulus eſt, quoniam per ordinem hujus quoque Patriarchæ geſta conſiderare animum ſubiit. De B quo nobis moralis primo erit tractatus & ſimplex. Nam etſi altiori diſputatione proceſſus quidam & forma virtutis, & ſpecies quædam exprimatur; tamen a [a] forenſia quoque actuum ejus veſtigia ſpectare, virtutis profectus eſt. Etenim ſi ea quæ natura ad victum generavit hominum non unius, ſed geminæ, aut etiam uberioris gratiæ ſunt: quanto magis ea quibus epulantur animi non anguſti, ſed abundantioris uſus, & multiplicis cibi C eſſe æſtimari convenit.

2. Non mediocre autem aut otioſum negotium. Etenim cùm dominus Deus noſter hunc locupleti benedictionis ſuæ dote donaverit; ut ejus gratia provocaret ceteros, inſtitutio corrigeret: Moyſes quoque imitandum nobis deſcripſerit; ut corda hominum in vitium labentia, hujus viri contuitu, velut è quodam terreno buſto reſuſcitaret, non perfunctorium debet videri, ſi nos quoque ſcrupuloſius ejuſdem viri ver- D ſemus veſtigia. Nam ſi ſapientes hujus mundi, ut Plato ipſe princeps philoſophorum, non veram aliquam, ſed fictam & adumbratam ſibi eam quam legimus [b] πολιτείας propoſuit perſequendam; ut doceret qualem rempublicam eſſe oporteret: atque ita quam nec audierat, nec viderat A in aliqua urbe deſcribendam putavit; ut ii quibus hoc munus eſt, quemadmodum rempublicam regerent, inſtitui poſſent: & ſi condiſcipulus Platonis Xenophon ille Socraticus fictis & ipſe rebus perſonam voluit informare ſapientis in eo libro, quem Κύρου παιδείας inſcribit; ut ex intimo Philoſophiæ ſinu juſti regis & ſapientis diſciplina procederet: quanto magis nos non compoſitam figuram ſapientis viri, ſed expreſſam virtutem, & divino inſtitutam magiſterio recenſere intentius, B & vias ejus debemus perſequi, quem Moyſes ita deſcripſit, ut retro quodammodo ſe ipſe reſpiceret?

Plato l. 4. de Republ.

CAPUT II.

Devotio Abrahæ quomodo divini præcepti verbis probata? Quid ſit exire de cognatione, quove pacto ejuſdem Patriarchæ obedientiam Dei promiſſio ſecuta ſit? Idem invocato Domino, ſibi ob uxoris pulcritudinem timet, cavetque. At Pharao propter illius raptum caſtigatus, quantum ſit adulterii crimen indicio eſt: unde Abrahæ exemplo ad ſtudium devotiónis provocamur.

3. MAgnus plane vir, & multarum virtutum clarus inſignibus, quem votis ſuis Philoſophia non potuerit æquare. Denique minus eſt quod illa finxit, quàm quod iſte geſſit, majorque ambitioſo eloquentiæ mendacio ſimplex veritatis fides. Itaque cujuſmodi fuerit in eo D viro devotio, conſideremus. Ea enim virtus ordine prima eſt quæ eſt fundamentum ceterarum; meritoque hanc ab eo primam exegit Deus dicens: *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Gen. 12. 1. Satis fuerat dixiſſe de terra tua. Ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo: ſed ideo addidit ſingula, ut ejus af-

a. Edit. Am. cum mſſ. quatuor, *forenſia quoque.* Hic autem *forenſia veſtigia*, pro morum ſignis exterioribus ſumuntur.

b. Ita mſſ. quinque ævi melioris. Alii vero & edit. *πόλιν propoſuit ædificandam.*

fectum probaret, ne forte [a] aut imprudentem cepiſſe videretur, aut fraus aliqua mandaris pararetur cæleſtibus. Sed ſicut coacervanda fuerunt præcepta, ne quid lateret: ita etiam proponenda præmia, ne forte deſperaret. Tentatur ut fortis, incitatur ut fidelis, [b] provocatur ut juſtus, meritoque exivit quemadmodum locutus eſt illi Dominus.

Ibid. 4. 4. *Et exivit cum eo Lot.* Hoc autem quod pro magno inter ſeptem Sapientum dicta celebratur ἕπου θεῷ, id eſt, ſequere Deum, perfecit [c] Abraham, factoque Sapientum dicta prævenit, & ſecutus Deum exivit de terra ſua. Sed quia ante terra ei fuerat alia, hoc eſt, regio Chaldæorum de qua exivit Thare pater Abrahæ, & in Charram demigravit; & quia ſecum eduxit nepotem ſuum, cui dictum fuerat: *Exi de cognatione tua;* conſideremus ne forte hoc ſit exire de terra ſua de hujus terræ, hoc eſt, de corporis noſtri quadam commoratione egredi, de qua exivit Paulus qui dixit: *Noſtra autem converſatio in cælis eſt;* (Philip. 3. 20.) & de illecebris & delectationibus corporalibus quas velut cognatas animæ noſtræ dixit, quam compati neceſſe eſt corpori, donec ejus colligata vinculo adhæret. Ergo exire de converſatione terrena, & ſæcularibus oblectamentis & ſuperioris vitæ moribus atque actibus debemus; ut non ſolum loca, ſed etiam noſmetipſos mutemus. Si cupimus adhærere Chriſto, deſeramus corruptibilia. Sunt autem corruptibilia in nobis caro, delectatio, vox obnoxia paſſionibus corporalibus. Per vocem autem paſſiones intelligimus. Unde quoniam anima noſtra διμερὴς eſt, hoc eſt, bipertita, & rationabile habens & irrationabile, quod dividitur per carnem & delectationis corporalis illecebras, ceteraſque paſſiones corporis: qui juſtus eſt vir, rationabile animæ ſuæ ab irrationabili disjungere debet ac ſegregare. Hoc eſt enim exire de Charra, tamquam de cavernis quibuſdam, & cuniculis, latibuliſque egredi. Latere enim criminoſæ conſcientiæ eſt. Et nos igitur ſequentes Abraham exeamus de latibulis. Si enim filii Abrahæ ſumus, opera Abrahæ faciamus; ut luceant opera noſtra coram Deo, & coram hominibus. Juſtus dicit opera ſua regi: peccator ſeipſum occultat, ſicut Adam ſe occultare cupiebat, ſed latere non poterat. Paruit itaque Abraham mandato, nec ulla legitur mora interveniſſe.

Gen. 12. 6. 5. *Egreſſus perambulavit terram uſque ad Sichem,* quod interpretatione latina dicitur humerus vel cervix, per quæ exſecutionem præſcripti operis intelligimus. Siquidem & infra habemus ſcriptum: *Suppoſuit humerum ſuum ad laborandum.* (Ibid. 49. 15.) Unde per figuram locorum id expreſſum advertimus, quod devotionem ſuam ſanctus Abraham non ſolum ſtudio, ſed etiam efficacia probaverit fructuoſa, qua ad quercum uſque pervenerit. Quo loco apparuit illi Dominus, & dixit: *Semini tuo dabo terram hanc.* (Ibidem. 12. 7.) Vide quomodo promiſſo frequenti tamquam invalidum adhuc informet atque inſtituat; & [d] ipſe memor ſui totum Deo deputet, nihil ſibi vindicet. Ideo & *aram ædificavit Deo, qui apparuit ei; & receſſit inde in montem contra Orientem Bethel,* (Ibidem.) ſurgentem adhuc ſibi ſolem cupiens juſtitiæ videre. Ideoque non in vallibus, ſed in monte tabernaculum ſibi locavit, quia Deus montium eſt, & non vallium.

6. *Et invocavit nomen Domini.* (Ibidem 8.) Ubi Bethel, id eſt, domus Dei, ibi & ara: ubi ara, ibi & invocatio Dei noſtri. Non immeritoque proceſſus tantos habuit, quia Deum ſperabat ſibi auxilio fore. Exercetur athleta Dei, & [e] probatur adverſis: in deſertum abiit, fames incidit, in Ægyptum deſcendit. Compererat in Ægypto laſcivam eſſe juvenum luxuriam, petulantem cupiditatem, voluptatum intemperantiam. Advertebat inter hujuſmodi viros intutam uxoris pudicitiam fore, ſibique conjugis pulcritudinem periculo futuram: monuit uxorem, ut ſororem ſe diceret. Quo docetur non magnopere decorem conjugis quærendum, qui viro necem plerumque gignere ſolet. Non enim tam pulcritudo mulieris, quàm virtus ejus & gravitas delectat virum. Qui ſuavitatem quærit conjugii, [f] non ſuperiorem cenſu ambiat, quam neceſſitates non teneant maritales: ſi non monilibus ornatam, ſed moribus. Offendit plerumque virum, ſi ſe uxor nobiliorem noverit. Hæc proxima ſuperbiæ ſunt. Sara non facultatibus ditior, non genere ſplendidior erat; ideo virum imparem non putabat, ideo quaſi parem gratiâ diligebat, ideo non cenſu eſt retenta, non parentibus, non propinquis, ſed virum proprium quocumque pergeret ſequebatur: externa adiit, ſororem ſe ejus adſeruit, contenta ſi ita eſſet neceſſe, ſe periclitari pudore, quàm virum ſalute. Ut tueretur maritum mentita eſt germanitatem; ne inſidiatores pudoris ejus tamquam æmulum & vindicem uxoris necarent. Denique ſimul ut viderunt illam Ægyptii, admirati quod ſpecioſa eſſet valde, induxerunt illam ad regem ſuum, & cum Abraham bene egerunt, tamquam fratrem ejus quæ placuiſſet regi, honorantes.

7. *Afflixit autem Dominus Pharao afflictationibus magnis & ſæviſſimis, & domum ejus propter Saram uxorem Abra.* (Ibidem. 17.) Magnum teſtimonium documentumque [g] caſtitatis tuendæ. Locus ita hortatorius, ut unuſquiſque ſe caſtum præbeat, alienum non affectet thorum, nec latendi ſpe, aut faciendi impunitate alienam uxorem inceſſat, non incuriâ aut ſtultitiâ provocetur mariti, aut abſentia longiore. Adeſt præſul conjugii Deus quem nihil lateat, nullus evadat, nemo irrideat: vicem abſentis mariti tuetur, ſervat excubias, immo ſine excubiis deprehendit reum antequam

a. Edit omnes, ac pauci mſſ. *imprudenter cepiſſe.* Alii vero majores numero & auctoritate, *imprudentem cepiſſe*, hoc eſt, decepiſſe

b. Era. in textu, & Gill. in margine, *probatur ut juſtus.*

c. Sic edit Rom ex Vat. cod. à quibus quam minimum abeſt Regius in quo legitur, *perfecit; factis enim Abraham Sapientum* &c. Reliqui autem mſſ. & edit. omiſſo, *perfecit;* legunt, *factoque prævenit Abraham Sapientum* &c.

d. Mſſ Vat Reg ac Rom edit *Et ipſe immemor ſui.* Non male. Melius tamen alii mſſ. atque edit . . . . *memor ſui*, id eſt, conditionis & infirmitatis propriæ.

e. Ita ſex mſſ melioris notæ. Alis autem atque edit. *& duratur adverſis . . . famem incidit.*

f. Edit. omnes, *non tam ſuperiorem cenſu ambiat, quam neceſſitates non terreant maritales. non monilibus* &c. Vocula *tam* deeſt Am. & mſſ omnibus. Sed hi fere ad unum noſtræ lectioni adſtipulantur. Porro quod legunt, *quam neceſſitates non teneant maritales*, ita interpretare ac ſi diceretur, quæ ob divitias inſoleſcens conjugalis neceſſitudinis ſeu conjunctionis leges recuſet obſervare.

g. Ita quinque mſſ. probatioris notæ. Alii vero & edit. *caſtitatis. Intuendus locus . . . . uxorem inceſſat*

faciat quod paraverit; in animis ſingulorum, in A mentibus univerſorum crimen agnoſcit. Et ſi maritum adulter fefelleris, non fallis Deum: & ſi maritum evaſeris, & ſi judicem fori luſeris, non evadis judicem totius mundi. Ille gravius ulciſcitur injuriam inopis, contumeliam imprudentis mariti. Major eſt enim injuria auctorem, quam cuſtodem thalami ſpretum & non conſideratum.

8. Ipſe quoque Pharao, licet rex Ægyptiorum quem & inſolentia regalis potentiæ ſupinaret, & Ægypti laſcivia atque luxuries à ſtudio caſtita- B tis abduceret, vocavit Abraham, & arguit eum dicens: *Quid hoc feciſti mihi? Quare non dixiſti mihi quia uxor tua eſt: ſed dixiſti mihi quia ſoror tua eſt: & ſumſeram eam mihi uxorem? Et nunc ecce mulier tua ante te.* (Ibid 12. & 19.) Etſi natura ferus ac barbarus tamen ſignificat etiam exteris ac barbaris moribus eſſe curam pudoris, & adulterii etiam ſibi crimen cavendum. Qui prætendit ignorantiam, condemnat intemperantiam. Nec mirum ſi barbarus jus novit naturæ: muta animalia [a] quæ nul- C lis tenentur legibus, ſunt tamen aliqua quæ non ſolum paribus ſuis copulæ ſervent fidem; verum etiam coitus unius caſtitatem cuſtodiant. Ita major lex naturæ, quàm legum præſcriptio eſt. Non mirum ergo ſi & iſte Ægyptius rex Deum timuit qui hominem non timebat, & pœnam ſolvit adulterii, qui nullis reus tenebatur legibus: ſtatimque ubi alienam eſſe cognovit uxorem, non ſolum marito reddidit, verumetiam proſecutores dedit qui deducerent eum; ne quis de D populo barbaro irrogaret violentiam vel peculio viri, vel uxoris pudori.

9. Pulcherrimus eſt hic locus ad incitandum ſtudium devotionis, quòd is qui Deum ſequitur tutus ſemper eſt. Et ideo Deum præferre debemus omnibus, nec patriæ contuitus, nec parentum filiorumque gratia, nec uxoris contemplatio nos revocare debet ab executione præceptorum cæleſtium; quia Deus nobis omnia illa largitur, & potens eſt ſervare quæ donat. Ita- E que magnum exemplum devotionis Abrahæ, quòd cum uxore ſpecioſa deſcendit in Ægyptum. Erat quidem juſto viro cura conjugalis pudicitiæ: ſed majus erat ſtudium maturandæ devotionis, ne prætuliſſe cuſtodiam thori mandatis videretur cæleſtibus. Itaque quoniam propter Deum contemſit omnia, recepit à Deo multiplicata omnia: ſed primam Deus pudicitiæ tribuit remunerationem, quam gratam ſciebat conjugi. Nam quia ſtudio [b] obeundi cæleſtis oracu- F li uxorem quoque in periculum deduxit pudoris, etiam caſtimoniam conjugii defendit.

CAPUT III.

De ceteris Abrahæ virtutibus, nimirum de prudentia ejus in reſcindendis rixarum cauſis, juſtitia in dividendo, ubi & de imprudentia Lot amœnis utilia poſtponentis, ejuſque pœna: tum de patrui in ipſum caritate, pietate in Deum, continentia in victoria, & mercede à Deo propoſita electione; ac tandem de accepto futuræ poſteritatis & Chriſti naſcituri promiſſo.

10. PRimas igitur partes ſibi juſto ordine vindicavit devotio. Videamus & ceterarum virtutum gratiam. Mulcebatur ſanctus Abraham nepotis præſentia cui patrium affectum exhibebat. Incidit rixa inter ſervulos nepotis & patrui. Advertit prudentior ſervulorum diſſenſionibus dominorum concordiam ſolvi ſolere, amputavit fibram diſcordiæ, ne contagium ſerperet. Tolerabilius enim putavit ut copula ſequeſtraretur, quàm gratia dirimeretur. Quod te facere oportet, ſi forte hujuſmodi aliquid incideris, ut ſeminarium diſſentionis auferas. Neque enim tu fortior quam Abraham. Ille declinanda cenſuit, non deſpicienda ſervulorum jurgia. Et ſi tu fortior, cave ne alter infirmior qui aurem præbeat ſervulorum ſuſurris. Frequenter indiviſa ſervitia inter parentes diſcordiam ſerunt. Divide potius, ut maneat amicitia. Indiviſa domus duos non ſuſtinet. Nonne melius eſt emigrare cum gratia, quàm cohabitare cum diſcordia?

11. Ipſa quoque cujuſmodi eſſe debeat diviſio, Patriarcha edocet. Firmior dividat, infirmior eligat, ne habeat quod queratur. Electionis enim ſuæ partem non poterit calumniari. Non reſidet occaſio reſiliendi cui datur optio eligendi, nec diviſor gravatur. Nam quo prudentior, eo cautior; ut nec in diviſione circumſcribatur, nec in electione fraudetur.

12. Diviſit Abraham, *quia non capiebat*, inquit, *illos terra habitare ſimul*, (Ibid 13. 6.) quia nimium divites erant. Sæculare vitium ut divites terra non capiat. Nihil enim ſatis eſt divitum cupiditati. Quanto ditior quis fuerit, tanto avidior ad poſſidendum eſt. Extendere agri terminos cupit, & vicinum excludere. Numquid hujuſmodi Abraham? Minime, quamvis in principio & ipſe imperfectior. Unde enim perfectio ante adventum Chriſti? Nondum venerat qui diceret: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* (Matth. 19. 21.) Tamen ut minime avarus electionem offert, ut juſtus diſſentionem amputat *Non ſit*, inquit, *rixa inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos, quia homines nos fratres ſumus. Nonne ecce tota terra ante te eſt? Diſcede à me: ſi tu in ſiniſtram, ego in dexteram: vel ſi tu in dexteram, ego in ſiniſtram.* (Gen. 13. 8. & ſeq.)

13. *Et* [c] *levavit oculos Lot, & elegit irriguam re-*

a. Edit omnes, *licet nullis conſtringantur legibus, ſunt tamen* &c. Mſſ. duo, *quæ nullius ſunt, tamen* &c. Alii ut in contextu

b. Reg mſ. *obeundi ſolvendique votum cæleſtis oraculi.* Et poſt pauca, ubi complures mſſ & edit. omnes legunt, *caſtimoniam*; ibi Corb & alii aliquot habent, *caſtimonium*. Nec forſan male: legitur enim apud Auguſtinum in pſal. 99. num. 13. *ſanctimonium* pro ſanctimonia, vel ſanctimonialium profeſſione Porro non defuere qui Abrahamum prodiſi uxoris Saræ pudoris accuſarent; quem tamen recte SS Patres defendunt; ſcilicet Ambr hoc in libro. Aug. cont. Fauſtum lib. 22. cap. 33. & Quæſt. 26. ſuper Gen. & alibi. Hier. de Trad. Heb. in Gen Theodor. Quæſt. 62. in Gen. & alii plures

c. Hic tantum differunt inter ſe mſſ & vet edit. in voce *irriguam*, pro qua ſolus Corb. cum vet. edit. habet, *irrigua*. Rom. autem edit. ita repoſuerat, *Et elevavit oculos ſuos Lot, & elegit irrigua*, *regionem ſcilicet Jordanis*] *quia tota*, inquit, *irrigabatur, antequam everteret Deus Sodomam & Gomorrham, ſicut paradiſus Dei.* Sed ab omnibus nonnihil diſcrepant LXX. Sic enim illi: Καὶ ἐπάρας Λὼτ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, εἶδε πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, ὅτι πᾶσα ἦν ποτιζομένη, πρὸ τοῦ καταστρέψαι τὸν θεὸν Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα, ὡς ὁ παράδεισος τοῦ θεοῦ. Cum iiſdem hoc loco Vulg. ſatis convenit, quam conſule.

gionem inquit *Jordanis; quia tota rigabatur, & erat ſicus paradiſus Dei.* Plerumque poſſeſſiones obveniunt hereditariæ, aliæ utiliores, aliæ amœniores. Non utique in portione * ſecundæ ſunt. Nam incipit minui ſingularum meritum. Sed ſi non queunt partes de utilioribus convenire, conferantur amœnæ utilioribus. Diverſa hominum ingenia ſunt: alios utilia, alios amœna delectant. Infirmior amœniora eligit, utiliora faſtidit. Villicus nonnunquam utilis eſt, vel * actor agri confertur urbano. Si inſipiens ſit elector aut cocum eligit, aut * vocalem quem venuſtioris gratiæ putat, refutat utiliorem. Plerumque etiam [a] ubi fructus non impares ſunt, prudentior amœniora declinat. Cito invidiam movent, cito in ſe excitant mentem avari. Hîc tamen nihil dixit Scriptura de eo quod alia pars utilior, alia amœnior fuerit; ne * ſtudio Abraham cepiſſe oculos adoleſcentis videretur. Amœnam partem unam deſcripſit, non addidit alteram utiliorem. Neceſſe erat ut de tota regione duas partes faceret: deinde præſentia, non abſentia dividebat. Una regio capere utrumque non poterat. Quod potuit ſummæ eſſe juſtitiæ, electionem obtulit.

14. Lot amœnam elegit, quæ cito prædonum oculos incurrit. Hinc bellum inter reges, adverſariorum victoria, incolarum captivitas. Itaque etiam Lot infirmioris conſilii pretium luit, non terrarum infœcunditate, ſed amœnitatis invidia deceptus, ut etiam ipſe captivus abduceretur; quoniam vino ſervilis nequitiæ à potiore deflexerat, & partem flagitioſiſſimorum elegerat; Sodoma enim luxuria atque laſcivia eſt. Ideoque declinatio latina interpretatione dicitur Lot, quod is vitia eligit qui à virtute declinat, & ab æquitate deflectit.

Ibid. 14. 14. 15. *Quo comperto Abram numeravit ſervulos ſuos vernaculos*; & cum trecentis decem & octo viris adeptus victoriam, liberavit nepotem. Probatur diviſionis affectus, quando ſic amabat nepotem, ut pro eo nec belli declinaret periculum. Quid eſt, *numeravit?* Hoc eſt, elegit. Unde illud non ſolum ad ſcientiam Dei refertur, ſed etiam ad gratiam juſtorum, quod in Evangelio dixit dominus Jeſus: *Et capilli veſtri omnes numerati ſunt.* (Luca. 12. 7.) Cognovit autem Dominus qui ſunt ipſius: eos autem qui non ſunt ipſius, non dignatur cognoſcere. Numeravit autem trecentos decem & octo, ut ſcias non quantitatem numeri, ſed meritum electionis expreſſum. Eos enim adſcivit, quos dignos numero judicavit fidelium, qui in domini noſtri Jeſu Chriſti paſſionem crederent. Trecentos enim τ græca littera ſignificat, decem & octo autem [b] ſummam in exprimit. Fidei ergo merito Abraham vicit, non populoſo exercitu. Denique eos quibus quinque regum arma ceſſerunt, cum paucis egreſſus vernaculis triumphavit.

16. Sed qui vincit non debet ſibi arrogare victoriam, ſed deferre Deo. Hoc Abraham docet, qui triumpho factus humilior eſt, non ſuperbior. Sacrificium denique obtulit, decimas dedit; ideoque ei Melchiſedech qui interpretatione latina dicitur rex juſtitiæ, rex pacis, benedixit: *Erat enim ſacerdos ſummi Dei.* (Gen. 1. 18.) Quis eſt rex juſtitiæ ſacerdos Dei, niſi cui dicitur: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech*, (Pſ. 109. 4.) hoc eſt, Dei Filius, ſacerdos Patris, qui ſui corporis ſacrificio Patrem noſtris repropitiavit delictis.

17. Quantum autem illud quod de præda victoriæ nihil voluit contingere, nec oblatum ſumere? Minuit enim fructum triumphi mercedis ſuſceptio, & beneficii atterit gratiam. Plurimum enim refert utrum pecuniæ, an gloriæ dimicaveris: alter mercenarii loco ducitur: alter dignus habetur conſervatoris gloria. Jure ſanctus de præda uſurpare aliquid vel oblatum recuſat, ne dicat qui dedit: quia ego divitem feci eum; hoc ſolum ſibi ſatis eſſe teſtatur, quod paſtui præliantium juvenum profeciſſet. Dicet aliquis [c]: (13. 9. 5. c. Dicat aliquis.) Cùm ipſe vicerit, quomodo dicit ad regem Sodomorum, nihil ſumam abs te; cùm præda utique in poteſtate victoris fuerit? Docet militarem diſciplinam, ut regi ſerventur omnia. Sane iis qui ſecum fuiſſent in adjumentum fortaſſe ſociati, partem emolumenti tribuendam adſerit tamquam mercedem laboris.

18. Ideoque quoniam ſibi mercedem ab homine non quæſivit, à Deo accepit, ſicut legimus ſcriptum; quia *poſt hæc verba factum eſt verbum Domini ad Abram in viſu dicens: Noli timere Abram, ego protegam te, merces tua multa erit valde.* (Gen. 15. 1.) Non eſt ſerus ad remunerandum Dominus, & cito promittit, & multa largitur; ne infirmos animos per dilationem aliquam ſubeat pœnitentia contemſiſſe præſentia: & velut quadam uſuraria largitate compenſat, ut uberiora reſtituat ei qui captus non fuerit oblatione præſentium.

19. Ab ipſo quoque Domino mercedem quam poſtulet, conſideremus. Non divitias ut avarus expoſcit, non longævitatem vitæ iſtius, ut meticuloſus mortis, non potentiam; ſed dignum quærit ſui heredem laboris: *Quid mihi*, inquit, *dabis? Ego autem dimittor ſine filiis.* (Ibidem. 2.) Et infra: *quia mihi ſemen non dediſti, vernaculus meus mihi heres erit.* (Ibid. 3.) Diſcant ergo homines conjugia non ſpernere, nec ſibi ſociare impares; ne hujuſmodi ſuſcipiant liberos, quos heredes habere non poſſint; ut vel transfundendæ hereditatis contemplatione, ſi nullo contuitu pudoris moventur, digno ſtudeant matrimonio.

20. Sed ſi Abrahæ ſententia ad corrigendum minus proficit, accipe oraculum Dei hujuſmodi condemnantis hereditatem: *Non erit*, inquit, *heres tuus hic: ſed alter qui exierit de te, ille heres tuus erit.* (Ibid. 4.) Quem dicit alterum? Peperit enim & Agar filium Iſmael, ſed non ipſum dicit, ſed dicit ſanctum Iſaac. Et ideo addidit: *Qui exierit de te.* Ille enim vere exivit ex Abraham, qui legitimo conjugio procreatus eſt. Sed per Iſaac legitimum filium, illum verum legitimum poſſumus intelligere

*. Subobſcura locutio, quam tamen idem hic valere exiſtimamus, ac felices ſive commodæ; ut ſit ſenſus. Non ſat commodæ ſunt in diviſione hujuſmodi poſſeſſiones; quia minuitur meritum utiliorum, quod ſint minus amœnæ, & amœniorum, quod ſint minus utiles.

*. *Actor agri* idem eſt ac ruſticus œconomus.

*. *Vocalis* hic dicitur vel qui ſcite canit, vel moderandæ vocis pronuntiationiſque magiſter, quem etiam phonaſcum vocitabant.

a. Sic locum reſtituimus ex mſſ. Corb. Colb. & Maz. cum in aliis, non ſecus ac in edit. omnibus legere ſit, *ubi fructus impares ſunt.*

*. *Studio*, hoc eſt, de induſtria, ſeu dedita opera.

b. Ita edit. Era. ac Rom. At Am. & Gill. cum mſſ. Torn. Theod. & Reg. *ſummam iv exprimunt nomen fidei.* Cod. vero Colb. Long. Colb. & Maz. *ſummam Jeſu exprimit nomen.*

gete dominum Jeſum Chriſtum, quem in prin- A
Matth. 1. 1. cipio Evangelii ſecundùm Matthæum Abrahæ
filium legimus, qui verum ſe Abrahæ geſſit he-
redem, auctoris illuminans ſucceſſionem, per
quem Abraham reſpexit in cælum, & ſplendo-
rem poſteritatis ſuæ agnovit non minus illuſ-
trem, quam ſtellarum cæleſtium fulget claritas.
1. Cor. 15. 41. *Sicut* enim *ſtella differt à ſtella in claritate, ita &*
reſurrectio mortuorum. Apoſtolus dicit; eo quod re-
ſurrectionis ſuæ donans conſortia, homines quos
mors ſolebat terris abſcondere, regni cæleſtis fe- B
cit eſſe participes.

21. Quomodo autem Abrahæ propago diffuſa
eſt, niſi per hereditatem fidei, per quam cælo
comparamur, conferimur Angelis, æquamur
Gen. 15. 6. ſtellis? Ideo ait: *Sic erit ſemen tuum.* Et *credidit*,
inquit, *Abraham Deo.* Quid credidit? Chriſtum
ſibi per ſuſceptionem corporis heredem futu-
rum. Ut ſcias quia hoc credidit, Dominus ait:
Johan. 8. 56. *Abraham diem meum vidit, & gaviſus eſt.* Ideo *re-*
putatum eſt illi ad juſtitiam, quia rationem non C
quæſivit, ſed promtiſſima fide credidit. Bonum
eſt ut rationem præveniat fides; ne tamquam ab
homine, ita à domino Deo noſtro rationem vi-
deamus exigere. Etenim quam indignum ut
humanis teſtimoniis de alio credamus, Dei ora-
culis de ſe non credamus! Imitemur ergo Abra-
ham, ut heredes ſimus terræ per juſtitiam fidei,
per quam ille mundi heres factus eſt.

CAPUT IV.

Abraham ab adulterii crimine ob ſuſceptum ex ancilla filium defenditur: nempe quod ab humana fragilitate non eſſet immunis, & tunc Chaldæorum ſuperſtitiones vix reliquiſſet: deinde quod in legem utpote necdum latam non peccaverit: poſtea quod non libidine, ſed amore prolis inductus ſit; ubi multa contra adulterium diſputantur: defenditur ultimò quod illud ipſum myſterium non peccatum fuerit. Ad extremum quæritur an decuerit circumciſionem inſtitui poſtea revocandam, & minimum in ſe perfectionis continentem. D E

22. Sed fortaſſe dicat aliquis: Quomodo A-
braham nobis imitandum proponis,
cùm de ancilla ſuſceperit filium? Aut quid ſibi
vult hoc eſſe, ut tantus vir huic errori fuerit ob-
noxius, cujus tanta opera miramur? Et ideo ne
quodam more navigantium locum hunc quem
plerique vadoſum putant, declinaſſe videamur,
rationem ejus explanare cordi eſt. Non abnuo
quod Abraham de ancilla ſuſceperit filium; ut
cognoſcas quoniam non ſuperioris cujuſdam na-
turæ ac ſubſtantiæ fuit Abraham, ſed unus è nu-
mero & fragilitate univerſorum hominum. De-
nique & de regione Chaldæorum vocatus eſt,
quos ſuperſtitioni vanæ intentos eſſe magis quam
ceteros accepimus; & ideo majorem invenit gra-
tiam apud Deum, [a] quia ſuperioribus renuntia- a
vit, ad priora ſe extendit, ut ſequeretur Deum.
Propoſitus eſt enim ad imitandum tibi, ut & tu
advertas, quod ſi peccatis renunties, poſſis eme-
reri Domini miſericordiam.

23. Movere tamen aliquos poteſt, quod jam
cum Deo loquebatur, & ad ancillam introivit,
ſicut ſcriptum eſt: Quia *dixit Sara ad Abram:* *Gen 16. 2.*
Ecce concluſit me Dominus, ut non pariam: intra ergo *32 q. 4. c.*
ad ancillam meam, [b] *ut filios facias ex illa.* Et ita *Dixit Sara.* b
factum eſt. Sed conſideremus, primùm quia A-
braham ante legem Moyſis, & ante Evangelium
fuit: [a] nondum interdictum adulterium videba- a
tur. Pœna criminis ex tempore legis eſt, quæ cri-
men inhibuit: nec ante legem ulla rei damna-
tio eſt; ſed ex lege. Non ergo in legem commi-
ſit Abraham, ſed legem prævenit. Deus in pa- *Gen. 2. 28.*
radiſo licet conjugium laudaverit, non adulte-
rium damnaverat. Non vult enim mortem pec-
catoris, & ideo quod præmii eſt pollicetur: quod
pœnæ, non exigit. Mavult enim mitibus provo-
care, quam terrere ſævioribus. Et tu peccaſti
cùm gentilis eſſes, habes excuſationem: veniſti
ad Eccleſiam, audiſti legem: *Non adulterabis*, *Exod. 20. 14.*
jam excuſationem delicti non habes. Tamen
quoniam cum his mihi ſermo eſt, qui ad gratiam
baptiſmatis nomen dederunt, ſi quis tantum cri-
men fecit, ſciat ſibi tribuendam veniam; ſed qua-
ſi ei qui crimen commiſerit, in reliquum tamen
abſtinendum noverit. Denique illi adulteræ
quam in Evangelio obtulerunt [c] ſcribæ Phari- c

a. Edit. omnino omnes, *quia poſterioribus.* Contra mſſ. omnes, *quia ſuperioribus.* Melius, ut per ſe quiſque facile intelliget.

b. Sic mſſ. omnes. Edit. autem, *ut filium facias ex illa.* LXX. Interp. ἵνα τεκνοποιήσωμαι ἐξ αὐτῆς. Sic legitur in multis cod. ſcriptis: tamen in quibuſdam invenire eſt, τεκνοποιήσῃς. Vide Nobil. in eadem verba.

a. Nonnulli occaſionem ex his verbis arripuerunt, ut Ambroſium perperam de adulterio ſenſiſſe calumniarentur. Atqui certum eſt S. Doctorem conſtanter docuiſſe prohibitum fuiſſe adulterium lege naturali, eamque legem à nemine ignorari (puta invincibiliter) umquam potuiſſe. Id quidem tum ex aliis ipſius operibus cognoſcere eſt, tum ex hoc ipſo libro liquidò conſtat. Etenim ubi narrat quemadmodum Pharao Saram quam in palatium abductam uxorem ducere cogitabat, poſtquam conjugatam eſſe cognovit, Abrahamo reſtituit, ita loquitur: *Etſi natura ferus ac barbarus tamen ſignificat . . . & adulterii crimen ſibi eſſe cavendum. Qui prætendit ignorantiam, condemnat intemperantiam. Nec mirum ſi barbarus jus novit naturæ . . . . Ita major lex naturæ, quàm legum præſcriptio eſt.* Neque vero putandum eſt hæc de ſolo adulterio quo uxor aliena polluitur, eſſe intelligenda. Nam præterquam quod generalia verba ſunt, proindeque ad unam adulterii ſpeciem non reſtringenda, vir ſanctus hoc ipſo capite adſerit *quod mulieri non licet, viro non licere:* & c. 7. *omnes viros mulieriſque concubitus nulla legitimi matrimonii ſorte celebratos habere ſuam culpam.* Itaque dicendum exiſtimamus eum ideo ſcripſiſſe adulterium ante latam Moyſis legem non viſum fuiſſe interdictum, ut ſignificaret illis temporibus eam circa adulterium ignorantiam extitiſſe, quæ etſi non omnino culpam tolleret, haud mediocriter tamen illam minueret, id eſt, vincibilem ignorantiam. Nemo enim negaverit iſtam in jure naturali poſſe inveniri, & excuſare, ut aiunt celebriores Theologi, ſin minus à toto, ſaltem à tanto; eamque eſſe de qua ſcriptum ſit Luc 12. 48. *Qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Et hoc ſufficiebat cum ad excuſandum Abrahamum apud eos quos alloquebatur, qui eadem perpetraverant ante ſuam ad fidem converſionem; tum ad eoſdem ab hujuſmodi crimine in poſterum revocandos, cùm jam ipſis nulla de ignorantia ſuppeteret excuſatio. Hanc autem reſponſionem eo magis admittendam remur, quod Ambroſius infra num. 27. hanc Patriarchæ actionem Deo minus probatam eſſe refertur, ac lib. de Paradiſo c. 13. n. 65. atque alibi de eadem tamquam de vero peccato loquatur. Ceterum dici etiam potuit S. Doctorem adulterii nomine nihil aliud intellexiſſe quam polygamiam: eaque uſum verbi duritie, ut efficacius catechumenos absterreret à peccatu. Nec vero mirum ſi paulo vehementior hac in re fuerit Ambroſius, quando de tertiis nuptiis quas divina ac naturali lege numquam non licitas fuiſſe conſtat, Baſilius Ep. c. ad Amph. c. 4. dixerit eas *polygamiam* appellari, vel potius *caſtigatam fornicationem.* Ipſe quoque Tertullianus l. de Monog. c. 6. Abrahami polygamiam defendens, eam tamen *ancillæ contubernium* vocat: quo etiam ſenſu Leo Magnus ep. ad Ruſt. c. 4. Agar Abrahæ concubinam dicit, id eſt, ſecundariam uxorem. Quin immo Judæi Joſephus l. 1. Antiq. c. 14. & 18. ac Philo l. Quod Deus ſit immut. licet Patriarcharum ſuorum ubique obſervantiſſimi, non alio tamen modo appellant ſecundarias eorum uxores quam concubinas, & filios ex illis procreatos, quam nothos ac illegitimos, quod non multo levius eſſe putaveris, quam dicere hujuſmodi conjugium adulterium eſſe *quod nondum interdictum videbatur.*

c. Edit. Eta. cum poſterioribus omnibus, *Scribæ & Phariſæi.* Am. autem & mſſ. omnes, *ſcribæ phariſæorum.*

ſæorum, ignovit quidem Dominus ſuperiora, ſed ait: *Vade, & amodo vide ne pecces.* Quod cùm illi dicit, tibi dicit. Feciſti gentilis adulterium, feciſti catechumenus? Ignoſcitur tibi, remittitur tibi per baptiſmum. Vade, & poſt hæc vide ne pecces. Habes unam Abrahæ defenſionem. *Iohan 8. 11.*

24. Secunda illa eſt, quod non ardore aliquo vagæ ſuccenſus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio conjugalem poſthabuit thorum, ſed ſtudio quærendæ poſteritatis & propagandæ ſobolis. Adhuc poſt diluvium raritas erat generis humani: erat etiam religionis, ne quis non reddidiſſe debitum videretur naturæ. Denique & Lot ſancti filiæ hanc cauſam quærendæ poſteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum; & ideo publici muneris gratia privatam culpam prætexint. Nec otioſum eſt quod uxor auctor facti inducitur; ut excuſetur maritus, ne vago raptus errore credatur: ſimul ut diſcant mulieres diligere viros, nec agitari vana ſuſpicione pellicatus, aut invidere privignis, ſi ipſæ liberos non ſuſceperint. Uxori bonæ cordi erat excuſare apud virum ſterilitatem ſuam; & ne cauſa eſſet viro quod is liberos non haberet, ſuadet ut intraret ad ancillam. Hoc fecit Lia, hoc Rachel poſtea. Diſce mulier zelum deponere, qui ſæpe mulieres in furorem incitat.

25. Sed & vos moneo, viri, maxime qui ad gratiam Domini tenditis, non commiſceri adulterino corpori (qui enim ſe jungit meretrici unum corpus eſt) nec dare hanc occaſionem divortii mulieribus. Nemo ſibi blandiatur de legibus hominum. *33. q. 4. cap. Nemo.* Omne ſtuprum adulterium eſt, nec viro licet quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab uxore debetur caſtimonia. Quidquid in eam quæ non ſit legitima uxor, commiſſum fuerit adulterii damnatur crimine. Ergo advertiſtis quid debeatis cavere, ne quis ſacramentis ſe indignum præbeat.

26. Accipite etiam aliud, quia hujuſmodi intemperantia ſolvit caritatem conjugii, ſuperbas ancillas facit, iracundas matronas, diſcordes conjuges, concubinas procaces, inverecundos maritos. Simul ut de domino conceperit ancilla, ſpernit dominam ſuam tamquam ditior partu: domina ſe deſpici dolet, maritum auctorem injuriarum ſuarum arguit. Denique Sara ipſa marito ancillæ ſuæ poteſtatem dederat, & poſtea dicit ad eum: *Gen. 16. 5.* *Injuriam accipio ego ex te: ego dedi ancillam meam in ſinum ſuum; ubi autem videt conceptum eſſe, ſpreta ſum*, inquit, *coram ab ea: judicet Deus inter me & te.* Quantus dolor, quam gravis querela ſit feminarum lectione exponitur. Da improvidum & levem maritum qui morigerari neſciat, & divortii cauſas exhibet. Sed Abraham vir moderatus & prudens: *Ibidem. 6.* *Ecce*, inquit, *ancilla tua in manibus tuis, utere ea quomodo tibi placuerit.* Maluit enim uxorem tenere, quàm famulam. Nec hoc tamen plenum remedium. Accipit poteſtatem [a] irata uxor, & immoderatius ultione permiſſa utitur. Quod ſi Sara moderationem non tenuit, quæ tenebit? Ideoque ſcriptum eſt: *Ibidem.* *Et afflixit eam Sara, & fugit à facie ejus.* Duo ſunt quæ comprehendit Scriptura; ut & dominæ gravem indignationem exprimeret, & ancillæ tumorem ac ſuperbiam. Quod afflixit eam Sara, ad iracundiam affligentis refertur: quod Agar fugit, contumeliam ſervili patientia non ferebat, quæ ſibi herilis coutubernii vindicabat faſtigium: indignata eſt injuriam, quæ induerat inſolentiam. Denique interroganti Angelo quo iret, reſpondit: *A facie Saræ dominæ meæ ego fugio.* Et hoc *Ibidem. 8* tumoris immodici, ut prius nomen Saræ diceret, poſtea dominam ſignificaret. Illud ad injuriam præmiſſum, hoc ad expreſſionem perſonæ additum. Non placuit Angelo ancillæ inſolentia; & ideo dixit illi: *Revertere ad dominam tuam.* *Ibidem. 9.* Utique non latuiſſet Angelum, ſi vi ſuppliciorum victa fugiſſet, & magis reprehendiſſet verberantis ſævitiam, quàm fugientis diſceſſionem: ſed ut oſtenderet quia tamquam ſuperba fugiebat, [b] ne ſuperba eſſet dominæ, addidit: *Ibidem.* *Et humilia te ſub manibus ejus.* Opto igitur ut hoc vitium nullus incidat: ſed ſi quis inciderit, diſcat ancillam ſuam humiliare uxori ſuæ; ne dum vult ancillam vindicare, excludat uxorem.

27. Ergo Abraham & unus de populo erat gentili, & causâ poſteritatis introierat ad ancillam; quia uxor ejus ſterilitatem ſuam obumbrare cupiens auctor ejus facti fuerat viro: & tamen non otioſum eſt quod poſt hoc Deus ſtatim, quia alia ejus opera probaret, [c] vel hujus facti pœnitentiam, dixit illi: *Ibid. 17. 1.* *Ego ſum Deus tuus, emerere in conſpectu meo, & eſto ſine querela.* quaſi adhuc plene non emeruiſſet, qui deſperaret ſterilis partum uxoris, & de ancilla poſteritatem quæreret. *Eſto*, inquit, *ſine querela*, hoc eſt, irreprehenſibilis; ut de te non queratur uxor, nec quiſquam tua facta reprehendat. Mutat enim nomen, litterâ additâ, ut de Abram vocaretur Abraham, hoc eſt, de patre vano, ſicut habet latina interpretatio, vocaretur pater ſublimis, pater electus: vel de patre fieret & pater filii. Vanus erat cùm Deum neſciret: electus factus eſt poſtquam cognovit Deum. Pater erat cùm de ancilla prolem haberet: ſed pater filii non erat; quia non erat ei filius, qui non erat legitimo ſuſceptus conjugio. Peperit Sara, & factus eſt pater filii. Circumcidi jubetur accepturus veri ſeminis hereditatem. Nonne evidenter circumciſio carnis præceptum eſt caſtimoniæ, ut aliquis reſecet libidinem carnis, & indomitas luxu ac laſcivia refrænet cupiditates? Etenim circumciſionis vocabulo id præſcribitur, ut omnis impuritatis fœtor abſtergatur, & incentivum libidinis auferatur. Duabus uſi ſumus defenſionibus.

28. Tertia quoque eſt quam nobis Apoſtoli Pauli tribuit auctoritas, qui ait: Illa quæ geſſit Abraham ut de ancilla ſuſciperet ſobolem, in figuram facta ſunt, & ſecundum allegoriam dicta. Allegoria eſt cùm aliud geritur & aliud figuratur; ſicut etiam ipſe Apoſtolus docet dicens: *Galat. 4. 21. & ſeq.* *Sub lege volentes eſſe, legem non legiſtis? Scriptum eſt enim Quoniam Abraham duos filios habuerit, unum de ancilla, & unum de libera: ſed is quidem qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de li-*

a Mſſ. Vat. Reg. Valc. Theod. & Max. ſecunda manu, *miranda uxor.*

b. Ita Corb. Valc. Colb. & Max. Edit. vero, & alii mſſ. *ne ſubjecta eſſet domina.* Excipe Torn. in quo utrumque legitur hoc modo, *ne non ſubjecta ſuperba eſſet domina.*

c. Sic mſſ. omnes cum edit. Am. Er. vero, & alii, *pro hujus facti pœnitentia.*

bera, per repromiſſionem: quæ ſunt per allegoriam dicta. Nam hæc ſunt duo teſtamenta: unum quidem à monte Sina in ſervitutem generans quod eſt Agar, duos populos oſtendens de Abrahæ generatione manare: unum Judæorum, qui legis ſyllabis ſerviat; eo quod de ancilla in ſervitutem videatur eſſe generatus: alterum Chriſtianum, qui ad remiſſionem peccatorum cæleſtis gratiæ libertatem acceperit. Quod ergo putas eſſe peccatum, advertis eſſe myſterium, quo ea quæ poſterioribus erant futura temporibus, revelabantur. [Ibidem. 25.] Denique addidit: *Vos autem, fratres, ſecundùm* [Ibid. 2. 16.] *Iſaac promiſſionis filii eſtis. Ideo*, inquit, *nolite quærere opera legis; quoniam non juſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Jeſu Chriſti.* Et ut ſcias [Ibidem.] quia Chriſtianis dixit: *Et nos*, inquit, *in Chriſtum Jeſum credimus; ut juſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis.* Agnoſcamus ergo quoniam hæc quæ in figuram contingebant, illis crimini non erant: nobis autem erunt, ſi ad correptionem noſtram ſcripta cavere nolimus: ſed magis id agamus, ut cùm ſimus liberæ filii, quæ eſt Sara, [a] ne legis laqueis ſerviamus, cùm Abraham liberam tenuerit, ancillam ejecerit.

[Gen. 17. 10.] 29. Quo loco pleroſque moveri ſcio: Si enim bona eſt circumciſio, hodieque teneri debuit: ſi inutilis, mandari non debuit, divino præſertim oraculo. Sed cùm Apoſtolus dixerit Paulus: [Rom. 4. 11.] *Quia Abraham ſignum accepit circumciſionis*: utique ſignum non ipſa res, ſed alterius rei eſt, hoc eſt, non veritas, ſed indicium veritatis. Denique ipſe expoſuit & expreſſit dicens: [Ibidem.] *Signum accepit circumciſionis, ſignaculum juſtitiæ & fidei.* Unde non incongrue intelligimus quia circumciſio corporalis ſignum circumciſionis eſt ſpiritalis. Ergo ſignum manſit donec veniret veritas. Advenit dominus Jeſus, qui ait: [Johan. 14. 6.] *Ego ſum via, veritas, & vita.* [b] Quia non partem exiguam corporis in ſigno, ſed totum circumcidit hominem in veritate, ſignum detraxit, veritatem induxit; quia poſtea quam venit quod perfectum eſt, quod ex parte erat evacuatum eſt; & ideo ceſſavit circumciſio partis, ubi refulſit circumciſio univerſitatis. Jam enim non ex parte, ſed totus homo ſalvatur in corpore, ſalvatur in anima. Scriptum eſt enim: [Matth. 16. 24.] *Qui vult poſt me venire, abneget ſeipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Hæc eſt perfectio circumciſionis, quia per corporis oblationem redimitur anima, de qua ipſe Dominus ait: [Luc. 9. 24.] *Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam.*

30. Supereſt illa nunc quæſtionis portio, utrum debuerit pars præmitti, cùm eſſet ventura perfectio. Qui locus facilis eſt ad diluendum, [c] ſi conſideremus quibus pars mandata ſit, quibus ſervata perfectio. Pars enim mandata eſt ſecundum legem populo Judæorum, illi dura cervice, illi infirmo, illi qui Deum ſuum non cognovit. Cùm ergo partem non potuerit ſuſtinere, quomodo perfectionem ſervare potuiſſet? Ut ſi puerulum litteris imbuas, à ſingulis litterarum elementis inchoandum eſt tibi, ut à ſingulis apicibus ad ſyllabas, à ſyllabis eum per ordinem ad nomina, orationemque deducas. Nec poteſt mare quiſquam navigare intrepidus, niſi qui ante in fluminibus navigaverit. Denique ſi quid aut conficiendi itineris, aut levandi oneris puero velis provectiorique mandare, numquid æquanda onera ſunt, aut æquandus labor? Ita igitur noveris his perfectionem circumciſionis eſſe ſervatam, [d] qui à Chriſto inſtituti, validioribus idonei viderentur; ut fideles probarentur, quorum multitudo innumera crucem tolleret, ſuamque pro Chriſto animam devoveret, & increduli non poſſent reſiſtere, qui in totius corporis immolatione quæri ſalutem putarent, qui exiguum circumciſionis ſuæ ſanguinem ſalutarem arbitrarentur.

31. Conſiderandum autem quod in præputio poſitum vocavit Deus, in præputio adhuc manenti legitimi filii promiſſa eſt hereditas; ut non Judæorum tantum modo patrem, ut ipſi adſerunt, ſed omnium credentium auctorem per fidem credas. [*] Sara quoque ante circumciſionem viri in unius litteræ adjectione non mediocri remuneratione benedicitur, ut principatum virtutis & gratiæ haberet; de qua nationes & reges gentium ſpondet futuros, ut in ipſa typus non Synagogæ, ſed Eccleſiæ conſtitueretur. Quod autem promiſſo ex ea filio, riſit Abraham, non incredulitatis, ſed exultationis indicium fuit. Denique procidit in faciem, qui adoravit, & credidit, & adjecit: *Si mihi centum annorum naſcetur filius, & ſi Sara nonaginta annorum pariet. Et dixit: Iſmael hic vivat in conſpectu tuo.* [Gen. 17. 17. & 18.] Non eſt incredulus in promiſſis, nec avarus in votis. Hoc eſt, non dubito quod facias, ut & centum annorum ſeni dones filium, & naturæ auctor naturæ metas relaxes. Beatus cui iſta donantur: ſed tamen etiam hic Iſmael quem habeo de vernacula, ſi vivat in conſpectu tuo, abundat mihi gratia. Denique Dominus & probavit ejus affectum, & petitionem non abnuit, & ſua promiſſa firmavit.

CAPUT V.

De hoſpitalitate Abraham hoſpitum explorantis adventum, eiſque obviam properantis. Commendatur eadem virtus, & vana quorumdam excuſatio diluitur. Quam diligentem in ea ſe præbuerit idem ſanctus, & quomodo uxorem in meriti partem adſciverit? Quid oblata ab utroque myſtice ſignificent? Poſtremo facta miniſtranti Abrahamo filii promiſſio, ſicut & Saræ riſus exponitur.

32. Diximus de Abrahæ devotione, ac fide, de prudentia, juſtitia, caritate, parcimonia: nunc etiam de hoſpitalitate dicamus. Eſt enim non mediocris ea virtus. Unde & Apoſtolus [1. Tim. 3. 2. Tit. 1. 5.] principaliter eam in epiſcopo eſſe oportere geminæ ſcriptionis docuit auctoritate; ut præſto ſit advenientibus, & occurrat obviam, & itinera exploret, & adſit non quærentibus, & rapiat

a. Edit. Rom. *à legis laqueis eruamur.* Commoda lectio, ſed quam nec mſſ. ullus, nec edit. ſtabiliunt. Nobis autem mſſ. Corb. Colb. ac Maz. locum reſtituere, cùm in aliis non ſecus ac in priſcis edit. particula *ne*, omitteretur.

b Omnes edit. *Qui non partem . . . . ſignum deſtruxit.* Mſſ. autem omnes ut in contextu.

c. Additur in edit. *vel ad diſcernendum*, quod in mſſ. non invenitur.

d. Rom. edit. ſola. *; qui à Chriſto inſtituti validioribus* &c.

*. Docet Vulg. nomen uxoris Abrahæ ita mutatum, ut ex Sarai vocata fuerit Sara. LXX. vero eam ex Sara quo nomine prius nuncupabatur, Sarram nominatam tradunt; quibus mſſ. noſtri concinentes hoc nomen fere non aliter ſcriptum exhibent.

prætergredientes. Ante oſtium ſedebat Abra- A
ham, ſedebat meridie. Quando alii requieſce-
bant, iſte hoſpitum explorabat adventus. Me-
ritò illi Deus apparuit ad quercum Mambre,
quia fructum hoſpitalitatis ſtudioſiſſime requi-
rebat.

Gen. 18. 2. 33. *Et reſpiciens*, inquit, *oculis vidit, & ecce tres*
viri ſtabant ſecus illum. Et cùm vidiſſet illos, occur-
rit obviam illis. Vide primo fidei myſterium. Deus
a illi apparuit, & tres adſpexit.[a] Cui Deus refulget,
Trinitatem videt, non ſine Filio Patrem ſuſcipit, B
In lib. de reſurrectione carnis. nec ſine Spiritu ſancto Filium confitetur. Hæc
alibi plenius. Nunc moralis perſequendi propo-
ſitum eſt loci. Non otioſus ſedet, qui longe adſpi-
cit: nec adſpexiſſe contentus, cucurrit obviam.
Feſtinavit occurrere, quia non ſatis eſt recte fa-
b cere, niſi [b] etiam maturare quod facias. Feſti-
Exod. 12. 11. nanter enim manducare paſcha lex jubet. Ube-
riores enim fructus habet celerata devotio. Diſce
ergo quam impiger eſſe debeas, ut poſſis præ-
venire hoſpitem; ne quis præveniat, & te boni C
muneris defraudet copia.

34. Bona eſt hoſpitalitas, habet mercedem
ſuam, primum humanæ gratiæ, deinde quod
majus eſt, remunerationis divinæ. Omnes in hoc
incolatu hoſpites ſumus; ad tempus enim habi-
tandi habemus hoſpitium: emigramus prope-
re. Caveamus ne ſi nos duri aut negligentes fue-
rimus in recipiendis hoſpitibus, etiam nobis poſt
vitæ iſtius curſum ſanctorum hoſpitia denegen-
Luc. 16. 9. tur. Unde in Evangelio Salvator dicit: *Facite* D
vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant
in æterna tabernacula ſua. Deinde etiam in hoc
corpore ſitis plerumque oboritur peregrinandi
neceſſitas. Quod ergo aliis negaveris, id in te
ipſe decernis: & quod aliis detuleris, eo te facies
dignum videri. Si omnes eam ſententiam non
ſuſcipiendi hoſpites ſequantur, ubi erit requies
peregrinantibus? Relictis igitur humanis habi-
taculis, captabimus ſeceſſus ferarum, beſtiarum
cubilia.

35. Sed pauperiem prætendis. Non opes à te
hoſpes requirit, ſed gratiam; non ornatum con-
Prov. 15. 17. vivium, ſed cibum obvium. *Melior eſt*, inquit,
hoſpitalitas cum oleribus ad amicitiam & gratiam,
quam ſi vitulos occidas ad præſepia cum inimicitiis.
Hæc grata hominibus, & accepta Deo. Un-
Matth. 10. 42. de dominus Jeſus in Evangelio eum quicumque
dederit hoſpiti potum aquæ frigidæ, cæleſtium
adſerit præmiorum non exſortem futurum. De-
nique Jacob oves adaquavit Rachel, & gra- F
tiam reperit, & uxorem acquiſivit. Deinde quî
ſcis an Deum ſuſcipias, cùm hoſpitem putas? A-
braham dum peregrinantibus defert hoſpitium,
Deum atque Angelos ejus hoſpitio ſuſcepit:
quamvis & cùm hoſpitem ſuſcipis, ſuſcipias
Deum, ſicut ſcriptum in Evangelio legis, dicen-
Matth. 25. 35. & 40. te domino Jeſu: *Hoſpes eram, & collegiſtis me ....*
Quod enim uni horum minimorum feciſtis, mihi
feciſtis. Unius horæ hoſpitio vidua illa quæ ſuſce-
A pit Eliam, & exiguo cibo pavit, perpetuum toto
tempore famis invenit alimentum, & mercedem
accepit mirabilem, ut numquam de hydria fa-
rina deficeret. Eliſæus quoque defuncti pigno-
ris reſuſcitatione donata, ſolvit hoſpitii pen-
ſionem.

36. Non ſola tamen facilitas ſuſceptionis, ſed
etiam ſedulitas ſuſcipientis & affectus quæritur.
Utrumque te Abraham docet. Cucurrit ob-
viam, rogavit prior dicens: *Domine, ſi inveni gra-* Gen. 18. 3. & ſeq.
B *tiam ante te, ne prætereas ſervum tuum: ſumatur*
aqua, & laventur pedes veſtri, & refrigerate ſub arbo-
re: & ſumam panem, & manducate, & poſt hæc tran-
ſietis: propter quod declinaſtis ad ſervum veſtrum.
Tres vidit, & unum Dominum appellavit, ipſius
ſolius ſe ſervum fatetur. Deinde converſus ad
duos quos miniſtros arbitrabatur, etiam ipſis
deferre geſtit obſequium, jam non jure debito
ſervitutis obſtrictus, ſed blando ſedulitatis nomi-
ne, uſuque famulatus.

C 37. *Et feſtinavit Abraham in tabernaculum ad* Ibidem 6.
Saram, & dixit ei: Feſtina & conſperge tres menſu-
ras ſimilaginis, & fac ſubcinericia. Bonus maritus
exſortem religioſi muneris eſſe non patitur uxo-
rem, nec avare ſibi totum munus uſurpat. Recte
igitur & pietatis, & verecundiæ cauſa ſervatur.
Quod pietatis eſt, vult eſſe commune: quod
pudoris eſt, integrum manet Saræ. Ante taber-
naculum vir hoſpitum explorat adventus: in-
tra tabernaculum Sara tuetur feminæ verecun-
D diam, & opera muliebria tuto exercet pudore.
Foris maritus invitat, intus Sara convivium ad-
ornat. Nec ſolum ipſe feſtinat Abraham, ſed
etiam feſtinandum dicit uxori, ſociam devotio-
nis oſtendens, nec fide diſparem.

38. *Conſperge*, inquit, *tres menſuras ſimilaginis,*
& fac ſubcinericia. Græce ἐγκρυφία dicuntur, hoc
eſt, abſcondita; eo quod latere debeat omne
myſterium, & quaſi [c] operiri fido ſilentio, ne c
profanis temere divulgetur auribus. Hoc paſ-
E citur divina majeſtas, hunc epulatur affectum,
qui parcus loquendi ſit, nec ſacra in medium fe-
rat. Breviter autem fidei myſterium docet Sara,
unius ſimilaginis tres menſuras faciens, quæ ty-
pum Eccleſiæ habet cui dicitur: *Lætare ſterilis,* Eſai. 54. 1.
quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis.
Hæc [d] eſt enim quæ intimo fidem ſpiritu fovet, d
ejuſdem divinitatis adſerens Trinitatem, pari
quadam menſura atque reverentia Patrem, Fi-
liumque, & ſanctum adorans Spiritum, & ma-
F jeſtatis unitate concelebrans, perſonarumque
proprietate diſtinguens, hac devotionem tuam
fidei adſertione conſperge.

39. Mulier ſimilaginem offerat, hoc eſt, in-
teriora ſpiritalis frumenti vel grani illius de quo
dictum eſt, quod niſi in terram ceciderit, nul-
lum fructum adferat. Unde & prima vidit Maria
Dominicæ reſurrectionis myſterium, & feſti-
navit non paſſim omnibus, ſed ſolis Petro &
Johanni intimare ſacræ ſalutis nuntium. Vir cum-

a. Vat. edit. & quædam Pariſ. cum paucis mſſ. *cui Deus refulſit in Trinitate* &c. Aliæ vero & mſſ. plures, potioreſque, *cui Deus refulget, Trinitatem videt.*

b. Edit. Gill. ac Rom. *niſi etiam matures*. Am. autem, Era. & mſſ. omnes, *niſi etiam maturare*. ubi ellipſim verbi, conetis, vel alterius hujuſmodi, vel forte etiam librariorum peccatum eſſe dicendum eſt.

c. Ita mſſ. ſeptem. Unicus autem, atque edit. *fidei ſilentio*. Forte, fideli ſilentio, ut eſt apud Horatium de ſacris Cereris Eleuſinæ lib. 3. Ode 2.

d. Omnes edit. ac duo mſſ. *Hæc enim quæ intimo fidem ſpiritu fovet, ejuſdem divinitatis adſerens Trinitatem, pari quadam .... hæc*, Am. *hac devotionem .... conſperge*. Alii mſſ. melioris notæ ut in contextu, exceptis duobus ubi legas .... *majeſtatis unitatem .... proprietatem diſtinguens, hac devotione fidei adſertionem*, alter *conſpergit*, alter *conſperge*.

rat ad boves, ſumat vitulum, & ſacramentum A
Dominicæ paſſionis feſtinato impiger ſtudio,
non lento otio remiſſus accipiat, tradat illud
puero qui innocentiam teneræ ſervet ætatis,
dolum neſciat, referire non noverit, incorrupti
corporis caſtimoniam cuſtodiat. De quo ait do-
Matt. 18. 3. minus Jeſus: *Niſi converſi fueritis, & efficiamini*
ſicut puer iſte, non intrabitis in regnum cælorum.
Huic puero & ſimilibus ejus etiam ſanctus Da-
vid divinæ laudationis diſpenſat officium dicens:
Pſ. 112. 1. *Laudate pueri Dominum.* B

40. Nec illud otioſum, quod cucurrit ad bo-
ves, tenerum vitulum & bonum ſumſit, & cum
lacte appoſuit. Denique & in Exodo cùm paſcha
Exod. 12. 5. Domini declararet, ait Moyſes: *Agnus ſine ma-*
cula, mundus, conſummatus, anniculus, maſculus erit
a *vobis* [a] *ab ovibus & hædis. Sumetis & occidetis*,
inquit, *illum tota multitudo ſynagogæ ad veſpe-*
rum. Unde & hîc meridies eſſe deſcribitur, quan-
do Abraham Domino offert hoſpitium. Sed ad
cœnam vitulus immolatur, & cum lacte man- C
ducatur, hoc eſt, non in ſanguine, ſed cum fi-
dei puritate. Bonus vitulus, ut pote qui peccata
dilueret. Tener, quia non dura cervice ſed molli
jugum legis agnovit, crucis patibulum non re-
cuſavit. Et merito tener, de cujus capite & pe-
dibus & internis nihil relictum eſt, & os non
eſt contritum ab eo, ſed totus epulantium cibo
ceſſit. Talem nobis Legis figuravit umbra, ta-
Johan 19. 36. lem veritas Evangelii demonſtravit.

Gen. 18. 8. 41. *Manducaverant*, inquit, *illi: Abraham* D
b *autem ſtabat ſub arbore.* Advertimus [b] humilita-
tis officium commendare humilitatem. Abra-
ham ſtabat, & tu primam accubitionis partem
occupas? Denique ea humilitas invenit gratiam,
ut promitteretur ei filius.

Ibidem. 9. 42. *Dixit autem ad illam: Ubi eſt Sara uxor tua?*
Qui reſpondit, & dixit: Ecce in tabernaculo. Num-
quid ignorabat Dominus qui in poſterioribus
Sodomorum futura excidia denuntiat, ubi Sa-
ra eſſet? Non ignorabat: ſed docere nos voluit, E
quantus pudor eſſe debeat feminarum; ne pro-
caci occurſu hoſpitum in ſe oculos inflectant;
ſalva verecundia miniſterium ſuum exerceant.
Abraham quoque auribus tuis ingerit in taber-
naculo Saram degere, ut diſcas quid ab uxore
exigas. Provectiore ætate jam Sara juvenilem
cuſtodit verecundiam, ideo Dominus ſpopon-
Ibidem. 11. dit ei filium. *Defecerant*, inquit, *Saræ fieri mulie-*
bria. Non otioſe additum, ne putares femineæ
adhuc poſſibilitatis fuiſſe, ut pareret.

Ibidem. 10. 43. *Riſit autem Sara.* Quod indicium futuri
magis, quam incredulitatis arbitror. Riſit enim,
licet adhuc neſciens quid rideret, quod publi-
cam eſſet in Iſaac paritura lætitiam. Ideo ne-
gavit ſe riſiſſe, quia ignoravit: ideo riſit, quia
prophetavit.

CAPUT VI.

Sodomorum excidium Abrahæ prædicitur, prædica-
turque divina in tolerandis peccatoribus, ac pec-
catis examinandis & condonandis indulgentia.
Angeli veſpere adventantes apud Lot hoſpitan-
tur. Immani ſcelere Sodomitarum cumulantur fla-
gitia. Oblatis filiabus conatur Lot eorum furorem
mitigare, quos Angeli cæcitate percutiunt. Idem Lot
generis ſequi recuſantibus, prohibitus ne retro reſ-
B *piciat, educitur; & qua ratione ad nos quoque il-*
lud pertineat? Excuſato demum filiarum cum pa-
rente inceſtu, ebrietatis mala deſcribuntur.

44. E*Xurgentes autem viri conſpexerunt in fa-* Ibidem. 16.
ciem Sodomæ & Gomorrhæ. Sicut viſita-
tio Domini timentibus exhibetur, ita etiam im-
piis pœna peccati reponitur. Abraham deduce-
bat hoſpites, ad humanitatis gratiam addebat
obſequia. Nam Sodomitæ pro pietatis officiis
impuritatis augebant flagitia.

C 45. *Non celabo*, inquit, *Abraham puerum meum* Ibid. 17. 1.
quæ ego faciam. Senilis utique ætatis Abraham in
ſuperioribus Scriptura ſignavit, quia nonaginta
& novem proceſſiſſet annos: quomodo hunc
puerum dicit? Sed cùm immemorem ſenectu-
tis, exploratorem indefeſſum, curſu impigrum,
ſtandi patientiſſimum, deducendi ſtudioſiſſimum
expreſſerit, nonne convenire nomen pueri vi-
detur officiis? Merito puer dicitur, qui ſenile
neſciebat faſtidium, pueritiæ innocentiam &
D obſequium deferebat. Datur itaque juſto bene-
dictionis gratia, & poſteritatis hereditas.

46. Offenſa autem peccatorum exponitur. *Cla-* Ibidem 20.
mor, inquit, *Sodomorum & Gomorrhæ impletus eſt.*
Magna Domini patientia, ut non ſtatim pecca-
torem puniat, ſed diu differat expectans cor-
rectionem, nec commoveatur ad ulciſcendum,
niſi peccator menſuram excedat. Unde & domi-
nus Jeſus in Evangelio ad Judæos ait: *Implete* Matt. 23. 32.
menſuram patrum veſtrorum.

E 47. *Deſcendam itaque, ut videam ſecundùm cla-* Gen. 18. 21.
morem illorum venientem ad me, ſi conſummaban-
tur: ſin autem, ut ſciam. Non ignorabat Do-
minus peccata Sodomorum: ſed propter te in-
ſtruendum verba hujuſmodi loquebatur; ut tu
propius ſcruteris eorum commiſſa, in quos vin-
dicandum arbitraris. *Deſcendam*, inquit, *ut vi-*
deam, hoc eſt, etiam tu deſcendere cura, deſcen-
de indaginis ſtudio; ne quid ſit quod fallat, aut
lateat abſentem; ut oculis facinus deprehendas.
F Eminus poſiti multa neſcire poſſunt. Quem cla-
morem autem ait, niſi forte quia ei quem nihil
latet, clamant omnia, clamare videntur ſingu-
lorum crimina? Denique ad Cain dicitur: *San-* Gen. 4. 10.
guis fratris tui ad me clamat, hoc eſt, non latet,
ſed clamat parricidium tuum. Itaque velut ex-
citatur Deus flagitiorum noſtrorum clamoribus;
ut aliquando vindicet, qui libenter * ignoſcit. *

48. Denique Abrahæ petenti ne ſimul per-
deret juſtos, tamquam iniquos, & interroganti:
Si fuerint quinquaginta juſti in civitate, perdes illos? Ibidem 18. 24. & 26.

a. Mſſ. Corb. Colb. & Maz. *ab ovibus adis.*
b. Ita edit. omnes, ſed mendoſe. Mirum vero quod ei vitio nul-
lus opituletur mſſ. Alii quippe præferunt, *humilitatis officio com-*
mendari humilitatem alii *humilitatis officium commendari humili-*
tate. Nulli, quod legendum res ipſa clamat, humanitatis offi-
cium commendari humilitate
* Hic locus in edit. Rom ita luxatus erat, ut poſt vocem,
ignoſcit, interpoſito ſequenti Geneſeos verſu: *Et profecti viri inde,*
petierunt Sodomam; continuaretur hoc pacto: *Quid autem ſibi vult*
&c uſque ad, *præferebant virorum* poſtea reſumerentur iſta: *De-*
nique Abrahæ &c. uſque ad, *potuit non perire*, quibus caput con-
cludebatur. Nos omnia ex mſſ. & ant. edit. priſtinæ integritati
reddidimus

Reſpondit: *Non perdam civitatem, ſi fuerint in ea quinquaginta juſti, & totum locum ſervabo.* A Et ſic per ordinem interrogationum, & reſponſionum vicem, etiam ſi decem juſtos invenerit in civitate, tamen propter paucorum juſtitiam impunitatem toti populo promittit. Unde diſcimus quantus murus ſit patriæ vir juſtus, quemadmodum non debeamus invidere viris ſanctis, nec temere derogare. Illorum etenim nos fides ſervat, illorum juſtitia ab excidio defendit. Sodoma quoque ſi babuiſſet viros decem juſtos, potuit non perire. B

49. Quid ſibi autem vult quod illi qui ad Abraham ſimul cum Domino venerant, Sodomam petierunt viri, niſi ut acerbaretur crimen eorum, ſi quos juſtus honoraverat, bis majore ſacrilegio impii vim conarentur inferre? Nam quod viros dixit, evidens eſt ratio; quia ſpeciem præferebant virorum.

50. Sodomam venerunt veſpere, meridie ad Abraham; quia juſto refulget Angelorum præ- C ſentia, impiis tenebras adfert. Tamen poteſt referri etiam ad tempus Dominicæ paſſionis, quod veſperi venerunt ad eum, qui à Sodomitanis contagionibus, & totius urbis excidio erat liberandus. Veſper erat antequam Chriſtus veniret; quia totus erat mundus in tenebris. Veſper erat omnibus quos immanium delictorum ſquallor tenebroſus urgebat. Venit dominus Jeſus, redemit

Ibid. 19. 1. ſanguine ſuo mundum, lucem adtulit. *Venerunt autem Angeli duo in Sodomam ad veſperam.* Ubi D gratia largienda eſt, Chriſtus adeſt: ubi exercenda ſeveritas, ſoli adſunt miniſtri, deeſt Jeſus.

Ibidem. 51. *Sedebat Lot ad portam.* Emendaverant Lot ſanctum adverſa captivitatis, & ſollicitiorem fecerant. Itaque proceſſu ætatis didicerat imitari parentem. Ad portam itaque ſedebat, ut exci-

Ibidem. 2. & 3. peret advenientes. Denique *exſurrexit obviam illis.* Perfectior cucurrit obviam: iſte, *exſurrexit, & adoravit in faciem ſuper terram, & dixit: Ecce domini declinate in domum pueri veſtri.* Et coegit E illos divertere, qui dicebant: *In platea manebimus.* Commendatur hîc juſti ſanctitas, & Angelorum gratia. Illi nolebant adventum ſuum hoſpiti graviorem videri: ille [a] quidem inter quos habitaret, ſciebat; tamen domum ſuam offerebat periculis, quibus auferret hoſpites. Certe quo tardius acquieſcebant, diutius tentando, plenius comprobabant.

Ibidem. 5. 52. *Viri autem civitatis Sodomorum circumdederunt domum ab infante uſque ad ſenem, totus* F *populus pariter.* Præſtruitur judicii divini æquitas, ne forte quis diceret: quid peccaverunt pueri, ut omnes excidio involverentur? Ita nullus illic juſtus, nullus innocens fuit. Audi Scripturam teſtificantem quia *circumdederunt domum ab infante uſque ad ſenem, totus populus pariter.* Nulla ætas erat culpæ immunis, ideo nullus immunis exitii fuit. Et qui poſſibilitatem perpetrandi criminis non habuit, habuit affectum. Effetæ vires ſenum, ſed mens plena libidinis. Offerebat ſanctus Lot filiarum pudorem. Nam etſi 32. q. 7. cap. Offerebat. illa quoque flagitioſa impuritas erat; tamen minus erat ſecundum naturam coire, quàm adverſùm naturam delinquere. Præferebat domus ſuæ verecundiæ hoſpitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inviolabilem. Denique illic quoque inoffenſa hoſpitalitas eſt, ubi nec germanitas ſatis tuta eſt.

53. Percuſſerunt autem illos Angeli cæcitate, ut & oſtium domus quod aperire cupiebant, non reperirent. Hîc mirabilis quidem Angelorum declaratur poteſtas; ut offuſa impuris cæcitate, non reperirentur domus oſtia. Sed etiam illud oſtenditur, quia cæca eſt omnis libido, & ante ſe non videt. Quod vero hoſpitum manibus revocatus eſt ſanctus Lot in domum demonſtratur immemor periculi, memor fidei non eripuiſſe ſe periculo, ſed obtuliſſe.

54. [b] Ponitur pietatis locus, quod manifeſtata ſibi per Angelos totius regionis everſione, b & generos habere Lot ſanctus inducitur, & monere eos ut fugerent; ſimul ne deſerendo eos, nec admonendo, minus pius videretur circa filiarum maritos: vel erroris earum cauſa ipſi adſignaretur, quæ deſtitutæ virili conſortio concubitum inebriati expetiſſent patris. Non ergo indefenſum Scriptura virum ſanctum relinquit; cùm & tradidiſſe maritis filias, & monuiſſe generos inducitur. Sed viſum eſt illis quod derideret eos, & tamen adhuc morabatur Lot, ut perſuaderet generis ſuis; & pœne non eſſet profectus, ut evaderet, niſi urgentibus Angelis, & tenentibus manus ejus, egredi coactus eſſet.

55. Non ergo profectus, ſed eductus eſt: & mandatum accepit ne reſpiceret retro, nec teſiſteret in tota regione illa, ſed in montem adſcenderet. Hoc cùm illi dicitur, omnibus dicitur. Si vis ergo & tu evadere, ne reſpicias retro, evade ante. Adſpice ubi Chriſtus eſt, qui dicat tibi: *Vade retro me*, ſicut Petro dicit: *Vade retro me*; Matth. 16. 23. ut Chriſtum ſequeretur, Chriſtum videret. Retro Sodoma eſt plena flagitii, retro Gomorrha vitiis ſcatens, criminum regio. *Ne tetigeritis*, inquit Apoſtolus, *ne adtaminaveritis, ne guſtaveritis,* Coloſſ. 2. 21. *quæ ſunt omnia ad corruptelam.* Fuge ergo Sodomam, [c] relinque ocyus Gomorrham, deſere elementa hujus mundi, ne te immanentia involvant c pericula: non reſiſtas fugiens, nec in tota vitiorum regione remoreris Qui non reſpexit, evaſit: quæ reſpexit, non potuit evadere.

56. Excuſantur autem filiæ ſancti Lot, quia putaverunt non vicinæ regionis, ſed totius orbis [d] fuiſſe illud excidium, & ſe ſolas cum patre ſu- d perſtites ex omnibus populis remanſiſſe. Et ideo ne genus deficeret humanum, paternum petiiſſe

a. Sic omnes edit. cum tribus mſſ. probatioris notæ. Alii vero præferunt: *ille quos inter quos habitaret ſciebat, tutamen* (nonnulli *tutam*) *domum ſuam offerebat.* Utra lectio potior, lectoris eſto judicium.

b. Ita ſex mſſ. Alii vero & edit. *Munitur pietatis locus.* Quæ verba Rom. edit. duodecim retro lineis retraxerat, & nonnullis mutatis hanc ſeriem ibi contexuerat: *Munitur pietatis locus, ut inoffenſa illic hoſpitalitas quoque foret* &c. Hunc vero locum ita conſarcinarat: *Quod generos Lot habere ſanctus inducitur, & manifeſtata ei totius regionis everſione, illos monere ut fugerent docetur.* Sed toto hoc capite multa mutavit, multa detraxit, plura etiam addidit inſertis e cap. 19. Gen. ſeptem aut octo locis, quos nuſquam in aliis edit. aut mſſ. reperias.

c. Edit. omnes, *relinque ocyus, deſere elementa* &c. Mſſ. ſex *relinque ſocios, deſere elementa.* Aptius vero Long. & Theod. *relinque ocyus Gomorrham* &c.

d. Sex mſſ. *fuiſſe illud incendium* Alii, & edit.... *excidium.* Neque vero mireris ſi tanto ſtudio Ambroſius filias Lot ab inceſtu, & ipſum Lot qui eaſdem prius Sodomitarum libidini obtulerat, nitatur excuſare Id enim eo faciebat ut Manichæos caſtigaret, qui hac occaſione maxima crimina in Scriptura approbari deblaterabant. Hos egregie confutat Aug lib 22. cont. Fauſt. & alibi. Vide etiam Haimon Eſtium, & alios in hunc locum.

concubitum; ut ſemen generationis humanæ de patre ſuo reſuſcitarent. Non ergo libidinis vitium fuit, ſed generationis remedium, quod non puto criminis duci loco. Nam & Eva de viro adſumta, ſupra cujus coſtam ædificata eſt mulier, os de oſſibus ejus, & caro de carne ejus; tamen propter ſeriem ſucceſſionis humanæ viro mixta eſt. Subducitur tamen huic admiſſo conſcientia viri juſti; inebriatus enim vino quid gereret neſciebat. Unde non mirum ſi puellas decepit opinio, quæ putarent totius populos orbis periiſſe. Non eadem eſſet Lot ſancti excuſatio, qui audierat ab Angelis locum illum, non totum mundum eſſe periturum.

35. q. 1. c. Sane diſcimus. 57. Sane diſcimus vitandam ebrietatem, per quam crimina cavere non poſſumus. Nam quæ ſobrii cavemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Parum eſt quod ea inflammat libidinem, accendit cupiditates corporis: ipſam quoque mentem ſubruit, & animum capit, ſenſum extorquet. Neſciunt quid loquantur qui nimio vino indulgent, jacent ſepulti. Ideoque ſi qua per vinum deliquerint, apud ſapientes judices veniâ quidem facta donantur: ſed levitatis notantur auctores. Quanta ipſa deformitas, ut ſolvantur vires, inceſſus vacillet?

58. Multi ſe fortes putant, num fortiores quam Lot? Num continentiores quam Noe? Non utique vitia Patriarcharum Scriptura expoſuit, quos victos vino legimus: ſed ut tu diſceres quid caveres. Ille nudus jacuit, iſte filiarum errori patuit. Et Noe juſtus deceptus eſt, quia vini vis adhuc ignorabatur: ſed in illo inſtructus es, ne tu ignorares. Lot filiabus ſe credidit, & per ſenectutem madidam vino ſolutus, commiſit inceſtum ignorans: tu ſic bibe, ne capiaris. Inſtruant te Patriarchæ non ſolum docentes, ſed etiam errantes. Ideo iteratum eſt exemplum ebrietatis, ut confirmetur magiſterium cautionis.

CAPUT VII.

Mors Abimelech ob tentatam Saræ pudicitiam à Deo intentata, quantum ſit adulterii crimen monſtrat. Quare ejuſdem rei cauſa Pharao gravius, quam Abimelech caſtigatus? Quo etiam pacto ab hujus domo ſublata Abrahami precibus ſterilitas datam Eccleſiæ fœcunditatem ſignaverit? Naſcitur Iſaac, & à matre lactatur. Iſmael autem Saræ impulſu & divino reſponſo ejicitur; & quæ in his includantur morum præcepta.

59. DEnique iterum tentatur Saræ pudicitia, ut exigatur omnium. Nam & Abimelech in uxorem ſibi eam ſumſerat, & dixit ei
Gen. 20. 3. in nocte Deus: *Ecce tu morieris propter mulierem.* Advertimus adulterium divino judicio morte puniri. Ideoque addidit: *Hæc autem commoratur cum viro.* Habet quidem omnis viri, mulieriſque concubitus nulla legitimi matrimonii ſorte celebratus, ſuam culpam. Diſcite enim qui ad gratiam baptiſmatis tenditis, velut quidam fidei candidati, continentiæ diſciplinam ſobriam. Nulli licet ſcire mulierem, præter uxorem. Ideoque conjugii tibi datum eſt jus, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Vinctus es uxori, noli quærere ſolutionem; quia non licet tibi, uxore vivente, uxorem ducere. Nam & aliam quærere, cùm habeas tuam, crimen eſt adulterii, hoc gravius, quod putas peccato tuo auctoritatem lege quærendam. Tolerabilior eſt ſi lateat culpa, quàm ſi culpæ uſurpetur auctoritas. Nec hoc ſolum eſt adulterium, cum aliena peccare conjuge, ſed omne quod non habet poteſtatem conjugii: tamen locus iſte docet gravius crimen eſſe, ubi celebrati conjugii jura temerantur, & uxorius pudor ſolvitur. Ideoque cùm prætenderet Abimelech quod uxorem alienam eſſe ignoraverit, quam ſororem eſſe vir ipſe ſuam dixerit, reſpondit ei Dominus: *Et ego* Ibidem 6.
cognovi quoniam puro corde feciſti hoc, & peperci tibi, ut non peccares in me: propter hoc non ſum paſſus te tangere illam. Cognoſcimus velut præſulem cuſtodemque conjugii eſſe Deum, qui non patiatur alienum thorum pollui: & ſi qui fecerit, peccare eum in Deum, cujus legem violet, gratiam ſolvat. Et ideo quia in Deum peccat, ſacramenti cæleſtis amittit conſortium.

60. Fortaſſe te moveat qua ratione Pharao
* quæſtionibus ab omnipotente Deo graviter *
afflictus ſit, ut ſupra legimus, cùm & ipſe ignoraverit uxorem eſſe Abrahæ Saram, quam ſororem audierat: Abimelech autem nullam pœnam exceperit. (Gen. 12. 17.) Verùm Ægypti regem noveris ducem fuiſſe vitiorum, qui quo plus habuerit licentiæ, eo plus flagitii commiſerit: Abimelech autem adeo fidelis æſtimatus ſit Deo, ut meruerit audire: *Et ego cognovi quoniam puro corde feciſti hoc*, rex non afflictionis, ut Ægyptius, [a] ſed munitionis, quod Gerarum quibus præerat, docet interpretatio. Non ergo eſt dubium ceteris operibus ejus indignationem Domini eſſe revocatam, qui vere interioris arbiter eſt conſcientiæ, & animi ac mentis interpres. Denique non ut Pharao ille conventus à Moyſe, [b] recuſavit & ſprevit mandatum Dei, nec obſequium diſtulit: ſed ſtatim vocavit Abraham, uxorem ſuam ei reddidit, pretio ſe ipſe multavit quod vidiſſet alienam, dotem pudoris exſolvit.

61. Hinc quoque colligi poteſt Abimelech regem clementiora meruiſſe, quod Abraham pro eo rogavit & impetravit. Peperit enim & uxor ejus, & ancilla ejus, quas ante concluſerat Deus propter Saram uxorem Abrahæ: quod æque ad
* œconomiam pertinet, ut Saræ partus Dei donatus promiſſione, etiam hoc fulciretur teſtimonio; cùm advertas Dei offenſione & fœcundas ſterileſcere, & rurſum Domini voluntate ſteriles fœcundari, juxta quod ſcriptum eſt, *Nonne* Eſai. 66. 9
ſterilem & parientem ego feci, dicit Dominus? Quamvis ad Synagogæ illud & Eccleſiæ myſterium dictum accipiatur; quia & Synagoga partus habere deſivit, quæ ſucceſſionis fraudata eſt poſteritate, & congregatio nationum quæ ſterilis erat cùm Deum ignoraret, partus habere cœperit æternos. Unde lectum eſt, *Lætare ſterilis, quæ non* Ibid. 54. 1.
paris: erumpe & exclama, quæ non parturis; quoniam plures filii deſertæ magis quàm ejus quæ habet virum.

* Hoc eſt, cruciatibus ſeu tormentis; quæ ideo *quæſtiones* dicuntur, quia in cauſis capitalibus per ea veritas quæri ſolet.
a. Rom. edit. cum tribus miſſ. *ſed munitionis, quod Gerarum* &c. Vet. cum aliis, *ſed munitionis* &c. Melius; non enim obſcurum eſt quin S. vir Gerares velit eoſdem eſſe, ac Geraſenos, quos ſeptos vel muratos interpretantur.
b Vat. cod. *recuſavit, ut impleret mandatum Dei.*
*. *Oeconomia*, hic idem eſt, atque divini conſilii diſpoſitio.

Gen. 21. 5. 62. *Genitus eſt autem Abrahæ filius Iſaac, cùm eſ-* A *ſet annorum centum.* Et tu ſi perfectus fueris, habebis poſteritatem lætitiæ,& exſultationis hereditatem. *Ibid. 6.* *Dixit & Sara: Riſum mihi fecit Dominus: Quicumque enim audierit, congratulabitur mihi.* Non utique hoc de generatione hac intelligitur quæ caſibus pleriſque obnoxia eſt, ut interdum non generaſſe melius fuerit: ſed de generatione qua unuſquiſque peccator agens pœnitentiam, cùm redimitur à morte, Angelis ſolet exhibere lætitiam. B

Ibidem. 7. 63. *Et dixit Sara: Quis annuntiabit Abrahæ quoniam lactet infantem Sara?* Moralis locus. Provocantur feminæ meminiſſe dignitatis ſuæ, & lactare filios ſuos. Hæc enim matrum gratia, hic bonos, [a] quo filios propriis commendent viris. Denique eos plus amare filios ſolent, quos ipſæ matres lactaverint uberibus ſuis.

Ibidem. 8. 64. *Fecit autem Abraham cœnam magnam, qua die ablactatus eſt Iſaac filius ejus.* Non mediocre iſtud nec uſitatum. Non enim quia à nutricis lac- C te ſubductus eſt puer, magnum convivium exhibuit Abraham: ſed quia idoneus habitus eſt Iſaac fortioris gratiæ cibo, & virtutis alimento, non adhuc, ut Corinthius, lacte potandus: ſed epulis ſolidioribus mandatorum cæleſtium mentis ſuæ lacertos firmans.

65. Proſperitatem cito ſequitur invidia. Pe- *Ibid. 9. & 10.* pererat Sara, ablactaverat filium: *Vidit ancilla filium ludentem cum filio ſuo Iſaac, & dixit ad Abraham: Ejice ancillam, & filium ejus; non enim* D *heres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.* Durum hoc viſum Abrahæ erat, ut ejiceret filium ſuum, licet eum quem ſuſceperat ex vernacula. Et tu noli te miſcere ancillæ, ne ſuſcipias ex illa filium, & uxor tua non patiatur coheredem illum filio ſuo fieri. Vides enim hinc ſolvi gratiam matrimonii. Certe ſi incidiſti, & habes filium, ejice ancillam, & filium ejus. Melius eſt enim ut ancilla quàm uxor recedat, & filius ancillæ quàm legitimus ejiciatur. Quod ſi dubitaveris, ſi con- E temſeris uxoris tuæ ſententiam, & durum tibi viſum fuerit, dicit tibi Deus quod dixit & Abrahæ; quod illi enim dixit, tibi dicit, & omnibus *Ibidem 12.* dicit: *Non ſit durum ante te de puero, & de ancilla. Omnia quæcumque dixerit tibi Sara, audi vocem ejus; quoniam in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Nuſquam alibi dixit: Audi vocem uxoris tuæ, niſi hîc, id eſt, feciſti injuriam uxori tuæ, & non mitigaſti affectum ejus, ſuſcepiſti ex ancilla filium, & non honoraſti uxoris filium. Numquid poteſt F in ancillæ filio ſemen tuum vocari? Non utique; in legitimo enim filio vera ſucceſſio eſt. Sed verearis, quia filius tuus eſt, ne forte ejectus intereat atque occidat. Non ei deerit mea gratia. Omnes alit Deus noſter, ſuffulcit univerſos, & juſtos & injuſtos. Denique & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Sicut fecit Abraham, facito & tu. Ejice ancillam, ut ſecura uxor & inoffenſa maneat domi. Ejice & ancillæ filium, ut non habeat hereditatis conſortium, qui non habet originis privilegium.

CAPUT VIII.

Abrahamum Deus varie tentat, ſed maxime dato immolandi filii præcepto. Ejuſdem præcepti ſingula verba expenduntur, & perfecta Patriarchæ obedientia in ejus profectione, ac reliquo ſacrificii apparatu declaratur. Poſtremo poſt expoſitum myſterium in ariete Iſaaci vice oblato figuratum, tertia proponitur ejuſdem Abrahami benedictio.

66. *ET factum eſt poſt hæc verba, Deus tentavit Abraham.* Aliter Deus tentat, aliter *Ibid. 22. 1.* diabolus. Diabolus tentat, ut ſubruat: Deus tentat, ut coronet. Denique probatos ſibi tentat. Unde & David dicit: *Proba me Deus, & tenta me.* *Pſal. 138. 21.* Et ſanctum Abraham probavit ante, & ſic tentavit; ne ſi ante tentaret quam probaſſet, gra- *Gen. 12. 1.* varet: probavit eum cùm exire de Charra juſ- *Ibidem. 14. 14. & ſeq.* ſit, & obedientem reperit. Probavit cùm fidei *Ibid. 17. 16.* titulo fretus liberavit nepotem, cùm de præda nihil adtigit, cùm promiſit ſeni filium, & cùm eſſet centum annorum, quamvis Saræ genitalia conſideraret emortua, tamen credidit, nec fide hæſitavit, qui poſſet hæſitare ratione ſterilitatis aut ſenectutis: probavit eum hoſpitii ſe- *Ibid 18. 1 & ſeq.* dulitate. Probatum igitur, quaſi fortiorem tentandum putavit majoribus, & quibuſdam imperiis durioribus. Et hoc quidem exemplo docemur, quia veris probatur quis: tentatur autem compoſitis & fictis. Non enim volebat Deus *22. q. 2. cap. 31 quolibet. §. Non enim.* immolari à patre filium, nec impleri hoc munus volebat, qui ovem pro filio immolandam obtulit: ſed tentabat affectum patris, ſi Dei præcepta præferret filio, nec paternæ pietatis contemplatione vim devotionis inflecteret.

67. *Et dixit ad eum: Abraham, Abraham!* Re- *Ibid. 22. 1.* petitione nominis mentem excitat, ut eſſet paratior. Denique reſpondit ille: *Ecce ego. Et di-* *Ibidem 2.* *xit: Accipe filium tuum amantiſſimum, quem dilexiſti Iſaac, & vade in terram excelſam, & offeres mihi illum holocauſtum in uno montium, quem tibi dixero.* Non ſinit otioſum eſſe affectum patris. A principio eum ſtimulat, & pungit pietatis aculeis, & filii nomen addidit ad nomen neceſſitudinis, & vim amoris. Non ſatis putavit dixiſſe filium, adjungit, *amantiſſimum quem dilexiſti Iſaac.* Quid eſt quod ait: *Quem dilexiſti*: & non dixit, quem diligis? Poſſumus quidem uti ad defenſionem Scripturæ conſuetudine divinæ, quia præteritum plerumque ponit pro venturis vel præſentibus, ut in Evangelio habes: *Hic eſt filius* *Matt. 3. 17.* *meus dilectiſſimus, in quo complacui*; cùm utique ſemper in Filio placeat Pater. Et in Pſalmo habes: *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris* *Pſ. 109. 1.* *meis*; cùm ſemper ſedeat. Poſſumus tamen & amantiſſimum ad præſens accipere, & quem dilexiſti ad id, ut non recenti quodam impulſu amoris; ſed inolito diu & probato amore ſignificaret dilectum. Quod enim ad tempus augetur, ad tempus reſolvitur: quod autem diu aut ſemper placuit, cito aboleri non poteſt. Poteſt & illud non abſurdum videri, quia morituros plus diligimus. Hoc eſt, quem ante dilexiſti: [b] quaſi jam diligat immolandum. Nec otioſe addidit

a. Edit. omnes: *Hic bonos quo ſe propriis commendent viris.* Mſſ. Theod Torn. & Valc. *Hoc bonum quo ſe,* &c. Alii quinque, ut in contextu.

b. Plures mſſ. & cunctæ edit. *quaſi jam non diligat immolandum.* At meliori ſenſu Corb. Colb. & Max. negationem omittunt; ut patet ex ſuperioribus verbis, *quia morituros plus diligimus.*

nomen

nomen ſancti Iſaac, hoc eſt, eum quem ſuſcepiſti de uxore unicum, ſuſcepiſti in ſenectute, ſuſcepiſti tamquam fidei tuæ præmium, remunerationem operum tuorum, ſuſcepiſti ex promiſſione Dei, non conjugis fœcunditate, ex qua alium ſperare [a] poſſis. *Offeres mihi holocauſtum:* ſed prius vade in terram excelſam. Interponitur ſpatium, ne præcipitari ſubito videatur affectus, ut illa dilatione obrepat pietatis gratia, deſiderium patris. Adjecit: *In uno montium quem tibi dixero.* Et hîc ſimiliter, ut dum adſcenderet ſenex, infringeretur impetus, laſſaret dextera, deficeret intentio: dum quæreret montem diſcere, dediſceret apparatum.

68. Exſurgens autem non ſolum ſequenti die, ſed etiam diluculo, ut adtuliſſe nox moras ſtudio feſtinantis patris videretur: (Gen. 22. 3.) *Stravit aſinam ſuam, & ſumſit ſecum duos pueros, & Iſaac filium ſuum, & concidit ligna ad holocauſtum.* Docemur parata omnia ad ſacrificium deferre: diſcimus etiam apparatum ſacrificii, & miniſterii munus ipſi nobis vindicare, non delegare aliis. Senex Abraham, & dives pecoribus, atque abundans ſervitiorum, non quæſivit comitatus ſui agmina: ipſe quoque ligna concidit, & obſequia majora viribus ſuis non intermiſit.

(Ibidem. 4.) 69. *Venit autem ad locum quem dixit illi Deus, die tertio.* Et cum duobus ipſe tertius proficiſcitur, hoſtiam ſuam ſecum ducens, & die tertio ad locum ſacrificii venit. Salutaris hic numerus, & conveniens ſacrificaturis. Denique & in poſterioribus Moyſes dicit ad Pharaonem regem Ægypti: (Exod. 8. 27.) *Viam trium dierum ibimus, & immolabimus domino Deo noſtro, ſicut dixit nobis.* Et recte tertio die celebratur Trinitatis ſacrificium.

(Gen. 22. 4.) 70. *Et reſpiciens Abraham oculis vidit locum à longe.* Sollicite explorat qui properat implere. Quamvis ſenilem ſtudio celeraret gradum, tamen hoc ſerum putans præcedebat oculis: vigebant ſingulorum officia membrorum, licet ſenilia membra non poſſent vigere. Solet hebetari viſus ſenum, ut etiam propinqua non facile conſpiciant. Hic non ſolum vidit locum, ſed etiam longe poſitus adſpexit.

71. Nec dubitavit vidiſſe, ſed ait pueris ſuis: (Ibidem. 5.) *Sedete hic cum aſina: ego autem & puer pertranſibimus uſque illuc; & cùm adoraverimus, revertemur ad vos.* Merito typus in aſina, quia & veritas in pullo aſinæ. In hoc enim animante figuratur populus gentilium, ante oneri ſubjectus, nunc Chriſto ſubditus. Iſaac ergo Chriſti paſſuri eſt typus. Venit in aſina, ut crediturus populus nationum ſignificaretur. Ideoque & Dominus cùm ad ſubeundam pro nobis paſſionem veniret, pullum aſinæ ſolvit, [b] quem ipſe conſedit etiam mitem atque manſuetum, jam Chriſto ſua terga credentem. Quod autem ait: *Ego & puer pertranſibimus viam,* demonſtrat quod non deficeret in tanto apparatu pater, non cederet filius: aut quia pertranſirent pietatis remedio tanti facinoris auſteritatem. Addidit: *Ad vos revertemur.* Prophetavit quod ignorabat. Ipſe ſolus diſponebat redire, immolato filio: ſed Dominus per os ejus locutus eſt quod præparabat. [*] Captioſe autem loquebatur cum ſervulis, ne cognito negotio, impediret aliquis, aut gemitu obſtreperet, aut fletu. (22. q. 2. cap. Si quadibet §. Prophetavit.)

72. *Accepit autem ligna holocauſti, & impoſuit Iſaac filio ſuo: accepit & ignem ipſe in manu & machæram.* (Ibidem. 6.) Conſecratur ſacris hoſtia [c] miniſteriis, & commendatur futura. Quæ pietatis hoſtia pii ante miniſterii vectura eſt. Ligna Iſaac ſibi vexit, Chriſtus ſibi patibulum crucis portavit. Abraham comitabatur filium, Pater Chriſtum. Nec Iſaac ſolus, nec Jeſus ſolus. Denique ait: *Solum me relinquetis, & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt.* (Joan. 16. 32.)

73. *Dixit autem Iſaac ad Abraham patrem ſuum, Pater. Qui dixit: Quid vis, fili?* (Gen. 22. 7.) Pulſatur pietatis vocabulis patrius affectus, & fluctibus quibuſdam hinc atque inde tunditur. Filius vocat patrem: pater dicit, *Fili*; ut ipſo verborum ſono ſe recognoſcat pater: quam impoſſibile eſt ut ferire poſſit, cujus ſe vulneri ſubiicere optaret. Hæc nomina vitæ ſolent operari gratiam, non miniſterium necis: hæc vocabula incitare ad pietatem, non ad mortem ſolent.

74. Addidit Iſaac dicens: *Ecce ligna, ubi eſt ovis in holocauſtum?* (Ibidem.) Et hic prophetat ſermone, non ſcientiâ. Ovis enim à Domino ad ſacrificium parabatur. Reſpondit denique ſimiliter & Abraham: *Deus providebit ſibi ovem ad holocauſtum, fili.* (Ibidem. 8.) Inflexibilis à ſtudio devotionis miniſter vocare filium frequenter non timet, ita erat intentionis ſoliditate fundatus: & hoc ſe meliorem patrem putabat, hoc ſibi in perenne manſurum judicabat filium, ſi eum immolaret Deo. Non ſolum autem hoc prophetavit, quod ſtatim accidit, quia Deus providit ſibi pro Iſaac hoſtiam, & reddidit patri filium: verùm illud magis, quod non hæc hoſtia divinæ eſſet diſpoſitionis: ſed alia eſſet hoſtia quam Deus ſibi pararet, ut mundaret orbem terrarum: illa eſſet omnibus acceptior, propter quam multi patres offerrent filios ſuos, & ſeparari in hoc ſæculo à filiis non timerent. Quotidie offerunt patres filios ſuos, ut moriantur in Chriſto, & conſepeliantur in Domino. Quanti patres, occiſis martyrio filiis, lætiores ab eorum tumulo reverterunt!

75. Venit Abraham ad locum ſacrificio prædeſtinatum; *Et ædificavit ibi aram, & impoſuit ligna.* (Ibidem 9.) Quanta molimina immolaturi, ne raptus

a. Ita mſſ. Corb. Colb. & Maz. Alii vero cum editis, *ſperare non poſſis.* Minus bene, cùm hæc pendeant è prioribus iſtis, *non conjugis fœcunditate.*

b. Omnes edit. *quem ipſe conſcientia mitem atque manſuetum jam Chriſto ſua terga credentem adſcenderat.* His accedunt Theod. & Valc. excepto quod pro *credentem adſcenderat*, hic legit, *cedentem conſedit*; ille, *præbentem fecit.* In hoc ei conſentit Long. qui cetera cum aliis quatuor lectioni noſtræ adſtipulatur.

*. *Captioſe*, id eſt, ut notat gloſſa decreti, *caute*; nimirum ne videatur Ambroſius docuiſſe Abraham ſimulate aut mendaciter locutum. Fuere ſiquidem qui nihil aliud his Doctoris noſtri verbis ſignificari contenderent, niſi S. Patriarcham mentitum eſſe, quod contra mentem diſſimulandi cauſa ſit locutus: prophetaſſe autem, quod verum dixerit licet neſciens. His Melchior Canus lib. 2. de loc. Theol. c. 4. ſubſcribit. Nec tamen putes hinc Abrahæ pietati quicquam detrahi; cum veterum Patrum uſque ad Auguſtini tempora communis ferme opinio fuerit boni alicujus, vel officii ergo mentiri peccatum non eſſe. Verùm ſententiam hanc funditus evertit Auguſtinus, cui omnes poſtea ſuffragati ſunt. Tamen Ambroſium in prima non fuiſſe opinione haud allibenter credimus; tum quia id ſatis indicat Auguſtinus epiſt. 82. tum quia Sanctus ipſe noſter omne ſimulationis ac mendacii genus proſcribit lib. 7. in cap. 12. Lucæ, & lib. 3. Offic. cap. 9. atque alibi. Unde etiam B. Th. 2. 2. q. 112. art. 1. docet Ambroſium iſtic myſterium & prophetiam agnoſcere, non mendacium, aut ſimulationem.

c. Mſſ. Theod. & Valc. *myſteriis, & commendatur futura pietatis hoſtia pii ante miniſterii vectura.*

Ibidem. ſubito ad immolandum æſtimaretur? *Et colligatis manibus ac pedibus Iſaac filii ſui, impoſuit eum in aram ſuper ligna.* Nectit filio manibus ſuis vincula pater; ne refugiendo filius, & vi ignis excitus peccatum incurreret. A

Ibidem 11. 76. *Et dixit Angelus, Abraham, Abraham.* Tenuit quodammodo manum ejus divina vox, & ictum vibrantis occupavit dexteræ. Nec ſemel vocavit; ne aut plene non audiret, aut fortuitam vocem putaret. Sic revocavit, quemadmodum imperavit. Repetivit vocem, tamquam B veritus ne præveniretur ſtudio devotionis, & una vox impetum ferientis revocare non poſſet.

Ibidem. 12. l. 2. q. 2. cap. Siquæ-libet. §. Non enim. *Non injicias*, inquit, *manum in puerum, neque feceris ei quidquam; nunc enim cognovi quia timeas Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilectiſſimo propter me.* Hoc eſt dicere: Affectum tuum inquiſivi, non factum exegi. Tentavi mentem tuam, ſi etiam filio dilectiſſimo non parceres propter me. Non aufero quod donavi ipſe, nec heredem invideo, quem largitus ſum non habenti. C Nec otioſe hîc quoque ei dilectiſſimum filium dixit, ut illud quod ſupra dixit, *Quem dilexiſti*, ita dictum oſtenderet, ne æſtimares quod jam diligere deſiiſſet.

a

Ibidem. 13. 77. [a] *Et reſpiciens Abraham vidit, & ecce aries unus hærens in virgulto.* Qua ratione arietem? Quaſi præſtantem utique cetero gregi. Qua ratione ſuſpenſum? Ut adverteres hoſtiam illam non eſſe terrenam. Qua cauſa cornibus ſuſpenſum, niſi quod carnem ſuam virtute ſuperiore D

Eſai. 9. 6. à terris levaret? Juxta quod ſcriptum eſt: *Cujus*

b *principatus* [b] *ſuper humeros ejus.* Quis utique ſigni-

Pſal. 148. 14. ficatur, niſi ille de quo ſcriptum eſt: *Exaltavit cornu populi ſui?* Cornu noſtrum Chriſtus eſt, qui

Pſ. 44. 3. præſtitit omnibus, ſicut legimus: *Specioſus forma præ filiis hominum.* Solus elevatus & exaltatus à terris, quemadmodum ipſe nos docet, cùm lo-

Johan. 8. 23. quitur: *Ego non ſum de hoc mundo, ego de ſupernis ſum.* Hunc vidit Abraham in iſto ſacrificio, hujus paſſionem adſpexit. Et ideo ipſe Dominus ait de E

Ibidem. 56. eo: *Abraham diem meum vidit, & gaviſus eſt.*

Gen. 22. 14. 78. Unde Scriptura: *Vocavit Abraham nomen loci illius, Dominus videt; ut dicant hodie: In monte Dominus apparuit*, hoc eſt, quod apparuerit Abrahæ, revelans futuram ſui paſſionem corporis, qua mundum redemit: demonſtrans etiam ge-

c nus paſſionis, cùm ſuſpenſum [c] oſtendit. Virgultum illud patibulum crucis eſt. Et in hoc ligno præſtantiſſimus ductor gregis exaltatus omnia traxit ad ſe; ut ab omnibus cognoſceretur. Unde F

Johan. 8. 28. & ipſe ait: *Cùm exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum.* Hinc quoque promeruit Deum Abraham.

79. Denique hæc eſt tertia benedictio. Tres enim plenarias accepit benedictiones: unam poſt victoriam, qua liberavit nepotem, quando occurrit illi Melchiſedech, quando dixit ei Do-

Gen. 15. 5. & 6. minus: *Reſpice in cælum, & numera ſtellas, ſi poteris: ſic erit ſemen tuum. Et credidit Abraham Deo,*

Ibid. 17. 5. *& reputatum eſt illi ad juſtitiam:* aliam quando juſſus eſt Abraham nominari, & ſignaculum ac- A cepit circumciſionis: tertiam hîc, quando dilectiſſimum filium ſuum holocauſtum Deo non dubitavit offerre. Hæc iterum benedictio præſtitit ſuperioribus. In illis enim propagationem ſeminis Abrahæ promiſit futuram: in hac autem ait: *Et benedicentur in ſemine tuo* [d] *omnes gentes terræ;* d

quoniam audiſti vocem meam. Et nos ergo audiamus vocem Dei noſtri, & obediamus præceptis ejus, ſi volumus apud eum invenire gratiam. Ibid. 22. 18.

CAPUT IX.

Moritur Sara ac ſepelitur. Abraham filio ſuo uxorem providet, eamque ad rem delectum ſervum juramento ſibi obligat: & quid iſtic lateat myſterii? In eligenda conjuge imprimis ejus religionem ex qua pendent mores, ſpectandam. Quomodo quærenda proxima, non alienigena, nec invita? Quo item modo in Rebecca deſignata ſit Eccleſia & baptiſmus. Quas inaures exemplo Rebeccæ ambire debeant Chriſtianæ virgines; quidve alia munera eidem puellæ oblata ſignificent? Quam imitandum pudoris exemplum ipſa præbuerit; & quam bene in ejus conjugio vocatio Eccleſiæ atque apoſtolicum miniſterium exprimatur!

80. LOcus qui ſequitur, habet mortem uxoris, fletum mariti, ſepulturæ officium; quibus maritalis affectus probatur. *Et ſurrexit*, Ibid. 23. 3.

inquit, *Abraham à mortuo.* Docemur ut non diutius inhæreamus mortuis, ſed quantum ſatis eſt D officii deferamus. Feſtinavit autem pro loco ſepulcri pretium ſolvere, cùm gratis daretur; ut non in alienis locis, ſed noſtris potius ædificemus tumulos parentum vel proximorum. Sæpe enim cum alienationibus poſſeſſionum venales fiunt, quæ in iiſdem locis ſepulturæ ſunt. Hoc autem ideo Abraham fecit; quia nondum erant hujuſmodi Dei templa, in quibus fidelium Domino reliquiæ condantur.

81. Senuerat Abraham: itaque quod boni eſt E patris, debuit uxorem providere filio: ſed propter oraculum Dei non poterat redire eo, unde juſſus erat exire. Habitabat autem in terris Chananæorum, ex quo genere legitimam ſucceſſionem ſibi quærere fugiebat.

82. *Et vocavit puerum ſeniorem domus ſuæ*, & di- Ibid. 24. 2.

xit ei ut iret in Charram, & de proximis ſuis uxorem peteret juniori domino ſuo. Diſce hinc quod etiam ſenioris ætatis ſervuli pueri dicantur à dominis, vel à quibuſque potioribus. Unde & F quidam poeta hoc ſequendum putavit: ſive in eorum uſu qui ſibi docti & ſapientes videntur, ipſe hoc reperit: ſive de noſtris ipſe tranſtulit: ſive tranſlatum invenit:

Paſcite, ut ante boves, pueri: ſubmittite tauros. Virg. in Bucol. Ecl. 1.

Inde & pueros dicimus, quando ſervulos ſignificamus, non ætatem exprimentes, ſed conditionem.

83. Adverte nunc virtutes boni patrisfamilias, & conſidera primùm, quod munus, & cui mandet; ut & tu ita inſtituas ſervulos, ut liberis tuis paternum affectum deferant, & officia exſequan-

a. Rom. edit. *Et reſpiciens Abraham oculis ſuis vidit, & ecce aries unus ſuſpenſus cornibus in virgulto Sabec.*
b Ita edit. omnes. At quinque mſſ. melioris notæ, *cujus principium.* Utraque autem dictio eodem ſenſu dici poteſt.
c. Edit. vet. *oſtendit arietem.* Rom. ... *cornibus arietem.* Neutrum reperitur in mſſ. neque adeo neceſſarium eſt, cùm ſatis intelligatur è ſuperioribus. Sed mſſ. Theod. & Valc. legunt, *oſtendit virgulto, id eſt illud* &c.
d. Ita mſſ. omnes, & Rom. edit. Vet. autem edit. *omnes reges terræ.*

tur. Inventus eſt de ſervulis ſenior, tamen qui A ad uxorem providendam domino juniori eligeretur, & conſtrictus ut juraret, mitteret manum ſub femur domini ſui. Per femur generationem intelligimus: generatio autem Abrahæ Chriſtus
Gal. 3. 16. eſt. Unde Apoſtolus ait: *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini ejus. Non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis: ſed ſicut in uno, & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus*; oſtendens per ipſum nobis ſanctum ſacramentum, per ipſum tutum auxilium fore.

84. Conſtrinxit autem eum ne de ſemine Cha- B nanæorum uxorem arceſſiret domino ſuo, quorum generis auctor patrem non honoraverat, & ideo maledictionis hereditatem tranſmiſit in ſuos; ut cognoſcamus fidem, & quamdam hereditatem de auctoris proſapia in iis requirendam, quos nobis volumus adjungere. Cum ſancto enim ſanctus eris, & cum perverſo perverteris. Si hoc in aliis, quanto magis in conjugio, ubi una caro, & unus ſpiritus eſt. Quomodo autem poteſt con-
c. 28. q. 1. cap. Cave. gruere caritas, ſi diſcrepet fides? Et ideo cave C Chriſtiane, gentili aut Judæo filiam tuam tradere. Cave, inquam, gentilem aut Judæam atque alienigenam, hoc eſt, hæreticam, & omnem alienam à fide tua uxorem arceſſias tibi. Prima conjugii fides caſtitatis gratia eſt. Si idola colat quorum prædicantur adulteria, ſi Chriſtum neget qui præceptor & remunerator eſt pudicitiæ, quomodo poteſt diligere pudicitiam? Si Chriſtiana ſit, non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſitis ſacramento baptiſmatis. Simul ad oratio- D nem nocte vobis ſurgendum eſt, & conjunctis precibus obſecrandus Deus. Accedit aliud inſigne caſtimoniæ, ſi credas à Deo tuo tibi quod ſortitus es, conjugium datum. Unde & Salomon
Prov. 19. 14. ait: *A Deo*, inquit, *præparabitur viro uxor.* Non poſſunt hoc diſpares fide credere, ut ab eo quem non colit, putet ſibi connubii impartiram gratiam. Ratio docet, ſed amplius exempla com-
3. Reg. 11. 4. monent. Sæpe illecebra muliebris decepit etiam fortiores maritos, & à religione fecit diſcedere. E Et ideo tu vel amori conſule, vel errorem cave. Primum ergo in conjugio religio quæritur. Ideo Abraham proximam quæſivit dare filio ſuo.

85. Et tu proximam quære. Quis eſt proximus? *Qui fecit*, inquit, *miſericordiam*. In Evangelio
Luc. 10. 37. hoc dixit dominus Jeſus. Et tu proximam ſeminis Abrahæ require, & propinquam proximi tui. Semen Abrahæ Chriſtus eſt, ipſe eſt proximus omnium, qui ſuper omnes fecit miſericordiam, tollens peccatum mundi. Diſce deinde quid in F uxore quæratur: non aurum, non argentum quæſivit Abraham, non poſſeſſiones, ſed gratiam bonæ indolis.

86. Deinde interrogatus ſi nollet venire mu-
Gen. 24. 6. & ſeq. lier, utrumnam eo filium domini ſui duceret: *Attende tibi*, inquit, *ne revoces filium meum illo. Dominus Deus cæli, & Deus terræ accepit me de domo patris mei, & de terra in qua natus ſum, qui locutus eſt mihi, & juravit dicens: Tibi dabo terram hanc, & ſemini tuo; ipſe mittet Angelum ſuum ante te, & accipies filio meo uxorem inde. Quod ſi noluerit tecum venire mulier in terram hanc, purus eris à juramento hoc.* Quo proficiat hoc conſidera diligentius. Non licet tibi accipere alienigenam. Sane ſi Chriſtianam ſe faciat, laudem habebis ex ea. Ne te quoque ſi recuſaverit Chriſtiana fieri, ſtudium nuptiarum à fide deflectat, inſtruit lectio. Abraham ſequentem deduci admonuit, reſidentem non expeti, nec eo filium ſuum pergere. Sane domini ſui qui ſe ab incolatu terræ in qua habitabat, abduxerat, non defuturam miſericordiam, ut præiret ſtudio petitoris, & puellæ inclinaret animum. Quaſi propheta hoc dixit in cauſa filii, & quaſi moralis doctor docuit ſperare de Domino, quod juvare dignetur incrementa fidei quærentem.

87. *Et ſurgens puer profectus eſt in Meſopotamiam:* Ibidem. 10
& juxta voti ſeriem quod proficiſcens ſervulus voverat, *occurrit ei Rebecca, habens hydriam ſuper* Ibid. 15. & ſeq.
humerum, virgo ſpecioſa valde, quam vir non cognoverat. Deſcendit autem ad fontem, & implevit hydriam, dedit puero bibere, adaquavit omnes camelos ejus. Unde puer Abrahæ accepit inaures aureas ſingularum drachmarum, & duas virias dedit in manus ejus, decem aureorum pondus earum, & quæſivit ab ea ſi locus eſſet hoſpitio, & cujus eſſet filia. Simplicitas quidem moralis exprimitur, quod nullus fuerit vel in conjugii petitione ambitioni locus, ſed Dominus præſul conjugii petitionem impleverit. Tamen ſpectare licet Eccleſiæ myſteria. Ubi invenitur Eccleſia, niſi in Meſopotamia? Ibi quæritur, inde arcerſitur, ibi duobus ſtipatur fluminibus, lavacro gratiæ, & fletu pœnitentiæ. Etenim niſi peccata propria defleveris, niſi gratiam baptiſmatis acceperis, non tibi acquiritur Eccleſiæ fides, & [a] quædam conjugalis copula. Muniunt eam Tygris, hoc eſt, prudentia, & Euphrates, hoc eſt, juſtitia, & illuminatio fructuoſa, à barbaris ſeparans gentibus.

88. *Virgo autem ſpecioſa valde*, cujus decorem nulla corrupit ætas. Specioſa valde; quia ſpecioſus & ille præ filiis hominum, qui eam acquiſivit ſibi. *Quam vir non cognoverat*; nulli enim viro erat [b] copula ejus ſed ſoli Chriſto debita. *Hydriam habens ſuper humerum*, qua lavat actus hominum. Et quia ex congregatione gentilium conſtat, qua ſuos lavit, ideo legis, quia *deſcendit ad fontem, & implevit hydriam & adſcendit.* Samaritana illa venit ad fontem, ſicut in Evangelio ſcriptum eſt, ſed non deſcendit: puteus ei videbatur, nec implevit hydriam. Denique ait: [c] Hydriam non habeo. Non habebat unde actus ſuos lavaret. Hæc ſola deſcendit, hæc ſola cognovit fontem verum, hoc eſt, non aquæ fontem, ſed vitæ æternæ, ſicut dixit David: *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Ideoque habuit quod daret ſitientibus, quia credidit. Nam quæ non credebat, ait fonti huic volenti [d] ſibi potum dare: *Unde mihi habes dare aquam vivam?* Hæc autem habuit unde non ſolum puerum, ſed etiam camelos adaquaret,

(Ibidem 16. — Johan. 4. 7. — Pſ. 35. 10. — Johan. 4. 11.)

a. Mſſ. quatuor. *Quadam conjugali copula muniunt eam* &c. Ex quibus tamen Valc. præfert . . . *copia muniunt* &c

b. Cunctæ edit. *copula jus.* Cuncti mſſ. *copula ejus.* Attamen ita ſcribitur in Corb. ut utrumque pœne ex æquo legi poſſit.

c. Rom. edit. ſola, *reliquit hydriam mulier. Reliquit, unde non habuit, quo actus ſuos* &c. Veruntamen evidens eſt virum ſanctum non indicare illa Scripturæ verba, *Reliquit ergo hydriam* &c. ſed potius iſta, *Domine, neque in quo haurias, habes.* legiſſe autem ipſorum loco, *Domine, neque in quo hauriam, habeo* Quod tamen in Bibliis nullis reperire eſt.

d. Mſſ. Corb. Long. Colb. Maz. & prima manu Torn. *volenti ſibi potum dare aquam vivam. Hæc autem* &c. Forte non male, ſi poſt, *aquam vivam*, mente ſuppleamus quod ſupra exprimitur, nempe, *hydriam non habeo:* quod ſane aptius quadrat cum ſequentibus.

quæ non ſolum juſtos rigare conſuevit, ſed etiam A injuſtos implere. Ideo accepit inaures aureas, & * virias quas miſit Abraham, tamquam meritorum ſuorum præmia.

89. Fortaſſe audientes hæc filiæ, quæ ad gratiam Domini tenditis, & vos provocemini ut habeatis inaures & virias, & dicatis: Quomodo prohibes hoc, Epiſcope, ut habeamus quod Rebecca accepit pro munere, & hortaris ut ſimiles ſimus Rebeccæ? Sed non has inaures Rebecca habebat & virias, quæ lites in Eccleſia ſerere B ſolent, quæ labuntur frequenter: alias inaures habebat, quas utinam vos habeatis, alias virias. Inaures Rebeccæ pii auditus inſignia, & viriæ Rebeccæ ornamenta factorum ſunt. Has inaures habebat, quæ non gravarent aurem, ſed demulcerent: has virias, quæ manum non materiali auro onerarent, ſed ſpiritali actu levarent. Ideo & fratri & parentibus in hoc placuit ornatu. Et tu ſume inaures quas tibi Abraham reliquit: ſume quas tranſmiſit virias. Audi verba domini C Dei tui, ſicut ipſe audiebat: exſequere juſſa, ſicut ipſe properavit [a] implere.

90. Pulcherrimus autem locus ad inſtruendos eos quibus aliquid injungitur, quod non prius manducavit puer Abrahæ appoſitum ſibi panem, quam mandatum Domini exſequeretur. Quo impetrato, vaſa aurea & argentea & veſtem dedit Rebeccæ. Ubi ſponſata eſt Eccleſia accepit vaſa aurea & argentea, in quibus eſſet theſaurus fidei; ſunt etenim vaſa in honorem, ſunt D & in contumeliam. Quæ ſint ea vaſa audi: *Habemus theſaurum in vaſis fictilibus.* Vaſa fictilia corpora noſtra ſunt: fides noſtra theſaurus eſt. Et fortaſſe jam etiam ipſa corpora noſtra quæ theſaurum iſtum habent, aurea ſunt, quia ſunt plena prudentiæ: & argentea vaſa ſunt, quæ videntur mandati cæleſtis alloquiis refulgere. Honorantur autem & parentes muneribus.

2. Cor. 4. 7.

32. q. 2. c. Honorantur.

91. Conſulitur puella non de ſponſalibus, nam illa judicium exſpectat parentum, non eſt enim E virginalis pudoris eligere maritum: ſed jam deſponſata viro de profectionis conſulitur die. Nec immerito dilationem non adtulit; jure etenim properare debuit ad maritum. Unde illud Euripideon quod mirantur plerique, unde tranſlatum ſit manifeſtum eſt. Ait enim in perſona mulieris, quæ tamen maritum volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias:

Euripides in Andromacha.

Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
Μέριμναν ἕξει, κ᾽ οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

Hoc eſt, Sponſalium quidem meorum pater meus curam ſubibit; hoc enim non eſt meum. Ergo quod & ipſi philoſophi mirati ſunt, ſervate virgines. Sed etiam, [b] mulieres, ſi qua amiſſo cito marito, adoleſcentula laqueum infirmitatis ſuæ timet incidere, ut ſi vult nubere, nubat tantum in Domino, ut electionem mariti parentibus deferat; ne appetentiæ procacioris æſtimetur, ſi ipſa de nuptiis ſuis electionem ſibi vindicet. Expetita magis debet videri à viro, quàm B ipſa virum expetiſſe. Verecundiam præmittat, antequam nubat, quòd ipſum conjugium plus commendet verecundia. Sed illi verba imitantur, opera imitari nequeunt.

92. Ineſſe quoque in eo præclarum Eccleſiæ myſterium liquet, eo quod nemo auſus ſit eam ante Chriſtum vocare; ſoli enim Chriſto hæc erat vocandarum nationum repoſita prærogativa. Vocata autem non fecit moram, & ideo acceptior Domino; quia populus Judæorum qui C erat ad cœnam vocatus, dignus non fuit venire: congregatio autem gentium ſimul ut arceſſiri ſe vidit, occurrit.

93. Denique ut ſcias non ſine myſterio eſſe, cùm veheretur camelo, veniebat ad ſponſum; eo quod populus nationum belluina quadam horridus meritorum deformitate, qui formæ ſuæ nullum haberet decorem, fidem eſſet atque conſenſum Eccleſiæ recepturus. Nec illud otioſum, *30. q. 5. cap. Nec illud.* quod cùm veniret Rebecca, vidit Iſaac deam- D bulantem; & cùm interrogaſſet, quis eſſet, cognito quod ipſe eſſet cui duceretur uxor, deſcendit, & caput ſuum obnubere cœpit, docens verecundiam nuptiis præire debere: inde enim & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia puellæ ſe obnuberent. Diſcite ergo virgines, quemadmodum ſervetis verecundiam, nec intecto capite prodeatis ante extraneos, cùm Rebecca jam deſponſata, deſignatum maritum aperto capite non putaverit videndum.

E 94. Quis ille eſt ſervulus qui providit has nuptias? Unus utique de Apoſtolis, & ille maxime qui ait: *Viri fratres, vos ſcitis quia à diebus antiquis in nobis Deus elegit ex ore meo audire nationes verbum Evangelii.* *Act. 15. 7.* Vel ille qui doctor appellatus *1. Tim. 2. 7.* eſt gentium. Ipſi enim [c] cùm leguntur, aut Johannes Evangeliſta, acquirunt Chriſto animam; ut credat quæ ante non credidit: & cupientibus Chriſtum videre, ſermonibus demonſtrant ſuis. Itaque Abraham celebratis filii nuptiis, longæva *Gen. 25. 8.* ætate, & bona ſenectute complevit dies.

*. *Viriæ*, idem ſignificant atque annuli, ut ex ſequentibus colligere eſt.

a. Poſt vocem, *implere*, Rom. edit. intruſit ſequentia. *Inquit enim, & appoſuit illis panes ad comedendum, qui dixit: Non comedam donec loquar ego verba mea.*

b. Ita mſſ. Edit autem, *mulier etiam, quæ* . . . Et poſt tria verba ubi eædem edit. cum præcipuis mſſ. *laqueum infirmitatis ſuæ timet incidere*, tres mſſ. legunt: *infirmitati ſuæ timet inſicere.*

c. Vet edit. *cum leguntur, aut Johannes Evangeliſta, acquirunt Chriſto animam.* At cùm advertiſſent Rom editores commodum ſenſum hinc elici non poſſe, locum emendaverunt in hanc formam: *cum audiuntur, acquirunt Chriſto animam* . . . *& cupientibus Chriſtum videre, ut ait Johannes Evangeliſta, ſermonibus* &c. Noſtram vero lectionem magno conſenſu præferunt mſſ.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Poſt expoſitum moralem ſenſum, ad profundiorem ſeu allegoricum tranſit: & quemadmodum anima præcipiatur, ut exeat de terra ſua, & de cognatione ſua; nec non à quibus ad perfectam purgationem recedendum ſit, explicat. Denique promiſſam Abrahæ poſteritatem refert.

1. MORALEM quidem locum proſecuti ſumus, qua potuimus intellectus B ſimplicitate; ut qui legunt, morum poſſint ſibi haurire magiſteria: ſed quia ex utraque parte acuta eſt acies gladii, ex utraque parte præliaris; ſimiliter verbum Dei, quod eſt acutius omni gladio acutiſſimo, penetrans uſque ad diviſionem animæ, quocumque converteris, paratum invenies & opportunum, ut animam legentis pertranſeat ad revelandum propheticarum ſcripturarum ænigmata. Unde non abſurdum reor referre ad altiora ſenſum, & per hiſ- C toriam diverſarum perſonarum, virtutis formæ quemdam proceſſum explicare; maxime cùm jam in Adam intellectus profundioris exordia (De Paradiſo. cap. 2.) deguſtaverimus. Adam etenim mentem diximus, Evam ſenſum eſſe ſignificavimus, ſerpentis ſpecie delectationem expreſſimus: ſed ibi de ſumma beatitudine, & quadam naturali virtutum amœnitate per circumſcriptionem ſenſus, & delectationis illecebram refluxus ad culpam eſt: hîc autem profectum mentis ſpeculari datur. Hoc D enim Legiſlator provide egit, ut quemadmodum lapſum mentis demonſtravit, ut illas erroris caveremus ſemitas: ita etiam proceſſum mentis, & quemdam ſuperiorem reditum ſignificaret, ut quemadmodum infracta mens reformare ſe poſſit, cognoſceremus. Purgaverat enim terram Dominus diluvii infuſione, laverat humanæ colluvionem fragilitatis: ſed non ſatis erat ad virtutis profectum, niſi ut inſtrueretur homo quemadmodum ſe regeret & gubernaret, Abraham E mentis loco inducitur. Denique * Abraham tranſitus dicitur. Ergo ut mens quæ in Adam totam ſe delectationi & illecebris corporalibus dederat, in formam virtutis ſpeciemque tranſiret, vir ſapiens nobis ad imitandum propoſitus eſt. Denique Abraham ſecundum Hebræos, ſecundum Latinos pater dictus eſt, eo quod mens paterna quadam auctoritate, * cenſione, & ſollicitudine totum gubernet hominem.

2. Hæc ergo mens erat in Charra, id eſt, in cavernis, obnoxia variis paſſionibus. Ideoque A dicitur ei: *Exi de terra tua*, id eſt, de corpore (Gen. 12. 1.) tuo. Exivit de hac terra ille, cujus converſatio in cælis eſt. *Et de cognatione*, inquit, *tua*. Cognati ſunt animæ noſtræ corporis ſenſus. Dividitur enim in duo anima noſtra: in id quod eſt rationabile, & in id quod eſt irrationabile. In eo autem quod eſt irrationabile, ſenſus ſunt: ergo cognati ſunt partis rationabilis, hoc eſt, mentis. *Et de domo tua*, inquit, *exi*. Domus mentis [a] prolativum eſt verbum. Sicut enim paterfamilias B habitat in domo ſua, & in poteſtate habet quemadmodum regat domum ſuam: ita etiam mens in ſermonibus noſtris habitat, & gubernat verba noſtra, & vis ejus ac diſciplina in ſermone elucet. Ut bonus paterfamilias à primo veſtibulo domus æſtimatur: ita etiam de ſermonibus noſtris mens noſtra perpenditur. Denique etiam [b] modulis vocis pulſat & revocat.

3. Ergo qui vult perfectam purgationem conſequi, disjungat ſe ab his tribus, à corpore, à ſen- C ſibus corporalibus, à voce, in quibus ſunt omnes corporis paſſiones, & circumſcriptiones ſenſuum, quibus decipimur & illudimur. In nullo enim horum trium bonum. Non in carne, quamvis Epicuri ſchola, plerique etiam voluptuarii diſrumpantur [c] laudantes corporis delectationem; neque in ſenſibus qui ſæpe luduntur, neque in ſono vocis quæ falſis plerumque animam demulcet [d] cantibus, eſt perfectum bonum; hæc enim incorruptibilia: quod autem vere bonum, D hoc incorruptibile. Manifeſta autem fides. Mortuo etenim homine, caro corrumpitur, ſenſus pereunt, vox amittitur, remanet mens immortalis, incorpoream vitam recipiens. Unde in alteram terram vocatur plenam beatitudine, ubi non falſa pro veris, ſicut in hac vita: ſed vivam rerum cernat ſubſtantiam; eo quod excuſſa corporis, & ſenſuum, & vocis nebuloſa quadam imagine, corruptibilem caliginem deponat, & revelata facie beatæ vitæ gratiam luſtret ob- E tutu.

4. *Benedicam*, inquit, *te*, *& faciam te in gentem magnam*. (Ibidem. 2.) Immortalitatem ſpondet, cùm genus promittit. Genus enim immortale videtur eſſe, perſonæ mortales ſunt ſingulorum, ut hominum, ut equorum, ut apum. De quibus ait quidam.

At genus immortale manet. (Virg. l. 4. Georg.)

Tamen multo illud melius quod gentem magnam dixit Eccleſiæ perpetuam poſteritatem, & generationem illam ſupernam, quæ vere magna eſt, [e] ut peccato moriamur Deo renaſcimur.

*. Abrahæ nomen videtur Ambroſius deduxiſſe à voce Abran, qua tranſitus ſignificatur: aut potius reſpexiſſe ad cap. 14. n. 13. ubi ſecundum LXX. Abraham tranſitor dicitur. Vide Nobilium in eumdem locum.

*. *Cenſione*, id eſt, cenſura, ac moderatione.

a. Omnes edit. *prolatum eſt verbum*. Mſſ. omnes Gallicani, *prolativum eſt verbum*. Idem autem ſignificat prolativum atque extenſivum. Vox enim, *domus*, à ſimplici ſignificatione ad figuratam & metaphoricam extenditur.

b. Edit. *modulum vocis pulſat & revocat*. Iidem mſſ. *modulis vocis* &c. ubi ſubintellige paſſiones, corpus, ac ſenſus corporeos, quæ ſupra memorata ſunt, quæque modulis vocis excitari ac mitigari nemo non expertus.

c. Edit. Am. Era. Gill. *laudis corporis delectatione* Rom. vocem, *laudis*, prætermittit. Nos omnium mſſ. auctoritati credendum putavimus.

d. Ita mſſ. ſupra citati, præter Corb. in quo deerat, *cantibus*, *eſt*, quod recentiori manu additum eſt. Edit. vero, *demulcet cantibus*. *eſt perfectum bonum hoc incorruptibile. Manifeſta* &c.

e. Ita mſſ. Corb. Long. Colb. & Maz. Sed Vaic. & edit. Am. & Gill. *& peccato moriamur*, *ideo renaſcamur*. Era. *ut peccato moriamur & Deo renaſcamur*. Rom. demum ac mſ. Torn. *Itaque peccato moriamur*, *Deo renaſcamur*. Atqui videtur hic nonnihil aut omiſſum eſſe aut corruptum, aut etiam forte tranſpoſitum. Confer quæ hoc loco dicit de generis immortalitate cum hujus ipſius libri cap. ultimo, & cognationem non minimam animadvertes.

CAPUT II.

Poſt Abrahami exitum Deus illi tamquam amico loquitur. Idem nobis proponitur ad imitandum; ut mens noſtra ejus exemplo reformetur. Quare Lot cum illo egreſſus; quidve ſexageſimo anno ſignificetur. Quo tandem pacto ſapiens animam ſuam poſſideat.

Gen. 12. 4. 5. E*Xiit Abraham quemadmodum locutus eſt ei Dominus.* B Hinc ferunt gentiles ſeptem Sapientum ſententiam: Sequere Deum, quaſi inventum ſuum; cùm longe anterior, non dico, Abraham, ſed Moyſes fuerit, per quem lex data
Deut. 13. 4. eſt, dicens: *Poſt dominum Deum tuum ambulabis.*
a Exivit ergo Abraham in quo [a] non tam perfectio ejus, quàm animæ ejus devotio, & mentis libertas exivit de corporis vinculis, de illecebris delectationis. Denique ſic habes: *Exivit Abraham quemadmodum locutus eſt illi Deus.* Supra habes, *Exi*, dixiſſe Deum, in quo apertum imperium C jubentis expreſſum: hîc habes quemadmodum locutus eſt illi Deus. Quaſi quidam confabulationis affectus comprehenditur; omnia enim fecit quæ ſtatuta ſunt. Ante factum igitur Deus dicit quaſi obnoxio, poſt factum loquitur quaſi amico. Amicus eſt enim Deo, qui facit quæ imperata ſunt. Unde & in Evangelio ſuo dicit do-
Johan. 15. 14 & 15. minus Jeſus: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis. Iam non dico vos ſervos.* Sed, ut dixi, proceſſus viri ſapientis propoſitus eſt D nobis ad imitandum, ſcriptus ad experimentum, non perfectio. Adhuc enim reformat ſe mens in Abraham, quæ in homine primo lapſa eſt. Et ideo per gradus & incrementa ſe colligit.

Gen. 12. 4. 6. Unde & addidit: *Et exivit cum eo Lot*, hoc eſt, declinatio. Id enim nominis ſignificat interpretatio; eo quod ut viantes incognitam carpentes viam, ſemitis aliquibus ſæpe falluntur, ut à directo deflectant tramite; E & tamen ſi prudentes ſunt, non deviant, ſed cunctabundi licet, regionis ipſius contuitu viam colligunt: ita &
b Abraham [b] nutabundus quidem, tamen tramitem veri ſequebatur. Ducebatur plerumque falſa ſpecie bonorum, ſed non penitus inclinabatur. Perfecti eſt enim non deflectere, prudentis non penitus declinare. Solus autem ille numquam
Eſai. 7. 14. deflectit, de quo ſcriptum eſt: *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabit nomen ejus Emmanuel: butyrum & mel manducabit, priuſ-* F *quam ſciat aut proferat mala, eliget bonum; quoniam priuſquam ſciat puer bonum aut malum, non credet malitiæ, ut eligat quod bonum eſt.* Hoc Abraham facere non poterat, ut prius bona eligeret, quam mala ſciret. ſed præceptis inhære-
Gen. 12. 4. bat cæleſtibus, ne declinaret à vero. Ideo etiam ſeptuaginta & quinque annorum deſcribitur exiiſſe de Charra, quod * ſeptuageſimo perfecto remiſſionis numero ſenſus is ſit qui poſſit inflecti. A Delectationes enim horum ſenſuum faciunt, ut non ſemper erecta ſit mens noſtra, ſed aliquando ſe inflectat; ut non intra cavernas corporis, ſed ſe intra latibula voluptatis abſcondat.

7. Tamen etiam in his cuniculis poſitus ita evaſit, ut ſumeret uxorem ſuam, & nepotem, & omnem animam quaſcumque poſſederat in Charram. Prudentes enim & continentes virtutis atque animæ poſſeſſores ſunt, decorem morum manſuetorum eligentes. Qui autem amato- B res corporis ſunt, delectationibus ejus irretiuntur; quia irrationabilium in corporis habitudine omnis virtus eſt: rationabilium autem in virtutibus animæ ac diſciplinis. Propterea ſcriptum Ibidem. 5.
eſt, quia * poſſidebat animam ſuam, tamquam *
liberam regens, & nulli ſervituti obnoxiam. Hoc ergo habet intentio doctoris; eo quod etiam in illis diverticulis & anfractibus conſtitutus, vel adhuc ævi recentioris, vel nondum perfectioris diſciplinæ, [c] vel loci patentis ad vitia habitavit c
C non ita inflexus ad culpam, ut demigrare non poſſet. Denique mentem ſuam ab illa lubrica poſſeſſione defendit & tranſtulit.

CAPUT III.

Perambulat Abraham uſque ad Sychem, quæ vox exercitationem denotat. Ibi Deum quem dum eſſet Chaldæus videre non potuerat, cernit: cui aram quidem extruit, ſed non ſacrificat; & quæ de cauſa? Iterum tamen excitatâ arâ nomen Domini invocat.

8. E*T perambulavit*, inquit, *Abraham uſque ad locum Sychem, ad quercum altam.* Gen. 12. 6
Nonne videntur ſuperflua eſſe, niſi rationem requiras, cùm & altitudinem quercus non prætermiſerit? Sed ubi ratio eſt, nihil ſuperfluum. Sychem enim vel humerus, vel cervix ſignificatur, quod eſt laboris & exercitationis indicium. Unde & Jacob vir exercitatus filio ſuo Joſeph eam præci- E puam dedit. Ergo quia neque ſine dote naturæ exercitatio ipſa per ſe perfectionem conferre poteſt, & naturæ gratia deſtituitur, ſi deſit exercitatio (eſt enim ingenioſi adminiculum diligentia) inducitur is vir ad cujus imitationem formaris, ad naturæ gratiam adjuncta exercitatione, ita fundatior & excelſior factus [illegible] uſque ad quercum altam pertranſiret. Quæ arbor ut alta, ita etiam robuſta indicio eſt non facile animam ſancti Abrahæ ſæculi hujus procellis eſſe curva- F tam, ſed manſiſſe ſublimem; ut [d] ſe à terrenis in- d
quiſitionibus ad altitudinem divinæ cognitionis elevaret.

9. Denique continuò apparuit illi Deus. Nuſ- Gen. 12. 7.
quam ſuperius habes quod viſus eſſet illi Deus. Unde liquet eo referendum, quia quamdiu Chaldæus fuit, hoc eſt, non ſolum in regione, ſed etiam in opinione Chaldæorum, non poterat Deum videre quem intra mundum quærebat. Chaldæi enim mundum ſuperiorem Deum di-

a Mſ. Corb. & alii tres cum edit. Era. ac Gill. *profectio*. Am *provectio*. Cod. Long. Maz. & edit. Rom. *perfectio*. Sed hanc diverſitatem non aliunde ortam eſſe putaverimus, quam è primæ ſyllabæ abbreviatione, quam alii alio modo interpretati ſunt.

b. Mſſ. Corb. Colb. & Maz. *nutabundus*.

*. Locus obſcurus & forte corruptus: cui tamen lucem aliquam afferre poteſt Philo lib. de Migr. Abrahæ, ubi tradit quinario numero quo ſenſus corporei ſignificantur, perfectionem quæ ſeptuageſimo adumbratur, inflecti ac debilitari.

*. Cum hoc in Scriptura nuſquam reperiatur, veriſimile eſt alluſiſſe S. Ambroſium ad Gen. 12. 5. ubi ex ſuperioribus intelligimus eum legiſſe, *& omnem animam quam poſſidebat*.

c. Edit. *locum patentem ad vitia, non eſt ita inflexus* &c. Melius mſſ. *vel loci patentis* &c.

d. Sic mſſ. ſex. At cunctæ edit. *ut ſe æternis*.

cunt, & etiam [a] ſticarum domo, & ſtellarum curſu ferri adſerunt ea quæ terrena ſunt, & quodam vinculo coerceri. Unde & Deos ſtellas appellaverunt, eo quod eas dominatum quemdam habere ſupernum credant, quia quædam ſtellis ad terrena compaſſio eſt. Oportuit autem eos æſtimare, quia quod compatitur, non imperatorium jus, nec dominatum, quaſi Deus, poſſit habere in eis quorum ægreſcit compaſſione; cùm ſit & ipſe mortalis & corruptibilis. Mundus quoque cùm ſit factus, utique ipſe Deus non eſt, ſed operator & conditor ejus. Ergo mens quamdiu Chaldaicis erroribus inflectitur, non videt Deum, quem [b] in his quærit quæ videntur, non in his quæ non videntur: quæ autem videntur, temporalia ſunt; nam quæ non videntur æterna. Sed non temporalis Deus: non igitur videtur. Non ergo mens ea videt Deum, quæ diſciplinam Chaldæorum ſequitur. Unde nec Abraham primùm videbat. Quomodo autem poterat videre eum, ſupra quem alterum eſſe arbitrabatur? Ubi vero ad aliam demigravit non regionem, ſed veram religionem paratam humilitati, hoc enim ſignificat Chanaan, tunc Deum videre cœpit, & eum cognoſcere eſſe Deum cujus inviſibili virtute advertit omnia regi & gubernari. Hoc ergo Scriptura docet, quia Abraham à ſtellarum obſervatione demigrans Deum vidit.

Ibidem. 7. 10. Confirmatio teſtimonii adjungitur, quia in loco aram Domino ædificavit ei qui ſibi apparuit. Impreſſus eſt enim typus iſte validus in anima ejus, & manifeſta fides veritatis. Suppetit enim grato viro memoria, ingrato irrepit oblivio. Illi hærent à quibus adjuvatur, iſti labuntur omnia quæ conferuntur. Statuit autem aram, ſed non ſacrificavit. Poſſet movere, niſi meminiſſes proceſſus mentis, hujus Scripturæ ſerie ſervari. Et ideo ſpectabat à Deo genus diſcere ſacrificandi. Advertebat enim irrationabilis animantis & mutæ pecudis ſacrificium dignum divino cultu hoſtiam non videri. Nondum in Iſaac typum cognoverat paſſionis futuræ, nondum Melchiſedech dederat ei benedictionis gratiam, ut iſta cognoſceret.

Ibidem 8. 11. *Receſſit*, inquit, *inde in montem, contra Orientem Bethel.* Incrementum devotionis montis ſignificat eminentia, cujus adſcenſio indicium eſt uberioris proceſſus. Contra Orientem ideo, quia prophetabat venturum juſtitiæ ſolem; quod illic Sapientia pararet ſibi domum, & inde per virginem ſuum prædeſtinaret exortum. Volebat ergo cognoſcendorum jam myſteriorum lumen accipere. Sicut enim ſole mundus, ita ſplendore ſapientiæ tota mens illuminabitur. Meritoque poſuit contra [c] Orientem Bethlehem. Domus enim Dei dicitur Bethlehem, in qua natus eſt Chriſtus. Unde ait per Prophetam Deus: *Et tu Bethlehem non es minima inter principes Juda; ex te enim exiet princeps, qui regat populum meum.* *Mich. 5.* Non dixit contra Bethlehem, ſed tabernaculum ipſum Bethlehem appellavit. Eccleſia enim juſtorum eſt tabernaculum. Jam illa quis non miretur myſteria, quod Bethlehem juxta mare Galilææ eſt ab Oriente. Etenim vel anima quæ meretur templum Dei appellari, vel Eccleſia tunditur ſæcularium curarum fluctibus, ſed non ſubruitur: cæditur, ſed non labefactatur, commotiones fluctuum & inſurrectiones paſſionum corporalium facilis premere ac mitigare. Spectat aliorum naufragia ipſa immunis & exſors periculi, parata ſemper ut illuceſcat ſibi Chriſtus, atque ejus illuminatione jucunditatem acquirat ſibi. Sicut enim oculi paſcuntur primo diei lumine: ita etiam mens noſtra alitur inventis ſapientiæ, & quibuſdam ejus radiis videtur ſplendeſcere. Viſibilis enim ſolis radiis terræ vaporantur: inviſibiles autem radii cordis noſtri penetrant interiores receſſus.

12. Iterum ædificavit aram, & invocavit in nomine Domini. *Gen. 12. 8.* Proceſſus fidei in Domini invocatione ſignificavit. Hoc adjecit ſuperioribus.

CAPUT IV.

Abraham ubi commoratus eſſet in deſerto quo mentis tranquillitas adumbratur, in Ægyptum quæ tentatio eſt, deſcendit fame compulſus. Cur ibi Saram ſororem appellaverit, non uxorem? Hanc dum Pharao cum objurgatione marito reddit, mentem continentiæ renuntiantem ſignat.

13. E*T abiit Abram, & demoratus eſt in deſerto.* *Ibidem. 9.* Tunc probatur mens, quando in quodam deſerto eſt, ubi nulla cupiditatum laſcivia, nulla abundantia pecuniæ, nullus ſumtus luxuriæ. Utinam in hoc deſerto eſſe poſſim, deſtitutus ab omni incentivo cupiditatum, derelictus ab omni delinquendi ſtudio, exſpoliatus jactantia & tumore. Sed quia vel Deus nos tentari patitur, vel tentator incurſat, cùm ſibi videtur in deſerto mens eſſe quieta ab omni terrenarum voluptatum appetentia, in Ægyptum impellitur, ubi compungi poſſit. Stimulus enim mentis caro noſtra eſt, & paſſiones ejus compunctiones ſunt noſtræ. Ipſa eſt Ægyptus noſtra, hoc eſt, caro noſtra, ipſa eſt afflictio. In hanc deſcendit mens noſtra, quando cogitat quæ carnalia ſunt. Tunc autem adſcendit, quando inviſibilia deſiderat. Ideo & Abraham dicitur deſcendiſſe in Ægyptum, ut affligeretur. Patitur hoc mens noſtra, interdum ſeparat ſe à corpore, ſecernit ut ſingulariter agat, incorporalibus intendere atque

a. Rom. edit. ſola, *& erraticarum motu ſtellarum, & fixarum curſu regi.* Quam quidem lectionem facile crediderimus concinnatam fuiſſe ex iſtis libri Philonis *de Abrahamo* verbis: [illegible] ... [illegible]. Verum licet Ambroſium ad iſtum locum reſpexiſſe non eamus inficias, non poſſumus tamen ab omnibus ſcriptis, atque editis codicibus diſcedere. Horum enim quatuor optimæ notæ hæc præferunt, *ut etiam ſticarum domos*. Alii cum antiquis edit. .... *ſticarum domo*. Et his in loco tam difficili viſum eſt adhærendum: maxime cùm tam veriſimile ſit non inſolitum librariorum eſſe peccatum: S vero Doctorem primùm græcis characteribus exaraſſe, στοιχείων δρόμῳ, id eſt, planetarum curſu. Στοιχεῖα enim pro ſole ac luna ſumi erudittiſſimus Cangius in Gloſſ. med. lat. ad verbum, *elementum*, docet. Nec forte abſurdum fuerit eamdem vocem pro reliquis etiam planetis uſurpare; ut æque pateat ac *elementum*, quo vocabulo eoſdem planetas ſignificari laudatus Cangius auctor eſt, quem conſule. Sed ſi lubeat dictionem, *domos*, vel *domo* retinere, id etiam licebit ſenſu nihil mutato, cùm *planetarum domus* ſit aſtrologis uſitata locutio. Confer hunc locum cum lib. Hexaem. cap. 4.

b. Ita quatuor mſſ. melioris notæ. Alii vero & edit. *quem in his quæ videntur, non in his quæ non videntur, eſſe putant.*

c. Omnes edit. legunt, *Bethel*, mſſ. vero hic & in ſequentibus numquam non habent, *Bethlehem*: quam vocem ex Bethel deducere videtur Ambroſius.

adhærere cupiens. Interdum propter colligationem animæ & corporis inclinatur ad carnales voluptates quibus infirma ſubjicitur, fortior non tenetur. Afflictationes igitur forti viro coronæ ſunt, invalido infirmitates ſunt. Unde & ille non timebat afflictationes quibus probaretur
2 Cor. 7. 5. merito, qui dicit: *Nam & cùm veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra: ſed in omnibus ſumus afflicti: foris pugna, intus timores.*

Gen. 12. 10. 14. Sed ut deſcenderet in Ægyptum fames coegit. Exoritur enim ſæva mentis fames, quando appetentia carnis hujus exundat, & exſpectatæ aquæ ſaluti adverſæ ſunt. Redigunt nos in anguſtias corporis, cùm habendi cupiditas irrepit,
a [a] luxuria ſuavitati eſt, cordi jactantia. Tentamur omnes. Inflectitur etiam ſobrius animus, deſcendit in Ægyptum, hoc eſt, in afflictionem corporis. Sic tamen deſcendit, ut quaſi advena ad tempus incolere, non quaſi civis poſſidere videatur.
Pſ. 118. 19. Juſtus enim dixit: *Advena ſum in terra hac.* Et
Pſ. 119. 5. alibi: *Heu me, quod incolatus meus prolongatus eſt.*

Gen. 12. 11. 15. Deſcendens autem Abraham in Ægyptum, hoc eſt, ad feros & barbaros mores, qui virtuti deferre neſcirent; ne nocerent per invidiam, dixit Saræ, ne ſe uxorem ejus diceret,
b ſed ſororem appellaret. Et hinc [b] grande virtutis myſterium, cui cito invidetur. Et ideo ut invidiam reprimat, humiliorem ſe præſtare debet. Non ſibi principatum ſuper omnes vindicet: non ſibi ſoli ſapientiam quaſi præcipuam arroget. Hæc eſt quam ſibi Salomon uxorem acquiſivit.
c Uxor enim præcipue [c] eſt uni debita. Itaque omnes cupiunt tali ſe copula dignos videri, ut doleant aliquem ſibi præferri. Quis tanta ſolus potiatur pulcritudine? Soror autem quodam vel jure germanitatis, vel nomine pleriſque ſociatur. Et ideo verum amatorem ſuum integrum ab injuria reſervat.

Gen. 12. 15. 16. Unde videntes eam Ægyptii, qui non poſſent diſcernere, nec virtutis formam cognoſcere, vulgari æſtimantes judicio, induxerunt ad tyrannum, hoc eſt, ad mentem ſuperbam quæ pondus ſapientiæ non ſuſtinuit, & ideo afflictata eſt. Etenim cùm animam improbam virtutis intraverit ſermo, redarguit eam culpæ, erroriſque pudore afficit, & prolaptionis torquet dolore. Namque dum in quadam ſumus delinquendi libidine, nebulis quibuſdam inſipientiæ mens obducitur, & fumo quodam iniquitatis oculi ejus caligantur; ne videat eorum, quæ concupiſcit, deformitatem. Sed cùm omnis nebula tranſierit, & ſapientiæ fulgore fulſerit, gravia tormenta exercentur in quodam male conſcii ſecretario. Itaque gravior noſtra mens judex eſt conſcientiæ reatu, & judicio pœnitentiæ. Quod ſi vel ægra per culpam, vel invalida per infirmitatem, non potuerit ferre ac perpeti virtutis præſentiam, dimittit eam, atque à ſe relegat, nec patitur eam volvi in ſe, & adhærere cogitationibus ſuis. Et ut infirmiores oculi lucem refugiunt, ita mens invalida ſapien-
Matt. 8. 14. tiæ fulgorem non ſuſtinet. Tales erant Geraſeni
A qui rogabant ut tranſiret de finibus eorum dominus Jeſus.

17. Denique & iſte rex Ægypti ait ad Abraham: *Quid hoc feciſti mihi? Quare non dixiſti mihi,* Gen. 12. 18. & 19.
quia uxor tua eſt: ſed dixiſti quia ſoror tua eſt, & ſumſeram mihi uxorem? Et nunc ecce mulier tua ante te, accipe, & recurre hinc. Intueamur animo intemperantem aliquem qui intuitus caſtitatis gratiam quodam captus ejus decore ſequendam putet. Deinde pediſſequas ejus neſciens quibus comi-
B tata incedit, & ſtipata advenit, ſobrietatem ſcilicet, modeſtiam ac verecundiam, parcimoniam cibi, fugam laſciviæ, procacitatis, petulantiæ,
[d] cautionem ſeriam, ſollicitam cuſtodiam, ſubito d
aut ebrietatis ſuccenſus calore, aut ipſius carnis æſtu, aut occurſu formæ decentioris nequaquam ſe teneat, nec legi carnis repugnet; nonne dicit: Putavi rem faciliorem, caſtimoniam ſequi: ſupra humeros meos, ſupra vires meas eſt. Ra-
rus cui iſta jungantur. Vale caſtitas, recede, re-
C cede de finibus ſenſuum meorum. Recurre cito eo unde huc veniſti: non ſuſtineo præſentiam tuam, affligor gravibus quæſtionibus, dum tenendam te arbitror, quam tenere non poſſum.

18. Converſus deinde ad aliquem monitorem ſui, qui ſtuduerit in ejus mentem inducere aſſuetudinem caſtimoniæ, allegans non arduam fore, nec impoſſibilem, ſed pluribus ſociam, finitimam ſtudioſis, convenientem * voluntariis. Quid hoc, inquit, feciſti mihi? Quare non di-
D xiſti mihi quia uxor tua eſt? Hoc eſt, quæ non perfunctorie, ſed legitimo teneatur conjugio, ſecum maximam vehat dotem, quæ invehat gravia onera matrimonii, & duræ fœnus conjunctionis: ſed dixiſti ſororem, nullis adſtrictam legibus, & naturæ ſociam, non jure aliquo dotalis cenſus ſuperbam ac potentem. Itaque imprudens onerum ejus copulandam eam mihi & tenendam putaveram, ſed intellexi quod pondus ſit in ea & ſarcina. Ecce mulierem tuam, id eſt,
E ecce perſuaſio tua ante te, accipe, & recurre. Nolo ante me ſit, nolo in meis cogitationibus. Tolle te hinc cum tuis conſiliis, cum tua admonitione, cito tolle, cito recurre, moras tuas non fero, afflictiones ſunt mihi: ſatis eſt, quod ante deceptus ſum. Et miſit alumnos ſuos, quibus vagatur plerumque mens intemperantior, volvens animo cogitationes luxuriæ, ambitionis, avaritiæ, & diverſas illecebras offendens; ut eliminarent, ac longe propellerent caſtimoniam, ne
F recurſum faceret in eos fines quibus fuerat expulſa; quo ſecura jam & arbitrii ſerioris libera, in peccatis ſuis redargui non formidaret.

a Ita mſſ. omnes Edit. autem, *luxuria ſuavitate, & cordis jactantia tentantur omnes*

b. Mſſ. Corb. ac Long. *grande ſobriæ mentis myſterium.*

c. Ita mſſ. omnes Am. autem ac Era. *eſt viri debita.* Vitio proculdubio codicum quibus uſi ſunt: quod vitium ut Gill. & Rom. edit. emendarent, repoſuere, *eſt viro debita.*

d. Vet. edit. *cautionem femineam* Rom. cum q[illegible]que mſſ. *cautiorem feriam.* Quibus omnibus videtur potior Corb. in quo legas, *cautionem feriam*

* Voluntarii hoc loco dicuntur ii, qui non coacte, ſed ſua ſponte atque ex animo ad aliquid feruntur.

CAPUT

CAPUT V.

Diſcedit Abraham ex Ægypto cum Sara uxore, ac ſuis omnibus, hoc eſt, veris animæ divitiis. Ejus reditus in Bethel quid ſignificet? Quidve Lot auro & argento dives non dicatur?

Gen. 13. 1. 19. Diſceſſit itaque Abraham inde habens ſecum uxorem ſuam Saram, hoc eſt, principalem, non ſervientem. Ideo & dicitur illi: *Gen. 21. 12.* *Audi Saram uxorem tuam.* Quæ enim ſervitio B delictorum ſe exuit, principatum habet, non ſervitutem. Mens ergo validior principalem virtutem ſecum habet, hoc eſt, imperitantem corporis ſenſibus, non obedientem. Quæ de Ægypto ſecum omnia retulit, nihil ibi diſciplinarum ſuarum amiſit. Non colorata eſt intemperantiâ, inſolentiâ, flagitiorum immodeſtiâ, non exſpoliata eſt amictum ſedulæ ſobrietatis, non exuta veſtimento pudoris.

Ibidem. 13. 2. 20. *Erat dives valde*, ut pote cui nihil bonorum C deerat, quæ non alieni erat appetens, quæ nullius indigebat, quod ſuum dici vellet. Hoc est enim eſſe divitem, habere quod ſatis voluntati ſit. Menſuram enim frugalitas habet, cenſus non habet, cujus modus in arbitrio quærentis eſt. Erat autem dives pecoribus, argento, & auro. Quid ſibi hoc vult? Non mihi videntur in homine juſto ſæculares divitiæ laudari. Unde in pecoribus corporales ſenſus intelligo, quia & ipſi irrationabiles ſunt; in argento ſermonem, in auro D mentem. Meritò dives erat Abraham, quia regebat ſenſus irrationabiles. Denique & domuit, & manſuetos fecit, ut fierent rationabiles. Habebat ſermonem fidei colore ſplendidum, purgatum ſpiritalis gratia diſciplinæ: habebat mentem plenam prudentiæ. Et ideo auro comparatur mens bona; quia ſicut aurum ceteris præſtat metallis: ita mens bona in homine ceteris potior eſt humanæ ſubſtantiæ portionibus. In tribus igitur cenſus ſapientis, in ſenſu, ſermone, mente: E gradus quidam per ordinem factus, ſicut etiam *1. Cor. 13. 13.* in Apoſtolo legimus: *Manet autem ſpes, fides, caritas, tria hæc: major autem his eſt caritas.* Et mens igitur major eſt; quia ipſa eſt quæ molit ſpiritale frumentum, ut purgationem ſenſuum, ſermonumque proferat. Servatur ubique perſona ſapientis viri.

Gen. 13. 3. 21. Denique eo inducitur rediiſſe Abraham, hoc eſt, in Bethel, unde in Ægyptum deſcenderat; ut agnoſcamus quod etiam juſti in domo Dei F poſiti, & verbo Dei intenti tentantur quidem ſæcularibus afflictationibus; ſed non alienantur à domo Dei, & à cuſtodia præceptorum cæleſtium. [a] Suis contentos eſſe finibus, non extolli divitiarum copiis, & rebus ſecundum gratiam voluptatum fluentibus, hoc eſſe mentis optimæ: meditari ſemper principium & finem, eo procedere, & inde ingredi, hoc eſſe bonum. Bo-A num autem ſapientia eſt. Nemo enim bonus, niſi unus Deus. Ab eo procedimus, creati per ipſum: ad eum revertimur, quia cum Chriſto eſſe multo melius. Et ut ſcias quia bonum eſt congruere principium & finem, ipſe ait bonus Jeſus: *Ego ſum A & Ω, principium & finis.* *Apoc. 1. 8*

22. Mens igitur noſtra cum ipſo ſemper ſit: ab ejus templo, ab ejus verbo numquam recedat. Semper in lectione Scripturarum ſit, meditationibus, orationibus; ut * ſermo ejus qui eſt, ſem-B per operetur in nobis, & ut quotidie procedentes in Eccleſiam, vel domeſticis incubantes orationibus, ab ipſo incipiamus, & in ipſo deſinamus. Ita totius hic vitæ noſtræ dies, & curſus dici ab ſe ſumat principium, & ipſi deſinat. Sicut enim à principio vitæ credere, [b] & imitari Deo, ſalus eſt: ita perſeverantia uſque in finem neceſſaria eſt. Eſt autem mentis optimæ diligentia; ut verbo Dei intenta nihil faciat irrationabile, unde triſtitia ſubeat; ut jugiter actuum ſuo-C rum bene conſcia, lætitiam bonæ ſervet conſcientiæ. Quod enim bonum hoc ſine timore & ſine triſtitia eſt, id eſt, ſecuritatis plenum & gratiæ. [c] Possessio enim juſti gratum eſſe Deo: inſipientium autem nullus gradus. Ideo Eſaias, appropinquante bono, ait: *Fugiet dolor, & triſtitia, & gemitus.* *Eſai. 35. 10.* Johannes quoque in Apocalypſi: *Et ipſe*, inquit, *Deus cum illis erit, & delebit omnem lacrymam de oculis eorum, & mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor* *Apoc. 21. 3. & 4* D *ulterius*: In reſurrectione enim juſtorum lætitia jugis erit & gratia, cùm illud bonum cœperit eſſe cum ſanctis ſuis, quando requieſcent in ſinu Abrahæ, poſiti in ejus tabernaculo, quod inter domum vel ſermonem Dei & gratiam fixum eſt, ſignificans innocentiam fidelium agere gratias auctori ſuo, qui non habent unde eos pœniteat in hoc mundo fuiſſe.

23. Factis itaque ſimplicibus Abrahæ magnarum inſtitutionum documenta explicantur. Me-E rito dives, qui etiam diſputationes philoſophorum divites facit, qui de ejus actu præcepta formarent ſua.

24. Ejus ergo divitias Scriptura expreſſerat: ſupererat cognoſcere utrumnam Lot quoque nepos ejus, & ipſe ut pote ejuſdem ſucceſſionis, dives fuerit: Sed Scriptura eum pecoris tantùm abundantem adſerit. Denique ſic habet: *Et Lot qui ſimul ambulabat cum Abram, erant oves & boves, & [d] tabernacula.* *Gen. 13. 5.* Non habebat argentum, F quia nondum juſtus. Etenim argentum ignitum lingua juſti. Non habebat aurum, quod habebat ille qui vidit Chriſti poſteriora, de quo ſcriptum eſt: *Et poſteriora ejus in ſpecie auri.* *Pſ. 67. 14.* Vidit illum Abraham, ſicut teſtatus eſt Dominus dicens: *Abraham diem meum vidit, & gavíſus eſt.* *Johan. 8. 56.* Et ideo auri ſpeciem habere meruit & poſſidere.

a. Edit. omnes cum tribus mſſ. *Si vis contentus eſſe.... hoc ſcias eſſe mentis.... hoc eſt bonum.* Sed credibile eſt locum ita concinnatum eſſe ab aliquo lectionis, quæ in quatuor antiquioribus mſſ præfertur, ſenſum non adſequente. Facile autem illum eſſet adſecutus, ſi verbum, *agnoſcamus*, ſupra expreſſum ſubintelligi animadvertiſſet.

*. Id eſt, ſermo Dei, quæ locutio ex Philone deſumta eſt λόγος ὁ ὤν: neque fere uſquam aliter is Deum vocat quam ὁ ὤν, nempe quia hoc nomine ſe appellari Moyſi dixerat ipſemet Deus, Exod. 3. 14.

b. Mſſ. Torn. Valc. atque edit. *& imitari ſalus eſt.* Maz. *& imitari Deo ſalus eſt.* Colb. omittit, *& imitari.* Sed veram lectionem Corb. & Long. reſtituere.

c. Sic mſſ Corb. Long. Colb. & Maz. Alii vero, & cunctæ edit. *Poſſeſſio enim juſti grata eſt Deo*: quod hic non ita bene apteque quadrare patebit conſideranti.

d. Rom edit. *& armenta.* Ceteræ, ac omnes mſſ *& tabernacula.* Utcumque defendi poteſt ex LXX. Nam in quibuſdam illorum codicibus legitur ἢ κτήνη, in aliis, ἢ σκηναί.

CAPUT VI.

Quo ſenſu ſcriptum ſit : Et Lot qui ambulabat cum Abram , *itemque :* non capiebat eos terra. *De paſtoribus , & rixa inter eos orta , quam ſedare conatur Abraham. Idem cùm fruſtra Lot retinere tentaſſet , illum cum bona gratia dimittit. De imperitia ac inſolentia Lot in eligendo ; deque Sodomitarum peccatis.*

25. NUnc illud nequaquam prætereundum arbitror , quod videtur etiam doctio- Gen. 13. 5. res moviſſe ; qua ratione ſic ſcriptum ſit : *Et Lot qui ambulabat cum Abram ;* quaſi alter eſſet Lot qui non ambulabat cum eo , ſecundùm quod accepimus. Et putant plerique non ſolvi quæſtionem. Ergo ut illis ſatisfaciamus, & à regula Scripturæ non recedamus , unam perſonam dicimus, duo negotia , quod in uno eodemque viro duæ res ſignificantur : numero unus eſt , officio duplex. Declinatio enim dicitur Lot , ſicut habet latina interpretatio. Declinat autem quiſque aut bonum aut malum. Cùm ergo Lot declinaret malum , hoc eſt , errorem , flagitium , crimen , jungebatur patruo : cùm declinaret bonum , hoc eſt , juſtum , innocentem , ſanctum , religioſum , ſociabatur flagitio. Bene ergo dixit : *Et Lot qui ambulabat cum Abram ;* quia adhuc non elegerat Sodomam , non habitabat cum flagitiorum auctoribus. Poſtea enim cœpit habitare in Sodomis. Ideoque quaſi à ſeipſo mutatus , velut alter accipitur ; non ſolum à juſto viro , ſed à ſeipſo deſciſcens.

26. Denique quia ſtudio jam deflecti cœperat à Gen. 13. 6. patruo , *Non capiebat eos terra.* NULLA enim ſpatia poſſunt ſatis eſſe diſcordibus : quietis & pacificis etiam anguſta abundant : diſſonis moribus Supra c. 2. hujus libri. etiam ſpatioſa arctantur. Et quia à principio dixi mentem hîc formari hominis , quæ à principio imperfecta fuerat , ſed per incrementa & gradus quoſdam proficit , ideo ait : *Non capiebat eos terra :* hoc eſt , una anima motus diverſos non recipiebat naturaliter ſibi repugnantes. Poteſt tamen fieri ut interdum non omnia in uno eodemque perfecta ſint ; poſſit tamen aliqua vitia ſua operire , vel motus ſuos temperare : ſi aut plura bona ſint quibus pauciora vitia operiat : aut repentinam commotionem conſilio maturiore reflectat. Verum ſi ex utraque parte plura concurrant diſſona ac repugnantia , habitatio diſcrepantium virtutum ac paſſionum in una anima ſolvatur neceſſe eſt. Figurate ergo animam ſecundum phiſiologos terram appellavit. Nam & Salomon ait : Prov. 24. *Tamquam agricultura homo imprudens ;* quæ ſi fœcunda ſit opimis ſegetum fructibus , abſcondere poteſt ſpinas : ſin vero ſpinæ concurrant ariſtis , ſecandi nulla eſt copia.

Gen. 13. 7. 27. Qui igitur paſtores ſint , & quorum animantium , & quæ rixa inter paſtores Abrahæ & inter paſtores Lot conſideremus. Paſtores ſunt magiſtri gregum , vel diligentes & ſobrii , non ſinentes agrorum culta obteri pedis veſtigio , atque aduri ſentibus : vel negligentes & remiſſi , qui non revocent pecus ſuum , quo herboſa & A non fructuoſa paſcatur , ſed libere vagari per varios agri fructus ſinant . Iſtorum ergo paſtorum ſolers cuſtodia neceſſaria eſt ; ne forte adſcribatur diligentibus , quod evertit negligentium incuria. Sed quia non ſermo de viſibilibus , ideo cujus pecoris paſtores ſint prius conſideremus. Paſtores hos definire poſſumus. *Paſtores* , inquit , Gen. 13. 7. *jumentorum.* Jumenta autem ſenſus corporis irrationabiles ſignificari accepimus. Qui ſunt ergo paſtores ſenſuum , niſi præceptores , & quaſi qui- B dam rectores gregum , duces eorum , vel monitores alicujus ſermonis , vel mentis noſtræ cogitationes ? Qui ſi paſtoralis diſciplinæ gnari & tenaces ſunt , non permittunt longius ſenſuum gregem vagari , & inutilibus aut noxiis inhærere pabulis : ſed provido ductore revocant , & frænos rationis admovent , atque obſiſtunt renitentibus. Mali autem præceptores , vel inutilis diſceptationis permittunt eos impetu ſuo ferri , & in præruptum ac periculum ruere , & culta obterere , C fructuoſa depaſci ; ut ſi qui ſunt in eadem anima virtutum hujuſcemodi fructus , eos quoque diſſipent. Hinc ergo cogitationum noſtrarum diſcordia. Cùm caro repugnat adverſus ſpiritum , & ſpiritus adverſus carnem , non mediocris pugna eſt , quando ipſe Apoſtolus vas electionis Rom. 7. 23. dominicæ dicit : *Video legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ , & captivantem me in lege peccati , quod eſt in membris meis.* Sedare hanc pugnam ipſe nequiverat , & ideo ad Chriſtum con- D fugit dicens : Ibidem 24. *Infelix ego homo : quis me liberabit de corpore mortis hujus ?* Hoc eſt , ne delectationibus carnis adhæream. Quis igitur eſt qui his me ſolvat vinculis , [a] & liberum ſociet Deo , ſenſuſque ad ſobrietatem animæ magis detorqueat , quàm ad corporis temulentiam ? Sed quia inter homines tantum non potuit rectorem invenire , converſus ad Deum : Ibidem. 25. *Gratia* , inquit , *Dei per Ieſum Chriſtum dominum.* Si fortior ſuis non commiſit viribus , quod corpus mortis evaderet , ſed auxi- E lium quæſivit à Chriſto ; quid nos facere oportet infirmiores ? Hanc pugnam gravem eſſe cognovit Abraham , & ideo in principio cavendum putavit. Sapienti enim pacis eſt ſtudium , imprudenti amica jurgia.

Gen. 13. 8. 28. *Non ſit* , inquit , *rixa inter me & inter te , & & inter paſtores meos & paſtores tuos ; quia homines nos fratres ſumus.* Patruum legimus Abraham , & Lot ejus nepotem ; quomodo eum fratrem appellat ? Sed adverte quia cauſas concordiæ ſa- F piens adhibet. Unde præmiſit. *Homines nos ſumus.* Omnes autem homines unius naturæ partus ſunt , intra ejus concepti viſcera , & uno foti atque effuſi utero. Unde nobis jure quodam germanitatis velut fratres connectimur ab uno patre conditi , & una matre tamquam fratres uterini editi. Et ideo cùm ſimus rationabilis naturæ ſoboles , tamquam uterini nos diligere debemus amore mutuo , non impugnare ac perſequi. Multo autem verius ad unam animam refertur , [b] cujus rationabile cognatos habet , ut ſupra di- Cap 1 hujus libri. ximus , ſenſus irrationabiles : quod autem rationabile , virtutum habet copulam. Unde fraterna

a Ita mſſ. Corb. Long. Colb. & Maz. Alii vero , ac editi , *& liberum faciat , ſenſuſque* &c. Torn. *& liberum foveat , ſenſuſque.*
b. Mſſ. Corb. Valc. & Torn. prima manu , *cujus irrationabile cognatos* &c. Colb. & Maz. *cujus irrationabile virtutum habet copulam.* Sed aliorum atque edit. genuinam lectionem eſſe tum collectio ſubjecta ſatis docet , nimirum : *Unde fraterna quadam* &c. tum etiam locus 1. cap. qui ad marginem indicatur.

quadam ſibi copulantur neceſſitudine vitia vir- A tuteſque hominis; quia illa carnalis, iſtæ rationabilis animæ ſunt. Caro autem atque anima veluti quadam lege ſociantur conjugii, ex quibus homo conſtat. Homo igitur velut portiones ſuas fœderare debet, atque ad pacem cogere. Sed quia nemo erat tantus qui carnem vinceret; ideo, *Venit pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſolvens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum edictis evacuans, ut duos conderet in ſemetipſo, in uno novo homine fa- B ciens pacem, ut conciliaret utroſque in uno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo.* Recte igitur ſe ut hominem infelicem dixit Apoſtolus, qui tantum bellum intra ſe pateretur, quod non poſſit reſtinguere. Denique cùm de una portiuncula paſſionum, hoc eſt iracundia, diceret Salomon: *Melior eſt*, inquit, *ſapiens forti: qui autem iracundiam continet, melior eſt quam qui urbem capit.* Beatus igitur qui hoc bellum evaſerit etiam non advena & peregrinus, ſed civis ſanc- C torum & domeſticus Dei, quem in terris poſitum terrena non quatiant.

Epheſ. 2. 14. & ſeq.
Rom. 7. 24.
Prov. 16. 32.

29. Hunc affectum ſervare cupiebat Abraham. Itaque ut vir pacificus ait primò: *Non ſit rixa inter me & inter te.* Inde ait: *Et inter paſtores meos, & paſtores tuos.* Tertium poſuit: *Ecce*, inquit, *tota terra ante te*, hoc eſt, ſi non poteſt convenire, cedo omnibus, totum cape, ſi de loco aut poſſeſſione diſſenſio eſt. Quod ſi moribus non convenit, diſcede à me. Quanta ante præmiſit, ne co- D geretur diſcedere? Sed etiam hoc virtutis ac diſciplinæ eſt. Dixit enim ante nos vir ex Philoſophiæ profectus diſciplina, quatuor hæc bono viro ineſſe. Ut elaboret primùm ut omnes ſibi amicos faciat: ſecundum, ut ſi non poteſt amicos facere, certe nec inimicos: tertium, ut ſi nec iſtud ſuppetit, ex ſententia diſcedat: quartum, ſi quis cedentem perſequatur, vindicet ſe, ut poteſt. Sed illa tria ſuperiora in Abrahæ non ſermonibus nudis, ſed veris operibus agnoſcimus.

30. Quartum autem non ita eſt, quando etiam circa cedentem ſervavit affectum parentis; ut eum non ſolùm non perſequeretur, ſed etiam captum erueret ac liberaret. Denique Apoſtolus cùm tria illa doceat, quartum præceptis ſuis ſolvit, quod addiderat Philoſophia. Ait enim cùm pacificum populum Dei informare vellet: *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes*: deinde ſi hoc non poteſt, certe, nec diſcordias, nec inimicitias. Ideoque ad- F didit: *Non vos vindicantes, cariſſimi*, in quo & * tertium illud excluditur, ut vindicare nos nequaquam velimus: *Sed date locum iræ.* Habes & quartum, ut diſcedas magis, & vindictam Deo committas, quàm tibi exigas; quamquam & hoc ſecundum legem magis dictum voluit videri. Nam ſecundùm Evangelium ſupra habes: *Benedicite eos qui vos perſequuntur.* Habemus hæc præcepta ad Timotheum in ſecunda epiſtola: *Propter quam cauſam*, inquit, *admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te per impoſitionem manuum* A *mearum. Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.* Et iterum: *Tu autem fili cariſſime fortitudinem cape in gratia.* Habes ergo primæ præceptum ſententiæ, ut erga omnes gratiam locet: deinde ſi non poteſt præceptis ſuis omnes acquirere, caveat ne verbis aliquos exaſperet, hoc eſt, ne inimicos faciat. Unde ait infra: *Hæc commoneo, teſtificans coram Deo, noli verbis contendere, in nihil utile, niſi ad ſubverſionem audientium.* Servum autem B Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. Pulcre poſt pauca ſubjecit, & cauſam præſtitit, quam Philoſophia non vidit: *Cum modeſtia*, inquit, *corrigentem eos qui reſiſtunt, ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem.* Ad tertium quoque illud, ut diſcedamus ab eis cum quibus nobis convenire non poteſt, habes additum, cùm præcepit ut loquatur quæ decent ſanam doctrinam, deinde pugnas legis declinet, hoc eſt, primum gratiam ſe- C minet, deinde nullum litigando avertat: tertium eſt ut *hæreticum hominem poſt unam correptionem devitet; quia ſubverſus eſt qui hujuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit à ſemet ipſo damnatus.* Quam argute ſuo judicio damnatum noſtræ ultioni ſubtrahit, quaſi indignum in quem vindicetur. David autem evidenter ſtudium vindictæ amovet dicens: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.*

Rom. 12. 18.
Ibidem. 19.
Matth. 5. 44.
2. Tim. 1. 6 & 7.
1. Tim. 2. 1.
Ibidem. 14.
Ibidem. 25.
Tit. 3. 10. & 11.
Pſal. 7. 5.

31. Ergo mens viri ſapientis ejuſdem animæ vel lapſus, vel irrationabiles motus ſtudet cor- D rigere, ſibique conjungere. Poteſt enim fieri ut quæ interdum diſplicent, emendentur cum gratia. Effuſio patrimonii ſi recidatur, habet liberalitatem ſine diſpendio. Verecundia interdum remiſſior eſt; ſi confirmetur, habet & pudoris gratiam, & propoſiti conſtantiam. Commotio ſi temperetur, indignationis horrorem deponit, adſumit laudem vigoris. Quod ſi emendare non poteſt, ᵃ non exaſperet intemperantiâ. Deprehendit ardorem libidinis quam conjugio coer- E ceat; ne dum quæritur continentia, obrepat impudicitia. Ideoque bonorum magiſter: *Dico*, inquit, *non nuptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego. Quod ſi ſe non continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quam uri.* Sunt aliquæ mulieres immaturo deſtitutæ maritorum obitu, & ſe continere nequeunt. *Volo*, inquit, *juniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare adverſario.* Quod ſi aliquas deliciæ delectant, & luxuriari in Chriſto volunt, vidui- F tatis affectantes gloriam, germanitatem autem non cuſtodientes, eas devitandas judicat, ut habes ſcriptum: *Adoleſcentiores viduas devita.*

a
1. Cor. 7. 8.
1. Tim. 5. 14.
Ibidem. 11.

32. Recte igitur Abraham cum bona venia voluit nepotem dimittere, quem deflectentem à ſe tenere non poterat. Sic & mens bona à præcipiti & ᵇ diverſo irrationabilium lapſu ſecernat ſe ac ſeparet. *Si tu*, inquit, *in ſiniſtram, ego in dexteram: vel ſi tu in dexteram, ego in ſiniſtram*, hoc eſt, quæ tibi in dextera ſunt, mihi in ſiniſtra ſunt: & quæ tibi in ſiniſtra, mihi in dextera ſunt. Viro enim imprudenti in dextera ſunt, quæ ſunt

b
Gen. 13.

* Videtur hic aliqua tranſpoſitio eſſe, & quod *tertium* dicit dicendum potius *quartum*; & contra. Sed in hoc nihil nos mſſ. juvare poſſunt.

a Omnes edit. ac mſſ. Torn. & Valc. *non exaſperat Intemperantia reprehendit ardorem libidinis, quam conjugio coerceat.* Reliqui mſſ. ut in textu, niſi quod prima manu Corb. legebat, *non exaſperet intemperantiam deprehendas ardorem libidinis, conjugio coerceat.* Quæ lectio forte aliis duabus anteponenda.

b. Ita quinque mſſ. Edit. autem *& diverſo rationabilium lapſu.*

corporis: ea præfert, ea conſtituit in meliorem partem, divitias quoque & honores præponit: at vero immortalitatis adipiſcendæ gratiam ad ſiniſtram habet, quæ ſapienti ad dexteram eſt. Longitudo enim vitæ in dextera ejus. Omneſque animæ virtutes inſipiens vir in ſiniſtram ejicit: prudens autem vir has ſibi ad dexteram locat, quæ autem corporis, in ſiniſtram.

Gen. 13. 10. 33. *Et levavit*, inquit, *Lot oculos, & adſpexit omnem regionem Iordanis.* Deflectentibus à vero amica jactantia eſt. Denique ut Abraham humilius, qui electionem obtulit: ita Lot inſolentius, qui electionem uſurpavit. Virtus ſe humiliat, extollit autem ſe iniquitas: qui ſe debuit committere maturiori, ut eſſet tutior. Denique eligere neſcivit. Nam primo levavit oculos, & adſpexit regionem, hoc eſt, illam rem quæ non eſſet prima ordine, ſed tertia, hoc eſt noviſſima. Prima ſunt enim quæ ſunt animæ bona: ſecunda, quæ corporis, id eſt, ſalus, virtus, pulcritudo, formæ gratia: tertia ſunt, quæ accidunt, hoc eſt, divitiæ, poteſtates, patria, amici, gloria. Regio igitur tertio loco ponitur; eſt enim res habitationis.

Ibidem. 34. Vidit igitur regionem *qua irrigabatur, priuſquam everteret Deus Sodomam & Gomorrham, ſicut paradiſus Dei, & terra Ægypti,* [a] *uſque dum venias Zothopa.* In quo niſi diligenter intendis, numquid in eo erraſſe eum dicere potes, quod elegit vicina Jordanis, & ea quæ irrigabantur ſicut paradiſus Dei? Non utique ſecundum litteram. Sed cùm Jordanis deſcenſio dicatur, deſcendit qui deſeruit virtutis conſortium, & ſpeciem elegit, non veritatem. Paradiſus enim perfectæ beatitudinis amœnitas eſt, vel animæ fructuoſæ fundamenta, in qua ſapientiæ ſint, juſtitiæ, ceterarumque virtutum plantaria. Terra autem Ægypti corporalem ſubſtantiam ſignificat, cujus plantaria ſunt ſenſus, & paſſiones corporis. Sicut enim vireta virtutum fontem habent Chriſtum, & ſpiritalis ubertatem gratiæ, quo exuberent: ita intemperantia fons quidam eſt paſſionum corporalium, quo aluntur ſuperflua.

Ibidem. 11. 35. *Pulcre* autem ait Scriptura: *elegit ſibi Lot*, hoc eſt, declinatio; quia poſuit Deus ante nos bonum & malum, ut unuſquiſque eligat quod velit. Non eligamus ergo quod ſpecie videatur jucundius, ſed quod veritate præſtet; ne cùm ſit nobis tributa optio, ut ſequamur potiora, levemus oculos inflexi falſo amœnitatis decore: veritatem autem naturæ velut deflexis obtutibus obumbremus.

Ibidem. 13. 36. Quod autem homines in Sodomis ſævi erant, & peccatures in conſpectu Domini valde, non mediocris hîc eſt œconomia, ut advertas mitem Deum gravi peccatorum moveri acerbitate ad ulciſcendum, nec immerito non potuiſſe exorare Abraham Sodomitanis veniam, quia ſupra modum flagitioſi erant. Plerique ſunt quo nequiores, eo tectiores, qui hominum ſubterfugiunt indaginem, ubi res ſine arbitro geruntur, aut falſo teſtimonio juſtus circumvenitur. Manet tamen ante Deum juſtus, etiamſi condemnetur ab hominibus; quia Deus non judiciorum exitus, nec cum intextis nequitiæ commentis negotia, ſed nudam ſpectat negotiorum naturam. In examine autem hominum falſæ opinionis error plerumque obducit vim veritatis. Manebat apud Deum Suſanna pudica valde, etiam cùm damnaretur adulterii; quia Deus non adſertionibus falſorum teſtium facti examinabat fidem: ſed intimæ conſcientiam mentis interrogabat.

CAPUT VII.

Ex verbis Domini ad Abraham philoſophos hoc ſuum dogma, Omnia eſſe ſapientis, *hauſiſſe, atque tibi quæ poſſeſſio Abrahæ divinitus ſit promiſſa? Quinque reges, nempe corporis ſenſus, à quatuor, hoc eſt, corporalibus illecebris devincuntur: at Sodomorum equitatum idem Patriarcha in Chriſti nomine pugnans revocat, vitia ſcilicet refrænat ac errores.*

37. SEquitur locus quo evidenter docemur quantum mens [b] ſuperfluis portionis irrationabilis exhauſtis proficiat, & quantum vitia vitiis adjuncta mali adſerant. Non enim otioſe Scriptura poſuit: *Et dixit Deus ad Abram, poſtquam receſſit Lot ab illo: Reſpice oculis tuis & vide à loco in quo nunc tu es, ad Africum, & Aquilonem, & Orientem, & mare; quia omnem terram quantum vides, tibi dabo eam, & ſemini tuo in æternum.* Gen. 13. 14. & 15. Hinc tamquam à fonte hauſerunt Stoici philoſophi dogmatis ſui ſententiam: omnia ſapientis eſſe. Diogen. Laert. lib. 7. in vita Zenonis. Oriens enim & Occidens, Septemtrio, & Meridies portiones ſunt univerſitatis. His enim totus mundus includitur. Hæc cùm promiſit Deus daturum ſe Abrahæ, quid aliud declarat, niſi ſapienti & fideli præſto omnia, deeſſe nihil? Unde & Salomon in Proverbiis ait: *Ejus qui fidelis ſit, totus mundus divitiarum.* Prov. 17. 6. Quanto prior Salomon quam Zenon Stoicorum magiſter, atque auctor ſectæ ipſius? Quanto prior quam ipſe pater Philoſophiæ Plato, vel ejus inventor nominis Pythagoras? Quis autem fidelis, niſi ſapiens? Stultus enim ſicut luna immutatur: ſapiens autem immobilis fide permanet.

38. Sed forte dicas: Quomodo ſapientis totus mundus eſt? Quoniam ipſa natura dat illi ſortem omnium, etiamſi ipſe nihil poſſideat. Domina eſt enim & poſſeſſor omnium ſapientia, quæ ſua putat naturæ munera; quoniam in uſum hominum data ſunt, nec ullis indiget, etiam ſi deſint ei ad victum neceſſaria. Namque ut muſicus organa, aut medicus medicamenta, aut nauclerus quæ ad navis inſtrumentum neceſſaria ſunt, etiamſi quando non habeat, habet tamen eo ipſo quo poſſit his uti, etiamſi ad tempus uſus eorum non ſuppetat: quanto magis ſapiens ſuum judicat quidquid naturæ eſt, qui vivit ſecundum naturam? Non enim amittit jus ſuum, qui meminit ſe ad imaginem Dei factum, & ad homines à domino Deo dictum: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & dominamini in eam, & imperate piſcibus maris, & volatilibus cœli, & om-* Gen. 1. 28.

a. Rom. edit. *donec veniatur in Segor.* Ita etiam Vulg. ubi LXX. legunt ἕως ἐλθεῖν εἰς Ζόγορα. Sed à mſſ. & ant. edit recedere non fuit animus.

b. Sic mſſ. Corb. Long. Colb & Maz. Edit. vero cum Torn. & Valc. *ſuperfluis portionibus & irrationabilibus exhauſtis.*

nibus pecoribus, & omni terra, & omnibus ſerpentibus qui ſuper terram. Et novit quia ſapientia omnium mater eſt, & ipſa orbem terrarum poſſidet. Denique Salomon qui ſapientiam popoſcit Sap. 7. 17. & ſeq. & accepit à domino Deo noſtro: *Ipſe mihi*, inquit, *dedit eorum quæ ſunt ſcientiam veram; ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutem elementorum, initium & conſummationem & medietatem omnium rerum, & diviſiones temporum, & anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones, naturas animalium & iras beſtiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias herbarum, & virtutes radicum, & quæcumque ſunt abſcondita & improviſa.* Sed hæc nulli niſi perfecto ſuppetunt.

39. Denique Abraham quamdiu adhærebat ei Lot, hoc eſt, deflectio morum, ſortem horum non acceperat. Ubi vero deflectionis ambiguo quodam atque anfractu abſolutus, rectas virtutum ſemitas continuis animæ ſuæ greſſibus cœpit carpere, in omnem terram poſſeſſor mit- Gen. 13. 17. titur, atque dicitur ei: *Surge, & perambula terram in longitudinem & in latitudinem; quia tibi dabo eam, & ſemini tuo in æternum.* Ergo qui ſapientiam meruerit, & non fuerit ancillæ filius, non peccati ſervus, non ſucceſſioni carnis obnoxius; ſed liberæ, id eſt, Saræ illius non ſervientis, ſed principantis, bonæ ſtirpis, bonæ indolis, perfectæ titulo virtutis hereditatem acquiret univerſitatis. Dicitur ergo Abrahæ, *Surge.* Non corporalem adſurrectionem ſignificat, ſed ſpi- Ephes. 5. 14. ritalem, hoc eſt: *Surge qui dormis*, ſurge à terrenis, ſurge à corporalibus, relinque terrena, cælum adſpice; *& exurge à mortuis*, hoc eſt, opinionibus vanis, & diſputationibus Chaldæorum. Intuere mundum, intuere etiam illum qui poteſt totum donare mundum. In poſſeſſionem, inquit, tibi dabo mundum, quem Deum ante credebas.

40. *Perambula terram in longitudinem ejus & latitudinem.* Utique intra momentum terram iſtam Perſarum interclusam imperiis, ab Indiæ quoque littoribus ad Herculis, ut aiunt, columnas, vel Britanniæ extrema confinia non potuit perambulare. Et potuit quaſi indevotus videri, qui cæleſti oraculo non obediſſet, ſi obeundæ hujus terræ mandatum accepiſſet: ſed cùm ſit ejus devotio probata; quia ad quercum tantummodo Ibidem. 18. Mambre tranſtulerat tabernaculum, utique terram, hoc eſt, virtutem poſſumus perfectam intelligere, quæ bonos fructus daret, & fœcundas inventiones, cogitationumque primitias, meri- Exod. 3. 17. torum vindemiam, frumento, vino & oleo repleret interiorem domum, terram reſurrectionis quam promiſit patribus noſtris fluentem lac & mel, ſuavitatem vitæ, jucunditatis gratiam, ſplendorem gloriæ, cujus heres primus factus eſt primogenitus à mortuis Dei filius Jeſus Chriſtus. Galat. 3. 16. Et ideo non ſeminibus dixit, ſed ſemini; ut declararet illum, qui hanc hereditatem humano generi primus acquireret.

41. Cognovimus bonæ mentis profectum, quæ à vitio lubricæ deflexionis exſurgens[a] quæſivit ſtatim præmium ſapientiæ, hereditatem juſtitiæ. Quantum autem noceant levitati vitia adjuncta, docet ſequentium ſeries lectionum. Nam illi quatuor reges qui de quinque regibus triumphaverunt, & adduxerunt equitatum Sodomorum totum, cœperunt etiam Lot filium fratris Abrahæ, & diſceſſerunt. Quinque reges quinque ſenſus Gen. 14. 1. & ſeq. corporis noſtri ſunt, viſus, odoratus, guſtus, tactus, auditus: quatuor reges, illecebræ corporales atque mundanæ ſunt; quoniam & caro hominis, & mundus è quatuor conſtat elementis. Merito reges dicuntur; quia habet ſuum culpa dominatum, habet regnum grande. Unde Apoſtolus ait: *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore.* Rom. 6. 12. Senſus igitur noſtri facile corporalibus delectationibus & ſæcularibus cedunt, & quadam eorum poteſtate capiuntur. Corporales enim delectationes & illecebras hujus ſæculi non vincit, niſi mens quæ fuerit ſpiritalis, adhærens Deo, & ſe totam à terrenis ſeparans. Deflexio omnis his capitur. Unde Johannes ait: *Væ habitantibus in terra!* Apoc. 8. 13. Non utique omnes homines comprehendit, qui tunc vitæ hujus curſum conficerent (ſunt enim & in terris poſiti quorum converſatio in cælis eſt;) ſed eos quos terrenæ converſationis affectus, ac hujus ſæculi vicerit gratia. Ergo non habitatores, ſed accolæ ſumus terræ hujus. Accola enim temporalis diverſorii ſpem gerit: habitator autem ſpem omnem atque uſum ſuæ illic ſubſtantiæ locare videtur, ubi habitandum putaverit. Itaque qui eſt terræ accola, habitator cæli eſt: qui autem habitator terræ, poſſeſſor eſt mortis.

42. *Numeravit Abram trecentos decem & octo vernaculos ſuos,* [b] *& percuſſit eos, & perſecutus eſt uſque Choba, quæ eſt ad dextram Damaſci.* Gen. 14. 14. & 15. Et numerus vitalis eſt. In ipſo enim vita, ſi credamus in paſſione in nomine domini Jeſu. Nam hæc eſt nominis interpretatio hujus; quod diximus Choba, id eſt vita. Lib. 1. de Abraham cap. 2. Ipſa ad dexteram Damaſci pulcre eſſe dicitur. Agni enim ad dexteram, hœdi ad ſiniſtram. Scit exercitata mens quos ad prælium conſummandum ſibi adhiberet, quibus armis inſtrueret, quibus ducat vexillis. Non [*] aquilarum præfert imagines, nec dracones: ſed in cruce Chriſti, & in Jeſu nomine progreditur ad prælium, hoc ſigno fortis, hoc vexillo fidelis. Merito ergo mens exercitata, quæ recepit veram ſapientiam juſti viri. Juſtitia autem ſolers correptionis eſt, ac arguendo revocat peccatores, & ſtringit paſſionum impetus.

43. Ideo dicit Scriptura, quia *revocavit omnem equitatum Sodomorum*, hoc eſt, habenas tenuit, fræna rationis impoſuit, revocavit culpam, ſtravit errorem. Equus enim ſtare neſcit, velox ad impetum, cervicem exaltans ſuam, hinniens ad libidinem. Quid tam ſimile peccati? Fervet enim primo culpa impetu, & omnem recti cogitationem prævenit, motuque immaturo exſilit, ut eam difficile ratio revocare poſſit. Fertur in præceps, & adſcenſorem ſuum projicit in mare iſtud hujus ſæculi, cervice tumida recuſans jugum cor-

a Sic mſſ. omnes. At edit. nullâ exceptâ, *Quæſivit ſtatum primum ſapientiæ.*

b Hæc verba, *& percuſſit eos, & perſecutus eſt*, quæ in mſſ. ac priſcis edit. deſunt, reſtituit edit. Rom. non male. Neque enim aliunde factum putamus, ut omitterentur, niſi quia ſcriptor compendio uti volens indicaſſet cetera ſupplenda uſque ad vocem *Choba.*

* Apud Romanos legionis ſignum erat aquila, draco cohortis. Veget. lib. II. cap. XIII.

reptionis. Eſt ſpecialis quædam forma libidinis, A quæ vocem mutet hominis, verba amantis corrumpat, [a] ſuiſque ſe prodat ſermonibus. Denique ad Judam per Hieremiam dicit dominus Deus: *Nunc videbitur ignominia tua, & adulterium tuum, & hinnitus, & alienatio fornicationis tuæ ſupra colles.* (Hier. 13. 23. & 26.) Hunc juſtus revocavit equitarum: mores quoque declinantis convertit, & ad ſe vocavit, ut imitatores ſui fierent, qui deflexerant; quia ſenſus noſtri ad diſciplinam mentis recurrunt.

44. Subſtantiam quoque recepit. Non patrimonium utique ſignificat, ſed vitalem animæ ſubſtantiam, in qua ſit pretioſus cenſus, non ſtipula, non fœnum, in qua fidelis ſit alloquii ſplendor, in qua noſtræ cenſus ſubſiſtat ſpei. Hæc eſt enim vera noſtra ſubſtantia, quæ eſt ſapientiæ dives copiis, hæc immortalis ſubſtantia: corporis autem, vel accidentium diurnus magis quam diuturnus uſus. Unde quidam recte non putant patrimonii dici ſubſtantiam. Non enim ſubſiſtimus in eo, cùm & illis quibus deſit pecunia, vitæ tamen non deſit ſubſtantia.

CAPUT VIII.

Diſcit mens noſtra in Melchiſedech devotionem erga Dei cultum, in rege Sodomorum tentationem etiam poſtquam victa ſit, adhuc metuendam, in Abrahamo contagium intemperantiæ declinandum. Quare huic merces tantum poſt victoriam promittatur; iſque poſteritatis curam præferat? Ad extremum eodem Abrahamo ab aruſpicina ſuperſtitionibus defenſo, ſacrificii ab ipſo oblati multiplex interpretatio ſubjungitur.

(Lib. 1. de Abraham cap. 3.) 45. DE Melchiſedech in tractatu morali plene diximus, in quo & myſteriom nequaquam præteritum ac prætermiſſum eſt. Hoc loco autem ſatis eſt illud admonere ſolum, quod mens plena prudentiæ juſtitiæque devotior ſit erga Dei cultum, & decimas [b] terræ gignentia in fructibus, juxta altiorem prudentiam in eo ſolvat; ut perfectionem omnium ſenſuum atque operum ſuorum Deo deferat, nihil ſibi arroget, quæ ſe regere non poteſt, divino niſi favore fulta ſit. Denique ubi ſe viciſſe putat, tentatur atque inceſſitur. Hoc exprimit & docet lectio, quia ſemper adverſum paſſiones corporis mens noſtra tamquam in excubiis debet prætendere. Quid enim eſt quod ait: (Gen. 14. 21.) *Rex*, inquit, *Sodomorum exivit obviam Abræ, & dixit: Da mihi homines, equos autem ſume tibi*; niſi quod poſt has luxuriæ victorias vis quædam libidinis poteſt rationabili mentis ſubrepere, ut infundat ei irrationabiles paſſiones?

46. Sed perfectæ mentis eſt, nihil de terrenis, nihil de corporalibus illecebris adſumere, abſtinere à terrenis. Ideo Abraham dicit: (Ibidem. 23.) *Nihil ſumam ab omnibus tuis.* Quaſi contagium declinat A intemperantiæ, quaſi labem refugit corporalium ſenſuum, delectationes mundi rejicit, quærens quæ ſupra mundum ſunt, hoc eſt, extendere manus ad Dominum. Manus operaria virtus eſt animæ. Hanc non ad terrenæ arboris pomum, ſed ad Dominum extendit: *Qui fecit*, inquit, *cælum & terram*, (Ibidem.) hoc eſt, intelligibilem & viſibilem ſubſtantiam. Intelligibilis enim νοῦς cælum eſt: viſibilis vel ſenſibilis ſubſtantia terra eſt. Ergo ſignificat quod virtutem animæ ſuæ ad ſupe- B riora extendat; ut ex illa intelligibili ſubſtantia theoreticæ vitæ induat altitudinem, ſpectans non illa quæ videntur, ſed quæ non videnrur, hoc eſt, non terrena, non corporalia, non præſentia, ſed incorporalia, æterna, cæleſtia: de iſta autem viſibili ſubſtantia operatoriæ atque civilis diſciplinæ capeſſat gratiam.

47. Subtexuit his oraculum Domini dicentis: *Noli timere Abram, ego protegam te, merces tua multa erit valde.* (Gen. 15. 1.) Quæro cur poſt belli eventum? C Spondendæ mercedis locus nunc erat. Minus enim mirabile faceret, ſi ſecutus promiſſum Dei eſſet hoſtem adorſus. Victoriæ ſecurus proceſſerat ad triumphum magis invitatus, quam promtus ad gloriam, vel ad ulciſcendum pietatis dolorem paratus. Propositum piæ mentis mercedem non expetit, ſed pro mercede habet boni facti conſcientiam, & juſti operis affectum. Anguſtæ mentes invitentur promiſſis, erigantur ſperatis mercedibus: bona mens quæ ſine reſpooſi D cæleſtis ſyngrapha certamen arripuit, geminæ laudis fructum acquirit ſibi; ut & confidentiſſimæ fortitudinis, & pleniſſimæ devotibois gratiam locet. Quod de ſancto Abraham æſtimari convenit; [c] quia & divinum favorem non deſpici ſe juſtis duxit doloribus, & hoſtem perculit deſpectu periculi, quod glorioſe ſibi pro ultione pietatis ſubeundum putavit. Dei quoque in eo prædicatur juſtitia, qui remunerationem piis mentibus non ex neceſſitate promiſſi, ſed ex E æquitatis ſuæ contemplatioue largitur, judicans dignum fore quod hi qui militant ſine aliqua mercedis humanæ remuneratione repoſitum habeant præmium in ejus booitate, cui devovendas animas ſuas æſtimaverint. Simul quia adoreis bellicis ex uſu ipſius victoriæ, aut hominum gratiâ paratum eſt præmium; pietatis autem, & parcimoniæ, puritatis, ceterarumque velut privatarum virtutum à Deo ſolvitur. Quæ manifeſta ſunt hominibus, ipſi remunerantur. F Non omnia autem manifeſta, ſed alia manifeſta, alia incerta, & maxime occulta cordis. Unde & ille ait: [d] *Incerta & occulta cordis manifeſtaſti mihi*, (Pſ. 50. 8.) quorum ſpectaror & ſcrutator Deus eſt. Non ergo magnam mercedem promiſiſſet Abrahæ, niſi puram animam ab omni contagione delictorum judicaſſet.

48. Sanctæ tamen & propheticæ mentis cura major poſteritatis perpetuæ eſt. Partus enim ſa-

a. Mſſ. ſex. Gall. cum Am. *ſuiſque ſe probat* (Long. *probet*) *ſermonibus*. Verum quam proclive ſit calamo inter voces, *prodat* & *probat* errare nemo non videt.

b. Rom. edit. *terra gignentium*. Alii ac mſſ. omnes, *terræ gignentia*. Eſt autem ibi ellipſis dictionum, *quæ ſunt*, vel, *ſcilicet*. Vox etiam, *gignentia*, paſſive ſumitur pro genitis, quemadmodum vehens dicitur à probatis auctoribus is qui vehitur.

c. Nullam hoc loco differentiam mſſ. vel edit. præ ſe ferunt, niſi quod ubi omnes edit. & pleriqué mſſ. habent, *juſtis erroribus*, Corb. legit, *juſtis doloribus*. Magis commode, cum de dolore quo Patriarcha ob fratris filium captum atque abductum affectus erat, hic agatur. Atqui videtur ulcus aliquod in aliis vocibus delitescere; neque enim aptum ſenſum hinc elicias, ſi *deſpici ſe*, in *deſpexiſſe*, aut *divinum favorem*, in *divino favore*, non mutaveris.

d. Conſtanter in Bibliis legitur, *incerta & occulta ſapientiæ tuæ*. Tamen ante Ambroſium Origenes hunc locum laudavit ut in textu. Videſis Philocaliæ cap. 18.

pientiæ & fidei bereditatem deſiderat. Ideo ait : A
Gen. 15. 2. *Quid mihi dabis? Ego autem dimittor ſine filiis.* Eccleſiæ ſobolem deſiderabat, eam ſucceſſionem petebat quæ non eſſet ſervilis, ſed libera : non ſecundum carnem, ſed ſecundum gratiam. Ideoque hujuſmodi reſponſum divinum reſultavit, [a] quo edoctus audivit: Ibid. 5. 6. *Reſpice in cælum, & numera ſtellas, ſi potes numerare. Et dixit, ſic erit ſemen tuum. Et credidit Abram Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam.* Quid credidit ? Hoc eſt, non ſolum multitudinem populorum in Chriſtum creden- B tium, ſed etiam cæleſtis gratiæ ſplendorem, & reſurrectionem vitæ immortalis ſoboli Eccleſiæ deferendam. Ibidem. Quid eſt autem quod ait : *Eduxit eum foras?* Tamquam foras educitur Propheta, ut exeat fores corporis, & anguſtias carnis operientis, ac Spiritus ſancti infuſionem, & velut quamdam deſcenſionem videat. Oportet nos quoque exire ex his diverſorii noſtri anguſtiis, mundare animæ noſtræ locum ab omni inquinamento, projicere ſordes malevolentiæ, ſi volu- C mus ſpiritum recipere ſapientiæ ; quia in malevolam animam non introibit ſapientia. Credidit autem Abraham, non auri, non argenti illectus teſtimonio : ſed quia corde credidit ad juſtitiam. In quo probatum eſt ejus meritum, in eo perſolutum eſt præmium.

49. Denique ſtatim fidei ejus teſtimonium Dominus dedit dicens: Gen. 15. 7. *Ego ſum dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Chaldæorum, ut darem tibi terram hanc, ut heres eſſes ejus.* Et quia depoſuerat Abra- D ham ſtudium Chaldæorum, quærit nunc : Ibidem 8. *Quomodo*, inquit, *intelligam quia heres ejus ſum?* Hoc eſt, jam divinationes magorum repudiavi, doce me quomodo ſciam me futurum terræ ejus heredem. Qui quærit quomodo ſciat, non dubitat, manifeſtante Deo, cognoſcere ſe poſſe: ſed formam vult acquirendæ cognitionis advertere. Nam & in Evangelio Maria cùm audiſſet ab Angelo quia virgo paritura eſſet filium, reſpondit : Luc 1. 34. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognovi?* E Et jure reſpondit, hoc eſt: Cùm id quod naturæ eſt, non ſuppetat, quia non ſolet parere quæ viro non fuerat copulata, quæro quomodo præter inſtituta naturæ poſſim virgo generare?

Gen. 15. 9. 50. *Dixit autem illi dominus Deus : Sume mihi vitulum trimum, & capram trimam, & arietem trimum, & turturem, & columbam.* Præterirem hujuſmodi interpretationem ſacrificii, niſi quibuſdam ſcrupulum hinc naſci adverterem, eo quod Aruſpicinæ quædam ſcribi videatur ſolemnitas ; quod poſt immolationem diviſa ſunt animalia, & contra faciem alterutrum poſita, & conſedit illis Abraham. Sed ſi vim interrogationis præmiſſæ & futuræ reſponſionis conſideremus, advertere poterimus ſpei noſtræ & fidei convenire hujus ſacrificii diſciplinam. Vitulus enim aratorium animal eſt, deditum terreno labori. Capra ad aquarum ſimilitudinem per ænigmata figuratur, eo quod αἲξ græce ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν nomen acceperit, ab eo quod eſt impetu ferri. Sic enim currit ſicut & aqua. Poſſumus vel de fluviorum ſono, curſu, vel maris violentis æſtimare fluctibus. Aeri autem comparatur aries, quia omnibus animantibus utilius hoc animal generi eſſe humano reperitur ; quandoquidem & veſtis nobis uſum exhibet, ſicut aer hujus ſpiritus vitalem nobis miniſtrat ſubſtantiam. Unde & hunc ordinem factum puto, ut prius diceret : Sume mihi vitulum & capram, & tertio loco diceret arietem ; eo quod prima illa, hoc eſt, vitulus & capra terris & mari materialibus comparentur elementis, & quia feminea dicantur : at vero aries maſculum quoddam animal eſt, vehemens naturâ, & violentum cornibus. Similiter autem aeris hujus ſpiritus vitalis eſt, ut maſculus auctor & cauſa gignentium, movens terrarum genitalia, & velut quadam ſe miſcens copulâ. Aliud ergo ad terram, aliud ad mare, aliud ad aerem vitalem myſtice figuratur horum trium animantium genus.

51. Hæc traditio naturalis eſt: ſed moralis etiam concurrit & ſuppetit. In omnibus enim hominibus caro, ſenſus, & verbum eſt. Caro noſtra vitula eſt : laborat, ut ſerat : laborat, ut colligat : laborat, ut pariat : innumeris fatigatur laboribus. Unde & Græci [b] δάμαλιν dixerunt vitulam ἀπὸ τοῦ δαμᾶσθαί με αἰκίαις ; eo quod dometur injuriis. [b] Maſculorum boum labore, aratro, & jugo fungitur, femineos partus repræſentat cum multo ubere. Caro quoque noſtra vitæ iſtius ſubjugatur neceſſitatibus, crebris quatitur doloribus, & multarum ærumnarum quodam curvata partu ſeneſcit. Jam illud quis ignorat, quod vehementior ſit virtus animæ, cui velut nupta adhæret in iſtius vitæ curſu corporalis ſubſtantia? Senſus autem noſtri caprarum modo velut ſaltu quodam exſiliunt, & paſcuntur prætuptioribus, impetu ſuo ipſi commotiones excitantes animæ, & concutientes eam. Ad omnem occaſionem præſto ſunt, vel occurſu femineæ pulcritudinis, vel odore ſuavitatis alicujus. Auditu pariter & tactu moventur velociter, quibus etiam animæ inflectunt conſtantiam, & velut à natura ſui alienant eam. Unde & plerique [c] ἀφορμὴν dictam putant, [c] quia ὁρμὴ impetus dicitur ; eo quod ex quodam impetu ſenſuum inflexionis atque alienationis noſtræ cauſa naſcatur. Feminei autem ſexus ſpeciem habet, [d] ut etiam ſenſus noſtri αἰσθήσεις græce dicuntur femineo vocabulo. Effetarum modo [d] animantum cito vacuantur, ubi partus ſuæ generationis, delectationiſque effuderint, & iterum

a. Mſſ. Torn. Valc. & ant. edit. *quo electus audivit.* Rom. *quod electus audivit* Mſſ. Corb. Long. Colb. & Maz. *quo edoctus* &c.

b. Deſunt in mſſ. aliquot, ac in edit. omnibus, hæc verba, *dixerunt vitulam.* Quod autem ad græcas voces, eas Am. ex mſſ. quo propius potuit, imitatus eſt : verum cùm illæ ut pote vitioſæ Era. diſplicuiſſent, ipſe aliam originationem commentus eſt in hunc modum. Græci *δάμαλιν ἀπὸ τοῦ δαμᾶσθαι λίαν, eo quod dometur nimis.* Quam phraſin etſi mutilam ſequentes edit. amplexæ ſunt. Nos vero locum in codice Corb. & aliis nonnullis ſcrupuloſius inſpicientes, lectionem noſtram elicuimus. Porro *domari injuriis* hic non videtur aliud ſignificare, quam domari labore ac verberibus.

c. Cùm dictio hæc mendoſe in quibuſdam mſſ. & primis operum Ambr. edit. legeretur, Era. repoſuit ex conjectura ἐφορμητικήν. At qui mſſ. melioris notæ ſatis aperte præferunt ἀφορμὴν, hoc eſt, ſine impetu, id enim in ſpiritalibus ea vox ſignificat, cùm eadem contrarium ſonet in corporalibus. Erit igitur ſenſus animam ideo impetus ac motus ex natura ſua vacuam dici, quod non in ipſa, ſed in corpore eorumdem motuum fons & origo reſideat.

d. Am. cum aliquot mſſ. *Et etiam ſenſus noſtri ecſtaſis græce* &c. Quod quidem Era. emendavit, & reliquæ poſtea edit. repoſita voce αἰσθήσεις, quæ in melioribus mſſ. reperitur. Tamen in his nonnulla verborum diverſitas eſt ; ſic enim iſti, *ut etiam ſenſus noſtri manet. αἰσθήσεις* &c. ubi certe ſubintelligendum videtur *ſpeciei femineæ.* Rurſus ubi cunctæ edit. legunt, *Effetarum modo animarum*, melius legitur in cunctis mſſ. . . . *animantum*.

excitatis cupiditatibus novos refetunt impetus.

52. In ariete vero verbi ac ſermonis noſtri habetur ſimilitudo, quòd ſit vehemens, ſicut & ſermo noſter efficax operationis, & quadam ornatus noſtri & tegminis cauſa ſit. Aries per uſum veſtium ordine quodam gregem ducens, ſicut ordo quidam vitæ uſuſque noſtri verbo explicatur. Arbitror autem quod illud verbum magis intelligere debeamus, quod eſt Verbum Dei, cum quo aries iſte habere videatur non mediocrem cognationem. Quod Verbum nos vere tegmine velleris ſui veſtivit, & in domum intro-
Eſai. 53. 7. duxit æternæ ſalutis. *Qui ſe pro nobis immolandum obtulit, qui tamquam ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut aries coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.* Ex quo ordinem quemdam ſubſtantiæ habemus & ſacræ redemtionis, quod per ipſum conditi ac redemti ſumus. Duplex igitur cauſa per Verbum, naturalis & moralis: naturalis qua condidit, moralis qua redemit. Philoſophia quoque geminam ſpeciem ſui conſtituit in verbo, naturalem & moralem. Rationabilis enim utriuſque portio eſt. Naturalem ſecundum mundi creationem, quam verbo adſignat: moralem ſecundum juſtitiam, & æqualitatem vivendi, cujus vita & ratio de verbo.

a 53. Qua cauſa cùm [a] dies quadraginta comple-
Luc. 2. 22. & ſeq. rentur ex Mariæ Virginis partu, tulerunt dominum noſtrum Jeſum in Hieruſalem, ut offerrent Domino ſecundum legem, & ut darent hoſtiam par turturum, aut duos pullos columbarum; eo quod in columba ſpiritalis gratia ſit, in turture incorruptæ generationis natura, vel immaculati corporis caſtimonia. Merito ergo ad ſacrificium jubentur poſt arietem turtur & columba ſumi, ut verbo adhærere intelligas incorruptam caſtimoniam, & ſpiritalem gratiam. Et hoc ipſo quidem quod aves poſuit, intelligere poſſumus cæleſtium meritorum volatus. Sunt enim volucres cæli quæ veniunt & habitant
Matth. 13. 32. in ramis ejus arboris quæ de grano ſinapis ſurrexerit, cui cælorum regnum comparatur. Et
Ezech. 1. 15. Ezechiel apertos ſibi cælos dicit, & vidiſſe inter alia etiam rotam unam ſuper terram con-
Ibidem. 24. junctam animalibus quatuor. Et infra: *Audiebam*, inquit, *vocem alarum eorum, ſicut vocem aquarum multarum, & vocem ſublimis Dei; & cùm irent, ut vox verbi, ſicut vocem caſtrorum.*

54. Unde quidam ad libros Philoſophiæ derivarunt, eo quod ipſum cælum volucri ſimile ſit. Denique Plato currum volucrem dixit eſſe
Ibidem. 21. cælum, ex eo quod Propheta dixerat: *Cùm irent animalia, ibant & rota conjuncta illis; & cùm elevarent ſe animalia à terra, elevabantur rotæ.* Sed
b Propheta non cælum ipſum [b] avem dixit, ſed aves
Pſal. 18. 2. eſſe in cælo. Denique & David ait: *Cæli enarrant gloriam Dei*, hoc eſt, poteſtates cæleſtes; velut cùm ſpectatur pulcrum elementum, prædicatur operator. Animam autem deſcribit Propheta, cujus motus ſunt quatuor velut equi, λογιστικὸν, θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, διορατικόν. Hæc

A animalia quatuor, id eſt, homo λογιστικὸν, leo θυμικὸν, vitulus ἐπιθυμητικὸν, aquila διορατικόν. Ideo ratio præmiſſa eſt, ut reliqua rationem ſequantur. Ideo cum homine à dextris eſt leo, id eſt, cum ratione commotio à dextris eſt. Iſta animalia quando elevantur, elevantur etiam rotæ. Rota autem vita eſt ſuper terram, qua vivimus. Si animæ noſtræ motus quatuor elevantur, eleva-
tur & vita noſtra. Ideoque addidit: *Quoniam* Ezech. 1. 20.
ſpiritus vitæ, inquit, *erat in rotis*. Anima ergo ma-
B gis curruseſt, quæ ait in Canticis canticorum:
Poſuiſti me currus Aminadab, id eſt, Domini noſtri. Cant. 6. 11.
Non ergo Philoſophiæ traditioni deſcriptio concurrit prophetica. Denique vocem alarum audiſſe ſe dicit Propheta. Iſtæ alæ virtutes ſunt
quæ * [maximo & duplici plauſu prudentiæ, * [
fortitudinis, temperantiæ, juſtitiæ ſuavem decorem, vitæ cantilenam reſultant. Plato autem dulces quoſdam ſonitus ſiderum mutua vi ſphæræ cæleſtis generari converſione, famam magis
C & pompam, quàm veritatem ſecutus. Nam licet Origenes quoque noſter, hoc eſt, eccleſiaſtico vir officio deditus, planetarum ſtellarum quamdam inenarrabilem motu harmoniam eſſe ſuaviſſimi illius ſoni cæleſtis adſerat, tamen etiam ipſum plurimum indulgere philoſophorum traditioni pleraque ejus ſcripta teſtantur; quod eo ſcripſi, ut & ab Aruſpicinæ & à Philoſophiæ traditione ſacrificii iſtius interpretationem ſecernerem. Velint alii doctrinam probare ſuam, ego
D juxta Apoſtolum timidus malo, quam doctus
videri, qui ait: *Videte ne quis vos deprædetur per* Coloſſ. 2. 8.
Philoſophiam & inanem ſeductionem ſecundum traditionem hominum, ſecundùm elementum hujus mundi, & non ſecundùm Chriſtum.

55. Quod autem ait: *Diviſit Abraham corpora,* Gen. 15. 11.
& conſedit illis, ne quis extiſpicium putet, aruſpicina verba eſſe non nego; ſic enim audio: ſed diviſionem corporum quadrupedum, cùm lectio factam adſtruat, non factam avium utique ſi
E inſpectio fuiſſet iſtorum, etiam avium facta eſſet diviſio, ut fieret inſpectio. Quid ſi fidei noſtræ hoc convenit? Et ideo quod ſupra Aruſpicinam verbi nobis dat traditio requiramus. Diximus ſupra quia in vitula terram accipimus, in capra aquam, in ariete aerem, quod ipſo nomine colligitur, quod trima ad ſacrificium ſumi jubentur; quia terra ipſa inter tres dividitur ſpecies ſui; aut enim continens, aut inſula, aut peninſula eſt: aqua ipſa in tria; quia aut mare eſt,
F aut fluvii, aut lacus; nam fontes, aut putei privata negotia nequaquam digna diviſione generali & publica; putei latent, fontes aliis originem præſtant. Aer quoque habet diviſiones temporum veris, æſtatis, autumni, hyberni; & hæc mundana diviſio eſt. Quo hoc proficiat? Ut cognoſcamus Deum eſſe horum auctorem moderatoremque omnium, qui omnibus ordinem rebus dederit, & ea diviſione diſtinxerit, ut his colligas poſſe tibi Deum conferre quæ pie poſtulas, & quæ ſpondet implere.

a Mſ. Corb. *cum dies VIII complerentur* &c.

b. Mſſ. Corb. Long. Colb. Maz. dictionem, *avem*, reſtituunt: cùm in aliis, atque in omnibus edit. omittatur.

*. Deſiderabantur in edit. quæ ſequuntur inter duos uncinos comprehenſa, legebaturque locus hoc modo: *Virtutes ſunt quæ de te portantur.* Sed omiſſa primus exhibuit Gill. in variis lectionibus ad calcem ſuæ edit. auctoritate duorum codicum antiquiſſimorum, ſcilicet Dionyſiani ac Sorbonici. Nos vero eadem in textum reſtituimus, freti mſſ. Corb. Long. Colb. & Maz. quorum primus 900. annos æquat, aut ſuperat. Et quidem Ambroſiana eſſe minime negabit, qui ſtylum, materiæ cognationem atque ordinem diligentius introſpexerit. His adde quod nonnulla citantur à Bart. Urbinate in Milleloquio Ambroſiano ad vocem, *cælum*: unde colligas hoc fragmenti in Italiæ quoque mſſ. quibus uſus eſt, extitiſſe.

56.

56. Itaque Abraham quia promittenti Domino terræ hereditatem reſpooderat: *Unde cognoſcam quia heres ero terræ hujus*, (Ibid. 15. 8.) per illas ſpecies hoſtiarum informatur, ur credat Deum eſſe ſnpra mundum, qui univerſa quæ mundi ſunt provida diſtinctione diviſerit: ſed ea quæ ſunt diviſa reſolvi poſtea, ca autem quæ non ſunt diviſa (aves enim, hoc eſt, turturem & columbam non diviſit) oumquam reſolvi; fides enim manet integra, quæ columbæ more in ſublime ſubrigitur, luſtrans ſuperna, & ſpiritalibus alarum remigiis cælum circumvolans. Turturi quoque mens illa confertur, quæ avis uſu iſtius ſecretis alitur, intelligibilem illam & indiviſam quærens Trinitatis ſubſtantiam, refugiens plebem quamdam creaturarum & corporeæ ſe oon miſcens congregationi, atque ab omni paſſiooum labe] ſecernens. Hoc ſacrificium] de te poſcitur. Qui tales offert hoſtias, fidem & caſtimoniam mentis, ſimplicitatis gratiam, caritatis & pacis affectum, ipſe ſe beatæ illius terræ agnoſcit heredem: ſicut etiam Doinious apertius in Evangelio declaravit dicens: [a] *Beati pacifici quoniam ipſi poſſidebunt terram.* ([a] Matth. 5. 4)

57. Accipe aliam diviſiooem. Caro quoqne ooſtra ipſa Dei ordinatione diviſa habet membra omnia. Duo oculi ſunt, binæ aures, duæ genæ, nares diviſæ, dentium geminatus ordo, ubera, ſcapulæ, manus, latera, femora, genua, crura, pedes; nonne bioa omnia, ut ſuboixa geminatis ſubſidiis omnia noſtra obire videantur officia? Anima etiam diviſionem ſuarum patitur portionum. Nam διεγατικὸν, hoc eſt, * ſuperiora, quaſi oculi quidam contrarii, rationabile eſt & irrationabile. Rationabile ipſum dividitur circa meotem & ſermonem. Senſibile ejus in auditum & viſum, quibus vitæ hujus cumulatur gratia. Nam odor & guſtus vitalis uſus videntur neceſſarium præbere miniſterium. Nares jugi flatu adſpirationem recipiendo vitalem, contiouato quodam ſubſtantiam hominis cibo paſcunt. Guſtus autem potu epuliſque generatur. Quintus vero ſenſus, hoc eſt, tactus, velut admixtus eſt illis quatuor. Odor & guſtus quædam magis alimenta ſuot corporis, quibus hujus carnis militia ſubſiſtit. Viſus vero & auditus mentem adjuvant. Hæ ſont diviſiooes quæ ſecundum carnem noſtram animamque à ſummo operatore diviſæ ſunt.

58. Unde oportet nos colligere quia etiam iſte mundus velut per membra quædam gemina, & tamquam ἀντιπαρεγόμενα diſtributus eſt: terra in montes & in campos; ut ſunt partes noſtri corporis elatiores aliæ, aliæ planiores. Emioent ſcapulæ, & pedum ſuperiora, vel manuum: latera vero & inferiora cervicis, velut valles trita & concava. Quod & de vola manus intelligere licet. Nam in ipſo calcaneo pedis eminere alia, media autem ſinuata eſſe quis dubitat? Aqua in mari ſalſa, in flumine dulcis, vel io fontibus. Eſt aer hyberno frigidus, veris menſibus temperatus, calidus æſtate. Ergo iſta diviſit operator. Mentem autem ooſtram, quæ modo avium, virtutum diverſarum & vigoris ſui vecta remigiis, ſoper cælum evolat, non diviſit; quia Trinirati adhæret dividenti omnia, ſoli indiviſæ. Unde philoſophi ſuperiorem mundi hujus ſubſtantiam quam æthera vocant, non ex ceterorum elementorum volunt admixtione conſtare: ſed ſplendidam, & multo refulgentem lumine, quæ non terræ ſordidum, nec aquarum humidum, nec aeris nebuloſum, nec ignis ipſius rutilum qoidquam recipiat, ex quinta quadam οὐσίᾳ eſſe adſerunt, & velut volucrem mundi hujus mentem velociorem purioremque eſſe ceteris partibus. Nam aliæ mixtæ ſibi & concretæ ſunt. Nos autem nihil materialis compoſitionis immune atque alienum putamus, præter illam ſolam venerandæ Trinitatis ſubſtantiam, quæ vere pura ac ſimplex ſinceræ inpermixtæque naturæ eſt: quamvis aliqui putent de illa quinta οὐσίᾳ lucem eſſe clariorem, de qua dixerit David quod Deus ſit circumdatus lucem ſicut veſtimentum. (Pſ. 103 2.) Et Apoſtolus ſcripſerit de ipſo omnipotente Deo, quod *ſolus habeat immortalitatem, & lucem habitet inacceſſibilem.* (1. Tim. 6. 16.)

59. Qua autem ratione dixerit quod aves deſcenderint ſupra diviſa corpora vitulæ, capræ, atque arietis, (Gen. 15. 11.) noo facile reperio, niſi quod omnia terrena, maritima, atque ipſa aeria plena ſunt inſidiarum ac perturbationum. Videntur enim aves iſtæ cibi cauſa deſcendiſſe ſupra corpora. Naturaliter autem violentiores potioreſque viribus ſuper infirmiores irruunt, & quaſi mortuis corporibus incumbunt, ex improviſo frequentius irruentes: vel, quod verius puto, quia princeps mundi hujus, & volucres cæli, ſpiritualium nequitiæ quæ ſunt in cæleſtibns, eos qui mundana ſollicitudine curaque diviſi ſunt, gravi motu inceſſant, & velut cadavera mortuorum dilacerent dente aſpero. De his enim dictum eſt: *Relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos*; (Luc. 9. 60) quia ſunt de regno diaboli qui in ſeipſum diviſus eſt. Qui autem ſunt de regnu Dei, quibus dicit Jeſus: *Regnum Dei intra vos eſt*, (Luc. 11. 20.) hi non ſunt diviſi, quia adhærent Deo; *quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus eſt: Erunt enim, inquit, duo in carne una. Qui autem adhæret Domino unus ſpiritus eſt.* (1. Cor. 6. 16. & 17.) Iſti ergo non ſunt mortua corpora; ut volucres cæli comedant eos, ſed ſunt ſpiritus; facit enim Deus Angelos ſuos ſpiritus. Denique ſupra columbam & turturem ooo deſceoderunt, quia diviſæ iſtæ aves oon eraot. Non ſunt enim diviſi juſti quibus dicitur, ut ſint ſimplices ſicut columbæ. (Matth. 10. 16.) Ideoque dicit David, quia & *paſſer invenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi ubi reponat pullos ſuos.* (Pſal. 83. 4.) Hæc ſpectabat Abraham, hæc profundo & ſpiritali conſiderabat intuitu.

60. Ideoque ſcriptum eſt: *Conſedit illis Abram*, (Gen. 15. 12.) non quaſi Aruſpicinæ, ſed quaſi cæleſtis revelationis interpres, ſigna divinæ operationis explorans. Mens enim directa ad Chriſti gratiam videbat hunc mundum plenum eſſe iniquitatis, quæ velut à ſummo cæli volaret, & opprimeret infirmos terræ: pudicitiam autem, fidem, ſinceritatem nullis eſſe obooxias paſſiooibus:

a. Ita mſſ. Corb. Long. Colb. & Maz. Alii vero, & priſcæ edit. *Beati pacifici, quoniam ipſi Deum videbunt, vel quoniam ipſi poſſidebunt terram.* A quibus omnibus diſcedens Rom. habet ut Vulgata, *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt, vel beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.*

*. *Superiora*, ſupple, animæ, cujus ideo partes ſuperiores eſſe dicit, facultatem cogitandi ac ratiocinandi, & facultatem ſentiendi; quia his paſſiones, ſive facultates iraſcendi & concupiſcendi inferiores ſunt, ac minus neceſſariæ. Sub διεγατικῷ vero id quod ἀδιεγατικὸν dixerat, hoc loco comprehenditur.

avaritiam vero, & ſollicitudines ſæculi quibus A ſuffocantur qui habent volnptates divitiarum, dilacerari ad dividi. [a] Matth. 13. 22. Unde & divitiæ dictæ ſunt curæ & cogitationes mundi hujus; quod mentem dividant, atque in diverſum ſcindant, & in partes trahant, nec ſinant incorruptam eſſe & integram. Vir ergo pacificæ mentis conſidebat, & conſiderabat quatenus prohibere cominus poſſet ea mala, quæ hominibus invehuntur; mens enim ſapientis viri ac juſti mederi ſtudet humanis caſibus, & prohibere ac reſecare ani- B marum noſtrarum labores.

CAPUT IX.

Quare ceciderit exceſſus ac timor ſuper Abraham; quidve redditum eidem oraculum de ſua poſteritatis peregrinatione & ſervitute in Ægypto, de morte propria, deque liberatione poſteritatis ejuſdem ſignificet? Quo denique viſio flamma atque fornacis pertineat?

61. DEnique quam hoc Abraham ſpiritali C & prophetico affectu fecerit ſequentia docent. Gen. 15. 12. Nam *ſolis occaſu exceſſus cecidit ſuper eum: & ecce timor magnus & tenebroſus incubuit ſuper eum.* Exceſſus prophetis fieri ſolet, ſicut habes Prophetam dixiſſe: Pſ. 115. 2. *Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax.* Excedit enim mens prophetæ velut fines quoſdam humanæ prudentiæ, quando repletur Deo. Et ante evacuat ſe cogitationibus & diſceptationibus ſæculi hujus; ut advenienti gratiæ ſpiritali puram ſe & exinani- D tam præbeat, superveniat in eam Spiritus ſanctus magna ſe vi infundens, ita ut mens hominis ſubito turbetur. Denique Angelus venit ad Mariam, & cum ſedulitate & gratia venit; & tamen Luc. 1. 30. & 31. Maria mota eſt in introitu ejus. Unde Angelus ait ad eam: *Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum: & ecce concipies in utero, & paries filium.* Cognoſcimus ergo quia quando venit gratia Dei ſuper propheticam mentem, ſubito irruit, & inde incubuiſſe & cecidiſſe ſuper pro- E phetas Spiritum ſanctum legimus; quia exceſſum patitur, & turbatur, & timet, & quibuſdam ignorantiæ & imprudentiæ tenebris offunditur: Act. 9. 4. ſicut & in Actibus Apoſtolorum legimus quia circumfulſit ſuper Saulum de cælo, & cecidit, & horrore animi turbatus eſt, & audivit vocem de Ibidem. cælo dicentem: *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Deſinit enim videre ſæcularia, qui incipit audire divina. Unde & timorem Abrahæ & tenebras mirari non debes, quaſi præter virtutem F aut meritum ejus acciderint, cùm prophetarum b conſuetudini congruere advertas, [b] quando adjuncta, ut cognoſcant futura.

62. Continuo autem dictum habes ad eum: Gen. 15. 13. *Sciendo ſcies quod peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & ſervitio opprimentur, & nocebunt eis, & humiliabunt eos annis quadringentis.* Merito tenebroſus horror & magnus factus eſt; quia magna oracula deferebantur, cùm de populo ſæculorum dabatur præceptum. Quomodo tam facile capere iſtud mens humana poterat, maxime quæ admonebatur, ut in hac peregrinaretur terra? Non enim tam quæ futura erant declarabantur, quam præſcribebantur quæ facienda nobis forent: *Peregrinum*, inquit, *erit ſemen tuum*; ſive quia omnes homines peregrini eſſe debeamus in hac terra, omnium etenim pater eſt Abraham: ſive quia verum ſemen Abrahæ peregrinetur in hoc mundo. Illud enim verum ſemen eſt, de quo dictum eſt: *In Iſaac erit ſemen tuum.* Gen. 21. 12. Denique qui ſe Abrahæ heredem agnoſcebat ait: *Advena ego ſum in hac terra & peregrinus, ſicut omnes patres mei.* Pſ. 38. 13. Qui enim peregrinus hîc fuerit, civis in cælo eſt: qui autem in hac terra omnem animæ ſuæ ſubſtantiam conſtituendam putaverit, hereditatemque hujus terræ [c] acquirendam exſultaverit, à Dei regno excludetur. c Unde Apoſtolus ad fideles viros, & cives Hieruſalem illius quæ in cælo eſt, & Eccleſiæ filios dicit: *Ergo jam non eſtis advenæ atque peregrini: ſed eſtis cives ſanctorum, & domeſtici Dei.* Epheſ. 2. 19. Non ergo hæc terra noſtra eſt, de qua poteſt princeps mundi hujus dicere oſtendens omnia regna orbis terræ: *Tibi dabo poteſtatem hanc, ſi procidens adoraveris me:* Matth. 4. 8. erunt omnia tua quæ ſibi alieni vindicant, & ſervitio opprimunt populum Dei; ut ſervis ejus nocere, & humiliare conentur ſanctos Dei. Denique ipſe Filius Dei nihil ſibi ex hoc mundo vindicandum putavit, unde ait: *Venit mundi hujus princeps, & in me inveniet nihil.* Johan. 14. 30. Diverſi ergo domini in ſervitute nos volunt tenere, inceſſat diabolus, infeſtant angeli ejus, paſſiones motuſque corporis velut domeſtici atque inteſtini hoſtes inquietant. Foris pugnæ, intus timores: foris pugnæ, intus cupiditates. Aliena eſt enim interni corporis ſubſtantia puritati cordis; & ideo impugnat, vel certe repugnat. Bellum ergo quotidianum eſt, & intra caſtra eadem grave prælium, donec Deus miſericors diabolum atque miniſtros ejus judicet, paſſiones reſtinguat, ac ſubjiciat [d] menti ſedulæ, exquirat animas noſtras de omnibus offenſionis, & periculi noſtri auctoribus, d qui ait: *Sanguinem animarum veſtrarum exquiram de manibus omnium beſtiarum.* Gen. 9. 5. Et Johannes vidit & dixit: *Quia mors & infernus miſſi ſunt in ſtagnum ignis.* Apoc. 20. 15.

63. Itaque exibunt juſti, ut nihil de ſuo dimittant in hac terra; ne ſpolia eorum reſideant apud incolas & poſſeſſores iſtius terræ. [e] Qui etiam ſic e abibunt de terra Ægypti iſta, ut vaſa quæ ſumſerunt ab Ægyptiis mutuo, vel aurea, inquit, Exod. 12. 35. & 36. vel argentea quibus ad tempus uterentur, ſecum auferant, & deprædentur Ægyptios. Hæc vaſa acceperunt voluntate Domini, & ſecum ea auferunt, quia reſurrectionis filii ſunt, quibus di-

a. Am atque Era *Unde & diviſa dicta ſunt*, *quod* &c. Gill. *Unde & divitiæ dicta ſunt curæ*, *quod* &c. Rom. omittit, *curæ*. Videntur autem hic ſignificare Ambroſium vocem, *divitiæ*, à verbo, *divido*, voluiſſe deductam, cùm minime obſcurum ſit virum ſanctum adludere ad locum è parabola ſeminum, quem notavimus. Noſtram autem lectionem conſtituunt non modo ſex mſſ quos conſuluimus; ſed etiam, teſte Gill. in variis lectionibus Sorb exemplar, & Dion. vetuſtiſſimum, quæ in iſtis bibliothecis jam non inveniuntur.

b Omnes edit. cum tribus mſſ. *quando cognoſcunt futura*. Mſſ. quinque, *quando adjuncta* &c. Subintelligendum, *ſunt timor & tenebra* &c.

c. Rom edit. *acquirendam ſibi exiſtimaverit.* Aliæ omnes cum mſſ omnibus ... *exſultaverit*. Hic autem ſenſus eſſe poteſt, exſultaverit quod ſibi acquirenda ſit &c.

d. Rom edit. *ſola*, *menti ſedula*; *Et gentem cui ſervient, judicabo ego, dicit Dominus. Exquirat* &c. Item poſt aliquot lineas, *in ſtagnum ignis. Poſt hæc vero revertentur huc cum ſupellectile multa. Itaque* &c.

e. Edit omnes cum tribus mſſ. *Qua etiamſi abibunt de terra iſta vaſa* &c. Mendoſe. Nos quatuor mſſ auctoritate locum correctiorem damus.

Luc 21 18. citur: *Non peribit capillus de capite veſtro.* Vaſa hæc A Ægyptii dederunt, quæ de terra afflictionis ſunt adſumta. Et ſunt alia aurea, alia argentea, quia omnis creatura Dei bona, & maxime hominis in terris præſtantiſſima, quam honoravit Deus, ut inſpiraret in faciem ejus ſpiritum vitæ, & omnibus præficeret animantibus. Hæc illa ſunt vaſa
2 Cor 4. 7. de quibus dicit Apoſtolus: *Habemus theſaurum in vaſis fictilibus.* Hæc eſt veſtis Ægyptiorum quâ veſtitur anima noſtra; ut locupletior hinc recedat, & quo hîc vehementer laborabat, liberetur. B Non ſolum enim omnis creatura ingemiſcit, & parturit, ſed etiam nos; donec veniat redemtio corporis noſtri. Habet Dominus curam operis ſui, habet naturæ promtæ in pleriſque [a] ad rationem ac benevolentiam. Neque enim excidi & perire patimur arbores, quarum circa primos fructus nobis fetura prorumpit, ſi poſteriore ætate eas aut ventus decutiat, [b] aut ſol adurat, aut ſufficienda & ſubminiſtranda virtute ſiccitatibus deficiat ſubſtantia: ſed meliotibus auris differi- C mus examinandas. Et ideo dominus Deus noſter bonæ voluntatis remunerator, etiam [c] primæ feturæ atque indolis contemplationem habens omne colligi patitur animæ noſtræ patrimonium & reſervari, futuri adventus illud probaturus temperie.

64. Memor itaque ſui muneris quod immortale voluit eſſe æquis, ſed ſi culpa non obrepſiſſet & gravis, quæ fecit ut non expediret homines [d] diu vivere, ait ad Abraham: *Tu autem ibis ad* D
Gen. 15 15. *parentes tuos cum pace, nutritus in ſenectute bona.* Patitur nos diſcedere ex hoc ſæculo, ut ſeceſſione animæ hoc corpus reſolvatur in terram ſuam, & fiat finis peccati: deinde per reſurrectionem reformetur divinæ liberalitatis gratiâ. Ideoque dicit ad Abraham: *Tu ibis ad patres tuos.* Nonnulli putaverunt patres eſſe elementa, ex quibus conſtat caro noſtra dum vivimus, & in quæ reſolvimur. Sed nos qui meminimus matrem nobis eſſe Hieruſalem, quæ ſurſum eſt, quæ libera E eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum, ſicut dicit
Gal. 4. 26. Apoſtolus, illos adſerimus patres qui vitæ merito & ordine præceſſerunt. Erat illic Abel pia victima, erat pius & ſanctus Enoch, erat Noe, ad eos promittitur Abraham tranſitus. Tranſit enim qui de hac vita recedens ad vitam demigrat alteram, quâ vivit mens ſapientis & juſti viri qui nutritus eſt in pace. Nam inſipiens in bello nutritur & in diſcordiis: juſtus in ſenectute bona vi-
Gen. 15. 15. vit. Non dixit longâ, ſed *bonâ*; quia juſtus bene F ſeneſcit: injuſtorum autem nemo, quamvis cervis vivacibus diuturniore vita vixerit. Nam diu vivere commune ſapientibus atque inſipientibus eſt: bene autem vivere ſpeciale ſapientis eſt, cujus ſenectus venerabilis, & ætas ſenectutis vita
Sap. 4 8. & ſeq. immaculata: non diuturna, inquit, neque numero annorum computata, nec capillis canis in capite, ſed ſenſibus. Ille ergo bene ſeneſcit, qui bene ſenſerit.

65. *Quarta autem generatione revertentur.* Hiſ- Gen. 15 16.
toria quidem de Judæis videtur convenire, qui in Ægyptum tranſierunt, & de Ægypto exierunt. Quadringenti enim & triginta anni eorum illic exacti ſunt: ſed non omnes centenos, & quot excurrunt, annos vixerunt, ſicut Moyſes, aut Jeſus Nave; ut quartæ generationis tempus conveniat. Unde myſticum aliquid magis requiramus, [e] eo quod tetras omnibus numeris apta ſit, & radix quædam decimæ ac fundamentum, hebdomadis quoque media. Denique nonageſimus tertius pſalmus ſcribitur quarta Sabbati; eo quod hic numerus medius ſit priorum & ſequentium. Tres enim præcedunt eum, primus, ſecundus, tertius; & tres ſequuntur, quintus, ſextus, ſeptimus. Qui hunc pſalmum canit, velut aptis numeris vitam iſtius mundi tranſigit, quaſi tetragonus, & ſtabilis, atque perfectus. In quatuor libris plenum Evangelium atque perfectum eſt. Quatuor animalia myſtica ſunt. Mundi quoque iſtius partes quatuor ſunt, ex quibus congregati filii Eccleſiæ regnum Chriſti ſacratiſſimum propagarunt, venientes ab Oriente atque Occidente, Septemtrione & Meridie. Quadripartito igitur latere ſancta ſurrexit Eccleſia. Decas quoque ex iſto numero adſurgit. Si enim connectas ab uno uſque ad quatuor, hoc modo decimam facies. Computa unum, adde illi duo, fiunt tres: adde tribus tres, fiunt ſex: & ad ſex adde quatuor, fiunt decem. Tetras igitur decem implet, decas numerum omnem complectitur. Quatuor quoque ætates ſunt hominis, pueritia, adoleſcentia, juventus, maturitas. Paulatim adſurgit & fundatur. Sapientia itaque ſumma prudentiæ quarto ætatum ordine venit. Meritoque ut ſi quis ante ſub rege Ægypti fuit, maturiotis tamen conſilii exit de poteſtate ejus, & legem ſibi agnoſcit ſequendam. Tunc fit ei iſtius vitæ mare pervium. Similis ratio his quæ gignuntur ſolo. Ubi ſemen ſparſum fuerit, ſolvitur humo; & primò prorumpit in radicem, deinde germinat, formatur fructus, & poſtea maturescit. Arbores quoque ipſæ primum fructum ferunt, deinde ipſe adoleſcit fructus, acceſſu temporis mutat colorem, quarto ordine conſummatur, hoc eſt, noviſſimo. Ita ergo & nos in terra hac afflictionis fugiamus lateres formare: ſed lacrymis & gemitu provocemus Domini miſericordiam; ut mittat nobis Moyſen & Aaron, hoc eſt, legem & ſacerdotem: ſed illum verum Sacerdotem, & ſacerdotum principem, qui licet inter homines verſaretur, dicebatur:
Ecce ſpiritus ante faciem noſtram Chriſtus dominus; Tren. 4 20.
& liberet nos de terra Ægypti, ut paſcha Domini celebremus. Feramus etiam fructum fidei ab ipſa pueritia, augeamus in adoleſcentia, colo-

a. Ita cuncti mſſ. & vet. edit. præter quam quod ubi noſtri *ad rationem* Vat. cum edit. legit, *ad orationem*. Subintellige utrobique, *curam*, poſt verbum *habet*. At edit. Rom. ita præ ſe fert, *habet natura propria in pleriſque rationem* &c.

b. Hanc lectionem quæ trium mſſ. ac edit. omnium eſt, eo retinemus quod alia non occurrat emendatior. Etenim mſſ. Corb. Long. Colb. & Maz. ſic habent, *ut ſol adurat. ſed melioribus* .... *examinandas; ut ſufficienda & ſubminiſtranda virtute ſiccitatibus deficiat veſtris, anima deficiat ſubſtantia*. Colb. ac Maz. loco primi, *deficiat*, legunt, *deficcat*. Quæ quidem aperte vitioſa ſunt & à recentioribus mſſ. ac edit. ita diſſident, ut neutra lectio germana eſſe videatur. Si quis veram nactus fuerit, eam publicæ utilitati non invideat.

c. Omnes edit. ac tres mſſ. *prima futura indolis*, ut etiam ſupra aliquot retro lineis, *nobis futura prorumpunt*. Sed quatuor mſſ. melioris notæ locum reſtituunt.

d. Rom. edit. *diu vivere. Patitur nos diſcedere*, omiſſis vocibus intermediis.

e. Sic mſſ. omnes, & edit. excepta Rom. in qua, *eo quod trias* &c. Vitioſe. Non enim ternario numero, ſed quaternario quæ ſequuntur, poſſunt convenire.

remus in juventute, compleamus in ſenectute. A Jam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt; ut qui facit, fructum ferat. Adultam etiam maturamque ſegetem noſtram meſſor inveniat; ut maturos fructus in apothecis recondat, ne immaturos hyems deprehendat, ventus decutiat, pluvia corrumpat.

66 Ego tamen arbitror ſignificari magis inter adventum Domini priorem, & ſecundum qui futurus eſt judicii dies, tempus medium. Ideo enim & ad ſolis occaſum viro hujuſmodi factus eſt pa- B vor magnus, quia occidente jam mundo, futurum ſacrificium declarabatur, quo mundus redimeretur, fides eſſet hoſtia, quæ non divideretur à filiis Abrahæ. Nam qui eam dividunt, non ſunt Abrahæ filii. Fides comparatur regno cælo-

Matt. 13. 31. rum: *Simile eſt* enim *regnum cælorum grano ſinapis*. . . . Et *ſimile eſt regnum cælorum negocianti* qui

Ibidem. 45. & 46. emit agrum, & invenit in eo margaritam pretioſam. Regnum cælorum indiviſum eſt; quia regnum Trinitatis unum eſt. Ideo perpetuum atque C æternum, quia indiviſum; omne enim regnum diviſum facile deſtruetur. Hoſtia etiam foret pudicitia Trinitati dicata, poſt illud ſacrificium, vitulæ quoque pro laboribus, quia ſacerdotalis eſt victima: capræ autem, quia pro peccatis hoſtia: arietis, quia pro omni mundo, & pro ipſis [a] arietibus vel cæleſtibus, non ſolum pro hominibus, nec ſolum pro agnis, ſed etiam pro hœdis quos peccatricis generationis fœtore exuit. Teſtificatur oraculum futuros adhuc in terra afflictionis D Abrahæ filios; ut in agone multorum & gravium certaminum ſe probent: & ita cum multa ſuppellectili, aureorum & argenteorum vaſorum ſpoliis opimis exeant & revertantur animæ, atque exeant pretioſa poſſidentes corpora diverſarum virtutum, & præcipue caſtimoniæ poſſeſſionum theſauro repleta, ſumturæ etiam Chriſti judicio de diabolo, & ejus miniſtris, ceteriſque qui ſibi voluerunt nocere, vindictam. Tunc erit pavor magnus etiam juſtorum. Nemo enim ſine E peccato. Omnes habebunt quod timeant; quia impleta peccata erunt. Et [b] cùm ſuperabundaverit peccatum, ſuperabundabit & gratia.

Gen. 15. 17. 67. Iterum *cùm jam ſol eſſet ad occaſum, flamma facta eſt: & ecce fornax fumigabunda, & lampades ignis quæ pertranſierunt per media diviſa illa.* Etiamſi dubitaretur de ſuperioribus, confirmarent ſequentia; quando flammam factam ad occaſum legimus, quæ illuminaret veſpertina mundi tempora, & fulgeret in tenebris, ac revelaret la- F tentia. Denique continuo viſa eſt fornax fumigabunda. Cujus ſimilitudine exprimi videtur vita humana implicata iniquitatibus ſæculi iſtius atque involuta, non habens veri fulgoris claritudinem, & ſplendorem ſinceri luminis. Intus quaſi fornax æſtuat diverſis cupiditatibus, & quibuſdam deſideriorum anhelat ignibus: foris velut quodam fumo adtexitur, ne videat veritatis faciem. Obumbrantur itaque & obducuntur quadam caligine oculi animæ; ut confundatur globo quodam fumigántis nubiculæ mentis adſpectus; ne pura poſſit ſpectare negotia, donec cæleſtes lampades dirigat dominus Jeſus, hoc eſt, fulgorem gloriæ ſuæ. Quando, inquit, *non indigebunt luce lucernæ, & lumine ſolis; quoniam ipſe Dominus erit lux omnibus*, & ipſe illumi- Apoc. 22. 5. nabit omnia mundi iſtius, quorum ſupra cognita eſt diviſio, nunc manifeſtata in lumine, non per ſpeculum in ænigmate, nec in parte, ſed facie ad faciem veritatis ſoliditas, atque illud quod perfectum eſt, poſſit videri.

CAPUT X.

Cùm dicitur Abraham, ſemini tuo dabo terram hanc; *ei vera beatitudo promittitur: magis tamen præfiguratur Eccleſia, cujus typus in Sara ſterili, ut Synagoga atque hæreſum in Agar ancilla exprimitur. Quæ debeat eſſe ſapientis vigilantia; & quid ſit, quod Abrahæ Deus pollicetur illis verbis*, augebo te valde, &c.

68. POſt hæc ſecutum eſt oraculum Dei dicentis: *Semini tuo dabo terram hanc, à flu-* Gen. 15. 18. *mine Ægypti uſque ad flumen magnum Euphraten.* Qui futuram gloriam demonſtraverat, debuit etiam conferenda virtutum merita polliceri. Ipſe enim & adjutor laborantium, & remunerator innocentium eſt. Ægyptus hîc nomen non regionis, ſed fluminis eſt. Sic enim veteres Nilum vocabant, ſive quod ipſe regioni nomen dediſſet, ſive quod regionis accepiſſet vocabulum. Denique & poeta græcus teſtificatur ita eſſe, dicens: Homer. Odiſſ. Ξ.

Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας.

Anguſtum autem & vile eſt, ut putemus quod cæleſtibus ſignis terrena ſpoponderit. Itaque conſideremus ne forte perfectam beatitudinem & conſummationem bonorum meritorum promiſerit. Perfecta enim beatitudo ex tribus iſtis videtur ſubſiſtere, corporis, atque animæ, & accidentibus bonis, quæ Græci ἐκτὸς dixerunt; ut ſit corporis caſtimonia, patientia, vel temperantia; ſit animæ prudentia, atque juſtitia. Ægyp- Gen. 2. 13. tus igitur flumen corporalia videtur ſignificare. Unde & [*] Geon dictus eſt ipſe fluvius; quia de terra figuratus eſt homo. Euphrates autem quæ ſunt animæ; eo quod fons ſit juſtitia ceterarum virtutum, quæ virtutes alias illuminet. Prudentia enim ſine juſtitia nocet: fortitudo quoque niſi eam juſtitia temperet, intolerabilis inſolentia eſt, furori quàm rationi proprior, dominationi quàm libertati. Sobrietas & temperantia privata bona ſunt, [c] nec ulli uſui, niſi juſta erga Deum reverentia, & fidei mente pietatem colas. Juſtitia ſola eſt quæ virtutes omnes complectitur, & commendat omnes. Accidentia quoque ſunt negociationes, mercaturæ, & agriculturæ, competentia quæſtus laborum operumque ruralium. Sunt etiam corporis accidentia ſalubritas, &

a Colb Long Colb & Max. *pro ipſis aeriis*, non male. Cùm enim ſupra cap. 8 n. 50 aerem per arietem ſignificari ſcripſerit Ambroſius, potuit hoc vocabulo deſignare Angelos, unde addidit, *vel cæleſtibus*, eo quod ut Philo, auctor ipſi familiariſſimus, lib *de Gigantibus*, tradit: ψυχαὶ γὰρ εἰσὶ κατ' ἀέρα πετόμεναι. Idem genuina his habet lib. *de confuſione linguarum*.

b Iidem mſſ. *ut cùm ſup.* . *ſuperabundet gratia*.

*. Ambroſius hic & lib de Parad. c 3 n 14 docet Nilum eumdem eſſe ac Geon quem ex Paradiſo terreſtri fluere Scriptura tradit. Quæ opinio etſi apud Patres communior ſit, ab aliquibus tamen rejicitur. Vide Petavium Animad. in Epiph. Scaligerum de emend Temp. & alios.

c Mſſ aliquot, ac edit quædam antiquiores, *nec ullius vi*: quod ut emendarent recentiores, induxerunt, *nec ullius vis*. Sed etſi ſenſu non careat emendatio, noſtram tamen totidem litteris exhibent probatiores mſſ verum ita conjunctis vocibus, ut in earum lectione hallucinari pronum fuerit. Et hinc recentiorum mſſ. ac edit corruptio.

commoditas valetudinis, decus, fortitudo, quæ A ex tempore accidunt, & cum ætate mutantur.

69. Non mediocrem hanc triplicem gratiam putes. Habes enim perfectionem perfectam in Evangelio. Nam cùm dicit dominus Jeſus legiſ-
Matth. 22. 37.
perito illi: *Diliges dominum Deum tuum*, animæ juſtitiam mandat tenendam. Etiam ſi honorari parentes juſtum eſt, quanto magis parenti omnium deferri debet bonorificentia? Rurſus cùm
Matth 19 18.
dicit: *Non occides, non adulterium, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices*, virtutes cor- B poris ſervandas admonet. In poſterioribus vero dicens: * *Nemo eſt qui relinquat domum, aut paren-*
Luc 18. 29. & 30
tes, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat ſepties tantum nunc in hoc tempore, in ſæculo autem venturo vitam æternam poſſidebit; nonne incrementa bonorum accidentium cum animæ corporiſque remuneratione promittit?

70. Hæc quæ ſimplicibus verbis ſacta ſcriptu-
Ariſt lib 1. Ethic. c 8.
ra exprimit, magno quodam cothurno Ariſtoteles & Peripatetici perſonant, atque extollunt. C Pythagoricum quoque dogma eſſe teſtificantur ſui. Sed quis illorum æquavit Abraham tempore? Quis auctoritate & ſapientia Dominum, cujus oraculo Abraham triplicis bujus gratiæ munus agnoſcit?

71. Dantur autem ei tamquam in diſciplinam alienigenæ nationes; ut mens æqui obſervantiſſima recidat vitia, emendet errata. Magis tamen evidens Eccleſiæ declaratur myſterium, quia per apoſtolos ejus qui ſunt Iſraelitæ, quorum patres, D & ex quibus patribus Chriſtus ſecundum carnem ſub lege factus eſt, congreganda Eccleſia foret, [a] credituris populis nationum. Quos non otioſe decem numero ſignificavit, ſed ut oſtenderet quod illi ante perfidi, ubi menſuram pietatis impleſſent, profecto eſſent fidei adepturi coronam.

Gen. 16. 1.
72. Denique ſequitur quia Sara uxor Abrahæ ſterilis fuerat: erat autem ei ancilla Ægyptia cui nomen Agar quod ad Eccleſiam pertinere in ea E expoſitione quam de moralibus ſcripſimus, apoſ-
Lib 1. de Abraham c. 4.
tolicis docuimus exemplis. Eccleſia enim ſterilis videtur in hoc ſæculo; quia non ſæcularia parturit, nec præſentia, ſed futura, boc eſt, non ea quæ videntur. Hujus ancilla eſt Synagoga, vel omnes hæreſes, quæ ſervos, non liberos creat. Ideoque Agar dicitur babiratio. Etenim temporalis ſpem fovet, non perpetuæ poſſeſſionis gratiam tenet. Iraque ut non inſolens partu corporeo fiat ancilla ejus, & jus Eccleſiæ ſibi vindicet, F
Gen 21 10.
dicitur ibi: *Ejice ancillam & filium ejus; non enim heret erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.*

73. Sed etiam in ſingulis Sara eſt, & in ſingulis Agar. Sara virtus vera eſt, vera ſapientia: Agar autem eſt verſutia, tamquam ancilla perfectioris virtutis. Alia enim ſapientia ſpiritalis, alia ſapientia bujus mundi. Ideo etiam Ægyptia ſcribitur; quia philoſophica eruditio abundavit in Ægypto. Denique & Moyſes eruditus erat in omni ſapientia Ægyptiorum, ſed abjecit eam præferens Ægypti theſauris opprobrium pro A Chriſti nomine. Nam ſi illam judicaſſet alicujus momenti eſſe ſapientiam, non utique dixiſſet: *Precor, Domine, non ſum dignus ante heſternam & nudiuſtertianam diem, neque ex quo cæpiſti loqui ſervo tuo, gracili enim collocutione, & tardiore lingua* Exod 4. 10. *ego ſum*. Denique quaſi inerudito reſpondetur ei quod erudiretur à Domino: *Ego aperiam os tuum,* Ibidem. 12. *& inſtruam te, quod debeas loqui.*

74. Præclarum autem myſterium, quod lex nun ſatis plena erat; ut perſuaderet populis, & gen- B tes vocaret, vel quia clauſa foret uſque ad Chriſti adventum, qui exponens nobis prophetica oracula, & proferens Lectionis veteris teſtimonia, veluti quoddam os legis aperuit; ut fidei clamor in totum perveniret orbem. Unde & myſtice ait Sara: *Concluſit me Dominus ut non pariam;* Gen. 16. 2. *intra ergo ad ancillam meam, & filium facies ex illa.* Quo agnoſcas in prædeſtinatione fuiſſe ſemper Eccleſiam Dei, & paratam fidei fœcunditatem, quando juberet Dominus prorumpere, C ſed voluntate Domini certo reſervatam tempori. Denique ſic ſcriptum eſt: *Tempore accepto exaudivi* Eſai. 49. 8. *te, & in die ſalutis adjuvi te.* Advertimus itaque quod feſtinabat fides Eccleſiæ, ſed concluſa erat ejus fœcunditas. Quo verbo demonſtratur quoniam exſpectabat partus ſui tempora; quia quod concluſum eſt aperiri ſolet. Qua ratione concluſa fuerit, docet te Apoſtolus dicens: *Concluſit enim Deus omnia in incredulitate, ut om-* Rom 11 32. *nibus miſereatur*..... Ut *non volentis neque cur-* Rom 9. 16. D *rentis, ſed miſerantis Dei* eſſet gratia; ne te ipſum juſtificares, ſed omnia tribueres Deo qui te vocavit. Nemo ergo pigreſcat, & excuſationem prætendat deſidiæ ſuæ, quo ſetius credat, quia ſcriptum eſt non volentis, neque currentis eſſe. Conſideret enim quid additum ſit, *Sed miſerantis*, inquit, *Dei*. Talem te ergo præbe bonis ſtudiis & promta fide; ut Deus tui miſereatur, & vocet te ſicut Eccleſiam vocavit dicens: *Palam factus* Eſai 65. 1. *ſum* [b] *non quærentibus me, apparui iis qui de me non* b E *interrogabant.*

75. Et recte præmiſſa ſunt inferiora, ut meliora ſequerentur. Peperit ancilla ſervos, ut eos Eccleſia liberos faceret, & de ſervitute populos ad libertatem vocaret, de culpa ad innocentiam, de offenſa ad gratiam. Singulorum quoque hominum ſi ſpectes ordinem, non omnes à perfectis inchoaverunt, nec apud omnes tempore prima eſt, ſed merito antiquior perfecta virtus. Prudentis igitur mentis eſt conſiderare quamdiu F imperfecta eſt anima, quæ ſunt ſecum deliberet, ut vel in poſterioribus ſe exerceat virtutum diſciplinis, donec exercitii uſu valeſcat. Dum vero ſe erroris involucris exuerit, & ab omni enodaverit offenſione, conſummatam ſui purgationem exhibens, tunc ſuo nitatur ordine magnos partus edere.

76. Præterea dicitur Abrahæ: *Eſto ſine reprehenſione*; Gen. 17. 1. cui dabatur ſpiritus ſapientiæ ſanctus, integer, bene mobilis, immaculatus. Oporret igitur viri ſapientis animam die noctuque in exercitio jugi ſpecula prætendere, numquam ſomno

*. Hic locus paulo aliter habetur in Bibliis, ſed à Cypriano iiſdem verbis quater citatur. Vide lib 3 ad Quirin. cap 16.

a. Vet. edit. *crediturus populus nationum.* Et paucis verſibus interjectis eædem edit. *ſterilis fuerat, quod ad Ecc.* &c. utrumque locum mſſ. Corb. Long Colb. & Maz nobis reſtituerunt.

b. Vet. edit. cum mſſ. Colb Torn. Valc. & Maz *factus ſum quærentibus me.* recentiores, *factus ſum à non quærentibus me.* utræque cum iiſdem mſſ. . . . *qui me non.* Melius cod Corb & Long *factus ſum non quærentibus me.* quibus cum Colb. & Maz. . . *qui de me non,* &c.

indulgentem, perpetuis vigiliis intentam Deo A ad comprehenſionem rerum earum quæ ſunt, & ſingularum cauſarum cognitionem. Sed etiam futurorum interpres ſapientia eſt, ſcit præterita, & de futuris æſtimat. Scit verſutias ſermonum, & ſolutiones argumentorum. Signa & monſtra ſcit antequam fiant, & eventus temporum & ſæculorum. Non poteſt igitur bonus atque perfectus non eſſe qui hanc acquiſierit; quia & omnem habet virtutem, & imago bonitatis eſt. Unde & ſæculi iſtius ſophiſtæ traxerunt B definitionem hujuſmodi, quod ſapiens vir bonus dicendi peritus ſit.

77. Redeamus nunc ad donum Dei quo nihil plenius. Quid enim melius ſapientia? Quid pejus vanitate? Quid deterius ſuperſtitione? Ideoque tamquam ei cui promiſerat plenitudinem perfectionis, ait: *Augebo te valde, & ponam te in gentes, & reges de te erunt:* [a] quia ejus qui fidelis eſt, totus mundus divitiarum eſt, & augetur, non minuitur ut ſtultus. Ponitur in gentes Abra- C ham, hoc eſt, fides ejus ad gentes transfertur, & reges ſæculi qui crediderunt, & ſe ſubjiciunt domino Jeſu cui dicitur: *Tibi offerent reges munera.* Nec illud abſurdum, quia ex genere Abrahæ non ſolum reges erunt dignitate, verum etiam illi reges qui peccato non ſerviant, nec vincat eos malitia, ſupra quos regnum mors non habeat. Mentis quoque bonæ cognovimus reges eſſe & principes inventiones, quæ ſicut Abraham mediocris quidem generationis proventus D non habet, ſed abundat regalibus. Cui data eſt terra in poſſeſſionem; ut dominetur corpori, nec ſit captiva carnalium voluptatum, ſed quaſi famulatu debito obnoxia caro menti ſerviat. Secundum perſonam autem Abrahæ evidens myſterium Eccleſiæ, quæ totum orbem fidei hereditate poſſedit, bene pater electionis dicitur, pater fidei, pater piæ confeſſionis.

Gen. 17. 6. — Pſ. 67. 30.

CAPUT XI.

* *Præceptum circumciſionis Abrahæ datum quid ſignificet; quidve etiam infantibus octavo die non circumciſis intentatum ſit exitium? Saræ nomini una littera additur. Abraham in faciem cadit & ridet. Num idem dubitaverit? Ipſi pro Iſmaele oranti annuit Dominus, ac filium ex Sarra promittit.*

78. ET quia ad perfectum vocatur, oraculum perfectionis accipit. *Circumcidatis*, inquit, *omne maſculinum veſtrum, & circumcidatis carnem veſtram*: perfecta autem circumciſio ſpiritalis eſt. Denique & lectio hoc docet cùm dicit: *Circumcidite duritiam cordis veſtri.* Et hîc plerique ita accipiunt, ut ſit: *Circumcidatis omne maſculinum veſtrum*, hoc eſt, mentem veſtram; nihil eſt enim mente validius. Deinde quia maſculinum etiam ſanctum dicitur: *Omnis maſculus adaperiens vulvam ſanctus Domino vocabitur.* Quid autem mente ſanctius, quæ dat bonarum ſemina cogitationum, quibus aperit vulvam animæ concluſam pariendi ſterilitate; ut poſſit illas in- A viſibiles generationes edere utero illo videlicet ſpiritali, de quo dicit Eſaias: *In utero accepimus & parturivimus ſpiritum ſalutis?* Circumciſio ergo cordis intelligibilis, circumciſio etiam carnis mandatur ſenſibilis. Illa in veritate, iſta in ſignaculo. Gemina itaque circumciſio; quia & animi & corporis quæritur abſtinentia. Denique Ægyptii quartodecimo anno circumcidunt mares, & feminæ apud eos eodem anno circumcidi feruntur; quod ab eo videlicet anno incipiat B flagrare [b] paſſio virilis, & feminarum menſtrua ſumant exordia. Legis autem lator æternæ ſignaculum circumciſionis carnalis in ſolis maribus exigit, eo quod ad mixtionis uſum vir muliere vehementior ſit; & ideo ipſius impetum infringere voluit circumciſionis ſignaculo. Vel quia viri licito ſe errare credunt, ſi ſolo ſe abſtineant adulterio: meretricios autem uſus tamquam legi naturæ ſuppetere putant; cùm præter conjugium nec viro liceat, nec feminæ miſceri alteri. Al- C tiore autem interpretatione illud panditur, quod ſi mens purgata & circumciſa ſit, exuta ſuperfluis voluptatibus & cogitationibus reſtringit animam ad ſui caſtimoniam, puriſque ſenſibus infuſam bonorum facit partuum generatricem.

Gen. 17. 10. & 11. — Deut. 10. 16. — Exod. 13. 12. — Eſai 16. 18.

79. Octavo autem die circumcidi puerum lex jubet, myſtico utique præcepto, quia ipſe eſt reſurrectionis dies; dominica enim die reſurrexit dominus Jeſus. Ergo ſi dies reſurrectionis circumciſos nos & exutos inveniat delictorum ſu- D perfluis, ab omni ablutos ſorde, mundos à vitiis corporalibus, ſi hinc mundus exieris, mundus reſurges. Circumcide igitur te non carne, ſed vitio carnali. Et circumcide tuum non ſolùm vernaculum, ſed etiam pretio emtum. Si ad ſingula referas, vernaculi ſunt motus naturales; pretio emti, ratione & doctrina acquiſiti. Egent autem & illi & hi, tamquam virgulta, purgatione & inciſione luxuriæ; ne evagentur ut ſterilia ſarmenta, & obumbrent inutilia fructuoſis. Velut E quædam omni vitio diſtenta multis incaſſum laborat: [[c] ita cavendum ne etiam noſtra mens pluribus occupata, non ſolum bonos ingeneret partus, ſed etiam inutilibus pleriſque degeneret; ſimul ut vitis putata non facile ſilveſcat, diſſolvatur cito, ſed poſteritati reſervetur. Nam & ingenioſi multa pariunt, quæ utile eſt circumcidere, & qui doctrinam diligentia adſecuti ſunt, videre in ſe debent inſcientiam.] Myſterii autem ratio dilucida. Vernaculi enim Judæi, pretio em- F ti ſunt gentes quæ crediderunt; quia pretio ſanguinis Chriſti redemta eſt Eccleſia. Ergo & Judæus & Græcus, & quicumque crediderit, debet ſcire ſe circumcidere à peccatis, ut poſſit ſalvus fieri: & domeſticus, & alienigena, & juſtus, & peccator circumcidatur remiſſione peccatorum, ut peccatum non operetur amplius; quia nemo adſcendit in regnum cælorum, niſi per ſacramentum baptiſmatis. Nec proderit ſuperioris juſtitia temporis, ſi in fine vitæ juſtitiam dereliquerit. Ideo Paulus ait: *Pretio emti eſtis, nolite fieri ſervi hominum.* Sunt enim contraria;

a. Ita mſſ Corb. Long. Colb. & Maz. Alii autem, ac vet. edit. *quia qui ejus est.* Rom. vero, *quia qui ejuſmodi eſt.*

b. Mſſ ſupra laudati, *paſſio motus virilis, & feminarum menſtrua* (paſſio ſcilicet) *ſumat exordia.* non male.

c. Quæ hic habes à voce, *laborat*, ad vocem, *Myſterii.* cùm in edit. deeſſent, nobis ſuggeſſere mſſ omnes Gall. Non obſcurus quidem hic erat hiatus, qui non male ſuppletus videretur, ſi verbis ſuperioribus *incaſſum laborat*, adderetur vox, *vitis*, vel quid ſimile.

quia ſervitus peccato contrahitur, & pretio peccatum remittitur.

80. Hæc igitur ſimplici expoſitione abundare ad intellectum opinamur. Ideoque nec cubos Geometricæ, nec tetragonum numerum Philoſophiæ, [a] confeſſionem, ut aiunt, pythagoricam, nec ſemper virgines, ut appellant, hebdomadis numeros cura diſcutimus inani, [b] nec mundum radio formamus, nec cælum in pulvere quærimus, nec intra anguſtos abacos orbem concludimus: ſed vera aperimus myſteria, unam ſalu- B tem eſſe Chriſti reſurrectionem. Complantemur ergo ſimilitudini mortis ejus, ut mereamur reſurrectionis conſortium. Et vetus homo noſter ſimul ſit confixus cruci, ut corpus deſtruatur peccati.

81. Egregie autem infantiæ in primis vagitibus circumcidi mares lex jubet, etiam vernaculos; quia ſicut ab infantia [c] peccatum, ita ab infantia circumciſio. Nullum tempus vacuum debet eſſe tutelæ, quia nullum eſt culpæ vacuum. Et infans revocandus à peccato eſt; ne idololatriæ C polluatur contagio, & ne adorate adſueſcat idolum, & exoſculari ſimulacrum, parentis * violare nidum, pietatem lædere. Simul ne quiſquam inflectur, quod ſibi juſtus videatur, ætatis maturioris proceſſu Abraham circumcidi jubetur. Nec ſenex ergo proſelytus, nec infans vernaculus excipitur; quia omnis ætas peccato obnoxia, & ideo omnis ætas ſacramento idonea.

Gen. 17. 13. 82. *Et erit*, inquit, *teſtamentum meum in carne veſtra.* Forſitan referatur hoc loco, quomodo D ſpiritalem dicis circumciſionem, cùm oraculum dicat: Erit teſtamentum circumciſionis in carne veſtra. Quaſi vero animæ ſolius, & non paſſionum corporis exigatur temperantia. Nam & viſus, & auditus, & odoris, & guſtus, & tactus, & vocis ipſius quæritur quædam caſtimonia; quia & viſus procacior habet crimen, & ideo ſcrip-

Prov. 5. 2. tum eſt: *Noli intendere fallaci mulieri, neque capiaris oculis, neque abripiaris palpebris.* Et in ipſo auditu crimen eſt ſi ſeducat te meretrix, & multo E blandimento ſermonis & laqueis labiorum ſuorum te alliget. Et in ipſo tactu crimen eſt, ideo

ibidem. 20. tibi dicitur: *Ne multus fueris ad alienam*, [d] *neque contineris amplexibus non tuam.* Et in voce culpa eſt. Laqueus enim fortiſſimus eſt homini ſua labia, & abducitur à labiis ſui oris. Et mel ipſum noli multum edere, ne evomas. Oportet ergo ut omnium ſenſuum acuta ſit moderatio; ne aut impetus in vitium trahat, aut nimietas lædat, aut mora offenſioni ſit.

83. Non otioſe autem, nec ſuperflue plerique hoc qui ſequitur loco moveri videntur. Ecquid ita dixerit Dominus: *Quoniam qui non fuerit circumciſus maſculus, & qui non circumciderit carnem præputii ſui octavo die, interibit anima illa de genere ſuo; quia teſtamentum meum interrupit.* Gen. 17. 14. Grave enim putatur quod infanti octo dierum negligentia parentum fraudi eſſet futura, ita ut interiret anima ejus; cùm ipſa lex etiam homicidæ (qui tamen non voluntarius facinus nec- Ioſue. 20. 2. & 3. andi hominis impleverit) civitates præſcripſerit, ad quas confugiendo mereatur ſanguinis impunitatem. Quomodo ergo aut illic ratio habetur fortuitæ necis: aut hîc ratio infantiæ non habetur, in qua crimen non potuit eſſe aut diſſimulationis, aut voluntatis; niſi forte putent aliqui, quia in morte filii gravius puniuntur parentes? Sed injuſtum putatur ut culpâ nocentum inferatur pœna innocenti, vel propter pœnam nocentis innocens puniatur, aut fiat conſors ſupplicii, qui diſpar eſt merito. Unde aliqui putant quod de parente dicat exterminando, quod ejus intereat anima, non parvuli. Sed valde ambiguum eſt; licet ſuffragetur huic adſertioni quod ait: *quia teſtamentum meum interrupit.* Itaque hoc ad intelligentem magis, quam ad infantem referendum videtur. Alii graviora parentibus vel ſilentio minitantem putant dominum Deum, quo plus timeant majores, quando nec infanti parcitur.

84. Mihi autem ſatis liquido patet dictum de uniuſcujuſque mente. Diximus enim maſculi nomine mentem ſignificari, quod ſit validus mentis vigor, & animam in ſui copulam trahat, ſitque vehementior tamquam ſexu potior, & virili validitate. Ergo hæc ratio eſt, quod omnis mens quæ non fuerit circumciſa à ſuperfluis corporalibus, & purgata ſolemni munere, ut exuat ſe paſſionibus & vitiis, interibit. Non caro, inquit, interibit, non homo: ſed anima illa interibit, quia potuit ſalva fieri, ſi habuiſſet purgationem. Nuda autem præſidii, & incircumciſi cordis colluvione infirmior ſalutem generis ſui non potuit ſervare. Omne autem genus videtur immortale, ut * homo genus eſt, ut ullus ſpecies eſt. Homo ſemper dicitur, ullus non ſemper, immo non deficit ullus. Deficit qui fidem non habet, perſona deficit unius, conditio vel nomen hominum non deficit. Ex diuturno igitur & innoxio in id quod temporale eſt & noxium peccator deducitur, qui mentis ſuæ adſcribere debet infantiæ, quod incautus fuit & intemperans, vel remiſſionem peccatorum non acquiſivit: *Niſi enim quis rena-* Iohan 3. 5.

a Era. Gill. & Rom. edit *quaternionem*. Alii omnes, ac mſſ. *confeſſionem*: ſed eodem ſenſu. Hîc enim ea vox ſumitur pro illo Pythagoreorum jurejurando, de quo Plutarchus lib 1. de Placitis philoſophorum ita ſcribit: διὸ καὶ ἐπιφθέγγονται οἱ Πυθαγορικοὶ, ὡς μεγίστου ὅρκου ὄντος τῆς τετράδος,

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

Hoc eſt: *Ideireo Pythagorici, quaſi magnum eſſet jusjurandum quaternionis, pronuntiabant: Non, per eum qui animæ noſtræ quaternionem præbet natura æterna fontem ac radices habentem.* Jusjurandum autem propterea confeſſio dicitur, quod illo divinitatem ubique præſentem eſſe profitemur conteſtamurque. Per quaternionem vero jurabant iſti, quod cùm numerorum omnium magnam rationem haberent, quaternarii tamen habebant maximam. Hujus rei cauſam eodem loco refert Plut. quia ex tetrade animam noſtram putarent eſſe compoſitam. Eumdem etiam conſule lib. de Procreat. Animæ. Neque etiam probabilitate ſua caret, quod volunt nonnulli Pythagoram per ſuam τετρακτὺν intellexiſſe ipſum Dei nomen τετραγράμματον. Vide Johan. Ger. Voſſium lib. de Philoſ. ſectis, cap. 6. Porro quod Ambroſius *hebdomadam* dictam fuiſſe *ſemper virginem* ſcribit, id ex Philone lib. de Septenario. B' ſumtum videtur. Sed locum indicaſſe ſufficiat.

b. Sic mſſ quatuor melioris notæ. Alii vero & edit. *Nec ſolis radios formamus.*

c. Ita mſſ Corb. Long. Torn. & Valc. Edit. autem Era. Gill. & quædam Pariſ. *ab infantia circumciſio, ita & morbus.* Pariſ. vero anni 1661. *ab infantia morbus, ita & circumciſio.* Cùm autem neque in Am. neque in mſſ. Colb. & Mac. vocem, *morbus*, aut *peccatum* reperire ſit, hinc ſuborta videtur illa diverſitas.

*. *Violare nidum*, id eſt, thorum, ut habes Job 29. 18. *In nidulo meo moriar*, pro in lectulo meo.

d Edit. Rom. & quædam Pariſ. *neque contineris amplexibus non tuæ.* Ita certe LXX Interp. apud quos legas, μηδὲ συνέχου ἀγκάλαις τῆς μὴ ἰδίας: à qua lectione nec multum recedit Vulg. quam conſule. Ceterum ab omnibus mſſ & ant. edit. diſcrepare religioni eſt.

*. Genus hîc liberiori acceptione pro ſpecie ſumitur, ſicut & ſpecies pro individuo. Quod autem legimus ullum non ſemper dici, & tamen ullum non deficere, ſic interpretamur, ut *ullus*, id eſt, aliquis, in primo membro hominem certum ac definitum ſignificet, in ſecundo non item.

tus faerit ex aqaa & Spiritu ſancto , non poteſt in- A
troire ia regnum Dei. Utique nullum excipit , non
infantem, non aliqua præventum neceſſitate. Ha-
beant tamen illam opertam pœnatum immuni-
* tatem, * oeſcio an habeant regni bonorem.
Gen 17.15. 85. Saræ quoque una additur littera, boc eſt, R,
ut vocaretur Sarra. Quod utique par eſt , ut in
ſuperioribus , noo unius adjectione penſari lit-
teræ. Non enim munus Deo eſt una littera, ſed
virtus litteræ quæ exprimit muneris divini gra-
tiam. Sarra enim dicitur ἀρχὴ ἐμὴ , boc eſt , po- B
teſtas mea, vel principatus mei initium , vel re-
gis. Sara græce dicitur ἄρχουσα, latine quæ regat.
* * Illa mortalis, iſta immortalis : illa ſpecialis, iſta
generalis. Eſt namque in me prudentia , in me
caſtimonia , in me virtus , in me juſtitia , me ſo-
lum regunt , & mihi dominantur , & ſunt mor-
tales. Morieote enim me , ſolvuntur & moriun-
tur etiam illa. Quæ autem prudentia geoeraliter
dicitur , quæ caſtimonia , quæ fortitudo , cete-
ræque virtutes principales , ſed generaliter prin- C
cipales, & reginæ quædam immortales, in his
poteſtas eſt, immortale illud principale , ſicut eſt
regina Eccleſia quæ noo me unum, ſed univerſos
regat. Ergo ſpeciem in genus, partem in univer-
ſitatem , corruptibilitateio in incorruptibilita-
tem converſam videmus : quæ omnia Eccleſiæ
coovenire certum eſt. Non enim ſpecialis hæc ,
ſed generalis ratio eſt, nec partis , ſed univerſita-
tis ſalus. Ideoque his præcedentibus cùm unum-
quemque prudentia ſua ad hanc principalem & D
diffuſam per omnes ſalutem deduxerit , in qua
fons ſapientiæ juſtitiæque eſt, requiritur genera-
tio, & ille perfectæ partus jucunditatis, cujus no-
men eſt Iſaac. Nulla enim melior eſt voluptas ,
quàm emendatæ gratia conſcientiæ. Hinc Epi-
curei traxerunt ſummum booum voluptatem
eſſe, ſed eam corporis magis inquinamento, quàm
ſobrietate mentis æſtimaverunt
Gen. 17.17. 86. Quid eſt autem quod ait : *Et cecidit in faciem* E
Abraham, & riſit ? Et hìc reverentia ſignificatur,
quod timuit Deum velut libero riſu lædere ,
quamvis riſus lætitiam declararet viri juſti qui
tantis gratulabatur promiſſis. Non enim dubi-
taotis hic riſus, ſed credentis fuit. Simul quia ca-
dunt ante Deum omnia , & mutantur & tran-
ſeuot , ſola illa immutabilis ſtat ſemper ſubſtan-
tia. Aut fortaſſe & in hoc myſterio prophetavit
Abraham dominum Jeſum ; quod per ſuſceptio-
nem dominici corporis & reſurrectionem tanti F
complenda oraculi gratia foret. Adorat igitur
Pſ. 98. 5. non elementum terræ de quo dictum eſt : *Et ado-
rate ſcabellam ejas , quoniam ſanctum eſt.* Ubi enim
corpus , ibi & aquilæ quæ adoraverunt verſan-
tem in corpore.
Gen 17.17. 87. *Et dixit*, inquit , *in corde ſuo : Si centam an-
norum naſcetar filius , & ſi Sarra nonaginta anno-
rum pariet ?* Græcus ἐν τῇ διανοίᾳ poſuit, ut poſ-
ſimus æſtimare quia cordi ſuo quaſi [a] alternanti a
ſecum dixerit : Si centenario naſcetur filius , &
nonagenaria pariet? Hoc eſt ætas generandi præ-
terit, ſed Deo omnia ſunt poſſibilia ; & ideo fa-
cile etiam iſtud, ut ſenibus revocet juventutis an-
oos, vires refundat, ſterilibus det fœcuoditatem.

88. Nec illud prætereundum , quod promiſſa
ſibi generatione legitima reſpondit Abraham
Deo : *Iſmael vivat hic ia conſpectu tuo.* Juſti eſt Gen 17.18
etiam pro peccatoribus intervenire ; & ideo vel
hoc credant Judæi , quia & pro ipſis intervenit ,
ſi tamen credant. Hoc eſt enim vivere io con-
ſpectu Dei , digna Dei Verbo negotia gerere ;
oculi enim Domioi ſuper juſtos.

89. Unde & Dominus ait : *Etiam. Ecce Sarra* Ibidem 19.
axor tua pariet tibi filiam.... De Iſmael aatem exau- & 20
divi te. Etiam cùm dicit , confirmat promiſſa ;
confirmativum etenim verbum eſt. Et ideo prius
generatiooem Eccleſiæ confirmat futuram ; ut
verum cognoſceret Propheta quod de Iſmael ſe
audiſſe dixit Deus, providens quia cæcitas Iſrael
ex parte haberet contingere , donec plenitudo
gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret.
Itaque ſicut teſtameota hominum prius [b] here- b
dem ferunt, poſtea legatum exprimunt, meliori-
bus hereditatem , inferioribus legata : ita in Do-
mini teſtamento, unde & nos hunc morem acce-
pimus , beres ſcribitur natura bonus, nobilis , le-
gitimo creatus conjugio ; legato donatur infe-
rior.

90. Promittitur autem generatio ſequenti an- Ibidem. 21.
no, ut advertas quam generatiooem polliceatur
Dominus , hoc eſt , non illam uteri corporalis
Sarræ , ſed iſtum partum Eccleſiæ, qui eſſet fu-
turus. Denique & iofra ait : *Revertar ad te in fu-* Gen. 18 10.
taram , & erit Sarra filias. Io quo utrumque poſ-
ſumus accipere , & hunc conventum Eccleſiæ ,
& fidelium reſurrectionem.

91. Tertiodecimo quoque anno quod circum-
ciditur Iſmael , ratio evidens ; quia is qui inci-
pere habet uti cognitione feminæ , ante debet
recidere in ſe ardorem libidinis ; ut à ſuperfluis
abſtineat commixtionibus, conjunctioni tantum
ſe legitimæ reſervet.

92. Mentem quoque ſapientis hoſpitalem eſſe
decet ; ut etiam aliis impertiat ſui gratiam , &
prudentiæ ſuæ fructum aliis quoque dividat , at-
que ita bonis epulentur doctrinæ cibis , epulum-
que ejus exhibeat deſiderantibus.

93. Tum præterea neſciat niſi ſecundum na-
turam vivere , io cujus inſtituto & ordine Dei
lex eſt. Nulli ſe tranſverſariæ cupiditati miſcere
noverit , ſolius ſapientiæ præoptet copulam.
Mandatis Dei ſæculi iſtius gloriam, & quamdam
præſentis laudis hereditatem præferre neſciat ;
atque ut altaribus Domini ſuas immolet utilita-
tes, ita judicii ignem oon excipiat , neque refor-
midet ; ſed magis etiam ut alios eripiat, elaboret.

*. Cùm ſupra n. 79 dixerit affirmate , *quia nemo adſcendit in re-
gnum calorum , niſi per ſacramentum baptiſmatis* , non injuria quis
ſuſpicetur hæc & alia nonnulla quæ pelagianiſmum ſapiunt , ab
hæretico aliquo fuiſſe inſerta. Quam etiam parum tota ultima
hujus numeri pars primæ cohæreat, vel cæcus videat.

a Hic aliquem adſuiſſe ſuas nugas Era. & poſt eum Gill. adno-
tarant , moti ſcilicet obſcuritate loci. Attamen ſi quis eum con-
tulerit cum Philonis verbis , quibus Saræ vocabulum lib. *de No-
minum mutat.* exponitur , haud parum luminis ad ejus intelligen-
tiam nanciſcetur ; idem enim iſtinc deſumtus eſt.

*. Rom. edit. *altercanti.* At cum aliis, atque omnibus mſſ. reti-
nenda vox , *alternanti* , quæ ferme eodem ſenſu ponitur a Virg.
4. Æneid *Hac alternanti potior ſententia viſa eſt.*

b. Edit. Rom *heredem ſcribunt.* Aliæ edit & cuncti mſſ. *here-
dem ferunt* Et poſt pauca ant edit. *ita in Deum in teſtamento unum,
& nos* &c. Quam lectionem Rom. edit. ex conjectura emendare
conata haud incommode ſic repoſuit : *ita & Deum in teſtamento
uſum , & nos hunc morem accepimus , heres* &c. Verum potior nobis
viſa eſt omnium mſſ. auctoritas.

IN LIBRUM DE ISAAC ET ANIMA
ADMONITIO.

Quemadmodum ſanctus Ambroſius in primo libro de Abraham catechumenis hujus exemplo patriarchæ Chriſtianæ religionis, quam in pervigilio paſchatis profeſſuri eſſent, officia patefecerit, in altero autem animæ per Adami peccatum lapſæ reſurgendi, atque ad perfectionem eundi modum demonſtraverit, in noſtra ad idem opus Admonitione declaravimus. Proſequitur inſtituta acroamata præceptioneſque Antiſtes vigilantiſſimus, nec alia de cauſa ſecundum memorati operis librum, ubi Iſaac natum & circumciſum retulit, exemplo finiiſſe nobis videtur, niſi ut ex ejuſdem cum Rebecca conjugio hominis Chriſtiani animam, dum in genitali fonte renaſcitur, arctiſſimum quoddam ſpiritalis matrimonii cum Verbo Deo fœdus inire oſtenderet. Id hoc[a] in libro quem propterea de Iſaac & Anima inſcriptum voluit, per quam egregie præſtitit. Enimvero poſtquam Iſaac nativitate ac morte ſua Chriſti figuram exſtitiſſe, ſicut & Rebeccam animæ, paucis aperuit, definitâ ejuſdem animæ naturâ, totum hominem potiſſimùm in ipſa conſiſtere[b] adſtruit. Hanc autem docet ideo eſſe imperfectam, quod rebus corporeis ac ſæculi voluptatibus adhæreſcat; contra vero primum ad perfectionem gradum facere, ſi eaſdem fugiat, & ſupra illarum cœnum adtollat ſe ſe. Hinc argumentum propoſitum aggreſſus Rebeccam talem cùm ad Iſaac veniret fuiſſe dicit,[c] quippe quæ divinum in illo Verbum ardenter expetere ſe teſtificatur clamans: Oſculetur me ab oſculis oris ſui. Ipſe quidem Ambroſius locum hunc alioſque omnes Cantici canticorum verſiculos etiam Eccleſiæ accommodari poſſe profitetur: ſed cùm eadem myſteria tum alibi, tum vel maxime in enarratione pſalmi CXVIII. enucleaſſet, hoc in libro totus incumbit, ut animæ cum Verbo conjugium perpetuo myſtici illius epithalamii commentario ediſſerat. Quod tamen non ita accipias, quaſi verſum omnino nullum prætereat, cùm re ipſa haud pauci, & ii præſertim qui ad ſponſi ſponſæque pulcritudinem pertinent, omittantur: ſed iſti quominus unus ſit operis contextus nihil vetant. Porro ut diſtinctius atque ordinatius cœptam procedat, vir ſanctus[d] propoſuit expoſuitque gradus quatuor, quibus anima jam graviorum jugo vitiorum libera ad ſummam illam perfectionem, in qua Deo per caritatem juncta nunquam poſtmodum ab ipſo divellitur, conſcendit. Ceterum ſive naturalem ac minime coactam materiæ diſpoſitionem, ſive brevem illam, ſed acutam Scripturæ explicandæ rationem ſpectes, ſeu denique tranſitionum quibus aptiſſime nectuntur ſingula, concinnitatem, jure dixeris commentationem hanc ejuſmodi eſſe, quæ vix ulli ex aliis Ambroſianis cedat.

Ipſam porro conſtat libri nomine appellatam, non ſolum ætate[e] Caſſiodori &[f] Auguſtini: ſed etiam ab ipſomet Ambroſio in opere ſequenti ſub hac inſcriptione fuiſſe memoratam. Utrum vero conciones fuerint quæ primitus ad populum habitæ in hunc librum poſtea transformatæ ſint, obſcurius eſt. Cùm enim eum ferme nihil aliud eſſe advertamus, quam brevem Cantici canticorum paraphraſim, id argumentum ſacro ſuggeſtui parum admodum videtur convenire. Verumtamen ut non aliter hîc atque in libris de Abraham factum putemus, tum eorum inter ſe convenientia adducimur, tum etiam præceptis ad auditorum inſtitutionem maxime accommodis, quæ expoſitioni ejus inſerta nemo non deprehendat. Et hac cauſa eſt cur Caſſiodorus Senator loco citato de iis qui in Canticum canticorum ſcripſerunt agens, ſuum de hac opella judicium ita reliquerit: Unde, inquit, S. Ambroſius in libro tertio Patriarcharum, ubi de perſona Iſaac loquitur, multa ſalubriter luculenterque diſſerit.

Hæc eadem Cantica totis decem voluminibus tam mirandum in modum Origenes enodaverat, ut non dubitaret[g] Hieronymus de iiſdem ſcribere: Cùm in ceteris libris omnes vicerit, in Cantico canticorum ipſe ſe vicit. Maxime autem probabile eſt præſtantiſſimum hoc opus in manus quoque Ambroſii perveniſſe, ac ſanctum Antiſtitem ex laboribus tanti viri, à quo reliqui ferme Patres tam multa tamque præclara mutuati ſunt, adjumenti aliquid decerpſiſſe. At quando temporum iniquitas theſaurum illum nobis invidit, non licet quidquam exploratum magis aut deprehenſum proponere. Si tamen verum fuerit, quod adverſus Eraſmum & alios non paucos contendit[h] Huetius, quatuor homilias quæ cum ſua præfatione inter Origenis atque Hieronymi opera exſtant, nulli Patrum latinorum deberi, ſed eas ipſiſſimum initium eſſe decem Origenianorum voluminum, quas Rufinus à quo latinæ redditæ ſunt, more ſuo interpolavit: aut ſi mali ſæpius laudato Senatori accedere, eaſdem nihil aliud eſſe[i] affirmanti, niſi diſtributam in tres libros amplificationem, quam ex duabus homiliis alia occaſione ab Origene in duo priora Canticorum capita compoſitis, & ab Hieronymo in latinum verſis, Rufinus conſarcinavit: ſi, inquimus, horum alterutrum admittendum ſit, ex eorumdem Origenis fragmentorum & Ambroſianæ commentationis collatione intelliges illius methodum non imperite ſanctum doctorem eſſe imitatum, idque cumprimis ubi triplicem Scripturæ ſenſum nempe naturalem, moralem ac myſticum diſtinguit, atque ediſſerit; quamvis in aliis opuſculis quæ hactenus à nobis examinata ſunt, duos tantum interpretetur, myſticum ac moralem; ubi tamen cum hoc ultimo is quem naturalem in hoc libro vocitat, confunditur.

Porro ut idem tempus ac libris de Abrahamo, nempe annum circiter CCCLXXXVII huic ſcripto adſignemus, facit cum illorum inter ſe connectio, tum ipſum Ambroſii teſtimonium quod initio libri de Joſeph, ſicut & libri de Myſteriis quem ἀμέσως poſt ipſum elucubravit, reperimus; immo vero obſcurum non eſt ſanctum Præſulem ad eoſdem quos in opere ſuperiori alloquebatur, in hoc etiam verba facere: at revocari in dubium poteſt utrum ante feſta paſchatis id evenerit, an poſtea. Ipſius quidem ſcriptionis, in qua de ſpiritali conjugio quo nihil habet perfectiſſimorum Chriſtianorum vita ſublimius, materiâ videtur indicari iſta non pertinere ad catechumenos, ut pote quibus certa myſteria tegebantur, ipſis poſtmodum jam baptiſmate initiatis revelanda. Si tamen ex primis verbis libri de Myſteriis hac de re ſtatuere nos oporteat, dicendum erit eos etiamnum intra catechumenorum ordinem exſtitiſſe, ad quos ſermonem habebat Ambroſius. Et hoc ipſe forſan innuit, ubi dicit:[k] Venit paſcha, venit remiſſio peccatorum &c. Cùm autem jam illi in competentium numerum in quem non niſi exeunte quadrageſima admittebantur, eſſent adlecti, minime dubitavit ſanctus Antiſtes in procinctu ad baptiſmum poſitis ſacra hujus conjunctionis myſteria, & gradus quibus ad eam pervenirent, declarare.

a Cap. 1.
b Cap. 2.
c Cap. 3.
d Cap. 6.
e Lib. de Inſt. div. cap. 5.
f Lib. 1. contr. Jul. Pelag. c. 9. & l. 2. c. 5.
g Ep. ad Damaſum Papam.
h Origen. lib. 3. §. 7.
i Loc. cit.
k Cap. 4. num. 15.

SANCTI
AMBROSII
MEDIOLANENSIS EPISCOPI
DE ISAAC ET ANIMA
LIBER UNUS.*

* Scriptus circ. an. 387.

CAPUT I.

Commendatur ſanctus Iſaac tam ex paterna origine & gratia, quàm ex Dominicæ generationis & paſſionis præfiguratione; ac myſterium inter Chriſtum per Iſaac deſignatum, & animam repræſentatam per Rebeccam aperitur.

1. IN patre oobis ſancti Iſaac vel origo ſatis eſt expreſſa, vel gratia: [a] cui ad omnem redundat B gloriam, quod tanto & tam imitabili viro natus Abrahæ patri præmium fuit. Neque vero illud mirabile, cùm in eo Dominicæ generationis & paſſionis figura præceſſerit. Siquidem & ſterilis anus ex promiſſione Dei peperit eum; ut crederemus quod potens eſt Deus facere, ut poſſet & virgo geoerare, & oblatus unicus ad immolandum, qui & patri non periret, & impleret ſacrificium. Itaque ipſo nomine figuram C & gratiam ſignat, Iſaac etenim riſus latine ſignificatur, riſus autem inſigne lætitiæ eſt. Quis autem igoorat quod is univerſorum lætitia ſit, qui mortis formidoloſæ vel pavore compreſſo, vel mœrore ſublato, factos omnibus eſt remiſſio peccatorum? Itaque ille nominabatur, & iſte deſignabatur: ille exprimebatur, & iſte annuntiabatur. Ipſe eſt quem jam tunc perſequebatur ancilla: ipſe eſt propter quem jam tunc dicebatur: *Expelle ancillam; non enim heres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.* (Gen. 21. 10.) Ipſe eſt cui pater alienigenam A acquiſivit ſponſam. Ipſe eſt mitis, humilis, atque manſuetus, qui veoiente Rebecca, hoc eſt, patientia, [b] exivit in campum abalienare. Sapientis enim eſt ſegregare ſe à voluptatibus carois, elevare animam, atque à corpore abducere; hoc eſt enim ſe hominem agnoſcere. Qui Chaldæorum ſermone Enos dicitur, latine homo. Enos autem qui adſumſit & ſperavit invocare Deum; & ideo ereditur eſſe tranſlatus. Non videtur itaque homo eſſe, niſi qui in Deum ſperat. Qui autem ſperat in [c] Deum, non degere in terris, ſed quaſi tranſlatus adhærere Deo, manifeſta veri interpretatione ſignatur.

2. Bonus igitur Iſaac verus, ut pote plenus gratiæ, & fons lætitiæ. Ad quem fontem veniebat Rebecca, ut impleret hydriam aqua. Dicit enim Scriptura, quia *deſcendens ad fontem, implevit hydriam, & adſcendit.* (Gen. 24. 16.) Deſcendit itaque ad ſapientiæ fontem vel Eccleſia, vel anima; ut totum vas impleret ſuum, & hauriret puræ ſapientiæ diſciplinas, quas haurire Judæi de fonte profluo noluerunt. Quis iſte fons ſit, audi dicentem: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ.* (Hier. 2. 13) Ad hunc fontem currebat ſitiens anima prophetarum, ſicut & David dicit: *Sitivit anima mea ad Deum vivum*; (Pſ. 41. 3.) ut ſitim ſuam ubertate divinæ cognitionis expleret, & inſipientiæ ſanguinem ſpiritalium rigatu dilueret fluentorum. Hic eſt enim fluxus ſanguinis, ſicut ſignificat lex, qui deoperitur, quando vir ſedenti in diebus ſanguinis ſui mulieri miſcetur. (Levit. 20. 18.) Mulier eſt delectatio corporis & illecebræ. Itaque cave ne vigor mentis tuæ coitu quodam

a Hic mſſ. & edit. vet. inter ſe conſentiunt, niſi quod illorum tres pro *ſancti Iſaac vel origo ſatis*, habent, *ſancto Iſaac vel origo ſalutis*, & ubi mſſ. omnes, *cui ad omnem* &c. edit. præferunt, *cùm ad omnem. . . primum fuit* Rom. vero totum locum ita concinnavit: *In patre Abraham ſancti Iſaac vel origo ſatis eſt nobis expreſſa, vel gratia cùm ad omnem . . . & tam inimitabili viro natus ipſe in præmium fuerit. nec non & illud eſt mirabile quod in eo* &c.
b Ita mſſ. & edit. omnes ante At ſola Rom. *Exivit in campum ſe exercere*, ubi LXX. Interp. ſequi voluit, apud quos legas, Καὶ ἐξῆλθεν ἀδολεσχῆσαι. Verum ultimæ dictionis loco Symmachus legebat, λαλῆσαι, Aquila, ὁμιλῆσαι. Vide Nobilium ad eadem verba. *Abalienare* autem proprie eſt animum à feriis gravibuſque cogitationibus avocatum relaxare: ſed Ambroſius rem ad ſpiritalem ſenſum more ſuo hic, & infra c. 3. n. 6. traducens, vult idem eſſe atque à curis ſæcularibus ad cœleſtium rerum meditationem convertere. Vide etiam Commentaria in Pſal. 118. Octon. 4. verſu 3 ſicut & epiſt. ad Chrom. quibus locis verbum ἀδολεσχῆσαι per latinum *hallucinari* ab interprete redditum tradit.
c Edit. Rom. *in Deum, placet Deo, mutatur in melius, nec videtur degere. . . Deo. Ideo & Enoch dicitur, quod non eſt inventus, quia tranſtulit eum Deus: quod manifeſta interpretatione* &c. Vet. edit. & mſſ. hoc loco nihil diſcrepant, niſi quod ubi edit. & quidam mſſ. habent, *viri*, in aliis pluribus ac probatioribus legitur *veri*.

corporeæ voluptatis inflexus emolliatur, atque in ejus amplexus omnis reſolvatur, & fontem ejus aperiat, qui debet eſſe clauſus & ſeptus intentionis ſtudio, & conſideratione rationis; *Cant. 4.12.* *Hortus enim clauſus, fons ſignatus.* Namque mentis vigore reſoluto, [a] ſenſus ſe corporalis delectationis effundunt, pernicioſi nimis, & in appetentiam plenam gravis periculi proruentes: quos, ſi mentis vividæ conſiderata manſiſſet cuſtodia, refrænaſſet.

CAPUT II.

Quid ſit homo, & in qua potiſſimum parte conſiſtat; qualiſve ſit anima ejus tam ſecundum ſui naturam, quàm per irrationabilem ſui partem, qua obnoxia ſit corruptioni.

3. INtuere igitur, ô homo, qui ſis, quo ſalutem tuam, vitamque tuearis. Quid eſt itaque homo? Utrum anima, an caro, an utriuſque copula? Aliud enim nos ſumus, aliud noſtrum: alius qui induitur, & aliud veſtimentum. Legimus in veteri Teſtamento: *Gen. 46. 26.* *Omnes animæ quæ deſcenderant in Ægyptum*, de hominibus dictum. Et alibi dictum eſt: *Gen. 6. 3.* *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quoniam carnes ſunt.* De alterutro ergo legitur, quia homo dicitur & de anima & de carne. Sed illa diſcretio eſt, quod ubi anima pro homine ponitur, Hebræus ſignificatur Deo adhærens, non corpori, ut eſt illud: *Prov. 11. 20.* *Anima benedicta omnis ſimplex.* Ubi autem caro pro homine nuncupatur, peccator exprimitur, ut eſt illud: *Rom. 7.14. & 15.* *Ego autem carnalis ſum, venumdatus ſub peccato; quod enim operor, non cognoſco. Non enim quod volo, ago: ſed quod odi, illud facio.* Hoc jam poſterius & de utroque. Alius eſt enim qui vult, alius [b] qui odit, alius qui facit. Denique addidit: *Ibidem 16. & 17.* *Si ergo quod odi, hoc facio, conſentio legi, quoniam bona eſt. Nunc autem jam non ego illud operor, ſed quod habitat in me peccatum.* Illud quoque expreſſius: *Ibidem. 23.* *Video legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati.* Et tamen cùm utrumque in ſe concertantem hominem declaraſſet, hoc eſt, interiorem & exteriorem, in animæ magis quàm in corporis parte ſe maluit conſtituere, quod anima ſua traheretur captiva ad peccatum, in qua eſſe ſe mallet, & eſſe confirmat dicens: *Ibidem. 24.* *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Tamquam ab extraneo hoſte, ita ſe deſiderat liberari à carne.

4. Non ergo ſanguis anima, quia carnis eſt ſanguis: neque harmonia anima, quia & hujuſmodi harmonia carnis eſt: neque aer anima, quia aliud eſt flatilis ſpiritus, aliud anima: neque ignis eſt anima, neque ἐντελέχεια anima: ſed anima eſt vivens; *Gen. 2. 7.* quia factus eſt Adam in animam viventem; eo quod inſenſibile atque exanime corpus anima vivificet & gubernet. Eſt & præſtantior homo, de quo dicitur: *1. Cor. 2. 15.* *Spiritalis autem dijudicat omnia: ipſe autem à nemine judicatur.* Hic eſt præſtantior ceteris. Unde & David dicit: *Pſal. 8. 5.* *Quid eſt homo quod memor es ejus, aut filius hominis, niſi quod viſitas eum?.... Homo vanitati ſimilis factus eſt.* *Pſ. 143. 4.* Non ille ſecundum imaginem Dei homo vanitatis eſt: ſed qui illud amiſit, & in peccatum decidit, & in materialia iſta dilapſus eſt, iſte homo eſt vanitatis.

5. Anima igitur ſecundum ſui naturam optima eſt: ſed plerumque [c] per irrationabile ſui obnoxia fit corruptioni, ut inclinetur ad voluptates corporis, & ad petulantiam, dum menſuram rerum non tenet, aut fallitur opinione, atque inclinata ad materiam agglutinatur corpori. Sic inviſibile ejus impeditur, & malitiâ repletur; quia dum intendit malitiæ, ejus ſe vitiis replet, & fit defectu bonitatis intemperantior.

CAPUT III.

Perfecta anima terrenis abdicatis, vitiiſque domitis Verbum oſculari deſiderat: cui ſe Deus Verbum totus infundit. Hoc illa delectata ab eo petit ut attrahatur; quæ omnia etiam Eccleſiæ vir ſanctus accommodat.

6. PErfecta autem anima averſatur materiam: omne immoderatum, mobile, malignum refugit ac reſpuit; nec videt, nec appropinquat ad ullius terrenæ labis corruptionem: divinis intendit, terrenam autem materiam fugit. Fuga autem eſt, non terras relinquere, ſed eſſe in terris, juſtitiam & ſobrietatem tenere, renuntiare vitiis, non uſibus elementorum. * Fugiebat David ſanctus à facie Saul, non utique, ut terras relinqueret, ſed ut immitis, & inobſervantis, & perfidi declinaret contagium. ** De pœnit. diſt. 2. cap. Vi cognoverunt. §. Fugerat.* Fugiebat autem adhærens Deo, ſicut & ipſe ait: *Pſ. 62. 9.* *Adhæſit anima mea poſt te.* Abducebat ſe, & ablevabat vitiis ſæculi hujus, elevabat animam ſuam ſicut Iſaac in campo, vel abalienabat, vel (ut alii habent) deambulabat. Nam hoc quoque oſtendit cum virtutibus familiare habere conſortium, ut deambulet unuſquiſque in innocentia cordis ſui, nullo uſu terrenis vitiis miſceatur, atque irreprehenſibilem viam inoffenſo mentis carpat veſtigio, nec ullum locum in ſe aperiat corruptioni.

7. Talis erat Iſaac cùm Rebeccam advenientem exſpectaret, præparans ſe copulæ ſpiritali. Veniebat enim jam cæleſtibus dotata myſteriis: veniebat magna ſecum ornamenta aurium & manuum ferens; eo quod auditu & operibus emineat Eccleſiæ pulcritudo, cui rectè dictum advertimus: *Gen. 24. 60.* *Eſto in millia millium, & ſemen tuum poſſideat adverſariorum civitates.* Decora igitur Eccleſia, quæ ex inimicis gentibus filios acquiſivit. Sed poteſt hoc etiam ad animam deputari, quæ paſſiones corporis ſubigit, & ad virtutum officia convertit, repugnanteſque motus ſibi obedientiam, ...

a. Ita mſſ. plures potioreſque. Vat. autem, Theod. & vet. edit. *ſenſu ſe corporales delectationes effundunt perniciosa .... proruentes.* Theod *profluentes.* Vat alter Valc. Torn. ac Rom. edit. *ſenſim ſe corporales* &c. ut edit. antiquæ.

b. Mſſ. aliquot bonæ manus, *aliud quod odit.*

c. Sic mſſ. ſex probatiſſimi, cum edit. Rom. At Vat. cod. Joy. cum ant. edit. *ſecundum irrationabilem ſui partem.* Long Theod. & Valc *ſui motum.* Rurſus eodem loco ubi edit. Am & Era. *ad impatientiam*, & Rom cum mſſ Vat. Torn. ac Theod. *& appetentiam*, alii mſſ. & edit habent, *& ad petulantiam.* Tertio pro *rationabile ejus*, ut habet edit. Rom. *& viſibile ejus*, ut aliæ omnes & mſſ. noſtrates, cod. Vat præfert, *inviſibile ejus*, quem hoc loco ſequi libuit. Denique non minor ambigendi locus an legendum, *& ſit defectus*, ut in pleriſque mſſ. & edit. Am. ac Era. Frob. an vero, *& ſit defectu*, ut in aliis. Sed ad ſenſum parum admodum referre exiſtimamus.

*. Gratianus loco cit. Ambroſii ſenſum refert potius quam verba, quæ tamen à ſe exhiberi ſignificat.

tes efficit. Ergo vel anima Patriarchæ videns myſterium Chriſti, videns Rebeccam venientem cum vaſis aureis & argenteis, tamquam Eccleſiam cum populo nationum, mirata pulcritudinem Verbi, & ſacramentorum ejus dicit: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui.* (Cant. 1. 1.) Vel Rebecca videns verum Iſaac, verum illud gaudium, veram lætitiam, deſiderat oſculari.

8. Quid eſt igitur: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui?* (Primus animæ proceſſus.) Conſidera vel Eccleſiam jamdiu promiſſo ſibi per Propheras Dominico adventu, per tempora multa ſuſpenſam, vel animam, quæ elevans ſe à corpore, abdicatis luxuria, atque deliciis, voluptatibuſque carnalibus, exutâ quoque ſollicitudine ſæcularium vanitatum, jam dudum infuſionem ſibi divinæ præſentiæ, & gratiam Verbi ſalutaris exoptet, commacerari quod ſero veniat, & affligi; ideoque quaſi vulneratam caritate, cùm moras ejus ferre non poſſit, converſam ad Patrem rogare, ut mittat ſibi Deum Verbum; & cauſam quâ ſit ita impatiens declarare, dicentem: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui.* Non unum oſculum quærit, ſed plura oſcula; ut deſiderium ſuum poſſit explere. Quæ enim diligit, non eſt unius oſculi parcitate contenta: ſed plura exigit, plura vindicat; & ita ſe amplius dilecto commendare conſuevit. Denique illa in Evangelio ſic probata eſt: quia *non ceſſavit*, inquit, *oſculari pedes meos.... & ideo remiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum.* (Luc. 7. 45. & 47.) Ergo & hæc anima oſcula Verbi multa deſiderat, ut illuminetur divinæ cognitionis lumine. Hoc eſt enim oſculum Verbi, lumen ſcilicet cognitionis ſacræ. Oſculatur enim nos Deus Verbum, quando cor noſtrum, & ipſum principale hominis ſpiritu divinæ cognitionis illuminat, quo anima donata caritatis pignore nuptiali, læta atque ovans dicit: *Os meum aperui, & duxi ſpiritum.* (Pſ. 118. 131.) Oſculum eſt enim quo invicem amantes ſibi adhærent, & velut gratiæ interioris ſuavitate potiuntur. Per hoc oſculum adhæret anima Deo Verbo, per quod ſibi transfunditur ſpiritus oſculantis: ſicut etiam ii qui ſe oſculantur, non ſunt labiorum prælibatione contenti, ſed ſpiritum ſuum ſibi invicem videntur infundere.

9. Oſtendens itaque non ſolam ſpeciem Verbi, & vultum quemdam, ſed omnia ejus interiora diligere, adjungit ad oſculorum gratiam: *Quia bona*, inquit, *ubera tua ſuper vinum, & odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* (Cant. 1. 2.) Illa oſculum popoſcit: Deus Verbum ſe ei totus infudit, & nudavit ei ubera ſua, hoc eſt, dogmata ſua, & interioris ſapientiæ diſciplinas, & unguentorum ſuorum dulci odore flagravit. Quibus capta, dicit uberiorem eſſe jucunditatem divinæ cognitionis, quàm lætitiam omnis corporeæ voluptatis. Adſpirat enim in Verbo odor gratiæ, & remiſſio peccatorum, quæ in totum diffuſa mundum, omnia tamquam exinanito replevit unguento; quia per univerſos gravis vitiorum colluvies deterſa eſt.

10. *Propterea*, inquit, *adoleſcentulæ dilexerunt te. Adtrahe nos; ut poſt odorem unguentorum tuorum, curramus.* (Ibidem. 2. & 3.) Bona quidem prudentia, ſed dulcis miſericordia. Illam enim pauci adſequuntur, hæc ad omnes pervenit. Propter hanc, inquit, indulgentiam tuam diligunt te animæ renovatæ ſpiritu. Unde & ad animam dicitur: *Renovabitur ſicut aquilæ juventus tua.* (Pſal. 102. 5.) Ad animam enim loquebatur, dicens: *Benedic anima mea Dominum.* (Ibidem. 1.) Et ideo feſtinat ad Verbum, & rogat ut adtrahatur, ne forte derelinquatur; quia currit Dei Verbum, & non eſt alligatum. Denique exſultat tamquam gigas ad currendam viam. Et quia egreſſus ejus à ſummo cælo, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus, videns ſe imparem tantæ velocitati dicit: *Adtrahe nos.* Bona anima, quæ non pro ſe ſola, ſed pro omnibus rogat. *Adtrahe*, inquit, *nos.* Habemus enim cupiditatem ſequendi, quam unguentorum tuorum inſpirat gratia: ſed quia curſus tuos æquare non poſſumus, adtrahe nos, ut auxilio tuo fultæ, veſtigiis tuis poſſimus inſiſtere. Si enim tu adtraxeris, curremus & nos, & ſpiritalia velocitatis flabra capiemus. Deponitur enim ſarcina quibus manus tua fulcro eſt, & oleum tuum infunditur, quo curatus eſt ille qui à latronibus vulneratus eſt. Ac ne impudens tibi videatur quod ait: *Adtrahe nos*, audi dicentem: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos reficiam.* (Matt. 11. 28.) Vides quod libenter nos adtrahat, ne remaneamus ſequentes. Sed qui vult adtrahi, currat ut comprehendat: & currat ſuperiora obliviſcens, & ea quæ ſunt priora appetens; ſic enim poterit Chriſtum comprehendere. Unde & Apoſtolus ait: *Sic currite, ut omnes comprehendatis.* (1. Cor. 9. 24.) Vult & iſta ad bravium pervenire, quæ deſiderat comprehendere. Prudenter ergo rogat ut adtrahatur; quia non omnes ſequi poſſunt. Denique Petro dicenti: *Quo vadis?* Reſpondit Verbum Dei: *Non potes me ſequi modo, ſequeris autem poſtea.* (Johan. 13. 36.) Claves ei commiſerat regni cælorum, & ſequendo ſe imparem judicavit. Hanc tamen animam non diſtulit; quia non præſumebat, ſed rogabat.

CAPUT IV.

Introducitur in cubiculum Regis perfecta anima. Cui corporis ſe contagione fuſcatam querenti, ut ſe cognoſcat, exeat &c. Chriſtus præcipit. Eadem equæ Salomonis comparatur. Ad hæc putei quos fodit Iſaac, quid ſignificent? Et quo pacto demum Chriſtus revocatus ab anima, ſaliens redeat, nec non ipſi adblandiatur?

11. DEnique ait: *Introduxit me rex in cubiculum ſuum.* (Cant. 1. 3.) Beata anima, quæ Verbi ingreditur penetralia. (Secundus animæ proceſſus.) Inſurgens namque de corpore ab omnibus fit remotior quæ intra ſemetipſam divinum illud ſi quo modo adſequi poſſit, ſcrutatur & quærit. Quod cùm potuerit comprehendere, ea quæ ſunt intelligibilia ſupergreſſa, in illo confirmatur, atque eo paſcitur. Talis erat Paulus qui ſciebat ſe raptum in paradiſum: ſed ſive extra corpus raptum, ſive in corpore, neſciebat. Adſurrexerat enim anima ejus de corpore, & ſe à viſceribus & vinculis carnis abduxerat atque elevaverat; factuſque à ſemetipſo alienus, intra ſemetipſum tenuit verba ineffabilia quæ audivit, & vulgare non potuit; quia advertit ea loqui homini non licere. Anima ergo bona contemnit viſibilia & ſenſibilia, nec

a consiſtit in eis, [a] nec in deſpiciendis his immoratur & reſidet: ſed adſcendit ad illa æterna & inviſibilia, & plena miraculis, puro ſenſu ſe præ mentis adtollens. Etenim perſectioni ſtudens, ſolum illud bonum Divinitatis intendit, nec aliud quidquam requirendum putat; quia tenet quod ſummum eſt. Itaque vir hujuſmodi, in quo eſt animæ pulcritudo, ſolus ſibi abundat, quia ipſe ſibi eſt ſatis. Nec ſolus aliquando eſt, cui præſul Dominus adeſt.

12. Denique in illud divini illius introducta ſecretum: Cant. 1. 3. *Exſultemus*, inquit, *& lætemur in te, & diligamus ubera tua ſuper vinum.* Non enim in divitiis, & auri argentique theſauris, non in poſſeſſionum fructibus, non in poteſtatibus, non in conviviis, ſed in ſolo Deo juſtus exſultat.

13. Eadem tamen anima cognoſcens ſe corporis ſocietate fuſcatam, dicit ad alias animas, vel ad illas cæleſtes & appoſitas ſacro miniſterio poteſtates: Ibidem 5. *Nolite adſpicere me quod obſuſcata ſum; quoniam non eſt intuitus me ſol. Filii matris meæ pugnaverunt adverſum me*, hoc eſt, impugnaverunt me corporis paſſiones, carnis illecebræ coloraverunt; ideo mihi ſol juſtitiæ non refulſit: quo viduata præſidio, devotionem meam, & obſervantiam plenam ſervare non potui; hoc eſt enim: Ibidem. *Vineam meam non cuſtodivi*, quia ſpinas & non uvam adtuli, id eſt, faciens peccata pro fructibus.

14. Et cùm de Verbo loquitur, irradiante ſibi Verbi ſplendore converſa ad ipſum dicit: Ibidem. 6. *Ubi paſcis? Ubi manes in meridiano?* Rectè dicit: *Ubi paſcis*, quia [a] regale eſt Dei Verbum: *Ubi manes*, quia morale: *In meridiano*, quia myſticum. Siquidem meridie Joſeph cum fratribus ſuis in convivio conſtitutus futurorum temporum myſteria revelabat. Pſal. 36. 5. Sed etiam David ait: *Revela ad Dominum viam tuam, & ſpera in eum, & ipſe faciet: & educet ſicut lumen juſtitiam tuam, & judicium tuum tamquam meridiem.* Act. 9. 3. Et ipſe Paulus circumfulſiſſe ſibi lumen meridie adſeruit, quando à perſecutione eſt converſus ad gratiam. Queritur ergo quod derelicta ſit, quod deſtituta ſit pauper ex divite. Abundabat enim munere gratiarum: ſed egere cœpit, ubi divinæ præſentiæ ſibi copia denegata eſt; & ideò vel quaſi mercenaria haberi poſtulat, quæ ante ſibi pretioſioris copulæ gratiam vindicabat.

Cant. 1. 7. 15. Cui reſpondit Verbum Dei: *Niſi cognoſcas te, decora inter mulieres*; quæ quereris quod relicta ſis, niſi te cognoſcas, niſi te pœniteat lapſus tui, niſi intentionem devotionis approbes, niſi fides tua & ſinceritas augeatur, querela nihil proderit. Aut ſic: Niſi cognoſcas te quia decora es, niſi pulcritudinem naturæ tuæ ſerves, & corporis te illecebræ non demergant, nec impedimenta detineant, nihil tibi creaturæ melioris nobilitas ſuffragabitur.

16. Cognoſce igitur te, & naturæ tuæ decorem, & exi quaſi exuta vinculis pedem, & nudo exſerta veſtigio; ut carnalia integumenta non ſentias: veſtigium mentis tuæ corporalia vincula non implicent, ut pes tuus ſpecioſus appareat. Tales enim ſunt qui ad regnum cælorum annuntiandum eliguntur à Domino, de quibus dictum eſt: *Quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem!* Eſai. 52. 7. Talis Moyſes, cui dicitur: *Solve calceamentum pedum tuorum*; Exod. 3. 5. ut vocaturus populum ad Dei regnum, prius carnis exuvias deponeret, & nudo ſpiritu, veſtigioque mentis incederet. Hoc eſt ergo quod ait: *Exi tu in calcaneis gregum, & paſce hædos tuos in tabernaculis paſtorum*; Cant. 1. 7. quia per greges regnum intelligimus, eo quod poteſtatis ſit gregibus præſidere. Præſidet autem unuſquiſque ſibi quadam poteſtate regali, ſi coerceat in ſe corporis luxus, & ſervituti redigat carnem ſuam. Ideoque dictum eſt: *Regnum Dei intra vos eſt.* Luc. 17. 21. Unde pulcre ait ad animam: *Exi*, id eſt, exi à ſervitio, exi à carnis imperio atque dominatu: & exi non in carne, ſed in ſpiritu: exi ad regimen poteſtatis. Ideoque addidit: *Paſce hædos tuos.* Rege ea quæ in ſiniſtra tua ſunt; nam ſi non regantur, facile labuntur. Coerce [b] petulantiam, laſciviam tui corporis, & luxuriam irrationabilem: edoma leves motus, paſce eos non in corporeis tabernaculis, ſed in tabernaculis paſtorum, qui regere gregem norunt. Sunt enim amabilia tabernacula Iſrael ſicut nemora obumbrantia ſuper flumen, in quibus anima tamquam in procinctu bellico ſita bonam exercet militiam, incurſus explorat hoſtiles, virtutis labore quærit victoriam; ut poſſit equæ illi quæ Salomonis eſt, comparari, Cant. 1. 8. velox ad currendum, habilis ad partum, quoniam fœcunditas animæ deſideratur & quæritur.

17. Hæc ergo equa pretioſa eſt, & currus Pharao veloces; quod aliqui ad Eccleſiam referunt & ad populum. Sed de hoc myſterio alibi ſæpius diximus, & maxime in Pſalmo centeſimo octavo decimo. Serm. 2. in Pſal. 118. Hoc autem loco de anima dicendum ſuſcepimus. Hujus equæ ſimilis æſtimatur hæc anima, hoc eſt, propheticæ vel apoſtolicæ virtutis, quod in eorum annumeretur grege, qui fœcunditate prædicationis ſuæ totius orbis terrarum ſpatia referſerunt; & quamvis in corpore conſtituti, nulla tamen curſus ſpiritalis ſenſere diſpendia. Ideoque laudatur quod cæleſti ſibi illuminante præcepto, jam ſpecioſa, jam pulcra ſit, quæ vultu præferat caſtitatis decorem, & redimicula cervicis adtollat, in qua ſunt patientiæ & humilitatis inſignia. Talis animæ diligebat Iſaac verus decorem, humilitatem, patientiam; & ideo partus ejus avide requirebat.

18. Concepit autem Rebecca, & patientiâ ſuâ nodum ſterilitatis abſolvit. Quid autem pariat prophetica atque apoſtolica anima conſideremus, & quomodo pariat: *Abiit*, inquit, *interrogare Dominum*, Gen 25. 22. quia exſultabant infantes in utero ejus. Et reſponſum accepit: *Duæ gentes in utero tuo ſunt*; Ibidem. 23. eo quod nihil ſponte præſumat: ſed in omnibus ſummum Deum præſulem poſcat ſuorum conſiliorum; ſimul plena pacis atque pietatis duos populos ſua fide & prædicatione connectat, & tamquam utero ſuo claudat.

a. Edit. Rom. & primæ ab illa Pariſ. *nec in ſuſpiciendis.* Reliquæ cum mſſ. omnibus, *nec in deſpiciendis*; excepto tamen uno cod Vat. in quo, *nec inſpiciendis.* Sed in recepta lectione nihil mutandum, cùm *deſpicere*, non ſemper idem ſit ac *contemnere*, ſed à probatis auctoribus ſumatur etiam pro *diſpicere* & *conſiderare*.

a. Cùm ibi alludat ad triplicem Scripturæ ſenſum, *regale*, dixit pro *naturale*, quia Verbo naturaliter competit regem eſſe.

b Mſſ Big. & Ebr. *petulantiam laſciviam tui corporis, & luxuriam irrationabilis edoma leves motus. Paſce* &c.

19. Quæ noo immerito ſoror magis quam uxor A appellatur, eo quod mitis atque pacifica anima communis magis pietatis quàm ſpecialis copulæ nomen accipiat ; & quia univerſis magis quàm uni ſe exiſtimet obligatam.

20. Fodit autem puteos Iſaac, & plurimos quidem, a [a] quos foderat pater ejus, & repleverant illos poſt mortem Abrahæ patris illius, alienigenæ. Præ ceteris tamen fodit hos puteos, unum in convalle Gerarum, & iovenit ibi puteum aquæ vivæ : & litem fecerunt paſtores Gerarum cum B paſtoribus Iſaac ; eo quod aquam ſibi ejus putei quaſi propriam vindicabant, & vocavit nomen ejus Injuſtitiam. Et fodit alium puteum, in quo orta eſt diſceptatio ; & impoſuit illi nomen Inimicitias. Et fodit tertium, in quo lis oulla ioter paſtores commiſſa eſt, & vocavit eum Latitudinem. b [b] Fodit & puteum Juramenti, & non invenit in eo aquam ; & vocavit eum puteum Juramenti.

21. Quis hæc legens, terrena magis quam ſpi- C titalia opera eſſe arbitretur, quod vel Abraham fodit puteos, vel Iſaac, tanti videlicet patriar- Johan. 4. 12. chæ, vel etiam Jacob, ſicut & in Evaogelio reperimus, velut fontes qnidam generis humani, & ſpecialiter devotionis ac fidei. Quid eſt enim puteus aquæ vivæ, niſi profundæ altitudo doctrinæ ? Uode & Agar ad puteum Angelum vidit, & Jacob ad puteum Rachel ſibi invenit uxorem : Moyſes quoque ſecus puteum futuri locavit merita prima conjogii.

22. A puteo igitur viſionis aperire Iſaac adorſus eſt puteos, & bono ordine ; ut ejus putei aqoa primum rationabile animæ, oculumque ejus dilueret & foveret, quo viſum ejus faceret clariorem. Fodit etiam alios puteos plures. Uode & Prov. 5. 15. ſcriptum eſt : *Bibe aquam de tuis vaſis, & de puteoram tuorum fontibus.* Quanto plures fueriot, tanto eſt uberior redundantia gratiarum. Fodit tamen puteum, quem foderat pater ejus Abraham, de quo litem fecerunt paſtores Gerarum, E hoc eſt, maceriæ. Ubi enim maceria, ibi diviſio inter repugnantes, ibi injuſtitia ; & ideo vocavit Injuſtitiam. Alium qnoque fodit, & orta diſſeoſione, vocavit eum Inimicitias. In quibus videtur elucere doctrina moralis ; eo qood ſublato pariete maceriæ, ſolutæ ſint in carne hominis inimicitiæ, & facta ſint utraque unum in figura per Iſaac, in veritate per Chriſtum ; meritoque poſtea pura aqua in eo puteo ſit reperta, tamquam doctrina moralis utilis ad hauriendum. Puteus F quoque Latitudinis quid aliud ſignificat niſi de naturalibus diſciplinam ? Quâ cauſâ & Laritudo dicitur, quia ſine contentiooe, ſine lite, jam quietus atque ſecurus eſt, qui mundana hæc & ſenſibilia fuerit ſupergreſſus. Unde ſoperatis jam adverſantibus & alienigenis cogitationibus (quid enim tam alienum quam omnia ſæcularia, quæ perpetua eſſe non poſſunt) poteſt ſapiens dice- Gen. 26. 22. re : *Dilatavit Dominus nobis, & auxit nos ſuper terram*, quia terrena tranſcendit. Ultimus eſt puteus Jurameoti, in quo ei viſus eſt Deus, & ait A ei : c [c] *Noli timere, tecum enim ſum.* Et benedixit Ibidem. 24. eum. Hæc doctrina jam myſtica eſt.

23. Habes hæc in Salomone ; quia Proverbia ejus moralia ; Eccleſiaſtes naturalis, in quo quaſi vanitates iſtius deſpicit mundi ; myſtica ejus ſunt Cantica canticorum. Habes & in Propheta : *Se-* Oſee. 10. 12. *minate vobis ad juſtitiam, vindemiate ad fructum vitæ, illuminate vobis lumen cognitionis.* Hoc eſt enim lumen cognitionis, habere caritatis perfectionem. B Ideoque dictum eſt : *Noli timere* ; caritas enim timorem excludit foras. Ut cognoſcamus autem quia & Salomoo ita hos interpretatus eſt puteos, ut ad moralem doctrinam, & naturalem referret, & myſticam, in ſingulis libris ſuis quos de moralibus, vel naturalibus, vel myſticis ſcripſit, poſuit hos puteos.

24. Nam & io Proverbiis cùm declinandam ſpeciem diceret ſæcularis illecebræ, ait : *Bibe* Prov. 5. 15. *aquam de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fontibus,* C *& ſuperfluant tibi aquæ de tuo fonte.* Et infra : *Fons* Ibidem. 18. *aquæ tuæ ſit tibi proprius, & jucundare cum uxore ;* d [d] eo quod adverſus tentamenta mundi remedio nobis vera ſapientia ſit. Moralis quoque doctrina, quæ imaginem mundanæ voluptatis meretricis quibuſdam illitam fucis irriguo ſuo diluat, & fluento ſui fontis abſtergat.

25. De naturalibus quoque habes in Eccleſiaſte dictum : *Feci mihi piſcinas aquarum ad irrigan-* Eccleſ. 2. 6. *dum ex his ſaltum germinantem.* Neque te moveat D quod pro puteo piſcinas poſuit ; quia & Moyſes puteum Latitudinis dixit, eo quod à ſollicitudine omni & anguſtiis abſolvitur, qui mundum hunc pia mente tranſcenderit. Non immerito ergo piſcinas habet Eccleſiaſtes, qui vidit nullam abundantiam eſſe ſub ſole : ſed ſi quis abundare velit, in Chriſto abundet.

26. Et de myſticis puteus ſupereſt nobis, quem etiam ipſum reperimus io Canticis canticorum, dicente Scriptura : *Fons hortorum, puteus aquæ* Cant. 4. 15. E *vivæ, & impetu deſcendens à Libano.* Etenim ſi myſteriorum altitudinem perſequaris, puteus tibi videtur tamquam in profundo ſita myſtica eſſe ſapientia : ſi vero haurire velis affluentiam caritatis quæ major & uberior eſt quàm fides & ſpes, tunc tibi fons eſt. Exuberat enim caritas, ut & haurire eam cominus, & rigare ejus affluentia hortum tuum poſſis ſpiritalibus fructibus redundantem. e [e] Et quia ultra ipſum puteum Latitudinis eſt, qoi caritatem habet ; ideo dixit, quia F ubi caritas eſt, ibi impetus magnus deſcendit à Libano. Ne quid autem moveat quod & puteum & fontem eumdem dixit, etiam Evangelium te inſtruat, in quo ſcriptum eſt : *Quia venit Jeſus* Johan. 4. 5. & 6. *in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, juxta prædium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Et fatigatus*, inquit, *ſedebat ſic ſuper puteum.* Unde ad myſticam doctrinam hunc referri puteum etiam ibi cognoſcimus quia ibi Samaritana illa, id eſt, cuſtos (cuſtos autem cæleſtium præceptorum) hauſit de puteo illo divina

a. Rom. edit *nam quos foderat Abraham pater ejus, obſtruxerunt & impleverunt terra . . patris ejus.* Eadem multos Scripturæ locos paſſim infarcit, quos nuſquam alibi reperias.

b Edit Rom. *Fodit & alium puteum, & nunciantes ſervi inveniſſe ſe in eo aquam, vocavit eum* &c. ne correcte quidem. Duo mſſ *Fodit & puteum Juramenti Etenim invenit in eo aquam, & vocavit* &c. Reliqui vero mſſ. & edit. nobiſcum faciunt : imo & LXX Interpretum auctoritas, quos adi Gen. 26. 32. & Notas Nobilii ibidem.

c. Rom. edit. *Ego ſum Deus Abraham patris tui, ne timeas.*

d. Addit Rom. edit *quæ ab adoleſcentia tua, eo quod* &c.

e. Ita lex mſſ melioris notæ. Unus, *Et quia ultra ipſum puteum* &c. Tres alii, & cunctæ edit. *Et quia ipſe puteus* &c.

Ibidem. 24 & ſeq. myſteria cognoſcens quia Deus ſpiritus eſt, & A non in loco adoratur, ſed in ſpiritu; [a] & quia Meſſias Chriſtus eſt. Et ideo qui adhuc exſpectatur à Judæis, jam venit. Quibus auditis, mulier illa quæ ſpeciem Eccleſiæ gerit, legis ſacramenta cognovit, & credidit.

27. In ipſo quoque Canticorum libro Salomon hanc triplicem ſapientiam evidenter expreſſit; Prov. 22. 20. licet in Proverbiis dixerit, ut tripliciter ſibi ſcriberet, qui ſapientiam ejus vellet audire. Ait ergo in Canticis ſponſa de ſponſo: [b] Cant. 1. 15. & 16. *Ecce es ſponſus conſobrinus meus equidem pulcher: acclinatio noſtra opaca, trabes domorum noſtrarum cedri, lacunaria noſtra cupreſſi.* B Poſſumus hoc de moralibus accipere. Ubi enim requieſcit Chriſtus & Eccleſia, niſi in operibus ſuæ plebis? Denique ubi impudicitia, ubi ſuperbia, ubi iniquitas erat, ibi ait dominus Jeſus: Matth. 8. 20. *Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.*

28. De naturalibus autem quid accipimus? Cant. 2. 3. *In umbra*, inquit, *ejus concupivi & ſedi, & fructus* C *ejus dulcis in faucibus meis.* Qui enim terrena ſupergreditur, & cui mundana moriuntur (quoniam crucifigitur ei mundus, & ipſe mundo) omnia quæ ſunt ſub ſole refugit & contemnit.

29. Cant. 2. 4. De myſticis quoque ait: *Introduc me in domum vini, conſtitue in me caritatem.* Etenim ſicut vineam ſuam vitis, ita dominus Jeſus populum ſuum quaſi vitis æterna quibuſdam brachiis caritatis amplectitur.

30. Conſidera ſingula. In moralibus flos eſt, D Ibidem 1. & inter ſpinas lilium, ſicut ipſe ait: *Ego flos campi, & lilium convallium.* In moralibus ergo flos eſt. In naturalibus ſol juſtitiæ, qui oriens & reſurgens illuminat, occidens obumbrat. Cave ne tibi occidat, quia ſcriptum eſt: Epheſ. 4. 26. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* In myſticis caritas eſt, quia plenitudo legis eſt Chriſtus. Et ideo Eccleſia quæ diligit Chriſtum, vulnerata eſt caritate.

31. Hanc itaque caritatem ſuſcitat, & reſuſcitat, donec vocem ejus accipiat, & præſentiam E ejus arceſſiat; quia quæſitus non ſolum venit, Cant. 2. 8. ſed etiam ſaliens venit: *Saliens ſuper montes, & tranſiliens ſuper colles.* Super majoris gratiæ animas ſalit, inferioris tranſilit. Vel ſic: ſaliens quomodo venit? Saltu quodam venit in hunc mundum. Apud Patrem erat, in Virginem venit, & ex Virgine in præſepe tranſilivit. In præſepi erat, & fulgebat in cælo, deſcendit in Jordanem, aſcendit in crucem, deſcendit in tumulum, ſurrexit è tumulo, & ſedet ad Patris dexteram. In- F de quaſi hinnulus cervorum, qui deſiderat ad fontes aquarum, deſcendit ad Paulum, & circumfulſit eum, & exſilivit ſuper Eccleſiam ſanctam, quæ eſt Bethel, quod dicitur domus Dei. Pauli enim vocatio Eccleſiæ firmitudo eſt.

32. Venit ergo, & primò poſt parietem eſt, ut inimicitias animæ & corporis ſolvat, ſublato pariete qui impedimentum concordiæ videbatur adferre. Deinde proſpicit per feneſtras. Quæ ſint feneſtræ audi Prophetam dicentem: Eſai. 24. 18. *Feneſtra aper-* A *ta ſunt è cælo.* Prophetas utique ſignificat, per quos Dominus genus [c] reſpexit humanum priuſquam in terras ipſe deſcenderet.

33. Et hodie ſi qua eum anima multum requirat, multum merebitur miſericordiæ; quoniam qui multum requirit, plurimum debetur ei. Si qua ergo anima eum ſtudioſius quærat, longe audit vocem ejus: & quamvis [d] ab aliis requirat, præ ipſis à quibus quærit, audit vocem ejus. Videt eum ſalientem ad ſe venire, id eſt, prope- B rantem atque currentem, & tranſilientem eos qui infirmo corde virtutem ejus capere non poſſunt; denique proſpicientem per ægnimata prophetarum, legendo eos & tenendo eorum ſermones videt eum proſpicientem; ſed quaſi per feneſtram, non adhuc quaſi præſentem. Videt eminentem ſuper retia. Quid eſt hoc, niſi forte quia illa retia nobis ſunt, non illi. Retia ſunt, eo quod adhuc illa anima intra ſenſibilia & mundana ſit, quæ mentem hominis capere, & quo- C dam ſinu proprio conſueverunt involvere. Poſito ergo adhuc in ſæcularibus, ſed tamen quærenti eum per retia ſe oſtendit.

34. Denique dicit ad animam ejuſmodi: *Exſurge, veni proxima mea*, Cant. 2. 10. id eſt, exſurge à delectationibus mundi, exſurge à terrenis, & veni ad me, quæ adhuc laboras, & onerata es, quia ſollicita es quæ ſunt mundi. Veni ſupra mundum, veni ad me, quia ego vici mundum. Veni prope me jam pulcra æternæ vitæ decore, jam colum- D ba, id eſt, mitis atque manſueta; jam tota plena gratiæ ſpiritalis. Jure ergo jam retia timere non debet, cùm is vocet ad ſe animam, qui tentamentis & retibus mundi non potuit capi. Nam cùm nos homines ambulemus in medio laqueorum, per appetentiam eſcæ retibus ſimul & laqueis obnoxii ſumus. Ille in corpore poſitus retia non timebat, ſed eminebat ſuper retia, id eſt, ſuper tentamenta mundi, & corporis paſſiones; immo & alios eminere faciebat. Ideoque etiam hanc ani- E mam fundare volens dicebat: *Exſurge, veni proxima mea*, noli timere retia.

35. *Iam præteriit hyems*, Ibidem. 11. id eſt, venit paſcha, venit indulgentia, venit remiſſio peccatorum, ceſſavit tentatio, imber abiit, procella abiit & quaſſatio. Ante adventum Chriſti hyems eſt, poſt adventum ejus flores ſunt. Unde ait: *Flores viſi* Ibidem 12. *ſunt in terra.* Ubi ante ſpinæ, ibi nunc flores. *Tempus*, inquit, *ſecandi advenit.* Ubi ante deſertum, ibi nunc meſſis eſt. *Vox turturis audita eſt in terra* F *noſtra.* Bene addidit Propheta, *Noſtra*, quaſi admirans quod ubi ante impudicitia, ibi nunc caſtitas.

36. *Ficus protulit groſſos ſuos.* Ibidem 13. Quæ ante quaſi infructuoſa jubebatur excidi, hæc fructus ferre jam cœpit. Sed quid dubitas quia groſſos dixit? Priores diſcurrit, ut poſteriores meliores adferat. Groſſus ſicut Synagogæ fructus abjicitur: Eccleſiæ autem renovatur.

37. Et quamvis plena tranquillitas ſit, & adoleverint myſteria, iterum tamen dicit: *Surge ſe-* Ibidem. 14.

a Edit. *Et quia Meſſias venit qui Chriſtus eſt.* Mſſ. *Et quia Meſſias Chriſtus eſt.*

b Sic mſſ. octo probatiores. Alii aliquot, ac vet. edit. *Ecce ſponſus eſt conſobrinus meus. Et ideo pulcra acclinatio, &c.* Rom. vero, *Ecce pulcher es conſobrinus meus, ecce pulcher es, & decorus; acclinatio noſtra, &c.* LXX Interp. ἰδὲ εἶ καλὸς ἀδελφιδός μου, ἢ γε ὡραῖος, πρὸς κλίνη ἡμῶν σύσκιος. Vide Notas Nobilii ad hunc verſum.

c Edit. Rom. *ad genus reſpexit humanum, priuſquam ipſe deſcenderet, & locutus eſt.* In ant. autem edit. deeſt *reſpexit*, ac vocula, *et.* In mſſ. vero legitur ut in contextu.

d Omnes edit. *ab aliis requiratur, præ ipſis à quibus quæritur &c.* Mſſ. è contrario, *ab eis requirat, &c.*

cura integumento petra, id eſt, tuta præſidio paſſionis meæ, & fidei munimento. Suxerunt enim mel de petra, & oleum de firmiſſima petra. Hoc integumento animæ piorum indutæ, jam nudæ non ſunt, & bæc illis eſt præmunitio. Ideoque & huic animæ ait: *Et veni tu columba mea integumento petra juxta præmunitionem, oſtende mihi faciem tuam, & inſinua vocem tuam.* Hortatur ad confidentiam, ut non erubeſcat crucem Chriſti, nec ejus ſignaculum. Hortatur ad confeſſionem, vult omnes inſidias demoveri; ut bonus odor fi- B dei ſpiret, ut dies fulgeat, ut adverſæ noctis umbra non noceat; quoniam qui juxta Cbriſtum eſt Rom. 13. 12. dicit: *Nox præceſſit, dies autem appropinquavit.* Eſt & umbra ſæcularium quæ præterit, & dies cæleſtium Chriſtus qui ſanctis ſuis lucet. Accipit hæc anima bona pignora caritatis.

CAPUT V.

Sponſus denuo ſublapſus ab anima in cubili in noctibus &c. *incaſſum quæritur; & quare? Idem ta-* C *men poſtea invenitur; quomodo ipſe teneri debeat? Hunc deinde cum ſponſa è deſerto adſcendentem filiæ Ieruſalem mirantur, atque ad thalamum proſecutæ epithalamio celebrant. Ipſe quoque animam propius vocatam variis laudibus exornat.*

Tertius animæ proceſſus.

38. SEd quia ſemper ſolliciti eſſe debemus, ſemper intenti; & quia Verbum Dei ſicut capreola exſilit, aut ſicut hinnulus cervorum, ſemper vigilet anima, & prætendat quæ requi- D rit eum, & quæ tenere deſiderat. Ideo quaſi ſublapſum ſibi, *In cubili*, inquit, *meo, in noctibus quæſivi quem dilexit anima mea.* Qui bene quærit, in cubili quærat, in noctibus quærat, nec dies feriatus, neque noctes ſit. Nullum tempus vacet à pietatis officio; & ſi non invenerit primò, perſeveret in requirendo. Ideoque dicit: Ibidem. 2. *Exſurgam itaque, & quæram in civitate, in foro, in plateis.* Et fortaſſe ideo non invenit adhuc, quia in foro quæſivit, ubi lites ſunt; in plateis, E ubi nundinæ rerum venalium. Non enim ullâ Chriſtus pecuniâ comparatur.

39. Poſſumus & ſic intelligere. In cubili quærit Cbriſtum, quæ quærit eum cum tranquillitate, cum pace. In noctibus quærit, quoniam per parabolas loquebatur. Poſuit enim tenebras latibulum ſuum; & nox nocti indicat ſcientiam. Deinde quoniam quæ dicimus in corde noſtro, ea nos compungere in cubilibus debent. Sed tamen nec ſic invenit, & ideo dicit: *Exſurgam*, id F eſt, erigam, & adtollam intentionem meam, ut quæram impigre, quæram ſollicite: introibo in Eſai. 27. 3. civitatem. Eſt & anima quæ dicit: *Ego civitas munita, ego civitas obſeſſa.* Eſt civitas munita per Cbriſtum, eſt civitas illa Hieruſalem in cælo in qua abundant divinæ legis interpretes, & diſciplina periti: per eos Verbum Dei quæritur. *Quæram*, inquit, *in foro* illius civitatis, in illo foro ubi tractant jura conſulti, ubi oleum ven- Matth. 25. 9 ditur, quod Evangelicæ virgines emunt, ut ſemper faces ſuæ luceant, nec eas fumus iniquitatis extinguat. *Quæram*, inquit, *in plateis* in quibus ſuperfluunt aquæ de illis fontibus prorumpen- A tes, de quibus Salomon dicit eſſe potandum. Prov. 5. 15.

40. Dum quærit igitur Chriſtum, invenit cuſ- Cant. 3. 3 todes qui in miniſterio ſunt, ab bis requirit. Sed anima quæ Deum quærit, etiam cuſtodes tranſit. Sunt enim myſteria quæ etiam Angeli concupiſcunt videre. Unde Petrus ait: *Nuntiata ſunt,* 1. Petr. 1. 12. inquit, *vobis per eos quibus Evangelizaverunt. Spiritu ſancto miſſo de cælo, in quem concupiſcunt Angeli proſpicere.* Ergo qui tranſierit cuſtodes, Verbum invenit. Tranſivit Johannes, qui Verbum apud Johan. 1. 2. B patrem invenit.

41. Multi quoque ſunt qui in otio quærunt Chriſtum, & non inveniunt, & inveniunt eum in perſecutionibus, & cito inveniunt. Et ideo quaſi poſt tentationes, quia periculis fidelium ſuorum adeſt: *Quam modicum* inquit, *cùm tranſivi ab eis,* Cant. 3. 4. *inveni eum, tenui eum, & non dimiſi eum.* Omnis enim qui quærit, invenit; & qui invenerit, adhærere debet, ne poſſit amittere.

42. Et quoniam per Evangelium in terris vide- C mus cæleſtia myſteria figurata, [a] veniamus ad illam Mariam, veniamus & ad Magdalenam. Conſideremus quemadmodum Chriſtum in cubili corporis ſui in quo defunctus jacebat, in noctibus quæſiverint, quando dixit illis Angelus: *Ieſum qui crucifixus eſt quæritis: non eſt hic, ſurrexit* Matth. 28. 5 & ſeq. *enim. Quid igitur quæritis viventem cum mortuis?* Quid quæritis in ſepulcro eum qui jam in cælo ſit? Quid quæritis in vinculis ſepulturæ univerſorum vincula ſolventem? Non ſepulcrum huic D ſedes, ſed cælum eſt. Ideo dixit una ex bis: *Quæ-* Cant. 3. 1. *ſivi eum, & non inveni eum.*

43. Tamen dum vadunt Apoſtolis nuntiare, miſeratus quærentes, *occurrit eis Ieſus dicens:* Matth. 28 9. *Avete. Illa autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.* Tenetur ergo Jeſus, ſed delectatur ſic teneri, quia fide tenetur. Denique delectavit eum & illa mulier quæ tetigit eum, & curata eſt ſanguinis fluxu, de qua dixit: *Tetigit* Luc. 8. 46. *me aliquis; nam ſentio virtutem de me exiſſe.* Tange E ergo, & fide tene eum, & conſtringe fideliter pedes ejus; ut virtus de eo exeat, & ſanet animam tuam. Et ſi dicat: *Noli me tangere:* [b] tu tene; *Non-* Johan. 20. 17 *dum enim adſcendi ad patrem meum*, dixit ſemel. Dixit: *Noli me tangere*, quando reſurrexit: aut forte illi dixit quæ putabat furto eſſe ſublatum, & non virtute propria reſuſcitatum. Denique in alio libro habes, quia tenentibus pedes & adorantibus dixit: *Nolite timere.* Tene ergo & tu ani- Matth. 28 10. ma, ſicut tenebat & Maria, & dic: *Tenui eum,* Cant. 3. 4. F *& non dimittam*, ſicut dicebant ambæ: Teneamus te. Vade ad Patrem, ſed non relinquas Evam, ne iterum labatur. Tecum eam ducito, jam non errantem, ſed arborem vitæ tenentem. Rape tuis pedibus inhærentem, ut tecum adſcendat: noli me dimittere, ne iterum ſerpens venena ſua fundat, ne iterum quærat femineum mordere veſtigium, ut ſupplantet Adam. Dicat ergo anima tua: Teneo te, & inducam te in domum matris meæ, & in ſecretum ejus quæ concepit me; ut cognoſcam myſteria tua, ut hauriam ſacramenta tua. Suſcipe igitur Evam jam non ficulneæ foliis adopertam, ſed ſancto amictam Spiritu, & nova gratia glorioſam; quia jam non tamquam

a. Rom. edit. ex uno Vat. cod. *veniamus ad Magdalenam, veniamus & ad alteram Mariam*

b. Quæ inſeruntur inter voces, *tu tene*, &, *dixit noli*, in edit. deſiderabantur: ſed omnium mſſ. auctoritate reſtituta ſunt.

nudata

nudata abſconditur: ſed tamquam circumdata A veſtimenti ſplendore fulgentis occurrit, quia veſtit eam gratia. *De parad. diſt. 2. cap. Sed nec Adam.* Sed nec Adam primo nudus erat quando eum innocentia veſtiebat.

44. Videntes itaque eam filiæ Hieruſalem Chriſto inhærentem, & adhuc adſcendentem cum eo (dignatur enim quærentibus frequenter occurrere, & condeſcendere ut eos elevet) dicunt: *Cant. 3. 6.* *Quæ hæc eſt quæ adſcendit à deſerto?* Deſertus hic terræ locus & incultus videtur, ſentibus & ſpinis noſtrorum obſitus delictorum. Mirantur B videlicet quomodo anima quæ ante * in inferno derelinquebatur, inhæreat Dei Verbo, & adſcenderit ſicut vitis propago, in ſuperiora ſe ſubrigens, velut fumus natus ex igni, atque alta petens, tum præterea bonis operibus flagret. Odor autem ille orationis piæ redolet ſuavitatem, quæ dirigitur ſicut incenſum in conſpectu Dei. *Apoc. 8. 4.* Et in Apocalypſi legimus quod, *Adſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum*, quæ incenſa deferuntur per Angelum, ſanctorum ora- C tiones ſcilicet, ſuper altare illud aureum quod eſt ante ſedem Dei, & tamquam piæ precationis ſuave flagrat unguentum; quia de æternorum & inviſibilium, non de corporalium petitione compoſitum eſt: præcipue tamen myrrham redolet & thus, eo quod peccatis mortua ſit, & Deo vivat.

45. Hanc igitur adſcendentem & non reſiſtentem videntes, & meritorum ejus odoribus delectatæ, agnoſcentes quoque Salomonis illius pacifici eſſe ſponſam, etiam comitatu ſedulo pro- D ſequuntur uſque ad lectum Salomonis; eo quod *Cant. 3. 7.* ei vera requies in Chriſto debeatur. Lectus enim ſanctorum Chriſtus eſt, in quo univerſorum feſſa ſæcularibus prœliis corda requieſcunt. In hoc lecto requievit Iſaac, & benedixit filium juniorem dicens: *Gen. 25. 23.* *Major ſerviet minori.* In hoc lecto recubans Jacob benedixit duodecim Patriarchas. In hoc lecto recubans archiſynagogi filia ſurrexit à morte. In hoc lecto jacens viduæ defunctus mortis vincula Chriſti vocatus voce diſſolvit. E

46. Perductâ igitur ſponſâ uſque ad ſponſi requiem, nuptiale canunt carmen dicentes filiabus Hieruſalem: *Cant. 3. 11.* *Egredimini, & videte regem Salomonem in corona qua coronavit eum mater ejus in die ſponſalium ejus.* Canunt epithalamium, & vocant ceteras poteſtates cælorum, vel animas; ut videant caritatem quam circa filias Hieruſalem habet Chriſtus. Unde & meruit coronari à matre quaſi filius caritatis, ſicut Paulus oſtendit dicens: *Coloſ. 1. 13.* *Quia Deus eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & F tranſtulit in regnum filii caritatis ſuæ.* Caritatis itaque filius & ipſe caritas eſt, non ex accidentibus habens caritatem: ſed habens ſemper in ſubſtantia ſua ſicut regnum, de quo dicit: *Iohan. 18. 37.* *Ego in hoc natus ſum.* Ideoque dicunt: *Egredimini*, id eſt, exite de ſollicitudinibus & cogitationibus ſæculi, exite de anguſtiis corporalibus, exite de vanitatibus mundi, & videte quam rex pacificus in die ſponſalium ſuorum habeat caritatem; quam glo- A rioſus ſit, quia corporibus reſurrectionem dedit, & animas ſibi junxit. Hæc magni eſt corona certaminis, hoc præclarum munus ſponſalium Chriſti, ſanguis ejus & paſſio. Quid enim plus potuit dare, qui ſibi etiam non pepercit,[a] & pro nobis in mortem animam ſuam obtulit? a

47. Ipſe quoque dominus Jeſus delectatus fide animæ hujus, confeſſione, gratia, & collaudatis ejus meritis, propius eam advocat dicens: *Ades huc à Libano, ſponſa, ades huc à Libano: tranſibis &* *Cant. 4. 8.* B *pertranſibis à principio fidei à capite Sanyr, & Hermonum, à ſpeluncis leonum, à montibus pardorum*, hoc eſt: Egredere de corpore, & totam te exue. Non potes enim mihi adeſſe, niſi ante peregrineris à corpore; quoniam qui in carne ſunt, peregrinantur à Dei regno. *Ades*, inquit, *ades*. Bene repetivit, quia ſive præſens, ſive abſens, adeſſe & placere domino Deo tuo debes. Adeſto præſens, adeſto abſens, etſi adhuc in corpore es. Mihi enim omnes præſentes ſunt, quorum fides me- C cum eſt. Adeſt mihi, qui exiit de ſæculo. Adeſt mihi, qui me cogitat, me intuetur, de me ſperat, cui ego portio ſum. Adeſt mihi, qui abfuerit ſibi. Adeſt mihi, qui ſe negaverit ſibi. Ille mecum eſt, qui intra ſe non eſt; quoniam qui in carne eſt, non eſt in ſpiritu. Ille mecum eſt, qui ex ſe ipſo egreditur. Ille juxta me eſt, qui extra ſe fuerit. Ille mihi integer eſt, qui propter me perdiderit animam ſuam. Et[b] ideo, *ades ſponſa, ades, tranſibis à principio fidei.* b Tranſit & pertranſit è terris, & per- D tranſit quæ ad Chriſtum pervenit. Tranſit fidei merito, & operum claritate, quæ lucet ſicut Sanyr & Hermonum, hoc eſt, via lucernæ tranſit devictis tentationibus ſæculi, & ſuperatis nequitiis ſpiritalibus, legitimi petens coronam certaminis; & ideo meruit Chriſto judicante laudari.

48. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, emiſſiones tuæ paradiſus malorum granatorum cum fructu pomorum Cypri.* *Cant. 4. 12.* Laudatur ſponſa, eo quod hortus ſit, habens in ſe E odorem agri illius pleni, de quo dicit Iſaac: *Odor filii mei tamquam odor agri pleni.* *Gen. 27. 27.* Bona ergo anima flagrat odore juſtitiæ. Et fortaſſe ager eſt Patriarcha; hortus eſt anima inferioris alicujus, quaſi agri portio; & hortus clauſus, ne incurſetur à beſtiis; & fons ſignatus[c] quæ integritate ſignaculi perſeverantiaque fidei propria peccata diluerit. c Nam quæ de Eccleſia accepit, habet quod ad virginitatis gratiam referat; eo quod in paradiſo delectationis poſita ſine labore fructus F capiat ſpiritales,[d] ut ei patriarcharum animæ rurali quodam labore fructus ſuos conferant, quo d iſta capere poſſit perpetuam ſuavitatem. Quæ merito fons ſignatus dicitur, eo quod imago Dei inviſibilis in illa exprimatur. Laudant etiam munera animæ[e] quæ miſſa ſunt à ſponſo, quibus do- e tata veniebat. Dos autem piæ animæ boni odores ſunt, myrrha, aloe, crocum, quibus ſpirat hortorum gratia, & peccatorum fœtor aboletur.

49. Itaque tanto ſecura præconio conquieſce-

*. *In inferno* ſupple *loca*, hoc eſt, terra quæ ita dicitur reſpectu cæli, quod ſuperium eſt.

a. Mſſ. aliquot melioris notæ, *& pro nobis mortem ſuam obtulit.*

b. Edit. omnes, *Ades deſponſata . . . . . & pertranſit ceteros, quo ad Chriſtum*, &c. Nobis mſſ. fere omnium lectio magis probatur.

c. Edit. omnes, & pauci mſſ. *quæ integritate ſignaculi perſeverante, quæ fide* &c. Alii vero plures & potiores . . . . . *perſeverantiaque fidei.* Rurſus poſt tria verba, mſſ. quinque, *Numquid Eccleſia accepit? Habet quod* &c. duo, *Numquid non Eccleſia accepit quod habet, ut* &c. Alii partim, *Nam quæ de Eccleſia acceperit, habet quod* &c. partim cum edit. ant. ut nos in textu.

d. Codex Long. *ut patriarcharum animæ rurali quodam amne ſive labore fructus ſuos conferant.*

e. Plures mſſ. *quæ miſſa ſunt ſponſo.* Unus aut alter, *quæ miſſa ſunt ſponſæ.* Alii, ac edit. *quæ miſſa ſunt à ſponſa.*

Cant. 4. 16. re aquilonem gravem ventum petit, ne flores A diſcutiat, ſpirare auſtrum, id eſt, vult hyemem Ibidem 5. 1. præterire, & mollioris flatus vernare temperiem. Invitat ſponſum in hortum ſuum. Deſcendit ſponſus, & fructuum ejus diverſitate delectatus, lætatur quod invenerit fortiorem cibum, invenerit etiam dulciorem. Eſt enim velut panis quidam verbi, & mel: [a] alius vehementior, alius ſuaſorius ſermo. Eſt & fides alia ferventior, ut vinum: alia lucidior, ut ſuccus eſt lactis. Hunc cibum Chriſtus epulatur in nobis, hoc poculum bibit, & ejus potus ebrietate nos provocat, ut ad meliora & optima ab inferioribus faciamus exceſſum.

CAPUT VI.

Tribus ſuperioribus perfectæ animæ proceſſibus ſtrictim repetitis de quarto ſuſius diſputat. In hoc anima dormiens à ſponſo excitatur. Sed dum moras trahit in ſurgendo, tranſit Verbum. Ipſa vero exiens, per vulnera caritatis requiſitum vix tandem invenit, atque ita tenet, ut jam amplius non amittat.

50. AUdiens hæc anima hauſit myſteriorum ebrietatem cæleſtium, & velut ſoporata à vino, & quaſi in exceſſu vel ſtupore poſita Ibid. 5. 2. dicit: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Tum Verbi præſentis lumine percuſſa, cùm oculis requieviſſet inflexis, excitatur à Verbo. Quartus autem hic proceſſus eſt animæ. Primo etenim caritatis impatiens, & Verbi moras non ferens rogabat, ut oſcula mereretur, & meruit deſideratum videre. Secundò introducta quoque in cubiculum regis, cùm mutua miſceret alloquia, in umbra ejus requievit, & ſubito Verbum ei de medio ſermone diſceſſit; quærenti tamen non diu abfuit, ſed ſaliens ſupra montes & tranſiliens ſuper colles advenit. Nec multo poſt quaſi capreolus, aut cervorum hinnulus dum affatur dilectam, exſilivit & reliquit. Tertiò cùm in cubili, & noctibus, in civitate, in foro, & in plateis quæſitum non repeririſſet, aliquando orationibus ſuis [b] gratiaque revocavit, adeo ut etiam propius vocaretur à ſponſo. Quartò ipſa jam ab eo dormiens excitatur, quamvis corde vigilaret, ut continuo vocem pulſantis audiret. Sed moram paſſa dum ſurgit, quia velocitatem Verbi non poterat comprehendere, dum aperit oſtium, tranſivit Verbum, & ipſa exivit in verbo ejus, & per vulnera requiſitum, ſed vulnera caritatis, vix tandem invenit, & tenuit, ut poſtea non amitteret. Ad Sup. cap. 3. 4. & 5. ſummam hæc compendioſo ſermone perſtrinxi. Nunc diſcutiamus ſingula.

51. Et ſi dormias, ſi modo devotionem animæ tuæ noverit Chriſtus, venit, & pulſat ejus januam, Ibidem. & dicit: *Aperi mihi ſoror mea.* Bene ſoror, quia nuptiæ ſpiritales ſunt Verbi atque animæ. Neque enim animæ norunt conjugiorum fœdera, & uſus copulæ corporalis, ſed ſunt ſicut Angeli in cælo. *Aperi*, inquit, *mihi*, ſed extraneis claude: claude ſæculo, claude mundo, neque ipſa foras ad illa materialia prodeas, neque tuum relinqnens lumen, alienum requiras; quia materiale lumen tenebroſam infundit caliginem, ut non videatur lumen veræ gloriæ. Aperi ergo mihi, noli aperire adverſario, neque locum des diabolo. Aperi ipſam te mihi, noli coartari: ſed dilatare, & adimplebo te. Et quia decurſo orbe terrarum, plus moleſtiarum & offenſionis reperi, nec facile habui ubi requieſcerem; ideo tu aperi, ut in te Filius hominis reclinet caput, cui non eſt requies niſi ſupra humilem & manſuetum.

B 52. Audiens anima: *Aperi mihi .... & caput verìs plenum*, hoc eſt, tentationibus ſæcularibus, Ibidem. ſubito turbata, & quaſi ſurrectura quæ ſurgere jubebatur, ait, cùm aloem redoleret & myrrham inſignia ſepulturæ: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Ibidem. 3. Veretur enim ne iterum in tentationes reſurgat, ne iterum in culpam redeat atque peccatum, & egreſſus ſuos virtutumque proceſſus terrenis incipiat veſtigiis inquinare. Certe C etiam hoc modo perfectionem virtutis ſuæ indicat, quæ tantam Chriſti meruerit caritatem; ut ad eam veniat, & pulſet januam ejus, & veniat cum Patre, & cœnet cum eadem anima, & ipſa cum eo, ſicut in Apocalypſi dixit Johannes. Apoc 3. 20. Etenim cùm in ſuperioribus audiſſet: *Ades huc à Libano ſponſa, ades huc à Libano*; Cant. 4. 8. & cùm adverteret in carne ſe Chriſto adeſſe non poſſe, ſed tunc adeſſe, ſi adeſſet in ſpiritu; conformans ſe ad ejus voluntatem, ut eſſet & ipſa conformis imagini D Chriſti, jam non ſentit carnis exuvias; jam quaſi ſpiritus exuit ſe corporis conjunctionem; jam quaſi oblita, & quæ ſi velit, copulæ illius meminiſſe non poſſit, ait: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam?* Exuit enim tunicam illam pelliceam, quam acceperunt Adam & Eva poſt culpam, tunicam corruptelæ, tunicam paſſionum. *Quomodo induam eam?* Non requirit ut induat: ſed ita ſignificat abjectam, ut jam indumento ſibi eſſe non poſſet. *Lavi pedes meos, quomodo inquiE nabo illos?* Hoc eſt, veſtigia mea lavi, dum egrederer, ac me elevarem de corporis contubernio, de illa connexione & familiaritate carnalis amplexus, quomodo inquinabo ea; ut in corporis clauſtrum, & illum tenebroſum paſſionum ejus carcerem revertantur?

53. Dum hæc illa dicit, miſit operationem ſuam Verbum tamquam per cavernam, non adhuc facie ad faciem, miſit tamquam manum: *Et venter*, Ibidem. 5. 4. & 5. inquit, *meus conturbatus eſt ſuper eum. Et ſurrexi* F *ego aperire fratri meo. Manus meæ diſtillaverunt myrrham, digiti mei myrrha pleni ſunt ſuper manus clauſuræ.* Quid hoc ſignificet conſideremus. Primum operibus ſuis videtur, ut dixi, Deus Verbum tamquam per cavernam, non plene atque perfecte: deinde augetur amor, & conceptus adoleſcit, atque ex ſeminibus ejus quæ quodam utero intelligibili ſuſceperit anima, totam plenitudinem divinitatis ejus habitantem in eo corporaliter, ut legimus, videre deſiderat. Surrexit, ut propius illud Dei Verbum videret. Et in hoc ipſo proceſſus ejus ſignificatur, quod ſurrexit per vigorem atque virtutem. Præſentiâ enim Verbi hau-

a. Mſſ. Ebr. & Colb. in corpore, ac Big. in gloſſa. *ſermo alius vehementior, alius ſuavior.* Sed in aliorum atque edit. omnium lectione nihil mutandum.

b. Cunctæ edit. cum paucis mſſ. *gratiâ quærentem revocavit.* Non male. At mſſ. octo, *gratiaque revocavit*, id eſt, gratia & favore quibus anima valet apud ſponſum.

ſit anima virtutem, ſicut præſentia Mariæ, cùm A utero gravis eſſer, erudivit Johannem in utero conſtitutum, adeo ut exſiliret in utero, & exſultaret Domini præſentiam recognoſcens. Surrexit aperire, & opera ejus & facta mortificata ſunt mundo. Talis enim debet eſſe anima quæ Verbum eſt receptura, ut moriatur mundo, & conſepeliatur Chriſto. Sic enim Chriſtus invenitur, & tale ſibi quærit hoſpitium. Deinde ipſa miniſteria operationum, id eſt, manus & digiti quibus comprehenditur Chriſtus, mortificantur: quos di- B gitos velut eminentia factorum noſtrorum opera poſſumus æſtimare. Itaque velut è complexu ſuo cùm jam extenderet intelligibiles manus ſuas & digitos, ut comprehenderet Verbum, tranſiſſe ſibi illud, non tamen adhuc pertranſiſſe anima pia dicit. Et hoc proceſſum habet, quando tranſit & pertranſit animam Verbum Dei; quia ſcriptum eſt: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur multorum cordium cogitationes.* [Luc. 2. 35.] Hîc adhuc tranſitur, non pertranſitur: ut Maria in C poſterioribus forte pertranſitur, ubi tamquam ſignaculum ponitur in medio ejus dominus Jeſus.

54. Denique ſtatim alius profectus Verbi tranſeuntis; quia exivit anima in verbo ejus, hoc eſt, verbum ejus ſecuta exivit de corpore, elevans ſe de ejus habitaculo, & peregrinam ſe faciens ei, ut adeſſet Deo, & eſſet civis ſanctorum. Simul enim & carnis domeſtici, & Dei eſſe non poſſumus. Ergo in hoc loco exire ſignificatur, ut dixi, anima, quando abducit ſe à corporis volup- D tatibus. Denique ſcriptum eſt: *Exi de Babylone, fugiens à Chaldæis.* [Eſai. 48. 20.] Non utique ut regionem Babylonis Hebræus fugiat, ſed ut mores, prophetico admonetur alloquio; ſiquidem ſint qui in Babylone ſint Hebræi, & de Babylone exiſſe moribus doceant. [Pſal. 136. 1.] Nam & illi de quibus dicit Propheta quod ſedebant ſuper flumina Babylonis, ſedebant quidem in regione Babylonis, ſed in ejus non erant vitiis & confuſione. Nam quomodo erant in illa confuſione vitiorum, qui fle- E bant gerentes pœnitentiam quod de arca devotionis, ac fidei, & virtutis paternæ meritis excidiſſent? Quæ autem in Verbo exit anima, Verbum requirit.

55. Unde & iſta cùm quæreret, incidit in cuſtodes qui circumeunt civitatem: *Percuſſerunt,* inquit, *me, & vulneraverunt me, tulerunt pallium à me cuſtodes murorum.* [Cant. 5. 7.] Bene quidem quaſi ſponſa veniebat cum pallio quo obnuberet caput ſuum cùm ſponſus occurreret. Sicut Rebecca quæ F cognito quod Iſaac ſibi veniret obvius, deſcendit de camelo, & pallio ſe operuit: [Gen. 24. 65] ita & hæc anima nuptialis veſtis præveniebat inſignia; ne forte rejiceretur, quaſi veſtem non habens nuptialem; vel ut caput velaret propter Angelos. Sed illi percuſſerunt eam, ut amplius probaretur. Exercentur enim animæ tentationibus. Tulerunt ei pallium, quærentes ſi verum decorem nudæ virtutis adferret: vel quia ſine integumento quis in illam cæleſtem civitatem debeat introire, nulla deferens ſecum operimenta fucorum. Sunt etiam qui requirant, ne qua anima exuvias ſecum vehat carnalis illecebræ, & concupiſcentiam corporalem. Nudatur pallio, cùm ejus conſcientia manifeſtatur. Sed eſt & quæ bene nuda- A tur, cui licet imitari dicentem: *Venit* enim *princeps hujus mundi, & in me inveniet nihil;* [Iohan 14. 30.] quia certe in illo ſolo nihil invenit, qui peccatum non fecit. Beata & illa eſt in qua non gravia aut multa invenit: ſed invenit in ea amictum fidei, & ſapientiæ diſciplinam.

56. Itaque ſine diſpendio ſui (quia etſi volet quis, non poteſt veram auferre ſapientiam: etſi adverſarius obſtrepat, ibi tamen vera innoxiæ converſationis elucet integritas) ſine diſpendio B ergo tranſivit cuſtodes, & filiabus illius cæleſtis civitatis admixta Verbum requirit, & quærendo ejus in ſe excitat caritatem, & ubi Verbum quærat agnoſcit. Quod inter orationes ſanctorum moretur, & quod ipſis inhæreat, novit, & quod Eccleſiam ſuam, vel animas juſtorum ſuorum inter lilia paſcat, intelligit. Hoc myſterium ubi in Evangelio Dominus demonſtravit, cùm in ſabbato duceret perſeminata diſcipulos. [Luc. 6. 1.] Moyſes per deſertum duxit populum Judæorum: [Deut. 29. 5.] Chriſ- C tus per ſeminata ducit, Chriſtus per lilia ducit; quia & per paſſionem ejus deſertum floret ut lilium. Sequamur ergo, ut in die ſabbati, illius magni ſabbati, in quo requies magna eſt, fructus colligamus. Nec verearis ne Phariſæi accuſent ſeminata colligentem. Etſi illi accuſent, ſed Chriſtus excuſat, & ſimiles facit quas vult animas ſe ſequentes David illius, qui ſupra legem panes propoſitionis manducabat, [1. Reg 21. 6.] novæ gratiæ ſacramenta prophetica jam tunc mente proſpiciens. D

CAPUT VII.

Animus laudatur à ſponſo, quod eum tam bene conſtanterque requiſierit: quod fidelis, quod verbo potens, quod una ut columba; denique quod ſit fœcunda virtutibus, ac vitiis careat.

57. Laudatur itaque à ſponſo quod tam bene & conſtanter requiſierit eum; [Cant. 6. 3.] ideoque jam non ſolum ſoror dicitur, ſed etiam benepla- E cita nominatur, quaſi ei complacita qui complacuit Patri; & ſpecioſa ſicut Hieruſalem, ſicut admiratio ordinata, quod civitatis æternæ univerſa habeat myſteria, & admirationi ſit omnibus videntibus eam; quia plena ut æquitas atque perfecta eſt, & fulgorem de Verbi lumine mutuata, dum id ſemper intendit, fit etiam terribilis ordine quodam ad ſummum provecta virtutum. Ideoque quaſi perfectæ dicit: *Averte oculos tuos à me, noli contra me intendere,* [Ibidem 4.] devotione nimia F ac fide poſſibilitatem naturæ & conditionis propriæ ſupergreſſa, quia lucem inacceſſibilem è regione intueri eſt grave. *Averte,* inquit, *oculos tuos à me;* eo quod plenitudinem divinitatis ejus, & ſplendorem veri luminis ſuſtinere non poſſit. Poſſumus tamen & ſic accipere: *Averte oculos tuos à me.* Etſi tu perfecta es, aliæ mihi adhuc redimendæ ſunt animæ, aliæ fulciendæ. Elevas enim me videndo: ego autem ideo deſcendi, ut omnes elevem. Et ſi ſurrexi, & habeo Patris ſedem, tamen orphanos vos non relinquam paterno quaſi præſidio deſtitutos, ſed præſentiâ meâ vos confirmabo. Habes in Evangelio hoc ſcriptum: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem mundi.* [Matth. 28. 20.] Averte ergo oculos à me, quia me elevas. Quanto enim quis ad Dominum intendit, tanto am-

plius Dominum elevat, & ipſe elevatur. Unde A & ille ait: *Exaltabo te, Domine, quoniam ſuſcepiſti me.* Psal. 29. 2. Sanctus enim exaltat Dominum, peccator humiliat. Vult ergo avertere illam oculos, ne eam conſiderans quod jam ad ſuperiora ſequi poſſit, elevetur, & ceteras animas derelinquat. Ideo & in Evangelio non omnibus diſcipulis, ſed perfectioribus ſuam gloriam demonſtravit. Matt. 17. 2. Conſtitue nunc aliquem doctorem, qui rem obſcuram velit aperire audientibus: quemadmodum etſi ipſe potens in ſermone ſit & ſcientia, condeſcen- B dat tamen [a] ad eorum inſcitiam qui non intelligunt, & ſimplici & planiore atque uſitato ſermone utatur, ut poſſit intelligi. Quiſquis igitur inter audientes vivacior ſenſu ſit, qui facile ſequi poſſit, elevat eum atque excutit. Hunc videns doctor revocat, ut patiatur magis doctorem humilioribus & planioribus immorari, quo & ceteri ſequi poſſint.

58. Quod ait Aquila: *Sonans ut revelata*, ſonantem ad admirationem dignam retulit, quaſi ma- C gna & ſonora habentem opera: revelata, ad operum claritatem; vel quod ejus animæ opera luceant coram Patre qui in cælis eſt. Unde non otioſe pallium ejus ſublatum intelligis, ut aperta meritis & nuda fulgeret.

Cant. 5. 2. 59. Laudatur præterea quod fidelis, quod verbo potens, quod fructibus fœcunda diverſis, quod una ſicut columba habens ſpiritus unitatem, Ibid. 6. 3. in qua ſit pax, quæ fecit utraque unum: & quæ non ſit compoſita ex diverſis elementis D diſcretæ compugnantiſque naturæ. Quid enim tam diverſum quam ignis & aqua, aer & terra, ex quibus corporis noſtri creatura conſiſtit? Anima autem benedicta omnis ſimplex quæ imitatur dicentem: Johan. 17. 21. *Ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me & ego in te, & ipſi in nobis unum ſint.* Hæc eſt enim conſummatio atque perfectio. Unde & addidit: Ibidem. 23. *Ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus: ego in his, & tu in me, ut ſint conſummati in unum.* Hæc eſt ergo anima columba una atque perfec- E ta, quæ ſimplex atque ſpiritualis, neque hujus turbatur corporis paſſionibus, in quo foris pugnæ, intus timores ſunt. Denique hoc verbo unitatis concordiam & pacem ſignificari Scriptura nos docet dicens: Act. 4. 32. *Multitudo autem credentium habebat cor unum, & animam unam, & non erat ſeparatio in eis ulla.*

60. Nec otioſe fœcunditatis laudatur anima, non ſolum quod ſit fœcunda virtutibus, ſed etiam quod nihil habeat in ſe mali. Illud enim deco- F rum atque ſpecioſum eſt, in quo nihil ſit mali. Decorum enim quod bonum: quod autem indecorum, hoc malum. Specioſa fœcunditas eſt bonorum operum: contraria ergo ſpecioſitati ſterilitas; quoniam qui privatur ſpecie vel decore, in eo eſt malum: quod autem malum, hoc ſterile & infœcundum. Cujus rei quod evidentius indicium quam natura eſt? Terra enim quæ bona eſt, fertilis atque fœcunda: quæ autem mala, ea jejuna atque ſterilis: quæ vero fertilis, hæc A & decora. Quid enim pleno agro pulcrius, cùm ſeges fluctuat, cùm poma irrutilant, vel cùm uvarum ſerta dependent, aut baccis onuſta olea curveſcit, vel viridanti gramine montium vertices, vallium humilia veſtiuntur. Et ut Scripturæ utamur teſtimonio, Gen. 27. 27. Jacob decorus erat; & ideo erat odor agri pleni: Eſau hiſpidus erat & indecorus; Ibidem 11. & ideo agreſtis erat, qui fructus ullos habere non poſſet. De ipſo quoque Domino poſteaquam Eccleſiæ fœcunditatem fecit adſurgere, B pulcre dictum eſt: *Dominus regnavit, decorem induit.* Psal. 92. 1. Et alibi: *Confeſſionem, & speciem induiſti.* Ps. 103. 2. Liquet igitur decorum id eſſe, quod fœcundum: indecorum, quod infœcundum. Similis eſt cauſa animæ ſoli; quia ea decora anima, quæ fœcunda ſit meritis, fœcunda conſiliis: ea indecora quæ [b] ſterilis. Infirmitates etenim animæ ſunt ſterilitas & materia; namque eam ſterilitas fructu defraudat ſuo, inopiam infert, timorem incutit, adolet cupiditates, & vanas opiniones: ſic C anima cadit. Quid ergo eſt malitia, niſi boni indigentia? S. Auguſt. lib. 1. contr. Jul. Pelag. cap. 9. Suo enim defraudatur, atque alienis indiget, exinanitur atque repletur ſine ulla menſura & modo. Materialia autem vitia animæ obumbrant gratiam. Ignorantia & concupiſcentia animæ ſunt ægritudines: ſed [*] ad ſpeciem magis, quam ad materiam referuntur. Materia eſt caro, ſpecies eſt ignorantia & concupiſcentia. Cur igitur caro accuſatur, cùm tantæ ſint in ſpecie labes? Quia nihil ſpecies poteſt ſine materia. Denique D nihil ſpecies ſecuris ſine materia facit. Quid enim eſſet concupiſcentia, niſi eam caro inflammaret? Friget in ſenibus, in pueris quoque, quia in his corpus infirmum eſt: ardet in adoleſcentibus in quibus vis corporis fervet. Ex bonis igitur S. Auguſt. Ibidem. mala orta ſunt; non enim mala ſunt, niſi quæ privantur bonis. Per mala tamen factum eſt, ut bona eminerent. Ergo [c] indigentia boni malitia eſt, & definitione boni malitia deprehenditur, quoniam per diſciplinam boni malum reperitur. E Bonum autem nullius eget, ſibi abundat, menſuram, & perfectionem, finem quoque tribuit omnibus, in quo univerſa conſtant, & de quo omnia pendent. Hæc boni natura eſt, quæ mentem replet.

61. Circa hoc verſatur anima pura, hoc introſpicit, & Deum cernit, bonis omnibus abundat. Unde & ait: *Fauces ejus dulcedines, & totus deſiderium.* Cant. 5. 16. Omnium enim bonorum auctor eſt Deus; [d] & quæ ſunt, ejus profecto omnia ſunt. Nuſ- F quam illic malum; & ſi in illo mens noſtra maneat, malum neſcit. Anima igitur quæ in Deo non manet, ipſa ſibi auctor malorum eſt; itaque peccat: anima autem quæ peccat, ipſa morietur. Aureis enim vinculis ſoluta virtutum, prona fertur præcipitio, & labitur ad inferiora. Anima autem beata eſt, quam nulla adverſa corporis prælia expugnant. Hæc anima ſicut paſſer laqueo contrito, evolat. Eſcæ enim malorum ſunt voluptates corporeæ. His quiſquis intendit, laqueo innectit animam ſuam.

a. Sic omnes edit. MSS. contra, *ad eorum ſcientiam*: quod etiam non malo ſenſu explicari poteſt.

b. Tres mſſ. ac vet. edit. *qua ſterilis infirmitate. Sed enim animæ ſunt.* Alii duo .... *Sed damna animæ ſunt.* Reliqui, & Rom. edit. ut in textu.

*. *Speciem*, paulo ſuperius pro pulcritudine ſumſerat, nunc ſumit pro quadam accidentali forma quæ animam, non corpus afficit.

c. Ita mſſ. paucis exceptis, iiſque inferioris ævi, qui cum omnibus edit. habent. *Indigentia boni radix malitiæ eſt. Definitione* &c.

d. Rom. edit. cum tribus mſſ. *& quæ ſunt ejus, profecto omnia bona ſunt, & nuſquam,* &c. Alii mſſ. ac edit. nobiſcum faciunt.

62. Qui autem ab eſcis ejus temperat, & de tenebris ejus exit, ejus anima fulget, ut diluculum, de qua dicitur: *Quænam hæc eſt proſpiciens tamquam diluculum, ſpecioſa ſicut luna?* (Cant. 6. 9.) Proſpicit enim tamquam de domo libera. Nec dicit: *Tenebræ cooperiunt me, & parietes circumdant me, & quis ſcit ſi videt Altiſſimus?* (Eccli. 23. 26.) Sed ipſa magis lucem expetit tamquam in ſuperioribus domus ſuæ, id eſt, corporis ſui, & ſupra mundum poſita divina intuetur, & ad æterna ſe elevat, ut Deo adſit, jam lumen ſuorum operum ſicut luna orbem ſuum toto B orbe circumferens.

63. Quod autem Aquila ait: *Sonans ſicut ſol*, videtur illa axis cæleſtis converſio, ſoliſque & lunæ & ſtellarum curſus, concentuſque globorum exprimi; quibuſdam etiam noſtris videtur; qui [a] quoniam fidem non invenit, ſaltem propter gratiam ſuavitatis non videtur alienus.

CAPUT VIII.

Eadem anima refugiens coram laudari, ait ſe deſcendiſſe in hortum nucis &c. quibus amaritudines ac tentationes deſignantur. In his illa ſe non cognoſcit, ſed à Chriſto cognoſcitur ac regitur, dum perveniat ad palmam. Hujus in ipſam redamatio tria ſignificat, inſtitutionem, progreſſum, perfectionem. Quæ ſequitur ad caritatem exhortatio. C

64. Dum laudatur à ſponſo, verecunde refugiens coram laudari, deinde ſponſi amore revocata ait: *In hortum nucis deſcendi videre in nativitate torrentis.* (Cant. 6. 10.) Ubi enim eſt Eccleſia, niſi ubi virga & gratia floret ſacerdotalis? Ibi eſt frequenter, ut in amaritudinibus & tentationibus probetur. Per nucem amaritudines intelligimus, per torrentem tentationes, ſed tamen tolerabiles, quia ſcriptum eſt: *Torrentem pertranſivit anima noſtra.* (Pſ. 123. 5.) Itaque deſcendit in locum amaritudinis, ubi floret vitis, & malorum granatorum ſpecie diverſus & multiplex fructus, qui velut uno tegmine totius corporis fide & caritate munitur. In illa ergo amaritudine non cognovit ſe anima; E corruptibile enim corpus adgravat animam, & terrenum habitaculum cito inclinatur. Cognoſcere autem ſemper ſe debet. Sed tentatus eſt & Petrus, & non ſe cognovit & Petrus, nam ſi cognoviſſet, non negaviſſet auctorem. Sed cognovit eum Chriſtus: denique cognovit, qui etiam eum reſpexit (cognoſcit enim Dominus qui ſunt ipſius) & tamquam ſuum miſericordiæ ſuæ frænis, ut bonus rector revocavit à lapſu. Rector ergo noſter Chriſtus eſt.

A 65. Ideoque ait anima: *Poſuit me currus Aminadab.* (Cant. 6. 11.) Anima ergo currus qui bonum rectorem ſuſtinet. Si currus eſt anima, habet equos vel bonos vel malos. Boni equi virtutes ſunt animæ: mali equi, paſſiones ſunt corporis. Bonus ergo rector malos equos reſtringit & revocat, bonos incitat. (S. Auguſt. contr. Jul. Pelag. lib. 2. cap. 5. & lib. 3. c. 14.) Boni equi ſunt quatuor, prudentia, temperantia, fortitudo, juſtitia. Mali equi iracundia, concupiſcentia, timor, iniquitas. Interdum ipſi equi inter ſe diſſident, & aut iracundia protendit, aut timor, & ſe invicem impediunt, & curſum retardant. At vero boni equi evolant, & à terris ad ſuperiora ſe ſubrigunt, animamque elevant: maxime ſi jugum habeant ſuave, & onus leve dicentis: *Tollite jugum meum ſuper vos; jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.* (Matth. 11. 29.) Ipſe rector eſt qui novit equos proprios gubernare, ut æqualis omnium curſus ſit. [b] Si velocior eſt prudentia, tardior juſtitia, admonet flagello proprio ſegniorem; ſi temperantia manſuetior, fortitudo durior, novit copulare diſcordes, ne forte currum ſuum diſſipent. Itaque licet [*] intelligibili ſpectaculo videre unamquamque animam cum ſummo certamine ad cælum rapi, feſtinantes equos qui priores perveniant ad bravium Chriſti, quò prius imponatur palma cervicibus. Iſti ſunt equi ſubjecti fidei jugo, adſtricti vinculo caritatis, juſtitiæ frænis, retinaculis ſobrietatis. Pulere ergo ait: *Poſuit me currus Aminadab*, hoc eſt, pater populi: ipſe autem qui pater populi, idem D pater Naaſon, id eſt, ſerpentum. Jam tu recole quis ſit ſerpens in cruce pependerit pro ſalute univerſorum, & intelligis illam animam eſſe pacificam, cui Pater Deus præſul ſit, Chriſtus agitator; quia ſcriptum eſt & hoc nomen in noſtris: *Pater, pater, agitator Iſrael.* (4. Reg. 2. 12.)

66. Hic ergo agitator dicit: *Convertere Sunamitis, convertere.* (Cant. 6. 12.) Bene & quaſi agitator, & quaſi ad currum dicit: *Convertere Sunamitis*, hoc eſt, pacifica. Quæ enim pacifica eſt anima, cito ſe convertit & corrigit, etiamſi ante peccavit, & magis eam Chriſtus adſcendit, & regere dignatur, cui dicitur: *Adſcende in equos tuos, & equitatus tuus ſanitas.* (Habac. 3. 8.) Et alibi: [c] *Miſi equos tuos Tharſis.* (Ibidem. 15.) Hi ſunt equi Chriſti. Adſcendit ergo equos ſuos Chriſtus, adſcendit Verbum Dei animas pias.

67. Unde cognoſce quia & iſtam adſcendit, & perduxit eam ad locum palmæ, quando & dicit ad eam: *Quid pulcra & ſuavis facta es, caritas, in deliciis tuis? Statura tua ſimilis facta eſt palmæ.* (Cant. 7. 6. & ſeq.) Et ipſa ait: *Dixi, adſcendam in palmam.* Sed etiam ipſa caritas palma eſt; ipſa eſt enim plenitudo

a. Vet. edit. *quoniam non venit ad fidem*. Rom. cum mſſ omnibus, *quoniam fidem non invenit*. Hæc autem ultima lectio magis convenit cum iis quæ Ambroſius l. 2. *Hexaem.* c. 2. n. 6. & 7. & l. 2. *de Abraham* c. 8. n. 54. tradit. Illic enim agens ex profeſſo de hac harmoniæ cæleſtis opinione, in qua non ſolum gentiles philoſophos, ſed etiam Chriſtianos homines, & inter hos Origenem fuiſſe in fragmento à nobis reſtituto docet (Philonem adjungere poterat) illam rejicit ac validis rationibus confutat. Prima vero lectio aptius accommodari poteſt cum iis quæ idem Sanctus in præfatione ad Commentaria in Pſalmos dicit. Namque licet ibi eam ſententiam abs ſe pro vera admitti minime ſignificet, impoſſibilem tamen non habendam ſatis declarat his verbis: *Nec id ab uſu natura alienum videtur, quandoquidem vox miſſa graviore planſu membris reſultet aut montibus*, &c. Igitur ex his omnibus locis hujuſmodi ſenſum effici poſſe arbitramur: Qui concentus etſi plane falſus, tamen quoniam ad fidem nequaquam pertinet, non ſolum tamquam non injucundus proponi poteſt, verum etiam tamquam non omnino impoſſibilis. Neque enim repugnat, ut quod nec verum nec probabile judicamus, id non negemus eſſe poſſibile. Quod autem ait Sixtus Sen. hanc opinionem inter damnata Marcoſiorum dogmata numerari, idem non tam ipſam opinionem, quam portenta quædam, quæ iſti hæretici ex ipſa deducebant, intelligi oportere adſerit. Illum adi Bibl. ſanctæ lib. 5. Annot. 105.

b. Edit. Rom. *Velociores prudentia tardas, juſtitia admonet flagello proprio ſegniores; temperantia manſuetiores, fortitudo duriores reddit, novit*, &c. Clarus quidem ſenſus, ſed quem edit. ant. & mſſ. omnibus anteponere non ſumus auſi. Cùm præcipue verba, quæ ex illis repræſentamus, non rejiciendam offerant ſententiam.

*. *Intelligibile*, hic & paſſim idem eſt Ambroſio, ac ſpiritale vel myſticum, quod nimirum ea non corporis, ſed intellectus oculis cerni poſſint.

c. Ita mſſ probabiliores, atque edit. antiquæ. Alii autem ac Rom. *miſiſti*. Porro cùm hic locus iiſdem verbis in Bibliis noſtris nuſpiam extet, eum ex Habac. cap. 3. petitum ob convenientiam aliquam exiſtimamus. Ibi enim ſecundùm LXX. legimus: *Et superduxiſti in mare equos tuos*: ſed voce *Tharſis* mare ſignificari Hieronymus auctor eſt, proindeque ipſa potuit ab aliquo interprete retineri, ubi verterunt alii, εἰς θάλασσαν.

victoriæ. Plenitudo enim legis caritas eſt. Cur- A ramus ergo, ut compreheudamus: curramus, ut vincamus. Qui vicit, adſcendit in palmam, & manducat fructus ejus. Qui vicit, jam non cur- Apoc. 3. 21. rit, ſed ſedet ſicut ſcriptum eſt: *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in ſede mea, ſicut & ego vici, & ſedeo cum Patre meo in ſede ipſius.* Hinc philoſophi curulia illa animarum in ſuis libris expreſsêre certamina, nec tamen ad palmam pervenire potuerunt; quoniam ſummitatem Verbi & altitudinem illorum animæ neſcierunt, quam cogno- B vit hæç anima, in qua erat Verbi converſio.

Cant. 7. 10. 68. Sic enim ait: *Ego fratri meo, & ſuper me converſio ejus.* Hunc ſenſum tertio repetivit diverſe Ibidem. 2. 16. & 17. in Canticis canticorum. In principio ait: *Frater meus mihi, & ego ei, qui paſcit in liliis, uſque dum adſpiret dies, & amoveantur umbræ.* Deinde ait: Ibid. 6. 2. *Ego fratri meo, & frater meus mihi, qui paſcit inter lilia.* In fine ait: *Ego fratri meo, & ſuper me converſio ejus.* Primum ad inſtitutionem animæ, ideo & præmiſit: *Frater meus mihi*; illo enim de- C monſtrante ſe, etiam anima adhærendi Deo ſumſit affectum: quod ſequitur, ſecundùm profectum: tertium, ſecundùm perfectionem. In primo quaſi in inſtitutione adhuc umbras videt anima, necdum Verbi appropinquantis [a] revelatione commota, ſed ideo adhuc ei dies Evangelii non refulgebat: in ſecundo ſine umbrarum confuſione odores pios carpit: in tertio jam perfecta requiem in ſe Verbo miniſtrat; ut convertatur ſuper eam, & caput ſuum reclinet, atque requieſ- D cat, [b] meritumque jam tenens quæ antea quæſitum invenire non poterat, invitat ad agrum ſuum dicens.

Ibidem. 7. 11. 69. *Veni, frater meus, exeamus in agrum, requieſcamus in caſtellis.* Supra ad hortum invitabat, hîc ad agrum habentem non ſolum florum gratiam, ſed etiam triticum & bordeum, hoc eſt, ſolidiorum firmamenta virtutum, ut fructus ejus adſpiciat. *Requieſcamus*, inquit, *in caſtellis*, ad quæ Adam cùm de paradiſo ejectus eſſet, fuerat rele- E gatus: in his requieſcebat, ſed terram operabatur. Qua autem ratione exire eum in agrum velit, intellectus manifeſtus eſt; ut quaſi bonus paſtor paſcat gregem ſuum, laſſos ablevet, revocet errantes. Nam etſi iſta anima nova & vetera ſervavit ei; tamen ſunt adhuc velut agni, qui lactis ſucco nutriendi ſunt. Ergo quaſi perfecta, non pro ſe, ſed pro aliis intervenit, ut de ſinu Patris exeat, ut procedat foras tamquam ſponſus de thalamo egrediens ſuo, currat viam ut infirmos lu- F cretur, non in illo ſecreto Patris ſolio, & in illa luce immoretur, quo [c] invalidi ſequi non queant: ſed ut adſumatur & inducatur in domum ſponſæ atque ſecretum. Sit foris ſibi, ut nobis intus: ſit medius noſtrum, etſi non videatur à nobis.

Ibidem. 8. 1. 70. Unde ait: *Quis dabit te, frater, lactantem ubera matris meæ? Inveniens te foris, oſculabor te.* Bona anima quæ foris eſt, ut Verbum intus ſit: illa extra corpus, ut Verbum habitet in nobis.

71. *Adſumam te*, inquit, *& inducam te.* Recte Ibidem. 2. adſumitur & inducitur Verbum Dei; quia pulſat animam, ut aperiatur ſibi oſtium. Et niſi apertum ſibi oſtium invenerit, non intrat. Si quis autem aperuerit januam, intrat & cœnat. Sic ſponſa Verbum adſumit, ut adſumendo doceatur; unde non immerito adſcendit adhuc ad ſuperiores manſiones, & ſemper [d] proceſſum accipit.

72. Quod ſignificant virtutes quæ dicunt vel animæ: *Quæ eſt hæc quæ adſcendit candida innitens* Ibidem 5. *ſuper fratrem ſuum?* Superius dixerant. *Quænam* Ibid. 6. 9. *eſt hæc proſpiciens tamquam diluculum, ſpecioſa ſicut luna, electa ſicut ſol?* Hîc plus quod adjiceretur inventum eſt, eo quod Verbo Dei innixa adſcenderet. Perfectiores enim ſupra Chriſtum recumbunt, ſicut & Johannes in Chriſti pectore recumbebat. Ita ergo & hæc vel incumbebat in Chriſto, vel ſupra ipſum ſe reclinabat, aut certe quoniam de nuptiis loquimur, jam quaſi tradita in Chriſti dextera, in thalamum ducebatur ſponſo.

73. Et quia jam copula caritatis eſt, blanditur ei ſponſus, & dicit: *Sub arbore mali elevavi te,* Ibidem. 8. 5. *illic parturivit te mater tua, illic parturivit te quæ peperit te.* Bona anima quæ requieſcit ſub arbore fructuoſa, & maxime boni odoris. Nam ſi Nathanael bonus in quo dolus nullus erat, ſub arbore fici viſus eſt, utique bona quæ ſub arbore mali elevata eſt à ſponſo ſuo. Plus eſt enim elevari, quam videri, plus etiam à ſponſo elevari. Nam etſi Nathanael videbatur ſub arbore, tamen anima ejus ſponſa non erat, qui occulte veniebat ad Chriſtum, quia verebatur Judæos. Non erat ſpecioſa ſicut luna, electa ut ſol, quæ erat in umbra, quia ſponſa per diem nubit, publice confitetur. Ideo iſta ſub arbore mali, illa ſub ficu; quia hæc confeſſionis ſuæ odorem diffundebat longius: illa habebat puritatis & innocentiæ ſuavitatem, fragrantiam ſpiritus non habebat.

74. *Illic*, inquit, *parturivit te mater tua, illic parturivit te quæ peperit te*; ibi enim naſcimur, ubi renaſcimur. Parturiuntur autem in quibus Chriſti imago formatur. Unde & ille ait: *Filioli* Galat. 4. 19. *mei quos ego parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Parturit enim qui in utero accipit ſpiritum ſalutis, & aliis infundit.

75. Unde quoniam jam formatus in hac erat Chriſtus, ait: *Pone me ut ſignaculum in cor tuum,* Cant. 8. 6. *ut ſigillum in brachium tuum.* Signaculum Chriſtus in fronte eſt, ſignaculum in corde. In fronte, ut ſemper confiteamur: in corde, ut ſemper diligamus: ſignaculum in brachio, ut ſemper operemur. Luceat ergo imago ejus in confeſſione noſtra, luceat in dilectione, luceat in operibus & factis; ut ſi fieri poteſt, tota ejus ſpecies exprimatur in nobis. Ipſe ſit caput noſtrum, quia caput viri Chriſtus: ipſe oculus noſter, ut per illum videamus Patrem: ipſe vox noſtra, per quem loquamur ad Patrem: ipſe dextera, per quem Deo Patri ſacrificium noſtrum deferamus:

a. Edit. omnes, & tres mſſ. ſequioris notæ, *revelatione commotas, & ideo.* Alii vero, *revelatione commota*, &c. hoc eſt, nondum penitus a ſomno excitata, anima videlicet.

b. Cunctæ edit. *meritoque jam tenens, quem antea.* Mſſ. Joyacenſis ac Rem. *meritumque jam*, &c. Alii ut in contextu.

c. Omnes edit. cum paucis mſſ. *Quo invalidi equi conſcendere non queunt: ſed ut* . . . *domum ſponſæ atque ſecretum. Sit foris ſibi, ut nobis intus ſit medius.* Nobis octo mſſ. magis placuit auctoritas, in lectionem noſtram conſpirantium.

d. Sex mſſ. bonæ notæ, *proceſſum accipit, quod ſignificat virtutes, quæ dicuntur animæ.* Duo, *proceſſum accipit virtutes, quod ſignificant animæ quæ dicunt.* Alii, atque edit. nobiſcum faciunt. Videri nihilominus poteſt hîc aliquid eſſe tranſpoſitum: proindeque legendum hocce modo, *proceſſum accipit. Quod ſignificant Virtutes vel animæ quæ dicunt.* Niſi malis vocem, *animæ* eſſe in caſu attributionis. Ibi autem per *Virtutes* Angeli eſſent intelligendi.

ipſe quoque eſt ſignaculum noſtrum, quod eſt A perfectionis & caritatis inſigne, quia diligens Pater ſignavit Filium, ſicut legimus: *Quem Pater ſignavit Deus.* Caritas itaque noſtra Chriſtus. Bona caritas, quando obtulit morti ſe [a] pro delictis noſtris: bona caritas, quæ peccata remiſit. (Johan. 6. 27.)

76. Et ideo anima noſtra induat caritatem, & caritatem hujuſmodi quæ ſit valida ut mors; quia ſicut mors finis peccatorum eſt, ita & caritas; quoniam qui diligit Dominum, peccare deſinit: caritas enim non cogitat malum, neque B gaudet ſuper iniquitate, ſed omnia ſuſtinet. Nam qui ea quæ ſua ſunt non quærit, quomodo aliena quæreret? Eſt & morsilla valida per lavacrum, per quam peccatum omne ſepelitur, & culpa dimittitur. Talis erat caritas quam deferebat Evangelica illa mulier, de qua Dominus ait: *Remiſſa ſunt peccata ejus multa, quoniam dilexit multum.* Eſt & illa mors ſanctorum martyrum valida, quæ culpam abolet ſuperiorem; & ideo valida, cujus non impar eſt caritas, quæ adæqua- C tur martyrum paſſioni; ut auferat meritum delictorum. (Luc. 7. 47.)

77. Zelus quoque ut inferi; quoniam qui zelum Dei habet, pro Chriſto nec ſuis parcit. Itaque & mortem habet caritas, & zelum habet caritas, & alas ignis habet caritas. Denique Chriſtus diligens Moyſen, in igne ei apparuit. Et Hieremias habens in ſe donum divinæ caritatis, dicebat: *Et erat ignis inflammans in oſſibus meis: & diſſolutus ſum undique, & ferre non poſſum.* Bona igi- D tur caritas habens alas ignis ardentis, quæ volitat per pectora & corda ſanctorum, & exurit quidquid materiale atque terrenum eſt: quidquid vero ſincerum eſt, probat; & quod contigerit, ſuo igne meliorat. Hunc ignem in terram miſit dominus Jeſus, & refulſit fides, accenſa eſt devotio, illuminata eſt caritas, juſtitia reſplenduit. Hoc igne inflammavit corda apoſtolorum ſuorum, ſicut teſtatur Cleophas dicens: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, cùm aperiret* E *Scripturas?* Alæ igitur ignis flammæ ſcripturæ ſunt divinæ. Denique aperiebat Scripturas, & ignis exibat, atque audientium corda penetrabat. Et vere alæ ignis; quia eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum. Cùm Paulus quoque adſumeretur à Chriſto, vidit circumfulſiſſe ſuper ſe lumen, & ſuper eos qui ſimul erant, cecidit à pavore, & probatior reſurrexit: denique apoſtolus factus eſt, qui perſecutor adveoerat. Spiritus quoque ſanctus deſ- F cendit, & replevit totam domum in qua erant plurimi ſedentes, & viſæ ſunt diſpertitæ linguæ tamquam ignis. Bonæ alæ caritatis, veræ alæ quæ volitabant [b] per ora apoſtolorum, & alæ ignis quæ purgatum ſermonem loquebantur. His alis evolavit Enoch raptus ad cælum. His alis evolavit Elias curru igneo, & equis igneis ad ſuperna translatus. His alis dominus Deus per columnam ignis deducebat Patrum plebem. Has alas habuit Seraphim, quando ſumſit carbonem ignis de altari & tetigit os Prophetæ, & iniquitates ejus abſtulit, & peccata purgavit. Harum alarum igne purgati ſunt filii Levi, & baptizantur populi nationum, ſicut teſtificatur Johannes, dicens de domino Jeſu: *Ipſe vos baptizabit in ſpiritu & igne.* Merito uri renes ſuos volebat & cor ſuum David, quia alas igneas caritatis ſciebat non eſſe metuendas. Merito Hebræi pueri in fornace ardenti non ſentiebant ignis incendia; quia caritatis eos flamma refrigerabat. Et ut plenius cognoſcamus quia alas habebat perfecta caritas, audiſti Dominum dicentem: *Quoties volui congregare filios tuos ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas?* (Cant. 8. 6. — Hier. 20. 9. — Luc. 24. 32. — Matt. 3. 11. — Matth. 23. 37.)

78. Sumamus igitur has alas, quæ ſicut flammæ ad ſuperiora dirigant. Exuat unuſquiſque animam ſuam involucris ſordidioribus, & quaſi aurum igne approbet deterſam luto. Sic enim purgatur anima, velut aurum optimum. Pulcritudo autem animæ ſincera virtus, & decus verior cognitio ſupernorum; ut videat illud bonum ex quo pendent omnia, ipſum autem ex nullo. Eo igitur vivit, atque intellectum accipit. Vitæ enim fons eſt ſummum illud bonum, cujus caritas nobis & deſiderium accenditur, cui appropinquare & miſceri voluptas eſt: quod ei qui non videt, deſiderio eſt, & ei qui videt, ineſt; ideoque univerſa alia deſpicit, hoc uno mulcetur & delectatur. Hoc eſt quod [c] ſubminiſtrat univerſis ſubſtantiam: ipſum autem in ſemet ipſo manens dat aliis, nihil autem in ſe ex aliis ſuſcipit. De quo Propheta ait: *Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Hoc ſolum videre deſideravit, ſicut ipſe alibi ait: *Unam petii à Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini omnes dies vitæ meæ, & videam delectationem Domini, & conſiderem templum ejus.* Si quis igitur purum illud, & incorporeum ſummum illud videre meruerit, quid habeat aliud quod deſideret? Denique Petrus in monte gloriam reſurrectionis Chriſti vidit, & nolebat deſcendere dicens: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe.* Et quanto incomparabilior eſt illa divinitatis gloria, & lux inacceſſibilis, quam ſi quis viderit, quid aliud concupiſcat? Non regna, non facultates, honores, gloriam, poteſtates. Illis enim uti nihil beatitudinis eſt, hoc uti beatum eſt; ut illa deſpiciens, ad hoc converſus maneat. Hanc igitur videns pulcram imaginem ingrediatur intus, foris relinquat vultum corporis. Nam qui intuetur corpora, non debet introrſum intueri; ne more mergentis in gurgite rapiatur atque abſorbeatur, & quaſi in profundum demerſus nuſquam appareat. Fugiamus ergo in patriam veriſſimam. Illic patria nobis, & illic Pater à quo creati ſumus, ubi eſt Hieruſalem civitas quæ eſt mater omnium. (Pſal. 15. 2. — Pſal. 26. 4. — Matth. 17. 4.)

79. Sed quæ eſt fuga? Non utique pedum, qui ſunt corporis. [d] Iſti enim quocumque currunt, in terra currunt, & de ſolo ad ſolum tranſeunt. Nec navibus fugiamus, aut curribus, aut equis qui obligantur & cadunt: ſed fugiamus animo, & oculis, aut pedibus interioribus. Adſueſcamus oculos noſtros videre quæ dilucida & clara ſunt, ſpectare vultum continentiæ & temperantiæ,

a. Sic edit. Am. & mſſ. fere ad unum. Aliæ autem edit. & mſſ. unus autem alter, *pro delictis.*
b Mſſ. Th. Big. Torn. Colb. & Theod. prima manu, *per ora populorum.*
c. Edit. omnes cum mſſ. nonnullis, *ſubminiſtrat univerſam ſubſtantiam.* Alii mſſ. majori numero, atque auctoritate, ut in textu.
d. Mſ. Rem. *Iſti enim quocumque currunt,* &c.

omneſque virtutes, in quibus nihil ſcabrum, nihil A obſcurum & tortuoſum ſit: & ſe ipſum ſpectet
a quis, [a] & conſcientiam ſuam: illum oculum mundet, ne quid ſordium habeat. Quod enim videtur, non debet diſſonare ab eo qui videt, quoniam conformes nos Deus imaginis voluit eſſe Filii ſui. Cognitum igitur nobis eſt illud bonum,
Act. 17. 28. nec longe eſt ab unoquoque noſtrum: *In ipſo enim vivimus, & ſumus, & movemur. Ipſius enim &*
b *genus ſumus*, ut Apoſtolus [b] gentiles poſuit ſignificare. Ipſum eſt bonum quod quærimus, & ſo- B lum bonum. Nemo enim bonus, niſi unus Deus. Hic eſt oculus qui magnum illum & verum decorem intuetur. Solem niſi ſanus & vigens oculus non adſpicit; nec bonum poteſt videre niſi anima bona. Fiat ergo bonus qui vult videre Dominum, & quod eſt bonum. Hujus boni ſimiles ſimus, & ſecundùm id operemur quæ bona ſunt. Hoc eſt bonum quod ſupra omnem operationem eſt, ſupra omnem mentem atque intellectum: ipſum eſt quod ſemper manet, ad ipſum
c convertuntur omnia, in quo habitat plenitudo [c] divinitatis, & per ipſum reconciliantur omnia in ipſum. Et ut plenius definiamus quid ſit bonum: VITA eſt bonum, quia ſemper manet, dans vivere & eſſe omnibus; quia fons eſt omnium vita Chriſtus, de quo ait Propheta: *In umbra ejus vivemus*. Thren. 4. 20. Nunc enim vita noſtra abſcondita in Chriſto eſt: cùm autem apparuerit Chriſtus vita noſtra, tunc & nos cum illo apparebimus in gloria. Ergo non timeamus mortem; quoniam requies eſt corporis, animæ autem vel libertas, vel abſolutio. Nec vereamur eum qui poteſt carnem interficere, animam autem non poteſt; quia non timemus eum qui poteſt veſtimentum auferre, non timemus eum qui poteſt noſtra furari, nos autem non poteſt. Nos igitur animæ ſumus, ſi volumus eſſe Hebræi de iis qui ſunt ſocii Jacob, id eſt, imitatores ejus. Nos animæ ſumus, noſtra autem membra veſtimenta ſunt: ſervanda ſunt quidem veſtimenta, ne ſcindantur, ne inveteraſcant: ſed ille magis qui his utitur, ſervare ſe debet & cuſtodire.

a Ita edit. omnes, & mſſ. aliquot. Verum tres non infimæ notæ habent, *& conſcientia ſua illum oculum mundet*. Quatuor, *conſcientiam ſuam per illum oculum mundet*. Ibidem, omnes edit. ac mſſ. quatuor, *ne quid ſordidum habeat*. Alii melius, *ne quid ſordium*, &c.

b Mſſ. aliquot, *& gentiles poſuit. Ipſum eſt enim bonum quod quærimus ſolum* (aliqui, *ſummum*) *bonum*. Alii, qui & melioris ævi, nec non ant. edit. ut in contextu, niſi quod Am. ac Gill. legunt, *ſignificare*. Tandem Rom. edit. *gentiles voluit monere. Ipſum eſt*, &c. Sed varietati locus non relinquetur, ſi interpreteris hoc modo: Paulus in ſua ad Areopagitas oratione poſuit, ſive dixit gentiles poetas id ſignificaſſe, nimirum quod in Deo vivimus, ſumus, &c.

c Mſ. Long. *divinitatis corporaliter, & per ipſum convertuntur omnia*, &c.

IN LIBRUM DE BONO MORTIS ADMONITIO,

UBI PRÆCIPUE DE HABITACULIS ANIMARUM POST MORTEM, deque libro IV. Eſdræ diſceptatur.

Q*Uanta libro* de Bono mortis *cum ſuperiore* de Iſaac & Anima *cognatio intercedat, prima illius verba ſatis declarant: quæ quidem ſi quis ſtrictius voluerit interpretari, forte non inconſulto unum eſſe affirmaverit operis contextum & quaſi corpus, cujus liber primus alter dici debeat, alter ſecundus. Ecquid enim aliud ſibi voluiſſe videtur Ambroſius, cùm poſt librum* de Iſaac *finitum in hanc ſententiam*: Ergo non timeamus mortem, *&c. ſequentem auſpicatur hiſce verbis*: Quoniam ſuperiore libro de anima ſermonem aliquem contexuimus, faciliorem viam putamus de bono mortis conficere aliquid, *&c? Igitur quod in fine ultimæ lucubrationis non ſatis fuſe tractatum fuerat id in hac uberius atque accuratius diſcutiendum proponitur.*

Hic itaque oſtendit ſanctus Doctor quod bonum ſit, quæve utilitates mortis, quamque illa parum extimeſcenda. Propoſitum autem hoc ſuum ſatis accurata methodo perſequitur. Etenim præmiſſa vitæ ac mortis definitione, & nonnullis contra mortis utilitatem oppoſitis, quæ poſtea diluit, triplicem inveniri mortem demonſtrat, eiuſque tertium genus quod in animæ atque corporis ſeparatione poſitum eſt, bonum eſſe ac felicitatis plenum evincit, & ſi quid metuendi vel incommodi habeat, id quidem non morti, ſed noſtra ipſorum infirmitati adſcribendum. Illud vero, ſi quid aliud, Viri ſancti pietatem declarat, quod omnia ferme ipſius argumenta ſacrorum codicum auctoritate nitantur, aut ſi quod etiam ex naturali ratione deſumtum adhibeat, quod jam in ſimili cauſa allatum fuiſſet à philoſophis, id numquam non divino quopiam teſtimonio confirmet. Hinc anſam nactus Chriſtianos docet quàm parum huic vitæ omne genus miſeriarum pleniſſimæ adhærendum, quamque ſtudioſe ſæculo, extinc-
a. Cap. 3. &c. *tis* [a] corporis delectationibus, cupiditatibus omnibus, mundique illecebris, *moriendum, ut integræ ſanctæque vitæ beneficio mors quam peccatum ſolum poteſt reddere formidabilem, non timeatur. Hoc ultimum*
b. Cap. 5. 6. & 7. *ſubinde probat, maximeque* [b] *totis tribus hujus opellæ capitibus. Ad extremum ubi animæ immortalitatem adſeruit, quiſnam futurus ſit illius à corporis contubernio ſegregatæ ſtatus, explicat; ac perorando fideles adhortatur, ut omni induſtria Deo conjungi, eique indivulſo animo adhærere ſatagant, quò poſt finitum iſtius vitæ*
c. Cap. 12. *curriculum pervenire contingat* [c] ad patriarcharum concilium, ſanctorum cœtum, juſtorumque conventum, ubi ſervulis ſuis dominus Jeſus manſiones paravit, ut ubi ille eſt & nos ſimus.

Ex omni autem operis hujus œconomia cognoſcere eſt, non ſolùm eo nihil ad morum diſciplinam accommodatius inveniri, verum etiam illud libro de Iſaac *plane ſynchronum eſſe, hoc eſt, editum anno circiter* CCCLXXXVII. *Neque vero hinc quoque videtur male conjici idem illud conſtare concionibus, quas ad eoſdem quos ſuperiores*
d. Lib. 4. contr. duas epiſt. Pelag. cap. 11. *tractatus ſpectabant, habitas in librum converterit Ambroſius, inditâ inſcriptione* de Bono mortis, *ſub qua non ſemel citatur* [d] *ab Auguſtino. Et forte iſtis omnibus cauſis factum, ut in uno regiorum codicum ita inſcriberetur.* Liber tertius ex libro de Patriarchis, qui intitulatur de Bono mortis.

Verum

Verum quæ S. Doctor de animarum corporibus ſuis exutarum ſtatu, deque auctore à quo doctrina illa profecta eſt, ſub ſcriptionis hujuſce finem tradit, ea ſane nos in duas non minimas difficultates conjiciunt. Primum enim ſi Doctoris noſtri verba ſtrictè atque ex apicibus interpretemur, cogemur liquido confiteri animas ipſius judicio [a] in quibuſdam habitaculis *concluſas aduſque generalem reſurrectionem ſervari, eas ibi mercedem debitam operibus ſuis, ſed ante diem ultimam minime reddendam exſpectare, interim tamen* [b] illas vel bonis quibuſdam, vel pœnis affici, *prout ipſarum quæque ſuis commerita, poſtremo* [c] juſtorum lætitiam per quoſdam ordines eſſe digeſtam.

a. Cap. 10.
b. Ibidem.
c. Cap. 11.

Mirum quidem non eſt hoc modo de animarum ſtatu ſcripſiſſe Ambroſium, ſed illud propemodum incredibile videri poteſt, quàm in ea quæſtione ſancti Patres ab ipſis apoſtolorum temporibus ad Gregorii XI. pontificatum, Florentinumque concilium, hoc eſt, toto ferme quatuordecim ſæculorum ſpatio, incerti ac parum conſtantes exſtiterint. Non enim ſolum alius ab alio, ut in hujuſmodi quæſtionibus necdum ab Eccleſia definitis contingere amat, diſſentiunt: verum etiam non ſatis cohæret ſibi ipſi; cùm eaſdem animas claro divinæ naturæ conſpectu frui quibuſdam ſcriptorum ſuorum locis concedere, rurſus quibuſdam aliis id ipſum negare videantur. Hujus autem noſtri inſtituti non eſt diverſas illas antiquorum Patrum ſententias hic congerere: cui plura hac de re cognoſcere libuerit, [d] *Alphonſ. à Caſtro,* [e] *Sixt. Sen.* [f] *Bellarm.* [g] *Petav. atque alios conſulat licet. Illud tantùm hoc loci admonemus, omnem illam ſermonis diverſitatem ex variis manaſſe principiis, quæ ſanctis illis viris ſacrarum paginarum lectio ſuppeditabat. Hinc eſt quod qui millenariorum errorem amplexi ſunt, ab iis eodem argumento futura ante corporum reſurrectionem beatifica viſio negabatur. Et quamvis qui ſecuti ſunt magno ſtudio eumdem errorem impugnarint profligarintque, tamen circa Dei viſionem adhuc pendebant ancipites.*

Etenim cùm ad Chriſti precationem qua Patri ſupplicat pro electis, [h] ut ſint, *inquit*, mecum *&c: cùm ad Apoſtolicum illud:* [i] diſſolvi, & eſſe cum Chriſto multo melius: *cùm ad iſtas voces,* regnum cælorum, vitam æternam, *ac ſimiles alias advertunt animum: ſed præ ceteris cum eorum quorum obitus Chriſti reſurrectionem antevertit, nec non eorum qui illis per Chriſtum è limbo jam liberatis, vita ceſſerunt, diſcrimina examinant, tum vero minime dubitant beatum illum conſpectum ſolutis animabus adtribuere, idque potiſſimum ubi vel martyres ſolemnis, vel alios præſtantes viros funebri laudatione proſequuntur. At è contrario tum demum eumdem nequaquam videntur admittere, cùm ſimilitudines laborantium in vinea, Lazari, Divitis, ac ſinus Abrahæ conſiderant: ſed maxime cùm illa omnia perpendunt, quæ in Scripturis docemur de poſtremo judicio, & univerſali reſurrectione, quibus velut duobus cardinibus vertuntur omnes adhortationes promiſſioneſque Chriſti in ſuis parabolis, apoſtolorum in canonicis epiſtolis, & uno verbo, Apoſtolo teſte, omnis Chriſtianorum fides; immo etiam ſpes beatorum Iob ac Tobiæ, comminationes prophetarum, non ſecus ac ſanctorum orationes. Quin & fateatur ipſi ſcholaſtici animæ gloriam id temporis haud mediocriter auctam iri, ita ut nec defuerit qui ipſam quoque intuitivam Dei viſionem multo intenſiorem perfectioremque fore adſeveraret.*

d. Lib. 3 adv. Hæreſ.
e. Bibl. l. 6. Annot 345.
f. Lib 1 de Beat cap 1. & ſeq.
g. Theolog. dogm de Deo cap. 13. & 14.
h. Johā 17. 12.
i. Philip. 1. 23.

Non diffitetur certe magnus [k] *Auguſtinus ægre admodum capere ſe quonam pacto divinæ conſpectu naturæ potiri illæ animæ queant, quandoquidem ad eam toto niſu atque impetu non ferantur, ad bonam creatum, corporis ſcilicet ſocietatem, adhuc propenſiſſimæ. Aliunde vero cùm hujuſmodi propenſionem Deo ſubditam eſſe poſſe animadverteret, nec non fore etiam ut poſt reſurrectionem eædem animæ adminiſtrandi corporis cura diſtineantur, hiſce cauſis permotus poſt inquiſitas varias ſolutiones tandem in* [l] *Retractationibus animo etiam tum dubio & ancipiti ſe eſſe, ac nihil ſuper hoc definire audere non diſſimulat. Auguſtinianum hoc principium ſecutus Bernardus* [m] *ita ejus cancellos tranſilit, ut juſtorum ſpiritibus ſolam humanitatis Chriſti viſionem ſeu cognitionem concedere videatur: ad quem hac in ſententia propius accedere putamus neminem, quàm auctorem* Quæſt. ad Orthodoxos, [n] *quæ hactenus inter Juſtini opera fuerunt edita. Lectoris eſt, unde profecta ſit illa conjectio, judicare. Ceterum proferuntur non pauca Bernardi teſtimonia,* [o] *quibus ipſum juſtis demortuis nequaquam negare Dei viſionem adſtruatur.*

k Serm 120 & 238 in Natali Mart. In Pſal. 36. 43. 116. Lib 12. de Genes. c. 9. Lib. 20. c. 14. 15. 16. In Gen. lib. 12. cap 34. & alibi.
l. Lib. 1 cap. 14
m. Serm. 3. & 4. de omnib. ſanct. Serm. 4. in dedic Eccl.
n. Quæſt. 75.
o. Lib. 1. de dil Deo. Serm. de S. Malach. & de Obit. Humb. Serm 1. in Pentec 2. de Adſumſ. 6. in Cant. Ep. 98 & 266. & alibi.

Quæ cùm ita ſint, non eſſet cur miraretur quiſquam, ſi aliorum Patrum inſtar Ambroſius quoque diverſis principiis ductus, à ſanctis Deum videri quandoque concederet, quandoque negaret. Verum cum locus in hac materia nullus reperiatur celebrior aut difficilior eo quo de agimus, videmur nobis recuſare non poſſe, quin eumdem magis ſedulo diſcutiamus. Primo itaque extra controverſiam eſt corporeas habitationes hic non intelligi ab Ambroſio, quippe qui paſſim tum alibi, tum in hoc libro conſtanter animam ſpiritali natura eſſe prædicet; unde ſequitur eam corporali loco non indigere. Deinde reproborum animas ea re torqueri adſerit, quod videant juſtis quædam habitacula, quibus illæ poſt univerſalis judicii diem excipiendæ ſunt, ab Angelis cuſtodiri. Et hæc ſunt dubio procul gloriæ domicilia quæ propterea oportet corporea eſſe, quod animæ denuo ſuis corporibus quæ locum utique corporeum implebunt, ſint copulandæ. Poſtremo ſignificat [p] *de primis illis habitationibus à Chriſto dictum:* [q] In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. *Quis autem neſciat per manſiones illas nihil aliud deſignari, niſi varios gloriæ gradus quos beatorum animæ qui divino fruuntur conſpectu, in cælis adipiſcuntur? Quocirca id minime abſurdum fore putamus, ſi quis affirmet ſanctum Præſulem, cùm domicilia illa & diſtributam in ſeptem ordines ſanctorum beatitatem tanta animi contentione explicat, potius Dei viſionem in rebus certis ponere habereque, quàm eamdem inficiari. Nonne, amabo, huc etiam facit, quam ibidem ducit, illa collectio?* [r] Ergo quia juſti, *inquit*, hanc remunerationem habent, ut videant faciem Dei, & lumen illud quod illuminat omnem hominem &c. *Nec ſemel hoc loco pronunciat animas juſtorum* cum Chriſto futuras, *haud dubie in felici illa Dei contemplatione, quam apertis verbis* [s] *Gratiano, Valentiniano,* [t] *ac Theodoſio adjudicat.*

p Cap 10. & 12.
q Iohan. 14 2.
r Cap 11.
ſ. Orat. de obit. Valent.
t. Orat de obit. Theod.

Quod ſi rem penitius introſpiciamus, Ambroſium reperiemus ſæpenumero iteraſſe atque adſtruxiſſe hoc principium, animæ quominus Deum cernere queat, ſola corruptibilis corporis vincula impedimento eſſe. Id cum aliis ejus in operibus frequenter occurrit, tum in hoc loco non ambigue declaratur ubi ait: [u] Tunc revelata facie gloriam Domini ſpeculari licebit, quam nunc animæ corporis hujus concretis viſceribus in-

u Cap. 11.

volutæ, & quibuſdam carnis hujus maculis... ſincere videre non poſſunt. *Quapropter cùm hic legimus*[a] *ab illis* remunerationem debitam *exſpectari, quid ut intelligere nobis liceat ſecundum eum ſuis corporibus conjunctionem, eorumdem corporum gloriam, ultimi judicii ſententiam, electorum omnium conſummationem, ob quam, uti alio loco ſcribit,* ſancti ingemiſcunt? Quamvis enim, *inquit,*[b] de ſuo merito ſint ſecuri, tamen quia adhuc futura eſt redemtio totius corporis Eccleſiæ compatiuntur. Cùm enim adhuc membra patiuntur corporis ſui, quomodo alia membra licet ſuperiora non compatiantur? *Quod porro* de ſuo merito ſecuri [c] *prædicantur, quomodo eum alio loco lib. 2. de Cain & Abel*[d] *conciliari queat, intelliges ex nota infra ad c. 11. ſubjecta.*

a Cap. 10.
b Epiſt. 39. ad Oront.
c Cap. 11.
d Cap 2. num 9.

Non eſt autem prætermittendum inter ſcriptores ſacros Ambroſio in ſtatuenda animarum beatitudine, petendiſque ex apocrypho Eſdræ teſtimoniis, omnium ſimillimum eſſe Auctorem Operis imperfecti in Matthæum apud Chryſoſtomum.[e] *Iudicabit lector num inde duci poſſit aliquid argumenti confirmandæ illorum ſententiæ, à quibus iſte in auctorum Eccleſiæ latinæ album refertur.*

e Homil. 34.

Iam veniendum ad alterum caput, quod videlicet Ambroſius quidquid hic de animabus à corporea ſocietate expeditis tradit, ex libro qui Eſdræ quartus inſcribitur, ſit mutuatus. Non dubitat quidem S. Præſul eum librum inter ſcripturas canonicas recenſere, illique parentem adſcribere prophetam Eſdram, quem divinitus afflatum, quidquid ſibi à Spiritu ſancto revelatum eſſet, litteris conſignaſſe memorat. Denique profitetur & crebro repetit divina illum pollere auctoritate, nec ulli eorum qui noſtris in Bibliis continentur, habendum inferiorem. Neque vero hic tantum ita loquitur, verum etiam in pluribus aliis lucubrationibus, ut puta Commentario in Lucam,[f] *ſecundo libro de Spiritu ſancto.*[g] *Oratione de obitu fratris Satyri,*[h] *ad extremum epiſt.*[i] *ad Orontianum, quem ut diligenti ejuſdem lectione ſubſtantiam animæ ſpiritalem atque immortalem eſſe cognoſcat, adhortatur.*

f Lib. 2.
g Cap. 7.
h Circa fin.
i Ep. 38.

Moventur plerique omnes neoterici quod ſanctus Doctor ad eum modum locutus fuerit de libro quem omni ex parte apocryphum eſſe autumant, id eſt, cujus, ut aiunt, non tantum obſcurus auctor, & Spiritu ſancto dictante ſcripſiſſe non creditur: ſed etiam cujus obſcura in Eccleſia auctoritas; tum quia nullo unquam canone vel apud Iudæos vel in Eccleſia recepta ſit, ſed communi Patrum conſenſu rejecta; tum quia varii in eo reperiantur errores, cujuſmodi eſt, quod de animarum promtuariis narrat, & ſimilia. Illi quidem Hieronymi auctoritatem jactant, qui adverſus Vigilantium diſputans, eumdem quaſi ab Eccleſia minime receptum repudiat, quamvis nondum ſibi lectum, tùm hæc ſcriberet. Sic enim ille: Tu vigilans dormis, & dormiens ſcribis, & proponis mihi librum apocryphum, qui ſub nomine Eſdræ à te & à ſimilibus tuis legitur. ... quem ego librum numquam legi. Quid enim neceſſe in manus ſumere, quod Eccleſia non recipit? *Adhuc vehementius alio loco*[k] *non tantum in quartum invehitur, ſed etiam in tertium, cùm tamen ii qui ſanctum hunc in ea opinione ducem ſequuntur, huic libro ſeſe non tantopere infenſos exhibeant. Addunt nonnulli nequaquam magnum illum Eſdram, ſcribam ac legis doctorem, cujus tertium eſſe opinantur, quarti auctorem videri, ſed alium cognominem.*

k Epiſt ad Domnion. & Rogat.

Non defuerunt tamen qui de hoc opere æquius benigniuſque judicarent. Etenim eo non ſolum erroris nihil contineri exiſtimarunt, ſed etiam auctoritatem ejus præcipuam eſſe in Eccleſia, quippe quæ nonnulla inde petita precibus ſuis inſeruerit,[l] *& quominus illud ad calcem Bibliorum excuderetur, non prohibuerit. Quin etiam eumdem hunc librum inter canonicos deſcriptum in quibuſdam antiqui ævi mſſ. reperire eſt, non tamen in omnibus, nec ſine diſcrimine aliquo. Namque in quodam pervetuſto codice qui noſtra in Bibliotheca adſervatur, compactis in unum duobus canonicis libris Eſdræ, ſecundus à primo capite hujuſce quarti ſumit exordium, haud dubie quia ejus illud initium eſt:* Liber Eſdræ Prophetæ ſecundus: *tum ex ejus atque tertii libri capitibus inter ſe permixtis quatuor libelli conficiuntur. Doctiſſimus Faber Ludovici XIII. præceptor*[m] *quemdam ejuſdem quarti libri mſ. adeo diſcrepare ab editione deprehendit, ut varias ejus lectiones Card. Baronio tranſmittendas putaret. Quæ diverſitas forte in cauſa eſt, cur nonnulla ab Ambroſio ex eodem libro citata in edito minime reperiantur. Inventus eſt denique auctor quidam hujus ætatis,*[n] *qui duos ultimos librorum Eſdræ canonicos ac divinæ auctoritatis eſſe crederet, hancque ſuam opinionem etiam ſcripto firmare niteretur. Verum quidquid ejus rei ſit, conſtat non ſolum ex antiquis Patribus Ambroſium ita ſenſiſſe. Clemens Alexandrinus*[o] *Eſdram citato quarto illius libro prophetam ſalutat, eumque non abſimili modo*[p] *Auctor Operis imp. ſuper Matthæum laudat, ac demum ad eumdem alludere videtur*[q] *Cyprianus.*

l In Miſſa fer. 3. Pentecoſt. & in feſtis Mart.
m Epiſt. ad Card. Baron.
n Genebr. Chron. l. 2. ad an. mundi 368.
o Lib. 3. Strom.
p Loc. ſup. cit.
q Ad Demetr.

Quapropter neutiquam nobis mirum videtur, quod Ambroſius libri quem bona fide, ut ex aliis ejus commentationibus patet, pro canonico habebat, hic auctoritatem commendaverit, extuleritque. Id ſiquidem, ut ipſe profitetur, eo conſilio factitabat, ut gentiles qui Chriſtum ejuſque diſcipulos accepta à Platone & aliis philoſophis ſua doctrina inſimulabant, mendacii argueret, cùm ipſum Platonem potius ab Eſdra, aliiſque noſtris Auctoribus mutuatum quidquid boni de ſtatu animarum poſt mortem docuerat, planum faceret. Et hæc eis nova non erat hujuſmodi criminatio. Celſus[r] *eam Origeni multis ante annis in eodem prorſus argumento objectarat. Cùm autem Ambroſii temporibus adhuc non parum valeret idololatria quam Symmachus auctoritate ſua tuebatur, potentia; dubium non eſt quin tunc eadem calumnia renovata fuerit. Quocirca minime mirum videbitur, ſi ad convellendum mendacium, quod funditus Chriſtianam fidem everſum ibat, S. Doctor quantopere valuit, Scriptoris hujus auctoritatem prædicavit. Atqui alia quoque addit ſacrarum paginarum teſtimonia, quibus invicte ſuperbis illis gentilibus demonſtret Platonem & Socratem ſuum ex iſtis limpidiſſimis veritatis fontibus multa hauſiſſe, quæ poſtea ipſi diluto variarum fabularum cœno corruperint. De Platone quidem adeo conſtans eſt eum bene multa ſive ex ſacris codicibus, ut hic docet Ambroſius, ſive ut volunt alii, à Pythagora, qui & ipſe Iudæos ſapientes audierat, didiciſſe; ut vulgatum fuerit de ipſo illud Numenii Pythagorici dictum:* τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωϋσῆς ἀττικίζων.

r Orig. l. 7. cont. Celſ.

SANCTI

AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

DE BONO MORTIS

*LIBER UNUS.**

* Scriptus circ. an. 387.

CAPUT I.

Connectit hunc librum cum præcedenti ; & proponit dubium : Quomodo mors non dicatur mala, licet ſit vita contraria?

1. QUONIAM de Anima ſuperiore libro ſermonem aliquem contexuimus, faciliorem viam putamus de Bono mortis conficere aliquid. Quæ ſi animæ noceat, malum videri poteſt : ſi nihil autem officiat animæ, ne malum quidem. Quod autem malum non eſt, id etiam bonum ; quoniam quod vitioſum, id malum : quod autem vitio caret, id bonum ; ideoque bona malis contraria ſunt, & mala bonis. Denique innocentia eſt, ubi non eſt nocendi voluntas ; & noxius dicitur, qui non ſit innoxius ; miſericors, qui remittat ; immiſericors, qui ignoſcere atque inflecti neſciat.

2. Sed forte aliquis adſerat : Quid tam contrarium, quam vita morti ? Si ergo vita putatur bonum, quomodo mors non eſt mala ? Et ideo quid ſit vita, quid etiam mors, conſideremus. Vita eſt ſpirandi munere frui, mors privari. Hoc autem ſpirandi munus apud pleroſque in bonis ducitur. Hoc eſt ergo vita, frui bonis : mors contra, bonis exui. Et Scriptura dicit : *Ecce dedi ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum,* vitam bonum appellans, mortem malum ; vel illa ſibi priora, & hæc ſibi conferens. Denique ut lectionis divinæ exemplo utamur, in paradiſo eſt poſitus homo, ut ederet de ligno vitæ, & ceteris paradiſi lignis : de ligno autem in quo eſſet cognitio boni & mali, non ederet : qua die autem ederet, morte moreretur. Non ſervavit præceptum, & caruit fructu, atque ejectus de paradiſo mortem guſtavit. Malum igitur mors, quæ pretio damnationis infertur.

Deut. 30. 15.
Gen. 2. 16. & 17.

CAPUT II.

Præmiſſa diſtinctione de triplici genere mortis, oſtendit tertium genus medium eſſe ; immo potius bonum judicandum, quod nos vitæ miſeriis ac peccatis liberet : idem tamen patienter exſpectandum.

3. SEd mortis tria ſunt genera. Una mors peccati eſt, de qua ſcriptum eſt : *Anima quæ peccat ipſa morietur.* Alia mors myſtica, quando quis peccato moritur, & Deo vivit, de qua ait Apoſtolus : *Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem.* Tertia mors eſt, quâ curſum vitæ hujus & munus explemus, id eſt, animæ corporiſque ſeceſſio. Advertimus igitur quod una mors ſit mala, ſi propter peccata moriamur : alia mors bona ſit, quâ is qui fuerit mortuus, juſtificatus eſt à peccato : tertia mors media ſit ; nam & bona juſtis videtur, & pleriſque metuenda, quæ cùm abſolvat omnes, paucos delectat. Sed non hoc mortis eſt vitium, at noſtræ infirmitatis, qui voluptate corporis, & delectatione vitæ iſtius capimur, & curſum hunc conſummare trepidamus, in quo plus amaritudinis, quàm voluptatis eſt. At non ſancti ac ſapientes viri, qui longævitatem peregrinationis hujus ingemiſcebant, diſſolvi, & cum Chriſto eſſe pulcrius æſtimantes : denique diem generationis ſuæ execrabantur, ſicut quis ait : *Pereat dies illa in quâ natus ſum.*

Ezech. 18. 4.
Rom. 6. 4.
Iob. 3. 2.

4. Quid enim eſt quod hæc vita delectet, plena ærumnarum & ſollicitudinum ? In qua innumeræ calumniæ, & multæ moleſtiæ, & multæ lacrymæ eorum qui affligantur moleſtiis, & non eſt, inquit, qui eos conſoletur. Et ideo laudat Eccleſiaſtes *defunctos magis quam viventes. Et optimus,* inquit, *ſupra hos duos, qui nondum natus eſt, qui non vidit hoc malum.* Et alibi idem Eccleſiaſtes meliorem longævo viro eum adſeruit, quem abortu ejecit mater ſua ; quia non vidit hæc mala quæ fiunt in hoc mundo, nec in has venit tenebras, nec in vanitate ambulavit ſæculi ; & ideo re-

Thren. 1. 2.
Eccle. 4. 2. & 3.
Eccle. 6. 3.

quiem hîc magis habebit qui in hanc vitam non A
venit, quàm ille qui venit. Quid enim boni eſt homini in hac vita, qui in umbra vivit, nec expleri
poteſt cupiditatibus ſuis? Et ſi expleatur divitiis,
a fructum quietis amittit, [a] quia cogitur cuſtodire
quod miſera aviditate quæſierit; ut miſerius eas
poſſideat, cui prodeſſe non poterunt. Quid enim
miſerius quam ut cuſtodia torqueat, quarum
abundantia nihil proſit?

5. Itaque ſi plena oneris vita, utique finis ejus
allevamento eſt: allevamentum autem eſt bo- B
num, mors autem finis: mors igitur bonum eſt.
Neque enim aliter gaviſus eſt & Simeon, qui reſponſum acceperat non viſurum ſe mortem, niſi
prius videret Chriſtum Domini; & cùm eum parentes in templum inducerent, ſuſcepit manibus
b ſuis, & dixit: [b] *Nunc dimittis ſervum tuum in pace*;
Luc. 2. 29. quaſi neceſſitate quadam teneretur in hac vita,
non voluntate. Ita dimitti petit, quaſi à vinculis
quibuſdam ad libertatem feſtinaret. Sunt enim
c velut vincula quædam [c] corporis hujus, & quod C
eſt gravius, vincula tentationum, quæ nos alligant, & ad injuriam captivitatis adſtringunt quadam lege peccati. Denique in exitu ipſo videmus
quemadmodum anima decedentis paulatim ſolvat ſe vinculis carnis, & ore emiſſa evolet tamquam carcereo corporis hujus exuta gurguſtio.
Denique feſtinabat etiam ſanctus David de hoc
Pſ. 38. 13. loco peregrinationis exire, dicens: *Advena ego ſum
apud te in terra & peregrinus, ſicut omnes patres mei.*
Et ideo tamquam peregrinus ad illam ſanctorum D
communem omnium patriam feſtinabat, petens
pro hujus commorationis inquinamento remitti
ſibi peccata, priuſquam diſcederet è vita. Qui
enim hîc non acceperit remiſſionem peccatorum,
illic non erit. Non erit autem qui ad vitam æternam non poterit pervenire, quia vita æterna re-
Pſ. 38. 14. miſſio peccatorum eſt. Ideoque dicit: *Remitte mihi, ut refrigerer priuſquam abeam, & amplius non ero.*

6. Quid igitur tantopere vitam iſtam deſideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto E
majore oneratur ſarcina peccatorum? Ipſe Do-
Matth. 6. 34. minus ait: *Sufficit diei malitia ſua.* Et Jacob dixit:
Gen. 47. 9. *Dies annorum vitæ meæ quos habeo, centum triginta
minimi & mali*, non quia dies mali, ſed quia nobis
acceſſu dierum malitiæ incrementa cumulantur.
Nullus enim dies ſine noſtro peccato præterit.

Matth. 6. 34. 7. Unde egregie Apoſtolus ait: *Mihi enim vi-
Philip. 1. 21. vere Chriſtus eſt, & mori lucrum*, aliud ad neceſſitatem vitæ referens, aliud ad mortis utilitatem.
Chriſtus enim nobis vivere eſt, cui ſervimus, cui F
oportet ut à ſanctis ſuis in Evangelii prædicatione deferatur obſequium. Denique & Simeon
Luc. 2. 29. qui ait: *Nunc dimittis ſervum tuum*, propter Chriſtum exſpectabat. Chriſtus enim rex noſter eſt;
& ideo quod rex jubet, deſerere non poſſumus
& contemnere. Quantos imperator terræ hujus
in peregrinis locis aut honoris ſpecie, aut muneris alicujus cauſâ jubet degere? Numquid hi in-
A conſulto imperatore diſcedunt? Et quanto amplius eſt [d] divinis parere, quam humanis? Vivere d
ergo ſancto Chriſtus eſt, & mori lucrum. Unde
Apoſtolus quaſi ſervus; non enim refugit vitæ obſequium, & quaſi ſapiens lucrum mortis amplectitur. Lucrum eſt enim evaſiſſe incrementa peccati, lucrum fugiſſe deteriora, & ad meliora tranſiſſe. Et addidit: *Diſſolvi enim, & cum Chriſto eſſe* Philip. 1.
multo melius: permanere autem in carne magis neceſ- 23 & 24.
ſarium propter vos. Aliud melius, aliud neceſſa-
B rium. Neceſſarium propter fructum operis, melius propter gratiam & copulam Chriſti.

CAPUT III.

Mors naturalis definitur ac laudatur. Item mortificatio, quæ mortis quædam imitatio eſt, explicatur, atque à multiplici utilitate ſimiliter commendatur. Ad extremum proponitur brevis atque elegans vitæ deſcriptio.

8. Ergo quoniam docuit Apoſtolus eum qui Ibidem.
C evaſerit ex hoc corpore, ſi meruerit tamen, cum Chriſto futurum, quid ſit mors, quid
etiam vita, conſideremus. Itaque Scriptura docente, cognovimus quia mors abſolutio eſt animæ & corporis, & quædam hominis ſeparatio.
Solvimur enim hoc nexu animæ & corporis, cùm
recedimus. Unde & David ait: *Dirupiſti vincula* Pſal. 115.
mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Vincula autem 17.
vitæ hujus, id eſt, conjunctionis noſtræ quæ ex
anima conſtat & corpore, ſignificari docet ſupe-
D rior verſiculus pſalmi hujus: *Pretioſa in conſpectu* Ibidem. 15.
Domini mors ſanctorum ejus. Et ideo quaſi propheta prævidens ſe cum ſanctis, & qui pro devotione
animas ſuas in Chriſto depoſuerunt, futurum, lætatur; quia & ipſe obtulit ſe fideliter pro Dei populo adverſus Goliam, cùm ſingulari certamine
dimicaret, & ſolus commune periculum & [*] cri- *
men refelleret; vel cùm ſe morti pro Domini
placanda offenſione promtus objiceret; vel cùm
ſe pro ſalute populi laborantis divinæ ultioni pa-
E ratus offerret. Sciebat enim glorioſius eſſe pro
Chriſto mori, quam regnare in hoc ſæculo. Quid
enim præſtantius quam fieri Chriſti hoſtiam?
Itaque cùm frequenter ab eo legamus Domino
oblata eſſe ſacrificia, hoc tamen loco addidit:
Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Non ſacrifico, in- Ibidem. 17.
quit, ſed ſacrificabo, ſignificans illud perfectum
eſſe ſacrificium, quando unuſquiſque Domino,
corporis hujus vinculis abſolutus adſiſteret, &
offerret ſe hoſtiam laudis; quia ante mortem nul-
F la eſt perfecta laudatio: neque quiſquam in hac
vita poteſt definito præconio prædicari, cùm poſteriora ejus incerta ſint. Mors igitur ſolutio eſt
animæ & corporis. Denique & in Apoſtolo docuimus lectum: *Diſſolvi, & cum Chriſto eſſe multo* Philip. 1. 23.
melius. Solutio autem iſta quid aliud agit, niſi ut
corpus reſolvatur & quieſcat: anima autem convertatur in requiem ſuam, & ſit libera, quæ ſi
pia eſt, cum Chriſto futura ſit?

a. Remig. *Quia ergo cuſtodire non prodeſt, quas miſera aviditate quæſierit, neceſſe eſt ut miſerius eas poſſideat, cui prodeſſe non poterunt. Quid enim* &c. Ita etiam Theod. ſed per correctionem.

b. Rom. edit. hic & infra, *Nunc, Domine, dimitte ſervum*, &c. Quod quidem cum ſenſu ac verborum ſerie ſatis cohæret: attamen omnes & mſſ. & edit. vet. à Vulgata non diſſentiunt, niſi quod illi omittunt vocem, *Domine*.

c. Eadem Rom. edit. *corporis hujus cogitationes*. Atqui vox, *cogitationes*, neque in aliis edit. aut ullis omnino mſſ. invenitur, neque videtur admodum ſenſui neceſſaria.

d. Mſſ. aliquot, *divinis placere, quam in terris vivere. Ergo ſancto Chriſtus eſt vivere*, &c. Alii mſſ. & edit. vet. ut in textu; ubi edit. Rom. pro, *ſancto Chriſtus eſt*, ſubſtituit, *ſervo Dei Chriſtus eſt*. Iterum voces, *Unde Apoſtolus*, in cunctis edit. ac mſſ. non paucis delent, quas mſſ. nonnulli bonæ notæ reſtituunt.

* *Crimen*, id eſt, criminationem, nimirum maledicta ac probra in omnem exercitum Iſraeliticum à gigante Goliath congeſta.

9. Quid igitur in hac vita aliud juſti agunt, niſi A
a ut exuant ſe hujus [a] corporis contagionibus, quæ
velut vincula nos ligant; & ſe ab his moleſtiis ſeparare contendant, renuntient voluptatibus ſuis
atque luxuriæ, fugiant flammas libidinum? Nonne igitur unuſquiſque in hac vita poſitus ſpeciem
mortis imitatur, qui poteſt ita ſe agere, ut ei moriantur omnes corporis delectationes, & cupiditatibus omnibus, mundique illecebris etiam ipſe moriatur, ſicuti mortuus erat Paulus dicens:
Galat. 6. 14 *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo?* Denique B
ut ſciamus qua eſt mors in hac vita, & bona mors,
2. Cor. 4. 10. hortatur nos; ut mortem Jeſu in corpore noſtro
circumferamus. Qui enim habuerit in ſe mortem
Jeſu, is & vitam domini Jeſu in corpore ſuo habebit. Operetur igitur mors in nobis, ut operetur & vita. Bona vita poſt mortem, hoc eſt, bona
S. Aug. lib. 4. contra duas epiſt. Pelag. c. 11. vita poſt victoriam, bona vita abſoluto certamine; ut jam lex carnis legi mentis repugnare
non noverit; ut jam nobis nulla ſit cum corpore
mortis contentio, ſed ſit in corpore mortis victoria. C
Atque haud ſcio ipſe an majoris virtutis mors
iſta quàm vita ſit. Certe Apoſtoli moveor aucto-
2. Cor. 4. 12. ritate dicentis: *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.* Unius mors quantorum populorum vitam ædificabat? Itaque docet & iſtam
mortem in hac vita poſitis expetendam, ut mors
Chriſti in corpore noſtro eluceat, & illam beatam qua corrumpitur exterior, ut renovetur interior homo noſter, & terreſtris domus noſtra
diſſolvatur, ut habitaculum nobis cæleſte referetur. D
Imitatur igitur mortem qui ſe à communione carnis hujus abducit, atque illis vinculis
ſolvit, de quibus tibi dicit Dominus per Eſaiam:
Eſai. 58. 6. *Solve omnem colligationem injuſtitiæ, diſſolve obligationes violentarum commutationum, dimitte confractos in remiſſionem, & omnem circumſcriptionem iniquam dirumpe.*

10. Imitatur & ille mortem qui ſe voluptatibus
b exuit, [b] & æternis delectationibus adtollit, atque
ablevat, & in illo cæleſti habitaculo locat, in quo E
Paulus cùm adhuc viveret, converſabatur; aliter
Philip. 3. 20. enim non diceret: *Noſtra autem converſatio in cælis eſt*, quod pariter ad præſumtionem meriti poteſt meditationemque conferti. Illic enim erat
ejus meditatio, illic animæ ejus converſatio, illic
ejus prudentia, quæ utique intra anguſtias carnis hujus hærere non ſolebat. Sapiens enim cùm
illud divinum inquirit, abſolvit animam ſuam
corpore, & ejus ablegat contubernium, cùm illam veri tractat ſcientiam, quam velut nudam F
ſibi & apertam deſiderat demonſtrari; & ideo retibus quibuſdam, & nebulis hujus corporis ſe
quærit exuere. Neque enim manibus iſtis aut
oculis atque auribus comprehendere illam ſupernam poſſumus veritatem; quoniam quæ videntur temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Denique ſæpe fallimur viſu, & aliter quam ſunt, pleraque videmus. Fallimur etiam
auditu; & ideo contemplemur non illa quæ videntur, ſed quæ non videntur, ſi nolimus falli.
Quando igitur anima noſtra non fallitur, quando ſolium veritatis adtingit, niſi quando ſe ab iſto
ſecernit corpore, neque ab ipſo decipitur & illuditur? Illuditur enim viſu oculorum, illuditur auditu aurium; & ideo relinquat illud & deſerat.
Unde Apoſtolus clamat: *Ne tetigeritis, ne adtaminaveritis, ne guſtaveritis omnia quæ ſunt ad corruptelam.* Coloſ. 2. 21.
In corruptela enim ſunt, quæ ſunt in corporis indulgentia. Et ideo oſtendens non per
corporis indulgentiam, ſed per animæ elevationem, & cordis humilitatem ſe inveniſſe quod verum eſt, addidit: *Noſtra autem converſatio in cælis eſt.* Ibi igitur quærat quod verum eſt, quod eſt
& manet, ſeque in ſe colligat, & congreget omnem aciem virtutis ſuæ; neque aliis committat
& credat, ſed ſe ipſum cognoſcat & intelligat; &
quod ſibi videtur verum eſſe, hoc ſequendum noverit; quod delectatione carnali eligendum æſtimaverit, hoc ſciat falſum, ab eo fugiat & recedat, quia fraudis eſt plenum.

11. Merito ergo depretiavit & dehoneſtavit hoc Rom. 7. 24.
corpus, corpus mortis appellans. Quis enim oculis potuit videre virtutis ſplendorem? Quis juſtitiam manibus comprehendere? Quis ſapientiam
oculorum obtutibus intueri? Denique quando
aliquid cogitamus, neminem nobis occurrere,
neminem volumus obſtrepere auribus noſtris,
atque ita intendimus animo, ut plerumque non
videamus præſentia. Quinetiam in noctibus ſincerius cogitamus, & tunc melius quæ movent,
corde meditamur. Unde & Propheta ait: *Quæ* Pſal. 4. 5.
dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini. Sæpe etiam aliqui claudunt oculos,
ſi quid profundæ volunt niſu cogitationis eruere,
oculorum impedimenta vitantes. Sæpe etiam ſolitudines captamus, ne cujus ſermo noſtris auribus inſuſurret, & quaſi ſemita quædam inhærentem cogitationi animam abducat à vero, atque
ab intentione deflectat.

12. Multas igitur occupationes nobis corporis
hujus neceſſitas gignit, atque uſus invehit, quibus impeditur animæ vigor, ac revocatur intentio. Unde de ſe pulcre dicit ſanctus Job: *Memento* Job. 10. 9.
quia lutum me finxiſti. Si ergo lutum eſt corpus,
oblinit nos utique, non diluit, & coinquinat animam inquinamento intemperantiæ. *Corium &* Ibidem. 11.
carnem me, inquit, *induiſti, oſſibus & nervis inte-xuiſti.* Ligatur itaque & diſtenditur anima noſtra
iſtius corporis nervis, & ideo interdum rigeſcit,
ſæpe curvatur. Et addidit: *Ab iniquitate innocen-* Ibidem 14. & ſeq.
tem me non feciſti. Si enim impius fuero, væ mihi: ſi autem ſim juſtus, non potero me reclinare. Plenus enim confuſionis ſum. Introduxiſti ſuper me tentationes. Quid enim eſt aliud hæc vita niſi plena laqueorum? Inter laqueos ambulamus, inter plurimas verſamur tentationes. Denique idem ſupra
ait: *Numquid non tentatio eſt vita hominis in ter-* Ibid. 7. 1.
ra? Bene addidit in terra, quia eſt vita hominis
& in cælo. *Sicut mercenarii*, inquit, *merces vitæ* Ibidem.
c *ejus*, in labore ſcilicet & [c] tempore, levior fabulis, & fluitans, & natans verbis: cujus habitatio

a. Rom. edit. cum mſſ. nec multis nec antiquis, *hujus corporis contagionibus.* Aliæ ac mſſ. plures potioreſque .. *cogitationibus.* Non male Quidni enim cogitationes rerum ad corporis neceſſitatem voluptatemve pertinentium dici poſſint corporis cogitationes?

b. Ita mſſ. octo melioris notæ. Alii, *& à terrenis delectationibus.* Cunctæ vero edit. *& à terrenis cogitationibus.*

c. Mſſ. ſeptem, *tempore.* Theod. *Et tentatione.* Hic etiam eodem loco, *levior ventis & fabulis* . . . *& ipſa vita in doloribus.* Flor Alb. alter & Reg. alter, *levior tabulis*, fortaſſe, *tipulis*: quæ ſunt animalcula quædam in ſummis aquis diſcurrentia, unde natum proverbium, *levior tipulâ.* Reg. vero ultimam partem ſic habet, *fluitans & natans verbis, nulla firmitudo ſententiæ, cujus habit. in lut. dom & in ipſa vita nulla conſtantia.* Concinit Vat. cod. in voce, *natans.*

in luteis domibus, & ipſa vita in luto. Nulla firmitudo ſententiæ, nulla conſtantia. In die nox deſideratur, in nocte dies quæritur: ante eſcam gemitus, inter cibos fletus, lacrymæ, dolores, timores, ſollicitudines, nulla requies à perturbationibus, nulla à laboribus reclinatio, iræ & indignationis motus horridior. Plerique cupiunt mortem, & non impetrant: ſi autem impetraverint, gratulantur; quia ſola eſt mors requies viro.

CAPUT IV.

Mortem multis nominibus eſſe bonam: ſed maxime quod ſit finis peccati, & ad meliorem vitam tranſitus; quodque ipſa nos redemerit.

Sap. 1. 13.
Gen. 2. 9.

13. SEd dicet aliquis ſcriptum eſſe quia Deus mortem non fecit: vita erat in paradiſo, ubi lignum vitæ, & vita erat lux hominum. Mors igitur mala, quæ acceſſit & ſubintravit. Sed quomodo mors mala, ſi aut ſecundum gentiles ſenſu caret, aut ſecundùm Apoſtolum lucrum Chriſtus eſt, cum quo eſſe multo melius? Quomodo igitur mors nobis malum, ſi nullus poſt mortem ſenſus eſt? Ubi enim nullus ſenſus, nullus utique injuriæ dolor, quia dolor ſenſus eſt. Aut quia eſt poſt mortem ſenſus, eſt etiam vita poſt mortem, & ſuperſtes mortis eſt anima quæ ſenſu utitur, & vitâ fungitur. Cùm autem manet poſt mortem vita atque anima, manet bonum, nec morte amittitur, ſed augetur: nec ullo impedimento mortis retardatur anima: ſed operatur magis, quia operatur quæ ſua ſunt, ſine ulla ſocietate corporis, quod animæ majori oneri quàm uſui eſt. Quid igitur mali eſt animæ, quæ puritatem ſuam cuſtodierit & virtutum diſciplinam ſervaverit? Aut ſi non ſervaverit, non mors malum, ſed vita; quia vita non fuit. Quæ eſt enim vita vitiis peccatiſque obſita? Quid igitur accuſamus mortem, quæ aut vitæ pretium luit, aut abolet ejus dolorem atque cruciatum? Itaque mors aut ſuæ quietis bono utitur, aut malo alieno laborat.

Philip. 1. 21.

14. Nunc illud ſpecta: ſi vita oneri, mors abſolutioni: ſi vita ſupplicio, mors remedio: aut ſi judicium poſt mortem, etiam vita poſt mortem. [a] Vita igitur hìc non eſt bona: aut ſi hìc vita bona, quomodo mors illic non eſt bona, cùm ibi nullus ſuperſit terribilis judicii metus? Sed ipſa hîc vita bona ſi eſt, quibus rebus bona eſt? Virtute utique, & bonis moribus. Non ergo ſecundum animæ & corporis copulam bona eſt: ſed quia per virturem quod malum eſt ſuum repellit; quod autem bonum eſt mortis, adipiſcitur; ut quod animæ eſt, magis quàm id quod contubernii & conjunctionis operetur. Quod ſi vita bona, quæ animæ ſe à corpore ſeparantis eſt ſpeculum, & ſi anima bona quæ ſe elevat atque abducit à corporis contubernio; & mors utique eſt bonum, quæ animam à ſocietate carnis hujus abſolvit & liberat.

15. Omnifariam igitur mors eſt bonum; & quia compugnantia dividit, ne ſe invicem impugnent; & quia portus quidam eſt eorum qui magno vitæ iſtius jactati ſalo, fidæ quietis ſtationem requirunt; & quia deteriorem ſtatum non efficit: ſed qualem in ſingulis invenerit, talem judicio futuro reſervat, & quiete ipſa fovet, & præſentium invidiæ ſubducit, & futurorum exſpectatione componit. Accedit eo, quod fruſtra homines mortem timent, quaſi finem naturæ. Nam ſi recolamus quod Deus mortem non fecerit: ſed poſtquam homo lapſus in flagitium eſt prævaricationis & fraudis, ſententia eum comprehenderit, ut in terram ſuam terra remearet, invenimus mortem finem eſſe peccati; ne quo eſſet vita diuturnior, eo fieret culpa numeroſior. Paſſus eſt igitur Dominus ſubintrare mortem, ut culpa ceſſaret. Sed ne iterum naturæ finis eſſet in morte, data eſt reſurrectio mortuorum; ut per mortem culpa deficeret, per reſurrectionem autem perpetuaretur natura. Ideoque mors hæc tranſitus univerſorum eſt. Opus eſt ut conſtanter tranſeas. Tranſitus autem à corruptione ad incorruptionem, à mortalitate ad immortalitatem, à perturbatione ad tranquillitatem. Non igitur nomen te mortis offendat, ſed boni tranſitus beneficia delectent. Quid eſt enim mors, niſi ſepultura vitiorum, virtutum ſuſcitatio? Unde & ille ait: *Moriatur anima mea in animis juſtorum*, id eſt, conſepeliatur, ut ſua vitia deponat, juſtorum adſumat gratiam qui mortificationem Chriſti in corpore ſuo atque anima circumferunt. Mortificatio autem Chriſti, remiſſio peccatorum, abolitio criminum, erroris oblivio, adſumtio gratiarum eſt. Quid autem de bono mortis plenius poſſumus dicere, quam quod mors eſt quæ mundum redemit?

Gen. 3. 19.
Num. 23. 10.

CAPUT V.

Hortatur ad contemtum mortis, ejuſdemque uſum, id eſt, mortificationem, in hacce vita imitandum. Dein quemadmodum anima ad ſimilitudinem Dei exaltetur, à quo pingatur, & cuſtodiatur, aperit. Tum de horto mentis, ac fructibus, quibus paſcatur Verbum, diſputat.

16. SEd de communi omnium morte dicamus. Quid eam timeamus, quæ animæ nocere non ſoleat? Scriptum eſt enim: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* Per mortem autem iſtam anima liberatur, dum à corporis contubernio ſecernitur, & involucris perturbationis exuitur. Unde & nos dum in corpore ſumus, uſum mortis imitantes ablevemus animam noſtram ex iſtius carnis cubili, & tamquam de iſto exſurgamus ſepulcro. Abducamus nos à corporis nexu, relinquamus omnia quæcumque terrena ſunt; ut cùm venerit adverſarius, nihil in nobis inveniat ſuum. Contendamus ad illud æternum, ad illud divinum evolemus pennis dilectionis, & remigio caritatis. Surgamus hinc, hoc eſt, de ſæcularibus atque mundanis. Dixit enim Dominus: *Surgite, eamus hinc*, præcipiens ut unuſquiſque ſurgat de terrenis, erigat animam humi jacentem, ad ſuperna adtollat, excitet aquilam ſuam, & illam aquilam de qua dictum eſt: *Renovabitur ſicut aquilæ juventus tua.* Ad animam hoc dictum eſt. Anima ergo

Matth. 10. 28.
Johan. 14. 31.
Pſ. 102. 5.

a. Vet. edit. *Mors igitur ea non eſt bona.* Mſſ. omnes Gall. *Vita igitur ea*, &c. Melius Vat. cod. *Vita igitur hic*, &c. Sic etiam infra ubi edit. *ſed ipſa hac vita.* Mſſ. fere ad unum habent, *ſed ipſa hic vita*

noſtra ſicut aquila alta petat, ſupra nubes volet, A
renovatis ſplendeſcat exuviis, cælo volatus inſe-
rat, ubi laqueos incidere non poſſit. Avis enim
quæ deſcendit ex alto, vel quæ in altum ſe extol-
lere non poteſt, freqnenter aut laqueis capitur,
aut viſco fallitur, aut quibuſcumque irretitur in-
ſidiis. Sic quoque & anima noſtra caveat ad hæc
mundana deſcendere. Laqueus eſt in auro, viſ-
cus in argento, nexus in prædio, clavus eſt in
amore. Dum aurum petimus, ſtrangulamur: dum
argentum quærimus, in viſco ejus hæremus: dum B
prædium invadimus, alligamur. Quid inane quæ-
rimus lucrum pretioſæ animæ detrimento? Exi-
guus tibi eſt totus mundus pro unius animæ diſ-
pendio. Quid enim prodeſt homini ſi hunc mun-
dum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum pa-
tiatur? Aut quam commutationem dabis pro ani-
ma tua? Non auro redimitur, non argento, im-
a mo auro amittitur. Quin etiam mulieris decus, [a]
dum tentatur, adſtringit. Clavus eſt libido, clavus
triſtitia, clavus iracundia, clavi ſunt omnes paſſio- C
nes, quæ velut veru quodam animam noſtram pe-
netrant, & infigunt corpori, viſceribuſque ejus
annectunt.

17. Fugiamus ergo hæc mala, & exaltemus ani-
mam noſtram ad illam imaginem Dei & ſimili-
tudinem. Fuga malorum ſimilitudo Dei eſt, &
virtutibus imago Dei acquiritur. Ideo qui nos
pinxit qnaſi auctor, pinxit virtutum coloribus:
Eſai. 49. 16. *Ecce ego*, inquit ad Hieruſalem, *pinxi muros tuos.*
Non detergamus penicillo negligentiæ depicta D
animæ noſtræ firmamenta muralia. Ideo dixit:
Muros pinxi, quibus hoſtem poſſimus avertere.

18. Habet anima muros ſuos, de quibus emi-
Eſai. 27. 3. net, & de quibus ait: *Ego civitas munita, ego ci-
vitas obſeſſa.* His munitur muris, his obſeſſa de-
b fenditur. Et vere murus anima, [b] quæ prætendit
Cant. 8. 10. in caſtris. Unde & ipſa ait in Canticis. *Ego mu-
rus, ubera mea ut turres.* Bonus murus quem pin-
Eſai. 49. 16. xit Dominus, ſicut ipſe ait: *In manibus meis pinxi
muros tuos, & in conſpectu meo es ſemper.* Bona ani- E
ma quæ habet ſpeculatorem Deum, & in mani-
Pſal. 30. 6. bus ejus eſt, ſicut anima prophetica, quæ in ma-
nus Domini commendatur ut ſpiritus, & quæ in
Pſ. 33. 16. conſpectu Dei eſt; *Oculi enim Domini ſuper juſtos*,
Cant. 8. 10. ſicut & ipſe ait: *Ego eram in oculis ejus tamquam in-
veniens pacem.* Bonas turres habet quæ habet &
de intelligibilibus verbum, & de moralibus diſci-
plinam. Ideoque hæc anima habens gratiam ſuo-
rum uberum ingreditur in hortos, & inveniens
illic ſponſum ſedentem & diſputantem cum ami- F
Ibidem. 13. & 14. cis ait: *Qui ſedes in hortis, vocem tuam inſinua
mihi. Mihi*, inquit, non amicis. *Fuge frater meus.*
Hortatur ut fugiat ſponſus, quia jam ſequi po-
teſt etiam ipſa terrena fugientem. Dicit autem
ut ſimilis ſit damulæ, quæ evadit de retibus. Vult
enim & ipſa fugere & evolare ſupra mundum.

19. Hinc hortum illum ſibi Plato compoſuit,
quem Jovis hortum alibi, alibi [c] hortum mentis c
appellavit. Jovem enim & deum & mentem to-
tius mundi dixit. In hunc introiſſe animam, quam
Venerem nuncupat, ut ſe abundantiâ & divitiis
hujus horti repleret, in quo repletus potu jaceret
[d] porus, qui nectar effunderet. Hoc igitur ex li- d
bro Canticorum compoſuit, eo quod anima Deo
adhærens in hortum mentis ingreſſa ſit, in quo
eſſet abundantia diverſarum virtutum, floreſque
ſermonum. Quis autem ignorat quod ex para-
diſo illo, quem legimus in Geneſi habentem li- Gen. 2. 8.
gnum vitæ, & lignum ſcientiæ boni & mali, &
ligna cetera, abundantiam virtutum putaverit
transferendam, & in horto mentis eſſe plantan-
dam? Quem in Canticis canticorum Salomon
hortum animæ ſignificavit, vel ipſam animam.
Sic enim ſcriptum eſt: *Hortus clauſus ſoror mea* Cant. 4. 12. & 15.
*ſponſa, hortus clauſus, fons ſignatus, tranſmiſſiones
tuæ paradiſus.* Et infra ait anima: *Exſurge aquilo,
& veni auſter, perfla hortum meum, & defluant un-
guenta mea. Deſcendat frater meus in hortum ſuum.*
Quanto hoc pulcrius quod anima ornata virtu-
tum floribus hortus ſit, vel in ſe paradiſum ha- Ibidem. 16.
beat germinantem? In quem hortum invitat Ver-
bum Dei deſcendere, ut anima illa Verbi imbre
cæleſtis, & ejus copiis irrigata fructificet. Ver-
bum autem Dei paſcitur animæ virtutibus, quo-
ties obedientem ſibi & opimam invenerit, & car-
pit fructus ejus, atque his delectatur. Cùm autem
deſcenderit in eam Dei Verbum, defluunt ex ea
ſalubrium unguenta verborum, & diverſarum
flagrant longe lateque redolentia gratiarum ſpi-
ramina.

20. Unde ait ſponſus (ſponſus autem animæ Dei
Verbum eſt, cui anima legitimo quodam con-
nubii fœdere copulatur) *Ingreſſus ſum in hortum* Cant. 5. 1. & 2.
*meum, ſoror mea ſponſa, vindemiavi myrrham meam
cum unguentis meis, manducavi panem meum cum
melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Edite,
proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres mei.
Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cognoſcamus quos
fructus & cibos epuletur Deus, quibuſve delecte-
tur. Delectatur eo, ſi quis mortificet peccatum
ſuum, obliteret culpam ſuam, ſepeliat atque abole-
faciat iniquitates ſuas. Myrrha enim eſt ſepultura
mortuorum. Mortua autem peccata ſunt, quæ vi-
tæ ſuavitatem habere non poſſunt. Perfunduntur
autem divini ſermonis unguentis, & fortiore cibo
verbi velut pane, & ſuaviore ſermone velut mel-
le curantur quædam vulnera delictorum. Sermo-
num autem cibos eſſe docet & alibi Salomon di-
cens: *Favi mellis, ſermones boni.* In illo ergo horto Prov. 16. 24.
ſermones boni ſunt, alius qui culpam coerceat,
alius qui iniquitatem corripiat, alius qui mori fa-

a. Edit. omnes, *dum tentat.* Mſſ è contrario, *dum tentatur.* Intelligi autem hic poteſt mulieris decus vel formam tentari, cùm quis ſuæ virtuti nimium arrogans ad illam incautius ac frequentius accedere non reformidat.

b. Omnes edit. *quæ prætenditur in caſtris.* Omnes mſſ *quæ prætendit in caſtris.* Bene, ſi mente ſuppleas, *tabernaculum*, vel, *conopæum*, id eſt, quæ degit in caſtris.

c. Codex Albin. alter, *hortum Martis .... & deum & Martem.* Melius Remig. *hortum mentis ... Jovem etenim deum, & mentem hortum mentis dixit.* Optime reliqui, ac edit. ut in textu.

d. Mira hic in mſſ atque in edit. varietas. Alibi enim legas, *potus qui nectar*; alibi, *potu qui nectar*: alibi, *purum qui nectar*; alibi propius ad ſenſum, *cadus purum qui nectar.* Sed omnibus anteponendi Vat. & Vale. in quibus, *Porus qui nectar* &c. Memorat enim ſanctus vir ea quæ in Sympoſio Plato ſcribit, nempe in convivio propter natam Venerem celebrato Porum abundantiæ deum, ut nectaris crapulam exhalaret, in hortum Jovis ingreſſum obdormiſſe, ad cujus latus cùm Penia paupertatis dea ſe ſe admoviſſet, gravidam factam amorem peperiſſe. Verum cùm non *Peniam*, ut Rom. edit. repoſuit, ſed *Venerem*, ut aliæ omnes, & cuncti mſſ habent, in hortum introiviſſe dicat, videtur nancce fabulam ex memoria tantum enarrare, nec non pori nomine intellexiſſe non deum aliquem, at potius alveum ſive canalem, unde nectaris rivus demanabat, πόρος enim pro alveo ſive canali apud probatos auctores invenitur.

ciat inſolentiam, & velut ſepeliat eam, quando A correptus aliquis erroribus ſuis renuntiat. Eſt etiam ſermo fortior qui confirmat cor hominis validioribus ſcripturæ cæleſtis alimentis. Eſt etiam ſermo ſuaſorius, dulcis ut mel, & tamen peccatoris conſcientiam in ipſa ſuavitate compungens. Eſt etiam ferventioris ſpiritus ſermo, qui inebriat ſicut vinum, & cor hominis lætificat. Eſt etiam lacteus ſermo, purus & candidus. Hos cibos dulcium utiliumque ſermonum epulandos ſponſus proximis ſuis dicit: *Edite proximi mei, & bibite & inebriamini, fratres mei.* (Cant. 5. 1.) B Proximi autem ſunt qui eum ſequuntur, & nuptiis ejus interſunt. Quo cibo & potu repleta anima (bibit enim unuſquiſque aquam de ſuis vaſis, & de puteorum ſuorum fontibus) atque inebriata, ſæculo dormiebat, vigilabat Deo. Et ideo, ſicut poſteriora docent, aperiri ſibi Deus Verbum ejus januam poſtulabat, ut eam ſuo repleret ingreſſu.

21. Hinc ergo epulatores illi Platonici, hinc nectar illud ex vino & melle prophetico, hinc C ſomnus ille tranſlatus eſt, hinc vita illa perpetua, quam deos ſuos dixit epulari, quia Chriſtus vita eſt. Ideoque talium ſermonum ſemiotibus animæ ejus repletus eſt venter, atque ipſa exivit in Verbo. Quæ autem exit anima à ſervitio iſto, & elevat ſe à corpore, Verbum ſequitur.

CAPUT VI.

Hîc omnia laqueis principatuum aereorum & poteſtatum mundi plena eſſe. Quomodo ii declinandi; quodve iter ad illud inſiſtendum?

22. SEd ſunt principatus aerii, & poteſtates mundi, qui nos [a] velut de muro dejicere animæ, vel impedire recte gradientes, vel ad altiora tendentes quærunt deponere, & ad terrena revocare. Sed nos multo magis ad ſublimia mentem erigamus, Verbum ſequentes Dei. Illi principatus ſæcularia offundunt, quibus tuam mentem incurvent: tunc magis ad Chriſtum, anima, E dirige greſſus tuos. Injiciunt cupiditatem auri, argenti, vicinæ poſſeſſionis; ut acquirendæ ejus gratia excuſes te à cœna illius qui ad nuptias Verbi te invitavit: tu cave ne excuſes, ſed veſtem te indue nuptialem, & utere convivio divitis; ne dives qui te invitaverat, cùm excuſaveris te, dum es ſæcularibus occupatus, alios invitet, & tu excludaris. Injiciunt etiam honoris appetentiam poteſtates mundi; ut te extollas ſicut Adam, & dum vis adæquare Deum ſimilitudine F poteſtatis, divina præcepta deſpicias, & quæ habebas, incipias amittere. Qui enim non habet, & quod habet auferetur ab eo.

23. Quoties in oratione nobis, quâ maxime Deo appropinquamus, offunduntur ea quæ plena ſunt opprobrii alicujus aut ſceleris, quo nos à ſtudio precationis avertant? Quoties inimicus cordi noſtro conatur inſerere, quo nos reflectat à ſanctitatis propoſito & piis votis? Quoties corporeos inflammat ardores? Quoties occurſare A facit oculos meretricios, quibus caſtum juſti tentet affectum, ut improviſo amoris ſpiculo feriat imparatum? Quoties inſerit animo tuo verbum iniquum, & cogitationes cordis abſconditas? De quo tibi dicit lex: *Attende tibi, ne fiat verbum abſconditum in corde tuo iniquum,* (Deut. 15. 9.) & dicat tibi Dominus: Quid cogitas mala in corde tuo? Neve cùm (Deut. 8. 12. & ſeq.) abundaveris auro & argento, & opimis agrorum fructibus, vel honoribus dicas: Virtus mea dedit mihi hæc; & obliviſcaris dominum Deum B tuum.

24. His ergo anima quæ cupit evolare, deponitur. Sed tu obluctare quaſi bonus miles Chriſti Jeſu, & inferiora deſpiciens, terrena obliviſcens, ad cæleſtia & æterna contende. Attolle animam tuam, ne eam illiciat eſca laqueorum. Voluptates ſæculi, eſcæ quædam ſunt; & quod pejus eſt, eſcæ malorum, eſcæ tentationum. Dum voluptatem quæris, laqueos incurris. [b] Oculus enim meretricis, laqueus amatoris eſt. Oculus ergo C meretricis eſt laqueus. Laqueus eſt etiam ſermo meretricis, qui obdulcat ad tempus fauces tuas, & poſtea exaſperat eas amaritudine conſcientiæ peccatricis. Laqueus eſt aliena poſſeſſio plena amœnitatis. Omne iter iſtius vitæ plenum laqueorum eſt. Unde juſtus dicit: *In via hac qua* (Pſal. 141. 4.) *ambulabam, abſconderunt laqueos mihi. In via,* inquit, *hac abſconderunt*; ideo tu illam viam ambula quæ dicit: *Ego ſum via, & veritas, & vita;* (Johan. 14. 6.) ut dicas: *Animam meam convertit, deduxit me ſuper* (Pſal. 22. 3.) D *ſemitas juſtitiæ propter nomen ſuum.*

25. Moriatur igitur nobis hoc ſæculum, moriatur nobis carnis iſtius ſapientia, quæ inimica eſt Deo. Subjiciamus animam noſtram ſoli Chriſto, ut dicat unuſquiſque: *Nonne Deo ſubjecta eſt anima mea?* (Pſal. 61. 2.) Non ſæculo ſubdita, non mundo, inquit, ſubdita. Non poteſt hoc pecunioſus, non poteſt avarus dicere: ſed dicit juſtus & continens. Avarus autem dicit: *Anima, habes multa bona in annos multos poſita, requieſce, manduca, bibe, epulare;* (Luc. 12. 19.) E quia avari anima ſubdita eſt luxuriæ corporali: juſti autem anima utitur corpore ut inſtrumento aut organo, quæ velut præclara artifex quo vult obſequium corporis ducit, & effingit de eo ſpeciem quam elegerit, & eas quas voluerit, facit in eo reſonare virtutes, pangens nunc modulos caſtitatis, nunc modulos temperantiæ, ſobrietatis carmen, integritatis dulcedinem, virginitatis ſuavitatem, gravitatem viduitatis. Interdum tamen modulator compatitur organo ſuo. Et F ideo honeſta modulare, ut ſit honeſta compaſſio. Nam & ille qui videt, videndo plerumque, & audiens audiendo afficitur. Et ideo dicit Scriptura: *Oculi tui recta videant.* (Prov. 4. 25.) Et infra: *Ne multus fueris ad alienam. Noli intendere in oculos juvenculæ. Noli intendere in verba meretricis.* (Ibidem 5. 20. & alibi.)

a. Mſſ aliquot, *vel de muro dejicere animæ.* Flor. *de monte dejicere animæ.* Melius reliqui, & edit. Namque alludit cum ad ea ſuperioris cap. *Vere murus animæ*, tum ad prov. *Furca vel Furcillis de muro dejicere.* Quod proverbium apud Græcos Latinoſque pervagatum ex more propugnatorum urbis obſeſſæ ortum dixit. Hi ſiquidem eos ex hoſtibus qui muros conſcendere moliebantur, ſolebant furcis dejicere atque exturbare.

b Pleriquemſſ. *Laqueus enim meretricis.* Alii, ac edit. omnes, *Oculus enim meretricis.* Quin etiam lib. 1. *de Cain & Abel.* cap. 4. & ubicumque hæc ſententia citatur, iiſdem verbis exhibetur; videturque Ambroſius indicare hæc ipſa è ſacris litteris petita eſſe. Attamen ea nuſquam in illis reperire eſt, ſed eorum ſenſus ad quoſdam verſus Proverbiorum, vel Eccleſiaſtis referri poteſt.

CAPUT

CAPUT VII.

Laqueos quoque nobis circumfuſos eſſe in corpore: hoc regi oportere ab anima, quæ tamen ipſi nonnumquam compatitur. Præterea tot moleſtiis vitam abundare, ut odio habeatur, & mors ſolis impiis amara ſit, quibus tamen vita debeat eſſe amarior. Mortem igitur malum non eſſe.

26. ET quid de extraneis laqueis loquor? Noſtri nobis laquei ſunt cavendi. In ipſo hoc corpore noſtro laquei circumfuſi nobis ſunt, quos debemus vitare. Non credamus nos huic corpori, non miſceamus cum eo animam noſtram. *Cum amico*, inquit, *miſce animum tuum, non cum inimico.* (Eccli. 6. 1.) Inimicum tibi eſt corpus tuum quod repugnat menti tuæ, cujus opera inimicitiæ, diſſentiones, lites, perturbationeſque ſunt. Noli cum eo miſcere animam tuam, ne utrumque confundas. Nam ſi miſcetur, ergo melior fit caro quæ inferior eſt, quàm anima quæ ſuperior; quia anima vitam corpori tradit, caro autem mortem animæ transfundit. Confunditur ergo utriuſque operatio, confunditur prope ipſa utriuſque ſubſtantia. Igitur ſuſcipit in ſe anima inſenſibilitatem defuncti corporis, & corpus omnibus animæ virtutibus fungitur. Ac ne forte quia infunditur anima corpori, etiam confundi putetur, exemplum nobis ſit hujus luminis gratia. Siquidem & lumen terreno loco infunditur, nec tamen confunditur. Non ſit ergo confuſa operatio, quorum diſpar ſubſtantia eſt: ſed ſit anima in corpore, ut vivificet corpus, hoc gubernet, illuminet.

27. Negare tamen non poſſumus quod compatiatur corpori ſuo; nam & contriſtatur. Siquidem Jeſus ait: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*, (Matth. 26. 38.) affectum hominis in ſe exprimens. Et alibi: *Anima mea turbata eſt valde.* (Pſal. 6. 4.) Siquidem & modulator modulis ſuis, aut tibiæ, aut citharæ, aut organi, voce, geſtu, affectuque compatitur. In triſtibus ſonis triſtior, in lætis lætior, in acutioribus excitatior, in ipſis mitioribus mitior atque manſuetior; ut ſonos cantuum ipſe commendet, & quodammodo moduletur affectus. Anima quoque in hoc corpore tamquam in fidibus muſicis, quæ ſobria eſt tamen ſummis, ut ita dicam, digitis velut nervorum ſonos, ita pulſat carnis iſtius paſſiones, ut conſonum reddat morum atque virtutum conſentientemque concentum; ut in omnibus cogitationibus ſuis, in omnibus operibus id cuſtodiat, ut omnia conſilia & facta ſibi concinant. Anima eſt ergo [a] quæ utitur, corpus quod uſui eſt; ac per hoc aliud quod in imperio, aliud quod in miniſterio: aliud quod ſumus, aliud quod noſtrum eſt. Si quis animæ pulcritudinem diligit, nos diligit: ſi quis corporis decorem diligit, non ipſum hominem, ſed carnis diligit pulcritudinem, quæ tamen cito marceſſit & defluit.

28. Unde illi intende, de quo dicit Propheta: *Qui non accepit in vanum animam ſuam.* (Pſal. 23. 4.) In vanum accepit animam ſuam (ut jam de hujus vitæ dicamus moleſtiis) qui ſæcularia ſtruit, ædificat corporalia. Quotidie ad edendum & bibendum ſurgimus, & nullus expletur, ut non poſt momentum eſuriat ac ſitiat. Quotidie lucrum quærimus, & nullus cupiditati modus ponitur. *Non ſatiabitur*, inquit, *oculus viſu, nec auris auditu.* (Eccl. 1. 8.) Qui diligit argentum, non ſatiatur argento. Nullus finis laboris, & nullus eſt fructus abundantiæ. Cupimus quotidie ſcire nova; & quid eſt ipſa ſcientia, niſi quotidiani doloris adjectio? Omnia quæ ſunt jam fuerunt, & nihil ſub ſole eſt novum, ſed omnia vanitas. *Totam vitam odio habui*, dixit Eccleſiaſtes. (Eccl. 2. 17.) Qui vitam odio habuit, mortem utique prædicavit. Denique mortuos laudavit magis quam viventes; & illum judicavit beatum, (Ibidem 4. 2.) qui in hanc vitam non venit, nec inanem hunc ſuſcepit laborem. *Circuivit*, inquit, *cor meum* [b], *ut ſcirem impii lætitiam, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & numerum, & ut ſcirem per imperium lætitiam, & moleſtiam, & jactationem; & inveni ego eam amariorem, quàm mortem*: (Ibidem 6. 26.) non quia amara ſit mors, ſed quia impio amara; & tamen amarior vita, quàm mors. GRAVIUS eſt enim ad peccatum vivere, quam in peccato mori; quia impius, quamdiu vivit, peccatum auget: ſi moriatur, peccare deſinit.

29. Plerique criminum ſuorum abſolutione lætantur. Si emendaturi ſunt, recte: ſi perſeveraturi in eis, ſtulte; quia longe illis plus damnatio profuiſſet, ne incrementa facerent peccatorum. De quo ſublimis eſt ſententia Apoſtoli dicentis, quod (Rom. 1. 32.) non ſolum ii qui flagitioſa agunt, ſed etiam qui ea approbant, digni morte ſunt: ſed & illos qui (Rom. 2. 1.) talia condemnant in aliis qualia ipſi agunt, inexcuſabiles haberi, ut & ſua damnatos ſententia. Cùm enim alios condemnant, ſe ipſos condemnant. Nec ſibi eos blandiri oportere, quia pœnarum ad tempus immunes videntur, & exſortes reatus; cùm graviores pœnas intra ſe luant, & ſibi rei ſint, qui aliis non videntur; atque in ſe intorqueant graviorem conſcientiæ ſententiam, cùm de aliorum peccatis judicant. Sed noli, inquit, ô (Ibidem. 4.) homo, divinæ bonitatis & patientiæ theſauros contemnere; bonitas enim Dei ad pœnitentiam te provocat, ad correctionem invitat: duritia autem tua, quâ in erroris pertinacia perſeveras, futuri judicii auget ſeveritatem, ut dignam retributionem tuorum accipias delictorum.

30. Non igitur mors malum. Nam neque apud viventes mors eſt, neque apud defunctos: apud alios enim non eſt, quia adhuc vivunt, alii tranſierunt. Itaque neque apud eos amara eſt, qui eam adhuc neſciunt, hoc ipſo quia neſciunt; neque apud eos qui jam & ſecundùm corpus nihil ſentiunt, & ſecundum animam liberati ſunt.

a. Codex Alb. alter *Quæ utitur corpore in eo quod uſui eſt.*

b. Ita omnes mſſ. atque edit. excepta Rom. ubi legitur, *ut conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & numerum, & ſcirem impii lætitiam.* Quod quidem propius accedit ad LXX. à quibus tamen cum aliis, & mſſ. diſcrepat in voce, *lætitiam*: ſic enim illi, καὶ τοῦ γνῶναι ἀσεβοῦς ἀφροσύνην. ſed forte lectum eſt ab Ambroſio εὐφροσύνην. De ceteris hujus loci differentiis adi Nobilium.

CAPUT VIII.

Nihil terroris habere ipſam mortem, ſed opinionem de morte terrori eſſe; quæ quidem opinio ad vitam referenda eſt. Duas cauſas eſſe cur mors habeatur terribilis, quibus refutatis, mors variis teſtimoniis, ſed præſertim B. Iob auctoritate prædicatur.

31. QUod ſi terribilis apud viventes æſtimatur, non mors ipſa terribilis eſt, ſed opinio de morte, quam unuſquiſque pro ſuo inter- B pretatur affectu, aut pro ſua conſcientia perhorreſcit. Suæ igitur unuſquiſque conſcientiæ vulnus accuſet, non mortis acerbitatem. Denique juſtis mors quietis eſt portus, nocentibus naufragium putatur. Certe iis quibus gravis eſt timor mortis, non eſt grave mori, ſed grave eſt vivere ſub metu mortis. Non ergo mors gravis, ſed metus mortis. Metus autem opinionis eſt: opinio vero noſtræ infirmitatis, contraria veritati. Nam per veritatem virtus, per opinionem infirmitas. C Opinio autem non mortis utique, ſed vitæ eſt. Ergo illud grave vitæ magis invenitur eſſe. Liquet igitur quia mortis metus non ad mortem referendus eſt, ſed ad vitam. Non enim habemus quod in morte metuamus, ſi nihil quod timendum ſit vita noſtra commiſit. Etenim prudentibus delictorum ſupplicia terrori ſunt: delicta autem non mortuorum actus ſunt, ſed viventium. Vita igitur ad nos refertur, cujus actus in noſtra poteſtate eſt: mors autem nihil ad nos; eſt enim ſepa- D ratio animæ & corporis: anima abſolvitur, corpus reſolvitur. Quæ abſolvitur, gaudet: quod reſolvitur in terram ſuam, nihil ſentit: quod nihil ſentit, [a] nihil ad nos.

32. Tamen ſi mors malum, quomodo juvenes non timent fieri ſenes, nec finitimam morti verentur ætatem; patientiuſque deficit qui præſumta morte deficit, quàm qui inopinata. His quoque qui mortem malum putant, aptum reſponſum arbitror, quia per vitam ad mortem eſt tranſitus: E per mortem autem ad vitam reditus. Neque enim niſi qui mortui fuerint, poſſunt reſurgere. Inſipientes autem mortem quaſi ſummum malorum reformidant: ſapientes quaſi requiem poſt labores, & finem malorum expetunt.

33. Duabus autem ex cauſis mortem inſipientes verentur. Una, quod eam interitum appellant: interitus autem hominis eſſe non poteſt, cùm anima ſuperſtes corpori ſit, ſalvo eo quod ipſum corpus maneat reſurrectio. Altera autem cauſa, F quod pœnas reformident, poetarum videlicet fabulis territi, [b] latratus Cerberi, & Cocyti fluminis triſtem voraginem, Charontem triſtiorem, furiarum agmina, aut prærupta tartara, in quibus hydra ſævior ſedem habeat. Tityi quoque viſcera reparandis fœcunda ſuppliciis, quæ vultur immanis ſine ullo fine depaſcitur. Ixionii quoque orbis perpetuam ſub pœnæ atrocitate vertiginem, tum ſaxi deſuper imminentis ſuper capita accubantium inter epulas impendentem ruinam.

A Hæc plena ſunt fabularum, nec tamen negaverim pœnas eſſe poſt mortem. Sed quid ad mortem id quod poſt mortem eſt? Si autem quæ poſt mortem ſunt, referantur ad mortem; eadem etiam quæ poſt vitam ſunt, referantur ad vitam. Nulla ergo erunt ſupplicia quæ referantur ad mortem. Mors enim, ut ſupra diximus, abſolutio eſt & ſeparatio animæ & corporis: non eſt autem mala *Sup. cap. 4.* ſolutio; quia diſſolvi & eſſe cum Chriſto multo melius. *Philip. 1. 23.* Non igitur mala mors. Denique mors B peccatorum peſſima. *Pſal. 33. 22.* Non utique mors peſſima generaliter: ſed peſſima ſpecialiter peccatorum. Denique pretioſa juſtorum. *Pſ. 115. 15.* Unde liquet acerbitatem non mortis eſſe, ſed culpæ.

34. Pulcre autem Græci à fine mortem appellaverunt; τελευτὴν enim mortem appellant, eo quod finis iſtius vitæ ſit. Sed etiam ſomnum Scriptura nuncupat mortem, ſicut eſt illud: *Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado ut ſuſcitem eum.* *Johan. 11. 11.* Somnus autem bonus, quoniam quies eſt, ſicut ſcrip- C tum eſt: *Ego dormivi, & requievi, & ſurrexi; quoniam Dominus ſuſcepit me.* *Pſal. 3. 6.* Dulcis igitur quies mortis. Denique Dominus ſuſcitat quieſcentes, quia Dominus eſt reſurrectio.

35. Illud quoque egregium, quod ait Scriptura: *Ante mortem non laudaveris quemquam.* *Eccli. 11. 30.* Unuſquiſque enim in noviſſimis ſuis cognoſcitur, & in filiis ſuis æſtimatur, ſi bene filios ſuos inſtituit, & diſciplinis competentibus erudivit. Siquidem ad negligentiam patris refertur diſſolutio filiorum. D Tum quia unuſquiſque, quamdiu vivit, obnoxius eſt lapſui, nec ſenectus immunis à crimine; ideo legis quia *Abraham mortuus eſt in ſenectute bona*, *Gen. 25. 8.* eo quod in bonitate propoſiti ſui permanſit. Mors igitur vitæ eſt teſtimonium. Nam ſi laudari ante gubernator non poteſt, quam in portum navem deduxerit, quomodo laudabis hominem, prius quam in ſtationem mortis ſucceſſerit? Et ipſe ſui eſt gubernator, & ipſe vitæ hujus jactatur profundo, quamdiu in ſalo iſto, tamdiu inter nau- E fragia. Dux ipſe niſi confecto prælio non ſumit lauream, nec miles arma deponit, nec ſtipendii mercedem adipiſcitur, niſi hoſte ſuperato. Mors igitur ſtipendiorum plenitudo, ſumma mercedis, [c] gratia miſſionis eſt.

36. Quantum autem morti dedit ſanctus Job, *Iob. 29. 13.* qui dixit: *Benedictio morituri in me veniat?* Nam etſi Iſaac benedixerit filios ſuos moriens, & Jacob benedixerit Patriarchas: tamen benedictionis illius gratia poterat ſolis benedicentium meritis F deputari, vel pietati paternæ. Hic vero nulla prærogativa meritorum eſt, nulla pietatis, ſed ſolius mortis privilegium: cùm benedictio cujuſque morituri tantum virtutis habeat, ut eam ſibi ſanctus Propheta optaverit. Ac per hoc cogitemus ſemper hunc verſiculum, & corde teneamus.

37. Si quem viderimus pauperem moriturum, ſumtu juvemus; & dicat unuſquiſque noſtrum: *Benedictio morituri in me veniat.* Si quem viderimus debilem, non deſeramus: ſi quem in extremis poſitum, non relinquamus: occurrat & nobis di-

a. Edit. omnes, & mſſ aliquot, *nihil agnoſcit.* Sed novem haud infimæ notæ, *nihil ad nos.*

b. Omnes edit. *latratus canis infernalis Cerberi* .... *& nautam inferni gurgitis Charontem.* Sed hæc verba, *canis infernalis*, &c. quæ reſcidimus è textu, neque in Vat. neque in Gall. mſſ reperiuntur; ſatiſque probabile eſt ex alicujus gloſſa vel margine, ubi explicationis gratiâ poſita fuerant, in corpus irrepſiſſe.

c. Sic omnes edit. & pauci mſſ. In aliis autem eſt aliqua diverſitas. Quidam enim, *gratia, remiſſio eſt* quidam, *gratia remiſſionis eſt* quidam, *gratia admiſſionis eſt* quidam denique, *gratia amiſſionis eſt.* Verum hic ad miſſionem quæ militibus emeritis dabatur, alludi conſtat.

cere, *Benedictio morituri in me veniat.* Laudet & te A unuſquiſque moriturus, unuſquiſque [*] depoſitus ævo; unuſquiſque confectus vulnere gravi, unuſquiſque morbo abſumtus, & jam morti proximus. Hic verſiculus quantos benedici fecit? Quoties mihi pudorem incuſſit, ſi moriturum præterii, ſi non viſitavi graviter ægrum, ſi faſtidivi inopem, ſi captivum non redemi, ſi ſenem ſprevi? Sit ergo in corde id ſemper, ut ſtimulet duriores, ut admoneat promtiores. Reſonent te poſtrema verba morituri, & benedictionem tui egrediens corpo- B re anima ſecum vehat. Eripe etiam eum qui ad mortem ducitur, qui periturus erat, niſi tu ſubveniſſes, ut dicas: *Benedictio perituri veniat in me.*

CAPUT IX.

Concluditur mortis bonum ex interitu corporis & immortalitate animæ: quæ immortalitas multifariam oſtenditur. Cui accedit ad fugiendam corporis ſocietatem, & proſequendam ſummi boni conjunctionem exhortatio.

C

38. Quis igitur dubitet de bono mortis, cùm id quod inquietum, id quod erubeſcendum, id quod inimicum nobis eſt, id quod violentum, id quod proceloſum, & ad omnia vitia illecebroſum eſt, conquieſcat & jaceat, & quaſi fera claudatur caveâ ſepulcri, relinquatur rabies ejus exanimis, & emortua compago viſcerum in terram reſolvatur: id autem quod familiare virtutibus, amicum diſciplinis, ſtudioſum gloriæ, ſequax boni, Deo ſubditum eſt, ad illud ſublime D evolet; & cum illo puro & perpetuo bono atque immortali maneat, ipſi adhæreat; & cum ipſo ſit
Act. 17. 28. de quo cognationem ducit, ut quidam ait: *Cujus & genus ſumus?* Non enim mori animam cum corpore manifeſtum eſt, quia non eſt de corpore. Non eſſe autem eam de corpore Scriptura mul-
Gen. 2. 7. tis modis edocet. Nam & Adam à domino Deo noſtro accepit ſpiritum vitæ, & factus eſt homo
Pſ. 114. 7. in animam viventem. Et David ait: *Convertere anima mea in requiem tuam; quia Dominus benefe-* E
Ibidem 8. *cit mihi.* Et in quo benefecerit, audi: *Quia liberavit*, inquit, *pedes meos à lapſu.* Vides gratulari eum mortis hujus remedio, quia finis factus eſt erroris, quia culpa, non natura defecit.

Ibidem. 9. 39. Denique quaſi exutus & liber, dicit: *Placebo Domino in regione vivorum.* Illa eſt enim vivorum
Pſ. 26. 13. regio. Denique illam animarum requiem dicit terram eſſe viventium, quo peccata non penetrant, ubi virtutum vivit gloria. Iſta autem regio plena eſt mortuorum, quia plena delictorum, me- F
Matt. 8. 22. ritoque dictum eſt: *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* [a] Sed & ſupra ſimiliter ait: *Anima ejus in bonis*
Pſ. 24. 13. *demorabitur, & ſemen ejus hereditabit terram*, hoc eſt, anima timentis Deum habitabit in bonis, ut ſemper in eis ſit, & ſecundum ea. Quod poteſt etiam de eo accipi qui ſit in corpore, ut & ipſe ſi timeat Deum, in bonis habitet, & in cæleſtibus ſit, & poſſideat corpus ſuum, & dominetur ei quaſi in ſervitutem redacto, & poſſideat hereditatem gloriæ & cæleſtium promiſſorum.

40. Unde & nos ſi volumus poſt mortem corporis hujus in bonis eſſe, caveamus ne agglutinetur anima noſtra huic corpori, ne commiſceatur, ne inhæreat, ne trahatur à corpore, & tamquam ebria perturbationibus ejus vacillet & fluitet, nec ſe ei credat atque ejus delectationibus, ut committat ſe ejus ſenſibus. Nam & oculus ejus error & fraus eſt, quia fallitur viſus: & auris ejus deceptio eſt, quia & auditus illuditur: & ſapor ejus deceptio eſt. Denique non otioſe dictum eſt: *Oculi* Prov. 4. 25.
tui recta videant. Et, *lingua tua non loquatur perverſa.* Pſ. 33. 14. Quod non eſſet dictum, niſi frequenter errarent. Vidiſti meretricem, captus es vultu ejus, & formâ decoram putaſti: erraverunt oculi tui, perverſa viderunt, alia nuntiaverunt. Nam ſi vere vidiſſent, vidiſſent deformem meretricis affectum, inhorrentem procaciam, indecentem impudicitiam, marcentes libidines, tetram colluvionem, animæ vulnera, conſcientiæ cicatrices. *Qui viderit*, Matth. 5. 28.
inquit, *mulierem ad concupiſcendum* [b] *eam.* Vides quod iſte falſum quæſivit, qui non veritatem, ſed adulterium requiſivit. Videre enim quæſivit ut concupiſceret, non ut verum cognoſceret. Errat igitur oculus, ubi errat affectus. Affectus ergo deceptio eſt, deceptio viſus. Et ideo tibi dicitur: *Ne* Prov. 6. 25.
capiaris oculis tuis, id eſt, non capiatur anima tua. *Mulier enim virorum pretioſas animas capit.* Deceptio Ibidem. 26
eſt auditus. Denique blandimento multo Ibid. 7. 21.
ſermonis mulier fornicaria ſæpe juvenis cor ſeduxit, decepit, illuſit.

41. Ergo non laqueis nos credamus & retibus iis quæ decipiunt & illudunt; quia corda tentantur, impediuntur cogitationes, quæ impediuntur viſu, impediuntur auditu, odore, tactu, ſapore. Non ſequamur illecebroſa & ſeductoria: ſed ſequamur illud quod bonum eſt, illi adhæreamus, illud imitemur, illius præſentia, illius communicatio nos meliores faciat, mores noſtros coloret, illius quædam nos ſocietas informet. Qui enim bono adhæret, adſumit inde quod bonum eſt; quia ſcriptum eſt: *Cum ſancto ſanctus eris, & cum* Pſ. 17. 26. 27.
electo electus eris, & cum perverſo perverſus eris, & cum innocente innocens eris: Aſſiduitate enim atque imitatione quædam ſimilitudinis imago formatur. Ideoque addidit: *Quoniam tu illuminas lucer-* Ibidem 29.
nam meam, Domine. Etenim qui appropinquat lumini, citius illuminatur, & plus in eo ſplendor æterni luminis refulget è proximo. Ergo anima quæ adhæret illi inviſibili bono Deo, atque immortali, & ipſa corporea hæc fugit, & terrena, & mortalia derelinquit, fitque illius ſimilis quod deſiderat, in quo vivit & paſcitur; & quia immortali intendit, non eſt ipſa mortalis. Quæ enim peccat, moritur; non utique aliqua ſui diſſolutione, ſed merito moritur Deo, quia vivit peccato. Ergo quæ non peccat, non moritur; quia manet in ſubſtantia ſui, manet in virtute & gloria.

42. Nam quomodo ſubſtantia ejus interire poteſt, cùm utique anima ſit quæ vitam infundit? Et cui anima infunditur, vita infunditur: à quo anima diſcedit, vita diſcedit. Anima ergo vita eſt. Quomodo enim poteſt mortem recipere, cùm ſit contraria? Sicut enim nix calorem non recipit,

[*]. De hac voce videſis lib. 5. Hexaem. c. 15. num 55.
a Rom. edit. *Sed & David alibi.* Aliæ cum omnibus mſſ. *Sed & ſupra ſimiliter.* Dicitur autem *ſupra*, comparate ad Pſ. 26. qui paucis retro verſibus citatur. Iterum non multo poſt, Rom. edit. ex uno Vat. cod. *& poſſideat ea.* Vet. autem, & alii mſſ. *& ſecundum ea*, id eſt, prope, ſeu juxta ea.
b. Addit edit. Rom. *jam mœchatus eſt in corde ſuo:* quæ quidem verba in aliis edit. atque in mſſ. omnibus deſunt, ſed ad abſolvendum ſenſum ſunt omnino neceſſaria.

nam ſtatim ſolvitur:& lux non recipit tenebras, A
nam ſtatim diſcutit (infuſo enim lumine, tene-
brarum horror aufertur, ſicut admoto igne, ni-
vium rigor deſinit) ita & anima quæ vitam creat,
a [a] mortem non recipit, & non moritur: anima au-
tem mortem non recipit; anima ergo non mori-
tur.

CAPUT X.

Scripturâ quoque animarum immortalitas probatur; nec non eiſdem ſuperiora habitacula adſignantur: B *ubi & exploditur philoſophorum metempſycoſis; ac deinde querela de juſtorum dilata mercede diluitur.*

43. HAbemus ergo rationem, ſed hæc hu-
mana: illud divinum, quod ait Domi-
Johan. 10. 18. nus: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, &*
poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Vides igitur
quia non moritur cum corpore, quæ & ponitur
& reſumitur, & in manus Dei Patris commen-
b datur. Sed forte dicas [b] ſpeciale eſſe quod Chriſti
eſt, & quamvis ille quæ ſunt hominis ſuſceperit, C
tamen quia alterius eſt cauſæ & iſtud adſtruere,
Luc. 12. 20. ne tempus teramus, audi dicentem: *Quid ſcis an*
nocte hac à te tua anima repoſcatur? Numquid di-
xit: Moriatur in te anima tua? Non; ſed, *repoſcatur*
à te. Quæ data eſt, *repoſcitur*, vel *repetunt à te.* Re-
petitur enim anima, non interimitur. Quæ repe-
titur, manet: quæ interimitur, non manet. Quo-
Matth. 10. 28. modo enim interimitur, de qua dixit Sapientia
Dei, non timendum quemquam qui poteſt cor-
pus occidere, animam autem non poteſt? De qua D
Pſal. 118. 109. dicit Propheta: *Anima mea in manibus tuis ſem-*
per. Semper, inquit, non in tempore.

44. Et tu commenda animam tuam in manus
Domini: non ſolum cùm recedit è corpore, ſed
etiam cum eſt in corpore, eſt in manibus Domini;
quia non vides eam unde veniat, aut quo vadat.
Eſt enim in te, & eſt cum Deo. Denique cor re-
gis in manu Domini, & ab eo regitur & guber-
natur. Cor repletur mente, quia mens animæ
principale eſt, & virtus animæ. Non eam virtu- E
tem dico quæ in lacertis, ſed quæ in conſiliis, tem-
perantia, pietate, atque juſtitia eſt. Si cor hominis
in manu Domini, multo magis anima. Si anima
in manu Dei eſt, non utique anima noſtra ſepul-
cro ſimul cum corpore includitur, nec buſto te-
netur: ſed quiete pia fungitur. Et ideo homines
fruſtra pretioſa ſtruunt ſepulcra, quaſi ea animæ,
& non ſolius corporis receptacula ſint.

45. Animarum autem ſuperiora eſſe habitacu-
la Scripturæ teſtimoniis valde probatur. Siqui- F
4. Eſdra. 7. 32. dem & in Eſdræ libris legimus: *Quia cùm venerit*
judicii dies, reddet terra defunctorum corpora, & pul-
vis reddet eas quæ in tumulis requieſcunt, reliquias
mortuorum. Et habitacula, inquit, *reddent animas*
quæ his commendatæ ſunt, & revelabitur Altiſſimus
Johan. 14. 2. *ſuper ſedem judicii.* Hæ ſunt habitationes de qui-
bus dicit Dominus, multas manſiones eſſe apud
Patrem ſuum, quas ſuis pergens ad Patrem, diſ-
cipulis præpararet. Sed Eſdræ uſus ſum ſcriptis,
ut cognoſcant gentiles, ea quæ in Philoſophiæ li-
bris mirantur, tranſlata de noſtris. Atque utinam
non ſuperflua his & inutilia miſcuiſſent; ut dice-
rent animas hominum pariter ac beſtiarum eſſe
communes, earumque ſummum præmium, ſi ma-
gnorum philoſophorum animæ in apes aut luſ-
cinias demigrarent; ut qui ante hominum genus
ſermone paviſſent, poſtea mellis dulcedine, aut
cantus ſuavitate mulcerent. Satis fuerat dixiſſe
illis quod liberatæ animæ de corporibus ᾅδην
peterent, id eſt, locum qui non videretur, quem
locum latine inferorum dicimus.

46. Denique & Scriptura habitacula illa ani- 4. Eſdr. 7. 32.
marum promtuaria nuncupavit: quæ occurrens
querelæ humanæ, eo quod juſti qui præceſſerunt,
videantur uſque ad judicii diem, per plurimum
ſcilicet temporis, debita ſibi remuneratione frau-
dari, mirabiliter ait coronæ eſſe ſimilem illum ju- 4. Eſdr. 5. 42.
dicii diem, in quo [c] ſicut non noviſſimorum tar- c
ditas, ſic non priorum velocitas. Coronæ enim
dies exſpectatur ab omnibus, ut intra eum diem
& victi erubeſcant, & victores palmam adipiſcan-
tur victoriæ. Illud quoque non reliquit occultum
eo quod ſuperiores videantur qui ante generati
ſunt, infirmiores qui poſtea. Comparavit enim 4. Eſdr. 5. 51.
utero mulieris partus hujus ſæculi; quoniam for-
tiores ſunt qui in juventute virtutis nati ſunt, in-
firmiores qui tempore ſenectutis. Defecit enim
multitudine generationis hoc ſæculum tamquam
vulva generantis, & tamquam ſeneſcens creatu-
ra robur juventutis ſuæ, velut marcenti jam vi-
rium ſuarum vigore, depoſuit.

47. Ergo dum exſpectatur plenitudo tempo-
ris exſpectant animæ remunerationem debitam.
Alias manet pœna, alias gloria: & tamen nec illæ
interim ſine injuria, nec iſtæ ſine fructu ſunt. Nam
& illæ videntes ſervantibus legem Dei repoſi-
tam eſſe mercedem gloriæ, conſervari earum ab
Angelis habitacula, ſibi autem diſſimulationis &
contumaciæ ſupplicia futura, & pudorem & con-
fuſionem; ut intuentes gloriam Altiſſimi, erubeſ-
cant in ejus conſpectum venire, cujus mandata
temeraverint. Sicut enim prævaricatio Adæ, ita
& confuſio; quoniam ſicut ille per incuriam man-
datorum cæleſtium lapſus eſt, & pudore ſe pro-
lapſionis abſcondit, fulgorem divinæ præſentiæ
verecundia peccatricis conſcientiæ ſubire non
auſus: ita & animæ peccatorum vibrantis lumi-
nis ejus ſplendorem non ſuſtinebunt, quo teſte
ſe reminiſcentur erraſſe.

CAPUT XI.

Septem ordines quibus digeſta erit poſt hanc vitam juſtorum lætitia, exponit; atque ut ſtudioſe ad Deum animâ accedamus, neque finem vitæ perhoreſcamus, hortatur.

48. JUſtarum autem animarum per ordines 4. Eſdr. 7. 49. & ſeq.
quoſdam digeſta erit lætitia. Primum,
quod vicerint carnem, nec illecebris ejus infle-
xæ ſint. Deinde, quod pro pretio ſedulitatis &
innocentiæ ſuæ, ſecuritate potiantur, nec quibuſ-
dam ſicut impiorum animæ [d] erroribus & per- d

a Cunctæ edit. *mortem non recipit, non moritur.* Mſſ. aliquot ..... *ergo non moritur.* Decem autem melioris ævi, ut in textu.

b. Ita plures potioreſque mſſ. à quibus edit. eo tantum diſſident, quod habent, *Sed ne*, &c. Alii mſſ. partim. . . *ſpeciale eſſe quod Chriſtus eſt* partim . . *quod ſpecialiter Chriſti eſt.* Ruſus poſt pauca, octo mſſ. ac vet. edit. *tamen quia alterius eſt cauſa.* Rom edit ... *alterius eſt cauſa.* Reliqui mſſ. .... *alterius eſt cauſa*, hoc eſt, ad aliud argumentum pertinet.

c. Solus codex S. Th *Sicut noviſſimorum tarditas non excludetur, ſic nec priorum velocitas ante admittetur.*

d. Unus Reg. Codicum, *terroribus, & perturbationibus.* Quod non diſplicet.

turbationibus implicentur, atque vitiorum ſuo- A
rum memoria torqueantur, & exagitentur qui-
buſdam curarum æſtibus. Tertio, quod ſervatæ
à ſe legis divino teſtimonio fulciantur, ut facto-
rum ſuorum * incertum ſupremo judicio non ve-
reantur eventum. Quarto, quia incipiunt intelli-
gere requiem ſuam, & futuram ſui gloriam præ-
videre, eaque ſe conſolatione mulcentes, in ha-
bitaculis ſuis cum magna tranquillitate requieſ-
cent ſtipatæ præſidiis Angelorum. Quintus au-
tem ordo exſultationis uberrimæ habet ſuavita- B
tem, quod ex hoc corruptibilis corporis carcere
in lucem libertatemque pervenerint, & repro-
miſſam ſibi poſſideant hereditatem. Eſt enim or-
1. Cor. 15. 22. & ſeq. do quietis, quia eſt & reſurrectionis: *Sicut enim
in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo*, in-
quit, *omnes vivificabuntur. Unuſquiſque autem in
ordine ſuo: primitiæ Chriſtus; deinde qui ſunt Chriſ-
ti, qui in adventum ejus crediderunt, deinde finis.*
Erit igitur ordo diverſus claritatis & gloriæ, ſi-
4. Eſdr. 7. cut erit ordo meritorum. Proceſſus quoque or- C
dinum proceſſum exprimit claritatis. Denique
ſexto ordine demonſtrabitur iis, quod vultus ea-
rum ſicut ſol incipiat refulgere, & ſtellarum lu-
minibus comparari; qui tamen fulgor earum cor-
ruptelam jam ſentire non poſſit. Septimus vero
ordo is erit, ut exſultent cum fiducia, & ſine ulla
cunctatione confidant, & ſine trepidatione læ-
tentur, feſtinantes vultum ejus videre, cui ſedu-
læ ſervitutis obſequia detulerunt: de quo inno-
xiæ conſcientiæ recordatione præſumant glorio- D
ſam mercedem laboris exigui, quam incipientes
recipere, cognoverunt indignas eſſe hujus tem-
poris paſſiones, quibus remunerationis æternæ
4. Eſdr. 9. gloria tanta refertur. Hic ordo, inquit, anima-
rum, quæ ſunt juſtorum, quas etiam immorta-
les non dubitavit dicere in quinto ordine; eo
quod ſpatium, inquit, incipiunt recipere fruen-
Ibidem. tes & immortales. Hæc eſt, inquit, requies ea-
rum per ſeptem ordines, & futuræ gloriæ prima
perfunctio, priuſquam in ſuis habitationibus E
quietæ congregationis munere perfruantur. Un-
4. Eſdr. 9. de ait Propheta ad Angelum: Ergo dabitur tem-
pus animabus, poſtquam ſeparatæ fuerint de cor-
poribus, ut videant ea quomodo dixiſti. Et dixit
Angelus: Septem dies erit libertas earum, ut vi-
deant, in ſeptem diebus, qui prædicti ſunt ſermo-
nes, & poſtea congregabuntur in habitaculis ſuis.
Hæc ideo plenius de juſtorum ordinibus expreſ-
ſa ſunt, quam de paſſionibus impiorum; quia me-
lius eſt cognoſcere quomodo innocentes ſalven-
tur, quam quomodo crucientur flagitioſi.

49. Ergo quia juſti hanc remunerationem ha- S. Aug. l. 4. contra duas epiſt. Pelag. c. 11.
bent, ut videant faciem Dei, & lumen illud quod
illuminat omnem hominem, abhinc induamus
hujuſmodi ſtudium, ut appropinquet anima noſ-
tra Deo, appropinquet oratio, adhæreat illi noſ-
trum deſiderium, non ſeparemur ab eo. Et hìc
quidem poſiti, meditando, legendo, quærendo
copulemur Deo, cognoſcamus eum ut poſſumus.
Ex parte enim hìc cognoſcimus, quia hìc imper-
fecta, illic perfecta omnia: hìc parvuli, illic robuſ-
ti. *Videmus*, inquit, *nunc per ſpeculum in ænigmate,* 1. Cor. 13. 12.
tunc autem facie ad faciem. Tunc revelata facie
gloriam Domini ſpeculari licebit, quam nunc
animæ corporis hujus concretis viſceribus invo-
lutæ, & quibuſdam carnis hujus maculis & col-
luvionibus obumbratæ ſincere videre non poſ-
ſunt. *Quis enim*, inquit, *videbit vultum meum, &* Exod. 33. 20.
vivet? Et recte. Nam ſi ſolis radios oculi noſtri
ferre non poſſunt, & ſi quis diutius è regione ſolis
intenderit, cæcari ſolere perhibetur: ſi creatura
creaturam ſine fraude atque offenſione ſui non
poteſt intueri, quomodo poteſt ſine periculo ſui
vibrantem cernere vultum creatoris æterni, cor-
poris hujus opertus exuviis? Quis enim juſtifica-
tur in conſpectu Dei, cùm unius quoque diei in-
fans mundus à peccato eſſe non poſſit, & nemo
poſſit de ſui cordis integritate & caſtimonia glo-
riari?

50. Non timeamus igitur recipi ab hominibus,
non vereamur illum debitum omnibus finem, in
quo Eſdras remunerationem ſuæ devotionis in-
venit, dicente ei Domino: *Tu enim recipieris* [a] *ab* 4. Eſdr. 14. 9. a
*hominibus, & converſaberis reſiduum cum Filio meo,
& cum ſimilibus tuis.* Quod ſi illi glorioſum & ju-
cundum erat cum ſimilibus converſari, quanto
nobis glorioſius erit & jucundius ad meliores per-
gere, & converſari cum iis, quorum facta mira-
mur?

51. Quis utique prior, Eſdras, an Plato? Nam
Paulus Eſdræ, non Platonis ſecutus eſt dicta. Eſ-
dras revelavit ſecundum collatam in ſe revelatio-
nem juſtos cum Chriſto futuros, futuros cum
ſanctis. Hinc & Socrates ille feſtinare ſe dicit, [b] ad b
illos ſuos Deos, ad illos optimos viros. Noſtra
ſunt itaque quæ in philoſophorum litteris præſ-
tant: & ille poſuit ea quorum proprium teſtimo-
nium non habebat: nos divini præcepti habemus
auctoritatem. Moyſes & Elias cum Chriſto ap- Matt. 17. 3.
paruerunt: Abraham duos alios cum Deo ſuo Gen. 18. 2.
ſuſcepit hoſpitio: Jacob Dei caſtra conſpexit: Da- Gen. 32. 2.
niel juſtos ſicut ſolem & ſtellas fulgere in cælo, Dan. 12. 3.
revelante ſibi Spiritu ſancto, declaravit.

*. Apparent quidem prima fronte hæc verba contraria illis quæ lib. 2. *de Cain & Abel*, cap. 2. num. 9. ſic habes: *Solvitur corpore anima, & poſt finem vitæ hujus adhuc tamen futuri ambiguo ſuſpenditur.* Verum facile ab hujuſmodi contrarietate liberabitur Ambroſius, ſi conſideremus ultima iſta quæ eo loci tantum obiter poſita ſunt, hoc ſenſu explicari poſſe, ut nimirum anima non de ſua felicitate quam ipſi cognitam & exploratam eſſe Patrum communis eſt opinio, dicatur ambigere, ſed de reſurrectionis ac judicii die, immo & de fratrum ſalute, quibus, Ambroſio teſte, compatitur, ut jam in admonitione ad hunc librum diximus. Nam ſi de ſalute propria vir ſanctus incertam putaſſet, qui eodem libro cap. 9. num. 32. de juſtis demortuis dixiſſet: *Et merito pro viventibus habentur; quia etſi corporis guſtaverint mortem, vitam tamen incorpoream capiunt, & illuminantur ſuorum ſplendore meritorum, luce quoque fruuntur æterna.* Et cap. ſeq. num. 36. non dubitanter adjicit, quod *ipſa vera & beata vita ſit, quam unuſquiſque bene conſcius vivit multo purius ac beatius, cum hujus carnis anima noſtra depoſuerit involutrum . . . in illam ſuperiorem revolans locum, unde noſtris infuſa viſceribus . . . ingemuit.*

a. Rom. edit. *ab omnibus, & converſaberis reſidens.* Sic etiam Vulgata, quæ pro, *Filio meo*, quod habent omnes Ambr. mſſ. atque edit. legit, *conſilio meo.*

b. Ita mſſ. ac edit. omnes, excepta Rom. ubi legitur, *ad illos ſemideos*, idque ex *Apologia Socratis*, ut ad marginem adnotatur. Sed non videmus ad quem illius Apologiæ locum hoc poſſit referri, niſi forte ad iſtum, in quo exponitur quam beata migratio illa ſit, venire ad eos qui juſte apud inferos dicuntur judicare, quales Rhadamanthus, &c.... ἢ ἄλλοι ὅσοι τῶν ἡμιθέων, &c. Atqui hoc ipſum multo commodius referatur ad alium locum ex *Phædone*, quem ſuis verbis hìc ſubjicimus. Νῦν δὲ εὖ ἴστε ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθοὺς, καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διισχυρισαίμην· ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς ἥξειν, εὖ ἴστε, ὅτι εἴπερ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, διισχυρισαίμην ἂν καὶ τοῦτο. *Nunc autem probe noſtis ſperare me fore ut ad bonos viros perveniam, hoc tamen non omnino affirmaverim: quod vero ad deos dominos omni ex parte bonos perventurus ſim, bene noſtis à me, ſi quid aliud hujuſmodi, illud certe affirmari.*

CAPUT XII.

Æternam felicitatem deſcribit, quam nobis etiam deſtinatam eſſe demonſtrat. Deinde ejuſdem qualitates proſequens, illam vivorum regionem eſſe oſtendit, hanc mortuorum. Ad extremum prudenti admonitione librum abſolvit.

52. His igitur freti, intrepide pergamus ad redemtorem noſtrum Jeſum: intrepide ad patriarcharum concilium, intrepide ad patrem noſtrum Abraham, cùm dies advenerit, proficiſcamur: intrepide pergamus ad illum ſanctorum cœtum, juſtorumque conventum. Ibimus enim ad patres noſtros, ibimus ad illos noſtræ fidei præceptores; ut etiamſi opera deſint, fides opituletur, defendatur hereditas. Ibimus & ubi ſinum ſuum Abraham ſanctus expandit, ut ſuſcipiat pauperes, ſicut ſuſcepit & Lazarum: in quo ſinu requieſcunt, qui in hoc ſæculo gravia atque aſpera pertulerunt.

53. Sed nunc, pater, etiam atque etiam extende ad ſuſcipiendum hunc pauperem manus tuas, aperi gremium tuum, expande ſinus tuos, ut plures ſuſcipias, quia plurimi in Dominum crediderunt. Sed tamen, quamvis fides creverit, abundat iniquitas, refrigeſcit caritas. Ibimus ad eos, qui recumbunt in regno Dei cum Abraham, Iſaac, & Jacob, quoniam rogati ad cœnam non ſe excuſaverunt. Ibimus eo ubi paradiſus eſt jucunditatis, ubi Adam qui incidit in latrones, neſcit jam vulnera ſua flere, ubi & latro ipſe regni cæleſtis conſortio gratulatur, ubi nullæ nubes, nulla tonitrua, nullæ coruſcationes, nulla ventorum procella, neque tenebræ, neque veſper, neque æſtas, neque hyems vices variabunt temporum. Non frigus, non grando, non pluviæ, non ſolis iſtius erit uſus, aut lunæ, neque ſtellarum globi: ſed ſola Dei fulgebit claritas. Dominus enim erit lux omnium; & illud lumen verum, quod illuminat omnem hominem, fulgebit omnibus. Ibimus eo ubi ſervulis ſuis dominus Jeſus manſiones paravit, ut ubi ille eſt, & nos ſimus. Sic enim voluit.
Johan. 14. 2. Quæ ſint illæ manſiones audi dicentem: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Quæ ſit voluntas:
Ibidem. 3. *Iterum*, inquit, *venio, & accerſio vos ad me ipſum, ut ubi ego ſum, & vos ſitis.*

54. Sed dices quia ſolis diſcipulis loquebatur, quod ipſis ſolis ſpoponderit multas manſiones. Igitur undecim tantum diſcipulis præparabat?
Matt. 8. 11. Et ubi eſt illud quod ex omnibus mundi partibus venient & recumbent in Dei regno? Unde voluntatis divinæ dubitamus effectus? Sed Chriſti velle, feciſſe eſt. Denique demonſtravit & viam, de-
Johan. 14. 4. monſtravit & locum, dicens: *Et quo vado, vos ſcitis, & viam ſcitis.* Locus apud Patrem eſt, via Chriſ-
Ibidem. 6. tus eſt, ſicut ipſe ait: *Ego ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem niſi per me.* Ingrediamur hanc viam, teneamus veritatem, vitam ſequamur. Via eſt quæ perducit, veritas eſt quæ confir-

A mat, [a] vita quæ per ſe redditur. Et ut ſciamus ve-
ram voluntatem addidit in poſterioribus: *Pater; quos dediſti mihi, volo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum, ut videant* [b] *claritatem meam.* Repetitio iſta Johan. 17. 24.
confirmatio eſt, ſicut illud: *Abraham, Abraham!* Gen. 22. 1.
Et alibi: *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas.* Eſai. 43. 25.
Pulcre autem quod ſupra promiſit, hîc popoſcit. Et quia ante promiſit, & ſic popoſcit, non ante popoſcit, & ſic promiſit: promiſit quaſi arbiter muneris, conſcius poteſtatis: popoſcit à Patre B quaſi pietatis interpres. Et ante promiſit, ut poteſtatem cognoſcas: popoſcit poſtea, ut pietatem intelligas. Non popoſcit ante, & ſic promiſit; ne videretur promiſiſſe potius quod impetraverat, quam quod promiſerat, præſtitiſſe. Nec ſuperfluum putes quod popoſcit, cùm tibi exprimat paternæ voluntatis conſortium, in quo unitatis indicium, non incrementum eſt poteſtatis.

55. Sequimur te, domine Jeſu: ſed ut ſequamur accerſi, quia ſine te nullus adſcendit. Tu enim via C es, veritas, vita, [c] poſſibilitas, fides, præmium. Suſcipe nos quaſi via, confirma quaſi veritas, vivifica quaſi vita. Pande illud tuum bonum quod videre deſiderabat David, inhabitans in domo Domini; ideoque dicebat: *Quis oſtendit nobis bona?* Pſal. 4. 6.
Et alibi: *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Pſ. 26. 13. Ibi enim ſunt bona, ubi vita perpetua eſt, vita ſine crimine. Alibi quoque ait: *Replebimur in bonis domus tuæ.* Pſal. 64. 5. Quod ideo frequentavit, ut ſcires hinc bonum illud philoſophos tranſtuliſſe, D [d] quod ſummum adſerunt. Pande ergo illud vere bonum tuum, illud divinum, in quo & vivimus, & ſumus, & movemur. Act. 17. 28. Movemur quaſi in via, ſumus quaſi in veritate, vivimus quaſi in vita æterna. Demonſtra nobis illud bonum, quod eſt ſimile ſui, ſemper indiſſolubile atque immutabile, Johan. 14. 6. in quo ſimus æterni in agnitione omnis boni, ſicut vas electionis tuæ Paulus teſtificatus eſt dicens: *Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam, ut æternum illum reciperes.* Philem. 15. Æternum ergo miniſtrum Dei E dixit, ſcribens ad Philemonem, cujus fidem in agnitionem omnis boni quod in ſanctis eſt, in Chriſtum Jeſum evidentiorem fieri poſtulabat. In quo bono eſt requies pura, lux immortalis, gratia perpetua, hereditas animarum pia, & ſecura tranquillitas, non morti ſubjecta, ſed erepta de morte, ubi nullæ lacrymæ, nullus eſt fletus. Unde enim illic fletus, ubi nullus eſt lapſus? Ubi ſunt ſancti tui erroribus & ſollicitudinibus, inſipientia atque ignorantia, timore ac metu, cupi- F ditatibus atque corporeis colluvionibus & paſſionibus abſoluti, ubi regio viventium eſt. Et ut adſertioni huic adjungamus auctoritatem, de hoc bono Propheta dicit: *Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: quoniam eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu. Placebo Domino in regione vivorum.* Pſ. 114. 7. & ſeq. *Placebo*, dixit, non placeo hoc eſt, de tempore ſibi blanditur futuro. Contraria ſunt autem

a Rom. edit ex uno cod. Vat. *vita quæ perſeverantibus redditur.* Senſus hic verus quidem eſt atque apertus: attamen is minime rejiciendus quem omnes aliæ edit. ac mſſ. præ ſe ferunt. In his ſiquidem co dicitur vita per ſe reddi, quod cum ea bonorum ſui ordinis (puta naturalis naturalium, ſupernaturalis ſupernaturalium) primum ac fundamentum ſit, non ipſa ad alia, ſed alia ad ipſam referuntur.

b. Eadem Rom. edit. ſola *claritatem meam, Pater juſte.* Dubio procul quia vila eſt dictio, *Pater*, geminanda ob id quod ſequitur, *Repetitio iſta.* Verum hæ voces non videntur alia de cauſa poſitæ, niſi quia idem videtur bis fuiſſe ſignificatum per illa verba, *ut . . . ſint mecum, ut videant*, &c.

c. Cod. Vat. atque edit. Rom. *poſſibilitas, fides.* Melius alii mſſ. ac edit. . . . *fides.* Etenim quemadmodum hic *poſſibilitas* ad *via* et, *præmium* ad *vita*, ſic, *fides* refertur ad *veritas.* Dicitur ergo Chriſtus *fides*, eo quod ejus veritas fidei, ut loquuntur, ſit formale objectum.

d. Mſſ. majori numero & auctoritate, *quod ſummum adſerunt.*

præſentibus futura, & temporalibus æterna. Et A
ideo quoniam ibi vivorum regio, hìc utique mortuorum.

56. An non mortuorum hæc regio, ubi umbra
mortis, ubi porta mortis, ubi corpus eſt mortis?
Matth 16. 18. Denique donatur Petro, ne forte portæ inferi
prævaleant ei. Portæ inferi iſtæ ſunt terrenæ.
Pſal. 9. 15. Unde & ille ait: *Qui exaltas me de portis mortis.*
Sicut enim ſunt portæ juſtitiæ in quibus ſancti
Domino confitentur, ita ſunt criminum portæ
in quibus impii Dominum negaverunt. Audi B
Num 19. 22. quoniam regio iſta ſit mortuorum. *Si quis igitur
mortuum tetigerit, immundus erit.* Immundus autem
in conſpectu Domini omnis iniquus. Si quis
igitur tetigerit iniquitatem, immundus erit: ſi
1. Tim. 5. 6. quis in deliciis, mortuus; *quoniam quæ in deliciis
eſt, vivens mortua eſt.* Et qui infideles ſunt, deſcendunt
in infernum viventes: etſi nobiſcum videntur
14. q. 4. cap. Si quis uſuram. vivere, ſed in inferno ſunt. Si quis uſuram
accipit, rapinam facit, vitâ non vivit, ut habes
Ezech 33. 18. & 19. in Ezechiele. Si quis autem juſtus juſtificationes C
Domini cuſtodit ut faciat eas, *vitâ*, inquit, *vivet,
& vivet in eis.* Ipſe eſt ergo in regione vivorum,
in illa regione ubi vita non eſt abſcondita, ſed libera;
ubi non umbra, ſed gloria. Hìc enim nec
ipſe Paulus vivebat in gloria. Denique in corpore
Coloſſ. 3. 3. & 4. mortis ingemiſcebat. Audi dicentem: *Nunc
enim vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo:
cùm autem Chriſtus apparuerit vita noſtra, tunc &
nos cum illo apparebimus in gloria.*

57. Feſtinemus ergo ad vitam. Si quis vitam
tangit, vivet. Denique tetigit illa mulier quæ
tetigit fimbriam ejus, & à morte dimiſſa eſt, cui
dicitur: *Fides tua te ſalvum fecit, vade in pace.* Si Luc. 8. 48.
enim qui mortuum tangit, immundus eſt; ſine dubio
qui viventem tangit, ſalvus eſt. Quæramus
ergo viventem. Sed iterum videamus, ne eum
quæramus inter mortuos, & dicatur nobis ſicut
& mulieribus illis: *Quid quæritis viventem cum* Luc. 24. 6.
mortuis? Non eſt hîc, ſed ſurrexit: Ipſe quoque Dominus
ubi ſe quæri vellet, oſtendit dicens: *Vade* Johan. 20. 17.
*ad fratres meos, & diceis: Adſcendo ad Patrem meum,
& ad Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum.*
Ibi ergo quæramus eum, ubi quæſivit Johannes, Johan. 1. 1.
& invenit. Ille eum in principio quæſivit, & invenit
viventem apud viventem, Filium apud Patrem.
Nos eum in temporum fine quæramus, &
complectamur pedes ejus, & adoremus eum, ut
dicat & nobis: *Nolite timere*, id eſt, nolite timere à Matth. 28. 5.
peccatis ſæculi, nolite timere ab iniquitatibus
mundi, nolite timere à fluctibus corporalium paſſionum,
ego ſum peccatorum remiſſio: nolite timere
à tenebris, ego ſum lux: nolite timere à morte,
ego ſum vita. Quicumque ad me venit, mortem
non videbit in æternum; quoniam ipſe eſt
plenitudo divinitatis, & ipſi eſt gloria, decus, perpetuitas
à ſæculis, & nunc, & ſemper, & in omnia
ſæcula ſæculorum, Amen.

IN LIBRUM DE FUGA SÆCULI ADMONITIO.

Hic liber diverſas inter Ambroſiana opera ſedes occupavit. Etenim in mſſ. atque in edit. antiquiſſimis proximum poſt libros de Iſaac, *&* de Bono mortis *locum obtinet. Cùm autem Eraſmo libuiſſet omnia Ambroſii monumenta in certas claſſes diſtribuere, illum cum ſuperiori tractatu* de Bono mortis *in ethicorum ordinem poſt libros* de Officiis, *ac* de Virginibus *coegit, in quo eum poſtea Coſterius, & Gillotius imitati ſunt. Poſtremo qui Romanæ præerant editioni hunc ipſum librum nihil aliud eſſe rati, quàm myſticam expoſitionem loci Geneſeos,* [a] *ubi Rebecca filium ſuum Iacob ut in Meſopotamiam fugiat, ſuadet; eumdem poſt commentationem* de Jacob, & Vita beata *tranſtulere. Sed illi quidem non idoneo tibicine innixi. Enim vero etſi haud ſemel illam Iacobi fugam memoret S. Antiſtes, numquam tamen illius fuit conſilium enarrationem in eum Scripturæ locum elucubrare: nec aliter hujuſce Patriarchæ exemplo utitur, atque aliorum quorumdam præſtantium virorum, quos eo proponit, ut efficacius ad æternum mundo nuntium remittendum ſtimularet. Quocirca hoc libro attentiori examine diſcuſſo priſtinum ei locum reſtituimus; idque eo lubentius, quod is tantummodo diſputationi* de Jacob, & Vita beata *quam in Rom. editione ſequebatur, præponendus ſit: quâ ex mutatione nihil oboriri poteſt confuſionis. Atqui ad id non ſola nos impulit manuſcriptorum veterumque editionum auctoritas: ſed multo magis quæ illum cum ſuperioribus tractatibus conjungit, materiæ cognatio. Quidni etiam ipſiuſmet Ambroſii teſtimonium? Cùm enim in ipſo libri limine ita loquitur:* Frequens nobis eſt de effugiendo ſæculo iſto ſermo, *minime dubitamus eum tacite quodammodo indicare tractatus* de Abraham, de Iſaac & Anima, *ac* de Bono mortis; *quippe qui auditores ſive lectores ſuos inſtantius ad ſæculi ejuſque vanitatum fugam in his omnibus adhortetur, ac præcipue in hoc ultimo, ubi in ea re tria capita quemadmodum à nobis in ſuperioribus admonitionibus obſervatum eſt, conſumuntur.*

Hoc ipſum tota iſtius libelli demonſtrat conſtitutio. Superius enim à nobis oſtenſum eſt S. Præſulem in concionibus ac tractatibus ſuis Catechumenos competentes quam diligentiſſime omnibus Chriſtianæ vitæ præceptionibus imbuiſſe: at illud præcipua quadam cura inculcaſſe, quantopere ad fugiendas ſæculi vanitates obſtringerentur. Verum his anguſtiis non claudebatur ejus ſollicitudo. Rebatur ſiquidem id vel maxime ſui eſſe officii, ut eos poſt ſuſceptum baptiſma in doctrina quam ſe docente jam didicerant, confirmaret. Quapropter ab ipſo hujus ſcriptionis exordio oſtendit [b] *quam ſit humanæ fragilitati atque cupiditati proclive ſenſim in mundanas ineptias relabi: quam autem arduum in ſancto propoſito perſeverare; atque adeo ipſis ut indefeſſo curſu vanitates fugiant, ac ſupra illas poſiti ad perfectionem indeſinenter contendant, manibus pedibuſque adnitendum. Nihil aliud* [c] *in veteri lege per ſex illas refugii civitates quæ reis homicidii non voluntarii patebant, ſignificatum probat: quæ in re diutius quam privatim in alia ulla ſiſtit. Deinde in quo hæc fuga poſita ſit,* [d] *declarat; quamque illis eadem* [e] *glorioſa, utilis, ac neceſſaria ſit, propoſitis Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtoli, atque etiam ipſius Chriſti domini exemplis evincit, ſed ipſam* [f] *celerem eſſe oportere. Docet* [g] *ejus ſtadium ac metam ſummum atque incommutabile bonum eſſe, hoc eſt, Deum ipſum; proindeque nullo alio ſtimulo* [h] *illos acrius excitari debere ad evadendum è mundo, ubi divino permiſſu hactenus peccatum & malitia perſeverant, & unde ipſemet Chriſtus iſta exſtirpare noluit, quamquam eorum auctorem diabolum condemnaverit.*

Verum cùm ei à novis illis Chriſtianis objici poſſet quibuſdam vinculis ſe ſe conſtringi, per quæ ſibi ex mundo profugere haud quaquam liceret; ipſis [i] *aperit quâ ratione mundum corpore non deſerentes inde animo poſſent evolare, Deo unice adhærere, obſervare ejus præcepta, & occaſionem ulterius in via virtutis progrediendi nullam non arripere. Ad extremum hujus diſputationi coronidem ponit* [k] *vehementiſſime juxta ac facundiſſime exhortando, ne cum ſæculo cui ſemel in baptiſmate ut ſuas ſibi res haberet ſolemni divortio edixerant, ullam in poſterum inirent ſocietatem, perſuaſi nimirum in ſe non jam veterem hominem apparere debere, ſed novam illam vitam quam in genitali fonte ubi Chriſto commortui ſimul etiam cum ipſo revixerant, accepiſſent. Porro ſi Ambroſium ad homines baptiſmo recens initiatos ſermonem habere ex operis epilogo conſtat, idem non minus tum ex ejus* [l] *exordio, tum ex medio manifeſtum eſt. Atqui iſtuc ipſum non ſecus ac reliqua ejuſdem commentationis partes luce meridiana clarius oſtendunt illam è concionibus vel potius è concione una conſtare, quam dubio procul feſtis paſchalibus circiter annum* CCC LXXXVII. *quo ſuperiores libros compoſitos fuiſſe obſervavimus, pronuntiavit. Utrum autem huic eidem libello titulus ab Ambroſio inditus ſit* de Fuga ſæculi, *id ſane Auguſtini* [m] *à quo ita laudatur, in controverſia poni non ſinit auctoritas. Non diſſimulandum tamen in manuſcriptis aliquot inſcriptum legi* de Eſau & Fuga ſæculi. *Sed quid occaſionem additioni dederit, prorſus non videmus. Standum itaque jam receptæ inſcriptioni.*

Etſi Philonis libro de Profugis *argumentum Agar fugitiva præbuerit, ejus tamen ſubſidio S. Antiſtes utiliter aliquot locis uſus eſt, ut puta ubi de patriarchis* [n] *Iacob & Ioſeph, deque ſex refugii civitatibus* [o] *diſſerit. Hic autem duo haud indigna quæ obſerventur, animadvertes; alterum quidem quod jam à nobis eſt adnotatum, nempe Ambroſium quidquid à Iudæo illo mutuabatur, illud in uſus chriſtianos convertere, ac variis rationibus teſtimoniiſque ex novo Teſtamento petitis confirmare: alterum vero cauſam cur idem Præſul tam libenter è Philonis commentationibus hauriret, iſtam eſſe, quod videlicet complura illius doctrinæ capita ad Chriſtianæ religionis placita facili negotio redigi poſſent; cujus ſane rei clariſſimum exemplum quæ in hoc libro* [p] *de Verbo divino diſputantur, ſuppeditant.*

a. Cap. 27. 43.
b. Cap. 1. n. 1. & ſeq.
c. Cap. 2. 3. & init. 4.
d. Cap. 4. num. 17.
e. Cap. 4. num. 19. & 20.
f. Cap. 6. num. 32.
g. Ibidem.
h. Cap. 7. num. 37. & ſeq.
i. Cap. 8. num. 45. & ſeq.
k. Cap. 9. num. 51. & ſeq.
l. Cap. 1. 7. 8.
m. Lib. 2. cont. Julian. Pelag. c. 8. Et lib. 4. contr. duas Epiſt. Pel. cap. 11.
n. Cap. 4. & 8.
o. Cap. 2. &c.
p. Cap. 2. & 3.

SANCTI

SANCTI

AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

DE FUGA SÆCULI

*LIBER UNUS.**

* Scriptus circ. an. 387.

CAPUT I.

Hominem non poſſe terrenas illecebras & cupiditates fugere, niſi divinum adſit præſidium. Quot ille impedimenta à ſenſibus patiatur; quamque eum neceſſe ſit triſtia lætis anteponere, cùm in his nihil niſi vanitas reperiatur. Tandem qui ſalvus eſſe velit, ſupra mundum adſcendat, oportere.

S. Auguſt. lib. 2. contr. Jul. Pelag. cap. 8 & lib. contr. duas epiſt. Pel. cap. 11.

1. FREQUENS nobis de effugiendo ſæculo iſto eſt ſermo; atque B utinam quam facilis ſermo, tam cautus & ſollicitus eſſet [a] affectus. Sed quod pejus eſt, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offuſio mentem occupat; ut quod ſtudeas vitare, hoc cogites, animoque volvas: quod cavere difficile eſt homini, exuere autem impoſſibile. Denique voti eam magis eſſe rem quàm effectus teſtatur Pro-
Pſ. 118. 36. pheta dicendo: *Declina cor meum in teſtimonia tua, & non in avaritiam.* C Non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrum, & noſtræ cogitationes, quæ improviſo effuſæ mentem animumque confundunt, atque alio trahunt quam tu propoſueris, ad ſæcularia revocant, mundana inſerunt, voluptuaria ingerunt, illecebroſa intexunt; ipſoque in tempore quo elevare mentem paramus, inſertis inanibus cogitationibus, ad terrena plerumque dejicimur.

2. Quis autem tam beatus qui in corde ſuo D ſemper adſcendat? Sed hoc ſine auxilio divino quî fieri poteſt? Nullo profectò modo. Denique
Pſal. 83. 6. ſupra eadem Scriptura dicit: *Beatus vir cujus eſt auxilium abs te, Domine, adſcenſus in corde ejus.* Beatus plane quem delectatio non revocat, quem non inclinat voluptas, qui ad inferiora non reſpicit; quod nec ipſius Lot uxor potuit evadere.

A Quo admonitus exemplo Apoſtolus, poſteriora obliviſcens, & ea quæ ſunt priora appetens feſtinabat ad bravium, & pervenire meruit; quia ante ſe Chriſtum videbat, à quo ad juſtitiæ vocabatur coronam. Sed pervenit ille qui ſe ipſum ſibi abnegavit, ut Chriſtum lucraretur. Denique non ipſe vivebat, ſed vivebat in eo Chriſtus.

3. Nam quis [b] inter tot paſſiones hujus corporis, inter tot illecebras hujus ſæculi tutum atque intemeratum ſervare poteſt veſtigium? Reſpexit B oculus, & ſenſum mentis avertit: audivit auris, & intentionem inflexit: inhalavit odor, & cogitationem impedivit: os libavit, & crimen retulit: tactus contigit, & ignem adolevit. *Intravit mors per feneſtram*, dixit Propheta. (Hier. 9. 21.) Feneſtra tua eſt oculus tuus. Si videas mulierem ad concupiſcendum, intravit mors: ſi audias ſermones meretricios, intravit mors: ſi luxuria ſenſus tuos capiat, penetravit mors. Et ideo qui vult adſcendere, non læta ſæculi, non amœna, non delectabilia, ſed plena C doloris & fletus ſequatur; melius eſt enim ire in domum luctus, quam in domum gaudii. Denique nec Adam de paradiſo deſcendiſſet, niſi delectatione deceptus eſſet.

4. Pulcre igitur David, qui [c] periculoſos hominis etiam ipſos adſpectus fuerat expertus, beatum Pſal. 39. 5. illum dicit, cui ſpes omnis in Dei nomine eſt. Sic enim non reſpicit in vanitates, & inſanias falſas, ſi ſemper in Chriſtum intendat, ſemper Chriſtum interioribus oculis adſpiciat. Unde iterum ad ipD ſum converſus ait: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Pſ. 118. 37. Vanitas circus eſt, quia nihil prodeſt: vanitas eſt equorum velocitas, quia mendax ad ſalutem eſt: vanitas theatrum eſt: vanitas ludus omnis: *Omnia vanitas*, inquit Eccleſiaſtes, *quæ in hoc ſæculo ſunt.* Eccleſ. 1. 2. Denique qui ſalvus eſſe vult, ſupra mundum adſcendat, quærat Verbum apud Deum, fugiat hunc mundum, terras relinquat.

a. Rom. edit. contra omnes alias edit. ac mſſ. hic poſuerat, *effectus*, & paulo infra, *affectus*. Præpoſtere, ut examinanti palam fiet.

b. Mſſ Big. Alnet & Alb. *Inter tot paſſiones hujus ſæculi, inter tot illecebras hujus mundi*, &c. At Theod. *In tot paſſionibus hujus corporis, inter tot illecebras* &c.

c. Ita mſſ novem optimæ notæ. Vat. cod. & Rom. edit. omittunt, *hominis*. Alii mſſ cum ant. edit. *periculoſos homines etiam ipſo adſpectu*. Quæ verba minime etiam videntur adſpernanda.

Non enim poteſt percipere illud quod eſt, & eſt A ſemper, niſi prius hinc fugerit. Unde & Dominus volens Patri Deo appropinquare, ad apoſtolos ait. *Surgite eamus hinc.* Johan. 14. 31.

CAPUT II.

Saculum fugiendum docet lex de civitatibus refugii, de quibus quatuor diſcutiuntur; primum, cur illa in ſorte levitarum delecta: ſecundum, cur numero ſex: tertium, cur earum tres ultra Jordanem, ac totidem in terra Chananæa: quartum, cur homicida mortem pontificis ibi jubeatur exſpectare. Quæ omnia diverſis virtutibus accommodantur.

5. Docet te etiam lex fugiendum ſæculum, Deum ſequendum. Quid enim aliud docet, cùm dicit: *Diſponetis vobis civitates ad refugium, & erunt vobis refugia, quo refugiat homicida omnis, qui percuſſerit animam invitus?* Et infra: *Sex civitates ad refugia erunt vobis, tres civitates dabitis trans Jordanem, & tres civitates dabitis in terra Chanaan?* [a] Aperte quidem confugientibus hoc crimen homicidii refugia propoſita ſunt. Sed conſideremus altius. Quatuor ſunt quæ admonent profundius eſſe ſpectanda arcana lectionis iſtius. Unum, qua ratione ex his civitatibus quæ levitis in portionem ſorte obvenerunt, ſex civitates ad refugium datæ ſint homicidii crimine laborantibus, cur non etiam aliarum tribuum civitates ad hoc munus deputatæ? Secundum, qua ratione ſex numero; non enim otioſe numerus hic præſcriptus videtur neque plurium neque pauciorum civitatum. Tertium, cur tres ultra Jordanem civitates, & tres in regione Chananæa diſpoſitæ ſint, quæ refugio peccantibus forent. Quartum, cur dinumeratio & definitio temporis comprehenſa ſit, intra quod habitet homicida in civitate refugii, quoad moriatur ſacerdos magnus, & poſt mortem ſacerdotis magni revertatur homicida in civitatem habitationis ſuæ. De ſingulis ergo oportet dicere, atque eo ordine quo propoſuimus, quæſita abſolvere.

Num. 35. 11. — Ibidem 13. & 14. — Ibidem 25. — B, C, D, E

6. Competenter itaque levitarum civitates datas ad refugium primò explicandum eſt. Congrue autem proviſum liquet; quia levitæ fugitantes ſunt mundi hujus, ut placeant Deo, relinquant patriam, parentes, filios, omnem cognationem, ut adhæreant uni Deo. Denique & Abrahæ dictum eſt: *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Sed forte dicas: levita non erat. Sed habebat in lumbis ſuis Levi, ut legimus ad Hebræos ſcriptum. Et Dominus levitis dicit, cùm diſcipulis ſuis, hoc eſt, apoſtolis dicit: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemet ipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quamquam ad omnes jam dictum ſit: *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in adoptionem.* Venit plenitudo, reliquiæ ceſſarunt. Chriſtus enim omnes vocavit, [b] omnibus profectò patet, ut omnes ſequantur, omnibus regnum propoſitum, & vita æterna.

Gen. 12. 1. — Hebr. 7. 10. — Luc. 9. 23. — 1. Petr. 2. 9.

7. Ergo cui Deus portio eſt, nihil debet curare niſi Deum, ne alterius impediatur neceſſitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic noſtro officio decerpitur. Hæc enim vera eſt ſacerdotis fuga, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio cariſſimorum; ut ſuis etiam ſe abneget, qui ſervire Deo geſtit. Rectè ergò fugaces fugacibus commendavit æternæ legis ſanctio; ut qui hunc mundum obliti ſunt, eos recipiant qui peccata ſua condemnantes atque opera, oblivionem vitæ ſuperioris expetant, & ſecularia quæ geſſerint, abolere deſiderent. Fugitans igitur eſt ſuorum ſacri altaris ejus miniſter. Unde Dominus quaſi princeps ſacerdotum, formam levitis in Evangelio dans ſuo dixit: *Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt fratres mei?* Hoc eſt, non agnoſco matrem, non recognoſco fratres, ignoro proximos. Mater mea & fratres mei ii ſunt, qui audiunt verbum Dei, & faciunt. Solum ergo verbum Dei novit miniſter, cùm eos novit in quibus operatur Verbum Dei. Et ideo exſul eſt mundi, fugitans corporis, fugitans paſſionum, abdicat ſe omnibus, ut ſolus remaneat, ſicut Elias dixit: *Et ego relictus ſum ſolus.* Sed non erat ſolus [c] cum quo erat Chriſtus. Et ipſe Dominus relictus eſt ſolus: *Sed non ſum*, inquit, *ſolus, quoniam Pater mecum eſt.*

12. quæſt. 1. c. Cat per… tio. — Matth. 12. 48 — Ibidem 50. — 3. Reg. 19. 14. — Johan. 16. 32.

8. Eſt etiam illa cauſa quia levitæ miniſtri ſunt Dei. Et ideo ipſorum civitates fugientibus homicidis per legem deputantur; quia ipſis jus eſt divina mandata exſequi circa eos qui crimen mortale admiſerint. Neſcit Eccleſia [d] publicare leges ſuas, Novit ut Dominico ſacerdos obediat imperatui. Audi Levitam dicentem: *Tradidi hujuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis; ut ſpiritus ſalvus ſit in die domini noſtri Jeſu Chriſti.* Percuſſus igitur levitico gladio moriatur ſenſus carnis in nobis, ut vivat anima noſtra. Niſi enim ſenſus carnis occiderit, nullus poteſt eſſe fructus vitæ æternæ.

1 Cor. 5. 5.

9. Sex autem civitatum refugia ſunt, ita ut prima civitas ſit cognitio Verbi, & ad imaginem ejus forma vivendi. Quicumque enim eam cognitionem fuerit ingreſſus, tutus à pœna eſt, ſecundùm quod & Dominus ait: *Jam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis.* Et alibi:

Johan. 15. 3.

a. Edit Rom ſola, *Apte*, cum aliis edit. *confugientibus ob crimen.* Mſſ. vero ut in textu. Ubi, *confugientibus hoc crimen*, idem valet atque fugientibus hanc accuſationem; à qua loquendi forma non abhorrent claſſici auctores.

b. Sic mſſ. antiquiſſimi, & edit Am atque Era. Reliqui mſſ *omnibus perfectio patet.* Non male. At edit. Gill … *profectio.* Qua voce ſublata in edit. Rom. tantum legitur, *omnibus patet.*

c. Rom edit ſola, *cum quo erat Dominus Et ipſe Chriſtus relictus eſt* &c. Sed nihil in recepta lectione mutandum. Sic enim hic dicit Ambroſius Chriſtum cum Elia fuiſſe, ut libro ſuperiore cap 2 num. 8. de Davide, *Sciebat enim*, inquit, *glorioſius eſſe pro Chriſto mori*, &c. Multæ aliæ ſunt & apud hunc Patrem & apud ceteros hujuſmodi locutiones, quibus ſignificarunt Incarnationis myſterium antiquis illis fuiſſe cognitum; quibuſque non modo Paulum imitati ſunt, à quo Moyſes Ægyptum deſeruiſſe narratur, *majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti*: verum etiam Dominum ipſum qui Johan 8 56 dicit: *Abraham pater veſter exſultavit ut videret diem meum. vidit & gaviſus eſt.* Hoc autem utroque teſtimonio, ſed præſertim ultimo pluribus locis utitur Ambroſius, ut verbi gratia lib de Abraham cap 3. num. 21. & Comment. in Luc. non longe ab initio & alibi.

d. Omnes edit *Neſcit Eccleſia publicas leges, ſuas novit. Ut dominico ſacerdos obediat imperio, audi Levitam.* His accedunt mſſ aliquot recentiores, niſi quod illi, duobus exceptis, interpungunt in hunc modum, *Neſcit Eccleſia publicas leges ſuas; novit ut … Audi Levitam.* Ex quibus idem ferme ſenſus elici poteſt, hic ſcilicet, Eccleſia in adminiſtranda pœnitentia politicas leges non agnoſcit; ſuas enim habet, earumque ut Chriſti obediat imperatis. Verum Thuan. Prat. Fiſc. Ebrulph. Albin. Alnet. & Big. lectionem à nobis in textu repoſitam præferunt, excepto tamen quod in Ebrulph. pro, *ſacerdos*, legitur *ſacerdotis.* Senſus autem eſt, Eccleſiam dum ligat, ſolvit, à ſacrorum participatione removet &c. uti poteſtate non quam illi ſuæ leges attribuerint, ſed quam illi Chriſtus ipſe commiſerit, atque exercere præceperit. Quod quidem cum antecedentibus ac ſubſequentibus aptius quadrare diffitebitur nemo.

Johan. 17. 3. *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum* A *Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Hæc eſt igitur civitas velut metropolis, cui adjacent aliæ quinque civitates levitarum. Secunda civitas, conſideratio divinæ operationis, qua creatus eſt mundus. Tertia civitas, contemplatio poteſtatis regiæ, & majeſtatis æternæ. Quarta civitas, propitiationis divinæ contuitus. Quinta civitas, legis divinæ contemplatio, quæ præcipit quid faciendum ſit. Sexta quoque civitas, portio legis quæ præſcribit quid non faciendum ſit. Quanta B abundantia divinæ miſericordiæ, quantæ divitiæ pietatis ejus, ut ſingulorum ſtudia, fragilitateſque humanæ conditionis conſiderans, quibus & inviti ac reluctantes ad culpam ducimur, & non voluntaria delicta victi illecebris frequenter committimus, diverſa nobis refugia proponat, ſex videlicet urbium; ut quo numero mundus formatus eſt, eodem numero adverſus mundana vitia, & ſæculi hujus naufragia remedium provideretur.

10. Primum igitur remedium eſt, ut ſi cui boni C propoſiti viro culpa irrepſerit, is ſine ulla comperendinatione, ſi perfectam velit habere ſecuritatem, ad ipſam rerum omnium arcem properet, ubi Verbum eſt Dei in illo ſinu patrio, id eſt, arcano ac receſſu Dei, ubi eſt fons ſapientiæ, unde pro morte vitæ æternæ hauriat potum immortalem. Secundum eſt remedium, ut qui non poteſt cognitionem boni illius prælibare, & tardior vel ingenio eſt, vel fidei comprehenſione; quoniam veloci mentis vigore atque ingenii acumi- D mine ad cognitionis ſumma contenditur, ſaltem opera Domini conſideret, atque ex his quæ facta ſunt, tanti contempletur operis auctorem; quoniam ex his bonis quæ ſunt in conſtitutione iſtius *Gen. 1. 31.* creaturæ (bona enim valde ſunt, ſicut Dominus dixit) bonum illud ſummum atque æternum comprehenditur. Qui ordo rerum? Quæ diſciplina? Quæ gratia? Nonne his quamvis tardum ingenium diligere auctorem ſuum provocatur? Etenim ſi parentes, quia nos genuerunt, amamus: E quanto magis diligere debemus creatorem parentum, auctoremque noſtrum? Ergo operatoria virtus Dei etſi non videtur, tamen ex ſuis operibus æſtimatur, operatoremque opera ſua produnt, ut intelligatur qui non comprehenditur. *Johan. 10. 38.* Unde & Dominus ait: *Si mihi non creditis: vel operibus credite.* Bona igitur etiam hæc civitas ad refugium, quæ ædificatoris ſui teſtificatur gratiam, & affectum noſtrum excitat, ut ejus ſimus cupidiores, qui tantam nobis fabricæ hujus videatur F contuliſſe pulcritudinem. Tertius ordo eſt regalis poteſtatis contemplatio, ut ſubjiciamur regi, ſi non deferimus honorem tamquam parenti. Metu enim præſidentis plerumque fit obediens poteſtati, qui eſt ſalutis ingratus; ut neceſſitatem ſobrietatis agnoſcat, qui noluit ac nequivit gratiam pietatis agnoſcere. CORRIGIT ergo neceſſitas, quem pietas provocare debuerat.

11. Hæ ſunt tres civitates trans Jordanem, perfectiori prudentiæ ad refugium datæ; ut primo culpam fugiamus inductione animi, conformes ad imaginem Dei. Ita enim creati ſumus, dicen- *Gen. 1. 26.* te Deo: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Hæc ergo primæ illius civitatis A lex eſt. Deinde ſi per fragilitatem carnis, & mundi illecebras ita mentem noſtram formare non poſſumus, reverentia paternæ generationis, & ſedulitate prolis peccatum levemus. Caritas enim multitudinem peccatorum operit. Qui ergo ad imaginem Dei eſſe non potuerit, ſit ad plenitudinem caritatis. Illa civitas culpam excludit, hæc ſolvit. Hæc denique lex ſecundæ civitatis: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.* *Deut. 6. 5.* Sed ſi rurſus an- B guſti animi & minuti ſunt, qui abundantiam caritatis & gratiam recipere non poſſunt, habes tertiam civitatem; ut divinæ poteſtatis formido te ſobrium faciat, & inflectat metus. Et hæc lex tertia: *Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies.* *Ibidem. 13.* Hæ igitur præcipuæ virtutes, & ideo paucorum non plurium, ſupra Jordanem poſitæ; ut exprimas quaſi imago archetypum, diligas quaſi filius patrem, adores quaſi ſubditus regem.

12. Qui autem Jordanem tranſierint, Jordanis C autem deſcenſio eorum dicitur: qui deſcenderint ergo ex illis ſuperioribus virtutibus ad hæc inferiora, id eſt, in quibus integritas, caritas, humilitas vacillaverit, habent propiora homini refugia quæ petant; ut qui obnoxii delictis, & inflexi vitiis ſunt non voluntariis, ſperent Dominum ſibi reconciliari poſſe, ſi veniam petant; ſperent poſſe ſe corrigi, ſi præcepta ſequantur cæleſtium teſtamentorum, quibus aut informamur ad innocentiam, aut revocamur à culpa. Hæ igitur intra Jor- D danem civitates ſequentes ſunt, ut propitiemus nobis Deum, ſequamur quæ jubet, vitemus quæ prohibet. Sit ergo propitiandæ divinitatis ambitio, ſequendæ præceptionis obeditio, interdictæ prævaricationis cautio, quibus propitiatoriam Dei miſericordiam, & nomotheticen ejus providentiam vel inſtitutorum obſequio, vel interdictorum declinatione veneremur.

13. Quartum ſupereſt, [a] quod de morte ſummi ſacerdotis ait: *Quia uſque ad illud tempus erit in ci-* *Joſue 20. 6.* E *vitate refugii homicida ille, donec moriatur ſacerdos magnus.* In quo ſecundum litteram hæret interpretatio. Primum ipſa fuga forte magis quam æquitate alicujus examinis definita: deinde in cauſis paribus impar eventus; poterat enim fieri ut poſt homicidæ illius refugium ſequenti die obiret magnus ſacerdos. Quæ autem ſub incerto ſententia? Ergo quia hæret littera, quæramus ſpiritalia. Quis eſt iſte magnus ſacerdos niſi Dei Filius, Verbum Dei, cujus advocationem pro nobis F habemus apud Patrem, qui exſors eſt omnium voluntariorum & accidentium delictorum, in quo conſiſtunt omnia quæ in terra ſunt, & quæ in cælo? Vinculo enim Verbi conſtricta ſunt omnia, & ejus continentur potentia, & in ipſo conſtant; quoniam in ipſo creata ſunt omnia, & in ipſo habitat omnis plenitudo. Et ideo omnia manent, quia diſſolvi illa non ſinit, quæ ipſe conſtrinxit, quoniam in ejus voluntate conſiſtunt. Omnia enim quoad vult, ſuo imperio coercet & regit, & naturali concordia ligat. Vivit igitur Verbum Dei, & maxime in animis vivit piorum, nec umquam moritur plenitudo divinitatis. Numquam enim moritur ſempiterna divinitas, & æterna Dei virtus. Sane moritur nobis, ſi à noſ-

a. *De morte ſummi ſacerdotis*, hæc deerant in edit. omnibus, quæ nos in mſſ duodecim reperta in textum tranſtulimus.

tra anima ſeparatur, non quo morte corrumpa- A
tur, ſed quo diſſolvatur atque exuatur mens noſ-
tra ab ejus conjunctione. Mors enim vera eſt
Verbi & animæ ſeparatio. Denique ſtatim inci-
a pit anima peccatis patere [a] voluntariis.

CAPUT III.

Memoratu ſuperiori capite virtutum genera etiam in Apoſtolo non tam adumbrata, quam expreſſa haberi, collectis ejuſdem variis teſtimoniis demonſtrat.

14. HAbemus hæc genera non adumbrata
ſed expreſſa virtutum in Apoſtolo, di-
Rom. 1. 15. & ſeq. cente eo: *Ita quod in me eſt, promtus ſum & vobis
qui Romæ eſtis, evangelizare. Non enim erubeſco
Evangelium. Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni cre-
denti, Judæo primum, & Græco. Juſtitia enim Dei in
eo revelatur*, id eſt, in eo qui credit. Denique ad-
didit: *Ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt: Juſtus autem
ex fide vivit.* In quo igitur juſtitia Dei revelatur,
niſi in eo qui conformis eſt imaginis filii Dei? C
Habes primum præceptum ad imaginem Dei.
Secundum, quia inviſibilia illius per ea quæ fac-
ta ſunt, intelliguntur, id eſt, ſempiterna virtus
ejus & divinitas operibus ejus cognoſcitur, hæc
eſt operatoria virtus. Tertium de imperiali po-
teſtate, quia Verbum Dei regale eſt, & judiciale,
& plenum juſtitiæ ſacerdotalis, remunerationem
bonorum actuum, & retributionem malorum
venturis in judicium ſuum ſervans, de quibus ait
Rom. 2. 2. Apoſtolus: *Scimus autem quoniam judicium Dei eſt* D
ſecundum veritatem in eos qui talia agunt. Itaque
qui veritatem & juſtitiam Dei cognovit, non de-
bet ea agere quæ morte digna ſunt. Sequitur
bonitas Dei propitiatoria utique, de qua dicit:
Ibidem. 4. *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longa-
nimitatis contemnis? Ignoras quoniam bonitas Dei
b ad pœnitentiam te adducit*[b]? Id eſt, debet te addu-
cere. Provocat te, quia bonus eſt Deus, ut ſpe-
rare poſſis tuorum peccatorum indulgentiam.
Non vult enim vindicare, qui eſt paratus ignoſ- E
cere. Subtexuit etiam legiſlationem, id eſt, no-
motheticen; ut ſi quis contemplatione divinæ
bonitatis reſolvitur, & magis ad negligentiam
quàm ad pœnitentiam provocatur, legem ſequa-
Ibidem. 12. tur. Quoniam *& quicumque*, inquit, *ſine lege pec-
caverunt, ſine lege & peribunt: & quicumque in le-
gem peccaverunt, per legem judicabuntur.*

15. Lex autem gemina eſt, naturalis, & ſcrip-
ta. Naturalis in corde: ſcripta in tabulis. Omnes
ergo ſub lege, ſed naturali. Sed non eſt omnium F
ut unuſquiſque ſibi ſit lex. Ille autem ſibi lex eſt,
qui facit ſponte quæ legis ſunt, & in corde ſuo
ſcriptum opus legis oſtendit. Habes quæ bona
legis ſunt; quæ tamen non ſolum ſcire vel audire
perfunctorie, ſed etiam facere debemus. Non
enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed
factores legis juſtificabuntur. Cognoviſti etiam

A quæ mala ſunt. Primum natura ipſa boni operis
magiſtra eſt. Scis non furandum, & ſervum tuum
ſi furtum tibi fecerit, verberas; & ſi quis ad uxo-
rem tuam affectaverit, perſequendum putas.
Quod ergo in aliis reprehendis, ipſe committis?
Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis
non adulterandum, adulteras? Secuta eſt etiam
lex quæ data eſt per Moyſen. Per legem autem
agnitio peccati. Accepiſti etiam quid declinares,
& ea agis quæ prohibita cognoſcis? Lex autem
B quid operatur, niſi ut omnis mundus fieret ſub-
ditus Deo; quia non ſolum Hebræo lata eſt, ve-
rum etiam advenam vocavit, quæ non excluſit
proſelytum. Sed quia lex os omnium potuit ob- S. Aug. l. 4. cont. duas epiſt. Pelag. cap 11.
ſtruere, non potuit mentem convertere, ideo ul-
timum remedium poſtremæ illius civitatis debe-
batur, in quo eſſet refugium ſalutare; ut mors
principis ſacerdotum ab omni nos mortis libera-
ret formidine, atque exueret metu.

16. Quis ille eſt, niſi de quo lectum eſt: *Ecce A-* Johan. 1. 29.
C *gnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi .... Quem* Rom. 3. 25.
*propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ip-
ſius, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ.* Accipe autem quia
ipſe princeps eſt ſacerdotum magnus. Pater ju-
ravit de eo dicens: *Tu es ſacerdos in æternum.* Recte Pſ. 109. 4.
in æternum, quia alii temporales omnes ſub pec-
cato, hic autem imprævaricabile habet ſacerdo-
tium: omnes ſub morte, hic autem ſemper vivens;
quoniam qui ſalvare alios poteſt, ipſe petire
quemadmodum poſſet? *Talis enim*, inquit, *nobis* Hebr. 7.
D *decebat.* Recta elocutio. Siquidem & apud eos qui
verborum & elocutionum delectum habuerunt,
hujuſmodi invenitur, dicente aliquo: Locum edi- Saluſt. l. 1. hiſt.
tiorem quam victoribus[c] decebat. Quod ideo non c
præterii, ut ſciamus quia Apoſtolus naturalibus
magis quam vulgatis, aut ſecundum artem utitur
verbis. *Talis ergo*, inquit, *nobis decebat princeps, ſa-
cerdos, juſtus, ſanctus, innocens, immaculatus, ſegrega-
tus à peccatoribus, & excelſior cælis factus.* Hoc eſt
igitur Verbum, quod ſupra cælos habitans illu-
E minat omnia. Unde & unctus naturaliter legitur Act. 4. 27.
à Deo Patre; quia lumen eſt verum, quod illu-
minat omnem hominem venientem in hunc mun-
dum. Hoc eſt Verbum Dei, in quo eſt magnum
ſacerdotium, cujus Moyſes in illo veſtimento Exod. 29. 5 & ſeq.
principis ſacerdotum indumenta deſcribit intel-
ligibilia, quod virtute ſua induit mundum, & tam-
quam eo amictus fulget in omnibus. Induit enim
cognationem generis humani per hujus corporis
ſuſceptionem, & inenarrabilem caritatem, infun-
F dens ſe omnibus ſpiritu & plenitudine divinita-
tis ſuæ, de cujus plenitudine omnes accepimus;
ut ſciamus ſupereminentem ſcientiæ caritatem
Chriſti, & impleamur in omnem plenitudinem
Dei. Caput eſt enim omnium Chriſtus, ex quo
totum corpus producitur, & mutua ſibi conne-
xione conjungitur, incrementum ſui in ædifica-
tionem caritatis accipiens. Hoc eſt igitur Ver-

a. Sic omnes omnino mſſ. & edit. præter Rom. in qua, *peccatis patere involuntariis.* Haud dubie, quia apud Philonem lib. de Profugis, unde iſta deſumta, legitur [illegible] : ſed Ambroſium legiſſe [illegible] cum mſſ. atque edit. conſenſus evincere poteſt, cum ipſe orationis Philonianæ contextus. Etenim cùm priori periodi membro docuiſſet, præſente Verbo, animæ voluntariam (in pejus) converſionem advenire non poſſe, ea non conſequens erat ut diceret, eodem Verbo abſente, confeſtim voluntariæ (in pejus) converſioni patere animam, ſive, quod idem eſt, voluntariis peccatis reditum dari.

b. Edit. vet. *id eſt, debet te adducere, provocare.* Rom. *id eſt, provocat te.* Mſſ. vero, ut in textu.

c. Rom. edit. poſt verbum, *decebat*, ex Saluſtio addidit, *capit*, quod neque in mſſ. neque in edit. vet. Ambr. reperitur. Eadem ante vocem, *naturalibus*, præmiſit negationem, *non*. Male. Hic enim nihil aliud Ambroſius, quam oſtendit Apoſtoli verba, *nobis decebat*, vitioſa quidem non eſſe, ut Saluſtianum exemplum probat: ſed naturalia (id eſt, ſimplicia) & à communi uſu, grammaticorumque canonibus paululum remota.

bum quod ſupereminet, quod Moyſi in illius arcæ A teſtimonii ædificatione dicit: *Immittes in arcam teſtimonia quæcumque dabo tibi, & facies impoſitionem propitiatorii.* Et infra: *Impones propitiatorium ſuper arcam deſuper, & immittes teſtimonia quæ dabo; & innoteſcam tibi inde, & loquar tibi deſuper*, hoc eſt, inde ubi ſuper cælos eſt, ubi apud Patrem eſt, inde tibi loquar.

Exod 25. 16. 17.

Ibidem. 22.

a

CAPUT IV.

Quid ſit fugere ſæculum, cum exhortatione ad illud ejuſque contagionem fugiendam. Fugam illam glorioſam eſſe cum plurimorum Patrum exemplis oſtenditur, tum præcipue ſancti Iacob. Quam feliciter illi ceſſerit ita fugiſſe; & cur apud eum Laban nihil ſuum reperire potuerit?

17. ACcedamus itaque fidei ſuffragio ſubnixi, & ejus remigiis ſublevati, ad illam ſedem gratiæ fugientes hoc ſæculum, & ejus contagionem. Hoc eſt autem fugere, abſtinere à peccatis, ad ſimilitudinem & imaginem Dei for- C mam virtutum adſumere, extendere vires noſtras ad imitationem Dei ſecundum menſuram noſtræ poſſibilitatis. Vir enim perfectus imago & gloria eſt Dei. Unde & Dominus ait: *Perfecti eſtote, ſicut & Pater veſter qui in cælis eſt, perfectus eſt.* Hoc eſt igitur ſimilem eſſe Dei, habere juſtitiam, habere ſapientiam, & in virtute eſſe perfectum. Deus enim eſt ſine peccato. Et ideo qui peccatum fugit, ad imaginem eſt Dei. Non eſt igitur dubium quod is qui à peccato abſtinet, fugit. D Unde & Apoſtolus clamat: *Fugite fornicationem.* Perſequuntur enim nos peccatorum illecebræ, perſequitur libido: ſed tu fuge tamquam furioſam dominam, quæ ſi comprehenderit, nec die nec nocte requieſcere ſinit, exagitat, urit, incendit. Fuge avaritiam, ne te interius comprehendat. [a] Fuge invidiam, quæ non ſolum alienos, verum multo magis eum quem poſſederit, lacerare conſuevit. Fuge perfidiam, ne te ſuis involvat retibus. Unde & Dominus ait: *Cùm autem perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam. Quod ſi in alia perſequentur vos, in aliam fugite. Amen dico vobis, non conſummabitis civitates Iſrael, donec veniat Filius hominis.* Etenim quamvis propter infirmitatem carnis fugam nobis ſuadere videatur: tamen melius fugit, qui fugit illecebram ſæcularem; ut non teneatur divitiarum ſuarum ſollicitudine, non theſauri contemplatione, non vitæ iſtius cupiditate, ſed directa animi intentione feſtinet ad gloriam regni cæleſtis, properet ad co- F ronam, nec terrenorum contuitu à ſui corporis paſſione revocetur.

Matth. 5. 48.

De pœnit. diſt. 3. cap. Similem.

1. Cor. 6 18.

a

Matth. 10. 23.

*

18. Fuga ergo * mors eſt vel celebrata, vel adum- B brata. Et forte illas exprimit refugii legitimi civitates; ut confugiamus ad virtutum culmina, quas pro præmiis bono fœneratori alibi diſpenſat dicens: *Quia in modico fidelis fuiſti, eris poteſtatem habens ſuper decem civitates.* [b] Lex vetus novit civitates: ſed quia legem implevit, qui potuit dicere: *Non veni ſolvere legem, ſed implere*, perfectiorem numerum remunerationis indulget.

Luc 19 17.

b

Matth. 5. 17.

19. Non ergo erubeſcamus fugere. Glorioſa enim hæc fuga eſt fugere à facie peccati. Sic fugit Jacob, matre ſuadente. Dixit enim Rebecca: *Exſurgens fuge in Meſopotamiam.* Sic fugit & Moyſes à facie regis Pharao, ne illum aula regia coinquinaret, ne irretiret potentia. Denique pretioſius Ægypti divitiis æſtimavit opprobrium Chriſti. Sic fugit etiam David à facie regis Saul, à facie Abeſſalon. Denique fugiens addebat incrementa pietatis, qui & inſidiatori pepercit, & parricidæ ſalutem rogavit. Sic fugit & populus Hebræorum, ut fides ejus & vita inter fluctus ſibi aperiret viam. Fuga illa erat trames innocentiæ, virtutis via, pietatis aſſumtio. Audeo dicere, ſic fugit & Jonas in Tharſis non corporis fuga, ſed mentis adſcenſione, qui uſque ad Chriſti adſcendit ſimilitudinem, ut fieret typus Chriſti. *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit*, inquit, *& Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Nam ſi ſic non fugiſſet, numquam de ventre ceti eſſet auditus.

Gen. 27. 41.

Matth. 12. 40.

20. Sed ſi dubitas, doceat te Rebecca quàm beata ſit fuga, quam ſuſcepit Jacob. Suaſit Rebecca. Et *fuge*, inquit, *in Meſopotamiam*: Iſaac dicit: *Surgens vade in Meſopotamiam, in domum Bathuel.* * In hymnis vel oraculis à pleriſque (ut ante nos ſcriptum eſt) Bathuel ſapientia dicitur, interpretatione autem latina, filia Dei ſignificatur. In domum ergo ſapientiæ mittitur Jacob, & accipere admonetur uxorem à filiabus Laban, qui habitabat in Charris, quod ſignificat cavernas, in quibus ſpecies eſt ſenſuum, qui ſunt tamquam in cavernis corporis, ut viſus in oculis, auditus in auribus, odoratus in naribus, in ore ſapor. Qui enim delectatur hoc mundo, & tripudiat in voluptatibus corporis, obnoxius eſt ſenſuum paſſionibus, atque in his habitat & diverſatur. Unde ei dicit Rebecca habitandum paucos dies cum illo, non multo tempore; ne corporeis coloretur voluptatibus, & ſæculi capiatur illecebris.

Gen. 28. 2.

*

21. Perſuadet autem habitare, ut diſcat [c] ſtudioſius diſciplinæ virtutis ſenſum, & velut ſitus quoſdam carnis atque regiones, ut ſe cognoſcat, & noverit vehementiam carnis, quid & qua cau-

c

a. *Fuge invidiam .... lacerare conſuevit.* Et poſt pauca, *Quod ſi in alia .... fugite*, in omnibus Gall. mſſ. deſiderantur.

*. *Mors .... celebrata*, id eſt, naturalis ac vere oppetita: *mors* autem *adumbrata* dicitur mortificatio; in hac enim eſt *anima ſe a corpore ſeparantis ſpeculum*, ut lib. *de Bono mortis* cap. 4. num. 14. loquitur Ambroſius.

b. Ita Vat. cod. At duodecim noſtri, *Lex quinque novit civitates.* Quem errorem hinc irrepſiſſe credideramus, quia dictio, *vetus*, in quibuſdam per litteram v. deſignata ſit, quam pro nota numerica reliquorum ſcribæ acceperunt. Deſiderabatur autem hic textus in ant. edit. quem in Rom. legas hoc modo: *Lex novit ſex civitates.* Sed in cod. Vat. habetur *vetus*, & *ſex* omittitur, quam tamen vocem ſubintelligi ex ſuperioribus quivis intelligat.

*. Hoc petitum eſt ex lib. Phil. *de Profugis*, ubi ſic habes, [illegible] Idem infra eodem libro: [illegible] Ex quibus patet ſacras ſcripturas ab Ambroſio Philonis imitatione dictas *oracula*. Quod autem ait, *In hymnis*, vel idem eſt atque oraculis, utrumque enim [illegible] interdum ſignificat: vel referri poteſt ad verbum ἄδειν, canitur. Ceterum hymnorum nomine etiam Davidicos pſalmos ſignificari docent & Philo ipſe, & Interpretes ad c. 26 Matth ℣ 30 nempe, *Et hymno dicto exierunt*, &c.

c. Sic mſſ. melioris notæ, quibus accedunt etiam nonnulli recentiores, niſi quod legunt ... *virtutiſque ſenſum* Vat. & Colb. unus, *ſtudioſus diſciplinæ virtutis ſenſuum.* Non inepte quidem; nam & inf. cap. ſeq. Jacob *amator diſciplinæ* appellatur. Edit. vet. ab eis hoc tantum recedunt, quod habent, *ſtudioſius.* Rom. denique & mſ. Theod. prima manu *ſtudioſus diſciplina virtutis ſenſum.* Ibidem edit. Rom. *Quis, & qua cauſa creatus ſit.* Vet. *Quid .... creatum ſit.* Ita omnes mſſ. exceptis Remig. & Theod. ſecunda manu, qui habent, *Quid .... creatus ſit.*

fa creatus ſit, & quemadmodum unuſquiſque A ſenſus operetur. *Qui viderit*, inquit, *mulierem ad concupiſcendum eam.* Male ſic videt oculus. Videat ergo oculus, & fungatur ſuo munere. non lubricæ mentis imperio dirigatur ad lapſum, ut vitium referat pro officio. Breve ergo tempus ad cognoſcendos ſenſus, vel potius experiendos datur, & fortaſſe tenerioris adoleſcentiæ prima exordia; ſtatimque revocatur, ne diutius titubet in lubrico, & dividua quadam inundatione corporis hujus & ſæculi mergantur animi interiora B veſtigia. Cùm autem vel expertus fuerit, vel ſtetent in inſtabili & incerto atque humido ſolo, revocatur à matre patientia vel perſeverentia, quæ dicit: *Mittam ad te, & accerſiam te inde*; ut & illic in lubrico tutum portum invenias ſapientiæ, quæ te non ſinat tamquam in naufragio fluctuare, & reverſus perſeverare circa Dei noveris cultum, & ſis in conventum gentium, ſignificans ejus fide Eccleſiam gentium congregandam.

Matth. 5. 28. — Gen. 27. 45.

22. His igitur patientiæ & perſeverantiæ in- C ſtructus diſciplinis, profectus Jacob copulam ſibi acquiſivit [a] de ſapientia conſorte propoſiti, optimam dote prudentiæ, cum qua vitæ tempora ſine ulla offenſione tranſcurreret. Addito igitur theſauro ſapientiæ, variarum ſibi ovium inſtituit gregem: ſed illam rationabilem, virtutum plurimarum diverſitate fulgentem. Unde & jactantiam carnis ejus recidit, quod ſignificat femoris ſtupor, ſalva ſacri interpretatione myſterii. His ergo virtutibus veluti gradibus quibuſdam mens D ejus adſcendit in cælum, & Dei ſecreta cognovit, & confirmatus eſt & repletus; ut Laban ſcrutans domum ejus nihil apud eum inane, nihil vacuum reperiret, nulla ſimulacra, nullam effigiem vanitatis. Non enim apud eum erat imago, ſed veritas: non effigies ignaviæ, ſed ſolida forma juſtitiæ, & veræ virtutis expreſſio intelligibilis. Itaque Laban perſcrutatus eſt domum ejus ſpiritalem, & non invenit effigies. Plena enim erat non figurarum, ſed negotiorum. E

Ibidem 29. 23. & ſeq. — a — Ibidem. 32. 25.

23. Potuiſſet autem invenire fundamenta virtutum & culmina, niſi cæcitatem cordis, & perfidæ mentis caliginem detuliſſet. Denique ea improbitatis cæcitate ſuffuſi mentem Sodomitæ, oſtium nequaquam ſancti Lot invenire potuerunt. Unde enim mens impia videre potuit viri ſancti vel exitum, vel ingreſſum? Ipſe quoque Dominus in Evangelio ait: *Venit enim princeps mundi hujus, & in me invenit nihil.* Quomodo nihil invenire potuit in eo, in quo plenitudo divinitatis F habitabat, & inhabitabat corporaliter, de quo virtus exibat, & ſanabat omnes? Quomodo nihil invenire potuit in ſoliditate virtutis, ubertate ſapientiæ, [b] intelligentiæ, juſtitiæ? Ipſe dixiſti, Domine, *Plenus ſum*: ipſe dixiſti, *Mitte manum tuam in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Miſit manum qui non credebat, & Dominum te & Deum reperit. Non ergo tu vacuus, ſed ille cæcus & inanis princeps iſtius mundi, qui neſcit niſi ſua cernere, neſcit niſi ſua invenire; ea quæ Chriſti ſunt, neſcit agnoſcere.

Johan. 14. 30. — b — Eſai. 1. 11. Johan. 20. 27.

24. Aut ſi ſic quemadmodum plerique habent: *Non invenies in me nihil*, hoc eſt, non inveniet in me malitiam, quia malitia nihil eſt: non inveniet mortuum, quia mortuus non eſt. Sed quomodo [c] in eo mortuum reperiat, qui vivificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt? Non inveniet, inquit, peccatum in me, qui mundi peccatum abſtuli. Quomodo enim nihil habet, qui omnia habet? Et, quod plus eſt, omnia habet, quæ Pater habet, ſicut ipſe ait: *Omnia quæ Pater habet, mea ſunt.* Johan. 16. 15.

CAPUT V.

Cur hinc fugere debeamus, & quomodo tranſire cum Moyſe, ut videamus Deum, calceamenta pedum ſolventes: quomodo etiam relinquere umbram hujus vitæ, & cum ſancto David, ſi non ut aquila, ſaltem ut paſſer; ſi non ad cælum, ſaltem ad montes evolare.

25. Fugiamus ergo hinc, ubi nihil eſt, ubi inane eſt omne quod magnificum putatur eſſe, ubi & qui ſe putat quid eſſe, nihil eſt, & omnino non eſt. *Vidi*, inquit, *impium ſuperexaltatum & elevatum ultra cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat.* Et tu tranſi ſicut David, tranſi ſicut bonus ſervus, ut dicatur tibi: *Tranſi, recumbe.* Tranſi ſicut Moyſes, ut videas Deum Abraham, Iſaac, & Jacob, & [d] videas viſum magnum. Hoc eſt viſum magnum, ſed ſi videre vis, ſolve calceamentum pedum tuorum, ſolve omne vinculum iniquitatis, ſolve cingula ſæculi, relinque calceamentum quod terrenum eſt. Ideo Jeſus ſine calceamento, auro & argento apoſtolos deſtinavit, ne ſecum terrena portarent. Qui enim bonum quærit, non in calceamento, ſed in pedum velocitate & decore laudatur, dicente Scriptura: *Quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* Solve ergo calceamentum pedum tuorum, ut ſpecioſi ſint ad evangelizandum. Solve dixit, non liga. Solve, ut tranſeas, & illum quem mirabaris in terra impium, nihil illic eſſe, nihil poſſe reperias. Tranſi igitur, hoc eſt, fuge de terris, ubi malitia eſt, ubi avaritia. Ideo dicit tibi David: *Declina à malo, & fac bonum.* Declinare fugere eſt utique. Malum autem in terris, bonum in cælo eſt. Unde & addidit: *Inquire pacem, & ſequere eam.* Pax in cælo eſt. Denique de cælo veniens dicit: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Ergo quia fugienda & declinanda ſunt mala; mala autem in terris, in terris iniquitates: fugiamus terrena, ne nos comprehendant iniquitates, quæ etiam ſanctum comprehenderunt David, ſicut ipſe teſtatur dicens: *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem*; eo quod fumo iniquitatis oculus animæ cæcatur, ne videat quæ ſunt lucida. Sic ergo & Laban bona Jacob videre non potuit, & princeps hujus mundi gloriam Chriſti.

Pſ. 36. 35. — Luc. 17. 7. — d — Eſai. 52. 7. — Exod. 3. 5. — Pſ. 33. 15. — Johan. 14. 27. — Pſ. 39. 13.

26. Sed forte dicas: Cur igitur Jacob ad Laban miſſus eſt, ſi Laban reprehenſibilis? Si nomen conſideremus, * candidus dicitur latine. Ergo ad ſplendidiora jubetur egredi Jacob. Sed quia

a. Edit. cum paucis mſſ. uſque recentioris ævi, *de ſapientia domo, conſortem propoſiti.*
b. Ita mſſ. fere ad unum: pauci tamen ac edit. *integritate juſtitiæ.*
c. Edit. cum recentioribus aliquot mſſ. *eum mortuum inveniret.*
d. Vet. edit. ac mſſ. duo, *videas viſum magnum. Sed ſi*, &c. Rom. . . . *magnum, hoc eſt, viſum myſteriorum. Sed ſi*, &c. Mſſ. magno numero, ut in texta.
* Τοῦ Λάβαν, ὃς μεθ' ἑρμηνείαν λευκότητος ἀπέβη, λευκὸς γὰρ ἑρμηνεύεται Λάβαν. Philo lib. de Profugis, quicum multos hujus tractatus locos conferre operæ pretium eſt.

carnalis erat, melius intelligimus ſplendidiora vitæ hujus. Quaſi nondum perfectus primò ad eum vadit, apud quem ad horam exſultaret in luce ejus. Filios autem deteriores habebat, id eſt, tolerabilius nomen, quam opera. Et ideo & matris conſilio, & divino oraculo, & ipſius Jacob amatoris diſciplinæ voluntate cito deſeritur ac relinquitur.

27. Abſcondit autem ſimulacra ſancta Rachel, id eſt, Eccleſia; vel prudentia; quia Eccleſia inanes ideas, & vanas neſcit ſimulacrorum figuras: ſed veram novit Trinitatis ſubſtantiam. Denique umbram abolevit, ſplendorem gloriæ manifeſtavit. Relinquamus ergo umbram, qui ſolem quærimus: deſeramus fumum, qui lumen ſequimur. Fumus iniquitas eſt; quia ſicut fumus oculis, ſic iniquitates [a] utentibus ea vita. Umbra vita eſt; umbra enim eſt noſtra hæc vita in terra, ſicut Job dixit. Quid inſuper hîc niſi tentationes? Omne tempus in ſollicitudine, omnis vita in moleſtiis. *In medio*, inquit, *laqueorum ambulamus.* Et alius in via qua ambulabat, extentos ſibi ſed abſconditos laqueos querebatur, ne deprehenſus caderet. Volebat fugere ſicut paſſer: ſed adhuc laqueus contritus non erat. *Periit*, inquit, *fuga à me.* Gravatas habebat pennas per illam tenebroſam aquam in nubibus aeris, & fortaſſe evolare non poterat. Denique illas pennas quærebat accipere, ut evolaret & requieſceret, ſicut ſcriptum eſt: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Ubi enim volatus, ibi requies. Denique alibi dicit: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ.*

Gen. 31. 34.
Iob. 8. 9.
Eccli. 9. 20.
Pſ. 141. 4.
Pſ. 141. 5.
Pſal. 54. 7.
Pſ. 67. 14.

28. Sed fortaſſe dicas: Quomodo ergo hîc dicit fugam à ſe periiſſe, qui ſupra dixerat: *Si ſumſero pennas meas ante lucem?* Numquid contrarium eſt? Abſit. Multa enim juſtorum certamina. Numquid ſemel athleta luctatur? Quoties poſt coronas multas vincitur in alio certamine? Quoties qui ſæpe vicerat, interdum fluctuat, & in incerto hæret. Et ſæpe fit ut fortibus fortis congrediatur, majoraque oriantur certamina, ubi majora virium documenta. Ergo David ubi fugam quærebat, ut evaderet adverſarium, & non inveniebat pennas ſuas, ancipiti fluctuabat certamine. Siquidem ubi in poteſtate habet pennas ſuas, titulus pſalmi *in finem* eſt, id eſt, ad perfectionem & conſummationem victoriæ. Denique quaſi victor dicit: *Domine probaſti me, & cognoviſti me: tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.* Merito habebat facultatem volandi, qui pennas reſurrectionis acceperat. Hîc autem adhuc in ſpelunca eſt, id eſt, in carne, in antro quodam iſtius corporis, cum rege Saul filio duritiæ, & intelligibilis illius principis poteſtate decernens, qui non videtur, ſed intelligitur. Unde & pſalmi titulus, *intellectus* eſt, quem tamen David poſitus in carne concluſit: ſed ut concluderet rogando meruit. Denique à voce precationis cœpit.

Pſal. 138. 9.
Pſal. 138.
Ibidem. 1.
Pſal. 54.

29. Adde illud, quod ille ex perſona Salvatoris pſalmus dicitur; iſte ex perſona David, qui in poteſtate non habebat victoriam, ſed ſperabat à Chriſto; & ipſe tamen poſteaquam expandit ad Deum manus ſuas, tamquam pennas animæ ſuæ, & confugit ad Dominum, & Spiritus ſancti deductionem popoſcit, quo cognoſceret viam per quam poſſet adſcendere, inclinari vidit cælos, ut Chriſtus deſcenderet, & rogavit ut eum levaret manu ſua. Aut forte ideo pennas ſuas jam non quærebat, quia perfectior factus manum Chriſti deſiderabat.

30. Qui vult igitur manu Chriſti levari, ante ipſe evolet, habeat pennas ſuas. Qui fugit ſæculum, pennas habeat; & ſi ſuas non habet (ne forte [b] ille ſolus habeat ſuas qui poteſtatem habet volandi) ſi ſuas, inquam, non habet, ab eo qui habet, accipiat. Qui fugit ergo ſæculum, volat: *Ecce*, inquit, *elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine.* Evolavit ergo David ſicut nycticorax in domicilio, ſicut paſſer ſingularis in domo. Si autem ad Chriſtum referas, evolavit in corporis paſſione, ut ſub umbra alarum ſuarum protegeret populos nationum. Evolavit divinitate, manſit corpore, atque habitavit in deſerto; ut plures fierent deſertæ filii, quàm ejus quæ habebat virum. Illud ergo corpus ſequamur, ut & nos reſurgamus. Ubi enim corpus, ibi & aquilæ.

b
Pſal. 54. 8.

31. Qui non poteſt ut aquila volare, volitet ut paſſer. Qui non poteſt ad cælum volare, volet ad montes, fugiat ante valleſtria, quæ cito corrumpuntur humore, & ad montes tranſeat. Tranſivit ad montem Segor nepos Abrahæ, & ſalvus factus eſt: quæ autem non potuit adſcendere affectu feminéo reclinata, ſalutem amiſit. [c] *Appropinquate montibus æternis* Dominus dicit per Michæam prophetam: *Surgite hinc, quia non eſt vobis hic refrigeratio. Propter ſpurcitiam corrupti eſtis corruptione, perſecutionem paſſi eſtis.* Et Dominus dicit: *Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes*, ubi mons Sion, & civitas pacis Hieruſalem non terrenis ſed vivis conſtructa lapidibus, & decem millia Angelorum, primitivorum Eccleſia, perfectorum ſpiritus, juſtorum Deus, qui in ſanguine ſuo melius locutus eſt, quam Abel. Ille enim vindictam clamavit, hic indulgentiam: ille peccatum fratris accuſavit, hic peccatum mundi remiſit: ille prodidit crimen, hic texit ſecundùm quod ſcriptum eſt: *Beati quorum tecta ſunt peccata.*

c
Micha. 2. 9. & 10.
Luc. 21. 21.
Pſal. 31. 1.

CAPUT VI.

Qua ratione qui velit fugere, eum velociter fugere oporteat: quo etiam fugiendum ſit, & ad quod bonum animas noſtras erigere debeamus?

32. Sed qui fugit velociter fugiat, ne comprehendatur: [d] velociter deprædetur hunc mundum, ut Hebræus Ægyptum. Qui parturit, pariat; ne onuſto & degravato iniquitatibus mentis utero, fugere non poſſit: & fugiat non quaſi lactantem ferens, ſed quaſi expeditum: non parvulum geſtans, ſed perfectum in Chriſto exhibens: fugiat non quaſi feriatus in ſabbato, ſed

d

a. Miſſ. propemodum omnes ſic habent. Edit. autem vet. *utentibus ea umbra eſt vita. Vmbra enim*, &c. Rom. vero, *utentibus ea. Vmbra etiam eſt noſtra hæc vita*, &c.

b. Edit. vet. & quædam Pariſ. *ille ſolus non habeat ſuas.* Melius aliæ cum miſſ. omnibus, *ille ſolus habeat ſuas*: videtur enim per hæc indicari ſolum Chriſtum proprias pennas habere: ceteros autem alienis pennis, hoc eſt, accepto divinitus ſubſidio indigere.

c. Omnes edit. *Appropinquantibus montibus* &c. Omnes miſſ. ſaltem Galliæ. *Appropinquate montibus* &c. nempe ſecundum LXX. qui ſic habent, ἐγγίσατε ὄρεσιν αἰωνίοις. Quod in edit. vulgata non invenitur.

d. Vat. cod. *velociter deprehendetur, niſi hunc mundum relinquat.*

A tamquam operarius in negotio: nec tamquam
ſterilis in frigore, ſed tamquam opimus in meſſe.
Matth. 24. 2. Ideo enim dictum eſt: *Orate ne fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbato.* Fuga ergo hæc fœcunda virtutum eſt, non effeta meritorum. Fuga hæc neſcit frigus timoris, tremorem mortis, contractionem ſollicitudinis, diſſolutionis otium, laſciviæ ferias, torporem lentitudinis: ſed vitæ cæleſtis requirit impigrum viatorem, regni ſuperioris competitorem ſtrenuum, divitem agricolam, qui fructus ſuos cogat, & cogendo diripiat.

B

Deut. 10. 12. 33. Quid enim aliud à te, ô homo, quæritur: niſi ut timeas Dominum, requiras eum, poſt ipſum ambules, comprehendas vias ejus? In quo, inquit, comprehendam Dominum? Si comprehendam eum in holocauſtis? Non in decem millibus hœdorum, non in millibus arietum, non in fructibus impietatis reconciliatur Dominus, & peccata redimuntur: ſed in bona vita Domini gratia comprehenditur. Renunciatum eſt, inquit, tibi homo quid ſit bonum, aut quid Dominus requirat à te.
C Quid aliud, niſi ut facias juſtitiam, & diligas miſericordiam, & paratus ſis ire cum domino Deo
Johan 14. 31. tuo? Dicit tibi ergo Evangelium: *Surgite, eamus hinc.* Dicit tibi lex: *Poſt dominum Deum tuum ambulabis.*
Deut. 13. 4. Didiciſti quomodo hinc fugias, quid ino-
Matth. 3. 7 raris? Dicit tibi Evangelium iterum: *Progenies viperarum, quis vobis demonſtravit fugere ab ira ventura?* Et dicit hoc illis qui veniebant ad baptiſmum pœnitentiæ.

D 34. Ergo pœnitentia fuga eſt bona: gratia Dei fuga eſt bona, in quam eſt adſumtio fugientis: deſertum fuga eſt bona, ad quod fugit Elias, Eliſæus, Johannes Baptiſta. Fugit Elias mulierem Jezabel, id eſt, effuſionem vanitatis, & fugit ad montem Oreb, quod ſignificat exſiccationem; ut ſiccaretur in eo carnalis profluvium vanitatis, & cognoſceret plenius Deum. Erat enim ad torrentem Chorrad, quod eſt cognitio, ubi abundantiam profluentem divinæ cognitionis
E hauriret, ita fugiens ſæculum, ut nec cibum corporis hujus exquireret, niſi quem aves detuliſſent miniſtræ; quamquam eſca ejus plerumque terrena non fuerit. Denique quadraginta diebus in virtute eſcæ quam acceperat, ambulavit. Utique non mulierem fugiebat propheta tantus, ſed ſæculum. An mortem timebat, qui ſe obtulerat requirenti, & qui dicebat ad Dominum:
3. Reg. 19. 4. *Recipe animam meam*, tædium vitæ iſtius ſuſtinens, non cupiditatem? Sed fugiebat ſæcularem ille-
F cebram, & converſationis maculoſæ contagionem, & impiæ ac prævaricatricis nationis ſacrilegia.

Prov. 7. &c. 35. Salomon quoque in mulieris illius ſpecie corruptelam ſæculi hujus exponit, & meretricias artes declinandas edocet. Hæc eſt mulier aliena & fornicaria, à qua te ut cuſtodias, adhortatur. Ne declines ad vias ſæculi cor tuum, ſed colloces illud in manu Domini, in qua eſt cor regis. Qui enim ſe ipſum regit, quod pluris eſt quam aliis imperare, cor ejus in manu Dei eſt, & quo Deus vult, convertit illud. Non mirum ſi convertit in bonum, qui perfectæ bonitatis eſt. In manu ergo Dei ſimus, ut bonum quæramus,

A illud bonum incorruptibile atque incommutabile, de quo dicit Amos propheta: *Exquirite bonum* Amos. 5. 14.
& non malignum, ut vivatis; & ſic erit vobiſcum dominus Deus omnipotens. Quomodo dixiſtis: Odio habuimus mala, & diliximus bona? Ubi ergo bonus Deus, ibi bona ſunt, quæ deſideravit videre David, & viſurum ſe credidit, ſicut ipſe ait: *Credo* Pſ. 26 13.
videre bona Domini in terra viventium. Illa enim bona ſunt quæ manent ſemper, quæ non queunt temporis vel ætatis mutatione corrumpi.

B 36. In illis bonis eſt qui Deum quæſiverit & invenerit. Ubi enim cor hominis, ibi & theſaurus ejus eſt. Non enim ſolet bonum datum deprecantibus Dominus denegare. Ergo quia bonus Dominus eſt, & maxime ſuſtinentibus ſe bonus eſt, ipſi adhæreamus, cum ipſo ſimus tota anima noſtra, toto corde, tota virtute; ut ſimus in lumine ejus, & videamus ejus gloriam, & delectationis ſupernæ fruamur gratia. Ad illud igitur bonum erigamus animos, & in illo ſimus, atque
C in illo vivamus, ipſi adhæreamus, quod eſt ſupra omnem mentem, & omnem conſiderationem, & pace utitur perpetua ac tranquillitate. Pax autem ſupra omnem mentem eſt, & ſupra omnem ſenſum. Hoc eſt bonum quod penetrat omnia, & omnes in ipſo vivimus, atque ex ipſo pendemus: ipſum autem ſupra ſe nihil habet, ſed eſt divinum; nemo enim bonus, niſi unus Deus. Quod ergo bonum, divinum; & quod divinum, bonum.
Et ideo dicitur: *Aperiente te manum, implebuntur* Pſal. 103. 28.
D *omnia bonitate.* Per bonitatem enim Dei nobis univerſa tribuuntur merito bona, quibus nihil admixtum eſt mali. Hæc bona promittit Scrip-
tura fidelibus dicens: *Quæ bona ſunt terræ manducabitis.* Eſai 1. 19. Boni ergo illius ſimiles ſimus, ut quæ bona ſunt adipiſcamur. Bonum quod eſt ſine iniquitate, & ſine dolo, & ſine aſperitate, cum gratia, cum pietate, cum ſinceritate, & benevolentia, caritate, & juſtitia. Itaque omnes virtutes bonitas tamquam mater fœcunda amplectitur.

E

CAPUT VII.

Maximam eſſe cauſam quare hinc fugiamus, cùm hæc propria ſit malitiæ ſedes; ac item quid ſit fugere? Malitiam hic non interire, & qua de cauſa? De ſerpentis damnatione, quidve à ſententia in hominem lata differat? Quibus accedit ejuſdem ſententiæ expoſitio.

37. EST igitur non mediocris cauſa cur hinc fugere debeamus; ut perveniamus à ma-
F lis ad bona, ab incertis ad fidelia & plena veritatis, à morte ad vitam. Ipſe quoque Dominus dicendo: *Poſui ante te bonum & malum, vitam & mortem*, Deut. 30. 15. demonſtravit quia bonum vita eſt, ſed æterna. Si hæc enim obnoxia ſæculo atque ejus malignitati, utique illa eſt bona, quæ non corrumpitur & mutatur, quæ nullo vitio degenerat, quæ virtute acquiritur. Fugiamus ergo malitiam ſæculi hujus, in quo ipſi *dies*, inquit, *mali ſunt*; & fu- Epheſ 5. 16
giamus impigre. Ideoque Eſaias clamat: *Convaleſcite manus remiſſæ, & genua diſſoluta*, Eſai. 35. 3. id eſt, non corporis, ſed animæ genua convaleſcite; ut directum ad cæli altiſſima mentis veſtigium poſſit adtolli; ut ſit a ductus ſolidior, vita maturior,

a. Mſſ ſeptem, *doctus ſolidior.* Quod forte ut emendarent edit repoſuere, *doctrina ſolidior.* At mſſ. ſex legunt, *ductus ſolidior*, quæ vera lectio nobis videtur. Tres tamen habent, *actus ſolidior.* Non male.

gratia

gratia plenior, prudentia circumſpectior. [A]

38. Hoc eſt enim fugere, ſcire quo tendas, ablevare ſe à ſæculo, ablevare ſe à corpore; ne iterum fruſtra ſe aliquis extollat, & inflatus mente carnis ſuæ non teneat caput, & dicatur de his: [Iob. 9. 25.] *Fugerunt, & non viderunt.* Sed hoc eſt fugere hinc, mori elementis iſtius mundi, abſcondere vitam in Deo, declinare corruptiones, non adtaminare cupiditates, neſcire quæ ſunt mundi iſtius, qui nobis varios gignit dolores, exinanit, cùm repleverit, cùm exinaniverit, replet. Et hæc omnia [B] inania & vacua, in quibus nullus ſolidus eſt fructus. Mortuus eſt dives, & nihil habet; quia non eſt in Deum dives; & ideo inſipiens, quia ſapientia cultura eſt Dei, abſtinere autem à malis diſciplina eſt.

39. Quis ergo non fugiat malitiæ locum, officinam improbitatis, quæ interire neſciat? Denique non otioſe ſignum poſitum eſt ſupra Cain, ne quis eum occideret; ut ſignificaretur quod non extinguatur & auferatur à terris malitia. Ti- [C] mebat Cain ne occideretur, quia fugere neſciebat. Augetur enim & cumulatur ipſo uſu malitia, & eſt ſine moderatione, ſine fine, dolo & fraude decernens, quæ factis ſuis proditur & ſanguine peremtorum, ſicut & Cain proditus eſt. Verſatur itaque in terris malitia, [a] atque iſtic errat; & ideo rogamus voluntatem Dei fieri in terris ſicut & in cælis, [Matth. 6. 10.] ut & hîc ſit innocentia. Itaque malitia quoniam illic jam locum non habet, hîc circuit, hîc ſævit, ſeſeque effundit, non mundano [D] illo merſa diluvio, non Sodomitano exuſta incendio. Denique gravius poſtea in ſeminatis pullulavit, uſque in ipſum parricidales ac ſacrilegas injiciens manus univerſorum auctorem ſalutis. [S. Aug. lib. 4. contra duas epiſt. Pelag. c. 11.] Lex factum damnat, non aufert malitiam. Ipſe dominus Jeſus peccatum damnavit, auctorem ejus diſtulit; ut eſſet per quem juſti probarentur. Etenim quia malum Deus non fecit, ſed nequitia diaboli inſeruit, vindictam Deus diſtulit, ut ab ipſis quos deceperat, diabolus vinceretur. [E]

40. Exercentur ergo decepti, ut & pretium luant facilitatis, & ſumant ſtudia virtutis, induſtriam cautionis. Unde ait: [Matth. 10. 16.] *Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes.* Quare ſicut ſerpentes? Ut & ille ſpolietur ſuo, & qui alios exuere voluit, amittat quæ ſunt ipſius, non venena ſed merita naturæ. Denique dejicitur ille cùm tu adſcenderis. Scriptum eſt enim: [Luc. 10. 18.] *Videbam ſatanam ſicut fulgur cadentem de cælo.* Non fulgur, inquit, ſed ſicut fulgur; quia ſuum lumen amiſit, quod habebat antequam tibi tuum [F] lumen vellet auferre. Verùm forte dicas quia & de Salvatore legimus, quia [Luc. 17. 24.] *ſicut fulgur coruſcans de ſub cælo... ita erit & adventus filii hominis.* Bene & hic ſicut fulgur, quia ſupra fulgur. Denique fulgur de ſub cælo: lumen autem verum ſupra cælum. Ergo ſatanas ſicut fulgur, quia amiſit hoc quod habuit: tu autem recepiſti quod amiſeras.

41. Non enim ita circa illum ſicut circa te ſoluta eſt ſententia. Nam Chriſti gratia quæ te reſolvit, illum adſtrinxit. Manet enim maledictio directa in ſerpentem propter tuam deceptionem. Sic enim dictum eſt ad eum: [Gen. 3. 14.] *Maledictus tu ab om-* [A] *nibus pecoribus terræ.* Omnium enim communis inimicus eſt, qui fuit hoſtis bonorum, & pro iis damnatur quos adhuc non læſerat; quoniam qui hominem læſit, cui illa omnia ſubjecta ſunt, læſit omnia. Communem etenim legem ſolvit, qua & ipſe homini cum ceteris ſubditus eſt. Ideo communi odio omnium atque execratione maledictio ejus oneratur. Genus autem damnationis non mors, ſed pœna diuturna eſt: *Super pectus*, inquit, *tuum & ventrem ambulabis.* [Ibidem.] Premenda enim fuit noxia [B] conſcientia, & proterenda malitia, fraudulentumque ſecretum tamquam à Dei facie relegandum: ſimul oſtenditur quod terrena malitia ſit, quæ in terram recurret. Denique addidit: *Et terram edes omnes dies vitæ tuæ.* [Ibidem.]

42. Deſcribi quidem his natura ſerpentis videtur, ſed magis omne vas malitiæ deſcribitur, omnis ſerpens improbitatis, qui in ventrem ſe dejicit, atque intra ſe venenum ſuum claudit, & intus in pectore ſuo volvit, cogitationibus ſuis lubri- [C] cus, & ſuper fraudes ſuas ambulans, ſuis dolis ſe ipſe implicans, movens ſemper atque exagitans ſua venena cùm cogitat, ventrem quoque, hoc eſt, ſeminarium cordis ſui proterens. Unde pulcre David ait: *Alienati ſunt peccatores ab utero, erraverunt à ventre, locuti ſunt falſa. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obſtruentis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici, cùm incantatur à ſapiente.* [Pſal. 57. 4. & ſeq.] Propter hoc etiam illud pulcre dictum videtur, quod [D] in libro prophetico legimus: *Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo*; [Hier. 4. 19.] quia ibi eſt malitia, ubi debet eſſe innocentia: & illud plus laborat, quod in nobis debet eſſe tranquillius: atque id nequitiæ veſtigiis proculcatur, ſtimulatur unguibus, proceſſu quodam improbitatis, incrementoque concutitur, ubi eſt genitale ſeminarium poſteritatis æternæ. Videtur quidem hoc ad id eſſe referendum, quod dolebat periiſſe quos creavit filios & ſuſcepit, ſed multo magis quod in ventre ſuo [E] verbi ſeminarium non habebat. Ideo ventrem ſuum dicit, quaſi pretioſiſſimum. Pretioſus enim mentis uterus eſt, in quo fœcunda ſeges conſiliorum verbi ſemine pullulare conſuevit, & vitæ totius ſolent atque virtutum ac diſciplinarum quædam membra formari.

43. Sed ut revertamur ad propoſitum, quod malitiam Deus reprimendam [b] interim, quàm abolendam putaverit, ait ad ſerpentem: *Et inimicitias ponam inter te & inter mulierem, & ſemen* [Gen. 3. 15.] [F] *tuum & ſemen mulieris. Ipſa tibi obſervabit caput, & tu illius calcaneum.* Ubi inimicitiæ ſunt, ibi diſcordia eſt, nocendique ſtudium: ubi nocendi ſtudium, ibi malitia ponitur. Ergo diſcordia inter ſerpentem & mulierem diſcordiæ malitia ſubeſt. Non eſt ergo ſublata malitia. Denique ſervatum eſt ſerpenti, ut calcaneum mulieris & ſeminis ejus obſervet, quo noceat, & venenum ſuum infundat. Non ergo ambulemus in terrenis, & ſerpens nobis nocere non poterit. Sumamus Evangelicum calceamentum quo venenum ſerpentis excluditur, morſus ejus hebetatur, ut ſimus calceati pedes in Evangelium. Et fortaſſe ideo Moyſes

a Mſſ. plures atque edit. vet. *atque iſtic erat.* quod cùm videretur frigidum, in edit. Rom. reſecatum eſt. At veram lectionem nobis exhibuere codices Ebrulph. ac Theod. Idem enim eſt *iſtic errat*, atque iſtic vagatur ac ſe diffundit.

b Omnes edit. *interimque.* Perperam, ut patet ex toto capitis contextu: vera igitur lectio noſtra ex mſſ. Sed hic atque alibi non uno loco ſubintellige *magis* vel *potius*. De cujuſmodi ellipſi conſule Fr. Sanctii Minervam. lib. 4. pag. 177.

jubetur ſolvere calceamentum pedum ſuorum, ut ſumeret calceamentum Evangelii; vel quia non Moyſi, id eſt, non prophetis, ſed apoſtolis prædicatio Evangelii debebatur. Ea eſt quam ſupra diximus, dicta in ſerpentem ſententia. In hominem quoque cujuſmodi directa ſit, conſideremus.

44. Maledictus ille qui auctor eſt culpæ: ſed non maledictus eſt iſte qui aliena fraude deceptus eſt; tamen quia non ſervavit mandatum Dei,
Gen. 3. 17. operum ſuorum labore damnatur. Maledicitur ſane terra, ſed in operibus peccatoris; & maledicitur, donec reſolvatur in terram. Ideo ergo ſuſcepit Jeſus carnem, ut maledictum carnis peccatricis aboleret; & factus eſt pro nobis maledictum, ut benedictio abſorberet maledictionem, integritas peccatum, indulgentia ſententiam, vita mortem. Suſcepit enim & mortem, ut impleretur ſententia, [a] ſatisfieret judicato: Maledictum carnis peccatricis uſque ad mortem. Nihil ergo factum eſt contra ſententiam Dei, cùm ſit divinæ conditio impleta ſententiæ. Maledictum enim uſque ad mortem, poſt mortem autem gratia. Mortui ergo ſæculo ſumus, [b] quid adhuc ſæculo decernimus: mortui ſumus cum Chriſto, quid adhuc vitæ hujus actus requirimus? Mortem Chriſti in corpore noſtro circumferimus; ut & vita Chriſti in nobis manifeſtetur. Non ergo jam noſtram illam vitam, ſed Chriſti vitam vivimus, vitam innocentiæ, vitam caſtimoniæ, vitam ſimplicitatis, omniumque virtutum. Cum Chriſto reſurreximus, in ipſo vivamus, in ipſo adſcendamus; ut ſerpens calcaneum noſtrum quod vulneret, in terris reperire non poſſit.

CAPUT VIII.

Quomodo licet hic retineamur corpore, tamen animo fugere poſſimus, atque adeo debeamus; ne cum prætereunte figura hujus mundi opera noſtra noſque ipſi prætereamus: quod ne contingat, mandata Dei non prætereamus, ſicut nec ullius diſciplinæ profectum; quemadmodum plures è ſanctis veteribus feciſſe compertum eſt.

45. Fugiamus hinc. Potes animo fugere, etſi retineris corpore. Potes & hîc eſſe, & adeſſe ad Dominum, ſi illi adhæreat anima tua, ſi poſt ipſum cogitationibus tuis ambules, ſi fide non ſpecie vias ejus ſequaris, ſi ad ipſum confugias.
Pſal. 76. 3. Eſt enim refugium & virtus, cui dicit David: *Ad te confugi, & non ſum deceptus.* Ergo quia Deus refugium, Deus autem in cælo, & ſupra cælos: utique hinc illo confugiendum eſt, ubi pax, ubi requies ab operibus, [c] ubi epulemur ſabbatum magnum, ſicut dixit Moyſes: *Et erunt ſabbata terræ vobis eſca.* Levit. 25. 6. Epulatorium enim & plenum jucunditatis & tranquillitatis eſt, requieſcere in Chriſto, & ejus delectationem videre. Qui ergo confugimus ad Deum, ad mundum revertemur? Qui peccato mortui ſumus, peccata repetemus? Qui renuntiavimus ſæculo & uſui ejus, iterum in luto ejus hærebimus?

46. Fugiamus hinc, quia tempus breve eſt. Audi quomodo fugias: *Et qui habent uxores, ita ſint ac ſi non habeant; & qui flent, tamquam non flentes; & qui gaudent, tamquam non gaudentes; & qui emunt, tamquam non poſſidentes; & qui hoc mundo utuntur, tamquam non utantur. Præterit enim figura hujus mundi.* 1. Cor. 7. 29 & ſeq. Non ergo cum prætereunte figura mundi opera noſtra prætereant, ne etiam ipſi prætereamus; ſed maneamus in veritate. Si maneamus in Chriſto, manemus in veritate, & cum eo manebimus, & non præteribimus, ſed dicemus: *Benedictio Domini ſuper vos, benediximus vobis in nomine Domini.* Pſal. 128. 8. Qui enim prætereunt, non poſſunt dicere, quia non dixerunt prætereuntes viam: *Benedictio Domini ſuper vos*, quemadmodum dixit Propheta. Itaque ſi volumus non præterire opera noſtra, non prætereamus mandata Dei, non prætereamus requirendi Jeſu domini diligentiam, emerendi ejus gratiam. Non præterivit eum illa mulier quæ uſque in phariſæi domum ingreſſa, in qua Chriſtus recumbebat, in pedes ejus ſuperfudit unguentum.

47. Non prætereamus diſciplinæ alicujus profectum, ſicut etiam Joſeph adoleſcentulus non præterivit; quia fratres ſuos requirebat, & ad eum feſtinabat locum, in quo paſcebant oves; & cùm cognoviſſet quia in Dothaim ſunt, perrexit eo. Significatur autem illo verbo Dothaim defectus idoneus, id eſt, vanarum opinionum defectus non mediocris, ſed perfectus & plenus, in quo profectus eſt animæ. [*] Sapiens enim quando minuit, addit. Deficiunt enim ſæculares opiniones, quæ mulieribus infirmis comparantur. Unde pulcre quo oſtenderetur Sara ad profectum veniſſe, ut generaret riſum & lætitiam: *Defecerunt*, inquit, *Saræ fieri muliebria.* Gen. 18. 11. Bona ergo defectio cupiditatum, defectio vanitatis; quia veritatis adjectio eſt. Unde & ſanctus David ait: *Defecit in ſalutare tuum anima mea.* Pſ. 118. 81. Paritura etenim erat [d] quæ conceſſerat, eoque & promiſerat Deus: paritura lætitiam, & ſobriam illam jucunditatis ebrietatem: paritura [e] ante exſpectatum, ingenii cele-

a Omnes edit. *ſatisfieret judicato per maledictum carnis* &c. Mſſ aliquot, *ſatisfieret judicato, maledictum carnis ſuſtinens.* Alii majori numero & antiquitate, ut in textu. Ejus autem loci putamus hunc eſſe ſenſum: ut ſatisfieret judicato ſive judicio illi, nempe, maledictum &c. Ubi non obſcure alluditur ad ſententiam Gen. 3. verſu 17. & ſeq. latam, qua homo laboribus ad mortem uſque perpetuis addicitur; ut antecedentia planum faciunt.

b. Edit. *qui adhuc ſæculo deſervimus. Mortui ſumus cum Chriſto, qui adhuc . . . requirimus. Mortem enim &c.* Mſſ partim, *quid adhuc de ſæculo certamus*; id eſt, de rebus ſæcularibus contendimus: partim, *quid adhuc ſæculo decernimus*, id eſt, ſæculo militamus.

c Mſſ. Theod. & Vale. *Ubi epulemur ſabbatum ejus, ſcilicet Chriſti, & omnium virtutum. ſabbatum magnum* &c. Vide Philonem lib. de Profugis.

* *Sapiens enim quando minuit*, ſupple *ſe*, id eſt, quando minuitur, ex eodem Phil. lib. de Profugis: [illegible] Gen. 25. 8. [illegible] . . . [illegible], &c.

d. Sic edit. vet. cum Gall. mſſ. niſi quod in quibuſdam legitur, *quem conceſſerat ei, & promiſerat* Rom. edit. cum uno Vat. cod. *quæ conceperat, ut promiſerat*, &c.

e Rom. edit. ſola, *ante exſpectatum partum, ingenii celeritate fotum.* Aliæ, *ante exſpectatum ingenium, celeritate partus feta.* Mſſ. vero, *ante exſpectatum.* Pauci *ante exſpectavit ingenii*, (unus *ingenus*) *celeritate* nonnulli *celebritate*) *partus* (unus *partu*, aliqui *partum*) *feta* (alii *fetum*, alii *facta.*) Hanc porro tantam diverſitatem non aliunde profectam remur, quàm ex eo quod non viderent, *ante exſpectatum*, quo redditur illud Philonis, [illegible], referri non ad *ingenium*, aut *partum*, ſed ad *tempus* quod ſubintelligitur, ut in illo Virg. 4. Georg.

Ante exſpectatum poſitis ſtat in ordine caſtris.

Deinde quod minus adverterent, unde voces *partus*, & *facta* regerentur, ſubſtituerunt earum loco *partum* ac *feta*. Eſt autem ellipſis ſupplenda in hunc modum, *paritura . . . . partus, qui ſunt facta* &c. Eodem recidit ſi legas *partum* & *fetum*. Quamvis non eamus inficias ſenſum aliquem, ſervata voce *feta*, elici poſſe: ſed noſtro, præterquam quod magis naturalis eſt, Philo etiam ſuffragatur lib. cit.

ritate partus, facta ſapientiæ. Denique & de aliis A Hebræis mulieribus habes, quia Hebrææ prius pariunt, quam veniant obſtetrices; eo quod animæ juſtorum non exſpectent artes & diſciplinas propter inventionum genera, nec requirant adjumenta generandi: ſed ſponte partus ſuos fundant, exſpectationemque præveniant. *Exod.* 1. 19.

47. Nec minus impiger ad inveniendum, quam ad exſequendum Jacob, cui cùm mater dixiſſet, ut inferret patri eſcas, [a] definitionum genera ſuppetiſſe cernimus. Nam & cito invenit, & inven- B torum ſuorum auctorem teſtificatus eſt Deum, in quo & diligentiæ palma, & ingenii ſignificatur ubertas. Prima ergò definitio in inventione: quod invenitur, quæritur: & quod quæritur, temporis eſt: quod temporis eſt, utique diligentiæ eſt. Quod autem prævenit uſum temporis, Deus infundit, Deus dat: quod Deus dat, naturæ non diligentiæ eſt. Ingenium igitur divini eſt muneris: quod autem divini muneris, hoc naturæ. Ingenium ergo naturæ eſt, inventio diligentiæ: illud C ſine tempore, hoc indiget tempore. Ideoque illud in tempore præſto eſt, hoc in ſpatio temporis inveſtigatur: illud ſupra nos, hoc vero ad nos refertur. *Gen.* 27. 9. *& ſeq.*

48. Quærenti igitur patri cibum verbi (non enim in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei: talem cibum quærebat Iſaac, talem cibum eſuriebat Petrus, quando vidit credituri gentilis populi myſteria) Eſau præſto non habuit cibum ſpiritalis & velocioris ingenii. Dum iſte ve- D natur & quærit, & prædurum atque agreſtem ſermonem ſuggerere parat, prævenit Jacob celeri inventione, & miti, & prope domeſtica reſponſione ſuave verbum miniſtrans, quo eum mulceret ac delectaret. Unde miratus pater ait: *Quid eſt hoc, quod tam cito inveniſti fili mi? Reſpondit Iacob: Quod tradidit dominus Deus tuus in manus meas.* Prima definitio in interrogatione eſt, ſecunda in reſponſo. Plena igitur omnia repe- E riens pater quæ erant vel ingenii, vel diligentiæ, definitionis conſummatione concluſit dicens: *Ecce odor filii mei tamquam odor agri pleni, quem benedixit Dominus.* Ager enim & naturale habet fertilitatis ingenium, & culturæ diligentiam temporalem, meritoque in eo eſt plenitudo, cui utrumque non deeſt. Simul cùm addiderit: *Quem benedixit Dominus*, videtur naturæ gratiam prætuliſſe cultionis labori. Et confirmavit Eſau dicens: *Iuſte vocatum eſt nomen illius Iacob. Supplantavit enim me jam bis, & primogenita mea accepit.* F

Act. 10. 11. *& ſeq.*

Gen. 27. 20.

Ibidem. 27.

Ibidem. 36.

49. Sed forte dicas: In quo moram fecit, qui ad venationem à patre miſſus eſt? Sed conſidera quia & pater pronuntiavit, quia paratum habere non poſſet, quod ſpiritaliter petebatur; & ideo quia deficiebat ingenio, vel diligentiæ ſubſidium ut adjungeret, exigebat. Celeritatis quoque admonet, qui ait: *Cape arcum & ſagittam.* Accepit tamen & diligentiæ fructum, qui agnovit ſuperius eſſe ingenii munus. *Ibidem.* 3.

50. Nec immerito domeſticos cibos detulit, qui de domeſticis ſeminis ſui ſapientiæ ſibi acquiſivit copulam. Bona autem diligentia cum ſapientia, & inventio cum ingenio naturali. Denique habens in promtu ſapientiæ copulam ſanctus Iſaac, deambulabat in campo, immo abalienabatur. Et nos primò ſapientiæ copulemur, & ſic exeamus in campum quærere & invenire cupientes. Multi enim ſine ſapientia male quærunt. Et ideo Cain quia non acceperat à Deo prudentiam, male quæſivit, male exivit in campum; Abel bene, qui perfectum ſacrificii munus implevit. Bonum enim ſapientiæ ſacrificium, bona eſt hoſtia fides, & omnis virtus. Denique ſapientia interfecit ſuas hoſtias, & miſcuit in craterem vinum ſuum. Et ideo ut inſipientibus gentilibus potum fidei daret, ad craterem ſuum convocavit eos dicens: *Qui eſt inſipiens, divertat ad me.* Et egentibus ſenſu dixit: *Venite & edite de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui vobis.* De hoc cratere Plato in ſuos libros transferendum putavit, ad cujus potum evocavit animas: ſed eas explere neſcivit, qui potum non fidei, ſed perfidiæ miniſtrabat. *Prov.* 9. 4. *Ibidem* 5.

CAPUT IX.

Urget ut hinc fugiamus, ſicut fugit Iacob de patria, & ſicut cervi ad fontes; quos qui deſiderat, ſuper ſe animam ſuam exemplo Suſannæ effundat oportet. Quomodo Paulus & Lot fugerint; ac nobis ſimiliter fugiendum ſit in ſupernam civitatem, quoad ſummus ſacerdos moriatur: cum quo & vetus homo noſter debet mori.

51. FUgiamus ergo hinc ſicut fugit de patria ſanctus Jacob. Sciebat enim veram patriam eſſe ſuperiorem. Fugiamus ſicut cervi ad fontes aquarum: quos ſitiebat David, ſitiat & anima noſtra. Quis eſt ille fons? Audi dicentem: *Quoniam apud te eſt fons vitæ.* Huic fonti dicat anima: *Quando veniam & parebo ante faciem tuam?* Fons enim Deus eſt: ſed qui hunc fontem deſiderat, effundat ſuper ſe animam ſuam, ut nihil [a] paſſioni carnis relinquat, ſed ubique anima ſuperfluat. *Pſ.* 35. 10. *Et* 41. 3.

52. Pulcre eam effudit Suſanna, ut evaporare in eam non poſſent incendia corporis, mortis formidines, vitæ cupiditates. Effuſa ſuper ipſam anima omne reſtinxit carnale deſiderium, ſæculare ſtudium. Quæ etiam prodigioſorum ſenum, & impudentium preſbyterorum [b] potuit flammas reſtinguere, niſi in his libidinis profluvium redundaſſet. A quibus cùm intenderetur calumnia, ſi adſenſus negaretur adulterio, ingemuit Suſanna, & dixit: *Anguſtiæ mihi adſunt undique. Si enim hoc fecero, morte æterna peribo: ſin autem, non effugiam manus veſtras.* Melius tamen judicavit crimen fugere potius, quam periculum. *Dan.* 13. 22.

* Ut locus hic alioqui ſatis obſcurus intelligatur advertendum hanc Ambroſii mentem eſſe, nimirum ut oſtendat in Jacobo omnem bonæ diſciplinæ profectum reperiri, quod ita conficit: Quidquid ad bonam diſciplinam neceſſarium eſt, duobus quaſi limitibus, quas definitiones vocat & Philoſophus, continetur atque includitur, ingenio ſcilicet ac diligentia; ingenium quidem Dei munus eſt, diligentia vero noſtro labori tribuitur: cùm ergo hunc utrumque perfectæ diſciplinæ finem ſeu definitionem in filio Jacob deprehenderit ſanctus Iſaac, optime colligitur illum rebus ad bonam diſciplinam neceſſariis inſtructum fuiſſe. Hoc porro caput fere totum ex lib. de Profugis deſumtum eſt.

a. Ita Rom. edit. ac unus cod. Vat. Alter vero cum duobus Gallic. *nihil poſſeſſionis carnis* quæ lectio minime diſplicet. Sed reliqui mſſ. & edit. ant. *nihil poſſeſſioni carnis.*

b Quædam edit. tum ex vet. tum ex recent. *non potuit.* Male. Eſt enim locutio conditionalis, ut indicant ſequentia illa, *niſi de his*, &c. idemque valet *potuit*, ac ſi legeretur, *potuiſſet.* Quæ formula probatis auctoribus non eſt inuſitata.

litatis redeat ex ſervitio Chriſti, cujus quidem numquam non liberti ſumus, quippe quos immenſo mortis ſuæ pretio redemerit, ac redimendo, muneribus queis majora alia nec optare poſſit quiſquam, donaverit.

Affirmat porro divina inter beneficia numerandam eſſe Legem veterem, quandoquidem addita ipſi gratia quod eidem legi poſſibile non erat, effecit; ut ſemper ad opem confugeremus præpotentis illius Servatoris, ſine quo ad perfectionem ſanctitatis pervenire non licet. Ad extremum hortatur ne umquam patiamur è memoria nobis excidere ſummum illud beneficium, per quod nobis in baptiſmate Chriſto commortuis & convivificatis peccata dimiſſa eſſent; ut eidem vitâ gratia jungeremur ac viveremus. Unde concludit ab eo nos neque adverſis neque incommodis ullis ſeparari debere, cùm in hiſce rebus vita iſtius felicitas omnis poſita ſit.

Itaque poſtquam ſanctus Doctor in ejuſmodi præceptionibus primi hujus libri ſex capita inſumſit, in ſeptimo, ſicut & in octavo generalibus argumentis demonſtrat nulla calamitate, nulla miſeria vitæ felicitatem interpellari; in his enim, *inquit,* [a] probamur, in his beata vita eſt, etiamſi multis periculis inundetur. *Hanc tamen in alio reperiri negat niſi in ſapiente, juſto, & perfecto homine,* [b] qui nec diſpendiis minuitur, nec adverſis frangitur; *cùm beatitudinem ſuam in una ſummi boni, hoc eſt, ipſiuſmet Dei poſſeſſione conſtituat. Ceterum à perfecto illo nequaquam exigit in damnis, puta in morbis, in morte conſanguineorum, in captivitate, ſtoicam apathiam, ſed mentis æquabilitatem, quam ab illo ipſo alios doceri teſtificatur.* a. Ibid. cap. 7 num. 27 b. Ibidem. num. 31

His univerſim in primo libro conſtitutis, in ſecundo eadem nobiliſſimis clarorum virorum qui ſub antiquo fœdere floruerunt, exemplis probat. Sed imprimis patriarcha Iacob vitam propoſuit, cujus præcipuis actionibus planum facit, quanta vel in maximis calamitatibus felicitate ſit potitus. Cùm autem ſubinde ſermonem ſuum expoſitionibus ad mores informandos maxime accommodatis adſpergat, quandoque etiam digreditur argumento, ut in myſtico ſenſu ſpatietur. Denique non dubitat de parentum Iacob in eum caritate ſat multis diſſerere, ut inde parentes omnes intelligant, quomodo erga liberos æqualem exhibere amorem atque juſtitiam teneantur. Alia nonnulla ejuſdem patriarchæ facta, cujuſmodi ſunt quæ contigere in Patriarchis benedicendis, attingit quidem, ſed paucis omnino; haud dubie eo conſilio, ut illa ipſa proprio tractatu fuſius uberiuſque proſequeretur. Poſt hæc ſubjectis obiter Ioſeph atque aliorum quorumdam exemplis, ad ſacerdotem Eleazarum, ac ſeptem fratres Machabæos, eorumque matrem ſtylum convertit. Hic ſane in tribus ultimis hujuſce libri capitibus toto eloquentiæ ſuæ curſu fertur, ut felicitatem qua nobiliſſimi illi martyres [c] in lege nutriti, per gratiam coronati *in ipſis ſuppliciis licet immaniſſimis beabantur, ſummam exſtitiſſe demonſtret.* c. Lib. 2. cap. 11.

Cùm autem diutius in Iacobi exemplo immoretur, de quo novem ferme ſecundi libri capitibus diſputat, ac in maximis quoque miſeriis adſtruat beatam eſſe vitam: hinc dubio procul operi titulus inſcriptus eſt De Jacob & vita beata; *nec aliam ob cauſam alibi ſcribit* [d] *propoſitam ab ſe* in Jacob ſingularem animi laborumque patientiam. *At quando illuſtrium etiam Machabæorum celebratiſſimum agonem ultimis tribus capitibus prædicavit, hinc eſſe arbitramur quod Magnus Caſſiodorus dixerit:* [e] Nam & ſanctus Ambroſius, ubi de perſona Joſeph ipſe loquitur, ſecundum librum Machabæorum exempli cauſa memorat, cujus maximam partem ad demonſtrandam tolerantiam eloquentiæ ſuæ dulciſſimo liquore patefecit. *Cur hic auctor iſtas commentationes nomine librorum* de Patriarchis *deſignaverit, jam declaratum eſt: at vero in dubium revocare quis poſſit, an non in laudato teſtimonio pro* Joſeph *melius Iacob ſubſtitueretur? Certe quidem id non perperam videtur colligi poſſe tum quod Iacob dicendi argumentum Ambroſio ſuppeditet, tum quod obſcurum non ſit corruptionem in hunc locum aliquam irrepſiſſe. Ubi enim nunc* Joſeph, *ibi olim* Eſdras *legebatur. Nihilominus tamen cùm S. Præſul de Machabæis illis diſſerat poſt factam Ioſephi quem in ipſo carcere felicitatem ſuam inveniſſe docet, mentionem; hic Senatoris textus defendi poteſt. Ambroſiana autem illa eloquentia qua locum hunc ſuaviſſime perfundi ille animadvertit, etiam alibi paſſim in hoc opere elucet non mediocriter.* d. Lib. de Joſeph Patriar. c. 1. num. 1 e. De inſtit. divin. litt. cap. 6.

Extra controverſiam eſt eoſdem hos libros è concionibus quas ad populum ſuum habuerat, concinnatos eſſe; ſiquidem præter oratorios dicendi modos quos iſtic licet obſervare, expreſſis verbis ipſe ſignificat verba ſe facere poſt recitatum illud Evangelium, in quo dicitur: [f] Ubi theſaurus tuus, ibi & cor tuum: ſicut legi, *inquit,* [g] audiſti hodie. *Difficile vero ſit quot ſermonibus tractatus illi componantur, definire: illud ſaltem affirmare licet eoſdem ad neophytorum gregem habitos fuiſſe feſtis paſchalibus anni circiter* 387. *quo ſuperiores libros pronuntiavit, ſicut ſe vidențias ex libro* de Joſeph Patriarcha *confirmari poteſt.* f Matth. 6. 21. g. Lib. 2. cap. 5. n. 23.

Exſtat Philonis ſcriptum ſub hoc titulo: Quod omnis probus ſit liber; *cujus ſane materia cum iſtis Ambroſii lucubrationibus haud parum habet affinitatis. Nihil tamen decerpſit inde S. Doctor, niſi cùm de Eſau loquitur. Iſte enim quidquid in illo libro optimum ac præſtantiſſimum eſt, videtur deditâ operâ intra medii pagellæ anguſtias contraxiſſe.*

SANCTI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

DE JACOB ET VITA BEATA

*LIBRI DUO.**

* Scripti circ. an. 387.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Ad virtutum diſciplinam, paſſioneſque coercendas neceſſarium eſſe ſermonem prudentem, ac mentem rationi intentam; itemque rationem licet omnino concupiſcentiam exſcindere nequeat, poſſe tamen vel graviſſimis motibus moderari.

a 1. NECESSARIUS ad [a] diſciplinam bonus omnibus ſermo, plenus prudentiæ; & mens rationi intenta præcurrit virtutibus, paſſiones coercet. Docibilis enim virtus. Denique ſtudio & diſcendo acquiritur, diſſimulando amittitur. Alioquin niſi ſermo bonus neceſſarius eſſet ad correctionem numquam Lex diceret: *Non adulterabis.* Sed quia nudus ſermo ad monendum utilis, ad perſuadendum infirmus eſt, ideo adhibenda eſt rationis rectæ conſideratio; ut quod ſermo bonus præſcripſerit, ratio plenius tractata perſuadeat. Non enim ſervili ad obediendum conſtringimur neceſſitate, ſed voluntate arbitra, ſive ad virtutem propendemus, ſive ad culpam inclinamur. Et ideo nos aut liber affectus ad errorem trahit, aut voluntas revocat, [b] rationem ſecuta. Paſſio autem graviſſima culpæ concupiſcentia eſt, quam ratio emollit & comprimit. Emollire enim poteſt, eradicare non poteſt; quoniam animus qui eſt rationis capax, non eſt ſuarum paſſionum dominus, ſed repreſſor. Neque enim fieri poteſt ut facilis ad iracundiam non iraſcatur: ſed ut ratione ſe temperet, indignationem cohibeat, [c] à puniendo ſe revocet; ſicut & Propheta nos docet dicens: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Conceſſit quod naturæ eſt: negavit quod culpæ eſt.

Exod 20. 14. — Pſal. 4 5.

2. [d] Omnis itaque temperantia ex aliis, non ex ſe originem ſumit, ideoque ſecunda eſt. Nam aut de naturalibus ſuſcipitur, aut de utilibus. Itaque aut naturalia temperat, aut utilitatis adſertor eſt. Denique non ibi excidit concupiſcentiam: ſed facit ne concupiſcentiæ ſerviamus. Quis enim tantus, ut corporalem motum poſſit auferre, niſi ſolus ille qui potuit de infructuoſa ficulnea dicere, hoc eſt malitiâ Judæorum: *Ecce anni tres ſunt ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: ſuccide ergo illam. Cui reſpondit ſervus: Remitte illam & hoc anno, uſque dum fodiam circa illam, & mittam cophinum ſtercoris; & ſiquidem fructum fecerit: ſin autem, in futurum ſuccides illam.* Merito ad Dominum retulit, quia exſcindendæ [e] temporalis prolapſionis poteſtatem ſibi ipſe vendicare non poterat: ſed Domino reſervabat.

Luc 13. 7. & ſeq.

3. Denique quem de hominibus meliorem & fortiorem adſumemus, quam ſanctum David, qui ſibi cupiditatem qua concupierat aquam de lacu Bethlehem, hoſtili interclusam exercitu, auferre non potuit, potuit mitigare? Nam cùm aliis uti-

a Vet edit *ad diſciplinam bonis omnibus ſermo*, &c. quibus concinunt mſſ exceptis Big. Long Valc & Theod qui cum Rom edit. *bonus omnibus ſermo*, &c Torn. *ad diſciplinam boni omnibus*, &c. Non male

b Rom edit *rationem ſecuta graviſſima vero cauſa culpa concupiſcentia, quam tamen*, &c. Quatuor mſſ. *rationem. Sed eſt paſſio graviſſima culpa concupiſcentia* (Long *conſcientia*) .... *Emollire enim poteſt, eradicare*, &c Reliqui mſſ ac edit ut in textu.

c. Ita mſſ. Thuan. Big. Torn. Vict. & Colb At Valc. Long. & Theod. *à peccato* Alii vero, & edit. *ac puniendo.*

d. Edit Rom *Omnis ergo temperantia eſt de iis qua negantur; ideoque ſequenda eſt. Nam aut de naturalibus ſuſcipitur, aut de moralibus, aut enim naturalia temperat, aut moralia* Sed hæc verba ſunt conjectorum, non Ambroſii. Maluimus igitur ab ant edit non recedere, quando illis mſſ. ſuffragantur. In his tamen eſt aliqua diverſitas. Alii enim vocem *temperantia* omittunt: alii mutant in vocem *tria*; unus in *culpa*. Sic etiam quidam habent *ſecunda*, ubi alii *ſecunda*. Non temere forſitan quis ſuſpicabitur poſt adjectivum *omnis*, nomen ſubſtantivum in antiquioribus mſſ ſcribæ oſcitantia prætermiſſum, quod variè poſtea ab aliis reſtitutum ſit: feliciùs divinarunt qui repoſuere vocem *temperantia*, quam poſtulabat continuatio ſerieſque ſermonis, ut liquet ex cap ſeq.

e Mſſ. aliquot, *corporalis prolapſionis.*

que defuiſſe non inveniamus, id eſt, tanto exercitus numero, cùm utique multo minus regi deeſſe potuerit ex cęretis ſontibus aqua; irrationabilem quamdam concupiſcentiam paſſus, deſideravit eam quæ hoſtium erat circumfuſione vallata, unde ſine maximo periculo non facile potuiſſet deferri. Itaque ait: *Quis mihi dabit potum de lacu qui eſt in Bethlehem ad portam?* (2. Reg. 23. 15.) Et cùm eſſent reperti tres viri qui hoſtium caſtra præciderent, & deferrent aquam quam ſummo deſiderio deſideraſſet, cognoſcens quod periculo alieno aqua ſibi eadem conſtitiſſet, profudit illam Domino, (Ibidem.) ne ſanguinem illorum qui eam detulerant, bibere videretur. Quæ res indicio eſt quod concupiſcentia quidem rationem præveniat; ſed ratio cupiditati reſiſtat. Humanum itaque paſſus eſt David, ut irrationabiliter concupiſceret: ſed illud laudabile, quod irrationabilem concupiſcentiam rationabiliter parato fraudavit remedio. Dum laudo viros qui erubuerunt deſiderium ſui regis, & maluerunt finem ejus verecundiæ vel periculo propriæ ſalutis afferre: plus laudo eum qui erubuit in ſuo deſiderio alienum periculum, & aquam dubiæ ſortis pretio quæſitam, ſanguini comparavit: ſimul quaſi repreſſa victor cupiditate profudit aquam Domino; ut oſtenderet quod concupiſcentiam ſuam verbi conſolatione reſtingueret.

4. Poteſt igitur mens ſobria impreſſiones refrænare ac reprimere quamvis gravium paſſionum, & fervorem omnem cupiditatis flagrantiſſimæ refrigerare, derivare alio motus, & rectæ rationis tractatione deſpuere paſſiones. Etenim cùm Deus hominem conſtitueret, & in eo mores ſenſuſque plantaret, tunc motibus ejus impoſuit regale mentis imperium; ut omnes ſenſus motuſque hominis, ejus vigore ac poteſtate regerentur. Adjunxit ad gratiam creaturæ, ut mentem ipſam divinis informaret præceptis, & ſapientiæ inſtrueret diſciplinis, quibus &[a] cavenda prænoſceret, & eligenda cognoſceret. Mens igitur recta ratione tenens diſciplinam ſapientiæ, ut divina ac humana cognoſcat, eruditur in Lege, per quam diſcit quas ſibi ſubjicere debeat paſſiones.

CAPUT II.

Paſſionibus tum animi tum corporis moderari temperantiam: cujus effectus patriarcharum demonſtrantur exemplis, ac deinde rationis dignitate commendata, eamdem temperantiam divino præcepto muniri Sanctus oſtendit.

5. PAſſionum autem velut duces ſunt naturales delectatio & dolor, quas ſequuntur ceteræ. Illæ enim complectuntur univerſas, quarum utraque non ſolum corporis, ſed etiam ſecundum animam paſſiones ſunt. Et quia diximus ſubeſſe his alias paſſiones, ante delectationem concupiſcentia, poſt delectationem gratulatio eſt: ante dolorem autem eſt timor, poſt dolorem triſtitia. Commono autem animi communis paſſio, & delectationis & doloris eſt. Tranſcurram alias, id eſt, ſuperbiam, avaritiam, ambitionem, contentionem, invidiam, quæ ſunt ſecundum animam paſſiones: tranſcurram etiam inexplebilem vorandi libidinem, effuſionemque luxuriæ atque laſciviæ, quæ vitia nexa ſunt corpori, & ſecundùm illud operantur. Meritoque temperantia quàm maxime iſtarum paſſionum reſtinguit ardorem, quæ primum ſobrietate atque moderamine animum temperat, mentem informat; deinde etiam deliciarum abſtinentiâ reſtringit habenas corporalis ferocitatis. Ideo Lex recidit ciborum licentiam, (Levit. 11. 4 & ſeq.) epulatum copias, non ſolum ut reſecaret luxuriam: verum etiam ut inhibentis contemplatione præcepti viam tractanoni rationis aperiret, quæ irritamenta gulæ ceteraſque recideret [b] cupiditates, corporeas paſſiones motuſque cohiberet. Temperantia eſt igitur correctionis prævia, diſciplinæ magiſtra.

6. Ab hac profectus Jacob ſanctus, primatus à fratre quos non habebat, accepit; (Gen. 25 33.) ejuſque prælatus adſenſu docuit in reliquum intemperantes proprio ſibi viles eſſe judicio. Ab hac profectus Joſeph, & calorem juventutis edomuit, & tentatum adulterinis animum illecebris, rectæ rationis inductione firmavit. Denique quamvis fortis eſſet & validus, tamen tractatu rationis fulcire ſe maluit dicens uxori domini ſui: *Si dominus meus non ſcit præter me aliquid in domo ſua, & omnia quæcumque habet, dedit in manus meas, neque ſubtractum eſt à me quidquam præter te quæ uxor illius es: & quomodo faciam verbum hoc malum, & peccabo coram Deo?* (Ibidem 39. 8. & 9.) Hæc eſt igitur rectæ rationis tractatio quam Græci λογισμὸν nuncupant, quâ mens ſapientiæ intenta ſolidatur. Pulcra enim ratio, quod nec beneficiis domini eſſe deberet ingratus, nec occultum poſſet eſſe peccatum, quod, Deo teſte, committeret, quem latere non poſſet.

7. Bona igitur ratio, quæ & hoſtilem plerumque affectum exuit, & dolorem injuriæ ſequeſtrat. Denique & in acie plerumque victorem mitigat, & ſfetituri mneronem retardat, & rogantem morti eripit; eo quod ſubjectis parcere juſta ratio perſuadeat. Nam de excludendo vel mitigando injuriæ dolore quis melior magiſter, quam patriarcha Jacob, qui proprios coarguens filios Simeon & Levi ait: *Odioſum me feciſtis, ita ut ſævus videar.* (Ibidem. 34. 30.) Et utique ulti fuerant ſororis injuriam, quæ contra inſtituta patria violato fuerat pudore temerata; nec potuit Jacob præceptor diſciplinæ, cuſtos pudoris ſtuprum probare commiſſum: ſed maluit inſolentes ratione cohiberi, ſciens quod indignationem ratio temperare poſſet.

8. Temperantia eſt igitur quæ reſecat cupiditates. Hanc primis hominibus tenendam mandavit Deus dicens: *De fructu autem ligni quod eſt in medio paradiſi non edetis, neque tangetis illud, ne moriamini.* (Ibidem 2. 17.) Et quia non eſt retenta, ideo tranſgreſſores virtutis egregiæ paradiſi exſules facti ſunt, & immortalitatis exſortes. Hanc Lex docet, & univerſorum infundit affectibus. (Exod. 20. 4 & alibi)

a Ita mſſ. omnes. Edit. vero, *& cavenda .... & legenda*, &c præter quaſdam Pariſ. ubi pro *cavenda*, legere eſt *canenda*, ſcilicet ut *canenda* opponerentur *legendis*. Ridicule: niſi hic lapſus fuerit operarum. Item poſt alteram lineam, ubi edit *tenet diſciplinam .... eruditus in Lege* &c. reſtituimus è mſſ. *tenens diſciplinam .... eruditur in Lege.*

b. Codices Vat. Vict. Colb. Valc. & Theod. prima manu, *Cupiditates corporea paſſionis* Theod. ſecunda manu, & Remig. *Cupiditates corporis, paſſiones*, &c.

CAPUT III.

Temperantiam, ſapientiam, & diſciplinam à Domino doceri; quod ſequitur ad ſtudium cohortatio: item culpam noſtram adſcribendam eſſe ſoli noſtræ voluntati, qua vel peccato vel juſtitiæ ſervimus; ac demum utra ſervitus utri præferenda videatur?

a 9. [a] DOcere autem Dominum eam, & ſapientiam, & diſciplinam Scriptura teſtatur:
Ibidem. De temperantia in Lege: de ceteris in libro Job,
Job 31. 16. in quo ſcriptum eſt: *Nonne Dominus eſt qui docet intellectum & diſciplinam?* Et in Evangelio Dominus
Matth. 11. 29. ipſe ait: *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* Et alibi ad diſcipulos ait: *Ite, docete omnes gen-*
Matth. 28. 19. *tes, baptizantes eas in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Unde autem diſcipuli dicti? Aut quid aliud à Chriſto niſi virtutum operari præcepta
Pſal. 110. 10. diſcebant? Denique David ait: *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos.* Utique timor Dei de numero virtutum eſt; quia initium ſapientiæ timor Domini, per quem adſciſcitur piæ forma C
Rom. 6. 17. & 18. doctrinæ, de qua Paulus ait: *Gratias autem Deo quod fuiſtis ſervi peccati, ſed obediſtis ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi eſtis: liberati autem à peccato, ſervi facti eſtis juſtitiæ.* Doctrina igitur facit ut poſſimus pervenire ad juſtitiam. Poteſt igitur acquiri juſtitia diſcendo. Intendamus igitur ſtudio in formam Evangelicæ doctrinæ. Minimum ſtudii plerumque pro maximo habetur. In ſtudio enim ſunt omnia, per quod adhibetur obedientia, quæ in utramlibet partem propenderit, aut cul- D pam adjungit, aut gratiam. Hæc nos in primo Adam traxit ad mortem, hæc nos in Adam ſecundo ad vitam vocavit.

15 q. 1. Non eſt quod. 10. Non eſt quod cuiquam noſtram adſcribamus ærumnam, niſi noſtræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen quæ inferuntur reluctantibus: voluntaria tantum commiſſa ſequitur delictorum invidia, quod in alios derivemus. Voluntarium ſibi militem elegit Chriſtus, voluntarium E ſervum ſibi diabolus auctionatur. Neminem jugo
b ſervitutis adſtrictum poſſidet, [b] niſi ſe prius peccatorum ære ei vendiderit. Quid carnem quaſi infirmam accuſamus? Membra noſtra arma ſunt iniquitatis, & arma juſtitiæ. Vidiſti pauperem injuriam accipientem, protexiſti eum, membra tua arma pietatis ſunt, quibus pauperem ab injuria vindicaſti. Vidiſti egenum, donaſti eum muneribus, dextera tua mortem à tuo pectore repuliſti. Vidiſti eum qui ducitur ad mortem, eripuiſti F
Prov. 24. 11. eum, quia ſcriptum eſt: *Eripe eum qui ducitur ad mortem*: membra tua arma ſunt juſtitiæ, ſi injuſte hominem petire non paſſus es. Vidiſti mulierem, caſtigaſti corpus tuum, mortificaſti libidines, procaces meretricis oculos averſatus deſeruiſti, membra tua arma ſunt caſtimoniæ. Contra autem, ſi oculus tuus vidit mulierem ad concupiſcendum eam, aperuiſti vulnus, impreſſiſti telum A corpori tuo, membra tua arma peccati ſunt. Vidiſti poſſeſſionem pupillorum, & paternis eos expuliſti ſedibus, transtuliſti terminos quos poſuerunt patres tui, membra tua arma iniquitatis ſunt. Affectus igitur, non caro auctor eſt culpæ, caro autem voluntatis miniſtra. Non ergo vendat nos voluntas noſtra.

11. Clamat Apoſtolus: *Neſcitis quoniam cui exhibuiſtis vos ſervos ad obediendum, ſervi eſtis ejus cui obeditis, ſive peccati in mortem, ſive obeditionis in juſtitiam?* *Rom. 6. 16.* B Ergo ſi aut peccato ſervimus, aut juſtitiæ, conſideremus in qua parte ſervitus tolerabilior, fructus uberior. Sed qui poteſt eſſe fructus in morte? Peccati enim ſtipendium mors; & ideo nullus in eo fructus eſt, ſed pudoris diſpendium, cùm ea quæ geſſimus, erubeſcimus. Servire autem juſtitiæ libertas eſt. *Qui enim vocatus eſt in Domino ſervus, libertus eſt Domini. Similiter qui liber vocatus eſt, ſervus eſt Chriſti.* *1. Cor. 7. 22.* Utraque conditio optima, eſſe ſub Chriſto, ſub quo & pretioſa ſervitus, & glorioſa C libertas. Pretioſa ſervitus quaſi tanti ſanguinis pretio comparata: glorioſa autem libertas quam nulla ſervitus culpæ, nulla peccatorum vincula conſtringunt, nulla flagitiorum onera, nulla criminum commercia degeneris nexui ſervitutis addicunt.

12. Diſce humilitatem, ô homo, apoſtolici vim cognoſce magiſterii. Si ſervum te dicas, libertus es: ſi liberum te jactes, ſervus es. Nam & ille qui quaſi ſervus redemtus eſt, libertatem habet: & iſte D qui quaſi liber vocatus eſt, bonum eſt illi ut ſervum Chriſti ſe eſſe cognoſcat, ſub quo ſervitus tuta eſt, & libertas ſecura. Quis quaſi idiotam Paulum vel in ipſo jure adſerit? Scivit enim diſcernere inter libertum, & liberum; & ideo non perfunctorie ſed proprie dixit: *Qui enim vocatus eſt in Domino ſervus, libertus eſt Domini: ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſervus eſt Chriſti.* Revera enim omnes Chriſti liberti ſumus, nemo liber. Omnes enim in ſervitute generati. Quid ſervili conditioni ar- E rogantiam libertatis adſumis? Quid titulos nobilitatis uſurpas, ſervilis hereditas? Neſcis quod te Adæ atque Evæ culpa mancipaverit ſervituti. Neſcis quod redemerit te Chriſtus, non emerit. *Non auro, non argento redemti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine agni*, *1. Pet. 1. 18. & 19.* clamat apoſtolus Petrus. Ergo redemtus à Domino es. Servus es qui creatus es, ſervus es qui redemtus es, & quaſi Domino ſervitutem debes, & quaſi Redemtori. Nec inferiorem putes F libertinitatem ſub Chriſto, quàm libertatem eſſe. Ad dignitatem æqualis, ad tuitionem præſtantior eſt, ad gratiam par, adverſus lapſum cautior, adverſus ſuperbiam tectior. Ita libertatem accepiſti, ut meminiſſe manumiſſoris tui debeas, [*] ut patrono tuo noveris legitimum obſequium deferendum; ne ab ingrato revocetur libertas. Quid te beatius, qui ſub Domino regnas, & ſub patrono militas?

a. Vet. edit. *Doceri autem & ſapientiam*: cod. Big. & Torn. *Doceri autem eam, & ſapientiam*. edit. Rom. denique, *Docere autem Dominum & ſapientiam*, cui conſentiunt alii mſſ. niſi in hoc quod habent, *eam & ſapientiam*. Optime. Vox enim *eam* ad temperantiam refertur.

b. Ita edit. & mſſ. præter Remig. in quo legas, *Niſi ei ſe prius peccator vere vendiderit*: & Big. ubi... *peccatorum vinculis vere* (gloſſa *jure*) *vendiderit*.

*. Qui libertate donatus fuerat, non ita fiebat ſui juris, ut patrono reverentiam atque obſequium non deberet. Quod ſi quando contingeret ut ingratus adverſus patronum reperiretur, aut in inferiorem libertatis gradum redigebatur, aut etiam omnino revocabatur in ſervitutem: qua quidem pœna cum ob alia, tum ob nomen militiæ datum afficiebatur. Vide Tom. 1. Cod. Theod. lib. 2. Tit. 22. de Hered. Petit. & Comment. Gothofr. ibidem. Item lib. 4. Tit. 11. de Libertis & eorum liberis, & ad eum ejuſdem Gothofr. Comment. ubi Ambroſianus hic locus refertur.

CAPUT

CAPUT IV.

Quantum Deus homini conceſſerit, cùm ei Legem dedit, & gratiam ad unxit. Ubi ſolvuntur duæ quæſtiones: Quomodo bona ſit Lex, quæ mortem operetur; & quomodo quæ mortem operetur, mors nobis non ſit?

13. QUid autem eſt quod tibi non contulit Do-
a minus? Legem dedit, [a] peccatum prodi-
dit, adjunxit gratiam. Lex enim peccatum de-
nuntiavit: ſed in conditione lubrica penitus cohi-
bere non potuit. Cognovi enim peccatum quod
neſciebam. Cognovi concupiſcentiam eſſe pec-
catum; & hac occaſione cognitionis, peccati æra
cumulata ſunt; quia peccatum quod ante per ig-
norantiam meam mortuum videbatur, in me re-
vixit: ego autem mortuus ſum peccati vulnere;
quia cognitio culpæ quæ mihi profutura vide-
batur, hæc nocuit, ut ſcirem quod vitare non po-
teram. Peccatum enim prodidit, & per bonum
denuntiationis ſuæ peccati ipſius acerbavit invi-
diam. Itaque ſupra modum factum eſt peccatum
mihi; quia cumulatum eſt denuntiatione manda-
ti. CRESCIT enim culpa, cùm proditur, nec cave-
tur. Quomodo ergo bonum mandatum, quod
mihi mors eſt? Aut quomodo non eſt mihi mors,
quod per bonum ſignificationis ſuæ demonſtran-
do peccatum, operatum eſt in me mortem? Nam
certum eſt quod mors mihi acceſſit, dum quod
facio agnoſco peccatum, ſicut ipſe Dominus ait:
Iohan. 15. 22. *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem his, peccatum non
haberent.*

14. Quid miraris igitur ſi Lex quibuſdam morti
ſit, cùm morti ſit & Domini ſalutaris adventus,
per quem redemti ſumus? Infidelis enim mortem
ſibi quærit ex gratia: manet autem mandati gra-
tia. Etenim ſicut cognitio venenatorum poculo-
rum conſummatur ad diſciplinam medicinæ: ſic
divinum mandatum ad vitam æternam. Sicut au-
tem ei qui male utitur noxiis potionibus, cognitio
earum in malum vertitur & periculum; & quo
magis venena cognoverit, hoc ſe intelligit am-
plius periclitari: ſic forma mandat iis qui Legem
male interpretantur, vel demonſtrata atque in-
terdicta peccata vitare non poſſunt, mortis auc-
tor eſt. Sicut ergo bonum eſt antidotum, etiamſi
imprudenti aut intemperanti non bonum: ſic bo-
num mandatum, etiamſi intemperanti non bo-
num eſt. Ergo bonum mandatum, quod alicui
mors eſt. Reſponſum igitur habe primæ propoſi-
tioni: quia poteſt eſſe bonum mandatum, quod
mihi mors eſt; bonum per naturam ſalutaris præ-
cepti; mors per intemperantiam carnis.

15. Et quia diximus eſſe bonum mandatum quod
mihi mors eſt, nunc diſcutiamus quomodo non
b ſit mihi mors, [b] quod per bonum licet, tamen mihi
operatum eſt mortem. Sic enim propoſuit Apoſ-
Rom. 7. 13. tolus: *Quod ergo bonum eſt, mihi mors eſt. Abſit. Sed
peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi ope-
ratum eſt mortem.* Itaque ſpectemus ſingula. Man-
datum utique Legis eſt: Lex autem ſpiritalis eſt,
cujus gratiam video, pulcritudinem laudo, for-
mam prædico, præceptum admiror: ſed quia car-
nalis ſum ego venumdatus ſub peccato, trahor

A invitus ad culpam. Etenim quaſi ſervo culpa do-
minatur. Itaque odi crimen, & facio. Mens odit,
caro concupiſcit; ego tamen in utraque, qui Legi
mente conſentio, & carne quod nolo, hoc ago.
Bonum ergo mandatum cui conſentio; & mens
bona quæ quod bonum eſt, elegit. Bona ad judi-
candum, ſed infirma plerumque ad reſiſtendum;
quia repugnat ei corporis appetentia, & capti-
vam eam trahit ad erroris illecebras.

16. In quo periculo unum eſt remedium, ut
B quem Lex liberare non potuit, liberet Dei gra-
tia. Sic enim ſcriptum eſt: *Infelix ego homo, quis me* Ibidem 24.
liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Ieſum & 25.
Chriſtum dominum noſtrum. Itaque fit ut licet pec-
catum quod latebat, id eſt, concupiſcentia mea
quam non putabam eſſe peccatum, mortem mihi
operata ſit, dum proditur, & ſupra modum facta
ſit ipſum peccatum (erat enim peccatum & ſi neſ-
ciebatur, ſed cognitione coacervatum eſt, & qua-
ſi incrementum erroris aſſumſit, atque in naturam
C delicti ceſſit forma mandati) mihi tamen mors
non ſit, cui promtum eſt ad Chriſtum confugere,
per quem ſolvimur omni mortis periculo. Abſo-
luta igitur etiam ſecunda eſt propoſitio, quia
mandatum mihi Legis mors non eſt, etſi mortem
operetur. Quod enim conturbamur, fragilitatis
eſt: quod evadimus, Chriſti.

CAPUT V.

D *Qua ratione Lex non ſufficerit: ſed neceſſaria fuerit gratia per mortem Chriſti donata; cum quo nos etiam mori, reſurgere, & verſari debeamus?*

17. ERgo ut ad exordia ſermonis hujus revèr-
tamur, mens bona eſt quæ habet tracta-
tionem rationis, & intendit ſapientiæ diſciplinis:
ſed gravis lucta eſt ei cum mortis corpore, & ple-
rumque rationem mentis vincit carnis illecebra.
Et ideo Dominus primò Legem dedit, cui mens
hominis ſe ſe ad obtemperandum dedit, & ei ſer-
E vire cœpit, ut eſſet ſubdita: ſed caro ſubjecta non
erat, quia ſapientia carnis non eſt Legi ſubdita, &
præceptis ejus repugnabat. Non enim poterat
virtuti obedire, cupiditatibus dedita, & lenocinus
carnalibus implicata. Ideo laborandum eſt, ut te-
neamus Dei gratiam. Mens itaque bona, ſi ratio-
ni intendat: ſed parum perfecta, niſi habeat gu-
bernacula Chriſti. Venit enim dominus Jeſus, qui
noſtras paſſiones cruci ſuæ affigeret, peccata do-
naret: in cujus morte juſtificati ſumus; ut totus
F mundus ejus mundaretur ſanguine. Denique in
morte ipſius baptizati ſumus.

18. Si igitur in illius morte dimittuntur nobis
peccata, etiam peccatorum nobis paſſiones in il-
lius morte moriantur, illius crucis clavis affixæ
teneantur. Si in illius morte mortui ſumus, quid
iterum tamquam viventes ad ea quæ ſunt mun-
dana revocamur? Quid nobis cum elementis hu-
jus mundi? Quid cum cupiditatibus? Quid cum
luxuria atque laſcivia quibus cum Chriſto mor-
tui ſumus? Quod ſi ſimus in Chriſto mortui, in
Chriſto reſurreximus; cum Chriſto igitur verſe-
mur: cum Chriſto ſuperiora quæ ſunt, non quæ

a. Reſtituit Rom. edit. è Vat. cod. *peccatum prodidit*, quod in vet. edit. non ſecus ac in mſſ. aliis deſideratur, cujus tamen loco Valc. Long. & Theod. habent, *peccatum delevit*. Torn. *peccatum dedit*.

b Edit. Rom. *Et quomodo per bonum mihi operatum eſt mortem*, contra ceteras edit. ac mſſ.

corruptibilia & terrena quæramus. Chriſtus reſurgens à mortuis veterem hominem affixum cruci reliquit, novum reſuſcitavit. Chriſtus ideo mortuus eſt, ut & nos peccato moreremur, Deo reſurgeremus. Mortua eſt caro noſtra, quid iterum peccato reviviſcit? Quid iterum peccato obedit? Quid iterum peccatum regnat in mortuis, cùm mors finis peccati ſit? Mortui ſumus carne, renovati ſumus ſpiritu. Spiritu ambulemus, qui ſpiritum Chriſti accepimus. Si autem ſpiritus Chriſti in nobis, ergo ſit nobis caro mortua propter peccatum: ſpiritus verò vivat propter juſtificationem.

19. Sic quod erat impoſſibile Legi, ſolutum eſt, ſi in ſpiritu ambulemus, ſi paſſiones ſepelivimus, ſi crucem hujus corporis non reſolvamus, ſi chirographum peccati quod deletum eſt in cruce Chriſti, non reſcribamus, ſi veteris hominis amictum quem exuimus, non induamus. Scriptum eſt
Cant. 5. 3. enim in Canticis: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Mortificata igitur nobis ſunt corporis membra, cur ejus pullulant vitia? Ideo Lex nun prævaluit, quia carnem non mortificavit: ideo quaſi umbra præteriit, quia non coloravit: ideo etiam obumbravit nos à ſole juſtitiæ,[a] quia coacervavit crimina. Ergo & obfuit.

CAPUT VI.

Promulgatæ Legis fructus eſſe peccati confeſſionem, ac humilitatem, immo & gratiam ipſam, & caritatis pignus: quibus ſubjungitur ad gratitudinis officia exhortatio, cum beneficiorum homini conceſſorum enumeratione.

20. QUid igitur opus fuit ut Lex promulgaretur, ſi profutura non erat? Habebamus jam legem naturæ; erat enim unuſquiſque ſibi lex, qui opus legis ſcriptum habebat in corde ſuo. Illam non tenuimus: cur addebatur & altera, in cujus operibus caro non poſſet juſtificari? Acceſſit vinculum, non ſolutio: addita eſt peccatorum agnitio, non remiſſio. Peccavimus omnes qui poteramus excuſationem prætendere per ignorantiam: os obſtructum eſt omnibus.

21. Profuit tamen mihi, cœpi confiteri quod negabam: cœpi delictum meum cognoſcere, & injuſtitiam meam non operire: cœpi pronunciare adverſus me injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietates cordis mei. Sed & illud mihi prodeſt, quod non juſtificamur ex operibus Legis. Non habeo igitur unde gloriari in operibus meis poſſim, non habeo unde me jactem; & ideo gloriabor in Chriſto. Non gloriabor quia juſtus ſum: ſed gloriabor quia redemtus ſum. Gloriabor, non quia vacuus peccatis ſum, ſed quia mihi remiſſa ſunt peccata. Non gloriabor quia profui, neque quia profuit mihi quiſquam: ſed quia pro me advocatus apud Patrem Chriſtus eſt: ſed quia pro me Chriſti ſanguis effuſus eſt. Facta eſt mihi culpa mea merces redemtionis, per quam mihi Chriſtus advenit. Propter me Chriſtus mortem guſtavit. FRUCTUOSIOR culpa, quàm innocentia. Innocentia arrogantem me fecerat, culpa ſubjectum reddidit.

22. Habes igitur quibus latio profuit tibi Legis. Sed dicis quia per Legem ſuperabundavit peccatum. Sed ubi ſuperabundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia. Mortuus es peccato, homo: ergo Lex jam non obeſt. Reſurgis per gratiam: ergo Lex profuit; quia acquiſivit gratiam. Accepiſti etiam pignus Chriſti caritatis; quoniam qui pro te mortuus eſt, advocatus eſt tibi, & ſanguinis ſui [b] mercedem reſervat, & qui peccatorem reconciliavit Patri, multo magis commendat innocentem, & tuetur ſubditum, qui adſcivit noxium.

23. Tanti igitur beneficii debitor non rependes obſequium? Heredem te fecit, coheredem te fecit: heredem Dei, coheredem Chriſti: ſpiritum tibi adoptionis infudit. Numera hæc, & adjunge non tam ad debiti nexum, quam ad muneris accepti conſervationem. Coheres Chriſti es, ſi compatiare, ſi commoriare, ſi conſepeliare cum Chriſto. Suſcipe paſſiones ejus, ut ſupra paſſiones cum eodem eſſe merearis. Vide quomodo tibi peccata ſuperiora donavit; ut nihil faceret obeſſe, quod peccaſti. Vide quomodo te hortatur, ne amittas quod accepiſti. Brevis huius laboris eſt meta, & corona fructus perpetui: tolerabilis paſſio, merces inæſtimabilis. Quid enim te angit? An ignobilitatis abjectio? Sed erit tibi in futurum glorioſa nobilitas devotionis ac fidei. Num cenſus tenuior, victus anguſtior? Sed erunt tibi divitiæ remunerationis æternæ, in quibus rei ullius egere non poſſis. Num amiſſio filiorum? Recipies perpetuos, quos ſuſceperas temporales, & dicetur de te: *Beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Hieruſalem.* Esaia 31. 9. *Indigna*, inquit, *paſſiones ſunt hujus temporis ad futuram gloriam*, Rom. 8. 18. Scriptura tibi dicit.

24. Adde quia vita beata his adverſis ſæcularium moleſtiarum, aut paſſionum corporalium nun minuitur, ſed magis probatur. Adde quod vel patrimonii damna non ſentit, vel neceſſitudinum forti mente abſcondit diſpendia, abſorbet dolorem. Adde quia neſcit naufragia, qui ſemper in portu tranquillitatis eſt. Quid illud, quod labor tibi communis eſt cum omni creatura; quia propter te mundus ipſe ſervitutem tolerat corruptionis; quia cum ſanctis tibi laboris hujus & exſpectationis commune conſortium eſt? Sol occaſum ſuum recognoſcit, luna defectum, errorem ſtellarum lumina, dum totius corporis noſtri exſpectatur redemtio.

25. Sed vereris dubios vitæ amfractus, & adverſarii inſidias, cùm habeas auxilium Dei, habeas tantam ejus dignationem, ut Filio proprio Rom. 8. 32. pro te non pepercerit. Pulcro verbo uſa eſt Scriptura, ut Dei Patris erga te pium propoſitum declararet [c], qui Filium morti obtulit. Et Filius mortis acerbitatem ſentire non potuit. Quod in Patre fuit, nihil ſibi ipſe reliquit: to-

a Sic edit. ant. ac mſſ. omnes; editio vero Rom. *quia coacervavit crimina, non deluvit.*

b Vet. edit. *mercem reſervat*: Rom. *te ſervat*. Scripti vero codices, magno numero, *mercedem reſervat*. Long. *mercede ſervavit.* Rurſus eodem loci, edit. omnes cum mſſ. aliquot *quia ſcit venenum*. At melius Torn. Theod. Remig. Long. Valc. & Big. *qui* (nonnulli, *quia*) *adſcivit noxium.*

c Ita repoſuimus ex mſſ. Thuan. Torn. Valc. Big. Remig. Long. & Theod. ſecunda manu: nam prima habebat cum Vict. Colb. & Vat. uno, *qui morti totum obtulit quod in plenitudine divinitatis, nihil ipſe amiſit, & te redemit.* Denique Vat. alt. ac Rom. edit. *qui ſe morti totum pro te obtulit. Quod in Patre fuit nihil ſibi ipſe reliquit: totum pro te obtulit, quod in plenitudine divinitatis non amiſit, & ipſe te redemit.*

tum pro te obtulit: quod in plenitudine divini- A tatis, nihil ipſe amiſit, & te redemit. Conſidera affectum patrium. Quod pietatis eſt, quaſi morituri Filii ſuſcepit periculum, quaſi orbitatis hauſit dolorem; ne tibi periret fructus redemtionis. Tantum fuit Domino ſtudium tuæ ſalutis, ut propemodum de ſuo periclitaretur, dum te lucraretur. Ille propter te diſpendia noſtra ſuſcepit; ut te divinis insereret, cæleſtibus conſecraret. Mire etiam addidit: *Pro nobis omnibus tradidit illum*; ut oſtenderet quod ita omnes di- B ligat, ut dilectiſſimum ſibi Filium pro ſingulis traderet. Pro quibus igitur quod ſuper omnia eſt dedit, poteſt fieri ut non in illo univerſa donaverit? Nihil enim excepit, qui omnium conceſſit auctorem.

Ibid. 32.

26. Nihil eſt igitur quod negari poſſe nobis vereamur: nihil eſt in quo de munificentiæ divinæ diffidere perſeverantia debeamus, cujus fuit tam diuturna & jugis ubertas; ut primò prædeſtinaret, deinde vocaret; & quos vocaret, C hos & juſtificaret; & quos juſtificaret, hos & clarificaret. Poterit deſerere quos tantis beneficiis ſuis uſque ad præmia proſequutus eſt? Inter tot beneficia Dei num metuendæ ſunt aliquæ accuſatoris inſidiæ? Sed quis audeat accuſare quos electos divino cernit judicio? Num Deus Pater ipſe qui contulit, poteſt dona ſua reſcindere; & quos adoptione ſuſcepit, eos à paterni affectus gratia relegare? Sed metus eſt ne judex ſeverior ſit. Conſidera quem judicem habeas. D Nempe Chriſto dedit Pater omne judicium. Poterit te ergo ille damnare, quem redemit à morte, pro quo ſe obtulit, cujus vitam ſuæ mortis mercedem eſſe cognoſcit? Nonne dicet: *Quæ utilitas in ſanguine meo*, ſi damno quem ipſe ſalvavi? Deinde conſideras judicem, non conſideras advocatum. Poteſt iſte ſæviorem ferre ſententiam, qui interpellare non deſinit, ut paternæ reconciliationis in nos conferatur gratia?

Pſ. 29. 10.

CAPUT VII.

Eam in nobis debere eſſe caritatem, ut nullis adverſis à Chriſto ſeparemur, cùm illis non minuatur beata vita: beatam enim vitam reperiri in hominibus, in quibus fuerit vita perfecta; & in quo hæc conſiſtat. Denique virum perfectum ſupra caſus omnes ac ærumnas eſſe poſitum.

27. Sed etſi qua imminerent gravia, nequaquam nos à Chriſto ſeparare deberent. F Cur nos pro illo non etiam dura & acerba tolleremus, qui pro nobis tam indigna ſuſcepit? Ideoque debet in nobis eſſe caritas, ut nullis periculis revocemur à Chriſto. Scriptum eſt enim: *Aqua multa excludere non poterit caritatem, & flumina non concludent eam*; quia torrentem tranſit anima diligentis. Nulla tempeſtas, nullum profundum periculum, nullus terror mortis aut pœnæ vim caritatis imminuit. In his enim probamur, in his beata vita eſt, etiamſi multis periculis inundetur.

Cant. 8. 7.

28. Non enim frangitur * ſapiens doloribus corporis, nec vexatur incommodis: ſed etiam in ærumnis beatus manet. Neque enim adverſa corporis vitæ beatæ munus imminuunt, neque de ejus ſuavitate aliquid delibant; quia non in delectatione corporis vitæ beatitudo eſt: ſed in conſcientia pura ab omni labe peccati, & in ejus mente, qui cognoſcit quia quod bonum eſt, hoc delectat, etiamſi aſperum ſit; quod autem indecorum, etiamſi ſuave, non mulcet. Ergo cauſa bene vivendi, non delectatio corporalis, ſed mentis prudentia eſt: non caro quæ ſubjecta eſt paſſioni, ſed mens quæ judicat quia nihil melius delectat, quam conſiliorum honeſtas, & operum pulcritudo. Ea igitur beatæ interpres eſt vitæ. Melior eſt enim prudentia et ratio arbitra paſſionis, quàm paſſio: præſtantiuſque quod judicat, quam quod judicio ſubjectum eſt. Neque enim fieri poteſt, ut ratione ſit melius, quod eſt irrationabile. Habet ergo in ſe remunerationem ſuam qui ſequitur Jeſum, & in ſuo affectu præmium & gratiam: etiamſi dura ſuſtineat, beatus tamen eſt ſuis moribus, beatus ipſis periculis, ſicut Dominus definivit dicens: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam.* Matt. 5. 10.

29. Eſt ergo beata vita in hominibus, ſed in his ſcilicet in quibus fuerit perfecta vita. Perfecta autem vita non ſenſibilis iſta, ſed illa rationabilis ſecundum tractationem rationis, & mentis vivacitatem: in quo non eſt portio hominis, ſed perfectio quæ non tam eſt in conditione hominis, quàm in operatione. Ea enim beatum facit. Huic igitur viro quid eſt bonum, niſi ipſe ſibi quod habet, & adeſt ei hoc bonum, & cauſa ei erit futurorum bonorum? De hoc bono dixit Salomon: *Bibe aquam de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fontibus. Superfluant tibi aquæ de tuo fonte: in tuas autem plateas diſcurrant. Sint tibi* E *ſoli conſtituta, & nemo alienus particeps ſit tibi. Fons aqua tua ſit tibi proprius.* Utere igitur interno bono tuo.

Prov. 5. 17. & 18.

30. Teſtimonium autem boni hujus maximum, quoniam qui habet, alia non requirit. Quid enim requirat, qui inferiora deſpicit? Præſtantiſſimo autem inhæreat, ſicut ſcriptum eſt: *Cervus amicitiæ, & pullus gratiarum confabuletur tibi.* Amicitia autem præcedat te, & unà ſit tecum in omni tempore. Bona enim virtutum amicitia, & ſummi boni caritas. Nihil itaque aliud quærit perfectus ille, niſi ſolum & præclarum bonum. Unde & dicit: *Unam petii à Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini omnes dies vitæ meæ, & videam delectationem Domini.* Neque vero eum tamquam anguſtum inopemque faſtidias, quia unius boni velut ſolitaria ſocietate contentus ſit. Hujus enim amicitia circumdatus, plurimus erit. Abundat enim hujuſmodi viro ad beatitudinem & ad poſſeſſionem boni; & ideo nihil aliud deſi-

Ibid. 19.

Pſal. 26. 4.

* Quæ ultimis his duobus capitibus traduntur de felicitate ſapientis, ea non ſolum Chriſtianæ religionis dogmatis nituntur, verum etiam maxime cum philoſophorum placitis conveniunt. Hi quippe beatitudinem in corporis externiſve bonis, quæ ne bonorum quidem, ſed tantum commodorum nomine dignantur Stoici, haudquaquam conſiſtere mirifice demonſtrant; ac proinde ſive ipſa adſint, ſive abſint perinde eſſe ad beatitudinem, quæ una in virtute poſita ſit. Pulcre ſane, niſi doctrinam ſuam ipſi doctores animi tumore atque arrogantia corrupiſſent, & ſemet vitâ diſſonâ etiam ſuis, puta Ariſtophani, Luciano & aliis, ridendos propinaſſent. Si cui autem libuerit hanc doctrinæ conſenſionem, de qua loquimur, plenius cognoſcere, legat ſecundam ac tertiam Quæſt. Tuſc. Ciceronis, ſed præ ceteris quintam, in qua perelegantèr oſtendit *virtutem ad beate vivendum ſatis poſſe*. Quod argumentum magis compendioſe ab eodem tractatur in eo paradoxo cujus lemma eſt: Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.

derat Nihil enim quaſi novum exſpectat, qui omnia habet. Nihil eſt enim boni quod non habeat: nec ſuperfluis delectatur, ſed neceſſariis, & eo ipſo neceſſario quod non ſibi, ſed carni adhærenti ſibi neceſſarium ſit: idque indulget quod ab interioris hominis propoſito non diſcrepet, quod faciat utrumque unum, & reconciliet interiorem juxta hominem atque exteriorem Deo, ut fiat in utroque unus ſpiritus.

31. Hujus igitur propoſiti vir nec diſpendiis minuitur, nec adverſis frangitur, nec repagulis inhibetur, nec ſuorum amiſſionibus mœſtificatur. Ad cujus informationem dicit Apoſtolus: 1. Theſſ. 4. 12. *Nolumus autem ignorare vos, fratres, de dormientibus; ut non triſtes ſitis, ſicut & ceteri qui ſpem non habent.* Solatus enim ſe reſurrectionis fide, & futuræ remunerationis gratia, nec recipit ea mente mœſtitiam, qua adhæret Deo, [a] & divinæ præſtantiæ voluptate lætatur. Qui autem contriſtatur his, non ſecundùm Deum contriſtatur. Quod autem non ſecundùm Deum, hoc plenum ſtultitiæ. A perfecto igitur abeſt hujus mundi triſtitia quæ non ſecundùm Deum, & omnis ſollicitudo corporalis ærumnæ. Hujuſmodi enim inductioni mentis atque ſubſtantiæ non annumeratur habitudo corporis, & quidam exterioris uſus naturæ, cùm ſimul adverſus delicias corporis, fragilitatemque ipſam naturæ, orbitates, diſpendia, contumelias invictus animus uniformem debeat ſervare conſtantiam; ut corpus ipſum ſcindat, ſenſuſque exuat carnis, qui beatitudinis palmam tenere deſiderat, cujus fructus non in unius portione ſit, ſed in plurimarum, &, ſi fieri poteſt, in omnium ſit virtutum conſortio.

32. Neſcit igitur perfectus incommoda hujus corporis, aut adverſa mundi, neque ſentit, qui alienum ab hujuſmodi metu ne occidant, animum gerit. Non enim vita perfectior, ſi his careat, definitur: ſed ſi iſta contemnat. Nam ſi ita definiretur, ut ea eſſet beata vita, quæ ab hujuſmodi caſibus expers vacuaque reperiri poſſet, utique his accedentibus non poſſet beatus aliquis definiri. Ea igitur ſequeſtrata ſunt, & hoc ſolum in æſtimatione beatæ vitæ eſt requiſitum, ut non in aliis, ſed in poſſeſſione veri & boni, ejus definitio teneretur; quoniam qui id habet, deſpuit cetera, nec requirit.

CAPUT VIII.

Sapientem ita delectari ſanitate corporis aut liberis, at ſi illa amittat, non ideo minus beatum ſe putet; cùm præter ſummum bonum nihil cupiat. Eamdem ergo ſuam ac ſuorum captivitatem, infirmitates corporeas, ac cetera adverſa non formidare, quod nec illis beatitudini quidquam adimatur, nec adjiciatur proſperis.

33. QUæro nunc utrum ſapiens delectetur ſanitate corporis? Negare non poſſumus quod delectetur ſecundum naturam, & libentius accipiat non dolere aliquid, quam dolere; niſi forte pro Chriſto pro quo, ſi cauſa poſcat, & debilitatem corporis promte accipiat, & totum corpus ſuum morti offerat. Idem tamen etiam præter cauſam fidei atque juſtitiæ, ſi deſit ſanitas, non afficiatur animo, neque frangatur dolore corporis, qui ſe poteſt virtutum perfectione ſolari.

34. Quæro etiam utrum delectetur liberis? Quis iſtud abnuat? Neque enim durus & ferreus, ſed perſectus quæritur. Tamen & ſi amittat liberos, non ideo minus beatus, qui non ideo minus perfectus. Quod enim perfectum, beatum. Quinetiam ſi adverſa toleret, quam ſi ſecundis adfluat, magis ſolet hujuſmodi videri perfectus: quamvis neque ſi deſint, neque ſi adſint externa commoda, aut læta corporis, decedere quidquam virtuti ſoleat, vel accedere. Sed pleriſque tam laudi fuit toleraſſe adverſa fortiter, quam non incidiſſe. Verum hæc ſpecie æſtimantur, non pondere.

35. Illud profundum, virum juſtum nihil velle, niſi illud ſolum & præclarum bonum, huic ſoli intendere, hoc unum in bonis ducere: non aliud cum illo, ſed ſolum ipſum ſemper deſiderare, hoc delectari; cui ſi aliud adjungatur quod delectet eum, ut eſt filiorum ſuavitas, non illud amittitur, ſed iſtud adjungitur. Non enim minuunt accedentia beatitudinem, quæ angere non poſſunt; quia plenum illud & inviolabile manet, in quod anima ſe ſe induit, & cui ſe inſeruit & infudit. Manet ſemper inter adverſa & delectabilia perfecta virtus; neque adverſa de perfectione ejus quidquam minuunt, neque delectabilia adjungunt perfectioni. Quid enim eſt quod is qui ad ſummum adſcendit, aut damni de caducis ſentiat, aut commoditatis?

36. Neque vero, quod graviſſimum apud pleroſque habetur, ſe miſerum putabit, ſi in captivitatem vel ipſe veniat, vel ejus filii. Non enim intolerabiliter feret quod habet natura, vel quod videtur Domino. Denique juſtus dixit: *Bonum verbum quod locutus eſt Dominus.* 4. Reg. 20. 19 Et dixit: *Fiat pax & fides in diebus meis.* Ibidem. Non utique juſtus iſte Ezechias in filios deflexiſſe ærumnam captivitatis gratulabatur: ſed voluntati Domini obviare non poterat; & ideo mandata ejus æquanimiter ſuſcipiebat ut ſervulus. Accedit illud, quod æſtimare poterat poſſe & in captivitate meritum eminere virtutis. Neque enim minus beatus Hieremias in captivitate, minus etiam Daniel, minus Eſdras, minus beati Ananias, Azarias, & Miſael, quam ſi in captivitatem non incidiſſent; cùm ideo in captivitatem ducti ſint, ut populo & præſentia in captivitate ſolatia, & ſpem evadendæ captivitatis adſerrent. Perfecti enim eſt viri * communitatem naturæ ſuſtentare animi virtute, & ad meliora adducere; nec ſuccumbere iis quæ pleriſque terribilia & formidoloſa videntur: ſed quaſi fortem militem graviſſimorum caſuum ſuſtinere incurſus, conflictus ſubire; & quaſi providum gubernatorem navem in tempeſtate regere, atque occurrendo inſurgentibus fluctibus, magis vitare naufragium ſulcando undas, quam declinando. Non iſte in perſecutione pavidus, non in tormentis mollior, [b] ne torquen-

a Edit. omnes ac pauci mſſ. *& divina præſentia* &c. Mſſ. vero plures ac probatiores, *& divina præſtantia* &c.

b Ita edit. omnes ac mſſ. potiores; Vat. autem Vict. Colb. *ne torquentem exſuperet.* Melius Long. ac Theod. *ne torpentem exſuperent.* Sed Theod. prima manu: nam ſecunda habet ut in editis.

*. Hoc eſt, perfectus vir homines ejuſdem participes naturæ in communibus calamitatibus ſolari debet, atque ad conſtantiam excitare.

tem exaſperet: ſed quaſi athleta fortis, qui re- A percutiat verberantem ſi non cædis, certe ſermonis flagello; qui metuenda multis tormenta Pſ. 63. 8. deſpiciat dicens: *Sagittæ infantium factæ ſunt plagæ eorum*; qui cum graviſſimo licet dolore luctetur, nec ſe miſerabilem præbeat; ſed oſtendat tamquam in laterna lumen, etiam inter aſperas procellas & graviſſimos flatus ſuam lucere, nec extingui poſſe animi virtutem. Non iſte in ſuorum injuriis mollis, nec de ſepulcro ſollicitus ſui corporis, cui ſciat cælum deberi: non in capti- B vitate civicæ plebis abjectior; ſed ſicut judex ſeverus, infidelium perfidiam erroreſque condemnans ut Daniel qui ſacerdotum furta prodebat, & ſuperſtitiones eorum redarguebat, oſtendens nulla veritate ſubnixas, ſed fraudibus adumbratas. Talis vir poſtremò eſt perfectus, qui omnes velit bene agere, nihilque cuiquam accidere mali; & ſi præter voluntatem ejus acciderit, ipſe tamen de propria beatitudine nihil amittat.

37. Sed forte aliquis putet ægritudinem atque C imbecillitatem corporis impedimento eſſe ad perfectionis munus implendum; eo quod non poſſint ad opera manuum ulla factaque procedere. Verum ea ſibi juſtus impedimento eſſe non ſentiet: immo etiam eum qui ea miſerabiliter defleat, corripiet, & quaſi ignavum arguet, quod plus in corporis uſu, quam in animi virtute conſtituat: quod ea quibus ſerviat, deſideret, cùm habeat quod aliis magis poſſit jubere: quod in paupertate ingemiſcat, qui poſſit ſupra mundi D opes eſſe; fideli enim totus mundus divitiarum eſt: quod ignobilitatem defleat, qui debeat deſpicere regias poteſtates, divitibus & potentibus imperare. Hæc enim vita juſti, qui etiam quas habeat facultates, communes æſtimare debeat; immo etiam inopibus dividere, diſpenſare pauperibus, [a] recidere voluptates proprias, tenuare ſumtum, adhibere parcimoniam temperantiæ, ſobrietatem tenere in proſperis, patientiam in adverſis, in dolore tolerantiam, magnanimita- E tem in periculis, ſanitatis perpetuæ vota neſcire, mortis imminentis terrore non concuti, neque eum præſtantiorem putare, cui ſecundum naturam liberi, propinqui, ſalubritas, lætitia, affluentia redundaverint, quam cui illa defuerint, neque externis ſæculi, ſed [b] virtutis domeſticis merita penſare.

38. Illam quoque formam juſti eſſe quis abnuat; ut nihil metuat, nihil reformidet, niſi virtutis diſpendia, aliorumque vanas formidines comprimat, quas habeant de periculorum ſollicitudine, mortis timore, corporis infirmitate; ut doceat diſſolvi corpore, & eſſe cum Chriſto multo melius; ut oſtendat quia operationes non impediuntur debilitatibus corporis, ſed augentur; neque ſplendore generis, aut propinquorum ſubſidiis, aut opibus, ſed bono commendantur affectu. Neque enim minus beatus Helias quam Moyſes; cùm alter cibi indigus, melotide vili, ſine filiis, ſine ſumtu, ſine comite: alter populi ductor, lætus ſobole, ſuccinctus potentia, diverſo genere meritum æquale fundaverint, ſicut in Evangelio declaratum eſt, quando Matth. 17. 1. cum domino Jeſu in reſurrectionis gloria refulſerunt. Videtur enim parem his quaſi paribus gloriæ ſuæ teſtibus dediſſe mercedem. Nec minus beatus Eliſæus quam David, cùm alter regibus ſubditus, alter regali poteſtate præditus, propheticæ ſanctificationis haud diſparem ſint adepti gratiam.

39. Quid enim deeſt ei qui illud bonum poſſidet, & habet ſibi ſemper comitem ſociamque virtutem? In quo ſtatu non potentiſſimus? In qua paupertate non dives? In qua generis ignobilitate non clarus? In quo otio non laborioſus? In qua debilitate non vegetus? In qua infirmitate non fortis? In qua ſomni quiete feriatus, quem etiam quieſcentem virtus propria non relinquit? In qua ſolitudine non ſtipatus, quem vita beata circumdat, quem veſtit gratia, quem gloriæ amictus illuſtrat? Non minus etiam otioſus, quam cùm operatur, beatus; nec minus dormiens, quam vigilans, glorioſus; quia non minus dormiens, quam cùm vigilat, incolumis & ſanus eſt. Quando autem feriatus videri poteſt, cujus mens ſemper operatur? Quando autem ſolus [c], qui cum illo ſemper bono eſt, de quo ait Propheta: *Replebimur in bonis domus tuæ*? Quando Pſal. 64. 5. abjectus, cujus converſatio eſt in cælo? Quando non decorus, qui ad illius decoris, & ſolius boni ſe conformat ſimilitudinem; qui etiamſi membris ſolutus ſit, tamen mente ſe erigat? Et tamquam ille qui cithara canere ſolitus, ſi eam diſſipatam, reſolutis nervis, & confractam viderit, & uſum ejus interruptum, abjiciat eam, atque ejus numeros non requirat, ſed voce ipſe ſe mulceat: ita & iſte citharam corporis ſui otioſam jacere patietur, corde ſe oblectabit, bonæ conſcientiæ recordatione mulcebit, divinis oraculis & ſcriptis propheticis alleviabit, ſuave illud & jucundum animo tenens, mente complectens; cui nihil triſte poſſit accidere, cùm ſemper ei divinæ præſentiæ adſpiret gratia, & ipſe ſibi adſit ſumma animi tranquillitate perfuſus.

a Ant. edit. *recidere voluntates proprias.* MSS. Th. Big Remig *recedere à voluptatibus propriis.*

b Edit. omnes, *virtutis domeſtica merito penſare.* At contra mſſ. omnes nobiſcum faciunt magno conſenſu. Hic autem externis ſæculi bonis domeſtica virtutis bona opponuntur.

c Edit. vet & quædam Pariſ. cum mſſ. aliquot, *qui cum illo ſemper bonus eſt.* Melius aliæ Pariſ. ac reliqui mſſ. ut in textu.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Facta tranſitione à ſuperiori ad hunc librum, oſtendit ſanctum Iacob etiam in exſilio fuiſſe beatum: ac beatitudinis definitionem eidem apprime convenire demonſtrat.

1. SUPERIORE libro de virtutum præceptis diſputavimus: ſequenti clarorum virorum utamur exemplis, qui in ſummis periculis poſiti beatitudinem vitæ non amiſerunt, B ſed potius acquiſierunt. An non beatus Jacob etiam cùm patriam relinqueret? Immo plane beatus, qui dura exſilii ſuſcepit, ut fratris mitigaret iracundiam. Nam ſi beatus eſt qui peccatum declinat, utique negari beatus eſſe non poteſt, qui alterius culpam levat, crimen avertit. Gen. 28. 5. 12. & ſeq. Paratum itaque parricidium declinavit exſilio voluntario, eoque facto ſibi ſalutem quæſivit, fratri innocentiam donavit. Merito itaque cum divina ubique comitata eſt gratia, ut & cùm C dormiret, beatæ vitæ munus adquireret. Videbat enim futurorum myſteria, & divina audiebat Ibid. 29. 22. & 29. oracula. Bonus in ſomno operarius, & in paupertate dives, Ibid. 30. 31. & ſeq. qui mercenariæ vitæ munere & patrimonium & conjugium eodem paravit officio. Ibid. 32. 13. & ſeq. Idem fraterni affectus reconciliator egregius certavit muneribus & obſequiis; ut indignationem omnem excluderet, dolorem offenſionis averteret, oſtendens ſe minorem exſilio non fuiſſe, qui poſſet largiri quæ non acceperat. D

2. Sed nimis ad inferiora propero, & utiliora tranſcurro, cùm prius definiendum ſit quid Pſal. 1. 1. ſit beatus. Scriptum eſt enim: *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Hoc Scriptura ſignificante, eum beatum eſſe, qui ſe à perfidorum conſortio temperaverit (ea eſt enim impietas auctorem vitæ & parentem quemdam ſalutis non recognoſcere, ſi [a] vel in pecca- Ibid. 2. & 3. to manſerit, vel in luxuria atque laſcivia perſe- E veraverit) ipſum quoque in lege Domini die ac nocte meditantem fore tamquam lignum quod dabit fructum in tempore ſuo. Superiora merita ſunt præmiorum, hoc meritorum præmium.

3. Quid horum quæ ad meritum beatitudinis ſpectant, defuit ſancto Jacob, qui tantum abfuit ab impiorum conſortiis, ut ex eo fidelis po- Gen. 32. 28. pulus nomen acciperet, Iſrael dictus; eo quod Deum mentis internæ oculis intueretur, peccati abſtinens, à luxuriæ omnis ebrietate ſobrius, F ut dura laborum abſorbuerit, otii ſecura neglexerit? Nonne pulcre & vere de hoc dictum eſt, quod & hic fructum dabit in tempore ſuo, de Gen. 27. 27. quo ſcriptum eſt: *Ecce odor filii mei tamquam odor agri pleni.* Erat enim perfectus in omni flore virtutum, & ſacræ benedictionis atque cæleſtis beatitudinis redolebat gratiam. Ipſe eſt enim ager quem benedixit Dominus: non iſte terrenus, aut

A horridus ſilvis, aut fragoſus torrentibus, aut paluſtris pigrioribus aquis, aut jejunus frumentis, aut inutilis vitibus, [b] aut infœcunda glarea ſaxoſus, aut hiulcus & aridus ſiccitate, aut ſanguine madidus, aut ſentibus incultus & ſpinis: ſed ille ager, de quo dicit Eccleſia in Canticis: Cant. 2. 7. *Adjuravi vos, filiæ Hieruſalem, in virtutibus & fortitudinibus agri.* Hic namque eſt ager, de quo & Dominus ait: *Et ſpecies agri mecum eſt.* Pſal. 49. 11. In hoc agro uva illa reperitur, quæ expreſſa ſanguinem fudit, & mundum diluit. In hoc agro eſt ficus illa ſub qua ſancti requieſcent, ſpiritalis gratiæ ſuavitate recreati. In hoc agro eſt oliva illa fructifera, dominicæ fluens pacis unguentum. In hoc agro florent malogranata, quæ plurimos fructus uno fidei munimine tegunt, & quodam fovent caritatis amplexu.

4. Hos igitur fructus redolebat Jacob, qui Deum per pericula ſequebatur, & tutum ſe ejus ubique deductione credebat. Nam licet dulcis & C ſuavis odor ſit agri, quia eſt odor naturæ; tamen in ſancto Patriarcha virtutum ſpirabat gratia. Quam continens erat parcimonia, qui cibum Gen. 25. 30. & ſeq. ſibi paratum non expetivit, ſed petenti fratri ſine dilatione conceſſit, à quo primatus benedictionis accepit? Quam pius erga parentes, ut præ- Ibid. 27. 8. & ſeq. ferri germano ſeniori materno affectu mereretur, & paternæ benedictionis munere ſacraretur? Quam religioſus, ut fratrem recuſaret lædere? Quam verecundus, ut patrem timeret fal- D lere? Quam honorificus, ut matri non poſſet quod jubebatur, negare?

CAPUT II.

Excuſat parentes beati Iacob, & eorum exemplo quemadmodum alii parentes ſe ſe erga liberos gerere debeant, docet. Tum cur idem Iacob vixerit, quave myſteria illius benedictio contineat, aperit.

5. SEd nec parentes nobis inexcuſati relin- E quendi ſunt, quod juniorem filium ſeniori prætulerint. Simul cavendum, ne quis dum eorum intendit exemplo, iniquum inter filios habeat judicium; ut alterum diligendum putet, alterum poſthabendum. Hinc enim excitantur odia fraterna, & de vilis incremento pecuniæ facinus parricidale componitur. Eadem foveat prolem menſura pietatis. Eſto tamen, ut aliquid ſibi amplius circa blandiorem aut ſimiliorem capiat affectus, par debet circa omnes eſſe forma F juſtitiæ. Plus confertur dilecto, cui fratrum amor quæritur: plus autem adimitur ei, qui prælationis injuſtæ oneratur invidiâ. Minitabatur Eſau Ibid. 41. quod fratrem ſuum occideret, nec fraterna eum germanitas, nec parentum reverentia à parricidali furore revocabat; & dolebat ſibi benedictionem eſſe præreptam, cujus utique dignum ſe manſuetudine debebat probare, non ſcelere.

6. Sed & Rebecca non quaſi filium filio, ſed

a Ita mſſ. omnes, niſi quod vocula *ſi* abeſt à quibuſdam. Edit vero clauſa parentheſi poſt vocem *recognoſcere*, proſequuntur hoc pacto, *vel in peccato non manſerit, vel . . . non perſeveraverit.*

b Mſſ. aliquot, *aut infœcundus glarea ſaxoſa, aut incultus*, &c. Unus, *aut infœcundus glareis, ſaxoſus*, &c. Omnes autem poſt vocem *incultus* addunt, *& ſpinis*, quod in edit. non legebatur.

quaſi juſtum præferebat injuſto. Etenim apud A matrem piam myſterium pignori præponderabat: illum non tam fratri præferebat, quam offerebat Domino, quem ſciebat collatum ſibi munus poſſe ſervare; in quo & alteri conſulebat, quem divinæ ſubducebat offenſæ; ne graviore implicaretur reatu, ſi acceptæ gratiam benedictionis amitteret.

7. Accipe tamen bonum certamen inter parentes. Mater deferat affectum, pater judicium. Mater circa juniorem tenera pietate propen- B deat: pater circa ſeniorem naturæ honorificentiam ſervet. Hic magis honoret, illa plus diligat: dum ſinguli ſingulos foveant, non in unum uterque conſpirent, defraudent alterum. ᵃ Fiat æqualitas inter diverſa certamina, & diſparibus ſtudiis par utrique ac æqualis parentum amor & gratia conferatur: compenſet alter, quod al- Ibid 25 26. ter imminuit. Sic pio affectu Iſaac patriarcha & ſancta Rebecca certabant, ut neutrum inferiorem facerent, ſed utrumque æqualem.

Ibid. 23. 8. Vicit tamen ille qui præferebatur oraculo: vicit impigritia tarditatem, manſuetudo duritiam. Dum alter venatu aſpero prædam quærit agreſtem, hic mitium cibos morum, hic domeſticam gratiam, hic teneræ manſuetudinis, atque pietatis pio patri dulces epulas miniſtravit. Plus placet in animis quidquid occurrerit, quam quidquid affectatum putaveris deferendum. Acceſ- Ibid. 27. 9. & ſeq. ſit ad oves Jacob, & adtulit innocentiæ partus, vel ſacræ prophetiæ munera; quia Patriarchæ D cibum nullum credidit dulciorem eſſe, quam Chriſtum, qui ſicut ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus ad victimam. Hunc vel publico parenti, vel populo, cujus typum gerebat, cibum utilem judicabat, quo futura erat remiſſio peccatorum.

9. Ideo ſtolam accepit fratris ſui, quia ſenili præſtabat ſapientia: ideo junior frater ſeniorem fratrem exuit, quia fidei emicuit dignitate. Hanc ſtolam Eccleſiæ typo Rebecca protulit, & de- E dit filio juniori ſtolam veteris Teſtamenti, ſtolam propheticam & ſacerdotalem, ſtolam illam regalem Davidicam, ſtolam Salomonis, Ezechiæ, & Joſiæ regum, & dedit populo Chriſtiano, qui uti amictu ſciret accepto; quoniam populus Judæorum eam ſine uſu habebat, & proprios neſciebat ornatus. Jacebat hæc ſtola in umbra abjecta atque neglecta. Obſcurabatur enim tenebroſa impietatis caligine, nec in anguſto corde populi Judaici latius poterat explicari. Induit F eam Chriſtianus populus, & refulſit: illuminavit eam ſuæ fidei claritate, & piorum luce factorum. Agnovit Iſaac notum odorem generis ſui, recognovit ſtolam Scripturæ veteris, ſed vocem plebis veteris non recognovit; & ideo cognovit eſſe mutatam. Manet enim hodieque eadem ſtola, ſed populi devotioris canora cœpit eſſe confeſſio; meritoque dixit: *Vox quidem vox Jacob: manus autem manus Eſau. Et odoratus eſt odorem veſtimentorum ejus.* Ibid 22. & 27. Et fortaſſe illud eſt, quia non operibus juſtificamur, ſed fide; quoniam carnalis infirmitas operibus impedimento eſt, ſed fidei claritas factorum obumbrat errorem, quæ meretur veniam delictorum.

CAPUT III.

Poſt benedictionem fratris junioris quare ſenior advenerit; & cùm urgendo obtinuiſſet ut & ipſe benediceretur, ad ſerviendum fratri fuerit damnatus? Ubi de ſervitute, ac vera libertate diſputatur.

10. CElebrata benedictione, poſtea ſenior Ibid 30. frater advenit. Quo declaratur prius Eccleſiæ regnum, quam Synagogæ in prædeſtinatione delatum: ſed ſubintraſſe Synagogam, ut ſuperabundaret peccatum; & cùm ſuperabundaſſet peccatum, ſuperabundaret & gratia. ſi- C mul clareret impigrum militem regni cæleſtis candidatum eſſe debere; ut præripiat benedictionem, & prærogativam ſuæ commendationis uſurpet. Unde non eſt ᵃ notatus à patre junior filius, ſed laudatus, quod ait Iſaac: *Frater tuus* Ibid. 35. *veniens cum dolo, accepit benedictionem tuam.* ᵇ Bonus enim dolus, ubi irreprehenſibilis eſt rapina: irreprehenſibilis autem rapina pietatis; quia à diebus Johannis regnum cælorum cogitur, & cogentes diripiunt illud. Feſtinantes autem patres paſcha celebrabant, qui feſtinantes manducabant agnum, non demorantes; & fratrem Benjamin ſanctus Joſeph piæ commento fraudis accerſivit & tenuit. Ibid. 42 20. & 44 1. & ſeq.

11. Et ipſe tamen ut benediceretur cogendo Ibid 27 38. 39. elicuit & impetravit: ſed eam benedictionem, quæ cum ſuperiore congrueret & conveniret, ut ſerviret fratri ſuo. Etenim qui imperare non poterat, & alterum regere, ſervire debebat, ut à prudentiore regeretur. Neque enim fuit Patriarchæ ſancti, ut filium ſuum degeneri conditioni ſervitutis addiceret: ſed ut bonus pater, cùm duos haberet filios, unum intemperantem, prudentem & ſobrium alterum, quò utrique conſuleret, intemperanti præfecit ſobrium, & inſipientem prudenti ſtatuit obedire; quia inſipiens non poteſt voluntarius virtutis eſſe diſcipulus, nec perſeverare in ſtudio, quia ſtultus ſicut luna mutatur: meritoque ei libertatem proprii negavit arbitrii, ne velut navis in fluctibus ſine gubernatore fluitaret: ſed ſubdidit eum fratri, ſecundùm quod ſcriptum eſt: *Servit enim imprudens prudenti.* Prov. 11. 29. Rectè ergo eum ſubdidit, ut regentis imperio ſuum melioraret affectum. Ideo ait: *Super gladium tuum vives, & ſervies fratri tuo.* Gen. 27. 34. DOMINA enim eſt pietas crudelitatis, & manſuetudo ᵇ duris motibus præſtat.

12. Servit omnis qui auctoritatem puræ non

a. Edit. & mſſ. complures, *Fiat æquitas*; melius tamen Thuan. & Big. Tolo. Valc. *Fiat æqualitas.* Et ibidem pauculis interjectis, mſſ. Remig. Big. Long. & Theod. ſecunda manu, *par utrique æqualis parentum amoris gratia conferatur*: ubi reliqui cum edit. habent ut in contextu.

ᵃ *Notatus*, hoc eſt, culpatus aut reprehenſus, quo ſenſu Horatius epiſt. ad Scævam: *Si ſciret regibus uti,*
Faſtidiret olus qui me notat.
Et Satyra 3. l. 1.
Stulti et & improbus hic amor eſt, dignuſque notari.

ᵇ. *Bonus dolus* rectè dicitur, quandoquidem apud antiquos vox *dolus* erat mediæ ſignificationis, & modo ſumebatur pro ſolertia licita, maxime cùm adverſus hoſtem aut latronem adhibebatur: modo autem pro omni fallacia & ſimulatione ad decipiendum inſtructâ; & tunc fere non ſimpliciter *dolus*, ſed *dolus malus* dicebatur. Hunc teſte Cicerone lib. 3 de Offic. itemque 3 de Nat. Deor. Aquilius definiebat, *cùm aliud ſit ſimulatum, aliud actum.* Vide etiam Ulpianum *de Dolo malo*, Lege prima, ſub initium.

b. Rom. edit. *duris moribus præſtat.* Haud male: ſed non ideo ab aliarum, & mſſ. omnium recedendum lectione, cùm & ipſa bona ſit. Sunt enim *duri motus* idem, ac duræ paſſiones, ut vocant philoſophi.

habet conſcientiæ : ſervit quicumque vel metu A frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exaſperatur, vel mœrore dejicitur. Servilis enim eſt omnis paſſio; quoniam qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, & quod pejus eſt, multorum ſervus eſt: qui ſubjectus eſt vitiis, multis ſe dominis addixit, ut ſervitio ei exire vix liceat. At vero ille qui voluntatis ſuæ arbiter eſt, judex conſilii, interpres arbitrii, qui coercet corporeæ appetentiam paſſionis, qui ea quæ agit, bene agit, bene autem B agens recte agit, & qui recte agit, inculpate & irreprehenſibiliter agit, habens ſuorum actuum poteſtatem; is profecto liber eſt. Nam qui omnia prudenter agit, & ita vivit ut vult, is ſolus eſt liber. NON CONDITIO fortuita ſervum facit, ſed probroſa inſipientia. *Prov. 7. 2.* Denique famulus prudens regit dominos ſtultos, & periti ſervi dominis fœnerabunt. Quid fœnerabunt? Non utique pecuniam, ſed ſapientiam, ſicut & *Deut. 15. 6.* Lex dicit: *Fœnerabis gentibus multis: tu autem mu-* C *tuum non accipies.* Fœneravit enim Judæus proſelyto divinæ legis oracula. Sed quia ipſe Legis myſteria videre non potuit, & quæ habebat neſcivit oracula, qui litteram fœnerabat gentibus, nunc ab his ſpiritalibus doctrinæ gratiam mutuatur: meritoque ſubjectus eſt ſervituti; quoniam qui mutuatur, ſervus eſt, quaſi addictus fœnori creditoris: qui autem piæ doctrinæ fœnus impartit, is eſt princeps, ſicut Lex dicit: *Ibidem.* *Princeps eris gentium multarum: tibi autem principes ex* D *ipſis non erunt.* Princeps enim eſt qui regit, qui & habet ſapientiæ principatum, quem habuit populus Judæorum. Sed quoniam quod docebat, ſervare non potuit, debet diſcere, quod docere neſcivit.

13. Hoc eſt igitur quod ait patriarcha Iſaac: *Gen. 27. 40.* *Servies fratri tuo. Erit autem cùm depoſueris & ſolveris jugum illius à collo tuo*, ſignificans duos futuros populos, unum ancillæ filium, alterum liberæ (ſervit enim littera, libera eſt gratia) cum- E que populum qui litteræ intendit, tamdiu ſervum fore, quamdiu ſpiritalis doctrinæ ſequatur interpretem. Tunc quoque illud futurum eſt, *Rom. 9. 27.* quod Apoſtolus ait: *Ut reliquiæ ſalvæ fiant ſecundum electionem gratiæ.* Servies ergo fratri tuo: ſed tunc ſenties ſervitutis profectum, cùm voluntarius potius, quam coactus obedire cœperis [a] fratri.

CAPUT IV.

Fratri necem minitatur Eſau, qua occaſione placandæ invidiæ præcepta proponuntur. Ad Labanum profectus Iacob in via Angelorum recreatur apparitione, ac poſtea bonis amplificatur.

14. HInc orta eſt invidia, & minabatur Eſau quod poſt obitum patris fratrem occideret. [b] Sed ſi id acciderit, diſcamus à Rebec- F ca quemadmodum providendum ſit, ne invidia iracundiam excitet, iracundia in parricidium proruat. Veniat Rebecca, hoc eſt, inducatur patientia, bona cuſtos innocentiæ, ſuadeat ut iræ locum demus. Concedamus aliquò longius, donec tempore indignatio molliatur, offenſionis obrepat oblivio. Itaque patientia nec exſilium reformidat, ſed impigre ſuſcipit: non tam ut periculum ſalutis, quam ut incentivum ſceleris declinetur. Mater quoque pia abeſſe ſibi dilectiſſimum filium tolerat, plus ei collatura quem læſit: utrique tamen conſulens, ut alterum immunem à periculo, alterum integrum præſtaret à crimine.

15. Audivimus quid corporeis ebria cupiditatibus intemperantia locuta ſit, conſideremus quid vera virtus agat. Nihil requirit niſi Dei gratiam: ſolum illud & ſummum bonum ſequitur, ſolo eo contenta eſt, à quo accepimus omnia, ipſi autem nihil conferimus, quia nullo indiget, ſicut ait David: *Dixi Domino, Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non eges.* *Pſal. 15. 2.* Quo enim indiget, qui abundat omnibus, & nobis largitur univerſa, omnia ſine defectu miniſtrat?

16. [c] Et profectus eſt Jacob, & dormivit, quod eſt quieti animi indicium: & vidit Angelos Dei *Gen. 28. 12.* adſcendentes & deſcendentes, hoc eſt, Chriſtum prævidit in terris, ad quem Angelorum caterva *Matt. 4. 11.* deſcendit atque adſcendit, obſequium proprio domino pio præbitura ſervitio.

17. Et venit ad puteum, ut biberet de ſuis vaſis, & de puteorum ſuorum fontibus, & ſupereffluerent ei aquæ de ſuo fonte. *Gen. 29. 2.* Fons enim vitæ eſt in manibus juſti.

18. Et venit ad Laban, & oves ejus pavit. *Ibid. 29. 19. & 30. 28. & ſeq.* Iniquitas incomitata reſidet: ſapientia regendi officium non omittit: neſcit vel in alienis vacare, neſcit exſul eſſe in peregrinis. Quomodo enim exſul, quæ ubique [d] jus ſuum ſervat, & in ſe habet quod poſſidet?

19. Quaſi mercenarius ingreditur juſtus, & rector eſt, qui ſibi gregem multarum præſtantiumque virtutum ſplendore fulgentem Evangelicæ prædicationis [e] miniſterio colligebat; ut potatis ovibus virgam ſtoracinam, & nucinam, & de platano proponeret [f] inventis, quo concupiſcentes beatiſſimæ Trinitatis præfigurata myſteria, haudquaquam decolores fetus piæ mentis conceptione formarent. Bonæ oves, quæ bonorum partus operum fidei ſacræ non degeneres ediderunt. Per ſtoracem ſignificatur incenſum & ſacrificium veſpertinum, quod Deo Patri defertur in pſalmo. *Pſ. 140. 2.* Per nucinam virgam ſacerdotale Chriſto munus defertur. *Num. 17. 8.* Hæc enim virga Aaron quæ repoſita floruit, quia ſacerdotalis gratia ſanctificationis emicuit. Per platanum ſpiritalis fructus ſignificatur ubertas; quia arbori huic vitis annectitur, ut ejus læta conſortio, in partus ſe ſe uberes fundat. Siquidem dominicæ

a Poſt vocem *fratri* addit Rom. edit *Ecce Eſau frater tuus minitatur tibi occidere te, nunc ergo &c.* Deinde caput tertium continuat uſque ad hæc verba, *omnia ſine defectu miniſtrat.*

b Ita mſſ. quinque, ac edit. Am. atque Era. Mſſ. autem Remig. & Theod. cum Rom. edit. *Sed ne id acciderет;* edit Gill. *acciderit.* Iterum hoc ipſo loco, ubi edit. Am. ac Era. *diſcamus ad Rebeccam;* Gill. ac Rom. cum mſſ. omnibus habent, *diſcamus à Rebecca.*

c Rom. edit. hic novum caput ordiebatur his verbis, *Et miſit Iſaac Jacob: & abiit in Meſopotamiam ad Laban &c. Profectus eſt Jacob, & in itinere dormivit.* Eadem edit. duos alios Scripturæ verſus paucis interjectis inſeruerat, ſenſu quidem haud inutiles, ſed quos nec in aliis ullis edit. & mſſ. reperias.

d Dictio *jus* ex omnibus edit. aberat, quam nos ex omnibus mſſ. Gall. reſtituimus.

e Septem mſſ. optimæ notæ, *magiſterio colligebat.*

f Edit. Rom. *In canalibus*, contra alias omnes edit. & mſſ. in quibus legitur, *inventis.* Forte *in ventis*, aut *in lenes*, *in mīs* Amūs; quod vertit Auguſtinus, *in alveos.* Sed noſtris conjecturis in textum nihil permittimus.

munera

munera paſſionis, remiſſionemque omnium peccatorum adjuncta Spiritus gratia dare conſuevit.

CAPUT V.

Iacob divino juſſu in patriam revertitur ob Labani ejuſque filiorum invidiam. Hæc ſi exorta ſit, quomodo declinanda: qua etiam ratione ſapiens inanis numquam eſſe poſſit. Poſt quæ myſterium in Labano generi bona perſcrutante, in Iacob, atque ejus uxoribus deſignatum exponitur.

20. [a] His itaque, ut Scriptura dicit, dives factus eſt, valde bonum gregem nutriens Chriſto, quem fidei titulo, & varietate virtutum glorioſi nominis nobilitavit inſignibus. Itaque nec ſibi videbatur anguſtus, cenſu fidei opimus, & Labæ filus ut opulentiſſimus in invidiam vocabatur, qui ſuum gregem alieni gregis acceſſione cumulaſſet. (Gen. 31. 3.) Et dixit ei Deus: *Revertere in terram patris tui, & in gentem tuam; & ego ero tecum*, oſtendens nihil ei deeſſe, cui adeſſet [b] omnium plenitudo: hoc ſolum abundare perfecte, in hoc conſtare omnia, & omnia ad ipſum referri. [c] Nihil ei novum, nihil ſuperfluum neceſſarium, cui pax fida ſuppeteret, per quam reconciliaret quæ primum fuerant diſcrepantia. (Ibidem. 13. 10. 1. Tim. 3. 15.) Nec mirum ſi pacem haberet, qui columnam ſtatuerat, & unxerat Deo, quæ eſt Eccleſia. Columna enim & firmamentum dicta eſt veritatis. Eam ungit qui in Chriſtum fidei, in pauperes miſericordiæ fundit unguentum.

21. Nunc conſideremus qualis vir juſtus eſſe debeat, ſi invidia fuerit exorta. Primum ut declinet eam; melius eſt enim ſine lite abire, quàm reſidere cum jurgio. Deinde ut talia poſſideat, quæ ſecum auferre poſſit; ut in nullo teneri ab adverſario poſſit obnoxius, ſed dicat: (Gen. 31. 32. & ſeq.) *Cognoſce ſi quid tuum eſt apud me.* Et quæſivit Laban, & nihil ſuum invenit apud Jacob. Magnus vir, & vere beatus, qui nihil potuit ſuum amittere, nihil alienum habere, hoc eſt, nihil minus habere, nihil ſuperfluum. ITAQUE ILLE perfectus eſt, cui nihil deeſt: juſtus, cui nihil ſupereſt. Hoc enim eſt juſtitiæ tenere menſuram. Quanta virtus cujus ſocietas lucrum dabat, non irrogabat diſpendium? Hoc eſt perfectum eſſe, adhærentibus ſibi commodi plurimum dare, nihil adferre incommodi.

22. Denique is qui nocere cupiebat, inanem eum non potuit dimittere. (De pœnit. diſt. 2. cap. Sapiens.) Sapiens enim numquam inanis eſt, ſemper in ſe habens amictum prudentiæ, qui poteſt dicere, *Iuſtitiam induebam, & veſtiebam judicium*, (Job. 29. 14.) ſicut dixit Job. Namque hæc mentis ſunt interna velamina, quæ nemo alius poſſit auferre, niſi cùm aliquem ſua culpa deſpoliat. Denique ſic deſpoliatus Adam, nudus inventus eſt: at vero Joſeph etiam veſtimento exteriore rejecto, nudus non erat, qui ſalva habebat indumenta virtutis. Numquam ergo inanis ſapiens. Nam quomodo inanis, qui de plenitudine Chriſti accipit, & ſervat acceptum? Quomodo inanis, cujus repleta eſt anima, quæ acceptæ gratiæ veſtimenta cuſtodit? Illud metuendum eſt, ne quis innocentiæ velamen amittat, ne impii ſacrilegæ perſecutionis impreſſione terminos juſtitiæ ſupergreſſi, veſtimentum animæ ac mentis eripiant. Quod non facile accidit, niſi prius aliquem vox ſuæ iniquitatis exuerit. Unde & David dicit: *Si eſt iniquitas in manibus meis .... decidam merito ab inimicis meis inanis: perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat.* (Pſal. 7. 4. & 5.)

23. Nemo ergo ex inimicis poteſt tuam animam comprehendere, niſi prius inanis fuerit effecta. Noli igitur metuere eos qui poſſunt auri argentique compilare theſauros. Iſti tibi nihil auferunt. Hoc enim auferunt quod non habebas: hoc auferunt quod poſſidere non poteras: hoc auferunt quod non ornabat animam tuam, ſed onerabat: hoc auferunt quod non locupletabat cor tuum, ſed potius deprimebat. *Ubi enim fuerit theſaurus tuus, ibi erit & cor tuum*, (Matth. 6. 21.) ſicut legi audiſti hodie. Multi ſeris portarum ſuarum includunt aurum ſuum, ſed ii nec vectibus & clauſtris ſuis credunt: multi vigiles adhibent, ſed ipſi quoque plus ipſos ſolent timere cuſtodes: multi defoſſo auro incubant, aurum eorum ſub terra, & cor eorum ſub terra. Cave ergo ne & tu cor tuum terræ vivus infodias. Non ergo auri iſtius metuendi fures. Ille tibi cavendus eſt fœnerator, qui ſubſtantiam animæ tuæ ſcrutatur, ſi qua peccati gravioris æra contraxeris, qui cor tuum includit ſolo, qui animam tuam eo ceſpite obruit, quo aurum texeris, qui mentem tuam [*] centeſimarum incurvat uſuris, & gravi condit ſepulcro, de quo nullus reſurgit. Sequere ſanctum Jacob, qui neque de alienis vitiis quidquam habebat, neque ſuarum virtutum erat inanis & vacuus, qui erat juſtitiæ fructu repletus. Sed hæc moralia.

24. Illud myſticum, quod venit ad eum [*] Laban, hoc eſt, dealbatus, quia & ſatanas transfigurat ſe in Angelum lucis, & cœpit ab eo ſua requirere. Reſpondit ei Jacob: *Cognoſce ſi quid eſt tuum apud me*, (Gen. 31. 32.) hoc eſt, nihil tuorum habeo. Quære ſi quid agnoſcis vitiorum tuorum & criminum. Nihil mecum abſtuli [d] fraudum tuarum, dolique conſortia ulla non habeo, omnia tua tamquam contagium refugi. Et quæſivit Laban, & nihil ſuum reperit. Quam beatus vir, in quo inimicus nihil invenit, quod ſuum poſſet dicere: in quo diabolus nihil offendit, quod ſuum agnoſceret! Impoſſibile videbatur iſtud in homine, ſed ty-

a Ita mſſ omnes atque edit excepta Rom. in qua legitur: *Dixit autem Dominus ad Jacob. Revertere in terram patris tui, & in gentem tuam, & ego ero tecum. Dives valde factus erat Jacob bonum gregem*, &c. Iterum eodem loco edit Am & Era. *& varietate virtutum nobilitabat inſignibus.* Gill. ac Rom *& variarum virtutum nobilitabat inſignibus.* Mſſ omnes ut in textu.

b Edit. Rom. cum paucis mſſ voci *plenitudo* jungit vocem *virtutum*, quæ in aliis melius omittitur. Nam *plenitudo* hic Deum ipſum deſignat, qui omnium bonorum plenitudo eſt. Rurſus ubi cunctæ edit. ac plures mſſ. *abundare perfecte*, alii aliquot habent *abundare perfecto*

c Rom. edit. *Nihil ei novum, ſuperfluum, aut neceſſarium* Mſſ Torn Long. Vale & Theod. *Nihil ei noxium.* Theod ſecunda manu, *novum, nihil ſuperfluum, aut non neceſſarium* At lectionem noſtram, quæ aliorum mſſ. ac vet edit eſt, aliis præſtare autumamus. Sunt enim innumeri quibus nova & ſuperflua opinionis errore ſunt neceſſaria.

* *Centeſima* uſura eſt qua fœneratori ſingulis menſibus para centeſima ſortis ſolvitur; atque adeo ſit una capitis ſeu ſortis centeſimo menſe uſuris adæquatur. In hanc libro *De Tobia* ardenter invehitur Ambroſius.

*. Confer lodes hunc locum cum iis quæ dicuntur lib. *De Fuga ſæculi* cap 4 num 22. & 23

d Vet. edit cum mſſ. nonnullis: *fraudum tuarum doliquæ conſortia. illa* (vel ut mſſ. *ulla*) *non habeo.* Frigide.

Iohan. 14. 10. pum gerebat ejus, qui dicit in Evangelio: *Venit* A *hujus mundi princeps, & in me inveniet nihil.* Nihil eſt enim quidquid eſt diaboli, quod nullam poteſt babere perpetuitatem atque ſubſtantiam.

25. Ipſe autem eſt qui præfigurabatur in Jacob dominus Jeſus, duorum vir conjugiorum, hoc eſt, conſors quidam Legis & gratiæ, qui virginem Racbel ante dilexit, & prædeſtinatam ſibi in conjugium pio amabat affectu. Sed quoniam Lia tamquam Lex ſubintravit, & oculis infirmior obtepſit tamquam Synagoga, quæ men- B *Gen. 29. & ſeq.* tis cæcitate Chriſtum videre non potuit, ſuperabundavit gratia ſanctæ Racbel, quæ ſupra primum illud eſt expetita conjugium, quæ Eccleſiæ principatum futurum jam tunc nominis ſui interpretatione ſignabat. Beata Rachel, quæ abſtulit opprobrium ſuo partu: beata Rachel, quæ abſcondit cultus, erroreſque gentilium, quæ ſimulacra eorum plena eſſe immunditiæ declaravit. Nemo credat paternæ pietatis læſam eſſe reverentiam, quod ſtante patre ſedit; quoniam C *Matth. 10. 37.* ſcriptum eſt: *Qui plus fecerit patrem aut matrem, quàm me, non eſt me dignus.* Ubi cauſa agebatur religionis, fides debuit ſedem habere judicii, & quaſi rea ſtare perfidia.

CAPUT VI.

Angelos in itinere videt S. Iacob. Idem fratri occurrens ſepties adorat. Denique concordiam ab eo petiturus in caſtris dormit. Quæ omnia quid ſignificent, aperitur.

a 26.[a] HÆc eo uſque probata ſunt, ut proficiſcenti ſancto Jacob Angeli Dei occurrerent. Denique vidit caſtra Dei applicantia, & *Gen. 32. 1. & 2.* ait: *Caſtra Dei hæc ſunt.* Perfectis enim & fidelibus divina ſolent adeſſe præſidia. Perfectus autem cogitabat de reconciliatione fraterna; ita ut b humilitate [b] eum invitaret, officiis acquireret, muneribus quoque emendum putaret. Occurrit itaque fratri cum muneribus, uxoribus, & pignoribus ſuis; ut etiamſi ipſe indignaretur, ne- E ceſſitudinis obſequiis inflecteretur.

Gen. 33. 3. 27. *Et adoravit ſepties in terra.* Quid ſibi iſtud *Deut. 6. 13.* vult eſſe? Lex dicit: *Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies*; & hic adorat intemperantem, iracundum, minantem parricidale flagitium. An terram adoravit, illam bumano cruore concretam, ſerpentium infuſam venenis, aut jejuna infelicem glarea, aut duris atque aſperis inhorrentem cautibus? Quid ſibi etiam vult quod ſepties adoraverit? Hæreret ſolutio, niſi illud oc- F currerer quod Petro interroganti in Evangelio: *Matth 18. 21. & 22.* *Si frater meus in me peccaverit, quoties dimittam ei, uſque ſepties? Reſpondit ei dominus Ieſus: Non ſolum ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties.* c [c] Hoc igitur prophetico ſpiritu ſanctus Patriarcba ſignificat, in advenientem reſpiciens, qui non ſolum uſque ſepties, ſed etiam uſque ſepruagies ſepties veniam fratri laxari juberet; ut ejus contemplatione conventus Eſau injuriam quam ſe accepiſſe putabat, remitteret fratri, & quamvis læſus in A gratiam rediret; quia propterea carnem ſuſcepturus erat dominus Jeſus, & venturus in terras, ut multiplicatam nobis donaret veniam delictorum.

28. Denique petiturus à fratre concordiam dormivit in caſtris. Perfecta virtus habet quietis tranquillitatem & ſtabilitatem; ideo Dominus donum ejus perfectionibus reſervavit dicens: *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis.* *Iohan. 14. 27.* Perfectorum eſt enim non facile mundanis moveri, B non turbari metu, non exagitari ſuſpicione, non terrore concuti, non dolore vexari: ſed quaſi in littore tutiſſimo adverſum inſurgentes fluctus ſæcularium procellarum mentem immobilem fida ſtatione placidare. Hoc firmamentum chriſtianis mentibus Cbriſtus invexit, pacem internam invehens animis probatorum; ut non turbetur cor noſtrum, neque exagitetur animus. Hanc pacem ſuper omnem mentem eſſe Apoſtolus doctor adſeruit dicens: *Et pax Dei quæ exſuperat om-* *Philip. 4. 7.* C *nem mentem, cuſtodiat corda veſtra, & ſenſus in Chriſto Ieſu.* Fructus itaque pacis eſt non perturbari in pectore. Denique vita juſti quieta eſt, injuſtus autem inquietudinis & perturbationis plenus eſt. Itaque amplius ſuis ſuſpicionibus affligitur impius, quam alienis plerique verberibus: majoreſque vibices vulnerum in ejus animo ſunt, quam in eorum corpore qui ab aliis verberantur.

29. Grande eſt intra ſe aliquem tranquillum eſſe, & ſibi convenire. Foris pax aut imperato- D ris ſollicita providentia, aut manu militum quæritur, aut bellorum proſpero cedit eventu, aut internecione aliqua barbarorum, ſi in ſe hoſtili motu ſua arma convertant. In ea pace nulla noſtra virtus, ſed eventus eſt. Certe gloria pacis illius ad imperatorem refertur: iſtius pacis fructus in nobis eſt, quæ eſt in mentibus ſingulorum, quæ tenetur affectibus. Iſtius pacis major eſt fructus, quo ſpiritalis nequitiæ tentamenta, quam quo arma hoſtilia repelluntur. Iſta pax ſublimior, quæ E corporalium paſſionum excludit illecebras, perturbationeſque mitigat, quàm ea quæ barbaricos ſedat incurſus. Plus eſt enim clauſo intra te hoſti reſiſtere, quam remoto.

CAPUT VII.

Iacob cum Deo luctatur, & tacto femoris nervo claudicat. Vim Dinæ illatam fratres ulciſcuntur, quos Iacob pater improbat. Is jubetur in Bethel habitare, quo ſancta Eccleſia præfiguratur.

F 30. ITaque Jacob qui cor ſuum ab omni ſimultate mundaverat, & pacificum affectum gerebat, poſtquam rejecit omnia ſua, ſolus remanſit, *Gen 32. 24. & 25.* & luctatus eſt cum Deo. Quicumque enim ſæcularia negligit, ad imaginem ſimilitudinemque Dei propius accedit. Quid eſt enim luctari cum Deo, niſi virtutis ſuſcipere certamen, & cum ſuperiore congredi, potioremque ceteris imitatorem fieri Dei. Et quia inſuperabilis erat fides ejus atque *Ibidem.* devotio, ſecreta ei myſteria Dominus revelabat, tangens latitudinem femoris ejus; eo quod ex

a Ita cuncti mſſ ac edit. præter Rom. quæ hoc initium capitis exhibet in eam formam, *Et Iacob abiit viam. & reſpiciens vidit caſtra Dei metata, & obviaverunt ei Angeli Dei. Proficiſcenti*, &c.

b Omnes edit ac mſſ aliquot, *eum invitaret . . emendum putaret.* Alii mſſ antiquiores & numeroſiores, *eum invitaret . . . emendum*, Long. Valc. *emendandum, putaret.* Sylleps is eſt qua conſtructio refertur ad vocem *fratris* in priori membro poteſtate comprehenſam. Poſt verbum *putaret*, ſubjungit edit. Rom. *Dixit enim: Placabo faciem ejus in donis præcedentibus*, quod ſuperfluum eſt, & in omnibus mſſ. & aliis edit deſideratur.

c Cod. Long Remig. & Theod. ſecunda manu, *Hac igitur prophetiâ Spiritum ſanctum Patriarcha ſignificat.*

ejus erat generatione dominus Jeſus oriundus ex Virgine, qui Deo nec impar, nec inæqualis eſſet: cujus crucem obſtupeſcentis femoris latitudo ſignabat; eo quod diffuſa per univerſum mundum remiſſione peccati, ſalutaris foret omnibus, qui ſtupore ſui corporis ac ſopore reſurrectionem tribueret defunctorum. Unde non immeritò exortus eſt ſol ſancto Jacob, cujus generi crux Domini ſalutaris illuxit: ſimul quia ſol ei oritur juſtitiæ, qui Deum cernit; quia ipſe eſt lumen æternum. B

Ibid. 32. 32. 31. Claudicavit autem Jacob à femore ſuo: *Propter hoc non manducant hodieque filii Iſrael nervum.* Utinam manducaſſent & credidiſſent. Sed quia non erant facturi voluntatem Dei, ideo non manducaverunt. Sunt & qui ita accipiant, quod ideo claudicaverit ab uno femore Jacob, quia duobus populis ex ejus generatione manantibus, unius ſtupor jam tunc circa fidei gratiam declarabatur futurus. Ipſe eſt ergo populus qui ſtupore perfidiæ claudicavit. C

a 32. [a] Denique non multo poſt revelationem iſtiuſmodi cùm eſſet ab alienigenæ filio Dina filia Jacob deflorato virginitatis pudore temerata, fratres ejus qui non intellexerunt myſterium, alienigenas qui ſocietatem fidei per conjunctionem generis offerebant, vindictæ ſtudio peremerunt. Jacob autem qui morali manſuetudine clementiam diligebat, vel myſtico ſpiritu ſacramentum congregandæ ex gentibus prævidebat

b Eccleſiæ, invitus & dolenter [b] ſcenam illam exac- D tæ ultionis accepit. Unde prophetanti adventum

Ibid 35. 1. domini Jeſu reſponſum divinum eſt datum: *Ex-*

c *ſurgens adſcende in locum* [c] *Bethel*, hoc eſt, in domum panis, ubi natus eſt Chriſtus, ſicut Michæas

Mich. 5. 2. propheta teſtatus eſt dicens: *Et tu Bethleem domus Ephrata non es minima, ut ſis inter principes Iuda. Ex te enim exiet princeps Iſrael, & egreſſus ejus ab initio, à diebus ſæculi.* Vere domus panis, quæ domus Chriſti eſt, qui nobis panis ſalutaris advenit è cælo; ut jam nullus eſuriat cibum ſibi E

Gen. 35. 2. & ſeq. immortalitatis acquirens. Ibi jubetur habitare Patriarcha, ibi altare facere Deo qui apparuit

d ei. Ibi deos accepit alienos, & abſcondit eos [d] ſub lentiſco: ibi quoque ſepulta eſt Rachel in via Ephrata, hæc eſt, Bethlehem. Ibi etiam columnam ſtatuit Jacob ſupra monumentum ejus.

33. Quanta myſteria, quia ibi eſt Eccleſia Dei, in qua apparet Deus, & loquitur cum ſervis ſuis. Ibi eripiuntur, & abſconduntur ſimulacra gentium. Fides enim Eccleſiæ omnem obſervantiam gentilitatis abolevit. Sed cur ſub lentiſco abſcon- A derit, quæro? Certe genus iſtud infructuoſum eſt. Ibi ergo ſunt du gentium, ubi nullus eſt fructus. Ibi inaures gentilium infodiuntur quas dederunt Jacob, ut jam novam linguam audire adſueſcant; veterem perfidiæ ſonum neſciant, obſurdeſcant aures eorum ſacrilegio, & mundentur ad gratiam. Non immerito ibi ſanctus Daniel falſum adverſus Suſannam teſtimonium deprebendit. Ibi enim volebat adhuc radices ſuas locare perfidia: ſed latere non potuit, quia prophetico ſpiritu deprehenſa eſt. Congruus autem error [e] presbyteri veræ confeſſioni, ut ibi contaminatam diceret caſtitatem, ubi gentium deſoſſa ſimulacra ſunt. Sed veritas Eccleſiæ [f] non texit perfidiam, ſed abſcondit, & aures gentilitatis obſtruxit. f

34. Convenienter quoque ibi ſepulta eſt ſancta Rachel; quia omnes qui baptizantur in Chriſto, conſepeliuntur cum Chriſto. Sic enim docemur, dicente Apoſtolo: *Conſepulti enim ſumus cum* *Rom. 6. 4* C *illo per baptiſmum in mortem; ut quemadmodum ille ſurrexit à mortuis per proprium virtutem ſuſcitatus, ita & nos ejus gratia reſurgamus.* Tunc igitur vere abſconditur omnis error gentilium, cùm quis fuerit ablutus à vitiis; quia confixus cruci vetus homo noſter neſcit jam vetere ſervire peccato. Competenter etiam columna ſtatuitur ſupra monumentum Rachel; quia Eccleſia eſt columna & firmamentum veritatis.

CAPUT VIII.

De laudabili ſancti Iacob ſenectute, in qua futura dubiaſque res, ac vita ſua finem prævidet; nec non agenda diſponit.

35. Senuit autem Jacob; & jam ante ſenuerat moribus: ſed certabant in eo impigra vivacitas juventutis, & tranquillitas ſenectutis. Eſt enim & ſenectus virens gratiâ, & juventus cana conſiliis, de qua dicit Scriptura: *Senectus enim* *Sap. 4. 8. & 9.* *venerabilis. Et, Ætas ſenectutis vita immaculata.* E [g] Ex hac vita fuit Jacob, qui bonis operibus prævenit tempus longævæ ſenectutis; ut & fructum ejus ante tempus carperet, & poſtrema ejus in tempore non timeret. Beatus quidem & juvenis qui bene vivit: ſed beatus & ſenex qui bene vixit. Quod enim juvenis ſperat, adeptus eſt ſenior: quod ſenex fuit, optat hoc eſſe qui juvenis eſt. Certe hic inquieti maris longiore ſibi adhuc curſu manente, jactatur fluctibus: ſenex vero ſicut in portu, ita in ſtatione eſt ſenectutis. Erat itaque hujuſmodi Jacob, qui vix ſperanda juvenibus bona incolumi & tuta gratiæ clave g

a Rom. edit. ſola: *Egreſſa eſt autem Dina filia Liæ, quam pepererit Iacob, ut cognoſceret filias indigenarum & vidit eam Sichem filius Hemor Hevæus, princeps terræ: & accipiens eam dormivit cum illa. Denique non multo poſt factam ſupra revelationem cùm eſſet* &c. Quibus verbis cap. 7. exordium.

b. Scenam locum arboribus opacum eſſe diximus l. 2. Hexaem. c. 8. n. 32. Sed quia poemata dramatica quæ iſtic antiquitus agebantur, in theatra poſtmodum tranſlata ſunt; ideo ſcenæ nomen ad hæc ſignificanda, & inde per ſynecdochen ad cruentas actiones, quales in eiſdem exhiberi ſolent, traductum eſt. Quapropter parum ſcite pro *ſcenam* mſſ. nonnulli *cædem* poſuerunt.

c Non hic ſolum, ſed etiam l. 1. de Abrah. c. 3. n. 9. & 6. ac l. 2. c. 5. n. 21 mſſ melioris notæ legunt *Bethleem*. Et certe Ambroſio eumdem locum eſſe Bethleem ac Bethel, cum hujus vocis expoſitio, quam illi ſemper ſubjicit, tum orationis ſeries non obſcure indicant. At lectionem omnium edit. & non paucorum mſſ. immo Scripturæ etiam auctoritate munitam retinuimus.

d. Ita mſſ. omnes ac edit. ant. Rom. vero ex Bibliis repoſuit hic & infra *ſub terebintho*.

e Rom. edit. *presbyteris veræ confeſſionis; ut ibi contaminatam diſſereret caſtitatem.* Aliæ cum mſſ. omnibus conveniunt, niſi quod habent *confeſſionis*. Minus bene. Hujus enim loci hic ſenſus eſt: Errores ſeu mendacium presbyteri adſeverantis Suſannam ſub arbore infructuoſa corruptam fuiſſe, ſignificavit ibi caſtitatem fidei contaminatam, ubi gentium &c. Nam quod ſupra dicitur Daniel ibi falſum teſtimonium deprehendiſſe, vox *ibi* non ad arborem Bethel, ſed aliam ei ſteriliate ſimilem referenda eſt.

f. Edit. vet. *non texit perfidiam, & aures* &c. Rom. *non detexit perfidiam, ſed abſcondit, & aures* &c. Mſſ. vero legunt *texit* cum vet. edit. ac in reliquis cum Rom. conveniunt. Videtur autem Doctor ſanctus id innuere, Eccleſiam in Daniele, calumniæ presbyteros convincentis, perſona gentilitatis perfidiam non tegere, id eſt, non diſſimulare, ſed convincere: poſtea tamen in gentilibus qui convertuntur eam per baptiſmum abſcondere ſeu abluere, ut quæ ſequuntur, ſatis oſtendunt.

g Rom. edit. *Senuerat ergo Iacob.* Vet. *Ex hac vita fugit Iacob.* Melius mſſ. omnes, *Ex hac vita fuit Iacob*, id eſt, ejuſmodi vitam duxit, qualis ſupra deſcripta eſt.

jam clauſa & obſignata tenebat. Quod autem poſſideas, eo quod adhuc ſperes, præſtabilius eſt. Erat ergo ſenex Jacob, ad quem juvenes adverſa temporis alicujus tempeſtate perculſi tamquam in portum ſe ſe recipiebant: ipſe autem tamquam in ſpecula vitæ hujus poſitus ſollicito prætendebat affectu, & longe ante rebus dubiis prævidebat remedia.

Gen. 42. 1. & ſeq. 33. Denique fames erat in tota terra, & ſenex depoſitus quæ alacres juvenes ignorabant, [a] interim primus utrum audierit video. Primus B admonuit filios ſuos in Ægypto exuberare frumenta, & eo proficiſcendum, ut emerent quæ Ibid. 43. 11 ſibi ad uſum neceſſaria forent. Libenter etiam ipſe juvenum conſiliis acquieſcebat; ut etiam fi- Ibidem. 45. 28. lium juniorem ſimul mitteret. Et renuntiantibus illis quod Joſeph filius ejus viveret, infracto licet corpore, ſed vivida animi virtute, non exſpectavit ut filius ad ſe veniret, ſed ipſe magis perrexit ad filium. Pietati enim menſura ordinis non præponderat. Nulla itaque ſenſit impedi- C menta feſſæ ſenectutis, cùm pergeret. Pietas enim levabat laborem. Verum ubi recepti filii fructu potitus, aliquanto exacto tempore, decem & ſeptem videlicet annorum, quod ſecundum illam Patriarchæ longævitatem exiguæ portionis tempus eſt, finem vitæ ſibi appropin- Ibidem. 47. 29. quare cognovit. Vocavit Joſeph filium, & per generationis ſuæ futurum heredem conſtrinxit Ibid. 49. 1. eum, ne in Ægypto ſepeliretur. Acceptaque fide, cùm paulo poſt infirmaretur, & veniſſet ad D eum filius ſuus Joſeph, velut reſumtis viribus ſedit ſupra lectum ſuum, & benedixit patriarchas duodecim, & prophetavit.

CAPUT IX.

Jacob morti proximus atque oculis captus, tamen beatus oſtenditur: cujus præterea multiplex commendatio, ſed maxime ob patriarcharum benedictiones, proponitur; ac demum concluditur nec ipſum nec ſanctorum alium propter ærumnas minus beatum haberi oportere. E

34. Dicant nunc aliqui non beatum Jacob, cùm in ipſis mortis eſſet diebus, qui pene plura cum Deo, quam cum hominibus alloquia miſcebat: non beatum cùm oculi ejus gravarentur in ſenectute, & non poſſet videre. Videtur enim quibuſdam cæcitas eſſe gravis ærumna calamitatis. Sed tunc quoque beatus Jacob; quia diſcernebat ſpiritu, quod oculis diſcernere adſpectuque non poterat. Videbat futura, F Ibidem 48. 14. & ſeq. qui æſtimabatur non videre præſentia. Denique erravit & ipſe Joſeph, ut cùm ad dexteram ejus applicaſſet filium ſuum ſeniorem, & ad ſiniſtram ipſius, hoc eſt Jacob, applicaſſet filium juniorem; ut ætatis ordo benedictionis ordinem reſervaret, extenderet dexteram ſuam ſuper nepotem juniorem, & ſiniſtram ſuper ſeniorem nepotem, & volenti filio patriam dexteram ſuper Ibidem. Manaſſen ſeniorem convertere reſpondenit: *Scio, fili, ſcio, & hic erit in populum, & hic exaltabitur:*

A *ſed frater ejus junior major illo erit.* Et cauſam prælationis adjunxit dicens: *Semen ejus erit multitudo gentium.* Adeo licet impedito corporis adſpectu, melius videbat, ut videntem doceret erraſſe. Quis enim melius videt, quam qui videt Chriſtum? Aut quis poteſt dicere oculis impeditum eum, qui videbat in Chriſto refulgentem Eccleſiam? Nonne igitur clarum eſt, quod debilitas beatitudinem impedire non poſſit? Ille oculorum impeditus munere, ille defatigatis corpo- B ris viribus in lecto tamquam in ſepulcro corpus relinquens adſurrexit in ſe, & longe ab aliis, atque intra ſemet ipſum ſe ſe colligens præſentibus ſe rebus ſubduxerat, & noviſſimorum dierum futuræ miſcebatur ætati. Sic enim ſcriptum eſt: *Annuntiabo, inquit, vobis quæ occurſura ſunt vobis in noviſſimis diebus.* Ibid. 49. 1.

35. Quid igitur ei deerat, cui Deus aderat, qui ei profecturo dixerat: *Deſcendam tecum in Ægyptum: & ego deducam te in perpetuum?* Ibid. 46. 3. & 4. Nec de- C fuit, quando in eo Spiritus ſanctus loquebatur. Quis tam potens in ſuo domicilio, quam iſte in alieno? Quis tam abundans in ubertate, quam iſte in fame? Quis tam fortis in juventute, quam iſte in ſenectute? Quis tam actuoſus in negotio, quam iſte in otio? Quis tam velox in curriculo, quam iſte in lectulo? Quis tam lætus in flore adoleſcentiæ, quam iſte in mortis confinio? Quis tam dives in regno, quam iſte in peregrino loco? Denique reges benedicebat. Ibid. 47. 7. Nec immerito D pauper non erat, qui nullo indigebat. Pauper non erat, qui ſe pauperem non putabat. Et quis pauperem dicat, cujus converſatione dignus orbis terrarum non fuit? Et ideo converſatio ejus erat in cælo. Hic vero prædives in divitiis ſimplicitatis & ſinceritatis, decorus majore animæ quàm corporis pulcritudine quæ marceſcere non novit, ætate impiger, cui liceret, cùm vellet, corporeo iſto exire gurguſtio, & ſuperna paradiſi mentis vigore penetrare, exſultans ſpiritu, E cùm ſepulcri extrema mandaret. Non enim terreno ſe tumulo claudendum, ſed ſuperno recipiendum domicilio præſumebat; & ideo tamquam alteri mandabat ſepulcrum: ſui autem ſecurus mortem illam immortalitatem putabat. Videbatur corporis implicatus impedimento, & vigilanti in futura tempora præcurrebat affectu, dicens de perſecutoribus Domini, qui de tribu Simeon & Levi [*] auctores erant nequitiæ proceſſuri: *In conſilium eorum non veniat anima mea, &* Ibid. 49. 6. F *in occurſum eorum non contendant viſcera mea.* Quis autem tam validus in virtute, quam fortis iſte in infirmitate, qui dicebat: *Maledictus furor eorum, quia ſuperbus & temerarius; & ira illorum, quia indurata eſt. Dividam eos in Jacob, & diſpergam illos in Iſrael.* Ibidem. 7.

36. Quis vero tam canorus cantibus, quam iſte vocibus, qui toto auditus eſt mundo, qui per omnes populos, per omnes auditur ætates? [b] Quis tam ſuavis numerus ſeptem vocum differentias oblocutus, quam iſte ſeptemplici Spiritus ſancti

a Edit. omnes, *Primus audierat, primus admonuit filios.* At mſſ. contra in noſtram lectionem conſpirant, niſi quod pro, *video*, nonnulli habent, *videro.* Quod ſatis cum initio cap. 8. libri de Joſepho convenit, ubi illud adſeveranter pronuntiavit.

* Scilicet ſcribæ ac ſacerdotes, ut ipſe exponit lib. de Bened. Patriarch. cap. 3.

b Ita mſſ. Theod. Valc. Vict. & Colb. Alii vero, *Quis tam ſuavis* (Thuan. *ſuave*) *numero ejus ſeptem vocum differentiâ oblocutus.* Edit. ver. *Quis tam ſuaviter ſeptem vocum differentias oblocutus.* Rom. denique, *Quis tam ſuavibus numeris ſeptem vocum oblocutus diſcrimina.* Forte quod videretur Ambroſius alluſiſſe ad illud Virgil. 6 Æneid.

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum

gratia reſultavit? Qui licet membris reſolutus, A tamen adtollens ſe animo, & erigens ſpiritu, corporis ſui tamquam citharæ harmoniam diſſoluta membrorum compage deſtructam alta mente deſpiciens non requirebat, ſed otioſam jacere humi patiebatur. Ipſe autem cantu ſe mulcebat interno, & prophetico ſe modulamine delectabat dicens: *Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ ſuper dorſum inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda: ex germine mihi adſcendiſti: recumbens dormiſti ut leo, & tamquam* B *catulus leonis. Quis ſuſcitabit illum?* Et infra: *Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ amboladium ſuum. Hilares oculi ejus à vino, & dentes candidiores lacte.* Quis cantus dulcior, quis ſonus ſuavior, quam remiſſio peccatorum, & reſurrectio mortuorum? Hunc cantum ſanctus David, ille divinæ organum vocis, & dominici ſermonis interpres cithara cecinit ſpiritali. His modulis gratiæ ſublimem illum animum mentemque mulcebat. Hoc cantu mundi iſtius aſpera mitigavit, C hoc ſonitu ſæculi dura mollivit, hoc pſalterio terrorem mortis infregit, hac ſuavitate chordarum inferna calcavit.

Ibidem. 8. & ſeq.

Ibidem. 11. & 12.

37. Sed audiamus etiam alia quæ ſanctus Jacob patriarcha admirabili illo ſuæ organo mentis increpuit: *Nephtalim vitis remiſſa, porrigens in germine ſuo decorem. Filius meus ampliatus Ioſeph, filius meus adampliatus, zelo appetitus filius meus, filius meus adoleſcentior ad me revertere.* Et infra: *Prævaluit ſuper benedictiones montium manentium,* D *& deſideria collium æternorum.* Quid dulcius benedictione? Quid gratius æternitate? Et ipſa verba ſunt cantus, & in verbis magna votorum ſunt præmia, meritorum faſtigia.

Ibidem. 21. & ſeq.

Ibidem. 26.

38. Quid ſuavius ſancto Joſeph, qui nos liberavit ab opprobrio, crucis Dominicæ ſacramento? Sicut enim maledictum factus eſt Chriſtus, ut maledictum ſolveret Legis; & peccatum factus eſt, ut mundi peccatum tolleret: ita opprobrium factus eſt, ut gentilitatis opprobrium auferret: E ſed illud opprobrium Chriſti theſauris Ægypti pretioſius æſtimatum eſt. Et ideo Moyſes Pharao regis aulam reliquit, & fidei elegit opprobrium, cui ſe opprobrio maria dividebant. Ipſe ergo Nephtalim vitis totum remiſſa per mundum, ut omnibus populis ubertatem poculi ſpiritalis infunderet. Ipſe eſt ampliatus, habens nomen ſuper omne nomen, qui quoniam ſe pro omnibus obtulit morti, ideo audivit a Patre: *Ad me revertere.* Loquebatur Jacob, & Deus audie- F batur. Ille benedicebat, & Deus perſonabat dicens Filio: *Ad me revertere*, hoc eſt, poſt paſſionem revertere. Revertere ad ſedem tuam, revertere cum trophæo, revertere ad me; ut te reſurgentem defuncti ſequantur, & tua poteſtate pariter, atque exemplo reſurgant, ut ſias primogenitus ex mortuis, ut ad dexteram ſedeas Patris. Unde & Filius dixit: *Amodo videbitis Filium hominis ſedentem ad dexteram virtutis Dei.*

Matth. 26. 64.

39. Neget quis beatum Jacob in ipſo mortis ſupremo, qui divina fundebat oracula. Neget A beatum Joſeph in carcere, ubi ſapientiæ ſpiritu interpretabatur ſomniorum quæ audierat, veritatem, & futurorum ſeriem revelabat. Neget beatum Eſaiam, cùm medius ſecaretur: Hieremiam, cùm mergeretur: Daniel ſanctum, cùm inter leones ſtaret intrepidus, & prandium ei raptus ab Angelo propheta deferret. Non utique ideo beatus, quia alienum prandebat prandium: ſed quia meritis ſuis impaſta leonum ora claudebat. Quis autem non beatam dixerit ma- B trem Machabæorum, quæ ſeptem filiorum funeribus octavam ſe addidit ad laudem cæleſtis triumphi?

CAPUT X.

Quanta laudi fuerint ſacerdoti Eleazaro ſupplicia conſtanter tolerata, propter quæ vere beatus ſit judicandus.

40. NEc te, Eleazare, prætermittam, [a] utpote ſacerdotem ſacerdos, ſed tuis ju- C vandus oratis: qui genere ſacerdos, penitus in Lege, maturus ævi, cùm oblatus eſſes Antiocho perſecutori, nec tentamentis potuiſti capi, nec præmiis inflecti, nec ſuppliciorum acerbitatibus frangi. Denique à blandimentis cœpit, quia judicabat tormenta ſua poſſe ſuperari. Erubeſco, inquit, canitiem tuam, revereor ſenectutem, miror prudentiam: cur abſtinendum bonis epulis putes quas natura largitur? Relaxa iſtiuſmodi D pervicaciam, expergiſcere aliquando, dum adhuc malo tibi perſuadere, quam extorquere; ne victus ſuppliciis facias, quod refutas ratione invitatus. Ad hæc reſpondit ſenex: Nos, Antioche, non * intentione ducimur, ſed reverentia Legis tenemur, quæ à ſuilla carne abſtinendum præcipit. Pulcherrimam judicas creaturam; negare tamen non potes quod potior ſit temperantia, quàm voluptas, potior legis obedientia, quàm prævaricatio. Quod ſi hoc leve putas, ut carne E veſcamur ſuilla: qui in minimis legem contempſerit, quomodo in magnis tenebit? Aut ſi pretioſa eſt creatura hujuſmodi; vindicans, cùm eo quod ſit pulcherrimum, defraudamur. Abſtinentia autem noſtra diſciplina eſt caſtimoniæ. Diſcimus enim reſecare luxuriam, cupiditates vincere, excludere concupiſcentias, delectationibus corporis obviare. Fortitudinis quoque exercitium eſt, pœnis pro Lege non cedere. Juſtitiæ quoque inſigne atque prudentiæ, ut quod ſe- F quendum elegimus timore Dei, morte propoſita reſervemus. Quis eſcam imperet liberis? Quis autem ſe ridendum [b] præbeat ut in hoc ſerviat, & non ridebitur? Non ſum ita ſenex, ut mihi non juveneſcat animi fortitudo.

a 2 Machab. 6. 18. & ſeq.

41. Suſpenſus itaque cùm hinc atque inde graviter verberaretur, nec jam ferrent ſenilia membra verberum pœnas, laſſatis carnificibus atque extenſoribus, in terram deflexus inflexibilem mentem gerebat. Et quidam ſeu longævam miſeratus ætatem, ſeu tentamentis circumvenire deſiderans: Reſponde, inquit, tantum-

a Omnes edit. ac plures mſſ. *ut pote ſacerdotum ſacerdos, ſed tuis juvandus.* Rom. edit. *juvandum oratis.* Optime cod. Torn. Theod. & Valc. *ut pote ſacerdotem ſacerdos,* &c. Rurſus mſſ. aliquot, & cunctæ edit. *qui genere ſacerdos*: aliquot alii, *qui genus ſacerdotale*. Thuan. ac Remig. legunt, *qui gentis ſacerdos*.

*. *Intentione*, id eſt, propria voluntate ac electione; niſi fortè idem ſit, atque animi contentione & pertinacia.

b Vet. edit. cum parte mſſ. *præbeat? In hoc ſerviat, ſed non ridebit.* Rom. *præbeat? Quis autem in hoc ſerviat, & non ridebitur?* Ab hac non multum receduut alii aliquot mſſ. quos ſecuti ſumus.

modo te manducaturum: nos te eſcæ ejus immunem præſtabimus. At ille clamans: Nequaquam, inquit, contingat mihi, ut fiam ſenex incentivum juvenilis erroris, qui hucuſque eram forma ſalutaris inſtituti. His ego ludibriis, ut paululum vivam lucrabor, & totius vitæ labores addicam brevis viatico ſenectutis? Senectus portus debet eſſe, non vitæ ſuperioris naufragium. Non te negabo, Lex patria, non abjurabo vos, ſancta inſtituta majorum, non decolorabo vos infulæ ſacerdotales, non te perfidiæ pulvere turpabo palam canities? Quid multa? Immoriendo tormentis factus eſt ceteris magiſterium perſeverantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum. Beatus igitur, in quo non potuerunt tormenta rationem vincere. Annon beatus, qui potuit virtute animi victor eſſe pœnarum, pietatiſque remigio ſervare integram in tantis fluctibus paſſionem?

CAPUT XI.

De admirabili patientia ac fortitudine ſeptem fratrum Machabæorum, quibus mater octava addita fuit, qui ſuis ſuppliciis meritum beatæ vitæ acquiſierunt.

2. Machab. 7. 1. & ſeq. 42. POſt ipſum ſtatuti ſunt pueri ſeptem cum matre. Inſultare licet tyranno, qui dum callide à ſene incipiendum putat, magiſtrum eligit quo diſcipulos faceret fortiores, quorum velut puerilem ætatem præmiis provocabat ad culpam, urgebat terroribus ad formidinem. At illi non degeneres tanto duce reſpondent: Quid nos contemnis vel circumſcribis, [a] ut pueros? Sed fides cana eſt, ſed valida diſciplina. Experire certe, ſubjice quibus placet pœnis puerilia viſcera, non invenies corda puerilia: nec potentiores erunt tormentorum machinæ, quam legitimæ obſervationis excubiæ. Quem vicit ſenectus, ſuperabit æmula ſenectutis pueritia. Sequimur patrem filii, diſcipuli doctorem. Collige ſuppliciorum inſtrumenta propoſita: meditationem patientiæ, [b] non terrorem infantiæ adferunt, dum videntur.

43. Juſſit maximum natu eligi. At ille ridens: Recte, inquit, naturæ ordinem ſervas. Sed cur Dei legem temerandam putas? Et pro pietate quidem omnes maximi ſumus: ſed tamen à me inchoatum gaudeo. Quid quæris, tyranne? Confiteor nos ſummo Deo ſervire, & doces quid agere debeamus. Si tu tantâ pertinaciâ vis extorquere veritatem, cur non omni virtute nos eam tenendam putemus? Quid plura? Adhibentur variarum genera pœnarum. Sed vicit pietas immanitatis furorem: excluſa eſt anima, non religio.

Ibidem. 7. & ſeq. 44. Secundus acceſſit, nec degener fratris munia piæ confeſſionis implevit. Et cùm detraheretur membrana capitis, reſpondit: Aufertis quidem membranam, ſed habeo galeam ſpiritalem, quam non poteſtis auferre. Et vere hanc galeam nemo poteſt auferre, ſicut poſtea Apoſtolus docuit in Eccleſia Domini: *Quia caput viri Chriſtus eſt*. Et, *Ejus ſumus membra*. Recte puer iſtam divino ſpiritu doctrinam apoſtolicam prævidebat. Exuebant immanes beſtiæ corium capitis, & pardalicis feritatibus ſæviebant. At ille deficiens: Quam dulce eſt, inquit, mori pro religione, quàm ſuavis omnis acerbitas mortis pro pietate; quia manet horum remuneratio laborum! Tua ſunt, rex, graviora tormenta: tu tuis vehementius torqueris ſuppliciis; quia vides te vinci in poteſtate. 1. Cor. 11. 3. Epheſ. 5. 30.

45. Et hoc defuncto, tertium ſtatui ſibi juſſit. Et cùm eum partim tentaret inſidiis, partim cuperet terrore percellere, reſpondit ad eum: Non faciam voluntatem tuam, non ſuccumbam imperio tuo. Per beatam illam fratrum meorum paſſionem, & nobilitatem, non negabo piam germanitatem. Quævis adhibero ſupplicia, quibus magis urgens hoc proficias aſpetitare pœnarum, ut majora teſtimonia noſtræ germanitatis accipias. Iuſſit itaque ei linguam amputari. At ille exclamans: Victus es, inquit, Antiochе, qui organum vocis abſcindi jubes. Confeſſus es te reſpondere non poſſe rationi, majoraque probas linguæ noſtræ flagella, quam tua verbera. Nos enim tua verbera non timemus, tu noſtræ vocis flagella non potes ſuſtinere: ſed hæc pietatis flagella ſunt, tua flagella perfidiæ: ſed etiam lingua ſublata gravius te ſuo cadens murmure flagellabit. Evadere te putas, Antioche, ſi vocem eripias? Et tacentes Deus audit, & magis audit. Ecce aperui os meum, laxavi linguam meam, abſcinde linguam: ſed non abſcindes conſtantiam, non virtutem auferes, non rationem obliterabis, non eripies teſtimonium veritatis, non eripies cordis clamorem. Si lingua amputetur, ſanguis clamabit, & dicetur tibi: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad te*. Audit enim ſanguinis vocem, qui audit internas cogitationes, tenebræ licet operiant, & parietum ſepta circumdent. Dicat impius, quia nullus ſibi teſtis adſiſtat: explorat univerſa, videt omnia Deus; nec eſt aliquod facinus quod poſſit latere omnium judicem, qui cognoſcit univerſa, antequam fiant. Quid verba damus? Loquaciora ſunt vulnera: etſi vulnera tegantur, etſi abſcondatur cicatrix, non abſconditur fides. Nec tamen plaudas quod auferendo linguam, confeſſionem laudis eripias. Satis jam Deum ſermone laudavimus, nunc paſſione laudemus. 2. Machab. 7. 10. & ſeq. Gen. 4. 10.

46. Et hoc peremto, juſſit quartum vinciri ad rotam, ut ejus vertigine membris omnibus ſolveretur. At ille cùm torqueretur immaniter: Diſſolvis, inquit, corporis membra, ſed adjungis gratiam paſſioni, nec eripis ſolatium morti. Eſt enim vox tonitrui in rota, quia in bono & inoffenſo vitæ iſtius curſu cæleſte reſultat oraculum, * ſicut in Johanne & Jacobo filiis tonitrui reſultabat. Itaque illud quod legi, nunc manifeſtius recognoſco: *Quia rota intra rotam currit, nec impe-* Ibidem 13. Ezech. 1. 16. & 17.

a Poſt vocem, *pueros*, addit edit. Rom. *pueri ſumus*, quod nuſquam libri reperias.
b. Mſſ. non pauci, nec inferioris notæ, *non terrorem inſcitia adferunt*.
*. Videtur quibuſdam hic memoria lapſus Ambroſius, dum æſtu raptus eloquentiæ Machabæo illi apoſtolorum qui multis poſt annis in lucem editi ſunt, mentionem tribuit. Sed quidni dicamus quarto huic fratrum eodem modo propheticum ſpiritum à ſancto Antiſtite adſcriptum, quo ſupra legimus de ſecundo. *Recte puer iſtam divino ſpiritu doctrinam apoſtolicam prævidebat!* Niſi quis malit illa verba, *ſicut . . . reſultabat*, parentheſi eſſe includenda.

ditur. Teres enim vita ſine ulla offenſione in quavis paſſione verſatur, & intra hæc quoque rota currit. Currit Lex intra gratiam, & obſervantia Legis intra divinæ curriculum miſericordiæ eſt: nam quo magis volvitur, plus probatur. Potius eſt hîc ab impiis adverſa tolerare, ut ibi à Domino conſolationem invenire poſſimus. Et iſte conſummans curſum ſuum abrupit ſpiritum, animamque victor effudit.

Ibidem. 15. & ſeq. 47. Quintus cùm ſiſteretur, cæſo prius eidem juſſit ignes admoveri, ſubjici incendia. Manabat è vulneribus cruor, & effoſſis ulceribus, ſanguis effuſus ipſos flammarum extinguebat globos. At ille inter ignium crepitus audiebatur dicens: Gratias tibi, Domine, quod dediſti nobis dicere: *Tranſivimus per ignem.* (*Pſal. 65. 12.*) Et ſicut alibi idem tuus dicit Propheta: *Igne nos examinaſti, ſicut igne examinatur argentum.* (*Ibid. 65. 10.*) Adſtabo tibi ſicut aurum purgatus incendio; & ſi quid fuit culpæ, ignis exuſſit. Itaque & iſte transfiguratus à corruptela ad incorruptionem, vitam exhalavit.

2. Mach. 7. 18. & 19. 48. Sexto quoque admota tormenta ſunt. At ille, Noli, inquit, fruſtra errare, & tuæ hoc adſcribere poteſtati, quod iſta adverſum nos exerceas. Noſtrorum hoc delictorum eſt pretium, ut peccantes puniamur. Et gratias Domino, quod hîc à nobis * duplicia peccata exiguntur, ut ibi nobis conſolatio deferatur. Gratias autem & tibi, quod tam durus & immitis es, ut talibus noſtris ſuppliciis Dominus in quem peccavimus, genti noſtræ propitius fiat. Nos quoque ablevamus ærumnam, dum fidei paſſionibus delectamur. Et iſte duris atque aſperis dilaceratus ſuppliciis, appoſitus eſt ad fratres ſuos.

Ibidem 24. 49. Supererat junior ex fratribus, & jam pudebat Antiochum immaturæ ætati ſe ita fuiſſe ludibrio. Itaque dolis eum deſiderans circumſcribere, pollicebatur honores, divitias, amicitiam ſuam, conſortium ſecretorum. At vero pia mater monebat filium ſuum, dicens & huic ſicut ceteris: *Neſcio quemadmodum in uterum meum introiſtis, neque ego ſpiritum donavi vobis, neque membra formavi: ſed hæc omnipotentis Dei munera ſunt.* (*Ibidem. 22.*) Putavit Antiochus videns matrem ſollicitam, quod saluti ejus timeret, ipſi quoque ſuadere cœpit, ut filium ab intentione ſua revocaret. At illa voce patria dicebat filio: Tu ſolus ſuperes, fili, ſumma votorum meorum: tu poſtremus clauſiſti partus meos, tu poſtremus conclude gaudia mea. Miſerere mei, quæ te in utero tot menſium curriculo portavi; ne uno momento confundas ſenectutem meam, ne decolores tot fratrum tuorum trophæa, ne ſacrum eorum comitatum relinquas, ne conſortium deſeras. Te adhuc iſti exſpectant triumphi. Adſpice in cælum, unde hauſiſti ſpiritum, ad Patrem omnium: adſpice in terram, quæ tibi ante alimoniam miniſtravit: adſpice ad fratres, qui collegam requirunt: adſpice ad matrem, quæ tibi lac dedit, redde mercedem pii ſanguinis, noli à fratribus, noli à matre divelli. Temporales opes ſunt quas promittit Antiochus, temporales honores: perpetua corona quæ à Deo omnipotente defertur. Vos mihi ſeptem dierum lumina dedit Dominus, ſextum jam diem clauſi, & omnium opera bona valde. Debes mihi, fili, ut quæ in illis ſex laboravi, in te requieſcam ſeptimo, tamquam a ſæculi operibus jam feriata. Itaque proripiens ſe juvenis ait: Quid ſuſtinetis? (*Ibid. 10 & ſeq.*) Et multa vociferans, quod nequaquam divelli poſſet à fratrum conſortiis, quorum multo beatiora eſſent funera, quam regis imperia, cùm urgeret conviciis regem, & ipſe acerbis excruciatus tormentorum generibus vitæ hujus munus abſolvit.

Ibid. 41. 50. Noviſſima mater oblata eſt neci. Quis hanc beatam neget, quæ quaſi ſeptem vallata [a] muneribus, inter corpora filiorum nullum ſentit mortis incurſum? Quis, inquam, dubitet de ejus beatitudine, quæ ſeptem turribus circumdata, in paradiſi ſedem caput extulit, quæ ſeptem filiis cincta ſacratiſſimum Deo chorum non ſolum canorum vocibus, ſed etiam paſſionibus ad concinendas Domino laudes cæleſtibus invexit altaribus? Quam bonus fidei partus, quam tutus portus iſte pietatis, quam ſplendida lucerna Eccleſiæ ſepteno fulgens lumine, [b] & octavo utero cunctis luminibus oleum ſubminiſtrans. De quibus pulcre dicitur: *Date partem illis ſeptem, & illis quidem octo,* (*Eccleſ. 11 b.*) eo quod in utroque numero conſortium gratiæ conſequantur, in Lege nutriti, per gratiam coronati, ſeptem tamquam in ſabbato, octo tamquam in Evangelio, pia matre ſupplemento paſſionis adjuncta, quæ in talibus filiis integram pietatis formam & parturivit & peperit.

CAPUT XII.

Elegantiſſima beatæ illius feminæ ſeptem filiorum martyrum parentis commendatio.

51. Recurrunt in memoriam ſermones ſanctæ feminæ dicentis ad filios: Ego vos genui, ego vobis ſuccum lactis infudi, nolite nobilitatem veſtram perdere. Sic aliæ matres revocare à martyrio ſolent filios, non vocare. At iſta maternum in hoc ponebat affectum, ſi filiis vitam magis perpetuam, quàm temporalem ſuaderet. Spectabat itaque pia mater filiorum certamina, & quamvis maternorum viſcerum compaſſione quateretur, tamen pietatis ſtudio premebat dolorem. Et offerente Antiocho, cùm poſſet ſalutem eligere filiorum, malebat periculum: compreſſiſque naturæ gemitibus, pœnas filiis optabat augeri, ut mors citius appropinquaret. Videmus converſa vota matris in filios; ne quem ſuperſtitem derelinqueret, ſed omnes piæ coheredes mortis acquireret.

52. Sed nec filii minores tali parente, qui ſe invicem cohortabantur, qui dicebant uno ſtudio, & quadam animorum acie: Mortis adverſæ [c] impetum proteramus. Tunc enim vivemus, cùm fuerimus mortui. Nemo pietatis ordinem derelinquat, nemo ſe ſubtrahat prælio triumphali. Non homini, ſed omnipotenti Deo noſtras devovimus animas: non homini, ſed auctori omnium militamus. Talis hæc pugna eſt, ut ille glo-

*. *Duplicia peccata*, propria nimirum, & communia totius gentis.

a Rom. edit. *vallata muralibus.* Aliæ omnes, ac mſſ. *vallata muneribus*, id eſt, hoſtiis ac victimis, quibus illa Deo litavit. Vat. cod. in margine, al. *funeribus* Non incommode.

b Sic cuncti mſſ. atque edit. excepta Rom. ubi legitur, *& octavo utero.* Sed potuit vas aliquod à figura uterus dici, vel forte ipſum lampadis corpus.

c. Omnes edit. *impetum petamus.* Omnes mſſ. *impetum proteramus*, excepto uno Vat. in quo *impetum præoptamus.*

riosius vicerit, qui crudelius occiſus fuerit. Itaque [A] nemo timuit, nemo trepidavit, nullus ad mortem ex tot fratribus pigrior fuit: ſed omnes tamquam ad immortalitatis viam, ita ad mortem per acerba ſupplicia cucurrerunt; & mater conſona cernens filiorum agmina, tamquam pia anima ſui membra corporis in filiis offerebat, & per artus proprios videbatur ſibi votiva ſubire tormenta.

53. Cadebant filii tormentis exulcerati, mortui ſuper mortuos advolvebantur, corpora ſuper [B] corpora volutabantur, capita ſuper capita exſecabantur. Refertus erat locus cadaveribus filiorum, non flevit mater, non lamentata eſt, non oculos cujuſquam preſſit, aut ora morientis clauſit, non lavit vulnera, ſciens glorioſiores eſſe, ſi eviſcerati & concreti pariter pulvere & ſanguine viderentur, quales ſolent de bello redire victores, quales ſolent trophæa ex hoſtibus reportare. Non ſuperjacienda velamina, non proſequendas exequias, niſi ſuæ quoque comitatu [C] mortis arbitrata eſt. Quæ cithara dulciores ederet cantus, quàm morientes filii in tam gravibus ſuppliciis ediderunt? Erumpebat enim naturæ gemitus, etiam invitis. Spectares per ordinem peremtorum cadavera ſicut fila chordarum, audires heptacordum pſalterium triumphalibus gemitibus reſultare. Non ſic illecebroſi illi, ut aiunt, cantus Sirenarum adtraherent audientem: illi enim ad naufragium trahebant, iſti ad ſacrificii victoriam. Nec ſic cygnea carmina aures animumque mulcerent: cygni enim naturæ ſorte moriuntur, iſti moriebantur amore pietatis. Non ſic rauca reſonant ſecreto in nemore columbarum murmura, ut ultima verba morientium cum ſumma ſuavitate reſonabant. Nec ſic luna inter ſtellas refulget, ut inter filios mater, & cùm eos ad martyrium illuminatura deduceret, refulgebat, & cùm amplexata victores in medio filiorum jaceret.

54. O vera mater adamante fortior, melle dulcior, flore flagrantior! ô indiſſolubile pietatis vinculum! ô vere valida caritas [a] ſicut mors dura, ſicut inferi zelus devotionis ac fidei. Nulla tantarum diluvia paſſionum tuam potuerunt caritatem excludere, nulla inundare eam flumina tantarum acerbitatum. Sicut arca in illo mundi diluvio totius orbis ſpatiis innocua ferebatur: ita & tu adversus fluctus tam gravium paſſionum pietate immobilis reſtitiſti, & cùm poſſes ſalutem filiorum eligere, noluiſti.

55. Quo affectu vos proſequar ſanctæ matris pia pignora? Quo penicillo ſermonis mei deſcribam formæ veſtræ & animarum ſimilitudinem? Stetiſtis inter exercitus regios, quibus totus fuit orbis terrarum ſubactus, quos India quoque in extremi maris ſecreta refugiens non declinavit; & ſoli de rege ſuperbo ſine bellico conflictu victoriam reportaſtis. Vicerunt in vobis ſola arma pietatis: dedit pœnas tyrannus, & quia vos non potuit vincere, & quia atroci peremtus eſt morte.

a. Rom. edit. ſola, *ſicut mors, durus ſicut inferi zelus.* Illi tamen favent LXX. apud quos hic locus Cant. 8. ℣. 6. ita ſcribitur: ὅτι κραταιὰ ὡς θάνατος ἀγάπη: σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος.

IN LIBRUM DE JOSEPH PATRIARCHA
ADMONITIO.

Ambroſius jam inde ab exordio hujus operis ipſo ſacrorum voluminum ordine adductum ſe eſſe profitetur, [a] *ut libris* de Abraham, Iſaac, & Jacob, *in lucem editis, nonnihil in Ioſeph quoque hiſtoriam meditaretur. Quocirca poſt expoſitam* [b] in Abraham impigram fidei devotionem, *id eſt, animum divinis imperatis obſequentiſſimum;* in Iſaac ſinceræ mentis puritatem, *id eſt, mentem quæ omnibus ſæculi nævis ac ſordibus abſterſis cum Verbo æterno intimum quoddam ſpiritalis connubii fœdus ineat; denique* in Jacob ſingularem animi, laborumque patientiam, *cujus beneficio vel in atrociſſimis infortuniis beatitudo retineatur; non contentus has omnes virtutes ſtylo celebraſſe, aliquid adhuc expreſſius ac magis determinatum in Ioſepho, cujus præcipua laus in caſtitate poſita eſt, proponere apud ſe ſtatuit. In ſuperioribus noſtris Admonitionibus quemadmodum S. Præſul memoratas eorumdem primorum patriarcharum virtutes ediſſerendo ipſorum hiſtoriam demonſtraverit, expoſitum eſt: nunc paucis qua ratione id ipſum in hiſtoria Ioſephi præſtiterit, inquirendum.*

Principio docet Ioſephum nobis proponi [c] tamquam ſpeculum caſtitatis, *cùm ea virtus ſimul &* quidam caſtimoniæ comes nitor gratiæ *in ejus moribus factiſque omnibus perfectiſſime refulgeat. Quoniam vero nuſquam majori cum ſplendore ſancti adoleſcentis pudicitia enituit, quàm cùm ipſam uxor Putipharis apud quem ille ſerviebat, multiplici lenocinio improbiſſimiſque conatibus labefactare conata eſt; eapropter ſingulare hoc ejuſdem Patriarchæ ornamentum S. Ambroſius tota eloquentiæ ſuæ vi prædicat, licet uno tantum* [d] *capite difficillimum illud certamen ac periculi pleniſſimum comprehenderit. Illic aperit omnia illecebrarum atque artium genera quibus corruptæ mulieres amatos corrumpere, eorumque continentiam expugnare aggrediuntur. Conſtantiam ac prudentiam quibus S. Ioſeph illius petitiones nunc reſiſtendo, nunc fugiendo caſſas reddidit, amplificat. Monita ſubinde inſerit inſtituendis moribus utiliſſima. Poſtremo dum caſtiſſimum hunccce victorem commendat, minime dubitanter,* pro caſtitate, *inquit,* [e] martyrium ſubibat, *nimirum cùm cæleſtis illius virtutis causâ in vincula rapi ſe patiebatur, de refellendis heræ ſuæ calumniis haudquaquam ſollicitus.*

Ceterum præter hanc laudem ſunt & alia multa in vita Ioſephi, quæ ſummam conſiderationem mereantur. Illa beatus Doctor ſilentio prætermiſſa noluit, ſed eâ ratione pertractavit, quam hactenus in exornandis priſcorum patriarcharum geſtis non adhibuerat. Auſpicatur [f] *ab invidia qua fratres in Ioſephum ſtimulaverat; ac ejus occaſione nonnullis circa amoris quem parentes erga liberos præ ſe ferre oporteat, æqualitatem obſervationibus præmiſſis,* [g] *Ioſephum Chriſti domini typum ac figuram ſomniis ſuis extitiſſe demonſtrat. Deinde quid*

a. Cap. 1. num. 1.
b. Ibidem.
c. Ibidem. num. 2.
d. Cap. 5.
e. Ibidem. num. 26.
f. Cap. 1. num. 3.
g. Cap. 2.

quid

quid in Geneſi de ſancto Patriarcha legitur, ſatis accurate percenſens, omnes propemodum ejus actiones myſticè atque in figura Chriſto convenire, proindeque hunc ipſum pro vero Scripturæ Ioſepho habendum docet. Id quidem adeo exacte probat, ut bene multis Ioſephi ex libro Geneſi, & Chriſti ex Evangelio verbis ſibi invicem oppoſitis, ea maximam inter ſe cognationem habere [a] *patefaciat. Denique cùm in hac ipſa hiſtoria reliquis etiam filiis Iacob ſuæ partes fuerint, indictos eoſdem non ſinit, ſed in Benjamin exhibitam fuiſſe Pauli quem eximiis laudibus proſequitur, imaginem tradit; in aliis vero fratribus expreſſam Iudæorum in quos invehitur, perfidiam atque immanitatem; quamvis ipſos quoque ad fidem tandem aliquando perventuros ſignificet.*

a. Cap. 12. & 13.

Crebras quidem expoſitiones ac præceptiones quæ Chriſtianæ plebis moribus conducant, toti operi pius Doctor inſpergit, verumtamen in eruendo myſtico ſenſu laborat impenſius. Unde uno verbo non injuria ſtatuere quis poſſit hoc libro nil contineri niſi myſticam expoſitionem eorum omnium, quæ in Geneſi de ſancto Ioſeph à ſomniorum ipſius narratione ad ſuſceptam profectionem quò patri ad ſe in Ægyptum venienti obviam iret, memorantur.

Minime ſane obſcurum eſt hanc lucubrationem non ſecus ac ſuperiores omnes à libris de Abraham *concionibus Mediolani pronuntiatis conſtare. Sed cùm aliarum ætatem è tempore quo hujus ſermones habiti fuerint, præcipue cognoſci ſupra affirmaverimus, nunc nobis ut illud planum exploratumque faciamus, opera navanda eſt. Nullum porro validius eſſe putamus ad hanc rem argumentum quàm ea verba quæ occaſione unius è duobus Pharaonis eunuchis cui in carcere Ioſeph extremum crucis ſupplicium vaticinatus eſt, dicuntur à S. Antiſtite. Etenim alias eunuchus ibi deſcribitur,* [b] *qui ante biennium imperatoris favore tumidus, Eccleſiæ tantam irrogaverat contumeliam, ut eam Sanctus noſter dictis quorum meminiſſe jam non libebat, retundere eſſet coactus. Hic idem eunuchus tamquam alter Doech* [c] fraude regem commovit in ſacerdotis, *id eſt, ipſiuſmet Ambroſii*, periculum; *& tamquam alter Aman crudeliter orthodoxum populum exagitans atque divexans nullum lapidem non movebat, ut illi ſuas Eccleſias eriperet, eaſque Arianis quorum impietatem ſequebatur, adſereret. Ad extremum eo crevit ejus amentia ut aliis, nempe ſancto Epiſcopo intentaret mortis periculum: ſed non advertens quæ ipſi vir ſanctus prædiceret,* [d] minabatur aliis ipſe mox ſupplicio dedendus extremo. *Et re vera haud ita multo poſt favore imperatoris excidit; & licet impius ille ad Chriſti cujus divinitatem infici abatur, ſervum, hoc eſt, Ambroſium quem tam inſolenter fuerat inſectatus, confugiſſet, mox tamen carnificis gladio truncatus eſt.*

b. Cap. 6. num. 33.
c. Ibidem. num. 35.
d. Ibidem. num. 34.

Ex hac tota orationis ſerie cognoſcere eſt tam ſedulo hiſtoriam hanc ſuis omnibus adjunctis ab Ambroſio excultam & quaſi veſtitam fuiſſe, ut nil niſi illius quem ſpectabat ea narratio, nomen deſiderari videretur. Id certe non poterat auditoribus eſſe incognitum; neque etiam difficile nobis fuerit ipſum deprehendere, ſi modo hunc locum comparare placuerit cum iis quæ idem noſter Ambroſius de perſecutione quam à Iuſtina Imperatrice ceteriſque Arianis paſſus fuerat, ad Marcellinam ſororem ſcripſit. Ille ſiquidem in calce epiſtolæ ita loquitur: [e] Denique etiam ſpeciali expreſſione Calligonus præpoſitus cubiculi mandare mihi auſus eſt: Me vivo, tu contemnis Valentinianum? *Videlicet quod impiis illius mandatis, & iis maxime quibus unam ex Eccleſiis Catholicorum Arianis ut ſuos ibi conventus agerent, tradere jubebatur, morem gerere detrectabat.* Caput tibi tollo, *inquit arrogans iſte eunuchus; cui Ambroſius tantummodo retulit pauca illa:* Deus permittat tibi, ut impleas quod minaris. Ego enim patiar quod epiſcopi: tu facies quod ſpadones, &c. *Hæc eſſe verba quorum vir ſanctus jam memoriam abolere ſe velle ſignificat, probabile eſt. Si cui autem cognoſcere viſum fuerit qua ratione idem eunuchus ſupplicium quod ſancto Epiſcopo minitabatur, ipſe pertulerit, hoc Auguſtinus declarat* [f] *illis verbis:* Calligonum, *inquit*, Valentiniani junioris eunuchum gladio novimus ultore punitum, meretricis confeſſione convictum.

e. Epiſt. 14. ad Marcel. circa fin.
f. Lib. 6. cont. Iulian. Pelag. cap. 14.

Ut igitur quo tempore hic liber ſcriptus fuerit, intelligatur, quid jam aliud reſtat, niſi ut annum quo hanc ad Marcellinam epiſtolam Ambroſius miſit, diſpiciamus. Credimus autem eum nequaquam temere factarum qui eiſdem litteris annum 385. adſignaverit, quo ſcilicet feſtis paſchalibus in Catholicos prima Iuſtinæ exarſit perſecutio, quæ ſequenti etiam anno iiſdem ſacris diebus recruduit. Atque adeo dicendum eſt ſermones hoſce in Ioſeph Patriarcham anno 387. habitos fuiſſe, cùm ipſomet Ambroſio reduce ex legatione ad Maximum tyrannum, Italia uſque ad menſem auguſtum quo illam invaſit idem tyrannus, pacata fuit. Certe quidem & ſuperiores [g] *libri, & hic de quo loquimur, ſatis aperte indicant beatum Doctorem per tempus quietum verba feciſſe: quin etiam locis nonnullis innuitur* [h] *Eccleſiam id temporis eorum qui ex hæreſi reſipiſcebant, acceſſione locupletatam. Quod poſt ſedatam Arianorum perſecutionem de qua tanta cum laude nec ſine miraculo triumphavit Ambroſius, facile potuerit evenire.*

g. Lib. de Iſaac & An. cap. 4. num 37. & alibi.
h. Lib. de Bono mort. cap. 12. num. 53. & alibi.

Si noſtra hac temporis ratio vera ſit, proculdubio affirmare licebit inter alios Ambroſii auditores, ſicut & inter neophytos quos ille hoc anno 387. baptizaverat, annumerandum eſſe etiam magnum Auguſtinum. Porro cùm hic legatur [i] *mirum in modum probaſſe methodum illam qua Sanctus noſter ſpiritaliter ac myſtice Scripturam ediſſerens, non litteræ quæ occidit, ſed ſpiritus qui vivificat, præcipiebat adhærendum; non eſt cur quiſquam ambigat quin hi tractatus de Patriarchis ei vehementer arriſerint, præ ceteris vero libri de Iſaac & de Ioſeph in quibus tam eleganter myſticus recondituſque ſenſus evolvitur ac enodatur.*

i. Lib. 6. Confeſſ. Auguſt. cap. 4. num. 6.

Prætermittendum hoc loco non putamus Ambroſium, ut videtur, ſemel atque iterum ſignificare [k] *hanc ipſam hiſtoriam à ſe jam fuiſſe explicatam, forte ſuperiori anno cùm ſtatis temporibus ex more illa pars Geneſeos recitaretur. Prima illa in Ioſeph conciones interciderè; teſtaturque hac in commentatione S. Præſul ſe ſe quo tempore illas habuit, de Calligono ſilere voluiſſe. Fuit hoc inſignis modeſtiæ atque caritatis, quibus vix poſt elapſum biennium jam ſingularis eventus, quem populi ſui mentibus profuturum haud ignorabat, mentionem facere permiſſus eſt. Sed ea moderatio non minus in eo eluxit, quod Valentinianum cujus miniſtri ſub imperatoria auctoritate tam atrociter in eum debacchati fuerant,* [l] *excuſet.*

k. Cap. 6. num. 30. & cap. 7. num. 18.
l. Cap. 6. num. 35.

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE JOSEPH PATRIARCHA

*LIBER UNUS.**

* Scriptus circ. an. 387.

A

CAPUT I.

Tractatus de Abraham, Iſaac, & Iacob cur ſancti Joſeph ſequatur hiſtoria. Hic ille tamquam ſpeculum caſtitatis proponitur; ubi etiam de parentum amore, ac fratrum invidentia adverſus eum, nec non de ejuſdem oblivione injuriarum paucis agitur.

1. SANCTORUM vita ceteris norma vivendi eſt. Ideoque digeſtam plenius accipimus ſe- B riem Scripturarum; ut dum Abraham, Iſaac, & Jacob, ceteroſque juſtos legendo cognoſcimus, velut quemdam nobis innocentiæ tramitem virtute eorum reſeratum [a] enitentibus veſtigiis perſequamur. De quibus mihi cùm frequens tractatus fuerit, hodie ſancti Joſeph hiſtoria occurrit. In quo cùm plurima fuerint genera virtutum; tum præcipue inſigne effulſit caſtimoniæ. Juſtum eſt igitur ut cùm in Abraham didi- C ceritis impigram fidei devotionem, in Iſaac ſinceræ mentis puritatem, in Jacob ſingularem animi laborumque patientiam; ex illa generalitate virtutum in ipſas ſpecies diſciplinarum intendatis animum. Nam licet illa ſint diffuſiora; tamen iſta expreſſiora ſunt, & quæ eo facilius mentem penetrent, quo magis circumſcripta ac determinata ſunt.

2. Sit igitur nobis propoſitus ſanctus Joſeph, tamquam ſpeculum caſtitatis. In ejus enim mo- D ribus, in ejus actibus lucet pudicitia, & quidam ſplendet caſtimoniæ comes nitor gratiæ. Unde etiam à parentibus plus quam ceteri filii diligebatur. Sed ea res invidiæ fuit, quod ſilentio prætereundum non fuit.

3. Hinc ergo argumentum totius hiſtoriæ proceſſit; ſimul ut cognoſcamus perfectum virum [b] non moveri ulciſcendi doloris injuriâ, nec malorum rependere vicem. Unde & David ait: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Quid autem eſſet quo præferri Joſeph mereretur ceteris, ſi aut lædentes læſiſſet, aut diligentes dilexiſſet? Hoc enim plerique faciunt. Sed illud mirabile, ſi diligas inimicum tuum, quod Salvator docet. Jure ergo mirandus, qui hoc fecit ante Evangelium; ut læſus parceret, appetitus ignoſceret, venditus non referret injuriam, ſed gratiam pro contumelia ſolveret; quod poſt Evangelium omnes didicimus, & ſervare non poſſumus.

Pſal. 7. 5.

Matth. 5. 44.

4. Diſcamus ergo & ſanctorum invidiam, ut imitemur patientiam: & cognoſcamus illos non naturæ præſtantioris fuiſſe, [c] ſed obſervationis; nec vitia neſciſſe, ſed emendaſſe. Quod ſi invidia etiam ſanctos aduſſit, quanto magis cavendum eſt ne inflammet peccatores?

CAPUT II.

Æqualem eſſe debere parentum affectum, & filiorum gratiam. Excuſatur tamen B. Jacob, ut qui Joſeph pluribus virtutibus ornatum aliis prætulerit; immo etiam prophetiæ gratia jam tunc præditum, uti ſomnia ejus, quæ hic relata exponuntur, declarant.

5. INſtruimur igitur qualis eſſe debeat affectus parentum, filiorumque gratia. Amare liberos dulce; & impenſius amare prædulce: ſed frequenter amor ipſe patrius, niſi moderationem teneat, nocet liberis; ſi aut nimiâ indulgentiâ [d] dilectum reſolvat, aut prælatione unius ceteros ab affectu germanitatis avertat. Plus acquiritur filio, cui fratrum amor acquiritur. Hæc

a Omnes edit. *imitantibus veſtigiis*: omnes mſſ. *enitentibus veſtigiis* &c.

b Edit. Am. & Era. *Non movendum*: Gill. Rom. cum mſſ. *Non moveri*. Rurſus vet. edit. cum tribus mſſ. *ulciſcenda dolore invidia*. Non male Sola Rom. edit. *ulciſcendi doloris invidiâ*. Denique mſſ. decem . *injuriâ* Melius. Hic enim moveri ulciſcendi doloris injuriâ, idem eſt, ac moveri acceptâ injuriâ ad ulciſcendum dolorem. Quæ phraſis licet duriuſcula ſit, non tamen ab Ambroſii elocutione abhorret.

c. Rom. edit. *ſed obſervantioris*. Aliæ, ac mſſ. omnes, *ſed obſervationis*. Haud male, ſi mente ſuppleas, *præſtantioris*.

d. Rom. edit. cum pleriſque mſſ. *delictum reſolvat*. Antiquæ vero edit. ac mſſ. Vat. Alb. & Valc. *dilectum reſervat*. Optime. Idem enim eſt ac dilectum filium ſolutioris vitæ reddat.

præclarior munificentia patrum, hæc ditior he- A reditas filiorum. Jungat liberos æqualis gratia, quos junxit æqualis natura. Lucrum pietas neſcit pecuniæ, in quo pietatis diſpendium eſt. Quid miraris ſi propter fundum aut domum oriuntur inter fratres jurgia, quando propter tunicam inter Jacob ſancti filios exarſit invidia?

6. Quid ergo? Reprehendendus Jacob quia præferebat unum ceteris? Sed nec libertatem poſſumus auferre parentibus; ne eos plus diligant, quos plus credant mereri: nec filiis reſe- B care debemus ſtudium plus placendi. Denique & Jacob illum plus amabat, in quo majora virtutum inſignia prævidebat; ut non tam filium pater prætuliſſe videatur, quam propheta myſterium: meritoque variam tunicam fecit ei, quo ſignificaret eum diverſarum virtutum amictu fratribus præferendum.

Gen. 37. 7. 7. Denique in puero adhuc refulſit divina gratia. Siquidem ſomniavit quod cùm alligaſſet, ut ſibi videbatur per viſum, manipulos cum fratri- C bus ſuis, ſurrexerit manipulus ejus, & ſteterit erectus: converſi autem fratrum manipuli, adoraverint manipulum ſuum. In quo utique futura reſurrectio domini Jeſu revelata eſt, quem & Hieroſolymis cùm vidiſſent, undecim adoravere diſcipuli, & omnes ſancti cùm reſurrexerint, adorabunt, fructus bonorum operum præferen-
Pſ. 125. 6. tes, ſicut ſcriptum eſt: *Venientes autem venient cum exſultatione, tollentes manipulos ſuos.* Unde fratres, licet ſomnii fidem per invidiam deroga- D rent, interpretationem tamen ejus propriis ſer-
Gen. 37. 8. monibus exprimentes, reſponderunt ei: *Numquid regnando regnaturus es nobis, aut dominando dominaturus es nobis?* Regem enim venturum viſio illa ſignificabat, quem omnis caro generis humani inflexo adoraret genu.

8. Vidit autem aliud ſomnium, & narravit illud patri ſuo & fratribus ſuis, eo quod ſol & lu-
Ibidem. 10. na & undecim ſtellæ adorarent eum. Unde *objurgavit illum pater ejus dicens: Quid ergo erit hoc* E *viſum quod ſomniaſti? Numquid venientes ego & mater tua & fratres tui adorabimus te ſuper terram?* Quis eſt ille quem parentes & fratres adoraverunt ſuper terram, niſi Chriſtus Jeſus, quando eum Joſeph & mater cum diſcipulis adorabant, Deum verum in illo corpore confitentes, de quo
Pſ. 148. 3. ſolo dictum eſt: *Laudate eum ſol & luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen?* Objurgatio autem patris quid ſignificat, niſi duritiam populi Iſrael, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, quem ho- F dieque Deum eſſe non credunt, nec volunt adorare quaſi Dominum, quia ex ſe natum cognoſcunt? Audiunt itaque reſponſa ejus, ſed non intelligunt: legunt ipſi quod eum ſol & luna laudant, & nolunt credere de Chriſto Jeſu dictum eſſe. Itaque Jacob typo fallitur alieno: ſed ſuo amore non fallitur. Pietas in eo paterna non errat: ſed erraturæ plebis affectus exprimitur.

CAPUT III.

Quod ſupra Iacob dictus ſit Ioſephum objurgaſſe, id non feciſſe ob incredulitatem: quando futuræ Incarnationis præſcius eumdem ad fratres miſit. Ioſeph poſtquam erravit in agro, venit in Dothaim. Eum fratres è longe videntes interimere cogitant: ſed mutato conſilio vendunt Iſmaelitis. Et hæc, itemque tunicæ cruentatio, & lacus ariditas, myſterio paſſionis adaptantur.

9. NOn ergo tanto ſomnio Patriarcha non credidit, qui utrumque pariter gemino prophetabat oraculo; ut & perſonam juſti repræſentaret & populi, quod Dei Filius venturus eſſet in terras, qui & diligeretur à juſtis, & negaretur à perfidis. Videbat igitur futuræ Incarnationis myſteria, qui filium mittebat ad fratres, Gen. 37. 14 ut videret ſi recte ſunt oves. Quas oves Deus jam tunc in illo Patriarchæ ſtudio requirebat, niſi eas de quibus ipſe dominus Jeſus in Evangelio dixit: *Non veni niſi ad oves perditas domus Iſrael?* Matth. 15. 24 *Et miſit*, inquit, *in Sichem*, quod interpretatione Gen. 37. 13. dicitur humerus, ſive dorſum, hoc eſt, ad eos qui non converterentur ad Dominum, ſed fugientes ſe à facie ejus averterent; quod eſt propriè peccatoris. Exiit enim Cain à facie Dei. Et Propheta dicit: *Pones eos dorſum.* Juſtus autem non Pſ. 20. 13. ſe avertit à Domino, ſed occurrit dicens: *Oculi* Ibidem. 24. 15 *mei ſemper ad Dominum.* Et Eſaias dicenti Domino: *Quem mittam?* ſponte ſe obtulit dicens: *Ecce* Eſai. 6. 8 *ego.* Et Symeon exſpectavit ut videret Chriſtum domini, & poſteaquam vidit, quoniam remiſſorem peccatorum, & totius mundi viderat redemtorem, quaſi levatus à peccato, popoſcit uſu carnis hujus abſolvi, dicens: *Nunc, Domine,* Luc. 2. 30. & 31. *dimitte ſervum tuum in pace; quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Et Zachæus hinc primum ſuæ prærogativam commendationis invenit, quod in arborem ut Chriſtum videret, adſcendit. Ergo Joſeph à patre miſſus eſt ad fratres, ab illo magis Patre, qui proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: ab illo Patre, de quo ſcriptum eſt: *Deus Filium* Rom. 8. 3. *ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati.*

10. Et errabat Joſeph, quia fratres ſuos inve- Gen. 37. 15. nire non poterat. Non immerito errabat, qui quærebat errantes; eos enim agnoſcit Dominus qui ſunt ipſius. Denique & Jeſus fatigatus ex itinere ſedebat ſupra puteum. Fatigabatur, quia non inveniebat Dei populum quem quærebat; exierat namque à facie Domini. Qui enim culpam ſequitur, exit à Chriſto. Peccator exit, juſtus intrat. Denique Adam ſe peccator abſcondit; juſtus autem dicit: *Intret oratio mea in conſpectu* Pſal. 87. 3. *tuo.*

11. Invenit autem Joſeph fratres ſuos in Dothaim, quod ſignificat defectionem. Ubi eſt enim niſi in defectione qui Deum deſerit? Nec mirum ſi deficiebant, qui non audiebant dicentem. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, &* Matth. 11. 28 *ego vos reficiam.* Venit igitur Joſeph in Dothaim: Gen. 37. 18. *Et præviderunt eum de longe venientem, antequam appropiaret ad illos, & inſæviebant, ut occiderent illum.* Merito longe erant, qui erant in defectione, & ideo inſæviebant, quia non appropiaverat iis Chriſtus. Nam ſi appropiaſſet his tempus

Chriſti, fratrem utique dilexiſſent: ſed prope eſſe non poterant, qui parricidium cogitabant. *Ibidem.* 19. *Ecce*, inquiunt, *ſomniator ille venit: nunc ergo venite, occidamus eum.* Nonne hæc verba dicebant, qui de parricidali ſacrilegio cogitabant? Sicut *Sap.* 2. 12. de ipſis Salomon ait: *Tollamus juſtum, quia inutilis eſt nobis.*

Gen. 37. 20. 12. Et addiderunt in Geneſi: *Et videbimus quid proderunt ſomnia illius.* Hoc ſcriptum eſt de Joſeph, completum eſt de Chriſto, quando Judæi *Matth.* 27. 42. in ejus paſſione dixerunt: *Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deum, liberet nunc eum, ſi vult.* Numquid & ipſi fratres tam impii, ut fratrem occiderent? Et unde tantorum merita patriarcharum,[a] ut Lex Tribus totius plebis eorum vocabulis deſignaret? Quomodo conveniunt pietatis nomina, & ſceleris inſignia? Sic etiam iſti typo populi, non animi ſui vitio laborabant. Inde omnis invidia, inde parricidii meditatio: invidia per figuram, pietas per affectum.

13. Denique Ruben & Judas germanitatis pia jura ſervantes, de manibus ceterorum eum liberare cupiebant, meritoque Judas paterna bene- *Gen.* 49. 8. & 9. dictione præfertur, cùm ei dicitur: *Adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda, & ipſe erit exſpectatio gentium.* Quod utique ſoli convenit Chriſto, cui repoſitum fuit ut adoraretur à fratribus, & exſpectaretur à gentibus, lavaret in vino ſtolam ſuam proprii corporis paſſione, quia carnem ſuam nulla peccati labe maculavit. Aſer quoque non utique ſibi convenire credebat. Aſer pinguis panis ejus, [b] & ipſe Aſer cum principi- *Ibidem.* 22. bus. Quid vero ipſe Joſeph, cui dictum eſt: *Filius ampliandus meus Ioſeph, filius ampliandus meus: zelatus filius meus, filius meus adoleſcentior, ad me revertere?* In quem conſilium conferentes maledicebant, in quo benedictio prævaluit ſuper benedictionibus montium manentium, & deſideriis collium æternorum. Quem ſignificari in ſe intelligebant, niſi illum qui omnium merita ſupereminens, ſupra omnium deſideria ſanctorum immenſæ teneret apicem poteſtatis, quem voto nullus æquaret? Compenſatur ergo in patriarchis invidia per gratiam,[*] qui & excuſantur à culpa, & revelationis munere conſecrantur. Non enim tam culpabile eſt dixiſſe quæ plebis ſunt, quam beatum vidiſſe quæ Chriſti ſunt. Subierunt perſonam peccatoris populi, ut acciperent gratiam domini redemtoris. Certe culpam abolevit gratia, gratiam culpa non minuit.

14. Et ut cognoſcamus omne hoc de populo *Gen.* 37. 27. & de domino Jeſu myſterium eſſe: *Venite*, inquit, *vendamus Ioſeph Iſmaelitis.* Quid interpretationis habet nomen Joſeph, niſi quod divinam gratiam ſignificet, & expreſſionem Dei ſummi. Quis igitur venditur, niſi ille *qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemet ipſum exinanivit, formam ſervi accipiens?* *Philip.* 2. 6. & 7. Neque enim nos eum emiſſemus, [c] niſi vendidiſſent eum. Quem ſui male vendiderunt, alieni pejus emerunt. Vendiderunt negotiatoribus bonum odorem, emerunt à proditoribus. Vendidit eum Judas, emerunt Iſmaelitæ, qui ſignificantur latina interpretatione, odio habentes Deum ſuum. Ideo alibi viginti, alibi viginti & quinque aureis, alibi triginta invenimus emtum Joſeph; quia non omnibus unius æſtimatione pretii valet Chriſtus. Aliis minus, aliis amplius. Fides ementis, incrementum eſt mercis: religioſiori pretioſior eſt Deus, peccatori pretioſior eſt redemtor. Pluris & illi valet qui plus habet gratiæ: ſed etiam cui multa donata ſunt, pluris valet, quia cui plus remiſſum eſt, plus diligit, ſicut ipſe Dominus in Evangelio pronuntiavit de illa muliere quæ ſuper ejus pedes effudit unguentum, & lacrymis lavit, & capillis ſuis terſit, & oſculis ſiccavit, de qua ait ad Simonem: *Propter quod dico tibi: Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.* *Luc.* 7. 47. Interdum diverſitates pretii non ſolum quantitatis habent, [d] ſed etiam numeri expreſſionem, ſicut habes de unguento quod ad ſepeliendum ſe Dominus fuſum eſſe memoravit, ſicut ſcriptum eſt dicente Juda: *Potuit hoc venumdari denariis trecentis.* *Marc.* 14. 5. Quo numero non quantitatis, ſed ſignificatio crucis videtur expreſſa. Ita hîc quoque diverſitas [*] vel viginti vel triginta aureorum vel argenteorum, habet vel geminatæ vel triplicatæ perfectionis indicium. Nam viginti quinque aurei, jubilæi qui eſt remiſſionis numerus, ſignificant pretioſiſſimam portionem. Hîc quoque, ut dominicæ paſſionis figuram advertas, ait Judas patriarcha: *Tradamus Ioſeph Iſmaelitis: ut manus noſtræ non ſint injectæ ſuper eum.* *Gen.* 37. 27. Et bene [e] ſuperius dixerat: *Manus autem nolite inferre illi.* *Ibidem* 22. Quod Judæi in Domini paſſione dixerunt: *Nobis non licet interficere quemquam;* *Iohan.* 18. 31. ut ſermo Jeſu impleretur, ſignificans qua morte moriturus eſſet.

15. Jam tunc ergo crucis futuræ præfigurabatur inſigne; ſimul & quod exutus eſt tunica, id *Gen.* 37. 23. eſt, carne quam adſumſit exutus eſt, decora diverſitate virtutum. Ergo tunica ejus, id eſt, caro, non divinitas cruentata eſt: & indumentum ei carnis non immortalitatem vitæ auferre potuerunt. Hanc tunicam Judaicæ beſtiæ cruentaverunt, illæ de quibus dicit: *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.* *Luc.* 10. 3.

16. Quod autem lacus ſiccus erat, quid mirum *Gen.* 37. 24. ſi Judæorum lacus aquam non habet, qui dere-

a. Mſſ. aliquot & edit. Am. ac Gill. *Lex totius* . . Era. ac Rom. *Grex totius plebis eorum vocabulis deſignaretur.* At mſſ. plures & potiores: *Lex Tribus totius* . . *deſignaret* optime. Namque hic *Lex* ſumitur pro libris Moyſis, ubi duodecim Tribus Iſrael patriarcharum nominibus paſſim exprimuntur.

b. Rom. edit. ſola, *& ipſe dabit eſcam principibus.*

*. Ambroſius ſup. cap. 1. num. 4. adſerit patriarchas vere in culpam incidiſſe: hic autem & num. ſeq. eam minuere conatur, ob rationem myſterii: quo etiam argumenti genere uſus eſt cùm de Abrahæ cum Agar concubitu diſputavit lib. 1. de Abrah. cap. 4. Sed non putamus ideo omnem culpæ rationem ſublatam Ambroſium voluiſſe, licet ſecus Auguſtino viſum fuerit.

c. Omnes edit. & cod. Vat. Full. Germ. & Thood. *Niſi vendidiſſent ſui. Male vendiderunt, pejus emerunt.* Mſſ. Laud. Benig. Torn. Valc. & Colb. *Niſi vendidiſſent eum ſui. Male vendiderunt* &c. Colb. autem: *Niſi vendidiſſent eum. Cum ſui male* &c. Denique cod. Mich. Alb. ac Ebr. *Niſi vendidiſſent eum. Quem ſui male vendiderunt, alieni pejus emerunt.* Quæ lectio ceteris præſtare nobis viſa eſt.

d. Mſſ. Valc. *Sed etiam myſterii expreſſionem.*

*. LXX legunt *viginti* aureis, ſed caſtigantur ab Hieronymo. Porro quod addit Ambroſius, *alibi viginti, alibi viginti-quinque,* &c. de ſuæ ætatis codicibus loquitur. Siquidem vetuſtiſſimi noſtri codices ac Bibl. conſtanter legunt *viginti argenteis.*

e. Rom. edit. *ſuperius Ruben dixerat.* Et re ipſa voces ibi relatæ in Scriptura ſoli Ruben adtribuuntur. Verum aliarum edit. ac mſſ. omnium conſenſus facit, ut eas ab Ambroſio etiam Judæ adtribuтas [illegible] credamus: cum præſertim utrumque de liberando Joſeph ſollicitum fuiſſe ſupra narraverit.

liquerunt fontem aquæ vivæ, & fecerunt ſibi la- A
cus contritos? Et ut ſcias verum hoc eſſe myſte-
Pſal. 57. 7. rium, ipſe de ſe Dominus ait: *Poſuerunt me in lacu*
inferiori, in tenebris, & in umbra mortis.

17. Illi igitur emunt Chriſtum qui bonos odo-
res deferunt, thymiama quo adolent altaria piæ
Pſ. 140. 2. mentis: Unde & David græce hoc modo ait: Κα-
τευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου.
Reſinam quoque quâ marmora confracta ſo-
ciantur, eſt reſina ſpiritalis quæ fracturas animæ
tuæ ſolidet, & divulſa connectat, reſoluta con- B
ſtringat. Hæc enim ſpiritalis reſina corroborat,
& quædam comminuta animæ membra compo-
nit, ut ſine offenſione ſocientur. Denique Hie-
remias hanc quærit reſinam, ut Babyloniam cu-
Hier. 51. 8. & 9. ret ſanare, ſi poſſit, dicens: *Accipite reſinam cor-*
ruptioni ejus, ſi quo modo ſanabitur. Curavimus Ba-
bylonium, & ſanata non eſt. Non eſt ſanata Sy-
nagoga, quia reſina iſta migravit ad Eccleſiam.
Ideo ex Galaad veniebant negotiatores, hoc eſt,
de poſſeſſione vel incolatu teſtimonii, merces C
ſuas ad Eccleſiam transferentes, ut gentium pec-
Eſai. 35. 3. cata reſina iſta curaret. De quibus dicitur: *Con-*
valeſcite manus demiſſa, & genua diſſoluta. Fides
ſincera reſina eſt. Hanc adhibebat Petrus, cùm
Act. 3. 6. diceret claudo: *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni*
ſurge, & ambula, meritoque ſurrexit, & ambula-
vit. Hanc habebat cùm diceret paralytico: *Ænea,*
Act. 9. 34. *ſanet te dominus Ieſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibi.*
Et ſurrexit, & ſtravit ſibi. Hanc habebat cùm di-
Ibidem. 4. ceret mortuæ: *Surge in nomine domini noſtri Ieſu* D
Chriſti. Et defuncta ſurrexit. Hujus reſinæ tempe-
ramento lapides illi de quibus potens eſt Domi-
nus reſuſcitare filios Abrahæ, compaginantur.
Hujus reſinæ medicamento claudus erigitur, pa-
ralyticus reformatur, mortua reſuſcitatur.

Gen. 37. 31. 18. Illud quoque quod hœdi ſanguine reſper-
ſerunt tunicam ejus, videtur ſignificare quoniam
falſis teſtimoniis appetentes, in invidiam dedu-
xere peccati omnium peccata donantem. Nobis
agnus eſt, illis hœdus. Nobis agnus Dei occiſus E
eſt, quibus abſtulit peccatum mundi: illis hœ-
dus, quorum acervavit errores, delicta cumula-
Matth. 23. 32. vit. Ideoque ait: *Implete menſuram patrum veſtro-*
rum. Meritoque Jacob poſteritatis ſuæ deplorans
diſpendia, quaſi pater filium flebat amiſſum, qua-
ſi propheta lugebat interitum Judæorum. Deni-
que ſcidit etiam veſtimenta ſua: quod in paſſio-
Matth. 26. 65. ne Domini factum legimus à principe Sacerdo-
tum, in quo eſſet non privata perſona, ſed pu-
Matth. 27. 51. blici munus officii. Et velum templi ſciſſum eſt; F
ut profanata myſteria, nudatum populum ſalu-
taribus indumentis, diviſum regnum talibus ma-
nifeſtaretur inſignibus deſtruendum; quia omne
regnum diviſum facile deſtruetur. Et vere divi-
ſum, quando hoc quod erat Chriſti, cœpit eſſe
etiam diaboli. Neque enim poterant indiviſi ma-
nere, qui à Patre Filium ſeparabant.

CAPUT IV.

*Ioſeph ducitur in Ægyptum, atque à præpoſito coquo-
rum emitur, in quo Chriſti ſua ſervitute nos libe-
rantis figura eſt. In eodem oſtenditur in ipſa cap-
tivitate libertatem poſſe retineri: nec non in liber-
tate reperiri captivitatem. Denique omnibus in
exemplum Ioſeph proponitur.*

19. [a] VEnditus eſt ergo Joſeph, ductus in
Ægyptum, emtus à præpoſito coquo-
rum. Non otioſa perſona quæ cruda ciborum
coqueret, ut epularentur animi fidei ſuavitate.
Nullus enim cibus ſcientiâ & doctrinâ dulcior.
Erat ante in Ægypto cruda perfidia, quam nul-
lus divinæ cognitionis ardor, & veræ ſcientiæ
cupiditas nulla molliverat, non eloquia Domi-
ni ignita decoxerant. Venditus eſt autem Joſeph
in Ægypto, quia Chriſtus venturus erat ad eos
quibus dictum eſt: *Peccatis veſtris venditi eſtis.* Et Eſai. 50. 1.
ideo ſuo ſanguine redemit, quos propria pecca-
ta vendiderant. Sed venditus Chriſtus conditio-
nis ſuſceptione non culpæ, [b] peccati pretio te-
netur; quia peccatum ipſe non fecit. Pretio igi-
tur noſtrum debitum, non ſua æra contraxit,
chirographum ſuſtulit, fœneratorem removit,
exuit debitorem: [c] unus exſolvit quod ab om-
nibus debebatur. Non licebat nobis exire ſervi-
tio. Suſcepit hoc ille pro nobis, ut ſervitutem
mundi repelleret, libertatem paradiſi reſtitue-
ret, gratiam novam conſortii ſui honore dona-
ret. Hoc de myſterio.

20. Ceterum quod ad moralem pertinet lo-
cum, quia omnes vult ſalvos fieri dominus Deus
noſter, dedit per Joſeph etiam iis qui ſunt in ſer-
vitute ſolatium, attribuit magiſterium; ut diſ-
cerent etiam in ultima conditione poſſe mores
eſſe ſuperiores, nec ullum ſtatum immunem eſſe
virtutis, ſi animus ſe uniuſcujuſque cognoſcat:
carnem ſervituti ſubditam eſſe, non mentem;
multoſque ſervulos eſſe dominis liberiores, ſi in
ſervitute poſiti à ſervilibus putent operibus abſ-
tinendum. Servile eſt omne peccatum, libera eſt
innocentia. Unde & Dominus ait: *Omnis qui fa-* Rom. 6. 16.
cit peccatum, ſervus eſt peccati. Quomodo enim non
ſervus omnis avarus, qui pro exiguo [d] pecuniæ
lucello ſe ipſum auctionatur? Timet omnia, ne
congeſta amittat, qui non utenda congeſſit, ma-
jore periculo ſervaturus quo majora quæſivit.
Quomodo non mendicus, cui ſunt parva quæ
poſſidet? Nam etſi mihi dives videatur, ſibi eget:
nec teſtimoniis ſua vota ſolatur, qui quod optat
neſcit credere. Quomodo autem non & ille ſer-
vus, qui ſubditus eſt libidini? Primum ſuis ardet
incendiis, [e] & pectoris ſui facibus exuritur. Qui-
bus recte dicit Propheta: *Ambulate in lumine* Eſai. 50. 11.
ignis veſtri, & in flamma quam accendiſtis. Suſcipit
omnes metus, inſidiatur ſomno ſingulorum: ut
unius cupiditate potiatur, fit ſervus omnium. Ser-
vit igitur hanc miſeram quidem ſervitutem, qui

a. Edit. Rom. hunc verſum præmittebat: *Ioſeph autem ductus eſt in Ægyptum, & emit eum* &c.

b. Edit. Era. Gill. ac Rom. *peccatique pretio*: Am. & mſſ. omnes: *peccati pretio.* Rurſus ubi edit. omnes ac mſſ. ſex, *tenetur*: ibi totidem alii, *non tenetur.* Haud dubie ob verba ſequentia, *quia peccatum,* &c. Verum ut Doctoris noſtri mens capiatur, locus ita explicandus eſt, ac ſi legeretur iſto ordine, *conditionis ſuſceptione non culpa, quia peccatum ipſe non fecit, peccati pretio tenetur.* Nec poſt multa, vet. edit. *Pretio igitur noſtro debitum, non ſua æra contraxerunt*; Rom. *Pretio igitur noſtro, non ſuo ære contraxit.* Mſſ. Theod. & Valc. *Pretio igitur noſtrum debitum, non ſuo ære contraxit.* Denique alii omnes ut in textu, ubi vox *Pretio*, idem valet, ac per pretium, quod ſolvendum ipſe ſuſcepit.

c. Mſſ. nec pauci, nec inferioris notæ, *munus exſolvit.*

d. Sic edit. omnes, ac pleriſque mſſ. Attamen aliquot boni xvi legunt, *pecuniæ loculo.* Non male.

e. Omnes edit. *& peccati ſui facibus.* Omnes mſſ. *& pectoris* &c.

ipſe ſibi dominos facit, ipſe vult babere quos timeat. Nihil enim tam ſpectale ſervitutis eſt, quàm ſemper timere. Ille vero in quavis conditione ſervitii ſemper liber, qui mundi amore non capitur, avaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur, qui ſecurus ſpectat præſentia, quem futura non terrent. Nonne videtur tibi iſte in ſerviture dominari: ille autem in libertate ſervire? Serviebat Joſepb, regnabat Pbarao: beatior hujus ſervitus, quàm regnum illius. Denique tota Ægyptus collapſa eſſet fame, niſi regnum ſuum conſilio ſervuli ſubdidiſſet.

21. Habent igitur unde glorientur originis ſervuli, ſervivit & Joſeph. Habent unde ſe conſolentur qui ex libertate in ſervitutem aliqua neceſſitate venerunt. Habent quod imitentur, ut diſcant conditionem ſe mutare poſſe, non mores: eſſe & in vernaculis libertatem, & in ſervitute conſtantiam. Habent etiam domini quod per ſervulos bonos ſperent. Abraham filio per vernaculum invenit uxorem. Benedixit Dominus domum Ægyptii propter Joſeph, & facta eſt benedictio Domini in toto cenſu ejus, & in domo, & in agris. *Et convertit*, inquit, *omnia quæcumque illi erant, in manus Ioſeph.* Advertimus quod ea quæ domini gubernare non poterant, ſervuli gubernarunt.

Gen. 39. 4.

CAPUT V.

Ioſephi ob pulcritudinem, ſed magis ob pudicitiam commendatio. Is nulla ſua culpa adamatus à domina, ac de ſtupro compellatus, eam repellit, rejectiſque veſtibus ornatior fugit: illa vero dum eas retinet, atque inſontem criminatur, ignominiam ſuum nudat. Tamen mittitur Ioſeph in carcerem: at ibi divino præſidio non destituitur.

22. SEd quid de privata domo diſpoſitionis ejus ſervuli adſtruam, qui rexit imperium? Plus tamen eſt quod ipſe [a] ante ſe rexit; & cùm eſſet decorus adſpectu, & ſpecioſus facie valde, venuſtatem ſui vultus ad alienam non derivavit injuriam, ſed ad ſuam ſervavit gratiam: hoc ſe pulcriorem ratus, ſi non diſpendio caſtitatis, ſed cultu pudoris ſpecioſior probaretur. Illum eſſe verum decorem, qui non alienos oculos caperet, nec fragiles mentes vulneraret, ſed judicia acquireret univerſorum, fraudi nullis futurus, laudi ſibi. Jam ſi qua petulantibus adſpexit oculis, illius crimen ſolius eſt quæ male vidit, non hujus qui male ſe nollet videri; nec in eo quod viſus eſt, culpa eſt. Non erat in poteſtate ſervuli ut non videretur: maritus debuit [*] cavere oculos uxoris. Si ille nihil timebat de conjuge, arbitrabatur iſte teſtimonium eſſe caſtimoniæ, [b] non remiſſionem incuriæ. Diſcant tamen viri cavere etiam oculos feminarum. Adamantur enim & qui nolunt amari. Denique adamatus eſt Joſeph, qui amantem contemneret. Et bene excuſavit eum Scriptura dicens: *Immiſit oculos uxor domini ejus in Ioſeph*, hoc eſt, non ipſe ſe oſtentavit, nec cepit incautam: ſed illa tetia ſua miſit, & indagine ſui capta eſt. Laqueos ſuos ſparſit, & ſuis bæſit vinculis.

Ibidem. 7.

23. Dixit autem illi: *Dormi mecum.* Prima adulteræ oculorum tela ſunt, ſecunda verborum. Sed qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere. Suppetit defenſio, ubi adhuc liber affectus eſt. Ideo ſcriptum eſt quia ille noluit. Primum igitur congreſſione mentis ſuperavit, tamquam ſcuto animi irruentem repellens: deinde ſermonem tamquam haſtam vibravit, ut ſe illa revocaret. *Et dixit uxori domini ſui.* Recte uxor domini, non ipſa domina dicitur, quæ non potuit extorquere quod voluit imperare. Nam quomodo domina, quæ dominandi non babebat effectum, quæ diſciplinam dominæ non tenebat, quæ ſervulis libidinis incentiva præſtabat? Ille dominus qui amantis non excepit faces, qui lenocinantis vincla non ſenſit, quem nulla mortis formido perterruit, qui maluit liber criminis mori, quam potentiæ crimínoſæ eligere conſortium. Ille liber, qui turpe credidit vicem gratiæ non referre. Denique non ut meticuloſus excuſat, nec tamquam periculi timidus cavet: ſed tamquam beneficii herilis & innocentiæ ſuæ debitor fugit crimen ingrati, peccatique labem & culpæ contagium quaſi juſtus horreſcit. Tertium ſpiculum adultera interpellandi aſſiduitate vibrabat: ſed Joſeph non audiebat eam. Habes poſt prima verba quid caveas. Non ſolum lubrica, ſed etiam procax, importuna, petulans eſt libido, nec habet quod vereatur adultera. Quæ diſpendia pudoris prima non doluit, inſidiatur ut capiat.

Ibidem. — Ibidem 8. — Ibidem.

24. Denique officii ſui & commiſſi muneris ingreſſum gratiâ, remotis arbitris ac domeſticis, apprehendit eum dicens: *Dormi mecum.* Excuſatur Joſeph Scripturæ teſtimonio, quia commiſſum à Domino nequibat deſerere obſequium. Non enim ſatis eſt quod ſecurus ſui domus interiora quaſi qui capi non poſſet, ingreſſus eſt: juſtus debuit providere ne furenti copiam daret, & ejus illa peccato periret: ſed qui adverſarii ſibi domini ſui videbat uxorem, neglecti officii etiam à domino cavere debebat offenſam: ſimul adhuc ſermonis, non comprehenſionis putabat audaciam.

Ibidem. 11.

25. Excuſatur quod ingreſſus eſt: prædicatur quod [c] elapſus eſt, nec pluris fecit veſtimenta corporis, quàm animi caſtimoniam. Reliquit tamquam non ſua, quæ adultera ſuis manibus detinebat: & aliena judicavit, quæ tactu impudicæ potuerant comprehendi. Magnus tamen vir, qui venditus ſervile neſcivit ingenium, adamatus non redamavit, rogatus non acquievit, comprehenſus aufugit. Qui cùm ab uxore domini conveniretur, teneri veſte potuit, animo capi non potuit: ac ne ipſa quidem verba diu paſſus, contagium judicavit ſi diutius moraretur; ne per manus adulteræ libidinis incentiva tranſirent. Itaque veſtem exuit, crimen excuſſit, & relictis quibus tenebatur, exuviis, ſpoliatus quidem, ſed non nudus aufugit, qui erat tectior indumento

Ibidem 12.

a. Rom. edit. poſt voces, *ante ſe rexit*, caput quartum claudebat, & quintum ordiebatur in hæc verba, *Et erat Ioſeph ſpecioſus facie, & decorus adſpectu valde. Cùm eſſet Ioſeph ſpecioſus facie, & decorus adſpectu valde* &c. Nos locum ad aliarum edit. & cunctorum mſſ. fidem emendavimus.

* *Cavere oculos uxoris*, pro cavere oculis uxoris, ſeu cavere ne quis ad uxorem accederet, cujus forma illius oculos pelliceret: locutio parum admodum uſitata, ſed hîc communi mſſ. ac edit. ſuffragio adſerta.

b. Rom. edit. *non remiſſionem curæ*. Reliquæ cum mſſ. omnibus, *non remiſſionem incuriæ*, hoc eſt, non remiſſionem ab incuria profectam.

c. Poſt vocem *elapſus eſt* addit edit. Rom. *Et relinquens veſtimenta in manibus ejus fugit*: Nec pluris &c.

pudoris. Non eſt enim nudus, niſi quem culpa A nudaverit. Denique in ſuperioribus habemus quod Adam poſteaquam Dei mandata prævaricatione deſeruit, & peccati gravis æra contraxit, nudus erat. Unde & ipſe ait: *Vocem tuam audivi in paradiſo, & timui, quia nudus ſum, & abſcondi me.* (Gen. 3. 10.) Intellexit enim ſe eſſe nudum, qui inſulas divinæ protectionis amiſerat. Et ideo latebat, quia veſtem fidei non habebat, quam utique prævaricando depoſuit. Magnam rem vides. Ille nudus erat qui tunicam non amiſit: iſte nu- B dus non erat, qui veſtimentis ſe exuit, quæ in manibus adulteræ dereliquit. Eadem Scriptura illum nudum adſeruit, hunc abnuit. Et ideo iſte expoliavit ſe potius quam nudavit, qui incorrupta virtutum veſtimenta ſervabat, expolians ſe veterem hominem cum actibus ejus; ut indueret novum, qui ſecundum imaginem creatoris in agnitione renovatur. Ille autem nudus remanſit, qui ſe iterum veſtire non potuit, ſingulari ſpolio virtutis exutus. Unde pelliceam accepit tunicam; C qoia peccator habere non poterat ſpiritalem, Reliquit igitur veſtimenta Joſeph, & nudavit adulteræ inverecondiam, quæ poſtea latere non potuit.

26. Denique exivit foras, & ipſa adolterii ſui tentamenta vulgavit, exaltans vocem ſuam; eo quod relictis veſtibus, Hebræus aufugerat. Ipſa igitur quod celare debuerat, prodebat; ut compoſito crimine læderet innocentem. Juſtus autem accuſare non novit; & ideo impune hoc D impudica faciebat. Illam igitur vere exuram dixerim, etiam aliena veſtimenta ſervantem, quæ omnia amiſerat velamina caſtitatis: illum ſatis ornatum, ſatis defenſum, cujus vox non audiebatur, & innocentia loquebatur. Sic Suſanna poſtea dum tacet in judicio, melius locuta eſt oraculo; & ideo prophetæ meruit defenſionem, quæ propriæ vocis non quæſivit auxilium. Illum ergo beatiorem dixerim, cùm in carcerem mitteretur; quia ſubibat pro caſtitate martyrium. E Bonum enim munus pudicitia; ſed minoris meriti cùm periculum non habet: ubi vero etiam ſalutis periculo defenditur, ibi plenius [a] coronatur. a

27. Inauditâ causâ, inexplorata fide veri, tamquam reus criminis in carcerem Joſeph mittitur: ſed eum Dominus nec in carcere deſerebat. Non turbentur innocentes, cùm falſis criminibus appetuntur; cùm oppreſsâ juſtitiâ truduntur in carcerem. Viſitat Deus & in carcere ſuos; & ideo F ibi eſt plus auxilii, ubi eſt plus periculi. Sed quid mirum ſi viſitat Chriſtus in carcere poſitos, qui ſe ipſum in ſuis in carcere incluſum eſſe memoravit, ſicut habes ſcriptum: *In carcere eram, & non veniſtis ad me?* (Matth. 25. 43.) Quo non penetrat divina miſericordia? Invenit Joſeph hujuſmodi gratiam, ut qui fuerat clauſus in carcere, ipſe potius carc[e]ris clauſtra ſervaret, concederet munere claviculariuſ, incluſos omnes poteſtati ejus committeret. Itaque Joſeph non ſolùm carcerem non ſentiebat, ſed etiam alios quoque carceris levabat ærumnâ.

CAPUT VI.

Poſt brevem invectivam in mulierem, ad ſpadones hujus etiam auctores injuria tranſit; & demonſtrato quam fragilis ſit eorum ſtatus, alterius ſomnium ejuſque expoſitionem refert. Hinc ſæculi potentiam ſomnii ſimilem eſſe oſtendit. Deinde myſtice laudato Hebræo interprete, invehitur in eunuchum beneficii immemorem. Demum tacite Calligonum perſtringens, pauca de regiorum miniſtrorum ſtatu ac fragilitate ſubjungit.

28. [b] HUjus igitur injuriæ auctor mulier & ſpadones ſunt; ſed mulier Ægyptiorum, quæ procaces cum viris ſolita miſcere ſermones, laceſſere verecundos, refugientes inſequi, pudentes perurgere, cùm vitia ſua non poſſet defendere, innoxios criminabatur, perfidiam admiſcens perfidiæ, aliena tenens, & alios ipſa condemnans, modum nullum ponens furori. Quæ enim cauſa crudelitatis, niſi quod cupiditatibus ſuis obſiſti videbat, & deſideria ſua vetitâ adſenſione fraudari? En propter quod aperiatur carcer, ut ſuſcipiat innocentes: ſolvantur catenæ reis, ut imponantur fidelibus: dimittantur veritatis adulteri, ut includatur qui fidei adulterium recuſavit. b

29. [c] De iſtis vero ſpadonibus quid dicam? qui exemplo debent eſſe ſpadonibus ceteris, quod ſtatus eorum fragilis ac tenuis, & in voluntate regia ſpes omnis, quibus levis offenſa ſummum periculum ſit: ſecundæ autem res vile miniſterium. Gloriabatur alter quod eſſet vini præpoſitus, alter quod eſſet piſtorum. Uterque offendit, miſſique in carcerem, & commendati ſancto Joſeph ab ipſo carceris claviculario, cùm eſſent illic dies complures, viderunt ſomnium; & cùm reviſeret eos Joſeph, triſtes turbatoſque animi offendit; quia turbabantur ſomnio, cujus interpretem non invenirent: *Nonne per Deum*, inquit, *interpretatio ſomnii eſt? Narrate ergo mihi. Et narravit præpoſitus vini ſomnium ſuum. Erat vitis in conſpectu meo: in vite autem tres radices; & ipſa [d] flores ferens germinavit maturos botryones uvarum: & calix Pharao in manu mea. Et ſumſi eam, & expreſſi eam in calicem, & dedi calicem in manus Pharao. Et dixit illi Ioſeph: Hæc interpretatio ejus: Tres radices, tres dies ſunt. Adhuc triduo, & in mentem habebit Pharao principatum tuum, & reſtituet te ſuper officium tuum priſtinum, & dabis calicem in manus Pharao. Sed memor eſto per temet ipſum, cùm tibi be-* c d

a. Rom. edit. voci *coronatur* ſubjungit, *Factum eſt autem, ut audivit dominus ejus verba uxoris ſuæ ..... Accipiens Ioſeph injecit eum in carcerem.*

b. Ita vet. edit. & cuncti mſſ. exceptis Theod. & Valc. ubi legitur, *Hujus igitur injuriæ auctor mulier ſpadonis ſui.* Apertus ſenſus; agitur enim de uxore Putipharis quem Pharaonis eunuchum vocat Scriptura. Edit. autem Rom. quæ caput quintum producit uſque ad vocem *recuſavit*, ſic habet, *Hujus tamen injuriæ auctor mulier eſt, ſed mulier*, & . Rurſus ibidem omnes edit. *Sed mulier Ægyp. quæ ... ſolita* &c. Mſſ. prope ad unum, *Sed mulieres Ægypt. quæ ... ſolent* &c. Hic autem ſolet quæri de Putiphare utrum is cùm eunuchus & ſpado dicitur, ſignificetur reipſa fuiſſe evíratus, an vero hoc dignitatis nomen fuerit? Utraque opinio fautores ſuos habet: quorum ſi placet rationes cognoſcere, adi Auguſtinum Quæſt. in Gen. lib. 1. Quæſt. 136. Hieronymum in Tradit. Nobilii notas in hunc locum apud LXX. Corn. Janſenium in Gen. Guil. Eſtium Annot. in diffic. Scripturæ loca. Hug. Grotium, & alios.

c. Caput ſextum hic edit. Rom. auſpicabatur illis verbis, *Iratus eſt Pharao ſuper duobus ſpadonibus ſuis, ſuper præpoſito pincernarum & ſuper præpoſito piſtorum, & poſuit eos in cuſtodiam in carcere. Quid de iſtis duobus ſpadonibus* &c.

d. Edit. ant. *flores ferens, germina matura, & botryones uvarum.* Rom. *florens ferebat germina, maturos botryones uvarum.* Mſſ. ut in textu, niſi quod nonnulli melioris notæ habent, *maturi botryones*: unus, *& maturi* &c. optime: modo ſubintelligas *erant*.

me erit, & facies in me miſericordiam, & memor eris mei ad Pharaonem, & educes me de carcere iſto; quia [a] *furto involatus ſum de terra Hebræorum, & hîc nihil male feci, ſed miſerunt me in lacum carceris hujus.*

30. Alterius ſomnium non libet dicere. Meminiſtis certe verborum meorum, quod etiam tunc refugerim ejus interpretationem in eo, cujus exitum reſugio, mortem perhorreſco. De iſto prius dicamus, qui ſi beatus videbatur, cùm eſſet vini præpoſitus; & hunc ſummum credebat apicem omnis potentiæ, quod regi calicem dabat. Hæc gloria illius, hæc magnificentia in hoc ſæculo: hac defraudatus dolebat, huic redditus gratulabatur. Sed hoc ſomnium eſt, & omnis potentia ſæculi ſomnium, non veritas eſt. Denique per ſomnium vidit reddi ſibi principatum ſuum. *Eſai. 29. 8.* Et Eſaias dicit ita eſſe hujuſmodi homines, qui in hoc ſæculo delectantur ſecundis rebus, ſicut qui in ſomnis manducat & bibit, videtur ſibi cibo aut potu dum dormit, repleri: ſed cùm evigilaverit, incipit eſurire amplius; & tunc intelligit quam inanis ille cibus & potus fuerit ſomniantis: ſic qui dormit in hoc ſæculo, nec oculos aperit ad myſteria divina, quamdiu ſomno gravatur corporis, putat alicujus momenti eſſe hanc ſæcularem potentiam, quaſi in ſomnis eam videt: ubi evigilaverit, deprehendit quam inanis hujus ſæculi voluptas ſit.

31. Conſidera nunc illum [b] verum Hebræum, illum non ſomnii, ſed veritatis & præclaræ viſionis interpretem, qui de divinitatis illa plenitudine, à libertate cæleſtis gratiæ in hunc corporeum carcerem venerit, quem non potuit ſæculi hujus illecebra mutare, non ulla corruptela mundanæ voluptatis evertere, qui tentatus non decidit, appetitus non appetivit, poſtremo adulterina quadam Synagogæ manu veſte corporis apprehenſus, carnem exuit, liber mortis adſcendit. Calumniata eſt meretrix, ubi eum tenere non potuit, quem carcer non terruit, non inferna tenuerunt: quin etiam quò veluti puniendus deſcenderat, inde alios liberavit: ubi ipſi ſtringebantur mortis vincula, ibi laxavit ipſe vincula mortuorum.

32. Conſidera ergo iſtum Hebræum dicentem illi præpoſito ſpadonum, qui contraxerat offenſam regiam, quem reſtituerat muneri ſuo: *Memor eſto per temet ipſum, cùm tibi bene erit: & facies in me miſericordiam, & memor eris mei.* Ideo ſecundo repetivit, quia ſciebat non recordaturum quid evaſiſſet injuriæ, cùm potentiam recepiſſet. Ideo ſecundo admonuit, quia ſecundo liberavit; ut ſi prioris beneficii eum memoria non teneret, vel poſterioris ſubiret, non deſpiceret auctorem ſalutis ſuæ, non perfida prævaricatione violaret. Sed quod pejus eſt, cito beneficii irrepit oblivio ſecundis rebus. [c] Redditus officio ſuo non eſt memor factus interpretis, ſed oblitus eſt eum. Sed etſi ille obliviſcebatur, Chriſtus non obliviſcebatur: ſed loquebatur ei, & per ſervulum loquebatur dicens ad eum: *Memor eſto per temet ipſum*, hoc eſt, vel officii tui contemplatione quid audieris, recordare. Sed etſi nunc oblitus es, memor eris mei, ut evadas periculum, qui oblitus es beneficium. Tamen elatus potentia non recordabatur. Et quanta hæc potentia, [d] ubi vini miniſterium? En unde omnis jactantia; quia erat ſpadonum præpoſitus, qui vinum poculis regiis miniſtrabant.

33. [e] *Et factum eſt*, inquit, *poſt biennium*. *Gen. 41. 1.* Mentio de hoc noſtri ſpadonis tempore, niſi & dies convenit; quia poſt biennium recepit officium; nec recordatus eſt, ſed admonitus. Cognovit enim quod etiam regnum ipſum in hoc ſæculo eſſet ſomnium, qui ſuo ſomnio non credidit: didicit etiam regnum eſſe ſomnia, nec ipſorum poteſtates eſſe perpetuas. Sed cito hunc locum prætereat dolor, ne ipſa commemoratione crudeſcat: ne ipſius quidem ſermonis mei meminiſſe delectat, quem tunc temporis vel effuderit dolor, vel extorſerit Eccleſiæ contumelia.

34. Admonitus ergo ſui per ſomnium regis ait: *Peccatum meum recordor.* *Ibidem. 9.* Sera quidem iſta eſt, ſed utinam vera confeſſio. Poſt peccatum fateris, quod ante peccatum cavere debueras. Quam cito oblitus fueras: *Memor eſto mei.* Scis nempe tunc temporis hunc fuiſſe ſermonem: ſed obtuſas aures habebas faſtu potentiæ, & vini ebrius non audiebas verba ſobrietatis. Vel nunc memento mei, qui peccatum ſerò fateris. Qui rogas ſervulum Chriſti, cur Dominum negas? Inebriare jam non vino, ſed Spiritu ſancto. Recordare quid paſſus ſit, cum quo dormiſti ſomnum tuum, & ſomniaſti ſomnium. Et ipſe præpoſitus erat, & præpoſitus epularum regis, quæ ad opus piſtorium pertinebant. Sublimem ſe eſſe credebat, quia in poteſtate habebat panem regium: neſciebat multos amfractus eſſe hujus potentiæ. Minabatur aliis, ipſe mox ſupplicio dedendus extremo; nec audivit eum, qui licet ſervulus Domini, tamen loquebatur oraculum: quod ipſius juſſu regis, de quo ſibi plurimum blandiebatur, caput amiſſurus eſſet, eſca avibus derelinquendus. Vel hoc te exemplum revocare debebat, ut perfidiæ non crederes.

35. Sunt & alia exempla de faſtu & fragilitate miniſtrorum regalium, quæ poſterioris temporis hiſtoria habet. Et Doech præpoſitus erat, & præpoſitus regis animalium [f] ad diſciplinam mulorum, hoc eſt, ſpadonum animalium. Hic quoque ſacerdotem Domini detulit, & fraude regem commovit in ſacerdotis periculum, & hic

a. Ita mſſ. plures ac potiores. Alii partim cum ant. edit. *furtive captus ſum*: partim cum Rom. *furto ſurreptus ſum*, ſive, *ſublatus ſum*. Nullum in his quod ad ſenſum diſcrimen. *Involare* enim dicitur à vola manus qua fures ad aliena ſuffuranda atque occultanda uti ſolent. Rom. edit. nonnulla hunc Scripturæ textui inſeruit, quo magis cum LXX conveniret, ſed hæc ad ſenſum parum faciunt.

b. Edit. omnes cum duobus mſſ. *verum Hebræum*: Mſſ. decem, *virum Hebræum*. Et paulo poſt ubi Rom. edit. *ac libertate*, atque edit. veteres & duo mſſ. nobiſcum, *à libertate*: decem alii habent, *ad libertatem*.

c. Addit Rom. edit. *Inquit enim: Et non recordatus eſt præpoſitus pincernarum Ioſeph, ſed oblitus eſt ejus. Redditus* &c.

d. Sic edit. Gill. Rom. & quinque mſſ. alii vero ſeptem, *ubi vini miniſterium? Et unde* &c. At edit. Am. atque Er. .... *miniſterium inundet*

e. Vet. edit. *Et factum eſt, inquit, poſt biennium. Mentio de hoc noſtri ſpadonis temporis non alia de cauſa, niſi quod & dies convenit.* Rom. *Factum eſt autem poſt biennium, Pharao vidit ſomnium*, ... *Mentio de hoc noſtri ſpadonis tempore, non alia*, Mſſ. vero ut in textu, niſi quod in duobus legitur .... *de hoc noſtri ſpadonis temporis, niſi & dies convenit.* Hic porro Calligonum eunuchum à ſancto Præſule deſignatum haud ſine cauſa arbitramur: qua de re conſulas licet noſtram ad hunc tractatum Admonitionem.

f. Ita mſſ. ſeptem melioris notæ. Duo cum edit. omnibus, *adde, ſi placet, mulorum*. Tres, *adjiciam mulorum*

Syrus

Syrus erat. Num mentior, quando & patria, & [A] facta conveniunt? Aman quoque cubiculo regis & ipſe præpoſitus, dum invadere Eccleſias Domini improba temeritate contendit, populumque fidelem ſpoliare ac perſequi, gravibus ſacrilegia ſuppliciis expendit.

CAPUT VII.

Educto Ioſeph de carcere regis ſomnium proponitur, à quo & explicatur. Hoc Ambroſius tum rebus ſui temporis, tum præſenti & futuro ſæculo accommodat. Poſtea Ioſephi præmia, conjugium, liberos, frumenti diſtributionem myſtice de Chriſto interpretatur; ac tandem nos ad emendum ſpiritalia alimenta hortatur.

36. Sed revertamur ad iſtum vini præpoſitum, qui quaſi multo ebrius mero beneficii auctorem oblitus eſt diu: aliquando tamen, ut regi provideret interpretem, non quaſi gratus, ſed quaſi callidus intimavit ſeriem rei geſtæ. Quo cognito, rex quoque eum juſſit accerſiri, [C] erutumque de carcere interrogavit, ſi poſſet interpretari ſibi ſomnium. Cujus explanatione delectatus, removit injuriam, honorem detulit. Itaque videte ſi non præſentibus & iſta conveniunt. Injuria illata eſt prius quam cognoſceretur à rege: gratia relata, ubi regi eſt cognitus. Ita rex vacat culpa; quia & id quod excepit vir ſanctus injuriæ, alienum fuit: & id quod recepit gratiæ, regis eſt proprium.

37. [a] Somnium autem ejus, & interpretatio hu- [D] juſmodi eſt: *Quæcumque*, inquit, *facit Deus, oſtendit Pharao. Septem vaccæ bonæ, ſeptem anni ſunt; & ſeptem ſpicæ bonæ, ſeptem anni ſunt. Somnium Pharao unum eſt. Et ſeptem vaccæ macræ, quæ poſt illas adſcendebant, ſeptem anni ſunt; & ſeptem ſpicæ macræ, & à vento corruptæ, ſeptem anni ſunt. Erit ſeptem annis fames. Verbum autem quod dixi: Quæcumque facit Deus, oſtendit Pharao. Ecce ſeptem anni veniunt ubertatis magnæ in totam terram Ægypti. Veniet autem ſeptem annis fames poſt hæc, & oblivi-* [E] *ſcentur ubertatem in tota Ægypto; & conſumet fames totam terram, & non agnoſcetur ubertas terræ à fame quæ futura eſt poſt hæc. Valida enim nimium. Quod autem iteravit ſomnium Pharao bis; quia verum erit verbum à Deo, & feſtinabit Deus facere illud.* [Ibidem. 25. & ſeq.]

38. Vetus ſomnium, res recentes. Poſterioribus priora conſumta ſunt: & ubi erat ante ubertatis copia, ibi rerum omnium facta eſt indigentia. Quod ſi quis hujuſmodi regi conſilium dediſſet, ut aliquid de ſuperiori ubertate poſterio- [F] ri principatus ſui ſervaret ætati, reliquo quoque tempori larga donandi adfluentia redundaſſet. Sed immodica ævi ſuperioris effuſio etiam poſteriora deſtituit, & homines diripientes univerſa, aliquem Joſeph adhibere nolebant. Etſi non ego Joſeph [b] (quis enim iſtud) clamabam tamen vaccas illas pingues non ſolum laſciviam, ſed etiam incuriam divinæ ſignificare reverentiæ (de perfidis enim dictum eſt: *Tauri pingues obſederunt me:* [Pſ. 21. 13.] & de Judæorum populo ſcriptum eſt: *Impinguatus, & obeſus factus, & dilatatus eſt, & dereliquit eum qui fecit eum*) [Deut. 32. 15.] & ideo ſomnium illud redundantiæ ſæcularis perpetuum eſſe non poſſe: fore tempus quo his fames dura ſuccederet.

39. Nec tamen hoc ſomnium uni aut duobus demonſtratum arbitror, ſed omnibus propoſitum; eo quod ſeptem anni iſtius mundi pingues, & ſæculari ubertate opimi, abſorbeantur ab illis ſæculis quæ futura ſunt, in quibus perpetua quies, & legis obſervantia ſpiritalis, quam Ephræm [B] illa Tribus patrum Deo fructuoſa cuſtodit. Bona vacca, non illa corporeo diſtenta ubere, ſed abundans ſpiritalis lactis & gratiæ, ſuper cujus decorem cervicis Deus ſedere ſe dicit, ut ſcriptum eſt: *Ephræm vacca docta diligere victoriam. Ego autem tranſivi ſuper decorem cervicis ejus.* [Oſeæ 10. 11.] Non ergo impinguet caput noſtrum oleum peccatoris, nec falſi fructus delectare nos debent, ne dicatur & de nobis: [c] *Seminaſtis impietatem, & iniquitates ejus vindemiaſtis. Manducaſtis fructum fal-* [C] *ſum, quia ſperaſtis in curribus tuis.* [Ibidem. 13. c] Nec me movet quod habet ſpicas macras, & vento corruptas; quia & David tunc melior erat, quando ſicut aranea tabeſcebat: & ſpiritus contribulatus ſacrificium Dei eſt; & illi præſtantiores evadunt, quos in hoc ſæculo gravibus injuriis ſpiritus malignus exercuit.

40. Unde magis myſtica meruiſſe præmia Joſeph arbitror, quia de myſticis eſt [d] locutus. [d] Quid enim ſibi vult annulus digito ejus inſertus, niſi [D] ut intelligamus pontificatum ei fidei eſſe delatum, ut alios ipſe ſignaret? Quid ſtola, quæ amictus eſt ſapientiæ, niſi tributum ei ab illo rege cæleſti prudentiæ principatum? Torques aureus intellectum bonum videtur exprimere. Currus quoque ſignificat faſtigium ſublime meritorum. Quis autem eſt qui ex gentibus accepit uxorem, niſi qui Eccleſiam ex nationibus ſibi congregavit, & ſuſcepit ex ea filium Manaſſen, per quem oblitus eſt omnes dolores ſuos quos habuit de ſa- [E] crilegiis Judæorum? Suſcepit alium quoque filium Ephræm, per cujus profectum claruit quod ſuſcepta in carne humilitas & divinitatem non humiliavit, & gloriam cumulavit.

41. Denique quicumque famem patiebantur, ad Joſeph mittebantur. Qui ſunt iſti, niſi de quibus dictum eſt: *Convertentur ad veſperam, & famem patientur ut canes?* [Pſal. 58. 7.] Erat autem fames non unius loci, ſed totius terræ; quia non erat qui faceret bonitatem. Ideo dominus Jeſus jejunia [F] mundana miſeratus aperuit horrea ſua, & myſteriorum cæleſtium theſauros ſcientiæ ſapientiæque patefecit abſconditos; ut nulli alimenta deeſſent. Dixit enim Sapientia: *Venite, edite panes meos.* [Prov. 9. 5.] Et ideo ab illo ſolo dicitur: *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit*, [Pſal. 22. 1.] qui ſaturatur à Chriſto. Aperuit ergo horrea ſua Chriſtus, & vendebat, non æra pecuniæ, ſed fidei pretium, & devotionis ſtipendium quærens. Vendebat autem non paucis in Judæa: ſed vendebat omnibus, ut ab univerſis nationibus crederetur.

a. Rom. edit. *Et dixit Ioſeph Pharaoni. Somnium Pharaonis unum eſt, & interpretatio hujuſmodi*. Totum locum ex edit. vet. ac mſſ. repræſentamus.

b Mſſ. aliquot, & quædam edit. Pariſ. *Quis enim ſum? Clamabant* (aliqui *clamabat*) *tamen* &c. Plures mſſ. ac vet. edit. *Quis enim iſtud*, &c. Subintellige, de ſe dicat, vel quid ſimile.

c. Vulgata edit. *Araſtis impietatem.* videtur autem ſanctus vir ſecutus interpretationem Aquilæ, vel Symmachi. Nam LXX. habent [illegible] *Ut quid reticuiſtis impietatem*, & Hieronymus, *Quid reticetis impietates*. Illum de ſignificatione verbi *reticere* adi Comment. in Oſee cap. 10.

d. Poſt vocem, *locutus*, addit Rom. edit. *Et accipiens Pharao annulum de manu ſua inſeruit eum ſuper manum Ioſeph, & induit eum ſtola byſſina*, &c.

Gen. 41. 5. & 7. 42. *Et omnes regiones venerunt in Ægyptum ad Ioſeph emere*; obtinuerat enim fames. Omnes enim eſuriunt, quos non paverit Chriſtus. Emamus ergo alimenta, quibus famem poſſimus repellere. Nemo paupertatis ſuæ contemplatione revocetur, nemo vereatur qui argentum non habet. a [a] Non quærit Chriſtus argentum, ſed fidem quæ argento pretioſior eſt. Denique emit eam Petrus, Act. 3. 6 qui non habebat argentum. *Argentum*, inquit, *& aurum non habeo: ſed quod habeo, do tibi. In nomine Ieſu Chriſti ſurge, & ambula.* Et propheta Eſaias B Eſai. 55. 1. dicit: *Qui ſititis, ite ad aquam; & quicumque non habetis argentum, ite: emite, & bibite, & manducate: emite ſine argento & pretio vinum, & adipem.* Neque enim pretium quæſivit à nobis, qui pro nobis ſanguinis ſui pretium ſolvit; quia non auro & argento, ſed pretioſo nos redemit ſanguine. Ergo id pretium debes quo emtus es; & ſi ille non ſemper exigat, tu tamen debes. Eme igitur tibi Chriſtum non eo quod pauci habent, ſed eo quod omnes habent. Omnes habent per na- C turam, pauci offerunt per timorem. Suum eſt quod à te Chriſtus repoſcit. Ipſe vitam omnibus dedit, ipſe pro omnibus mortem ſuam obtulit. Solve pro auctore, quod ſoluturus es lege. Non b mediocris iſte contractus eſt. Non omnes eum [b] Matth. 25. 9. & ſeq. facile vident. Denique illæ virgines in Evangelio quas veniens ſponſus excluſit, ideo foris relictæ ſunt, quia venale oleum non emerunt. Unde dicitur eis: *Ite potius ad vendentes, & emite* Ibidem. 13. 46. *vobis.* Et negotiator non immerito prædicatur, D qui vendidit omnia ſua, & emit margaritam.

CAPUT VIII.

Exhortatio Iacob ad filios, ut in Ægyptum ad eſcas coemendas ſeſe conferant, quid ſignificet; quid item decem eorum, relicto domi Benjamin, profectio?

Gen. 42. 1. & 2. 43. E*T Iacob dixit filiis ſuis: Quare pigri eſtis? Ecce audivi quia frumentum eſt in Ægypto: deſcendite illo, & emite nobis eſcas:* Non ſemel hoc E Jacob dixit, quotidie omnibus filiis ſuis dicit, qui ſerius veniunt ad gratiam Chriſti: *Quare pigri eſtis? Ecce audivi quia frumentum eſt in Ægypto.* Ex hoc frumento granum eſt quod reſurgit. Qui igitur famem ſuſtinet, ſuæ ſegnitiæ debet adſcribere. *Ecce audivi*, inquit, *quia frumentum eſt in Ægypto.* Citius utique juniores aliquid quam ſeniores conſuerunt audire, dum foris poſiti multa circumeunt. Sed hanc negotiationem prius ſenex audit, ſed ille ſenex in quo eſt fidei longæva ca- F nities. Prior ſenex intelligit, ſed ille ſenex in quo eſt venerabilis ſenectus, & ætas ſenectutis vita immaculata.

Ibidem 3. & 4. 44. Nec omnes hanc negotiationem ſuſcipiunt, niſi filii Jacob, & ipſi provectioris ætatis. Ideo decem pergunt, non pergit junior. Non miſit eum pater: *Ne contingat*, inquit, *eum infirmitas.* Adhuc obnoxius erat infirmitati Benjamin A junior. Patriarcha quidem legitur Benjamin, ſed ille ex Tribu Benjamin Paulus præfigurabatur. Merito Jacob de ejus infirmitate dubitabat. Denique infirmatus eſt, ut ſanaretur: cæcitatem paſſus eſt, ſed hæc infirmitas ad ſalutem. Denique illa cæcitas lucem adtulit.

45. Accepimus hiſtoriam, cognoſcamus myſterium. Sine Benjamin patriarchæ primo perrexerunt: ſine Paulo apoſtoli. Uterque non primus B advenit, ſed accerſitus à primis uberiorem mercem priorum ſuo fecit adventu. *Eſt*, inquit, *frumentum in Ægypto*, hoc eſt, ubi major fames, ibi major ubertas eſt. Magnum frumentum in Ægypto. Denique & Deus Pater dicit: *Ex Ægypto vocavi Filium meum.* Oſea. 11. 1. Ex iſto grano illa fœcunditas. Neque enim meſſis eſſe potuiſſet, niſi Ægyptii granum ante ſeviſſent. Eſt ergo frumentum quod nemo ante eſſe credebat. In hoc frumento nego- C tiantur patriarchæ. Et illi quidem argentum detulerunt: ſed bonus Joſeph frumentum dedit, argentum reddidit. Non enim pecuniâ emitur Chriſtus, ſed gratiâ. Pretium tuum fides eſt. Hac emuntur divina myſteria. Portat autem frumentum hoc aſinus ille ante immundus in Lege; ſed jam mundus in gratia.

CAPUT IX.

Invaleſcente fame filii Iacob redeunt in Ægyptum, ducto ſecum Benjamin ac muneribus delatis. Ioſeph comiter fratres alloquitur, qui ad convivium invitati, ſuſpicantur ſibi parari calumniam. Iidem à Majore domus confirmantur. Quæ omnia de Pauli vocatione ac prædicatione, nec non Iudæorum infidelitate exponuntur.

46 T*Enebatur tamen Benjamin junior, & patrio adhuc adhærebat affectu. [c] Tenebant eum Legis vincula, mos paternus. [e] Fames invaleſcebat, quia ſero veniebat. Interce- c Gen. 43. 1. & ſeq. E dunt pro eo duo, Ruben & Judas, hoc eſt, humilitas atque confeſſio. His vadibus apud patrem utitur, his committitur, quorum unus primitivus, alius reſuſcitatus. [d] Lex primitivi, Evange- d lium reſuſcitati. His deducitur Benjamin junior, & bonis odoribus comitatus advenit portans ſecum reſinam, quâ lapides marmorum connectuntur; eo quod prædicatione propria tamquam ſpiritali reſina vivos lapides etiam ipſe connecteret: portans etiam mel, quo noxia vulneris in- F terius exeduntur ſine aliqua acerbitate ſectionis. Talis enim Pauli prædicatio, ut putrem aboleret affectum, corruptumque evacuaret humorem diſputationis ſuæ aculeo, urere magis ægræ mentis viſcera cupiens, quam ſecare. Incenſum orationis, & caſiam, & guttam ſepulturæ inſignia eſſe David propheta nos docuit dicens: *Myrrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis.* Pſ. 44. 9. Venit enim

a. Ita mſſ. omnes, excepto Theod. qui cum edit. omnibus præfert, *Non quæritur Chriſtus argento, ſed fide.* Quod quidem verbis potius quam ſenſu diverſum eſt.
b. Rom. edit. ſola, *Non omnes enim facile emunt.*
*. Cùm ibi doceat Ambr. Benjamin typum eſſe Pauli, alludit ad locum epiſt. ad Gal. cap. 1. ℣. 14 *Et proficiebam in Judaiſmo..... abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum*
c. Rom. edit. ante vocem, *Fames*, præmittit hunc Scripturæ verſum, *At fames invaluit ſuper terram*, &c. Et ſic exorditur caput 9.
d. Mſſ. aliquot cum edit. omnibus, *Lex primitiva, Evangelium reſuſcitatum* Benig. Fal. Germ. & Colb. *Lex primitiva, Evangelium reſuſcitat.* Corb. ac Tom. .... *reſuſcitati.* His accedunt Ebrulph. Mich. & Albin. niſi quod habent, *Lex primitivi*, quam lectionem germanam eſſe exiſtimamus. Vult enim vir ſanctus in Ruben figuram exſtitiſſe Legis, ac Judæorum; in Juda Evangelii & Chriſtianorum. Conſule expoſitionem benedictionum utriuſque lib. de Bened. Patriarcharum, & hoc apertius explicatum reperies. Quod vero paulo ſuperius Ruben dictus *humilitas*, non iſta interpretatio nominis eſt, ſed alluſio ad locum Gen. cap. 29. ℣. 32. ubi de Lia dicitur, *vocavitque nomen ejus Ruben dicens: Vidit Dominus humilitatem meam*, &c.

A Paulus crucem Domini prædicare, ilicem ſemper virentem, & nuces quarum teſta durior, fructus tenerior: meritoque virga ſacerdotalis Aaron nucina, & Hieremiæ baculus hujuſmodi. Argentum quoque duplex, non otioſa munera eſſe quis dubitet; cùm & Patriarchæ vita, & Apoſtoli ſermo ſemper vireſcat in pectoribus ſingulorum; & eloquium ſanctorum, ſicut argentum igne examinatum, præcepti ſalubris fulgore reſplendeat? Nec immerito duplex argentum referunt in quibus Pauli præfigurabatur adven- B tus, qui laborantes preſbyteros in verbo atque doctrina duplici honore donabat.

Gen. 43 29. 47. *Vidit autem illos Ioſeph, & Benjamin fratrem ſuum ex eadem matre.* Jam videntur Hebræi, & videntur à Chriſto qui verus Joſeph eſt, quando cum Pauli veniunt typo: & loquitur illis mitia atque manſueta, ut pariter cibum ſumant. Supra autem quia ſine Benjamin venerunt, agnoſcebat quidem eos: ſed ab his ſe avertebat, ut Gen. 42. 7. ſcriptum eſt: *Et loquebatur his dura*, quia ipſi non C agnoſcebant eum, à quo agnoſcebantur. Pauli igitur merito profecerunt, quem dominus Jeſus tamquam juniorem fratrem ex eadem matre generatum amplius ceteris fratribus diligebat. Advertant Judæi quem Dominum negaverunt, qui etiam crucifixus, ex ſynagoga tamen eorum tamquam [a] ex eadem ortus parente plus eos diligit, ſi vel ſero cognoſcant ſuæ ſalutis auctorem. Sed propriorum conſcii delictorum, non credunt tantam Chriſti eſſe miſericordiam, ut donet pecca- D tum, remittat injuriam. Ideoque præfigurabantur in patriarchis quales eſſent futuri. Invitabantur ad gratiam, ad ſalutaris menſæ vocabantur convivium; & calumniam ſibi parari, inſidias fieri ſuſpicabantur.

Ibid. 43. 19. 48. Et cœperunt ad hominem, qui erat ſupra domum, in janua domus cauſam ſuam agere velle. Adbuc dubitant introire, & ex operibus ſuis malunt juſtificari, qui cauſam ſuam volunt adſtruere, quàm gratiam accipere; & ideo in por- E tis redarguuntur. Qui autem fructum uteri virginalis exſpectat, & bereditatem Domini, filii mercem negotiatur, non erubeſcet in porta: ſed in exitu vitæ bujus repellit inimicum; ne ad altiora properanti conſcius culpæ gravioris obſiſtat.

49. Unde myſtice illis reſpondit major domus. Et is qui ſit intellige, cùm legeris Moyſen fidelem in tota domo ejus. Majores enim domus, Moyſes, Petrus, & Paulus, & ceteri ſancti ſunt: F Chriſtus autem ſolus eſt dominus. Scriptum eſt: Hebr. 3. 5. quia Moyſes fidelis in tota domo ejus tamquam famulus in teſtimonium eorum quæ dicta eſſent: Ibidem. 6. Cbriſtus autem tamquam filius in domo ſua, quæ domus nos ſumus, ſi libertatem & gloriam ſpei tenuerimus.

Gen. 43 23. 50. Hic ergo major domus reſpondit illis: *Propitius ſit vobis Deus, nolite timere; Deus enim veſter, & Deus patrum veſtrorum dedit vobis theſauros in* A *ſacculis veſtris: at argentum veſtrum probum, acceptum habeo.* Illi enim dixerant: *Argentum uniuſcujuſque in ſacculis noſtris invenimus, ad pondus argentum noſtrum retulimus.* Ibidem. 21. O magna myſteria, & evidenter expreſſa! Hoc eſt dicere: Cur inflamini? Cur argentum vos habere veſtrum in ſacculis ſæpius uſurpatis? Quid enim habetis quod non accepiſtis? Si autem accepiſtis, quid gloriamini, quaſi non acceperitis? Jam ſaturati eſtis, divites facti eſtis, quia argentum habere vos cre- B ditis: ſed argentum vobis Deus patrum veſtrorum dedit. Ille Deus veſter, ille patrum veſtrorum Deus eſt, quem negaſtis. Sed ignoſcit, ſed indulget, ſed recipit ſi revertamini. Ipſe eſt qui veſtrum non quærit argentum, ſuum donat. Ipſe vobis dedit argentum in ſacculis veſtris. Jam ſacculi veſtri argentum habent, qui lutum habebant; & ideo veſter eſt qui dicit: *Conſcidiſti ſaccum meum, & induiſti me lætitiâ.* Pſ. 29. 12. Lætitiæ munus eſt Chriſtus, ipſe eſt argentum veſtrum, ipſe C pretium veſtrum. Non exigit à vobis dominus Jeſus frumenti ſui pretium, non quærit veſtri pondus argenti. Argentum veſtrum reprobum eſt, [b] argentum ſacculi non eſt bonum. b

51. *Argentum veſtrum probum, acceptum habeo;* Gen. 43 23. hoc eſt, non eſt illud materiale argentum: ſed ſpiritale argentum veſtrum hoc eſt probum, quod fida devotione quaſi Jacob filii detuliſtis, quod ſine damno datur, & ſine ullo diſpendio annumeratur: quandoquidem tali pretio detri- D mentum mortis excluditur, lucrum vitæ acquiritur.

CAPUT X.

Paucis de meridie *præmiſſis, paratorum munerum illatio, convivij inſtauratio, & humaniſſimus Ioſephi cum fratribus congreſſus referuntur. Hic fratrem Benjamin videns, deque eo ſciſcitatus, illi benedixit, atque ad occultandas lacrymas cùm receſſiſſet, mox lota facie revertitur. Quibus adjungitur moralis & myſtica interpretatio.*

E 52. P*Araverunt autem munera, donec introiret Ioſeph meridie.* Ibidem. 25. Acceleravit meridie fides Pauli. Ante cæcus erat, poſtea cœpit videre lumen juſtitiæ; quoniam qui revelat ad Dominum viam ſuam, & ſperat in eum, Dominus quoque educet tamquam lumen juſtitiam ejus, & judicium ejus ſicut meridiem. Et Abrahæ quando Deus apparuit ad ilicem Mambre, meridies erat, F cui de præſentia Domini lux æterna fulgebat. Meridies eſt quando Joſeph verus in domum ſuam intrat, ut prandeat. Tunc enim plus dies lucet, quando ſacramenta celebramus.

53. *Et intulerunt ei*, inquit, *munera.* Ibidem. 26. & ſeq. Nos munera inferimus, ille inſtaurat convivium. Ille dicit: *Appone panes*, quos ſoli Hebræi ſumunt, Ægyptii manducare non poſſunt. Sed ante convivium quanta dignatio? [c] Quam uſus iſtius & ſedulitatis & gratiæ morale magiſterium? c Adhuc

a Omnes edit., *ex eadem ortus parente plus diligit* Mſſ. autem Corb. Benig. Theod. & Valc. *ex eadem ortus parente plus eos diliget.* Et hi quidem videntur eo præferendi, quod in aliis quatuor legitur, *mortuus parente*, ubi hauddubie legendum, *ortus parente*: alii tamen duo præferunt, *mortuos parentes*, quod editis etiam favet. Sed minus bene hæc lectio ſibi conſtaret ob vocem, *eorum*, quæ fere in mſſ. omnibus invenitur.

b. Ita mſſ. plures ac potiores. Edit. vero cum aliis aliquot, *argentum ſaculi.* Non tam ſcite. Agitur enim de argento quod in ſacculis retulerant Hebræi. Rurſus eodem loco Am. Era. & Gill. cum paucis mſſ. *Argentum veſtrum habeo, hoc eſt probum quod fida*, &c. Rom. edit. ... *habeo probatum, hoc eſt, quod fida.* Mſſ. vero magno numero ut in textu, niſi quod pro, *fida* legerunt quidam, *fides*, quidam, *fide.*

c. Sic omnes mſſ. At omnes edit. *qui uſus iſtius & ſedulitatis, & gratiæ! Morale myſterium.*

de calumnia quam ſibi à Joſeph fieri putabant, A fratres ſuſpecti erant: ille invitabat ad prandium, horum nutabat affectus: illius perſeverat gratia: primus appellat, primus interrogat: *Quomodo habetis?*

54. Et iterum ait: *Recte eſt pater veſter ſenior?* Superioris eſt inferiorem ad colloquium provocare, dare ſermonis fiduciam, quærere non ſolum de ipſis, ſed etiam de parentibus.

55. Reſpondent illi: *Recte eſt puer tuus, pater noſter.* Ille ſeniorem dixit, ut honoraret: illi pue- B rum nominaverunt, ut deferrent humilitatis obſequium; quòd ſenectus honoratæ ſit dignitatis, pueritia autem ſubjecta videatur, & propior verecundiæ, quàm ſuperbiæ.

Ibidem. 29. 56. *Reſpiciens autem oculis vidit Benjamin fratrem ſuum ex eadem matre.* [a] Morale eſt, ut quos diligimus, eos videamus præ ceteris; & quos animi intentio tenet priores, eos obtutus offendat oculorum. Siquidem plerumque circa alia mentis occupatione diſtricti, quos habemus ante C oculos, non videmus: ita duce animo dirigitur noſter adſpectus. Vidit igitur Benjamin fratrem ſuum ſanctus Joſeph, quem tenebat animo, quem oculis requirebat: quo abſente, fratres pene non viderat, [a] quia videre nihil proderat: nec ſolum vidiſſe contentus, quaſi neſciret interrogavit: *Hic frater veſter eſt adoleſcentior?* Conſuetudo & gratia caritatis eſt, ut dilectos nobis non ſolum oculis, ſed etiam ſermone teneamus. Agnoverat Joſeph dilectum ſuum: ſed ideo interrogabat, ut D quem tenebat animus, vox ſonaret.

57. Denique non exſpectavit ut reſponderetur: ſed continuò benedixit eum, & turbatus eſt
Ibidem. 30. deſiderii ſui fructu. *Torquebantur autem viſcera ejus;* quia complectendi ejus quem deſideraverat,
Ibidem. 43. 30. libertas differebatur. Denique, *Ingreſſus in promtuarium ploravit, & lavit faciem ſuam,* [b] *& continuit ſe.* Grandis amoris aculei cito corda compungunt, niſi deſiderii fræna laxentur. Vincebatur affectu Joſeph, differebatur conſilio: ra- E tio cum amore certabat. Flevit, ut amoris pii æſtus lacrymis temperaret. Hæc moraliter.

58. Myſtice autem. Vidit dominus Jeſus Paulum, oculi enim Domini ſuper juſtos, & dixit:
Ibidem. 29. *Hic frater veſter eſt adoleſcentior?* Adhuc adoleſcentior dicitur, qui nondum maturam canæ fidei gerebat ætatem, nondum in virum perfectum
Epheſ. 4. 13. excreverat, *in illam,* ſicut ipſe ait, *menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Denique adoleſcens legi- *Act. 7. 57.*
tur tantum ibi, ubi lapidantium Stephanum veſ- F timenta ſervabat. Et ideo Philemonem non adoleſcentiæ ſuæ, ſed ſenectutis ſimilem eſſe cupie- *Philem. 9.*
bat, ut ſcripſit: *Magis obſecro, cùm ſis talis ut Paulus ſenex.* Ideo adoleſcentiores viduas prædicat *1. Tim. 5. 11.* declinandas, non propter ætatem, ſed propter quamdam pubeſcentium delictorum laſciviam, A immaturitatemque virtutis. Ceterum major in juvene, quam in ſene laus caſtitatis eſt. Puto autem quod à vero non ſit alienum illud, ſi intelligamus quia [c] cùm hoc Paulus haberet, & horreret correptus, quod cæcitas accidiſſet ei, inciperet tamen appropinquare dicendo: *Domine, quid me vis facere;* *Act. 9. 6.* ideo adoleſcentior dicebatur à Chriſto, ut qui vocabatur à gratia, excuſaretur à culpa, quod ea lubricæ fuiſſet ætatis. Denique vidit eum Chriſtus, ubi lux circumfulſit B eum. Et quia adoleſcentes magis metu, quam ratione revocantur à vitio, adhibuit ſtimulum, & miſeratus admonuit, ne adverſus ſtimulum calcitraret.

59. Turbatus eſt autem, ſicut habes in Evangelio, *Johan. 11. 33.* quia turbavit ſe ſpiritu, cùm Lazarum reſuſcitaret; & ibi flevit, ut prius lacrymis ſuis mortui delicta lavaret. Sed intra ſe flevit, & lavit faciem ſuam. Cæcitas Pauli, fletus eſt Chriſti: lavat faciem ſuam, ubi lumen ei reparatur C amiſſum. Lavat faciem ſuam Chriſtus, ubi baptizatus eſt Paulus, per quem dominus Jeſus à pluribus videretur. Et ideo in convivio pars ejus quintupliciter major effecta eſt, quod haberet ſuperioribus anteferri, non ſolum mentis prudentiâ, ſed etiam militiâ corporis, & gratiâ caſtitatis.

CAPUT XI.

Inebriantur omnes fratres cum ſancto Ioſeph: at ſolius Benjamini ſacco inſeritur ſcyphus. Inſpiciuntur D *ordine omnium ſacci, & tandem vas illud invenitur, atque iſtorum myſteria eruuntur; ubi præcipue de donis divinis, ac de Pauli vocatione diſputatur.*

60. B*iberunt autem, & inebriati ſunt pariter cum eo.* *Gen. 43. 34.* A principio fidei major Paulo prærogativa defertur, de quo dictum eſt ad Ananiam: *Vade quoniam vas electionis eſt mihi, ad ſufferendum* *Act. 9. 15.* E *nomen meum coram gentibus.* A principio inebriatur ebrietate, ſed ſobria; ut & ipſe cum ſanctis diceret: *Et poculum tuum inebrians, quam præclarum eſt.* *Pſal. 22. 5.*

61. [d] Et ſcyphus argenteus ſoli ejus ſacco inſeritur. *Gen. 44. 2.* Neſciebat hoc Benjamin: fallebatur Paulus, ſed vocabatur. Mittitur poſt eum mane. Nox enim præceſſerat cæcitatis, dies fidei appropinquabat.

62. Per ordinem ſingulorum prius inſpiciuntur *Ibidem 12. & ſeq.* F ſacculi. Docet te moralitatem ſcriptura divina. Per ordinem ante diſcubuerunt in convivio contra eum, primitivus ſecundum ætatem. Vides quod ſenioris locus ille ſit deferendus. Per *Ibidem 43. 33.* ordinem iterum requiruntur ſacculi ſingulorum, ut ſcias electum Paulum cæleſti eſſe judicio. Diſcuſſit ceteros, hunc prætulit. In nullius alterius

[a]. *Morale* hîc non idem ſignificat ac ſupra, id videlicet quod ad inſtitutionem morum conducit. Sed perinde eſt ac ſi dicas: mores hominum ita ſe habent; vel ſimplicius: hoc in more poſitum eſt. Unde paulo poſt eodem ſenſu: *conſuetudo,* inquit, *& gratia caritatis eſt, ut dilectos,* &c.

a. *Quia videre nihil proderat,* deſiderabatur in omnibus edit. quod nobis mſſ undecim reſtituêre.

b. Sic ant. edit & mſſ. quinque: à quibus non abit Rom. edit. niſi quod ſola habet: *Et egreſſus continuit.* Mſſ. vero alii ſeptem: *Et continuerunt ſe grandis amoris aculei.* è quibus Valc. Germ. Ful. & Corb. habent: *cito corda compungunt.*

c. Edit. omnes & mſſ Vat. & Theod. *Cum hic Paulus hæreret, & horrore correptus quod,* &c. At nobiſcum faciunt mſſ octo: quos aliis anteponendos minime negabis, ſi conſideres hæc verba: *Cum hoc Paulus haberet,* optime referri ad vitia adoleſcentiæ, *laſciviam delictorum, atque immaturitatem virtutis.*

d. Rom edit ſola, *Implete ſaccos hominum eſcis, quæcumque poterunt tollere, & injicito uniuſcujuſque argentum in ore ſacci & ſcyphum meum argenteum injicito in ſaccum junioris.* Quibus verbis caput auſpicabatur. Iterum eadem cum Gill. *Non fallebatur Paulus.* Am. & Era. cum pleriſque mſſ. *Fallebatur Paulus.* Sed mſſ ſex bonæ notæ, *Infallebatur,* quod verbum etſi minus uſitatum, ſignificatione tamen a ſuo ſimplici non diſcrepat.

ſacco ſcyphus argenteus inventus eſt, niſi iſtius. A Quid ſibi vult quod inſertus eſt ſacculo? Joſeph quidem inebriavit ut falleret: ſcypbum miſit ut fratrem quem diligebat, pia fraude revocaret: ſed refulgent myſteria divina.

63. Hoc invenit in nobis Chriſtus argentum, quod ipſe donaverit. Habemus naturæ argentum, habemus & gratiæ. Natura opus eſt creatoris: gratia munus eſt redemtoris. Et ſi non poſſumus videre dona Chriſti; ille tamen donat, & operatur occulte, & donat omnibus: ſed ſerva- B re paucorum eſt, & non amittere. Non omnibus tamen donat omnia. Triticum multis datur, ſcyphus uni, qui prophetico & ſacerdotali donatur munere. Non enim omnes, ſed Propheta dicit: Pſ. 115. 13. *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*

64. In corpore igitur Pauli jam doctrinæ cæleſtis alloquium refulgebat, cùm eſſet eruditus in lege. Sed quia adhuc juſtitiæ Dei ſubjectus non erat, intra ſaccum erat ſcypbus, doctrina C Act. 9. 17. intra legem, lucerna intra modium. Miſſus tamen eſt Ananias, qui benedictionem daret, manum imponeret, ſaccum ſolveret: ſacco ſoluto, reluxit argentum, & decidentibus ſquammis velut quibuſdam ſacci vinculis, ſtatim vidit. Vinculum ejus perfidia erat: abſolutio ejus fides facta eſt. Et ideo tamquam ſolutus ſacco, hoc eſt, depoſito legis velamine quod poſitum eſt ſupra cor Judæorum, converſus ad Dominum, liber à 2. Cor 3. 18. nexu, adeptus gratiam libertatis ait: *Nos itaque* D *revelata facie gloriam Dei ſpeculantes, ad eamdem imaginem reformamur.* Soluto enim calceamento legis, nudo veſtigio liberi ſermonis Evangelium prædicabat. Tenebant eum Judæi, & impedire cupiebant. ſed ubi in ejus ſacco argentum reſplenduit, ſciderunt veſtimenta ſua, & reverſi ſunt retro. Libera enim pro Chriſto Pauli prædicatio nudavit populum Judæorum, & omnem eorum reſcidit gratiam.

Gen. 44. 13. 65. Ideoque retro regreſſi ſunt, qui ante ſe vi- E dere non poterant. Retro redeunt, qui Chriſtum Iohan. 18. 6. amittunt. Denique & in Evangelio cùm corriperent ad mortem dominum Jeſum, redeuntes retro ceciderunt in terram. Merito retro revertebantur, qui in terrenam labem ab illa cæleſti gratia recidebant. Nolebant igitur moraliter redire ſine fratre, myſtice ſine Paulo reverti: quo amiſſo, adſerebant in mœrorem deducendam parentis populi ſenectutem.

Gen. 44. 18. & ſeq. 66. Et ideo Judas apud Joſeph remanere cu- F piebat, ne videret mala quæ invenirent patrem ſuum, hoc eſt, jam prævidebat, & cavere cupiebat mala quæ ventura erant populo Judæorum. Sed cùm adhuc hæc ipſa non eſſet in typo illo principum populi Judæorum libera prædicatio, flevit Joſeph, hoc eſt, in illo ploravit Jeſus.

CAPUT XII.

Ioſeph fratribus ſe ipſe manifeſtans, ac eos ad accedendum invitans, atque etiam excuſans, quem adverſus Iudæos adhibiturus erat Chriſtus agendi modum exprimit. Ibi elegantiſſima verborum utriuſque inſtituitur comparatio; & poſt illam Benjamini complexus à Ioſeph de Paulo obiter explicatur.

67.[a] ET juſſit omnes recedere, ut cognoſceretur à fratribus. Non venerat enim, ſicut ipſe ait, niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael. *Et emittens vocem cum fletu, ego ſum, inquit, Ioſeph, adhuc pater meus vivit?* Gen. 45. 2. & 3. Hoc eſt, expandit manus ſuas ad populum non credentem & contradicentem: non legatum neque nuntium quærens, ſed ipſe Dominus ſalvum facere volens populum ſuum: *Ipſe qui loquebar, ecce adſum,* inquit. Eſai. 52. 6. Et, *Palam factus ſum quærentibus me, appareo* Eſai. 65. 1. C *iis qui me non interrogabant.* Quid igitur aliud tunc clamavit, niſi: *Ego ſum Ieſus,* Iohan. 18. 5. cùm principibus Judæorum interrogantibus: *Tu es filius Dei?* reſponderet: *Vos dicitis quia ego ſum;* cùm Pilato diceret: *Tu dicis quia rex ſum; ego in hoc natus ſum, ut teſtimonium perhibeam veritati;* Ibidem. 37. cùm principi ſacerdotum dicenti: *Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei,* Matth. 26. 63. & 64. referret: *Tu dixiſti. Amen dico vobis, amodo videbitis filium hominis ſedentem ad dexteram virtutis Dei,* D *& venientem cum nubibus cæli?* Hoc eſt ergo quod ait: *Ego ſum Ioſeph,* ego ſum divinæ potentiæ. *Adhuc pater meus vivit?* Hoc eſt, ego patrem non nego, ego fratres agnoſco, ſi aut vos fratrem, aut pater filium recognoſcat. Adhuc ergo populus meus vivit, de cujus populi familia fratrem mihi elegi?

68. *Accedite ad me;* Gen. 45. 4 quia ego ad vos appropinquavi, & eo uſque appropinquavi, ut per carnis ſuſceptionem facerem me veſtræ conſortem E naturæ. Nolite vel participem fugere veſtræ ſocietatis, ſi non agnoſcitis auctorem ſalutis.

69. *Et acceſſerunt,* inquit, *ad illum, & dixit:* Ibidem. 4. & 5. *Ego ſum Ioſeph frater veſter, quem vos tradidiſtis in Ægyptum. Nunc ergo nolite mœſti eſſe, neque vobis durum videatur, quoniam huc me vendidiſtis. Ad vitam enim veſtram miſit me Deus ante vos.* Quam fraterna pietas, quam dulcis germanitas! ut etiam parricidale excuſaret admiſſum, dicens divinæ illud providentiæ fuiſſe, non impietatis huma- F næ: quandoquidem non ab hominibus oblatus ad mortem, ſed à Domino miſſus ſit ad vitam. Quid aliud habet illa domini noſtri Jeſu Chriſti, Luc. 23. 34. qui fratres omnes pietate ſuperavit, in cruce poſiti interceſſio pro plebe dicentis: *Pater dimitte illis; non enim ſciunt quid faciunt?* Luc. 24. 36 Quid aliud illa appellatio ſanctitatis in medio diſcipulorum dicentis: *Pax vobis: ego ſum, nolite timere?* Ibidem. 38 & 39. Et cùm conturbati & conterriti exiſtimarent ſe ſpiritum videre, iterum dixit ad illos: *Quid turbati eſtis, & quare cogitationes adſcendunt in corda veſtra? Videte, ecce manus meas, & pedes meos, quia ego ſum ipſe. Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* Hæc ergo jam

a Sic omnes mſſ. atque edit. excepta Rom. quæ hunc Scripturæ textum præmittit: *Et non poterat Ioſeph tolerare omnes adſtantes ei, ſed dixit: Emittite omnes à me. Iuſſit Ioſeph omnes, &c.*

tunc futura poſterioribus tempotibus myſteria A revelata ſunt.

70. Denique bæc ipſis exprimuntur ſermonibus; ut ipſum eſſe intelligamus, & qui anre in Joſeph, & poſtea in ſuo locutus eſt corpòre; quandoquidem nec verba mutavit. Ait enim tunc: *Nolite mæſti eſſe.* Et infta: *Adſcendite ad patrem meum, & dicite illi: Hac dicit filius tuus Ioſeph: Fecit me Deus dominum totius terra Ægypti.* Et
Matth. 28. 10. in Evangelio ait: *Nolite timere. Ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilaam, & ibi me videbunt.* B
Ibidem. 18. Et infra ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*, hoc eſt dicere: divinæ hoc fuit diſpoſitionis, ut acciperem poteſtarem, non acerbitaris humanæ. Non objicit ſcelus, qui enumerat præmium.

71. Quod autem habetur in Geneſi: *Ad vitam enim veſtram miſit me Deus ante vos*, reddit in
Ibidem. 19. Evangelio dicens: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Hæc enim eſt merces & vita ſanctorum, quod C etiam alios redemerunt.

72. Illud quoque adverte, non otioſe ſcrip-
Gen. 45. 10. tum in Geneſi: *Et eris prope me, tu & filii tui, & filii filiorum tuorum.* Hoc eſt enim quod dixit in
Matth. 28. 20. Evangelio: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſaculi.*

Gen. 45. 14. 73. Quam evidens quoque illud myſterium, quod veluti completo omni mandato, fratrem ſuum Benjamin complectitur Joſepb, & cecidit ſupet collum ejus, ſicut etiam completo Evan- D
Act. 9. 4. & ſeq. gelio Chriſtus Paulum amplectitur quibuſdam miſericordiæ ſuæ brachiis; ut interna opinione curvatum, velut à collo in cælum erigat. Unde
Philip. 3. 20. & ille erectus à Chriſto ait: *Noſtra autem converſatio in cælis eſt.*

CAPUT XIII.

Inventos à Ioſeph fratres gaudet Pharao, cujus erga eoſdem humanitas explicatur. Quid munera, qua Ioſeph fratribus & pracipue Benjamin confere, atque ad patrem deſtinat, ſignificent? Quid etiam quod illos diſcedentes ad pacem exhortatur? Qua reditus ipſorum in terram Chanaam, & patris ubi audivit filium vivere, admiratio conſequitur. E

Gen. 45. 16. & ſeq. 74. ET gaviſus eſt Pharao, quod Joſeph agnoviſſet fratres ſuos. Unde & vulgata eſt vox in domo Pbarao. Et bortatus eſt ſanctum Joſeph, ut fratres ſuos invitet, ut veniant cum patre: & mandat impleri eorum ſarcinas tritico, & vehicula dari. Unde hæc humanitas barbaro, F niſi illud oſtenderetur magnum myſterium, quod jam non invidet Eccleſia, cùm tedùnuntur Judæi, & populus Chriſtianus hac adjunctione lætatur, & quibus poteſt ſubſidiis juvat, & mittit evangelizantes regnum Dei, quo maturius evo-
Ibidem. 22. centur? Quibus dantut binæ ſtolæ.

a 75. [a] Et allegat Paulum, cum ejus dicta depromit, cui trecenti aurei, & quinque ſtolæ diverſi
Ibidem. 23. coloris conferuntur à Chriſto. Trecentos aureos habet, qui crucem prædicat Chriſti. Ideoque

A ait: *Neque enim judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Chriſtum Jeſum, & hunc crucifixum.* *1. Cor. 2. 2.* Et bene aureos accipit, quia non in ſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus prædicabat. Quinque autem ſtolas accipit, vel ſapientiæ multiplices diſciplinas, vel quod nullis ſenſuum corporalium captus illecebris, ubi alus periculum, illic teneret victoriam; qui omnes voluptates carnis ſingulari continentia & virtute ſuperaret, cujus ingenium ſtudiumque nulla cor-
B poris bebetaret infirmitas, qui cùm eſſet in corpore, corpus ſe habere neſciret. Denique raptus in paradiſum, ſive in corpore, ſive extra corpus neſciens, audivit verba ineffabilia, quæ loqui homini non liceret: qui poſtremo nihil terrenum oleret in terris, ſicut ipſe docet dicens: *Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in iis qui ſalvi fiunt.* *2. Cor. 2. 15.*

76. Præcellit igitur Paulus, & ejus exuberat portio: ſed tamen babent, & alii prædicatores
C gratiam ſuam. Binas ſtolas accipiunt. Quas illas? Utique de quibus dubitare non debes, quia legiſti de ſapientia dictum: *Binas veſtes fecit viro ſuo.* *Prov. 31. 22.* [*] Una eſt myſtica, moralis altera. Sed non omnes apoſtoli, non omnes propbetæ, non omnes paſtores, non omnes virtutes, non omnes habent gratiam curationum, non omnes linguis loquuntur. Ubi diverſa merita, præmia diverſa.

77. Et præmittuntur patri munera. *Gen. 45. 23.* Filius bonorat patrem. Chriſtus populum ſuum invitat
D promiſſis, invitat muneribus. Portant hæc munera aſini illi inutiles, & laborioſi ante, nunc utiles: portant in typo Chriſti munera, portaturi in Evangelio munerum largitorem.

78. *Dimiſit autem fratres ſuos, & abierunt. Et dixit illis Ioſeph: Nolite iraſci in via.* *Ibidem. 24.* Quam bene docet ab iracundia præcavendum, quod ea poſſit etiam amantes ſui ſeparare germanos; & maxime in via fugiendam eſſe diſcordiam, ubi ipſe viandi comitatus debet inviolabilis gratiæ habe-
E re conſortium. Quid autem aliud ait dominus noſter Jeſus ex hoc corpore receſſurus, cùm diſcipulos dimitteret ſuos, niſi ne iraſcerentur in via, dicens: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis?* *Iohan. 14. 27.* Ubi enim pax eſt, iracundia locum non babet, [b] ablegatur diſcordia, fugatur diſſenſio. b Hoc eſt ergo quod ait: *Pacem meam do vobis;* id eſt, *Nolite iraſci in via.* Et vide ne in hac via dicat, hoc eſt, in hoc curſu totius vitæ indignationem cavendam, quod ira ſæpe etiam inno- *11. quæſt. 3. Ira ſæpe.*
F centes in crimen adducat; quia dum juſto amplius iraſcimur, & volumus alienum coercere peccatum, graviora peccata committimus. Ideo Apoſtolus: *Non vos ipſos*, inquit, *vindicantes, cariſſimi: ſed date locum iræ*, *Rom. 12. 19.* hoc eſt, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Unde dominus Jeſus dimittens ad evangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine pera, ſine virga, id eſt, ut & incentiva litis, & inſtrumenta eriperet ultionis.

79. *Et adſcenderunt*, inquit, *de Ægypto, & vene-* *Gen. 45. 25.*

a. Omnes edit. ac mſſ aliquot: *Et alligat Paulum.* Alii non pauci, nec poſtremæ notæ: *Et allegat Paulum.* Hos autem ideo duximus aliis anteponendos, quod Benjamin qui Pauli figura erat, non memoratur poſt hanc agnitionem mutuam alligatus; & Paulus ipſe *cum ejus dicta depromuntur*, minus recte diceretur *alligari*, quam *allegari*, hoc eſt, legatus mitti.

*. Per myſticam & moralem ſtolam intellige myſticam & moralem Scripturarum interpretationem.

b. Mſſ majori numero & auctoritate, *alligatur diſcordia.* Theod. *miſericordia.* Benig. *concordia.* Quod utrumque nequaquam diſplicet. Alii tamen aliquot, & edit omnes, *ablegatur diſcordia.* Et hoc magis congruit cum ſequentibus.

rum in terram Chanaam ad Iacob patrem ſuum; & nuntiaverunt illi dicentes: Quia Ioſeph filius tuus vivit, & ipſe eſt princeps totius terræ Ægypti. Quæ eſt terra Chanaam? Quæ nutabat. Quid igitur tam evidens, quam apoſtolorum tempora deſignari? Qui ingreſſi Judæorum ſynagogas nutantes, domini Jeſu potentiam prædicabant, ſicut habemus in Actibus apoſtolorum, dicente
Act. 2. 32. & 33. Petro: *Hunc ergo Ieſum reſuſcitavit Deus, cujus nos teſtes ſumus. Dextera igitur Dei exaltatus, repromiſſione Spiritus ſancti accepta à Patre, effudit hoc donum quod vos videtis.* Advertimus certe quomodo & vivere eum, & terræ totius principem dicat, qui aperiens borrea ſua, ſpiritalis gratiæ donet omnibus ubertatem. Hæc dicebant apoſto-
Act. 5. 18. li, ſed Judæi non credebant: ſed injiciebant manus in eos, ſed trudebant in cuſtodiam prædicatores ſalutis.

Gen. 45. 26. 80. Unde & de Jacob ſcriptum eſt: *Expavit mente*; non enim credebat eis. Expavit affectu plebis incredulæ, ſed poſteaquam Chriſti geſta cognovit, tantis beneficus & operibus delinitus
Ibidem. 28 reſumſit ſpiritum dicens: *Magnum mihi eſt, ſi adhuc filius meus Ioſeph vivit: ibo, & videbo illum prius quam moriar.* Primum & maximum fidei fundamentum, in reſurrectionem Chriſti credere. Quicumque enim crediderit reſuſcitatum, feſtinus requirit, devotus accedit, & intima Deum mente veneratur. Credit enim quod ipſe non moriatur, ſi credat in reſurrectionis auctorem.

CAPUT XIV.

Iſrael elevans ſe venit ad puteum juramenti, ubi & ſacrificat. Hunc Deus promiſſis conſolatur, eique ſpondet fore ut ejus oculi manu Ioſephi claudantur. Ingrediuntur in Ægyptum ſeptuaginta quinque animæ, ac demum filios ad ſe convocat Iſrael: & horum omnium quæ myſteria?

Ibid. 46. 1. 81. *Et elevans ſe Iſrael, venit ad puteum juramenti, immolavitque hoſtiam Deo patris ſui Iſaac.* Merito elevatur qui feſtinat ad Chriſtum. Fides præcedit devotionem. Prius ſe elevavit, poſtea immolavit. Ille enim bene immolat, qui cognitionem divinitatis inveſtigaverit.

Ibidem. 2. & ſeq. 82. *Dixit autem Deus ad Iſrael in viſu noctè dicens: Iacob, Iacob. Qui dixit: Quid eſt? Et Dominus ait: Ego ſum Deus patrum tuorum, noli timere, deſcende in Ægyptum; in gentem enim magnam faciam te ibi. Ego deſcendam tecum in Ægyptum, & ego deducam te in perpetuum.* Quemadmodum quæ ipſi legunt, non intelligunt; & Moyſen quem laudant, abnegant, cùm ejus ſcriptis credere nolunt. Quid evidentius quam quod hoc loco invitantur, ut ad ſanctam Eccleſiam Dei tranſeant, & qui ante intra Judææ terminos coartabantur anguſtos, ad populum Dei migrent, qui ex toto orbe, ex omnibus nationibus & populis congregatus in magnam factus eſt gentem? Denique in omnem terram exivit ſonus eorum. Vocatur ergo à filiis ſuis Jacob, id eſt, à Petro, Paulo, Johanne populus Judæorum invitatur ad gratiam.

83. Ipſe quoque Deus noſter proprio eum hortatur oraculo, ſpondet ei profectum fidei muneris ſui fructum dicens ei: *Ioſeph mittet manum ſuper oculos tuos.* *Ibid. 46. 4.* Non utique ſanctus Patriarcha ſollicitus erat à quo ei oculi clauderentur; licet etiam intellectu ſimplici moralis exprimatur affectus. Nam ſi eos quos diligimus, cupimus frequenter amplecti, quanto magis receſſuri ex hoc corpore, ipſo carorum pignorum tactu delectamur extremo, & hoc mulcemur viatico? Tamen myſtice licet nobis intelligere quod poſtea cogniturus Deum ſit populus Judæorum. Hoc eſt enim myſterium, quod verus Joſeph immittet manus ſuper oculos ejus; ut qui non videbat ante, jam videat. Veni ad Evangelium, lege quemadmodum cæcus ille ſanatus ſit, cui Jeſus manum impoſuit, & ejus abſtulit cæcitatem. *Iohan. 9. 6* Non enim morituris Chriſtus manum imponit, ſed victuris: aut ſi morituris, recte; quia prius morimur, ut reviviſcamus. Non enim poſſumus Deo vivere, niſi peccato ante moriamur.

84. Deſcendunt igitur in Ægyptum ſeptuaginta quinque animæ, ſicut ſcriptum eſt, & hoc myſticæ numero remiſſionis; quia pòſt tantam duritiam, poſt tanta peccata haberentur indigni, niſi donaretur his remiſſio peccatorum. Occurrit illi Judas, hoc eſt, confeſſio erroris. Hunc ſui venturus Judæorum populus prænuntium mittit. Ideo & Joſeph verus, id eſt, arbiter & interpres divinitatis occurrit; quia præcedit jam confeſſio, quos antea perfidia poſſidebat. Interpres enim divinitatis eſt Chriſtus; quia Deum nemo vidit umquam; niſi unigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. Hic ſenilis jam ætatis, & feſſum ſuſcipiet ultimis temporibus populum Judæorum, non ſecundum illius merita, ſed ſecundum electionem gratiæ: & imponet manus ſuper oculos ejus, ut cæcitatem auferat. Cujus ideo diſtulit ſanitatem, ut poſtremus crederet, qui ante non putavit eſſe credendum, & prærogativam ſuperioris electionis amitteret. Unde & Apoſtolus ait: *Quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret.* *Rom. 11. 25.*

85. Geſta igitur patriarcharum, futurorum myſteria ſunt. Denique ipſe Jacob ſic ait ad filios ſuos: *Congregamini, ut annuntiem vobis quæ occurſura ſunt vobis in noviſſimis diebus. Congregamini, & audite Iſrael patrem veſtrum.* *Gen. 49. 1. & 2.*

IN LIBRUM
DE BENEDICTIONIBUS PATRIARCHARUM
ADMONITIO.

AMbroſium in ſuperioribus libris jam obſervavimus aliquid inſeruiſſe de benedictionibus Patriarcharum, hoc eſt, de benedictionibus illis quibus Jacob in extremis poſitus, filiis ſuis qui μετὰ ἀντονομασίας, Patriarchæ dicuntur, omnia fauſta comprecatus eſt. Verum has ille obiter tantum attigerat, uberioremque earum interpretationem alium in locum, ubi deditâ operâ de illis diſputaret, rejecerat. Id exſequitur in hac ſua ſcriptione ſanctus Doctor.

a. Cap. 1. *Itaque primum utilitate paternæ benedictionis breviter expoſita, [a] docet Ioſephum properanter liberos ſuos Manaſſen atque Ephram ad Iacob, ut ejus benedictione donarentur, ſecum adduxiſſe: avum autem adoptatis illis locum inter proprios filios adtribuiſſe. Dehinc [b] Scripturæ ſecutus ordinem quas Jacob filiis ſuis impertivit benedictiones enucleat. Rimatur in iis omnibus myſticum ſenſum, eaſque non tam benedictiones eſſe [c] adſerit, quam prophetias: imo prophetias eſſe, at variis benedictionum gratiis cumulatas. Quamobrem quid ſit ipſarum ſingulis adumbratum, aperit, exempli cauſa benedictione Manaſſis atque Ephram [d] Iudæos & Chriſtianos, benedictione Dan [e] Antichriſtum, benedictione Benjamin [f] ſanctum Paulum: Chriſtum vero earumdem pleriſque deſignari, maxime Iudæ ac Ioſephi benedictionibus, [g] quas ea de cauſa fuſius atque accuratius quam alias edifferit.*

b. Cap. 2. & ſeq.
c. Cap. 2. num. 7. & alibi
d. Cap. 1.
e. Cap. 7.
f Cap. 12.
g Cap. 4. & 11.

h Deut. 33. 6. & ſeq. *Porro ut majorem iis quas proponit, expoſitionibus vim auctoritatemque conciliet, verba queis [h] Moyſes jam jam è vivis abiturus Tribubus ex eorumdem Patriarcharum ſemine oriundis bene precatus eſt, in medium profert. Addendum tamen eſt ſanctum Præſulem non ubique memoratis uſum eſſe teſtimoniis; cùm tres è Moſaicis benedictionibus prætermiſerit. Illud autem in hac opella ſingulare, ac parum uſitatum Ambroſio, quod is illic interpretationes myſticas evolviſſe contentus, numquam ferme niſi ſemel [i] aliquid morum inſtitutioni accommodatum inſeruit.*

i. Cap. 7. num. 33.

k Cap 4. num. 21. *Hoc in tractatu ſanctus Doctor alia è ſuis operibus nonnulla citat, atque imprimis [k] commentarium ſuum in Lucam; quod quidem cùm anno circiter 386. ut fert veriſimilior opinio, ſcriptum fuerit, hinc conſequitur non niſi poſt eumdem annum commentatiunculam* de Benedictionibus Patriarcharum *editam fuiſſe. At vero ſi ſtatuendum hac de re ex maxima illa & evidentiſſima connexione, qua cum libris ſuperioribus cohæret, dicendum erit ipſam his non eſſe multo poſteriorem, nec proinde in aliud tempus quam in annum circiter 387. rejiciendam. Et ſane Ambroſius in libro ſuo* de Joſeph Patriarcha *non videtur benedictionem ejus aliam ob cauſam, niſi quod ſuam ei peculiarem diſputationem in proximum tempus deſtinabat, omiſſam voluiſſe; cùm alioquin ejuſdem interpretatio benedictionis præcipuo argumenti ſui capiti, quo videlicet in Ioſepho expreſſam Chriſti domini imaginem demonſtrare cogitabat, apprime conveniret.*

Ceterum ſummam hanc eorumdem tractatuum affinitatem adeo confirmant aliquot veterum codicum inſcriptiones, ut ex utroque unicum opus conſtituere videantur. Etenim manuſcriptus Benignianus ſive ſancti Benigni Divionenſis in fronte libri de Joſeph Patriarcha *hunc titulum exhibet:* Incipit ejuſdem (*Ambroſii nimirum*) liber primus de Joſeph; *in calce autem*: Explicit liber primus de Joſeph; *& conſequenter ſine alia inſcriptione ſubjungit librum de Patriarchis. Manuſcriptus Uticenſis ſive ſancti Ebrulphi in initio atque in fine libri de Ioſeph eadem ferme verba quæ Benignianus, præ ſe fert: ſed illud habet expreſſius quod eum tractatum quo de agitur, ita inſcribit:* Incipit ſecundus de Joſeph & fratribus ejus, & de benedictionibus eorum. *Denique in quibuſdam codicibus eidem libro* de Benedictionibus *præmittitur hæc inſcriptio:* Incipit liber ſecundus de Patriarchis; *iſta verò clauſula ſubjicitur:* Explicit liber ſecundus de Patriarchis. *Ionas quoque Epiſcopus Aurelianenſium ipſius meminit ſub titulo* de Joſeph; *ſiquidem ubi prima ejuſdem verba allegat, ita loquitur:* [l] Ambroſius in libro cujus titulus eſt de Joſeph. *Poſtremo nulli dubitamus quin hic liber ultimus eorum ſeptem habendus ſit, quos in id argumentum ab Ambroſio ſcriptos memorat Caſſiodorus:* [m] Item, *inquit ille*, ſanctus Ambroſius de Patriarchis ſeptem libros edidit. *Hos dubio procul à libris de Abraham ad hunc ipſum incluſive, ut vocant, enumerat.*

l Lib. 2. de Inſtit. laic. cap 15.
m. Lib. de Inſtit. divin. litt. cap. 1.

Cùm autem omnes illi tractatus è ſermonibus conſtent, quos à ſancto Præſule circiter annum 387. ſub exitum Quadrageſimæ haberi cœptos ac poſt feſta paſchatis continuatos fuiſſe oſtendimus; relinquitur ut hunc quoque per idem quidem tempus, ſed ante menſem auguſtum ſub quem Maximus tyrannus in Italiam irrupit, pronuntiatum colligamus.

SANCTI

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE BENEDICTIONIBUS PATRIARCHARUM

*LIBER UNUS.**

* Scriptus circ. an. 387.

CAPUT I.

Ut liberi ad honorem deferendum parentibus impellerentur, magnam vim horum benedictioni Deum indidiſſe. Paternam benedictionem accipere Joſephum feſtinaſſe, atque etiam filios patri obtuliſſe benedicendos. Et quæ his myſteria contineantur.

1. PRIMUM[a] omnium quantam diſcimus parentibus referre reverentiam, cùm legimus quoniam qui benedicebatur à patre, benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat. (Gen. 9. 25. & ſeq.) Ideo hanc parentibus gratiam donavit Deus, ut filiorum pietas provocetur. Prærogativa igitur parentum diſciplina eſt filiorum. Honora ergo patrem, ut benedicat te. Honoret pius patrem propter gratiam, ingratus propter timorem. Et ſi pauper eſt pater, & non habet divitiarum copias quas relinquat filiis; habet tamen ultimæ benedictionis hereditatem, qua ſanctificationis opes ſucceſſoribus largiatur. Et multo plus eſt beatum quam divitem fieri.

2. (Gen. 48. 1. & ſeq.) Feſtinabat Joſeph ſumere benedictionem. Denique & filios ſuos obtulit Manaſſen & Ephræm, quos benedixit Jacob; ut quia duodecim habebat filios, & tertius-decimus erat futurus apoſtolus Paulus, quaſi poſterior electus, tertia-decima Tribus de Manaſſe & Ephræm nepotibus ſanctificaretur in utrumque diviſa, quo Paulus non extra paternarum numerum Tribuum veniretur, qui veteris Teſtamenti & novi egregius prædicator, paternæ benedictionis hereditatem ſibi quoque facile profeciſſe comprobaret.

3. (Ibidem. 13. & ſeq.) Quamquam præclara hæc in hoc ſint myſteria, quod ſumens Joſeph filios ſuos quos ſuſceperat in Ægypto, Ephræm ad dexteram ſuam, ad ſiniſtram autem Iſrael patris ſui: Manaſſen autem ad ſiniſtram ſuam, ut ad dexteram eſſet Iſrael, applicuit eos ante patrem ſuum. Extendens autem Iſrael manum dexteram, impoſuit ſuper caput Ephræm qui erat junior & ſtabat ad ſiniſtram avi: & ſiniſtram ſuam poſuit ſupra Manaſſen qui erat ad dexteram, & ita immutatis manibus, benedixit eos. In quo & Joſeph naturæ ordinem ſervavit, ut ſeniori filio plus deferret, ſicut Iſaac quoque in Eſau priorem filium benedictionem deferre cupiebat: ſed minorem filium in typo junioris populi credidit præferendum, ſicut erat ipſe à matre prælatus.

4. Denique Manaſſes ex oblivione, latina interpretatione, ſignatur; eo quod populus Judæorum oblitus eſt Deum ſuum qui fecit eum. (Ibid 41. 51.) Et quicumque ex ea plebe crediderit, tamquam ex oblivione revocatur. Ephræm autem fœcunditatem fidei, interpretatione nominis pollicetur, qui auxit patrem, ſicut ait ipſe Joſeph dicens: *Quia auxit me Deus in terra humilitatis meæ.* (Ibidem. 52.) Quod proprium eſt populi junioris, qui corpus eſt Chriſti, augens patrem, & Deum proprium non relinquens.

5. Denique ſpiritaliter de populis hoc eſſe myſterium ſenior declaravit. Nam cùm filius putaret eum erraſſe vitio hebetioris adſpectus, convertere voluit manus ejus dicens: *Non ſic pater, hic enim primitivus eſt, impone dexteram tuam ſuper caput ejus. Et noluit, ſed dixit: Scio, fili, ſcio. Et hic erit in populum, & hic exaltabitur: ſed frater ejus junior major illo erit, & ſemen ejus erit multitudo gentium.* (Ibidem 48. 18 & 19.) Denique præferendum Ephræm ſeniori germano, etiam benedictionis ſerie prophetavit dicens: *In vobis benedicetur Iſrael, di-* (Ibidem 2.)

a. Ita mſſ. ac vet. edit. omnes. Rom. autem, *Primum omnium diſcimus quantam parentibus reverentiam deferre debeamus, &c*

centibus: Faciat vobis Deus ſicut Ephram & Manaſſen. Et ideo cùm eſſent nepotes, in locum filiorum ſunt adoptati, ut non eſſent avitæ benedictionis expertes.

CAPUT II.

De benedictione Ruben primogeniti, quæ non tam benedictio, quàm prophetia eſt: de Judæorum errore circa ipſam; deque myſteriis per eamdem ſignificatis.

B

a Gen. 49. 1. 6. HAc a benedictione celebrata, vocavit etiam filios ſuos. Et qui ante juniorem ſeniori prætulerat, cœpit à primo; ut in illo myſterii præferret gratiam, in hoc ordinem ſervaret ætatis; ſimul qui ante in duobus benedixerat univerſos cum omni poſteritate & progenie futurorum, ne aut ſuperflua videretur plebis iterata benedictio, aut prior æſtimaretur infirma. Meritoque repetitam magis annuntiationem eorum quæ poſterioribus eſſent ventura tempori- C bus, quàm benedictionem conferre ſe dicit.

Ibidem 3. & ſeq. 7. Denique ſic cœpit: *Ruben primitivus meus, tu virtus mea, & initium filiorum meorum, durus portari, durus & temerarius, affeciſti me contumelia, ſicut aqua non efferveas. Adſcendiſti enim in cubile patris tui, tunc polluiſti thorum quando adſcendiſti.* Nonne redargui magis, quam benedici videtur? Et ideo prophetia magis, quàm benedictio eſt. Prophetia enim annuntiatio futurorum eſt, benedictio autem ſanctificationis & gratiarum vo- D tiva collatio.

8. Et Judæi putant quia propterea hæc ſenex ad Ruben filium dicat, quia cum Bala concubina patris concubuit, & thorum patrium polluit. Sed facile refelluntur; hoc enim erat ante geſtum: Jacob autem quæ ventura eſſent in noviſſimis diebus, non ea quæ geſta erant, ſpondet ſe eſſe dicturum. Ergo Patriarchæ ſibi congruit & conſtat ſententia, qui videns, perſequentibus Judæis, futuram Domini paſſionem, execratur im- E manem primogenitæ plebis audaciam, quæ incredula, nec Dei legi ſubdita, & jugum Chriſti dura neſciens portare cervice, auctorem vitæ non ſolum ſcelere necis, ſed etiam ſacrilegæ inſultationis affecit injuriâ.

9. *Non efferveas*, inquit, *ſicut aqua*; ne in majorem prorumpat amentiam, & fervor furoris atque inſaniæ non ſinat reſipiſcere peccatores: ſed agant pœnitentiam delictorum; quoniam durus adſcendit populus cubile patris, & thorum F polluit ſanctum, hoc eſt, carnem domini Jeſu creatoris noſtri patibulo affigens crucis, in qua velut in quodam cubili & patrio thoro ſancti ejus ſalutari refectione requieſcant. Quis igitur abnuat de populo dictum, cùm populo hæc univerſa conveniant? Ipſe enim dictus eſt primogenitus Iſrael, ipſe duræ eſſe cervicis. De ipſo dixit Moy-

Exod. 33. 3. & alibi. ſes: *Vos autem populus duræ cervice eſtis.* Et re vera quis tam durus & temerarius & contumelioſus, quam populus Judæorum, qui dominum Jeſum, per quem viderant mortuos ſuſcitatos, cæcos illuminatos, flagellis verberaverunt, clavis confi-

A xerunt, cùm divina ejus opera negare non poſſent. Quod ſcribis & pontificibus auctoribus, & principe ſacerdotum Caipha pariter ſæviente, commiſſum Evangelii ſeries declaravit. Et ideo ſanctus Propheta refugit tanti ſceleris principatum, ne per ſucceſſionem generis auderent tanti Patriarchæ ſibi arrogare conſortium.

CAPUT III.

Prædicuntur quæ filiis Simeon & Levi, quorum nominibus Tribus deſignantur, erant eventura; nec non opinio Judæorum circa myſticam iſtius benedictionis interpretationem confutatur.

10. COnteſtatur juſtus, & abdicat poſteritatem, quæ patrium non ſervaret affectum, & quia prævidit flagitium, perhorreſcit conſilii contagium: *In conſilium*, inquit, *eorum non veniat anima mea, & in congregationem illorum non* Gen. 49. 6. *contendant viſcera mea; quoniam in ira ſua occiderunt hominem, & in cupiditate ſua ſubnervaverunt taurum.* Quod dicit, de filiis quidem dicit Symeon & Levi; ſed eorum nomine Tribus ſignat, quæ appellatione ſimili vocabantur. Quam interpretationem pulcherrimam derivant Judæi; ut arbitrentur quia propterea arguat filios Jacob, quia propter ſtuprum ſororis Sichimitas iſti duo præ ceteris fratribus ultum ire cupientes, ſimulaverunt cum ipſis inire velle ſe gratiam, & ideo oportere circumcidi eos ſuaſerunt; ut religione concordi pax inter eos, & recipiendæ affinitatis ſocietas firmaretur: ſed circumciſos adorſi recentibus adhuc vulneribus, & invalidis viribus quas dolor ſolverat, fractos b die ſuperveniente tertio necaverunt. Ideo & fortaſſe iſti duo ultores præ ceteris, quia ſcribarum & ſacerdotum auctores ſunt. Nulli enim magis quam ſapientes & ſacerdotes debent caſtimoniam vindicare. b

11. Sed in hoc quoque errant Judæi. Iſti enim cauſas doloris ſui præſtiterant patri, adſerentes ſe in illa licet ætate juvenili vindices læſæ fuiſſe pietatis, & violatæ caſtitatis ultores. Quod utique ſanctus condemnare non poterat, quia non paſſi ſunt multam ſororem ſuam loco eſſe meretricis, quæ & virginitatem amiſerat, & vindictæ ſolatium non habebat: maxime cùm ipſe ſic factum probaverit, ut Sichimam c poſſideret, & in c morte donaret eam filio ſuo dilectiſſimo Joſeph, dicens ad eum: *Do tibi Sichimam præcipuam ſuper* Gen. 48. 22. *omnes fratres tuos, quam accepi de manibus Amorrhæorum in machæra mea & arcu.* Quod factum negari non poteſt. Interpretari tamen poſſumus per Sichimam humeros ſignificari, per humeros opera. Heredem ergo bonorum operum ſanctum Joſeph præ ceteris elegit, cujus opera fratres æquare non poterant. Quis enim facta Chriſti potuit adæquare?

12. Tum præterea immaculatus & caſtus de hoc terreno diverſorio, & impuritatis auctoribus manubias reportavit, locum ſtupris & flagitiis vacantem ad incolatum ſanctorum verbis cæleſtibus, & gladio capiens ſpiritali; ut ubi

a. Caput hoc in edit. Rom. ita incipit: *Vocavit autem Jacob filios ſuos, & ait: Congregamini, ut annuntiem vobis quæ occurſura ſunt vobis in noviſſimis diebus. Duorum nepotum benedictione celebrata, vocavit Jacob etiam*, &c.

b Edit. omnes, *die ſupervenientes tertio necaverunt.* Non mala lectio; cui tamen mſſ. Gall. omnes refragantur.

c Ita mſſ. plures, potioreſque. At edit. omnes, & pauci mſſ. *poſſideret in mortem uſque, donaretque eam*, &c.

inhabitatores ante laſciviæ & principes luxuriæ A verſabantur, ubi fuerant incentiva libidinis, & fomenta nequitiæ, ibi nunc ſancti ſacerdotes magiſteria doceant caſtitatis, & plurima virginalis integritatis exempla quodam ſupernæ lucis fulgore reſplendeant.

13. Tribus igitur ſunt quæ deſignantur nominibus Patriarcharum, quia de Tribu Symeon ſcribæ ſunt, de Tribu Levi principes ſacerdotum, qui perfecerunt nequitiam ſuam in Domini paſſione, menſuram omnem paternæ impietatis im- B plentes. Ipſi conſilium cogitaverunt adverſus dominum Jeſum, ut occiderent eum, ſicut Eſaias dicit: *Væ animæ ipſorum; quia cogitaverunt conſilium malum adverſum ſe dicentes: Alligemus juſtum, quia inutilis eſt nobis.* (Eſai. 3. 9. & 10.) Ipſi occiderunt prophetas, & apoſtolos annuntiantes domini Salvatoris adventum, paſſionis ejus & reſurrectionis gloriam prædicantes. Ipſi poſtea in ſua cupiditate, qua terrena flagitia deſiderabant, divina conſortia refugientes, corporis caſtimoniam, ſobrietatem C mentis, contemtum pecuniæ, lucrum gratiæ, ſubnervaverunt taurum, illum videlicet cornua producentem & ungulas, quem vident pauperes & lætantur; quoniam verbo Dei exaltavit cornu populi ſui, quo & inimicos repulit, & præmium coronæ cæleſtis emeruit. Hic eſt taurus quo Eccleſia figuratur in luna, tunc plenior cùm velut cornibus nixa taurinis, ſpatium totius orbis includit.

14. Tamen prophetiæ huic videtur etiam gra- D tiam benedictionis adjungere. Nam ad primogenitum Ruben dicendo: *Non efferveſcas ut aqua*, * peccatum ſtatuit; quia aqua mundare magis delicta, menteſque noſtras ab omni ſolet vitiorum fervore revocare. Et iterum dicendo ad Symeon & Levi: *Dividam vos in Iacob, & diſpergam in Iſrael*, oſtendit gentium congregatione redimendos. Percuſſo enim paſtore, grex ille diſperſus eſt, qui fuerat ante collectus; ut qui non erat, introiret, & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret. Et ma- E xime propter Tribum Levi debemus hoc credere; quia ex ea Tribu dominus Jeſus videtur ſecundum corporis ſuſceptionem genus ducere. Ex qua Tribu ſunt ſacerdotes Levi & Nathan, quos ſanctus Lucas in Evangelii libro quem ipſe ſcripſit, inter majores Domini computavit. (Luc 3. 29. & 31.) Sacerdos enim Patris & princeps omnium ſacerdotum, ſicut ſcriptum eſt: *Tu es ſacerdos in æternum*, (Pſ. 109 4.) ſacerdotalis originis ſucceſſionem debuit vindicare.

15. Unde & Moyſes benedixit hanc Tribum di- F cens: *Date Levi ſortem ſuffragii ſui, & veritatem ejus viro ſancto.* (Deut. 33 8.) Benedixit etiam Moyſes Tribum Ruben, ſicut habes ſcriptum: *Vivat Ruben, & non moriatur, & ſit multus in numero.* (Ibidem. 6.) Neque enim benedixiſſet, ſi ſecundum Patriarchæ ſententiam benedictione ſciviſſet indignos. Certe quod strictim ille præterit, iſte complevit.

CAPUT IV.

De benedictione Iuda, quæ Chriſto, ejuſque incarnationi, paſſioni, reſurrectioni, atque aliis myſteriis accommodatur.

16. ET quia per admixtionem generis Juda & Levi Tribus junctæ ſunt, ideo Matthæus (Matth. 1. 3.) ex Tribu Juda deſcribit ejus familiam. Et Apoſtolus ait: *Quoniam de Iuda ortus eſt Dominus noſter.* (Hebr. 7. 14.) B Ut ex Tribu Levi ſacerdotalis & plena ſanctitatis annumeretur hereditas: ex Tribu autem Juda, ex qua David & Salomon & reliqui reges fuerunt, regalis ſucceſſionis ſplendor effulgeat; ut idem & rex & ſacerdos Scripturarum teſtimonio demonſtretur. Meritoque ſe circa gratiam Judæ Jacob ſanctus effudit dicens: *Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua ſuper dorſum inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda ex germine, fili mi, adſcendiſti. Recumbens dormiſti ut* (Gen. 49 8. & ſeq.) C *leo, & tamquam catulus, quis ſuſcitabit eum? Non deerit judex ex Iuda, & princeps de femoribus ejus, donec veniat cui repoſitum eſt; & ipſe erit exſpectatio gentium, alligans ad vitem aſinam ſuam, & cilicio pullum aſinæ ſuæ. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ anaboladium ſuum. Hilares oculi ejus à vino, & dentes ejus candidiores quam lac.*

17. Ad Judam quidem patriarcham dirigi videtur alloquium, ſed Judas ille poſterior verus confeſſor exprimitur, qui ex ea Tribu natus eſt, D qui ſolus laudatur à fratribus, de quibus dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis*, (Pſ. 21. 23.) Dominus per naturam, frater per gratiam, cujus manus quas expandit ad populum non credentem, ſuper dorſum inimicorum ſuorum. Iiſdem enim manibus, atque eadem paſſione ſuos texit, & ſubjugavit adverſarias poteſtates, omneſque fidei & pietatis exſortes ſubditos ſibi fecit. De quibus ait Pater ad Filium: *Et dominaberis in medio inimicorum tuorum*: (Ibid. 109. 2.) quos inimicos ſua malitia fecit, non E Chriſti voluntas. In quo magna gratia Domini. Etenim ſpiritales nequitiæ, quæ ante cervicem noſtram jugo ſolebant captivitatis inflectere, ita ut David ipſe manus quodammodo ſuper ſe triumphantium ſentire ſe ſcriberet dicens: *Super dorſum meum fabricaverunt peccatores*, (Ibid. 128. 3.) ipſæ nunc ſubditæ triumpho Chriſti, & quibuſdam manibus ejus, id eſt, factis operibuſque ſubjectæ, perpetuæ ſubeunt captivitatis ærumnam. [a] Ipſe utique qui adoratur à filiis Patris ſui, quando adora- F tur à nobis, quibus ipſe permiſit ut Patrem vocemus, cujus ſervum eſſe virtutis eſt.

18. *Catulus leonis Iuda.* Nonne evidenter & Patrem expreſſit, & Filium declaravit? Quid tam evidens, quo unius naturæ Filius [b] Dei cum Patre eſſe doceatur? Leo ille, hic catulus leonis. Vili comparatione, ejuſdem naturæ ac potentiæ unitas intelligitur. Rex ex rege proceſſit, fortis ex forte. Quia futuros prævidebat qui filium adſererent junioris ætatis, occurrit his ſubjiciens: *Ex germine, fili mi, adſcendiſti. Recumbens dormiſti ut leo, & tamquam catulus.* Et alibi habes, quia catulus ipſe eſt leo de Tribu Juda. (Apoc. 5. 5.) Ergo quia catu-

*. *Peccatum ſtatuit*, id eſt, peccatum ſiſtit, & contra ejus impetus obicem ponit.

a Sic edit omnes ac mſſ. præter quatuor, in quibus deeſt, *que*, poſt vocem *utique*. At locum Rom. edit. contraxit hoc modo: *Ipſe utique adoratur à nobis, quibus*, &c.

b. Mſſ. Corb. Laud. Albin. & Colb. *Filius Deus.*

lum dixerat, bene ſtatim leonem poſuit, hoc eſt A dicere: Non capiantur aures veſtræ, quia catulum audierunt, Filium expreſſi, non dixi minorem. Et ipſe eſt leo ſicut Pater. Audiant quia & leonem, & catulum appellavit: leonem quaſi perfectæ plenæque virtutis: catulum, quaſi Filium; ne quis cùm audiret æqualem Patri, non putaret Filium. Non ſic laudatur Filius, ut ſeparetur à Patre. Ille probat æqualem, qui Filium confitetur.

19. Mirifice autem & incarnationem ejus ex- B preſſit dicens: *Ex germine, fili mi, adſcendiſti*; eo quod tamquam frutex terræ in alvo Virginis germinavit, & ut flos boni odoris ad redemtionem mundi totius maternis viſceribus ſplendore novæ lucis emiſſus adſcenderit, ſicut Eſaias dicit:
Eſai. 11. 1. *Exiet virga de radice Ieſſe, & flos ex radice ejus adſcendet.* Radix familia Judæorum, virga Maria, flos Mariæ Chriſtus. Recte virga, quæ regalis eſt generis, de domo & patria David, cujus flos Chriſtus eſt qui fœtorem mundanæ colluvionis C abolevit, & vitæ æternæ odorem infudit.

20. Habes ergo incarnationem, accipe paſſionem: *Recumbens*, inquit, *dormiſti ut leo*: quando jacuit in ſepulcro, velut quodam corporis ſui
Pſal. 3. 6. ſomno quietus, ſicut ipſe ait: *Ego dormivi, & requievi, & ſurrexi; quoniam Dominus ſuſcepit me.* Unde & Jacob ait: *Quis ſuſcitabit eum*; hoc eſt, quem Dominus ſuſcipiet. Quis eſt alius qui reſuſcitet, niſi ipſe ſe ſua Patriſque reſuſcitet poteſtate? Video natum auctoritate propria, video D mortuum propria voluntate, video dormientem poteſtate propria. Qui omnia ſua fecit arbitrio, cujus alterius ut reſurgat egebit auxilio? Ipſe igitur reſurrectionis ſuæ auctor eſt, qui mortis eſt arbiter, qui exſpectatur à gentibus.

21. Et iden, *donec ille veniat, non deficiet dux ex Juda*; ut uſque ad ejus ortum regalis ſucceſſionis fides incorrupta ſervetur. Poſtea enim, ut do-
Lib. 3. in Lucam. cuimus tractatu habito in Evangelium, per Herodem adulterata ſucceſſio prærogativam digni- E tatis amiſit. Etenim quia verum regem negaverunt, falſos habere cœperunt. Ergo hoc quod dicit Patriarcha, ſervabitur in judicibus vel regibus Judæorum intemeratæ ſucceſſionis hereditas ducta per reges: *donec veniat cui repoſitum eſt*, ut Eccleſiam Dei congreget ex conventu nationum omnium, & gentilium devotione populorum, hoc eſt, ipſum manet, ipſi debitum reſervatur, ipſi tantæ gratiæ prærogativa defertur.

22. *Et ipſe eſt exſpectatio gentium.* Plus dixit quam ſi dixiſſet, ipſum exſpectant gentes, quod omnis ſpes Eccleſiæ in ipſo recumbat. Ideo dicitur
Exod. 3. 5. Moyſi: *Solve calceamentum pedum tuorum*, ne ipſe ſponſus Eccleſiæ crederetur, qui dux plebis eli-
Joſue 5. 16. gebatur. Ideo ſolvit calceamentum ſuum Jeſus Nave, ut venturo tanti muneris gratiam & ipſe
Johan 1. 27. ſervaret. Ideo dicit Johannes: *Poſt me venit vir cujus non ſum dignus ſolvere corrigium calceamento-*
Johan 3. 29 *rum ejus.* Ideo dicit: *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum, &* F *gaudio gaudet*, hoc eſt, ipſe ſolus vir eſt Eccleſiæ, hic eſt exſpectatio gentium, huic deferentes copulam gratiæ nuptialis, calceamentum ſuum ſolverunt prophetæ. Hic ſponſus eſt, ego amicus ſponſi: gaudeo quia venit, quia vocem audio nuptialem, quia jam non dura peccatorum ſupplicia, dura Legis tormenta, ſed remiſſionem criminum, vocem lætitiæ, ſonum jucunditatis, exſultationem feſti nuptialis audivimus.

23. Hic eſt ille *alligans ad vitem* [a] *aſinum ſuum, & cilicio pullum aſinæ ſuæ*; ut fervorem Spiritus ſancti habeat congregatio nationum ante remiſſa & negligens, ſed jam devota per Chriſtum, & viti illi perpetuæ, hoc eſt, domino Jeſu, qui ait:
Ego ſum vitis, & Pater meus agricola, velut fruc- Johan. 15 1.
tuoſi palmites quibuſdam inexolubilis fidei vinculis alligemur. Hoc eſt illud myſterium, quod pullum aſinæ ſolvi juſſit in Evangelio, & ipſe dominus Jeſus ſedit ſuper eum, ut alligatus ad vitem perpetua ſanctorum ſuavitate requieſceret.

24. *Lavabit*, inquit, *in vino ſtolam ſuam.* Bona ſtola eſt caro Chriſti, quæ omnium peccata operuit, omnium delicta ſuſcepit, omnium errores texit. Bona ſtola, quæ univerſos induit veſte jucunditatis. Lavit hanc ſtolam in vino, quando cùm baptizaretur in Jordane, deſcendit Spiritus ſanctus ſicut columba, & manſit ſuper eum. Quo ſignificatur quod plenitudo Spiritus ſancti indi-
vidua in eo fuerit, nec receſſerit. Unde & Evan- Marc. 1. 10.
geliſta ait: Quia plenus Spiritu ſancto dominus Jeſus, regreſſus eſt ab Jordane. Lavit ergo Jeſus ſtolam ſuam, non ut ſuam quæ non erat; ſed ut noſtram quæ erat, ſordem ablueret. Denique addidit: *Et in ſanguine uvæ* [*] *anaboladium ſuum*, hoc eſt, in paſſione corporis ſui diluit gentes ſuo ſanguine. Etenim verbi anaboladium gentes ſunt,
ſicut ſcriptum eſt: *Vivo ego, dicit Dominus, niſi om-* Eſai. 49. 18.
nes eos induam ſicut veſtimentum. Et alibi: *Sicut* Pſal. 101. 27.
amictum mutabis eos, & mutabuntur. Non ergo ſanguine proprio, ſua peccata, quæ non erant, ſed noſtra quæ fecimus delicta, mundavit. Et bene uvam dixit, quia ſicut uva pependit in ligno. Ipſe eſt vitis, ipſe uva. Vitis, ligno adhærens: uva, quia lanceâ militis apertum latus emiſit
aquam & ſanguinem. Sic enim dixit Johannes: Johan 19. 34.
quia exivit de eo aqua & ſanguis. Aqua ad lavacrum, ſanguis ad pretium. Aqua nos abluit, ſanguis nos redemit.

25. Et iden ait Propheta: *Hilares oculi ejus à vino, & dentes candidiores, quam lac*, ſignificans pro- F phetas & apoſtolos. Alij enim ſicut oculi Chriſti prævidet unt & annuntiaverunt ejus adventum,
de quibus ipſe dicit: *Abraham diem meum vidit,* Johan. 8. 56.
& gaviſus eſt. Et unus de prophetis dicit: *Vidi Do-* Eſai. 6. 5.
minum Sabaoth: quem videntes ſpiritali lætitia complebantur. Alii vero, hoc eſt apoſtoli, quos Dominus ab omni peccatorum labe mundavit, ſuper lac candidiores facti ſunt, quos macula nulla poſtea fuſcavit. Etenim lac temporale eſt, gratia autem apoſtolorum perpetua manet, qui nobis ſpiritalia illa atque cæleſtia conficientes alimenta, mentis internæ viſcera ſaginarunt. Sunt

a. Rom. edit. *aſinam ſuam, & ad palmitem pullum*, &c. Vet. ac mſſ. aliquot, *aſinam ſuam, & cilicium pullum*, &c. Alii mſſ. plures & meliores, *aſinum ſuum, & cilicio pullum*, &c. LXX τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. Ad quem locum videſis notas Nobilii.

*. *Anaboladium*, ſive ut in quibuſdam mſſ. legitur, *anabolium*, forte *anabolaum*, amiculus erat, quo humeri tegebantur. Sic autem dicebatur, quia ab inferioribus partibus adtollebatur ad ſuperiores, ἀπὸ τοῦ ἀναβάλλειν.

etiam qui mandata Domini lucida, quæ divino A ore depromta ſunt, ſicut lac nobis facta arbitrentur, quibus nutriti ad panis cæleſtis pervenimus alimoniam. Unde & Paulus ait: *Lac vobis potum dedi, non eſcam; nondum enim poteratis.* Corinthios in principio fidei potu lactis imbuit. Et ſancti illi quorum fides annuntiatur in univerſo mundo, tamquam ablactati, eſca ſolidiore firmantur.

1. Cor. 3. 2.

CAPUT V.

Benedictione Zabulon Eccleſiam atque ejus principes B *deſignari.*

Gen. 49. 13.

26. *Zabulon juxta mare habitabit, & ipſe ſecus acceſſus navium, & pertendet uſque ad Sidonem.* Ipſa nominis interpretatio meliora promittit; eo quod latina expreſſio liberationem ſignificet à nocturnis, quod eſt utique bonum, & ejus qui ſperat in pennis Domini, quem circumdat veritas ejus, ne timeat à timore nocturno, & à negotio perambulanre in tenebris.

27. Hic ergo *Zabulon juxta mare*, inquit, *ha*- C *bitabit*; ut videat aliorum naufragia, ipſe immunis periculi, & ſpectet alios fluctuantes in freto iſtius mundi, qui circumferantur omni vento doctrinæ, ipſe fidei radice immobilis perſeverans, ſicut eſt ſacroſancta Eccleſia radicata atque fundata in fide, ſpectans hæret[illegible]rum procellas, & naufragia Judæorum, quoniam gubernatorem quem habuerant, abnegarunt. Circa fluctus igitur habitat, non fluctibus commovetur, magiſque ad ſubveniendum parata, quàm periculo ob- D noxia; ut ſi qui tempeſtatibus acti gravibus confugere ad portum velint, præſto ſit Eccleſia tamquam portus ſalutis, quæ expanſis brachiis in gremium tranquillitatis ſuæ vocet periclitantes, locum fidæ ſtationis oſtendens. Eccleſiæ igitur in hoc ſæculo tamquam portus maritimi per littora diffuſi occurrunt laborantibus, dicentes eſſe credentibus refugium præparatum, quo ventis quaſſata navigia poſſint ſubducere.

a Pſ. 67. 28.

28. In his Eccleſiis ſunt principes Zabulon, & E principes Nephthalim, ſicut docet [a] LXVII. pſalmus, quorum alii liberatores ſunt à tempeſtate nocturna, clamantes: *Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis:* alii ſunt latitudinis apoſtolicæ, qui poſſunt dicere: *Os noſtrum patet ad vos, ô Corinthii, cor noſtrum dilatatum eſt.* Ipſi ſunt iſti qui cùm eſſent in tenebris, lucem viderunt magnam, ſicut Propheta teſtatur dicens: *Regio Zabulon, & regio Nephthalim, via maris trans Jordanem: populus qui ſedebat in tenebris, viderunt* F *lucem magnam: qui ſedebant in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis.*

Rom. 13. 12.

2. Cor. 6. 11.

Eſai. 9. 1. & 2.

29. Exploratores igitur ſecus acceſſus navium poſuit dominus Deus noſter patriarchæ hujus heredes, cujus cura pervigil & ſpiritalis ſucceſſio pertendit uſque ad Sidonem, hoc eſt, uſque ad gentes pervenit, ut Domini miſericordia [b] peccata abluat nationum. Sidon enim primitivus eſt filius Cham, illius utique qui propter irreverentiam paternæ pietatis, maledictione damnatus eſt patris. Ergo liberatio nocturna tamquam in excubiis poſita propugnaculi ſpiritalis, ne quis [c] ſcopulos vitæ hujus poſſit incidere, pertendit uſque ad graviſſimorum criminum peccatores, & Sidonios ipſos, qui ante ſuperſtitione vehementi venatores ſcelerum nuncupabantur, &, ut interpretatio docet, ſoluta hereditate maledicti, donataque hereditate benedictionis abſolvit; ut ubi major reatus erat, ibi nunc uberior ſit gratia.

CAPUT VI.

De benedictione Iſſachar, quæ myſtice de Chriſto domino exponitur.

Gen. 49. 14. & ſeq.

30. *Iſſachar bonam concupivit, requieſcens inter medias ſortes, & videns requiem quia bona eſt, & terram quia pinguis: ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum, & factus eſt vir agricola.* Iſſachar merces dicitur, & ideo refertur ad Chriſtum, qui eſt merces noſtra; quod eum nobis ad ſpem ſalutis æternæ non auro, non argento, ſed fide & devotione mercemur. Unde & David de ipſo dicit: *Ecce hereditas Domini, filii merces, fructus ventris.* Et Moyſes de eo dicit: *Merces circa mare inhabitantium.* Hic eſt qui bonum concupivit ab initio, & quod malum eſt, deſiderare neſcivit. De quo & Eſaias ait: *Priuſquam ſciat puer vocare patrem aut matrem, non credidit malitia, eligens quod bonum eſt.* Requievit inter ſortes veteris & novi Teſtamenti, vel in medio prophetarum. Ideoque inter Moyſen & Eliam medius apparuit, ut oſtenderet nobis quod in eorum ſermonibus requiem habeat, per quos plerique peccatis renuntiantes credunt in Deum vivum: vel quod ipſi ſint teſtes reſurrectionis ejus, & beatæ quietis.

Pſ. 126. 3.

Deut. 33. 19.

Eſai. 8. 4.

31. Itaque ut ad reſurrectionis ſuæ gratiam vocaret gentes (ipſa eſt enim pinguis & fertilis terra, quæ fructus generat æternos, fructus centeſimos & ſexageſimos) ſubjecit humerum ſuum ad laborandum, ſubjiciens ſe cruci, ut noſtra peccata portaret. Ideoque dicit Propheta: *Cujus principium ſuper humerum ejus,* hoc eſt, ſuper corporis paſſionem divinitatis poteſtas, vel crux ſupereminens corpori. Poſuit ergo humerum incumbens aratro omnibus ſubeundis contumeliis patiens, ita ſubjectus labori, ut vulneraretur propter iniquitates noſtras, & infirmaretur propter peccata noſtra. *Et factus eſt vir agricola,* ſciens terram ſuam bono ſeminare frumento, & fructiferas arbores alta radice plantare.

Eſai. 9. 6.

CAPUT VII.

De benedictione Dan, qua futurum ex ea Tribu Antichriſtum prænuntiat. Exhortatio ad vitiorum ſomnum excutiendum ſubjungitur; poſt quam eadem Tribus prædicitur ad fidem acceſſura.

Gen. 49. 16. & 17.

32. *Dan judicabit populum ſuum tamquam & una Tribus Iſrael. Et factus eſt Dan ipſi ſer-*

a. Edit nonnullæ Pariſ. *ſicut docet ſeptuageſimus pſalmus*: ultima: *ſicut docet pſalmus.* At vet. edit. *ſicut docet quinquageſimus ſeptimus decimus pſalmus.* Quam numerandi rationem non nemo hinc ortam putat, quod pſalmi in tres quinquagenas dividerentur, & poſt primam quinquagenam ſequentes numerarentur in hunc modum, *pſalmus quinquageſimus decimus, quinquageſimus vigeſimus*: & ſic de ceteris. Nos vero arbitramur errorem eſſe in ant. edit. cùm in omnibus mſſ. litteris numericis ita deſignetur, .LXVII. pſ.

b Mſſ non pauci, *peccata abluet nationum.* Et paulo poſt ubi omnes mſſ. ac vet edit. *filius Cham* Rom emendavit Bibliorum auctoritate, filius Chanaan. Sed potuit exemplar in quo pater ac filius Cham dicerentur Ambroſius uti, vel quod credibilius eſt, errare calamo librarius.

c. Sic mſſ omnes: at contra edit. *Scopuloſa vita hujus itinera poſſit*, Vet. *incedere*, Rom. *incidere*.

pens in via ſedens, & in ſemita mordens calcaneum A *equi, & cadet eques retrorſum, ſalutem exſpectans à Domino.* Simplex quidem intellectus hoc habet, quod etiam Dan Tribus judicem dederit in Iſrael. Etenim poſt Jeſum Nave Judices fuerunt plebis de diverſis Tribubus. Fuit autem & Samſon de Tribu Dan, & judicavit Iſrael viginti annis. Sed non hunc prophetia ſignificat, at Antichriſtum qui futurus eſt ex Tribu Dan, ſævus judex, & tyrannus immanis, *judicabit populum ſuum. Tamquam ſerpens in via, ſedens in ſemita*, dejicere tentabit B eos qui viam ambulant veritatis, ſupplantare cupiens veritatem. Hoc eſt enim mordere equi calcaneum, ut veneni ſuffuſione equus ſaucius, & vulneratus dente ſerpentis, levet calcaneum ſuum; ſicut Judas proditor tentatus à diabolo ſuper dominum Jeſum levavit calcaneum ſuum, ut dejiceret equitem, qui ſe dejecit ut omnes levaret. Cecidit igitur non proſtratus in faciem quaſi dormitans, ſed retrorſum, ut à ſuperioribus ad priora ſe extendens, à Domino exſpecta- C ret ſalutem. Sciebat enim ſe reſuſcitandum, & ideo jacentem Adam exſpectabat erigere.

33. Unde nos cùm bene in via currimus, caveamus necubi ſerpens lateat in ſemita, & ſubruat veſtigium equi, hoc eſt, corporis noſtri, & dejiciat ſubito equitem dormientem. Nam ſi vigilemus, cavere debemus aliquatenus, & morſus declinare ſerpentis. Non ergo nos opprimat ſomnus negligentiæ, ſomnus ſæculi, non opprimat divitiarum ſomnus; ne & de nobis dicatur: D
Pſal. 75. 6. *Obdormierunt ſomnum ſuum & nihil invenerunt omnes viri divitiarum.* Sed ſunt & equites dormien-
Ibidem 7. tes, de quibus ſcriptum eſt: *Dormitaverunt qui adſcenderunt equos.* Si avaritia pectus tuum vulneret, ſi libido inflammet, dormis eques, & ideo corpus tuum, hoc eſt, equum tuum non potes refrænare. Vigila ergo, ut etiam ſi dejectus fueris, hoc eſt, mortuus fueris, non obdormias. Qui enim obdormiunt ſomnum ſuum, nihil inveniunt. Tu autem exſpecta ſalutem à Domino, E venturam reſpice, ut gratiam reſurrectionis invenias. Dormiebat Judas: denique verba Chriſti non audiebat. Dormiebat Judas, & quidem ſomnum divitiarum, qui mercedem de proditione quærebat. Vidit eum dormientem diabolus, & oppreſſum avaritiæ ſomno gravi: miſit ſe in cor ejus, vulneravit equum, dejecit equitem, quem ſeparavit à Chriſto.

Deut. 33. 22. 34. Hanc Tribum benedixit Moyſes dicens: *Dan catulus leonis, & effugiet ex Baſan*, hoc eſt, ex con- F fuſione. Unde ſecundùm græcum magis intelligere debemus, ex quo latinus tranſtulit, quod Dan ipſe factus ſit ſerpens in via ſedens. Dan judicium interpretatur. Et ideo grave judicii periculum Tribus iſta ſubiit, cui ſerpens illapſus Antichriſtus eſt, qui currentem ſuis ſauciaret venenis. Sed tamen ipſa Tribus liberabitur à confuſione, cùm fuerit confeſſa equitem reſurgentem,
Matth. 10. 32. & 33. qui ait: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui eſt in cælis: qui autem me confuſus fuerit coram hominibus, confundam & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt.*

CAPUT VIII.

Benedictione Gad tentaturos Dominum Judæos, & viciſſim tentandos ab eodem, adumbrari.

35. G*Ad tentatio, tentavit eum, & ipſe tenta-* Gen. 49. 19.
vit eos ſecus pedes. Tentatio eſt [a] congregatio & aſtutia ſcribarum & ſacerdotum qui dominum Jeſum de tributo Cæſaris, & de Johannis baptiſmate, ut docuit Scriptura, tentabant; qui- Matth. 22. 17
bus dominus Jeſus in ſua juſtitia tentamentum Ibid. 21 23.
retorſit. *Secus pedes*, hoc eſt, continuo ſine ulla deliberatione referens, quo tentantes magis ipſe concluderet. Dicentibus enim: *In qua poteſtate hæc facis*; non ad quæſita reſpondit; ſed etiam ipſe propoſuit dicens: *Interrogabo & ego vos unum* Ibidem 24.
verbum: quod ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua poteſtate hæc facio. Iterum dicentibus: *Licet* Ibidem. 22. 17.
tributum dari Cæſari, an non, ait: *Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cenſus.* Et offerentes iterum interrogavit: *Cujus eſt imago &* Ibidem 19.
C *ſuperſcriptio?* Dicunt ei: *Cæſaris.* Ibi igitur eos ligavit ipſorum ſermonibus, ipſorum obligatione conſtrinxit. Tunc ait illis: *Reddite ergo quæ ſunt* Ibidem. 21
Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo, ut contra verba ſua venire non poſſent. Denique mirati abierunt ab eo. Sed non eſt mirum ſi ſecus pedes reſpondebat, qu[illegible]nte pedes videbat.

36. Expoſuit Moyſes evidenter hanc prophetiam Jacob ſancti eſſe de Chriſto. Sic enim ait:
Benedictus qui amplavit Gad. Sicut leo requievit Deut. 33 21.
D *confringens brachia & principes, & vidit ab initio ſuo quia ibi diviſa eſt terra principum collectorum ſimul cum principibus populorum. Juſtitiam fecit Dominus, judicium cum Iſrael.*

37. Agnoſcimus itaque quis requieverit ſicut leo, quis confregerit brachia potentium, quis à principio diviſiones tentantium vidit. Ibi igitur hiatus eſt terræ, qui abſorbeat calumniantes, ubi tentatio perfidorum eſt.

CAPUT IX.

E *De benedictione Aſer, qua Chriſti pauperis divitiæ, ac multiplicia in homines dona exprimuntur.*

38. A*Ser pinguis ejus panis, & ipſe dabit eſcam* Gen. 49.
principibus. Aſer interpretatione latina 20.
ſignificat divitias. Quis igitur dives, niſi ubi altitudo divitiarum eſt ſapientiæ & ſcientiæ Dei? Quis dives niſi dominus Jeſus, qui abundat ſemper, & numquam deficit? Pauper venit in hunc mundum, & omnibus abundavit, univerſos re-
F plevit. Quantus eſt in divitiis, qui paupertate ſua omnes divites fecit? Sed pauper propter nos, dives cum Patre. Pauper ille, ut nos ab inopia vindicaret; ſicut Apoſtolus docet dicens: *Quia* 2. Cor. 8. 9
propter vos pauper eſt factus, cùm dives eſſet; ut illius inopia vos ditaremini. Cujus inopia ditat, ſanat fimbria, fames ſatiat, mors vivificat, ſepultura reſuſcitat. Hic ergo dives eſt theſaurus, hujus pinguis panis. Et bene pinguis quem qui manducaverit, eſurire non poterit. Hunc panem dedit apoſtolis, ut dividerent populo credentium; hodieque dat nobis eum, quem ipſe quotidie ſacerdos conſecrat ſuis verbis. Hic ergo panis factus eſt eſca ſanctorum.

39. Poſſumus & ipſum Dominum accipere, qui

[a] Mſſ. nonnulli, *congreſſio & aſtutia*, &c.

Iohan 6. 48. & 49. ſuam carnem nobis dedit, ſicut ipſe ait: *Ego ſum* A
panis vitæ. Patres veſtri manducaverunt manna in deſerto, & mortui ſunt: hic eſt autem panis qui de cælo deſcendit, ut ſi quis ex eo manducaverit, non moriatur. Et ne quis putaret quia de hac morte dicit quæ per animæ & corporis ſeceſſionem venit, & jure dubitet, cùm ſciat ſanctos apoſtolos hac
Ibidem. 51. & 52. morte eſſe defunctos, addidit: *Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducaverit ex hoc, vivet in æternum*: hoc eſt, non de temporali vita dixi ſupra, nec de morte iſtius vitæ, qua B
etiam ſi quis mortuus fuerit, tamen ſi panem meum acceperit, vivet in æternum. Ille enim accipit, qui ſeipſum probat: qui autem accipit, non morietur peccatoris morte, quia panis hic remiſſio peccatorum eſt.

40. Moyſes quoque pulcherrime prophetavit
Deut. 33. 24. & ſeq. in benedictionibus ſuis dicens: *Benedictus à filiis Aſer, & erit acceptus à fratribus ſuis; & intinget in oleo pedem ſuum, & ferrum, & æramentum eſt calceamentum ejus. Et ſicut dies tui ſunt, ſic erunt vir-* C
tutes tuæ. Non eſt quiſquam ſicut eſt Deus tuus in cælo, adjutor tuus, & magnus dominus firmamenti: & protegens te Deus in. t i, & per vires brachiorum potentiam ejecit à facie tua inimicum tuum, dicens: Pereat. Et inhabitabit Iſrael fidens ſolus ſuper terram: Iacob in frumento & vino; & cælum tibi cum nebula roris erit.

CAPUT X.

Benedictionem Nephthalim, fidelium Chriſto, tamquam viti palmites, hærentium, & mortis vinculis exſolutorum imaginem eſſe.

Gen. 49. 21. 41. N*ephthalim vitis remiſſa, porrigens in germine decorem.* Sarmentum vitis aliud amputatur, quod videtur inutile, ne caſſa vitis ſarmentorum exſultatione luxuriet: & aliud paulisper reciditur ac remittetur, ut fructum adſerat, cujus decus in generatione porrigitur; quia dum ad ſuperna ſe ſubrigit, vitem amplectitur, E
& ad verticem adſcendens, jugi quædam colla vitium pretioſi palmitis veſtit monili. Eſt & ille decus in generatione, quia plenis palmitibus multos fructus exundet.

42. Decorum hoc, ſed multo illud pulcrius, quod hærentem palmitem viti ſignificat ſpiritali, cujus nos ſarmentum ſumus, & fructum adferre poſſumus, ſi maneamus in vite: ſin autem, præcidimur.

43. Sanctus patriarcha Nephthalim erat pal- F
Deut. 33. 23. mes abundans. Unde Moyſes dicit: *Nephthalim ſatietas accipientium, replebitur benedictione à Domino, mare & africum poſſidebit*, exponens hoc quod Jacob dixerat, quid ſit vitis remiſſa, hoc eſt, per fidei gratiam vinculis mortis exutus: in quo ſignificatur populus Dei ad libertatem fidei, & ubertatem vocatus gratiæ toto orbe diffuſus, qui jugum Chriſti bono fructu veſtiat, & ligna veræ illius vitis, hoc eſt, myſteria dominicæ crucis ambiat, nec timeat confeſſionis ejus periculum, ſed magis etiam in perſecutionibus poſitus A
Chriſti nomine glorietur.

44. Hic eſt vere remiſſus à vinculis, qui nullo nexu formidinis alligetur. Unde & Propheta dicit: *Exibunt, & tripudiabunt ſicut vituli reſoluti* Malac. 4.
vinculis. Ideoque in germine ſuo decorem porrigit, quia in loco paſcuæ collocatus, & ſuper aquam refectionis educatus, per ſacramenta regenerationis ſuæ germinat bonum verbi decorem, & adſumitur in illam pulcherrimam Chriſti gratiam, qui poteſt venuſtatem tui decoris au- B
gere.

45. Denique ſuper omnes decorus, quod habet donat; quia nemo poteſt donare quod non habet. Ideoque dictum eſt: *Dominus regnabit, decorem induit.* Psal. 92. 1.
Induit enim decorem Eccleſiæ gratia, quæ in illo lavacro deponens fœditatem omnium delictorum, ſplendore gratiæ cæleſtis enituit. Ideoque ſponſus de ea dicit: *Quænam eſt hæc* Cant. 6. 9.
proſpiciens tamquam diluculum, electa ſicut ſol, ſpecioſa ſicut luna, [a] mirabilis ſicut ornatus. a

CAPUT XI.

In benedicendo Ioſeph longiorem fuiſſe beatum Iacob, quia præfigurata in eo Chriſti videbat myſteria. His porro ejuſdem benedictionis partes ſingulæ applicantur.

46. N*Unc ut tamquam epilogo quodam concludamus hiſtoriam, ſicut & Scriptura concluſit, prophetiam ſancti Jacob de ſancti Joſeph nomine digeramus: *Filius ampliandus meus,* Gen. 49. 22. & ſeq.
D *Ioſeph filius ampliandus meus, zelandus filius meus adoleſcentior ad me revertere. In quem conſilium conferentes maledicebant, & intendebant in eum domini arcuum, & contriti ſunt cum potentia arcus eorum, & diſſoluti ſunt nervi brachiorum manuum eorum per manum potentis Iacob; [b] indeque prævaluit Iſrael à* b
Deo patris tui. Et adjuvit te Deus meus, & benedixit te benedictione cæli à ſummo, & benedictione terræ habentis omnia. Propter benedictionem uberum & vulvæ benedictiones patris tui & matris tuæ præva-
E *luerunt ſuper benedictiones montium manentium; & deſideria collium æternorum erunt ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem eorum quibus præfuit, fratrum.*

47. Quæ cauſa eſt quod ſuper omnes filios, Joſeph filium uberius proſecutus eſt pater, niſi quia præfigurata in eo jam Chriſti videbat myſteria? Unde benedicens illum magis qui exſpectabatur, quam illum qui videbatur, ait: *Filius meus ampliandus Ioſeph.* Quis eſt ampliandus, niſi Chriſtus, cujus gratia ſemper augetur, & finem pro-
F ceſſus ſui non habet gloria? De quo & Johannes dicit: *Illum oportet creſcere, me autem minorari*; quia Iohan. 3. 30.
per ipſius illud ſalutare perfectumque nomen cumulata eſt in hoc mundo & abundavit gratia. *Filius meus ampliandus*; & ideo quia videbant eum creſcere fratres, & invidere cœperunt. Intelligibilis autem Joſeph & zelum incidit ab iis quos magis fovebat. Denique dicebat: *Non veni* Matth. 15. 24.
niſi ad oves perditas domus Iſrael. Et illi dicebant: *Neſcimus unde ſit.* Ille curabat eos, & illi negabant eum.

48. *Filius*, inquit, *meus adoleſcentior.* Re vera Iohan. 9. 29.

a. Edit. vet. *mirabilis ſicut ornatus.* Rom. *mirabilis ſicut ordinatio.* Miſſ. ut nos in textu. LXX vero, θάμβος, ὡς τεταγμέναι Pavor, ut ordinata. ſupple acies. Unde Symmachus ita habet: Ἐπίφοβος ὡς τάγματα παρεμβολῶν, & Vulgata: *Terribilis ut acies ordinata.*

b In hoc loco miſſ. & ant. edit. ferme non differunt, niſi quod ubi in his legitur, *Ille qui prævaluit à Deo Iſrael patre tuo.* & in Rom. . . . *pater tuus*: habent illorum pleriqu e omnes, *Indeque prævaluit Iſrael à Deo patris tui.*

adoleſcentior, qui erat pene ultimus natu. Denique & Scriptura dicit: *Amabat eum Iacob, quia filius ſenectutis erat illi.* (Gen. 37. 3.) Quod etiam ad Chriſtum refertur. Seneſcenti enim mundo & jam occidenti illuceſcens Dei Filius per Mariæ virginis partum, ſerus advenit, quaſi filius ſenectutis ſecundùm [a] ſacramentum ſuſcepit corpus, qui erat ante ſæcula ſemper apud Patrem.

49. Unde dicit ad eum Pater: *Ad me revertere*, vocans eum ad cælum de terris, quem propter noſtram ſalutem miſerat. Itaque reſuſcitans Filium ſuum unigenitum, evacuavit conſilium maledicentium. (Eſai. 19. 11.) Unde & Eſaias dicit: *Vanum conſilium ſpiritus veſtri.* Et convitia quæ quaſi jaculantes ſagittas dirigebant, ſolvit omnia: contrivit eorum potentiam, qui in ſuis virtutibus, & non in Deo confidentes erant. *Inde*, inquit, *prævaluit Iſrael à Deo patris tui, & adjuvit te Deus meus.* Quis eſt qui confortavit Iſrael, & adjuvit filium, (Eſai. 42. 1.) niſi ſolus Deus Pater qui dixit: *Iacob puer meus, ſuſcipiam eum: Iſrael electus meus, ſuſcipiat eum anima mea?*

50. *Et benedixit eum benedictione cæli deſuper, & benedictione terræ habentis omnia.* Omnia enim ſubjecit ei, cæleſtia ſicut benedictionem cæli, & terrena ſicut benedictionem terræ; ut & hominibus & Angelis dominaretur.

51. Itaque in illo velut contemtibili corpore: *Prævaluiſti*, inquit, *propter benedictionem uberum & vulvæ, benedictiones patris tui & matris.* Ubera vel duo Teſtamenta dixit, quorum altero annuntiatus eſt, altero demonſtratus. Et bene ubera, quoniam velut quodam nos ſpiritali lacte nutritos educavit, [b] & obtulit Deo Filius: vel Mariæ dicit ubera, quæ vere benedicta erant, quibus ſancta Virgo populo Domini potum lactis immulſit. Unde & illa mulier in Evangelio ait: (Luc. 11. 27.) *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti!* Quod autem ait: *Vulvæ benedictionem patris tui & matris*, ſi vulvam ſolam Mariæ velimus intelligere, cur utramque benedictionem conjunxerit, latebit cauſa. Potuit enim dicere de ſola vulva matris. Sed pulcrius arbitror, ut ſecundùm ſpiritale myſterium intelligamus utramque generationem domini Jeſu, & ſecundum divinitatem, & ſecundum carnem; quia ante ſæcula eſt generatus (Pſal. 44. 2.) ex Patre. Unde & Pater ait: *Eructuvit cor meum verbum*; eo quod ex illa intima & incomprehenſibili Patris proceſſit ſubſtantia, & in ipſo eſt ſem-(Iohan. 1. 18.)per. Unde & Evangeliſta ait: *Deum nemo vidit umquam, niſi unigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit.* Sicut ergo ſinus Patris ſpiritalis intelligitur intimum quoddam paternæ caritatis naturæque ſecretum, in quo ſemper eſt Filius: ita etiam Patris ſpiritalis eſt vulva, interioris arcanum, de qua tamquam ex genitali alvo proceſſit Filius. Denique diverſe legimus nunc vulvam Patris, nunc cor ejus quo verbum eructavit, nunc os ejus ex quo juſtitia proceſſit, ex quo prodivit ſa-(Eccli. 24. 5.)pientia, ſicut ipſe ait: *Ex ore Altiſſimi prodivi.* Ita cùm unum non definitur, & unum omnia ſonant, ſpiritale magis myſterium generationis paternæ, quam membrum aliquod corporale ſignificat. Sed ſicut illam ex Patre generationem intelligimus: ita etiam ad conſummationem fidei generationem Mariæ intelligamus, quando benedicitur vulva matris, illa utique Mariæ virginalis, quæ nobis edidit dominum Jeſum. [c] De qua Pater dicit per Hieremiam prophetam: (Hier. 1. 5.) *Priuſquam te formarem in utero, novi te, & priuſquam exires de vulva matris, ſanctificavi te.* Geminam igitur Propheta in Chriſto ſubſtantiam declaravit, divinitatis & carnis: alteram ex Patre, alteram ex Virgine; ita tamen ut non exſors ſuæ eſſet divinitatis, cùm ex Virgine naſceretur, & eſſet in corpore.

52. Unde & *convaluit ſuper omnes montes, & deſideria collium æternorum.* Super omnes enim illos ſublimis meriti viros patriarchas & prophetas & apoſtolos; ſed etiam ultra ſolem, lunam, Archangelos, tamquam cæli lumen emicuit, ſicut ipſe ait: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper dominum.* (Matth. 10. 24.) Quis enim illorum fuit, cui ſubjecta eſſent omnia, quibus ipſe donavit quod erant? In quo benedicuntur omnes ſancti ejus, quia ipſe eſt ſuper capita omnium caput omnium. Caput enim mulieris vir, caput viri Chriſtus. *Et ſuper vertices montium*, quia ipſe eſt ſupereminens vertex univerſorum: ſed juſtorum eſt vertex altiſſimus. Quos fratres vocat, acquiſitos per gratiam, & quoddam regenerationis conſortium. Unde & de fratribus Joſeph illos magis fratres intelligimus, de quibus dicit in pſalmo: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ cantabo tibi.* (Pſ. 21. 23.)

53. Denique & Moyſes completurus vitæ iſtius curſum cùm benediceret Tribum Joſeph, non illum utique jam defunctum Joſeph, ſed Chriſtum benedicebat, ſicut habes ſcriptum de Joſeph: [d] *A benedictione Domini terra ejus, à finibus cæli, & à rore, & ab abyſſis fontium deorſum, & ſecundum horum factum ſolis curſum, & à convenientibus menſibus, & à vertice montium, ab initio, & à vertice collium æternorum, & ad horam terræ plenitudinis, & ab eo qui viſus eſt in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph benedictio, & ſuper verticem ipſius. Honorificus ſit inter fratres. Primogenitus tauri decus ejus, cornua unicornis. In ipſis gentes ventilabit ſimul uſque ad extremum terræ.* (Deut. 33. 13. & ſeq.) [e] *Ipſe myriades Ephræm, & ipſe chiliades Manaſſes.*

54. Benedictio eadem eſt, quæ omnem habet & cæleſtium & terreſtrium plenitudinem, & ſpecialem Chriſti gratiam: qui viſus in rubo dixit ad ipſum Moyſen: *Solve calceamentum pedum tuorum*: (Exod. 3. 5.) qui eſt ſuper omnes Deus; quia ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ: qui eſt principium primogenitus ex mortuis, ut fiat in omnibus ipſe primatum tenens; quoniam in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare. Et ideo ſoli benedictionis hujus prærogativa defertur, à ſummitate

a Ita mſſ præter Vat. & Theod. qui cum edit. habent, *ſacramentum ſuſcepit corporis.* Porro *ſecundùm ſacramentum* hic idem eſt, ac ſecundùm myſterium in Joſeph præfiguratum.

b. Edit omnes, *obtulit Deo filios.* Contra omnes mſſ. .. *Filius.*

c. Edit omnes cum Vat. cod. *De quo partu dicit Dominus.* Mſſ. autem magno conſenſu, *De qua (vulva nimirum) pater dicit*, &c.

d Non pauca hic edit. Rom. immutaverat quæ cùm ad verba potius quam ad ſenſum ſpectent, annotare ſuperſedemus. Nos ita ex ant. edit. emendavimus, ut ex mſſ. eas etiam in nonnullis caſtigaremus.

e Edit. Am. Era. & cod. Theod. *terra ipſe myſteria de ſe fremet, & ipſe*, &c. Aliæ edit. *Ipſa myriades Ephrem*, vel *Ephraim, & ipſa chiliades Manaſſes*, à quibus non longe abſunt mſſ. niſi in hoc, quod omnes exhibent, *Ipſe ... ipſe*; excepto Albin. in quo legas, *Ipſi ... ipſi*, forte non male. Cod. etiam Colb. & Ger. habent, *myriadis .... chiliadis.* Quæ lectio non plane adſpernanda.

mitate cæli uſque ad extremum terræ. Ipſe enim A eſt ante omnes, in quo conſtant omnia: qui etiam per ſanguinem crucis ſuæ pacificavit omnia, ſive quæ in cælo, ſive quæ in terris ſunt. Cujus typum præferens pulcre benedicitur ſanctus Joſeph, ut honorificetur inter fratres.

55. *Primogenitus tauri decus ejus, habens cornua unicornui, in quibus gentes ventilabit.* Et bonus taurus quaſi hoſtia pro delictis, & totius mundi vic-
Lib. 2. de Abel & Cain. c. 2. tima, ut pacificaret omnia. Cujus decus ſanctum; omne enim ſanctum primogenitum, ſicut alibi B
Num. 3. 12. demonſtravimus. Unde & Levi non ætatis ordine, ſed ſacræ ſucceſſionis prærogativâ primogenitus meruit nuncupari. Et vere ſanctum decus
Pſal. 44. 3. ejus, de quo ſcriptum eſt reſurgente: *Speciosus forma præ filiis hominum*; quia ipſe eſt primogenitus ex mortuis, habens cornua unicornui. Sed cùm dixerit cornua, quomodo poſuerit unicornui, requirendum; cùm ipſum unicornuum in-
* ter generationes ferarum, ut periti aiunt, * non inveniatur? Et ideo Verbum unicum magis æſti- C mare debemus, quia ſubſtantivum Verbum Dei unum eſt, non multa verba. Unde & Anna ait:
1. Reg. 2. 10. *Dominus judicat fines terræ, & dabit virtutem regi,*
Eſai. 5. 1. *& exaltabit cornu Chriſti ſui.* Et Eſaias ait: *Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco uberi*; quoniam in Dei Filio unigenito floret Eccleſia, tenens unicum Dei Verbum, in quo eſt virtutis atque ſapientiæ plenitudo, cujus ubertate ſeges fidei pullulavit. Quod Verbum ſequuntur ſancti.

Deut. 33. 17. 56. *Decem millia*, inquit, *Ephræm, & millia* D *Manaſſes*, id eſt, & Judæorum & gentium dominetur, & ex utroque populo acquirat ſibi Eccleſiæ plenitudinem. Idcoque dexteram ſuam ſuper Ephræm poſuit ſanctus Jacob; eo quod lega-
Cant. 5. 10. mus dicentem illam in Canticis canticorum: *Frater meus candidus & rubeus, electus ex decem mil-*
* *libus.* Denique etiam David *juvenculæ Mariæ auctorem, ex cujus ſucceſſione Chriſtus eſt natus per Virginis partum, in decem millibus prædicabant: Saul autem in millibus, cùm reveren- E tiæ gratiâ circa regem magis præponderare debuiſſent. Qui ergo cornu Chriſti exaltaverit confeſſus ejus gloriam, ipſe quoque accipiet cornua. Unde etiam ſancti unicornui dicti ſunt in pſalmi
Pſal. 28. 6. verſiculo: *Et dilectus tamquam filius unicornuorum.* Etenim ſicut animal hujuſmodi, cùm ei oriuntur cornua, proceſſum ſignificat plenioris ætatis: ita cùm è capite quodam noſtræ animæ cornua pullulare cœperint, proceſſum videntur perfectioris ſignificare virtutis, & tamdiu creſcunt, quamdiu F compleantur. Hoc cornu dominus Jeſus communit gentes, ut ſuperſtitionem obtereret, ſalu-
Deut. 32. 39. tem redderet, ſicut ipſe ait: *Percutiam, & ſanabo.* Ideoque tamquam imitator tauri hujus Pro-
Pſal. 43. 6 pheta dicit: *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu*, id eſt, altitudinem omnem elevantem ſe ad-
Deut. 14. 4. & 5. verſus Dei ſcientiam deſtruentes. Et ideo juxta Legem munda animalia cornua habent: Lex enim ſpiritalis eſt. Qui enim poſſunt ſæculi hujus illecebras verbo Dei, & virtutis obſervantia propulſare, cornibus velut quibuſdam capitis ſui armis videntur eſſe muniti. Meritoque & tuba *Pſal. 97. 6.* cornea dicitur virtus ſermonis mirabilis, quæ bonos Chriſti milites accendit ad prælium, ut de hoſte diabolo manubias reportemus. In acie igitur ſumus, & plurimos ex nobis videmus in adverſarii caſtris eſſe captivos: hi nobis jugo graviſſimo ſervitutis exuendi ſunt.

CAPUT XII.

De benedictione Benjamin, qua myſtice Pauli adverſus Eccleſiam perſecutio; nec non ejuſdem converſio atque prædicatio ſignificantur.

57. PLnrimos lupos habet diabolus, quos ad Chriſti oves dirigit; & ideo intelligibilis Joſeph, ut oves ſervaret ſuas, ipſum inimicum venientem ad diripiendas oves rapuit lupum Paulum, faciens ex perſecutore doctorem. De quo dicit Jacob, ſicut ſcriptum eſt: *Benjamin* *Gen. 49. 27.* *lupus rapax, mane comedet adhuc, & ad veſperam dividet eſcam principibus.* Lupus erat cùm diſpergeret & devoraret oves Eccleſiæ. Sed qui lupus venerat, paſtor eſt factus. Lupus erat cùm Saulus erat, quando intrabat in domos, & viros ac mulieres trahebat in carcerem. Lupus erat quando ſpirans minas & homicidia in diſcipulos Domini, petebat epiſtolas à principibus ſacerdotum, ut invaderet ſervos Chriſti. Quem tamquam lupum nocturnis tenebris oberrantem effuſa Jeſus luce cæcavit. Ideo Rachel cùm pareret Benjamin, vocavit nomen ejus, *Filius dolo-* *Gen. 35. 18.* *ris mei*, futurum prophetans ex ea Tribu Paulum, qui affligeret filios Eccleſiæ perſecutionis ſuæ tempore, & gravi matrem dolore vexaret. Sed tamen idem poſtea principibus eſcam poſteriore diviſit tempore, evangelizans gentibus Dei verbum, & plurimos ad fidem provocans; [a] quo diſputante, ſicut legimus, Paulus proconſul, *Act. 13. 12. & 28. 8.* & Publius princeps, Domini gratiam receperunt.

58. Pulcre autem etiam Moyſes cùm benediceret Benjamin Tribnm, dixit: *Dilectus à Domino* *Deut. 33. 12.* *habitabit fidens, & Deus obumbrabit ſuper eum omnibus diebus, & inter humeros requieſcet dilectus à Domino*, qui etiam vas electionis eſt factus. Neque enim aliter niſi Domini eſt miſeranone & amore converſus. Unde & ipſe nihil merito tribuens ſuo, ſed totum deferens Chriſto ait: *Ego* *1. Cor. 15. 9. & 10.* *enim ſum minimus apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Gratiâ autem Dei ſum id quod ſum, & gratia ejus egena in me non fuit.* Habitabit fidens in domo quam ante vaſtabat, habitabit in tabernaculis Chriſti, qui ante ſicut lupus errabat in ſil-

*. Qui varias auctorum de monocerote opiniones cognoſcere voluerit, adeat Conr. Geſner lib. 1 hiſt. Animalium, pag. 781. & Ulyſſem Aldrovandum de Quadrup. biſulcis lib. 1. cap. 33. de Rhinocerote pag. 878. & 888.

*. *Juvencula*, id eſt, illæ mulieres quæ choros ducentes David ex bello poſt occiſum Goliath revertenti occurrerunt, ut habetur 1. Reg. 18. 6. & 7.

a Sic edit. Rom. & quatuor mſſ. At edit. vet. & alii mſſ. melioris notæ. *qui eo diſputante, ſicut legatus Pauli proconſulis, & Publius princeps* &c. Quæ tamen lectio ſi vera eſſet, ſanctum Doctorem exemplari à Bibliis & verſionibus omnibus quæ nunc habentur, diſcrepante uſum eſſe oporteret. Nam ubique non Pauli proconſulis legatus, ſed ipſe Paulus proconſul narratur converſus ab Apoſtolo. Excipimus tamen verſionem Arabicam. In hac ſiquidem aperte duæ perſonæ ex Sergio Paulo conſtituuntur, ubi ſecundum latinam ejus interpretationem ita legimus: *Qui* (nempe Elimas magus) *erat apud Sergium tribunum cum Paulo viro prudente.* Quod ſane lectioni priſcarum editionum favere poteſt, ſi dicamus Sergium illum ex verſione Arabica tribunum ab Ambroſio legatum Pauli proconſulis dictum fuiſſe.

vis. Et Deus obumbravit ſuper eum, quando viſus eſt ei Chriſtus. Qui licet apertis oculis videret nihil, tamen Chriſtum videbat. Et merito videbat præſentem, quem etiam audiebat loquentem. Non cæcitatis eſt obumbratio iſta, ſed gratiæ. Denique Mariæ dicitur: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Luc. 1. 35.

59. *Et inter humeros requieſcet*, hoc eſt, inter bonos actus, & opera pretioſa. Nam & ſupra habes quod Iſſachar ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum, & factus eſt vir agricola. Quem Paulus imitatus, poſuit fidei novella plantaria, ideoque quaſi bonus agricola dixit: *Ego plantavi, Apollo rigavit.* 1. Cor. 3. 6.

IN LIBRUM DE ELIA ET JEJUNIO.

ADMONITIO.

UBI NONNULLA DE JEJUNIO QUADRAGESIMALI MEDIOLANENSIS Eccleſiæ, ac de conviviis ſuper ſepulcra martyrum celebratis inſeruntur.

Legenti hunc librum haud difficile fuerit tres in eo partes animadvertere. In prima eaque præcipua de jejunio agitur, & potiſſimum de Quadrageſimali quod feſta paſchalia antecedit. Primò itaque illud Ambroſius adſerit [a] *quamdam eſſe pugnam, cujus beneficio victoriam crucis, & Dominicæ reſurrectionis trophæum reportamus: in hoc autem prælio ipſum Dominum, ut nobis traderet pugnandi artem, & vincendi gratiam impertiret, præcurrere voluiſſe. Poſtea quanta jejunii virtus ſit, brevi dinumeratione prodigiorum quæ ipſius ope ab Elia patrata memorantur,* [b] *aperit. Verumtamen cùm jam multos libros* de Eliæ geſtis *ſcripſiſſet,* [c] *pluribus de illo ſe diſputaturum negat, contentus nobis ſuaſiſſe ut eumdem in ſacro quadraginta dierum jejunio imitemur.*

a. Cap. 1. b. Cap. 2. & 3. c. Cap. 3. num. 5. d. Cap. 4. e Cap. 5.

Sic quaſi præfatus de jejunio propius ad argumentum ſuum accedit. Oſtendit [d] *eumdem eſſe jejunii ac mundi antiquitatem: legem abſtinentiæ ante ceteras à Deo latam, qua violata Adamus nuditatem cognoverit ſuam: declarat* [e] *Noachi exemplo ignotum ad id temporis fuiſſe vini uſum: Abraham in convivio ſuo Angelis ipſique adeo mundi totius Domino vinum non miniſtraſſe: Moyſen denique populo ſolam aquam per miraculum ſuppeditaſſe in deſerto. Ad hæc nobis eumdem illum Moyſen, Eliſæum, Danielem, aliosque præſtantiſſimos viros qui propter jejunium celebrati ſunt,* [f] *proponit. Hinc venitur* [g] *ad jejunii utilitates, eiſque magno numero recenſitis intemperantiæ ac luxus incommoda, turbæ, diſpendia opponuntur. Neque vero illud prætermittitur,* [h] *jejunii opera nos ad myſticæ menſæ, hoc eſt, euchariſtiæ ſocietatem admittit. Hæc ſanctus Antiſtes præcipiendo qua ratione nos jejunare oporteat,* [i] *concludit.*

f. Cap. 6. & 7. g. Cap. 8. 9. & ſeq. h. Cap. 10. num 34. & ſeq. i Cap. 10. k Cap. 12. l Cap. 13. & ſeq. m. Cap. 17. num. 64. n. Cap 18. num. 66

Secunda parte Ambroſius in ſui temporis intemperantiſſima convivia invehitur. Deſcribit [k] *primo* vulgarium & viliſſimorum hominum *compotationes atque ebrietates. Deinde ad epulas* potentium & fortiſſimorum adoleſcentum [l] *tranſit. Et quo eorum temulentiam magis odioſam reddat, expreſſas ac veluti ſpirantes ipſorum imagines ob oculos ponit. Perſtringit* [m] *etiam modos quoſdam bibendi adeo ſtupendos, ut niſi illis noſtræ ætatis ganeones inſania ſua fidem facerent, ferme viderentur incredibiles. Poſtremo feminarum quoque objurgat* [n] *violentiam, quæ illæ per itica Baccharum inſtar per urbis compita diſcurrebant, eaque perpetrabant, quæ non ipſis magis, quam ſpectatoribus eſſent pernicioſa.*

o. Cap. 19. p. Cap. 20. q Cap. 21. num. 77. r. Ibidem. num. 79. ſ. Cap. 22. num. 83. t. Ibidem num 84. u. Ibidem. num. 85.

In tertia parte opportunitatem verborum Iſaiæ, quæ in Eccleſia eodem die lecta fuerant, arripiens docet [o] *hanc menſæ licentiam vitiorum omnium, & ipſius quoque avaritiæ quæ per fas & nefas ſumtus luxuriæ corradunt, ſeminarium ac matrem eſſe. Attamen ex ſequentibus Iſaiæ verbis* [p] *probat clementiſſimum juxta ac peritiſſimum medicum eſſe Deum, qui ſalutem ad opem ſuam perfugientibus reſtituet. Et quo vehementius ad id impellat auditores, extremum judicium cujus mentionem in prophetica lectione audierant, illis* [q] *in memoriam revocat. Huc addit* [r] *athletas nos eſſe quibus, in ultimo illo die corona neganda ſit, niſi generoſo animo certaverimus. Tum converſus ad catechumenos viam ipſis ad perpurganda vitia planiorem ſecurioremque ſuppetere demonſtrat,* [ſ] *baptiſmum videlicet quo tamquam ſacro quodam igne univerſæ ſordes conſumuntur. Verum cùm minime deeſſent, qui ut majori licentia in flagitiis ſuis perſeverarent, ſacramentum illud in extinum vitæ differebant, acriter eos reprehendit,* [t] *mortemque dum procraſtinantur, ingruere commonefaciens, eoſdem ne compendii ratione ſua Cainum potius quam Abelem in ſacrificio offerendo æmulentur,* [u] *abſterret.*

Tametſi tribus partibus, ut ſupra declaratum eſt, conſtet hic liber; tamen quia illarum potiſſima eſt ea in qua agitur de jejunio, quod argumentum Eliæ jejunii occaſione ſuſceptum fuit, ideo de Elia & jejunio *inſcribitur. Hunc titulum omnes mſſ. præ ſe ferunt, excepto quod aliqui Eliæ nomen prætermittentes exhibent tantum,* Sermo ſancti Ambroſii de Jejunio.

x. Homil. de jejunio.

Divi Baſilii homiliam [x] *qua populum ſuum ad jejunium Quadrageſimæ alacriter ſuſcipiendum adhortatur, quiſquis cum hoc Ambroſiano tractatu contulerit, inde complura in hunc eſſe tranſlata facile intelliget. Verumtamen hic quoque morem ſuum retinet S. Doctor, nimirum modo addit, modo reſecat, quædam tranſponit, alia cùm res id poſcere videtur, amplificat.*

Similiter animadvertere eſt Ambroſium in ultimis duabus hujuſce lucubrationis partibus nonnulla quæ plebis ſuæ moribus accommodarit, mutuatum eſſe ex duabus aliis Baſilii Magni homiliis, quarum altera quæ contra intemperantiam ipſo ſacri paſchatis die committi ſolitam ſcripta inſcribitur in ebrietatem & luxum, *altera* ad baptiſmum exhortatio *eſt.*

y. Cap. 10. num. 32.

In hoc itaque libro non pauca reperias, quæ ad Mediolanenſis Eccleſiæ conſuetudines pertineant. Hæc inter obſervatione præcipua dignum videtur quod memoratur [y] *de jejunio Quadrageſimæ.* Quadrageſima, *inquit vir*

ſanctus, totis præter ſabbatum & dominicam jejunatur diebus. *Docet quidem Auguſtinus* [a] *ſabbati dies jejunari non ſolitos Mediolani, quemadmodum Romæ jejunabantur: ſed ejus teſtimonium generale eſt. At vero hic Ambroſii locus aperte prodit ne Quadrageſima quidem ſabbatis illic fuiſſe jejunatum. Verumtamen ſabbatum ſanctum ſive paſchatis vigiliam inde excipimus; hic enim* ſic ab omnibus, [b] *ut loquamur cum Auguſtino*, jejunatur, ut etiam illi ſabbati jejunium devotiſſime celebrent, qui ceteris per totum annum ſabbatis prandent. *Quæ cùm ita ſint, Mediolanenſes tantum* XXXI. *dies jejunabant, cùm jejunium ſuum non niſi feria ſecunda poſt primam dominicam in Quadrageſima exordirentur. Neque enim eſt quod vox Quadrageſima quemquam moveat; ſiquidem in aliis quoque Eccleſiis, ubi jejunia non maturius incipiebant, non amplius* XXXVI. *diebus jejunabatur*; quos, *ut ait* [c] *Gregorius Magnus, & poſt eum alii multi*, quaſi anni noſtri decimas Deo damus. *Quin etiam recenti memoria S. Carolus in prima ſua ſynodo ſtatuit hoc jejunium non prius incipiendum Mediolani, iiſque diœceſis illius partibus*, ubi ex D. Ambroſii inſtituto divina officia celebrantur.

Hoc in opere nihil contineri præter ſermones quos Ambroſius ad plebem ſuam, partim è catechumenis, partim è baptizatis compoſitam habuit, extra controverſiam eſt. Dubitari autem poteſt illoſne ineunte an exeunte Quadrageſima habuerit. Enim vero quod dicit: [d] Et tu dediſti nomen tuum ad agonem Chriſti, ſubſcripſiſti ad competitionem coronæ; *id quidem ſignificare videtur verba fieri ad Competentes qui jam ad baptiſma, ad quod non niſi ſub exitum Quadrageſimæ inſcribebantur, nomen dediſſent. At è contrario eoſdem ſermones ante initium ſacrum hoc tempus pronuntiatos eſſe apertius teſtantur illa primi capitis verba:* [e] Canamus tuba tamquam in prælium progredientes... certamen imminet... certamen noſtrum jejunium eſt. *Tum præterea Chriſti exemplum ibidem propoſitum, aliaque ſequentibus capitibus ſubjecta ſatis confirmant id ſancto Præſuli conſilii fuiſſe, fideles ad ſuſcipiendum illud jejunium præparare. Quod igitur de ſubſcriptione ad competitionem coronæ dicitur, id explicari poteſt de omnibus in univerſum Chriſtianis, quibus jam inde à libri exordio victoriam atque trophæum erat pollicitus. Sed forte licebit etiam utramque opinionem conciliare, ſi opus illud tribus concionibus conſtare dixerimus, è quibus Baſilianarum inſtar diverſo tempore habitis Ambroſius poſtea librum confecerit: quod eum etiam alibi non ſemel factitaſſe videbimus.*

Verum multo majoris difficultatis res eſt ſtatuere quoto anno eædem illæ conciones adſignandæ ſint; & ut loquamur ingenue, vix quidquam certi quod ad hanc cognitionem conducat, è lectione iſtius libri erui poteſt. Nihilominus tamen ſi quid petitis ex ipſo conjecturis fidere permittatur, cognoſcimus [f] *jam tum libros plurimos* de Eliæ geſtis *ſcripſiſſe Ambroſium; proindeque ipſum tunc temporis non paucos in epiſcopatu annos peregiſſe neceſſe eſt. Quouſque autem producendi anni illi ſint, non aliunde melius colligere poſſe nobis videmur, quam ex mentione* [g] *pſalmorum atque hymnorum, quorum cantum ab ipſo per Juſtinæ perſecutionem, hoc eſt, anno 386. in Mediolanenſi Eccleſia inſtitutum conſtat. Itaque dicendum eſſet hunc librum ſcriptum non fuiſſe ante reditum Valentiniani junioris Mediolanum, quam in urbem unà cum Theodoſio poſt extinctum Maximum tyrannum, id eſt, anno 389. reverſus eſt. Nec alia forte de cauſa referuntur militares viri ſuis in propinationibus dictitare:* [h] Opto ſalutem imperatorum.

Unum eſt quod nobis remoram poſſit injicere, ſcilicet conviviorum quæ Chriſtiani olim ſuper martyrum ſepulcris celebrabant, [i] *facta mentio. Etenim ea conſuetudo ante annum à nobis deſignatum videtur ſtudio ſancti Antiſtitis fuiſſe antiquata; quandoquidem ab Auguſtino traditum eſt* [k] *beatam Monnicam cùm Mediolanum anno 384. veniſſet, ſobrium prandium more ſuo ſuper ſacros tumulos facere voluiſſe, at fuiſſe eam ab oſtiario quem idcirco ibi conſtituerat Ambroſius, prohibitam. Unde admodum veriſimile eſt conſuetudinem hanc ad quam abolendam tanti epiſcopi cura vigilabat, non diu poſt illa viguiſſe. Ad hæc diſcimus ex duabus ſancti Auguſtini epiſtolis,* [l] *quarum altera in ultima editione primùm in lucem prodiit, uſum illum aut verius abuſum anno circiter 391. vigilantia bonorum epiſcoporum, inter quos haud dubie non poſtremo loco numerandus eſt Ambroſius, per univerſam ferme Italiam exciſum profligatumque fuiſſe. Verumtamen hæc opinioni noſtræ parum officiunt; ſi enim quibus verbis Ambroſius utatur, conſideremus, nullo negotio deprehendemus illum non ea vehementia dicere, quâ contra vitium præſens ac vigens diſputaſſet, neque ſibi temperaturum fuiſſe, ut dum alia intemperantiæ genera tam acriter debellabat, illud unum tam levi brachio oppugnaret. Quapropter à fide neutiquam abhorreat ſi dixerimus ſanctum Præſulem obiter iſta perſtrinxiſſe, quod imprudenti zelo privati quipiam convivia hujuſmodi frequentarent: aut forte ipſum indicare voluiſſe Romanam Eccleſiam, ubi eadem conſuetudo etiamnum ut memorabili Pammachii exemplo demonſtratur, vim obtinebat.*

Ad extremum hic addi poteſt vix ullum ex Ambroſianis operibus in editionibus hoc tractatu magis depravatum exſtare: ſed eum à nobis magna cum ad mſſ. codices bona nota, atque in primis ad Colbertinum qui ante mille annos videtur exaratus, exactum caſtigatumque fuiſſe.

a. Epiſt. 36. ad Caſul. num 32. & epiſt. 54. ad Januar. num 5.
b. Epiſt 55. num. 31.
c. Homil. 16 in Evang.
d. Cap. 21. num. 79.
e. Num 1.
f. Cap. 3. num. 5.
g Cap. 15. num. 55.
h Cap 17. num 62.
i Ibidem.
k. Lib 6. Confeſſ. cap. 2. num. 2.
l. Epiſt. 22. num. 4 & epiſt. 29 num. 10.

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE ELIA ET JEJUNIO

LIBER UNUS. *

* Scriptus forte anno 390.

CAPUT I.

Sicut olim Patres cum progrederentur ad bellum, atque in neomeniis diebuſque lætitiæ tuba canebant; ita & nobis diebus jejunii, paſchaliſque feſto appropinquantibus tuba canendum.

Num. 10. 9. 1 DIVINUM ad patres reſultavit oraculum, ut cùm egrederentur ad bellum, a tuba canerent, cujus ſonitu Dominus re- B miniſceretur populi ſui, quo petitum conferret auxilium plus quæ miſericordiæ ſuæ incentiva cognoſcens; & in diebus lætitiæ ſuæ, in neomeniis ſuis concinerent tubarum ſono. Unde & David dicit: *Canite in initio menſis tuba, in die frequenti ſolemnitatis veſtræ.* (Pſal. 80. 4.) Veniet igitur nobis dies ſolemnitatis, & jam appropinquat. Canamus tuba tamquam in prælium progredientes. Canamus tuba, ut annuntiemus ſolemnitatis diem, ſimul nobis & certamen im- C minet, & victoria repromittitur. Victoria noſtra, crux Chriſti eſt: trophæum noſtrum, paſcha eſt domini Jeſu. Sed ille ante eſt præliatus, ut vinceret, non quod ipſe egeret certamine; ſed ut nobis formam bellandi ante præſcriberet, & poſtea daret gratiam triumphandi. Certamen noſtrum, jejunium eſt. Denique jejunavit Salvator, & ſic tentator ad eum acceſſit. Et primum gulæ direxit ſpiculum dicens: *Si Filius Dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat.* (Luc. 4. 3.) Ille cibum velut eſcam la- D quei prætendit, ut ſic illaquearet appetentiam corporalem: Dominus jejunium prætulit, ut laqueos tentatoris, ut vincula diſſolveret. Denique ſic habes ſcriptum: *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei.* (Ibidem 4.) Illo laqueo Adam fuerat A ſtrangulatus, hac abſolutione diabolicæ quæſtionis omnis homo eſt liberatus.

CAPUT II.

Quam magna virtus ſit jejunii, quamque ſpecioſa ac valida ejus militia, exemplo Chriſti atque ſancti Eliæ comprobatur.

2. MAgna virtus eſt jejunii. Denique tam ſpecioſa ejus militia eſt, ut jejunare delectaret & Chriſtum: tam valida, ut ad cælum B homines erigeret. Et ut humanis magis quam divinis utamur exemplis, de Eliæ jejuno ore vox (3. Reg. 17. 1.) emiſſa cælum clauſit ſacrilego populo Judæorum. Etenim cùm à rege Achab altare eſſet idolo conſtitutum, ad verbum Prophetæ tribus annis & ſex menſibus ros pluviæ non cecidit ſuper terram. Digna pœna quæ intemperantiam congrue coerceret, ut cælum impiis clauderetur, qui terrena polluerant. Dignum etiam, ut ad condemnationem regis ſacrilegi Propheta ad vi- C duam in Sareptam Sidoniæ mitteretur, quæ quoniam devotionem cibo prætulit, meruit ut ariditatis publicæ ſola non ſentiret ærumnam. Itaque non defecit b hydria polentæ, cùm torrentis fluenta deficerent.

3. Quid ejus reliqua contexam? Jejunus filium viduæ ab inferis reſuſcitavit: jejunus pluvias ore depoſuit: jejunus ignes de cælo eduxit: jejunus curru raptus eſt ad cælum: & quadraginta dierum jejunio divinam acquiſivit præſentiam. Tunc D denique plus meruit, quando plus jejunavit. Jejuno ore * ſtatuit fluenta Jordanis, & redundantem fluminis alveum repente ſiccatum pulverulento tranſmiſit veſtigio. Merito illum dignum cælo divina judicavit ſententia, ut cum ipſo raperetur corpore; quoniam cæleſtem vitam vive-

a. Ita mſſ. omnes; ubi poſt *incentiva*, ſubintellige, *ſunt*. A mſſ. vet. edit. hoc tantum diſcrepant, quod legunt . . . *pluſque miſericordiæ ſuæ incentiva cognoſcentes in diebus*, &c. Verum editores Romani conjecturis ſuis forte liberius indulgentes, ſic locum reformare conati ſunt: *tuba canerent. quod foret ſignum, ut reminiſceretur Dominus populi ſui, & petitum conferret auxilium: inſuper & ut provocaret populus incentiva miſericordiæ: in diebus lætitiæ ſuæ, in Neomeniis, & feſtis diebus concinuerunt*, &c.

b. Cunctæ edit. *hydria farinæ*. Cuncti mſſ. *hydria polentæ*. duos tamen excipimus, in quibus *hydria farinæ polentæ*. Sed veriſimile eſt vocem, *farinæ* primo in gloſſa poſitam, ac poſtea in textum receptam, demum inde legitimam ejectam. Eſt autem polenta farina hordei frixa.

*. Videſis notam lib. de Ben. Patriarch. c. 3. n. 14. ſubjectam.

bat in corpore, ac ſupernæ uſum converſationis A exhibebat in terris.

CAPUT III.

Jejunii commendatio: deque jejunio ſancti Johannis; & qualis eſca à nobis quærenda ſit.

a 4. QUid eſt enim jejunium, [a] niſi ſubſtantia, & imago cæleſtis? Jejunium refectio animæ, cibus mentis eſt jejunium, vita eſt Angelorum jejunium, culpæ mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamen- B tum eſt caſtitatis. Hoc ad Deum gradu citius pervenitur: hoc gradu Elias adſcendit, antequam curru. Hanc hereditatem ſobrietatis & abſtemiæ ad cælum abiens diſcipulo dereliquit. In hac virtute & ſpiritu Eliæ venit Johannes. Denique in deſerto & ille vacabat jejuniis. Eſca autem ejus erat locuſta, & mel ſilveſtre. Et ideo quia vitæ humanæ poſſibilitatem continentia ſupergreſſus fuerat, non homo, ſed Angelus æſtimatus eſt.
Matth. 11. 9. & 10. De ipſo legimus: *Etiam pluſquam propheta. Hic eſt* C *de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Quis humana virtute equos igneos, currus igneos potuiſſet adſcendere, regere currus aereos, niſi qui naturam humani corporis, incorruptibilis jejunii virtute mutaſſet?

5. Sed de Eliæ geſtis plurima jam frequenti diverſorum librorum ſermone digeſſimus; & cavendum arbitror ne in eadem recurramus, cùm præſertim in opere ſuo ipſe laudetur. Imitemur D ergo illum, & eam eſcam quæramus, cujus virtute diebus ac noctibus progredi ad ſupernorum poſſimus cognitionem. Non enim omnis eſca materialis, nec omnis cibus corporalis; eſt cibus mentis, ut diximus, quo epulantur animæ, de quo ait
Johan. 4. 34. Dominus: *Meus cibus eſt ut faciam voluntatem Patris mei qui in cælis eſt.* Hic cibus Angelorum eſt, ut divino famulentur imperio. Nulla illis cura menſarum, nullus conviviorum uſus, nullæ repoſitæ epulæ, nullus vini potus aut ſiceræ, nulla diſ- E tentio corporis, nulla ventris offenſio.

CAPUT IV.

De origine & antiquitate jejunii, à quo primus uſus mundi cœpit, de quo prima lex in paradiſo conſtituta fuit, quod tandem quos gula denudaverit, operit.

6. ITaque ne terrenum quis, aut novellum putet eſſe jejunium, primus uſus mundi à je-
Gen. 1. 3. & ſeq. junio cœpit, quando lux clara reſplenduit. Se- F cundus dies in jejunio, quando cæli factum eſt firmamentum. Tertio die pabulum terra germinavit, natura obſequium præbuit, jejunium tamen cæleſtis diſciplina ſervabat. Quarto die luminaria facta ſunt ſolis & lunæ, & adhuc jejunium. Quinto die produxerunt aquæ repentia animarum viventium, & volatilia volantia ſuper terram ſecundùm firmamentum cæli: & vidit
Ibidem. 22. Deus quia bona, & benedixit ea, dicens: *Creſcite & multiplicamini, & replete aquas quæ ſunt in* A *mari: & volatilia multiplicentur ſuper terram.* Et adhuc jejunium. Denique benedixit ea, ſicut ſcri- Ibidem. ptum eſt, & dixit: *Creſcite*, & non dixit: Edite & manducate. Sexto die beſtiæ ſunt creatæ, & Diſt. 35. cum beſtiis orta edendi poteſtas eſt, & uſus eſca- c. Sexto die. rum. Ubi cibus cœpit, ibi finis factus eſt mundi. Ubi cœpit ſua incrementa neſcire, ibi cœperunt divina circa eum opera feriari. Quo indicio declaratum eſt quod per cibos mundus haberet imminui, per quos deſiit augeri. Nemo delictum B ſciebat, nemo pœnam timebat, nemo noverat mortem.

7. Plantavit Dominus paradiſum ad gratiam beatorum, poſuit ibi hominem operari, & cuſtodire eum. Et ut ſciamus non eſſe novellum je- Diſt. & cap. iiſdem § Et ut ſciamus. junium, primam illic legem conſtituit de jejunio. Sciebat enim quod per eſcam culpa haberet intrare. Prima pœna de jejunii prævaricatione intraverat, dicente mandato Dei: *De ligno quod eſt* Gen. 2. 17. *ſcientia boni & mali non comedetis: qua die autem* C *manducaveritis ex eo, morte moriemini.* Eo uſque Diſt. & cap. iiſdem. § Eo uſque. autem nemo prævaricari noverat, ut adhuc orta non eſſet, quæ prima eſt [b] prævaricata indictum b abſtinentiæ. Lex à domino Deo, prævaricatio legis à diabolo: culpa per cibum, latebra poſt cibum. Cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitans in jejunio. Denique quamdiu interdictis abſtinuere, neſciebant eſſe ſe nudos: poſtea quam manducaverunt de interdicta arbore, nudatos eſſe ſe cognoverunt. Merito ergo mulier ubi cul- D pæ agnovit auctorem, interrogata reſpondit: *Ser-* Gen. 3. 13. *pens perſuaſit mihi, & manducavi.* Serpens gulam Diſt. & cap. iiſdem. § Serpens. ſuadet, Dominus jejunare decernit. Denique ipſe ait: *Jejunate & orate, ne intretis in tentationem.* Matth. 26. 41. Itaque gula de paradiſo regnantem expulit, abſtinentia ad paradiſum revocavit errantem.

8. Et dixit Deus: *Ecce Adam factus eſt quaſi unus* Gen. 3. 22. *ex nobis.* Irridens utique Deus, non approbans dicit, hoc eſt: Putabas te ſimilem fore noſtri: ſed quia voluiſti eſſe quod non eras, deſtitiſti eſſe E quod [c] eras: intra te eras, & dum ſupra te eſſe af- c fectas, infra te eſſe cœpiſti. Denique veſtivit eum tunica pellicea prius, & ſic ait: *Ecce Adam*, quaſi dicat: Ecce amictus tuus, ecce dignum indumentum tuum, hic te veſtitus decet. Qui divina affectant, tali digni habentur ornatu. Ecce quo te tua culpa deduxit, ecce nunc in hac tunica pellicea tamquam unus ex nobis aperuiſti oculos. Circumſpice diligenter, nudum te adſpicis, quem veſtitum putabas.

F 9. Gula ergo nudos facit, jejunia operiunt etiam exutos. Unde David ait, *Operui in jejunio* Pſ. 68. 11. *animam meam.* Bonum operimentum, quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur. Bonum velamen quod tegit culpam, tegit abſtinentia, tegit gratia. Beati enim quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Tegit gratia, dum remittit, & omnem abolet errorem: tegit abſtinentia, dum obumbrat vitium, & mœſto abſcondit affectu, atque extenuat pœnitendo. Etenim jejunium, &

a. Rom. edit. *niſi vita imago cæleſtis.* Aliæ cum mſſ. omnibus, ut in textu.

b Vet. edit. *quæ prima prævaricatio. Indictum jejunium, abſtinentia lex*, &c. Cod. Vall. & Mich. *quæ prima prævaricata indictum jejunium abſtinentia. Lex*, &c. Rom. edit. & Vat. unus.... *prævaricata edictum. Abſtinentia lex*, &c. Nobiſcum vero faciunt Thuan. Germ. Vict. Laud. & Colb. Rurſus ubi plures mſſ. ac om-nes edit. *Latebra poſt cibum*; quatuor mſſ. optimæ notæ, *illecebra poſt cibum.*

c. Vet. edit. *quod erat. Itaque dum ſupra te eſſe affectas* Bonus ſenſus: melior tamen edit. Rom. ex uno Vat. codice. Gallicani vero partim huic, partim illis accedunt, in quibus tamen aliquid omiſſum eſſe apparet, præter quam in cod. Mich. & Vall. in quibus legas ſatis commode: *quod eras. Ita qui ſupra te eſſe affectabas*, &c.

eleemoſyna à peccato liberant. Opertus erat A Adam virtutum velamine priuſquam prævaricaretur, ſed tamquam exutus prævaricatione, vidit ſe eſſe nudum; quia indumentum quod habebat, amiſerat. In diebus enim jejuniorum veſtro-
Eſai. 58. 8. rum *orietur*, inquit, *tibi* [a] *matutinum lumen tuum, & ſanitas tua matura orietur, & præcedet ante te juſtitia, & circumdabit te majeſtas Domini.* Bonum
Pſ. 103. 2. veſtimentum lux. Scriptum eſt enim: *Circumdatus luce ſicut veſtimento.* Bonum veſtimentum, quando circumdat Dominus & operit jejunan- B tes.

CAPUT V.

Noe quod inebriatus fuerit, ob ignorantiam excuſatur: & quæ mala ex vini uſu nata ſint, quæve bona ex ejuſdem abſtinentia, propoſitis utrinque exemplis declaratur.

10. NUdatus erat Noe quando inebriatus eſt, texit eum pietas filiorum. Sed nudatus erat per ignorantiam, non per intempe- C
Diſt. 35. cap. Sexto die §. In principio. rantiam; adhuc enim vinum neſciebatur. In principio generis humani ignorabatur ebrietas. Primus ipſe plantavit vineam: dedit naturam, ſed ignoravit potentiam. Itaque vinum nec ſuo pepercit auctori. Quid mirum ſi cùm Dominus ipſe creaturas ſuas laudaverit, & iſte miratus eſt? Itaque cùm eum delectaret reperti muneris gratia, tentavit vehementior creatura inſuetos ſe-
Pſal. 75. 7. nis artus, turbavit nova potio. *Dormitaverunt*, inquit, *qui adſcenderunt equos.* Adſcendit corpo- D
Diſt. & cap. iiſdem §. Sed illius. ris voluptates juſtus, & obdormivit. Sed illius ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem. Semel enim inebriatus eſt Noe. Ubi vero malum ebrietatis agnovit, inventum ſuum ad remedium temperavit, non effudit ad vitium. Unde & Apoſtolus
1. Tim. 5. 23. ait: *Modico vino utere propter frequentes tuas infirmitates.*

11. Manebat antequam vinum inveniretur, omnibus inconcuſſa libertas, nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſervitutis exigere. Non E eſſet hodie ſervitus, ſi ebrietas non fuiſſet. Obrepſerat quidem jam fraternæ prælationis invidia, manebat tamen adhuc paternæ pietatis reverentia. Læſa pietas eſt, dum ridetur ebrietas. Non illis itaque ſolis nocent vina quos tentant, ſed & illis amplius quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. Hinc riſus irreverens naſcitur, hinc libido inflammatur; ut multo majore temulentia eos vina perturbent, quorum oculos ac mentes inebriaverint, quam quo- F rum membra proſtraverint.

Gen. 19. 33. & ſeq. Diſt. & cap. iiſdem. §. Legimus. 12. Legimus etiam quod patrem Lot inebriaverint filiæ in eo monte, ad quem timentes incendia Sodomitana confugerant, & habitabant in ſpelunca. Convenit ebrietati atque concurrit ætas, ſexus, ſolitudo, locus, ferarum magis latibulis, quam humanis aptior domiciliis. Fuit itaque ebrietas origo inceſti, peſſimæ generatricis partus deterior.

13. At non Abraham vina in ſuo convivio miniſtrabat: ſed immolabat vitulum, butyrum, & A lac etiam Angelis hoſpitibus exhibebat. Cæli dominum, mundi agnoſcebat auctorem: vinum tamen exhibere non poterat. Sed recte illic deerat materia peccati, ubi erat remiſſio peccatorum.

14. Denique annuntiavit eum Johannes neque manducans panem, neque bibens vinum. Qui enim Chriſtum annuntiat, ab omni vitiorum incentivo præſtare ſe debet alienum. Vicit igitur ſanctum Noe, vel etiam Lot Abrahæ nepotem ebrietas, quorum alter cùm jejunaret, diluvio B ſuperſtes fuit, alter incendio.

15. Moyſen quoque cognovimus ſitienti populo amaritudines aquarum temperaſſe, non vina. Cui petra aquam vomuit, potuit & vini abundantia non deeſſe. Denique dixit Deus: *Percuties* Exod. 17. 6.
petram, & exiet aqua ex ea, & bibet populus. Non dixit: Exiet vinum in populo. Periculoſum enim erat vinum populo miniſtrare, quod fortiores ferre vix poſſent.

CAPUT VI.

De lege jejunii à Moyſe data, & de jejunio ejuſdem. Quomodo matrum Samſon & Samuelis ſterilitatem abſtinentia vini fœcundaverit; quibuſque cibis Eliſæus filios prophetarum aluerit?

16. DEnique Moyſes de jejunio legem dedit, de vino non dedit. Ipſum quoque jejunantem non voces magnæ, non fulgura & nubes nimboſa, non fumigans Sina perterruit. D Neque vero introiſſet in nubem, & vocem Dei loquentis de medio ignis ſine periculo ſalutis audiſſet, niſi munitus armis jejunii fuiſſet. Quadraginta enim diebus jejunavit in monte, cùm Legem acciperet à domino Deo noſtro. Et in ſuperioribus quidem montis Lex dabatur Moyſi jejunanti, in inferioribus populo manducanti prævaricatio ſacrilega luxu accendebatur epulantium. Quo ſpectaculo motus fregit tabulas Moyſes, indignum judicans ut ebrio populo Lex E daretur. Itaque tabulas Legis, quas accepit abſtinentia, conteri fecit ebrietas.

17. Quid vero alia dicam? Nonne ſterilitatem matris Samſon vini abſtinentia fœcundavit, & parientem fecit ex ſterili? Quoniam juxta præceptum Domini vinum non bibit. Nonne Annam non manducantem exaudivit Dominus, & infœcunditatem ejus ſolvêre jejunia? Ex quibus duo generati, unus fortiſſimus, alius obſervantiſſimus, dignos ſe præbuerunt, qui jejunii gre- F mio diu foti, & quodam abſtinentiæ effuſi utero viderentur. Idem itaque Samſon, qui matris ſobrietate generatus eſt, allophylorum inſultantium ſibi ebrietate eſt vindicatus.

18. Eliſæus vates qui de magiſtro didicerat parcimoniam, cùm filios aleret prophetarum, vitis agreſtis grumulis menſas onerabat, & [b] ineptis ſilveſtribus oleribus hoſpitalitatis implebat officium. Quorum offenſi amaritudine cùm manducare non poſſent, levis farinæ adſperſione omnem illam amaritudinem temperavit, abſtinentiæ propheticæ munere veneni vires evacuans.

a Rom cum pleriſque mſſ. . . *matutinum* & cum nonnullis. . . . . *mature*. Vet. edit cum mſſ aliis . . . . *magnum* . . . . *matura*. Porro viſus eſt quibuſdam viris doctis hic locus eſſe corruptus; cùm hi habent exemplaria noſtra, *Et ſanitas tua*, Tert. Cypr. & Aug. ſcribant, *Et veſtimenta tua citius orientur*. Ubi manifeſtum eſt eos non *ἰάματα*, ſed *ἱμάτια* legiſſe. Et forte non aliter legerit ipſe Ambroſius.

b. Edit. Era. Gil. & Rom *inermes ſilveſtribus oleribus*. Am & mſſ omnes, *ineptis*, &c. Non male. Idem enim eſt atque ad eſcam parum idoneis.

CAPUT VII.

Tribus pueris in fornacem jejuno ſtomacho ingreſſis flammas refrigerium adtuliſſe; ac leones etiam jeiunare Danielis edoctos eſſe ieiunio.

19. **E**St quædam creaturæ natura, [a] quam amiantum vocant, nullo facilis igni conſumi: quæ impoſita focis igneſcit, illico ſublata de flamma tamquam aquarum infuſione munda reſplendet. Talia erant Hebræorum corpora B puerorum, [b] quæ de jejunio in amianti transformata naturam, vaporem ignis non ad diſpendium ſui, ſed ad gratiam mutuabantur. Denique cùm furerent fornacis incendia, ut ultra quadraginta cubitos flamma per circuitum funderetur, conſumens plurimos quos repererat Chaldæorum, qui naphtha, pice, & ſtuppa, atque ſarmento alimenta ignibus miniſtrabant; [c] ubi cum jejunio ingreſſi ſunt, diſcuſſo ardore flammarum, in medio fornacis cœpere ſtatim roris ſpiritu refrige- C rantis humeſcere; ita ut eorum nullus capillus capitis exureretur, quia illam quoque jejunia comam paverant.

20. Daniel vir deſideriorum, trium hebdomadarum jejunio leones quoque docuit jejunare, miſſus in lacum, in adamantis rigorem abſtinentiæ ſoliditate membra duratus non patuit vulneri. Sic eum conſtrinxerant jejunia, ut in ejus corpore ferarum morſibus locus eſſe non poſſet. [d] Clauſa tenebant leones ora, quæ abſtinentiæ pro- D pheticæ ſanctitas comprimebat; ut ea feræ aperire non poſſent meriti quibuſdam vinculis alligata.

21. Jejunium itaque virtutem ignis extinxit, jejunium ora obſtruxit leonum, jejunium maris fluenta ſolidavit, jejunium petram ſolvit in fontes aquarum, virtute jejunii contra ſuam mutata naturam & fluctus obriguit, & petra inundavit.

CAPUT VIII.

Ieiunii commoda ut magis eluceant, cum gula incommodis comparat, ac perturbationum, quas eadem gula inferre ſolet, elegantiſſimam ſubjicit deſcriptionem; cui exhortatio ad ſobrietatem coniungitur.

22. **S**Ed quid vetuſtis utar exemplis, cùm abundet jejunium etiam præſentium muneribus gratiarum? Quis deterioravit domum ſuam A jejunio? Quis imminuit facultates? Cui non ſuſpecta luxuries? Cui non venerabilis abſtinentia? Cujus thorum appetivit parcimonia? Cujus pudorem non læſit ebrietas? Jejunium continentiæ magiſterium eſt, pudicitiæ diſciplina, humilitas mentis, caſtigatio carnis, forma ſobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ, miſerationis expenſa, lenitatis inſtitutio, caritatis illecebra, ſenilis gratia, cuſtodia juventutis. Jejunium eſt infirmitatis allevamentum, alimentum ſalutis. Ne- B mo cruditatem jejunando incidit, nullus per continentiam [a] ictum ſanguinis ſenſit, immo nullus non repreſſit & repulit. Bonum itineris viaticum, bonum totius vitæ: bonum in mari, ſedat naufragia, cibum ſervat.

23. Qui grave dicunt jejunium eſſe, reſpondeant quis jejunio defecerit. Multi in prandio, plerique dum vomunt epulum, fudêre animam. Quod poſtremo animal jejunium ſibi cauſam fuiſſe mortis ingemuit? Per eſcam laqueus non C cavetur, in eſca hamus latet, cibus deducit in foveam, & cibus inducit in retia, cibus viſco etiam aves illigat, cibus volantes deponit ad mortem. Quæ non propter ventrem pericula? Muta animalia crimen neſciunt, & in hoc ſolo tamquam pro crimine puniuntur. Jejunium ſobrietas mentis eſt, hoc vigent ſenſus, in hoc judicia tractantur, in convivio pocula. Jejunium cuſtodit diſciplinam, luxuriam ſequitur inopia. *Luxuria* Tob 4. *mater eſt famis*, ſecundùm propheticum dictum. D Jejunium quietem diligit, luxuria [c] inquietudinem. Jejunium otia ſerit, luxus negotia.

24. Ferietur aliquando coquorum veſtigiorum machæra. Requieſcat obſonator qui antequam luceat, fores pulſat alienas, & tamquam bellum aliquod immineat, excitat dormientes. Turbatum vides, anhelantem advertis: interrogas quæ cauſa perturbationis ſit. Poſcit, inquit, dominus meus, ubi vinum melius væneat, quærit ubi durior [*] vulva curetur, ubi jecur mollius, ubi phaſianus E pinguior, ubi piſcis recentior. Curſitat per diverſa; & cùm invenerit, ſummo curſu properat. Inquietat dominum ſomnolentum, auctionatur pretia. [*] Si pretium moverit piſcis, nuſquam meliorem adſerit inveniri, immo deeſſe. Heri, inquit, tempeſtas, hodie procella, vix iſtum potui latentem deprehendere. Multi concurſant in macello: ſi tu reddideris, alter plus dabit; & quid exhibebis in [f] prandio? Iſtius vini ille natalis eſt, hæc ex illo lacu lecta oſtrea: talis fit de ſingulis licitatio.

a Miſſ. duo, *quam amentium vocant*. Unus, *quam adamantem* Am. & Era. *quam adamantium vocant*, & ſic infra Alii miſſ. atque edit. *quam amiantum*, &c. Quæ vera lectio eſt; hic enim reddere voluit Ambroſius illud Baſilii ex hom. 1. de Jejunio: [illegible], &c. De hoc lapide multa habent Plin. lib. 36. cap. 19. Dioſc. lib. 5. cap. 93. & in hunc ultimum Matthiolus lib. 5. cap. 113. ubi docet eumdem lapidem ipſiſſimum alumen eſſe, quod à nobis dicitur *alun de plume*, ex quo etiam nunc ellychnia incombuſtibilia conficiuntur. Et poſt pauca pro, *igneſcit illico*, miſſ. aliqui habent, *ignis, & illico*, aliqui, *foci igne*, vel, *ignibus*, *& illico*, &c.

b Ita miſſ. Thuan. Germ. Dion. Vict. & Colb. Alii vero cum ant. edit. *quæ de jejunio .... vapore ignis .... mutabantur*. At Rom. edit. ſola. *quæ jejunio .... utebantur*.

c. Edit. Rom. *ubi quia jejunii ingreſſi ſunt .... flatum roris refrigerantis ſpiritu hauſere*. Vet. autem edit cum miſſ. in lectionem noſtram conſpirant, præter quam quod hi præferunt: *corpore flatim*, ubi in illis legitur, *tepore flatim*, &c.

d Vet. edit. *Clauſa tenebant feri leones ora, quia abſtinentia propheticæ ſanctitatis .... meriti quibuſdam*, Rom. autem ... *abſtinentia propheta functi ... veluti quibuſdam*, &c. At miſſ. noſtram in lectionem omnes conſentiunt.

*. *Ictum ſanguinis*, id eſt, [illegible] · quo etiam verbo morbum hunc vocitavit in Marco Antonino Aurelius Victor.

c. Ita miſſ. omnes Gall. niſi quod Dion. codex e regione vocis, *veſtigiorum*, habet in marg. *vel maſtigiatorum*, quam vocem Germ. præfert in textu, pro qua in Mich. legitur *noſtrorum*, & in Vall. *veſtrorum*. Hinc colligas ea iſta dictione aliquid corruptionis videri, quod in cauſa fuerit, cur nonnullis vocibus detractis totum locum in hanc formam edit. exhiberent, nempe vet. *inquietudinem Obſonator eſt qui antequam*, &c. Rom. vero, *inquietudinem. Jejunium otia quærit, luxus ſectatur negotia. Obſonator antequam*, &c. Sed quæ prætermiſſa ſunt reſtituenda eſſe ſatis oſtendit hic Baſilii locus, [illegible], quem ab Ambroſio uſui ſuo accommodatum eſſe manifeſtum eſt.

*. Vulva porcina, & jecur anſerinum antiquis in deliciis erant.

*. *Si pretium moverit*, ſubintellige *emtorem*, id eſt, ſi pretium emtori carius viſum fuerit.

f Codex Mich. ſolus: *In prandio iſtius vini? Illius natalis. Hæc ex illo*, &c. Rurſus ubi vet. edit. *jactitatio*. Rom. & miſſ. plures, *licitatio*, &c. ut in textu: habent nonnulli, *litigatio aſtu quodam agitatur*, &c.

* Haſta quædam agitatur inter obſonatorem, & paſtorem. Turbatus addicit patrimonium, rogat adhuc per quos ſuorum bonorum jura minuantur.

25. Curritur ad coquinam, fit ingens ſtrepitus, fit tumultus. Tota exagitatur familia, maledicunt omnes, quod nulla his requies detur. Tandem aliquando da requiem coquo. Inſtar ſtatuæ pincernæ dextera ſummo gelu riget. Ille in frigida exercet manus, illi marmora lavant. Mundant pavimenta vino madida, & ſpinis cooperta piſcium; & quanti dum ambulant, vulnerantur? In ipſo convivio clamor epulantium, gemitus vapulantium. Si quid forte diſplicuit amicis, illi rident, tu indignaris. Sileat aliquando domus à multis perturbationibus huc atque illuc diſcurrentium, à ſono immolatorum animalium, vacet fumo, & ſemiuſtulatorum nidore. Non coquinam ſed carnificinam putes: prælium geri, non prandium curari; ita ſanguine omnia natant.

26. [a] Malæ dominæ ſervitur gulæ, quæ ſemper experit, numquam expletur. Quid enim inſatiabilius ventre? Hodie ſuſcipit, & cras exigit. Cùm impletus fuerit, diſputatur de continentia: cùm digeſſerit, vale virtutibus dicitur, quærit luxuriam. Inter pocula philoſophia prædicatur, inter philoſophos vina laudantur.

Eccli. 31. 23. b

[b] *Vigilia*, inquit, *& cholera, & tortura viro inſatiabili*: manducat, & paulo poſt pœnitet: non illum diurius ſua intemperantia delectavit.

27. Adtende divitem qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, cujus ad januam mendicus ille Lazarus jacebat plenus ulceribus, cupiens ſaturari ex his quæ de menſa cadebant divitis. Paulo poſt cùm eſſet mortuus, cœpit rogare poſitus in inferno, ut extremum digiti ſui pauper ille in aquam intingeret, & refrigeraret linguam ejus, quæ ardebat incendio. Ubi illæ copiæ? Ubi illæ ebrietates? Sitit qui inebriabatur: abundat qui mendicabat. In ipſo convivio dum bibunt, ſitiunt; & cùm inebriati fuerint, amplius bibunt. Quaſi aperto gurgite vinum jam non bibitur, ſed infunditur: poculum non libatur, ſed exinanitur.

CAPUT IX.

Cur potentes vinum bibere prohibeantur? Judith jejunans Holofernem obtruncat: iiſdemque artibus populum ſuum liberat Eſther, cui pœnas ebrius Aman exſolvit. Poſtremo varia jejunii laudes enumerantur.

Prov. 26. 9.

28. S*Pina*, inquit, *naſcuntur in manu ebrioſi*, quia ipſe ſe manibus ſuis vulnerat, & ulcera ſibi in pectus dejicit. His ſpinis ſcindit veſtimentum fidei quod accepit, & theſaurum ſuum ſervare non poterit. Omnis enim ebrioſus & fornicator egebit, & induet ſe ſciſſa veſtimenta inſipientiæ.

Ibid. 31. 4.

Et ideo potentes vinum prohibentur bibere, ne cùm biberint, obliviſcantur ſapientiam.

29. Denique bibebant vinum in ebrietate potentes, qui Holoferni principi militiæ regis Aſſyriorum ſe tradere geſtiebant: ſed non bibebat femina Judith, jejunans omnibus diebus viduitatis ſuæ, præter feſtorum dierum ſolemnitates. His armis munita proceſſit, & omnem Aſſyriorum circumvenit exercitum. Sobrii vigore conſilii abſtulit Holofernis caput, ſervavit pudicitiam, victoriam reportavit. Hæc enim ſuccincta jejunio in caſtris prætendebat alienis: ille vino ſepultus jacebat, ut ictum vulneris ſentire non poſſet. Itaque unius mulieris jejunium innumeros [c] ſtravit exercitus ebriorum.

30. Eſther quoque pulcrior facta eſt jejunio; Dominus enim gratiam ſobriæ mentis augebat. Omne genus ſuum, id eſt, totum populum Judæorum à perſecutionis acerbitatibus liberavit; ita ut regem ſibi faceret eſſe ſubjectum, non libidinis ardore flammatum, ſed cæleſti miſeratione converſum; ita ut & pœna retorqueretur in impium, & honor ſacris redderetur altaribus. Itaque illa quæ triduo jejunavit continuo, & corpus ſuum aqua lavit, plus placuit, & vindictam retulit. Aman autem dum ſe regali jactat convivio, inter ipſa vina pœnam ſuæ ebrietatis exſolvit.

31. Eſt ergo jejunium reconciliationis ſacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam feminas fortiores augmento gratiæ. Jejunium neſcit fæneratorem, non ſortem fœnoris novit, non redolet uſuras menſa jejunantium: non ſtrangulant filium continentis viri paternæ centeſimæ: non vexant viduam oppignorata ſobrii viri jura defuncti: non defœnerata excludit heredem aula jejuni.

32. Etiam ipſis jejunium conviviis dat gratiam. Dulciores poſt famem epulæ fiunt, quæ aſſiduitate faſtidio ſunt, & diuturna continuatione vileſcunt. CONDIMENTUM cibi jejunium eſt. Quanto avidior appetentia, tanto eſca jucundior. Commendat ſitis poculum, neſcit vini vetuſtates quærere. Jejunus quidquid hauſerit, tranſmittit ad ſatietatem, non ad judicium nare ſuſpendit. Uſu etiam pretioſa degenerant: quorum autem difficilis poſſeſſio, eorum grata perfunctio. Ipſe ſol poſt noctem gratior, ipſa lux poſt tenebras ſplendidior, & poſt vigilias ſopor dulcior, ipſa ſalus poſt ægritudinis tentamenta jucundior. Ab ipſo mundi conditore didicimus ſæpe diverſitatibus cumulari gratiam. Patrocinatur ergo & convivio fames, ut gratior fiat menſa jejuniis.

CAPUT X.

Myſtica menſa jejunio comparatur. Quæ fames faciat acceptabile jejunium; quidve ſit quod dicitur: Cùm jejunatis, ungite caput veſtrum, *moraliter ac myſtice diſquiritur.*

33. [d] MYſtica quoque menſa jejunio comparatur. Illa menſa, de qua dicit David:

* Id eſt auctio, quia rerum venalium licitatio haſta in foro poſita fieri ſolebat. Paulo poſt autem paſtorem eum vocitat quem parochum ac præbitorem dicebant, eum nempe qui convivas menſa excipiebat. Quo ſenſu infra cap. 15 num. 49 idem ab Ambroſio appellatur *is qui paſcit*, unde paſtus ſecutis temporibus idem ſignificavit atque convivium.

a Edit. Am. & Rom. *Malæ dominæ ſervitur gula.* Era. & Gill. *Malæ dominica*, &c. Mſſ. vero, *malæ dominæ*. Baſilius [illegible].

b. Latinius legendum conjicit: *labor, inquit, & cholera*. Et ei quidem mſ. unus adſtipulatur: nobis autem ceteri, atque omnes edit. LXX vero legunt, Πόνος ἀγρυπνίας, καὶ χολέρας (unum exemplar teste Nobilio, χολέρα) καὶ στρόφος μετὰ ἀνδρὸς ἀπλήστου.

c Rom. edit. *ſtravit exercitus Aſſyriorum*. Codex Germ. .... *Chaldæorum*. Alii omnes mſſ. ac edit. ... *ebriorum*.

d Ita edit. omnes cum mſſ. aliquot. Alii tamen nec ætate nec numero inferiores, *Myſtica quoque menſa jejunio comparatur illa menſa*. Torn. ſolus, *Myſtica quoque menſa jejunio comparatur ille menſa.*

Paraſti

Pſal. 22. 5. *Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos qui tribulant me.* Menſa iſta famis acquiritur pretio: & poculum illud inebrians ſobrietate, cæleſtium ſacramentorum ſiti quæritur. Dixit enim Dominus: *Eſai. 55. 1.* *Qui ſititis, ite ad aquam, & quicumque non habetis argentum, ite & emite, & bibite & manducate.* Et alibi ait: *Eſa. 65. 13.* *Ecce qui ſerviunt mihi, manducabunt: vos vero eſurietis. Ecce qui ſerviunt mihi, bibent: vos autem ſitietis.* Qui vos niſi qui ante potaſtis? De quibus ſupra dixit: *Ibidem. 11.* *Paraſtis dæmoniis menſam, & implèſtis fortunæ poculum.* Ergo ſi ad menſam illam venerabilem jejunia ſancta nos perducunt: ſi hac fame illa quæ ſunt æterna mercamur; quid de iis dubitamus quæ in uſu humano ſunt, quod etiam ſuaviora hæc nobis faciat jejunium?

34. Non autem omnis fames acceptabile jejunium facit, ſed fames quæ Dei timore ſuſcipitur. Conſidera: * Quadrageſima totis præter ſabbatum & Dominicam jejunatur diebus. Hoc jejunium Domini paſcha concludit. Venit jam dies reſurrectionis, baptizantur * Electi, veniunt ad altare, accipiunt ſacramentum, ſitientes totis hauriunt venis. Merito dicunt ſinguli refecti ſpiritali cibo, & ſpiritali potu: *Pſal. 22. 5.* *Paraſti in conſpectu meo menſam.... & poculum tuum inebrians quam præclarum eſt!* Non ſola autem fames quæritur, ſed plena diſciplina jejunii. Denique aliis dicitur: *Eſai. 58. 3. & ſeq.* *In diebus jejuniorum veſtrorum invenitis voluntates veſtras, & omnes ſubditos vobis ſtimulatis. An ad judicia & rixas jejunatis & percutitis pugnis? Ut quid mihi tale jejunium, ita ut audiatur in clamore vox veſtra? Non hoc jejunium ego elegi, & diem ad humiliandum animam ſuam hominem: nec ſi flectas ut circulum collum tuum, cinerem etiam & cilicium ſubſternas, nec ſic vocabitis jejunium acceptum. Non tale jejunium ego elegi, dicit Dominus.* Quod jejunium improbetur, audivimus: nunc audiamus quod ſit probabile. *Sed ſolve omnem colligationem injuſtitiæ tuæ: diſſolve obligationes violentarum commutationum, dimitte confractos in remiſſionem, & omnem conſcriptionem iniquam dirumpe. Frange eſurienti panem tuum: & egenos non habentes tectum, induc in domum tuum: & ſi videris nudum, cooperi eum: & domeſticos ſeminis tui non deſpicias.* Vides quæ ſpecies ſit & forma jejunii, ᵃ quis mentis habitus; ut orationi vaces, & in lege Dei die ac nocte mediteris.

35. Ipſa figura corporis plena gravitatis, nullus rubor ebrietatis circumfuſis genas qui intuentium offendat adſpectus, ſed vultus caſto micet pallore reverendus, ſermo gravior, oculus verecundior, greſſus ſtabilior atque moderatior; plerumque enim turbatiore inceſſu proditur motus animorum. Vultus intentior, & quidam cogitationis ſuæ arbiter, & tacitus cordis interpres; ut neque triſtitiam prætexat, neque ſolvatur riſu incontinenti. Non enim ſuperfluum hoc putes noſtræ commonitionis, cùm Sapientia dicat in Evangelio: *Matth. 6. 16.* *Cùm autem jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Ideo dixit hypocritas, eo quod ſimulatione alienam perſonam induant; ſicut in ſcena qui tragœdias canunt, pro eorum dictis quorum perſonas gerunt, motus ſuos excitant, ut aut iraſcantur, aut mœreant, vel exſultent. Affectant enim iſti, ut jejunare videantur, hominibus magis quam Deo cupientes probari, quod faciebant Judæi.

36. Et ideo nobis dicitur: *Ibidem. 17. & 18.* *Vos autem cùm jejunatis, ungite caput veſtrum, & faciem veſtram lavate; ne pareatis hominibus quia jejunatis, ſed Patri veſtro qui eſt in abſcondito: & Pater veſter qui videt in abſcondito, reddet vobis.* Quid eſt: *Ungite caput veſtrum?* Sed & luxurioſi dicunt: Vino & unguentis nos repleamus. Unguento enim ſe unguunt, ᵇ qui corporei odoris gratiam quærunt. Sed illa unguenta libidinis illecebram movere conſuerunt. Aliud eſt ſobrietatis unguentum, de quo dicit Eccleſia ad ſponſum ſuum: *Cant. 1. 2.* *Unguentum exinanitum nomen tuum:* aliud oleum quo artus animæ & quædam membra pingueſcunt. Unde & David dicit: *Pſal. 22. 5.* *Impinguaſti in oleo caput meum.* Et hoc eſt oleum lætitiæ, quo unctus eſt Chriſtus à Deo Patre, ut præ omnibus ſuis emineret conſortibus. Hoc jubet ungi caput noſtrum, ut oleo lætitiæ obducatur omnis ſimulata triſtitia; ne videaris jejunium tuum vendere hominibus, ne videaris contriſtari in animæ tuæ ſalute. Nemo enim triſtis coronatur, nemo mœſtus triumphat. Unge ergo caput tuum, ubi ſenſus ſapientis ſunt; oculi enim ſapientis in capite ejus. * Ad myſteria vocaris, & neſcis: diſcis, cùm venis. Et reminiſcere illud: *Pſ. 132. 2.* *Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam Aaron,* tunc cognoſcis quid ſit: *Ungite caput veſtrum:* quomodo placueris Deo, ut tibi ſua patefaceret ſacramenta, & daret gratiam ſpiritalem.

37. Eſt & aliud caput myſticum. Quod illud? Audi: *1. Cor. 11. 3.* *Caput mulieris vir; caput autem viri Chriſtus.* Mitte in Chriſtum, mitte etiam in caput ejus unguentum. Caput ejus Deus eſt. Illa mulier Eccleſiæ typum gerens, quæ in caput ejus miſit unguentum, confeſſa eſt ejus divinitatem; & quæ in pedes ejus miſit, confeſſa eſt ejus paſſionem. Utraque laudatur. Et tu fac quo lauderis, quo *Matth. 26. 10. Luc. 7. 44. & ſeq.* remiſſionem accipias peccatorum. Lava faciem tuam, emunda animam tuam peccatricem, lava conſcientiam tuam. Index enim facies plerumque eſt conſcientiæ, & quidam tacitus ſermo mentis, cùm aut peccato compungimur, aut integritate lætamur. Noli hanc exterminare faciem, lava illam, & omnem ſordem conſcientiæ tuæ dilue. Exterminat faciem ſuam qui aliud corde gerit, aliud foris prætendit. Non nos ve-

*. Adverte hoc loco veterem Mediolanenſis Eccleſiæ conſuetudinem non jejunandi ſabbato; & ſuper eadem re conſule noſtram in hunc librum Admonitionem.

*. *Electi*, gradus hic erat inter catechumenos. Etenim quamvis omnes ad baptiſmum candidati communi nomine vocarentur catechumeni, variis tamen inter ſe ut gradibus, ita & vocabulis diſtinguebantur. Qui epiſcopo ſuam amplectendæ fidei voluntatem profeſſus fuerat, jam *chriſtiani* nomen obtinebat; mox factis abjurationibus ad ſacras admittebatur catecheſes, ac tum proprie *catechumenus* dicebatur: eum deinde ſolitis expiatum exorciſmis *initiatum* nominabant; poſtea ubi cum aliis baptiſmi gratiam poſtulaſſet, vocabant *competentem*: demum ſi per ſuffragia dignus eodem ſacramento fuiſſet judicatus, ipſum in electorum ordinem referebant. Sunt etiam qui catechumenos aliis nominibus recenſeant; illos ſiquidem *audientes*, *genuflectentes*, *ſubſtratos*, *electos*, *competentes* appellant. Vide ſi lubet Albaſpin. in Opt. Millev. Joſeph Vicecom. lib. 2. cap. 2. & alios.

a. Mſſ. aliquot, *quia abdita probas*. Edit. Am. & Era. *quia mentes abditas probat*. Melius alii mſſ. atque edit. ut in textu.

b. Edit. omnes, *qui corporis odoris*. Contra mſſ. omnes, *qui corporei odoris*, &c.

*. Hic innuitur cautiſſimum illud ſilentium quo ſancti patres myſteria quædam, ac præcipue euchariſtiæ cognitionem catechumenos celare conſueverant.

lut [a] quodam peripetaſmate operiamus: quod intus eſt, foris luceat: quod foris eſt, intus operetur. Nemo in jejunio culpam includat, pure ferat innocentiam. Jejunium enim culpæ interfectorium eſt.

CAPUT XI.

Jejunii virtus amariorum exemplo illuſtratur; & eſca licet dulcis, quàm noxia ſit, Eſau & Iacob hiſtoriâ oſtenditur; tum ſequitur exhortatio ad jactantiam in jejunio declinandam.

38. NEmo amarioribus dulcia præoptet. Dulcis voluptas videtur, amarum jejunium. Hoc amaro illud dulce tollatur. Solent amara etiam ipſis plus prodeſſe corporibus. Sicut enim cùm in intimis puerorum viſceribus vermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui non queunt niſi cùm amarior potus infunditur, aut medicamentorum vis inoleſcit aſperior, quorum odore moriantur: ita profundum animæ virtus ingreſſa jejunii culpam latentem interficit.

39. Quid Eſau ſervum fratri ſuo fecit? Nonne C eſca ad horam dulcis, amara in poſterum? Quid Jacob dominum fratri dedit? Nonne contemtus cibi ad tempus amarior, ſed ſalubris in reliquum? Ipſa corpora dulcibus frequenter inflantur, & melle jecur tenditur; idem tamen eſcæ amaritudine temperatur. Ideo non mediocris, ſed laudata quæſtio: *De manducante exivit eſca,* [b] *& de forti dulce.* Alii habent: *Et de triſti dulce*; græci codices maxime. Sed & forte laborioſum eſt; exit enim dulce de triſtitia vel labore. *Judic. 14. 14.*

40. Noli ergo te iactare cum jejunas, noli gloriari, ne nihil tibi proſit jejunium. Quæ enim ad oſtentationem fiunt, non in futurum fructum extendent ſuum; ſed præſentium mercede conſumunt. Elias in deſerto erat, ne quis eum jejunantem videret, niſi ſoli corvi qui eum paſcerent. Eliſæus in deſerto erat, ubi non inveniretur eſca, niſi amara. Johannes in deſerto erat, ubi ſolas locuſtas & mel ſilveſtre inveniret. Jejunantibus epulæ pio Angelorum miniſterio deferebantur. Prandebat Daniel inter jejunantes leones. Ille prandebat alienum prandium, feræ non tangebant ſuum. Jejunantibus epulæ volant, prandentibus pedes vacillant: jejunantibus manna de cælo deſcendit, epulantibus culpa prævaricationis adſcendit.

CAPUT XII.

Quemadmodum in omne facinus præcipitet ebrietas: quamque illa ridicula ſit & odioſa, eleganti deſcriptione exponitur. Poſt quæ nonnulla de luxurioſo adoleſcente ad philoſophiam converſo adjiciuntur.

41. SEd quid eſt hoc? Dum de jejunio diſputo, ſtrepitus audio conviviorum. Niſi fallor, [c] in ſermone meo redoluit prandium. Sonus ergo litterarum invitat, impatientiæ exempla non terrent. Etenim qui jejunantem, & ea [*] quæ A Legis ſunt ferentem, exſpectare non paſſus eſt populus, utique ſedit manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. Videmus ſacrilegium ebrietati fuiſſe conjunctum. Nam ſicut mater fidei continentia: ita perfidiæ mater ebrietas eſt. In quod facinus non iſta præcipitat?

42. Sedent in foribus tabernarum homines tunicam non habentes, nec ſumtum ſequentis diei. De imperatoribus & poteſtatibus judicant, immo regnare ſibi videntur, & exercitibus impera- B re. Fiunt ebrietate divites, qui ſunt veritate inopes. Aurum donant, diſpenſant pecunias populis, civitates ædificant, qui non habent unde caupona potus ſui corporis pretium ſolvant. Fervet enim vinum in his, & neſciunt quid loquantur. Divites ſunt dum inebriantur: mox ubi vinum digeſſerint, cernunt ſe eſſe mendicos. Uno die bibunt multorum dierum labores.

43. De ebrietate ad arma conſurgitur, calicibus tela ſuccedunt. Pro vino ſanguis effunditur, & ipſum ſanguinem vina fuderunt. Quam fortes C ſibi homines videntur in vino, quam ſapientes, quam diſerti, quam etiam pulcri ac decori, cùm ſtare non poſſint? Mens neceſſe eſt titubet, lingua balbutiat, pallor exſanguis ora ſuffundat, fœtor ebrietatis horrori ſit. [*] Barbari in ferrum ruunt, vulgus in rixas. Si quis eorum pugno fuerit percuſſus, videas ora ſaucium vini lacrymas fundere, miſerabiles epilogos decantare. Habet unum hoc temulentia, ut emolliat & reſolvat corda temulentorum. Sicut enim ignis probat D ferrum durum, ita & vini incendio etiam ſuperborum hominum cor liqueſcit.

44. Omnes ſibi vino æquales videntur, nullus inferior. Non pauper diviti cedit, utpote qui pauperem ſe eſſe neſcit: non infirmus valido, cui omnis in bibendo eſt fortitudo: non mendicus locupleti, non ignobilis honorato; cùm bibentes, illum regem habeant, qui bibendo ſuperaverit ceteros. Meritoque ſcriptum eſt: *Æqualis vita hominibus vinum in ebrietate.* Sed utinam & quod E ſequitur audires: *Bibas illud moderate, ut ſis ſobrius.* Non habes quod accuſes: vinum in jucunditate creatum eſt, non in ebrietate ab initio. Exſultatio animæ & cordis eſt, ſi moderate bibas: immoderatio autem potus iracundiam concitat, & ruinas multas efficit. *Eccli. 31. 32.* *Ibidem.*

45. Sed forte dicant has eſſe potationes vulgatium & leviſſimorum hominum. Veniamus ergo ad horum potentium & fortiſſimorum convivia. Non ego hic unguentatos adoleſcentulos aut co- F ronatus roſis proferam, [*] qualem ferunt illum fuiſſe qui delibutus unguentis, redimitus floribus ſubnixus meretricibus, antelucano potu ebrius, & diurno cereorum comitatus lumine, philoſophi auditorium diſputantis ingreſſus ſit. Quo audito, coronas, ut aiunt, ſenſim detraxerit, unguenta deterſerit, ſcortis vale dixerit: philoſophus poſtea tantus evaſerit, ut eſſet ſobrietatis

a Vet. edit. cum tribus mſſ. *quodam impetitate operiamus* Rom. & alii mſſ. *quodam peripetaſmate*, hoc eſt, velamine. Rurſus ubi edit. *præferat innocentiam. . . . interfector eſt.* Plures ac probatiores habent: *pure ferat innocentiam. . . interfectorium eſt* Mſſ. duo, *interfectrix eſt*

b. Edit. omnes, *de forti dulcedo.* Mſſ. *de forti dulce.* Ita etiam lib. de Tobia cap. 15. ubi locus hic adhuc magis perſpicue explicatur. Quod autem ſubdit, *ſed & forte* &c. ſenſum hunc habet, nempe animal forte ac robuſtum ſolet eſſe laborioſum.

c. Sic mſſ. plerique omnes. At edit. tum antiquæ tum Rom. *dum in ſermone meo diſputo, meum redoluit prandium.*

*. *Quæ Legis ſunt*, hoc eſt, decem præcepta digito Dei tabulis inſcripta lapideis.

* Pugnare inter epulas præſertim Thracibus mos erat. Unde legitur apud Horatium Ode 27.

Natis in uſum lætitiæ ſcyphis
Pugnare Thracum eſt. Tollite barbarum
Morem, &c.

*. Diogenes Laertius lib. 4. in Polemone, hæc de eodem philoſopho in ſcholam Xenocratis ingreſſo memorat.

exemplum, qui fuerat ante ebrietatis ludibrium. A Non [a] enim unum emendatum illis invideo; ut doceam genus eorum luxuriæ à me non eſſe ſimulatum. Certe ille ſi reſipuit à vino, fuit tamen ſemper temulentus ſacrilegio.

CAPUT XIII.

Militarium hominum convivia, cum pugna quadam atque ſpectaculo comparantur; & eorum partes ſingulæ, & quaſi quadam protaſis, epitaſis & cataſtrophe quàm diligentiſſime deſcribuntur.

B 46. APage [b] igitur hinc adoleſcentes lubricos, ad convivia præliatorum venimus. Inter arma prandendum eſt, ſtipatores bi ſunt bellici qui miniſtrant, ſuccincti auro, & Babylonicis lumbos ſuffulti balteis: aureis torquibus nitent colla, [c] aureis bullis zonam tegunt, aureis thecis cultros includunt ſuos, quibus dimicent cum epulis dividendis. Adſiſtunt pueri coma nitentes, ex gente barbarica ad hos uſus electi, [d] per ſingularum diſtantias ætatum vices. Cer- C nas populorum diverſorum ordines, aciem ordinatam putes: vaſa expoſita argentea, pompam arbitreris: [*] cornu in medio vini plenum, non præliaris, ſed epularis inſtrumentum buccinæ, quod diſcumbentes in certamen accendat.

47. Primo minoribus poculis [e] velut ferentariis pugna præluditur. Verum hæc non ſobrietatis ſpecies, ſed bibendi eſt diſciplina. Etenim ut tragœdiarum actores primò ſenſim vocem excitant, donec [f] udæ vocis aperiant iter, ut poſtea D magnis poſſint clamoribus perſonare: ita iſti quoque in principio præluſoriis ſe exercent poculis, ut irritent ſitim; ne forte reſtinguant eam, & ſatiati poſtea bibere non poſſint. Ergo ubi res calere cœperit, poſcunt majoribus poculis: [g] fervor inardeſcit martius, cibo ſitis exæſtuat, & ubi imminui viſa, potu meraciore reparatur. Certant pocula cum ferculis, & inter morſus ſæpe remittuntur. Deinde procedente potu longius contentiuſque, diverſa & magna certamina, quis biben- E do præcellat? Nota gravis, ſi quis ſe excuſet, ſi quis temperandum forte vinum putet. Et hæc donec ad menſas perveniatur ſecundas.

48. At ubi conſummatæ fuerint epulæ, putes jam eſſe ſurgendum: tunc de integro potum inſtaurant ſuum; & cùm conſummaverint, tùnc A incboare ſe dicunt, tunc deferuntur phialæ, tunc maximi crateres quaſi inſtrumenta bellorum. Ac ne immoderatum hoc arbitreris, menſura proponitur, certatur ſub judice, ſub lege decernitur. [*] Agonothetes illis furor eſt, ſtipendium debilitas, victoriæ præmium culpa. Pendet anceps diu & dubius belli eventus; furor enim ille eſt præliaris. Cedunt pincernarum manus vina fundentium, & coquorum labores calida miniſtrantium, cedunt qui menſuras ipſas bonas ſupereffluentes B diligenti librant examine, ne quid effundant: non cedunt bibentes.

49. Sola illa ſunt ſine excuſatione certamina. In bello ſi quis ſe inferiorem viderit, arma convertit, & meretur veniam: hîc ſi quis calicem convertat, urgetur ad potum. [*] In ſcammate ſi quis manum levat, exſors quidem palmæ, ſed immunis injuriæ eſt: in conviviis etſi manum revocet à vino, ori ejus infunditur. Omnes inebriantur, victores victique omnes ebrii jacent, plerique ſopi- C ti. Nec portari eos ad ſepulcrum licet, priuſquam is qui paſcit, de omnibus ſe vindicatum viderit, ut ulciſcatur diſpendium. Qui autem damna non ſentit, hanc menſæ ſuæ gloriam putat, ſi ex ea vulnerati omnes ac ſaucii tamquam de arena exeant.

50. Spectaculum triſte Chriſtianorum oculis, & miſerabilis ſpecies. Cernas juvenes terribiles viſu hoſtibus de convivio portari foras, & inde ad convivium reportari, repleri ut exhauriant, D & exhauriri ut bibant. Si quis verecundior fuerit, ut erubeſcat ſurgere; cùm jam immoderatos potus tenere non poſſit; anhelare vehementius, ſudare, gemere, ſignis prodere, quod pudeat confiteri. Ibi unuſquiſque pugnas enarrat ſuas, ibi fortia facta prædicant ſua, narrant trophæa vino madidi, & ſomnolenti neſciunt mente, quid lingua proferant. Unuſquiſque ſtertit & potat, dormit & dimicat; & ſi quando conſurrectum fuerit, viri præliatores ſtare non poſſunt, egreſſu vacillant. E Rident ſervuli dominorum opprobria, manibus ſuis portant militem bellatorem, imponunt equo. Itaque hac atque illac tamquam navigia ſine gubernatore fluctuant; & tamquam vulnere icti in terram defluunt, niſi excipiantur à ſervulis. Alii [*] referuntur in ſcutis, fit pompa ludibrii. Quos mane inſignes armis ſpectaveras, vultu minaces, coſ-

a. Vet. edit. *Non enim emendatum illis invideo; doceam genus*, Rom ... *doceam tamen genus*, &c. Potior eſt dubio procul noſtra lectio, quam è decem Gall. mſſ. exhibemus.

b. Edit. omnes, *Igitur hinc ad adoleſcentes lubricos, ad convivia* (Rom. *& ad convivia*) *præliatorum veniamus.* ... Mſſ. vero partim: *Arce igitur*, partim, *Apage igitur*, &c.

c. Ita mſſ. decem. Alii autem duo, & omnes edit. *infantium aureis bullis.* Solebant quidem veteres aureas bullas infantium collo appendere, ſed non ita propriam e ac huic ætati hujuſmodi ornamentum, ut etiam in provectiori non adhiberetur, unde vocem *infantium* hic neceſſariam non putamus. Bullæ autem dicebantur quidam globuli qui bullas guttis pluviæ decidentibus in aqua excitari ſolitas ſimilitudine referebant.

d. Omnes edit. *per ſingularum diſtinctas ætatum vices. Cernas poculorum .... vaſa expoſita aurea & argentea.* Cum his plerique mſſ. faciunt, niſi quod omittunt, *aurea et*. Alii vero in quibus & Thuan. ante mille annos exaratus, ut in textu. Illæ autem *per ſingularum ... vices*, idem eſt ac vices miniſtrandi: vel, ordinum mutationes ſiunt pro ſingulorum ætatibus, ita ut in primo verſu ſtarent natu majores, & ſic deinceps.

*. *Cornu*, id eſt, corneum vas, quo veteres ad ſervandum vinum, oleum, aliosque liquores utebantur.

e. Edit. Am. & Pariſ. quædam: *velut voluntariis pugna præluditur.* Era. *velitaris pugna*, Gill. Rom. & aliæ Pariſ. *velitaris pugna.* Aliqui mſſ. partim his, partim illis accedunt: alii ætate ac numero potiores, ut in textu. Porro ferentarii erant levioris armaturæ milites, qui antequam totis viribus concurreretur, pugnæ præludebant.

f. Edit. *uvæ vocis*. Mſſ. aliquot, *nuda vocis*. Alii melius, *udæ vocis*, hoc eſt, liquidæ ac mobilis.

g. Priſcæ edit. *inardeſcit. Ardens cibus ſiti exæſtuat.* Gill. in marg. *Aridus.* quam vocem edit. Rom. in textum tranſtulit, cætera non abſimilis. Illis conveniunt haud pauci mſſ. Elegantius tamen Thuan. Laud. Vict. Torn. & Dion. *inardeſcit martius, cibo ſitis exæſtuat*, quibus in ultima parte cod. Germ. & Colb. concinunt. Ruſſus edit. omnes: *Et ubi imminui vaſa cœperint .... reparantur .... & inter moras ſæpe geminantur. .. contentiones diverſa & magna certamina*, &c. Quamvis autem his ſenſum effici ſatis commodum negare non poſſimus; tamen non potuimus lectionem mſſ. Thuan. Laud. Dion. Germ. Vict. Mich. & Colb. illis non præferre.

*. *Agonothetes* judex ac præſes certaminis, hoc loco idem atque convivii moderator. Etenim ſolebant antiqui priuſquam diſcumberent talis ſortiri, & cui jactus Veneris omnium fortunatiſſimus eveniſſet, eidem regnum vini committebatur, ut ex Horatio cognoſcere eſt lib. 1. Ode 4. & lib. 2. Ode 5. Innuit etiam ſanctus Doctor fuiſſe qui bibacitatis præmium proponerent, quod Alexandrum Magnum factitaſſe auctores memorant.

*. *Scamma*, locus foſſis incluſus, ubi gladiatores certabant: è quibus qui ſuccumbebat, ſublata manu victum ſe fatebatur, ac veniam poſtulabat.

*. Solebant qui vulnerati vel interemti fuerant in prælio, domum in clipeo referri: unde Auſonius de Lacæna matre:

Mater Lacæna clipeo obarmans filium
Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

dem veſperi cernas etiam à puerulis impune ri- A deri, ſine ferro vulneratos, ſine pugna interfectos, ſine boſte turbatos, ſine ſenectute tremulos, [a] in ipſo juventutis flore naſcente.

CAPUT XIV.

Reprehenduntur qui convivia ad temulentiam præparant: & majorem eſſe vini, quam veneni vis oſtenditur.

51. QUis tale miſcuit furoris poculum? Quis tantum infudit mentibus venenum? Pe- B riclitatur homo [b] lutum eſſe de corpore; & ipſe ſibi reus eſt inſaniæ voluntariæ, corruptelæ ſpontaneæ; & tamen nec vos excuſamini qui vocatis ut amicos, & emittitis ut inimicos. Quanto melius in terram tua vina fudiſſes? Sed & terra inebriat, & aſperiores etiam ipſas feras reddit, ſi vini contigerit odor. Denique vindemiæ tempore ſi vineam intraverint, ſolent ebrietate ſuccendi. Quid te delectant damna ſine gratia? Rogas ad jucunditatem, cogis ad mortem: invitas ad C prandium, efferre vis ad ſepulcrum: cibos promittis, tormenta irrogas: vina prætendis, venena ſuffundis. Omne enim quidquid nocet, venenum eſt. Tollit ſenſus, viſcera exurit, ſomnum infeſtat, caput vexat.

52. Etiam major vis vini, quàm veneni eſt. Denique venenum vino excluditur, non vinum veneno. Merito Deus per Moyſen non ſolum veneno, ſed etiam draconum veneno, vinum comparavit dicens: *Furor draconum vinum eorum, & ira* D *aſpidum inſanabilis.* Et pulcre addidit, *inſanabilis*; multi enim à reliquo ſerpentium veneno curantur, nemo ab ebrietate. Certe veneno caro [c] vulneratur, mens ſine noxa eſt: ebrietas ad corporis mortem, mentis etiam crimen adjungit. Adverte autem & perfidiæ venenum, vini declaratum nomine. Ait enim ſupra de alienigenis, qui neſcirent Deum. *De vinea* enim *Sodomæ vinum eorum, & vitis eorum vitis Gomorrha: uva eorum, uva fellis, botrus amaritudinis in ipſis.*

Deut. 32. 33.

Ibidem. 32.

CAPUT XV.

Se non omnia dixiſſe quæ in ebrios dici poterant oſtendit expoſito Eſaiæ loco: unde in laſciviam popinonum invehitur; & ad finem quædam de calice aureo Babylonis, & vaſe apoſtolico ſubjungit.

53. PUtatis me tamquam vino crapulatum, intemperantius jejunii [d] prædicationi hunc miſcuiſſe ſermonem; & adhuc propter hos fortiſſimos viros quanta præterii, quanta minora di- F xi, quàm Dominus locutus eſt! Audiſtis quid per Moyſen dixerit: audite quid in libro ſermonum Eſaiæ ſcriptum ſit. [e] Invehitur enim Dominus in hujuſmodi verſus, & ait: *Væ iis qui conſurgunt mane, & ſectantur ſiceram, qui ebrii ſunt veſperi: nam vinum eos comburet. Cum cithara enim & pſalterio & tympanis vinum bibunt: opera autem Domini non* A *reſpiciunt, & opera manuum ejus non conſiderant.*

Eſai. 5. 11.

Cui væ, inquit, *cui judicia, cui tumultus?* Diverſa ſingulis, temulentis omnia. Væ enim iis qui ebrii ſunt veſperi! Quid ergo illis qui & ante veſperam, & frequenter in lucem madent? Ergo væ ſibi debitum. Habent concertationes, conſerunt lites, in cædem proſiliunt, & veniunt ad judicia vel vocantur. Habent ergo judicia tamquam rei. Fit nonnumquam gravior tumultus, quia vino mens pervertitur ebrioſi: *Et non meminit regis,* B *nec magiſtratus*, ut ſcriptum eſt: *& omnia aperta facit loqui, & non meminerunt, cùm biberent, amicitiæ, nec fraternæ neceſſitudinis:* [f] ſed poſt tumultum ſumunt gladios; & cùm à vino merſi fuerint, & ſurrexerint, non meminerunt ipſi quæ geſſerint. Habent ergo etiam dignam mercedem tumultus.

Prov. 23. 29.

3 Eſdra. 3. 21 & ſeq.

54. Prætereram certe ego citharam, pſalteria, tympana, quæ cognovimus conviviis hujuſmodi frequenter adhiberi, ut vino & cantu excitentur C libidines. Plerique etiam, Perſico more, mulieres dignas temulentorum conſortio induci jubent, & ab his phialas accipiunt, atque illis ſe ſubſternunt ſedentibus. Et hunc ritum ſacratæ habent obſervationes in ebrietatis miniſterium. Habent ergo vinum & barbari: libenter his Romani indulgent; ut & ipſi ſolvantur in potus, & enervati ebrietate vincantur. Nec ſolum vinum ebrietatem facit, ſed & ſicera. Denique Hebræi omnem potum qui inebriat, ſiceræ nomine vo- D cant.

55. Non immerito ergo væ illis qui mane ebrietatis potum requirunt, quos conveniebat Deo laudes referre, prævenire lucem, & occurrere oratione ſoli juſtitiæ, qui ſuos viſitat, & exſurgit nobis, ſi nos Chriſto, non vino & ſiceræ ſurgamus. Hymni dicuntur, & tu citharam tenes? Pſalmi canuntur, & tu pſalterium ſumis aut tympanum. Merito væ, quia ſalutem relinquis, mortem eligis. Vix diluculum, & jam curſatur per E tabernas, vinum quæritur, excutiuntur tapetes, accubitum feſtinant ſternere, lagenas argenteas, auratos calices exponunt. Væ, inquit, iſta quærentibus!

56. Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. *A vino ejus biberunt omnes gentes, ideo commota ſunt. Et ſubito cecidit Babylon, & contrita eſt.* Calix ergo aureus contritus eſt; quia Babylon contrita eſt, quæ eſt calix aureus. Sed quamvis auro ſe jactet & pretio, in Domi- F ni & ipſa eſt poteſtate. Denique divina indignatione conteritur. Qua ratione calix aureus? Quoniam qui veritate deficitur, quærit illecebram; ut ſpecies ſaltem pretioſa ad bibendum aliquos poſſit illicere.

Hier. 51. 7. & 8.

57. Conſtitue ante oculos tuos pompam hujus ſæculi, vides ſpecioſam illecebram, ſed inanem gratiam. Non te inducant aurea vaſa & ar-

a. Edit. ant. *in ipſo juventutis flore arentes.* Rom. & mſſ. nonnulli . . . *marcentes.* Sex alii bonæ ætatis . . . *naſcente.*
b. Omnes edit. *ulcum eſſe de corpore.* Omnes mſſ. *lutum eſſe de corpore*, id eſt, periclitatur ita corrumpi, ut ejus corpus in lutum vertatur. Id ſane ad confirmant tum voces illæ ſequentes. . . . *corruptelæ ſpontaneæ*: tum Baſilii locus ubi ait, [illegible]
c. Ita ſex mſſ. melioris notæ. Alii autem atque omnes edit. *vulneratur, vino mens: nonne eſt ebrietas ad corporis ſanitatem, menti etiam*, &c.
d. Edit. omnes: *jejunii prædicatione . . . & adhuc ſecundum prophetas fortiſſimos viros.* Sed melius mſſ. omnes: *jejunii prædicationi . . . & adhuc propter hos fortiſſimos viros*, ac forte ſanctum ipſum audiebant aliqui militares viri, quos ſibi reddere infenſos nollet.
e. Sic mſſ. omnes: quod quidem interpretamur in hunc ſenſum: Invehitur . . . . in hujuſmodi homines (ebrioſos nimirum) converſus. Niſi quis malit voces *in hujuſmodi verſus*, ſumere pro in hujuſmodi ſententiam, verba, formam. Verſus enim proprie ſignificat id quod nos lineam vocitamus. Edit. autem hæc præferebant: *Invehitur enim Dominus hujuſmodi verbis uſus, & ait.*
f. Ita mſſ. omnes: edit. vero, *ſed non poſt multum*, minus bene, ut ex ſerie orationis manifeſtum eſt.

2. Cor. 4. 7. gentea. *Habemus & nos theſaurum in vaſis fictilibus.* Vas apoſtolicum fictile eſt, ſed in eo theſaurus eſt Chriſti. Væ ſiceram mane ſectantibus! Aureum eſt hoc vas, poculum eſt, & in eo poculo venenum mortis, venenum libidinis, venenum ebrietatis. Hoc qui biberit, commovetur & cadit. Commovetur non ſolum corpore, ſed etiam corde turbato; commoveri enim peccati eſt.

CAPUT XVI.

Ebrios Caini ac perſecutorum Domini ſimiles eſſe, immo dæmoniacis ipſis miſeriores: iidem ſuis coloribus depinguntur: in quos Hieremiæ verba cadere declarat ſanctus Doctor.

58. DEnique Cain exiens à conſpectu Dei, habitavit in terra Naid, quod interpretatione ſignificat commotionem. Ergo qui calice aureo inebriatur, peccato movetur? Quid te ſub maledicto conſtituis Cain illius parricidæ, ut tremas atque movearis? Sed & perſecutores Domini tranſeuntes movebant capita ſua. Exagitabat enim eos ſpiritus nequam, qui repleta à ſe corpora movere conſuevit. Et ille cùm defuerit, tremor deſinit: ebrietas autem perpetuum dat tremorem. Sudant vinum corpora temulentorum: ſi levius ea tetigèris, exprimis vinum.

59. Ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incentivum inſaniæ, ebrietas venenum inſipientiæ. Hæc ſenſus hominum mutat & formas, per hanc fiunt ex hominibus equi adhinnientes. Siquidem naturali vapore corporis calidi, & præter naturam D vini calore flammati, cohibere ſe non queunt, & in beſtiales libidines excitantur; ut nullum tempus præſcriptum habeant, quo deceat indulgere concubitui. Vocem amittunt, colore variantur, oculis igneſcunt, ore anhelant, fremunt naribus, in furorem inardeſcunt, ſenſum excedunt. Hinc phreneſis periculoſa, hinc calculi gravis pœna, hinc exitialis cruditas, hinc vomitus frequens ſemeſas epulas cum internorum viſcerum cruore fundentium. Mentior, niſi eadem E Dominus per Hieremiam locutus eſt dicens: *Bibite & inebriamini, & vomite, & cadetis, & non ſurgetis.* Hier. 25. 27.

60. Hinc etiam vanæ imagines, incerti viſus, inſtabilis greſſus, umbras ſæpe tranſiliunt ſicut foveas. Nutat his cum facie terra, ſubito erigi & inclinari videtur, & quaſi vertatur, timentes in faciem ruunt, & ſolum manibus apprehendunt, aut concurrentibus montibus ſibi videntur includi. Murmur in auribus tamquam maris fluctuan- F tis fragor, & reſonantia fluctu littora. Canes ſi viderint, leones arbitrantur, & fugiunt. Alii riſu ſolvuntur incondito, alii inconſolabili mœrore deplorant, alii irrationabiles cernunt pavores. Vigilantes ſomniant, dormientes litigant. Vi-

A ta his ſomnium eſt, ſomnus his mors eſt: excitari nullis vocibus poſſunt, quantolibet ſtimulandos impulſu putes, niſi reſipuerint, evigilari non poſſunt.

61. Unde bene Hieremias hujuſmodi hominem tamquam ſuperfluam creaturam, deflendum putat. Quid enim eſt homo ebrius, niſi ſuperflua creatura? Itaque ſic ait: *Sicut fletum Iazer deflebo te, vinea; quia deſerta eſt civitas Iazer.* Et infra: *Vinum in torcularibus tuis mane non calcaverunt,* [a] *meridie autem non fecerunt.* Jazer μείωσις ποιότητος, factura ſuperflua eſt. Moderatio enim naturalis eſt; ſupra menſuram quidquid eſt ſuperfluum habetur: ita eſt ebrietas quæ fletu prophetico deploratur. Unde ait Apoſtolus: *Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed inebriamini ſpiritu.* Eſt ergo ebrietas culpæ, eſt & gratiæ. Et forte hæc naturæ, quæ gratiæ, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti, Spiritu ſancto repleti eſſe debemus.

Hier. 48. 32. Ibidem 33. a Ephes. 5. 18. B

CAPUT XVII.

C

De obteſtationibus, ſacramentis, ac propinationibus compotantium. Quomodo ſæpe ſecretiora vino extorqueantur. Et de prodigioſa quadam bibendi ratione, & quàm ea ſit valetudini pernicioſa.

62. QUid autem obteſtationes potantium loquar? Quid memorem ſacramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquiunt: [b] Opto ſalutem imperatorum; ut qui non biberit, D fiat reus indevotionis. Videtur enim non amare imperatorem, qui pro ejus ſalute non biberit. O piæ devotionis obſequium! Bibamus pro ſalute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum ſanitate. Et hæc vota ad Deum pervenire judicant, ſicut illi [e] qui calices ad ſepulcra martyrum deferunt, atque illic in veſperam bibunt, & aliter ſe exaudiri poſſe non credunt. O ſtultitiam hominum, qui ebrietatem ſacrificium putant: qui æſtimant [c] illis ebrietatem placere, qui E jejunio paſſionem ſuſtinere didicerunt!

63. Quantos de intemperanti convivio novimus ad tormenta veniſſe? Dum per ebrietatem de imperio ſuo certant, & ſibi regna promittunt, aliis honores pollicentur, infelices ad pœnam ducti ſunt, qui quid dicerent neſciebant. Unde plerique boni judices ea quæ per ebrietatem dicta eſſent, tenenda ad crimen non putaverunt. Plerique etiam vino utuntur ut equuleo; & quibus tormenta non eliciunt vocem proditionis, F eos tentant bibendo; ut patriæ ſtatum, ſalutem civium, defenſionis ſuæ prodant conſilia. Virtus enim plerumque vincit dolorem: fidem autem potus excludit. Cognovi pleroſque [d] fidiculis exulceratos nomen ſuum negaſſe. Quis inter cyathos texit, quod latere cupiebat?

a. Rom. edit. *neque veſpere fecerunt celeuma.* Am. vero & mſſ. *meridie autem non fecerunt.* Iterum Rom. edit. *Iazer, Moab, Sabama, & Segor.* ubi vet. habebant: *Iaſer, Mobi, Tecme, Pricot.* Sed qui ultimas Pariſ. curavere, ad finem hujus cap. optime annotarunt veram lectionem eſſe eam, quam nos in textum mſſ. etiam auctoritate tranſtulimus.

b. Vet. edit. *pro ſalute imperatorum, & .... ſit reus in devotione,* Rom. .... *imperatoris, & .... hic ſit reus indevotionis.* At mſſ. ſex vetuſtiſſimi: *Opto ſalutem imperatorum, &c.* Unde ſatis veriſimile eſt hanc fuiſſe formulam, qua ſe in propinando ad bene precandum imperatoribus hortabantur.

e. Hic ritus à religione ortus in laſciviam atque intemperantiam cùm degeneraſſet, poſt illa religioſe fuit antiquatus. Vide noſtram ad hunc tractatum Admonitionem.

c. Ita mſſ. magno conſenſu. Edit. Am. *illos ebrietate placari.* quod Era. & alii deinceps emendare voluerunt in hunc modum; *illos ebrietate placari, &c.*

d. Hoc loco diſſimulandum non putavimus, ubi edit. præferunt, *fidiculis exulceratos .... inter cyathos, &c.* Codices mſſ. fere ad unum exhibere, *fiduciales exulceratos .... inter clindias, &c.* Ex hoc conſenſu non nihil moti fuimus, ut germanam lectionem eſſe hanc ſuſpicaremur; atque ea forſan ætate quâ non minimum degeneraverat latinitas, homines fiducia plenos & conſtantia, quique quod ſuæ fidei commiſſum eſſet, nullis tormentis evulgarent, fiduciales vulgo dici ſolitos; ſimiliter etiam hoſce lectulos, quibus epulantes accumbebant, clindias ſeu clindia, quaſi κλινίδια appellatos. Verum hujus noſtræ conjecturæ penes doctiores eſto judicium.

64. Quid ᵃretexam aoditum mihi non poculi, ſed profluvu genus, quo io ora hominum tamquam per fiſtulas aut canales vina funduntur. Hos homioes, an utres verius æſtimaverim? Et tamen ipſi utres, niſi moderata transfuſio ſit, ſæpe rumpuntur. Per cornu etiam fluenta in fauces hominum vina decurruot; & ſi quis reſpiraverit, commiſſum flagitium, ſoluta acies, loco motus habetur. Aqua decurrens à Libano cautes rupeas ſolvit, quomodo mollibus putant nequaquam oocere viſceribus vinolentorum impetus fluentorum?

65. Elephantos quoqne ferunt promuſcide haurire aquæ plurimum; eoſdem tamen ad ſedandam ſitim moderato potu eſſe cootentos: ſed ſi forte ab aliquo caupone fuerint mercede fraudati, indignantes replere concavum promuſcidis, noo ut bibant, ſed effundant; atque ita momentariis inuodationibus irrigare ejos taberoam, de quo ſe putarint vindicandos. Siccantur ad potum ſubito lacus, ac repente funduntur, natant omnia. Cui oon mirum, tam immania belluarum corpora ſuperfluom nil tenere?

CAPUT XVIII.

Feminarum ebrietas quàm ſit ipſis propudioſa, ac pernicioſa ſpectantibus: quod malum ubi deploravit, quantum bonum ſit ſobrietas, & quantum malum intemperantia, exemplo Iſraelitarum patefacit.

66. Sed quid de viris loquamor, quando etiam femioæ, quas oportet ſollicitiorem caſtitati ſobrietatis adhibere cuſtodiam, uſque ad ebrietatem bibunt? Deinde ſurgeotes, quas etiam inter ſecreta domus vel audiri ab alienis non convenit, vel videri, prodire audeot in publicum, non velato capite, vultu procaci. Apoſtolus mulieres tacere etiam in Eccleſia jubet, domi viros ſuos præcipit interrogare. (1. Cor. 14. 35.) Illæ io plateis inverecundos etiam viris ſub conſpectu adoleſcentulorum intemperantium choros ducunt, jactantes comam, trahentes tunicas, ſciſſæ amictus, nudæ lacertos, plaudentes manibus, ſaltantes pedibus, perſonantes vocibus, irritantes in ſe juveoum libidines motu hiſtrionico, petulanti oculo, dedecoroſo ludibrio. Spectat corona adoleſceotum, & fit miſerabile theatrum. ᵇ Inter ſaltantium ruinas & ſpectantiom lapſus, cælum impuro contaminatur adſpectu, terra turpi ſaltatione polluitur, quæ obſcænis ſaltatibus verberatur.

67. Quomodo patienter loquar, pie prætercam, convenienter defleam? Vinum nobis tantarum animarum damna intulit. Etenim ſi vinum & mulieres diſcedere à Deo faciunt, quod vel ebrietas, vel libido prævaricationis illecebræ ſint, ſi ſingula ac ſeparata hæc faciunt, quid facient unita? Unde non immerito ait ſapiens ante nos quidam: *Mulier ebrioſa, ira magna.* (Eccli. 26. 11.)

68. Quid autem mirum ſi vino decipiuntur animæ feminarum, cùm omnes illæ Tribus patrum, cùm de petra biberint aquam, manna manducarent, gentes validiſſimas vincerent, & non erat io his ullus infirmus: ubi vero carnes deſiderare cœperunt, & deſideriis in Ægyptum convertebantur, nequaquam ex tot millibus hominum in terram repromiſſionis præter duos pervenire meruerunt? Itaque quid boni ſit ſobrietas, quid mali intemperantia, hinc colligere datur: quando murmurabant requirentes Ægypti delicias, à ſerpentibus mordebantur: quando per maris rubri tranſibant ſemitam, aquam bibebant. Non ᶜ ergo veremur exemplum, non fugimus delicias, oe nos futurorum booorum adeptione defraudent?

CAPUT XIX.

Luxurioſis exitium Eſaiæ prophetia denuntiari: mare à mercatoribus, in quorum avaritiam invehitur, ſollicitari non debere; cùm non ad navigandum, ſed ad eſcam, & non hominibus, ſed piſcibus ad perambulandum fuerit datum: poſtremo qua ratione navibus comparentur voluptuoſi?

69. Et quid aliorum ᵈ utar ſententiis? Ipſi bene paſti ac luxurioſi quid ſibi ſperent, audiamus. Inducit enim eos Eſaias propheta dicentes: *Manducemus & bibamus: cras enim moriemur.* (Eſai. 22. 13.) Meritoque exclamat: *Ululate naves Carthaginis, quæ perierunt, & non amplius erunt.* (Ibid. 23. 1.) Quod eſt dictum de viſione Tyri, quam luxurioſam urbem cognovimus. Ideoque nona viſio eſt, non ſeptima aut octava, quod ea neque Legem cuſtodiat, neque Evangelii gratiam: cùm & ſabbato legitimo ignes libidinis adolere ſit vetitum, & Evangelii ſerie octavus dies reſurrectionis illuceat. Idem autem dies primus atque octavus, quia Dominica dies in ſe recurrit. Luxuria ergo ᵉ nec fidem habet, oec obſervantiam diſciplinæ: luxuria ſeminarium & origo vitiorum eſt. Nec arbitremini me adverſus Apoſtolum dixiſſe, quia ille ait avaritiam radicem eſſe vitiorum omnium, (1. Tim. 6. 10.) quoniam luxuria ipſius eſt mater avaritiæ. Etenim cùm exhauſerit quis luxuriando proprias facultates, quærit poſtea avara compendia.

70. Audiſtis hodie quid lectum ſit: *Mercatores,* inquit, *Phœnicum tranſmeantes mare in aqua multa: ſemen mercatorum ſicut meſſis quæ defertur.* (Eſai. 23. 2. & 3.) Vicinæ ſunt iſtæ civitates, Tyrus, Phœnice, Sidon: vicinæ ut locis, ita & vitiis. ᶠ Mercatores à negotiationibus periculoſa transfretatione maris

a. Omnes omnino edit. *Quid retexam audita? Mihi non poculi, ſed profluvii genus eſſe videtur, quod,* &c. Melius vero mſſ. Thuan. Laud. Dion. Germ. Vict. & Colb. ut nos in corpore. Porro hunc bibendi modum haud inviti crediderimus eumdem eſſe, quem vocitabant amyſtide bibere ἀμυστὶ πίνειν immotis labris & continuo ductu bibere; de quo Horatius lib. 1. Ode in Numidæ reditum nonnihil habet.

b. Rom. edit. ita reſtituit è cod. Vat. cui & noſtrates in hoc conſentiunt: at in ant. edit. legebatur: *Inter ſaltantium lapſus, oculo impuro, & contaminato adſpectu* &c. Rurſus ubi edit. omnes, *obſcænis cantibus verberatur* Mſſ. habent partim, *obſcænis ſaltantibus,* partim, *obſcænis ſaltatibus* (unus *ſaltationibus*) *verberatur*

c. Edit. omnes. *Nos ergo vereamur exemplum, nos fugiamus delicias,* &c. Non incommode; ſed tamen vehementior eſt dicendi forma per interrogationem cum increpatione conjunctam, ut eam è mſſ. ſeptem melioris notæ exhibemus.

d. Omnes edit. ac duo mſſ. *utar exemplis.* Reliqui mſſ. *utar ſententiis.*

e. Ita ſex mſſ. melioris manus. Alii autem & omnes edit. *nec ſinem habet.* Utraque lectio defendi poteſt: ſed tamen noſtra videtur præferenda; ut *nec obſervantiam diſciplinæ* referatur ad ſuperiora illa, *neque legem cuſtodiat.* Et, *nec fidem,* ad iſta, *neque Evangelii gratiam*

f. Edit. Am. & Era. cum mſſ. aliquot, *Mercaturis ac negotiationibus periculoſa transfretatio maris. Lucella quærentes.* Gill. ac Rom. ... *Lucella quærens.* Alii mſſ. partim, *Mercatores,* partim, *Mercatoribus.* Nonnulli, *transfretatio,* alii *transfretatione* &c. In hac autem varietate quos commodiorem ſenſum reddere exiſtimavimus, aliis prætulimus.

lucella quærentes. Sollicita vita hominum, inquieta converſatio, & quodam ſemper in turbine, ventis ipſis mobilior quibus volvitur, & huc atque illuc ſæpe jactatur. Utique accuſatis crebra naufragia, quis vos navigare compellit? Quaſi non invidiâ opum & terras faciatis intutas, & ad latrocinium plurimos excitetis? Mare non ad navigandum fecit Deus, ſed propter elementi pulcritudinem. Latius pelagi fudit æquora, certe ut freto includeret terras, ne longius tu vagus & exſul errares. Sed tempeſtate jacta- B tur mare. [a] Timere ergo, non uſurpare debetis. Elementum innocens nihil deliquit: temeritas humana ſibi eſt ipſa diſcrimini. Denique qui non navigat, neſcit timere naufragium. Dominus dixit: *Dominamini piſcium maris*, non dixit: Navigate in fluctibus. Denique & propheta Jonas, qui miſſus eſt in Ninivem, ut pœnitentiam prædicaret, quia voluit navigare, ut fugeret à facie Dei, tempeſtate turbatur, & ſorte ductus, & jactatus in mare, & exceptus à ceto eſt.

Gen. 1. 28.

C 71. Propheta quoque David ait, cùm Dei circa hominem commemoraret gratiam: *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi, volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.* Piſcibus dedit, non hominibus, perambulare ſemitas maris. Ad eſcam tibi mare datum eſt, non ad periculum: ad cibum, non ad mercatum utere. Cur tibi periculum generas de voluptate? Cur ſeparatioris elementi profunda rimaris? Cur inquietas mun- D di altiora ſecreta? Cur poſtremo ſæpius ſulcare atque exarare fluctus impatiens nauta contendis? Cur tentas frequenter innoxia æquora, irritas procellas? O inexplebilis avaritia mercatorum! [b] Cedit tibi & mare, & inquietudinem tuam pelagus ferre non poteſt. Denique toties recurrentibus mercatoribus exaratum: *Erubeſce, Sidon, dixit mare.* Tamquam fatigati elementi vox iſta dicentis eſt: *Erubeſce Sidon*, hoc eſt, meos fluctus negotiator arguis, cùm ſis ipſe fluctibus inquie- E tior; & erubeſce vel pudore, quoniam periculo non moveris. Verecundiores venti ſunt, quam veſtræ cupiditates. Illi habent otia ſua, numquam veſtra quærendi ſtudia feriantur. Et cùm otioſa tempeſtas eſt, numquam veſtra otioſa ſunt navigia. Verſatur unda ſub remige, quando quieſcit à flamine.

Pſal. 8. 8. & 9.

Eſai. 23. 4.

72. *Non parturivi*, inquit, *nec peperi, nec enutrivi juvenes.* Quid me inquietant quos neſcio, quos non agnoſco? *Ite in Carthaginem, ululate qui in-* F *habitatis inſulas.* Supra dixit: *Ululate naves Carthaginis.* Carthaginem etenim Tyrii condiderunt, & ideo Carthaginenſes ſequuntur luxuriam conditorum, transfuſa in ſe decolora ſucceſſione nequitiæ, peſſimorum vitiorum deteriores heredes. Et bene luxurioſos, naves dixit. Sicut enim hæ vento, ita illi cibo jactantur & vino. [c] Inſulas repleta potu corpora inhabitant, naufragiis circumſonant, tunduntur fluctibus ebrietates, nec per diem nec per noctem quieſcunt. Horum igitur mercatorum ſemen in aqua, meſſis in fluctibus eſt. In aqua enim labores ſuos ſeminant, ut pericula metant. In aqua eis ſeges pullulat, in aqua meſſis exuberat. Fructus ipſe in aqua eſt, numquam tutus & ſolidus. Unde rectè ait: Qui ſeminabat in terra, non introivit in negotiationem: immo qui ſeminabat in cælo. Sed eſt bona terra, in qua quicumque ſeminaverit, fructus ei cæleſtes orientur.

Ibidem.

Ibidem. 6.

Ezech. 28.

CAPUT XX.

In verborum vilitate ſæpius majorem ineſſe efficaciam. Quomodo canticum meretricis nationum congregatio cantaverit; cum exhortatione ad morum converſionem, ac non ad peccata eleemoſynis redimenda.

C 73. Ululate, inquit, *iterum, naves Carthaginis, quoniam periit munitio veſtra; & erit in illa die, relinquetur Tyrus.* Et infra: *Eritque poſt ſeptuaginta annos Tyrus ut canticum meretricis.* Vide quibus verbis utatur Propheta, nec refugiat verborum iſtiuſmodi vilitatem. Nos interdum refugimus; non quod nobis, quam illis lingua ſit caſtior, ſed auctoritas inferior. Major enim vis rerum in talium expreſſione ſermonum eſt; ut qui delicta non erubeſcunt, erubeſ- D cant vel nomina delictorum. *Eritque Tyrus*, inquit, *ut canticum meretricis.* Vide ne cùm aliquis illos choros [d] viderit turpia verba cantare, dicat: Ecce Tyrus facta eſt ut canticum meretricis. Oraculum propheticæ annuntiationis impletum eſt.

Eſai. 23. 14.

Ibidem. 15.

74. Et ſubjecit: *Accipe citharam,* [e] *& vagare civitas meretrix oblita, bene citharizа, multa canta, ut fiat memoria tui. Et poſt ſeptuaginta annos erit Tyrus ut canticum meretricis, & viſitationem fa-* E *ciet Deus Tyri.* Unde poſſumus & in bono canticum Rahab illius meretricis accipere, quæ exploratores Jeſu fideli mente ſuſcepit. Nam & Dominus ait: *Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis.* Et David ait: *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra*, hoc eſt canticum meretricis, quod ante illa meretrix in Adam & Eva terra cantavit, meretrix in populo nationum. Hæc meretrix plurimas fecit bonas meretrices, de quibus dictum eſt à domino Jeſu ad illum F electum & ſeniorem populum Dei: *Publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei.*

Ibidem. 16.

Luc. 7. 32.

Pſal. 95. 1.

Matth. 21. 31.

75. Ergo quoniam tam miſericordem habemus Dominum, qui etiam gravi ignoſcat errori, convertamur à vitiis, non recedamus à lege, præceptum Domini quaſi ſervuli ſedulis ſtudiis exſequamur. Quid nobis cum impuritatibus & impudicitiis? Quid cum operibus dia-

a. Omnes edit. *Timere ergo non uſurpare debemus.* Omnes mſſ. *Timere ergo, non*, &c.

b Ant. edit. & cod. Mich. & Vall. *Cede & tu, ubi & pelagus inquietudinem tuam non poteſt ſuſtinere. Denique* &c. Rom. edit. *Cedit tibi pelagus, & mare inquietudinem tuam ferre non poteſt toties*, &c. Verum mſſ nobiſcum faciunt, niſi quod voces *ferre*, & *denique*, in compluribus deſideratur.

c. Edit. vet. *Inſulaque repleta potu inhabitant*, &c. Rom. cum uno Vat. cod *In inſulas repleta potu navigantium corpora*, &c. Mſſ. vero partim, *Inſulas repletas potu inhabitabant* &c partim nobiſcum, *Inſulas repleta potu*, &c Aliqui demum ſed inferioris notæ: *Inſula qua repleta potu invitans* &c.

d. Omnes edit. *viderit pia verba cantare, dicat* Duo mſſ *viderit, dicat pia verba cantari.* Melius alii quos ſecuti ſumus.

e. Ita mſſ atque edit. omnes, excepta Rom. ubi legitur, *& vagare civitatem meretrix.* LXX. ῥέμβευσον πόλις πόρνη. Quædam tamen exemplaria habent πόλιν, & Hieronymus utramque lectionem amplexus eſt. Ibidem mſſ duo, *Et erit poſt centum ſeptuaginta annos.* Alii & edit. *Et erit poſt ſeptuaginta annos*; quod cum LXX Interpr. ac Vulgata noſtra congruit.

boli? Audiſtis hodie in lectiooe decurſa quid le- A gio dixerit: *Quid mihi & tibi eſt*, [a] *Ieſu fils Dei?* Luc. 8. 28. Et tu dicito, ſi ſorte vides pugnare adverſùm te diaboli tentamenta: Quid mihi & tibi eſt Belial? Ego Chriſti ſervus ſum, illius redemtus ſanguine, illi me totum maocipavi. Quid mihi & tibi eſt? Noo novi opera tua, nihil tuum quæro, oibil tuum poſſideo, nihil tunm deſidero. Quanto magis nos oportet ſeparari à diabolo, ſi ſe ille diſcernit à Chriſto? Et ſi fuimus [b] ei in aliquo obnoxii, jam oon ſumus: confugimus ad B medicum, vulnera ſoperiora curavit. Et ſi quid ſupereſt acerbitatis, medela non deerit. Et ſi quid injuriæ fecimus, memor noo erit, qui ſemel donavit. Et ſi gravia deliquimus, magnum medicum invenimus, magnam medicinam gratiæ ejus accepimus. Magna enim medicioa tollit peccata magna. (De pœnit. diſt. 1. cap. Medicina.)

76. Habemus etiam plura ſubſidia, quibus peccata oostra redimamus. Pecuoiam babes, redime peccatum tuum. Non venalis eſt Domi- C ous, ſed tu ipſe venalis es. Peccaris tuis venumdatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia. *Eleemoſyna*, inquit, *à peccato liberat.* (Tob. 12. 9.) Et alibi dicit: *Redemtio viri, divitiæ ejus.* (Prov. 13. 8.) Et in Evangelio Domious dicit: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* (Luc. 16. 9.) Et veneno frequenter antidotum temperatur, hoc eſt, venenum veneoo excluditur. Veneno mors repellitur, vita ſervatur. Fac & tu quaſi bonus diſpenſator de inſtrumento D avaritiæ ſubſidium miſericordiæ, ſinceritatis gratiam de corruptionis illecebra.

CAPUT XXI.

Prophetis etiam futura præſentia eſſe: item mundum ex Eſaia vaticinio non injuriâ deſtruendum, ad quam rem illuſtrandam perelegans adhibetur ſtadii comparatio. Hujus occaſione nos athletas eſſe atque ad coronam exercere ſedulo oportere ſanctus docet; ac tandem Chriſtum ut adventum ſuum maturet, apprecatur. E

Eſai. 13. 5. 77. AUdiſti quid lectum ſit hodie: *Ecce venit Dominus diſperdere orbem terrarum.* Quaſi manu ſanctus Propheta demonſtret, quaſi oculis advenientem videat judicii diem, ita dicit: *Ecce venit Dominus diſperdere orbem terrarum.* Immo quia in ſpiritu prophetis etiam quæ futura ſunt tamquam præſentia revelantur, ideo quæ videbat, nobis quoque demonſtrare cupiebat, ut nos ad cooverſionem ab errore revocaret. F

78. Nec tamen quiſquam frangi debet, cùm audit quia diſperdet Dominus orbem terrarum. Ne forte dicat: Eſto, oos gravia peccata commiſimus, quid deliquit cælum, quid terra, quid mare, ut & illa diſperdat? Cur peribit tam pulcher ornatus? Anguſti eſt animi iſtiuſmodi opinio. Ceterum ſi altius ſpectes, invenies hoc eſſe pro nobis, quod putas eſſe contra nos: judicabis hoc eſſe pro mundo, quod adverſùm mundum arbitraris. Non ſemper ſtadium refertum A eſt ſpectatoribus, non ſemper certaminibus inquietum, non ſemper concretum pulvere: ſed quando certamina, tunc populus in ſpectaculo, luctator in ſcammate, pulvis in ſtadio. Ubi decurſa certamina, conveotus ſolvitur, diſcedit unuſquiſque aot victor ad gratiam, aut victus ad opprobrium: evehit corona victorem, victum premit verecundia, angit injuria. Si quis ergo poſtea ingrediatur ſtadium, videat vacuum celebritatis, dicat agonothetæ: Cur vacat ſtadium; B cur ſilent certamina; cur ſolemnia feriantur? Reſpoodebit qui agoni præeſt: Oportet requieſcere athletas, requieſcere ſpectatores. Quis enim laboris eſt fructus, niſi requies poſt laborem? Similiter & orbis terratum aliquando ſolvendus eſt, ot ſit requies fatigatis.

79. Athletæ ſumus, in quodam ſtadio decernimus ſpiritali. Denique boous athlera dicebat: *Facti ſumus ſpectaculum hujus mundi.* (1. Cor. 4. 9.) Et alibi: *Sic curro, non ut in incertum: ſic cuſtor, non ut aerem* (1. Cor. 9. 26.) C *cadens; ſed caſtigo corpus meum.* Et alibi: *Superiora obliviſcens, & quæ ſunt priora appetens, ad deſtinatum ſequor bravium.* (Philip. 3. 13.) Athletæ ergo ſumus, legitime certaodum eſt. Multa luctamioa ſunt: & qui hodie victus eſt, cras ſe reparat. Aote ad bravinm contenditur, poſtea ad coronam. Numquid athleta otio vacat, cùm ſemel dederit certamioi oomen ſuum? Exercetur quotidie, ungitur quotidie. Ipſe cibus ei agoniſticus datur, diſciplina exigitur, caſtimonia cuſtoditur. Et tu de- D diſti oomeo tuum ad agonem Chriſti, ſubſcripſiſti ad competitionem coronæ: meditare, exercere, ungere oleo lætitiæ, unguento exinanito. Cibus tuus cibus ſobrietatis ſit, nihil habeat intemperaotiæ, nibil luxnriæ. Potus tuus parcior, ne quid ebrietatis obrepat: cuſtodi corporis caſtimoniam, ut poſſis eſſe babilis ad coronam, oe exiſtimatio tua offendat ſpectatoris affectum, ne te fautores tui negligeotem videaot & deſeraot. Spectant te Archangeli, & Poteſta- E tes, & Dominationes, & illa Aogelotum decem millia decem millium. Sub tantis ſpectatoribus erubeſcere, conſidera quam dedecoroſum ſit. Ingreſſus ſtadium, [c] pulvere rigorem animæ tuæ excita, lacertos excute. Progreſſus in ſcamma, neceſſe eſt ut excipias pulverem, ſubeas æſtivi ſolis flagrantiam. Gravis æſtus, ſed dulcis victoria: moleſta caligo pulveris, ſed ſpecioſa tolerantia. Nemo ſtadium pulverulentus ingreditur, ſed pulverulentum reddunt certamina. Ibi F colligitur pulvis, ubi palma proponitur. Nemo iterum nitidus coronatur, pulverulentum decet victoria.

80. Veoi ergo, domine Jeſu, exeat corona tua, admitte victores in requiem, victos ad compunctiooem. Et ſi diſperdis orbem terratum, plura ſunt inviſibilia opera tua, quam quæ vidimus. Qui anguſtioris eſt animi, illa ooo cernit, dolet quod diſperdas orbem terrarum: ſed qui novit ſpectare quæ inviſibilia ſunt, gaudet ut venias, & omnes liberes. Gaudent athletæ qui poſſunt

a Omnes edit. & pauci mſſ. *fili David.* Alii plures & potiores cum Bibliis, *fili Dei.*

b. Ita mſſ. ſex optimæ notæ. Alii, ac edit. *et aliquando obnoxii, jam non ſimus: confugiamus ad medicum, qui* &c. Sed hoc minus quadrat cum ſequentibus.

c. Mſſ. *ſtadium vigorem animæ tuæ excita.* Bonus ſenſus; tamen videtur ſanctus Doctor ad ea reſpicere, quæ in certaminibus uſu veniebant. Solebant autem luctatores poſtquam inuncti fuiſſent, ne membra ceromate lubrica prehendi non poſſent, ſibi pulverem adſpergere, quod aphen facere dictitabant. Unde hic præferendæ videntur edit. uſque maxime, quod proclive fuerit e in v commutari, ac vocem *pulvere*, prætermitti ab ignorantibus.

dicere:

Matth. 6. 10. dicere: *Veniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.* Gaudebit creatura mundi, ut à vanitate mundi iſtius liberetur, quæ nunc congemiſcit & parturit; quia vanitati etiam illa creatura ſubjecta eſt, donec multiplicetur adoptio filiorum, & totius corporis redemtio compleatur. In bono ergo diſperdet orbem terrarum. Erit etenim cælum novum, & nox non erit amplius. Denique revelabit, inquit, faciem ejus,
2. Cor. 3. 13. ut revelata facie ſpectemus gloriam Chriſti.

CAPUT XXII.

Fugiendas comeſſationes, ne ſe à nobis Moyſes cum levitis ſeparet, & quomodo adhuc veniat. Item quoſnam reſcindi jubeat Apoſtolus? Poſt hæc nondum baptizati ad hanc tantam gratiam invitantur, exploſis ad extremum quorumdam excuſationibus.

81. ADvertamus ergo in ſtadio conſtituti quantis aut delectationi aut dolori erimus, qui nunc fautores nobis ſunt, ne pro nobis incipiant erubeſcere. Sicut enim *erit gaudium in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*, ita erit mœſtitia [a] ſuper eo qui, non exorata venia, curſum hujus vitæ confecerit. Caſtigemus ergo corpus noſtrum jejuniis, fugiamus indecoras comeſſationes. Caveamus ne nobis dicatur: Ululate à vino. Ne veniat Moyſes, & levitas advocet: & quicumque paratus ad Dominum armatam dexteram gerat, ſeparet ſe ab his qui manducando & bibendo gravia contraxere peccata. Et hodie Moyſes venit, cum Lex recenſetur: Moyſes vocat, cum Lex præcipit.

Luc. 15. 10.

2. Theſſ. 3. 6
Epheſ. 6. 17.

82. Apoſtolus docet ut ſeparemus nos ab omni fratre inquiete agente. Percutiamus eum gladio ſpirituali, qui eſt verbum Dei. Non fratris, non propinqui accipiamus perſonam; ſed omnem immundum à Chriſti ſecernamus altaribus; ut emundet & corrigat lapſus ſuos, quo ad ſacramenta Chriſti redire mereatur.

83. Si quis autem non eſt baptizatus, ſecurior convertatur remiſſionem accipiens peccatorum. Siquidem baptiſmus velut ignis quidam peccata conſumit; quia Chriſtus in igne & ſpiritu baptizat. Denique hunc typum [b] legis in Regnorum libris, ubi Elias ſuper altare ligna impoſuit, & dixit ut mitterent ſuper de hydriis aquam & dixit: *Iterate, & iteraverunt;* & dixit: *Iterate tertio, & iteraverunt tertio;* & cùm manaret aqua, precatus eſt Elias, & ignis deſcendit de cælo. Tu es homo ſuper altare, qui ablueris aqua, cujus exuritur culpa, ut vita renovetur. Lignum enim & ſtipulam conſumit ignis. Noli timere ignem per quem illuminaris. Ideo tibi dicitur: *Accedite ad eum, & illuminamini.* Suſcipite jugum Chriſti. Nolite timere quia jugum eſt: feſtinate, quia leve eſt. Non conterit colla, ſed honeſtat. Quid dubitatis; quid procraſtinatis? Non alligat cervicem vinculis, ſed mentem gratiâ copulat: non neceſſitate conſtringit, [c] ſed voluntatem boni operis dirigit.

3. Reg. 18. 34.

Pſal. 33. 6.

84. Quid negas adhuc eſſe temporis? Omne tempus opportunum ad indulgentiam. Si aurum tibi offeram, non mihi dicis: Cras veniam, ſed jam exigis. Aurum accipere nemo differt, nullus excuſat: redemtio animæ promittitur, & nemo feſtinat. Johannes in pœnitentiam baptizabat, & omnis Judæa conveniebat: Chriſtus baptizat in Spiritu: Chriſtus gratiam diſpenſat, & cum faſtidio convenitur. Typum baptiſmatis demonſtravit Elias, & cælum aperuit quod fuit clauſum tribus annis & ſex menſibus. Quanto majora munera veritatis ſunt? Aperuit utique cælum non pluvia deſcendens, ſed adſcendens gratia. Nemo enim niſi per aquam & Spiritum adſcendit in regnum cælorum. Clauſerat cælum hominibus perfidia, ſed aperuit fides.

3. Reg. 18. 43. & ſeq.

85. Patebat & ante hoc cælum hominibus. Denique Enoch raptus ad cælum eſt. Iterum clauſum eſt: ſed aperuit Elias qui raptus eſt curru igneo. Et vos poteſtis adſcendere, ſi ſacramenti gratiam conſequamini. Quouſque delectationes; quouſque comeſſationes? Inſtat judicii dies: dum differs gratiam, mors appropinquat. Quis dicat: Nunc mihi non vacat, occupatus ſum, non mihi demonſtres lumen, nolo tam cito me redimas, non mihi adhuc opus eſt regnum cæleſte? Nonne hoc dicit qui excuſat ſe à baptiſmate? Et [d] quanta gratia renovaris, ô homo! Purgaris, & non exureris: ſanaris, & non doles: reformaris, & non diſſolveris: ictum mortis non excipis, & reſurgis. Et adhuc diſſimulas; adhuc exſpectas ut vivas ſæculo, poſtea te reſervas Deo. Ignoras quod Cain propterea diſplicuerit ſacrificium, quoniam non primitiva obtulit, ſed primitivis ipſe perfunctus eſt, de ſequentibus munus Deo tentavit offerre: Abel autem primitiarum ſuarum oblatione prælatus, [e] meruit inſigni pietatis laudari oraculo.

4. Reg. 2. 11.

a. Edit. omnes: *ſuper uno peccatore, ſi exſors venia, &c.* Non male. Attamen mſſ. verba eo prætulimus, quod ſanctus vir in inſtituta allegoria perſeverans, non obſcure voces ex arena petitas uſurpet. Hujuſmodi autem erat verbum *exorare*, ut advertere eſt ex illo Hor. lib. 1. Ep. 1.

Ne populum extrema toties exoret arena.

b. Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *legis in regnorum libris invenies.* Mſſ. vero plures potioreſque vocem *invenies*, non agnoſcunt; quæ ſane ideo tantum in textum videtur inducta, quia *legis* nomen eſſe putaverunt, cùm verbum ſit.

c. Ita edit. omnes. Mſſ. vero pleri que hæc verba prætermittunt; quorum loco in Mich. & Vall. leguntur illa: *ſed voluptate boni operis allicit.*

d. Edit. omnes, *ad quantam gratiam vocaris.* Cuncti mſſ. ut in textu.

e. Sic definunt omnes edit. Mſſ. vero Thuan. Laud. Torn. Dion. Vict. & Colb. his verbis terminantur: *meruit inſigni pietatis;* quibus addunt Mich. & Vall. *oraculum.*

IN LIBRUM DE NABUTHE JEZRAELITA

ADMONITIO.

Videtur hic liber nihil aliud continere niſi unum aut alterum ſermonem, quos Ambroſius in divites à quibus immaniſſime tenuiores homines diripiebantur, toto mentis ardore pronuntiavit. Haud dubie [a] *hiſtoria regis Achabi ac pauperis Nabuthæ in Eccleſia tunc temporis recitata ipſi occaſionem ſuppeditavit; ut in altero crudelitatem avari divitis, in altero pauperis extrema omnia perpetientis calamitatem ob oculos poneret. Quamobrem primo oſtendit* [b] *nulli tempori ſuos Achabos, neque ſuos Nabuthas deeſſe; nec non etiam dum loquebatur, inveniri pauperes tam diris modis exagitatos divexatoſque, ut profugere ex patria ne illic fame ac miſeria interirent, cogerentur. Id ſumma cum vehementia exprobrat hiſce divitibus,* [c] *quibus etiam ex parte prima propoſita hiſtoria demonſtrat ipſos mediis in divitiis quam egenos quoſlibet magis egere: in rapinis* [d] *propriam utilitatem minus quærere quàm inopum ſpoliationem: poſtremo* [e] *eorumdem abſtinentiam atque convivia ex æquo miſeris illis perniciem adferre ſolere. Tum* [f] *expoſito eo loco Evangelii ubi opulentus quidam horrea nova veteribus deſtructis exædificare cogitans inducitur, quam ſit infelix locupletiorum conditio, patefacit. Mox ad argumentum ſuum rediens* [g] *aperit qua ratione Iezabel ut conjugis ſui Achabi obſecundaret avaritiæ, funeſtiſſimam necem Nabuthæ intulerit. Ea occaſione inſurgens adverſus divites ſui temporis in pauperes nihilo clementiores quam Achab & Iezabel, eos etiam atque etiam admonet, caveant ne iſtorum crimina imitando eadem quoque incurrant ſupplicia. Quoque id perſuadeat efficacius,* [h] *quis legitimus divitiarum uſus ſit, docet; ac ſimul quam nullius ſoliditatis illæ ſint,* [i] *probat inſerta perbrevi expoſitione totius pſalmi* LXXV. *quem ſcite admodum propoſitæ coaptat materiæ. Ad extremum* [k] *repetito ejuſdem Achabi exemplo nihil verius eſſe adſtruit quam quod ultimo memorati pſalmi verſiculo declaratur, Deum ſcilicet adverſus reges terræ ſe ſe præbere terribilem, ac ſpiritum auferre principum eorum, à quibus tam atrociter tenues inopum facultates invaduntur.*

a. Cap. 1. num. 1.
b. Ibidem.
c. Cap. 2. num. 4. & ſeq.
d. Cap. 3. num. 11. & ſeq.
e. Cap. 5. num. 9. & ſeq.
f. Cap. 6. num. 29. & ſeq.
g. Cap. 11. num. 46. & ſeq.
h. Cap. 12. num. 52. & ſeq.
i. Cap. 15. & 16.
k. Cap. 17. num. 70.

Cùm autem ex iis quæ ſupra diximus, intelligere ſit hac in opella multo frequentiorem Achabi quam Nabuthæ fieri mentionem, forte cuipiam rogare lubeat, cur illi non potius indita fuerit inſcriptio, de Achab rege, *quam* de Nabuthe Jezraelita, *vel* de Nabuthe paupere, *ut vetuſtiſſimi mſſ. præ ſe ferunt. Reſponderi non incommode poteſt, hoc tribuendum ſancti Antiſtitis amori erga pauperes, quorum gratia in eo tractatu non pauca diſſerit quæ ad conſolationem eorum conferant; & quos* [l] *ibidem locupletioribus non tantum æquat, ſed etiam anteponit, utpote feliciores in ſua tenuitate, ac Deo ipſi acceptiores. Ceterum exemplum hoc pauperis regiæ cupiditati non obſequentis admodum placuiſſe huic noſtro Doctori non ſolum quæ hic leguntur indicio ſunt; verum etiam quod jam eodem illo exemplo uſus fuerat, ut ſe ipſe confirmaret ſtimularetque ad reſiſtendum imperatori, à quo Juſtina inſtinctu catholicorum Eccleſias tradere arianis jubebatur:* [m] Nabuthe vites ſuas, *inquit,* vel proprio cruore defendit. Si ille vineam non tradidit ſuam, nos trademus Eccleſiam Chriſti? .... Si ille patrum hereditatem non tradidit, ego tradam Chriſti hereditatem? Abſit ut tradam hereditatem patrum, hoc eſt hereditatem Dionyſii *&c.*

l. Cap. 4. n. 16. c. 6. n. 29. c. 14. n. 60. c. 16. n. 67. & ſeq.
m. Contra Aux. de Baſil.

Hoc loco diſſimulandum non eſt Ambroſium ex Baſilianis homiliis, de Avaritia, *&* in Diteſcentes *nonnulla mutuatum eſſe. Illud evincit vel ſola affinitas* [n] *elegantiſſimarum earum deſcriptionum quibus apud utrumque patris cujuſdam unum è liberis ad alendos alios vendere coacti dolor atque æſtus tam concitato dicendi genere tamque ad movendos animos idoneo exprimuntur. Si quid præterea ex Baſilio deſumtum hic reperitur, id quidem ferme nihil aliud eſt niſi paucæ ſententiæ, quas hinc inde excerptas Sanctus noſter ſuæ materiæ accommodavit. Et hoc omnem extra controverſiam eſſe non ibit inficias, qui conſideraverit beatum Baſilium non niſi obiter de Achab & Nabuthe loqui, de pſalmo autem* LXXV. *prorſus tacere, in quibus tamen potiſſima pars Ambroſianæ commentationis poſita eſt.*

n. Baſil. Hom. de Avar. Ambr. cap. 5. num. 21. & ſeq.

Nullum porro ex hujus operis lectione argumentum eruere poſſis, unde liquido ejuſdem ætas cognoſcatur. Attamen non nihil ad hanc rem inveſtigandam videtur prælucere, quod illic [o] *narratur de potentium, conſulum, principum atque optimatum avaritia: quæ quidem eo feritatis per hæc tempora devenerat, ut pauperes ad vertendum ſolum, deſerendas conjuges, liberos ne fame in patria ſua perirent, abducendos cogerentur. Enim vero Paulinus à quo nobis Ambroſii vita tranſmiſſa eſt, dum poſtremas beati Præſulis actiones memorat, ita loquitur:* [p] Ingemiſcebat vehementer cùm videret radicem malorum omnium avaritiam pullulare, quæ neque copia, neque inopia minui poteſt, magis magiſque creſcere in hominibus, & maxime in iis qui in poteſtatibus erant conſtituti; ita ut interveniendi apud illos graviſſimus labor eſſet, qui omnia pretio diſtrahebant. Quæ res primo omne malum invexit Italiæ, & exinde omnia vergunt in pejus, &c. *Totius autem hujuſce loci cum iis quæ in tractatu de quo agimus, dicuntur, major eſt conſenſio, quam ut ad ea reſpexiſſe Paulinus non videatur. Et quamvis idem ille auctor in ſcribendis Ambroſii geſtis minime ſecutus fuerit accuratam temporum rationem; ſatis tamen intelligimus hæc eo loci ab ipſo eſſe memorata, quod revera illorum procerum cupiditas numquam exarſerit impotentius, quam ſub extremum Theodoſii Magni imperium: cùm videlicet Rufinum, Eutropium, aliosque præfectos Cæſareos in tantam invidiam atque odium ſua adduxit rapacitas, ut Patres Concilii Carthaginenſis ab imperatoribus* propter afflictionem pauperum *cogentur petere,* ut defenſores eis adverſus potentias divitum cum epiſcoporum proviſione delegentur. *Non eſt dubium quin ante ipſos Ambroſius quoque ſuam in cauſa tam pia caritatem nobilitaverit; unde nihil profecto videmus obeſſe, quominus hoc ipſo forte conſilio eumdem librum anno 395. aut alio proximo ſcriptum dicamus: adeo belle in id omnia conveniunt.*

o. Cap. 14. num. 61 & c. 5. n. 20. & ſeq.
p. Paulin. in vita S. Ambroſii.
Conc. Carthag. 5. quibuſdam 1. Can. 9.

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE NABUTHE JEZRAELITA

LIBER UNUS.*

* Scriptus forte circ. an. 395.

CAPUT I.

Quomodo exemplo Nabuthe & Achab pauperes quotidie à divitibus opprimantur, cùm tamen natura omnes æquales produxerit, & ſepulcrum æquales accipiat: qua de re Ambroſius faſtum ac ſtultitiam divitum inſectatur.

1\. NABUTHE hiſtoria tempore vetus eſt, uſu quotidiana. Quis enim divitum non quotidie concupiſcit aliena? Quis opulentiſſimorum non exturbare contendit agellulo ſuo pauperem, atque inopem aviti ruris eliminare finibus? Quis contentus eſt ſuo? Cujus non inflammet divitis animum vicina poſſeſſio? Non igitur unus Achab natus eſt. ſed, quod pejus eſt, quotidie Achab naſcitur, & numquam huic ſæculo moritur. Si unus occidit, adſurgunt plurimi: plures qui rapiant, quam qui amittant. Non unus Nabuthe pauper occiſus eſt: quotidie Nabuthe ſternitur, quotidie pauper occiditur. Hoc metu percitum humanum genus cedit jam ſuis terris, migrat cum parvulis pauper onuſtus pignore ſuo: ſequitur uxor illacrymans tamquam ad buſtum proſequatur maritum. Minus tamen deplorat illa, quæ deflet ſuorum funera; quia etſi amiſit conjugis præſidium, ſepulcrum tenet: & ſi filios non tenet, tamen exſules non dolet, non ingemit graviora funeribus teneræ prolis jejunia.

2\. Quouſque extenditis, divites, inſanas cupiditates? Numquid ſoli inhabitabitis ſuper terram? Cur ejicitis conſortem naturæ, & vindicatis vobis poſſeſſionem naturæ? In commune omnibus divitibus atque pauperibus terra fundata eſt, cur vobis jus proprium ſoli divites arrogatis? Neſcit natura divites, quæ omnes pau-
A peres generat. Neque enim cum veſtimentis naſcimur, nec cum auro, argentoque generamur. Nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, poculo: nudos recipit terra quos edidit, neſcit fines poſſeſſionum ſepulcro includere. Ceſpes anguſtus æque & pauperi abundat & diviti: & terra quæ viventis non cepit affectum, totum jam divitem capit. Neſcit ergo natura diſcernere quando naſcimur, neſcit quando deficimus. Omnes ſimiles creat, omnes ſimiles gremio claudit B ſepulcri. Quis diſcernat ſpecies mortuorum? Redoperi terram; & ſi potes, divitem deprehende. Eruderato paulo poſt tumulum, & ſi cognoſcis egentem, argue; niſi forte hoc ſolo quod cum divite plura pereunt.

3\. Sericæ veſtes, & auro intexta velamina, quibus divitis corpus ambitur, damna viventium, non ſubſidia defunctorum ſunt. Unguentum accipis [a] dives, & fœtidus es: perdis alienam gratiam, nec acquiris tuam. Heredes relinquis C qui litigent. Heredibus relinquis depoſitum magis hereditarium, quam commodum voluntarium, qoi id quod relictum eſt minuere ac violare formident. Si frugi heredes ſunt, cuſtodiunt: ſi luxurioſi, exhauriunt. Itaque aut bonos heredes perpetua condemnas ſollicitudine: aut malos dimittis, quo tua facta condemnent.

CAPUT II.

D *Divites quanto magis abundant cenſu, tanto pauperiores eſſe affectu. Id Achab & Nabuthe contentione planum fit. Mox propoſito Scripturæ textu, petitio illa* da mihi *quàm abjecta ſit, perpenditur.*

4\. SEd quid arbitraris quod dum vivis, abundas omnibus? O dives, neſcis quam pauper ſis, quam inops tibi ipſe videaris, qui te divitem dicis? Quanto plus habueris, plus requi-

[a] Edit. Am & Era *dives, poſt mortuus es, & fœtidus es.* Gill. *dives poſtquam mortuus es, &c.* Rom. *dives, mortuus, & fœtidus es.* Cuncti mſſ. *dives, & fœtidus es.* Sequenti vero ſententia omnes edit. & mſſ. aliquot, *Heredes relinquis, qui litigent cum heredibus, relinquis depoſitum &c.* Alii majori numero, *Heredes relinquis qui litigent. Heredibus relinquis depoſitum, &c*

ris: & quidquid acquiſieris, tamen tibi adhuc in- A diges. Inflammatur lucro avaritia, non reſtinguitur. Quaſi gradus quoſdam cupiditas habet: quo plures adſcenderit, eo ad altiora feſtinat, unde ſit gravior ruina lapſuro. Tolerabilior tamen iſte cùm minus haberet: cenſus ſui contemplatione mediocria requirebat; acceſſione patrimonii acceſſit cupiditatis augmentum. Non vult eſſe degener votis, pauper in deſideriis. Ita duo intolerabilia ſimul jungit, ut ambitioſam ſpem divitis augeat, & non deponat mendicitatis affec- B tum. Denique docet nos ſcriptura divina quàm miſere egeat, mendicet abjecte.

5. Rex Achab in Iſrael erat, & pauper Nabuthe. Ille regni opibus adfluebat: [a] iſte anguſti ſoli ceſpitem poſſidebat. Nihil pauper de poſſeſſionibus divitis concupivit: rex ſibi egere viſus eſt, quia vineam habebat pauper vicinus. Quis igitur tibi pauper videtur; qui contentus eſt ſuo, an qui concupiſcit alienum? Alter certe pauper cenſu videtur, alter eſt pauper affectu. Affectus dives C egere non novit: cenſus abundans nequit avari pectus replere. Ideoque dives cupidus in invidia poſſeſſionis, & paupertatis querela eſt. Sed jam Scripturæ verba conſideremus.

3 Reg. 21. 1. & ſeq. 6. *Et factum eſt*, inquit, *poſt hæc verba, erat vinea Nabuthe Iezraelitæ in Iſrael juxta domum Achab regis Samariæ. Et locutus eſt Achab ad Nabuthe dicens: Da mihi vineam tuam, & erit mihi in hortum olerum; quoniam propinquat domui meæ: & dabo tibi pro ea aliam vineam: ſi verò placuerit tibi, dabo tibi* D *pecuniam pro vinea iſta, & erit mihi in hortum olerum. Et dixit Nabuthe ad Achab: Non fiat hoc à Deo, ut dem tibi hereditatem patrum meorum. Et turbatus eſt ſpiritus ejus, & dormivit in lecto ſuo, & velavit faciem ſuam, & non manducavit panem.*

3 Reg. 19. 21. 7. Expoſuerat ſupra ſcriptura divina, quia Eliſæus cùm eſſet pauper, reliquit boves ſuos, & cucurrit ad Eliam, & occidit eos, & erogavit populo, & adhæſit Prophetæ. Ad condemnationem igitur præmiſſa ſunt divitis, qui in iſto rege E deſcribitur, eo quod habens beneficia Dei, ſicut iſte Achab, cui Dominus & regnum donavit, & pluviam Eliæ vatis oratione conceſſit, divina mandata violaverit.

8. Audiamus ergo quid dicat: *Da mihi*, inquit. Quæ alia vox egentis eſt? Quæ vox alia ſtipem publicam poſtulantis, niſi *Da mihi*, hoc eſt, da mihi, quia egeo: da mihi, quia aliud vivendi ſubſidium habere non poſſum: da mihi, quia non eſt mihi panis ad victum, nummus ad potum, F ſumtus ad alimentum, ad indumentum ſubſtantia: da mihi, quia tibi Dominus dedit unde largiri debeas, mihi non dedit: da mihi, quia niſi tu dederis, habere non potero: da mihi, quia

Luc. 11. 41. ſcriptum eſt: *Date eleemoſynam.* Hæc quam abjecta, quam vilia! Non habent enim humilitatis affectum, ſed cupiditatis incendium. In ipſa autem dejectione quanta impudentia! *Da mihi*, inquit, *vineam tuam.* Confitetur alienam, ut poſcat indebitam.

A 9. *Et dabo*, inquit, *tibi pro ea aliam vineam.* Dives quod ſuum eſt quaſi vile faſtidit; quod enim alienum eſt, quaſi pretioſiſſimum concupiſcit.

10. *Si vero placuerit tibi, dabo tibi pecuniam.* Cito reprehendit errorem ſuum, pecuniam offerendo pro vinea. [b] Nihil enim vult alterum poſſidere, qui totum deſiderat ſuis poſſeſſionibus occupare.

CAPUT III.

B *Non tam propter utilitatem divites aliena concupiſcere, quam ut alios homines excludant. Quam inane ſit illud deſiderium, quod eos brutis ipſis inferiores eſſe convincit: quam etiam turpe ſit paternam poſſeſſionem ob luxuriam divendere: poſtremo quam impatienter divites repulſam ferant!*

11. *Et erit mihi*, inquit, *in hortum olerum.* Hæc erat igitur omnis inſania, hic omnis furor, ut ſpatium vilibus oleribus quæreretur. Non tam ergo ipſi cupitis quaſi utile poſſidere, ſed C alios vultis excludere. Major vobis cura de pauperum ſpoliis, quàm de veſtris emolumentis eſt. Injuriam veſtram putatis, ſi quid pauper habeat, quod dignum poſſeſſione divitis [c] æſtimetur. Damnum veſtrum creditis, quidquid alienum eſt. Quid vos delectant naturæ diſpendia? Univerſis creatus eſt mundus, quem pauci divites vobis defendere conamini. Non enim terrena tantum poſſeſſio, ſed cælum ipſum, aer, mare, in uſum paucorum divitum vindicatur. [d] Hic aer, D quem tu diffuſis includis poſſeſſionibus, quantos alere populos poteſt? Numquid Angeli diviſa cæli ſpatia habent, ut tu terram poſitis diſtinguas terminis?

12. Clamat Propheta: *Væ iis qui jungunt domum ad domum, & villam ad villam!* Et arguit eos inefficacis avaritiæ. Fugiunt enim cohabitare hominibus, & ideo excludunt vicinos: ſed fugere non Eſai. 5. 8. poſſunt; quia cùm hos excluſerint, alios rurſum inveniunt: & cùm illos propulſaverint, ad alio- E rum neceſſe eſt eos viciniam pervenire. Soli enim ſuper terram habitare non poſſunt. Aves avibus ſe adſociant, denique ingentis plerumque agminis volatu cælum obtexitur: pecus pecori adjungitur, piſces piſcibus: nec damnum ducunt, ſed commercium vivendi, cùm plurimum comitatum capeſſunt, & quoddam munimentum ſolatio frequentioris ſocietatis affectant. Solus tu, homo, conſortem excludis: includis feras, ſtruis habitacula beſtiarum, deſtruis hominum. Indu- F cis mare intra prædia tua, ne deſint belluæ: producis fines terræ, ne poſſis habere finitimum.

13. Audivimus vocem divitis aliena quærentis: audiamus vocem pauperis propria vindicantis. *Non fiat*, inquit, *hoc à Deo, ut dem tibi hereditatem patrum meorum.* Quaſi quamdam contagionem ſui pecuniam eſſe divitis arbitratur, quaſi dicat: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem*; ego Act. 8. 20. autem hereditatem patrum meorum non poſſum vendere. Habes quod ſequaris dives, ſi ſapias; ut non vendas agrum tuum pro nocte meretricis;

a. Ita Rom. edit. cum mſſ. omnibus, præter Colb. unum ubi legas: *ceſpitem pauperis dives ambivit.* Vet. autem edit. *& tamen ceſpitem pauperis flagitabat.* Unus Alb. ... *pauperem inſpicit.* Verum cùm neque in aliis codicibus, neque in edit. ullis reperiantur, atque etiam videantur paulo coactiora, in textu ea recipi minime religio fuit.

b. Omnes edit. *Nihil enim vult alienum poſſidere.* Omnes mſſ. *Nihil enim vult alterum poſſidere.*

c. Inter verba iſta, *æſtimetur. Damnum*, mſſ. multi boniique inſerunt ſequentia. *Nolite hoc facere, quia Deus pauperem non ſpernit.*

d. Edit. cum parte mſſ. *Hic ager.* Alii cod. multo majori numero: *Hic aer.* Et hanc veram eſſe lectionem patet ex ſuperioribus: *Sed cælum ipſum, aer, mare, &c.* Nec impropria locutio eſt. Namque apud probatos auctores reperitur, *homines aere vivere.*

non transfundas jus tuum pro ſumtu comeſſatio- A nis, deliciarumque impenſis: non adjudices domum tuam ad ludum aleæ, ne jus hereditariæ pietatis amittas.

14. His auditis, turbatus eſt ſpiritus avari regis: *& dormivit in lecto ſuo, & velavit faciem ſuam, & non manducavit panem ſuum.* Lugent divites, ſi non potuerint aliena diripere: ſi ſuis pauper non ceſſerit facultatibus, vim mœroris tegere non poſſunt. Dormire deſiderant, velant faciem ſuam; ne quidquam in orbe terrarum alienum videant, B ne quidquam in hoc mundo non eſſe ſuum noverint, ne audiant vicinum juxta ſe aliquid poſſidere, ne audiant pauperem ſibi contradicentem. Horum ſunt animæ, quibus dicit Propheta:

Eſai. 32. 9. *Mulieres divites exſurgite.*

CAPUT IV.

Cur dicatur Achab panem ſuum non manducaſſe? Abſtinentiæ divitum ac pauperum elegans comparatio. Quanta ſit ſtultitia heredibus opes ſollicite C *comparare; deque divitis cujuſdam ſordibus.*

1 Reg. 21. 4. 15. ET *non manducavit*, inquit, *panem ſuum*; quoniam quærebat alienum. Etenim divites magis alienum panem, quam ſuum manducant, qui rapto vivunt, & rapinis ſumtum exercent ſuum. Aut certe non manducavit panem ſuum volens ſe morte multare, quòd ei aliquid negaretur.

16. Compara nunc affectum pauperis. Nihil D habet, & jejunare voluntarius niſi Deo neſcit, jejunare niſi ex neceſſitate non novit. Divites, eripitis quidem pauperibus univerſa, aufertis omnia, nihil relinquitis: pœnam tamen pauperum vos potius, divites, ſuſtinetis. Illi jejunant, ſi non habeant, vos cùm habetis. A vobis igitur prius pœnam exigitis, [a] quam pauperibus irrogatis. Vos igitur veſtro affectu luitis miſeræ paupertatis ærumnas: & pauperes quidem non habent quo utantur; vos autem nec ipſi utimini, nec alios uti E ſinitis. Eruitis aurum de metalli venis, ſed rurſum abſconditis illud. Quantorum vitas in illo infoditis auro?

17. Cui illa ſervantur, cùm legeritis de avaro

Pſal. 38. 7. divite: *Theſauros condit, & ignorat cui congregat eos?* Heres otioſus exſpectat, heres faſtidioſus increpat, quod ſero moriamini. Odit incrementa hereditatis ſuæ, ad damna feſtinat. Quid igitur miſerius, quando nec apud illum cui laboratis, gratiam derelinquitis? Propter illum totis F mœſtam diebus tolleratis famem, quotidiana menſæ veſtræ damna metuentes: propter illum [b] diurna adornatis jejunia.

18. Novi ego divitem in agrum proficiſcentem, panes breviores urbe delatos numerare ſolere; ut pro numero panis æſtimaretur quot dies in agro futurus eſſet. Nolebat obſignatum aperire horreum; ne quid de condito minueretur. Panis unus ſingulis diebus deputabatur, qui tenacem vix ſatiare poſſet. [c] Comperi etiam veri fide, ſi quando ei ovum eſſet appoſitum, queri quod pullus eſſet occiſus. Hoc ideo ſcribo, ut cognoſcatis vindicem eſſe Dei juſtitiam, quæ lacrymas pauperum veſtro ulciſcatur jejunio.

CAPUT V.

Multorum pauperum ſanguine ac vita conſtare divitum menſas; atque inibi de patre quodam, cujus à divite coacti ad vendendum filium dolor ac æſtus animi pulcherrime deſcribuntur: item immanem eſſe divitum duritiem, quam ſumtu ſuo & luxu ipſæ quoque augent mulieres.

19. QUam religioſum eſſet jejunium, ſi ſumtum convivii tui deputares pauperibus! Tolerabilior jam dives ille, cujus de menſa ea quæ cadebant, pauper Lazarus colligebat ſaturari cupiens: ſed etiam ipſius menſa multorum pauperum conſtabat ſanguine; & ipſius pocula, multorum quos ad laqueum coegerat, rorabant cruorem.

20. Quanti necantur, ut vobis quod delectat, paretur? Funeſta fames veſtra, funeſta luxuries. Ille de ſummis culminibus ruit, ut frumentis ampla veſtris receptacula præpararet. Ille de ſublimi cacumine altæ arboris decidit, dum genera uvarum explorat, quas deferat, quibus digna convivio tuo vina fundantur. Ille mari merſus eſt, dum veretur ne piſcis menſæ tuæ deſit, aut oſtrea. Ille brumali frigore dum lepores inveſtigare, aut laqueis ſtudet aves captare, diriguit. Ille ante oculos tuos, ſi quid forte diſplicuit, verberatur ad mortem, atque ipſas epulas fuſo reſpergit cruore. Denique dives erat qui ſibi ad menſam caput prophetæ pauperis juſſit adferri: & aliud unde ſaltatrici præmium ſolveret, non invenerat, niſi ut pauperem juberet occidi.

21. Vidi ego pauperem duci, dum cogeretur ſolvere quod non habebat, trahi ad carcerem, quia vinum deeſſet ad menſam potentis; deducere in auctionem filios ſuos, ut ad tempus pœnam differre poſſet. Invento forte aliquo qui in illa neceſſitate ſubveniret, redit ad hoſpitium cum ſuis pauper, direpta ſpectans omnia, nihil ſibi ad cibum relictum, ingemiſcens filiorum famem, dolens quod eos non potius ei qui poſſet paſcere, vendidiſſet. Redit ad conſilium, vendendi ſumit arbitrium. Compugnabant tamen inopiæ injuria; & paternæ pietatis gratia: fames urgebat ad pretium, natura ad officium: commori filiis paratus, quam à filiis ſeparari, ſæpe gradum protulit, ſæpe revocavit. Vicit tamen in eo neceſſitas, non voluntas, & ipſa conceſſit pietas neceſſitati.

22. Conſideremus nunc patriæ mentis procellas exæſtuantes, quem de liberis prius traderet. Quem, inquit, vendam priorem? Scio enim quod

a. Sic mſſ omnes, ac vet edit. Rom vero, *quàm pauperibus erogetis*. Male, non enim id vult Ambroſius divitem prius pœnam abs ſe exigere, quàm eroget, hoc eſt, eleemoſynam impertiat pauperibus. at vero id ſignificat, divitem prius abs ſe pœnam illam repoſcere, quam irrogat, hoc eſt, imponit pauperibus, quos ad egeſtatem atque inediam adigit.

b. In hac voce mira varietas: Edit. vet. *diurna adamatis jejunia* Rom.... *aggeratis jejunia*. Plures e mſſ. *diuturna*, vel, *diurna toleratis*. Aliqui, *adhibetis jejunia*. Alii tandem, *diuturno adhæretis jejunio*. Veram lectionem habent Thuan. alter, Pont. & Alb. etiam alter, quos ſequimur. Eſt autem diurna adornare jejunia, in ſingulos dies jejunia parare ac diſponere: quod cum hiſtoria ſequenti belle congruit.

c. Omnes edit. cum tribus mſſ. *Comperi etiam viri fidem*. Alii mſſ. partim...., *veri fide*: partim nobiſcum, *veri fide*. Utrumque commode explicari poteſt: primum quidem ut ſit, comperi fide & probitate ejus a quo mihi hoc narratum eſt: ſecundum, comperi ea fide quam veritas meretur ac poſtulat.

non ſatis eſt unius pretium ad paſtum reliquorum. Hoc ſolùm dives fœcunditas ad ærumnam. Quem offeram? Quem frumenti auctionator libenter adſpiciet? Primogenitum offeram? Sed primus me patrem vocavit. Hic eſt major ex filiis, quem congrue bonoro ſeniorem. Sed juniorem dabo? At iſtum teneriore amore complector. Illum erubeſco, bujus miſereor: illius gradum ſuſpiro, bujus ætatem: ille jam ſentit ærumnam, iſte ignorat: flectit me illius dolor, bujus inſcitia. Ad alios me conferam? Ille mihi plus blanditur, iſte plus verecundatur: ille parenti ſimilior, hic utilior: in illo imaginem meam vendo, in iſto ſpem meam prodo. Me miſerum! Non invenio quid faciam, non habeo quid eligam. Circumvallant me facies calamitatum, ærumnarum chorus.

23. Ferina hæc rabies eſt, eligere quem tradas. Feræ ipſæ cùm pericula imminere proli ac ſibi ſentiunt, ſolent eligere quos liberent, non quos offerant. Quomodo igitur diſcernam affectum naturæ? Quomodo obliviſcar, quomodo exuam patris mentem? Quomodo filii auctionem conſtituam? Quo ſermone paciſcar pretium? Quibus tradam manibus in ſervitutem filium? Quibus oculis adſpiciam ſervientem? Quibus oſculis diſcedenti vale dicam? Quibus factum excuſem ſermonibus? Fili, ego te pro meo cibo vendidi. Funeſtior ergo jam pauperis menſa, quàm divitis. Ille addicit alienos, ego meum vendo: ille neceſſitatem imponit: ego adfero voluntatem. Ut ſit excuſabilior cauſa, adjiciam: Fili, pro fratribus tuis ſervies, ut illis quærantur alimenta. Et Joſeph à fratribus ſuis in ſervitutem venumdatus eſt, poſtea & ipſos & patrem pavit. Reſpondebit & ille: Sed non eum vendidit pater, at flevit amiſſum: ſed poſtea etiam ipſe in poteſtatem divitis venit, & vix potuit liberari. Poſtea genus ejus divitiis Ægypti multa ætate ſervivit. Vende me poſtremò, pater, ea conditione, ne divites emant.

24. Hæſi, fateor: verùm quid faciam? Nullum vendam? Sed dum unum conſidero, omnes videbo fame pereuntes. Si unum tradam, quibus oculis videbo ceteros de mea impietate ſuſpectos, ne alios quoque vendam? Quo pudore regrediar domum? Quomodo intrabo? Quo habitabo affectu, qui mihi abnegavi filium, quem non morbus abſumſit, non mors abſtulit? Qua conſcientia conſiderabo menſam meam, quam ſicut novella olivarum in circuitu tot filii veſtiebant.

25. Hæc pauper te præſente deplorat, & tibi avaritia aurem obſtruit, nec mens tua facti miſerabilis horrore mollitur. Totus populus ingemiſcit, & ſolus dives non flecteris, nec audis Scripturam dicentem: *Perde pecuniam propter fratrem, & amicum, & non abſcondas eam ſub lapide in mortem.* (Eccli. 29. 13.) Et quia non audis, ideo exclamat Eccleſiaſtes dicens: *Eſt languor malus, quem vidi ſub ſole, divitias cuſtodiri in malum poſſidentis eas.* (Eccl. 5. 12.) Sed fortaſſe redeas domum & cum uxore conferas: illa te hortetur ut redimas venumdatum. Immo magis hortabitur ut mundum muliebrem conferas, unde potes [a] vel parvo pauperem liberare. Illa tibi imponet ſumtuum neceſſitatem; ut gemmâ bibat in oſtro dormiat, in argentea ſponda recumbat, auro oneret manus, cervicem monilibus.

26. Delectantur & compedibus mulieres, dummodo auro ligentur. Non putant onera eſſe, ſi pretioſa ſint: non exiſtimant vincula eſſe, ſi in his theſauri coruſcent. Delectant & vulnera; ut aurum auribus inſeratur, & margaritæ dependeant. Habent & gemmæ pondera ſua, habent & veſtimenta frigora ſua. Sudatur in gemmis, algetur in ſericis; tamen pretia juvant: & quæ natura averſatur, commendat avaritia. Smaragdos, & hyacinthos, beryllum, achatem, topazyon, amethyſtum, jaſpin, ſardion, ſummo quærunt furore: vel ſi dimidium patrimonii petatur, non parcunt diſpendio, dum indulgent cupiditati. Non abnuo gratum quemdam lapidum iſtorum eſſe fulgorem, ſed tamen lapidum. Et ipſi admonent contra naturam expoliti, ut ſaxorum deponerent aſperitatem, rigorem magis mentis eſſe expoliendum, quam lapidum.

CAPUT VI.

Quàm nulla ſit opum efficacia: & cur illa divitiæ appellentur! Miſeriorem eſſe divitum quàm mancipiorum ſervitutem: ubi locus hic Evangelii, quid faciam . . . . deſtruam horrea mea &c. *pie ac facunde expenditur.*

27 QUis artifex unum diem vitæ hominis potuit adjungere? Quem divitiæ ejus ab inferis redemerunt? Cujus ægritudinem pecunia mitigavit? *Non in abundantia divitiarum*, inquit, *vita ejus.* (Luc. 12. 15.) Et alibi: *Nihil proſunt theſauri injuſtis: juſtitia autem liberat à morte.* (Prov. 10. 2.) Merito clamat Propheta: *Divitiæ ſi adfluant, nolite cor apponere.* (Pſ. 61. 11.) Quid enim mihi proſunt, ſi me à morte liberare non poſſunt? Quid mihi proſunt, ſi mecum poſt mortem eſſe non poſſunt? Hìc acquiruntur, hìc relinquuntur. Somnium igitur loquimur, non patrimonium. Unde bene ait idem Propheta de divitibus: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis;* (Pſal. 75. 6.) hoc eſt dicere: Nihil invenerunt in operibus ſuis divites, qui nihil pauperibus contulerunt: nullius juverunt inopiam, nihil ad utilitatem ſuam proficiens reperire potuerunt.

28. Ipſum nomen conſidera. Ditem dicunt gentiles inferorum præſulem, arbitrum mortis ditem appellant & divitem, quod niſi mortem dives inferre non noverit, cui regnum de mortuis, cui ſedes inferi ſunt. Quid eſt enim dives, niſi quidam inexplebilis gurges divitiarum, inexplebilis auri fames ac ſitis? Quo plus hauſerit, plus inardeſcit. Sic Propheta admonet: *Qui diligit*, inquit, *argentum, non ſatiabitur argento.* (Eccle. 5. 9.) Et infra idem: *Et quidem hoc peſſimus languor. Sicut enim fuit, ita & abiit, & abundantia ejus laborat in ventum. Et quidem omnes dies ejus in tenebris, & luctu, & iracundia multa, & languore, & ira;* (Ibidem. 15. & ſeq.) ut tolerabilior ſit conditio ſervulorum. Illi enim hominibus ſerviunt, iſte peccato. Sic inquit Apoſtolus: Qui enim facit peccatum, ſervus eſt peccati. (Rom. 6. 16.) Semper in laqueis, ſemper in vinculis eſt: numquam liber à compedibus, quia ſemper in criminibus. Quam

a. Edit. ant. *vel pauper pauperem liberare.* Rom. *vel parvo tempore pauperem liberare.* Melius mſſ. omnes. *vel parvo pauperem liberare.* Ibi enim ſubintelligi poteſt, pretio, diſpendio, vel quid hujuſmodi.

miſera ſervitus, ſervire peccatis!

29. Naturæ ipſius neſcit munia, nec ſomni ipſius novit vices, aut cibi fungitur ſuavitate, cujus nullum eſt immune ſervitium. Dulcis enim ſomnus ſervi, etſi modicum vel multum edat: at [a] ſatiato divitiis, non eſt qui eum ſinat dormire. Excitat eum cupiditas, exagitat cura pervigil aliena rapiendi, torquet invidia, mora vexat, ſterilitas proventuum infœcunda perturbat, ſollicitat abundantia. Unde illi divini, cujus poſſeſſio uberes fructus attulit, qui *cogitavit intra ſe dicens: Quid* B faciam, *quòd non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam, deſtruam horrea mea, & majora faciam; illo congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona in annos multos poſita, requieſce, manduca, bibe, epulare*, reſpondit Deus: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paraſti, cujus erunt?* Luc. 12. 17. & ſeq. Ne ipſe quidem Deus eum dormire permittit. Interpellat cogitantem, excitat dormientem.

30. Sed nec ipſe ſe quietum eſſe patitur, qui C de abundantia divitiarum ſuarum ſollicitatur, & in ubertate fructuum vocem egentis emittit. *Quid faciam*, inquit? Nonne hæc pauperis vox eſt, non habentis ſubſidia vivendi? Egens omnium huc atque illuc reſpicit, ſcrutatur hoſpitium, nihil invenit ad uſum alimenti: conſiderat nihil miſerius quam fame confici, & cibi indigentia mori: quærit mortis compendia, & tolerabiliora obeundi ſupplicia rimatur: arripit gladium, ſuſpendit laqueum, ignem adolet, explorat venenum; D & inter hæc quid eligat dubius, dicit: *Quid faciam?* Deinde vitæ hujus ſuavitate revocatus cupit revocare ſententiam, ſi poſſit vivendi ſubſtantiam reperire. Adſpicit nuda omnia, vacua omnia, & ait: *Quid faciam?* Unde mihi alimenta, unde veſtitus? Volo vivere, ſi habeam quomodo poſſim vitam hanc ſuſtinere: ſed quibus cibis, quibus ſubſidiis?

31. *Quid faciam*, inquit, *quòd non habeo?* Clamat ſe dives non habere. Paupertatis hic ſermo E eſt: de inopia queritur abundans fructibus. *Non habeo*, inquit, *quo congregem fructus meos.* Putares illum dicere: Non habeo fructus, unde vivendum eſt mihi. Beatus qui de abundantia periclitatur; immo miſerior iſte fœcunditatibus ſuis, quam pauper, cui periculum de egeſtate eſt. Habet ille unde excuſet ærumnam, habet certe injuriam, non habet culpam: iſte non habet quem præter ſe arguat.

32. Et dixit: *Hoc faciam, horrea mea deſtruam.* F Putes adhuc dicere illum: Aperiam horrea mea, ingrediantur qui tolerare famem non queunt, veniant inopes, intrent pauperes, repleant ſinus ſuos, deſtruam parietes qui excludunt eſurientem. Ut quid ego abſcondam, cui Deus facit abundare quod largiar? Ut quid repagulis portarum claudam frumenta, [b] quibus Deus totum A replevit camporum ambitum, quæ ſine cuſtode naſcuntur & abundant.

CAPUT VII.

Eumdem locum B. Doctor proſequitur, oſtenditque avaros cùm de bonis benefacere deberent, malle pecunias in ædificando conſumere; ipſoſque magis enormitate pretiorum, quàm ubertate proventuum delectari: quos tamen docet quo fructus ſuos ſecure poſſint recondere.

33. Victa eſt ſpes avari. Rumpuntur vetuſta horrea meſſibus novis. Minus, inquit, habui, & fruſtra ſervavi: plus natum eſt, & cui congrego? Dum incrementa pretiorum aucupor, amiſi uſum beneficiorum. Quantas anni ſuperioris frumento potui animas pauperum reſervare? Hæc me magis ſervare delectarent pretia, quæ non nummo æſtimantur, ſed gratia. Imitabor ſanctum Joſeph humanitatis prædicatione: clamabo voce magna: Venite pauperes, edite panes meos, expandite gremium, ſuſcipite frumentum. Fœcunditas divitis, totius orbis abundantia, omnium debet eſſe fertilitas. Tu vero non hoc dicis, ſed ais: *Deſtruam horrea mea.* Recte deſtruis ea, à quibus nullus pauper onuſtus revertitur. Horrea iniquitatis ſunt receptacula, non pietatis ſubſidia. Recte deſtruit qui ſapienter ædificare non novit. Deſtruit ſua dives, qui neſcit æterna: deſtruit horrea, qui non novit ſua frumenta dividere, ſed claudere.

34. *Et majora*, inquit, *faciam.* Infelix, vel id diſpenſato pauperibus, quod pro ſumtu ædificationis impendis. Dum liberalitatis gratiam refugis, damna ædificationis exſolvis.

35. Et addidit: *Illo congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona.* [c] Conficitur avarus ſemper ubertate proventuum, dum vilitatem alimoniæ calculatur. Fœcunditas enim univerſorum eſt, ſterilitas ſoli avaro eſt quæſtuoſa. Delectatur magis enormitate pretiorum, quàm abundantia copiarum; & mavult habere quod ſolus, quam quod cum omnibus vendat. Vide timentem ne ſuperfluat cumulus frumentorum, ne ſuper horrea redundans transfundatur in pauperes, & boni alicujus occaſio indigentibus acquiratur. Soli ſibi partus terrarum vindicat dives, non quo ipſe uti velit, ſed aliis denegare.

36. *Habes*, inquit, *multa bona.* Neſcit avarus bona, niſi ea quæ quæſtuoſa ſunt, nominare. Sed acquieſco ei, ut bona dicantur quæ ſunt pecuniaria. Cur ergo de bonis facitis mala, cùm de malis bona facere debeatis? Scriptum eſt enim: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Luc. 16. 9. Ei ergo qui uti ſciat, bona ſunt: ei qui uti neſciat, recte mala. *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in æternum.* Pſ. 111. 9. Quid hoc melius? Bona ſunt, ſi

a. Sic edit. ant. Rom. & omnes mſſ præter unum, in quo, *ſanatus*; alterum in quo, *ſatiatur*; & tertium ubi cum edit quibuſdam Pariſ. in margine, *ſatiato* Eædem vero in corpore habent *ſanato divitiis, non eſt qua ſinat eum dormire.* LXX Interp Eccle. 5. 11. ἢ τῷ ἐμπλησθέντι ὁ πλουτήσας οὐκ ἔστιν ἀφίων αὐτὸν ὑπνῶσαι. Porro poſt vocem *dormire*, mſſ pleríque boni ævi addunt iſta: *Denique evangelico utamur exemplo, ut probemus divitem dormire non poſſe.* At cùm videantur non ſuo loco poſita, & in multis etiam mſſ & cunctis edit. deſiderentur, ſatis habuimus hujus rei lectorem admonere.

b. Am. & Era. finito capite poſt vocem, *frumenta*, ſequens his verbis auſpicabantur, *Audiant hæc quibus Deus totum*, &c Et certe illis favent mſſ aliquot ſat bonæ notæ; ſed cùm in multo pluribus ea non repertæ ſit, hic ab edit Gill. ac Rom non recedere optimum viſum eſt.

c. Omnes edit. & pauci mſſ. *Conſtituit avarus ſemper ubertatem proventuum*: Alii mſſ magno numero, ut nos in textu. Rurſus edit. Am. & Gill in marg. cum mſſ tribus: *vilitate alimoniæ calcatur.* Eadem Gill in corpore & Rom *vilitatem alimoniæ calumniatur.* Denique Era & reliqui mſſ. numero atque antiquitate potiores.... *calculatur* Alicubi tamen legas, *vilitatem*.. *calcat* .... & *calculat*. ſed calami aut typographi error eſt.

pauperibus largiatis, in quo tibi debitorem Deum A quadam pietatis fœneratione conſtituas. Bona ſunt ſi aperias horrea juſtitiæ tuæ, ut ſis panis pauperum, vita egentium, oculus cæcorum, orbatorum infantium pater.

37. Habes unde facias, quid vereris? Tua te voce convenio. Habes multa bona in annos multos poſita, potes & tibi & aliis abundare. Habes fœcunditatem publicam, quid deſtruis borrea tua? Oſtendo tibi ubi melius tua frumenta cuſtodias, ubi bene ſepias, ut fures ea tibi auferre B non poſſint. Include ea in corde pauperum, ubi ea nullus gurgulio conſumat, nulla corrumpat vetuſtas. Habes apothecas, inopum ſinus: habes apothecas, viduarum domos: babes apothecas,
Pſal. 8. 3. ora infantium, ut dicatur tibi: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*. Iſtæ ſunt apothecæ, quæ maneant in æternum: iſta horrea, quæ fœcunditas futura non deſtruat. Nam quid iterum facias, ſi tibi plus natum fuerit anno ſequenti? Iterum ergo & illa deſtrues, quæ nunc facere pa- C ras, & majora facies. Dat enim tibi fœcunditatem Deus, ut aut vincat aut condemnet avaritiam tuam; quo excuſationem habere non poſſis: tu vero quod per te multis naſci voluit, tibi ſoli reſervas, imo & tibi adimis; magis enim ſervares tibi, ſi diſpertireris aliis. Bonorum enim fructus munerum in eos ipſos qui contulerint, revertuntur, & gratia liberalitatis in auctorem redit. De-
Oſee. 10. 12. nique ſcriptum eſt: *Seminate vobis ad juſtitiam*. Eſto ſpiritalis agricola, ſere quod tibi proſit. Bo- D na ſatio in corde viduarum. Si terra tibi reddit fructus uberiores quàm acceperit, quanto magis miſericordiæ remuneratio reddet multiplicatiora quæ dederis?

CAPUT VIII.

Incogitantem avarum morte urgeri, eumque jure ſtultum vocitari memorato Evangelii loco: quanto melius pecunia diſtribuatur, quam retineatur; & quam inepte ſe ſe ab impertienda eleemoſyna divi- E *tes excuſent?*

38. DEinde, homo, neſcis quia terræ partum prævenit dies mortis, miſericordia autem incurſum mortis excludit? Adſiſtunt jam qui repoſcant animam tuam, & tu adhuc differs operum fructus tuorum. Adhuc tu tibi [a] tempora vi-
Luc. 12. 20. vendi longa metaris? *Stulte, hac nocte repetunt animam tuam à te*. Bene ait nocte; nocte enim anima avari repoſcitur: à tenebris incipit, & in te- F nebris perſeverat. Avaro ſemper nox eſt, dies juſ-
Luc. 23. 43. Eccli. 27. 12. Matth. 13. 43. to, cui dicitur: *Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Stultus autem ſicut luna mutatur: juſti autem fulgebunt ſicut ſol in regno Patris ſui*. Recte arguitur ſtultitiæ, qui in manducando & bibendo locarit ſpem ſuam. Et ideo ei tempus mortis urgetur, ſecundùm quod dictum eſt ab ipſis
Eſai. 22. 13. qui gulæ ſerviunt: *Manducemus & bibamus; cras enim moriemur*. Recte dicitur ſtultus, quia animæ ſuæ corporalia ſubminiſtrat; quia recondit quæ cui ſervet, ignorat.

39. Et ideo ei dicitur: *Quæ autem paraſti, cujus erunt?* Luc. 12. 20. Quid quotidie metiris, & numeras, & obſignas? Quid aurum trutinas, argentum ponderas? Quanto melius eſt liberalem eſſe diſpenſatorem, quam ſollicitum cuſtodem? Quantùm tibi prodeſſet ad gratiam, multorum pupillorum patrem nominari, quam innumeras ſtateras in ſacculo obſignatas habere? Pecunia etenim hîc relinquitur: gratia autem operum bonorum nobiſcum ad judicem meriti defertur.

40. Sed fortaſſe dicas, quod vulgo ſoletis dicere: Non debemus ei donare, cui Deus ita maledixit, ut eum egere vellet. Sed non pauperes maledicti, cùm ſcriptum ſit: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. Matth. 5. 3. Non de paupere, ſed de divite Scriptura dicit: *Captans pretia frumenti, maledictus erit*. Prov. 11. 26. Deinde non requiras quid unuſquiſque mereatur. Miſericordia non de meritis judicare conſuevit, ſed neceſſitatibus ſubvenire; juvare pauperem, non examinare juſtitiam. Scriptum eſt enim: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*. Pſal. 40. 1. Quis eſt qui intelligit? Qui compatitur ei, qui advertit conſortem eſſe naturæ, qui cognoſcit quod & divitem & pauperem fecit Dominus, qui ſcit quod ſanctificet fructus ſuos, ſi de his delibet aliquam pauperibus portionem. Ergo cùm babeas unde benefacias, ne differas dicens: Cras dabo; ne largiendi amittas copiam. Perículoſa eſt de alterius ſalute dilatio. Poteſt fieri ut dum tu differs, ille moriatur. Magis ante mortem præcurre, ne forte avaritia te & cras impediat, & promiſſa fraudentur.

CAPUT IX.

Quomodo Iezabel quæ eſt avaritia, divitibus poſſeſſionem quam contra juſtitiam deſiderant, polliceatur.

41. SEd quid dicam, ne differas liberalitatem? Utinam non appropercs rapinam: utinam quod concupieris, non extorqueas: utinam alienum non petas, negatum prætermittas, excuſatum patienter feras, non audias illam Jezabel [b] quæ eſt avaritia, quodam profluvio vanitatis dicentem: *Ego tibi dabo poſſeſſionem quam deſideras*. 3. Reg. 21. 7. Tu triſtis es, quia vis menſuram conſiderare juſtitiæ; ut alienum non eripias: ego babeo mea jura, habeo meas leges; calumniabor ut ſpoliem: & ut poſſeſſio pauperis eripiatur, vita pulſabitur.

42. Quid enim aliud in illa hiſtoria, niſi divitum avaritia deſcribitur, quæ eſt vanum profluvium, quòd omnia fluvii modo rapiat, & nulli uſui profutura tranſducat? Hæc eſt Jezabel non una, ſed multiplex: non unius temporis, ſed temporum plurimorum: hæc omnibus dicit, ſicut illa dixit viro ſuo Achab: *Surge, manduca panem, & redi ad te: ego dabo tibi vineam Nabuthe Iezraelitæ*.

43. *Et ſcripſit librum nomine Achab, & ſignavit* Ibidem. 8. & ſeq. *annulo illius, & miſit librum ad ſeniores,* [c] *& ad liberos eos qui morabantur cum Nabuthe. Et erat ſcriptum*

a. Rom edit. *tempora vivendi longa promittis*. Vet. cum mſſ. aliquot ... *meditaris* Mſſ autem complures ... *metiris*. At omnium antiquiſſimi ... *metaris*. Quæ ſignificatione parum differunt.

b. Edit. vet. *quæ eſt avaritia quoddam profluvium* &c. Rom. *quæ eſt quoddam profluvium* &c. Melius mſſ omnes Gallici ut in textu.

c. Mſſ aliquot antiquiſſimi, *& ad liberos ejus qui morabantur* &c. Alii maximo numero cum edit. omnibus, *& ad liberos eos qui* &c. Illis ſuffragantur LXX. ubi legitur, ϗ πρὸς τοὺς ἐλευθέρους τοὺς κατοικοῦντας μετὰ Ναβουθαί. Vulg. *& optimates qui erant in civitate ejus* &c.

in libro: Jejunate jejunium, & conſtituite Nabuthe in principem populi, & conſtituite duos viros filios iniquitatis ex diverſo ejus; ut falſum teſtimonium perhibeant adverſus eum dicentes: Benedixit Deum & regem; & producite illum, & lapidate. A

CAPUT X.

Divites, cum aliena rapere non poſſunt, præ triſtitia cibum non capere: & inibi quid jejunium aut preces Deo acceptas reddat: deinde quàm contraria Deus præcipiat, & ipſi faciant. B

44. Quam evidenter expreſſa eſt divitum conſuetudo! Contriſtantur ſi aliena non rapiant: renuntiant cibo, jejunant, non ut peccatum minuant, ſed ut crimen admittant. Videas illos tunc convenientes ad Eccleſiam, officioſos, humiles, aſſiduos, ut effectum ſceleris impetrare mereantur. Sed dicit illis Deus: *Non hoc jejunium elegi, nec ſi flectas ut circulum collum tuum, cinerem etiam & cilicium ſubſternas, nec ſic vocabitis jejunium acceptum. Non tale jejunium elegi, dicit Dominus. Sed ſolve omnem colligationem injuſtitiæ, diſſolve obligationes violentarum commutationum, dimitte confractos in remiſſionem, & omnem conſcriptionem iniquam diſrumpe: frange panem tuum eſurienti, egenos non habentes tectum induc in domum tuam: ſi videris nudum, veſti; & domeſticos ſeminis tui non deſpicies. Tunc orietur tibi matutinum lumen tuum, & ſanitas tua matura orietur, & præcedet ante te juſtitia, & majeſtas Dei circumdabit te: tunc clamabis, & Deus exaudiet te, adhuc te loquente, dicet: Ecce adſum.* (Eſai 58. 5. & ſeq.) C D

45. Audis, dives, quid dominus Deus dicat? Et tu ad Eccleſiam venis, non ut aliquid largiaris pauperi, ſed ut auferas: jejunas, non ut convivii tui ſumtus proficiat egenis, ſed ut ſpolium de egentibus adipiſcaris. Quid tibi vis cum libro, & charta, * & ſignaculo, & conſcriptione, & vinculo juris? Non audiſti: *Solve omnem colligationem injuſtitiæ, diſſolve obligationes violentarum commutationum, dimitte confractos in remiſſionem; & omnem conſcriptionem iniquam diſrumpe.* Tu mihi tabulas offers, ego tibi recito Dei legem: tu atramento ſcribis, ego tibi Spiritu Dei inſcripta repeto oracula prophetarum: tu teſtimonia falſa componis, ego teſtimonium conſcientiæ tuæ poſco, quam judicem tui effugere & declinare non poteris, cujus teſtimonium non poteris recuſare in die qua revelabit Dominus occulta hominum. E
Tu dicis: *Deſtruam horrea mea*; & Dominus dicit: Sine magis quidquid intra horreum eſt, pauperibus deputari, ſine cellas iſtas egenis prodeſſe. Tu dicis: *Majora faciam, & illo congregabo omnia quæ nata ſunt mihi*; Dominus dicit: *Frange eſurienti panem tuum.* Tu dicis: Tollam pauperibus domum ſuam; Dominus autem dicit, *ut egenos non habentes tectum inducas in domum tuam.* Quomodo vis, dives, ut Deus te exaudiat, cùm tu F Deum non putes audiendum? Si non acquieſcatur arbitrio divitis, ſcena componitur: Dei æſtimatur injuria, ſi divitis petitio refutetur.

CAPUT XI.

Nabuthe à duobus falſis teſtibus accuſatus lapidatur; Achab inde primo triſtitiam ſimulat, mox in ejus invadit poſſeſſionem. Quam ſententiam in ipſum Deus pronuntiaverit; & præſertim cur meretrices in ejuſdem ſanguine dicantur ſeſe lavaturæ: ubi & de ſupplicio Iezabel.

46. Deum, inquit, *benedixit & regem*, æqualis videlicet perſona, ut ſit æqualis contumelia. *Benedixit*, inquit, *Deum & regem.* Ne divitem maledicti nomen offendat, & ſermonis ipſo lædatur ſono, benedictio pro maledicto vocatur. Quæruntur duo teſtes iniquitatis. Duobus teſtibus & Suſanna eſt appetita: duos teſtes & Synagoga invenit, qui adverſùm Chriſtum falſa jactarent: duobus teſtibus pauper occiditur. *Produxerunt igitur Nabuthe foras, & lapidaverunt eum.* Utinam vel in ſuis ei liceret mori! Pauperi ipſam dives invidet ſepulturam. (1 Reg 21. 10.) (Ibidem. 13.)

47. *Et factum eſt*, inquit, *cùm audiſſet Achab quia mortuus eſt Nabuthe, conſcidit veſtimenta ſua, & cooperuit ſe cilicio. Et factum eſt poſt hæc, & ſurrexit, & deſcendit Achab ad vineam Nabuthe Iezraelitæ, poſſidere eam.* Iraſcuntur divites & calumniantur, ut noceant, ſi non obtineant quod deſideraverint. Cùm autem calumniati nocuerint, dolere ſe ſimulant: triſtes tamen & tamquam mæſti, non corde, ſed vultu, in poſſeſſionis direptæ locum prodeunt, & impreſſionis ſuæ iniquitate potiuntur. (Ibidem. 16.)

48. Hoc divina movetur juſtitia, & avarum digna ſeveritate condemnat dicens: *Occidiſti, & poſſediſti hereditatem? Propter hoc in loco in quo linxerunt canes ſanguinem Nabuthe, in eo lingent canes ſanguinem tuum; & meretrices lavabuntur in ſanguine tuo.* Quàm juſta, quàm ſevera ſententia; ut quam intulit alteri mortis acerbitatem, eam ipſe mortis ſuæ horrore ª diſſolvere proderetur! Inhumatum pauperem Deus adſpicit, & ideo inſepultum divitem jacere decernit; & ut mortuus luat ſuæ iniquitatis ærumnam, qui nec mortuo putavit eſſe parcendum. Itaque vulneris ſui cruore perfuſum cadaver in ſpeciem funeris vitæ ſuæ prodidit crudelitatem. Hæc cùm pertulit pauper, dives arguebatur: cùm dives excepit, pauper vindicabatur. (Ibidem. 19.) (a)

49. Quid ſibi autem vult quod meretrices laverunt ſe in ſanguine ejus; niſi forte ut meretricia quædam in illa feritate fuiſſe regis perfidia proderetur, vel cruenta luxuries, qui ſic fuit luxurioſus, ut olus deſideraret; ſic cruentus, ut propter olus hominem occideret? Digna avarum, digna avaritiam pœna conſumit. Denique & Jezabel ipſam comederunt canes, & volucres cæli; ut oſtenderetur quod ſpiritalis nequitiæ fiat

*. *Signaculum* eſt nota ſigillo, ſeu ſignatorio annulo impreſſa. *Conſcriptio* interdum ſumitur pro inventario, ſed hic idem eſt ac ſyngrapha, ſive inſtrumentum inter fœneratorem ac debitorem confectum. Denique *vinculum juris* non videtur aliud hoc loco ſignificare quam leges de uſura ab imperatoribus promulgatas: propriè autem accipitur pro ipſa legum, ut cum ſcholaſticis loquamur, vi coactiva; vinculis enim juris teneri prorſus idem ſonat, atque obligari ad ſubeundam pœnam, quæ legum ſeveritate præſcribitur. Vide Cod. Theod. lib. 9. tit. 7. ad 1. leg. Jul. T. 3. pag. 55. & Gothofr. in eamdem legem.

a. Sic edit. omnes, ac mſſ. aliquot. Nonnulli autem alii, *diſſolvere juberetur*. At alii majori numero & antiquitate, *diſſolvere prohiberetur*, forte *perhiberetur*; niſi malis hunc eſſe totius loci ſenſum: ſcilicet tam apertam tamque manifeſtam fuiſſe pœnam regis Achab, ut ea prohiberet, ne diſſolvi aut eludi poſſet accuſatio interfecti innocentis. Etenim plerumque fit ut qui crimen aliquod impune tulerunt, ipſam impunitatem in argumentum innocentiæ convertant. Et huic interpretationi videtur favere, quod paucis interpoſitis ſubjungitur, *Itaque vulneris ſui cruore perfuſum cadaver in ſpeciem funeris vitæ ſuæ prodidit crudelitatem.*

præda divitis ſepultura. Fuge ergo, dives, hujuſmodi exitum. Sed fugies hujuſmodi exitum, ſi fugeris hujuſmodi flagitium. Noli eſſe Achab, ut poſſeſſionem finitimam concupiſcas. Non tibi cohabitet Jezabel illa feralis avaritia, quæ tibi cruenta perſuadeat: quæ cupiditates tuas non revocet, ſed impellat: quæ te faciat triſtiorem, etiam cùm deſiderata poſſederis: quæ te faciat nudum, cùm dives fueris.

CAPUT XII.

Avarum egenum ac profugum eſſe. Quam abjectus fuerit rex Achab coram Elia; & quomodo peccator ſemper deprehendatur? Ad extremum divites ad legitimam divitiarum uſum ſtimulantur.

50. PAuperiorem enim ſe judicat omnis abundans; quia ſibi deeſſe arbitratur quidquid ab aliis poſſidetur. Toto mundo eget, cujus non capit mundus cupiditates: ejus autem qui fidelis eſt, totus mundus divitiarum eſt. Toto mundo fugit, qui conſiderans conſcientiam ſuam, metuit deprehendi. Et ideo Achab ad Eliam ſecundum hiſtoriam ait, ſecundum ænigmata autem
Ibidem. 20. dives ad pauperem: *Invenisti me, inimicus meus.* Quam miſera conſcientia, quæ ſe proditam doluit!

Ibidem. 51. Et dixit Elias ad eum: *Inveni, quoniam feciſti malum in conſpectu Domini.* Rex erat ille, & rex Samariæ Achab: Elias pauper, & indigens panis, cui defuiſſet victus ſubſtantia, niſi corvi alimoniam miniſtraſſent. Adeo dejecta erat conſcientia peccatoris, ut nec regalis potentiæ faſtu adtolleretur. Itaque quaſi vilis & degener: *Inveniſti me*, inquit, *inimicus meus*: deprehendiſti in me quæ latere credebam: nulla mentis meæ occulta te fallunt: inveniſti me, patent tibi vulnera mea, captivitas præſto eſt. Invenitur peccator, cùm iniquitas ejus proditur, juſtus autem dicit:
Psal 16. 3. *Igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas.* Adam cùm lateret, inventus eſt: Moyſi autem nequaquam inventa eſt ſepultura: inventus eſt Achab, non eſt inventus Elias; & ſapien-
Prov. 1. 28. tia Dei dixit: *Quærent me mali, & non invenient.*
Iohan. 8. 21. Unde & in Evangelio dominus noſter Jeſus quærebatur, & non inveniebatur. Culpa igitur auctorem ſuum prodit. Unde & Theſbytes ait: *Inveni, quoniam feciſti malum in conſpectu Domini*; quia culpæ reos tradit Dominus, innocentes autem non tradit in poteſtatem inimicorum ſuorum. Denique Saul quærebat ſanctum David, & invenire non poterat: David vero ſanctus regem Saul quem non quærebat, invenit; quoniam tradidit eum Dominus in poteſtatem ipſius. Captiva igitur eſt opulentia, paupertas libera.

52. Servitis, divites, ac miſeram quidem ſervitutem, qui ſervitis errori, ſervitis cupiditati, ſervitis avaritiæ, quæ expleri non poteſt. Gurges quidam inſatiabilis, rapidior eſt, cùm illata demergit: & putei modo cùm exundat, cœno inquinatur, terram adradit nihil ſibi profuturam.

A Vel hoc exemplo vos admoneri convenit. Puteus enim ſi nihil haurias, inerti otio & degeneri ſitu facile corrumpitur: exercitus autem niteſcit ad ſpeciem, dulceſcit ad potum: ita & acervus divitiarum, cumulo arenoſus, ſpecioſus eſt uſu, otio autem inutilis habetur. Derivato igitur aliquid de hoc puteo. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis: aqua autem ſtativa cito vermes facit. Non ſtet theſaurus tuus, nec ſtet ignis tuus: ſtabit in te, niſi eum operibus
B tuæ miſerationis averteris. In quantis ſis dives incendiis, conſidera. Tua vox eſt iſta dicentis: *Pater* Luc. 16. 24.
Abraham, dic Lazaro, ut extremum digiti ſui intingat in aqua, & refrigeret linguam meam.

53. Tibi igitur proficit quidquid inopi contuleris:[a] tibi creſcit quidquid minueris: te illo quem pauperi dederis cibo paſcis; quoniam qui miſeretur pauperis ipſe paſcitur, & fructus jam in his eſt. Miſericordia ſeminatur in terra, in cælo germinat: plantatur in paupere, apud Deum pullulat.
C *Ne dixeris*, inquit Deus, *cras dabo*. Qui non patitur Prov. 3. 28.
te dicere, *Cras dabo*, quomodo patitur dicere: Non dabo? Non de tuo largiris pauperi, ſed de ſuo reddis. Quod enim commune eſt in omnium uſum datum, tu ſolus uſurpas. Omnium eſt terra, non divitum: ſed pauciores qui non utuntur ſuo, quam qui utuntur. Debitum igitur reddis, non largiris indebitum. Ideoque tibi dicit Scri-
ptura: *Declina pauperi animam tuam, & redde de-* Eccli. 4. 8.
bitum tuum, & reſponde pacifica in manſuetudine.

D

CAPUT XIII.

Divites in proſapia inſulſe gloriari, cùm ipſi non raro dedecori ſint majoribus: aurum offenſionis lignum eſſe. Quanta inſit divitibus adverſus pauperes inhumanitas; & qualis divitem commendatio deceat?

54. QUid enim ſuperbias dives? Quid dicas pauperi: Noli me tangere?[b] Nonne ſicut ego conceptus & natus ex utero es, quemad-
E modum & pauper eſt natus? Quid te jactas de nobilitatis proſapia? Soletis & canum veſtrorum origines ſicut divitum recenſere: ſoletis & equorum veſtrorum nobilitatem ſicut conſulum prædicare. Ille ex illo patre generatus eſt, & illa matre editus: ille avo illo gaudet: ille ſe proavis adtollit. Sed nihil iſtud currentem juvat; non datur nobilitati palma, ſed curſui. DEFORMIOR eſt victus, in quo & nobilitas generis periclitatur. Cave igitur, dives, ne in te erubeſcant tuorum
F merita majorum, ne forte & illis dicatur: Cur talem inſtituiſtis, cur talem elegiſtis heredem? Non in auratis laquearibus, nec in porphyreticis orbibus heredis eſt meritum. Laus iſta non hominum, ſed metallorum eſt, in quibus[c] homines puniuntur. Per egentes aurum quæritur, & egentibus denegatur. Laborant ut quærant, laborant ut inveniant, quod habere non norunt.

55. Miror tamen cur eo vos, divites, jactandos putetis, cùm aurum materia magis offenſionis, quàm commendationis gratia ſit. Lignum enim

a. Ita mſſ. paucis exceptis, in quibus ultimam ſententiæ partem ita legas, *& fructus hominis eſt. Miſericordia* &c. Edit. vero locum exhibent in hæc verba: *Tibi creſcit quidquid in pauperes erogaveris. Scriptum eſt: Qui miſeretur pauperis fœnerat Deo. Ipſe cibo in paupere paſcitur.* Rom. *Te illo quem pauperi dederis, cibo paſcis, & fructus jam in hoc eſt miſericordia. Seminatur* &c.

b. Vet. edit. & plures mſſ. *Nonne ſic utero conceptus* &c. Rom. *Nonne ſic conceptus* &c. Sed quinque probatiſſimi, *Nonne ſicut ego* &c.

c. Rom. edit. *homines depinguntur*. Aliæ ac mſſ. omnes, *homines puniuntur*. Quod verbum ad illa ſpectare credimus, *Per egentes aurum quæritur* &c.

offenſionis eſt & aurum; & væ iis qui ſectantur A illud! Denique benedicitur dives *qui inventus eſt* (Eccli. 31. 8.) *ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecuniæ theſauris.* Sed quaſi is cognitus eſſe non poſſit, cum ſibi deſiderat demonſtrari: *Quis eſt hic,* inquit, *& laudabimus eum;* fecit enim quod mirari magis quaſi novum, quam quaſi uſitatum recognoſcere debeamus? Itaque qui in divitiis potuerit comprobari, is vere perfectus & dignus eſt gloria. (Ibidem. 10.) *Qui potuit,* inquit, *transgredi, & non eſt transgreſſus, & facere mala, & non fecit.* Aurum B ergo vobis, in quo tanta illecebra erroris eſt, non tam ſua gratia, quàm hominum pœna commendat.

56. An vos ampla extolluntatria; quæ magis debent compungere, quia cùm populos capiant, vocem excludunt pauperis? Quamquam nihil proſit audiri eam, quæ etiam audita nihil proficit. Deinde non ipſa vos pudoris aula admonet, qui ædificando veſtras vultis ſuperare divitias, nec tamen vincitis. Parietes veſtitis, nudatis ho- C mines. Clamat ante domum tuam nudus, & negligis: clamat homo nudus, & tu ſollicitus es quibus marmoribus pavimenta tua veſtias. Pecuniam pauper quærit, & non habet: panem poſtulat homo, & equus tuus aurum ſub dentibus mandit. Sed delectant te ornamenta pretioſa, cùm alii frumenta non habeant. Quantum, ô dives, ſumis tibi judicium? Populus eſurit, & tu horrea tua claudis: populus deplorat, & tu geminam tuam verſas. Infelix, cujus in poteſtate eſt tanto- D rum animas à morte defendere, & non eſt voluntas. [a] Totius vitam populi poterat annuli tui gemma ſervare.

57. Audi plane qualis divitem deceat prædicatio: *Liberavi,* inquit, *pauperem de manu potentis & orphanum cui non erat adjutor, adjuvi. Benedictio perituri ſuper me venit: os autem viduæ me benedixit. Iuſtitiam induebar, oculus eram cæcorum, pes autem claudorum; & ego eram pater* [b] *infirmorum.* (Iob. 29. 12. & ſeq.) Et infra: *Ante fores meas non habitavit hoſpes,* E *oſtium autem meum omni venienti patuit. Si autem & peccavi imprudens, non celavi culpam meam, neque veritus ſum multitudinem plebis; ut non annuntiarem præſentibus eis: ſi paſſus ſum infirmum exire oſtium meum vacuum: ſi cautionem quoque ſi quam habui debitoris, ſciſſam ſine debiti recuperatione reddidi ſine mora.* (Ibid. 31. 32. & ſeq.) Nam quid illa replicem, quod in omni infirmo flevisse ſe dixit, & ingemuiſſe, cùm videret virum in neceſſitate, ſe autem in bonis? Sed tunc ſibi magis fuiſſe dies malorum, cùm F ſe habere cerneret, & alios indigere. Si hoc ille dicit, qui numquam viduæ oculum fecit tabeſcere, qui numquam panem ſuum ſolus manducavit, & non orphano tradidit, quem à juventute ſua nutrivit, aluit, inſtituit parentis affectu: qui numquam nudum deſpexit, qui morientem operuit, qui velleribus ovium ſuarum infirmorum calefecit humeros, non oppreſſit pupillum, numquam divitiis delectatus eſt, numquam gratulatus eſt lapſu inimicorum ſuorum; ſi qui fecit hæc, de ſummis cœpit egere divitiis, ſi nihil ex patrimonio tanto, niſi ſolum fructum miſericordiæ reportavit: quid de te futurum eſt, qui tuo neſcis uti patrimonio, qui in ſummis divitiis dies ſuſtines mendicitatis; quia nulli largiris, nulli ſubvenis?

CAPUT XIV.

Quo divites ad emendam auro libertatem ac ſalutem inducat, varias rationes proponit: quæ vera divitiæ ſint, docet; nec non quibus Deus innoteſcat, & ubi locus ejus in pace fiat, aperit.

58. CUſtos ergo es tuarum, non dominus facultatum, qui aurum terræ infodis, miniſter utique ejus, non arbiter. Sed ubi theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Ergo in illo auro cor tuum infodiſti terræ. Vende potius aurum, & eme ſalutem: vende lapidem, & eme regnum Dei: vende agrum, & redime tibi vitam æternam. Vera allego, quia verbo adſtruo veritatis. *Si vis perfectus eſſe,* inquit, *omnia quæcumque habes vende; & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo.* (Matth. 19. 21.) Et noli contriſtari, cùm hæc audis; ne dicatur & tibi, ſicut & illi adoleſcenti diviti dictum eſt: *Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt:* (Ibidem. 23.) magis cùm hæc legis, conſidera quia iſta tibi poteſt mors eripere, poteſtas ſuperioris tollere. Denique quia [c] peteris parva pro magnis, caduca pro æternis, theſauros pecuniæ pro theſauris gratiæ. Iſti corrumpuntur, illi permanent.

59. Conſidera quia hos non ſolus poſſides, poſſidet tecum tinea, poſſidet ærugo, quæ conſumit pecuniam. Has tibi conſortes avaritia dedit. Vide autem quos tibi det gratia debitores: *Splendidum in panibus benedicent labia juſtorum, & teſtimonium bonitatis illius fiet.* (Eccli. 31. 28.) Facit tibi debitorem Patrem Deum, qui pro munere quo pauper adjutus eſt, fœnus exſolvit, quaſi boni debitor creditoris. Facit tibi debitorem Filium Dei, qui ait: *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare: ſitivi, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me.* (Matth. 25. 35 & 36.) Quod enim unicuique minimorum collatum fuerit, ſibi dicit eſſe collatum.

60. Neſcis, ô homo, ſtruere divitias. Si vis dives eſſe, eſto pauper ſæculo, ut ſis dives Deo. Dives fidei, dives eſt Deo: dives miſericordiæ, dives eſt Deo: dives ſimplicitatis, dives eſt Deo: dives ſapientiæ, dives ſcientiæ, divites Deo. Sunt qui in paupertate abundent, & qui in divitiis egeant. Abundant pauperes, quorum profunda paupertas abundavit in divitiis ſimplicitatis ſuæ; divites autem eguerunt & eſurierunt. Neque enim otioſe ſcriptum eſt: *Divitum pauperes præpoſiti erunt, & proprii ſervi dominis fænerabunt;* (Prov. 17. 2.) quia divites & domini ſupervacua & mala ſeminant, ex quibus non fructum colligant, ſed ſpinas metant. Et ideo pauperibus divites erunt ſubditi, &

a Mſſ. Thuan. alter & Pont. *Totius vitæ populi poterat animi tui gemmam ſervare.*

b. Hic mſſ. cod. ab edit. in quibuſdam differunt, quorum præcipua viſum eſt una ſerie annotare. Primo edit. *pater orphanorum.* Mſſ. fere ad unum: *pater infirmorum.* LXX. πατὴρ ἀδυνάτων. Secundo edit. *non celavi culpam.* Mſſ. Thuan. unus, & alii aliquot boni ævi, *nonne celavi culpam.* Tamen LXX. legunt, Εἰ δὲ . . . ἐκρύβη τὸ ἁμάρτημά μου. Poſtremo edit. *cautionem quoque, ſi quam debitoris . . . reddidi ſine mora.* Mſſ. ſeptem melioris notæ: *Si cautionem quoque quam habui debitoris (quidam) debitori . . . reddidiſſe memoravi.* Alii vero & edit. magis ad LXX. accedunt apud quos legimus, συγγραφὴν δὲ . . . ἣν εἶχον κατά τινος, εἰ καὶ μὴ ῥήξας αὐτὴν ἀπέδωκα, μηδὲν λαβὼν παρὰ χρεωφειλέτου.

c. Edit. ac nonnulli mſſ. *peteris parva pro magnis . . . . theſauris gratia vendere.* Alii aliquot, *Quid appetis parva pro magnis . . . . theſauris gratia. Iſti* &c. Denique plures & potiores, ut in textu,

ſervi dominis ſpiritalia fœnerabuot; quemad- A modum dives rogabat, ut ſibi ſtillam aquæ pauper Lazarus fœneraret. Potes & tu, dives, iſtam implere ſententiam: elargire pauperi & Domino fœneraſti; qui enim largitur pauperi, Domino fœnerat.

Pſal. 75. 2. & 2. 61. Pulcre autem ſanctus David in pſalmo LXXV. hymnum Deo concinens ad Aſſyrium ſcriptum, hoc eſt, [a] adverſus nequitiæ ſpiritalis Aſſyrium, inanem ac vanum priocipem iſtius mundi, ita cœpit: *Notus in Iudæa Deus*; hoc eſt, non in B divitibus, non in nobilibus, & in potentibus: ſed io anima confitente notus eſt Deus. *Et in Iſrael magnum*, inquit, *nomen ejus*: non in principibus & conſulibus, ſed in eo qui Deum videt; ipſe eſt enim Iſrael, io quo profunda fides ad cognitionem Dei potuit pervenire.

Ibidem. 3. 62. *Et factus eſt*, inquit, *in pace locus ejus*: ubi quietus affectus nullis diverſarum cupiditatum exagitatur fluctibus, nullis avaritiæ turbatur procellis, nullis quærendarum divitiarum igneſcit in- C cendiis. Ipſe eſt qui ſpeculatur æterna, & habitat in Sion, confringens omnia ſpiritalium inſtrumenta bellorum, conterens arcus quibus diabolus ignita dirigens jacula, graves pectoribus hominum ſolet inurere paſſiones. Sed illa jacula juſto nocere non poſſunt, cui Deus lux eſt, tantumque abeſt à caligantium horrore tenebrarum, ut adverſarius io eo locum habere non poſſit, qui etiam principibus ſe conſuevit infundere; ſicut infudit Judæ proditori, concidens tamquam D io ſilva lignorum fidei januas; ut in cor ejus haberet iogreſſum, & æterni nominis tabernaculum [b] poſſideret, apoſtolatus collati munere dedicatum. Ergo ille quaſi improbus uſurpator concidit januas, ut violentus introeat: Dominus autem quaſi pius illuſtrat ſervulos, & eorum fulgentibus meritis, & claritate virtutum tenebras mundi hujus illuminat. Hanc pacifici atque manſueti habent apud Deum gratiam, ſobria mentis ſuæ tranquillitate fundati: inſipientes autem cor- E de turbantur, & ipſi ſibi ſunt propriæ exagitationis auctores; quia deſideriorum ſuorum æſtu volvuntur, & quodam ſalo fluctuaot.

CAPUT XV.

Qui divitiis uti non noverint, eos illarum ſervos eſſe, ac dormire ſomnum ſuum. Quomodo anima currus dicatur & caro equus vigore mentis agitandus: ubi quid inter agitatorem, equitem atque adſcenſorem ſit diſcriminis, expenditur.

63. Qui autem ſint iſti, Propheta ſignificavit expreſſe dicendo: *Omnes viri divitiarum*; Ibidem. 6. omnes dixit, nullum excepit. Et hoc viros divitiarum appellavit, non divitias virorum; ut oſtenderet eos non poſſeſſores divitiarum eſſe, ſed à ſuis divitiis poſſideri. Poſſeſſio enim poſſeſſoris debet eſſe, non poſſeſſor poſſeſſionis. Quicumque igitur patrimonio ſuo tamquam poſſeſſione non utitur, qui largiri pauperi & diſpenſare noo novit, is ſuarum ſervulus eſt, noo dominus facultatum, qui alienas cuſtodit ut famulus, noo tamquam dominus ut ſuis utitur. In hujuſmodi ergo affectu dicimus quod vir divitiarum ſit, non divitiæ viri. Intellectus enim bonus utentibus eo: qui autem non intelligit, is utique intellectus ſibi gratiam noo poteſt vindicare; & ideo ſomno temulentiæ conſopitus obdormit. Hujuſmodi igitur viri ſomnum ſuum dormiunt, hoc eſt, ſuum ſomnum, non Chriſti dormiunt. Et qui ſomnum Chriſti non dormiuot, non habent Chriſti quietem, non ſurgunt Chriſti reſurrectione; qui ait: *Ego dormivi, & quievi, & ſurrexi; quoniam Dominus ſuſcipiet me.* Pſal. 3. 6.

64. In hoc quique ſæculo dormitaot, digni habiti increpatione cæleſti, qui adſcenderunt equos, quos refrænare non poterant. Legimus alibi dicente Eccleſia ſive anima: *Poſuit me currus Aminadab.* Cant. 6. 11. Si ergo anima currus eſt, vide ne equus caro ſit: agitator autem vigor mentis, qui regit carnem, & motus ejus velut quoſdam equos prudentiæ habenis coercet. Dormitaverunt ergo qui adſcenderunt corporis voluptates, nullo eas moderamine gubernantes. Unde & adſcenſores eos quam equites vel agitatores maluit nuncupare. Agitator etenim cum diſciplina & arte pro ſuo equos arbitrio agitat, ut vel currentes incitet, vel reflectat indomitos, vel revocet fatigatos, vel manſuetos pro ſua voluntate convertat. Unde cùm reciperetur Elias, & curru quaſi ad cælum ferretur, clamavit ad eum Eliſæus: *Pater, pater, agitator Iſrael, & eques ipſius*, hoc eſt, qui populum Domini bono ductu regebas, conſtantiæ merito hos accepiſti currus, hos equos ad divina currentes, quia moderatorem te humanarum mentium Dominus comprobavit; & ideo tamquam bonus auriga, certaminis victor æterno præmio coronaris. 4. Reg. 2. 11. In Habacuc quoque propheta lectum eſt, ad ipſum Dominum dictum: *Adſcendes ſuper equos tuos, & equitatus tuus ſalus*: Habac. 3. 8. Agitavit enim E apoſtolos ſuos, quos per diverſa direxit, ut toto orbe Evangelium prædicarent. *Adſcendes*, ait, quaſi rectori equorum, noo quaſi adſcenſori. Adſcendit enim etiam eques, ſed ut regat, non ut tantummodo ſedeat: eo quod deſidioſus, & piger ſomnolentæ perferre noo poſſit mentis inceſſum.

65. De equite autem lectum eſt: *Et eques cadet retrorſum, exſpectans ſalutem Domini.* Gen. 49. 17. Quia nemo ſine lapſu eſt, etiam ſi quis eques ceciderit, & ter- F renis aliquibus vitiis fuerit inflexus; ſi tamen non abjiciat ſpem reſurgendi, fretus miſeratione divina, pervenit ad ſalutem. De adſcenſore verò manifeſtum eſt indicium, quod reprehenſibilis habeatur, quando Moyſes ipſe ait io cantico Exodi: *Equum & adſcenſorem projecit in mare.* Exod. 15. 21. Et in Zacharia locutus eſt Dominus dicens: *Percutiam omnem equum in amentia, & adſcenſorem ejus in inſipientia* Zach. 12. 4. Non dixit ſolum equum, ſed & adſcenſorem, quomodo & in Exodo habes: *Equum & adſcenſorem.* Ubi eſt enim adſcenſor, qui noo poteſt

a. Edit. vet. *adverſus nequitias ſpiritales, Aſſyrium inanem ac vacuum principem iſtius mundi, ita cœpit Notus in Judæa Deus, in Iſrael magnum nomen ejus hoc eſt, non in divitibus, non in nobilibus, vel in potentibus, ſed in anima confitente Deo. non in principibus* &c. Rom. autem, *adverſus nequitias ſpiritales (Aſſyrius enim inanem ac vacuum principem iſtius mundi ſonat) ita cœpit . . . non in nobilibus, ſed in pœnitentibus, & in anima* &c. Miſſ. noſtram in lectionem conſpirant paucis exceptis, in quibus non obſcure aliquid corruptionis hoc loco deprehenditur.

b. Sic miſſ. magno numero, niſi quod pro *dedicatum*, plures habent *dedicat*: alii nonnulli, *dicatur*: denique unus aut alter, *poſſideret apoſtolatus collati munere. Ergo princeps hujus mundi quaſi* &c. In edit. autem omnibus ita legas, *poſſideret. Ergo princeps hujus mundi* &c.

equum proprium gubernare, equus quoque fer- A
tur in præceps, ſi indomito furore in prærupta
& periculoſa rapiatur. Quid igitur vobis in equis
Pſal. 32. 17. confiditis, divites? Mendax equus ad ſalutem.
Pſal. 19. 8. Quid in curribus vobis plauditis? *Hi in curribus,
& hi in equis, nos autem in nomine Domini magnificabimur.
Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos autem ſurreximus & erecti ſumus.*
Nolite amare adhinnientes: nolite, divites, fremitu libidinis excitari.
Terribilis eſt Dominus, & cui nemo poſ-
Pſal. 75. 9. ſit potens & dives reſiſtere: *judicium cæleſte jacu-* B
latur.

CAPUT XVI.

Divites, ut quieſcant à flagitiis, ac Domino confiteantur, impellit. Quomodo ipſis dicatur orate & reddite; *quidve orationem ac dona Deo commendet? Denique memorata verba etiam pauperibus accommodantur, & quis à Deo recedat, oſtenditur.*

66. Bonum eſt ut jam quieſcatis, & à flagi- C
tiis feriantes revereamini Domini po-
Gen. 4. 7. teſtatem. Ideo dictum eſt parricidæ Cain. *Peccaſti,
quieſce*, ut nudum peccato ſuo poneret. Cogitationes
veſtræ confiteantur Domino. Non dica-
1. Cor. 4. 4. tis: Non peccavimus. Dixit Paulus: *Etſi nihil mihi
conſcius ſum*, addidit tamen: *Sed non in hoc juſtificatus ſum.*
Et vos etiamſi nihil eſtis conſcii, confitemini tamen Domino,
ne quid ſit quod vos
Pſal. 75. 11. prætereat. Etenim qui confitetur Dominum, &
reliquias cogitationis adhibuerit ad confeſſio- D
nem, diem feſtum mentis celebrabit arcano, &
epulabitur non in fermento malitiæ & nequitiæ;
ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.

67. Itaque in concluſione converſus ad vos Pro-
Ibidem. 12. pheta dicit: *Orate, & reddite domino Deo veſtro*, id
eſt: Nolite diſſimulare, divites, dies inſtat, orate pro peccatis
veſtris, reddite pro beneficiis quæ habetis munera.
Ab ipſo accepiſtis quod offera-
1. Paral. 29. 14. tis: ipſius eſt quod ei ſolvitis. Dona, inquit, mea,
& data mea, hoc eſt, quæ offertis mihi dona, da- E
ta ſunt mea: ego ea dedi vobis atque donavi.
Pſal. 15. 2. Denique Propheta ait: *Bonorum meorum non indiges*,
ideo tua tibi offero, quoniam nihil habeo quod non dediſti.
Fides eſt quæ dona conciliat, humilitas eſt quæ oblata commendat.
Fide Abel plurimam hoſtiam obtulit Deo: ſuper Cain fratris munera
placuit munus Abel, quia fide vicit. Nam unde pauperis hoſtia magis,
quàm divitis placet? Quia pauper fide ditior eſt, ſobrietate lo-
cupletior; & cùm ſit pauper, ex illis eſt de qui- F
Pſ. 67. 30. bus dicitur: *Tibi offerent reges munera.* Non enim
purpuratis offerentibus, ſed motus proprios regentibus dominus Jeſus
delectatur, qui corporali laſciviæ mentis dominentur imperio.
Orate ergo, divites: Non habetis in operibus quod placeat.
Orate pro peccatis veſtris atque flagitiis, & reddite domino Deo veſtro munera.
[a] Reddite in paupere, in egeno ſolvite, in illo inope fœnerate,
quem placare propter veſtra flagitia aliter non poteſtis.
Quem ultorem timetis, facite
debitorem. *Non accipiam*, inquit, *de domo tua vi-* Pſal. 49.
tulos, neque de gregibus tuis hircos; quoniam meæ ſunt 9. & 10.
omnes feræ ſilvarum. Quidquid obtuleritis, inquit, meum eſt,
quia totus orbis meus eſt. Non exigo quæ mea ſunt:
eſt quod de veſtro mihi poſſitis offerre, [b] ſtudium devotionis & fidei.
Non ſacrificiorum ambitione delector: tantummodo, ô
homo, *immola Deo ſacrificium laudis, & redde Al-* Ibidem. 14
tiſſimo vota tua.

68. Aut certe, ſi placet, ſic accipiamus. Quoniam dixit
obdormiſſe ſomnum ſuum divites, increpationes præmiſit Domini in eos,
terrorem ſubtexuit, potentiam prædicavit, cui nec divites reſiſtant;
converſus ad univerſos ait: Divites dormitent, divites increpentur: vos *orate, &*
reddite domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu ejus Pſ. 75. 12.
adfertis munera, id eſt, gratias agite, pauperes,
quia non eſt perſonarum acceptor Deus. Illi divitias ſtruant,
condant pecuniam, auri aggerent & argenti theſauros: vos orate,
qui aliud non habetis: vos orate, quia hoc ſolum habetis,
quod eſt auro pretioſius & argento. Vos reddite munera qui à Domino
non receditis, qui eſtis in circuitu; quoniam qui eratis longe,
facti eſtis prope. Qui autem prope ſibi videntur eſſe per divitias ac
potentiam, longe facti ſunt propter avaritiam.
Nemo enim foris eſt, niſi quem culpa excluſerit, ut ejecit Adam de paradiſo,
& excluſit Evam. Nemo longe, niſi quem flagitia propria relegaverint.

69. Ergo vos prope poſiti orate & reddite mu-
nera *terribili, & ei qui aufert principum ſpiritum,* Ibidem 13.
terribili apud reges terræ, eo quod nullo redimatur divitis præmio,
nullo inflectatur potentium ſupercilio, qui culpæ pretia diſcriminat,
qui quo plus alicui contulerit, eo plus exigit ab eo. Saul privato
contulit regnum, ſed quia mandatum non cuſtodivit, & regnum amiſit & ſpiritum.
[c] Multos reges gentium propter perfidiam fecit
è populo patrum eſſe captivos. Et ut jam de pro- 3. Reg. 19.
puſita loquamur hiſtoria, qui Achab regem cæleſtibus ingratum beneficiis
ita juſſit occidi, ut à canibus ejus vulnera lamberentur.
Etenim quia pauperis vineam concupierat, nequaquam tantis opibus
expletus imperii, infra omnem inopiam redactus eſt à Domino.
Non qui vulnera ejus lavaret, inventus eſt, non qui corpus operiret.
Defecit circa eum hominum humanitas, canum ſucceſſit aſperitas.
Dignos plane ſui miniſtros funeris avarus invenit.

a Vet. edit. & mſſ. longe plurimi: *Reddite in pauperes, in egenos ſolvite, in inopes fœnerate, quæ placare poſſint Deum* (mſſ. aliquot, *in illos inopes fœnerate, qui placere poſſint Deo*) *propter flagitia veſtra, aliter enim non poteſtis. Ergo quem .... facite vobis eum debitorem.* Rom. edit. cum noſtra uſque ad vocem, *fœnerate*, conſentit; cetera cum vet. Noſtram vero mſſ. octo melioris ævi conſtituunt. Eam porro aliis facile prætuleris, ſi animadvertas relativum *quem* referri ad Deum, qui in ſingulis inciſis ſubintelligitur hoc pacto: *Reddite in paupere*, ſupple *Deo munera*; & ſic de ceteris. Sed licet etiam ſimplicius per voces *in paupere, in egeno*, Chriſtum deſignatum intelligere.

b Ita mſſ. aliquot antiquiſſimæ manus. Et hoc certe cum ſuperioribus magis concinit. Nec tamen aſpernanda aliorum mſſ. atque edit. lectio quæ eſt hujuſmodi: *Studio devotionis & fidei, non ſacrificiorum ambitione delector. Tantummodo* &c.

c. Mſſ. nonnulli, atque omnes edit. *Multos reges gentium propter perfidiam fecit populo* (mſſ. duo, *populi*) *patrum eſſe captivos.* Alii mſſ. plures ac probatiores ... *fecit è populo patrum eſſe captivos.* Verum aut hic à librariis facta tranſpoſitio, aut à Sancto ipſo hyperbaſis, videtur enim locus ordinandus hoc modo: *Multos reges è populo patrum* (nempe Iſraelitarum) *propter perfidiam fecit gentium eſſe captivos.* Et ſane hunc eſſe Ambroſii ſenſum ſatis docet ipſa orationis ſeries; cùm videatur exigere, ut non ex regibus gentilibus qui omnes ex æquo Deum ignorabant, priſca exempla ſubjicerentur: ſed potius ex regibus iis qui cùm Deum in Scripturis cognoſcere poſſent, in perfidiam delapſi graviſſimas captivitatis pœnas exſolverunt. Vide 4 Reg. cap. 17. 23. 24 & 25.

CAPUT XVII.

Cur Achab, cui Deus ob pœnitentiam ejus promiſerat veniam, tamen victus atque occiſus fuerit: hujus rei duplex ratio: unde concluditur, etiam indignis promiſſa ſua Deum ſervare.

70. HOc loco oritur illud quæſtionis, quomodo legimus dixiſſe Dominum ad (1 Reg 20. 27.) Eliam: *Vidiſti quemadmodum commotus eſt Achab à facie mea? Non inducam in diebus ejus mala, ſed in diebus filii ejus inducam mala.* Aut quomodo dicimus quia valet apud Domioum pœnitentia? (Ibidem. 27.) Ecce rex commotus eſt ante faciem Domini, *& ibat plorans, & conſcidit veſtimenta ſua, & operuit ſe cilicio, & erat indutus ſacco ex illo die quo interfecit Nabuthe Iezraelitam*; ita ut Deum miſericordia commoveret, & mutaret ſententiam. Ergo aut pœnitentia non valuit, nec inflexit Dominum (Ibidem. 22. 35.) miſericordem, aut oraculum falſum eſt. Nam Achab & victus eſt & occiſus.

(Ibidem. 20. 25.) 71. Sed conſidera quia Jezabel habebat uxorem, cujus inflammabatur arbitrio, quæ convertit cor ejus, & nimiis ſacrilegiis exſecrabilem fecit; & huoc ergo ejus pœnitentiæ revocavit affectum. Domious autem non poteſt mutabilis æſtimari, ſed confeſſionis immemori non putavit eſſe ſervandum, quod promiſerat confitenti.

72. Accipe aliud verius: & indigno ſervavit Dominus tenorem ſententiæ ſuæ, ſed beneficia circa ſe divina ipſe non tenuit. [a] (Ibidem. 22. 20. & ſeq.) Intulerat bellum rex Syriæ: victus eſt, & ſervatus ad veniam: captivus quoque libertate donatus, & remiſſus ad regoum eſt. Quod fuit divinæ ſenteotiæ, noo ſolum evaſit Achab, ſed etiam triumphavit: quod ipſius ignaviæ, hoſtem ſibi à quo vinceretur, atinavit. Et certe fuerat monitus à propheta dicente: *Cognoſce & vide quid facias.* Monitus, in- (Ibidem. 22.) quam, erat, eo quod Syriæ regis pueris deberetur cæleſtis gratiæ auxilium, quoniam dixiſſet: *Deus montium, Deus Iſrael, & non Deus Baal: propter hoc*, inquit, *obtinuerunt pro nobis. Et ideo*, in- (Ibidem 23.) quit, *ſi non plene obtinuerimus eos, in locum Syriæ regis ſatrapas conſtitue*; ut virtutem illis & potentiam regis auferret. Denique primo congreſſu vicit, ut fugaret hoſtem: ſecundo vicit, quando captum imperio ſuo reddidit. Qua cauſa vincendi ejus evidens reſultavit oraculum, dicente uno ex filiis prophetarum ad proximum ſuum: *Occide* (Ibidem. 35. & ſeq.) *me. Et noluit homo occidere eum. Et dixit: Eo quod non obediſti verbo Domini, ecce tu recedis à me, & interficiet te leo. Et receſſit ab eo, & invenit eum leo, & interfecit eum.* Et poſt hoc alius propheta adſtitit ante regem Iſrael, & dixit ad eum: *Hæc dicit Dominus, quoniam dimiſiſti tu virum exterminationis de manu tua, ecce anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.*

73. Liquet igitur his oraculis quod Domious etiam circa indignos promiſſa ſua ſervet; ſed impios aut ſtultitia ſua opprimi, aut alia prævaricatione damnari, etiamſi primæ prævaricationis laqueos evaſerint. [b] Sed oportet nos taliter agere, ut digni bono opere, omnipotentis Dei promiſſa accipere mereamur.

a Rom. edit. *Intulerat ei bellum rex Syriæ, qui & ab eo victus eſt ... Nam primo congreſſu Achab vicit, & fugavit hoſtem: ſecundo vicit, & captum imperio ſuo reddidit. Quod Achab non ſolum evaſerit, ſed triumphaverit, divinæ fuit ſententiæ dicente propheta.* Ecce ego trado omnem hanc turbam in manus tuas. *Quod autem poſtea vinceretur, ſua fuit culpæ, dicente uno &c.* At edit. omnes ant. & mſſ. nobiſcum faciunt, præterquam in paucis, verbi gratia edit. *contra regis Syriæ pueros*. mſſ. legunt, *regis Syriæ pueris*, & alia quædam levioris momenti. Sed adverte obiter quam diverſe à Bibliis ac verſionibus noſtris hanc hiſtoriam exhibuerit ille codex, quo noſter uſus eſt Ambroſius.

b. *Laqueos evaſerint.* His verbis clauditur tractatus in edit. ant. Rom. & mſſ. quibuſdam. Quæ vero ſequuntur, addita ſunt in ultimis edit. Pariſinis; & revera in mſſ. pluribus reperiuntur, è quibus Remig. ita deſinit: *Ipſo præſtante, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.*

IN LIBRUM DE TOBIA ADMONITIO.

VINDICATUR INPRIMIS HIC LIBER DIVO AMBROSIO; cujus doctrioa de uſuris, ac de ſacro Tobiæ libro defenditur.

(a. Cap. 1. num 1.) (b. Cap 23. num. 87.) (c. Cap 1. 2.) (d Cap 2. num 6.) (e. Cap. 2. & ſeq.) (f. Cap. 2. 14 15. & ſeq.) (g Cap. 4.) (h. Cap. 3. & 4.) (i. Cap. 4. & 5.) (k. Cap. 6 & 7.) (l Cap. 8.) (m Cap 20.) (n. Cap. 12.) (o Cap 12. & 13.) (p. Cap 14.) (q. Cap. 18. & ſeq) (r. Cap 23.)

EXtra controverſiam eſt hanc lucubrationem aliquot conſtare ſermonibus, quos perlecto [a] *in Eccleſia Tobiæ libro diebus* [b] *diverſis habuit Ambroſius. Iſtic in pauca contractis quæ* [c] *in ſacra Tobiæ hiſtoria de virtutibus ſancti hujus viri memorantur, illud accuratius expendit atque amplificat, quod de pecunia ab eodem Tobia Gabelo conſanguineo ſuo commodata,* [d] *& non niſi obitu, uti putabat, jam imminente repetita ſcriptum legimus. Hinc arreptâ anſâ in uſuram quæ frequentiſſima erat ea tempeſtate,* [e] *invehitur. Probat eam malum eſſe, & exſecrandum* [f] *id quidem, utpote divina lege prohibitum, neque idololatria* [g] *atque homicidio levius. Deſcribit atque acriter reprehendit* [h] *ſceleratas fæneratorum technas, quibus illi egenos homines ad pecuniam ſuam cum ſolvendi fænoris conditione accipiendam cogunt. Verum cùm iſti nimium in avaritia ſua obfirmati viderentur, ſermonem ad debitores convertens,* [i] *in quantas miſerias contrahendis uſuris ſe conjiciant oratione admodum vehementi repræſentat. Redit nihilominus ad inhumanitatem fæneratorum, qui* heredes oovos, & adoleſcentulos divites [k] *quo deprædentur facultates eorum, inducunt ut à ſe pecuniam ſub uſurarum lege mutuentur: quorum calamitatem, ſiquidem ſe decipi ab illis paſſi fuerint, non ſine commiſeratione ob oculos ponit. Multo adhuc impenſius miſeratur vices puerorum infelicium,* [l] *quos ipſi parentes ut fæneratorum crudelitati facerent ſatis, venum exponere adigebantur. Hanc autem divitum feritatem teſtatur eouſque proceſſiſſe,* [m] *ut ſi ſepulturâ ipſa debitorum ſuorum cadavera prohiberent. Docet deinde nihil omnino quod perfidia fæneratorum non cedat, reperiri; quippe qui aſtutia ſua ſpoliare aleatores,* [n] *& Hunnos ferociſſimam omnium nationum ſibi ſubjicere potuerint. Quamobrem ad eorum deſcriptionem redit,* [o] *quæ oriuntur ex tanto malo; quod quidem tum vetere tum novo Teſtamento proſcribi Achilleis, ut vocant, argumentis* [p] *demonſtrat. Ad hæc fæneratores ad aliud utilioris uſuræ genus cohortatus, in quo* uſura & pignus ſpiritale *conſiſtant,* [q] *fuſe declarat. Tum reprehenſis iis qui fidejuſſores inducunt ad ſpondendum;* [r] *eiſdem fidejuſſoribus quam ipſos in ſpondendo ſequi rationem conveniat, ape-*

rit. Denique ut in hoc unde profecta eſt, oratio deſinat, repetit [a] propoſitum Tobiæ exemplum, & quas potiſſimum virtutes diſcere ex eo debeamus, paucis indicat.

Non mirari certe non poſſumus, quid venerit in mentem Eraſmo & poſt eum aliis nonnullis, ut pulcherrimum hunc librum quo tantopere permoti fuere [b] fæneratores, Ambroſio, quemadmodum Cocus [c] ac Rivetus [d] adſerunt, abjudicarent. Minime ſane obſcurum eſt eo nihil omnino contineri quod ab ingenio & charactere Ambroſiano diſſideat. Etenim quamvis illic verborum luſus paulo frequentiores, quam in aliis ſancti Præſulis tractatibus advertere ſit, id quidem vel materia quæ etiam non quærenti interdum alluſiones hujuſcemodi ſuppeditat, vel alii alicui cauſæ tribui poteſt. Verum quid opponet Eraſmus auctoritati ſancti Auguſtini, [e] à quo hic liber expreſſis verbis ſub Ambroſii nomine allegatur? Negaturuſne eſt Tobiæ occaſione contra fæneratores verba feciſſe beatum Antiſtitem; cùm idem ipſe exemplo illius Prophetæ ad eos compugnandos conatus fuerit [f] Vigilium Tridenti Epiſcopum impellere? Ecquis etiam non deprehendat quanta ſit eorum quæ in ea epiſtola dicuntur contractius, cum hac tota commentatione conſenſio? Ad extremum quid repoſiturus eſt objicientibus tam multos locos, qui ex Baſilio [g] tranſlati, hoc in tractatu pro more Ambroſii paſſim occurrunt?

Videmus reapſe Doctorem noſtrum partem hujus libri minime contemnendam ex ſecunda Baſilii homilia in pſalmum XIV. ubi de ſola uſura materia tractatur, mutuatum eſſe. Quin etiam obſervamus locos aliquot, in quibus verbum de verbo redditum eſt. Verumtamen ut multa apud Baſilium reperias, quæ prætermiſſa voluit Ambroſius, ita in his ipſis quæ ex homilia Baſiliana deſumta ſunt, non pauca mutavit vel tranſpoſuit, ut ea commodius ſuum quadrarent ad propoſitum. Poſtremo haud plura è fonte illo græco, quam è proprio hauſit, non ſolum ſi ea ſpectes quæ de Tobia illic tradantur, ſed etiam ſi ea quæ præcipiuntur de uſura & pignore ſpirituali; quo loco [h] vir ſanctus quamdam ſequi videtur Philonis Judæi [i] ſententiam, quam admodum chriſtiane pertractat.

De tempore quo lucubrata eſt Ambroſiana hæc diſputatio, nihil certi habemus: conjecturarum autem quæ ſolæ ad illud inveſtigandum nobis ſuppetunt, judicium volumus eſſe penes lectorem. Satis quidem conſtat ſanctum Doctorem adverſus fæneratores antequam ad Vigilium in Tridentina ſede recens collocatum ſcriberet, [k] ſermonem habuiſſe. Nemini enim veriſimile ſit eum laboraſſe, ut juvenem illum epiſcopum ad impugnandum fænus excitaret; cùm interim ipſemet hac in re altum ſervaret ſilentium. At vero ſuum eidem epiſtolæ annum adſignare etſi non ita ſit in promtu; nihilominus tamen alibi non ſine probabili ratione dicturi ſumus eum annum videri non alium fuiſſe, quam ab octuageſimo quinto treceenteſimum, aut alium aliquem ab eodem minime remotum. Aliunde quæ de Hunnorum alea narrat Ambroſius, [l] non potuit ante extremum Valentis imperium accipere, hoc eſt, poſt annum CCCLXXVI. quo tradunt hiſtorici cœpiſſe barbaram hanc gentem innoteſcere. Hinc conſequitur opellam hanc intermedio tempori haud abſurde adſcribi poſſe, ac forſan anno CCCLXXVII. vel alii cuipiam è proxime ſequentibus. Neque enim facile quis credat epiſcopalem Ambroſii vigilantiam ita obdormiiſſe, ut non ubi primum licuerit, in exſcindendo vitio quod regnabat tanta cum atrocitate ac inſolentia, deſudaret.

Arbitramur è Catholicis fore neminem, qui Ambroſii doctrinæ de uſura libenti animo non ſubſcribat; cùm ea non modo Baſilii & aliorum Patrum verum, etiam ſacrorum codicum auctoritate innitatur. Sed cujuſmodi judicium feremus de Cl. Salmaſio, [m] & novis quibuſdam ejuſdem communionis auctoribus, qui doctori noſtro frontibus adverſis pugnantia defendere auſi ſunt? Enimvero docet Ambroſius [n] creditori quidquam præter ſortem accipere licitum non eſſe: Salmaſius hoc ipſum licere [o] adſeverat. Ambroſius legibus cum veteris tum novi Teſtamenti hoc numquam non vetitum fuiſſe [p] adſerit: Salmaſius id in antiquo fœdere intolerandum fuiſſe jugum, quod in novo fuerit à Chriſto ſublatum, [q] acriter contendit. Ambroſius uſuram affirmat crimen eſſe haud multo levius, immo & quodammodo deterius homicidio [r] atque idololatria: [ſ] Salmaſius eam naturali jure ſemper fuiſſe permiſſam jurat. Ambroſius inanes compenſationum [t] prætextus rejicit: Salmaſius illos admittit [u] ac propugnat. Denique alteri [x] uſura innumerabilium malorum [x] ſcaturigo eſt: alteri autem origo eſt tam multiplicium bonorum, ut eâ ſublatâ neget [y] imperia ac reſpublicas poſſe conſiſtere. Quid uſquam amborum ſententiis diſcrepantius? Non eſt noſtri inſtituti hoc loco doctrinam S. Antiſtitis confirmare, ac ejuſdem cum aliorum Patrum placitis ſummum hac in materia conſenſum exponere. Hoc jam præſtitum eſt à docto quodam Theologo in tractatu gallice ſcripto, & Pariſiis anno MDCLXXI. in lucem edito ſub hac inſcriptione: Lactantii defenſio circa uſuram; nec non à domino du Tertre in libro cui titulus: Uſura expoſita & condemnata; poſtremo ſecutis annis quod eſſet in hac materia Chriſtianorum officium in ethicis quibuſdam commentationibus patefactum eſt. Unum igitur hic addere nobis ſatis eſt; nimirum Ambroſium atque alios Patres in penetrando Scripturæ ſenſu non minus acutos fuiſſe quam illos uſuræ patronos, qui nihil fere aliud quam cavillationes quibus Ambroſii tempore fæneratores utebantur, quaſi frigefactam crambem recoxerunt.

Quid reſtabat aliud iſtis trapezitarum apologiſtis, niſi ut ad minuendum Ambroſianorum argumentorum numerum ſacram libri Tobiæ auctoritatem in dubio ponerent? Hoc ſi magna fecere cum audacia. Verum quidem eſt eumdem librum à Patribus nonnullis [z] catalogo in quem canonicos codices retulerunt, inſcriptum non eſſe; quòd videlicet in Hebræo canone deſideraretur. Sed qui nominatim illud operis rejecerit, vix quemquam invenias. Teſtatur alicubi Hieronymus [a] in canone Judaico illud inter canonicas Scripturas non admitti: verum alio loco ipſum [b] his, inquit, quæ agiographa memorant, Judæi manciparunt. Idem ejuſdem Patris teſtimonio publice in Eccleſia legebatur; nec non [c] uſurpabatur ab eccleſiaſticis viris. Unde liquido cognoſcimus hunc librum id temporis nondum ab Eccleſia in ullo Concilio, ut poſtea factum eſt, probatum fuiſſe, at quodam tacito conſenſu admiſſum. Ambroſius illum pro divino & canonico [d] numquam non habuit, cui hac in re ſuffragati è veteribus Patribus [e] longe plurimi Synodi à quibus in album ſacrorum codicum receptus fuit, prævere. Adjici etiam hic poteſt videri ſanctum Antiſtitem huic eidem libro non alium ſcriptorem adtribuere, quam ipſum Tobiam patrem. Qui argumentum hoc tractaverunt accuratius, [f] prima XII. capita patri adſcribunt, filio duo reliqua, exceptis ultimis duobus verſiculis qui ab auctore quopiam ignoto, & aliquo fortaſſe, inquiunt, ex Tobiæ nepotibus additi ſunt. Unus è recentioribus ſcriptoribus [g] memoratum librum ab utroque ſimul, patre nimirum & filio autumat eſſe compoſitum. Sed cum ſuper hoc nihil uſque dum pronuntiaverit Eccleſia, hic unicuique liberum eſt in ſenſu proprio abundare.

a. Cap. 14
b. Cap. 13 num. 37.
c. Lib. Cenſura quorumdam ſcript. &c.
d. Critici ſacri lib. 3. cap. 18
e. Lib. 1 contr. Jul. Pelag. c. 3.
f. Epiſt. 23 ad Vigil.
g. Homil. 2. in pſal. 14.
h. Cap. 20.
i. Lib. de Somniis.
k. Epiſt. 23. ad Vigil.
l. Cap. 11.
m. Lib. de Uſuris, & lib. de Modo uſur. & Diſſert. de fœnore Trapez.
n. Cap. 14. num. 48. & Cap. 15. num. 51.
o. De Trapez. fœn. Præfat. & alibi.
p. Cap. 14. 15. &c.
q. De Trapez. fœnor. pag. 5.
r. Cap. 4. & 14. &c.
ſ. De Trapez. fœnor. pag. 718.
t. Cap. 3. num. 10.
u. De Trapez. fœn.
x. Cap. 3. &c. & Cap. 12. 13. &c.
y. de Uſur. cap. 21. & alibi.
z. Athanaſ. in Synop. Greg. Naz. Car. de lib. ſac. Melito & Origen apud Euſeb. Hiſt. lib. 4. cap. 26. & lib. 6. c. 25. Conc. Laodic.
a. in Prol. Gal. Præf. in lib. Salomon.
b. Præfat. in Tob.
c. Præf. in Jonam.
d. Hic cap. 1. num. 1 & Hexaem. lib. 6. c. 4
e. Iren. l. 1. c. 34. Polycarp. ep. ad Philyp. Cyprian. ad Quirin. 3. c. 16. & 18. & alibi. Hilar. Chryſoſt. Clem. Alex. Auguſt. &c.
f. Serrar. Huet
g. Hav.

SANCTI

AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

DE TOBIA

*LIBER UNUS.**

* Scriptus forte circ. an. 377.

CAPUT I.

Proponit ſe de Tobiæ virtutibus quas hiſtoricè Scriptura commemorat, brevius dicturum: & primo quî captivitatem, & in ipſa ob exhibitam ſepulturam, exſilium tulerit, narrat. Deinde quomodo reverſus ab eodem officio non deſtiterit: ubi & hoc mortuos ſepeliendi munus prædicatur.

A

1. LECTO prophetico libro qui inſcribitur ᵃ Tobias, quamvis B plene vobis virtutes ſancti prophetæ Scriptura inſinuaverit, tamen compendiario mihi ſermone de ejus meritis recenſendis & operibus apud vos utendum arbitror; ut ea quæ Scriptura hiſtorico more digeſſit latius, nos ſtrictius comprehendamus, virtutum ejus genera velut quodam breviario colligentes.

Tob. 1. 2. & ſeq. 2. Fuit vir juſtus, miſericors, hoſpitalis, ᵇ & hoc virtutum prædıtus choro, ſubiit ærumnam captivitatis, quam ferebat humiliter atque patienter, C communem magis injuriam, quàm privatam dolens; nec ſibi virtutum ſuffragia nihil profuiſſe deplorans, ſed magis eam ſibi contumeliam minorem peccatorum ſuorum pretio illatam arbitratus. Ibidem. 3. 1. & ſeq.

Ibid. 1. 22. 3. * Meruit edictum, ne quis ex filiis captivitatis mortuum ſepulturæ daret. At ille interdicto non revocabatur magis quam incitabatur, ne deſerere officium pietatis, mortis metu videretur; erat D enim miſericordiæ pretium, mortis pœna. Talis flagitu deprehenſus reus, vix tandem per amicum potuit direpto patrimonio egenus & exſul reſtitui ſuis.

4. Iterum in his verſabatur officiis; & ſi quid alimenti foret, peregrinum cum quo cibum ſumeret, quærebat. Itaque ᶜ cùm feſſus à ſepulturæ reverſiſſet munere, appoſitis ſibi edendi ſubſidiis, miſſo filio, quærebat conſortem convivii. Dum conviva acceſſitur, nuntiatis inſepulti corporis reliquiis, convivium deſerebat: nec putabat pium, ut ipſe cibum ſumeret, cùm in publico corpus jaceret exanime. Ibidem. 2. 1. & ſeq.

5. Hoc illi quotidianum opus, & magnum opus, & magnum quidem. Nam ſi viventes operire nudos Lex præcipit, quanto magis debemus operire defunctos? Si viantes ad longiora deducere ſolemus, quanto magis in illam æternam domum profectos, unde jam non revertantur? *Ego*, inquit Job, *ſuper omnem infirmum flevi*. Quis infirmior defuncto, de quo dicit Scriptura alibi: *Super mortuum plora?* Eccleſiaſtes autem ait: *Cor ſapientum in domo luctus: cor autem ſtultorum in domo epulantium*. Nihil hoc officio præſtantius, ei conferre qui tibi jam non poſſit reddere, vindicare à volatilibus, vindicare à beſtus conſortem naturæ. Feræ hanc humanitatem defunctis corporibus detuliſſe produntur, homines denegabunt? Iob. 30. 25 Eccli. 22. 10. Eccle. 7. 5.

CAPUT II.

Qua ratione Tobias cæcitatem tulerit, ne quid furti admitteretur caverit, & commodatam Gabelo pecuniam non repetierit, niſi ſenio feſſus: denique quam abhorruerit à fœnore malo, cum deteſtatione ejuſdem, & boni commendatione.

6. TAm ſancto feſſus officio Propheta dum requieſcit ᵈ in cubiculo ſuo, cadente de paſſerum nido albugine cæcitatem incidit, nec Tob. 2. 6 10. & ſeq.

a. Mſſ. *Tobis*. Vide notam ad lib. 6. Hexaem. cap. 4 num. 17.
b. Edit omnes cum Vict. cod *Et ob virtutes quibus præditus fuerus, ſubiit* &c. Codex Thuan *Et ob virtutum quarum præditus, ſubiit* &c mendoſe: at hoc vitium emendant reliqui mſſ.
*. Latinius legendum conjicit, *Metuit edictum*. Sed & mſſ & edit. & ſenſus ipſe refragantur. *Edictum* autem idem eſt quod ſequenti verſu *in edictum* vocat nempe promulgata regis prohibitio
c. Ita edit. vet. ac mſſ. quinque. Alii autem duo, *cum à ſepultura feſſus reverteretur meridie*. Rom edit. . . *reverti ſſet meridie*.
d. Edit. Rom. *juxta parietem aulæ, cadente de paſſerum nido ſtercore, albugine* &c. Codex Colb . . *cadente de ſtercore paſſerum nido, albuginis* &c. ex qua lectione non incommodum ſenſum elicies tranſpoſita vocula *de* poſt vocem, *ſtercore* Neque tamen ei vet. edit. aliíſque omnes mſſ. poſtponendos duximus In his autem *albugo* videtur eſſe ipſummet avium excrementum, ſic dictum à colore, unde apud Horat. lib. 1 Sat. 8. albi epithetum invenit.

conqueſtus

conqueſtus ingemuit, nec dixit: Hæc merces la- A
borum meorum. Fraudari magis ſe doluit obſe-
quiorum quam oculorum munere: nec cæcita-
tem pœnam, ſed impedimeutum putabat. [a] Et
cùm victum mercede levaret conjugis, oe quid
furtivum domum ſuam iotraret cavebat: uxor
hœdum pro mercede acceperat; at ille plus ho-
neſtati quàm pietati conſulens, cui ſuam debe-
bat alimoniam. Commendaverat proximo ſuo
pecuniam quamdam quam toto vitæ ſuæ tempo-
re in tanta indigentia non popoſcit. Vix ubi ſe B
feſſum vidit, & depoſitum ſenectute, inſinuavit
filio, non tam cupiens commendatum repoſcere,
quam ſollicitus ne fraudaret heredem.

7. Quod igitur commendavit pecuniam, & non
fœneravit, juſti ſervavit officium. Malum eſt enim
fœnus quo quæruntur uſuræ: ſed non illud fœ-
Eccl. 29. 2. ous malum, de quo ſcriptum eſt: *Fœnera proxi-
mo tuo in tempore neceſſitatis illius*. Nam & David
Pſ. 36. 21. ait: *Iuſtus miſeretur & commodat*. Aliud illud fœnus
Deut. 23. 19. eſt jure exſectabile, dare in uſuram pecuniam, C
Tob. 4. 6. & ſeq. quod Lex prohibet. Sed Tobias hoc refugiebat,
qui monebat filium, ne præceptum Domini præ-
teriret, ut ex ſubſtantia ſua eleemoſynam face-
ret, non pecuniam fœneraret, non averteret fa-
ciem ſuam ab ullo paupere. Hæc qui monet, con-
demnat uſuras fœnoris, ex quo multi quæſtum
fecerunt, & multis commodare pecunias nego-
tiatio fuit. Et quidem eam prohibuerunt ſancti.

8. Quo gravius malum fœnus eſt, eo laudabi-
lior qui illud refugit. Da pecuniam ſi habes, pro- D
ſit alii quæ tibi otioſa eſt. Da quaſi non receptu-
rus, ut lucro cedat, ſi reddita fuerit. Qui non red-
dit pecuniam, reddit gratiam: ſi fraudaris pecu-
nia, acquiris juſtitiam; juſtus eſt enim qui miſe-
retur & commodat. Si amittitur pecunia, com-
Eccli. 29. 2. paratur miſericordia. Scriptum eſt enim: *Qui fa-
cit miſericordiam, fœnerat proximo*.

CAPUT III.

Ambroſius fœneratorum inhumanitatem in pauperes, E
*& eorum artes quibus illos ſibi addicunt, oculis
ſubjicit; ac demum in eoſdem invehitur.*

9. MUlti diſpendii metu non fœnerant, dum
fraudem verentur. Et hoc eſt quod pe-
tentibus conſueverunt referre. Horum unicuique
Ibidem 13. & 14. dicitur: *Perde pecuniam propter fratrem & amicum,
& non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. Po-
ne theſaurum tuum in præceptis Altiſſimi, & proderit
tibi magis quam aurum*. Sed obſurduerunt aures
hominum ad tam ſalutaria præcepta, & maxime F
divites ære illo ſuæ pecuniæ aures clauſas ha-
bent. Dum pecuniam numerant, [*] reſponſa non
audiuot. Simul ut aliquis oeceſſitate conſtrictus,
aut pro ſuorum redemtione ſollicitus, quos cap-
tivos barbarus vendit, rogare cœperit, ſtatim di-
ves vultum avertit, naturam noo recognoſcit,
humilitatem ſupplicis non miſererut, neceſſita-

tem non ſublevat, fragilitatem communem non
conſiderat, ſtat inflexibilis, reſupinus, non pre-
cibus inclinatur, non lacrymis movetur, non eju-
latibus frangitur, jurans quod non habeat, immo
& ipſe fœneratorem requirat, ut neceſſitatibus
ſubveniat ſuis. Quid addis duritiæ & avaritiæ tuæ
ſacramentum? Non abſolveris perjurio, ſed li-
garis.

10 At ubi uſurarum mentio facta fuerit, aut
pignoris; tunc dejecto ſupercilio fœnerator arri-
det, & quem ante ſibi cognitum denegabat, eum-
dem tamquam paternam amicitiam recordatus
oſculo excipit, hereditariæ pignus caritatis ap-
pellat, flere prohibet. Quæremus, inquit, domi
ſi quid nobis pecuniæ eſt, frangam propter te ar-
gentum paternum quod fabrefactum eſt, pluri-
mum damni erit: quæ uſuræ compenſabunt pre-
tia * emblematum? Sed pro amico diſpendium
non reformidabo, cùm reddideris, reficiam. Ita-
que antequam det, recipere feſtinat: & qui in
ſumma ſubvenire ſe dicit, uſuras exigit. Kalen-
dis, inquit, uſuras dabis: [*] fœnus interim, ſi non
habueris unde reſtituas, non requiro. Ita ut ſe-
mel det, frequenter exagitat, & ſemper ſibi de-
bere efficit. Hac arte tractat virum. Itaque prius
eum chirographis ligat, & adſtringit vocis ſuæ
nexibus. Numeratur pecunia, addicitur libertas,
abſolvitur miſer minore debito, majore ligatur.

11. Talia ſunt veſtra, divites, beneficia. Minus
datis, & plus exigitis. Talis humanitas, ut ſpolie-
ris etiam cùm ſubvenitis. Fœcundus vobis etiam
pauper eſt ad quæſtum. Uſurarius eſt egenus, co-
gentibus vobis, habet quod reddat: quod impen-
dat, non habet. Miſericordes plane viri, quem
alii abſolvitis, vobis addicitis. Uſuras ſolvit, qui
victu indiget. An quidquam gravius? Ille medi-
camentum quærit, vos offertis venenum: panem
implorat, gladium porrigitis: libertatem obſe-
crat, ſervitutem irrogatis: abſolutionem preca-
tur, informis laquei nodum ſtringitis.

CAPUT IV.

*Qua ratione fœneratores Iudæ & diabolo comparentur;
& quid ſignificetur nominibus creditoris,
fœnoris, ſortis, ac debitoris?*

12. HAnc præcipue injuſtitiam deplorat ſanc-
tus David dicens: *Vidi iniquitatem & con-* Pſal. 54. 11 & 12.
*tradictionem in civitate; & non defecit de plateis ejus
uſura & dolus*. Itaque cùm [*] proditionem Judæ ſub-
jecerit, hoc præmiſit, ſive quòd ultra ſacrilegii
invidiam, conjuratis Dominicæ necis fœnoris cri-
men accideret, ſive quòd tantum ſacrilegium ſa-
tis abundeque uſura fœnoris ultum iret. Mali
fœneratores qui dederunt pecuniam ut interfice-
rent auctorem ſalutis: mali & iſti, qui dant ut in-
terficiant innocentem. Et iſte quoque qui pecu-
niam acceperit, ut proditor Judas, laqueo ſe &
ipſe ſuſpendit. Ipſum quoque Judam hoc male-

a. Omnes mſſ. ac vet. edit. in prima hujus loci parte conve-
niunt, quam edit. Rom. invertit ac decurtavit in hunc modum:
*Et ne quid furtivum domum ſuam intraret, cavebat: ſed victum mer-
cede conjugis levabat. Denique*. ab hac vero ultima voce cum tri-
bus mſſ. ita proſequitur, *plus honeſtati quam neceſſitati conſulens,
cui ſua deerant, alimoniam commodaverat proximo ſuo quam* &c.
Aliæ edit. ac potiores mſſ ut in textu, niſi quod edit. habent,
cui ſua deerant, & ſolus Colb. præfert, *pecuniam quamdam*. Vi-
detur autem poſt vocem *alimoniam*, ſubintelligendum, *ne quid
furtivum . . . cavebat* Denique ubi edit. Gill & Rom *commoda-
verat, commodatum, commodavit*, ibi aliæ edit. ac mſſ omnes, *com-
mendaverat, commendatum, commendavit*. At non videtur præter-
mittendum quod ut verbum δανείζειν apud LXX. & Aquilam in
bonam ac malam partem accipitur: ſic *fœnerare* hic ab Ambr. &
ab Auguſt. in pſal. 36. uſurpatur.

*. *Reſponſa*, χρησμοὶ, hoc eſt, divinæ Scripturæ. Vide quæ no-
tavimus lib. de Fuga ſæc cap. 4. num. 20.

*. *Emblemata*, figuræ ſunt atque ornamenta vaſi cuipiam ſu-
peraddita, quæ facile ex eodem eximi poſſint, dicta ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν.

*. *Fœnus* hic pro ſorte ponitur, ſicut & infra c. 12. n. 39 *Num-
mus datur, fœnus appellatur*. Ea tamen vox ſæpius uſuram ſonat.

*. Nimirum ſequentibus ejuſdem pſalmi verſibus, quos conſule.

Pſal. 18. 11. dicto putavit eſſe damnandum, ut ſcrutaretur fœnerator ejus ſubſtantiam; quia quod proſcriptio tyrannorum, aut latronum manus operari ſolet, hoc ſola fœneratoris nequitia conſuevit inferre. Doctiores autem ipſum fœneratori putant diabolum [a] comparatum, qui res animæ, & pretioſæ mentis patrimonium fœnore quodam uſurariæ iniquitatis evertit, ſic ſumtu capit, ſic auro illicit, ſic reatu involvit, ſic caput pro theſauro repoſcit.

13. Quid vobis iniquius, qui nec ſic capitis ſolutione eſtis contenti? Quid vobis iniquius, qui pecuniam datis, & vitam obligatis & patrimonium? Accipitis aurum argentumque pro pignore, & adhuc illum debitorem dicitis, [b] qui vobis plus credidit, quam accepit à vobis? Vos creditores adſeritis, qui amplius debetis: vos, inquam, dicitis creditores, qui non homini, ſed pignori credidiſtis. Bene fœnus appellatur quod datis, ita vile ac fœneum eſt.

14. Sortem dicitis quod debetur. Etenim velut urnâ ferali miſera ſors volvitur, periturì debitoris luenda ſupplicio. Stant pallentes rei ad ſortis eventum. Non ſic trepidant de quorum damnatione ſors ducitur: non ſic dejecti ac ſuſpenſi pavitant, de quorum captivitate exſpectatur ſortis eventus. Illic enim unius captivitas, hîc plurimorum addicitur. Et fortaſſe ideo ſors, quia in eventu ſunt patrimonia [c] quæ ſub hac ſorte volvuntur. Magnum & memorabile beneficium Dei! Hoc ſpecialiter ore prophetico prædicatur, quod in patres contulit, quia *ex uſuris & iniquitate liberavit eos*. Ps. 71. 14. Et proprie ait: *Ex uſuris liberavit eos*; quia uſuræ inferunt ſervitutem. Quaſi diceret, ex ſervitutis vinculo ereptos reddidit libertati.

15. Grave vocabulum debitorum. Debita peccata dicuntur. Debitores quoque criminoſi appellantur; ſic enim & iſti ſicut & illi [*] de capite decernunt. Culpæ tamen habent nominum ſuorum, ut factorum diverſitatem. Debita quamvis diverſæ quantitatis, unum habent nomen, unum onus, unum periculum. Neſcit ergo quid poſcat infelix, qui pecuniam petit mutuam: quid accipiat, ignorat.

CAPUT V.

Pecunia fœneratorum mari comparatur: hanc ubi quis accepit, ſtatim nebulonum turbam ad ſe attrahit, ubi & de ſortibus utriuſque Teſtamenti. Conſumtâ per intemperantiam illâ pecuniâ, miſerum ad vendendam ſupellectilem fœnerator adigit, aut inducias concedit, ſed belliciis ipſis triſtiores: ſequitur demum nimis ſera ſtultitiæ pœnitentia.

16. NOn novit pecunia fœneratoris uno diutius loco ſtare, ſolita tranſire per plurimos. Uno teneri ſacculo neſcit, verſari ac numerari expetit: uſum requirit, ut acquirat uſuram. Fluctus quidam eſt maris, non fructus. Pecunia numquam quieſcit. Labitur, velut ſcopulo illiſa, ita gremium debitoris percutit, & continuo relabitur eo unde proceſſit. Cum murmure venit, cum gemitu revertitur. Frequenter tamen placidum ſtat ventis mare, ſemper fœnoris unda jactatur. Mergit naufragos, exſpuit nudos, veſtitos exuit, inſepultos relinquit. Nummum ergo petis, & naufragium ſuſcipis. Hinc Charybdis circumſtrepit, hinc Sirenæ quæ voluptatis ſpecie, & canoræ dulcedinis ſuavitate in vada deductos cæca, repetendæ domus, ut ferunt fabulæ, ſpe & cupiditate fraudabant. Homer. Odyſ. M.

17. Statim venditores [*] unguenti & diverſarum ſpecierum irruunt, velut quidam canes ſagaci prædæ vagantis odore perſtricti, venatores, piſcatores, aucupes, caupones quoque miſcentes mero aquam, qui nobilitatem vetuſti generis & patriæ, & natalem diem vini circumſonent: circumſtantes repente paraſiti quem ante ſolebant ſpernere, ſalutant, deducunt, ad lætitiam provocant, ad ſumtum incitant dicentes: *Venite, & fruamur bonis quæ ſunt, & utamur creatura tamquam in juventute celeriter: vino pretioſo & unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequam marceſcant, nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra, ubique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars, & hæc eſt ſors noſtra*. Sap. 2. 6. & ſeq. Et vere ſors omnis illorum facta eſt: tu autem remanes exſors bonorum.

18. Non tales ſortes tibi Scriptura monſtravit. Non inter tales ſortes David ſanctus memorat dormiendum dicens: *Si dormiatis inter medias ſortes*. Pſal. 67. 14. Nam ſi in medio illarum dormiſſes ſortium, id eſt, veteris & novi Teſtamenti, non te pecuniæ cupiditas in voraginem deterrimi fœnoris demerſiſſet, gratia ſpiritalis fidei tibi dediſſet argentum, & in ſpeciem auri divinæ ſapientiæ inſtitutione formaſſet. Etenim ſi nos unum teſtimonium divinæ ſcripturæ poſuimus, & luxurioſum illud convivium declinavimus, utique potuit & iſte ſalvari, ſi oraculis cæleſtibus inhæſiſſet.

19. Revertamur tamen ad convivium, non ut ejus deguſtemus epulas, ſed cavendas aliis demonſtremus. Oneratur menſa peregrinis & exquiſitis cibis: adhibentur nitentes miniſtri, magno emti pretio, ſumtu paſcendi majori: bibitur in noctem, dies convivio clauditur, ebrietati deficit. Surgit ille vini plenus, vacuus opum, dormit in lucem, vigilans ſomnium putat. Etenim ut in ſomniis ſibi videtur ſubito dives ex paupere, ſic etiam egenus ex divite. Dum defluit interim pecunia, uſura ſuperfluit: tempus minuitur, fœnus augetur: theſaurus exinanitur, ſors accumulatur: paulatim convivæ ſe ſubtrahunt, ſponſores conveniunt: mane fœnerator pulſat ad januas, queritur dies ſolutioni tranſiiſſe præſcriptos, injuriis vigilantem adoritur, in ſomnis dormientem excitat. Non noctes quietæ, non dies ſuavis eſt, non ſol jucundus. Detrahuntur paulatim deauratæ ac ſericæ veſtes, & væneunt dimidio minoris. Ponit cum lacrymis ornamenta

a Vet. edit. *comparandum, qui res animæ, & pretioſæ mentis patrimonium fœnerat, quodam uſurariæ iniquitatis ſic ſumtu capit* &c. Rom. *comparandum, qui vires animæ* &c. Huic accedunt duo mſſ. in verbis, *qui vires animæ*, tres autem in voce, *fœnerat*. Melius alii quos ſecuti ſumus.

b Ita mſſ. Thuan. Land. Dion & Colb. Alii autem, ac omnes edit. *qui vobis plus reddidit*. Minus bene; cùm agatur de pignore quod à debitore traditur fœneratori.

c. Omnes edit. *quæ ſub ſub hac arte volvuntur*. Melius ſcripti cod. ut in textu.

*. Luſus in verbo *de capite*, quod relatum ad criminoſos idem eſt ac de vita, ſeu de pœna capitali: relatum vero ad debitores pro ſorte, ſeu capitali ſumma accipitur; ut etiam ſeq. cap. num. 20.

*. Per *unguentum*, intellige oleum aromatis conditum; & per *ſpecies*, odores atque aromata, quibus ad delicias abutuntur voluptuoſi.

conjux jam triſtior, emta carius, vendenda vilius. In auctione pueri conſtituuntur menſæ miniſtri, * & male adſueti emtorem avertunt. Offertur pecunia creditori: Vix, inquit, hæc ſolvit uſuram, caput debes.

20. Redit exhauſto patrimonio capitis reus; & imminuto fœnore, accipit inducias triſtiores bellicis, quaſi poſt biduum præliaturus. In bello enim incerta victoria, hîc certa inopia: illic ſe clypeo tegit, hîc nudus occurrit: illic loricâ pectus includit, hîc totus carcere includitur: illic manus telis onerat, armat ſagittis, hîc ære vacuas offert vinculis alligandas. Ducitur plerumque uterque captivus: ille habet quem accuſet adverſum belli eventum, hic præter ſe quem accuſet, non habet. Nihil eſt intolerabilius hac miſeria, quæ excuſari non poteſt. Acerbat conſcientia pondus injuriæ.

21. Tunc ſecum reputat, tunc Scripturas recordatur, tunc dicit: Nonne mihi ſcriptum eſt:
Prov. 5. 15. *Bibe aquam de tuis vaſis, & de tuorum puteorum fontibus?* Quid mihi cum puteo fœneratoris, ubi &
Prov 15.17. aqua includitur? Suaviora erant olera cum ſecuritate, [a] quam alienæ epulæ paſtæ cum ſollicitudine. Non oportuit aliena quærere. Deinde incideram debita, de meis oportuit fontibus remedium quærere. Erant domi vaſa minutiora: melius erat miniſterium deeſſe, quam cibum: melius veſtem vænalem proponere, quàm libertatem addicere. Quid profuit quod publicare paupertatem meam verecundatus ſum? Ecce alius publicavit. Ego nolui * nutritores vendere, ecce alius adjudicat.

22. Sera hæc conſideratio. Tunc decuit metuiſſe tuis, cùm acciperes aliena: tunc decuit ſuccurrere, cùm vulnera prima proſerperent. Melius fuerat in principio tenuare ſumtum, & neceſſitatem debiti rei familiaris anguſtiis allevare, quam ut ad horam ditatus alienis, poſtea exuereris & propriis.

CAPUT VI.

Quanta moliantur fœneratores; ut incautos adoleſcentes deprædentur.

23. Accuſamus debitorem quod imprudentius ſe geſſerit: ſed tamen nihil nequius fœneratoribus, qui aliena damna lucra ſua arbitrantur; & diſpendio ſuo deputant quidquid ab aliis poſſideriur. Aucupantur heredes novos, adoleſcentulos divites explorant per ſuos, adjungunt ſe, ſimulanres paternam & avitam amicitiam, volunt domeſticas eorum cognoſcere neceſſitates. Si quam cauſam invenerint, accuſant verecundiam, pudorem arguunt, quod non ante de ſe ſperatum fuerit atque præſumtum. Sin vero nullos laqueos alicujus neceſſitatis offenderint, intexunt tabulas, aiunt nobile prædium eſſe vænale, amplam domum: accumulant proventus fructuum, annuos reditus exaggerant, hortantur ut coemant. Similiter faciunt pretioſas veſtes, & monilia nobilia prædicantes. Neganti ſe habere pe-

A cuniam, ingerunt ſuam dicentes: Utere ut tuâ: de fructibus emtæ poſſeſſionis pretium multiplicabis, debitam reddes.

24. Prætendunt alienos fundos adoleſcenti, ut eum ſuis exſpolient: tendunt retia, ſimul ut indagine cincta ſpatia fuerit ingreſſus, cogunt eum in retia cautionum, laqueos uſurarum: petunt obligari ſibi avitum * prætorium, paternum ſepulcrum: præſtituitur dies ſolutioni, diſſimulatur conventio, quando poteſt ſolutio ſuſtineri; ubi
B ſatis ſecurum reddiderint, repente ingruunt, & inſtant vehementius, cauſanti incumbunt dicentes: Tu poſſides tua prædia, nos noſtram pecuniam non habemus: aurum dedimus, * lignum tenemus: tibi fructuum emolumenta procedunt, nobis nihil accreſcit pecuniæ. Otioſa cauſatio eſt, ſaltem renovetur chirographum.

CAPUT VII.

Quam ſollicite fœneratorem fugiat debitor, & cujuſmodi ſit utriuſque occurſus: quomodo hic dilatione
C *accepta magis irretitus ad vendenda prædia adigatur: ac tandem omnibus deſtitutus & ad vincula paratus in deſperationem incidat?*

25. Itaque dum primum adoleſcens nihil putat de veſtibus ſuis, aut etiam poſſeſſionibus eſſe vendendum, ad hæc facienda poſcit dilationem. Uſuræ applicantur ad ſortem, accumulatur centeſima. Jam ſuſpirare incipit, jam malum ſuum agnoſcere. Die ac nocte uſuram cogitat:
D quidquid occurrerit, fœneratorem putat: quidquid crepuerit, vocem ſibi videtur fœneratoris audire. Si habes, cur non ſolvis? Si non habes, cur malum malo adjungis, & de vulnere remedium quæris? Cur quotidie obſidionem pateris fœneratoris, expugnationem times? Vetus ſententia eſt: *Fœneratoris & debitoris ſibi occurrentium,* Prov. 29.
proſpectum amborum facit Dominus. Alter quaſi ca- 13.
nis prædam requirit, alter quaſi fera prædonem declinat: ille quaſi leo quærit quem devoret, iſte
E quaſi bos juvenculus prædonis impetum reformidat: ille quaſi accipiter unguibus olorem quærit invadere, iſte quaſi anſer aut ſulica, mavult ſe vel in prærupta dejicere, vel in profunda demergere, quam iſtum humani corporis accipitrem ſuſtinere. Quid quotidie fugis? Et ſi non occurrat fœnerator, occurrit tibi inopia tamquam bonus curſor. Ambos ergo videt Dominus, fœneratorem, & debitorem: occurrentes ſibi ſpectat ambos, teſtis alterius iniquitatis, alterius in-
F juriæ: illius avaritiam condemnat, bujus ſtultitiam. Ille greſſus debitoris ſingulos numerat, aucupatur deflexus? iſte continuo poſt columnas caput obumbrat. Nullam enim habet debitor auctoritatem. Ambobus in digitis uſurarum repetitur ſæpius calculatio. Par cura, ſed diſpar affectus. Alter lætatur incremento fœnoris, alter cumulo debitionis affligitur. Ille quæſtus numerat, hic ærumnas.

26. Quid fugis hominem quem poteras & non timere? Quid fugis, aut quouſque fugies? Si quis

*. *Male adſueti*, hoc eſt, non edocti à mangone, quo pacto emtorum allicere debeant: vel *male adſueti*, hoc eſt, deliciis, non autem utilioribus artibus adſueti.

a Ita edit. Am. Era. & Rom. cum tribus mſſ. Gall. cum aliis totidem, *quam alieno ære epula* &c. Thuan ſolus, *quam alieno epula* &c. Ubi forte ſubintelligendum *domicilio*, vel *convivio*.

*. *Nutritores* ſervi, queis liberorum committebatur educatio.

*. *Prætorium* hoc loco ſumitur non pro domo prætoris, aut ejus qui præeſſet exercitui, ſed pro domo ruri ad delicias ædificata; quo ſenſu non ſemel apud Titum Livium invenitur.

*. Hoc eſt, ligneas tabulas cera obductas, in quibus fœnoris cautio ſcribi ſolebat.

pulſaverit nocte, fœneratorem putas, ſub lectum illico: ſi quem ſubito intrare ſenſeris, tu foras exſilis. Canis latrat, & cor tuum palpitat, ſudor effunditur, anhelitus quatit artus: quæris quid mentiaris, ut fœneratorem differas; & cùm dilationem impetraveris, gaudes. Fœnore tuo ſimulat fœnerator gravari: ſed libenter impertit, quaſi venator qui feram cinxerit, ſecurus eſt prædæ. Tu oſcularis caput, amplecteris genua, & quaſi cervus ſagitta toxicata ictus, paululum procedens, tandem victus veneno procumbis: aut quaſi piſcis qui fuſcina fuerit infixus, quocumque fugerit, vulnus vehit. Et vere piſcis ille in eſca mortem devorat, ille hamum glutit, dum cibum quærit; ſed tamen hamum non vidit, quem tegit præda: tu hamum cernis, & glutis. Hamus tuus fœnus eſt creditoris: hamum voras, ſed vermis te ſemper obrodit. Ipſa eſt eſca quæ decipit. Itaque & tibi fœnoris nec cibus uſui eſt, & hamus vulneri. An ignoras quia ſemel illaqueatus nodo, ſe magis, ſi fugiat, ipſe conſtringit; & intra retia poſitus fugiendo magis dejicit ſuper ſe retia? In plateas fugis, cùm intra parietes tutus eſſe non poſſis. Inveniet te cùm voluerit fœnerator. Denique ubi tempus impleveris, ſicut lupus nocte irruit, dormire non ſinit, [a] exſpectato die ad publicum trahit, aut tabulis venditionis cogit ſubſcribere. Ut fureris pudoris diſpendium, ſubſcribis illico, venditurus avitum ſepulcrum, paternæ ſane ut prætexatur aliquid verecundiæ: emitur jejunum ſolum, jactatur quod infœcunda vendiderit, diſpendiis oneraverit debitorem, & ſuperioris temporis adſcribuntur diſpendiis damna præſentis. Mox & laudata venduntur, & inferuntur jam non inſtrumenta, ſed vincula.

27. Tamen adhuc quærendi fidejuſſores. Tribuuntur induciæ non ut prædam libertatis inveniat, ſed ut conſortem ſervitutis adjungat, qui ſe ſociet ærumnoſo. At quid juvare poteſt alienæ calamitatis acceſſio? Jam & amici fugiunt, convivæ non recognoſcunt: ipſe quoque conſpectus omnium refugit, & ut pugil ictus varios concertantium, ita iſte honeſtorum vitat occurſus, & ſollicitus, ubi in aliquem offenderit, vigilanti exit obtutu. Redit paratus ad vincula, redit mortem optans, cogitans eam ſibi, ſi moreretur, quietem inferre. Redit miſere ſe ipſe condemnans, quod alienam pecuniam non refugerit, & fœneratoris ſe ære devinxerit.

28. O quantos miſeros aliena fecerunt bona!
Hier. 2. 18. Quid, inquit, tibi ut bibas aquam Geon? Quid, inquam, tibi ut biberes calicem fœneratoris? Multi, inquit, mutuati ad tempus, & neceſſitatibus conſuluerunt ſuis, & pecuniam reddiderunt. Et quanti ſe propter fœnus ſtrangulaverunt? Illos conſideras, hos non enumeras: reminiſceris evaſiſſe aliquos, non reminiſceris oppetiiſſe: nummos redditos imputas, laqueos appenſos non computas, quos deformitati tam dedecoroſæ conventionis plerique verecundiores ad contumeliam, fragiliores ad injuriam, experito interitu prætulerunt, opprobrium vitæ amplius quam mortis ſupplicium pertimeſcentes.

CAPUT VIII.

Liberos pro paternis debitis per ſummam indignitatem ſub haſta venire: ſed huic malo ſubvenire poſſe neminem, cùm expleri nequeat fœneratoris avaritia; quam in rem Scripturæ locus explicatur, ſimulque oſtenditur materiam prævaricationis eſſe fœnerationem.

29. Vidi ego miſerabile ſpectaculum, liberos pro paterno debito in auctionem deduci, & teneri calamitatis heredes, qui non eſſent participes ſucceſſionis; & hoc tam immane flagitium non erubeſcere creditorem. Inſtat, urget, addicit. Mea, inquit, nutriti pecunia, pro alimonia ſervitium recognoſcant, pro ſumtu licitationem ſubeant. Agitetur haſta de pretiis ſingulorum. Non immerito haſta agitatur, ubi caput quæritur: non immerito ad auctionem pervenitur, ubi ſors poſcitur. Hæc eſt fœneratoris inhumanitas, hæc debitoris ſtultitia; ut filiis quibus non relinquit pecuniam, libertatem auferat, pro teſtamento chyrographum dimittat, pro emolumento hereditatis ſyngrapham obligationis. Quid ſibi vult paterni in liberos ſcriptura maledicti, ubi nulla eſt impii offenſa peccati? An poteſt durius aliquod eſſe maledictum, graviuſque ſervitium? Et illa ſæpe poſt mortem habet defunctus compendia, quod non ſpectat miſerias filiorum.

30. Vendit plerumque & pater liberos auctoritate generationis, ſed non voce pietatis: ad auctionem pudibundo vultu miſeros trahit dicens: Solvite filii gulæ meæ ſumtum, ſolvite paternæ menſæ pretium: vomite quod non devoraſtis, reddite quod non accepiſtis; hoc meliores, quod veſtro pretio redimitis patrem, veſtra ſervitute paternam emitis libertatem.

31. Eſto ut aliquis qui ſubvenire poſſit, accedat. Quis tantam expleat Charybdim; quis rationes fœneratoris agnoſcat; quis avaritiam ſatiet, quæ non iſte pretia exaggeret, cùm viderit redemtores? Non enim ſuo magis lucro quam alieno detrimento paſcitur. Vera profecto vera eſt, utpote Dei, divina ſententia, qui cùm iratus eſſet propter impietatem populi Judæorum, quod poſt deos abiret alienos: *Cui*, inquit, *vendidi vos fœneratori?* Venditur enim qui obligatus fœneratori fuerit, & venditur non uno pretio, ſed quotidiano: venditur non cum definitione, ſed cum acceſſione diuturna. Nova uſurarum auctio per menſes ſingulos, nova ſub quotidiana licitatione venditio. Qui plus obtulerit, trahit ſemper, venalis addicitur, numquam quaſi venditus æſtimatur. Magna igitur vis cæleſtis ſententiæ. Non ſatis judicavit Dominus dicere: *Cui vendidi vos*; ſed addidit, *fœneratori?* Offenſus nihil potuit gravius invenire, quo vindicaret in perfidos. Derelictus expoſtulat, cur ita fugerint ſalutis auctorem, [b] quaſi fœneratori eos alicui Dominus vendidiſſet dignâ pœnâ. Dominum relinquentes habent ſervi quod amplius quam carceris pœnas & vincula reformident: habent liberi quod paveant pro libertatis incuria.
Eſai. 50. 1.

a Edit. omnes, *ex lecto ad publicum trahet.* Non incommode; ſed tamen contra communem mſſ. conſenſum.

b Hic vet. edit. ac Rom. in eo tantum diſſident, quod illæ omiſſa voce, *eos*, ſenſum non niſi poſt vocem, *relinquentes*, abſolvunt. Mſſ. vero in punctis figendis parum conſtantes, habent vocem, *eos*, cum edit. Rom. Solus Corb. ita locum exhibet fortaſſe non male, *quaſi fœneratori eos* .... *dominum relinquentes. Habent ſervi* &c.

32. Simul illud adverte, quod fœneratio prævaricationis materia judicata ſit: quod is facile recedat à Domino, qui fœneratori ſe potuerit obligare. Fœnus enim radix mendacii, cauſa perfidiæ eſt. *Ibidem.* *Ego*, inquit, *vos non vendidi: ſed peccatis veſtris vendíti eſtis.* Ergo qui ſe fœneratori obligat, ipſe ſe vendit; & quod pejus eſt, vendit ſe non ære, ſed culpa.

CAPUT IX.

Peccati fœneratorem diabolum eſſe, qui Salvatori etiam divitias ſuas oſtentarit: et fœneratorem haud abſimilem; atque ibidem de centeſima uſura, ac centeſima ove; deque creditoris nomine quod ſibi imponit verus exactor.

S. Auguſt. lib. 1. cont. Jul. Pelag. cap. 3.

33. Quis iſte peccati eſt fœnerator, niſi diabolus, à quo Eva mutuata peccatum obnoxiæ ſucceſſionis, uſuris defœneravit omne genus humanum? Denique quaſi malus fœnerator chirographum tenuit, quod poſtea Dominus ſuo cruore delevit. Etenim quod mortis erat ſcriptum apicibus, debuit morte diſſolvi. Fœnerator ergo diabolus. Denique oſtendebat Salvatori divitias ſuas dicens: *Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraveris me.* (*Matth. 4. 9.*) At vero Dominus æris ſolutor alieni, nihil ipſi debebat, qui poterat dicere: *Ecce venit hujus mundi princeps, & in me [a] ſuum non invenit nihil.* (*Johan. 14. 30.*) Nihil debebat, ſed ſolvebat pro omnibus, ſicut ipſe teſtatur dicens: *Quæ non rapui, tunc exſolvebam.* (*Pſal. 68. 5.*)

34. Quid diſtat malitia hujus principis mundi? Fœnerator pecuniæ caput obligat, * manum tenet, ſorte ducit. O nomen triſte de dulci! Dominus ovem centeſimam liberavit: illa centeſima ſalutis, hæc mortis eſt; & terra bona centuplum fructum reddit. Væ iis qui dicunt quod amarum eſt, dulce; & quod dulce, amarum! Quid amarius uſura, quid dulcius gratia? Nonne hoc ipſo ſermone quo centeſimam appellant, revocare deberent in memoriam Redemtorem, qui venit centeſimam ovem ſalvare, non perdere?

35. Quis gravior exactor eſt? Et hoc triſte nomen. Denique Dominus ait: *Populus meus, exactores veſtri circumſcribunt vos.* (*Eſaia. 3. 14.*) Et in Evangelio habes: *Dum vadis cum adverſario tuo ad magiſtratum, da operam liberari ab illo; ne forte perducat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.* (*Luc. 12. 58.*) Quis iſte ſit exactor agnoſce, qui etiam noviſſimum quadrantem exigit, & idem ſe creditorem vocat, atque in hoc etiam nomine fraudem facit: ut qui veneni pocula melle illinit, ut ſub grato odore mors lateat, atque illita calicis ora vim fraudis abſcondant. Creditor prætexitur quaſi fidelis; & quaſi incredulus, ad quem fidelis oppignorat.

CAPUT X.

Fœneratoris ne debitoris cadaver ad ſepulturam efferretur, prohibentis hiſtoria.

36. Quoties vidi à fœneratoribus teneri defunctos pro pignore, & negari tumulum, dum fœnus expoſcitur? Quibus ego acquievi libenter, ut ſuum conſtringerent debitorem, ut electo eo, fidejuſſor evaderet; hæ ſunt enim fœneratoris leges. Dixi itaque: Tenete reum veſtrum; & ne vobis poſſit elabi, domum ducite, claudite in cubiculo veſtro, carnificibus duriores; quoniam quem vos tenetis, carcer non ſuſcipit, exactor abſolvit: peccatorum reos poſt mortem carcer emittit, vos clauditis: legum ſeveritate defunctus abſolvitur, vobis tenetur. Certe hic ſortem ſuam jam memoratur impleſſe: non invideo tamen, pignus veſtrum reſervate. Nihil intereſt inter funus & fœnus, nihil inter mortem diſtat & ſortem: perſonat, perſonat funebrem ululatum fœnoris uſura. Nunc vere * capite minutus eſt quem convenitis; vehementioribus tamen nexibus alligate, ne vincula veſtra non ſentiat: durus & rigidus eſt debitor, & qui non jam noverit erubeſcere. Unum ſane eſt quod non timere poſſitis, quia poſcere non novit alimenta.

37. Juſſi igitur levari corpus, & ad fœneratoris domum exequiarum ordinem duci: ſed etiam inde [b] clauſorum mugitu talia perſonabant. Ibi quoque funus eſſe crederes, ibi mortuos plangi putares: nec fallebat ſententia, niſi quod plures conſtabat illic eſſe morituros. Victus religionis conſuetudine fœnerator (nam alibi ſuſcipi pignora etiam iſta dicuntur) rogat ut ad tumuli locum reliquiæ deferantur: tunc tantum vidi humanos fœneratores gravari me; tamen ego eorum humanitatem memorabam proſpicere, ne poſtea ſe quererentur fraudatos eſſe, donec ſe retro colla ſubjecti, ipſi defunctum ad ſepulcra deducerent, graviori mœrore deflentes pecuniæ ſuæ funus.

CAPUT XI.

Uſura etiam ab aleatoribus exigitur, quorum in luſu varia fortuna eſt, ſed lucrum cedit fœneratori. Hujus in illos quanta tyrannis, & quæ leges aleatorum? Poſtremo barbarorum quorumdam furor in aleam deſcribitur.

38. Aliud non minoris acerbitatis accipite. Obſervant iſti aleatorum conventicula, & perdentis ærumnam commoditatem ſuam judicant: ſpondent pro ſingulis. Varios primo ſors ludit eventus, ad diverſos ſæpe transfertur victoria, ſtipendiaque ejus viciſſim atque ærumna mutantur: omnes vincuntur & vincunt, fœnerator ſolus acquirit: penes alios inane nomen quòd vicerint, penes fœneratorem ſolum fructus eſt, non annuus, ſed momentarius: illi ſoli faciunt lucrum in omnium detrimento, illis ſolis eſt uſura victoriæ. Videas reliquos ſubito egentes, repente divites, deinde nudos, ſingulis jactibus ſtatum

a. Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *ſuum nihil invenit.* Antiquiores vero, *ſuum non invenit nihil.* Quam lectionem Ambroſius explicat lib. de Fuga ſæculi cap. 4. num. 24.

* *Manum tenet*, id eſt ſyngrapham debitoris manu ſubſcriptam

*. *Capite minutus*, hoc eſt, nobilitatis dejectus gradu, atque in plebeiorum hominum ordinem redactus

b. Rom. edit. *clauſorum mugitus ad alta perſonabant.* At nobiſcum vet. edit. & mſſ. conſentiunt, niſi quod illæ ſcriptoris vitio pro, *clauſorum*, habent, *plauſorum*. Porro poſt voces, *talia perſonabant*, videtur ſubintelligendum, *qualia in exequiis perſonant.*

mutantes. Verſatur enim eorum vita, ut teſſera: volvitur cenſus in tabula, fit ludus de periculo, & de ludo periculum: quot propoſitiones, tot proſcriptiones. Clamor plaudentium, fletus deſpoliatorum, gemitus deplorantium. [a] Sedet inter hos creditor ut tyrannus, damnans unumquemque ſorte capitali, agitat haſtas, feralem inſtituit de ſingulorum exuviis auctionem: alios proſcriptioni addicit, alios ſervituti: non tanti occiſi ſub tyrannis ſunt. Vitæ igitur hanc aleam rectius dixerim, quàm pecuniæ; ſub momento fertur, quod valeat in æternum. Ebrietas judicat, & nullus appellat. Habet & alea ſuas leges, quas fori jura non ſolvant. Notatur, ſi credi poteſt, infamiâ, qui putaverit renitendum, & infamium ſententia gravius quàm cenſura judicialis inurit opprobrium; quoniam qui apud judicem damnantur, apud illos glorioſi ſunt: qui apud illos damnantur, apud judicem crimino ſi ſunt. Nobile conſtituit Moyſes ſeniorum judicium: hi tamen de levioribus judicabant; verbum grave, hoc eſt, de potioribus negotiis Moyſi judicio reſervare conſueverant. Hic dicitur: Aleonum conſilium judicavit, & plus eorum timetur potentia, [b] quàm leonum. Inter has feras vivis fœnerator atque verſaris. His beſtiis cibum eripis, his tetrior æſtimaris, his crudelior plus timeris. Exod. 18.

39. Ferunt Chunorum populos [c] omnibus bellum inferre rationibus, fœneratoribus tamen eſſe ſubjectos; & cùm ſine legibus vivant, aleæ ſolius legibus obedire, * in procinctu ludere, teſſeras ſimul & arma portare, [d] & plures ſuis quam hoſtilibus jactibus interire: in victoria ſua captivos fieri, & ſpolia ſuorum perpeti, quæ pati ab hoſte non noverint: ideo numquam belli ſtudia deponere; quod victus aleæ ludo, cùm totius prædæ munus amiſerit, ludendi ſubſidia requirat bellandi periculo: frequenter autem tanto ardore rapi, ut cùm ea quæ ſola magni æſtimant, victus arma tradiderit, ad unum aleæ jactum vitam ſuam poteſtati vel victoris vel fœneratoris addicat. Denique conſtitit quod quidam eorum & imperatori Romano cognitus in fide, pretium ſervitutis quam ſibi tali ſorte ſuperatus intulerat, ſupplicius imperatæ mortis exſolverit. Premit ergo fœnerator etiam colla Chunorum, & eos urget in ferrum, premit barbaros ſuæ terrore ſævitiæ.

CAPUT XII.

De fœneratorum exactione, & variis vocabulis quibus utuntur. Eorum pecunia comparatur cum echidna aliiſque ſerpentibus; ubi cur uſuras Græci τόκους dixerint, explicatur.

40. Quid enim tetrius eo qui hodie fœnerat, & cras expetit? Et odibilis, inquit, homo hujuſmodi. Oblatio quidem blanda, ſed inmanis exactio. Verum ipſa oblationis humanitas facit & exactionis ſævitiam: protulit pecuniam, * hypothecas exigit, & in ſuis apothecis recondit. Una pecunia à fœneratoribus datur, & quam multa à debitoribus exiguntur? Quanta ſibi fecerunt vocabula? Nummus datur, fœnus appellatur: ſors dicitur, caput vocatur: æs alienum ſcribitur: multorum hoc capitum immane prodigium numeroſam exactionem efficit: ſyngrapham nuncupat, chirographum nominat, hypothecas flagitat, pignus uſurpat, fiducias vocat, obligationem adſerit, uſuras prædicat, centeſimas laudat. Eccli. 20. 26.

41. Echidna quædam eſt fœneratoris pecunia, quæ tanta mala parturit. * Echidna tamen fœcunda pœnis viſcera trahens, partu ſuo [e] rumpitur. Et morte materna docet ſobolem non eſſe degenerem in matrem. Igitur incipiunt eſſe ſerpentes, illam morſibus ſuis ſcindunt. Illic ubi naſcitur venenum, primùm probatur. Pecunia autem fœneratoris omnia mala ſua concipit, parit, nutrit, atque ipſa magis in ſobole ſua creſcit, triſti prole numeroſior. Non minus flexuoſa quàm ſerpens, atque in orbem tota ſe colligens, ut caput ſervet: reliquo flagellat corpore, illud ſolum producit ad vulnera: ſpiris ingentibus quos comprehenderit, ligat, ſolo capite interficit: ſalvo capite, etiam ſi reliqua pars ejus dilapidata fuerit, reviviſcit.

42. Diverſa quoque ſerpentibus ſunt conveniendi & parturiendi tempora: pecunia fœnebris à die initæ conventionis creſcentibus ſerpit uſuris, quæ parturire non novit; quia dolores magis ipſa in alios transfundit. Ibi dolores ut parturientis; unde etiam τόκους Græci appellaverunt uſuras, eo quod dolores partus animæ debitoris excitare videantur. Veniunt Kalendæ, parit ſors centeſimam: veniunt menſes ſinguli, generantur uſuræ, malorum parentum mala proles. Hæc eſt generatio viperarum. Crevit centeſima, petitur nec ſolvitur, applicatur ad ſortem. Fit maledic- Pſ. 54. 12.

a Edit. Rom. *Sed & hos ... damnat.* Vet. edit. & cod. Vat. & Vict. *damnans.* Thuan. Laud. & Dion. *Sed & inter hos ... damnans.* Colb. ſolus prætulit, ut librarium lapſum, agnoſceremus vocem, *ſedet* in aliis mſſ. in duas partes dividentium.

b. Cunctæ edit. *quam dæmonum.* Cuncti mſſ. *quam leonum.* Optime, fit enim alluſio inter voces *aleonum & leonum*, quæ figura in hoc tractatu frequentiſſima eſt.

c. Sic mſſ. Thuan. & alii; cunctæ autem edit. *omnibus bellum inferre nationibus.* Male. Qui enim omnibus nationibus bellum inferre hic dici poſſint ii populi, quorum Ambroſii tempore levem admodum cognitionem fuiſſe in confeſſo eſt. Legendum itaque ... *rationibus*, hoc eſt, omnibus modis. Siquidem, Am. Marcellino teſte aliiſque hiſtoricis, hujuſce gentis mos erat pugnare partim circumequitando, partim excurrendo & opportune retrocedendo. Sed maxime terga vertentes magna induſtria jaculis hoſtes confodiebant. Quod autem ad hanc tantam eorumdem barbarorum in ludum inſaniam, de illa apud auctores nihil omnino repertas. & Ambroſius ipſe id tantum fando ſeſe audiviſſe ſignificat. Neque etiam hic omittemus memoratos populos, qui in editis omnibus Hunni ſcribuntur, Chunos conſtanter legi in mſſ. Qui de illis plura cognoſcere voluerit, adeat Am. Marcellinum, & in eumdem Valeſii, ac Lindenbergii notas: item Sozomenum, Jornandem, & alios; videat etiam quæ in Admonitione in hunc librum diximus.

*. *In procinctu*, hoc eſt, ad ineundam pugnam armis inſtructi.

d. Omnes edit. & mſſ. aliquot, *& plures ſuis quam hoſtilibus ictibus interire.* Mſſ. duo .... *hoſtilibus factis interire.* Alii nobiſcum melius ... *hoſtilibus jactibus interire.* Etenim hoſtilium telorum jactibus aleæ ac teſſerarum jactus hic opponuntur.

* *Hypotheca eſt*, quidquid fœneratori oppignoratur, ſive pignus ſit quod ipſi tradatur adſervandum, ſive res immobilis quæ eidem per uſurarium inſtrumentum obligetur. Nec multum diverſe nomen, *Fiducia*, de quo infra agitur, ſignificat. Vide Gothofred. in lib. 3. Cod. Theod. Tit. de Commiſſ. reſcind. pag. 252. & ſeq.

* *Echidna*, vel ut mſſ. *echinna*, vipera femina; de cujus partu conſule Ariſt. lib. 5. Hiſt. anim. cap. ult. Plin. lib. 10. Hiſt. natur. cap. 62. & alios. Hic autem Ambroſii locus totus è Baſil. expreſſus eſt.

e. Rom. edit. *rumpitur, & ſobolem parit non ſui degenerem. Matrem enim illa morſibus ſuis ſcindit. Illic ergo ubi naſcitur &c.* Vet. autem, & quædam Pariſ. cum mſſ. in noſtram lectionem conſpirant, niſi quod in vet. edit. ac mſſ. Torn. & Vict. deſunt iſta verba: *Igitur primum incipiunt eſſe ſerpentes.*

tum prophericum, dolus in dolo, uſura impro- A bi ſeminis fœtura deterior. Itaque non jam centeſima incipit eſſe, ſed ſumma, hoc eſt, non fœnoris centeſima, ſed fœnus centeſimæ.

CAPUT XIII.

Uſuræ ethymologiam proſequens oſtendit illam leporibus ipſis, ac plantis quibuſlibet fœcundiorem eſſe, fœneratoriſque aviditate omnem aliam ſuperari: dein ad inſtitutam uſuræ cum animalibus ac plantis comparationem redit.

43. USuram quoque ab uſu arbitror dictam, quod ut veſtes uſu, ita uſuris patrimonia ſcindantur.
a ᵃ Lugubre ceræ prima littera ſonat. Parturit vox doloris eſt: quid tibi poteſt eſſe boni, quod à dolore incipit & ab obligarione?
* * Lepores ferunt generare ſimul & educare, &
b continuo parturire: ᵇ iſtis quoque anaglyphariis uſurarum generatur & ſupergeneratur uſura; enutritur ac naſcitur, & nata jam parturit. Radices C quoque arborum primo plantantur ut prendant; cùm prenderint, tunc vireſcere incipiunt, poſtea pullulare: at vero pecunia fœnebris vix plantata jam pullulat. Semina tempore erumpunt, animalia tempore pariunt: *Tempus enim pariendi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus evellendi plantatum: tempus occidendi, & tempus ſanandi.* [Eccle. 3. 2. & 3.] Et infra: *Tempus acquirendi, & tempus reddendi: tempus cuſtodiendi, & tempus expellendi,* [Ibidem. 6.] ut Eccleſiaſtes ait: pecunia fœnebris hodie ſeminatur, D cras fructificat: ſemper parit, & numquam interit: ſemper plantatur, vix evellitur. Vult ſemper fœnerator acquirere, numquam perdere: numquam cuſtodire ᶜ pecuniam ſuam, ſemper expellere: numquam ſanare, ſemper occidere.

44. Et quia bonus ad omnia magiſter Eccleſiaſtes, * liber eſt Salomonis, pauliſper ipſi inhæreamus: *Non ſatiabitur oculus,* inquit, *videndo, & non ſatiabitur auris auditu:* [Eccle. 1. 8.] nec fœnerator expletur accipiendo, nec affectus ejus quotidiano nu- E merandi æris ſatiatur auditu. Et iterum: *Omne quod fuit, ipſum eſt quod erit:* [Ibid. v. 9.] creſcit ſemper pecunia, otium neſcit avaritia, neſcit uſura ferias. *Omnes,* inquit, *torrentes vadunt in mare, & mare non adimpletur:* [Ibidem 7.] mare iſtud fœnerator eſt; omnium patrimonia tamquam fluctus abſorbet, & ipſe neſcit expleri. Mari tamen plerique utuntur ad quæſtum, fœneratore nemo utitur niſi ad diſpendium: illic multorum commodum eſt, hîc univerſorum naufragium.

45. Multa ſunt animantia quæ cito generare incipiunt, ſed cito etiam generare deſiſtunt: ſors cito generat, & numquam deſinit; immo cùm exordium creſcendi acceperit, in infinitum extendit augmentum. Omne deinde quod creſcit, B cùm ad naturæ ſuæ formam atque menſuram, magnitudinemque pervenerit, vacat incremento: ſed fœneratorum pecunia tempore ſemper augetur, & ultra formam maternæ ſortis excedens modum non tenet. Pleraque etiam animantium cùm cœperint ea quæ ex his orta ſunt generare, tamquam effœtis viribus uſum generationis amittunt: ſors autem fœnoris cùm fuerit creſcentibus exæquata centeſimis, & vetuſtatem ſui renovat, & partus ſolitos adjunctione multi- C plicat.

CAPUT XIV.

Uſuram prohiberi lege divina, unde & ſumtum eſt illud Catonis, fœnerare eſt hominem occidere. *veſtimentum pignori acceptum ante noctem reddendum eſſe; ac fœnoris nomine intelligendum, quidquid præter ſortem exigitur: poſt quæ ſequitur extorſionum divitibus familiarium reprehenſio.* *

D 46. NOn novum nec perfunctorium hoc malum eſt, quod veteris atque divinæ præſcripto legis inhibetur. Populus qui deſpoliaverat Ægyptum, qui pede tranſierat mare, monetur à fœnoris pecunia cavere naufragia. Et cùm de aliis peccatis * ſemel aut multum iterata admonitione præſcripſerit, de fœnore ſæpius intimavit. Habes in Exodo: *Quod ſi pecuniam fœneraveris pupillo, orphano, pauperi, apud te non ſuffocabis eum, non impones illi uſuram.* [Exod 22. 25.] Oſtendit quid E ſit ſuffocare, id eſt, uſuram imponere; ſtrangulat enim, & quod pejus eſt, animam laqueus creditoris: quo ſermone & prædonis violentiam, & deformis nodum mortis expreſſit. *Quod ſi pignus acceperis veſtimentum propinqui tui, ante ſolis occaſum reſtitues illud; eſt enim hoc coopertorium ejus tan-* [Ibidem. 23.]

a. Edit. ant. cum mſſ nonnullis, *lugubre cetera prima littera ſonat, parturit vox doloris eſt.* Era. & Gill poſito aſterico ad vocem *cetera*, notarunt in margine, *forte græca primum*. Gill. addit, *vel cera*. Cùm vero iſtæc minus placuiſſent iis qui Rom edit. præfuerunt, ipſi marte proprio locum emendare conati ſunt in hunc modum, *ὗνος græca lugubre ſonat: partus enim qui vox doloris eſt, ſignificat.* Sed præterquam quod jam in fine capitis ſuperioris dictum fuit de voce *ὗνος*, mſſ omnes huic emendationi reclamant. Ex his codex Th ante mille annos ſcriptus noſtram lectionem diſtincte profert. Accedunt alii aliquot, ac Gill. in margine: ac in mſſ quibuſdam ignorantiâ ſcriptorum aliquid vitii obrepſit v. g. in Laud *pro lugubre cera*, legitur uno verbo *lugubreſcere*, quod quidem aperte mendoſum eſt. Porro ut corruptionis cauſa obſcuritas amoveatur, obſerva hic agi de vacabulo *uſura*, cujus prima littera u eumdem olim ſonum habebat quem græca diphtongus ν, quæ etiamnum ab Italis, Germanis, aliiſque populis pronunciatur. Is autem ſonus cùm noctuæ vocem imitetur, dicitur lugubris ſeu feralis, unde eſt iſtud in Auſonii Tecnopægnio:

Cecropiis ignota ſonis ferale ſonans —— υ.

Videſis J. Lipſii lib. de recta pronunt. lat. linguæ, ubi agitur de hac littera. Quod vero ad vocem *cera*, idem ea valet hoc loco, ac ſi ſcriberetur *cerati codicis*, aut *tabellarum*, quo ſenſu paſſim apud probatos auctores invenitur. Itaque locus ex ſalebroſo planus fiet, ſi eum hoc modo interpreteris: Prima litteræ tabellarum in quarum ceris uſuræ vox inſcribitur lugubre ſonat. Quo forte ſenſu cap. 10. num 35. dictum eſt: *Perſonat, perſonat funebrem ululatum fœnoris uſura.*

* Quod hic de leporibus ex Baſilii Hom. 2. in Pſalm. 14. utiliter alia permulta tranſtulit Ambroſius noſter, id præcipue cuniculis conveniat, unde natum eſt adagium, ſæpius pariunt, quam cuniculi.

b. Rom edit. *iſtis quoque tocoglyphis generatur* &c. ubi procul dubio reſpexit ad illud Baſilii, ἡ δὲ τοκογλύφοι τὰ χρήματα ὑμῶν δανείζοντα καὶ γεννᾷ, καὶ ὑπερφύονται. Sed nihil eſt cauſæ cur mſſ. atque edit. omnium lectionem abdicemus, cùm voce anaglyphariis idem aptiſſime ſignificent, utraque enim vox fit ἀπὸ τοῦ γλύφειν, id eſt, ſculpere ſeu fodere, unde anaglyphatii dici poſſunt qui debitorum nomina iterum aut ſæpius in tabellis ſuis ſtylo inſculpunt.

c. Edit. ant. cum Torn. cod. *pecuniam ſuam ſemper explere* Rom. . . . *fundere*. Magis commode alii ſcripti cod ut in textu. Hic enim Ambr. reſpexit ad illud Eccleſiaſtis, *tempus expellendi*; & hoc ſignificatum voluit, fœneratori nihil tam cordi eſſe, quam ut pecuniam ſuam foras expellat, tam fœnori collocando, ne domi otioſa remaneat.

*. Qui lecus ſenſerint, eum librum vel Eſechiæ, vel Iſaiæ, vel Zorobabelis attribuentes, vide apud P. Dan Huetium in Demonſtratione Evangelica, Prop. iv. de lib. Eccleſiaſtis pag. 198. ubi eorum rationes diluuntur, ac Salomoni adſeritur idem hic liber; cujus etiam dignitas confutatis adverſariorum argumentis ibidem vindicatur.

*. Latinius legendum putat, *ſemel ut multum*. Sed cum edit. omnibus omnes omnino mſſ. hoc loco conſentiunt. Nec ſane adeo inepta eſt recepta lectio, ut non ſcite explicari poſſit in hunc modum, ſive ſemel tantum, ſive multoties cetera vitia Lex prohibuerit, ſæpius tamen uſurâ quàm illis interdixit.

tum, hoc veſtimentum turpitudinis ejus in quo dormiet. Quod ſi itaque proclamaverit ad me, exaudiam eum. A Audiſtis fœneratores quid Lex dicat, de qua dixit Dominus: *Non veni Legem ſolvere, ſed adimplere?* (Matth. 5. 17.) Quam Dominus non ſolvit, vos ſolvitis? Uſuram, inquit, petere, ſuffocare eſt. Hoc quoque foris ſero eſt dictum à quibuſdam eorum prudentibus: Quid eſt, fœnerare? Hominem, inquit, occidere. (Cicero. lib. 2. Offic. in fine.) Sed utique non Cato prior quam Moyſes, qui Legem accepit. Multo ille poſterior.

(Exod. 22. 26. & 27.) 47. *Si pignus acceperis veſtimentum propinqui tui, ante ſolis occaſum reſtitues illud, ne nudati appareat turpitudo.* B Vos vero exuitis atque nudatis, & non redditis. Videte ne ſol occidat ſuper avaritiam veſtram, ne ſol juſtitiæ vobis occidat; quia juſtitiam non tenetis, aut ſol iniquitatis ſuper flagitia veſtra condatur. Dies quoque perit invito, nox irruit ſicut Judæ, qui cùm diabolus emiſiſſet in cor ejus, ſurrexit ad proditionem, & facta eſt nox; ſol enim juſtitiæ occiderat ei, & recubuerat ſuper eum. Qui in cor ejus intravit, fecit illi C tenebras, ut lucis non videret auctorem. Ibi miſer perit in illo convivio in quo alii ſalvantur. Reddite igitur veſtimentum debitori, in quo dormiat, & quietus ſit. *Si nolueritis reddere: exaudiam,* (Ibidem.) inquit, *eum; quia miſericors ſum.* Si vos non exauditis, ego exaudiam, ego miſerebor, ego non deſpiciam inopis precem.

48. In Deuteronomio quoque ſcriptum eſt: *Non exiges à fratre tuo uſuram pecuniæ, & uſuram eſcarum, & uſuram omnium rerum quaſcumque fœneraveris fratri tuo. Si alienigenæ credideris, uſuram exiges ab eo: à fratre autem tuo non exiges.* (Deut. 23. 19. & 20.) D Vides quantum pondus in verbis ſit. *Noli*, inquit, *exigere uſuram à fratre tuo*, hoc eſt, cum quo habere debes omnia communia, ab eo tu uſuram exigis? Frater tuus conſors naturæ, & coheres gratiæ, noli ab eo exigere amplius, à quo durum eſt repetere quod dederis, niſi cùm habuerit unde ſolvat.

(24. quæſt. 3. c. Plerique) 49. Et quia plerique refugientes præcepta Le- E gis, cùm dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia uſuras exigunt, ſed de mercibus eorum tamquam uſurarum emolumenta percipiunt; ideo audiant quid Lex dicat: *Neque uſuram,* inquit, *eſcarum accipies, neque omnium rerum quaſcumque fœneraveris fratri tuo.* Fraus enim iſta & circumſcriptio Legis eſt, non cuſtodia. Et putas te pie facere, quia à negotiatore [a] velut munus ſuſcipis? Inde ille fraudem facit in mercium pretio, unde tibi ſolvit uſuram. Fraudis illius tu auc- F tor, tu particeps, tibi proficit quidquid ille fraudaverit. Et eſca uſura eſt, & veſtis uſura eſt, & quodcumque ſorti accedit, uſura eſt: quod veſis ei nomen imponas, uſura eſt. Si licitum eſt, cur vocabulum refugis, cur velamen obtexis? Si illicitum eſt, cur incrementum requiris?

50. Quod pejus eſt, hoc vitium plurimorum eſt, & maxime divitum, quibus hoc nomine ſtruuntur cellaria. Si quis inſtaurandum convivium putat, ad negotiatorem mittit, [*] ut abſynthiati A cupellam ſibi gratis deferat: ad cauponem dirigit, ut Picenum vinum, aut Tyriacum requirat: ad lanium, ut vulvam ſibi procuret: ad alium, ut poma ſibi adornet. Itaque humanitatem judicant quæ alieno periculo conſtant. Tu bibis, & alius diffluit lacrymis: tu epularis, & alios cibo tuo ſtrangulas: tu ſymphonia delectaris, & alius miſerabili deplorat ululatu: tu poma deguſtas, & alius ſpinam vorat. Numquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus? Spina uſura eſt, ſpina B centeſima eſt, tribulus eſt fœnus, male urit. Quomodo ergo potes fructum habere de ſpinis? Si iſte fructus de ſpinis non naſcitur, ille naſcetur æternus. De ærumnis ditaris, de lacrymis lucrum quæris, de fame aliena paſceris, de exuviis deſpoliatorum hominum cudis argentum; & judicas te divitem, qui ſtipem poſcis à paupere? Sed audi quid dicat Salvator: *Væ vobis divitibus, qui habetis conſolationem veſtram?* (Luc. 6. 24.)

CAPUT XV.

Alienigenam à quo uſuras licet exigere, ſolum eſſe eum, quem licet occidere: fratrem vero ejuſdem vel fidei vel juris conſortem: quamlibet uſuram proſcribi, & de benedictionibus eius qui ab illa abſtinuerit, cum exhortatione ad miſericordiam & virtutem.

51. Sed forte dices quia ſcriptum eſt: *Alienigenæ non fœnerabis;* (Deut. 23. 20.) & non conſideras quid D Evangelium dicat, quod eſt plenius. Sed hoc interim ſequeſtremus, Legis ipſius verba conſidera: *Fratri tuo,* inquit, *non fœnerabis ad uſuram: ſed alienigenam exiges.* Quis erat tunc alienigena, niſi Amalech, niſi Amorrhæus, niſi hoſtes? Ibi, inquit, uſuram exige. Cui meritò nocere deſideras, cui jure inferuntur arma, huic legitime indicantur uſuræ. Quem bello non potes facile vincere, de hoc citò potes centeſima vindicare te. Ab hoc uſuram exige, quem non ſit crimen occi- E dere. Sine ferro dimicat qui uſuram flagitat: ſine gladio ſe de hoſte ulciſcitur, qui fuerit uſurarius exactor inimici. Ergo ubi jus belli, ibi etiam jus uſuræ. Frater autem tuus omnis, fidei primum, deinde romani juris eſt populus: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te.* (Pſ. 21. 23.)

52. Denique etiam in Levitico præſcribit Lex uſuram à fratre non eſſe poſcendam. Sic enim habes: *Et vivet frater tuus tecum, pecuniam tuam non dabis illi in uſuram, & in amplius recipiendum* (Levit. 25. 37.) F *non dabis illi eſcas tuas.* Generaliter hæc ſententia Dei omne ſortis excluſit augmentum. Unde & David & benedictum æſtimavit, & dignum habitatione cœleſti, qui pecuniam non dedit in uſuram. (Pſal. 14. 5.) Si ergo qui non dedit, benedictus; ſine dubio maledictus, qui ad uſuram dedit. Cur ergo maledictionem potius eligis, quàm benedictionem? Poteſtis benedicti eſſe, ſi velitis, poteſtis juſti eſſe. Homo enim juſtus ſecundùm Ezechiel, (Ezech. 18. 7.) qui pignus debitori reddet, & pecuniam ſuam in uſuram non dabit, & ſuperabundantiam non ac-

a. Omnes edit. ac mſſ. duo, *velut mutuum ſuſcipis.* Melius alii, *velut munus ſuſcipis.* Et hinc intelligas jam tum excogitatam fuiſſe hominum avaritia diſtinctionem illam, qua aliquid accipere præter ſortem per modum uſuræ illicitum dicunt, non vero ſi per modum muneris accipiatur.

*. *Abſynthiatum*, aut ut alibi ſcribitur, *abſynthiacum*, vinum eſt abſyntho conditum; Picenum autem, & Tyriacum ita dicuntur a locis in quibus naſcuntur. Eſt enim Picenum regio quædam Italiæ, Tyrus vero urbs in Aſia. Quod autem pro voce, *vulvam*, Latinius legendum conjicit *byllam*, quæ vox in ant. edit. legebatur fruſtra eſt; cùm omnes edit. præferant, *vulvam*, & ea ut jam dictum eſt, ab aucupibus delicatarum quæſita ſit.

cipiet,

Ibidem. 9. cipiet, & ab injuſtitia avertet manum ſuam: *Juſtus eſt iſte*, inqnit, *vitâ vivet*, *dicit Dominus.* Qui autem pignus non reddidit, & in ſimulacra appoſuit oculos ſuos, iniquitatem fecit, cum uſura dedit, & ſuperabundantiam accepit, hic vitâ non vivet. Omnes iniquitates iſtas fecit, morte morietur: ſanguis ejus ſuper ipſum erit. Vide quomodo fœneratorem cum idololatra copulavit, quaſi crimen æquaret. Elige ergo quod dulce eſt.

53. Cur ſemper triſtes, cur ſemper amariſſimi, cur ſemper ſolliciti? Procedat aliquando à vobis miſericordia, procedat veritas: obligetur mendacium, fraus odio ſit. Docuiſtis perjurium: fœneratorium ſacramentum dicitur, [a] ubi paratur perjurium. Paraſtis frequenter cùm reddita fuerit pecunia, quod ſyngrapha non appareat: pejeratis poſtea quod non receperitis pecuniam. Nolite ergo ſemper miſeri eſſe, ſemper avari, ſemper mœſti. Leones ſunt, & feritatem ſuam mutant: *De manducante*, inquit, *exivit eſca*, *& de forte & triſti exivit dulce*: græcus, *& triſti* habet: ſic invenimus. Tamen de forti hoc intelligitur; quia leo fortis eſt feritate: & qui ferus, triſtis. Et de vobis qui pecuniam & avaritiam devoratis, exeat miſericordia; hæc enim eſca eſt egenorum: & de triſti exeat dulce, ut dimittatis ei qui non habet unde diſſolvat. Quid trahitis peccata ut fune longo, & jugi loro vitulæ? Quod fit utique, cùm fœnus producitis. Tenetis pauperem debitorem, [b] vel ibi ſit aliqua gratia, ubi nulla ſpes commodi. Et hoc ſecundum avaritiam veſtram loquor.

Judic. 14. 14.

CAPUT XVI.

Ex Evangelico præcepto fænerandum his, à quibus nihil exſpectetur, immo etiam inimicis: uberrimum fænus illius eſſe, qui Domino fæneraverit: nec diffidendum ipſius paupertati, quæ veras largitur divitias.

54. CEterum Dominus in Evangelio talibus magis exiſtimat fœnerandum, à quibus redhibitio non ſperetur. Sic enim ait: *Et ſi mutuum dederitis à quibus ſperatis recipere, quæ vobis eſt gratia? Nam peccatores peccatoribus fænerant, ut recipiant: verumtamen amate inimicos veſtros, & benefacite eis, & mutuum date nihil ſperantes; & erit merces veſtra multa in cælo, & eritis filii Altiſſimi, quia ipſe benignus ſuper ingratos & malos. Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* Advertitis quod nomen à Domino fœnerator acceperit, quod nomen etiam qui fœnori veſtro fuerit obligatus. *Peccatores*, inquit, *peccatoribus fænerant, ut recipiant*: uterque peccator, & fœnerator, & debitor. Vos autem, inquit, amate inimicos veſtros. Non diſcutiatis quid mereantur inimici, ſed quid vos facere oporteat. Date mutuum iis à quibus non ſperatis vos, quod datum fuerit, recepturos. Nullum hîc damnum eſt, ſed compendium. Minimum datis, multum recipietis: in terra datis, & id vobis ſolvetur in cælo: fœnus amittitis, mercedem magnam habebitis: fœneratores eſſe deſinitis, filii eritis Altiſſimi: eritis miſericordes, qui vos Patris æterni probetis heredes.

Luc. 6. 34. & ſeq.

55. Sed fœneratorum vos delectat & uſurarum vocabulum. Id quoque non invideo. Docebo quomodo boni fœneratores eſſe poſſitis, quomodo bonas quæratis uſuras. Dicit Salomon: *Fænerat Domino qui miſeretur pauperi: ſecundùm datum autem ejus retribuet ei.* Ecce bonum fœnus de malo factum eſt: ecce irreprehenſibilis fœnerator: ecce uſura laudabilis. Nolite ergo jam invidentem me veſtris commodis æſtimare. Putatis quod hominem ſubtraham vobis debitorem? Deum provideo, Chriſtum ſubrogo, illum demonſtro qui vos fraudare non poſſit. Fœnerate ergo Domino pecuniam veſtram in manu pauperis. Ille adſtringitur & tenetur: ille ſcribit quidquid egenus acceperit: Evangelium ejus cautio eſt: ille promittit pro omnibus indigentibus, ille dicit fidem; quid dubitatis dare? Si quis vobis dives hujus ſæculi offeratur, qui fide promittat ſua pro aliquo debitore, ſtatim numeratis pecuniam: pauper eſt vobis Dominus cæli, & conditor mundi hujus; & adhuc deliberatis quem ditiorem quæratis fidejuſſorem.

Prov. 19. 17.

56. Sed allegatis, quia pauper eſt factus, cùm dives eſſet. Vidiſtis ergo quia fides ejus dives eſt, fides ejus idonea eſt: pauper eſt factus, cùm pro nobis ſolveret, & adhuc paupertas ipſa non decipit; nos enim divites fecit, quos pauperes putabatis. Dicit enim Apoſtolus: *Pauper factus eſt cùm dives eſſet, ut in illius inopia vos ditaremini.* Bona inopia, quæ largitur divitias. Nolite ergo vos paupertatem timere, ut ſitis divites. Date otioſam pecuniam, & recipietis fructuoſam gratiam, & pauperum ſubvenietis neceſſitatibus, & vobis cuſtodiæ ſollicitudo minuetur. Non peribit quod pauper acceperit; & vobis quod dederitis inopi, ſine cuſtode ſervabitur. Quod ſi incrementum uſurarum quæritis, in Lege benedictio, in Evangelio cæleſtis eſt merces: quid ſuavius benedictione; quid majus eſt cælo? Si eſcarum deſideratur uſura, ea quoque præſto eſt, ſicut legimus: *Is enim qui miſeretur pauperis, ipſe paſcetur.*

2. Cor. 8. 9.

Prov. 22. 9.

CAPUT XVII.

Occurritur objectioni, quâ nonnulli negant generaliter prohibitum ne pignus retineatur, ſed ad pauperum pignora Legem reſtringunt.

57. REddite ergo pignora quæ tenetis, quoniam fidejuſſorem idoneum reperiſtis. Sed obmurmurant adhuc dicentes, quia licet tenere pignora, & ſe Lege defendunt. Aiunt enim: Scriptum eſt in Deuteronomio: *Si fuerit tibi debitum à proximo tuo quodcumque, non introibis in domum ipſius pignerare pignus: ſed foris ſtabis, & homo apud quem eſt debitum tuum, proferet tibi foris pignus. Si autem homo ille pauper fuerit, non dormies in pignore ipſius; ſed redditione reddes ei pignus ipſius ad occaſum ſolis, & dormiet in veſtimento ſuo, & benedicet te, & erit in te miſericordia coràm domino Deo tuo.* Et alibi, inquiunt, ſcriptum eſt: *Non pig-*

Deut. 24. 10. & ſeq.

Ibidem. 6

a. Era. Gill. ac Rom. *ubi paratur perjurium Perjuraſtis frequenter.* Codex Vict. *ubi perjuratur Perjurium paraſtis frequenter* Alii, atque Am. edit. nobiſcum, ubi ſubintelligenda vox, *perjurium*, poſt verbum, *paraſtis*.

b. Edit. omnes, & duo mſſ. *velut ibi ſit aliqua gratia.* Alii probatioris notæ, *vel ibi ſit &c.* Ubi *vel*, idem ſonat ac *ſaltem*, quo ſenſu ab auctoribus non raro uſurpatur

nerabis molam, neque lapidem ſuperiorem molæ; quo- A
Ibidem 17. *niam hic pignerat.* Et alibi: *Non accipies pignus veſtimenti viduæ.* [a] Unde argumentantur quia ſpecialia pignora ſint interdicta, non omnia, id eſt, pauperis & viduæ. Molam quoque & lapidem ſuperiorem molæ prohibitum pignerari.

Ezech. 18. 7. 58. Sed cùm per Ezechielem prophetam ipſe Dominus dicat, juſtum eſſe qui pignus reddidit, injuſtum qui tenuit; utique non ſpeciale aliquod, ſed generaliter omne pignus ſuadet eſſe reddendum; cùm dicat Job: *Conſcriptionem quam habui* B
Job. 31. 26. & 27. *adverſus aliquem juramento conceptam, imponens coronam legebam, & ſi non ſcindens eam reddidi, nihil*
Luc 6. 34. *accipiens à debitore.* Cùm Dominus nihil ab iis quibus mutuum dederimus, ſperandum eſſe præcipiat, quod recipere debeamus, quomodo pignus ſecundum Legem putant eſſe retinendum?

CAPUT XVIII.

Ut objicientibus nos divina lege ad fœnerandum incitari fiat ſatis, inquiritur quid juſtus v. g. Petrus C *fœnori dare valeat; oſtenditurque ſuos illi ſermones eſſe, quos fœneret.*

b 59. AT [b] ne pari recrudeſcant modo, & dicant etiam ſe ad fœnerandum incitari Legis
Deut. 28. 12. oraculo; quia ſcriptum eſt: *Fœnerabis gentibus multis, tu autem non mutuaberis*; tempus eſt plenius & expreſſius diſputare & docere quid fœnerandum, & quibus Legis ſtatuta præſcribant; præ-
Pſ. 36. 21. cedit enim fœnoris cauſa pignoris cauſam. *Mu-* D *tuabitur*, inquit, *peccator, & non ſolvet: juſtus autem miſeretur, & tribuet.* Audis, debitor, quid debeas declinare: audis, creditor, quid debeas imi-
Ibidem. 25. tari. Et infra: *Juvenis fui, & ſenui, & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem. Tota die miſeretur & fœnerat.* Unde huic juſto quod tota die fœneret? Ergo dives juſtus eſt; & quanto ditior unuſquiſque fuerit, tanto juſtior: qui plus habuerit unde fœneret, ipſe erit juſtior. Sed difficile dives intrat in regnum cælorum. E

60. Quid ergo fœneret, dic mihi, ſancte David? Contra me protuli teſtimonium, niſi mihi ſubve-
Act. 3. 6. nis. Petrus dicebat: *Argentum & aurum non habeo*, numquid non erat juſtus? Tu mihi ergo expo-
Pſal. 111. 5. ne quid fœneret. Dixiſti enim: *Beatus vir qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in judicio.* Inveni quid fœnerat juſtus. Petrus quoque me doceat & ipſe quid fœneret, qui dixit inopi attendenti ad ſe & ad Johannem: *Argentum & aurum non habeo.* Nihil ergo dabis pauperi, apoſto- F le? Das tamen, & plus das quam alii: das inopi, quod alii dare non poſſunt: das inopi, poſt quod egere non poſſit: das inopi, quod etiam divites accipere concupiſcunt: das inopi, quod ii qui iſtud argentum & aurum habent, conferre non no-
c verint; quia avaritia eos impedit: [c] das inopi, quo eis divitibus facias ditiorem. Incitaſti animum meum, concupiſco hoc donum tuum. Dicito, rogo, quid des. Noli me diu ſuſpenſum reddere, cupio petere, ſi cito ſolvas. Sed ſolviſti cito: non diſtuliſti inopem, non deſpexiſti precem pauperis, non diutius eum deſperare feciſti, non vacuus ad templum adſcendiſti dicens: *Argentum & aurum non habeo.* Non illi ſoli plenis manibus adſcendunt, qui argentum & aurum habent: adſcendit & pauper non vacuus: adſcendit & ille non vacuus, quia aurum & argentum non habet. Audiamus quid det iſte pauper: *Sed quod habeo,* Ibidem.
inquit, *do tibi. In nomine Jeſu Nazareni ſurge & ambula.* O optanda paupertas; ô ditior inopia! Claudicabat, cui divites dabant: unus pauper dedit, & ſtatim qui claudus erat, ſanus eſt factus.

61. Habet ergo juſtus quod fœneret, habet & argentum quod fœneret, ſermones ſuos fœnerat: hoc eſt juſti argentum; eloquia enim Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplo. Hoc fœnerat qui Legem accipit, qui Legem meditatur, qui Legem exercet: hoc fœneravit Petrus, hoc fœneravit Paulus, quibus dicitur ut ad viros nationum pergerent. Ad Cornelium centurionem Petro, cui dicitur: *Surge, vade nihil dubitans, quo-* Act. 10. 20.
niam ego miſi illos; & ſurrexit & ivit. Et infra dixit: *Numquid aquam vetare poſſumus, ne baptizen-* Ibidem 47.
tur ii, qui Spiritum ſanctum acceperunt? Juſſitque eos baptizari. Hoc eſt: Fœnerabis gentibus, ut peccata dimittas, debita auferas: tu autem non mutuaberis. Mutuatur enim peccator, & non ſolvet peccata ſua; quia peccator eſt. Paulo di- Act. 9. 15.
citur: Fœnerabis gentibus qui miſſus eſt ad gentes: Johanni dicitur: Fœnerabis gentibus: Jacobo, & ceteris dicitur: Fœnerabitis gentibus: quibus dictum eſt: *Ite, baptizate gentes.* Matth. 28. 19.

62. [d] Dicitur populo patrum: *Si cuſtodieris man-*
data Dei, benedictus eris, & fœnerabis gentibus ver- Deut. 28. 12.
bum. Denique non de pecunia dici ſignificant ſequentia: *Princeps eris gentibus multis: tibi autem* Ibidem 13.
nemo dominabitur. Conſtituet te dominus Deus tuus caput, & non in caudam, & eris tunc ſupra, & non ſubter, ſi exaudieris vocem domini Dei tui. Et ſequitur: *Si autem non audieris, maledictus tu in ci-* Ibidem. 16.
vitate, & maledictus in agro. Et infra: *Maledicta* Ibidem 18.
progenies ventris tui. Non pecunia utique benedictum facit, ſed cognitio Dei, prædicatio verbi: ſi gratiam Domini fœneremus, ſi indigentibus eloquia Domini conferamus, ſi obſervemus mandata cæleſtia. Et contra maledictum non facit, ſi deſit pecunia quæ fœneretur: ſed ſi deſit ſtudium, ſi deſit obſervatio cæleſtium ſtatutorum, maledictus eris.

a. Ita mſſ. omnes Gall. ac vet. edit. Rom. vero ex uno Vat. *Unde argumentantur pignora interdicta non omnia, ſed ſpecialiter pauperis, & viduæ.* Aperta & minime coacta lectio, ſed quæ potius verborum Ambroſii paraphraſim, quam ipſa Ambroſii verba repræſentet.

b. Edit. Am. Era. & Rom. cum mſſ. duobus, *At ne parere erubeſcant modo.* Gall. *At ne pari erubeſcant modo.* Demum mſ. Vat. unus, & quinque Gall. ut in textu. Eſt autem hic *ne recrudeſcant*, idem ac ne iterum ſe ſe defendant, Scripturæ auctoritatem obtendentes; & hoc eo reſpicit, quod ſupra dicitur: *Sed murmurant adhuc* &c.

c. Mſſ. nonnulli, ac omnes edit. *das inopi, quod eum divitibus facias*, plures, *facias ditiorem.* Alii mſſ. *das inopi, quo* [antiquitus *qui*] *eis* &c. In ſexto autem caſu eſt relativum *quo*, & ſubintelligitur ejus antecedens hoc modo, *Das inopi id munus quo* &c.

d. Vet. edit. cum mſſ. Torn. & Vict. *Dicitur Paulo: Si Patrum cuſtodieris mandata, benedictus eris, & fœnerabis gentibus verbum.* Rom. è cod. Vat. cum quo Gall. omnes conſentiunt, locum reſtituit; niſi quod ubi omnes mſſ. præferunt, *gentibus verbum*, illa repoſuit, *gentibus multis.*

CAPUT XIX.

Judæos primo gentibus fæneraſſe, poſtmodum gentes in Chriſtum credentes vicem illis reddidiſſe, quod pecuniam ſuam amiſiſſent: ejuſdem pecuniæ laus, atque ad illam fænerandam exhortatio: & quo pacto in ea re Iſraelitis antepoſita fuerint nationes.

63. DEnique myſterium Eccleſiæ evidenter exprimitur. Primùm enim dixit ad diſ- B cipulum Legis: (Deut. 15. 6.) *Si audieris Legem, & cuſtodieris, fænerabis gentibus*; quod factum eſt à patribus noſtris. Fœneravit Moyſes gentibus, qui proſelytos acquiſivit, fœneravit Jeſus Nave, fœneravit Gedeon, fœneravit Samuel, David, Salomon, Elias, Eliſæus; & ſi quis volebat verbum cognoſcere, pergebat ad eos: regioa Auſtri venit audire ſapientiam Salomonis.

64. Ubi cœpit populus Judæorum non cuſtodire Legem, cœperunt advenæ, hoc eſt, ex po- C pulo nationum qui in dominum Jeſum crediderunt, interpretationem Scripturarum fœnerare illi vetuſto populo. Fœneravit Timotheus patre Græco ortus verbum Judæis, cùm ſacerdotium recepiſſet: fœneramus hodieque ſacerdotes in Eccleſia verbum Judæis, qui de Synagoga ad Eccleſiam tranſierunt: fœneramus & novam & vetuſtam pecuniam; etenim quam habuerunt, jam non habent: oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt: pecuniam habent, & D non habent; quia uſum ejus ignorant, pretium ejus neſciunt, figuram ejus & formam non cognoverunt. Nam ſi cognoviſſent, numquam auc- (Luc. 19. 14.) torem pecuniæ denegaſſent dicentes: *Nolumus hunc regnare ſuper nos.* Qui quidem rediens, accepto regno, juſſit vocari ſervos ſuos quibus dedit pecuniam, & eos qui fœneraſſent pecuniam, prædicavit: ei autem qui pecuniam tenuit otioſam (Ibidem. 22. & 23.) domini ſui reſpondit: *Sciebas quod ego homo auſterus ſum, tollo quod non poſui, meto quod non ſeminavi: & quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum uſuris utique exegiſſem illam?*

65. Audiſtis quæ pecunia boni fœneratoris ſit, quæ pecunia bonas acquirat uſuras, quæ pecunia non infamet fœneratorem, non opprimat debitorem, quam pecuniam ærugo non poſſit obducere, non penetrare tinea, quæ pecunia non de terreno theſauro ſit, ſed de æterno, quæ pecunia divitem faciat accipientem, nec aliquid imminuat fœneranti. Hæc pecunia uſuram ha- F bet: non centeſimam ejus quod dederit portionem, ſed centuplum fert fructum. Expande igitur ſinum mentis, ut hujus pecuniæ numeratam tibi ſuſcipias quantitatem: intende cordis obtutum, ut agnoſcas pecuniæ hujus imaginem & inſcriptionem: certe hanc pecuniam excute, tabulam ſupra menſam animæ tuæ quæ ſtabilis virtutibus ſit, quadratam conſtitue, conde in theſauro pectoris tui, de quo doctus ſcriba depromit nova & vetera. Vides qualis hæc pecunia ſit,

A quemadmodum creditorem, debitoremque invisa in ſe conjungat nomina. Qui invehebar in fœneratores, jam provoco debitorem. Hujus ergo fœneratores pecuniæ vos eſſe deſidero; ut ad vos qui mutuum ſumant, ſponte feſtinent: per quam non nummum, ſed regnum poſſitis acquirere: per quam non maledicta quæratis, ſed benedictionis gratiam.

66. Hanc pecuniam fœnerat populus nationum, qui ſcivit accipere fœneratum, qui ſcivit cernere, qui ſcivit excutere. B [a] Recuſaſti indiga fœnoris ſpiritalis, egere cœpiſti. De te ergo à Dei filio dictum eſt: *Mutuabitur peccator, & non ſolvet.* Tibi dicitur: (Pſ. 36. 21.) *Advena qui eſt in te, adſcendet ſuper te: tu autem deſcendes in imum.* (Deut. 28. 43.) Neſcit enim ſummum, qui Chriſtum ignorat: in inferno ſemper eſt, qui non adſcendit ad Chriſtum: in ſummo autem populus qui verbum recipit, hic habet fidei patrimonium omne. De hoc dicit Lex: *Hic tibi fœnerabit, tu autem non fœnerabis ei: hic tibi erit caput,* (Ibidem. 44.) C *tu autem eris cauda*, hoc eſt, ille erit primus, tu ultimus & abjectus. Auferam à Judæa caput & caudam, initium & finem: initium Chriſtum, qui interrogatus quis eſſet, reſpondit: *Initium quod & loquor vobis*: (Johan. 8. 25.) finem quoque Chriſtum dicit; *ipſe eſt enim finis Legis ad juſtitiam omni credenti.* (Rom. 10. 4.) Ergo qui non credit ad juſtitiam, nec initium, nec finem habet, ſed ipſe finis ſui eſt.

CAPUT XX.

D *Præmiſſo pignoris, commendati, ac depoſiti diſcrimine, oſtendit ſpirituale pignus eſſe, quod reddi Lege jubeatur; corporeum tamen etiam reddi oportere: qui verbum Dei audierit debitorem eſſe, nec ab eo pignus tollendum. De evangelicis veſtimentis; & de tunica quam omnes jubemur induere. Bonum amictum eſſe Dei verbum; eſſe pignus Dominicæ ſortis, eſſe ſapientiæ veſtimentum; tandem eſſe verbum coanguſtandum.*

E 67. COgnovimus fœnus legitimum, cognoſcamus & pignus quod Lex reddi jubet ante ſolis occaſum. Quid ſit iſtud audi dicentem Apoſtolum: *Dedit Deus pignus Spiritum in cordibus noſtris.* (2. Cor. 1. 22.) Tripliciter autem & pignus, & commendatum, & depoſitum dicitur. Pignus dicunt quod pro mutuo ære ſuſceptum eſt: commendatum autem & depoſitum [b] quod nos cuſtodiæ cauſa alicui commiſimus. Unde ait Apoſtolus: *Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt commendatum* (2. Tim. 1. 12.) F *meum ſervare in illum diem.* Depoſitum quoque idem docuit quod eſſet, dicens: *Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum qui habitat in nobis.* (Ibidem. 14.) Numquid Spiritus commendati auri argentique cuſtos eſt, aut per Spiritum ſanctum pecunia cuſtoditur? Spiritale igitur pignus cuſtoditur ab Spiritu; ne aves cœli veniant, & auferant illud de cordibus noſtris.

68. Petamus ergo, ut cuſtodiat in nobis Chriſtus hoc pignus quod ipſe donavit, & depoſitum ſuum commendatumque conſervet. Nihil enim

a. Mſſ. aliquot, atque omnes edit. *Recuſaſti indicta fœnoris ſpiritalis.* Dion. ſecunda manu, & Thuan. prima. *Recuſaſti indiga* &c. Commodius; idem enim eſt ac ſi diceres, Synagoga ſeu Judæa recuſavit pecuniam evangelicam, eo quod gens illa fœnus ſpiritale ſolvere nequaquam poſſet. Poſt pauca, Rom. edit. iſta reſecaverat *à Dei Filio*, vel ut vet. edit. *Dei Filio.* Male, nihil enim ſibi voluit Ambroſius, niſi Davidem in Chriſti perſona locutum fuiſſe, quam dicendi formam alibi ſæpius uſurpavit.

b Ita Rom. edit. cui accedunt mſſ. Thuan. & Colb. præter vocem *cuſtodia*, pro qua mendoſe habent, *cuſtodiat.* Vet. edit. & cod. Laud. *Cuſtodiatur cauſa alicujus commiſi.* Dion. vero ſolus *quod nobis cuſtodiat ille, cui commiſimus.*

accepit à nobis, ſed ipſe nobis credidit quod noſtrum non erat. Et ideo detrimento honeſtatis afficitur, qui depoſitum violarit alienum. Si commendatum hominis nulla debemus fraude violare, quanto magis divinum & ſpiritale depoſitum bona fide ſervare nos congruit, ne exiſtimationis & utilitatis gravia damna ſubeamus.

69. Hoc igitur pignus eſt quod Lex prohibet pignerari, & violenter auferri. Sic enim habet
Deut. 24. 10. & ſeq. Scriptura: *Si debitum tibi fuerit à proximo tuo quodcumque, non introibis in domum ipſius pignerare pignus; & homo apud quem eſt debitum tuum, proferet tibi foras pignus. Si autem homo ille pauper fuerit, non dormies in pignore ipſius, ſed redditione reddes ei pignus ipſius ad occaſum ſolis; & dormiet in veſtimento ſuo, & benedicet te, & erit in te miſericordia.*

70. Dices itaque mihi: Ecce Lex auferri pignus prohibuit, non ſuſcipi: pauperi autem juſſit reddi, non omnibus. At de corporalibus quidem pignoribus ſanctus etiam Eſdras docuit nos, quod jam, fœneratores, adverſus patrum veſtrorum non poſſitis venire profeſſionem. Nam cùm juberentur qui fœneraverant, & acceperant aliena pignora, ut reſtituerent ea, dixerunt: *Reddi-*
Nehem. 5. 12. *mus, & ab ipſis nihil quærimus.* Boni patres, qui ſtatuerunt pignora debitorum eſſe reddenda: boni etiam fœneratores qui reſponderunt quod & pignora redderent, & pecuniam non requirerent, quam dediſſent. Et ſententia vos paternæ cenſionis his adſtringit, & profeſſio creditorum.

71. Eſt autem & aliud pignus quod Lex ſpiritalis prohibet auferri; & ſi datum fuerit, reddi jubet ante ſolis occaſum: [a] quod homo debitor reddit, & ipſe protulit. Debitor eſt autem omnis qui audit verbum regni & non intelligit: venit malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde ipſius. Noli ergo introire in domum ejus, ut illud pignus accipias. Væ enim qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis! Si ſua ſtultitia amiſerit pignus ſuum, tu non habebis delictum. Si autem pauper fuerit, redde pignus ante ſolis occaſum: pignus autem veſtimentum eſt. Si ſibi dives videtur, ipſe ſe decipit, ſi pignus tradiderit ſuum: ſi autem pauper qui non habeat divitias ſpiritus, redde illi veſtimentum ſuum ante ſolis occaſum.

72. Si de corporali ageretur pignore, utique magis per diem reddendum fuit, ne turpitudo nudi corporis diurno lumine proderetur; tenebræ enim nudum non produnt. Ac ſi hoc moveret quod non haberet pauper, quo dormiens tegi poſſet, utique aut ſtragulum aut amictum diceret eſſe reddendum. Nunc autem dicendo veſtimentum, tunicam magis ſignificat quâ induimur atque veſtimur. Redde ergo pauperi tunicam ſuam, ut dormiat in ea noctu.

Matth. 10. 10. 73. Nonne tibi videtur illum pauperem ſignificare, qui cum tunica una jubetur pergere, alteram non requirere, emiſſus à Chriſto ad Evangelium prædicandum? Ipſe eſt enim pauper ſpiritu, qui dormire poſſit: nam ſatiato divitiis, non eſt qui ſinat eum dormire. Dormit enim pauper ſomnum reſurrectionis, quem dives dormire non poteſt, quia divitiis & voluptatibus ſuffocatur. Dormit Chriſti quietem dicentis: *Ego dormivi & quievi, & ſurrexi.* Psal. 3. 6. Hæc eſt tunica illa deſuper texta qua erat indutus Chriſtus, quam ſcindere non potuerunt illi milites quos agnoſcis. Nullus enim eorum veſtimentum Chriſti ſcindit, ſed dividit; ſicut ſcriptum eſt: *Diviſerunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Pſ. 21 19. Diviſerunt ſibi Evangeliſtæ veſtimenta ejus, & ſuper veſtem ejus, hoc eſt, ſuper prædicationem Evangelii qua veſtitur hodieque dominus Jeſus, miſerunt ſortem. Illam utique ſortem, quæ cecidit ſuper Matthiam, ut apoſtolorum duodecimus numero, excluſo nomine proditoris, adjungeretur. Bene autem de Evangeliſtis dictum eſt quia miſerunt ſortem; ſors enim veluti divino pendet examine. Et ideo quia non poteſtate propria ſunt locuti, neque omnes eadem omnia; ſed plerique dixerunt diverſa, quæ alius non dixerat: ſancti Spiritus gratiam velut ſortito illis ea tribuiſſe cognoſcimus, quæ loquerentur ſinguli de operibus domini Jeſu; ut ejus geſta ſibi deſcribenda pro ejus nutu dividerent.

74. Eſt & illa tunica quam demonſtrat Apoſtolus dicens: *Induite dominum Jeſum.* Hæc eſt tunica quæ inhoneſta operit noſtra, & in iis abundantiorem honeſtatem circumdat in Chriſto. Rom. 13. 14. Induimus viſcera miſericordiæ in Chriſto, induimus crucis gloriam, quæ Judæis ſcandalum, Græcis ſtultitia videbatur. Illi erubeſcunt, qui eam erubeſcendam putant: nobis autem abſit gloriari, niſi in cruce domini Jeſu. Hæc ignobilia noſtra honorem abundantiorem habent, quia per paſſionem Domini regnum nobis paratur æternum; quo enim quis plus peccaverit, eo plus diligit. Conſepeliamur igitur domino Jeſu, ut participes reſurrectionis ejus eſſe mereamur: exſpoliemus veterem hominem cum actibus ejus, induamus novum, in quo eſt remiſſio peccatorum.

75. Bonus ergo amictus atque veſtitus, verbum Dei. Hoc veſtitu filii Noe pudenda patris operuerunt, accipientes ſuper humeros veſtimentum, & retrorſum pergentes; ne viderent virilia patris, hoc eſt, corporea quæ habent pudorem quemdam generationis humanæ; & ideo qui videre voluit, anguſtioris animi dignam mercedem recepit, ut ſervus fieret; omnis enim qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Unde ille in terrenis remanſit. Hoc pauperi nemo tollat veſtimentum; aut ſi tulerit, ſol non occidat ſuper deſpoliatum: eum ante reſtituat, ne peccatum pauperis fœneratori poſſit adſcribi; & non ſolum ſuo, ſed etiam alieno incipiat laborare peccato. Hoc pignus in hac ſæculi nocte reddatur, hoc veſtimento in his mundi tenebris induatur.

76. Hoc pignus illius Dominicæ ſortis eſt, non illius contrariæ. Legimus enim duas ſortes in Levitico, de quibus dictum eſt: *Unam Deo facies, alteram tranſmiſſori.* Levit. 16. 18. Tranſmiſſor ſortem ſuam ad fœneratores tranſmittit: ſervi Domini in ſorte ſunt Chriſti. In hac ſorte conſtitutus Aaron, contrariæ ſortis excluſit ærumnam, cùm inter duas partes populi conſtitutus, mortem à defunctis ſer-

a. Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *quod homo debitum reddit:* Melius alii, *debitor;* conſequenter enim ponitur, *debitor eſt autem* &c. Quod vero dicitur, *& ipſe protulit*, idem eſt, atque *non per vim eo privatus eſt*, referrique debet ad ea quæ leguntur ſupra: *proferet tibi foras pignus;* nec non ad ea quæ infra ſequuntur: *Si ſua ſtultitia amiſerit* &c.

pere in ſortem vivorum ſui corporis non permiſit objectu. Hujus ſortis bonum pignus eſt Verbi amictus. Hanc vobis tunicam nemo auferat, debitores: hanc tunicam nulli oppigneretis, ſi vultis numquam turpitudinem ſuſtinere, ut dormiaris inter cleros ſicut Aaron, dormiatis inter duo Teſtamenta, ut dormiatis ſomnum reſurrectionis, & vos ſeparare poſſitis. Hoc eſt veſtimentum quod etiamſi oppigneraveris, recipiendum in Proverbiis ſanctus Salomon ſuadet dicens: *Aufer veſtimentum tuum: præterit enim injurioſus.*

Prov. 27. 13.

77. Sapientiæ veſtimentum eſt ex illis indumentis, quæ ex byſſo & purpura ſapientia ſibi fecit: hoc eſt, indumentum fidei conſtat ex prædicatione cæleſtium, & Dominicæ ſanguine paſſionis: byſſo ætherea figurantur, purpuræ ſpecie myſterium ſacri ſanguinis declaratur, quo regnum cæleſte confertur. Denique veſtimentum ſapientiæ ſignificari ſuperiora indicant; præmiſit enim dicens: *Sapiens eſto, fili, ut lætetur cor tuum.* Et infra duos verſus ait: *Imprudentes autem ſupervenientes damnum pendent.* Aufer veſtimentum tuum. Aufer igitur, ne damnum excipias imprudentiæ; & ne exutum te proprio veſtimento nequiſſimus ille communis fœnerator agnoſcens, confuſionem tui detegere conetur opprobrii, & perſuadeat tibi, ut te foliis tegas; & nudum te eſſe conſpiciens, in Dei verearis venire conſpectum.

Ibidem. 11.
Ibidem. 12.

78. *Redde*, inquit, *proximo in tempore, coangusta verbum, & fideliter age cum illo; & in omni tempore invenies quod tibi neceſſarium ſit.* Non amat multis innocentia ſe defendere. Suſanna vocis adſertione non eguit: verbum coanguſtavit ad Dominum, & ſtatim adipiſci meruit caſtitatis propriæ teſtimonium. Plurima preſbyteri loquebantur, qui laborabant verborum fuco obducere veritatem, ſed non filia Juda. Tacuit apud homines, locuta eſt Deo. Erubeſcenda erat in plebe ipſa defenſio muliebris; & dum pudor defenditur, impudentia prætendebatur. Coanguſtavit verbum dicens ad Dominum: *Tu ſcis quia falſa dixerunt de me.* Et Dominus ſpiritum Danielis pueri caſtitatis excitavit ultorem.

Eccli. 29. 2. & 3.
Dan. 13. 43.

79. Coanguſta ergo verbum, ut redhibiti creditori, non lingua reſpondeat. Sive myſtice: Coanguſta verbum, hoc eſt, conſumma. Verbum enim conſummans & brevians faciet Dominus ſuper terram, hoc eſt, ex multis ratiociniis abbreviata tibi ſumma conveniat. Deducito quod expenſis diverſis eſt erogatum, ut ſalvum habeas quod ſuperſit: quomodo Dominus de multis diſpenſationibus Judæorum, ex multo illo ratiocinio peccatorum conſummavit tandem atque breviavit, ut reliquiæ ſalvæ fierent per electionem gratiæ, & ſervarentur ad ſemen, per quos intermortuam ſpem Synagogæ reſuſcitaret.

CAPUT XXI.

Reprehenduntur ii qui cùm ſolvendo non ſint, mutuam ſumunt. Iidem quam abjecti; & quemadmodum ad condictam diem non reddentes ex amicis inimicos faciant; unde nulli mutuum ſumendum concluditur. Quid per molam & lapidem ſupermolarem non obligandum intelligatur?

80. QUam deforme eſt, ut pro beneficio ei qui te adjuvit, rependas moleſtiam! Cùm iſtum fraudaveris cui debes, poſtea in tempore neceſſitatis tuæ non invenies creditorem. Quam indignum, ut cùm victum tuum ſuſtentare non queas, cùm adhuc nihil debeas, putes quod & victum tuum poſſis, & debitum ſuſtinere! Ante cogita unde diſſolvas, & ſic mutuum ſume. Fructus, inquit, agrorum capio. Sed qui non abundant uſui, quomodo abundabunt contracti fœnoris incremento? Sed poſſeſſionem meam vendo. Et unde fructus, quibus utaris ad ſumtum? Fœnus non pecuniâ ſuâ ſolvitur, ſed augetur: numerando coacervatur & creſcit.

81. Deinde non cogitas humilitatem & verecundiam poſtulantis? Donec accipias, oſcularis manus fœneratoris ſuperbi, humilias vocem tuam, ne clarior ſonitus vocis tuæ aures ejus offendat, ne plures te audiant deprecantem. Paupertas non habet crimen, nulla indigentiæ infamia eſt: ſed debere verecundum eſt, [a] non reddere inverecundum. Poſtulabis dilationem, cùm cœperis conveniri in tempore præſcriptæ ſolutionis: pro pecunia adferes tædia, cauſaberis de tempore, excuſationes ſtrues; & cùm totum promiſeris, ne in univerſum fraudare videaris, vix dimidium reſtitues. De amico inimicum facies, pro honore referes contumeliam, pro benedictione maledictum. Quàm hæc opinionem lædant conſidera: quam à viro bono diſcrepent, recognoſce.

82. Ergo dum liber es à vinculis, ipſe te revoca à jugo & onere ſervitutis. Dives es? Non ſumas mutuum. Pauper es? Non ſumas mutuum. Dives es? Nullam pateris petendi neceſſitatem. Pauper es? Conſidera ſolvendi difficultatem. Opulentia uſuris minuitur, paupertas uſuris non levatur. NUMQUAM enim malum malo corrigitur, nec vulnus curatur vulnere, ſed exaſperatur ulcere.

83. Hoc vide, ne dum pecuniam petis, molam tuam obliges, aut lapidem ſupermolarem. Mola eſt qua ſimilago conficitur, qua molit ſimilaginem una mulier quæ adſumitur, & altera quæ relinquitur. Fortaſſe illa adſumitur, quæ ſemper molit verbum Dei, ut habeat ſimilaginem, & ſpiritalem facit farinam, [b] expurgat vetus fermentum, ut ſit nova conſperſio, cuſtodit molam ſuam, interpretatur Scripturas, ſervat ſibi lapidem ſupermolarem: illa autem relinquitur quæ oppignerat molam ſuam. Cùm aliquid emoluerit perfunctorie, oppignerat lapidem qui eſt ſuper molam. Quis iſte ſit lapis, quæro. Legi: *Lapidem quem*

Pſal. 117. 22.

a Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *non reddere verecundius.* Non male: attamen omnium antiquiſſimi legunt, *non reddere inverecundum.* Unus, *inverecundius.* Et hoc etiam non abſurde explicari poteſt eo ſenſu; nam qui debet verecundia quadam afficitur, qui verò non reddit, inverecundus atque impudens eſt.

b Omnes omnino edit. *Expurgate vetus fermentum, ut ſitis &c.* Mſſ. Thuan. Dion. & Colb. *Expurgat .... ut ſit &c.* Docet enim orationis ſeries hic non tam citari Scripturæ verba, quam accommodari.

reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Quare ſuper molam? Quia ipſe eſt qui molentes juvat: ipſe eſt qui dicit: *Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere.* (Iohan. 5. 39.)

84. Noli, fœnerator, hunc lapidem ſupermolarem oppignerare, ne cadas ſuper illum. Omnis enim qui ceciderit ſuper hunc lapidem, conquaſſabitur: ſuper quem autem ceciderit, commovet illum. Nec viduæ pignus ſuſcipias. Grave & utrumque ſecundum litteram, ut uſum, inſtrumentumque vivendi egeno auferas, aut viduæ pignus detrahas: B ſed gravius, ſi animæ quæ verbi vidua eſt, verbum teneas, [a] & ei ſterilitatem viduitatis indicas.

CAPUT XXII.

Quem fœneratorem imitari debeamus; & quomodo Eccleſiæ Deus plus dederit, cui & ipſa plus reddidit non exigenti; deque divina miſericordia ac judicii diſpenſatione.

85. Atque ut ſciatis quod amanti hæc affectu ſuadeam, ut ſciatis quod liceat & bene fœnerare, oſtendam vobis quem fœneratorem debeatis imitari. (Luc. 7. 41. & ſeq.) *Duo*, inquit, *erant debitores uni fœneratori, unus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utriſque. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon phariſæus dixit: Æſtimo quia is cui plus donavit.* Et laudata eſt ſententia ejus, dicente Domino: *Recte judicaſti.* Recte judicavit phariſæus, qui male cogitavit, putans quod ignoraret magis Dominus peccata mulieris, quam donaret. Sed laudatur ejus ſententia, ut excuſatio ei omnis adimatur.

86. Plus remiſſum eſt Eccleſiæ, quæ congregata eſt ex populo nationum, quoniam plus debebat: ſed & ipſa plus ſolvit non exigenti, ſed donanti. Dedit aquam pedibus Chriſti, quia ſua peccata mundavit: oſculata eſt pedes, ferens pacis inſignia: miſit oleum in pedes ejus, miſericordiam & ipſa in pauperes conferendo. Iſti ſunt pedes Chriſti, in his innocentius ambulat Chriſtus. Et capillis capitis ſui terſit. Chriſto enim humiliatur, quicumque habet humilitatis affectum. (Ibidem. 47.) *Et ideo*, inquit, *dimiſſa ſunt peccata ejus multa, quoniam dilexit multum.*

87. Adverte quod Dominus & miſericordiam quaſi liberalis impertit, & judicium cum miſeratione diſpenſat. Ante donavit per gratiam, ſed quibus donaret ſciebat. Non habet quod excuſet Judæus. Mihi quaſi peccatori plura donavit, illi quaſi ingrato minora conceſſit. Scivit tamen quod & ille quaſi ingratus non poſſit quod accepiſſet exſolvere, & Eccleſia memor gratiæ eo plura ſolveret, quo plura meruiſſet.

CAPUT XXIII.

Oggerentibus uſuræ antiquitatem reponitur etiam culpam antiquam eſſe, quam ſolutum Chriſtus venerit, invexerit autem diabolus: huic fœneratores adſimilari. nec non etiam eos qui fidejuſſorem obligant, in quo ſibi alterum parant inimicum. Quam cavendum ſit, ne quis pro alio ſe obliget, aut ſaltem pro ſumma ſuis majore facultatibus!

88. Habetis ergo quem ſequamini fœneratorem, ſi vultis laude donari, ſi vultis non eſſe quod reprehendatur à nobis. Nos enim non perſonæ obtrectamus, ſed avaritiæ. Nec fallit dixiſſe aliquos, cùm ante hoc biduum tractatus noſter eorum compunxiſſet affectum: Quid ſibi voluit Epiſcopus adverſus fœneratores tractare, quaſi novum aliquid admiſſum ſit, quaſi id non etiam ſuperiores fecerint, quaſi non vetus ſit fœnerare? Verum eſt, nec ego abnuo: ſed & C culpa vetus eſt. Denique peccatum ab Adam: ex illo culpa, ex quo & Eva: ex illo prævaricatio, ex quo & humana conditio. Sed ideo Chriſtus venit, ut inveterata aboleret, nova conderet; & quæ inveteraverat culpa, renovaret gratia. Ideo ſe paſſioni obtulit, ut renovaretur ſpiritu, & abſolveret univerſos. (Aug. lib. 1. contr. Jul. Pelag. c. 3.) Diabolus autem Evam decepit, ut ſupplantaret virum, obligaret hereditatem.

89. Quid fœneratores faciunt? Decipiunt defœneratos, D obligant fidejuſſores: ſed non Tobias pignus quæſivit, aut fidejuſſorem popoſcit. (Tob 1. 17. & 4 22) Curandum eſt igitur, ut fidejuſſorem requiras, ut eum tuis nominibus adſtringas. Ecce paratur alter inimicus. Nam cùm non habueris unde debitum ſolvas, ille pro te tenebitur. Inveniris in eo circumventor & fallax, qui amicum deceperis. Ille nudabitur, ille pro te in vincula ducetur: illum graviorem exactorem creditore patieris qui allegat: ſtimula civem tuum quem ſpopondiſti. E Ita fiet ut ipſe quoque eſſe incipias ingratus, & prætereas illud quod ſcriptum eſt: *Gratiam repromiſſoris ne obliviſcaris;* [*] *dedit enim pro te animam bonam.* (Eccli. 29. 20.) Neceſſe eſt dicas: Quis enim te quærebat fidem dicere? Nam niſi tu fidem dixiſſes, ego non accepiſſem pecuniam. Adulteram accepi pecuniam, æs auro admixtum mihi dedit: utinam te non obtuliſſes! Fortaſſe creditor te ſubornavit, vel tu illum.

90. Ergo cave ne alieno te obliges debito; ne F hoc quoque vendidiſſe dicaris: [b] ne ſi quid tibi, ut habet uſus amicitiæ, debitor dederit gratiæ, te videatur emiſſe. Aut ſi vis intervenire, moveris amici obſecratus oratis, erubeſcis negare; ita interveni, ut ſi debito ſolvendo non fuerit, de tuo noveris eſſe ſolvendum. In hæc paratus accede. Legiſti enim: *Non ſpondeas ſuper virtutem tuam; ſi enim ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita.* (Eccli. 8. 16.) Et infra: *Recipe proximum ſecundum virtutem tuam, &* (Ibidem. 29. 27.)

a. Edit. omnes, & quidam mſſ. *ut ei ſterilitatem viduitatis inducas:* alii melioris notæ, *& ei .... indicas*, hoc eſt, imperes.

*. LXX Interp. ἔδωκε γὰρ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ σοῦ. Ἀγαθὰ ἐγγύου ἀνατρέψει ἁμαρτωλός. Unus mſſ. atque edit. Complut. ut Nobilius docet, ἔδωκε γὰρ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ σοῦ. Ἀγαθὴν ἐγγύου &c. Sed Ambroſium legiſſe oportet, ἔδωκε γὰρ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ σοῦ ἀγαθήν. Ἐγγύου &c. quemadmodum obſervavit idem Nobilius.

b Omnes edit. *ne ſi quod tibi (ut habet uſus amicitiæ) debetur, aut debitor dederit gratiæ*, vet. edit. cum mſſ. Torn. & Vict. *ut videatur emiſſe* Rom. *ut à te videatur emiſſe*. Alii mſſ. ut in textu. Rurſus ubi edit. ant. *noveris amici obſecratus oratis, erubeſces negare*. Rom. & mſſ. *moveris .... erubeſces* Thuan. Dion. & Colb. *erubeſcis negare*. Latinius conjicit reponendum, *nam veri amici obſecratus* &c. Verum iſta conjectura nihil eſt opus, ut diſpicienti planum fiet: modo ante verba *moveris*, & *erubeſcis*, ſubintelligat particulam, *ſi*. Denique pro, *ſi debitum non ſolutum fuerit*, ut in ant. edit. ac mſſ. duobus legere eſt; Rom. & mſſ. totidem exhibent, *ſi debitor ſolvendo non fuerit:* alii omnium vetuſtiſſimi, *ſi debito ſolvendo* &c. ubi ſubintelligenda vox, *amicus*.

adtende tibi ne cadas, id eſt, ne majore te obliges [a] nominis quantitate quàm ferre poſſunt & exſolvere tuarum copiæ facultatum. Si enim quod habes tradas, amiſiſti opes, non amiſiſti fidem. Famæ tuæ damna non ſentis, redemiſti amicum ſine tua fraude. Alibi quoque id te monent Proverbia Salomonis dicentis: *Spondens ſponde amico tuo, quemadmodum qui obligat ſe ſponſorem amicorum ſuorum*. Si autem non habes, audi quid Salomon dicat: *Noli te dare in ſponſionem erubeſcens perſonam; ſi enim non habueris unde ſolvas, auferent ſtramentum deſub lateribus tuis.* Ergo bonus fœnerator acquiret gratiam, execrationem improbus.

Prov. 17. 18.

Prov. 22. 26. & 27.

CAPUT XXIV.

Quomodo Tobias in mercedis ſolutione nobis imitandus; quodve fœnerandi genus idem nos doceat?

Tob. 4. 15.

91. SEd non his tantum virtutum finibus contentus ſanctus Tobias, mercenario quoque ſcivit ſolvendam eſſe mercedem, dimidium

Ibid. 12. 5.

uſque obtulit; meritòque pro mercenario invenit Angelum. Et tu unde ſcis ne forte juſtum aliquem mercede defraudes, [b] pejus ſi infirmum? Væ enim illi qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis! Quî ſcis an in eo Angelus ſit? Neque enim dubitare debemus quod in mercenario poſſit eſſe Angelus, cùm eſſe poſſit Chriſtus, qui in minimo quoque eſſe conſuevit.

92. Redde ergo mercenario mercedem ſuam, nec eum laboris ſui mercede defraudes; quia & tu mercenarius Chriſti es, & te conduxit ad vineam ſuam, & tibi merces repoſita eſt cæleſtis. Non ergo lædas ſervum operantem in veritate, neque mercenarium dantem animam ſuam: non deſpicias inopem qui vitam ſuam labore exercet ſuo, & mercede ſuſtentat. HOC EST ENIM interficere hominem, vitæ ſuæ ei debita ſubſidia denegare. Et tu mercenarius es in hac terra: da mercedem mercenario, ut & tu poſſis dicere Domino, cùm precaris: *Da mercedem, Domine, ſuſtinentibus te.* Eccli 36. 18.

93. Tobias tibi dicit: *Luxuria mater eſt famis*, Tob. 4. 14.
in quo continentiam docet. Dicit etiam: *Mercedem omni homini qui penes te operatus fuerit, redde eadem die, & non maneat penes te merces hominis; & merces tua non minorabitur.* Ibidem. 15.
Dicit tibi: *Noli vinum bibere in ebrietatem.* Ibidem. 16.
Dicit tibi: *De pane tuo communica eſurientibus.* Ibidem. 17.
Vide quid te fœnerare cupiat: *Et de veſtimentis tuis nudos tege: ex omnibus quæ abundaverint tibi, fac eleemoſynam. Omni tempore benedic Dominum.* In his itaque fœnus æternum eſt, & uſura perpetua. Ibidem. 18. & ſeq.

a. Mſſ. Torn. & Vict. cum edit. *numiſmatis quantitate*. Sed cum Thuan. Laud. Dion. & Colb. legendum, *nominis quantitate*, *nomen* enim hac in materia idem eſt ac *debitum*. Unde iſtæ locutiones, *nomina contrahere*, *nomina diſſolvere*, & ſimiles.

b. Edit. vet. *puniſſe*, Rom. *punire infirmum*. Codex Torn. *punis ſi infirmum*. Vict. *puniſſe infirmum*. Melius Thuan. Laud. Dion. & Colb. *pejus ſi infirmum*.

IN LIBROS
DE INTERPELLATIONE JOB ET DAVID
ADMONITIO.

CONſtat hic tractatus quatuor libris de Interpellatione (*id eſt, expoſtulatione ſeu querela*) Job & David, *qui non omnes ſimul in Ambroſianorum operum editionibus prodierunt. Enimvero qui antiquiores curaverunt editiones, cùm in mutilum exemplar incidiſſent, librum ſecundum prætermiſere. Hunc primus omnium evulgavit Eraſmus, ſed cum hujuſmodi* [a] *cenſura, qua ipſum Doctori noſtro abjudicatam auctori libri* de Vocatione Gentium *attribueret. Ejus unicum argumentum eſt ſtyli quem ab Ambroſiano longe diverſum eſſe autumat, diſcrepantia. Gillotius vero qui poſt eum in edendis Ambroſii operibus laborem ſuſcepit non mediocrem, acerrime hanc ejuſdem opinionem impugnat,* [b] *illam fulcro parum admodum tuto niti contendens; cùm videlicet ſanctis Patribus minime inſolens fuerit ſtylum ſuum pro materia, tempore, vel perſonis quas alloquebantur, mutare; cùm præterea codices mſſ. quos è diverſis bibliothecis conquiſierunt, magno conſenſu hanc omnem lucubrationem Ambroſio adſcribant. Gillotio etiam ſuffragantur ea quibus uſi ſumus, exemplaria, quorum unum ſiu minus* tam multæ eſt antiquitatis, ut jurare poſſis ætate divi Ambroſii ſcriptum eſſe, *quemadmodum de quodam è ſuis loquitur idem* [c] *Gillotius, at ſaltem mille annos ut minimum præfert. In eo quatuor hi libri eodem ordine, ac ſub iiſdem titulis, quibus illos edendos curavimus, exhibeantur.*

a Epiſt. huic libro præfixa in edit. Ambroſ.

b Præfat. in edit. Ambroſ. & monito in ſecundam Apologiam David.

c. Loc. cit.

At vero etſi nobis deeſſent tanta auctoritatis manuſcripti, tamen ipſa B. Præſulis verba, & totius operis ſeries planum faceret ſecundum hunc librum nihilo minus quam tres alios deberi Ambroſio. Nec illud adſerere dubitamus, Eraſmum ipſam prorſus opinionem ſuam, ſi modo horum quatuor librorum initia invicem contuliſſet, ejuraturum fuiſſe. Quid enim evidentius iis verbis quibus Ambroſius per ordinem querelas à ſanctis Job & David ſuper hominum miſeriis habitas examinaturum ſe profitetur? Utriuſque igitur, *inquit,* [d] interpellationes conſiderare cordi eſt.... Suo igitur ordine ſpectandæ nobis ſunt. *Hoc utique non niſi primis duobus libris præſtare potuit, quod & ibidem à ſe præſtitum tradit, cùm initio tertii libri ſic* [e] *loquatur:* Superior nobis diſputatio fuit de interpellatione ſanctorum (*nempe Job & David*) quod fragilis & imbecilla conditio humana *&c. Poſtremo quiſquis eumdem ſecundum librum cum ejuſdem operis quarto componere voluerit, is procul dubio per ſe intelliget, eam diverſitatem quam Eraſmus jactitat, purum putum eſſe commentum.*

d. Lib. 1. cap. 1. num. 3

e Cap. 1. num. 1.

Romani quidem editores hos omnes libros ex æquo ſub Ambroſii nomine cum aliis ejuſdem operibus prælo ſubjecere, ſed eos fortaſſe paulo audacius diſtraxere ab invicem. Primum ac tertium librum tamquam commentaria

in librum Iob primo ſuo tomo inſeruerunt: ſecundum autem & quartum à ſuperioribus avulſos in ſecundum tomum ſub titulo enarrationum in pſalmos XLI. XLII. ac LXXII. rejecerunt. Porro cùm hujuſmodi ſeparatio fieri nequaquam potuerit, quin induceretur in auctoris textum aliqua mutatio, & præclarum opus membrorum ſuorum luxatione ac disjectione quodammodo corrumperetur; hinc illud conſilii non tulit eorum approbationem, qui Patrum ſcripta, qualia ab illis relicta ſunt, talia ſibi exhiberi jure deſiderant. Hinc Nicolaus Faber ſtudiis Ludovici XIII. quondam præfectus, vir pietate juxta atque eruditione clariſſimus neutiquam ſibi temperavit, quin libere diſtractionem hanc improbaret in quadam ſua epiſtola,[a] ubi eoſdem editores ad hancce diviſionem inſtituendam coactos fuiſſe adſerit quædam interpolare minime probabili exemplo. Neque tamen putaverimus id illos feciſſe malo animo, ſed credidiſſe ea re ſe conſulturos lectoris utilitati, ſi commentaria in varias Scripturæ partes digeſta ipſi proponerent; minus interim ea incommoda quæ ex admiſſa in Patrum libros hujuſmodi licentia conſequerentur, expendentes.

a. ad Front. Ducæum.

Itaque his quatuor libris legitimum ordinem reſtituimus. Nam quod is liber quem nos edimus ſecundo loco, in duobus recentioris ævi manuſcriptis quarto reperiatur, id eo factum arbitramur, quod illi codices ex aliquo exemplari mutilo in quo idem ſecundus liber deſiderabatur, deſcripti fuerint; cùm vero ſcriptores poſtea eumdem alibi nacti fuiſſent, illum poſt alios tres continua ſerie jam ante diſpoſitos exararunt. Et certe non abſimile quiddam in editionibus quoque contigit. Etenim omnium antiquiſſima quæ ad imperfectum codicem, ut jam diximus, excuſſa fuerunt, tres libros quos ſolos habent, ſub titulis librorum I. III. & IV. repræſentant: ſequentes vero editiones Eraſmi, Coſterii, Gillotii, memoratum ſecundum librum non ſuo loco impreſſum oſtendunt. Non fuiſſe autem alium ſancti Doctoris ordinem in ſcribendis his libris, quam eum quo illi à nobis hic digeruntur, non ſolùm probant antiquiſſimæ notæ manuſcripti, nec non [b] Gillotius, typographi [c] ultimarum Pariſinarum Ambroſii editionum, D. Hermannus,[d] atque alii obſervarunt: verum etiam tota operis ſeries illud confirmat evidentiſſime. Hanc breviter oculis lectorum ſubjicimus.

b Loc. cit.
c. Annot. in lib. de Interpel. Iob
d Conſ. lib. Ambr.

In duobus prioribus libris agitur de Interpellatione Iob & David ob vitæ humanæ miſeram conditionem, infirmitateſque illius tum corporeas, tum ſpirituales, hoc eſt, morbos & calamitates à quibus eximitur nemo; atque infelicem illam neceſſitatem ea peccata committendi, quorum rationem ſeveriſſimo offenſi Dei judicio reddere nos oportet. Id ſanctus Antiſtes in priori libro docet verbis ipſius Iob è primis capitibus libri prophetæ ejuſdem petitis, copioſeque relatis, ad quorum tantum inſigniores locos nonnullas adjicit obſervatiunculas; ubi tamen ſat fuſam quorumdam verborum Iob interpretationem myſticam, quæ ipſi viſa eſt neceſſaria, ſcite admodum [e] inſeruit. In ſecundo vir ſanctus idem argumentum proſequitur pſalmis XLI. & XLII. accuratius enucleatis; in quibus triplicem Prophetæ querimoniam obſervat,[f] primam de calamitatibus quas per hanc vitæ uſuram perpetimur, alteram de bonorum quæ ſperamus, atque imprimis Dominici adventus quem ille flagrantiſſimo ardore peroptabat, dilatione, tertiam demum de neceſſitate vitam in impiorum conſortio traducendi. Addit autem in utroque libro rationum momenta [g] firmandæ Verbi divinitati peridonea, quod enim non alia de cauſa factitaſſe crediderimus, niſi ut adverſus venenum Arianorum qui Mediolani ea tempeſtate plurimum poterant, populum ſuum communiret.

e Cap. 5. num. 12. & ſeq.
f. Cap. 7. num 26. & cap. 8. num 29.
g. Lib 1. cap 9. lib. 2. cap. 4. & 6.

Duo poſteriores libri eas hominum querelas continent, quas hi proſperis abundare improbos, probos vero conflictari adverſis indignati habere ſolent. Quocirca primorum bona demonſtrat non eſſe vera bona, non ea ipſis in præmium meritorum conceſſa, nec ullam eorum poſſeſſione felicitatem adſerri neque in præſens, neque multo minus in futurum, quo tempore juſti demum regnaturi ſunt. Huic veritati fidem facit allatis verbis Iob ex aliis capitibus libri ejuſdem: verum hic non tam longas periodos, quam in primo hujus commentationis libro, deſcribit: ſed verba quæ ſibi videntur ad rem magis eſſe accommodata ſeligens ea brevi expoſitione illuſtrat. In quarto libro eadem adſtruit adhibita eleganti enarratione pſalmi LXXII. in quo David perbelle de eadem materia diſputat.

Ex ethicis illis præceptis quæ ſubinde huic tractatui admiſcet Ambroſius, ſatis intelligas eum conſtare concionibus, quas ad fidelium inſtitutionem compoſuerat. Has autem ab illo diebus diverſis habitas fuiſſe cum ſecundi libri, tum maxime tertii exordium non obſcuro eſt argumento.

De tempore quidem quo illud operis conſcriptum fuit, aliquid indubitatum proferre majoris videtur eſſe negotii. Verumtamen haud abſurde conjici poſſit annum eidem adſignandum ſuperiorem trecenteſimo octogeſimo ſeptimo quo Flaccillæ Theodoſii Magni uxoris ſtatuas in populari ſeditione dejecerunt Antiochenſes. Cùm enim ſanctus Doctor de principum agit imaginibus, ita loquitur: [h] Vides quemadmodum in civitatibus bonorum principum imagines perſeverent, deleantur imagines tyrannorum. Quis autem putet poſt illum eventum ſummæ prudentiæ Antiſtitem, & apud quem maximo erat in pretio Theodoſius, hujuſmodi verbis quæ acerbiſſimum tanti principis vulnus non ſine contumelia refricaſſent, uti voluiſſe? Præterea quæ hic[i] de pſalmis memorantur, ea locum videntur præbere conjiciendi Ambroſium eoſdem ſermones habuiſſe ante annum CCCLXXXV. aut CCCLXXXVI. quo tempore populi cantum inſtituit in Eccleſia. Nihil itaque prohibuerit quominus commentationem hanc circiter annum CCCLXXXIII. factam dicamus, ſanctumque noſtrum de ſtatuis mentionem habuiſſe occaſione imaginum Gratiani imperatoris, quas eo extincto populus cui juvenis ille princeps tam juſtum ſui reliquerat deſiderium, conſervavit.

h. Lib. 4. cap 8. num. 24.
i. Lib. 2. cap. 6 num. 24.

SANCTI

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE INTERPELLATIONE JOB ET DAVID *LIBRI QUATVOR.**

* Scripti forte circ. an. 383.

LIBER PRIMUS.

DE INTERPELLATIONE JOB, ET DE HOMINIS INFIRMITATE.

CAPUT I.

Multas in hac vita perturbationes eſſe, multas conſolationes, ſed his illas longe ſuperari; quod ſanctorum inductione comprobatur: David ac Iobum pro noſtris infirmitatibus interpellaſſe, unde hujus operis argumentum.

1. MULTAS nobis perturbationes io hac vita eſſe ſubeundas ſcriptura divina frequentibus de- B monſtrat locis: multaſque ſuppetere conſolationes, quibos animus capax vigoris, & recti conſcius abſorbere debeat quæ præſentium incommodorum ſunt, ſpectare ea quæ habeant perpetem jucunditatem. Præponderant enim conſolationes perturbationibus; quia & præſentium ſedatiooem adferunt, & ſpem futurorum.
Rom. 8. 18 Unde & apoſtolus Paulus: *Indignæ ſunt*, inquit, *paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram gloriam.* C Iodignæ utique ad conſolationis comparationem, ooo ad fructum redemtionis.

2. Quæ eſt enim tam præclara cujuſquam vita io terris, ut adæquare illam cæleſtem gloriam poſſit? Quid ſublimius Paulo, qui tantum periculorum ſubiit, tantum dolorum atque infirmitatum abſorbuit? In iis quas Chriſti nomine ſu-
1. Cor. 15. 32. biit paſſionibus quotidie, ut ipſe dicit, motiebatur, & nihil indignum perpeti ſe in boc tempore pro tantæ gloriæ ſpe atque exſpectatione cen- D ſebat. Elias famem, inſidias, mortiſque terrores, laborum acerba toleravit: & tamen ſolus ille igneis curribus, equis igneis de cælo a deductus A ad terras, & de terris revectus ad cælum, omne meritum hujus militiæ abſcoodit, atque ultra bumana omnia gratiam pii adſcenſoris evexit. Nam de Petro quid loquar, qui crucem ſuam futura remuneratione indignam arbitratus, * inverſo ſuſpendi popoſcit veſtigio, ut aliquid paſſiooi ſuæ adderet, cujus acerbare ipſe ſibi ſupplicia non timeret?

3. Unde non immerito ſanctus David ad illam gloriam, cùm in cetero opere, tum maxime in B quadrageſimo primo pſalmo ſe feſtinare teſtatur dicens: *Quando veniam & apparebo ante faciem* Pſal. 41. 3. *Dei?* In quo pſalmo & perturbationes bumanæ fragilitatis, & cooſolationes à Domino evidenter expreſſit. In quo etiam interpellat pro nobis Deum, quod oblitus operis ſui, oblitus collatæ in hominem liberalitatis & gratiæ, quem tuendum atqoe otnandum ſuſceperat, dereliquerit, & infirmum ac oaufragum diverſis infirmitatibus rejecerit adterendum. Quod idem ante ipſum C fecerat ſanctus Job: ſed iſte moralius, ille vehementius. Utriuſque igitur interpellationes conſiderare cordi eſt; quod in bis vitæ humanæ forma exprimitur, cauſa agitur, prærogativa formatur. Suo igitur ordine ſpectandæ nobis ſunt.

CAPUT II.

Quomodo beatus Iob, amiſſis omnibus præter uxorem, tamquam bonus athleta perturbationibus non ceſſerit, nec certare recuſaverit.

D 4. AMiſſis itaque liberis Job atque omnibus ſuis præter uxorem, quæ ei ſola ad tentatiooem fuerat reſervata, perfuſus etiam ulcere

a. Ita edit. Era. cum mſſ. Thuan. Laud. Torn. & Vict. Aliæ vero edit. ac mſſ. *Deductus ad terras* . . . . *revectus* vel *reductus ad cælum*. Sed putamus noſtram lectionem præſtare, atque Ambroſium ſpectaſſe ad Eliæ reditum illum, quo in dominica transfiguratione apparuit.

* Hujus hiſtoriæ meminit Hieronymus in Catal. & Hegeſippus a quo eam Ambroſius mutuatus videtur: qua de re a nobis dictum alio loco

gravi, cùm videret amicos ſuos non ad conſolaodum veniſſe, ſed ad exaggeraodum & acerbaodum dolorem, advertit à Domino datam in ſe adverſario teotandi ſui poteſtatem. Et qnamvis ſagittas Domini in corpore ſuo ſentiret eſſe, quibus compungi ſe diceret, tamen quaſi boous athleta, qui dolori non cederet, nec dura certaminis recuſaret, addidit:

Iob 6. 9. & ſeq.

Incipiens Dominus vulneret, ut fine autem non me [a] *perimat.... Quæ enim mea virtus, ut ſuſtineo: aut quod meum tempus, ut ſuffeeat anima mea? Numquid fortitudo lapidum, fortitudo mea: aut carnes meæ ſunt æreæ: aut non in ipſo confidebam? Adjutorium autem à me receſſit: viſitatio autem ejus deſpexit me.*

Ibidem. 7. 1 & ſeq.

5. *Nonne tentamentum eſt vita hominis in terra, & ſicut mercenarii quotidiani vita ejus; aut ſicut famulus timens dominum ſuum, qui ſe ſub umbra obtegat, aut ſicut mercenarius exſpectans mercedem ſuam; ſic & ego menſes exſpectavi vacuos, noctes autem dolorum data ſunt mihi? Si quieſcam dico: Quando dies? Si ſurgam iterum: Quando veſper? Plenus ſum doloribus à veſpera uſque ad mane. Fermentatur mihi corpus in putredine vermium: liquefacio autem glebas terræ, ſaniem radens ulcerum. Vita autem mea* [b] *levior eſt fabulâ, in ſpe vacua perit.... Dicam, conſolabitur me lectulus meus.... Terres me in ſomniis, & in viſionibus me percellis.*

CAPUT III.

De miſera conditione hominis, qui quotidie ſub formidine eſt; quamque ſtulte cogitet peccata ſua Dei cognitionem fallere poſſe: item quam miſerum in lectulo nobis ad quietem dato ſollicitudine agitari, atque ex eodem vacuos ac nudos exſurgere, quæ vitæ iſtius imago eſt.

6. QUam miſera hominis conditio, quæ quaſi mercenaria aliis laborat, ſibi indiget, & niſi alienâ miſericordiâ ſuſteotare ſe nequit! Quotidie ſub formidine, ſub timore gravem tolcraos ſervitutem, & ne deprehendatur à Domino, erratica atque fugitiva ſub umbra quadam ſæculi hujus putat ſe poſſe deliteſcere. Conſidera illum de quo ait in Eccleſiaſtico Syrach:

Eccli 23. 25. & 26.

Omnis homo tranſgrediens in lecto ſuo, contemnens & dicens in anima ſua: Quis me videt? Tenebræ circumdant me & parietes, quem vereor? Nonne tibi videtur iſte vere eſſe mercenarius qui ſua prodegerit, ut ille adoleſcens in Evangelio,

Luc. 15. 13. & ſeq.

qui legitur accepiſſe à patre ſubſtantiæ portionem, & egens atque inops, quo famem levaret, paſcere greges cœpit alienos, ut mercede ſumtum exerceret ſuum? Sed ille tamen aliquando converſus eſt; quia revertit ad patrem, & peccata ſua non repreſſit, ſed prodidit. Hic autem qui ſe exiſtimat ab eo qui omnia videt, non videri; & tenebris putat commiſſa ſua poſſe celari, umbram prætendit: ſed fruſtra latere ſe credit, cùm oculus Domini lucidior ſole, occulta omnia deprehendat, tenebroſa illuminet, & intimi cordis penetret conſcientiam, atque in alta & profunda deſcendat. Vanus ergo qui putat tenebris eſſe ſe tutum, cùm lucem vitare non poſſit, quæ lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehendunt. Quaſi fugitivus itaque & malus mercenarius deprehenditur, & antequam ſe occultet, agnoſcitur; quia Domino [c] omnia antequam quærat, cognita ſunt, non ſolum quæ facta, ſed etiam quæ futura ſunt.

7. Perit igitur in vacua ſpe qui putat quod ſuum crimen abſcondat: fabula eſt iſtud, non veritas. Denique fabula peccantium otioſa, non habens fructum, ſed gemitum. Narratio enim factum ſarcina in via. Quid enim aliud eſt peccatum, niſi ſarcina quæ hujus ſæculi onerat viatorem gravi depreſſum faſce delicti: qui ſi nollet oneri ſubjacere, debuit audire dicentem: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam.*

Matth. 11. 28.

8. Quid autem ærumnoſius, cùm ipſe lectus ad communem quietem datus, grave vulnus infligat? Tunc enim ſolemus quæ fecimus recordari, & factorum ſuorum ſtimulis compungitur interior conſcieotia. Unde Scriptura ait his: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini?*

Pſal. 4. 5.

Remedium quidem dedit, ſed tamen conſcientiam vulneravit. Sed eſto ut aliquando feſſis ſomnus obrepat: terremur inſomniis, exagitamur viſionibus; ut non jam requies, ſed pœna ſit. Ita eoim abeunt divitiæ ſæculi, veluti ſomnium exſurgentis. Surrexit aliquis ex iſtius corporis ſomno, & nihil poſſedit, idque ipſum quod ſe credebat habere, amiſit.

9. Conſtituite mihi nunc divitem illum, qui quotidiana lucra, & quæſtus varios coogerebat, & exagitabatur cupiditatibus ſuis, ſubito reſipiſcentem, conſiderantemque ſecum, quia non cùm morietur, accipiet omnia, neque ſimul deſcendet cum eo gloria domus ejus; [d] & quod ea quæ poſſidet, in hac vita habeant aliquid voluptatis, non etiam in futurum: aperientem oculos ad cæleſtia. Nonne tibi videtur ſicut qui in ſomnis bibebat, bibiſſe; & ſicut qui in ſomnis epulabatur, epulatus: aperuiſſe autem oculos, & cognoviſſe quod anima ejus inane ſperavit, & adhuc eſuriat, atque ſitiat; quia modum non habet avaritia, nec rapiendo expletur, ſed incitatur eo egeotior, quo plura quæſierit? Et hic ergo ſurrexit, & vanum eſt ſomnium.

CAPUT IV.

Quomodo amici Iob ad conſolandum eum venientes ejus dolorem acerbaverint: & quam magnifice idem ſenſerit de divina poteſtate, ac redemtionis myſteria deſignaverit?

10. SEd iterum ipſum audiamus dicentem: *In veritate novi quod ita eſt; quomodo enim*

Iob. 9. 2. & 2.

a. Voci, *perimat*, ſubjungit Rom. edit. *Sit mea civitas ſepulcrum, in qua ſuper muros ſaltabam, ne ea non abſtineam: non enim fefelli verba ſancti Dei mei* quæ verba in aliis edit. & cunctis mſſ. omittuntur.

b. Rom edit. cum cod. Thuan. & Laud. *levior eſt fabulâ*. LXX. Interp ἐλαφρός ἐστιν λαλιᾶς. Et hanc lectionem etiam confirmant quæ infra de fabula, & fatus narratione legere eſt, ea enim huc proculdubio referuntur. Attamen aliæ edit. atque mſſ. conſtanter legunt, *levior eſt favillâ*. Eadem Rom. edit. poſt voces, *lectulus meus* addit, *referam autem ad me ipſum privatè ſermonem ſtratus meo*

c. Sic omnes mſſ. ac vet. edit. Rom. vero, *omnia antequam erant, cognita ſunt.*

d. Edit. Am cum mſſ. Vict & Torn. *& tamen ea quæ poſſidet in hac vita habeant aliquid voluptatis: non etiam in futurum aperiunt oculos* &c. Aliæ edit. ac mſſ. ferme inter ſe conveniunt niſi in punctuatione & paucis vocculis, quæ ſenſum haud multùm diverſum efficiunt.

erit juſtus, mortalis &c. Incumbebant illi amici qui A
ad conſolandum venerant, & quaſi inimici ama-
ris eum perurgebant ſermonibus. Unum enim ſo-
latii genus eſt in ærumna & in amaritudine con-
ſtitutis culpâ vacare; ut ea quæ perpetiuntur
adverſa, non pro delicti pretio ſuſtinere videan-
tur. Hoc quoque ſancto viro adimere geſtiebant;
ut videretur ipſe ſuæ auctor ærumnæ, qui pec-
catis gravibus Domini coutraxiſſet offenſam, &
pro impietatibus ſuis illa toleraret: deſcribentes
Ibidem 4. 8 & 9. impiorum ſupplicia; ut qui vitia ſererent, & me- B
terent ſibi dolores, quod mandato perirent Dei,
a Ibidem. 19. & ſeq. [a] & ſpiritu vitæ ipſius interirent, qui inſufflaret
domos luteas inhabitantibus, & areſcerent, co-
Ibidem. 5. 13. & 16. gitationes deſtitueret verſutorum, os obſtrueret
injuſti. Quæ vera quidem de Domini poteſtate;
ſed non convenientia tanti viri meritis adſere-
bant.

Ibidem. 9. 3. & ſeq. 11. His ergo reſpondit: *In veritate novi quia
ita eſt; quomodo enim juſtus mortalis apud Dominum?
Si enim voluerit judicio contendere cum eo, non au-* C
*diet illum; ut non ad unum verbum ejus mille ſermo-
nibus contradicat. Sapiens eſt enim intellectu, & for-
tis, & magnus: quis tam durus, ut in conſpectu ejus
poſſit ſubſiſtere? Qui facit montes inveteraſcere, &
neſciunt, & evertit eos iracundiâ. Qui commovet or-
bem terrarum à fundamentis, & columnæ ejus qua-
tiuntur. Qui dicit ſoli, & non oritur, adverſus au-
tem ſidera conſignat. Qui extendit cælum ſolus, &
ambulat ſicut in pavimento ſupra mare. Qui facit
vergilias, & heſperum, & ſeptemtrionem. & auſtri* D
*miniſterium: qui facit magna & inveſtigabilia, glo-
rioſaque & immenſa, quorum non eſt numerus. Si
præterierit me, non videbo: & ſi me prætergreſſus fue-
rit, nec ſic ſciam.* Quanto vehementiore tuba iſte
increpuit de Domini poteſtate? Sed in ea juſto-
rum auxilium, non ruina eſt. Denique videtur
exptimi potentia, ſed magis redemtionis noſtræ
myſteria declarantur.

CAPUT V.

*Deum feciſſe montes inveteraſcere, id eſt, litteram ve-
teris Teſtamenti in ſpiritalem ſenſum convertiſſe:
Iudæos, quod illud ignoraverint, excuſabiles non
eſſe ob prodigia quæ Chriſti mortem ſunt comitata;
ſed maxime ob ſolis defectionem quæ deſcribitur.
Tanguntur alia quædam Chriſti opera, & præcipue
ambulatio in mari; ubi de titubatione Petri, ac de
conterendis navibus Tharſis, quibus corpora noſtra
deſignantur.*

12. QUi ſunt enim montes quos inveteraſce-
re facit, niſi Moyſes, Aaron, & Elias, Je-
ſus Nave, Gedeon, prophetæ, omnes libri ve-
teris Teſtamenti? Venit dominus Jeſus: novum
b detulit Teſtamenrum, [b] & illud quod erat vetus,
factum eſt novum. Innovatus eſt Chriſtianus, in-
veteravit Judæus. Renovata eſt gratia, invete-
ravit littera. Evertit montes, & convertit. Ever-
tit enim & ſubruit intellectum ſecundùm litte-
ram, & ſtatuit intelligentiam ſpiritalem. Intellec-
tus ergo ille Legis evanuit carnalis, & factus eſt
Rom. 7. 14. ſpiritalis. Unde Apoſtolus ait: *Scimus autem quia*
A *Lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum.* Sed & ipſe
qui carnalis erat, factus eſt ſpiritalis, ſicut ipſe
adſeruit dicens: *Puto enim, & ego ſpiritum Dei habeo.* *1. Cor 7. 40.*
Hos ergo montes inveteravit Jeſus, & Judæi neſ-
ciunt. Si enim cognoviſſent, numquam Domi-
num majeſtatis crucifixiſſent: numquam adhuc
Judaica deliramenta ſequerentur. Ipſi ſunt ergo
qui neſciunt. Unde & in Evangelio dicit dominus
Jeſus: *Dimitte illis, Pater, quia neſciunt quid faciunt.* *Luc. 23. 34.*

13. Sed non excuſantur quia neſciunt, cùm
B neſcire nolint, quod debuerint cognoſcere. Certe
non illis invidemus, ſi Domini ſequantur ſenten-
tiam. Sententia enim ſuperiora ſolet abſolvere,
non futura. Sed nec ille immunis à ſcelere qui
crucifixit ſuæ auctorem ſalutis, & poſtea veniam
non popoſcit. Eſto ut ante ignoraverit quem per-
ſequebatur; in cruce tamen poſitum debuit reco-
gnoſcere univerſorum eſſe dominum elemento-
rum, ſub quo omnia elementa tremuerunt, cælum
obſcuratum eſt, ſol refugit, terra diſſiluit, deſunc-
C torum ſepulcra patuerunt, mortui viventium re-
ceperunt conſortia. Unde & Centurio ait: *Vere* *Matth. 27.*
Dei Filius erat iſte. Centurio agnoſcit alienum, *54.*
levita non recognoſcit ſuum: gentilis veneratur,
Hebræus abjurat. Non immerito ergo columnæ
orbis terrarum motæ ſunt, quando non credide-
runt principes ſacerdotum. Sed motæ ſunt vete-
res, ut novæ confirmarentur, ſicut ipſe dignatus
eſt dicere: *Ego confirmavi columnas ejus.* Audi quas *Pſal. 74. 4.*
columnas confirmaverit. *Petrus & Iacobus & Io-* *Galat. 2. 9.*
D *hannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dede-
runt mihi & Barnabæ communionis.*

14. Quomodo ergo excuſant ſe neſciſſe, quo-
rum alii viderunt, alii cognoverunt ſolem non
expleto diei curriculo, ſe recepiſſe; & rurſus ante
peractum ſpatium noctis egreſſum, noctem in die
feciſſe, in nocte diem. Utique intelligere debue-
runt quia ſol juſſus ſe recepit, & juſſus exivit. Præ- *Matth. 12.*
dixerat enim Dominus, quia tribus diebus futu- *40.*
rus erat in corde terræ, & tribus noctibus; didi-
E cerat hoc ſol, ſervabat præceptum. Dubitabat
ergo, dicens: Quid facio? Orior, & dies eſt: oc-
cido, & nox eſt. Si curſum meum ſervavero, de-
morabor mundi ſalutem. Feſtinemus etiam ad
redemtionem noſtram: feſtinare etiam debeo ipſe
ad novam vitam; erit enim beneficio crucis qua
renovantur univerſa, & ſol novus, & cælum no-
vum. Feſtino ergo ut illum poſſim videre ſolem
juſtitiæ, illuminantem animas univerſorum. Sed
quid faciam? Ipſe vult poſt triduum fieri reſurrec-
F tionem. Inveni quid faciam, ut & moras non fa-
ciam & numerum dierum cuſtodiam. Non fa-
ciam integrum diem & integram noctem. Ab-
breviabo horas, ut tribus quidem diebus ac noc-
tibus ſit inter mortuos dominus Jeſus: citius ta-
men quam trium dierum & noctium intervalla
patiuntur, reſurgat à mortuis. Abbreviabo igitur
horas ubi adſcenderit crucem. A ſexta hora ſta-
tim fiat nox; ne videam Domini paſſionem, ſed
fugiam parricidalis perſecutionis ſpectaculum.
Occidam, & erit nox horarum trium: egrediar,
& innovabo diem, ut ſit horarum trium: percuſ-
ſus eſt primus dies: ſequetur nox ſecunda ſpatio

a. Rom. edit. *& ſpiritu vitæ ipſius interirent.* Huic LXX. ſuffra-
gantur his verbis: [illegible]. Ne-
que etiam Vulgata refragatur. Sed in lectione quæ mſſ. omnium,
& vet. edit. eſt, nihil mutamus. Infra autem ubi omnes edit.
cum recentioribus mſſ. *Is ergo reſpondit*, Cod. melioris notæ le-
gunt, *His* &c.

b. Mſſ. Thuan. Dion. & Colb. *Et illud quod erat, vetus factum
eſt. Innovatus* &c. Quod etiam non incommode poteſt explicari.

ſuo, ſequetur ſimiliter dies: Incipiet nox tertia, A
reſurget Dominus in nocte, & erit dies in lumine
Pſal. 138. 12. reſurgentis; ut compleatur illud: *Et nox ſicut dies illuminabitur.* Hic eſt dies ille magnus quem vi-
Pſal. 117. 24. dit Abraham, & gaviſus eſt: de quo & David ait: *Hic eſt dies quem fecit Dominus, exſultemus & lætemur in eo:* cui non miniſterio laboris, ſed fructu exſultationis interero.

15. Ipſe ergo Dominus diem ducit, & ante mundi conſummationem videbitur lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mun- B
dum. Ipſe eſt Dominus, qui ſignat & numerat multitudinem ſtellarum: ipſe eſt Dominus, qui cælum ſolus extendit, qui ambulavit tamquam in pavimento ſuper mare; quando Petrus vidit eum
Matth. 14. 28. ambulantem, & dixit: *Domine, jube me venire ad te ſuper aquas.* Et juſſit Dominus: ſed ille titubavit; & niſi porrexiſſet ei Dominus dexteram, demerſus fluctibus occidiſſet. Titubavit caro, ſalva-
Ibidem. 31. a vit dextera. Et ait illi: *Modicæ fidei, [a] quare dubitaſti?* Fides ergo ambulavit in Apoſtolo, non caro. De- C
nique fides titubavit, & caro ſentire cœperat naufragium. Quod non improprie dictum eſt; quia
Pſal. 106. 23. caro navis eſt animæ, ſicut ſcriptum eſt: *Qui deſ-*
Pſal. 47. 8. *cendunt mare in navibus.* Et alibi: *Ibi dolores ut parturientis, in ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis.* Animæ enim noſtræ cùm Verbum parturiunt, eduut dolores: quæ autem peperit, jam non meminit triſtitiæ propter gaudium; quia natus eſt illi homo qui mundum redemit. *Naves Tharſis*, id eſt, intelligibiles quæ Salomoni au- D
rum ferebant atque argentum, id eſt, corpora
2. Cor. 4. 7. noſtra, quæ habent theſaurum in vaſis fictilibus, ut Apoſtolus dicit: vel quod etiam hîc partus
Luc. 21. 23. dubio conteruntur, juxta quod dictum eſt: *Væ prægnantibus & nutrientibus!* Nam cùm anima quatitur, caro fluctuat: vel ſpiritu vehementi exagitabuntur infuſo, cùm expleto tempore fuerit reſurgendum, ſecundùm quod ſcriptum eſt:
Ezech. 37. 9. *Veni ſpiritus, & inſuffla in mortuos iſtos, & vivent.*
Iob. 19. 25. & 26. Unde & ipſe Job in poſterioribus dicit: *Novi enim* E
quia æternus & potens eſt, qui ſoluturus eſt me in terra, reſuſcitare pellem meam quæ portavit hæc. Conteruntur autem qui in judicium reſuſcitantur. Eſt
Pſ. 50. 19. autem bona contritio: cor enim contritum &
Pſal. 58. 4. humiliatum Deus non ſpernit. Et alibi: *Sana con-*
2. Par. 20. 37. b *tritiones ejus.* Sed & ad Joſaphat dictum eſt: *Contrita ſunt naves ire in Tharſis;* eo quod ſe [b] ſacrilego miſcuiſſet. Utrumque igitur contritio ſignificat;
Iohan. 5. 28. & 29. quia utrumque eſt in die judicii: *quando omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei, & pro-* F
cedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem judicii. Quod
Pſal. 47. 8. & 9. etiam David propheta ſignificat dicens: *Ibi dolores ut parturientis: ſicut audivimus, ita & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei noſtri.* Namque & dolorem futurum, & lætitiam comprehendit: dolorem de judicio, & de abſolutione lætitiam.

CAPUT VI.

Verba Iob, quibus humanas infirmitates aperit, expenduntur. Quemadmodum Vir ſanctus peccatum ſuum non negaverit; quidve inter peccare & impie agere ſit diſcriminis: quibus verbis hominem apud Deum conetur excuſare: poſtremo confitenti veniam promitti, ac juſtum iniquitates ſuas agnoſcere, oſtenditur.

B 16. SEd ad propoſitæ nobis interpellationis ſeriem revertamur. *Multas*, inquit, *con-* Iob 9. 17. & ſeq.
tritiones fecit mihi, reſpirare me non ſinit, replevit me amaritudine; & quia virtute eſt potens, nemo poteſt judicio ejus reſiſtere. Si juſtus ſum corde, lingua mea errat..... Magnum & potentem diſperdit ira. Improbi in morte gravi: juſti autem irridentur. Dati ſunt enim in manus impii. Vide ſingula. Potentibus ira ſua gravis eſt, improbis nequitia, juſtis conditionis infirmitas. Ita nihil periculo vacat.
C Fortitudo & magnitudo viri ſua poteſtate decipitur, improbitas affligitur, virtus ridetur. Ille quia plus poteſt, labitur: iſte quia nihil poteſt,
affligitur. Conditionis eſt vitium, quia *vita noſtra* Ibidem. 25. & 26.
levior eſt curſore. Tranſivit, & nihil vidit. Tamquam navis veſtigium, aut aquilæ volantis & quærentis eſcam; ita præterit & vita hominis. Quod loquimur, obliviſcimur; nec ullum tranſitus noſtri inſigne deprehenditur, niſi quod ſit plenum mœ-
roris & gemitus. *Concutior*, inquit, *omnibus mem-* Ibidem. 28.
D *bris. Utinam ſit mediator noſter arguens & dijudicans* Ibidem. 33.
inter utrumque noſtrûm.

17. *Dicam Domino: Quare ſic me judicas? An bo-* Iob. 10. 2. & ſeq.
num tibi eſt ut injuſtus ego ſim; quia repuliſti opera manuum tuarum, & conſilio impiorum intendiſti? Numquid ſicut mortalis videt, ſic vides; aut vita tua ſicut hominis, aut anni tui ſicut viri; quia exquiſiſti iniquitates meas, & peccata mea inveſtigaſti? Noſti enim quia impie non geſſi: ſed quis eſt qui de manibus tuis eruatur? Magna fides, magna auctoritas
E conſcientiæ, Deum teſtem mentis ſuæ arceſſere. Quod conditionis eſt, non negat: quod impietatis eſt, repellit: quod infirmitatis, fatetur. Peccaſſe conditionis eſt, quia nemo immunis lapſus eſt: impie agere non conditionis eſt, ſed perfidiæ & nequiſſimæ mentis venenum. [c] Non agnoſ- c
cit hoc juſtus: ſed abſolutio hominis in Dei miſeratione, non in hominis poteſtate eſt.

18. *Manus*, inquit, *tuæ plaſmaverunt me: poſtea* Ibidem. 8. & ſeq.
convertiſti & percuſſiſti me. Memento quia lutum me
F *feciſti, & in terra me reſolves. Numquid non ut lac mulſiſti me, confeciſti me ſicut caſeum? Corium & carnem me induiſti, oſſibus & nervis me inſeruiſti: vitam & miſericordiam in me poſuiſti; & viſitatio tua protexit ſpiritum meum.* Quanta deploratio ſancti viri pro communi infirmitate, quanta conventionis auctoritas, quod Deus hominem manibus ſuis fecerit? Excuſatur culpa infirmitatis obtentu, commendatur gratia privilegio operationis æternæ, & protectionis dignatione cæleſtis. De quo loco etiam David pulcherrime locutus eſt dicens: *Quid eſt homo, quod memor es ejus; [d] aut filius* Pſal. 8. 5. d
hominis, niſi quia viſitas eum?

a. Mſſ. quatuor melioris notæ, *quare titubaſti?*
b. Edit. omnes, & mſſ. Vict. *ſacrilegio:* melius alii mſſ. *ſacrilego*, id eſt, Ochoziæ regi Iſrael cum quo Joſaphat iniit amicitias.
c. Rom. edit. *Lapſus ſuos agnoſcere juſtus.* At contra aliarum edit. ac mſſ. omnium fidem. Senſus autem eſt juſtum qui ſe peccare agnoſcit, non tamen agnoſcere ſe impie agere.
d. Ita mſſ. quinque melioris ævi. Alii vero & edit. omnes, *aut filius hominis, quia viſitas eum.*

Job. 10. 13. & ſeq. 19. *Hæc*, inquit, *habes in te: novi quia omnia potes, impoſſibile autem tibi nihil. Si enim peccavero, cuſtodies me, ab iniquitate autem immaculatum me non feciſti. Si impius fuero, va mihi! Si ſim juſtus, non poſſum me erigere. Plenus ſum enim confuſionis, inveſtigor ſicut leo ad necem.* Vide tria: *Si peccavero*, inquit, *cuſtodies me.* Et ideo, ô homo, fatere peccatum, ut veniam conſequaris: *Dic*, inquit, *iniquitates tuas, ut juſtificeris.* *Eſai. 43. 26.* Quid erubeſcis fateri eas in quibus natus es? Negantis, non fatentis crimen eſt, negare quod natus ſis. Quod accepiſti, utinam ſerves. Cur putas te habere quod non acceperis? Ergo peccator fateatur, impius ingemiſcat, juſtus non ſe erigat & extollat; ne per arrogantiam fructum juſtitiæ amittat.

20. Et pulcre ait: *Si juſtus ſum, non poſſum me erigere; plenus enim ſum confuſione.* Juſtus enim advertit magis fragilitatem ſuam, quàm injuſtus; & ſapiens agnoſcit, non agnoſcit inſipiens. Denique lapſibus ſuis ſapiens compungitur, inſipiens delectatur: juſtus accuſator eſt ſui, injuſtus adſertor: juſtus prævenire vult accuſatorem confeſſione peccati, injuſtus peccatum ſuum occultare deſiderat: ille in principio ſermonis occurrit ut prodat errorem, iſte multiloquio ſermonis ſui [a] ſonum accuſationis involvit, ne prodat errorem.

CAPUT VII.

Omnium ætatum maxime lubricam adoleſcentiam: nos eorum etiam peccatorum, quæ vitare nequiverimus, rationem eſſe reddituros: ærumnas noſtras maris ac terræ incommodis non ſatis exprimi: cælum ac terram innovanda eſſe, nec futuram reſurrectionem ante adventum ejus, qui nova omnia ſit facturus.

Job. 13. 26. 21. Iterum adjiciens dicit: *Quare adſcripſiſti adversùm me mala, & appoſuiſti mihi adoleſcentiæ peccata?* Pulcre id ætatis arripuit ad querelam, quæ magis ad vitium lubrica eſſe conſuevit. Habet enim pueritia innocentiam, ſenectus prudentiam, ipſa vicina adoleſcentiæ juventus bonæ exiſtimationis intuitum, & verecundiam delinquendi: adoleſcentia ſola eſt invalida viribus, infirma conſiliis, vitio calens, faſtidioſa monitoribus, illecebroſa deliciis. In tanto igitur & tam confragoſo & procelloſo mundi hujus turbine, cur tam crebra naufragia improvidæ adſcribuntur ætati? Unde præclare David totius temporis ejus veniam ſibi à Domino poſtulavit dicens: *Pſal. 24. 7.* *Delictum juventutis meæ & ignorantiæ ne memineris Domine*, quia tunc maxime calor corporis fervet, & æſtu ſanguinis vaporantis igneſcit.

Job. 14. 1. & ſeq. 22. Sed iterum ipſum audiamus: *Mortalis*, inquit, *filius mulieris brevis vitæ eſt, & plenus iracundia, qui ſicut flos floruit, & decidit; diſcedit autem ut umbra, & non reſiſtit. Nonne & ab hoc ratio quæritur? Et hunc feciſti intrare in judicium ſub conſpectu tuo. Quis autem mundus eſt à ſorde? Sed nemo, etiamſi unius diei ſit vita ejus ſuper terram.* Vere miſerabilis conditio, ut peccati ſui quod vitare non poſſit, rationem præſtare [b] cogatur; judicium intrare, in conſpectum Domini ſubire omnipotentis compellitur, edere cauſas geſtorum ſuorum, quæ tot vitæ ſuæ ætatibus percurrerit, cùm mundus à peccato quivis eſſe non poſſit, ut ab ipſis cunabulis prius obrepat infantiæ culpa, quàm ſit ullus ſenſus erroris. Quamque illud miſerabile, ut brevis ſit vita ejus, dulcis illecebra, multiplex ærumna, iracundia quotidiana. Itaque in exigua delectatione amaritudo perpetua eſt.

23. *Eſt*, inquit, *arbori ſpes. Si enim fuerit* [c] *exciſa, vireſcit; & in petra mortuus ramus ejus fuerit, ad odorem aquæ florebit; faciet autem meſſem ſicut novella. Vir autem defunctus abiit, cadens autem mortalis homo non ultra eſt. Tempore autem fluctuat mare.* *Ibidem. 7. & ſeq.* Spectavimus prophetici ſermonis ſeriem ex duobus inferioribus elementis, terra ac mari, quæ omni injuriæ, crebriſque tempeſtatibus ſubjacent: quam validum argumentum noſtræ expreſſit ærumnæ? Terrena, inquit, virgulta, nemoroſaque arborum, etiam cùm fuerint mortua, in uſus vitales reſurgunt. Mare quoque ipſum temporum vicibus ſolet fluctuare. At vero caro noſtra ſemper exæſtuat, ſibique ipſa tempeſtas eſt, nec umquam à motibus procellarum miſerandiſque naufragiis feriatur.

24. *Cùm autem dormierit homo,* [d] *non reſurgit uſque dum cælum non adſuatur.* *Ibidem. 12.* Quod videtur declarare, donec cælum novetur; erit enim cælum novum & terra nova, ſicut ſcriptum eſt. *Eſai. 65. 17.* Nam quod adſuitur, vetus eſt: quod vetus, mutabitur. Denique audi David dicentem: *Initio terram tu fundaſti, Domine, & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt: tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntur.* *Pſal. 101. 26. & 27.* Poſſumus etiam illud adtexere, quoniam quod vetus eſt, adſuitur; quod novum, cogitur. A diebus autem Johannis Baptiſtæ regnum cælorum cogitur, & cogentes diripiunt illud. Adſuebat ergo illud Synagoga in paucis, Eccleſia cogit in millibus. Vel quia nunc cælum adſui videtur nebulis & caligine, nocturniſque tenebris, & croceo diei ſurgentis rubore diverſa & diſcolori ſpecie ſæpe contextum. Tunc autem nox non erit amplius, & non indigebunt luce lucernæ, & lumine ſolis; quia Dominus illuminabit ſuper eos, ſicut dicit Johannes. *Apoc. 22. 5.* Vel quia: *Væ iis qui adſuunt cervicalia ad evertendas animas populi.* *Ezech. 13. 18.*

25. Deploranti prophetæ miſeriam noſtræ fragilitatis, quæ & in hac vita requiem non haberet, & univerſa ſubito incurſu mortis amitteret, Spiritus ſanctus infudit tamdiu non reſurrecturos homines, donec veniret qui non adſueret vetera novis, nec veſtimentum novum committeret in veſtimentum vetus; ſed omnia faceret nova, ſicut ipſe dixit: *Ecce facio omnia nova.* *Apoc. 21. 5.* Ipſe eſt enim reſurrectio, ipſe primogenitus ex mortuis in quo

a. Edit. vet. *ſomnum excuſationis*. Rom. *ſonum excuſationis*. Gall. mſſ. *ſomnum accuſationis*. Optime Vat. cod. *ſonum accuſationis*; idem eſt enim ac ſi diceret: cùm ſe deberet accuſare, accuſationem ſuam ita involvit, ut animadverti non poſſit.

b Rom. edit. *cogatur, intrare in conſpectu Domini, & judicium ſubire omnipotentis compellatur.* Bonus quidem verborum ordo, ſed edit. ant. ac mſſ. cod. minime conſentiens. Alium itaque reſtituimus.

c. Sic mſſ. & vet. edit. niſi quod pro, *in petra*, mſſ. duo, & edit. habent *in terra*, & alias quaſdam diverſitates nullius momenti. Rom. autem edit ita repoſuit: *exciſa, adhuc vireſcit, & ramus ejus non deficiet: etſi in terra mortua radix ejus fuerit, truncus ejus adhuc ab odore aquæ germinabit* &c.

d. Omnes edit. *non reſurget, uſque dum cælum adſuatur* . . . *movetur*. Am. *novetur*. Mſſ. ſex ut nos in textu; quam lectionem eſſe genuinam ſequentia aperte clamant.

omnes quidem prærogativam futuræ reſurrectio- A nis accepimus: ſolus tamen ipſe adhuc reſurrectione perpetua reſurrexit.

CAPUT VIII.

Quomodo beatus Job reſurrectionem atque iram Domini in conſummatione futuram ſignificaverit: & quàm deſideraverit ex hac vita, ubi perfidia dominatur, evolare?

26. AUdito igitur quid locutus eſſet in eo Deus, & cognito per Spiritum ſanctum B quod Filius Dei non ſolum veniret in terra, ſed etiam deſcenſurus eſſet ad inferos, ut mortuos reſuſcitaret (quod tunc quidem factum eſt [a] ad teſtimonium præſentium, & exemplum futurorum) *Job. 14. 13. & ſeq.* converſus ad Dominum ait: *Utinam in inferno me conſervares, abſconderes autem me, donec deſinat ira tua, & ſtatuas mihi tempus in quo memoriam mei facias. Si enim mortuus fuerit homo, vivet conſummans dies vitæ ipſius. Suſtinebo donec iterum fiam, deinde vocabis me; ego autem te obaudiam: at opera* C *manuum tuarum ne deſpicias. Numeraſti autem meas adinventiones, nec præteribit te quidquam ex peccatis meis. Signaſti autem iniquitates meas in ſacculo, & notaſti ſi quid inſcius præterivi.* Quam ſuavis locus, qui nos de reſurrectione confirmat; & quam videtur voci Dominicæ convenire, quæ in Evan- *Luc. 23. 30.* gelio legitur, ubi ait: *Tunc incipient dicere montibus: Cadite ſuper nos; & collibus: Operite nos.* Erit enim in conſummatione ſæculi ira Domini. Recte ergo Sanctus in judicium mavult reſurgere, D quam in tempus divinæ iracundiæ, quæ terribilis etiam innocentibus eſt.

27. Simul etiam illud prophetare intelligitur, dicendo: *Statuas mihi tempus in quo memoriam mei facias*; quod in paſſione Domini reſuſcitandus foret, ſicut in fine iſtius libri demonſtratur; nec tamen deplorare deſinit: & quo magis intelligit ſibi reſurrectionem eſſe propoſitam, vitam hanc fugere deſiderat, videns ſe in manus traditum adverſariorum, projectum ſe in poteſtatem im- E piorum, cui etiam amici in inimicos converſi ſunt, qui cùm debuerint conſolari, ruinam ſuper ruinam inferant; memor tamen conſcientiæ ſuæ *Job. 16. 19.* puræ, & mundæ orationis ait: *Terra non cooperias* [b] *in ſanguine carnis meæ*; ut oratio ejus ſicut incenſum dirigatur ad Dominum, non in terra diverſetur. Sancti enim oratio nubes penetrat; peccatoris orationem, ſicut à Deo Cain dictum eſt parricidæ, aperiens os ſuum terra in ſanguine car- *Gen. 4. 11.* nis abſcondit. *Maledictus*, inquit, *à terra, quæ* F *aperuit os ſuum accipere ſanguinem fratris tui de manu tua; quoniam operaberis terram.*

CAPUT IX.

Reprehenduntur ii, qui curioſius ſapientiæ adyta rimari audent: eam neque in abyſſo, neque in mari quærendam eſſe; & quâ causâ: denique ejuſdem cognitionem ſoli Deo, & quibus eam ille revelaverit, patere.

28. FLebiliter itaque Sanctus deplorat vitæ *Job. 17. 1. & 2.* iſtius tempora: *Pereo*, inquit, *& ſpiritu* A *circumferor: oro autem ſepulturam, & non impetro, precor laborans. Et quid faciam? Dies mei* [c] *tranſierunt* *Ibidem 11.* *in horrore: dirupti ſunt articuli cordis mei.* Nec tamen uſquam derogat judicio Dei; ſcit enim profundam eſſe altitudinem ſapientiæ & ſcientiæ Dei, & inſcrutabilia judicia ejus, atque inveſtigabiles vias ejus.

29. *Non calcaverunt*, inquit, *eas filii ſe glorificantium, nec tranſivit per eas leo.* *Ibidem 28. 8.* Quis enim potuit vias ejus comprehendere, quæ abditæ occulta penetravit? B *Unde*, inquit, *inventa eſt ſapientia, aut quis locus diſciplinæ? Neſcit mortalis homo viam ejus,* *Ibidem. 12. & ſeq.* *nec inventa eſt in hominibus. Abyſſus dixit: Non eſt in me; & mare dixit: Non eſt mecum.* Non tibi licet ſcire, ô homo, alta ſapientiæ; ideo tibi ſcriptum eſt: *Noli altum ſapere, ſed time.* *Rom. 11. 20.* Quid curioſè cupis inveſtigare quod tibi non expedit ſcire, nec cognoſcere datur? Paulus audivit aliqua ſe- *2. Cor. 12. 3. & 4.* creta ſapientiæ, quæ prohibitus eſt aliis intimare; & ideo raptus eſt in paradiſum, raptus uſque C ad tertium cælum, ut audiret ea quæ poſitus in terris audire non poterat. Si quæ audivit homo, non licuit ei loqui, quemadmodum quod non audivit, inquirit? Imperatoris hujus in terris non licet tibi ſcire conſilia, & vis ſcire divina; non licet tibi curioſius inveſtigare quæ in terris geruntur, & curioſius requiris quid ſupra cælum agatur. Cur tu diſputas unde nata ſit Sapientia? Neſcit homo viam ejus, nec in hominibus inventa eſt perfecta Sapientia. Non in Moyſe, non D in Aaron, non in Jeſu Nave fuit, non in ipſo David qui ait: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ mani-* *Pſal. 50. 8.* *feſtaſti mihi*; quia ipſe dixit in poſterioribus: *Ve-* *Pſal. 72. 23.* *lut jumentum factus ſum apud te.* Supra te eſt ſcire, ô homo, altitudinem Sapientiæ, ſatis eſt tibi ut credas. *Si enim non credideritis*, inquit, *nec intelli-* *Eſaiæ. 7. 9.* *getis.* Abyſſum ſcire non potes, abyſſum non potes comprehendere, quomodo altitudinem Sapientiæ comprehendes? Abyſſus dixit: *Non eſt in me*; & tu potes dicere quia in te eſt Sapientia?

E 30. Abyſſus ergo dixit: *Non eſt in me*; quia ipſe Dominus dixit: *Non derelinques animam meam* *Pſal. 15. 10.* *in inferno.* Et Apoſtolus dixit: *Quis deſcendit in* *Rom. 10. 7.* *abyſſum? hoc eſt Chriſtum ex mortuis deducere.* Ergo ſi interrogatur abyſſus: Ubi eſt Sapientia? Reſpondet: *Non eſt in me*, quia reſurrexit. Interrogatur mare: Ubi eſt Sapientia? Dicit: *Mecum non eſt*: quia calcavit me, nec fluctus mei eam turbare potuerunt. Et tu ergo in hoc ſæculi iſtius poſitus freto noli perfectam illam Dei Sapientiam F in hoc mundo quærere; quia mundus eam non cognovit. Sed ſi vis eam invenire, calca fluctus hujus mundi, ſicut calcavit Petrus, & ambula ſuper aquas hujus ſæculi, & porriget tibi dexteram Sapientia, ſicut porrexit & Petro; quia nemo fuit quem non ſæculi hujus unda turbaverit. Turbavit Abraham, turbavit & Moyſen, turbavit & Petrum. Moyſes per mare tranſivit, & per mare peditem duxit exercitum: ſed ante & ipſe turbatus eſt. Petrus ſuper aquas calcavit: ſed merſus fuerat corpore, quia infirmioris fidei veſtigio claudicavit. Ergo noli Sapientiam in mari quærere;

a. Edit. Gill. ac Rom. *ad teſtimonium præcedentium.*

b. Vet. edit. cum mſſ. aliquot, *in ſanguine carnis meæ* Rom. cum aliis, *in ſanguine carnis meæ*; juxta Vat. Cod. LXX. Interpretum, ubi habes: ἐφ' αἵματι τῆς σαρκός μου.

c. Edit. ant. & cuncti mſſ. *tranſierunt in honore*; excepto ſolo Colb. in quo legitur, *tranſierunt inhonore*. Sed melius Rom. edit. *tranſierunt in horrore*. Nam præter quam quod nullo negotio geminum r potuit coaleſcere in n, LXX. Interpretes habent. Αἱ ἡμέραι μου παρῆλθον ἐν βρόμῳ: quod ſignificatione proximum eſt.

quia non dixit cum mari ſe futurum dominus Jeſus, ſed cum apoſtolis ſuis; ut aliqua ex parte eum *Matth. 28. 20.* cognoſcerent, quibus ait: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi*. Beati cum quibus eſt, utinam & nobiſcum ſit. Sed nobiſcum mare eſt, Petrus cum Chriſto, quia & ipſe calcavit mare. Nobis aurum cordi atque argentum eſt: ſapientia autem ſupra aurum, non in auro eſt. Ideo *Act. 3. 6.* qui Sapientiam habere cupiebat, *Argentum*, ait, *& aurum non habeo; ſed quod habeo, do tibi: in nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula.* Quia B aurum non habebat, in nomine Chriſti habebat *Iob. 28. 18.* piæ operationis gratiam. Ideo & tibi dicitur: *Et trahe Sapientiam ex interioribus*; *Ibidem. 21.* & infra: *Latuit*, inquit, *omnem hominem, & à volatilibus cæli abſcondita eſt*. Nec homines ſciebant ubi erat, nec Angeli, quia ipſi ſunt aves cæli, de quibus dictum *Apoc. 14. 6.* eſt: *Et vidi Angelum volantem per cælum.*

31. Nemo potuit noſcere Sapientiam; quia nemo novit Filium niſi Pater, & nemo novit Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare. C Ipſe ergo revelavit Johanni cum quo eſſet ſapientia; & ideo dixit ille, non quod ſuum erat, ſed

A quod Sapientia infudit ei: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* *Iohan. 1. 1.* Neſcit Sapientiam interitus, neſcit malitia. Interitus enim tenere eam non potuit, qui dixit: *Ubi eſt, mors, victoria tua? Ubi, mors, aculeus tuus?* *1. Cor. 15. 55.* Neſcit eam malitia, quia dixit: *Quærent me mali & non invenient.* *Prov. 1. 28.* Poſſunt dicere: Audivimus gloriam ejus. Solus eſt Deus qui novit eam: *quia Deus*, inquit, *bene conſtituit viam ejus: ipſe novit locum ejus*. *Iob. 28. 23.* Quod ſit receptaculum Sapientiæ, audi diſcipulum ejus dicentem: *Unigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit.* *Iohan. 1. 18.* Agnovit enim Patrem Filius, quia ipſe ait: *Sicut agnovit me Pater, & ego agnoſco Patrem.* *Iohan. 10. 15.* Æqua menſura eſt cognitionis, ubi unitas poteſtatis eſt. Pater ergo qui omnia fecit, *novit ventorum libram, aquarum menſuram*: *Iob. 28. 25.* ipſe vidit[a] Sapientiam, & enarravit eam per prophetas ſuos, quia Pater enarravit Sapientiam, & inveſtigavit eam; ſicut & Filius Patrem enarravit, quem nihil præterit, & dixit: O homo, quid vis profunda ſcire Sapientiæ, quæ ſupra te ſunt? *Timere Deum ſapientia eſt, abſtinere autem à malis diſciplina eſt.* *Ibidem 28.*

a. Rom. edit. ſola voci, *Sapientiam*, addit, *cùm præparavit eam.* Eadem hoc ipſo loco reſecaverat hæc verba, *quia Pater enarravit Sapientiam, & inveſtigavit eam*: quæ tamen in ant. edit. atque omnibus mſſ inveniuntur; niſi quod Land. verba ac ſenſum invertit, hoc modo, *quia Patrem enarravit Sapientia* &c.

LIBER SECUNDUS.

DE INTERPELLATIONE DAVID.

CAPUT I.

Poſt abſolutam vehementiorem interpellationem Iob ſequitur placidior interpellatio David. Hunc non inepte cervo comparari, cùm Chriſtus ipſe per idem animal ſe deſignari non recuſaverit. Illi ſimilitudinem hanc conveniſſe potiſſimum ob paſſionis ſuſceptionem, Eccleſiæ vocationem, profligationem diaboli, atque apoſtolorum, qui & ipſi cervi fuerunt, miſſionem.

1. MULTI quidem deploraverunt infirmitatem fragilitatis humanæ: excellentius tamen ceteris ſanctus Job, & ſanctus David. Ille ſuperior, directus, vehemens, acer, & quaſi gravibus exaſperatus doloribus majore cothurno: hic blandus, placidus, atque manſuetus, mitiore affectu; ut vere quem imitandum ſibi propoſuit, cervi imitaremur affectum. Nec te moveat, ſi tantum prophetam feræ ſimilitudine videar prædicare, cùm legeris ad apoſtolos *Matth. 10. 16.* dictum: *Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes, & prudentes ſicut columbæ.*

2. Sed tamen quamvis iſtiuſmodi ſimilitudines piis adſtruantur exemplis, ſitque innocens & mitis natura cervorum; illum cervum ad imitationem Prophetæ propoſitum hoc loco arbitror, de quo Salomon paternæ mentis adſertor in Pro- *Prov. 5. 19.* verbiis dixit: *Cervus amicitiæ, & pullus gratiarum confabuletur tibi.* Verus enim Dei Filius in semetipſo naturam quam animantibus ipſe donavit,

D expreſſit, qui in hunc mundum tamquam cervus advenit: & cum his ſe mera ſimplicitate jungebat, à quibus ei parabantur inſidiæ. Fertur enim hujuſmodi cervorum eſſe ſimplicitas, ut cùm ſe exagitari viderint, his ſe ſe equitibus adnectant, qui miniſterio fraudis appoſiti, fugæ ſpecie ac ſimulatione ſocietatis inductos ad retia uſque deducant. Ita ergo Dominus tamquam ignarus periculi atque improvidus, Judæis dolum ſibi ſtruentibus admiſcebatur, & ſocietatem Judæ prodi-
E toris ſibi adſcivit, cujus ſimulatione funeſta, uſque ad crucis laqueos & retia paſſionis acceſſit. Unde converſus ad eum dixit: *Juda, oſculo filium* *Luc. 22. 48.* *hominis tradis?* Et hoc modo quidem venit ad Synagogæ retia, volenſque ſe induit: ſed non implicitus eſt, nec inſtrictus, qui omnes reſolvit.

3. Denique eminebat ſuper retia. Et quia eum ſui non ſuſceperant, vocabat Eccleſiam, & ſuam ei gratiam conferebat, ſicut ipſa ſacroſancta Eccleſia in Canticis proteſtatur dicens: *Adjuravi* *Cant. 2. 7.*
F *vos, filiæ Hieruſalem, in virtutibus & fortitudinibus agri; ne ſuſcitaveritis, & exſuſcitaveritis caritatem, uſquequo voluerit.* Petit ergo in odore agri, quem olebat ſanctus Jacob, id eſt, illa fide, illa devotione[a] excitari ſponſum ſuum à filiabus Hieruſalem, ut feſtinet ad ſponſam, & excitari ejus in ſe caritatem, aut etiam ipſum excitari, quia caritas ſponſus eſt. *Deus* enim *caritas eſt*. ſicut dixit Johannes. *1. Iohan. 4. 16.* Sed ille non eſt paſſus ſe ab aliis excitari; qui ſponte properabat, egreſſus de thalamo exſultabat ut gigas ad currendam viam. Vidit

a. Edit. omnes, *excitari ſponſam ſuam.* Contra mſſ. omnes, *excitari ſponſum ſuum*: quod magis congruit cum antecedentibus ac ſequentibus.

eum ſponſa, & vocem venientis audivit, ſubito- A
Cant. 2. 8. que converſa ait: *Ecce hic advenit ſaliens ſuper mon-*
tes, tranſiliens ſuper colles; majores enim ſalit, mi-
nores tranſilit, ne piæ feſtinationis impedimenta
Ibidem. 9. patiatur. *Similis eſt*, inquit, *conſobrinus meus ca-*
preolæ, aut hinnulo cervorum ſuper montes Bethel. Bo-
nus cervus, cujus mons eſt domus Dei, in quam
tanta celeritate currebat, ut ſponſæ vota & deſi-
deria præveniret. Denique quem de longinquo
venientem viderat, repente ſibi adeſſe cognovit;
Ibidem. 10. & 11. unde & ait: *Ecce hic poſt parietem noſtrum, proſpi-* B
ciens per feneſtras, eminens per retia. Reſpondit con-
ſobrinus meus, & dixit mihi: Exſurge, veni proxi-
ma mea, formoſa mea, columba mea; quia ecce hyems
præteriit, imber abiit, diſceſſit ſibi, flores viſi ſunt in
terra. Hyems Synagoga eſt: imber populus Judæo-
rum, qui ſolem videre non potuit: flores apoſ-
Ibidem. 12. toli ſunt. Et addidit: *Meſſis incisionis advenit, vox*
turturis audita eſt in terra noſtra. Meſſis illa Eccle-
a ſiæ fides eſt: vox turturis [a] pudicitia eſt.

4. Nec his ſolis, ſed etiam cervi ſimilitudinem C
ſuſcipit Chriſtus; quia veniens in terras ſerpen-
tem illum diabolum ſine ulla ſui offenſione pro-
trivit, cui calcaneum ſuum obtulit, ſed ejus vene-
Pſal. 90. 13. na non ſenſit. Unde dictum eſt ei: *Super aſpidem &*
baſiliſcum ambulabis. Simus ergo & nos cervi, ut
ſuper ſerpentes ambulare poſſimus. Erimus cer-
vi, ſi vocem Chriſti ſequamur, quæ præparat cer-
vos, & facit morſus ſerpentium non timere: ac ſi
qui forte fuerint vulnerati, aufert eorum dolo-
rem, ſolvendo delictum. De his cervis dicit Do- D
Job. 39. 1. & ſeq. minus ad Job: *Obſervaſti partus cervorum: numeraſti*
autem menſes eorum, plenos partus? Partus autem eo-
rum ſolviſti, vel enutriſti filios eorum, ut non timeant?
Audi quomodo non timeant filii cervorum ta-
Eſai. 11. 8. lium. Doceat te Eſaias dicens: *Et puer parvulus*
mittet manum in cavernam aſpidum, & illi non no-
cebunt. Et ut agnoſcas quod Eccleſiæ filios ſigni-
Job. 39. 4. & 5. ficare videtur, addidit: *Partus autem eorum emit-*
tes, dirumpent filii eorum, & multiplicabuntur in ge-
neratione, exibunt & non revertentur retro. Nemo E
enim mittens manum ad aratrum, & adſpiciens
retro, habilis eſt regno Dei.

5. Merito ergo cervus factus eſt Dominus; ut
tales ſibi cervos Domini vox præpararet, de qui-
Marc 16. 17. & 18. bus ait: *In nomine meo dæmonia ejicient, linguis lo-*
quentur novis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid
biberint, non eis nocebit. Tollebant enim ſerpen-
tes, cùm ſpiritu oris ſui ſancti apoſtoli de latebris
corporum eruerent nequitias ſpiritales, nec ve-
nena mortifera ſentiebant. Denique cùm exſi- F
liens de ſarmentis Paulum vipera momordiſſet,
videntes Barbari pendentem viperam de manu
ejus, putabant repente moriturum. At ille ſtabat
intrepidus, nec vulnere movebatur, nec veneno
infundebatur. Unde videnres eum non tamquam
hominis conditione genitum, ſed tamquam Dei
gratia editum, ſupra homines eſſe arbitrabantur.
Vide cervum viperas de latebris eruentem ſpi-
A ritu divino qui erat in naribus ejus, ſicut dixit Job. 27. 3.
Job. Converſus, inquit, Paulus in ſpiritu, & reſ-
piciens cum dolore ait ad pithonem: *Præcipio ti-* Act. 16 18
bi in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti continuo exire
ab ea. Et exivit eâdem horâ. Vide cervum quando
venit ad baptiſmum, & ſacri fontis ablutus irri-
guo, omnia perſecutionis venena rejecit. Vide
cervum dominum Jeſum, quando venit ad Johan-
nem Baptiſtam, & dicenti ſibi Johanni: *Ego à te* Matth. 3. 14. & 15.
debeo baptizari, & tu venis ad me, reſpondit: *Si-*
B *ne modo*. Et hoc dicto, in aquas ſalutem ſitiens pu-
blicam, tota aviditate deſcendit. Sed jam ſatis
nobis in exordio tractatus, ſicut in principio an-
ni, [*] more vulgi cervus alluſit. Pergamus ad ce- *
tera.

CAPUT II.

Quam deſideraverit David ex hac vita innumeris calamitatibus, ac peccatis obnoxia liberari; ut ad conſpectum Dei perveniret! Terram lacrymarum eſſe locum, & quæ illarum utilitas? Quomodo Propheta animam ſupra carnis infirmitates adtollens orationem qua peccata teguntur, coram Deo effuderit, ut in cæleſtem aulam introiret. Ejuſdem aulæ paucis tanguntur delicia, cum qua etiam Eccleſia comparatur.

6. [b] INterpellat, ut dixi, David dicens ad Do- b
minum: *Sicut deſiderat cervus ad fontes aqua-* Pſal. 41. 2. & 3.
rum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitivit ani-
D *ma mea ad Deum fontem vivum: quando veniam &*
parebo ante faciem Dei? Æſtuat ſanctus, nec ſe ſe
capit. Major eſt enim animi magnificentia, quàm
cujuſlibet corporis magnitudo; & ſecurus meri-
ti, de terris ad cæleſtia evolare deſiderat, ſicut
& alibi dicit: *Quis dabit mihi pennas ſicut colum-* Pſal 54. 7.
bæ, & volabo, & requieſcam. Hîc enim ſunt laquei,
quibus etſi non implicatur juſtus, tamen impedi-
tur: hîc dolores & ſollicitudines; illic lætitia, ubi
gratia: hîc poſtremo corporis vincula, quæ Pau-
E lus ſolvere geſtiebat; ut omnibus exutus impedi-
mentis, Domino liber adſiſteret. Hoc ergo ſitie-
bat anima David, ut jam non per fidem, ſed facie
ad faciem Deum videret; nec ſolum peregrina-
retur à corpore, ſed corpore ſolveretur. Diſſol-
vi enim & cum Chriſto eſſe multo melius; quia
juſto mori eſt lucrum. Et grande quidem lucrum
carere peccato, delictorum illecebris non move-
ri. Quis enim mundus à ſorde, quando nec unius
diei vita hominis in terra caret delictorum con-
F tagione? Vivendo ergo damna contrahimus in-
nocentiæ, morte finem erroris adipiſcimur. Lu-
crum ergo morte acquiritur, vitæ autem uſu tam-
quam miſeris debitoribus uſurarii nominis ad rea-
tum fœnus augetur. Et bene ſitit anima, quæ feſ-
tinat ad fontem, non aquæ iſtius, ſed vitæ æter-
næ, de quo ſupra dixit: *Quoniam apud te eſt fons* Pſal. 35. 10.
vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Merito er-
go David properabat pervenire & apparere an-

a. Rom. edit. poſt hanc vocem adjicit.
Pſalmus quadrageſimus primus.
Sicut deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.
Cervi ſimilitudinem ſuſcipit etiam Chriſtus. Aliæ atque miſſ. ut in textu, niſi quod edit. vocibus, *nec his ſolis*, ſubdunt, *contentus*: quæ vox hoc loco ſupervacanea eſt, cùm verba *nec his ſolis* referantur ad ſuperiora Scripturæ teſtimonia quibus cum cervo vel aliis animantibus Chriſtus comparatur.
*. Subſcriberemus libenter docliſſ. Cangio, qui in Gloſſar. ad V. *Cervula* putat Ambroſium hic agere de ludis profanis, qui apud ethnicos Kalend. Januarii fieri ſolebant; niſi de ea ſuperſtitione quæ à SS. PP. & in ſynodis & in cathedris magno poſtea zelo proſcripta eſt, paulo frigidius loqui videretur. Dici tamen poteſt vigilantiſſimum Præſulem in eam ideo vehementius non inſurrexiſſe, vel quia durior tum erat paganorum potentia & obſtinatio, vel major Chriſtianorum pietas, ab hac impietate ſatis aliena.
b. Reſecaverat edit. Rom. has voces: *Interpellat, ut dixi* &c. uſque ad verſum, *Sitivit anima mea* &c.

te

te faciem Dei, cujus vultus lumen eſt; quia om- A
nes quos Dominus ſpectat, illuminat.
Pſal. 41. 4. 7. *Fuerunt lacrymæ meæ mihi panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi eſt Deus tuus?* Ibi bene la-
crymæ panes ſunt, ubi eſuritur juſtitia. Beati enim
qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſatu-
rabuntur. Sunt igitur lacrymæ quæ panes ſunt, &
confirmant cor hominis. Cui diſputationi etiam
Eccle. 11. 1. illud Eccleſiaſticum convenit dictum: *Mitte pa-
nem tuum ante faciem aquæ*; quia ibi panis cæleſtis,
ubi aqua gratiæ; quoniam recte accipiunt ſub- B
ſtantiam verbi, & myſticæ rationis alimentum,
quibus flumina aquæ vitæ de ventre labuntur. Si-
militer quoque ibi panis hic vivus, ubi aqua la-
crymarum, & fletus eſt pœnitentiæ. Sic enim
Hier. 31. 9. ſcriptum eſt: *In fletu exierunt, & in conſolatione re-
vocabo eos*. Beati ergo quorum lacrymæ panes, qui
ridere meruerunt; quia beati qui fletis.
Pſal. 41. 5. 8. *Horum memor*, inquit, *effudi ſuper me animam
meam*. Sanctus colligit ab his quæ foris ſunt, &
ſupra ſe effundit animam ſuam; ut anima ſupra C
a corpus effuſa infirmitatem carnis abſcondat, [a] te-
gat corporis ad pœnitentiam, & virtus ubique
animæ mentiſque prætendat. Unde & in poſte-
Pſal. 141. 2. rioribus dicit: *Effundam in conſpectu ejus orationem
meam*. Ubi effunditur oratio, ibi peccata ſunt tec-
ta. Quorum autem memorem ſe dicit? Eorum
utique quæ deſiderabat, ut veniret & appareret
in conſpectu Dei, ut ejus aulam illam videret
æternam, in qua ſpatiabatur animo & præſum-
to delectabatur ingreſſu.
Pſal. 41. 5. 9. *Quoniam ingrediar*, inquit, *in locum taberna-
culi admirabilis, uſque ad domum Dei. In voce ex-
b ſultationis, & confeſſionis*, [b] *ſonitus epulantis*. Non
immerito flebat, quoniam verſaretur in terris,
cui cæleſtia tabernacula deberentur, & quem au-
læ potentis exſpectaret introitus. Denique illam
ſolam omnibus regni ſui opibus præferebat, ſicut
Pſal. 26. 4. ipſe teſtificatus eſt alibi dicens: *Unam petii à Do-
mino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini
omnes dies vitæ meæ, & ut videam delectationem Do-* E
mini. Delectatio Domini in Eccleſia eſt: Eccle-
ſia eſt imago cæleſtium; etenim poſtquam um-
bra præteriit, imago ſucceſſit. Umbra Synagoga
eſt: in umbra Lex, in Evangelio veritas. Ideo in
Evangelii lumine veritatis imago reſplendet. Fle-
bat igitur Propheta; quia differebantur plena
gratiæ bona & referta lætitiæ.

CAPUT III.

Non mirum ſi David hujus vitæ malis, etſi conſola- F
*tione ſua minime careant, turbatus ſit; cùm ipſe
Chriſtus qui mortem ſubivit voluntariam, turba-
ri voluerit, & quo ſenſu hoc intelligendum? Item
quare alio loco non* confiteor, *ſed* confitebor
Propheta dixerit?

Pſal. 116. 5. 10. DEnique & in poſterioribus dicit: *Heu me,
quia incolatus meus prolongatus eſt!* Et
ideo interpellabat Dominum, quia ad meliora
properabat. In ipſis tamen afflictationibus ſæculi
magna eſſet conſolatio præſentium, ſpes futuro-
rum. Quis enim non erigeret animum, qui poſſet
ſperare in tabernaculo cæleſti beata illa ſibi con-
ſortia reſervari. Sed quia infirmæ conditioni ple-
rumque futura tædio ſunt, præſentia vexationi;
ideo & ſancti Prophetæ inſurgentibus corporis
fluctibus anima turbabatur.

11. Nolo enim mireris ſi Propheta animam ſuam
dicit eſſe exagitatam, cùm dixerit ipſe dominus
Jeſus. *Nunc anima mea turbata eſt*. Qui enim ſuſ- Johan. 12. 27.
cepit infirmitates noſtras, noſtrum quoque ſuſ-
cepit affectum, in quo & triſtis erat uſque ad
mortem non propter mortem; mors enim volun-
taria mœſtitiam habere non poterat, in qua fu-
tura erat univerſorum lætitia, univerſorum refec-
tio. De qua & alibi dixit: *Et ſurrexi, & vidi, &* Hier. 31. 26.
ſomnus dulcis factus eſt mihi. Bonus ſomnus qui fe-
cit non eſurire eſurientes, non ſitire ſitientes,
quibus ſacramentorum dulcedinem præparavit.
Quomodo ergo anima ejus timore turbata eſt,
qui fecit aliorum animas non timere? Triſtis er-
go uſque ad mortem, donec conſummaretur gra-
tia: quod probatur ipſius teſtimonio dicentis de
morte ſua: *Baptiſmate habeo baptizari, & quomodo* Luc. 12. 50.
angor, uſque dum perficiatur?

12. Turbatus igitur David lubricis ſæculi hujus
anfractibus dicit: *Quare triſtis es anima mea: qua-* Pſal. 41. 6. & 7.
*re conturbas me? Spera in Deum, quoniam confitebor
illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus*. Ergo quan-
do anxii & ſolliciti ſumus, ſpes nos futurorum
exſpectatione confirmet. Vide ſingula: *Spera,
quoniam confitebor* inquit. Non confiteor, ſed con-
fitebor; hoc eſt, tunc melius confitebor, quando
D revelata facie gloriam Domini ſpeculatus in
eamdem imaginem reformabor.

13. Subito cùm ſe conſolaretur, in ſe reverſus
ait: *Ad me ipſum anima mea turbata eſt*; id eſt, qui Pſal. 41. 7.
alios confirmare debeo, ipſe conturbor. Et quia
ex me non habeo firmamentum, de auctore ſu-
mamus.

CAPUT IV.

*Qui turbari ſe boni conſulunt eos exire ex Ægypto,
quæ per Jordanem deſignatur: per eum fluvium ad-
umbrari etiam Chriſtum, quod nempe cordium co-
gitationes penetret, & ſanctis terrenam ac cæleſ-
tem dividat poſſeſſionem. Hoc tamen Chriſto conve-
nire, Patre non excluſo; & ibi quid per Sicimam
ſignificetur? Item Chriſtum montem fuiſſe magnum
per divinitatem, modicum per incarnationem,
quam cùm Lex vetus ad homines redimendos non
ſufficeret, Evangelium illaturus ſuſceptam voluit.*

14. PRopterea, inquit, *memor ero tui, Domine, de* Ibidem.
F *terra Jordanis & Hermoniim*. Memor eſt de
terra Jordanis, in quo gratia memoriam devotio-
nis accumulat. In Jordanem Naaman Syrus ille
deſcendit, & mundus à lepra factus eſt. In Jordane
baptizatus eſt Chriſtus, quando formam lavacri
ſalutaris inſtituit. Jordanis nomen deſcenſionem
ſignificat, qua deſcendit dominus Jeſus, qui à con-
tagio delictorum vicinos Jordanis fluminis emun-
davit. Hic fluvius exit de Ægypto, & dividit ter-
ram repromiſſionis. Ergo qui turbatur, ſi boni
conſulit, de Ægypto exit, & ſequitur viam lucis.
Hermoniim etiam viam lucernæ interpretati
ſunt. Exi ergo prius ex Ægypto, ſi vis lumen

a. Edit. omnes, *tegat corpus*. mſſ. contra, *tegat corporis*, ſubin-
tellige *infirmitatem*.
b. Ita mſſ. & vet. edit. Rom. vero, *ſoni feſta celebrantis*. *Quis
non erigeret animum qui poſſet ſperare in tabernaculo cæleſti beata illa
ſibi conſortia reſervari*. Quæ verba loco ſuo reſtituimus.

Chriſti videre. Exivit Chananæa à finibus gen- A
Matth. 15. 22. tium, & Chriſtum invenit, cui dicebat. *Miſerere*
mei fili David! Exivit & Moyſes ex Ægypto, &
propheta factus eſt, & remiſſus ad populum, ut
de terra afflictionis animas eorum liberaret. Lu-
cerna autem in Chriſti corpore. Hæc tibi lucerna
Pſal. 118. 105. viam monſtrat. Unde & ſanctus David ait: *Lu-*
cerna pedibus meis verbum tuum. Lucerna, quod il-
luminaverit animas univerſorum, & in tenebris
viam monſtraverit. Evangelium via lucernæ eſt;
in umbra lucet, id eſt, in ſæculo. Unde & alibi B
Pſal. 67. 15. habes: *Nive dealbabuntur in Selmon*, id eſt, in
obumbratione.

15. Jordanis quoque Chriſtus qui dividit terram.
Luc. 2. 35. Quomodo dividat, audi: *Et tuam ipſius animam*
pertranſibit gladius, ad revelandas multorum cogita-
tiones cordium: eo quod ſit noſtrarum diviſor ani-
marum, qui in intima cordis ſecreta deſcendat,
& cogitationes mentium deprehendat. Hic gla-
dius verbum eſt Dei vivum. Denique ad Hebræos
Hebr. 4. 12. ſic legis: *Vivum eſt Dei verbum & validum, & acu-* C
tius omni gladio acutiſſimo, penetratque ad diviſio-
nem animæ & ſpiritus, artuumque & medullarum.
Johan. 9. 7. Hic eſt fons Siloa, qui dicitur miſſus, quoniam
Chriſtus à Patre dixit ſe eſſe miſſum. Eſt & illa
diviſio quæ colligitur ex eo quod utramque ri-
pam Jordanis Tribus incoluerint Judæorum, quo-
niam Filius hominis qui poſterioribus tempori-
bus deſcendit è cælo, verus ille Jordanis, verus
ille terreſtrium atque cæleſtium diviſor, poſſeſ-
ſionem dividuam patribus dedit: unam quæ poſ- D
ſideretur in terris, alteram quæ futuræ vitæ me-
ritis ſervaretur. Quorum utrumque convenit ſo-
li Chriſto, vel cæleſtia dividere, vel occulta de-
prehendere. Interiora enim dividit, qui occulta
deprehendit, quod eſt utique divinitatis inſigne.
Denique ſic habes ſcriptum quia Dominus dixit:
Pſal. 59. 8. *Lætabor & dividam Sicimam.* Hæc eſt illa magni-
fica portio, quam Jacob filio ſuo Joſeph præſtan-
Gen. 48. 22. tiorem omnibus deputavit. Unde ait: *Ego do tibi*
Sicimam magnificam ſuper fratres tuos, quam accepi E
de manu Amorrhæorum, in gladio meo & ſagitta.
Quod diviſio ſoli Domino debetur, quæ Verbo,
hoc eſt, ſpiritali illo veri Salomonis gladio com-
prehenditur. Quid eſt ſoli? Patri ſine Chriſto, an
Chriſto ſine Patre? Minime. Cùm ſolum dico
Patrem, Filium non ſeparo; quia in ſinu & ſe-
creto Patris Filius eſt. Cùm ſolum Filium dico,
Johan. 16. 32. & Patrem jungo, ſicut junxit & Filius dicens: *Ec-*
ce venit hora, ut me ſolum relinquatis: ſed non ſolus,
1. Tim. 6. 15. & 16. *quoniam Pater mecum eſt.* Sic ergo & Pater ſolus F
beatus, & ſolus potens dicitur; ut ab eo Filius non
ſequeſtretur, qui in Patre ſemper eſt. Denique
Johan. 1. 1. præclare Johannes: *In principio erat Verbum*, ſed
ſine Patre non erat. Et Deus Pater erat, ſed ſine
Verbo non erat: quia *Verbum erat apud Deum.*

16. Hæc Sicima Eccleſia eſt. Ipſam enim elegit
Salomon, cujus latentem diſtinxit affectum. Hæc
Sicima Maria eſt, cujus animam gladius Dei tran-
ſit & dividit. Hæc Sicima eſt adſcendens, ſicut
interpretatio habet. Quæ ſit adſcendens, audi de
Cant. 8. 5. Eccleſia. *Quæ eſt quæ adſcendit dealbata innitens ſu-*
per fratrem ſuum? Hæc eſt actinoſa, quæ græce
ἀκτινώδης dicitur, quod fide operibuſque reſplen-
deat:[a] cujus filiis dicit: Opera veſtra luceant co- Matth. 5. 16.
ram Patre meo, qui in cælis eſt.

17. Memor ergo eſt Dei David de terra Jorda-
nis & Hermoniim à monte modico. Quis eſt iſte
mons modicus? Conſideremus ne forte divinitas
Chriſti mons magnus. Denique *cælum & terram* Hier. 23. 24.
compleo, dicit Dominus. Si ergo divinitas Chriſti
mons magnus eſt, utique Incarnatio ejus mons
exiguus eſt. Utrumque ergo Chriſtus, & mons
magnus & minor: magnus vere; quia magnus
Dominus & magna virtus ejus: minor; quia ſcri-
ptum eſt: *Minoraſti eum paulo minus ab Angelis*, Pſal. 8. 6.
Unde & Eſaias dicit: *Vidimus eum, &, non habebat* Eſai. 53. 2.
ſpeciem, neque decorem. Idem tamen & ex magno
minor factus, & ex minore magnus. Ex magno
minor; quia cùm in forma Dei eſſet, ſemetipſum
exinanivit, & formam ſervi accepit: ex minore
magnus; quia dicit Daniel: *Et lapis qui eliſit ima-* Dan. 2. 36.
ginem, factus eſt mons magnus, & implevit omnem
terram. Lapis hic ſi requiris quis ſit, agnoſce. *La-* Pſal. 117. 22.
pidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt
in caput anguli. Idem tamen cùm & exiguus vide-
retur, magnus erat. Cui rei adſtipulatur Eſaias,
dicens: *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis,* Eſai. 9. 6.
cujus initium ſuper humeros ejus, & vocabitur ma-
gni conſilii Angelus. Omnia propter te Chriſtus.
Lapis propter te, ut tu ædificeris: mons propter
te, ut tu adſcendas. Adſcende ergo ſuper mon-
tem, qui cæleſtia petis. Ideo inclinavit cælum, ut
tu eſſes vicinior; ideo ſurrexit in verticem mon-
tis, ut te elevaret.

18. Non immerito ergo abyſſus abyſſum invo-
cabat; ut iſte mons fieret exiguus, de quo Pro-
pheta ait: *Abyſſus abyſſum invocat in voce catarac-* Pſal. 41. 8.
tarum tuarum. Non prævalebat vetus Teſtamen-
tum ad iſtius mundi redemtionem: invocabat, &
quaſi ad auxilium arceſſebat novum Teſtamen-
tum. Clamabat Lex annuntians Evangelium.
Erat enim ſemiplena; & ideo erat neceſſarius,
ut veniret qui Legem impleret. Finis enim Legis
Chriſtus ad juſtitiam omni credenti, qui venit
Legem implere, non ſolvere. Quomodo abyſſus
Lex, audi dicentem: *Judicia tua ſicut abyſſus mul-* Pſal. 35. 7.
ta. Simul hinc intellige utrumque unius eſſe ſa-
pientiæ Teſtamentum, quod quaſi ſuum venit im-
plere. Cataractas autem intelligimus profunda
verborum, & vim cæleſtis eloquii: quæ fluxere
nobis ſicut imber è cælo. Ergo remedium tædio-
rum omnium Chriſtus, & ſcriptura divina; at-
que in tentationibus unum perfugium.

CAPUT V.

Propheta miſeriis obſeſſus divinam implorat miſeri-
cordiam, quæ in adverſis præcipue manifeſtatur.
Deum hominis ſuſceptorem eſſe, tum ob creationem
qua in nos idem jus habet atque in lutea vaſa fi-
gulus, tum ob defenſionem qua conceſſam homini
vitam conſervat.

19. DEnique ubi advertit David quod ele-
vationes fluctuum ſæcularium ſuper ſe
venirent, quas neceſſe eſt plurimas ſubeamus in
iſtius ſalo vitæ, memor Domini miſerationum
quas innumeris promiſit oraculis, ad preces con-

a. Sic mſſ. Thuan. Dion. Torn. & Vict. Alii vero atque edit. *cujus filiis dicit.* Minus commode, ut docet orationis contextus.

Porro paſſim in hoc tractatu verſiculos pſalmi 41 reſecavimus quos edit. Rom. ut continuum efficeret commentarium, induxerat.

verſus interpellat Deum, ſciens quod miſericor- A
dia ejus in luce mandatur, id eſt, in Lege; quia
Eſaia.26.9. *lux præcepta tua*: in tentationibus autem quaſi in
noctis tenebris, manifeſtatur. Unde tamquam
viator qui repatriare deſideret, & pervenire quo
tendat, confragoſo tamen vitæ hujus itinere fa-
tigatus, ducem arceſſit, & allevamentum obſe-
crat.

Pſal.41.10. 20. *Apud me*, inquit, *oratio Deo vitæ meæ; dicam
Deo: Suſceptor meus es.* Bene nota jam ſibi quærit
auxilia, & promiſſi auctorem convenit, atque uſi- B
tati muneris præbitorem; ut in ſubveniendo, ſi
meritum hominis offendit, divinum non offendat
exemplum. Dicit aliquis: Quando ſuſcipit eum
Deus? Ut hoc adſtruamus, veni mecum ad ſcri-
Gen. 2. 7. pturæ ſacræ exordium, & vide quomodo Domi-
nus manibus ſuis de luto hominem figuraverit.
Pſal. 118. 73. Unde & hic ipſe in poſterioribus dicit: *Manus tuæ
fecerunt me & plaſmaverunt me*. Quaſi figulus qui-
dam Deus fabricam carnis eſt operatus humanæ.
Hier. 18. 2. Et ad Hieremiam dicitur: *Deſcende in domum fi-* C
guli, & audies illic verba mea. Figulo utique ſæpe
contingit, ut dum vas fingitur, cadat de manibus
ejus, & iterum colligat lutum, ut vas reformet.
Ibidem 3. & 4. Denique & Hieremias dicit: *Deſcendi, & vidi quo
modo cecidit vas, quod ipſe faciebat in manibus ſuis.*
Ibidem. Et iterum inquit: *Fecit vas aliud quo modo placuit
ei.* Recte ergo ſuſceptor dicitur; quia manibus
ſuis nos ipſe ſuſcepit, ipſe formavit. Humani fi-
guli vaſa ſunt illa, alia in honorem, alia in con-
tumeliam. Omnes ſumus vaſa fictilia: & ſi rex ſit D
aliquis, vas fictile eſt; & ſi apoſtolus, vas fictile
2. Cor. 4. 7. eſt. Unde & Paulus: *Habemus*, inquit, *theſaurum
iſtum in vaſis fictilibus.* Et Propheta de rege dicit:
Hier. 22. 28. *Depreciatus eſt Iechonias ſicut vas, cujus opera non eſt
Ibidem. neceſſaria.* Et addidit: *Terra, audi verbum Domi-
ni, ſcribe virum iſtum abdicatum.* Quaſi patrio jure
Deus noſter filios ſolet abdicare degeneres; ideo
& in terra eos ſcribit, quia filii terræ ſunt. Unde
cùm Judæi accuſarent adulteram, dominus Jeſus
digito ſcribebat in terra. Juſti autem non in ter- E
Luc. 10. 20. ra ſcribuntur, quibus dicitur: *Gaudete quod nomi-
na veſtra ſcripta ſunt in cælo.*

21. Suſcepit ergo nos Dominus, quando nos
finxit: ſuſcipit & quando nos jubet naſci. Unde
Pſ. 138. 13. ait juſtus: *Suſcepiſti me ex utero matris meæ.* Cu-
Hier. 1. 5. jus matris? *Priuſquam te formarem in utero, novi te.*
Quos format & ſuſcipit, exeuntes quoque ſuſci-
pit. *Et priuſquam exires de vulva matris, ſanctifi-
cavi te.* Suſceptor eſt qui ſuſceperit manibus, ut
generis operator humani ſuſceptor dicitur; & qui F
viſitatione ſuſceperit, ut protegat. Unde alibi ip-
Pſal. 90. 1. & 2. ſe dicit Propheta: *Qui habitat in adjutorio Altiſſi-
mi, dicet Domino: Suſceptor meus es tu, & refugium
meum.* Prima ſuſceptio eſt operationis, ſecun-
da defenſionis. Denique audi Moyſen dicen-
Deut. 32. 11. tem: *Extendens alas ſuas adſumſit eos, & ſuſcepit
eos ſuper ſcapulas ſuas*: ſicut aquila ſuſcipit, quæ
fœtus ſuos examinare conſuevit; ut teneat atque
enutriat, quibus veri indolem partus, & incor-
ruptæ gratiam naturæ adſtipulari adverterit; aut
repellat, in quibus degeneris originis infirmita-
tem in tenera adhuc ætate deprehenderit.

CAPUT VI.

*Queritur David ſui oblitum Deum videri, quo & pec-
catorum ſuorum merita, & propriam infirmitatem
quæ ſine divino præſidio ſubſiſtere non poteſt, con-
fitetur. Ibidem luget quod fuerit à Deo repulſus, qui
ſuſceptus ante fuerat. Quam beatum ſit ex utero in
Deum projici; & qua ratione illud Chriſto accom-
modetur?*

22. *QUare me oblitus es, & quare me repuliſti?* Pſal. 41. 10.
Deus non obliviſcitur. Impoſſibile eſt
enim ut obliviſcatur, cui omnia quæ ſunt facta &
futura, præſentia ſunt: ſed noſtra peccata meri-
tum oblivionis ei infundunt; ut obliteret eos,
quos indignos ſua viſitatione cognoverit. Eos
enim cognoſcit Dominus, qui ſunt ejus. Tamen Matt. 7. 23.
ubi aliqui iniquitatem operantur, his dicit: *Non
novi vos.* Quis ergo eſt qui poſſit Deo dicere:
Quare me oblitus es? Sed tamen commune hoc
ſanctis, nobiſque infirmis eſt. Sanctus dicit quaſi
meriti ſui conſcius; & tamen quo ſanctior, hoc hu-
milior. Quod ſi vix ſanctus dicit, quid ego dicam
peccator, niſi ad illud referam: Quare operis tui
oblitus es, quare viſitationis tuæ oblitus es? Poſ-
tremo quare infirmitatis meæ oblitus es? Quid eſt
enim homo, niſi quia viſitas eum? Non ergo obli-
viſcaris infirmum. Memento, Domine, quia in-
firmum me feciſti: memento quia pulverem me
finxiſti. Quomodo ſtare potero, niſi ſolidaturus
hoc lutum ſemper intendas, ut de vultu tuo ſo-
liditas mea prodeat? Cùm averteris faciem, tur-
babuntur omnia: ſi intendis, væ mihi; non ha-
bes quod in me adſpicias, niſi contagia delicto-
rum: nec deſeri utile, nec videri eſt; quia dum
videmur, offendimus. Poſſumus tamen æſtimare,
quia non repellit quos videt; quia emundat quos
adſpicit. Ignis ante eum ardet, qui crimen exu-
rat.

23. Bonum eſt ergo nobis, ut non repellamur.
Ideo queritur David, quia repulſum ſe credidit,
qui fuerat ante ſuſceptus. Denique in poſteriori-
bus dicit: *In te confirmatus ſum ex utero.* Sed & ſu- Pſal. 70. 6.
pra ſcriptum habemus: *In te projectus ſum ex ute-* Pſal. 21. 11.
ro: de ventre matris meæ Deus meus es tu. Bonum
eſt & projici, ſed in Deum. Denique ex perſona
Chriſti, hoc in XXI pſalmo dicitur, qui vere in
Patrem de utero projectus eſt Virginis; non enim
terrena eum excepere morientem. Unde in cruce
poſitus, cùm emitteret ſpiritum, ad Patrem ait:
In manus tuas commendo ſpiritum meum. Luc. 23. 46.

24. Non ergo aliqui addant: *Domine*, ut pſaltæ
faciunt, quod neque in latino codice inveni meo,
neque in græco, neque in Evangelio, quod eſt
evidentius. Denique ſupra dixerat: *Pater, dimit-* Ibidem 34.
te illis hoc peccatum; & ideo tamquam Patri, in ma-
nus ejus commendare ſe ſpiritum ſuum, in cujus
ſinu ſemper eſt Filius. Quamquam, etſi addant
quod dixerit, *Domine*, conſiderent quod quaſi ho-
mo in morte poſitus hoc loquatur.

25. Ergo projectus eſt de utero in Patrem, de
ventre matris ſuæ, hoc eſt, definivit quod ille ute-
rus qui projecit eum, venter eſt matris. Pater au-
tem dixit: *Ex utero ante luciferum genui te.* Non Pſal. 109. 3.
projecit utique Filium Pater, à quo numquam
egreſſus eſt Filius, ſicut ipſe ait: *Traditus ſum, &* Pſal. 87. 9.
non egrediebar. Non projecit eum, cui ejuſdem ſub-

ſtantiæ unitate connectitur. Poteſt ergo & ſic le- A gi: *In te projectus ſum ex utero de ventre matris meæ*, (Pſal. 21.11.) ut ſequatur, *Deus meus es tu, ne diſcedas à me.* Poteſt & ſic: *De ventre matris meæ Deus meus es tu*; quoniam in utero poſitus à te numquam receſſi: tecum eram, qui tamquam Jonas in utero ceti poſitus, te pro populo deprecabar. Et vere de matris ſuæ ventre cum Deo erat, ſecundùm quod (Eſai. 7.16.) ſcriptum eſt: *Quoniam priuſquam ſciret puer bonum aut malum, elegit quod bonum eſt.* (Eſai. 8.4.) Et: *Antequam patrem vocaret aut matrem, virtutem Damaſci & ſpo-* B *lia Samariæ deprædatus eſt*; ut gentibus evocatis regnum Patri piæ cultu devotionis acquireret. [a] Videamus cetera.

CAPUT VII.

Dum exoptatus Chriſti adventus differtur, ſæviſſe diabolum, ut in Chriſtum crediturot obtereret, & in ipſis ſigna defigeret ſua: ubi de ſignis quæ ſequi & quæ fugere nos oporteat, diſſeritur. Diabolum ſigna ſua in eis ponere, qui fidei ſemen in via excipiunt; ſanctos è contrario diaboli fidem collocare in pervio: tandem ne diabolus tabernaculum Dei polluat, providendum, ad quod maxime opus eſt perſeverantia.

(Pſal. 41.10.) 26. Quare, inquit, *me repuliſti: & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus: confringit oſſa mea: exprobraverunt mihi qui tribulant me, dum dicitur mihi quotidie: Ubi eſt Deus tuus? Quare triſtis es anima mea?* Et reliqua. Prima interpellatio que- D telam habuit, quod comperendinarentur bona, quorum jam fructus deſiderabatur. Secunda interpellatio, quod exſpectatus prudentibus Chriſti differebatur adventus, quem Lex annuntiaverat, quem prophetæ pollicebantur; & eo impatientius æſtuabant corda juſtorum, quoniam ad redemtionem cognoverant eſſe venturum univerſorum. Quorum nniverſorum? Quibus Evangelico tramite viam virtutis aperiret, bonorumque operum ſemitas demonſtraret, ſicut ipſe dixit in Prover- E (Prov. 8.22.) biis: *Dominus creavit me principium viarum ſuarum.* Ideo ergo dicebatur ei: *Ubi eſt Deus tuus*; quia adhuc non venerat Chriſtus, ſed ſperabatur? Sæviebat ergo diabolus, ut obtereret quos ſciebat in adventum Domini crediturus, & diverſis affligebat exitüs. Interpellat ergo David, ut morantem excitet queſtu prophetico, feſtinare urgeat, admoneat ſubvenire. Habemus ſimilitudinem hujus interpellationis etiam in poſterioribus, (Pſal. 73.1.) ubi dicit idem propheta: *Ut quid repuliſti nos Deus* F *in finem?* Et ibi aperte qnod congregationis ſuæ oblitus ſit, & virgam hereditatis ſuæ abjecerit, flebiliter deploravit; & quod in plebem Dei in- (Ibidem 4.) ſurrexerint ejus inimici, de quibus ait: *Et gloriati ſunt qui oderunt te, in medio feſti tui.* Fortè hic verſiculus videretur Aſſyrios declarare, qui triumphaverunt populum Judæorum, niſi ſequere- (Ibidem 5.) tur: *Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognovi.* Signa ſemper in bello ſunt, quæ præliaturos præire conſueverunt, & agmen ducere militare. Unuſquiſque numerus aut legio ſigna ſua ſequitur. Et ſi diſperſi fuerint bellorum tumultu, eo ubi ſigna ſua proſpexerint eſſe, quamlibet longe poſiti re- A vertuntur. Unuſquiſque ductor hæc ſigna conſtituit, & ſequenda præſcribit. Sed ſunt etiam alia ſigna, quæ victor hoſtis imponit, & tamquam captivis obſervanda decernit: ſed qui fidelis eſt miles, propria ſigna ſequitur, non agnoſcit aliena.

27. Quæ ſint aliena ſigna intenſius & impenſius conſideremus. Signum ſuum poſuit Chriſtus in frontibus ſingulorum: ibi quoque Antichriſtus ſua ſigna ponet, ut proprios recognoſcat. Sed B qui in occulto Judæus eſt, ille verus confeſſor dicit: *Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognovi.* Poſuerunt diabolus & miniſtri ejus, ſed ego neſcivi illa; quia non conſenſi artibus ejus, non acquievi imperiis ejus. Poſuit Aſſyrius Nabuchodonoſor ſigna pueris Hebræorum, & mutavit illis nomina; & præcepit ut adorarent imaginem ejus, & recederent à ſolemnibus patrum ſuorum, rituſque Chaldæos, poſthabita Dei Lege, ſequerentur. Conſtituit hoc rex, ſed ſtatuit Daniel in cor- (Dan. 3.18.) C de ſuo, ut regalis menſæ contagia declinaret. Recte ergo ei convenit dicere: Signa non cognovi aliena. Juſſum erat ut Hebræi pneri adorarent imaginem regis; reſponderunt ei: Non adoramus (Dan. 3.18.) imaginem tuam. Apte ergo dixit unuſquiſque eorum: *Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognovi*; id eſt, non ſum expertus, non ullo conſenſu recepi, non aliqua ſocietate in me tranſtuli. Unde & de Dei Filio legimus quod peccatum non cognovit. Et alibi habes: *Quoniam qui cuſtodit mandatum,* (2.Cor.5.21.) D *non cognoſcit verbum nequam*; cùm liquido clareat, quia non cognitio improbitatis, ſed ſocietas criminoſa ſit. (Eccle. 8.5.) Ipſe etiam David in poſterioribus dicit: *Declinantes autem malignos à me non agnoſcebam.* (Pſ. 100.4.) Ubi autem voluerint hæc ſigna adverſarii ponere, declarat: *Sicut in via*, inquit, *ſuper ſummum: quaſi in ſilva lignorum ſecuribus conciderunt januas ejus in idipſum, bipenni & aſcia dejecerunt illud.* (Pſal. 73.6.) Quid hoc ſibi vult, niſi ut oſtendat quia fides noſtra non quaſi in via eſſe debeat; ne veniant vo- E lucres cæli, & auferant eam, ſicut verbum illud, quod legis in Evangelio non debère circa vias & (Luc. 8.5.) ſemitas ſeminari?

28. Ergo ſancti volentes fidem hujuſce eradicare adverſarii, qui non vident ſigna ſua in corde ejus, tentaverunt quaſi in via, id eſt, in pervio collocare. Cor autem in ſummo eſt; quia ocnli ſapientis in capite ejus. Et poſuerunt ſigna quaſi in ſilva lignorum, quæ cito exuruntur igni, aut ſecuribus conciduntur. Exit enim ignis de ſilva, & F exurit etiam cedros Libani. Hoc autem faciendum putaverunt; ut polluerent divini nominis tabernaculum, quod eſt in nobis. Sicut enim templum Dei ſumus: ita ſumus & tabernaculum Dei, in quo feſta Domini celebrantur. Ergo tu, ô homo, ſummum tuum cuſtodi, ut conquaſſes capita (Pſal. 67.22.) inimicorum, verticem capilli perambulantium. In ſuperfluis enim perambulant, non in ſanctis: in vertice capilli, non in vertice devotionis & fidei. *Etſi ſpiritus poteſtatem habentis in te adſcendat,* (Eccle. 10.4.) ut habes in Eccleſiaſte, *locum tuum non derelinquat.* Etenim ſuperiorem te Chriſtus conſtituit, quem ad imaginem Dei fecit. Tene ergo ſuperiorem fidei & pietatis locum, quem à Chriſto accepiſti;

a. Sic mſſ. omnes, atque edit. Era. & Gill. Rom. vero prætermiſſis vocibus, *Videamus cetera*, & verſu ſequenti, nempe, *quare inquit me repuliſti* &c. Tres alios conſequentes non paucis vocibus adjectis aut mutatis hic poſuerat.

ut ſuperior factus, adſcendentem de inferioribus, A hoc eſt, de terrenis & ſæcularibus ſpiritum nequam facile repellas, & ſigna ejus non ſuſcipias in pectore tuo: non occupet animæ tuæ veſtibula, nec introitus mentis tuæ; & quaſi in ſilva lignorum ignibus ſuis caduca & fragilia populetur, aut ſecuribus ſuis januas tui cordis excidat. Sit igitur in nobis non ſilva, ſed vinea: ſit porta noſtri oris & cordis clauſa diligentius, ne hoſtis introeat. Cito deſidit januam, ſi parentem eam invenerit. At vero Chriſtus pulſat, non dejicit, B qui confortavit, ô Hieruſalem, ſeras portarum tuarum. Chriſtus manu pulſat ut aperias, adver-
3. Reg. 6.7. ſarius ſecuribus concidit; & ideo ſcriptum eſt, ne ſecuris & malleus in domum Dei intret. Foris debet eſſe ſuperbia & fallacia, non intus. Foris enim pugnæ, pax intus quæ ſupra omnem intellectum eſt. Non ſcindatur ferro anima tua: ſed ut anima Joſeph, ita anima tua ferrum pertranſeat; ne principale tuum, velut quoddam tabernaculum Verbi, in ipſo fidei principio & doctrinæ ſpiritalis di- C ruatur ingreſſu. Fundatus enim uſu atque exercitatione immobilis perſeverat, nec locum dat ei qui in ſummum quaſi transfigurans ſe in Angelum lucis, conatur adſcendere: qui ſi in nobis ſua ſigna non viderit, auctoritatem reſiſtendi habere non poterit. Ergo ne affligat nos inimicus, ne oſſa noſtra confringat, non deficiamus perſeverare in
Matt 15.32. Chriſto, ut dicat de nobis: *Triduum habent quod perſeverant mecum, & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via.* Beatus cui ipſe dederit cordis fir- D mamentum, ut deficere non poſſit in iſtius vitæ tramite conſtitutus. Non enim deficit qui ſperat in Domino, atque ei intimo confitetur affectu: quandoquidem etiam eques ille cujus equi calcaneum ſerpens momordit, etſi retro cecidit, deceptus tamen non eſt; quia ſalutem [a] exſpectavit à Domino.

CAPUT VIII.

David ab iniquorum cauſa ſuam diſcerni poſtulat, E *non autem Chriſtus, quippe cui à Patre datum ſit omne judicium. Merito Prophetam ob inteſtinos atque externos hoſtes turbatum ſtitiſſe, ut mature ſibi divini auxilii lux affulgeret; eum tamen futuræ redemtionis cognitione à Deo fuiſſe recreatum.*

29. TErtia quoque Prophetæ interpellatio, quod in medio hominum nequitias exercentium conſtitutus, cauſam ſuam ab eorum contagio cupiat ſeparari. Quod multi ad dominum Jeſum referendum putant, eo quod ipſius F ſolius eſt non timere judicium, qui vincit cùm judicatur. Habet enim à viro iniquo judicium, in quod volens Chriſtus ingreditur, ut habes ſcrip-
Mich. 6. 3. tum: *Populus meus, quid feci tibi, aut in quo contriſtavi te?* Ceterum cùm omne judicium illi dederit Pater, non quaſi infirmo utique, ſed quaſi Filio, quod poteſt ipſe ſubire judicium? Si judicium Patris arbitrantur Filio eſſe ſubeundum, Pater utique non judicat quemquam, ſed omne judicium dedit Filio; ut omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem. Pater honorat Filium, & tu dijudicas? Hoc eo poſuimus, ne quis nos arbitraretur quaſi metu quæſtionis in locum Domini ſubrogare perſonam Prophetæ, cùm ſanctus David prævidens ſpiritu inſurrecturos Judæos adverſus Domini paſſionem, [b] judicium ſuæ fidei non pertimeſcat: diſcerni quoque cauſam ſuam à perſecutorum gente depoſcat; ne malis generis ſui & poſteritatis heredibus proſapia totius Judaici generis implicetur.

30. Non immerito ergo turbatur, qui videt ſibi adverſus carnem & ſanguinem eſſe luctamen, atque in ſeipſo ſibi grave eſſe naufragium, in ſuo corpore tempeſtatem, quam ſuſtinere non valeat, niſi cæleſte auxilium ſuffragetur. Nemo enim gravior homini hoſtis, quam domeſtici ejus: quid autem tam domeſticum quam ſibi homo, & ſuæ carnis infirmitas? Et ideo feſtinat Propheta, & toto precatur affectu, ut Chriſtus adveniat fortitudo univerſorum, qui ſuſcipiat omnes inimicitates, & faciat utraque unum, compugnanteſque ſibi mentis & carnis inimicitias, ſublato ſolvat pariete, qui internum, quominus in concordiam conveniret, dividebat affectum. Ergo quia in ſe ipſo ſibi erat pugna, erat à proximis qui legis & æquitatis immemores laqueos fraudis & inſidias præparabant, ſperatumque differebatur remedium; repulſum ſe arbitrabatur, quaſi recuſaret venire qui promiſerat remedio ſe futurum. Et tamquam ab ſpe luceſcentis diei in tenebrarum profunda revocatus, orabat ut ſqualiorem hujus ſæculi repulſura lux irradiaret, æterna adeſſet veritas, quæ fallacem imaginem mundi hujus aboleret.

31. Adfuit Deus votis, qui ſolet & improviſus adſiſtere, & non rogantibus ſe manifeſtare, ſicut ipſe ait: *Palam factus ſum non quærentibus me.* Et Eſai. 65. 1.
piis adſtipulatus oratis, votorum ſeriem celeri prævenit effectu, ſubitoque in Eccleſiam & in tabernacula ſua ſanctum Prophetam deduxit in ſpiritu, atque ante oculos ejus ſacrum altare conſtituit, in quo futura totius mundi eſſet redemtio, & univerſorum toto orbe remiſſio peccatorum.

CAPUT IX.

Propheta verbis ſignificari Deum, qui ab hominibus propter eorum peccata fuerat averſus, eis poſtea per paſſionem Chriſti reconciliatum; ubi Deum hominum ſacrificia averſatum, reconciliari tamen poſſe etiam Eſaiæ teſtimonio confirmatur. Item ut in domum Dei ingrediamur, nos qui inſularum inſtar criminum fluctibus tunſi naufragia patiebamur, multiplici ratione fuiſſe à Chriſto renovatos.

32 VIdens ergo in ſpiritu illam dulcedinem ſacramentorum cæleſtium, illam menſam quæ repellit adterentium inſidias, ſicut ipſe in ſuperioribus dixit: *Paraſti in conſpectu meo menſam, adverſus eos qui conterunt me,* ait: *Et introibo ad altare Dei mei, ad Deum qui lætificat juventutem meam.* Pulcre dixit, quaſi Adam, *Et introibo.* Ejecti enim eramus de paradiſo Domini, ex quo Adam peccati ſui conſcius vultum Domini declinavit. Decorè quoque addidit: *Et introibo ad altare Dei,* quaſi in conſpectu Dei rediret. Averſus enim erat à muneribus noſtris, quando Cain parricidæ
Pſal. 22. 5. Pſal. 42. 4.

a. *Exſpectavit à Domino* His verbis enarrationem pſalmi XLI. concludit Rom. edit. ac ſubjecto titulo, & primo verſu pſalmi XLII. novam enarrationem inſtituit. Nos vero mſſ. auctoritate cuncta priori formæ reſtituimus.

b. Edit. ant. *judicium Domini non pertimeſcit.* Rom. *ſuæ fidei judicio roboratus non pertimeſcat.* Mſſ. omnes ut in textu.

illius munera non probavit. Latebat Cain alie- A nus à Domini conſpectu, furens effera vis animi, quod in fratris ſui Dominus reſpexerat munera, in ſua autem non reſpexerat, ſub offenſione proprios reliquit heredes. Occiderat Abel non ſibi, cujus & ſanguis clamabat ad Dominum; ſed occiderat omnibus nobis. Nullius prope jam ſacrificium probabatur, quia non erat qui faceret bonitatem, non erat uſque ad unum; quando nec Deo fides, nec fratris germanitati pietas reſervara eſt. Venit dominus Jeſus ut reſuſcitaret A- B dam. Reſuſcitatus eſt & Abel, cujns munera placuerunt Deo. Obtulit ſemetipſum dominus Jeſus, id eſt, primitias corporis ſui, in ſanguinis adſperſione melius loquente, quam ſanguis Abel locutus eſt in terra. Reſpexit Deus in ejus munera, ex quo ipſe reconciliationis divinæ gratiam bonis reliquit heredibus. Recte igitur ſanctus David, quaſi ex perſona reconciliati hominis ait: *Et introibo ad altare Dei mei, ad Deum qui lætificat juventutem meam.* C

33. Adſtruamus hunc locum, ſi poſſumus, etiam alterius prophetæ exemplo, quemadmodum & hominis averſatus ſit Dominus prius ſacrificia, & poſtea ſit eidem reconciliatus. Habemus in Eſaiæ libro ſcriptum, dicente Domino: *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? Plenus ſum:* id eſt, abundo meis, veſtra non quæro: holocauſtomata arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem taurorum & hircorum nolo, nec ſic veniatis in conſpectum meum. Et utique à D tu pecorum obtulerat Abel ſacrificium in quo placuerat Deo: ſed typum non requirebat, qui exſpectabat ſacrificii veritatem. Exſpectabatur enim paſſio Domini ſalutaris. *Quis enim*, inquit, *iſta requiſivit de manibus veſtris? Calcare regiam meam non apponetis.* Et infra: *Cùm extenderitis manus ad me, avertam faciem meam à vobis.... Sed lavamini, mundi eſtote, auferte malitiam ab animis veſtris. Judicate pupillo, & juſtificate viduam, & venite diſputemus, dicit Dominus.* Claret igitur quod E & ante averſus ſit Dominus à ſacrificiis hominis, & poſtea reconciliatus, ut reſpicere in noſtra ſacrificia dignaretur.

Eſai. 1. 11. *Ibidem. 12.* *Ibidem 15. & 16.*

34. Ideo ergo ſecurus intrat, qui ad Domini ingreditur miſericordiam. Denique bono ſervo dicitur: *Intra in gaudium domini tui.* De ſervo autem nequam dicitur: *Tollite illum in tenebras exteriores.* Ideo & Adam ejectus de patria cæleſti & illa ſede paradiſi, in inſulam peccati eſt relegatus. Recte ergo dicit Scriptura: *Renovamini inſulæ.* F Quia peccatorum fluctibus, ſicut inſulæ in iſtius mundi freto circumvenimur. Iſtæ ergo inſulæ per adventum Domini peccatorum remiſſione renovatæ ſunt, id eſt, homines in lavacro, medii inter aquas quaſi inſulæ conſtituti, tundebantur undarum molibus ſicut inſulæ, ſonoris peccatorum relidentibus fluctibus ſicut inſulæ, in quibus ante velut fraudum ſcopulis erant ſimplicibus crebra naufragia, quia dolus erat in corde, in ore blanditiæ. At vero poſtea quam dominus A Jeſus in quo dolus non eſt, adveniens in hunc mundum, cæleſtis expoſitione doctrinæ humanarum profunda mentium ſerenavit, & tranquillitatem refudit affectibus ſingulorum, auferens ſepem diſcordiæ, quaſi quædam portuum cœpere appropinquantibus eſſe ſuffragia; ut unuſquiſque navigium ſuæ quietis in proximi aut fratris conſtituat affectu, & in receſſu quodam piæ mentis hæreat littorali.

Matt. 25. 21 *Ibidem 30.* *Eſai. 41. 1.*

35. Non immerito ergo tamquam renovatus cla- B mat David: *Et introibo ad altare Dei mei, ad Deum qui lætificat juventutem meam*; ut qui ſupra ſe inveteraſſe inter inimicos ſuos dixerat, ut in ſexto legimus pſalmo, hîc ait juventutem ſibi ex inveterata prolapſionis humanæ ſenectute renovatam. Renovamur enim per lavacri regenerationem: renovamur per Spiritus ſancti effuſionem; renovabimur etiam per reſurrectionem, ſicut in poſterioribus dicit: *Renovabitur ſicut aquilæ juventus tua.* Quomodo renovemur, audi: *Adſperges* C *me hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.* Et in Eſaia ait: *Si fuerint peccata veſtra ut phœnicium, ut nivem dealbabo.* Recte renovatur, qui de tenebris peccatorum in lucem virtutum mutatur & gratiam: ut qui tetra prius colluvione ſordebat, ſupra nivem albenti nimis fulgore reſplendeat.

Pſal. 6. 8. *Pſal. 102. 5.* *Pſal. 50. 9.* *Eſai. 1. 18*

CAPUT X.

D *Ob ſuperiora beneficia pollicetur David Deo ſe confeſſurum in cithara: qua occaſione quæ cum cithara corpori noſtro ſit affinitas, & qualis illud ſonus deceat, explicatur.*

36. Confitebor tibi in cithara, *Deus meus.* Habet citharam ſuam anima noſtra. Neque enim diceret Paulus: *Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente*, niſi haberet citharam, quæ plectro ſancti Spiritus reſultaret. Cithara eſt caro noſtra, quando pecca- E to moritur, ut Deo vivat: cithara eſt, quando ſeptiformem accipit Spiritum in baptiſmatis ſacramento. Teſtudo enim dum vivit, luto mergitur: ubi mortua fuerit, tegmen ejus aptatur in uſum canendi, & piæ gratiam diſciplinæ; ut ſeptem vocum diſcrimina numeris modulantibus obloquatur. Similiter caro noſtra, ſi vivat illecebris corporalibus, in quodam cœno vivit & voragine voluptatum. Si luxuriæ moriatur atque incontinentiæ, tunc veram vitam reſumit, tunc F edere incipit bonorum operum dulce modulamen. Dulcis ſonus eſt caſtimoniæ: dulcis ſonus timentium Deum: denique, *in omnem terram exivit ſonus eorum*: dulcis ſonus eſt fidei quæ annuntiatur, ut ſcriptum eſt, in univerſo mundo. Hic ſonus à nobis exeat ad Deum, ſicut exivit etiam à Theſſalonicenſibus; ut etiam non canentes canamus, & bonorum concentu operum Dominum prædicemus: cui eſt honor, gloria, perpetuitas à ſæculis, & nunc & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſal. 42. 4. *1 Cor. 14. 15.* *Pſal. 18. 5.* *Rom. 1. 8.* *1. Theſ. 1. 8.*

LIBER TERTIUS.

DE INTERPELLATIONE JOB.

A

CAPUT I.

Moveri pleroſque etiam prudentes, cùm proſperis hic affluere injuſtos, juſtos autem affligi viderint, quæ librorum ſequentium materia eſt: ob eamdem rem amicos Iob ignaros divini conſilii, eum propter admiſſa crimina pœnis affectum contendiſſe.

1. SUPERIOR nobis diſputatio fuit de interpellatione ſanctorum, quod fragilis & imbecilla conditio ſit humana, quæ nuſquam B ſui habeat firmitatem, niſi in protectione cæleſti: hodie nobis ea ſumenda eſt, qua vulgus hominum, plerique etiam prudentium valde moventur, cùm vident injuſtos adfluere rebus ſecundis, juſtos autem frequenter adflictari in hoc ſæculo. Et vere lubricus hic locus, in quo etiam ſancti vix potuerunt veræ opinionis tenere veſtigium. Denique turbatus eſt & ipſe David, qui in ſuperiori-
Pſal. 50. 8. bus dixerat: *Occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Verumtamen confirmavit ſe ipſe poſtea, & per- C
Iob. 4. & ſeq. fectæ rationis viam inveſtigavit. Job quoque ſanctus cum tribus illis veteribus amicis qui ad conſolandum venerant, de ea opinione in ſermone luctatus eſt. Utriuſque igitur diſputationes in medium proferamus. Digni ſunt enim qui nobis magiſterium vivendi adferant; quandoquidem in adverſis poſiti, plus Deo placere meruerunt. Audiamus igitur utrumque ſuo ordine.

2. Increpuerant vehementer ſanctum Job Eliphaz Themanorum rex, & [a] Baldad Sauchæo- D rum tyrannus, & Sophar Minæorum rex, eo quod propter peccata ſua tantum ſupplicii ſuſtineret. Infirmo etenim ingenio non advertebant quod Dominus eum tentandum dediſſet; ut athleta Chriſti tentationibus eruditus, majore ad coronam gloria perveniret. Non videntes itaque tantum ſapientiæ ſacramentum; anguſti cordis timore, ne viderentur injuſtitiæ Deum arguere qui pœnis affici innoxium perpeteretur, in ſanctum
Iob. 15. 20. Job pœnarum merita retorquebant; dicentes quia E omnis vita impii in ſollicitudine, & divitiæ injuſ-
Ibid. 20. 15. te congregatæ evomentur: omnia quæ patiatur homo gravia in terra, propter peccata ſua eum perpeti: qui etiam ſi in rebus proſperis ſit, perpetuari ei ſecunda non poſſe, & tamquam ſomnium cito evaneſcere, ut non inveniatur locus
Ibidem 5. ejus: lætitiam autem impiorum eſſe graviorem ruinam; ideoque etiam ſanctum Job à proſperis in adverſa mutatum, delictorum ſuorum pretio ex ſummis in ultima corruiſſe: labi eum qui ſe ad- F ſereret innocentem; cùm portio impii hujuſmo-
Ibid. 28. & 29. di ſit, ut ſuperveniens in eum à Domino indignatio jungat ei dolores, & interitus domum ejus involvat.

CAPUT II.

Iob infirmum ſanis amicis & ſe ipſo etiam fortiorem extitiſſe. Quomodo conviciatores ſuos redarguerit? Ubi præſertim ſilentium ejus, necnon Davidis quoque, atque Apoſtoli nobis proponitur ad imitandum.

3. AUdiebat hæc ſanctus Job, & quaſi athleta fortis in ſtercore ſedens, in tantis vibicibus & ſævi doloribus vulneris, totum corpus diris perfuſus ulceribus, myſteria loquebatur, nec acquirendis propriæ remediis ægritudinis, ſed ſanctis vacabat ſermonibus. Fortiores itaque ſermones ægri hominis, quam illorum qui non ægrotabant. Illi enim loquebantur injuſtitias, ſed non ſecundum ſcientiam: prædicabant divina judicia, pœnas reorum, præmia ſanctorum; ſed reum à juſto diſcernere neſciebant: denique quem dominus Deus juſtum pronuntiavit, eum condemnabant injuſtitiæ, arceſſebant iniquitatis. Ignorabant ergo quid unicuique conveniret. At vero ſanctus Job diſcernebat ſpiritu quomodo cuique eum oporteret loqui; fortior ergo quam ii qui ſani & incolumes videbantur. Et quid dico fortiorem inventum ceteris? Fortior ſe ipſo inventus eſt. Fortior enim erat æger Job, quam ſanus fuerat, ſecundùm quod ſcriptum eſt, quia *virtus in* 2. Cor. 12. 9.
infirmitatibus conſummatur. Ergo & Job cùm infirmaretur, tunc validior erat. Non enim ægrotabat animo, etſi doleret corpore: quia non erat in carne anima ejus, cujus paſſionibus non adhærebat; ſed in ſpiritu, cujus virtute ſe texerat.

4. Ideo ergo non carnis gemitus & corporis infirmitates, ſed voces ſpiritus loquebatur, quibus urgeret, non quibus cederet. Et primo quidem lenius, ut illis pudorem incuteret; quia urgebant juſtum injuſte dicentes quod minora peccatis ſuis ſupplicia ſuſtineret, & non erubeſcebant ipſi peccatores falſis accuſare innocentem. Eſto, inquit, Iob 19. 4. & ſeq.
ego erraverim, & apud me [b] devius ille inhabitet qui mentibus hominum offundit errores; ut loquar ſermones quos non oportet, ſicut vos dicitis, & errent verba mea, nec opportune ſermo meus promatur: cur vos in me inſilitis & conviciamini, non conſiderantes quia à Domino mihi venit iſta tentatio, qui me vallo quodam perturbationum arbitratus eſt ſepiendum. Exerceor adverſis, circumvallatus undique laboribus & periculis; & inſultatis adhuc volentes opprimere quem deberetis juvare. Ecce rideo in opprobriis, & non loquar, nec reſpondebo conviciis veſtris. Non enim vos eſtis qui judicatis: ſed qui judicat me, Dominus eſt; & ipſius tamen judicii tempus nondum advenit. Quid opus clamare ante judi-

a. Edit. vet. cum cod. Var. Torn. & Vict. *Baldach Suithæorum tyrannus, & Sophar Naamatenorum rex.* Rom & alii mſſ *Baldad Sauchæorum tyrannus, & Sophar Minæorum rex.* LXX. Interpr. Βαλδὰδ ὁ Σαυχαίων τύραννος, Σωφὰρ ὁ Μιναίων βασιλεύς.

b. Cod Torn. & Vict. cum edit. Am. *Deus ille . . offendit.* (Am *oſtendit.*) *errores.* Melius alii mſſ. & edit. *devius ille* &c. Eſt autem *devius* idem ac vagus atque erro, hoc eſt, diabolus qui lib Job c. 1. n. 7 de ſe dicit: *Circuivi terram, & perambulavi eam.* Vox tamen πλάνος quæ hic Ambroſio idem ſignificat ac πλάνης, ab aliis redditur per vocem, *error*, aut *ignorantia.* Et certe in multis exemplaribus loco ejus habetur, ἄγνοια: & vulg edit. legit: *Nempe etſi ignoravi, mecum erit ignorantia mea.*

cium? Bonum eſt tacere dum exſpectatur qui ju- A dicat. Bonum eſt convicium convicio non referre, ne & nos inter detrahentes adnumeremur.

5. Imitemur ergo hunc virum, qui ſilentio ſuo redarguebat conviciantes. Oſtendebat enim virtutem animi ſui, quem contumeliæ non moverent: & conſcientiæ innocentiam manifeſtabat, qui objecta non recognoſceret, ſed quaſi à ſe aliena rideret. ᵃ At vero nos quaſi aliquid nobis objiciatur dum purgare volumus, acerbamus: dum ulciſci cupimus, confitemur; cùm dicat Scriptu- B ra ut averras dedecoris ſermonem, & auferas veſtimentum tuum; præterit enim injurioſus. (Prov. 27. 21.; Ibidem. 13.) Taceamus ergo, ut prætereat, ne veſtimentum noſtrum provocatus exurat. Scriptum eſt enim: (Eccle. 8. 13.) *Noli ſuccendere carbones peccatoris, ne forte exuraris in igne flamma ejus.* Propterea ergo ſanctus tacet; & ſi ſervus protervit, & ſi pauper conviciatur, tacet juſtus: & ſi peccator opprobria jacit, juſtus ridet: & ſi infirmus maledicit, juſtus benedicit.

6. Tacebat David cùm Semei filius Gera male- C diceret, Job ridebat, Paulus benedicebat, ſicut ipſe ait: (1. Cor. 4. 12.) *Maledicimur, & benedicimus.* Magiſterio quippe divino proceſſus humanæ virtutis excrevit; quia jam venerat qui ex infirmioribus faceret fortiores, & audierat dicentem: (Luc 6. 28.) *Benedicite maledicentes vobis, & orate pro calumniantibus vos.* Quod verbo dixit, exemplo probavit. Denique & in cruce poſitus de perſecutoribus ſuis conviciantibus ſibi dicebat: (Ibidem. 23. 34.) *Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt;* ut oraret pro calumniantibus, D quibus poterat ipſe dimittere. Job ergo ridebat, quia nondum venerat Chriſtus, cui ſoli ſervabatur magnarum prærogativa virtutum; quia ipſe eſt virtutum principium, ſicut dixit: (Prov 8. 22.) *Dominus creavit me principium viarum ſuarum.*

CAPUT III.

Job verborum certamine, quo non aliud fere difficilius, victor renuntiatur. Quam pulcrum ſit ridere ac tacere in objectis criminationibus; & quemadmodum poſt reſponſum lenius, idem fortioribus verbis importunius calumniantes repulerit.

7. ET ridens tacebat. Qua ratione tacendum ſit, docet: (Job. 19. 7. & 8.) *Clamabo, & nondum* ᵇ *judicium.* Ipſe, inquit, voluit me hæc perpeti. Tamquam muralibus tentationibus clauſus non poſſum fugere, donec placeat Deo deſtruere altitudines tentationum mearum. Nunc enim ſi clamo, nondum judicium. Adhuc in agone ſum, adhuc luc- F tor, adhuc certamenupereſt mihi, nondum enim exivit corona. Nemo autem niſi qui legitime certaverit, coronatur.

8. Debebatur illi certamen tertium: amiſerat omnia ſua, id eſt, patrimonium cum filiis: patiebatur vulnera caro ejus: manebat ut tentationes verborum vinceret. Non mediocre certamen. Sermone deceptus eſt Adam, verbo victus Samſon. Nihil enim ſic penetrat animam ſicut ſermo fucatus: nihil iterum ſic mordet, ut durior ſermo. Multi cùm vicerint adhibita tormenta, ſermonum duritiam non ſuſtinuerunt. Laborabat Job, ſed ſuſtinebat, & verborum juxta vulnerum onera portabat. (Job. 38. 1. 40. 1. & 42. 7.) Vidit eum agonotheta ſuus, de nube & turbine manum laboranti dedit, & obluctantes gravi lapſu cecidiſſe pronuntiavit, victorem adſeruit, coronam detulit.

9. Quid autem pulcrius, quam ridere cùm maledicitur nobis? Gaudere enim debemus ſi aliena dicantur. Primùm, quia volens inimicus aliquid adverſum nos dicere, quo crimen adfigeret, non invenit quod verum eſt, ſed falſa pro veris compoſuit. Deinde, quia dixit ipſe Dominus in Evangelio de hujuſmodi criminatione quæ innocentibus falſo irrogaretur propter juſtitiam: (Matth. 5. 12.) *Gaudete & exſultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cælo.* Tacere ergo debet qui recognoſcit objectum; ne vulnus exaſperet, & ſcindatur cicatrix: tacere & qui non recognoſcit; audit enim alterius non ſuum crimen: quod ſi referat, ſuum facit: ſi taceat, retorquet, & conviciantem vulnerat. Tacere debet etiam ille qui de memorata mercede præſumit. Non enim patitur præjudicium, cui non eſt judicium. Et ſi fuerit præjudicium in ſæculo, non erit in judicio Dei. Denique ut cognoſcas quia non præjudicat contumelia bonæ conſcientiæ, audi ſanctum Job dicentem, locupletiorem utique teſtem quam ſi imperio orbis Romani potitus eſſet: (Job 13. 19. & 20.) *Nunc obmuteſcam & derelinquam: ſi nunc mihi præjudicium eſt, tunc à facie tua non abſcondar.*

10. Hæc ergo parcius in exordio reſpondit, ut admoneret illos judicii Dei, atque ab inſolentia & furore revocatos quaſi bonus medicus faceret reſipiſcere. Sed poſteaquam eos advertit perſeverare in contumeliis, plura fortior repetivit, & tamquam pugno eos validiore percuſſit, qui verborum ſuorum ſaxis lapidabant innoxium. E (Job. 21. 2. & ſeq.) *Audite*, inquit, *audite verba mea*, ᶜ *non ſit mihi à vobis conſolationem quærere: portate me*, quia fortiora loquar: grave erit pondus verborum meorum. Dicam & ego ſecundum opinionem veſtram, eo quod multi abundant in hoc ſæculo rerum ſecundarum ſucceſſibus, & alii gravantur. In ærumna poſiti ſunt, ᵈ & videtur hoc ſecundum peccatorum merito deferri. Quod & ſi dicam, nolite ridere quaſi vobis acquievero: & ſi peccator ſum, non ſum homini reus, quia ſub peccato eſt & ipſe qui judicat, & ſibi in me poteſtatem vindicat. Aut ſi judicor quaſi homo, commune eſt iſtud, increpari non debeo: infirmitas conditionis eſt, non ſpecialis improbitas.

a. Edit Era. Gill. Rom. *At vero ſi nobis aliquid objiciatur, dum nos purgare volumus*, &c. Verum nobiſcum faciunt edit. Am. & mſſ. omnes. Et hæc quidem germana lectio eſt, cùm opponatur hiſce verbis: *Sed quaſi à ſe aliena rideret.* Is itaque loci ſenſus eſt; Job in ſe dicta, quaſi aliis objicerentur, ridere: nos vero convicia, non quaſi aliis, ſed quaſi nobis objiciantur, moleſte ferre.

b. Rom. edit. ſola *judicium Ipſe, inquit, Dominus turbavit me*: *hoc eſt, ipſe Dominus voluit* &c.

c. Rom. edit. *ut ſit mihi à vobis hæc conſolatio*: aliæ & mſſ. omnes, *non ſit mihi à vobis conſolationem quærere.* LXX. autem, [illegible]. Attamen quædam exemplaria negationem prætermittunt, ut docet Nobilius ad hunc locum.

d. Edit. vet. ac mſſ. duo, *& videtur hoc ſæculum peccatorum merito deferri*: alii tres. . . . *merito deferri.* Rom. edit. *& videntur ſecundum hoc ſæculum peccatorum merito deferri.* Cod. Vict. ac Thuan. *& videtur hoc ſecundum peccatorum merito deferri* Commode: ſuperiori enim phraſi inſtituta ſunt duo orationis membra, primum eorum qui proſperis abundant ſucceſſibus: ſecundum eorum qui gravantur & in ærumna ſunt; hoc autem ſecundum, nempe gravari, & in ærumna eſſe, videtur merito deferri peccatorum.

CAPUT

CAPUT IV.

Amicos mala ſemper delictorum cauſâ evenire adſerentes retundit Job, interrogando cur impii hac in vita bonis adfluant; quæ tamen vera mala eſſe oſtenduntur. Ibidem quis vere beatus habendus ſit: item quis bene vel male ſeminet: tum qualis injuſtorum poſteritas; quove diſcrimine hi flagellis immunes, juſti eiſdem dicantur obnoxii? Denique impios non æternitate, ſed falſa ejus imagine potiri demonſtratur.

11. SEd dicite mihi: Si propter peccatum meum hoc patior, ſicut objicitis, quare impii vivunt? Nec ſolum vivunt, ſed etiam repleti ſunt divitiis, & fructus multiplicant: ſed etiam filiis potiuntur, abundant domus eorum? Hæc evidenter ſpecie bona: ſed altiori myſterio invenies, quoniam quæ putantur bona, non ſunt bona; & quæ putantur mala, potiora illis æſtimantur.

Ibidem. 7. 12. *Inveteraverunt*, inquit, *in divitiis*, παλαίονται dixit, ut non tam diuturna divitiarum poſſeſſio, quàm inveterata copiarum moleſtia ſignificata videatur; ſicut vidit Eccleſiaſtes divitias cuſ- (Eccle. 5. 12.) todiri in malum poſſidenti eas, quæ pereunt in ſumma diſtrictione ac ſollicitudine. Pereunt enim quæ hîc relinquuntur, & mortuo prodeſſe non poſſunt. Habuit igitur defunctus ex illis ſollicitudinem, requiem invenire non potuit, qui reliquit quod erubeſceret, nec ſecum abſtulit quod D teneret, longe diſpar ab eo de quo ſcriptum eſt: (Pſal. 126. 5.) *Beatus homo qui replevit deſiderium ſuum ex his; non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta.* Cui hereditas Dominus eſt, & merces ex Mariæ Virginis partu: hic in exitu ſapientiæ laudibus prædicatur, quoniam non habuit quod erubeſceret, qui nihil eorum quæ ſunt ſæculi concupivit: ſed adverſarium, depoſitis veteris hominis exuviis, telo continentiæ vulneravit; ut obſtrepere ei in hujus vitæ fine non poſſet, vulnere claudus, & virtu- E tum admiratione confuſus. Habes ergo non eſſe laudabilem, qui inveteratus in pecuniæ cupiditate ſit, non renovatus in perceptione gratiæ.

Iob. 21. 8. 13. Videamus aliud: *Semen eorum*, inquit, *ſecundùm animam*, id eſt, non inter juſtos habentur. Juſti enim in ſpiritu ſeminant, & de ſpiritu metent vitam æternam: illi vero qui ſecundum animam ſeminant, ſpiritalia metere non poſſunt; quia animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia enim illi eſt, & non poteſt F ſcire quæ ſunt ſpiritus; & ideo non repletur ſpiritalibus, ſed judicatur.

Ibidem. 14. *Filii eorum in oculis*, id eſt, quæ faciunt, ideo faciunt, ut videantur ab hominibus, non quia boni conſulant ut hoc eligant, quod futuro judicio comprobetur. Filios ergo Scriptura pro operibus frequenter declarat, eo quod locupletior in bonis factis quam in filiis ſit noſtra poſteritas. Unde & Ezechias de gravi ægritudine liberatus, (Eſai. 38. 19. & 20.) *Ex hodierno*, inquit, *filios faciam qui nuntiabunt juſtitiam tuam, domine Deus ſalutis meæ. & non ceſſabo te benedicens cum pſalterio omnes dies vitæ meæ.* Bona enim poſteritas devotionis & fidei, quæ captivitati neſcivit ſuccumbere, quam filii Ezechiæ pertulerunt.

A 14. Et addidit dicens: *Quia non eſt illis timor; non eſt flagellum à Domino.* (Iob 21. 9.) Juſtus autem dicit: *Quoniam flagellatus ſum tota die*; (Pſal. 72. 14.) & optat flagellari, ut recipiatur à Domino: & vult timere Dominum; quia timor Domini initium ſapientiæ eſt. Nec (Iob. 21. 10.) beatitudinem putat, ſi non abortit bucula ſua, ſicut putant ſtulti. Per bovem enim quid ſignificatur, niſi ruralis culturæ labor, qui ſemper redit in orbem, & numquam deſinit, ſed cùm expleri videtur, revocatur in exordium? Iſti ſunt qui B colunt Sodomam & Gomorrham. Ergo qui colunt Ægyptum, glebaſque terrarum aratro quodam ſolidæ mentis invertunt, laborem ſibi pariunt, & dolores metunt. Ideo bucula eorum non abortit; ſed parit, ut augeatur labor eorum, & quæ conceperunt omnia, generant ſine timore Dei. Juſti autem longe aliter gloriantur. Non enim in abundantia divitiarum, nec in partu pecorum; ſed in Domino gloriantur dicentes: *De* (Eſai. 26. 18.) *timore tuo in utero accepimus, & parturivimus ſpiri-* C *tum ſalutis.* De juſtis ergo dicitur; quia ſpiritum ſalutis generaverunt, quem acceperunt de timore Dei, non de malitia hujus ſæculi, de qua legimus: *Ecce parturivit injuſtitiam, concepit laborem, &* (Pſal. 7. 15.) *peperit iniquitatem.* Melior ergo abortus quam partus ſæcularium. Denique de homine qui in hoc ſæculum venit, & vanitatem mundi hujus & tenebras pertulit longævitate diuturna, Eccle- (Eccle 6 3.) ſiaſtes pronuntiavit quia melior illo abortivus. Huic enim requies magis quam illi; quia non ex- D pertus eſt varietatem ſæculi, in qua etſi mille annos quis vixerit, quod bonum eſt videre non potuit. Fugiſſe ergo hæc magis eſt gratiæ, quàm ſubiiſſe.

15. Sed fortaſſe illud moveat quod adjunxit: *Quia manent ſicut oves æterna; pueri autem eorum* (Iob 21. 11. & ſeq.) *ludunt accipientes pſalterium & citharam, & delectantur voce pſalmi. Conſummarunt autem in bonis vitam ſuam, in requie autem inferni dormierunt.* Diſtingue hæc, & quia ſpiritalis es, dijudica. Im- E pii ſicut æterni ſunt, non æterni; quia non poſſunt æternitatem accipere ab eo qui non ſit æternus. Non ergo poteſt dare quod non habet, nec poteſt illuminare qui non poſſidet lucem: ſed transfigurat ſe in Angelum lucis, ut decipiat incredulos. Transfigurat autem ſe ſimulatione falſæ lucis, non ſplendore perpetuæ claritatis. Unde & Salvator ait: *Videbam ſatanam ſicut fulgur* (Luc. 10 18.) *cadentem de cælo.* Nec fulgur eſt, ſed ſicut fulgur. Conſidera hæreticum aliquem intentum abſti- F nentiæ corporis, & cognitioni cæleſtium ſacramentorum, ſicut æternus putatur, non habet æternæ vitæ ſtipendium; quia falſam habet imitationem, qui fidei non habet veritatem. Hujus parvuli ludunt, ſicut illa quæ cùm luxuriata fuerit, nubere vult. Luxuriata eſt in pſalterio & cithara, id eſt, in ſono vocis, non in ſacramentorum profundo; ut labiis reſultaret, non in corda conferret.

CAPUT V.

Impios in bonis ſæculi finire vitam, at poſtea requie cæleſti carere: contrarium vero nobis optandum; quòd in proſperitate ſit illecebra vitiorum ac impunitatis præſumtio. Hanc amentiam revincit ſanctus vir ſupplicium & præſens & æternum præparatum eſſe declarans. Tum enumeratis eorum ſceleribus ipſa Deo latere non poſſe oſtendit: quæ ſit eorumdem portio, deſcribit; atque ad ſapientiam quam illi deſeruerunt, ſectandam nos adhortatur.

16. Job. 21. 13. HUjuſmodi itaque in bonis ſæculi conſummaverunt vitam ſuam, hanc utique quam vivebant, non illam cujus mercedem ſperabant; & ideo in requie inferni dormierunt, non in requie cæleſti. Nos autem oremus hîc potius laborem ſubire, ut in regno cælorum conſolationem quietis æternæ mereamur adipiſci. MAGNA enim illecebra delinquendi eſt rerum affluentia ſecundarum: in ſuperbiam extollit, oblivionem Luc. 16. 19. & ſeq. auctoris infundit. Conſidera illum divitem in Evangelio ſuper oſtrum & purpuram recumbentem, cujus de menſa micas juſtus ille pauper Lazarus colligebat. Nonne tibi videtur dives ille ad Job. 21. 14. Deum dicere: *Diſcede à me, vias tuas ſcire nolo.* Et vere nolunt ſcire hujuſmodi vias Domini; ſi enim vellent, cognoſcerent. Sed quia plenæ ſunt la- Eſai. 22. 13. boris, fugiuntur & declinantur à perditis. Quaſi ebrius itaque non recognoſcit ſaluris auctorem. Job. 21. 15. Denique converſus ad compotatores ſuos: *Manducemus*, inquit, *& bibamus: quid enim prodeſt ſi ſerviamus ei? Aut quæ utilitas ſi obſervemus eum?* Hæc itaque dicit ſæcularium abundantia rerum temulentus; quia non continuò in ſæculo ſcelerum merita rependuntur. Supinabatur enim, quia in manibus ei ad voluptatem omnia ſuppetebant; & conſcius impietatis ſuæ cujus pœna ſequeſtrabatur, putabat quod Deus impiorum ſcelera non videret.

17. Huic ergo opinioni ejus reſpondit ſanctus Job: nolı eſſe ſecurus ac diſſolutus æſtimans quod ad te in hoc ipſo ſæculo Domini flagella non ve- Job. 21. 17. & ſeq. niant. *Verumtamen etiam impiorum lucerna extinguitur:* ad tempus lucet, non habet lumen æternum; & ipſis quamvis ſæculum faveat, quia ejus qui principatum habet in hoc ſæculo, faciunt voluntatem, ſolet venire rerum converſio, & dolores ab ira & indignatione cæleſti, ut ventilentur ſicut paleæ à vento. Injuſti ſicut paleæ ventilantur, juſti ſicut triticum. Denique audi dicentem Luc. 22. 31. & 32. Petro Dominum: *Ecce ſatanas expetivit vos, ut ventilet ſicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Deficiunt illi qui ſicut paleæ ventilantur: non deficit qui ad ſimilitudinem illius grani eſt, quod cecidit & reſurrexit, plurimorum fructuum acceſſione cumulatum. Ideo dicit Pro- Michæ. 7. 1. pheta: *Heu me, quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe!* Stipulæ igitur quæ cito exuritur, impietas comparatur, & pulveri. Ideo poſtquam dixit: *Erunt ſicut palea à vento*, ſubtexuit verſiculum ſtatim dicens: *Aut ſicut pulvis quem abſtulit* Job. 21. 18. *ventus.* Denique ut cognoſcas quia impius ſicut pulvis cito fatiſcit atque evaneſcit, habes in primo pſalmo dictum: *Non ſic impii, non ſic*; id eſt, Pſal. 1. 4. non ſicut juſti: *ſed tamquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ.*

18. Et facit diſcretionem inter juſtum & impium. *Hic*, inquit, *moritur in ſimplicitatis ſuæ poten-* Job. 21. 23. & ſeq. *tia, totus in abundantia & gratia: interiora autem ejus plena ſunt adipis: medullæ autem eorum ſuperfluunt. Ille autem conficit in amaritudine animæ ſuæ curſum vitæ iſtius, nihilque boni epulatus finem accipit.* Cui pro meritis ſuis quid poteſt dignum repræſentari? In ſepulcra inducitur, & in tumulo vigilat ſuo. Ne hæc quidem pœna mediocris, mortis requiem non habere, deferri cum non ad terram viventium, ſed ad tumulos mortuorum. Qui vivit enim non inter mortuos quæritur, ſed in Abrahæ ſinu vitam carpit æternam. Ideo viri illi duo in veſte fulgenti dicebant ad mulieres: *Quid quæritis viventem cum mortuis? Non eſt hîc.* Luc. 24. 6.

19. Deinde enumerat ſcelera impiorum, quod Job. 24. 2. & ſeq. confinia tranſcenderent, & cum paſtore diripuerint gregem, * ſubjunctorium pupilli abduxerint, pigneraverint bovem viduæ, agrum demeſſuerint non ſuum, infirmi autem in vineis eorum ſine mercede & cibo operati ſint, detractis veſtimentis nudos fecerint dormire. Plerique quorum animæ operimentum ademerint, ſtillicidiis humeſcebant montium; & quia integimentum deerat, petra ſe ſe operiebant. Rapiebantur pupilli ab uberibus matrum ſuarum, lapſi opprimebantur, qui magis erigi debuiſſent. Eſurientes fraudabantur cibo, & anima infantulorum graviter ingemiſcebat.

20. Numquid hæc ignorare potuit, quem nihil præterit? *Nuda inferna in conſpectu ipſius, & non eſt* Ibidem. 26. 6. & ſeq. *amictus perditionis*; quia latere non poſſunt. *Extendit Boream pro nihilo: ſuſpendit terram in nihilo, alligans aquam in nubibus ſuis, & non eſt rupta nubes ſub pedibus ejus: columnæ cæli diſſiluerunt, & timuerunt ab increpatione ejus. Virtute compeſcuit mare, a diſciplina autem ſtravit cetum maris. Clauſtra cæli reformidant eum: præcepto mortificavit draconem prævaricatorem. Virtutem tonitrui ejus quis intelliget?* In tantis ergo flagitiis *quæ ſpes impio eſt? Numquid ſi* Ibidem. 27. 8. 9. 11. *confidit in Domino ſalvabitur? Dicam*, inquit, *vobis quid ſit in manu Domini*; & deſinite inanibus inania addere.

21. Et deſcribit quam miſerabilis impiorum portio ſit. Quod etſi plures habeant filios, ſine poſ- Ibidem 14. & ſeq. teritate ſunt, quibus deeſt bonorum meritorum ſucceſſio. Illa enim vera poſteritas, quæ non in terris, ſed in cælo eſt. Hujuſmodi ergo viris hereditas inopia eſt, & mors ſucceſſio. Cùm divitias coacervaverint, mendicabunt; b quia cùm mortui fuerint, indigebunt, qui requiem invenire non poſſunt. Viduas eorum nemo miſerabitur: ſed manebunt deſerti, atque omnis copulæ ſolatio deſtituti. Etſi congregetur pecunia ſicut terra, atque ut lutum præparatum fuerit aurum,

* *Subjugalorium*, id eſt, ſubjugale. LXX ὑποζύγιον ὀρφανῶν ἀπήγαγον. Vulg. autem, *Aſinum pupillorum abduxerunt.*

a Sic edit. vet. & cuncti mſſ. excepto Dion. ubi legitur, *diſciplina ejus ſtravit cetum maris.* Rom. edit. huic accedit, ſed vocem *maris* omittit cum LXX. apud quos ἐπιστήμῃ δὲ ἔτρωσε τὸ κῆτος. Symmach. . . . τῷ νοήματι αὐτοῦ. Vulg. ab hoc non multum diſtans præfert, *& prudentia ejus percuſſit ſuperbum.*

b. Rom. edit. ſola, *quia cum ſuperſtites fuerint, indigebunt, & morientur qui requiem* &c. Et infra ubi eadem ac Gill. *deſerta . . . . deſtituta.* Am. Era. & mſſ. nobiſcum, *deſerti . . . deſtituti.* Quod etiam explicari non incommode poteſt. Quidni enim liceat mortuos dicere in viduis ſuis deſertos ac deſtitutos, quibus ſolatio eſſe in Lege veteri putabatur, ſi quis maxime conſanguineorum eaſdem in uxores duceret.

inanis erit ſicut aranea ſubſtantia eorum, & omne nominis eorum patrimonium tamquam à tineis conſummabitur. (Iob. 28. 2. & ſeq.) Dormiens dives nihil adjiciet, aperuit oculos ſuos, & jam non eſt. Permanet in doloribus. Nihil ergo ſunt omnia quæ in hoc mundo ſunt. Aurum in metallis, argentum in metallis: de metallo eruitur, & in metallum revertitur. Quid enim aliud niſi metallum eſt mens avari? Quæ tamquam defoſſum tenet quidquid receperit, & in venis terræ ac latibulis abſcondit; eo quod uti neſciat. Quotidie aurum de metallis promitur: de avaro proferre quis potuit?

22. Cùm igitur nihil proſit vana fames auri, quia quidquid congregaverit, labitur; miſeraodi profecto qui deſeruerunt viam juſtam, & obliti A ſunt eam; cui pretioſi lapides haudquaquam ſunt comparandi, difficilis inveſtigatu, impervia ſuperbis, interclusa jactantibus: humilioribus plana, aperta ſapientibus. Et ideo ſapientiam debemus quærere, ut ambulemus in via juſta, per quam adverſarius ille ſicut leo rapiens & rugiens, qui percucurrit hunc mundum, tranſire non potuit. Sed qui ſapientiam vult inveſtigare, non in abyſſo eam quærat (ſicut philoſophi, qui arbitrantur quod ipſi ſua ſponte, ſuo ingenio profunda ejus B poſſint cognoſcere) non in mari eam requirat. Etenim ubi tempeſtas, ubi procella venti eſt, non poteſt ibi eſſe ſapientia. Sed ibi quærat, ubi eſt tranquillitas mentis, & pax quæ ſuper omnem intellectum eſt.

LIBER QUARTUS.

DE INTERPELLATIONE DAVID.

CAPUT I.

David frequenter de ſæculi vanitate diſſeruiſſe in pſalmis, ſed maxime in LXXII. *ubi ſe ob improborum proſperitates, & calamitates proborum graviter initio commotum eſſe, ac tamen poſtea correctum ſignificat. Uter ejuſdem pſalmi auctor, David nimirum, an Aſaph dicendus videatur?*

1.[a] DECURSA eſt interpellatio ſancti Job: nunc adoriamur eam interpellationem quam reperimus in pſalmis. Ipſe quidem David pluribus locis de ſæculi vanitate non tacuit, & inania eſſe quæ putantur bona iſtius mundi, frequenter adſeruit, & maxime in
Pſal. 38. 6. pſalmo trigeſimo octavo, in quo dicit: *Verumtamen univerſa vanitas, omnis homo vivens*; & quamquam in imaginem Dei ambulet homo, tamen vane conturbabitur, theſaurizat, & ignorat cui
Pſal. 93. 3. congregat ea. Et alibi: *Uſquequo peccatores, Domine, uſquequo peccatores gloriabuntur?* Quod hîc habeant E umbratilem gloriam, ubi de ſæculo exceſſerint, fructum conſolationis invenire non poſſint. Idem tamen inſeruit pſalmum ſeptuageſimum ſecundum, in quo ipſe ſub Aſaph nomine proteſtatur quod ejus fuerit principium prolapſionis, ut non mediocri dolore perſtrictus ſit, cùm videret peccatores in hoc mundo adfluere divitiis, abundare rebus ſecundis: ſe autem, qui juſtificaverit cor ſuum, eſſe in afflictationibus & ærumnis: nec mediocrem traxiſſe offenſam in exordio; ſed poſ- F tea per Domini flagella correctum, & illuminatum divinæ cognitionis gratia veræ didiciſſe ſeriem traditionis.

2. Nuſquam autem invenio ſanctum Aſaph aliquibus adverſis fuiſſe vexatum: at vero ſanctus David plurima gravia & periculorum plena toleravit; de ſuis enim laboribus dicit. Unde & pſal- C mus non quaſi ſancti Aſaph, ſed quaſi ſancto Aſaph, ut docet titulus, ſuperſcribitur, quod ex græco Pſalterio apertius manifeſtatur, ut videatur David etiam huic Aſaph ſicut & aliis, canendum, quem ſcripſerat ipſe pſalmum dediſſe. Sed quia ſcriptum eſt in ipſo titulo, defeciſſe pſalmos David, quomodo autem defecerunt, cùm decurſis bis decem pſalmis, poſtea pſalmus David titulorum [b] inſcriptionem comprehendat uſque in ultimum finem? Ideo ſequeſtrata hujuſmodi de- D finitione, quæ ſit pſalmi ſeries conſideremus, & à primo verſiculo interpellationis propheticæ ducamus exordium.

CAPUT II.

Ex ipſo pſalmi exordio correctionem Davidis deprehendi: Deum juſtis ſemper bonum eſſe, eo quod ſi vexentur adverſis, futuræ remunerationis ſpe recreantur, & ſe ſemper peccatis minora pati exiſtimant, nec ullis pœnis ſua ſpoliari poſſunt ſapientia: bonum tamen etiam improbis eſſe Deum, ſed eos nolle paratam omnibus illius bonitatem experiri.

3. QUam bonus Deus Iſrael rectis corde! Eluceт in principio emendationis profectus. (Pſal. 72. 1.) Nemo enim poteſt Deum bonum vere fateri, niſi hic qui non ex ſucceſſibus commodorum ſuorum, ſed ex cæleſtium myſteriorum profundo, & divinæ diſpoſitionis altitudine bonitatem ejus agnoſcit: quæ non ſpecie præſentium, ſed futu- F rorum utilitate penſanda eſt. Juſto itaque ſemper bonus eſt Deus: & cùm torquetur doloribus corporis, & cùm affligitur acerbitate pœnarum, ſemper dicit: *Si bona accepimus de manu Domini, quæ mala ſunt cur non ſuſtineamus?* (Iob. 2. 10.) Gratulatur hîc ſe conteri, ut in futurum conſolationem invenire poſſit; ſciens quoniam qui bona receperit in hac vita, habet mercedem ſuam; futura præmia ſpe-

[a] Edit. Rom. ad calcem 3. libri Interpell. quem 2. nuncupabat, tranſtulerat has voces, *Decurſa eſt interpellatio ſancti Job*; & omiſſis ſequentibus uſque ad iſtas, *Ipſe quidem*, totum hunc librum rejecerat inter enarrationes pſalmorum ſub titulo enarrationis in pſalmum LXXII.

[b] Edit. omnes, ac mſſ. *inſcriptionem comprehendit*: excepto Thuan. ubi habes, *inſcriptio comprehendat*: forte lapſus eſt librarii in voce *inſcriptio*, niſi dicamus appoſitionem ſeu potius ellipſim eſſe. Hoc autem loco videtur id Ambroſius ſignificare, poſt decem ſubſequentes pſalmos, quorum omnium titulus eſt, *Ipſi Aſaph*, curſus uſque ad Pſalterii finem ſubinde aliquos occurrere, qui inſcribantur, *pſalmus David*, niſi malis, *uſque in ultimum finem*, idem hic eſſe, ac *in finem*, quæ verba pſalmis non paucis præfiguntur. Porro quod inſoluta relinquitur ea difficultas, non mirabitur qui cum Auguſtino in pſal. 105 num. 1 intellexerit, quam ſit arduum omnium arcana titulorum penetrare. Sed hoc imprimis pſalmi de quo agimus titulo congruere idem Doctor ſatis teſtatur, cùm poſt myſticam ipſius interpretationem iſta ſubjungit: *Periculoſum*, inquit, *locum titulo pſalmi præſentis, ſicut Dominus voluit, prætervecti ſumus*

rare non poterit, qui non luɛtatus, non exercitatus ſit diverſorum certamine præliorum. Qui vero ſive juſte ſive injuſte afficitur in hoc ſæculo, gratulatur vel quod hîc ſolvat pretia deliɛtorum ſuorum, vel quia novit eam eſſe apud Deum uberiorem gratiam, ſi injuſte pro ejus nomine, aut pro bono aliquo opere acerba aliqua patiatur, ſecundùm quod ſcriptum eſt: Quia nulla eſt gloria ſi peccantes punimini & ſuffertis, ſed ſi benefacientes, & patientes: hæc eſt gratia apud Deum. [1 Pet. 2. 21 & ſeq.] *In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus pro vobis mortuus eſt, relinquens vobis exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus, qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus: qui cùm malediceretur, non remaledixit: cùm pateretur, non comminabatur.* Ergo juſtus etiam ſi in equuleo ſit, ſemper juſtus eſt; quia juſtificat Deum, & minora ſe peccatis ſuis dicit ſuſtinere: ſemper ſapiens eſt; non enim aufertur equulei tormentis vera perfectaque ſapientia: non amittit quod eſt, quia timorem excludit foras, ſtudio & propoſito caritatis: novit ut ſapiens dicere, quia indigna ſunt quæ in hoc corpore ſuſtinemus remuneratione futuræ gloriæ, & omnes hujus temporis paſſiones superventuram mercedem æquare non poſſunt. Bonus igitur huic ſemper eſt Deus, qui novit quo tempore metat. Et ideo quaſi bonus agricola hîc arat agrum ſuum quodam abſtinentiæ rigidioris vomere: hîc ſtirpat quadam falce virtutum amputatrice vitiorum: hîc ſtercorat humiliando ſe uſque ad terram, ſciens quia Deus de terra ſuſcitat inopem, & de ſtercore erigit pauperem. Denique apoſtolus Paulus niſi æſtimaret eſſe ſtercora, numquam Chriſtum ſibi potuiſſet acquirere. Hîc cuſtodit fructus ſuos, ut illic ſecurius recondat. Semper itaque ei bonus eſt Deus, quia ſemper quæ bona ſunt, de Deo ſperat.

4. Accipe aliud: *Quam bonus*, inquit, *Deus Iſrael rectis corde!* Non ergo omnibus bonus eſt Deus? Ille quidem omnibus bonus eſt, quia Salvator eſt omnium, maxime fidelium; & ideo venit dominus Jeſus, ut ſalvum faceret quod perierat: venit enim ut peccatum mundi tolleret, vulnera noſtra curaret. Sed quia non omnes medicinam expetunt, ſed plerique refugiunt, ne medicamentis compungatur vis ulceris, ideo volentes curat, non adſtringit invitos. Accipiunt igitur ſanitatem qui medicinam expetunt: illi autem qui refutant medicum nec requirunt, bonitatem medici quam non experiuntur, ſentire non poſſunt. Qui autem curatur, etiam ſanatur; ideoque his bonus eſt medicus, quos ſanavit. His igitur bonus eſt Deus, quibus peccata donavit: qui autem inſanabile peccatum habet mentis ſuæ ulcere, quomodo poteſt medicum bonum æſtimare, quem refugit? Pulcre itaque Apoſtolus, ut præmiſimus, explanavit, quia & omnibus bonus eſt Deus, [1. Tim. 2. 4.] *qui vult omnes homines ſalvos fieri*; & maxime fidelibus divinæ bonitatis prærogativa ſervatur, quibus & voluntas Dei opitulatur & gratia. Sed & Pſalmiſta dicendo: *Quam bonus Deus Iſrael rectis corde*; ad ipſorum ſententiam retulit, qui aliter de Deo ſentire non norunt, niſi quia bonus ad omnia & in omnibus eſt.

CAPUT III.

Fateri Prophetam ſe tantum non eſſe prolapſum, dum peccatorum pacem æmularetur: duplicem eſſe pacem, ſed eam quæ offendiculum habet, fugiendam: nullum in morte peccatorum levamen eſſe; non prodeſſe flagella poſt mortem exemplo Lazari & divitis demonſtrari: quantum vero proſint in vita, Davidem ac Iobum patefacere: demum perpetuo eſſe flagellandos, qui hîc flagellati non fuerint.

5. DEnique ſequentibus exponit ipſe quid ſenſerit, dicendo: [Pſal. 72. 2. & 3.] *Mei autem pene moti ſunt pedes, paulo minus effuſi ſunt greſſus mei: quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns.* Non utique pedes corporis appellat greſſus, ſed directionem mentis & greſſum, de quo alibi dicit: [Pſal. 35 12.] *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatorum non moveat me.* Ideo ſemper petendum eſt, ut dirigat Dominus noſtrorum animorum veſtigia, ne labantur, & lubrico quodam erroris effuſa, ſtabilitatem ſui tenere non poſſint. Prolapſionis autem cauſa ea eſt, quòd pacem æmulatus eſt peccatorum. Æmulari autem debemus quæ bona ſunt, non ea quæ plena dedecoris; ſicut & Paulus Apoſtolus expreſſit dicens: [Galat. 4. 18.] *Bonum eſt autem æmulari in bono ſemper.*

6. Nec te moveat quod pacem in malo poſuit. Denique & in Evangelio habes eſſe pacem, quam reſpuit Chriſtus, ut ipſe ait: [Iohan. 14. 27.] *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis: non ſicut mundus dat, ego do vobis.* Eſt enim pax quæ non habet offendiculum, eſt quæ habet: quæ ex dilectione eſt, non habet offendiculum; quæ ex ſimulatione, habet. Ideo & Propheta dicit: [Ezech. 13. 10.] *Pax, pax; & ubi eſt pax?* Refugiamus ergo pacem peccatorum; conſpirant enim adverſus innocentem, coeunt ut juſtum opprimant, viduam extermінent, vel expugnent ejus pudorem.

7. Et ideo [Pſal 72. 4.] *non eſt reclinatio morti eorum*: non *declinatio*, ut plerique codices latini ſcripti ſunt, ſed * *reclinatio*. Quando enim laboramus, & incurvamur ad opus aliquod, atque inclinamur, nos reclinare conſuevimus: peccatores autem gravium ſcilicet delictorum, & maxime impii ſe reclinare non poſſunt, de quibus dictum eſt: [Pſal. 68. 24] *Et dorſum illorum ſemper incurva.* Non enim ſe erigunt ad cæleſtia, qui Chriſto non adhæſerunt. Et ideo nec reſurgunt cum eo, quorum mors peſſima, ſicut ſcriptum eſt: [Pſal. 33. 22] *Mors peccatorum peſſima.* Qui autem Chriſto commoritur, & conſepelitur cum illo, non ſolum reclinatur, ſed etiam reſuſcitatur. De quo pulcre illud convenit dictum: [Pſal 40. 4.] *Univerſum ſtratum verſaſti in infirmitate ejus*; maxime ſi martyr ſit, cujus infirmitas paſſione ſolvitur, mors reſurrectione.

* Re vera ſcripti codices Rom. Mediol. Carn. ſecundùm græcum; & cum his Auguſtinus, præferunt, *non eſt declinatio morti eorum* quibus etiam annumerari poteſt Theodoretus. huic enim *ἀνάνευσις* quæ vox legitur apud LXX. idem plane ſignificat atque *ἀπαγόρευσις*, *repudiatio*, id eſt, eorum interitus evitari minime poteſt. Non male autem ab Ambroſio reddita eſt per dictionem, *reclinatio*, ſiquidem verbum *νεύω* propriè actionem ſignat qua corpus inflectimus ac inclinamus. *ἀνανεύω* autem contrariam actionem qua inclinatum corpus reclinamus, hoc eſt, erigimus; ea quippe vis eſt præpoſitionis *re* in compoſitione verborum, ut eis non raro ſignificationem ſimplicibus verbis, aut etiam ex præpoſitionibus *cum* & *in* compoſitis contrariam tribuat, ut patet in verbis, ſigno, reſigno; contego retego, innuo, renuo, & ſimilibus. Alias hujus loci differentias in notis Nobilii ad hunc verſum, & in locis variantibus ultimæ editionis commentariorum S. Auguſtini in pſalmos præfixis invenies.

Luc. 16. 19. & ſeq. 8. Vidimus illum divitem qui indutus purpora A & byſſo in hoc ſæculo recumbebat, & epulabatur quotidie ſplendide, de cujus menſa quæ cadebant paoper Lazarus colligebat, qoemadmodum in tormentis poſitus, in infetno ſe reclinare non poterat; ſed vix ad Abrabam, non totum ſe, ſed ſolos oculos erigebat, rogans ut mitteret Lazarum, qui extremum digiti ſui in aquam tingeret, & linguam ejus refrigeraret. *Pſal. 72. 4.* Ergo illius morti reclinatio non erat, nec firmamentum in plaga ejus. Nihil enim proſunt flagella poſt mortem. B

9. Et ideo David dum eſſet in iſtius corporis vita, in flagella ſe præparabat, ut eum Dominus reciperet caſtigatum. Conſidera iterum mihi ſanctum Job, qui perfuſus erat uleeribus, & concutiebatur omnibus membris, & plenus erat totius corporis ſui doloribus, glebas terræ vulnerum ſuorum ſanie & humore diſſolvens, quemadmodum cùm ſe in hoc corpore poſitus reclinare noo poſſet, requiem mortis invenerit; ideoque C conſcius ſui dixit: *Mors viro requies.* *Iob. 3. 23.* Is igitur in plaga non motus eſt, nec nutavit ſermonis ſui lubrico, qui in illis omnibus nihil peccavit labiis ſuis, *Iob 2. 10.* ſicut Scriptura teſtatur: ſed magis plagæ ſuæ reperit firmamentum, per quam confirmatus in Chriſto eſt. Ergo & Job & David, quia hîc flagellati ſunt, firmamentum habuerunt in plaga ſua; quia flagellat pater filium quem ſuſcipit: qui autem hîc non flagellantur, ibi non ſuſcipiuntur ut filii. *Pſal. 72. 5. & 6.* Ideoque *in laboribus hominum* D *non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur*; ut in perpetuum cum diabulo flagellentur.

CAPUT IV.

Peccatores iniquitate propria veſtiri: quod veſtimentum à nobis rejiciendum, ut veſtimento virtutum induamur; ac potiſſimum jejunii: hoc ſe utiliter Ioſephum induiſſe, Adamum exuiſſe cum gravi damno: denique Iudæorum iniquitatem quaſi ex adipe prodeuntem magnam ac deliberatam exſtitiſſe. E

10. I*Deo obtinuit*, inquit, *eos ſuperbia eorum, coöperti ſunt iniquitate & impietate ſua.* Malum veſtimentum iniquitas, quod ſi quis voluerit in nobis tenere, temittere nos oportet, ne incipiat in judicium venire nobiſcum; & ſi quis tunicam noſtram quam accepimus ſpiritalem auferre conetur, remitte pallium iniquitatis, ſume operimentum fidei atque patientiæ, quo ſe David operiebat in jejunio, ne amitteret integimenta virtu- F tis. Ipſum jejunium opetimentum eſt. Denique niſi ſanctum Joſeph texiſſet jejuna ſobrietas, adulteræ protervitas exuiſſet. Quo jejunio ſi ſe tegere voluiſſet Adam, nudus non fuiſſet effectus. Sed quia de ligno ſcientiæ boni & mali contra interdictum cæleſte guſtavit, & imperatum jejunium prævaricatus eſt incontinentiæ cibo, nudum ſe eſſe cognovit. Quod ſi jejunaſſet, & fidei ſervaſſet exuvias, nec ſe adſpexiſſet intectum. Non ergo nos induamus iniquitare & impietate, ne de alio noſtrûm dicatur: *Et induit ſe maledictionem.* *Pſal. 108 18.* Male ſe induit & Adam, qui dum quæreret integimenta foliorum, maledictionis excepit ſententiam.

11. Induerunt ſe maledictione Judæi, de quibus ſcriptum eſt: *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt in diſpoſitionem cordis.* *Pſal. 72. 7.* [a] Ab adipe adipſal enim dicitur, id eſt, pingue. Sicut enim anima bonis paſta, & referta virtutibus, tamquam adipe & pinguedine repletur, ut ſcriptum eſt: *Pſal. 62. 6.* ſic iniquitas quæ quaſi ex adipe procedit, non tenuis & exilis B ſignificatur, ſed plena vitiorum. Denique non fortuito quodam lapſu in errorem incidêre: ſed conſilio & diſpoſitione in ſacrilegium tranſierunt.

CAPUT V.

Qui os ſuum in cælum ponunt, eos præ ceteris eſſe qui omnia ſtellarum neceſſitati adtribuunt: ipſis tamen hanc à Deo gratiam reſervari, ut revertantur cum Iſrael; cujus reditus myſterium declaratur: eoſdem ut à Deo negent occulta cognoſci, maxime induci peccatorum divitiis: poſtremo idem de Chriſto ſenſiſſe Simonem phariſæum. C

12. P*Oſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſivit ſuper terram.* *Pſal. 72. 9* Ponere in cælum os ſuum quid ſit, docet nos ille ex fratribus adoleſcentior, qui regreſſus ad patrem dixit: *Pater, peccavi in cælum & coram te.* *Luc. 15. 18* Ponunt antem in cælum D os ſuum [b] qui ſibi eriminum auctoritates, nativitatis putant quadam neceſſitate deferri. Hi nec cælo nec terris parcere ſolent, ut curſu qoodam ſtellarum arbitrentur vitam hominis gubernari. Nihil providentiæ, nihil bonis moribus derelinquunt. Atque utinam & iſti, ſicut ille unos de duobus adoleſcentibus, revertiſſent: bonus Dominus remedium non negaſſet, [c] & tamen etiamſi ipſi nolint ſanari, reſervat Dominus regreſſionis gratiam; ut qui in Iſrael expulſi ſunt per cordis E proprii cæcitatem, per plenitudinem Eccleſiæ revertantur; & non vacuos dies vitæ iſtius ducant, ſed plenos habeant bonæ operationis & fidei, cùm repleverit eos Dominus gratia ſpiritali. Quomodo autem revertantur, accipe. *Quia cæcitas*, inquit, *ex parte Iſrael contigit, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret.* *Rom 11. 25. & 26.* Sed quia myſterium oporrebat impleri, *ut concluderet Deus omnia in incredulitate* *Ibidem. 32.* id eſt, redargueret atque convinceret (cùm enim duo contendunt, ſi F unus ſuperior ſit, dicitur: Concluſit illum alterum) ideoque per ſuam miſericordiam ut ſubditus fieret Deo mundus, regreſſus quidem eſt populus in heredibus; ſed is celeri errore traductus eſt, ut Deum non crederet occultorum eſſe præſcium. Sed Dominus illis, ut quandoque redimantur, ſalutis futuræ gratiam reſervavit dicens: *Ideo revertetur huc populus meus.* *Pſal. 72. 10.* Quid eſt *huc*? Id eſt, ad me, ad æquitatem & juſtitiam meam, ad cultum meum.

13. *Et implebit dies vitæ ſuæ.* *Ibidem.* Quod utique ſic ac-

a. Sic mſſ. Thuan. Laud. & Colb. Alii autem duo loco vocis, *adipſal*, lacunam habent. Edit. vero tantummodo præferunt, *adipe dicitur pingue*. Clarum eſt inductam eſſe hanc diverſitatem, ut vox non intellecta evitaretur: ſed nos potiorum mſſ. lectionem repræſentamus, maxime cum fieri potuerit, ut dictio *adipſal*, ætate Ambroſii a populo per corruptionem frequentaretur.

b. Edit. Era. *qui ſibi criminum auctores, nativitatis*: Gill. & duo mſſ. . . . . *vanitatis* Rom. . . . *nativitatibus*. Mſ vero Vat. . . . *auctoritate nativitates*; alii denique . . . . *auctoritatis, nativitatis* &c. Cujus lectionis ſenſus omnium videtur maxime naturalis.

c. Edit. Rom *& tamen etiam ipſis, ſi volunt ſanari* &c. Edit. Am. Era. ac Gill. cum mſſ. Vat. & Gall. præferunt: *Et tamen etiam ipſi ſi nolunt ſanari*, excepto Thuan. qui ut antiquitate, ita & perſpicuitate videtur hoc loco p. æferendus.

cipies, ut populus quidem redimatur, qui crediderit in eo: in quo etſi non redimantur, qui non crediderunt, tamen redemti populi Dei prærogativa defertur. A

Ibidem 11. 14. Iſti ergo in errore poſiti dixerunt: *Quomodo ſcivit Deus; & ſi eſt ſcientia omnis in Altiſſimo?* Putant enim non eſſe in Deo ſcientiam; quia peccatores abundant proſperis ſæcularibus. Et ad-
Ibidem. 12. huc inducit eos loquentes: *Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo, obtinuerunt divitias.* Habes hoc in Evangelio planius expreſſum, ubi Simon B ille phariſæus videns quod mulier illa peccatrix venit in domum ejus, & ſuper pedes Chriſti ef-
Luc. 7. 39. fudit unguentum, dicebat intra ſe: *Hic ſi eſſet propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum; quia peccatrix eſt.* Sed patientia Dei non præjudicat veritati, & præſcientia ejus, ac providentia hoc ipſo amplius probatur, quod in peccato poſitus ſucceſſu adfluit ſæcularium proſperorum. Quod ſortior videns ridet, incautus traducitur & movetur. C

CAPUT VI.

Prophetam cùm primò animo deſpondiſſet, poſtea caſtigatione emendatum cognoviſſe omnia quidem evenire diſpoſitione divina, opes autem non eſſe præmia virtutis, nec pœnam peccati inopiam.

Pſal 72. 13. 15. DEnique Pſalmiſta dicit, dixiſſe ſe: *Ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum: & lavi inter innocentes manus meas.* Hoc eſt, video illos D abundare, video illis commoda omnia ſecundare, me autem conteri atque exagitari tentationibus plurimis. Fruſtra ergo dedi me innocentiæ, atque ad ſtudium ſobriæ converſationis intendi.
Ibidem. 14. Et pulcre ait: *Lavi inter innocentes manus meas;* ut non arrogare ſibi ſummam innocentiæ, ſed ſedulum deferre ſtudium videretur.

16. Interea non impune hujuſmodi à ſe ſermonem exiſſe teſtatur. Nam tota die flagellatum eſſe ſe memorat; quia fruſtra juſtificaſſe ſe Do- E mino cor ſuum dixerat: poſt flagella autem continuo ſecuta eſt pravæ opinionis correctio. Sta-
Ibidem. tim enim *vindex meus*, inquit, *in matutinis*, id eſt, in aperto & perſpicuo; lux enim veritatis comprehendens eum, non ſivit hæc ſentire, quæ dixit. Revincebat itaque & redarguebat me veritatis lumen offuſum animo meo, eo quod non recte dixerim: *Sine cauſa juſtificavi cor meum.* Locutus ſum enim illa tamquam in tenebris conſtitutus, & recordanti illa mihi cor compungeba- F tur: compuncto autem corde, illuminabatur affectus, ut fieret in corde meo ignis flammigerans, qui faciebat in me diei ſpiritale principium. Illuminata itaque oriente mihi die, & quaſi in multis matutinis poſitus, intelligebam quia extra conſtitutionem generationis filiorum Dei factus ſum. Qui cùm primò credidiſſem, eo quod operator mundi providens generationi humanæ, omnia ad utilitatem noſtri vel triſtia, vel ea quæ parum delectent, fecerit; tam bonam ſententiam poſtea pravis opinionibus turbatus amiſerim.

17. Conferebam itaque cum corde meo, & di- A cebam mihi: *Si narrabo ſic, quia ſine cauſa juſtificavi cor meum*, occurrebat mihi Dei vox dicens: Ibidem 15.
[a] *Ecce generationi filiorum tuorum cui diſpoſui:* id eſt, ecce in Scripturis invenis, ô tu Adam, quia diſpoſui generationi filiorum tuorum; quia fortuitò divitiæ ad impios, non aliquo merito deferantur, nec præmia virtutis ſunt emolumenta theſauri: nec è contrario inopia pœna peccati eſt, ſed indiſcretè veniunt iſta, quæ modo fluminis quodam ſæculi profluvio volutantur. a

B 18. Et exiſtimabam, & videbar mihi cognoſcere hoc eſſe verum, hoc congruere divinæ providentiæ & convenire; me autem fruſtra in iis turbatum eſſe, in quibus inhærere non debui. Ibidem 16

CAPUT VII.

Emendato errore David hunc unum laborem ſibi cognoſcit ſupereſſe, ut ingrediatur in adyta divinæ cognitionis. Sancti progreſſu ætatis finem ſuum ſcire deſiderant, & quis ille ſit? Primam veram cognitionem hanc eſſe, quæ credimus proſpera improbis ad hoc tantum conceſſa, ut eorum excuſationes excludantur. Eoſdem dum Dei beneficiis allevantur, dejici ac prorſus redigi ad nihilum. C

19. ITaque quia videbar mihi veram ſententiam comprehendiſſe, & cognitionem rei ipſius eſſe adſecutus, dicebam mihi: *Hoc labor eſt ante me, donec introeam in ſanctuarium Dei, & intelligam in noviſſimo.* Id eſt, ſolus mihi ſupereſt la- Ibidem. 17.
D bor, ut ingrediar in ſanctuarium Dei, ubi eſt Cherubim, id eſt, cognitionis profundum, [b] & non laborem in incertis & vanis opinionibus; narratio enim fatui ſicut ſarcina in via. Ideo ingrediamur adytum cognitionum ſacrarum, atque interiora penetralia veritatis, ut non ſit in nobis labor; ſapientia enim nos à ſenſu laboris abducit. Denique non eſt labor in Jacob. Cauſa autem laboris ignorantia eſt; quoniam qui neſcit juſtis repoſita eſſe præmia, non reficitur à laboribus, ſed E magis imprudentiæ ſuæ labore curvatur & frangitur. Ingrediamur igitur ſanctuarium Dei, ubi ſunt Cherubim, in quibus eſt recordantia ſacræ cognitionis, & veri illius atque æterni luminis. b

20. In illo candelabro imago reſplendet, quo poſſimus intelligere in noviſſimo. Sanctus etenim in ultimo cognoſcit, & perfectam ſapientiam proceſſu ætatis adipiſcitur dicens: *Notum fac mihi, Domine, finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt, ut ſciam quid deſit mihi.* Quis eſt finis, Pſal 38. 5.
F niſi ille, cùm traditur regnum Deo Patri, quando revelantur occulta ſapientiæ? Hunc finem noſtri certaminis requirebat Propheta, cupiens cognoſcere quid ſuæ deeſſet perfectioni; finis enim diſciplinæ noſtræ & ſtudiorum perfectio eſt.

21. Hæc ergo prima veræ ratio cognitionis; quia fortuito accidant quæ in ſæculo ſunt: ſecunda illa; quia *propter eorum tergiverſationes poſuiſti eis* Pſal. 72.
ſucceſſus profluos ſæcularium commodorum, & 12.
abundantiam divitiarum; ne cauſarentur propter inopiam ſe & acerbitatem alicujus doloris & luctus minus fuiſſe devotos, atque in culpam latrocinii & direptionis ſtudium neceſſitate egeſ-

a. Edit. Era. ac Gill. *Ecce generatio filiorum tuorum cui diſpoſui.* Rom. *Ecce generationi filiorum tuorum ſic diſpoſui.* Mſſ. denique: *Ecce generationi filiorum tuorum cui diſpoſui.* Helleniſmus eſt ſive adtractio regiminis. LXX. ἰδοὺ τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἠσυνθέτηκα.

b Ita mſſ. Thuan. Vict. Colb. Torn. At edit. Era. ac Gill. *& non labor eſt in incertis.* Rom. *& non labor qui eſt in incertis* &c.

tatis impulſos. Non enim ad tranquillitatem vitæ uſuramque lætitiæ divitiis opimati, aut honoribus elevati ſunt: ſed ut querela excluderetur, coacervaretur ærumna.

Ibidem. 22. Dejiciuntur itaque dum elevantur bujuſmodi viri. Non enim gratia, ſed ruina eſt; ubi nec diuturni uſus muneris reſervatur, & adimitur excuſatio delinquendi. Quod enim gravioris pondus querelæ, quam illud divinum quod habes in *Mich. 6. 3. & 4.* Michææ prophetæ libro: *Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contriſtavi te, aut quid moleſtus fui tibi; reſponde mihi? Nonne eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſervitutis liberavi te?* Ecce quomodò dejiciuntur impii dum allevantur, querela eorum excluditur, pœna acerbatur. Cæleſtibus enim beneficiis invitati deſerere non debuerunt vitæ ſecuritatis & proſperitatis datorem, cui magis debuerant obtemperare. Sed ſicut juſtitia Dei magna, ita etiam ſevera vindicta. Quando enim impius perſeverare conſuevit, de quo & alibi habes *Pſal. 36. 35. & 36.* ſcriptum: *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſuper cedros Libani; & tranſivi, & ecce non erat: & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus?* Incredibilis celeritas extinctionis ejus. Vides ſubito impium in hoc ſæculo potentem: dum tu tranſis, ille jam non eſt. Quanta eſt enim umbra in terra: quàm non diuturna? Tranſpone veſtigium, & umbra præteriit. Aut ſi hîc aliquid movet, ad ea quæ futura ſunt, adtolle mentis veſtigium, & invenies illic impium non futurum, quem hîc eſſe credebas; non enim eſt, qui nihil eſt. Denique Dominus eos cognovit qui ſunt ipſius: qui autem non ſunt, eos non agnoſcit; quia ipſi eum qui eſt, non agnoverunt.

CAPUT VIII.

Impios in interitu ſuo cum ſomnio bene comparari, quod nempe animæ illorum omnibus bonis vacuæ reperiantur; & eorumdem tenebroſæ imagines è lumine cæleſtis Hieruſalem deleantur.

Pſal. 72. 19 & 20. 23. DE ipſis ergo & hîc dicit: *Defecerunt & perierunt propter iniquitatem ſuam, velut ſomnium exſurgentis*, id eſt, ita deficiunt & evaneſcunt impii, ſicut ſomnium exſurgentis à ſomno primum; quia in tenebris ſunt, & in tenebris ambulaverunt, nec reſedit aliquod eorum boni operis veſtigium, ſed ſimiles eorum qui ſomnium vident: qui autem ſomniat, in nocte ſomniat; nox autem in tenebris. Filii tenebrarum ſunt privati ſole juſtitiæ, & ſplendore virtutis, dormientes ſemper, & non vigilantes, de quibus bene *Pſal. 75. 6.* dicitur: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt.* Etenim cùm animæ eorum à corpore ſeparatæ, tamquam reſoluti à corporis ſomno nihil invenient, nihil tenebunt; & quod ſe tenere arbitrabantur, amittent; quoniam ſtultus & inſipiens cùm divitiis exundaverint, relinquent alienis divitias ſuas, neque ſimul ad inferna deſcendet cum eis gloria domus eorum.

24. Sequentia quoque demonſtrant quomodo impius non inveniatur, ſed intereat. Quoniam imago ejus in civitate Domini illa ſuperiore Hieruſalem non invenitur. Dominus enim pinxit nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſicut ipſe docet dicens: *Ecce ego, Hieruſalem, pinxi muros tuos.* *Eſai. 49. 16.*

Si bene egerimus, manet in nobis iſta imago cæleſtis: ſi male quis agit, deletur in illo hæc imago (illius utique qui deſcendit de cælo) & eſt in eo imago terreni. Unde & Apoſtolus dicit: *Sicut* *1. Cor. 15. 49.* *portavimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem hujus cæleſtis.* Bonorum ergo imagines perſeverant, & in illa Dei civitate reſplendent. Si quis autem ad graviora peccata deflexerit, nec egerit pœnitentiam, imago ejus abolerur vel dejicitur; ſicut Adam de paradiſo ejectus eſt & excluſus. Quicumque autem pie honeſteque ſe geſſerit, intrat in civitatem Dei, & infert imaginem ſuam, ut in illa Dei fulgeat civitate. *Domine in civitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges;* *Pſal. 72. 20.* quia iſti in lumine fulgere non poſſunt, qui tenebroſis ſe operibus induerunt. Exemplum accerſamus de ſæculo. Vide quemadmodum in civitatibus bonorum principum imagines perſeverent, deleantur imagines tyrannorum.

CAPUT IX.

Prophetam cognitione divinæ providentiæ recreatum: ipſum & cum eo omnes homines comparatione cæleſtium civium jumentis haud eſſe abſimiles; eoſdem tamen Dei gratia ad humanam revocari dignitatem.

25. HÆc ergo conſiderans, animoque intendens ſanctus Propheta delectatus eſt, qui fuerat ante turbatus. Unde ait ipſe: *Quia delectatum eſt cor meum, & reſoluti ſunt renes mei.* *Ibidem. 21. & ſeq.* *Et ego ad nihilum redactus ſum, & neſcivi: & velut jumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Cùm cognoviſſem, inquit, quia Deus humana curat & reſpicit, *requieverunt renes mei*, hoc eſt, ex maxima fatigatione veteris imprudentiæ requievi per agnitionem boni cæleſtis & gratiæ. Sunt enim quidam renes animæ, qui vexantur in nobis per ignorantiæ laborem: hi reſolvuntur ad requieſcendum cæleſtis agnitione doctrinæ, & quaſi pulcro quodam fulcro cæleſtium præceptorum ſubnixi foventur. Tunc, inquit, intellexi, quia vane fatigabar; quoniam id quod verum eſt neſciebam.

26. *Et velut jumentum factus ſum*: pulcre addidit, *apud te*; comparatione enim cæleſtium homo quid eſt niſi jumentum irrationabile? Nam & ſtellæ cùm ſint lucidæ, vaneſcunt ſolis exortu. Et Moyſes ait: *Non ſum idoneus ab heſterno die, ex quo cœpiſti loqui cum ſervo tuo: & tenuis*, inquit, *voce & tardiloquus ſum.* *Exod. 4.* Ita ergo & homo, non dicam Chriſti, ſed Angelorum comparatione mutum videtur eſſe jumentum. Sed tamen nemo deſperet; quia homines & jumenta ſalvos facit Deus. Et ideo quia non ex me, ſed ex te didici, tibi adhærebo ſemper; ut deſinam eſſe jumentum, & dicas mihi: *Tu autem hic ſta mecum.* Circumfuſus *Deut. 5. 31.* enim Dei gratia homo incipit eſſe, qui per imprudentiam prætendebat inſenſibilitatem, & inſcientiam beſtialem. Homo enim eo probatur, ſi capax ſit rationis & gratiæ. Itaque à mutis animalibus ſeparatum ſe eſſe gaudet, & in hominum adſcitum eſſe conſortia, quæ Deus viſitat & tuetur. Quid enim eſt homo, niſi quia memor eſt ejus Dominus, aut quia à Domino viſitatur?

CAPUT X.

Si Deus nobis ad dexteram non fuerit, eum locum à diabolo occupatum iri, ſicuti primo parenti contigit: cùm hujus vices ageret Chriſtus eum ſibi ad dexteram dæmonem ſtatuiſſe, quo ipſum glorioſius proſterneret: poſtremo maximas utilitates ad eos redire, quibus ad dexteram ſteterit Chriſtus.

Pſal. 72. 24. 27. UNde quaſi viſitatus ab eo dicit: *Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate*
B *tua deduxiſti me, & cum gloria aſſumſiſti me* Sic acce-
pimus, & ſecundùm græcum ſic convenit. Dixit
enim græcus: ἐκράτησας τῆς χειρός, id eſt, *Tenuiſti*
manum τῆς δεξιᾶς μου *dexteram meam.* Bene dirigi-
tur, cujus dexteram Deus manu ſua tenet. Po-
Pſal. 15. 8. teſt dicere: *Dominus à dextris meis, ne commovear.*
Adam ſi à dextris ſuis Dominum habere voluiſ-
ſet, non eſſet à ſerpente deceptus. Sed quia obli-
tus eſt mandatum Dei & voluntatem ſerpentis
implevit, manum ejus diabolus tenuit, & ad li- C
gnum ſcientiæ boni & mali extendi fecit, ut in-
terdicta decerperet. Præjudicatum eſt in illo om-
nibus, & cœpit univerſis adverſarius ad dextram
ſtare. Unde & illa in Judam maledicti forma pro-
Pſal. 108. 6. ceſſit: *Et diabolus ſtet à dextris ejus.* Si illud male-
dictum grave, maxima eſt iſta benedictio, qua
maledictionis duræ vincula laxantur. Ideo domi-
nus Jeſus ad dexteram ſibi diabolum ſtatuit, ſicut
Zach. 3. 2. in Zachariæ libro legimus; hominis enim cauſam
locumque ſuſceperat. Ibi ergo ſtetit, ubi Adæ ſta- D
bat hereditas. Quaſi bonus athleta permiſit eum
ad dexteram ſibi ſtare, ut eum retrorſum repel-
Matth. 4. 10. leret dicens: *Vade retro, ſatana.* Itaque adverſa-
rius loco dejectus receſſit: tibi autem ne diabo-
Ibid. 19. 22. lus à dextris ſtaret, ait: *Veni, ſequere me.* Prævi-
dens igitur David adventum Domini, qui nos à
poteſtate adverſarii liberaturus deſcendit è cæ-
lo, ait: *Dominus à dextris eſt mihi, ne commovear.*
Cui antem à dextris erat diabolus, movebatur.
Merito ergo & hîc ait: *Tenuiſti manum dexteram* E
meam, id eſt, ut jam peccare non poſſim, ut ille
lubrico ante fluctuabundus veſtigio, fida poſſim
Matth 14. 30. & 31. ſtatione conſiſtere. Quam bene hoc Apoſtolus
dixit, quando eum turbatum Dominus vidit, &
extendens dexteram ſuam titubare non paſſus
eſt, atque intrepido firmavit inceſſu. Liberatus
itaque Petrus quid aliud eſt locutus niſi hos pro-
pheticos verſus: *Tenuiſti manum dexteram meam,*
& in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ad-
ſumſiſti me. Quæ eſt dextera niſi actuoſa animæ F
virtus? Quæ ſi Domini voluntate dirigatur, nihil
aliud deſiderat, nil requirit, nullas mundi hujus
opes, nulla adjumenta depoſcit.

CAPUT XI.

Davidem poſſeſſione Dei contentum nihil præter eum exoptare; debere enim terrena deleri oblivione, ut ſuccedant cæleſtia, atque etiam ad Deum qui neminem repellit, accedatur, à quo pravis tantum actionibus recedimus.

Pſal. 72. 25. 28. IDeo dicit ſanctus David. *Quid enim mihi*
reſtat in cælo, & à te quid volui ſuper terram? Id
A eſt, Tu portio mea es, abundas mihi ad omnia, ni-
hil quæſivi aliud, niſi ut te partem haberem, nulli
me cæleſti, ut gentiles faciunt, ſubdidi creaturæ,
nullas ſæculi hujus divitias, & voluptatum ille-
cebras concupivi. Nullius egeo, qui à te aſſum-
tus ſum: nec ſupereſt in cæleſtibus quod amplius
quæram. Nihil habens, omnia habeo; quia Chriſ-
tum habeo, cui Pater altiſſimus *non pepercit; ſed* Rom. 8. 32.
pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo ergo non
cum illo omnia nobis donavit; ſicut Apoſtolus di-
B xit? Omnia enim in Chriſto, per quem omnia,
& in quo conſtant omnia. Omnia ergo in illo ha-
bens, aliam non quæro mercedem, quia ipſe mer-
ces eſt univerſorum. Ideoque perfecto dixit: Tol- Marc. 8. 34.
le crucem tuam, & ſequere me. Qui illum ſequi-
tur, non præmio ducitur ad perfectionem: ſed
perfectione conſummatur ad præmium. Imitato-
res enim Chriſti non propter ſpem boni ſunt, ſed
pro amore virtutis. Chriſtus enim per naturam
bonus, non propter præmii cupiditatem. Ideo
C paſſus eſt, quia benefacere eum delectavit, non
quia incrementum gloriæ ex ſua paſſione quære-
bat. Ideo qui illum imitari cupit, non quod ſibi,
ſed quod aliis proſit, operatur. Unde non imme-
rito deficit ſibi, aliis autem virtutis incremento
valeſcit.

29. Et convenienter dicit: *Defecit cor meum &* Pſal 72. 26.
caro mea, Deus cordis mei. Neque enim poſſunt per-
petua ſuccedere, niſi terrena defecerint. Deficit
ergo caro, quando mortificantur quæ ſunt car-
D nalia. Deficiunt & illi qui mortificationem Jeſu
Chriſti in ſua carne circumferunt; mors enim
Chriſti in illis operatur, ut omnis errorum moria-
tur illecebra. Unde colligitur quia & cor homi-
nis deficit, quando mortificantur cogitationes
malæ, quæ de corde procedunt; ut terrena omnia
abſcondat oblivio, & fiat Deus cordis eorum,
qui beati mundo corde Deum videre merean-
tur; ut appropinquent tibi, & non ſe ſegregent.
Deus enim appropians, non repulſor appropin-
E quantium eſt; omnibus enim vult ſalutis cauſa
eſſe, non mortis. Denique neminem repellit, niſi
qui ſe ab ejus conſpectu putaverit ſequeſtran-
dum.

30. *Quoniam ecce*, inquit, *qui elongant ſe à te,* Ibidem. 27.
peribunt. Unuſquiſque enim operibus ſuis pietati
tuæ ſe ſe aut jungit aut ſeparat. Fugit enim Deum
qui operatur ea, quorum cognitionem metuat
deprehendi; ſicut ille qui tectus parietibus & cir-
cumſuſus tenebris à domino Deo ſe ſe exiſtimat
F non videri: videtur autem, cùm dicitur: *Perdi-* Ibidem.
diſti omnes qui fornicantur abs te. Sicut enim mulier
quæ fornicatur, non adhæret viro, nec una caro
cum viro ſuo, nec unus ſpiritus eſt, ſed dividit
ſe ſe ac ſeparat fornicando: ita quæcumque ani-
ma non adhæret Deo, ſed vanis idolorum culti-
bus inſerviens fornicatur, dividit ſe ſacrilegii ſcæ-
vitate, & longe fit à Domino, quæ prope eſſe de-
beret. Perit autem qui ſeparatur à Domino.

31. Unde Sanctus qui Dei judicium reformidat, Ibidem. 28.
ſemper adherere vult Chriſto, & in eo ſpem ſuam
ponere, ut laudet Dominum, cui eſt honor, glo-
ria, perpetuitas à ſæculis, & nunc & ſemper, &
omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

IN APOLOGIAM PROPHETÆ DAVID,

ADMONITIO.

Nonnulli[a] *cùm hiſtoriam David perlegendo tantum prophetam ac regem tam ſanctum in geminum ſcelus adulterii ſcilicet atque homicidii incidiſſe cognoviſſent, offenſionem haud mediocrem paſſi fuerant. Quapropter hujus rei vulgato rumuſculo ſanctus Ambroſius, ad utilitates populi ſui numquam non intentus, huic malo putavit mature occurrendum. Itaque ſacrum ſuggeſtum conſcendens, defenſionem ejuſdem prophetæ ac regis aggreſſus eſt. Neque tamen ipſum ita ſuſcepit defendendum, ut à crimine immunem aſſereret. Fatetur*[b] *ſiquidem illum duobus graviſſimis peccatis maculatum fuiſſe: at vero contendit eumdem*[c] *accelerata confeſſione, prolixa*[d] *pœnitentia, & indefeſſo bonorum*[e] *operum ſtudio expiatum, ut jam peccatoribus eum accuſare quem ipſemet Deus abſolverat,*[f] *minime liceret: ceterum haudquaquam inſolitum videri, quod tentationis & concupiſcentiæ vi ſuccubuerit homo*[g] *fragilis, ſed illud prorſus omnium admiratione dignum, quod rex potentiſſimus qui legum ſeveritate non tenebatur, ſtatim atque de commiſſo peccato fuit admonitus, culpam agnoverit, eamque ſincero ac vehementi dolore deleverit. Addit his memoratum lapſum eam ob rem divino permiſſum conſilio, ut idem ille ad poſteritatis exemplum humiliatus*[h] *exerceretur ac probaretur; neque non in hoc ipſo myſterii*[i] *figuram exſtitiſſe, quæ atrocitatem noxæ minueret. Poſtremo non paucis*[k] *præclaris ac ſanctis actionibus quibus Propheta delictum texerit ſuum, dinumeratis, aſſirmat eum alio patrono haud indigere; quandoquidem in pſalmo L. quo & actam abs ſe pœnitentiam & impetratam veniam*[l] *teſtatus eſt, ſuam ipſe reliquit apologiam. Hoc vir ſanctus probat brevi quidem, at eleganti omnium ejuſdem pſalmi verſuum enarratione, in qua ſicut & in toto opere myſticas quaſdam expoſitiones, obſervationes, adhortationeſque morales ad populi apud quem verba faciebat, inſtitutionem ſpargit.*

a Cap. 1. num. 1. b Cap. 1. & ſeq. c Cap. 2. d Cap. 4. e Cap. 6. & ſeq. f Cap. 4. & alibi. g Cap. 2. & alibi. h Cap. 2. & 3. i Cap. 3. k Cap. 6 & ſeq. l Cap. 8. & ſeq.

Ipſa hujus operis conſtitutione ſatis intelligas in editione Romana parum conſulte illud contra manuſcriptorum omnium, ac ſuperiorum editionum auctoritatem, in duos tractatus eſſe diviſum, quorum alter priſcum titulum Apologiæ David *retinuit, alter accepta nova inſcriptione ad enarrationes in pſalmos amandatus eſt. Huic quoque diviſioni refragatur beatus Auguſtinus;*[m] *is enim teſtimonium ex enarratione pſalmi L. petitum proferens illud non alio ſub titulo quam Apologiæ David laudat. Non putamus etiam quempiam inventum iri, cui aut inducta ab ejuſdem editionis* ἐπιμελητῶν *in Auctoris textum immutationes approbentur, aut verborum quibus hujus lucubrationis, quam omnino unam eſſe oportet, partes inter ſe nectebantur, facta detractio non diſpliceat. Quocirca è ſcriptorum codicum ac veterum editionum fide omnia reſtituimus, ut ſuis locis ſubmonuimus ad calcem paginarum.*

m Lib. 4. cont. duas epiſt. Pelag. cap. 11. & lib. 2. cont. Jul. Pelag. cap. 7.

Ambroſius conciones quibus hic tractatus componitur, more ſuo in Eccleſia pronuntiavit poſt recitatum Evangelium, quemadmodum aperte ſignificant ea verba: ut[n] hodie lectum eſt, quod[o] homo quidam cùm dives eſſet, abiit in regionem longinquam &c. *Sed nec minus manifeſtum eſt id eveniſſe non ita multo poſt Gratiani imperatoris cædem, quando eam ille hiſce vocibus*[p] *lamentatur:* Quam gravi, *inquit,* adhuc luimus vaſtitate, quam publico quodam totius orbis funere appetiti necem regis exſolvimus! *&c. Plane hoc modo loqui ſanctus Antiſtes non poterat niſi aut de Gratiano, aut de Valentiniano juniore, cùm illis temporibus per vim nullus imperator præter hos duos juvenis fuerit extinctus: at quæ adjuncta illic referuntur optime in violentum Gratiani interitum, minime vero in Valentiniani quadrare ſatis conſtat. Præterea hæc ipſa Apologia citatur in commentariis*[q] *in Evangelium ſecundùm Lucam, quæ circiter annum* CCCLXXXV. *ſcripta eſſe probabilius eſt, ac perinde diu ante necem Valentiniani. Colligendum itaque commentationem hanc poſt menſem Auguſtum anni* CCCLXXXIII, *quo trucidatus fuit Gratianus, & ante annum* CCCLXXXV. *quo memorata commentaria lucubrata ſunt, in lucem prodiiſſe, anno videlicet, ut vero videtur ſimilius,* CCCLXXXIV.

n Cap. 5. num 20. o Luc. 15. p Cap. 6. num 27. q In cap. 3.

Codex Thuaneus ante mille annos, ut characteres indicant, exaratus, & alii aliquot probatæ notæ hanc eamdem opellam exhibent ita inſcriptam: Tractatus S. Ambroſii de Apologia prophetæ David ad Theodoſium Auguſtum. *Sed forte ſuſpicetur aliquis poſtrema verba fuiſſe ab imperitis quibuſdam vel audaculis ſuperaddita, cùm Theodoſius Magnus quo tempore eoſdem ſermones habitos eſſe demonſtravimus, non potuerit eſſe Mediolani, quam in urbem nonniſi aliquot poſt annis cùm de Maximo triumphaſſet, ſe contulit. Verumtamen nihil admodum vetat quominus ſanctus Præſul Theodoſio à ſe aliquem è ſuis libris petenti hunc ipſum licet ante annos non paucos compoſitum, tamen quaſi maxime convenientem ob regiam perſonæ de qua ibidem agitur dignitatem, potiſſimum tribuerit: aut etiam ipſemet ſponte ſua eidem principi forte poſt factam Theſſalonicenſium ſtragem, propter quam ipſi publicam ſatisfactionem indixit, mittendum putaverit, ut illum in pœnitentia firmaret propoſito. Re ipſa inter plurima præclare dicta quæ leguntur in hoc tractatu, nonnulla etiam obſervare eſt, quæ videantur eo ſpectare. Hæc Ambroſius ſcriptioni ſuæ antequam illam mitteret ad imperatorem, addere potuit. Quod ſi ita ſit, prædicare poſſumus hoc opus poſtrema Auctoris cura perfectum & recognitum ad nos perveniſſe.*

SANCTI AMBROSII
MEDIOLANENSIS EPISCOPI
*APOLOGIA PROPHETÆ DAVID
AD THEODOSIUM AUGUSTUM.

*. Scripta forte circ. an. 384.

CAPUT I.

Quare apologiam David ſcribere aggrediatur Ambroſius. Hiſtoria facti præmittitur. Deinde judicandus non eſſe oſtenditur, quem Deus juſtificaverit: contra vero etiam laudandus, quod in tanta poteſtate non plura peccaverit.

1. APOLOGIAM prophetæ David præſenti arripuimus ſtylo ſcribere, non quod ille indigeat B hoc munere, qui tantis meritis enituit, virtutibuſque effloruit; ſed quia plerique geſtorum ejus lecta ſerie, non introſpicientes vim Scripturarum, vel occulta myſteriorum, mirantur quomodo tantus propheta adulterii primo, deinde homicidii contagia non declinaverit.

2. Ideo nobis ſtudio fuit ipſam recenſere hiſtoriam, quæ patuiſſe peccato videtur. Namque in ſecundo regnorum legimus libro, [a] quoniam C deambulans David in domo ſua regia, proſpexerit lavantem ſe mulierem (nomenque illi Bethſabee) [b] formæ egregiæ & gratiâ & vultu decora, præſtantique admodum facie, quibus illecebris delinitum potiendi ejus ſumſiſſe affectum. Erat autem mulier viro nupta, [c] Uriæ nomen marito, cui mandatis regiis compoſita eſt ſcena necis. Nam etſi nihil ad impedimentum cupiditatis, plurimùm tamen ad verecundiam adulterii obſtare vita ejus æſtimabatur. (2 Reg. 11. 2. & ſeq.)

3. Itaque ut à planioribus exordiamur, quem Deus juſtificavit, ne tu dijudices. *Pro minimo mihi eſt*, inquit Paulus, *ut à vobis dijudicer, aut ab* (1 Cor 4. 3.) A *humano die: ſed neque me ipſum dijudico.* Et adhuc erat in corpore ſitus, adhuc tentationi obnoxius: ſed ideo ſe non dijudicabat, quia ſpiritalis à nemine dijudicatur, niſi à ſolo Deo. Denique ſubdidit: *Qui dijudicat me Dominus eſt. Itaque nolite ante tempus quid judicare.* (Ibidem 4 & 5.) Sed David jam tempus implevit, & gratiam meruit, & juſtificatus à Chriſto eſt; quandoquidem David ſe dici filium ipſe Dominus gratulabatur, & qui eum ita confitebantur, illuminabantur. Cur hominem Dei à præmio in judicium vocas? Judicavit jam de eo Dominus, de quo dixit ad Salomonem: *Si ambulaveris in conſpectu meo, ſicut ambulavit David pater tuus in ſanctitate cordis & juſtitia, ad hoc ut faceres ſecundum omnia quæ mandavi ei.* (1 Reg 9 4.) Hic ergo judicio dignus an præmio eſt, qui fecit ſecundum omnia mandata cæleſtia, ambulans in ſanctitate & juſtitia cordis? Ubi aliorum vitia & peccata deliteſcunt, ibi David virtutis & gloriæ ſuæ divinum accepit teſtimonium. Et de ejus peccato diſputamus otioſi, pro cujus merito & gratia aliorum peccata revelata ſunt. Nam cùm offendiſſet Salomon, quod non cuſtodiſſet mandata Domini, & regnum ejus diſpoſuiſſet Deus ſcindere in plurimas partes, ait ad eum: *Verumtamen in diebus tuis non faciam hoc propter David patrem tuum. De manu filii tui accipiam illud. Verumtamen non totum regnum accipiam, ſceptrum unum dabo ei propter David ſervum meum.* (1 Reg. 11. 12. & 13.) Juſtificante igitur Domino, quis eſt qui tantum dijudicet virum? *Quod Deus*, inquit, *mundavit, tu commune ne dixeris.* (Act. 10. 15.) D

4. Salvo tamen judicio cæleſti, quo etiam ipſe tantum honorifices prophetam, in ejus actus moreſque ingredere. Non miraris hominem, &

a Rom. edit. ſola, *legimus, ut audiſti, quod deambulans David in ... atrio domus ſuæ regiæ.*

b. Edit. *forma grata* (Rom. *gratiâ*) *& vultus decore præſtantis admodum, quibus* &c. Mſſ. aliquot, *forma gratiâ, & vultus decora, præſtantique admodum facie, quibus* &c. Alii multo plures atque antiquiores ut in textu, niſi quod Thuan. recentior habet ... *vultu decoram* &c. Neque vero putaveris in vocibus *vultu* & *facie* inanem eſſe battologiam, cùm facies non tantum pro vultu, ſed etiam pro totius corporis compoſitione, atque exteriori conſpectu ſumi poſſit. Rurſus edit. omnes, & mſſ. nonnulli: *potiunda ejus*; mſſ. alii longe plurimi, ac ævi melioris: *potiendi ejus*. Melius, ſic enim Terentius in Hecyra, *ego ejus* (uxoris ſcilicet) *videndi cupidus*. Videſis Fr. Sanctii Minervam lib. 3. cap. 8. Denique ubi edit. Era. Gill. & Rom. cum potioribus mſſ. *ſumſiſſe affectum*, illic Am. cum reliquis: *ſumſiſſet affectum*. Verùm eos movit, quòd non crederent aliter conſtructionem conſtare poſſe, cùm tamen melius verbum *legimus* initio periodi expreſſum hoc loco mente ſuppleatur.

c Thuan. codex vetuſtiſſimus ſemper atque in omnibus caſibus habet *Uri*. Et certe lectionem Ambroſii eſſe hanc id argumento eſſe poteſt, quod infra cap. 3. num. 14 nomen mariti Bethſabée dicit idem ſignificare ac *lumen meum*, quo modo vocem *Uri* vulgo interpretantur, cum vox *Urias* exponatur *lumen*, ſeu *ignis Domini*.

A Angelis adæquandum judicas, plurimum vitæ ſuæ, immo à pueritia in divitiis, honoribus, imperiis demorantem, in multis tentationibus poſitum, ſemel tantùm locum errori dediſſe, & ei errori quo etiam * Angeli cælorum, ut Scriptura commemorat, de ſua virtute & gratia dejecti ſunt. (*Gen. 6. 2.*) Sane & alter legitur error ipſius, quod numerari fecerit populum.

CAPUT II.

Laudatur David ab humilitate confeſſionis; ac tres cauſæ, cur ſanctis peccatum obrepere utile ſit, idque Deus permittat, adferuntur.

5. UNuſquiſque noſtrûm per ſingulas horas quam multa delinquit, & tamen nunquiſque de plebe peccatum ſuum confitendum non putat. (*De pœnit. diſt. 3. cap. Ille rex.*) Ille rex tantus ac potens ne exiguo quidem momento manere penes ſe delicti paſſus eſt conſcientiam: ſed præmatura confeſſione atque C immenſo dolore, reddidit peccatum ſuum Domino. Quem mihi nunc facile reperias honoratum ac divitem, qui ſi arguatur alicujus culpæ reus, non moleſte ferat? At ille regio clarus imperio, tot divinis probatus oraculis, cùm à privato homine corriperetur, quod graviter deliquiſſet, non indignatus infremuit, ſed confeſſus ingemuit culpæ dolore. (*Ibidem § Denique Dominum. 2 Reg. 12. 13.*) Denique Dominum dolor intimi movit affectus, ut Nathan diceret: Quoniam pœnituit te, & Dominus tranſtulit peccatum tuum. D Maturitas itaque veniæ, profundam regis fuiſſe pœnitentiam declaravit, quæ tanti erroris offenſam traduxerit.

6. Alii homines cùm à ſacerdotibus corripiuntur, peccatum ſuum ingravant, dum negare cupiunt aut defendere; ibique eorum lapſus eſt major, ubi ſperatur correctio. (*Ibidem. §. Sancti.*) Sancti autem Domini qui conſummare pium certamen geſtiunt, & currere curſum ſalutis, ſicubi forte ut homines corruerint naturæ magis fragilitate quàm peccandi libidine, acriores ad currendum reſurgunt, E pudoris ſtimulo majora reparantes certamina; ut non ſolùm nullum adtuliſſe æſtimetur lapſus impedimentum, ſed etiam velocitatis incentiva cumulaſſe. Ergo ſi currentium non ſolvitur curſus, cùm forte aliqui ceciderint, non luctantium contentio, ſed inoffenſa manent certamina; quin etiam plerique poſt unum aut alterum lapſum, gratia majore vicerunt: quanto magis agonem pietatis ingreſſi non debent unius prolapſionis F offenſione cenſeri; cùm beatus ſit qui ſe potuerit reparare poſt lapſum; quoniam poſt mortem quoque reſurgere munus beatorum eſt.

7. Alias quoque prodeſſe peccatum poſſumus comprehendere, & providentiâ Domini ſanctis obrepſiſſe delicta. Propoſiti enim ad imitandum nobis ſunt; & ideo curatum eſt ut & ipſi aliquando laberentur. Nam ſi inoffenſum à vitiis inter tot lubrica hujus ſæcoli curriculum peregiſſent, dediſſent nobis occaſionem infirmioribus æſtimandi cujuſdam ſuperioris eos naturæ ac divinæ fuiſſe; ut delictum recipere, & culpæ conſortium habere non poſſent. Quæ opinio utique, ut exſortes nos illius ſubſtantiæ, ab impoſſibili imitatione revocaret. PRÆTERIT igitur pauliſper illos A Dei gratia; ut nobis ad imitationem vita eorum fieret diſciplina; & ſicut innocentiæ, ita & pœnitentiæ magiſterium de eorum actibus ſumeremus. Ergo dum lapſus eorum lego, conſortes etiam illos infirmitatis agnoſco: dum credo conſortes, imitandos eſſe præſumo.

8. Admonet etiam apoſtolus Paulus proſpexiſſe dominum Deum noſtrum, ne vel revelationum ſublimitate, vel ſecundo operum continuatæ (*2 Co 12. 7.*) proceſſu, humanus etiam in ſanctis extolleretur B affectus, nec ſibi deputarent, virtutique adtribuerent ſuæ, quod divina ſibi operatione foret collatum. Ergo ne in tantum præjudicium ruerent, atque in perfidiæ foveam deciderent, paſſus eſt Dominus illis ſubintrare culpam; ut & ipſi adverterent divinis ſe auxiliis indigere, ducemque ſalutis ſuæ quærendum eſſe cognoſcerent. Denique Paulus infirmitatem ſibi profuiſſe teſtatur, dicente Domino roganti ſibi, ut à ſe ſtimulus carnis ſuæ diſcederet: *Sufficit tibi gratia mea: nam vir-* (*Ibidem 9*) C *tus in infirmitate conſummatur.* Meritoque gloriatur in infirmitatibus; ſciebat enim virtutis abundantia plurimos etiam ſanctos ſine remedio corruiſſe. Quanto igitur commodius uni aut duabus reprehenſionibus locum dediſſe, quàm traxiſſe in perpetuum divinitatis offenſam?

CAPUT III.

Davidem eo tentationi expoſitum fuiſſe quod athletas ſuos variis certaminibus exerceri, & nobis D *exemplo eſſe Deus velit: præterea ejuſdem adulterium in figuram factum, adductis variis allegoriis, declaratur.*

9. QUid etiam illa adjiciam quæ ex ipſo uſu mundi conjicere poſſumus, quia ploroſque cum probaverimus in aliquo officio, eoſdem quaſi induſtrios atque impigros in alio munere volumus experiri? Quam multi athletæ cum iſto certandi genere prævaluerint, ad aliud genus vo- E cantur certaminis? Quid ſi & te dominus Deus tuus cùm aliquod ſpecimen virtutis dederis tuæ, in alio virtutum genere vult probare? Job ſanctum currentem inoffenſe, tentari tamen filiorum interitu, & corporis totius ulceribus paſſus eſt; ut in hoc quoque ejus virtutem probaret, ſi nec injuriis, nec acerbitatibus coactus devotionem ſui minueret affectus. Num liquet quod etiam ſanctum David fide nobilem, præſtantiſſimum manſuetudine, manu fortem probare voluerit, F quemadmodum vitium tegeret, lapſum emendaret; ut nos doceret quemadmodum admiſſum poſſimus operire peccatum?

10. Niſi forte vilis cauſa alicui videtur, ut propter noſtram correctionem tantus erraret propheta, cùm propter omnium redemtionem infirmitates noſtras Chriſtus ſuſceperit, qui peccatum pro nobis factus eſt, cùm peccatum non cognoverit. Et indignum æſtimatur, nec veriſimile creditur, quod David propter poſteritatis profectum in unius lapſus opprobrium inciderit; cùm ipſe Dominus ſit pro nobis factus opprobrium, ſicut ipſe ait: *Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis.* (*Pſal. 21. 7.*) Et alibi: *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt* (*Pſal. 68 10.*)

*. De illo Angelorum lapſu à nobis in lib. de Noe & Arca ad calcem col. 231 diſſitum reperies.

ſuper me. Ergo futuræ diſpenſationis myſterium A
in ſuis ante præmiſit. Et ſervuli quidem conditio-
nis ſuæ peccata portarunt, ideo non potuerunt
etiam & ipſi exſortes eſſe peccati: Dominus au-
tem onus ſuſcepit alienum, ideo ſolus fuit ſine
conſortio delictorum.

11. Ad ſummam, Apoſtolo quoque docente,
cognovimus in figura geſta eſſe complura, quæ
temporibus geſta ſuperioribus ſunt. Nam cùm
dixiſſet in deſerto patres à ſerpentibus vulnera
tos non aliter potuiſſe ſanari, niſi Moyſes ſerpen- B
tem ſuſpendiſſet æreum, quo viſo, lethales illi
morſus infuſioneſque veneni noxiæ curabantur,
1 Cor. 10. 6. ſubjecit: *Hæc autem in figura facta ſunt illis* ad noſ-
tram correctionem. In figura æreus ſerpens tam-
quam confixus cruci; quia verus crucifigendus
generi annuntiabatur humano, qui ſerpentis dia-
boli venena vacuaret, in figura maledictus, in ve-
ritate autem qui totius mundi maledicta deleret.
Galat. 4. 22. Alibi quoque, id eſt, ad Galatas ait: *Quia duos*
filios habuit Abraham, unum de ancilla, & unum C
Ibidem. 23. *de libera*. Et ſubdidit: *Sed is quidem qui de ancilla,*
ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per
repromiſſionem; quæ ſunt per allegoriam dicta. Quid
ſit per allegoriam, in ſequentibus expoſuit evi-
denter, dicens duas illas generationes, unam de
ancilla, alteram de libera, duo eſſe Teſtamenta:
unum quidem à monte Sina in ſervitutem gene-
rans, in quo monte Legem Moyſes accepit a Do-
mino: alterum autem ab Hieruſalem quæ eſt li-
bera, quæ in Iſaac filios, hoc eſt, in libertate gra- D
tiæ, non litteræ ſervitute generavit. Servis enim
pœna decernitur, liberis confertur gratia. Non-
ne in typo geminæ plebis Jacob duas accepit
uxores, ex quibus diverſam ſobolem procreavit?
Gen 38. 16. Cur patriarcha Judas propriæ nurus poſt filii ſui
mortem legitur expetiſſe concubitum, quo ge-
minorum partus eſt editus; niſi ut figura utroque
Jeſu domini præcederet Teſtamento: quorum
alterum in typo futuræ mortis ejus eſt conditum,
alterum in Evangelii veritate, duos populos eſſe E
generandos, quorum poſterior in crucis ſigno ſe-
pem ominem ac munitionem populi ſuperioris in-
cideret? Hic eſt populus manu prior, ortu poſte-
rior. Vel quia ipſe dominus Jeſus natus ex Tribu
Juda opera ſua ante præmiſit, quam nobis ex Vir-
gine naſceretur.

12. Quid de Joſeph loquar, qui à fratribus ap-
petitus, exutus patrio veſtimento, in lacum miſ-
ſus, in ſervitutem venditus evidens dominicæ In-
carnationis expreſſit indicium; eo quod ille di-
lectus Patri cùm eſſet in Dei forma, non rapinam A
arbitraretur eſſe ſe æqualem Deo, ſed ipſe ſe exi-
naniret, ut formam ſervi accipiens veniret, & ſe
uſque ad mortem crucis humiliaret: cujus pretio
& emtus & venditus à ſuis fratribus genus rede-
mit humanum. In cujus typo David minor elec-
tus ex fratribus, unctus in regnum, ſolus belli gra-
vis periculo, ſingulari certamine univerſum po-
pulum liberavit, triumphavit in decem millibus;
ita ut puellæ cum tympanis pſallerent: *Saul tri-* 1. Reg 18. 7.
B *umphavit in millibus, David in decem millibus*. Quæ
figura in illis juvenculis, niſi animarum quæ tri-
umphalem pſalmum concinunt Chriſto? Genuit
ex ſe filios, unum inceſtum, alium parricidam, eo
quod inceſtus & parricidalis populus adfixam pa-
tibulo crucis carnem proprii violaturus eſſet auc-
toris. Denique in tertio pſalmo Abeſſalon titu-
lus præmittitur, & paſſio Domini prophetatur.

13. Quid de Salomone ſancto loquar, cujus poſ-
teriora cùm gravi errore non careant, vulgus ta-
C men Judaicum ipſum exiſtimat veniſſe pro Chriſ-
to? Et quam multos gravis erroris offenſa revo-
cavit? Major itaque culpa plus profuit, ne ſupra
hominem crederetur, [a] qui vitio non caruiſſet hu- a
mano. Fuit igitur in eo invidioſa ſapientia, & cul-
pa ſuaſoria, quæ hominem comprobaret.

14. Quid igitur obſtat quominus etiam Beth-
ſabee ſancto David in figura ſociata fuiſſe creda-
tur; ut ſignificaretur congregatio nationum, quæ
non erat Chriſto legitimo quodam fidei copula-
D ta connubio, quòd [b] tranſverſarius quibuſdam fo- b
ret veſtibulis in cjus gratiam præter Legis ingreſ-
ſura præſcriptum, in qua nuda mentis ſinceritas,
& aperta ſimplicitas lavacri juſtificante myſte-
rio, veri David & regis æterni mentem traduce-
ret, laceſſeret caritatem? Merito venit occultus,
& qui falleret principem mundi, tamquam Uriam
illum qui interpretatione dicitur lumen meum,
transfigurantem ſe in Angelum lucis. Venit, in-
quam, in hunc mundum, & venit occultus, tam-
E quam adulter intravit, ut jus legitimum vendi-
caret.

CAPUT IV.

Davidis pœnitentiâ paulo fuſius commendatâ, nemi-
nem à lapſu immunem inveniri ſanctiſſimorum
virorum ſeductione palam facit.

15. DIſtinximus [c] allegationes validas, ut ar- c
bitramur, & in figura fuiſſe textum hu-
jus hiſtoriæ comprobavimus: nunc ſuperiora re-

a. Edit Era. ac Rom. *qui vitio caruiſſet humano*: Am. vero & Gill. cum mſſ ... *non caruiſſet* ... Commode. Hic enim ſubintelligi videtur, *ut pote*, vel ſimile quidpiam. Iterum ſequenti ſenſu edit Era Gill. & Rom. *culpa ſuaſoria*. Melius Am. & mſſ *culpa ſuaſoria*; quippe quæ ſuaſit ſeu probavit Salomonem ſupra humanam conditionem non eſſe. Hoc autem loco videtur Ambroſius de Salomonis, quem ſanctum appellare non dubitat, pœnitentia & ſalute nequaquam ambigere. Neque vero in ea ſententia ſolus eſt; eam enim defendunt Cyrillus Hieroſ. Cath. 2. & Hieronymus in cap. 43 Ezech. Idem Hieron. alibi etiam refert Judæorum opinionem de pœnitentia Salomonis, quem ea de causa ſcripſiſſe libros Proverbiorum atque Eccleſiaſtis arbitratur. Alii Patres multo majori numero illum ſine ulla pœnitentia defunctum, atque adeo æternæ damnationi addictum eſſe exiſtimant. In his numerari poteſt Tertull. lib. 2. cont. Marc. & alibi. Baſil. epiſt. ad Chilon. Cyprian lib. 1 epiſt. 5 atque alii, quos inter prætermittendus non eſt Auguſtinus, qui licet ex induſtria præclaros veteris Teſtamenti viros defendat, de Salomone tamen ita pronuntiat: *Vehementer eum arguit ſancta ſcriptura atque condemnat, nihilque de pœnitentia ejus vel indulgentia Dei omnino commemorat*. Denique non defuerunt qui mediam quamdam viam putarent ineundam, dicerentque tametſi peccato ejus nihil certius ſit, nihil autem incertius ejus pœnitentia, tamen quia de ipſius ſalute nihil Scriptura definiat, nec nos etiam de illa quidquam definire debere.

b. Mſſ. Dion Colb. Max. *adverſariis*: alii & edit. *tranſverſarius*. Iterum mſſ. Rom. & Colb. *præter Legis jura præſcripta*: Remig. Albin. & edit. Am. atque Era. *præter Legis jura præſcriptum*. Thuan. & Dion. *præter leges ingreſſura præſcripto*. Denique alii cum edit. Gill. & Rom. ut nos ſuperius. Porro myſterium in hoc adulterio exſtitiſſe agnoſcit etiam in Comment. in Luc. cap. 3 idem Ambroſius. Utrum autem myſterii ratione peccatum tolli credendum ſit vide quæ ad cap. 3 libri de Joſeph Patriarch. num. 13. adnotavimus.

c. Edit. *allegorias*. Mſſ. *allegationes*. Non dubium, quin intelligat allegoricas ſuperioris capitis hiſtorias; at forte ſuſpicetur aliquis pro *diſtinximus*, legendum *diſtrinximus*, id eſt, ſtrictim adtigimus, delibavimus. Attamen *diſtinximus* ita explicari poteſt, ac ſi legeretur, non confuſe, ſed ſuo quamque ordine retulimus.

A petamus, & tamquam exutum ſpiritalibus indumentis introſpiciamus errorem. Peccavit David, quod ſolent reges: ſed pœnitentiam geſſit, flevit, ingemuit, quod non ſolent reges. Confeſſus eſt culpam, obſecravit indulgentiam, humi ſtratus deploravit ærumnam, jejunavit, oravit, confeſſionis ſuæ teſtimonium in perpetua ſæcula vulgato dolore tranſmiſit. Quod erubeſcunt facere privati, rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audent ſuum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat qui B nullis legibus tenebatur humanis. Quod peccavit, conditionis eſt: quod ſupplicavit, correctionis. Lapſus communis, ſed ſpecialis confeſſio. Culpam itaque incidiſſe, naturæ eſt: diluiſſe, virtutis. *Quis gloriatur*, inquit, *caſtum ſe habere cor?* Nec unius diei infans mundus eſſe Scripturæ teſtimonio declaratur.

De pœn. diſt. 3. cap. Ille rex §. Quod peccavit. — *Prov. 20. 9.* — *Job. 14. 5.*

16. Da mihi aliquem ſine prolapſione delicti. Validiſſimus omnium Samſon legitur, qui leonem etiam ſuis manibus ſtrangulavit: ſed utinam C amorem ſuum ſuffocare potuiſſet. Meſſes incendit allophylorum, & ipſe mulieris unius arſit igniculo. Jephte victor ab hoſte remeavit: ſed vexilla referens triumphalia, ſuo victus eſt ſacramento, ut pietatem occurrentis filiæ parricidio remunerandam putaret. Primum omnium quid opus fuit tam facile jurare, & incerta vovere pro certis, quorum neſciret eventum? Deinde ad quid ſacramenta triſtia domino Deo reddit, ut cruentis ſolvat ſua vota funeribus?

Judic. 14. & ſeq.

D 17. Nec de ſacerdotibus ſilendum arbitror, ne noſtra videar diſſimulare delicta. Aaron ipſe ſummus ſacerdos (quo duce pariter ac Moyſe, Rubrum pedes mare tranſivit populus Hebræorum) rogatus à plebe ut deos ſibi faceret quos adorarent, aurum popoſcit, in ignem miſit, & caput vituli figuratum eſt, cui ſunt oblata ſacrificia. Quo indicio claruit auri cupiditatem materiam eſſe perfidiæ, & avaritiæ ſtudio ſacrilegia ſolere generari. Iterum tantus ſacerdos locum incidit of- E fenſionis cum ſorore ſua Maria. Nam dum fratri uterque obtrectat quod alienigenam accepiſſet uxorem, illico Maria * contagio maculoſæ carnis effloruit.

18. Quo loci evidentis fuit figura myſterii, quod ſacerdotalis ille populus patrum fraterno populo poſterioribus temporibus derogaret, Æthiopiſſæ illius neſciens ſacramentum. Nam ſi cognoviſſet, non reprehendiſſet, quod cum veteri myſterio conveniret. Itaque cùm Judæus eum qui ex F Gentibus credidit, dicit eſſe * communem, & vult à Lege ſecernere, lepram habet, quam non poterit evadere, niſi ſpiritalis ei legis agnitio ad veniam fuerit ſuffragata.

19. Ergo & David qui ſciret hominem ſe eſſe, natum lapſui, veniam poſtulavit: Domini autem non deſperavit miſericordiam.

CAPUT V.

Parabola quam Davidi propoſuit Nathan, exponitur; & Chriſto, ſuſceptaque ab eo carni humanæ accommodatur.

20. Nec parabola videtur à myſterio diſcrepare. Quis enim dives, niſi dominus noſter Jeſus, qui de ſe ait, ut hodie lectum eſt, quod *homo quidam cùm dives eſſet, abiit in regionem longinquam accipere regnum & reverti*. Et vere dives erat majeſtatis ſuæ opibus, & divinitatis propriæ plenitudine, cui Angeli & Archangeli, Virtutes & Poteſtates & Principatus, Throni & Dominationes, Cherubim & Seraphim indefeſſo obſequio ſerviebant. Sed tamen cùm dives eſſet, reliquit nonaginta novem in montibus oves, & unam ovem quæ laſſa remanſerat, requiſivit. Hanc princeps iſtius mundi, contemplatione illius divitis egenus & pauper, quaſi filiam alimentis propriis nutriebat. Merito itaque defecerat, cui ſubſtantia erat cibus ſæculi. Erraverat hæc ovis in Adam, inſidiis ſollicitata ſerpentis.

Luc. 19. 12.

21. Et non mala ovis, quæ erat Verbi plena, utpote * rationabilis hebdomadis filia, & ſancti munus aucturis; tamen non pretioſis aliquibus, ſed vilibus pauperis diu opibus alebatur. Denique *de pane ejus*, inquit, *manducabat, & de calice ejus bibebat, & in ſinu ejus dormiebat*. Non bona eſca Æthiopum, noxius calix aureus Babylonis, qui gentes inebriat: non utilis ſomnus eſt dormientibus, malo vigilare. Denique turbati ſunt omnes inſipientes corde, obdormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt. Hoſpitii igitur gratiâ, quia ſuſceperat hoſpitem, ut ei epulas exhiberet, illam pauperis ovem abſtulit. De ſuis enim vel gregibus vel armentis ſi quod animal immolaret, nobis prodeſſe non poterat, quos niſi immolaſſet, non redemiſſet.

2. Reg. 12. 3.

22. Infirmitates igitur noſtræ fragilitatis in ſua carne hoſpitali quodam ſuſcepit affectu, cujus levandæ causâ vel potius reficiendæ, carnem ſuam ſalutari illi obtulit paſſioni, ut & cibum nobis vitæ præberet æternæ. Et bene *agnam* dixit Scriptura, quia erat Virginis partus. Bene dignus morte pronuntiatur dives iſte judicio prophetico; quia & Caiphas prophetavit dicens: *Expedit unum hominem mori pro populo*. Solus autem dominus Jeſus tali dignus electus eſt morte, quâ tolleret peccatum mundi. Pulcre quoque addidit: *Agnam reſtituet*; quia carnem propriam reſuſcitavit, carnem illam virginalis integritatis reddidit. Nec illud otioſum quod ait: *In quadruplum reſtituet*. Quadruplatur enim reſurrectio mortuorum, ſicut docet Apoſtolus dicens: *Seminatur in corruptione, ſurgit in incorruptione: ſeminatur in ignobilitate, ſurgit in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurgit in virtute: ſeminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale*. Reſtituet plane in quadruplum agnam etiam illo modo quo poteſt jam homo dicere: *Si cui aliquid abſtuli, reddo quadruplum*.

Ibidem. — *Johan. 11. 50.* — *2. Reg. 12. 6.* — *1. Cor. 15. 42. & ſeq.* — *Luc. 19. 8.*

*. Id eſt, leprâ.

*. *Communem*, hoc loco interpretare impurum & pollutum, ut ea vox ſumitur Actuum cap. 10. ℣ 14. & alibi.

*. *Rationabilis hebdomadis*, id eſt ſpiritalis ac myſticæ, ſive, ut ſanctus Doctor frequenter loquitur, *intelligibilis hebdomadis*, veteris ſcilicet Teſtamenti. Nam per hebdomadam antiquum fœdus deſignari cum alibi ſignificat, tum epiſt. ad Horont. ubi legas: *Hebdomas veteris Teſtamenti eſt: octava novi* &c. Hic ergo totius loci ſenſus eſt: Natura humana etſi in Adamo lapſa fuerit, non tamen mala eſt, quippe quæ creata ſit in veteri Teſtamento, ſub quo & prædictiones promiſſioneſque incarnandi Verbi accepit, unde etiam dicitur *Verbi plena*.

2 Reg. 12. 6. Convenienter etiam illud adjecit: *Quia non peper-* A
cit; non enim pepercit ſibi Chriſtus, ut omnibus ſubveniret.

23. Ideoque dictum eſt à domino Jeſu Chriſto ad ſervum ſuum David, ut myſterium declararet:
2 Reg. 12. 12. *Quoniam tu hoc feciſti in occulto, & ego faciam hoc verbum coram omni Iſrael, & in conſpectu ſolis hujus.* Et primo quidem neſciens ſacramentum, commotus eſt David indignatione, ſed non erravit affectu. Poſtea vero ubi cognovit myſterium magnum, magnum enim ſacramentum Chriſti & Ec- B
cleſiæ, videns remiſſionem futuram omnium peccatorum, prævidens fulgorem gratiæ per lavacrum regenerationis, & infuſionem Spiritus ſancti, ait ſecurus veniæ: *Peccavi Domino*, ut & ipſe in eorum veniret conſortium, quibus culpæ remiſſio proveniret. Advertis quemadmodum peccatum proprium deploraverit? Quis igitur miretur ei eſſe dimiſſum?

CAPUT VI.

Bonos & malos hoc inter ſe differre, quod illos peccata ſequantur, hos præcedant; & quibus operibus David peccatum ſuum texerit.

24. NUnc conſideremus opera ejus quibus potuit tegere peccatum. Etenim quia non poteſt ſine peccato eſſe humana fragilitas, cavendum ne plura peccata ſint, quam opera virtutum. Quod magna vi ſapientiæ ſuæ ſanctus Pau-
1. Tim. 5. 24 lus expreſſit dicens: *Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad judicium, quoſdam au-* D
tem & ſubſequuntur, hoc eſt, non invenitur quiſquam illibatus à culpa: habet quis bona merita, habet & vitia atque peccata. Omnia itaque noſtra quaſi in trutina ponderantur: ſi bonis igitur factis peccata præponderant, præcedunt ad judicium; vergunt enim peccata quaſi in profundum, vergunt quæ manifeſta ſunt vel pondere atque acerbitate, vel multitudine. *Quoſdam autem*, inquit, *& ſubſequuntur*, hoc eſt, eos qui ſe egerint ſobrie, ſed fragilitate conditionis dederint E
aliquando etiam errori locum, bona facta præcedunt, mala ſequuntur. Hi honeſtiores, ſed tamen homines lapſi levioribus vitiis & erratis. Ergo juſtos ſequuntur peccata, non præeunt: injuſtos præcedunt. Præponderant peccata quæ vergunt: ſequuntur autem ſi quæ recte facta ſunt, quaſi quodam præjudicio peccatorum præeuntium prægravata. Similiter & facta bona manifeſta ſunt. Lucent enim opere virtutum, & ſplendore meritorum: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non F
poſſunt. Ergo talia non teguntur, non obumbrat ea caritas quæ operit multitudinem peccatorum, non operit bonorum operum gratia, non abſcondit virtutum multitudo, ſed quaſi nuda & intecta produntur. Non enim eſt in iis qui dicat:
Pſal. 16. 8. *Sub umbra alarum tuarum protege me.* Crux enim Domini omnes abolet atque abſcondit errores.

25. Quis igitur magis operuit & texit quam ſanc-
Pſal. 56. 2. tus David, qui & alibi ait: *Et in umbra alarum tuarum ſperavi, donec tranſeat iniquitas*: & ſic dilexit Dominum, ut nimia caritate peccatum omne tegeret atque abſconderet. Etenim ſi ſanctus apoſtolus Petrus lapſum ſuum confeſſione caritatis abolevit, & ille interrogatus à Domino dicente ei tertiò, *Simon Iohannis amas me*; ut quem ter- Joban 21. 16
tiò negaverat, tertiò fateretur, atque ita trino quodam dilectionis velamine lapſum trinæ negationis abſconderet; ſi quia ſemel Petrus flevit, veniam reportavit; quanto magis David, qui lavabat per ſingulas noctes lectum ſuum, & lacrymis ſtratum ſuum rigabat: cui erant lacrymæ ſuæ panis die ac nocte: qui cinerem tamquam panem manducabat, & potum ſuum cum fletu miſcebat? Etenim ſi ejus qui converſus ingemuerit, miſeretur Jeſus: ſi Petrum adſpexit, & ille flevit: quanto magis qui diu flevit, à conſpectu Domini non receſſit? Negavit Petrus, & non flevit; quia non reſpexerat Jeſus: negavit ſecundò, & non flevit; quia non reſpexerat Dominus: negavit tertiò, reſpexit Jeſus, & ſtatim flevit, & flevit amariſſime. Ideo David qui ſemper flebat, dicebat;
Oculi mei ſemper ad Dominum Qui ſemper videba- Pſal. 24. 15.
C tur à Chriſto, dicebat: *Per exitus aquarum deſcen-* Pſal. 118. 136
derunt oculi mei.

26. Sed jam etiam facta ejus conſideremus. Quis non tantarum laude virtutum unius criminis obumbraret invidiam? Divino electus examine, ſtatim probavit indignum ſe tanto non eſſe judicio. Proceſſit in prælium, & trepidantibus ceteris, ſolus allophylum Goliam verborum jactantiâ, & immanis corporis mole terribilem concurrente ſimul fide ac virtute proſtravit. Unius fortitudo
D facta eſt univerſorum victoria. Conferatur, ſi placet, privatum crimen, & triumphus omnium: mors unius, & tantorum quos liberavit à morte, vita populorum.

27. Veniamus ad alia. Inſidias patiebatur à rege, vitam ejus quærebat extinguere; ſed diſpoſitione divina in ejus rex poteſtatem traditus, cùm totus pateret ad vulnus, [a] ſeparatis ſociis David ſanctis occurrit, & à corpore perituri vulnus lethale retorſit dicens: Nolite tangere Chriſtum 1. Reg. 24. 7.
E Domini. Quin etiam inimici illius ultus eſt mortem, flebiliter ſatis deploravit interitum, & debitum ſibi imperium diu diſtulit, quod ſciebat Deo auctore deberi. Quo ſolo docuit omnes homines ad non præripiendum regnum, etiamſi debeatur; ſed exſpectandum ut ſuo tempore deferatur. Utinam hunc virum imitati eſſent poſteri, non tantas bellorum pertuliſſemus acerbitates! Arguis quod unum occiderit, non conſideras quod docuerit quemadmodum pax orbi Romano perpe-
F tua ſervaretur. Quam gravi adhuc luimus vaſtitate, quam publico quodam totius orbis funere appetiti necem [*] regis exſolvimus? Heu dira ſupplicia! Inde adhuc nobis barbarus hoſtis inſultat, dum parata adverſum ſe in nos arma vertuntur. Sic vires ceciderunt publicæ, ſic Romana virtus ſuis motibus fracta conſenuit, dum publico rapitur parricidio, quod paternæ ſollicitudinis religione ſuſcipitur. Idque eo uſque præcavit, ut cùm Adoniam filium regnum ſibi uſurpare compe
riſſet, & ferere conventus, non eum qui præripere geſtiebat, ſed eum qui exſpectaret, eligeret.

a Ita edit. Gill. ac Rom. cum multo maxima parte mſſ. Edit. vero Am. atque Era. *ſeparatus à ſociis David ſanctus occurrit* Mſſ. aliquot: *ſeparatis à ſociis David ſancto occurrit.*

*. Videlicet Gratiani imperatoris, ut diximus in Admonit. ad hunc librum.

28. Saltabat ante arcam Domini potentiſſimus regum, & cùm à propria reprehenderetur uxore, quod denudatus eſſet ante faciem puellarum, reſ-
[2. Reg. 6. 21.] pondit: *Coram Domino nudabor adhuc, & ero nugax ante oculos tuos; ut honorificetur*, inquit, *Dominus, qui me pro patre tuo adſcivit in regnum*, docens contuitum regalis potentiæ non habendum, ubi religioni exhibetur obſequium. Honeſtum eſt enim pro religione facere, etſi id incongruum poteſtati ſit.

29. Specta aliud memorabile. Parricida filius regnum patrium violenter invaſerat, cedebat primò pater ejus furori, & locum prælii declinabat; ut vel ſic impius à furore reſipiſceret. Bello quoque intereſſe noluit, rogavit ad prælium profecturos ut parcerent filio. Securus erat de victoria, qui rogabat ut parcerent: nec pietatis alienus, qui perire debere etiam impium filium non putabat. Flevit, & magno luctu deploravit exitum
[2. Reg. 18. 33.] parricidæ dicens: *Filius meus Abeſſalon, quis dabit mihi mortem pro te, filius meus Abeſſalon?* Vindicandum putabat eum qui pro paternæ vindicta pietatis occiderat.

30. Quam vero injuriæ patiens & doloris! Cedebat, ut dixi, filii ſui Abeſſalon furori, vallatus dextra lævaque validis bellatoribus. Maledicebat ei vir cui nomen Semei, cruentum appellans, & virum ſanguinis, dignoque judicio Domini dejectum eſſe de regno: ſed ne talibus quidem movebatur conviciis; movebantur autem comites ejus. Denique unus ex ſociis (Abeſſa nomen viro) minitatus eſt quod injuriæ pretium caput ejus
[2. Reg. 16. 10.] auferret: ſed rex converſus ad Abeſſa: *Quid mihi*, ait, *& tibi eſt, fili Sarviæ? Ideo maledicit mihi, quoniam Dominus dixit illi, ut maledicat.* Quam moraliter docuit quod injuriarum vel periculorum noſtrorum tempora, tentationum certamina, & examina probationum ſint; & ideo non ſine divino ea irrogari ſolere judicio? Exercetur bonus athleta conviciis, exercetur laboribus & periculis, ut dignus ſit cui deferatur corona juſtitiæ; & ideo ferenda patienter ſunt quæ putantur adverſa. Denique & alibi id te docet ſcriptu-
[Iob. 2. 10.] ra divina, dicente juſto: *Si bona accepimus de manu Domini, quæ mala ſunt cur non ſuſtineamus?*

[2. Reg. 16. 11. & 12.] 31. Et addidit ſanctus Propheta dicens: *Ecce filius meus qui exivit de ventre meo, quærit animam meam. Si autem Jemineus maledicit mihi, dimitte illum ut maledicat; quoniam dixit illi Dominus, ut videat humilitatem meam: & retribuet mihi Dominus pro maledicto hoc.* O altitudo prudentiæ! ô inſigne patientiæ! ô devorandæ contumeliæ grande inventum! Moveris, inquit, Abeſſa, quod mihi maledicat extraneus, quem parricidio petit filius: Dominus dixit ei ut maledicat mihi. Sed non eſt maledicus Dominus, nec delectatur contumeliis.

32. Vide quam ſingula diligenter cuſtodiat. Non accuſat Dominum quaſi auctorem injuriæ; ſed magis laudat [a] quod patiatur nos minora perpeti, ut majorum veniam peccatorum adipiſcamur. Ecce verborum contumeliâ parricidii levavit ærumnam, abſolvit procacem, cujus maledicta plus proſint, quæ divina remuneratione donantur. Quis ſecum talem non compenſet injuriam; ut quem homo læſit, eum Deus meliorum retributione ſoletur?

CAPUT VII.

De pugnis David contra gigantes, & aqua Bethleemitici lacus libatione; ex quibus aliiſque præclare factis concluditur ſuum ab eo peccatum tectum fuiſſe: præſertim cùm illud non cruento affectu patraverit, & poſtea ſe Deo, quam hominibus maluerit committere; nec non crimen ſibi dimiſſum ipſe docuerit.

33. ALia quoque ejus geſta conſideremus. Pugnavit adverſus progeniem gigantum, quando unus ex illis verſantem in prælio regem pene percuſſerat, quos auſus tamen adverſarius exceptæ pretio mortis exſolvit.

34. Hoc quoque percepto victæ gentis ferocis triumpho, iterum in valle Titanum bellum immane ſuſcepit, non minus adverſus hoſtem, quàm adverſus naturam. Sitiens enim cùm verſaretur in bello, quod biberet non habebat: *Quis mihi* [2. Reg. 23. 15.]
potum, inquit, *dabit de lacu qui eſt in Bethleem ad portas?* Erat autem inter lacum & ſanctum David interfuſus hoſtis, & media hoſtilium ſepta caſtrorum. Præciderunt tres viri multitudinem adverſariorum, & impleverunt aquam de lacu qui erat in Bethleem, & obtulerunt regi bibendam: ſed rex noluit bibere, & profudit illam Domino. Dignum etenim tanto munere fuit, ut quæ erat avidæ virtutis inſigne, fieret pietatis ſacrificium. Dixitque dignam prophetico ſpiritu ſententiam:
Non contingat mihi hoc facere, ne ſanguinem virorum [ibidem. 17.]
qui abierunt ex animis illorum, bibam. Vicit ergo naturam, ut ſitiens non biberet; & exemplum de ſe præbuit, quo omnis exercitus tolerare ſitim diſceret. Exercuit etiam ſubditos ad virtutis officium, ut etiam per pericula regali imperio voluntarii milites obtemperarent. Quod autem noluit bibere, declaravit propugnatorum militum ſe imperaſſe gratiâ, non ſitis victum neceſſitate: proſpexiſſe etiam ne cui regum bibendi uſus alienis periculis quæreretur. Poſtremo piæ vulnus conſcientiæ deprecatum, eo quod aqua tot virorum quæſita ſanguine, ſuavitatem bibendi habere non poſſet, quæ propoſitæ mortis horrore conſtaret.

35. Quod ſi altius velis ſpectare, & introſpicere myſterium, ſitiebat David non aquam de lacu qui eſt in Bethleem, ſed oriundum ex Virgine Chriſtum in ſpiritu prævidebat. Volebat ergo bibere non aquam fluminis, ſed potum gratiæ ſpiritalis, hoc eſt, non aquarum ſitiebat elementum, ſed ſanguinem Chriſti. Denique non bibit oblatam aquam, ſed Domino fudit, ſignificans ſitire ſe Chriſti ſacrificium, non naturæ fluentum: illud ſacrificium in quo eſſet remiſſio peccatorum, illum ſitire ſe fontem æternum, non qui periculis quæreretur alienis; ſed pericula aliena depelleret.

36. Tot igitur operibus tam mirandis unius ſanguinem tectum non credimus? Merito vox ſanguinis Abel juſti clamabat ad Dominum; quia nullis Cain impius bonis operibus tegebatur, quia

a. Mſſ. ſeptem, *quod patiatur. Nos minora perpeti nolumus, ut majorum* &c. Reliqui vero, uſque potiores cum edit. omnibus nobiſcum faciunt.

parricidalis erat, quia non confitebatur flagitium, A ſed negabat. David vero occiderat quidem virum minime reum: ſed occiderat non ſtudio crudelitatis impulſus; ſed ut obumbraret pudorem, tegeret verecundiam concupiſcentiæ. Non audeo dicere quod vi criminis fuerit oppreſſus (neque enim oppreſſus eſt, qui ſcivit quemadmodum à ruina illa peccati ſe poſſet levare) dico tamen quod vi tentationis inflexus ſit. Dixerat enim ſupra: *Proba me, Domine, & tenta me: ure renes meos & cor meum.* Et alibi: *Ego autem dixi in mea abun-* B *dantia, non movebor in æternum.* Et: *Igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas.* Voluit eum ſubjacere Dominus tentationi, ne ſupra hominem ſibi aliquid arrogaret; nam virtus in infirmitate conſummatur. Neque enim cruento fecit affectu: nihil minus ſancto Prophetæ adſcribi poteſt, qui etiam vitâ decedens ſuprema voce convenit Salomonem filium; ut innocentem ſanguinem à ſe tolleret, quem fuderat dux ejus exercitus Joab, quando Abenner, cùm de ineunda ſo- C cietate tractaret, dux licet adverſarii agminis infidus appetitus occubuit; quem flevit, & [a] poſt luctum ejus ambulans, depoſitis infulis poteſtatis, exequiarum juſta curavit. Quo facto docuit etiam adverſariis fidem promiſſam eſſe ſervandam, honorandam quoque & in hoſte virtutem. Nonne tam miti ſuæ hereditate pietatis, etiam hujus nævum deterſit erroris?

Pſal. 25. 2. *Pſal. 29. 7.* *Pſal. 16. 3.*

37. Quam præclarum autem, quod tribus oblatis ſibi conditionibus quam vellet eligeret, quan- D do numerato populo contraxit offenſam, cùm propoſitum eſſet utrum triennio famem ſuper terram fieri vellet, aut tribus menſibus fugere à facie inimicorum ſuorum perſequentium ſe, aut triduo fieri mortem in terra; tertium elegit, quod Domini ſe mallet, quam hominum committere poteſtati: Dominus enim cito miſeratus ignoſceret. Itaque ſic ait: *Anguſtia ſunt mihi valde in his tribus: ſed magis incidam in manus Domini (quoniam magna eſt miſericordia ejus valde) quam in ma-* E *nus hominum incidam.* Hac humilitate, prudentiâ, manſuetudine fecit, ut verbis Scripturæ utar, habere Dominum propriæ commotionis pœnitentiam. Denique ſic ſcriptum eſt: *Quia pœnitentiam habuit Dominus ſuper malitiam.*

2. Reg. 24. 14. *Hier. 26. 19.*

38. Quam vero illud etiam admirabile, quod Angelo ferienti plebem ſe obtulit dicens: *Grex iſte quid fecit? Fiat manus tua in me, & in domum patris mei.* Quo facto ſtatim dignus ſacrificio judicatus eſt, qui abſolutione æſtimabatur indi- F gnus. Nec mirum ſi tali ſua oblatione pro populo, peccati ſui adeptus eſt veniam, cùm Moyſes offerendo ſe Domino pro plebis errore, etiam plebis peccata deleverit.

De pœnit. diſt. 3. cap. Illud vero. *2. Reg. 24. 17.*

39. Texit igitur peccata ſua, an non? Sed quis hoc neget, cùm ipſe docuerit Propheta, quod remittantur iniquitates, tegantur peccata, non imputentur à Domino? Peccatum remiſſum ſibi A ipſe docuit, ſicut ſcriptum eſt: *Delictum meum agnoſco, & injuſtitiam meam non operui. Dixi, Pronuntiabo adverſùm me injuſtitiam meam Domino, & tu dimiſiſti impietatem cordis mei.* Si dixit, *Pronuntiabo*, & veniam meruit antequam pronuntiaret; quanto magis ubi de ſe pronuntiavit dicens: *Iniquitatem meam ego agnoſco*, remiſſum eſt ei omne peccatum? Licet ſpecialiter de hoc & Nathan propheta reſponderit: *Et Dominus tranſtulit peccatum tuum.*

Pſal. 31. 5. *Pſal. 50. 5.* *2. Reg. 12. 13.*

B 40. Ergo & remiſſionem meruit iniquitatis, & texit caritate atque operuit peccata ſua, & texit operibus bonis. Nec imputatum eſt ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiæ, ſed lapſus erroris. Deinde quia non fuit improbitatis æſtus, ſed umbra myſterii. Et tamen confeſſus eſt delictum ſuum, agnovit iniquitatem, vidit lavacrum, & vidit, & credidit. Dilexit multum, ut nimia caritate tegere quemvis poſſet errorem.

CAPUT VIII.

C *Cur pſalmus L. aliis quibuſdam in res anteriores compoſitis præmiſſus; & quæ myſteria in quinquageſimo numero comprehenſa? Quomodo Davidis exemplum agendam pœnitentiam doceat; quamve multipliciter mundetur quis ab iniquitate?*

41. [*] Sed jam ſe ipſe defendat, nam quinquageſimum pſalmum ad eam ſcripſit hiſtoriam. Et cùm priorum geſtorum ſuorum hiſtoriam ſubjecerit, ut de proditione Doech Syri, D cujus eſt titulus in pſalmo quinquageſimo primo, & Zyphæorum, quæ comprehendi titulo videtur pſalmi quinquageſimi tertii; iſtam quæ poſterior eſt, præmiſit hiſtoriam, cùm Doech ante prodiderit, vel Zyphæi, quam regnum David propheta ſuſciperet. Quandoquidem regem Saul fugiens, adhuc per diverſa ſecreta exſul errabat: Bethſabee autem cùm jam regnaret, accepit.

42. Cur ergo ſecundùm geſtorum ordinem pſal- E morum quoque ordo non quadrat? Quia non tam ordinem ordini, quam myſterium geſtis voluit convenire; ideoque numerum remiſſionis aptare huic voluit hiſtoriæ. Quinquageſimus enim numerus remiſſionis eſt numerus, ſicut in Evangelio Dominus ipſe nos docuit dicens: *Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta: non habentibus illis unde redderent, donavit utriſque. Quis ergo eum plus diligit?* Et in Lege habes, quia jubilæus dici- F tur numerus quinquaginta annorum recurſus, celebrabilis admodum, quo debita vacuantur, confirmantur Hebræorum libertates, poſſeſſionum refuſiones. Hunc numerum læti celebramus poſt Domini paſſionem, remiſſo culpæ totius debito, chirographo quoque vacuato, ab omni nexu liberi; & ſuſcipimus advenientem in nos gratiam Spiritus ſancti die pentecoſtes: [b] vacant jejunia, laus dicitur Deo, alleluia cantatur. Denique &

Luc. 7. 41. & 42. *Levit. 25. 10. & ſeq.* *36 quæſt. 2. cap. Denique.*

a. Remig. codex, *& poſt feretrum ejus ambulans*: reliqui atque omnes edit. *& poſt luctum* &c. id eſt, funebrem ejus pompam proſequens. Etenim *luctus* hoc loco non aliud ſignificat, quam in actis Apoſtolorum *planctus*, quo dicitur elatus Stephanus protomartyr. Iterum ubi cunctæ edit. & mſſ. longe plurimi, *exequiarum juſta curavit*, habent mſ. Bemg. *exequiarum buſta*, Albin. *luctus*, Carn. axe *ibias curavit*. Sed retinenda vox, *juſta*, quæ pro inferiis, ſeu exequiarum ceremoniis paſſim ab auctoribus uſurpatur.

*. Omiſſis primis duabus capitis hujuſce lineis quidquid ab his verbis, *cùm priorum geſtorum* uſque ad finem tractatus ſequitur, in claſſem enarrationum in pſalmos rejecerat Rom. editio.

b. Edit. Am. Gill. ac Rom. cum paucis mſſ. *vacante jejunio*: Era. & plures mſſ. *vacant jejunia*. Quo loco obſervare licet veterem Eccleſiæ ritum non jejunandi hiſce totis quinquaginta diebus qui inter feſta paſchatis ac pentecoſtes intercedunt, crebrius vero canticum Domini *Alleluia* per idem tempus in officio divino concinendi. Sed de his plenius lib. 8. Comment. in Evang. Lucæ, ad cap. 17.

Deut. 22. 29. puellæ pater illius quæ per vim, concubitus nulli A deſponſata pertulerit quinquaginta didrachmata argentea accipiet; ipſa autem in conjugio permanebit. Hoc ergo numero etiam vitia vertuntur in gratiam. Magnus igitur pſalmus, quo docemur quemadmodum agenda pœnitentia ſit.

Pſal. 50. 3. & ſeq. 43. *Miſerere*, inquit, *mei Domine, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. In multum lava me ab injuſtitia mea, & à delicto meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego* B *agnoſco: & delictum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci; ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in delictis peperit me mater mea.* Quis noſtrum etiamſi confiteatur delictum ſuum, non perſtringendum potius, quam repetendum putet? Quis ſecundò repetat, aut tertiò? Vide quot verſibus tantus Propheta peccatum ſuum reſonet, quam nullus verſus ſine confeſſione delicti ſit. Congeſſit omnia ſimul, iniqui- C tates ſuas & injuſtitiam perſonando, jungens delicta peccatis: atque ea ſæpe [a] repetendo, merito magnam miſericordiam poſcit: nec ſolum magnam miſericordiam, ſed etiam multitudinem miſerationum. Quod ergo peccatum talis non diluat deploratio, quam culpam precatio hujuſmodi non emundet? Ille pro uno peccato miſerationum multitudinem deprecatur: nos pro pluribus peccatis vix ſemel ejus miſericordiam credimus

Pſal. 135. 11. & 12. obſecrandam. Deinde legimus quia in virtute D ſua magna, & brachio ſuo excelſo populum ſuum de terra Ægypti liberavit, quando traduxit eum per mare rubrum, in quo fuit figura baptiſmatis. Si ergo virtus magna in figura fuit ſacramentorum, quanto magis in veritate eorum magna miſericordia eſt? Recte quoque illic poſcitur miſerationum multitudo, ubi multitudo peccantium eſt.

Pſal. 50. 4. 44. *In multum lava me ab injuſtitia mea, & à delicto meo munda me.* Non tam ſæpius, quam ple- E nius lavari petit, ut conceptam ſordem poſſit

Levit. 22. & 23. eluere. Noverat ſecundum Legem pleraque mundandi eſſe ſubſidia, ſed nullum plenum atque perfectum. Ad illud ergo perfectum tota intentione feſtinat, quo juſtitia omnis impletur, quod eſt baptiſmatis ſacramentum, ſicut ipſe docet dominus Jeſus. Nam cùm veniſſet ad Johannem, ait

Matth. 3. 14. Baptiſta: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad*

Ibidem. 15. *me?* Reſpondit Dominus: *Sine modo; ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam.* Sed poſteaquam F baptizatus eſt Chriſtus, & Spiritus ſanctus ſuper eum tamquam columba deſcendit, & Pater Filium ſignavit è cælo, juſtitia omnis impleta eſt. Ideo Propheta dicit: *In multum lava me ab injuſtitia mea.* Grandis enim ſqualor & macula non exiguo, ſed multo aufertur lavacro.

45. Quod ſi quis aliter accipere vult, poteſt ita ſuum formare intellectum: mundat ſermo divinus, mundat noſtra confeſſio; ille dum auditur, iſta dum promitur: mundat bona cogitatio, mundat honeſta operatio, bonæ quoque uſus converſationis. His mundatus unuſquiſque facilius haurit, & tamquam in ſe rapit ſplendorem gratiæ ſpiritalis. Denique non una infuſione velleris ſtatim pretioſus ſuccus irradiat: ſed primum ſucco ignobili vellus inficitur: deinde aliis atque aliis ſuccis naturalis ejus ſpecies frequenter eluitur, & diverſo ſæpius colore mutatur; ac ſic poſtea velut plenioris lavacri adhibetur infectio, ut purpuræ verior atque perfectior fulgor irrutilet. Sicut igitur muricum plurimorum in purpuræ infectione, ita in lavacro regenerationis miſerationum eſt multitudo cæleſtium, ut iniquitas deleatur. Itaque qui in multum lavatur, ab injuſtitia mundatur & à delicto, & peccandi quamdam inolitam ſtudiis ac moribus deponit habitudinem, & obliviſcitur qualitatem. Et bene lavatur ab injuſtitia vel iniquitate, quæ major eſt: mundatur & à delicto quod minus eſt.

CAPUT IX.

Paucos cum David peccata ſua agnoſcere; immo plures de illis gloriari: ſapientem delicti ſui numquam deponere memoriam; & quanta ſit conſcientiæ vis? Inter peccatum & iniquitatem diſcrimen eſſe; quove pacto illa baptiſmate ac pœnitentiâ caritati conjunctâ deleantur?

46. IDeoque addidit: *Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco: & delictum meum contra me eſt ſemper.* Non mediocre eſt, ut agnoſcat unuſquiſque peccatum ſuum. Ideoque & ſupra ait: Pſal. 50. 5.

Lapſus quis intelliget? id eſt, quis eſt tantus ut in- Pſal. 18. 13.

telligat? Quomodo illud: *Quis habitabit in taber-* Pſal. 14. 1.

naculo tuo, aut quis adſcendet in montem Domini? Non utique nullus, ſed rarus. Qui enim poteſt agnoſcere, poteſt declinare, poteſt quid ſequatur, eligere. Plerique in ſuis lapſibus gloriantur, & putant ea laudi eſſe quæ crimini ſunt. Si alienum coinquinavit thorum, & pudicæ feminæ expugnavit affectum, ſi viduæ propoſitum aliqua fraude mutavit: alius nece hominis, latrocinii inſidiis, & rapto vivere putat eſſe virtutis: nonnulli circumvenire ac fallere arbitrantur eſſe ſapientiæ. Ex his nullus poteſt dicere: *Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco:* ſed ille qui poteſt dolere quod fecerit, condemnare quod deliquerit, quem ſua vitia compungunt. Unde & Propheta ait: *Quæ* Pſal. 4. 5.

dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Plerique equorum cùm ceciderint, ſe jactare conſuerunt; & quos caſus non læſerit, jactando ſe debilitant & frangunt: alii (qualis græcorum equorum fertur natura) cùm vel * in certamine curuli eliſi fuerint vel fortuito ceciderint,

a. Mſſ Corb. ſed ſecunda manu, Alb. Ebr. & Vinc. *repetendo. Merito non ſolum magnam miſericordiam; ſed etiam multitudinem promeruit miſerationum.*

* Eorum qui in curuli certamine equos agitabant poſita in hoc erat induſtria, ut fervente equorum curſu tam perite flecterent currum, ut ejus modiolus proxime quidem ad metam accederet, minime tamen eam tangeret. Non enim impune illi erat, qui in eamdem impegiſſet. Siquidem contingebat non raro, ut frangeretur currus, exciderent equi, atque etiam interdum auriga miſere dilaceraretur. Pſeudoreſtis in ejuſmodi certamine laniati caſum elegantiſſime deſcribit Sophocles in Electra. Hinc etiam Homerus Iliad ψ Neſtorem inducit filio curſum agitaturo caute præcipientem qua ratione equos ab eo regi oporteat, ut ad præmium perveniat inoffenſus. Inter cetera autem ita commonet:

Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω,
Ὡς ἄν τοι πλήμνη γε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι
Κύκλου ποιητοῖο. λίθου δ' ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν,
Μή πως ἵππους τε τρώσῃς, κατά θ' ἅρματα ἄξῃς.

Hoc eſt, Equus ſiniſter urgeatur ad metam, ita ut ejus ſummam partem videatur elaboratæ rotæ modiolus tangere, in lapidem vero non impingat; ne quo modo & equos vulneres, & currum in terram dejectum frangas. Idem infra non incruentum unius è concurrentibus lapſum narrat, quem tibi adire, ſi libet, licet.

nequaquam ſe movere conſuerunt, & quamdam A tenent quietis & patientiæ diſciplinam. His ſi caſus non nocuit, quies prodeſt; certe non acerbatur offenſio. Nonne mutis animalibus deteriores æſtimandi, qui ſe in flagitiis ſuis jactant, & putant inſigne eſſe virtutis, ubi lapſus eſt criminis? Ideo quaſi muto dicitur jumento: *Peccaſti, quieſce.* Gen. 4. 7.

47. Unde pulcre addidit: *Et delictum meum contra me eſt ſemper.* Inſipiens enim delectatur erroribus ſuis, & novis vetera obumbrando, peccatis ſe B exiſtimat adjuvari; ideoque exſultat in crimine. At vero ſapiens adversùm ſe judicat eſſe delictum ſuum, & tamquam hoſtiles acies, ita lapſus culparum ſuarum adverſantium modo ſibi arbitratur obſiſtere. Quidquid perſonuerit, quidquid increpuerit, culpa ei propria ſemper occurrit: quidquid fuerit dictum aut lectum, in ſe dictum putat: quidquid intenderit, ſe nutu, ſe oculis ſignari putat. Si epuletur, ſi cogitet, ſi oret ac deprecetur, ante oculos ejus ſemper eſt error pro- C prius, & momentis omnibus culpa pulſat conſcientiam, nec quieſcere, nec oblivisci ſinit, velut gravis cenſor exagitat ſe terrore perpetuo. Omnia igitur adverſa habet, qui ipſe ſibi diſplicet, ipſe ſui accuſator, ipſe ſui teſtis eſt, nec invenit quo fugiat, qui ipſe ſe perurget, & ſtimulat. SED HOC bonæ mentis eſt, vulnus ſentire peccati. Nam qui expertes doloris ſunt, non ſentiunt vulneris acerbitatem, quod eſt immedicabilis ægritudinis: qui autem aliquo dolore punguntur, ſicut doloris D ſenſu non carent, ita etiam non carent ſanitatis profectu. Ubi enim doloris ſenſus, ibi etiam ſenſus eſt vitæ; ſentire enim vitalis vigoris ac muneris eſt. Unde & ille qui errorem ſuum non agnoſcit, inſanit, furit, deſipit: qui autem agnoſcit, utique reſipiſcit, non reſpuit remedia ſanitatis; ſed ſe ipſe reſtringit, pœnitet eum culpæ, de ipſa ſemper cogitat, & cogitando ſe ipſe condemnat. Juſtus enim in primordio ſermonis accuſator eſt ſui. Qui ſe accuſat, juſtus eſt: qui juſtus eſt, ſo- E brius eſt, ſanus eſt. Juſtus favere ſibi neſcit, rigorem judicii etiam circa ſe non novit inflectere, recordationem lapſus proprii perhorreſcit, & commiſſum erubeſcit errorem, omnem ejus memoriam pavet, metuit, reformidat: gravem ſibi ſe judicat, ſe ipſum arbitrum refugit, nec ſe ſe ſibi audet committere; quod nullum putat ſibi eſſe graviorem, quam eum quem latere non poſſit, fallere nun queat, fugere ac vitare non reperiat; [a] niſi ut ſe ſibi abneget, & Domini crucem tollat. F

48. Magna vis obnoxiæ conſcientiæ, magna ſupplicia. Timebant Adam & Eva; & cùm Domini vocem in paradiſo ambulantis audierunt, cupiebant ſe abſcondere, quos nemo quærebat. Cain quoque metuebat, ne omnis eum quicumque inveniret, occideret: ita in ſe ipſe ferebat ſententiam, quod dignus eſſet cui nullus ignoſceret. Unde bene ait: *Et delictum meum contra me eſt ſemper*, hoc eſt, ſine intervallo aliquo recordatio & ſpecies ipſa mei me erroris impugnant. Conſidera quomodo nos confundat, cùm aliquid deliquimus, quomodo incurſet oculos, quomodo in memoriam ſemper recurrat. QUEM COMMISSI A pudet, neſcit poſtea aliquid tale committere, unde ſimiliter erubeſcat.

49. Præcedit autem iniquitas, peccatum ſequitur. Radix eſt iniquitas, fructus autem radicis eſt culpa. Unde videtur iniquitas ad mentis improbitatem referri, peccatum ad prolapſionem corporis. Gravior iniquitas tamquam materia peccatorum, levius peccatum. Denique iniquitas per lavacrum remittitur, peccatum tegitur bonis factis, & tamquam aliis operibus obumbratur. Un- B de bene ſupra hic ipſe ait: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Psal. 31. 1. Caritas enim abſcondit errorem, & operit multitudinem peccatorum. Multa quoque caritas remittit etiam ipſa peccata, ſicut ſcriptum eſt de muliere, quæ ſuper Dominum fudit unguentum: *Remiſſa ſunt peccata ejus multa, quoniam dilexit multum.* Luc. 7. 47.

50. Sunt etiam qui accipiant priorem verſiculum de lavacro eſſe, ſecundum de pœnitentia. C Quâ etiam gratiâ Petrus qui ante fuerat baptizatus, interrogatur, poſtquam viſus eſt Dominum negaſſe: *Simon Iohannis diligis me? Dixit ei: Utique tu ſcis, Domine, quia diligo te.* Iohan. 21. 15. & ſeq. Et iterum interrogatur: *Simon Iohannis, diligis me?* Et iterum reſpondit: *Tu ſcis quia amo te.* Et tertiò interrogatur: *Simon Iohannis, amas me?* Et contriſtatus eſt, *quia dixit ei tertiò: Amas me; & dixit ei: Domine, omnia tu ſcis, tu noſti quia amo te.* Et dictum eſt ei trina vice: *Paſce oves meas; ſequere me*, Ibidem. 18. quaſi D qui peccatum ſuum nimia caritate texiſſet. Nec otioſe poſt confeſſionem nimiæ caritatis jubetur plebem regere, qui etiam turbatus non amiſerat, quemadmodum ipſe ſe regeret? Hæc propter gratiam diximus caritatis, eo quod peccatum tegat. Denique nonnulli ideo trinam interrogationem dilectionis factam eſſe dixerunt, quia trina fuerat negatio; ut trinæ lapſum negationis profeſſio caritatis toties repetita deleret.

CAPUT X. E

David licet legibus humanis liberum, ſe tamen Deo ſubjeciſſe, cui ſoli peccavit; & quot modis ultimum hoc intelligendum? Magnum ſcelus præſente Deo peccare: qui peccatorem ſe neget, mendacii ab eo accuſari ipſum Deum, cujus patientia & moderatio commendatur: ad hæc Deum ab illo etiam juſtificari, qui pœnitentiam agat erroris.

51. SEquitur, *Tibi ſoli peccavi.* Psal. 50. 6. Rex utique erat, nullis ipſe legibus tenebatur, quia liberi F ſunt reges à vinculis delictorum; neque enim ullis ad pœnam vocantur legibus, tuti ſub imperii poteſtate. Homini ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius. Sed quamvis tutus imperio, devotione tamen ac fide erat Deo ſubditus: & legi ejus ſubjectum ſe eſſe cognoſcens, peccatum ſuum negare non poterat; ſed quaſi reus cum amaritudine fatebatur, qui ſciret majoribus vinculis ſe teneri, quia majora deberet; quoniam plus ab eo exigitur, cui plus commiſſum eſt. Poſſumus etiam & ita accipere. Quis me dijudicat, cùm omnes ſub peccato ſint? Denique Dominus de illa adultera: *Qui ſine peccato*, inquit, *eſt, prior lapidem* Joan. 8. 7

a. Sic ediz. omnes ac plerique mſſ. At Corb. Alb. Ebr. & Vinc habent: *niſi ut obnoxium ſe conſcientia fateatur. Magna ſupplicia timebant* &c.

eam. Et nemo eam lapidavit. Hoc igitur ait Propheta : *Tibi ſoli peccavi*, qui ſolus ſine peccato es. Qui autem peccato obnoxius eſt, quaſi peccatorem non poteſt judicare. Inexcuſabilis eſt enim omnis homo qui in alio ea quæ agit ipſe, condemnat ; in quo enim alium judicat, ſemetipſum adjudicat. *Tibi*, inquit, *peccavi*, *& malum coram te feci ; ut juſtificeris in ſermonibus tuis*, *& vincas cùm judicaris*. Tibi peccavi, qui me ad virtutis ſtudia provocaſti, qui me erudiſti in lege tua. *Tibi ſoli peccavi*, quem ſolum abſcondita cogitationum, & mentis occulta non fallunt.

Pſal. 50. 6.

52. *Et malum coram te feci*, quem ſolum ſanctificatio decet. Hominis teſtimonium declinamus, & in conſpectu tuo ea quæ ſunt indigna committimus. Injuria eſt homini ſpectare flagitia. Deum arbitrum omnium eſſe ſcimus, & eo ipſo teſte, peccamus : & tamen in his juſtificatur magis dominus Deus noſter ; quia injuſtitia noſtra Dei juſtitiam commendat, & mendacium noſtrum concelebrat veritatem Dei. Sit enim Deus verax, omnis autem homo mendax.

53. *Ut juſtificeris in ſermonibus tuis*. Sermones Dei pleni veritatis ſunt atque juſtitiæ, ideoque vera ſunt quæcumque locutus eſt Dominus de fragilitate humana ; quia inclinatum eſt cor eorum ad nequitiam, propendet ad fraudem ; & quia definivit eo quod non ſit homo qui non peccet : *Omnes* enim *declinaverunt*, *& inutiles facti ſunt*. Ideo vincit dum judicatur, quoniam prolapſione univerſorum probavit quæcumque de noſtra judicavit fallacia. Ergo ſi dixerimus quia iniquitatem fecimus, juſtificamus Deum in ſermonibus ſuis ; ſi autem dixerimus quia non peccavimus, mendacem facimus Deum : ſed impoſſibile eſt mentiri eum : nos igitur omnes ſub peccato eſſe manifeſtum eſt.

Pſal. 13. 3.

54. Quantum igitur crimen, ut homo peccatorem ſe neget ? Quoniam quantum in ipſo eſt, ſummi Dei videtur arguere ac refutare mendacium, qui tam moderatus & patiens eſt, ut vincat cùm judicatur. Venit enim ad judicium Deus & dicit : *Popule meus quid feci tibi*, *aut quid contriſtavi te*, *aut quid moleſtus fui tibi ? Quia eduxi te de terra Ægypti*, *& de domo ſervitutis liberavi te*, *& miſi ante faciem tuam Moyſen*, *Aaron*, *& Mariam. Plebs mea*, *in mente habeto quid cogitaverit de te Balach*. Singula in conſpectu tuo locat beneficia ſua, ut tamquam de his judices quæ ſervare debueras, quo magis reus fias, qui divinis non potueris ſtare beneficiis. *Quid feci*, inquit, *tibi ?* Tamquam reum ſe conſtituit, & te judicem. *Aut quid contriſtavi te ?* Offenſi vultus non abnuit crimen, ſi tu Deo es contriſtatus auctore. *Aut quid moleſtus tibi fui ?* Interpellationis injuriam confitetur, ſi moleſtior æſtimata eſt : addidit beneficia quorum gratiâ non erubuit, qui exiſtebat ingratus. In hac quoque cauſa conſidera quomodo Dominus ſe ipſi David judicandum præbuit, ut vinceret ; dicit enim Nathan : *Hæc dicit dominus Deus Iſrael : Ego unxi te in regem ſuper Iſrael*, *& ego liberavi te de manu Saul*, *& dedi tibi omnia quæ erant domini tui*, *& uxores illius in ſinum tuum dedi*, *& dedi tibi domum ipſius Iſrael ; & ſi pauca ſunt*, *adjiciam tibi. Et quare pro nihilo duxiſti Dominum*, *ut faceres nequiter in conſpectu ejus ?* Horum commemoratione conventus, cùm videret inferiorem ſe eſſe, cùm judicaret, ait : *Peccavi Domino*. Ita juſtificavit Dominum, qui peccatum ſuum negare auſus non eſt.

Mich. 6. 3. & ſeq.

2. Reg. 12. 7. & ſeq.

Ibidem 13.

55. Poſſumus & ita accipere : juſtificat Dominum qui peccatum ſuum fatetur. Denique in Evangelio habes quia publicani juſtificaverunt Deum, baptizati baptiſmo Johannis. Baptiſta autem Johannes baptiſmum fecit pœnitentiæ. Qui autem agit pœnitentiam delicta non abnuit. Ergo quia David contra ſe habebat ſemper delictum ſuum, utique non negabat quod & erubeſcebat, non negabat quod & agnoſcebat. Non negando autem utique commiſſi pœnitentiam gerebat erroris ; atque ita confitendo delictum, juſtificabat Dominum, & ipſe juſtificabatur à Domino. Juſtificatur enim Dominus, dum ejus prædicatur juſtitia, & ab eo venia poſtulatur. Simul & ipſe juſtificat confitentem, & juſtificatur in ſermonibus ſuis, ſicut ſcriptum eſt : *Dic iniquitates tuas*, *ut juſtificeris*.

Luc 7. 29.

Eſai 43. 26.

CAPUT XI.

Prophetæ verbis doceri, qui in iniquitate non concipiatur, eſſe neminem. Utrum parentum an prolis ea ſit iniquitas, à qua ſolus Chriſtus immunis fuiſſe oſtenditur ?

56. SEquitur : *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum*, *& in delictis peperit me mater mea*. Quis tanto affectu agit pœnitentiam ? Humi ſtratus jacuit fuſus in lacrymas, cibum non guſtavit, lavacro ſe abdicavit. Quid jam reliqua dicam, [a] quod abſtinuerit ornatu & comitu regio ? Adjunxit confeſſionem iniquitatis ſuæ, & in perpetua ſæcula toto canendam orbe tranſmiſit. *Ecce*, inquit, *in iniquitatibus conceptus ſum*, *& in delictis peperit me mater mea*. [b] *Averte faciem tuam à peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele. Ne projicias me à facie tua*, *& Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Libera me de ſanguinibus Deus*, *Deus ſalutis meæ*. Antequam naſcamur, maculamur contagio ; & ante uſuram lucis, originis ipſius excipimus injuriam, in iniquitate concipimur : non expreſſit utrum parentum, an noſtrâ. Et in delictis generat unumquemque mater ſua : nec hîc declaravit utrum in delictis ſuis mater pariat ; an jam ſint & aliqua delicta naſcentis. Sed vide ne utrumque [c] intelligendum ſit. Nec conceptus iniquitatis exſors eſt, quoniam & parentes non carent lapſu. Et ſi nec

Pſal. 50. 7.

S. Aug. lib. 4 ont duas ep. ſ Pelag. lib. 11.

a Omnes edit. ac mſſ longe plurimi, *quod abſtinuerit ab ornatu & comitatu regio* : omnium probatiſſima .... *& comitu regio*. Utrumque non male.

b. Tres ſequentes 2. pſalmi verſiculos omiſerant Rom. editiones.

c In totum hunc locum mſſ ac vet. edit. conſentiunt : cum vero edit. Rom. invexit in hunc modum, *intelligendum ſit ; quoniam & parentes non carent lapſu*, *nec conceptus iniquitatis exſors eſt. Nam ſi nec unius diei infans ſine peccato eſt*, *multo magis nec illi materni conceptus dies ſine peccato ſunt. Bonum quidem conjugium*, *ſancta copula ; quia honorabile connubium*, *& thorus immaculatus : ſed tamen qui habent uxores*, *ita ſint ac ſi non habentes : & nemo alterum fraudare debet*, *niſi forte ad tempus*, *ut vacent orationi*, *& iterum in unum convenire*, *ne tentet ſatanas propter incontinentiam. Concipimur ergo in peccatis parentum*, *& in delictis eorum naſcimur. Sed & ipſe partus habet contagia ſua*, *nec unum tantummodo habet ipſa natura contagium. Unde in Lege dies partus*, *& plerique alii à ſacrificio feriati ſunt : mulier enim quæ generavit*, *non* [illegible] *in diebus purgationis ſuæ offerre ſacrificium*, *nec ingredi Sanctuarium*, *donec legitimo ritu mundetur à fœtu.*

unius diei infans ſine peccato eſt, mulro magis A nec illi materni conceptus dies ſine peccato ſunt. Concipimur ergo in peccato parentum, & in delictis eorum naſcimur. Sed & ipſe partus habet contagia ſua, nec unum tantummodo habet ipſa natura contagium. (5 Aug. lib. 2 cont. Jul. Pel. cap. 7.) Bonum quidem conjugium ſancta copula: ſed tamen qui habent uxores ita ſint, ac ſi non habentes. Ipſe thorus incoinquinatus: & nemo alterum fraudare debet eo, niſi forte ad tempus, ut vacent orationi. Tamen ſecundùm Apoſtolum non vacat orationi quis eo B tempore, quo uſum corporeæ illius conventionis exercet, & mulieris menſtruatæ coinquinatus eſt pannus, nec poteſt illis diebus purgationis ſuæ offerre ſacrificium. Et mulieris quæ generaverit dies partus & plerique alii à ſacrificio feriati ſunt, donec legitimo ritu feta mundetur.

57. Ideo in quo voluit Dominus nulla bujuſmodi originis eſſe contagia, dicit illi Dominus: (Hier. 1. 5.) *Priuſquam te formarem in utero matris tuæ, novi te: & priuſquam exires de vulva, ſanctificavi te, & pro-* C *phetam in gentibus poſui te.* Quis tantus, cui tam magna delata ſunt? [a] Numquid Hieremias? Sed ille non utique in gentibus propheta propoſitus; ſed in Judæa tunc temporis, nunc autem etiam in nationibus, quæ in Jeſum Chriſtum dominum crediderunt. Vide tamen ne illi dicatur, qui antequam naſceretur ex Virgine, jam dudum erat, & erat ſemper, & operabatur etiam in utero Mariæ conſtitutus; & ita ſanctus erat, ut ſanctificaret prophetas ſuos: in quo ſolo & conceptus vir- D ginalis & partus ſine ullo fuit mortalis originis inquinamento. (5. Aug. lib. 4 con: duas ep. Pelag. c. 11.) Dignum etenim fuit, ut qui non erat habiturus corporeæ peccatum prolapſionis, nullum ſentiret generationis naturale contagium. Merito ergo David flebiliter in ſe deploravit ipſa inquinamenta naturæ, quod prius inciperet in homine macula quàm vita.

CAPUT XII.

Confitenti peccatum cæleſtia ſacramenta divinitus pa- E *tefieri: cùm hæc incerta in pſalmo dicuntur, ſignificari non eſſe manifeſta; ſed præcipue hoc loco baptiſmatis lavacrum præfigurari.*

58. Dum hæc dicit, & peccatorum ſpecialium atque communium colluviem confitetur, ſubitò ei ſplendor veritatis, & candor gratiæ ſpiritalis affulſit. Supergreſſus enim umbram, ſpiritu prophetico ipſa vidit myſteriorum ſacramenta cæleſtium, quorum typum Moyſes F præfiguravit in Lege. (Exod. 24. 7 & ſeq.) Vulneratus igitur caritatis vulnere, & indagandæ captus veritatis cupiditate, in ſuperiora ſuæ mentis extendit intuitum, & in futura proſpiciens, theſauros ſapientiæ & ſcientiæ vidit in Chriſto, prævidit baptiſmatis ſacramentum, & miratus gratiam exclamavit ſubito dicens: (Pſal. 50. 8.) *Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & oc-* A *culta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Non incerta myſteria, quia certa ſunt; nec incerta ſecreta & arcana ſapientiæ, ſed non manifeſta. Hoc enim ſignificat, quia nullis adhuc eſſent manifeſtata. Quod enim oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit, hoc præparavit Deus diligentibus eum. Videns igitur ea dicit: Ecce jam non in umbra, nec in figura, nec in typo, ſed in veritate lux aperta reſplendet: ecce nunc veritatem adſpicio, ſplendorem veritatis agnoſco: B nunc te majori, domine Deus noſter, veneror affectu. *Ecce enim veritatem dilexiſti*, non per ſpeculum, non in ænigmate, ſed facie ad faciem te mihi, Chriſte, demonſtraſti: in tuis te invenio ſacramentis. Hæc ſunt tuæ vera ſacramenta ſapientiæ, quibus mentis occulta mundantur.

59. Itaque jam lætus atque ſecurus, quod [*] vibraſſet ei ſapientiæ plenitudo, dicit ad Dominum: *Adſperges me hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.* (Pſal. 50. 9.) Bene & veteris Teſta- C menti ſacramenta non evacuat, & Evangelica docet myſteria præferenda: hyſſopo mundari ſecundum Legem poſtulat: (Exod. 12. 22.) lavari ſecundum Evangelium concupiſcit; & ſupra nivem ſe exiſtimat, ſi lotus fuerit, dealbandum. (Levit. 14. 6.) Per hyſſopi faſciculum adſpergebatur agni ſanguine, qui mundari volebat typico baptiſmate. Lavatur autem qui diluitur æterni fontis irriguo; & ſupra nivem dealbatur, cui culpa dimittitur. Denique de ipſa anima dicitur: (Cant. 8. 5.) *Quæ eſt hæc, quæ adſcendit dealbata?* Ante- D quam baptizaretur, ipſa eſt quæ dicebat: (Cant. 1. 4.) *Nigra ſum & decora, filia Hieruſalem.* Erat enim nigra, tenebroſa, peccatorum horrore deformis: ſed poſteaquam abluta per baptiſmum remiſſionem meruit delictorum, dealbata adſcendit ad Chriſtum. Inde & per Eſaiam Dominus locutus eſt dicens: (Eſai. 1. 18.) *Si fuerint peccata veſtra ſicut phœnicium, ut nivem dealbabo*, id eſt, ſi cruenta, ſi tetra, mundabo. Hæc eſt nix intelligibilis, de qua ait quod domini Jeſu in Evangelio refulſerint veſtimenta ſi- (Matth. 17. 2.) E cut nix; eo quod peccatum non [b] cognoverit. Caro enim qua ſe induit, ab omni fuerat munda delicto. Quid miraris ſi vidit baptiſmatis ſacramenta; cùm ſupra dixerit, ubi deſcripſit paſſionem Domini: (Pſal. 22. 2.) *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco viridi ibi me collocavit, ſuper aquam refectionis educavit me.* Et alibi: (Pſal. 28. 3.) *Vox Domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit.* Et de ipſo [*] ſacramento plenius dixit: (Pſal. 22. 5.) *Paraſti in conſpectu meo menſam, impinguaſti in oleo caput meum, & poculum tuum inebrians, quam* F *præclarum eſt?*

[a] Ita mſſ. ac edit. omnes, excepta Rom. ubi legitur: *Numquid Hieremias? Non utique. Ille enim non in gentibus propheta propoſitus, ſed in Judæa tantum; licet nunc etiam in nationibus . . . Vide igitur* &c.

[*] *Vibraſſet*, ſupple *radios*, id eſt, illuxiſſet.

[b] Ita edit. Gill. ac Rom. cum mſſ. aliquot. Edit. Am. atque Era. *non cognoverit caro ejus, quando ſe induit veniens in hunc mundum, ab omni* &c. Quatuor mſſ. *non cognoverit caro ejus, quâ ſe induit . . . ab omni fuerit* &c. Non male ſi addatur conjunctio, *&*, quam habet Corb. ſecunda manu. Melius tamen Vinc. . . *quia quando ſe induit* &c. *fuerat munda delicto*, à quo non multum recedit Alb. alter ludens his verbis: *cùm profecto quando ſe induit . . . fuerit mundata delicto.*

[*]. Euchariſtiam ſignificat, quam etiam alii Patrum ſimpliciter & per antonomaſiam *ſacramentum* conſueruni appellare. Nec ſolum hoc loco ita loquitur Ambroſius, ſed cum alibi ſæpe, tum in lib. de Initiandis cap. 8. & 9. ubi etiam hunc ipſum locum profert ad eum modum: *Venit igitur* (ſcilicet plebs baptizata) *& videns ſacroſanctum altare compoſitum, exclamans ait: Paraſti in conſpectu meo menſam. Hanc loquentem inducit David dicens: Dominus paſcit me . . . Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos* &c.

CAPUT XIII.

David ſolo futura remiſſionis auditu recreatus, fore ut oſſa humiliata exſultent, prædicit; & quæ ſint illa? Rogandum Deum ut faciem avertat à peccatis noſtris, illam vero ad nos convertat: item ſicut peccatum, ita & iniquitatem quæ ejus origo eſt, triplici ratione tolli, quæ aperitur.

60. MErito ergo iſtic quoque exſultans ait:
Pſal. 50. 10. *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam:*
Matth. 24. 35. *& exſultabunt oſſa humiliata.* Probaſti, domine
Jeſu, quia numquam verba tua præterєunt. Pro-
Matth 13. 17. baſti illud Evangelicum quod dixiſti: *Multi pro-*
phetæ & juſti voluerunt videre quæ videtis, & au-
dire quæ auditis. Ecce David ſolo lætatur auditu,
quia futura eſſet peccatorum remiſſio, & prophe-
tat quia exſultabunt oſſa humiliata. Sicut omnia
Pſal. 34. 10. juſti oſſa dicent: *Domine, quis ſimilis tibi*; ſic ex-
a *ſultabunt oſſa humiliata*, [a] humiliantis ſcilicet ani-
mam ſuam juſti. Dicuntur ergo oſſa virtutes: di-
cuntur oſſa velut quidam animi motus, vel ani-
mæ, qui motus humiliantur peccatis, & exſul-
tant gratiæ cæleſtis munere: dicuntur & oſſa po-
puli Eccleſiarum; unde habes dictum & in pſal-
Pſal. 138. 15. mo: *Non eſt abſconditum os meum, quod feciſti in*
abſcondito. Os ſuum Eccleſiam dixit, & plebis de-
votæ conventus ſacros; quoniam ſumus membra
corporis Chriſti de carne ipſius, & de oſſibus ejus.
Hoc igitur dicit, quia Eccleſia Domini omnia
opera divina cognoſcet, & fidem reſurrectionis D
accipiet.

Pſal. 50. 11. 61. Sequitur: *Averte faciem tuam à peccatis meis,*
& omnes iniquitates meas dele. Uſitata eſt depreca-
tio, ut eos quos læſimus, oblivіſci offenſionis pro-
priæ poſtulemus. Moraliter ergo Deum rogat
Propheta, ut avertat faciem ſuam à peccatis ejus,
& tamquam oblivia peccatorum ejus adſumat.
Sed quia omnia ſpectat, & nihil eum præterit,
oblivіſci non poteſt, ſicut nos, quos brevi inter-
vallo temporis eorum quæ cognoverimus, me-
moria ſubterfugit. Ideo bene ait ut faciem ſuam
avertat, non ab ipſo, ne deficiat deſtitutus: ſed
à peccatis, ut vires non poſſint habere peccata
ipſius. Quos enim adſpicit Dominus, illuminat,
& in vultu Domini pietas atque indulgentia eſt.
Pſal. 16. 2. Ideoque hîc ipſe ait: *De vultu tuo judicium meum*
prodeat; de vultu enim Domini venia, non pœna
procedit. Rogandus eſt ergo ut nos adſpiciat,
avertat autem faciem ſuam à peccatis noſtris, ut
deleat ea. Quæ enim non adſpicit, delet; & quæ
deleverit, ea memoria ſepeliuntur, ſicut ipſe
Eſai. 43. 25. Dominus ait: *Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates*
tuas, & memor non ero: tu autem memor eſto, & ju-
dicemur.

De pœnit. diſt. 3. cap. ille rex §. Peccatum aut donatur. 62. Peccatum autem aut donatur, aut deletur,
aut tegitur: donatur per gratiam, deletur per ſan-
guinem crucis, tegitur per caritatem. Similiter &
iniquitas, quæ æſtimatur habitudo mentis injuſ-
tæ. Licet Johannes in epiſtola eum qui fecerit pec-
A catum, & iniquitatem feciſſe dixerit, ſicut habe-
mus ſcriptum: *Omnis qui facit peccatum, & iniqui-* 1. Johan. 3. 4.
tatem facit, peccatum eſt iniquitas, quia in pec-
cato ipſo iniquitas eſt: tamen ut nobis videtur,
[b] peccatum opus eſt iniquitatis, iniquitas autem b
operatrix culpæ atque delicti. Plus eſt ergo ut ip-
ſa iniquitas deleatur, excidatur radix & ſemina-
rium peccatorum: mala tollatur radix, ne malos
fructus faciat: aboleatur erroris omnis affectus,
univerſa iniquitatum genera tollantur.

B 63. Itaque quemadmodum intrans in animam
ſapientiæ diſciplina imprudentiam tollit, & ſcien-
tia ignorantiam: ſic perfecta virtus iniquitatem,
& remiſſio peccatorum delet omne peccatum.
Unde præclare Apoſtolus ait: *Quia donavit nobis* Coloſſ. 2. 14.
peccata dominus Ieſus, delens chirographum decreti,
quod erat contrarium nobis, & ipſum, inquit, *de me-*
dio tulit, affigens illud cruci. Delevit ſanguine ſuo
atramentum Evæ, delevit obligationem heredi-
tatis obnoxiæ. Fides igitur peccatum minuit. Et
C ideo Dominus dimittens peccata dicebat: [c] *Fiat* Matth. 8. 13.
tibi ſecundum fidem tuam. c

CAPUT XIV.

Cor mundum ſolis ineſſe renovatis, atque inibi quænam ſint viſcera, quiſve ſpiritus, quorum hoc loci ſanctus Propheta meminit? Averſum Domini vultum, gravis ſupplicii loco eſſe; & quomodo idem à facie ſua projiciat? Atrociſſima huic pœnæ quinam obnoxii? Poſt quæ nonnihil perſtringitur de libertate ac unitate voluntatis in Trinitate.

64. SEquitur: *Cor mundum crea in me Deus, &* Pſal. 50. 12.
ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.
Superius mundari ab occultis ſe petit: hîc poſtu- Pſal. 18. 13.
lat cor mundum creari ſibi, quod ei provenit qui
renovatur ſpiritu; in novo enim homine cor mun-
dum eſt, in quo veterum delictorum fuerit dele-
ta colluvies, nec inſcripta remanſerit aliqua ini-
quitatis effigies. Grande autem munus eſt, cordis
E eſſe mundi. Unde pulcre Salomon: *Quis gloriabi-* Prov. 20. 9.
tur caſtum ſe habere cor? Et Dominus in Evange-
lio: *Beati mundo corde, ipſi enim Deum videbunt.* Matth. 5. 8.
Propheta etiam David cor mundum habere cu-
piebat, ne à facie Domini projiceretur.

65. In quo autem cor mundum eſt, innovatur
in ejus interioribus ſpiritus. Viſcera enim velut [d] d
interiora ſunt corporis: ita ſunt & intelligibilia Coloſſ. 3. 12.
viſcera animæ, ut ſunt viſcera miſericordiæ, ut
ſunt interiora quæ benedicunt Dominum, de qui-
F bus ait: *Benedic anima mea Dominum, & omnia in-* Pſal. 102. 1.
teriora mea nomen ſanctum ejus. Viſcera autem ani-
mæ adinventiones ſenſuum ſunt, bonæ cogitatio-
nis ſtudia, virtutum perſeverantia, poſtremo il-
læ quæ græce ὑπομονή dicuntur.

66. Rectus autem ſpiritus qui bene dirigit, qui
deducit in viam rectam hic eſt ſpiritus veritatis;
vel certe recta hominis conſcientia nullis inflexa
peccatis, vel ſpiritus qui in homine eſt. Non præ-
termiſimus quid alii ſentiant; tamen nobis vide-

a Edit. Rom. hunc locum exhibet in hanc formam. *humiliantes enim animam ſuam juſti dicuntur: ergo oſſa virtutes dicuntur: oſſa enim velut quidam animi motus humiliantur peccatis, & exſultant gratia* &c. Aliæ vero cum mſſ. ſummopere conſentiunt, præterquam quod alibi legas, *humiliantes .... oſſa virtutes*, alibi autem, *humiliantis ..... oſſa virtutis* Neque nobis viſum eſt ab ipſis recedendum, niſi in punctuatione quam, ut ſenſus clarior fieret, non nihil immutavimus.

b Omnes edit. & mſſ. aliquot, *omne peccatum eſt iniquitas*: alii mſſ. majori numero & antiquitate, *peccatum opus eſt iniquitatis.....* *Plus eſt ergo.* Gratian. *Prius eſt ergo* &c.

c Edit. Rom. *Confide fili remittuntur tibi peccata tua*

d. Ita vet. edit. & antiquiſſimi mſſ. Rom. autem edit. cum recentioribus mſſ. habet: *interiora ſunt animæ, ſicut enim viſcera ſunt interiora corporis; ita* &c. Sed cùm priores legitimum ſenſum efficiant, poſteriorum ſcriptores calamo indulſiſſe credibile eſt.

tur quoniam de myſteriis dicit lectio, & [a] futuræ A
gratia renovationis exprimitur, Spiritúſque ſancti infuſio poſtulatur.

Pſal. 50. 13. 67. Deinde ſequitur: *Ne projicias me à facie tua; & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Si quis nos offenderit ſervulorum, avertere ab eo vultum ſolemus. Plerique autem divitum amandare conſueverunt mancipia ſua, & per agellolos relegare, & hæc pœna gravior æſtimatur. Denique ſolent magis ſe offerre verberibus. Si apud homines hoc grave ducitur, quanto magis apud dominum B Deum noſtrum. Quaſi non hinc dolor parricidalis (reprimendus quidem, ſi qua eum pietas temperare potuiſſet) eruperit, quod faciem ſuam Deus à Cain muneribus avertit: reſpexit autem ſuper munera Abel. Itaque tacito vultu, alterum innocentem pronuntiavit, alterum peccatorem. Ergo quaſi ultimus ſervus humiliat ſe; & quaſi in peccato deprehenſus, & offenſæ reus, obſecrat ut flagelletur potius, quam projiciatur à facie Domini.

Matth. 22. 13. 68. Quomodo projiciat Deus à facie ſua, audi dicentem: *Tollite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Qui non emendatur, à facie ejus in tenebris conſtituitur. Ideo juſtus ne

Pſal. 26. 8. tenebras patiatur, ait: *Vultum tuum, Domine, requiram.* Ubi enim Domini vultus, ibi lumen eſt,

Pſal. 118. 135. ſicut ſcriptum eſt: *Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum.* Denique ubi primùm intuitus Petrum vidit, & illuminavit.

69. Grande igitur ſupplicium, projici à facie D
[b] Dei. Projectus eſt [b] Adam cùm de paradiſo exiret, nec immerito; ipſe enim ante ſe abſconderat à facie Dei. Exivit & Cain à facie Dei, non ſolùm poſt parricidale commiſſum; ſed etiam poſtquam Deum putavit eſſe fallendum, ut crimen negaret. Peccator igitur excluditur à facie

Eſai. 6. 8. Dei: juſtus autem dicit: *Ecce ego.* Denique ipſe David cùm videret interire populum, ſemetip-

2 Reg. 24. 17. ſum obtulit dicens: *Ego ſum, ego peccavi, & ego paſtor malè feci:* & ſic ira Domini mitigata eſt, & E venia donata.

70. Simul oſtendit quia ſancti permanent, criminoſi projiciuntur. Ideoque ſervanda eſt nobis gratia ſpiritalis, ne propter peccata noſtra auferatur à nobis. Non enim projicitur in quo Spiritus ſanctus eſt: ſed inoffenſo muneris ſui fructu ſtudet ſe Domino ſemper offerre, ſicut ille qui

Johan. 6. 68 & 69. dicenti Domino: *Numquid & vos vultis diſcedere,* reſpondit: *Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus.* F

71. Simul illud conſiderandum, quia non au-
[c] fertur Spiritus niſi Domini [c] voluntate; ſicut non datur niſi Domini voluntate: qui utique cùm datur, non quaſi coactus operatur, ſed pro ſua voluntate dividitur, ſicut ſcriptum eſt, dicente

1 Cor. 12. 11. Apoſtolo: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult.* Cùm igitur non auferatur niſi Domini voluntate, apparet quia una Trinitatis voluntas eſt.

CAPUT XV.

Rationalem naturam lætitiæ ſalutaris ſolam capacem eſſe; eamque principali ſpiritu confirmari: & quis ille ſpiritus?

72. REdde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Pſal. 50. 14.
Cui debetur, & redditur: redditur rationali naturæ lætitia ſalutaris. Lætitia autem & gaudium fructus eſt Spiritus. Firmamentum quoque noſtrum ſpiritus principalis eſt. Denique is qui principali confirmatur ſpiritu, non eſt obnoxius ſervituti, neſcit ſervire peccato, neſcit fluitare, neſcit errare, nec ſtudio nutat incertus: ſed firmatus in petra, ſolido ſtabilitur veſtigio.

73. Quem putamus dici ſpiritum principalem? Plerique ſpiritum rectum ad dominum referunt Jeſum, qui peccatum mundi abſtulit, & omne hominum genus ſui ſanguinis effuſione renovavit; C & ideo dictum eſt: *Spiritum rectum innova in viſceribus meis:* ſpiritum autem ſanctum, de quo dicit: *Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me,* Spiritum intelligunt veritatis: Spiritum verò principalem, Deum Patrem arbitrantur. Quàm moraliter autem ait: *Ne projicias me à facie tua.* Fideliter timet auferri ſibi quam accepit gratiam; ideoque alibi ait: *Oculi mei ſemper ad Dominum.* Et in Pſal. 24. 15.
poſterioribus: *Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur nobis.* Certè hic eſt Spiritus doctor & princeps, qui regat mentem, confirmet affectum, quo velit trahat, & in ſuperiorem vitam dirigat. Pſal. 122. 2.

74. Sunt & qui acceperint ſpiritum hominis, qui in ipſo eſt. Ideo ait Apoſtolus: *Quis enim ſcit hominum, quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus qui in ipſo eſt?* Qui poteſt ſcire omnia, quem hominis occulta non fallunt, poteſt in homine habere principatum. 1. Cor. 2. 11.

CAPUT XVI.

Periti doctoris eſſe iniquos vias Domini edocere. Quomodo id tum Chriſti, tum Davidis perſonæ accommodetur; quidve liberari ſe de ſanguinibus oret Propheta?

75. SEquitur: *Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.* Pſal. 50. 15.
Ille præcipuus eſt gubernator, qui ſcopuloſo in littore navim gubernat: ille doctor bonus, qui duriora acuit ingenia ad eruditionis profectum: ille bellator egregius, dux mirabilis, qui timidiores accendit in prælium, exploratiſque locorum ingeniis, fulcit; ut infirma virium commoda ſtationis opportunitate compenſet: ille ſimiliter magnus etiam [d] fidei zelator, [d]
qui iniquos docet. Unde pulcre ait: *Docebo iniquos.* Non dixit: Docebo juſtos; noverunt enim juſti vias Domini: ſed, *iniquos*, inquit, *docebo.*

a. Miſſ. aliquot: *futuro gratiæ renovatio.* Rurſus hoc ipſo loco edit. Era. cum paucis miſſ. *Spiritus ſancti infuſio poſtulare.* Ubi & nonnulli repetunt verbum *videtur.* Edit. verò Am. Gill. Rom. ac major miſſ. numerus cum noſtra lectione faciunt. Notandum porrò vocem, *quoniam*, in hac oratione ut alibi ſæpe apud hunc Patrem ſumi pro græcorum ὅτι, idemque ſignificare ac ſi ſcriberetur: *Videtur lectio de myſteriis dicere . . . . gratia exprimi . . . . infuſio poſtulari.*

b. Cunctæ edit. ac miſſ. non pauci, *Adam de paradiſo, nec immerito.* Alii octo vetuſtiſſimi, *Adam cùm de paradiſo exiret, nec immerito.* Commodus ſenſus, cùm & *Projectus eſt*, non ad vocem, *de paradiſo*, ſed ad voces, *à facie Domini*, referri oporteat.

c. Deſiderabantur in edit. *ſicut non datur niſi Domini voluntate*, quæ verba in noſtram miſſ. Corb. Rem. Theod. ac Dion. auctoritate reſtituimus.

d. Aliquot ex antiquis cod. *fidei prædicator.*

Denique auctor prudentiæ & magiſter omnium dicit: *Matth. 9. 13.* *Non veni juſtos vocare, ſed peccatores.* Et medicus ille cæleſtis: *Ibidem. 12.* *Non opus eſt ſanis*, inquit, *medicus, ſed infirmis.*

76. Sive igitur ex perſona illius qui gentes vocavit, ſive ex ſua, bene poſuit: *Docebo iniquos vias tuas*; qoia commutare vitioſos affectus poteſt, propoſitumque convertere doctrina cæleſtis, & operatio divina ſacrilegis pectoribus ſtudia pietatis infuudere; ut hi qui ſine lege vivebant, convertaotur ad Domioum verum, qui ante avertebantur: regalis quoque exemplo pœnitentiæ, hi qui iniquitates & acerba exercent flagitia, corrigantur; & fide atqoe opere converſi, doctrinæ remedium ſalutaris accipiant, ingrediantur Domini vias, in quibus nullos erroris amfractus, nulla diverticula præcipitis prolapſionis offendant. Sicut enim bonæ vitæ ſpecimen, & virtutis exemplar in iis viris eſt, qui inoffenſa vitæ ſuæ tempora percurrerint: ita qui anteactis renuntiantes flagitiis, vel incredulitatis erroribus, emendaverint curſum poſterioris ætatis, his ad imitandum propoſiti ſunt, qui vel opere vel cogitatione labuntur.

Pſal. 50. 16. 77. Sequitur: *Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ.* Et ad Uriæ mortem poteſt referri, quod mandatæ necis ejus conſcius, veniam tanti poſcat admiſſi, & quamvis rex legibus abſolutus, ſuæ tamen reus ſit conſcientiæ; quibus vioculis ſe enodari deſiderans, divinum ſibi precatur auxilium, nt ab omni criminis perpetrati labe mundetur. Et re vera cùm mitis & corde manſuetus egregia ſemper dederit ſanctus Propheta ſuæ manſuetudiois & pietatis inſignia, ita ut adverſariis ſuis frequenter ignoverit, atque ab eorum nece putaverit abſtinendum; non eſt mirum quod tam graviter doleat fundendi ſanguinis innoxii ſibi obrepſiſſe peccatum. Ideo liberari ſe à ſanguinibus, hoc eſt à peccatis mortalibus, poſtulavit. Laudavit dominum Deum ſuum, juſtitiam Domini prædicavit; ideoque addidit: *Exſultabit lingua mea juſtitiam tuam.*

CAPUT XVII.

Davidem verbis ſuis peccatum ſibi dimiſſum ſignificare, cùm Deus peccatori os occludat. Eadem verba etiam Chriſto convenire, quippe qui verus ſit David, à quo futura gentium congregatio, & Eccleſiarum fundatio præſignetur: poſtremò nonnullis de ſacrificio Chriſti atque Martyrum propoſitis opus clauditur.

Pſal. 50. 17. 78. D*omine, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Qoi laudat Do-*Pſal. 17. 4.* minum, ab inimicis ſuis erit ſalvus, nt ſcriptum eſt. Et certe ſupra dixerat in quadrageſimo nono *Pſal. 49. 17.* pſalmo: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas?* Cùm ergo per os ſuum dixerit quod peccatorem prohibuerit Deus ſuas enarrare juſtitias, utique ipſe enarrando juſtitiam Dei, declaravit commiſſum hoc nequaquam ſibi imputatum eſſe peccatum.

79. Et addidit: *Labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Os peccatoris Deus claudit, ne loquatur juſtitias Dei: juſti aperit, ut loquatur. Cujus ergo labia aperit, hunc peccati abſolvit reatu. Illius autem aperit labia Dominus, qui accipit verbum in apertione oris ſui. Unde & Apoſtolus petit ſe adjuvari orationibus plebis, ut aperiatur ſibi oſtium verbi ad loquendum *Coloſſ. 4. 3.* myſterium Chriſti. Linguam verò pro ſermone accipimus ejus, qui exſultat in Dei laudibus. Unde & illud ſic æſtimatur: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, ſermo infuſus Prophetæ. *Pſal. 44. 2.*

80. Quod ſi ex perſona Chriſti dictum accipimus, vide ne ſcriba ſit velociter ſcribens Verbum Dei, quod animæ viſcera percurrat & penetret, & inſcribat in ea vel naturæ dona vel gratiæ: lingua autem ſit ſanctum illud corpus ortum ex Virgioe, quo vacuata ſunt venena ſerpentis, & Evangelii opera toto orbe celebranda decurſa ſunt. Accedit ad evacuandum peccatum, quod humilitatem ſoſcepit: contrivit cor ſuum, quod magis ſacrificium Dominus elegit, quam holocauſta pro peccatis, quæ ſecundum Legem offerri ſolebant. Denique ſupra ait: *Holocauſta & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi: Ecce venio*, id *Pſal. 39. 7. & 8.* eſt, non rapinam arbitratus eſſe me æqualem Deo, venio formam ſervi accipiens: venio in ſpecie ſuſceptionis humanæ, in veritate crucis, mortis humilitate obedientiam probaturus, ut inobedientia deleatur.

81. Merito ergo & hîc dicit: *Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit.* *Pſal. 50. 18. & 19.* Et ſicut ſupra dixi, certum eſt myſterio convenire quod ipſe dominus Jeſus videtur hîc quoque ex ſua perſona loqui, qui ſuperius illud perſonæ ſuæ evidenti teſtificatione depromſit. Ipſe enim verus David, manu fortis, verus humilis, atque manſuetus, primus & noviſſimus, æternitate primus, humilitate oltimos: per cujus obedientiam humani generis cnlpa delcta, refuſa juſtitia eſt. Ipſe, inquam, Jeſus umbræ finis & Legis, advenit humilitatis magiſter docere ſuperbos ſcoſu, & tumore cordis inflatos ad manſuetudinem & ſimplicitatem eſſe migrandum. Quomodo igitur in typo ejus myſterii peccatum imputari poteſt, cùm in ipſo myſterio ſit remiſſio peccatorum? Niſi forte ideo David iniquitatem ſuam, peccatumque confeſſus eſt ejus admiſſi; ut & ipſe ad remiſſiooem peccati, & gratiam myſterii pertineret.

82. Nam quid ſibi vult quod vir peccatum ſuum coofitens, de Sion & Hieruſalem pſallit diceos: *Benefac, Domine, in bona voluntate tua Sion, & ædificentur muri Hieruſalem*; *Ibidem. 20.* niſi quia accelerari ei placet Eccleſiæ congregationem per vocationem gentium; quæ noo ancillæ filii, ſed liberæ Hieruſalem illius, quæ in cælo eſt, fidei ſuæ proſapiam toto orbe diffunderet, & ſpiritalium ſepta murorum doctrinæ apoſtolicæ fundaret adſertiooe?

83. Muri itaque Hieruſalem fidei propugnacula, diſputationum munimenta, virtutum culmina ſunt: muri Hieruſalem Eccleſiarum conventus ſunt toto orbe fundati. Eccleſia enim dicit: *Ego murus, & ubera mea turris.* *Cant. 8. 10.* Et bene muri Hieruſalem Eccleſiarum conveoticula ſunt; quoniam quiſquis bona fide atque opere ingreditur Eccleſiam, fit ſupernæ illius civis & incola civitatis quæ deſcendit de cælo. Hos muros lapidum ædificat ſtructura vivorum.

84. Videns igitur Hieruſalem veram & Sion dixit: Cùm benedixeris in bona voluntate tua Hieruſalem & Sion, *tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ*, hoc eſt, ſacrificium corporis Chriſti, qui ait, cùm de propria paſſione loqueretur: *Aperite mihi portas juſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino.* Et in Evangelio ait ad Johannem: *Sine modo; ſic enim oportet nos implere omnem juſtitiam.* Et infra: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam.* Juſtitia Chriſtus eſt. Sacrificium ergo Chriſti acceptabile futurum Patri adſerit. Hoc eſt ergo de quo & ſupra ait: *Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſperate in Domino.* Hæc eſt juſtitiæ ſpiritalis oblatio, & holocauſtum ferventis devotionis, & infuſionis Spiritus ſancti, quod dicit futurum, cùm ad illud ſpiritale Domini altare cœperint admoveri animæ credentium, quæ renuntiantes voluptatibus atque deliciis, tamquam aratrum in viſceribus ſuis ducant, ut fructus poſſint ferre piæ culturæ.

Pſal. 50. 21. — Pſal. 117. 19. — Matth. 3. 15. — Matth. 5. 10. — Pſal. 4. 6.

85. Vel certe ita: Cùm benedixeris Eccleſiam ex gentibus acquiſitam, & ſpiritale ſacrificium juſtitiæ cœperit frequentari, tunc & martyres ſancti qui ſuum pro Chriſto corpus obtulerint exarandum, tamquam vituli ſacris altaribus offerentur; ſicut in Apocalypſi Johannis ſcriptum invenimus, quia ſub altari erant animæ eorum, qui pro domini Jeſu nomine corpora ſua obtulerunt martyrio, ut Chriſti ſibi gratiam mercarentur: cui eſt honor & gloria, laus, perpetuitas cum Deo Patre & Spiritu ſancto à ſæculis & nunc & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Apoc. 6. 9.

IN ALTERAM DAVIDIS APOLOGIAM,

ADMONITIO.

HUjus libri idem eſt atque ſuperioris argumentum. In eo quippe oſtenditur, quòd ſacri codices Davidem prodant in geminum crimen incidiſſe, adulterii ſcilicet atque homicidii, non eſſe cur quiſquam offendatur. Verumtamen ſive ſtyli elegantiam ſpectes, ſive tractandi rationem, & œconomiam, utrumque opus inter ſe haud parum diſſidere comperies. Enimvero ſtudioſe accurateque hoc in tres partes ab Auctore ſuo diviſum fuit. In prima ſic diſputatur[a] contra Gentiles, ut lapſus conditioni tribuatur, emendatio virtuti: in ſecunda adverſus Judæos[b] demonſtratur ideo lapſum eſſe ſanctum David, ne amplius Judæorum perfidia clandicaret; *in tertia docentur[c] Chriſtiani hac in hiſtoria ineſſe multa myſteria & figuras*, quæ gratiam quoque promiſſam jamdudum conciliant. *In prima parte Auctor futilem ethnicorum objectionem refellit[d] qua illi deblaterabant vitæ innocentiam nequicquam jactitari à Chriſtianis, quando eorum principes adulteriis atque homicidiis fœdati contaminatique extitiſſent: in altera Judæis, qui Davidem aut Salomonem fuiſſe verum Meſſiam adſtruebant, falſi[e] convictis, validam addit confutationem[f] hæreticorum, qui divinitatem Chriſti inficiantes ipſorummet Judæorum æquabant vel ſuperabant perfidiam: in poſtrema denique, ubi quatuor magna myſteria ſub hac hiſtoria Davidis latentia[g] aperuit, propheta Nathan parabolam explicat,[h] quibus demum priorum pſalmi quinquageſimi verſuum adjungit[i] expoſitionem. Quamvis autem ſignificet Davidem illic pro ſe loqui ac ſe ipſum defendere; ingenue tamen fatendum eſt quidquid ibi dicitur extra propoſitam vagari materiam, ac potiſſimum in revincendis arrianis atque manichæis verſari. Ceterum non licet certò pronuntiare quid cauſa ſit, cur integram pſalmi non habeamus explanationem; utrum ſcilicet injuria temporis, an ſcriptoris negligentia, an denique ipſemet Auctor per vocis debilitatem de qua in hoc opere[k] conqueritur, ſermones ſuos continuare fuerit prohibitus.*

Etenim extra controverſiam eſt lucubrationem hanc ſermonibus qui ab eo non ſemel[l] indicantur, conſtare. Hos ille in Eccleſia diebus[m] diverſis habuit poſt veteris Teſtamenti[n] atque Evangelii lectiones. Quo loci non ab re fore putavimus, ſi lectoris gratiâ obſervaremus Auctorem hunc non ſecus ac ipſum Ambroſium in certis ſuis operibus voces lectum *&* lectionem *ſemper uſurpare, non vero voces* cantatum *aut ſimiles: unde forſitan colligi poſſet lectiones & Evangelia in liturgiis eo tempore cantari nequaquam ſolita, ſed recitari; poſt quam recitationem populus fidem ſuam animique obſequium quadam quaſi acclamatione teſtabatur, quod ſignant illa Auctoris noſtri verba*, quam pio, *inquit*, [o] proſecuti eſtis adſenſu.

Porro ſimpliciter Auctorem noſtrum dicimus; eſt enim non levis controverſia poſſitne hoc opus vere adjudicari Ambroſio. Eraſmus à quo primo illud publici juris factum eſt, monuit[p] etiamſi huic ipſi Patri adſcriberetur in eo quem detexerat manuſcripto, minime tamen Ambroſianum videri; ſed eidem Auctori tribuendum cujus ſunt libri De vocatione gentium. *Cui quidem cenſuræ ſtabiliendæ non aliud firmamentum præſtruit, niſi ſtyli diverſitatem. Namque Auctorem Ambroſianæ dictionis adſerit eſſe* ita feliciter æmulum, ut dotibus aliquot præcurrat. Nam & explicat dilucidius, & minus à re digreditur *&c. Gillotius è contrario Antiſtiti noſtro patrocinatur,[q] munitus conſenſu manuſcriptorum, quos non parvo numero conquiſierat, & in quibus utraque Davidis Apologia Mediolanenſis Ambroſii titulum ex æquo præferens, Theodoſio Auguſto nuncupabatur. Quod vero elocutionis opponebatur diſcrepantia, idem reponit novum non eſſe ſi ſanctus Doctor pro re, loco, tempore, perſonis ſtylum mutavit. Nihilominus tamen plerique poſteriorum criticorum pedibus in Eraſmi ſententiam diſceſſere, ſinguli interim novam aliquam rationem adjicientes. Bellarminus[r] autumat Ambroſium de ſcribenda ſecunda Apologia cogitationem neutiquam fuiſſe ſuſcepturum; ad hæc ab Auctore ejuſdem poſterioris Apologiæ* negari adulterium Davidis fuiſſe verum adulterium, & allegorice interpretandum cenſeri, *cùm Ambroſius in priore Apologia illud peccatum agnoſcat re ipſa fuiſſe admiſſum. Approbat omnia Bellarmini argumenta Poſſevinus[ſ] cum ea tamen exceptione, ut qui ita maluerit, exiſtimet ſanctum Doctorem, & vario ſtylo uſum, & plures Davidis Apologias ſcribere potuiſſe, non ſecus ac eumdem ipſum plures libros* de Interpellatione

a. Cap. 5. num. 31. — b. Ibidem. — c. Ibidem. — d. Cap. 3. num. 6. & ſeq. — e. Cap. 4. num. 23. & ſeq. — f. Ibidem. num. 26. & ſeq. — g. Cap. 7. num. 37. & ſeq. — h. Cap. 11. num. 55. & ſeq. — i. Cap. 12. num. 62. & ſeq. — k. Cap. 5. num. 28. — l. Ibid. & cap. 11. num. 55. — m. Ibidem. — n. Cap. 1. num. 1. & cap. 7. num. 38. — o. Cap. 7. num. 38. — p. Epiſt. huic operi præfixa. — q. Admin. in hoc opuſ. — r. De Script. Eccleſ. — ſ. Appar. ſac.

Interpellatione David *ſcripſiſſe compertum eſt. Nicolaus Faber* [a] *præter ſuperiores rationes hunc librum ait non Ambroſii, ſed Origeniani cujuſdam eſſe, qui Scripturam ad allegorias transferens lavationem Bethſabeæ* [b] *inficietur. Utriuſque autem rationes diluere conatur Theoph. Raynaudus Tom.* XI. De libris confingendis *Part.* I. *Erot.* X. *num.* CLXXXVI. *quem conſule. Hermannus in ſuo de Ambroſianis operibus judicio,* [c] *non pauca quæ in priore Apologia dicta fuerant, in hac iisdem poſteriore legi obſervat; non ergo credibile videri ea repetitione uſum fuiſſe Ambroſium: præterea ſanctum Auguſtinum laudando Apologiam David numquam eam primam appellare: ſecundam Sixto Senenſi prorſus incognitam: denique ipſius Auctorem, quantum ex hæreſeis quorum meminit colligere eſt, haud ſerius quinto ſæculo ſcriptitaſſe.*

[a. Epiſt. ad Front. Duc. — b. Cap. 8. num. 39. — c. In fine vita Amb. gall. ſcript.]

In hac diverſitate opinionum noſtram ingenue proferemus, liberum unicuique relinquentes ut quam potiorem eſſe duxerit, amplectatur. Id in gratiam Gillotii affirmemus licet, non modo in iis quibus uſus eſt ſcriptis codicibus, verum etiam in Italis ex quibus Milleloquium *ſuum Urbinas compilavit, nec non in illis ad quos eumdem caſtigavimus tractatum, Ambroſii inſcriptionem reperiri. Sed & Guillelmus à ſancto Theodorico in expoſitione Cantici canticorum abs ſe ex Ambroſianis ſententiis collecta, quam ſuo loco edituri ſumus, Ambroſii ſecundam Apologiam citat. Verum cùm hic Auctor non ſit admodum antiqui ævi, ut pote qui vix ante annum* M C XLV. *diem obierit, fatendum eſt nos in manuſcriptos ea ætate multo vetuſtiores non incidiſſe.*

Addi etiam pro Gillotiana ſententia poteſt Auctorem quo de agimus, queri quod per fragilitatem vocis, *ut ipſe loquitur,* [d] omnem ſeriem non poſſum explere tractatus. *Quam quidem querimoniam in libris quoque* [e] de Sacramentis *advertere eſt. Numquid autem ea liceat accommodare Ambroſio noſtro? Certe Auguſtinum de ipſo reperimus locutum in hæc verba:* [f] Quamquam & cauſa ſervandæ vocis, quæ illi facile obtundebatur *&c. Sed in promtu ſuccurrit ea reſponſio non inſolitum eſſe concionatoribus, ut vocis ſuæ accuſent fragilitatem. Hinc Baſilius* Homiliâ in pſalmum primum *queritur ſibi difficilem eſſe* τὴν διήγησιν τοῦ λόγου, ἢ διὰ τὸ σμικρόφωνον ἀσθενὲς τῆς φωνῆς ἡμᾶς ἐπιλειπούσης.

[d. Cap. 5. num. 18. — e Lib. 1. cap. 16 — f Lib. 6. Confeſſ. cap. 3. num. 3.]

Quod ad Fabri opinionem attinet, Auctorem è ſecta Origeniſtarum fuiſſe, cùm Bethſabeam ante regis palatium lavaſſe negaverit; reſpondemus id ſane in uriâ objici. Manifeſtum quippe eſt ipſum [g] *locis binc multis totam hiſtoriæ ſeriem pro vera admittere; unde ſi poſtmodum illam non litterali, ſed allegorico ſenſu accipiendam ſignificet, in hoc maxime ſecutus eſt beatum Ambroſium, qui non ſemel in enucleando ſenſum myſticum hiſtoriæ veritatem penitus videtur deſtruere. Lege notam verbis è cap.* VIII. *num.* XXXIX. *in edit. Rom. revulſis ſuppoſitam*

[g Cap. 2. num 5. & cap 3 num 12. & alibi.]

At primam tantum Apologiam ab Auguſtino cognitam urget eruditiſſimus Theologus. Eſto; quid enim incommodi ſi Ambroſianæ lucubrationes in manus Auguſtini non omnes pervenerint? Neque verò ex ſilentio Sixti aliud conficias, niſi aut illi cognitum non fuiſſe hunc librum, aut ipſum de eo ſententiam ferre noluiſſe. Sed nec etiam eſt quod miretur aliquis ſi Doctor noſter geminam David defenſionem ſcripſerit, cùm ipſe teſtatum reliquerit [h] *à ſe plures libros* de Eliæ geſtis, *ac* [i] de hiſtoria Joſeph *compoſitos eſſe; cùmque etiam nunc binos ejus in Abrahamum libros habeamus, ubi eoſdem ſacrarum paginarum locos, licet non eodem ſenſu explicat, multis tamen ſententiis quas jam ante calamo exaraverat, iteratis.*

[h. Lib. de Elia & jejun. cap. 3. num. 5. — i. Lib de Joſeph Patriar. cap. 6 num 30. & cap 7. num. 38.]

De ſtyli vero diverſitate quam jam initio agnovimus eſſe manifeſtam, ut quod ſentimus, apertius explicatiuſque proferamus; hic Auctor tametſi Ambroſianas locutiones frequens adhibet, alias tamen crebro uſurpat quæ nihil ſapiant Ambroſiani. Hoc autem maxime illic obſerves, ubi auditores ſuos blande appellando eorum ſibi benevolentiam conciliat. Sed nec illud diffiteri licet non eſſe moris Ambroſio tam anxie tantaque cum arte ſuam partiri materiam, ejuſque membra ſubinde auditorum ſive lectorum animis ingerere. Huc etiam addi poterat hoc in opere nonnullos Scripturæ locos paulo aliter citari, quam in admiſſis Ambroſii operibus, Auctoremque alicubi [k] *Vulgata verſione uſum videri.*

[k. Cap. ult. num 66.]

Quæ quidem rationes ſi habeantur idoneæ ut hoc operis Ambroſio abjudicetur, poterit etiam conjici ex iis quæ inibi de duabus Chriſti [l] *voluntatibus atque operationibus traduntur, Auctorem poſt exortam monothelitarum hæreſim in vivis egiſſe. In ea autem ſententia clarum eſt ipſum, quiſque ille ſit, Ambroſianam Apologiam ſibi propoſuiſſe imitandam, & non ſolum ex ea in opus ſuum plurima* [m] *quæ amplificata ſtylo ſuo accommodavit, tranſtuliſſe; ſed etiam ex aliis ſancti Doctoris commentationibus, maxime ex eo loco Comment. in Evangelium Lucæ, ubi cur è peccatoribus originem ducere Chriſto placuerit, inquiritur. Et hoc argumentum videretur unum ſufficere ad vindicandam Ambroſio ſecundam illam Apologiam, cùm non multo poſt lectores ad ſcriptionem quamdam remittat, quam ipſe in hiſtoriam David elucubraverat: ſed ei rationi iſtuc officit, quod quæ proxime ante memoratam citationem leguntur, in prima repertuntur Apologia. His igitur cauſis adducti liberum de Auctore hujus libelli judicium lectori eſſe voluimus; cùmque ſaltem jus ſit in ambiguo, poſſeſſionem quæ hactenus penes Ambroſium fuit, eidem non putavimus abrogandam.*

[l. Cap. 7 num. 38. & cap. 12. num 62. 64. &c. — m. Cap. 3.]

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI APOLOGIA ALTERA PROPHETÆ DAVID.

CAPUT I.

Quoſdam offendi poſſe quòd in adulterium inciderit David, & Chriſtus oblatam ſibi adulteram abſolverit: maxime vero quod idem propheta peccatum evulgaverit ſuum. Sed, ut David erraverit, Chriſtum errare non potuiſſe oſtenditur; proindeque explodendos eos, qui Dei potentiæ, vel providentiæ, detrahunt.

1. FORTASSE pleroſque pſalmi titulus offenderit, quem audiſtis legi; quod venerit ad David Nathan propheta, cùm intravit ad Bethſabee: ſimulque etiam non mediocrem ſcrupulum movere potuit imperitis Evangelii lectio, (Johan. 8. 11.) quæ decurſa eſt, in quo advertiſtis adulteram Chriſto oblatam, eamdemque ſine damnatione dimiſſam. Nam profectò ſi quis ea auribus accipiat otioſis, incentivum erroris incurrit, cùm leget ſancti viri adulterium, & adulteræ abſolutionem: humano propemodum divinoque lapſus exemplo, quòd & homo putaverit adulterium eſſe faciendum, & Deus cenſuerit adulterium non eſſe damnandum. Lubrica igitur ad lapſum via vel veniæ, vel concupiſcentiæ.

2. Accedit illud, quod ipſas faces juvenilis laſciviæ videtur accendere; quia adulterium ſuum non erubuerit, non celaverit: ſed quadam divini carminis prædicatione vulgarit. Quid ergo tam impudens, tam improvidus ſanctus David fuit, ut ipſe ſuum cantaret opprobrium: maxime cùm ipſe in alio quoque, qui hodie decurſus eſt, pſalmo dixerit: (Pſal. 93. 3.) *Uſquequo peccatores, Domine, uſquequo peccatores gloriabuntur?* Alios de peccato gloriari prohibet, & ipſe etiam ſacrato carmine gloriatur. Quomodo igitur iſta diſtinguimus?

3. Eſto tamen, David petulanter erraverit: numquid & Chriſtus erravit, ut putemus eum non rectum habuiſſe judicium? Bene ergo quaſi ad eos David hodie prophetavit dicens: (Ibidem. 8.) *Intelligite inſipientes, & ſtulti aliquando ſapite.* Quomodo enim Chriſtus potuit errare? Fas non eſt, ut hoc veniat in ſenſus noſtros. *Qui plantavit aurem non audit: aut qui finxit oculum, non conſiderat? Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem ſcientiam?* (Ibidem. 9. & 10.) Chriſtus ergo interrogare culpam, & accuſationem juſtam audire neſcivit? Chriſtus petulantiam potuit approbare? Chriſtus qui corripit gentes, arguendam adulteram non putavit? Chriſtus qui novit uniuſcujuſque cordis interna, & ſcientiam docet Legis, aut falli potuit errato, aut contra Legis ſeriem judicare? Et quomodo ipſe dixit: (Matt. 5. 17.) *Non veni Legem ſolvere, ſed adimplere?* Chriſtus qui condemnat occulta, potuit diſſimulare vulgata? Chriſtus qui fecit tempora, poteſt neſcire tempora? Qui novit cogitationes hominum vanas, non novit etiam criminoſas?

4. Et ideo ſatis illis reſponſum ſit, qui cùm creatorem negare non poſſint, negant tamen potentiam creatoris: qui cùm ſapientiam fateantur, inſipientiam adſerunt, objiciendo ei imprudentiam futurorum. De quo poſſemus latius dicere: ſed alius propoſitus nobis videtur eſſe tractatus. Et licet diverſarum ſeries decurſa ſit lectionum, in eamdem tamen adſertionem proficiunt, & maxime pſalmi titulus & Evangelica lectio. Sed quamvis conveniat una adſertio, tamen juxta ordinem lectionum ſit ordo tractatus; & ideo de titulo pſalmi prius tractandum videtur.

CAPUT II.

Propoſito argumento Auctor hic non facile judicandum ſcribit. Tum quo ordine, & apud quos homines David errantis cauſam ſit defenſurus, explicat.

5. PRopoſita eſt hiſtoria, quæ adulterium habeat & homicidium. Nam ita reperimus in libro ſcriptum eſſe Regnorum; (2. Reg 11. 2. & ſeq.) quia David rex cùm deambularet in domo ſua, lavantem ſe Uriæ vidit uxorem, amavitque illico, & juſſit accerſiri. Deinde virum ejus innocentem, ut Scriptura inducit, bellatoribus objici juſſit acerrimis, ut vi

opprimeretur hoſtili. Hæc facta ſunt, nec negantur: quomodo igitur defenduntur? Bene admonet Evangelica lectio, etiam cùm peccatum [a] appareat ſubreptum; tamen debere eſſe judicis judicium: ac memorem unumquemque eſſe oportere ſuæ conditionis & meriti. SÆPE ENIM etiam in judicando majus peccatum judicii eſt, quam peccatum ipſius de quo fuerit judicatum. Nam ſi præſcriptum eſt à quibuſdam [*] ſapientibus mundi, ut in judicando caveatur, ne major pœna quàm culpa ſit, idque ſervatur: quanto magis id ſervandum videtur, ut unuſquiſque de alio judicaturus, de ſe ipſo prius judicet, nec minora in alio errata condemnet, cùm ipſe graviora commiſerit? Quis es igitur tu, qui David ſanctum virum judicas? Gentili dico, Judæo dico, Chriſtiano dico; & ideo tripertitò mihi diſtinguendus eſſe videtur tractatus, unus adversùs gentiles, alius adversùs Judæos, tertius apud Chriſtianos.

Joan. 8. 11.

CAPUT III.

Gentiles monet, ne tam errantem, quam pœnitentem David reſpiciant, quia ſicut illud eſt hominibus commune, ita hoc rarum in regibus: tum quam proclive ſit vinci libidine, declarat, & adductis ſanctorum virorum exemplis confirmat.

6. PRimus ergo adverſus gentiles mihi ſermo eſt, qui pleruinque objectare conſueverunt: Ecce quomodo Chriſtiani innocentiam ſequuntur, fidem præferunt, religionem venerantur, caſtitatem docent, quorum principes & homicidia & adulteria feciſſe produntur? Ipſe David, de cujus genere, ut dicitis, naſci Chriſtus elegit, homicidia ſua & adulteria decantavit. Et quales poſſunt eſſe diſcipuli, quorum tales magiſtri ſunt?

7. Quid igitur? Negamus factum, an repudiamus magiſtrum? Nihil horum. Sed qui ſpeciem objicit, communitatem conſideret. Species facti eſt: communitas naturæ. Nihil ergo mirum ſi intra generalitatem ſpecies eſt. Agnoſco enim hominem fuiſſe David, & nihil mirum: agnoſco commune, ut homo peccet. Nec enim nova infirmitas conditionis humanæ, magiſque mirum videtur ſi homo peccato careat, [b] quam ſi peccatum aliquod affectet. Igitur peccavit ſanctus David, nullo ambiguo vos tenebo, fecit adulterium, commentus eſt homicidium, & commentus eſt & peregit. PECCAVIT, quod ſolent reges: ſed pœnitentiam geſſit & flevit, quod non ſolent reges. Rogavit veniam, non arrogans poteſtatis, ſed infirmitatis ſuæ conſcius: proſtratus in terram cilicio ſe operuit, oblitus imperii, & memor culpæ.

8. Quem mihi tu hujuſcemodi reperias virum, qui in poteſtate conſtitutus non magis peccata ſua diligat, culpam prædicet, crimina defendat: qui putet ſibi quod non decet, non licere: qui ſe legibus obſtringat ſuis; & quod per juſtitiam non licet, nec per poteſtatem licere agnoſcat? Non enim ſolvit poteſtas juſtitiam, ſed juſtitia poteſtatem; nec legibus rex ſolutus eſt, ſed leges ſuo ſolvit exemplo. An fieri poteſt, ut qui de aliis judicat, ſuo ipſe ſit liber judicio, & in ſe ſuſcipiat, in quo & alios adſtringat?

9. Bonus ergo David, & multo admirabilior qui poteſtatem vicit, quam qui amorem. Caſtitas enim corpori nonnumquam defertur, frequenter errori: poteſtas Deo ſubditur; & facilius quis ſe in amore cohibeat, quam in poteſtate moderetur. Non ergo ignoſcis quod minus eſt, in quo majora miraris? Lubrica enim in omnibus hominibus & prona natura peccandi: lubrica etiam in bonis moribus licentia poteſtatis, & oblatio facultatis. Non enim diſtat ira regis ab ira leonis: ſed qui ſtimulat illum & admiſcetur, peccat in animam ſuam. Caveat ergo ne ſtimulet aliquis poteſtatem, ne caſſibus anima irretita corporeis, vitio ſe non poſſit exuere. Non ergo mirum ſi etiam David ſpecie lapſus eſt poteſtatis: ſed multo amplius admirandum, quod fidei contemplatione revocatur.

10. Videtis igitur quod poteſtas hæc ſæcularis frequenter nihil proſit, & pleruinque obſit; ſæpe enim culpæ exitus in auctoritate eſt poteſtatis. Noli igitur quicumque es rex, de potentia & facultate præſumere; cor enim regis in manu Domini. Noli tibi de populorum ſubjectione blandiri; quia non ſalvabitur rex per multitudinem virtutis ſuæ, nec gigas ſalvus erit in multitudine virtutis ſuæ. Non enim in altis tabernaculorum faſtigiis, pretioſoque tectorum culmine, ſed ſuper timenribus eum beneplacitum eſt Domino, & his qui ſperant ſoper miſericordia ejus.

11. Lubricam igitur videmus ad vitia poteſtatem, nec tamen ſemper inflexam dixerim; quoniam regali poteſtate ſublimem & David legimus cultus auxiſſe divinos, & Salomonem templum Deo conſecraſſe.

12. Nunc illud quod perſtrinximus, adſeramus, facultatem imperandi, incentivum eſſe peccandi; & ſecundum hiſtoriæ ſeriem proſequamur. Non adulteraſſet David alieni jus thori, & fœderati pacta conjugii, niſi nudam & lavantem mulierem de domus ſuæ interioribus vidiſſet. Et ideo bene ſcriptum eſt: *Non intendas in mulieris ſpeciem: & non concupiſcas mulierem.* Ait alibi: *Ab omni irreverenti oculo cave.* Nihil de continenriæ tuæ virtute præſumas. Etenim *fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur*; & ideo cauſam primò peccati fuge. Ne-

Eccli. 9. 5. 18.
Ibidem. 26. 14.
Ibidem. 12

a. Edit. Gill. in margine, ac Rom. in textu: *peccatum appareat, ſubrium tamen* &c. At edit. Era. & eadem Gill. in corpore cum mſſ. omnibus: *peccatum appareat ſubreptum: tamen* &c. Quod quidem non malum ſenſum efficiet ita interpretanti: etiam cum appareat peccatum cuipiam obrepſiſſe; non tamen eſt cujuſlibet ſententiam ferre, ſed judicis, nimirum Chriſti.

* Quandoquidem *pœna eſt noxa vindicta* L. 131. Dig. Tit. de Verb. ſignif. col. 1835. rectè conſequitur inter utramque rem inveniri debere proportionem. Quapropter conditores legum varias pœnas variis criminibus adſignando, ſummopere ut hæ illis reſponderent, proſpexerunt. Sed hac de re in univerſum ſapientiſſime præcipitur Tom. 3. Pand. ff. L. 48. Tit. de pœnis col. 1556. in hunc modum: *Perſpiciendum eſt judicanti, ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa poſcit. Nec enim aut ſeveritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt: ſed perpenſo judicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Plane in levioribus cauſis proniores ad lenitatem judices eſſe debent: in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.* Nec his abſona tradit Horatius lib. 1. Serm. Sat. 3. ubi ſic habet:

cur non
Ponderibus modulíſque ſuis ratio utitur, ac res
Ut quæque eſt, ita ſuppliciis delicta coercet?

Et infra:

adſit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas.

b. Edit. Era. *quam ſi peccatum aliquando fecit. Igitur peccat* &c. Rom. ac mſſ. duo, *quam ſi in peccatum incidat. Fecit igitur peccatum* &c. Gill. & cæteri mſſ. ut in textu.

mo enim diu fortis eſt. Neque fragili tantum, ſed A omni homini dicitur: (Prov. 6. 25.) *Non te vincat concupiſcentia formæ*: ſi non vis vinci, non congrediare peccatis; ne de te vitia coronentur; (Ibidem.) *neque capiaris oculis, neque abripiaris palpebris*. Vilis tibi mulier videtur ad pretium,[a] ſed fortis ad vitium; quia (Ibidem.) *mulier virorum pretioſas animas capit*.

13. Difficile eſt itaque ut quiſquam libidinis irretitus illecebris, immunis evadat. Nec meâ tantùm hoc ſententiâ difficile judicatur: ſed etiam ſancti Salomonis Proverbiis impoſſibile judica- B tum eſt, qui ſuo ductus exemplo ait: (Ibidem. 27. & 28) *Ligabit quis ignem in ſinu, veſtimenta autem non combures? Vel ambulabit quis ſuper carbones ignis, pedes autem non comburet?* Cave ergo & tu ne intra ſinum tuæ mentis ignem libidinis & amorem accendas; ne corporeum veſtimentum illo animi conſumatur incendio, ac perpetuitatem reſurrectionis amittas: vel certe veſtigium tuæ mentis uratur, ſi per libidinum faces tibi putaveris eſſe gradiendum. Nam qui uritur corde, comburitur corpore. C

14. Omnibus igitur modis laſcivæ mulieris vitandus occurſus eſt.[b] Et ideo (Prov. 7. 5.) *prudentiam diſciplinam adquire tibi*, inquit, *ut te cuſtodiat ab uxore aliena & fornicaria*; ne te laqueis labiorum ſuorum teneat obligatum, & criniculis erroris involvat. Itaque unde debeas cavere meretricem Propheta (Ibidem. 6.) te docuit: ut à feneſtra caveas hujus ingreſſus. A feneſtra enim domus ſuæ intrat. Feneſtra ejus, eſt oculus; & ideo ab omni irreverenti oculo cave; ne per feneſtram introeat amor, libido pe- D netret. Etenim mulier fornicaria illicit viſu amatorem; & niſi petulantem obtutum mentis animique compeſcas, mors ingreditur per feneſtram. Non eſt deſidioſa petulantia meretricis, non otioſa laſcivia, quæ facit juvenum volare corda; ut propriæ mentis nequeant tenere conſtantiam, & huc atque illuc fervido amore (Ibidem. 10. & ſeq.) rapiantur. Cave ergo hujuſcemodi mulierem, quæ pedibus non quieſcit, foris errat, inſidiatur per angulos, oculis ligat, verbis illicit, inſtitis lectum E intexit ſuum, & tapetis ab Ægypto ſtratis; neque enim de cogitatione divina, ſed de ſæculari (Ibidem. 19.) illecebra adſumit ornatum: quæ meritò virum ſuum dicit abſentem; quoniam non poteſt adultera omnis Chriſtum habere præſentem.

15. Vides igitur quantis rebus etiam ſanctorum corda capiantur; & ideo ne mireris, ſi etiam ſanctus David captus eſt. Vir quidem magnus, & qui allophylum immanem corpore, armis quoque bellicis inhorrentem fide vicerit: ſed utinam ſe F ipſe viciſſet, utinam ſicut illum adverſarium ſtravit, ſic interiorem adverſarium ſuum ſternere ac ſuperare potuiſſet! GRAVIOR eſt pugna ejus qui intus, quàm illius qui foris dimicat.

16. Sed quid de ſolo David loquor? Acceſſamus etiam alios ad tractatum hujuſmodi, ne imbecillitatem David magis, unius ſcilicet hominis putemus, quàm corporeæ conditionis fuiſſe infirmitatem. Samſon validus & fortis leonem ſuffocavit, ſed amorem ſuum ſuffocare non potuit: vincula ſolvit hoſtium, ſed ſuarum non ſolvit nexus cupiditatum: meſſes incendit alienas, & unius ipſe mulieris accenſus igniculo meſſem ſuæ virtutis amiſit. Salomon templum Deo condidit, ſed utinam corporis ſui templum ipſe ſervaſſet! Verùm ad ipſum à quo diſceſſit, revertatur oratio. Triumphavit David in decem millibus: ſed erravit in viginti & amplius millibus; & quia erravit, hominem ſe eſſe cognovit, confeſſus eſt culpam, veniam deprecatus eſt dicens ad Dominum: *Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo* (Pſal. 6. 2. & 3.) B *corripias me. Miſerere mei, Domine, quoniam infirmus ſum*. Si David infirmus, tu fortis es? Si Salomon lapſus eſt, tu immobilis? Si Paulus primus peccatorum, tu potes primus eſſe ſanctorum? Ergo ſi erraverunt juſti, erraverunt tamquam homines: ſed peccatum ſuum tamquam juſti agnoverunt. Si juſti pœnæ atrocioris exceperunt ſententiam, tu quemadmodum tibi ſpem impunitatis proponis, cùm Scriptura dicat: *Si juſtus vix* (1. Pet. 4. 18.) *ſalvus ſit, peccator & impius ubi parebit?*

C 17. Advertitis ergo, filii, quàm plerumque etiam bonum propoſitum ſubruat cauſa mœchandi; & ideo cauſas ipſas primo fugere & vitare debetis. Non vis amore capi? Noli in ſpeciem mulieris intendere; quia oculi tui cùm viderint alienam, os tuum loquetur perverſa, & jaces tamquam in corde maris, & ſicut gubernator in magno turbine. Magnam enim faciunt tempeſtatem multitudines cupiditatum, quæ velut quodam in freto corporis navigantem hinc atque inde pertur- D bant, ut gubernator ſui animus eſſe non poſſit,[c] diem ac noctem caligine amoris ignorans.

18. Oculis igitur excitatur libido, ſed ebrietate ſuccenditur. Omnis enim ebrioſus & fornicator, pauper fiet. Nec tibi de potentia blandiaris potandi. Noe ebriatus eſt, & qui non inebriatus eſt diluvio, inebriatus eſt vino. Sed ille naturam vini ignorabat, non enim ante potaverat: tu in illo didiciſti cavere quid debeas. Lot per ſomnum deceptus eſt, & tu ſi non vis decipi, ſomnum mentis E tuæ diſcute; ne ebrio illudat filius aut filia dormienti. Non pietas illic, ſed ebrietas ridetur: nec pater illic, ſed dormiens circumſcribitur. Vis non aduri? Noli ad ignem accedere. Vis non præcipitari? Nutantia fuge, prærupta cave, caduca declina & labantia.

19. Vides igitur in illis qui juſti eſſe meruerunt, non alteram fuiſſe naturam, ſed alteram diſciplinam. Poſt primi hominis lapſum, juſtamque ſententiam, cùm in uno carnis damnatus ſit appeti- F tus, VITIUM traxit conditio, infecit culpa naturam: ſed naturæ ipſius vitium fides temperavit, & devotionis intentio mitigavit offenſam.

20. Convertimini igitur ad Dominum gentes, ſcitote quoniam dominus Deus eſt: ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Scitote quoniam caro ſumus & pulvis. Relinquamus ergo quæ fecimus, & ipſum noſtri veneremur auctorem, qui vitam dedit, peccata donavit, qui ſolus poteſt dicere: *Ego* (Eſai 41. 25) *ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates veſtras, & memor non ero*. Magnus plane & miſericors Deus, qui beneficium confert, nec beneficii munus exprobrat.

a. Mſſ plures, *ſed ad vitium eſt*. Era & Gill. *ſed ad vitium aptibilis eſt* Gill in marg ac Rom. edit in corpore, ſicut & mſ. Theod *ſed fortis ad vitium*. Quæ lectio videtur aliis præferenda.

b. Sic omnes mſſ atque edit. Era & Gil. Rom vero *prudentiam, inquit, adquire tibi amicam*. Ad hanc quidem accedit. Vulg quæ habet, *prudentiam voca amicam tuam*; ubi LXX. ſcribunt, τὴν δὲ φρόνησιν γνώριμον περιποίησαι σεαυτῷ.

c. Edit. a. nil antiquior: *die ac nocte caliginem amoris ignorans*. Melius mſſ. Theod. Dion Colb. & Max. *noctem ac diem caligine* &c.

Miramini quod David regem fecerit, victoremque multarum gentium? Sic ſervulos ſuos conſuevit evehere. Non avarus munerum, nec beneficii parcus, nec gratiæ anguſtus & frugi: ſed opulens largitatis, quos redemit à peccato, auget in præmio. Hæc adverſum gentiles.

CAPUT IV.

Judæos perperam credentes David, qui obnoxius fuit peccato, vel Salomonem, cui dicta de Chriſto non conveniunt, eſſe filium Dei, redarguit: & pravam quorumdam hæreticorum de Filio Dei interpretationem confutat.

21. SEd quoniam tripartitam diviſionem tractatus hujus polliciti ſumus, unam adverſus gentiles, aliam adverſus Judæos, tertiam apud Eccleſiam: nunc contra Judæos videtur eſſe tractandum. Quid igitur nobis propoſitum ſit recenſeamus. [a] *Titulus*, inquit, *pſalmi David intellectus, cùm venit ad eum Nathan propheta: cùm intravit ad Bethſabee.* (Pſal. 50. 1 & 2.) Nempe hiſtoria hæc & adulterum David inducit & homicidam, & hunc vos, Judæi, dicitis eſſe Dei filium? Sed Deus virtutum eſt, non criminum. Et de hoc dicit Deus Pater: *Thronus ejus ſicut dies cœli;* (Pſal. 88. 30.) qui dolum fecerit, [b] peccata non vicerit? Et quomodo ſcriptum eſt: Nemo ſine peccato, niſi unus Deus? (Luc. 18. 19.) Si igitur non poteſt non eſſe Deus, qui Dei filius eſt, utique Dei filius arbiter juſtitiæ eſt, non obnoxius culpæ.

22. Qua autem opinione vel David Dei filium judicatis, vel Salomonem putatis? An quia ſcriptum eſt: *Deus judicium tuum regi da, & juſtitiam tuam filio regis;* (Pſal. 71. 2.) & quia [c] titulus pſalmi in Salomonem pſalmum LXXI dicit eſſe compoſitum? Sed quem Salomonem dicat, advertite. Salomon enim pacificus eſt, hoc habet interpretatio. Pſalmus in eum dicitur, quem vere ſcimus eſſe pacis auctorem. Quomodo autem Salomon pacificus? Non hoc Joab ſanguis oſtendit, quem inter altaria templi juſſit occidi: non Adoniæ pœna, quem affinitatis regiæ reum perculit, nec matris obſecratione ab indignatione revocatus. Quomodo autem in Salomonem David filium exiſtimas convenire quod ſcriptum eſt, quia *permanebit cum ſole & ante lunam, in ſæcula ſæculorum,* (Pſal. 71. 5.) cùm ille brevis vitæ adeptus uſuram, anguſtis terminis vivendi ſpatium tranſegerit? Quomodo autem de eo dicitur: *Dominabitur à mari uſque ad mare;* (Ibidem 8.) cùm ille intra Syriam conſtitutus, hoc eſt, intra unius regionis provinciam, circumſcriptos fines habuerit imperii: ſolus autem Chriſtus uſque in orbis totius terminos ſuum propagarit imperium? Solus enim iſte eſt, de quo bene pſalmi ſeries prophetavit, quia *reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſervient ei.* (Pſal. 71. 10 & 11.) Hunc enim novimus gentibus univerſis & nationibus imperantem, incircumſcripto imperio, interminata poteſtate. Non ergo Salomon Dei filius.

23. Sed qua ratione eum Dei filium putaviſtis? An quia ſapiens fuit? Sed hic ſapientiam poſtulavit, ut quam non habebat, acciperet: Chriſtus ipſe ſapientia eſt, naturaliter in univerſum habens, quod in rebus humanis Salomon accepit per gratiam. Denique quod accipitur ex tempore, in tempore poſſidetur. Salomon enim ſapientiam nec in principio ſui habuit, nec in fine poſſedit. Neque enim habere ſe credidit quod popoſcit; & poſtea averſus à Dei cultu, non quaſi ſapiens, ſed quaſi inſipiens lapſus eſt, ut offenderet. Offendit in tantum, ut etiam quod meruerat, amitteret. Cur igitur hunc Dei filium crediſtis? An quia templum Deo condidit? Sed hunc Dominum & Deum non eſſe credere debuiſtis, quia ſcriptum eſt: *Niſi Dominus ædificaverit ſibi domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.* (Pſal. 126. 1.) In vanum laboravit, qui ædificavit id templum, quod ſubjectus ignis exuſſit. An quia David patri ipſius dictum eſt: *Non tu ædificabis mihi domum .... ſed cùm tu dormieris, excitabo ſemen tuum poſt te; & ipſe ædificabit domum nomini meo.* (2. Reg. 7. & 13.) Verùm ibi quoque templum non corporale, non materiale promittitur, neque enim Deus in manufactis habitat, ſed templum eſt ſancta Eccleſia, quæ utique non humana, ſed cæleſti virtute fundatur.

24. Nam ſi præſtantioris licet, ſed humanæ tamen virtutis opera miremur, multos hujuſcemodi reperimus, quos cum David & Salomone comparare poſſumus. Et ideo ubi operis æqualitas eſt, non eſt excellentia poteſtatis. Nec plures poſſumus dicere Dei filios, cùm unum Dei filium legerimus; ſed non ex beneficiis ſuis quæ in parentes noſtros contulit, facienda eſt injuria Dei filio. Multi enim præclari viri: ſed per unum Jeſum Nave ſtetit, inquit, ſol contra Gabaon. (Joſue 10. 13.) Videtis eum ultra David regis proceſſiſſe virtutem; terrenis enim David, non ſideribus imperavit. Videtis etiam ſolem miniſtrum eſſe, non dominum, qui etiam voci ſervierit humanæ. Stetit tamen, quia in Jeſu & typum futuri agnoſcebat, & nomen. Neque enim in ſua virtute Jeſus Nave, ſed Chriſti myſterio cæleſtibus luminibus imperabat; deſignabatur enim Dei filium in hoc ſæculum eſſe venturum, qui mundani luminis occidentis & jam vergentis in tenebras, virtute divina differret occaſum, lucem redderet, inveheret claritatem. Enoch quoque raptus eſt ad cælum: ſed tamen ille raptus eſt, hic regreſſus. Raptus eſt ille, ne malitia mutaret cor ejus: hic ipſam malitiam ſæculi hujus abolevit. Elias curru atque equis adſcendit ad cælum: Chriſtus autem deſcendit è cælo, nec curru & equis, ut ille conſcendit; quia ille aliter nequiviſſet: hic autem propria virtute remeavit. Heliſæus in Jordane leproſum lavare præcepit, ut ab omni contagione mundaretur: hic in Jordane totum diluit mundum. Moyſes ipſe cui crediti ſunt populi Judæorum, aquam diviſit: & ille quidem diviſit elementa; quia non diviſit potentiam Trinitatis: ſeparavit moles aquarum; quia Patrem non ſeparavit à Filio.

25. Videtis quanti viri, & qualiam documenta operum dereliquerunt. Quemadmodum igitur

a Ita mſſ. omnes ac edit. Era atque Gill. Rom. autem, *Titulus, in finem pſalmus David cum ingrederetur* &c. fatendum quidem hunc titulum ita legi in Pſalterii exemplaribus quæ nunc extant, ſed cùm olim magna fuerit in titulis pſalmorum diverſitas, à mſſ. & priſcis edit. non diſcedendum.

b. Rom. edit. ſola, *peccata non vicerit, quomodo dicitur Filius Dei, quia ſcriptum eſt.*

c. Eadem Rom. edit. *& quia titulus pſalmi ſeptuageſimi primi in Salomonem dicitur eſſe compoſitus.* Aliæ, ac mſſ. omnes ut in textu.

quos pares David regi vel Salomoni virtute cognoſcitis, conditione impares judicatis, ut Salomonem David filium putetis ad Dei ſedere dexteram? Præſertim cùm ipſe David evidenter de qon dictum eſſet, expreſſerit; neque enim de filio ſuo diceret: *Dixit Dominus Domino meo: ſede ad dexteram meam.* [Pſal. 109. 1.] Quomodo enim filium ſuum Dominum nominaret? Lex probibet, repugnat religio, abhorret fides, ut ad dexteram Dei omnipotentis mortalem hominem loces. Alius eſt ille qui ſedet ad dexteram, qui corpus ſuſcepit, non qui cœpit à corpore: qoi ante luciferum genitus eſt, id eſt, ante omnium luminum claritatem; quoniam ipſe creavit variorum luminum dignitates: nam Salomon utique poſt luciferum eſt. Salomon ſacerdos non fuit; & ideo dici ei à Domino omnipotente non potuit: *Ex utero ante luciferum genui te:* [Ibidem. 3.] dici ei non potuit: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech;* [Ibidem. 4.] maxime cùm illo tempore quo Salomon fuit, ſecundùm ordinem Aaron, non ſecundùm ordinem Melchiſedecb, fuerint ſacerdotes. Adhuc enim ſacerdotes ſanguinem hircorum atque taurorum pro peccatis plebis & erroribus offerebant: poſtea vero quam Cbriſtus advenit, qui ſemetipſum pro ſalute obtulit mundi (ut quos taurorum ſanguis lavare non poterat, Cbriſti ſanguis ablueret) ſemetipſos cœperunt offerre pro hoſtiis ſacerdotes.

26. Itaque una quæſtione dominus noſter Jeſus Chriſtus omnium hæreticorum ora ſepſit, ſacrilegia concluſit. Non ſolum enim Judæos, ſed etiam photinianos, & arrianos & ſabellianos hac redarguit quæſtione; & ideo nobis (quoniam Judæos defeciſſe jam cernimus, & illam exſecrabilem perfidiam imminutam) jam de arrianis, qui non multum à Judæis differunt, pbotinianiſque & ſabellianis aliqua in iſtius quæſtionis tractatu perſtringenda ſunt. Taceat ergo Photinus, qui Chriſtum David filium, non Dei dicit; & taceat, damnatus voce cæleſti. Quomodo enim dicit Chriſtum filium Dauid eſſe, cùm ipſe David dixerit in libro pſalmorum: *Dixit Dominus Domino meo: ſede à dextris meis; donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?* [Pſal. 109. 1.] *Si David*, inquit, *dominum illum vocat, quomodo ejus filius eſt?* [Luc. 20. 15. & 24.] Non ergo David filius, ſed Dei filius Chriſtus. Taceat etiam ſabellianus; & cùm legit Dominum Domino dixiſſe, intelligat non eumdem & ipſum eſſe, qui dicit, & cui dicitur. Nec enim ſibi Pater dixit: *Sede à dextris meis;* nec ſibi dixit: *Ponam inimicos tuos;* & aliquando intelligant omnes eum Filium eſſe, qui à dextris ſedet: & hanc diſtinctionem inter Patrem Filiumqne cuſtodiant, ut ſit diſtinctio Patris & Filii, quod alius Pater, alius Filius; quia una in ſede, una majeſtate potiuntur: & ſedent, non pro diſcerniculo dignitatis, nec pro ordine poteſtatis, ſed pro copula caritatis: unam Patris & Filii intelligant poteſtatem, in quo & Arrius conticeſcat, qui contraria Sabellio erroris urget veſtigia. Audiat Dominum Domino dicere, audiat ad dexteram Patris Filium ſedere; & deſinat de ſermone atque ordine hominum divinitati facere quæſtionem. Nec argumentetur hic, quia Pater dicit, *ſede;* legimus enim & alibi, etiam ſine Patris dicto ſedere Filium, ſicut ſcriptum eſt: *Et ſedet ad dexteram Dei.* Et alibi: *Amodo videbitis filium hominis ſedentem ad dexteram Dei.* [Marc. 16. 20. Matth. 26. 64.] Ipſe eſt enim cui dicitur, *ſede*, qui filius hominis nominatur: audit quaſi homo, ſedet quaſi Dei filius. Quid hac poteſt dici præcellentius poteſtate, quæ etiam carnem hominis ad dexteram Dei collocavit; & infirmum illud conditionis humanæ, poſtquam tamen Verbum caro factum eſt, divinitati copulavit æternæ?

27. Sed quid hoc eſt? Poſteaquam Pbotinus obmutuit, Arrius conticuit, Sabellius vocem perdidit; adbuc tamen hæreſim diverſa contra Eccleſiam excitantem ora conſpicio. Nam ecce Manichæus & Valentinianus, & omnis derivatio manichæorum in [a] en telo nititur, quo alii ſunt peremti; & fidei præjudicium, fidei teſtificatione molitur. Ait enim deteſtanda hæreſis: Ecce negavit Chriſtus filium ſe eſſe David; & ideo, inquit, credendum eſt quod non ſuſceperit carnem. [Luc. 20. 15.] Quibus apertiſſime in ipſo principio Evangelii Scriptura reſpondet, cùm dicit: *Liber generationis Jeſu Chriſti filii David.* [Matth. 1. 1.] Cur igitur aut alibi David filius dicitur, aut alibi David filius denegatur; niſi ut intelligas aliud eſſe ſecundum ſubſtantiam divinam eſſe filium, aliud ſecundum carnis ſuſceptionem? Nam ſecundum ſubſtantiam divinam, Dei Filius eſt: ſecundum carnem, filius David. Itaque ubi generatio ſecundum carnem deſcribitur Salvatoris, David filius nominatur: ubi vero plenitudo confeſſionis exigitur, cùm deſignatur generatio Salvatoris, non volt ſe David filium, ſed Dei nominari; [b] deſignatio enim majeſtatis ejus naturam interpretatur. Sed jam redargutis ſævorum interpretationibus, ad Eccleſiam ſermo vertendus eſt.

CAPUT V.

Confirmat rationes adverſus Judæos atque gentiles adductas, & ſermonem ad Eccleſiam convertit.

28. VErùm quod ſæpe titulum quinquageſimi pſalmi repetimus, non præſumtionis, ſed infirmitatis eſt exemplum. Uno enim die vel per anguſtias ingenii, vel per fragilitatem vocis omnem ſeriem non poſſum explere tractatus. Et ideo quoniam ſuperiori die adverſus Judæos noſter ſermo directus eſt, quos quidem eo uſque documenta fidei ſubegerunt, ut Cbriſtus in cæleſti ſolio collocaretur: quod utique in hominem non poteſt convenire. Neque enim alium niſi Dei Filium ad dexteram Dei ſedere credibile eſt. Non alius utique nobis ſedere ad dexteram Patris niſi Dei Filius, remotis omnibus ambiguis, æſtimandus eſt. Rurſus quoniam Scriptura habet: *Ex fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam;* [Pſal. 131. 11.] idem utique Dei Filius carnem ex Maria ſuſcepiſſe credendus eſt, in qua prophetici fructus eſt ventris: ut vere ſucceſſionem originis recognoſcas, illumque

a Edit. Era. & Gill. cum mſſ. Tor. Colb. ac Maz. *meo telo abutuntur*: at potiorem exiſtimamus edit. Rom. & Gill. ad marg. aliorumque mſſ. lectionem.

b. Era. edit. *Deſignatam enim .. interpretatur tractatus apud Chriſtianos.* Gill. cum mſſ. quinque Eraſmo concinit, niſi quod in his legitur, *Deſignatio enim* &c. Sed editores Rom. bene advertere voces, *Tractus apud Chriſtianos*, alicunde in textum irrepſiſſe. Certe quidem in mſſ. Dion. & Laud. Tor. & Theod. non inveniuntur.

Dei Filium, factum poſtea filium homiois per ſuſ- A ceptionem carnis, in Patris throno cæleſti ſedere oon dubites. Neque enim Chriſtus ſedem aliquam regalem hoc habuit in ſæculo, ut putes aliam ſedem David [a] ſimilem eſſe promiſſam; maxime cùm ipſe dixerit Dominus: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Johan. 18. 36.

29. Concluſi itaque undique, eo perfidiæ ſuæ tentamenta derivant, ut iocredibile eſſe adſerant, quod Deus ſuſceperit carnem: qua ratione autem non potuerit ſuſcipere, explicare noo poſ- B ſuot. Quæro enim utrum impoſſibilitatis, an injuriæ cauſa exiſtiment carnem à Deo ſuſcipi nequiviſſe? Si impoſſibilitatis, aliquid ergo impoſſibile Deo; nihil enim eſt quod facere voluerit, & facere nequiverit. Supereſt ergo ut aot voluiſſe, aut ooluiſſe doceatur. Quod autem majus indicium voluntatis, quàm quod ipſe dixit: *Palam apparui non quærentibus me.... Expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem?* Eſai. 65. 1. & 2. Si ergo voluit & potuit, an putamus eum cauſa injuriæ no- C luiſſe? Et quam divinitas ſui ſentit injuriam? Expers enim eſt contumeliæ, neque ſubjecta noſtris eſt paſſionibus; neque enim caro vel detrimentum divinitati adferre potuit, vel augmentum.

30. Qui tamen hoc objiciunt, quod Dei filius carnem ſuſcipere non potuerit? [b] Si gentiles, qui deos ſuos (quoniam homines fuiſſe negare non poſſunt) humana ſpecie viſos eſſe teſtantur? An rex eorum, quem illi ſuis diis omnibus antepoount, prodigiales formas potuit pro amore ſuſci- D pere: Chriſtus carnem hominis, quem ad imagioem ſui fecit, atque illud præſtantiſſimum opus ſuum ſuſcipere pro mundi ſalute non potuit; & pulcrius illis videtur propter adulterium alieoi thori, quam propter redemtionem omnium hominum ſpeciem carnis adſumtam? Quod ſi Judæus hoc objicit, quomodo legit: *Ecce Virgo accipiet in utero, & pariet filium; & vocabitur nomen ejus Emmanuel,* quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus? Eſai. 7. 14. Quomodo legit. *Ecce qui loquebar adſum?* Eſai 52. 6. Quomo- E do autem lectum adſerit: *Ecce ſicut panthera .... & ſicut urſus aperiatus occurram eis?* Oſee 13. 7. & 8. Dei ergo filius carnem ſuſcipere non potuit pro redemtione omnium, cùm ipſi oegare non poſſint quod pro noſtrorum ſupplicio peccatorum, affectum quemdam Deus ferinæ crudelitatis induerit; ut qui oatura pius eſt & miſericors, noſtrorum tamen ſcelerum atrocitate commotus, adſumat in oos quamdam ſævitiam beſtiarum?

31. Sed jam quia & ſuperiore die & hodie Ju- F dæis ſatis reſponſum arbitror, apud vos mihi, fratres dilectiſſimi, prophetici facti ratio præſtanda eſt. Etenim cùm primum legeretur hic pſalmi titulus, quod venerit Nathan ad David, cùm intravit ad Bethſabee, diximus plurimos ſerie hiſtoriæ hujus confundi: & ideo tractatum ejus adſumſimus tripertitum; diviſionemque tractatus ita potavimus eſſe faciendam, ut apud gentiles lapſus conditionis non negaretur, correctio erroris adſtrueretur: apud Judæos autem ideo lapſum eſſe ſanctum David doceremus, ne amplius Judæorum perfidia claodicaret, eumque vel Dei filiom deſinerent credere, quem viderent communi conditione obnoxium fuiſſe peccato: [c] Chriſtiani vero ſurgentis Eccleſiæ myſteria poſſint advertere. Tripertita ergo diviſio facta eſt, una ſecundum naturam, alia ſecundum fidem, tertia ſecuodum gratiam: oec infirmitas excludit à venia, & fides excuſat à culpa, gratiam quoque promiſſam jam dudum ſacramenta coocilaot.

CAPUT VI.

Eccleſiam docet, cur David ac plerique alii Dominici generis auctores in errorem labi permiſſi ſint: & ut inde facilius myſteria eruat, hiſtoriam homicidii & adulterii ipſius David recenſet.

32. PEccaverit David ne totus mundus erraret: peccaverit ſibi, ot nobis omnibus emendaret: poſtremo peccaverit in corpus ſuum (qui enim fornicatur, io corpus ſuum peccat). peccaverit in corpus ſuum, ut in Chriſti corpore redimeretur: ecce quem vix defendendum putabamus, jam cernimus prædicandum. Quis enim eſt qui nolit divina magis in ſe munera, quam humana opera prædicari? Arbitramur enim ſecundùm Apoſtolum juſtificari hominem per fidem, Rom. 3. 28 D ſine operibus Legis: juſtificetur ergo ex fide David, qui per Legem peccatum agnovit; ſed peccati veniam per fidem credidit: juſtificetur David, [d] quia in peccato ejus ſubrepto Eccleſiæ myſteria refulſerunt.

33. Dicit aliquis, qua ratiooe & adulterium & homicidium commiſerit Dominici generis auctor electus à Deo? Aliud dico: Talis auctor Dominici fuit corporis eligendus. Quid eſt enim corporatio, niſi remiſſio peccatorum? Et ideo exſors E peccati eſſe non potuit, ot divinam gratiam & exemplo præferret & ountio. Denique ea diſpoſitione Bethſabee & Thamar [e] inter auctores Dominici geoeris computantur: quarum altera adulterium fecit, altera commiſit inceſtum. Ea diſpoſitiooe & Achab & Jechonias, ſicut Matthæus Evangeliſta deſcripſit, adnumerantur majoribus Chriſti; Matth. 1. 9. & 11. ut omnes homines redemturus, beneficium à ſuis majoribus inchoaret: [f] ſimul ne qui ſe ſubjecit uſque ad corporis paſſionem, nobilita- F tem captaſſe immaculatæ originis videretur. Hominum enim iſta jactantia eſt, alienam gloriam, non ſuam quærere; & tamen inter ipſos homines major virtutis, quàm nobilitatis eſt gratia. Simul edeodum exemplum fuit, ut intelligerent omnes majorum probra non poſſe poſteris eſſe dedecori; quod nouſquiſque ſucceſſionis maculam propriæ merito poſſit abolere virtutis. Vides quan-

a. Ita edit. Era. & Gill cum mſſ. Edit autem Rom. *David ſemini eſſe promiſſam.* Sed non vidère qui repoſuere *ſemini*, ſubaudiendam eſſe vocem *ſedis* hoc modo: *Davidis ſedis ſimilem* &c.

b. Edit. Rom. *Si gentiles, cur Deos ſuos humana ſpecie* &c. Aliæ edit cum mſſ in noſtram lectionem conſentiunt, niſi quod illæ habent, *cur deos ſuos*. Sed quia hoc ſenſum non ſatis commodum efficiebat, Rom. edit. phraſim decurtandi locum dedit.

c. Ita edit omnes cum tribus mſſ. Alii autem legunt: *Chriſtianis vero ſurgentis Eccleſiæ myſteria poſſimus advertere.*

d. Rom edit. cum Vat. uno, & Theod mſſ. *quia in peccato ejus ſurrectura Eccleſia myſteria.* Aliæ edit. ac mſſ. ut in textu.

e. Edit Era. atque Gill & mſſ. aliquot, *matres auctores dominici* &c. Quidam alii mſſ *matres auctoris* &c. Gill. vero in margine, ac mſſ nonnulli cum edit. Rom nobiſcum faciunt

f. Sic Rom. edit. & mſſ aliquot Aliæ vero edit *ſimul ne quis ſubjectus corporis paſſioni* &c. à quibus mſſ. pleraque non procul abeunt. At quod edit. Rom. paucis interjectis, contra veteres alias, & mſſ præfert: *Hominum enim iſta jactantia eſt, non alienam gloriam, ſed ſuam quærere*; non ſane viderunt editores hanc ſententiam per ſe veriſſimam, hoc loco abſurdam eſſe; cùm agatur de gloria in nobilitate majorum poſita, quam multi quærunt avidiſſime, de propria ſibi recte factis acquirenda nihil ſolliciti.

tos & quam graviter eriminoſos Dominicæ generationis ſeries comprebendat, de quorum origine propter te naſci Chriſtus non erubuit? Et hæc ſi credas, divinæ miſerationis in te munera ſunt, & boc cæleſtis inſigne eſt poteſtatis. Superabundavit enim peccatum, ut ſuperabundaret gratia. Non fuerit igitur David exceptus à culpa, ut eſſet clectus ad gratiam.

34. Sed jam myſteria ipſius recenſeamus biſtoriæ, & ex ipſis Scripturarum fontibus hauriamus: atque ut omnem ſeriem myſteriorum introſpicere poſſimus, textum ipſius repetamus biſtoriæ. Sic enim in libro Regnorum meminimus expreſſum, eo quod David cùm lavantem vidiſſet Bethſabee Uriæ uxorem, adamaverit: deinde domum venire præceperit, cùm abſens eſſet vir mulieris: non multo poſt maritum ejus reverſum eſſe, nuntium belli, religioſum ſane & devotum virum, qui belli tempore non putaverit ſibi ingrediendam domum, cùm ſocios bello videret intentos, nec domeſticis in tabernaculis, ſed in præliaribus tentoriis excubantes: poſtea juſſu David in bella revocatum, ſub ea præceptione, ut objiceretur adverſariis bellatoribus, quo morte viri liberam copiam potiendæ mulieris rex haberet. Et bîc nonnulla eſt peccati verecundia, & pudor culpæ, quod latebram quæſivit erroris; & injuſtæ necis non auctoritatem ſibi jure regiæ poteſtatis adſumſit, ſed invidiam declinavit. Culpam fatetur, ſed tolerabilior eſt quæ premitur verecundiâ, quàm quæ inſolentiâ prædicatur. Mortuus eſt igitur Urias, bellatoribus objectus, ſed poſtea iidem qui eum peremerunt, juſſu David, expugnata urbe, ſunt peremti. Hæc eſt hiſtoriæ ſeries, in qua profunda licet ſpectare myſteria.

2 Reg. 11. 2. & ſeq.

CAPUT VII.

Divino invocato Spiritu, incipit detegere myſteria, quæ ſub David ac Bethſabee adulterio, nec non ſub ipſius partu velabantur.

35. ET quoniam David non defendendum, neque enim meo eget auxilio, ſed excuſandum recipimus, vel potius prædicandum; ne in tanto myſteriorum profundo vacillem, juſtum eſt ut ejus ore utar, cujus utor biſtoria. Utar igitur reſponſorio prophetico dicens: *Cor mundum crea in me, Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.* Nemo enim ſine Spiritus ſancti infuſione, tanta divini receſſus poteſt ſpectare myſteria. Etenim ſi ille tantus propbeta, Spiritus ſancti petit ſibi munus infundi, quid facere infirmus debeat; cùm præſertim etiam Apoſtolus ſanctus populi quoque ſe putet precibus adjuvari, ut aperiatur ei oſtium ad loquendum myſterium verbi. O ſi mibi oſtium illud Cbriſtus dignetur aperire! Pulſemus tamen; ſolet enim exaudire pulſantes, quia ipſe dixit: *Pulſate, & aperietur vobis* O ſi mibi ſe ipſe reſeraret, quia Chriſtus eſt janua: ipſe intus, ipſe extra, ipſe via quæ ducit, ipſe vita ad quam contendimus pervenire.

Pſal. 50. 12. *Luc. 11. 9.*

36. Veni ergo, domine Jeſu, & aperi nobis fontes tuos, ut bibamus de aqua, quam qui bibit, non ſitiet in æternum. Vel ſi de fonte adbuc tuo haurire non poſſumus, dignare concedere ut de puteo ſaltem haurire poſſimus, unde potum Samaritanæ illi dubitanti adbuc mulieri polliceris. Et tu quidem de fonte omnibus polliceris, ſed dubitantibus, ut illi Samaritanæ, fons tuus adhuc altus eſt puteus. Bibamus & nos aquam cæleſtium ſecretorum. Et quoniam ad fontem tuum meruimus pervenire, liceat nobis imaginem ſaltem myſteriorum videre cæleſtium.

Johan. 4. 13.

37. Itaque, niſi fallor, per Propbetam Spiritum ſanctum intelligimus: per adulteram autem licet Synagogæ fornicationes varias æſtimare. Et ideo multo ante cernimus revelatum ex Spiritu ſancto, & ex familia Judæorum (quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem) dominum Jeſum eſſe generandum, qui quidem quaſi Judæus ex adultera familia natus eſt, ſed quaſi immaculatus ex Virgine. Erat ſub Lege, erat quaſi ſub viro familia Judæorum: abolenda fuit Legis obſervantia, ut veritas ſubſtitueretur & gratia.

Gen. 49. 10.

38. Habemus unum myſterium: accipite & aliud; ita tamen ut meminetitis ex prima conceptione Bethſabee natum eſſe parvulum qui mortuus eſt, poſtea natum eſſe Salomonem: illum parvulum ex conceptione furtiva; iſtum vero Salomonem jam ex profeſſione conjugii. Liquet igitur per David intelligi Propbetam, per Prophetam populum propheticum, ex quo & ex Synagoga primus ille qui natus eſt (quoniam degeneraverat à majoribus ſuis per flagitia formatus, & per vitia concretus populus Judæorum) ad reſurrectionis æternitatem pervenire non potuit, nec in virum perfectum excreſcere; ſed in exigua ſenſuum parvitate, & quadam virtutis defecit infantia. At vero ille qui poſtea ex legitima conceptus eſt copula, populus Cbriſtianus, ille ſapiens atque pacificus, hoc enim Salomonis interpretatione refertur, ad incanam longævæ reſurrectionis ætatem, atque ad regnum illud cæleſte pervenit. Per illum autem populum Lex ſoluta, per iſtum gratia reformata eſt.

39. Accipite etiam tertium myſterium. Quod David[a] Hebræi excelſum dicunt, Latini humiliatum interpretantur. Quis eſt autem vere humiliatus, niſi ille *qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed formam ſervi accipiens humiliavit ſemetipſam, factus obediens uſque ad mortem?* Hic igitur eſt qui ſignificatur David, excelſus per naturam, ſed bumiliatus per miſericordiam: ſublimis in divinitate, ſed mitis in corpore. Itaque ubi humiliatus, ibi obediens. Ex eo enim naſcitur obedientia, ex quo humilitas, & in eo deſinit. Cùm enim obediens dicitur factus uſque ad mortem (mors autem non divinitatis, ſed corporis fuit) non utique obedientia divinitatis fuit illa, ſed corporis; nec bumilitas majeſtatis illa, ſed carnis. Itaque quantum ad ſuſceptionem corporis ſpectat, apoſtolica lectio in quo Chriſti fuerit bumilitas, declaravit: quod vero ad naturam ſpectat divinitatis, Evangelica lectione reſeratum eſt: quam pio proſecuti eſtis adſenſu, cùm audiretis legi, dicente Dei Filio: *Ego & Pater unum ſumus.*

Philip. 2. 6. & ſeq. *Johan. 10. 30.*

a. Mſſ plerique cum edit. omnibus, *Hebræi dicunt.* Laud. Torn. & alii nonnulli reſtituunt vocem, *excelſum*: ad quam videntur reſpicere quæ infra ſequuntur, *David excelſus per naturam, ſed humiliatus per miſericordiam.* Neutram tamen interpretationem uſpiam reperimus, ſed tantùm *Davidem* hebræa ſignificatione idem eſſe ac *dilectum*

Unum

Unum enim divinitate ſunt Pater & Filius: ſed non unum ſunt corporis ſacramentum, & divinitatis æternitas. Nec ſolus tamen Apoſtolus humiliatum dixit eſſe Dominum, ſed ipſe quoque ſe humilem eſſe memoravit dicens: *Matth. 11. 29.* *Tollite jugum meum, quia leve eſt; quoniam mitis ſum & humilis corde.* Et tamen non ſola interpretatione, ſed etiam manifeſta appellatione ſignatum eſt; quia ſcriptum eſt: *Pſal. 88. 21.* *Inveni David ſervum meum, oleo ſancto meo unxi eum.* Et infra dicit: *Ibidem. 27.* *Pater meus es tu;* [a] &, *Ego dicam illi: Filius meus es tu.* Ergo David quem quærebamus, invenimus: ſervum quidem ſpecie, ſed Dominum veritate.

CAPUT VIII.

Quid domus regia, in qua deambulas David: quid nudatio & lavatio Bethſabee; quidve quod ſtatim nuda viſa amata ſit, ſignifices?

40. HIc ergo David intra domum deambulavit ſuam. Quæ utique domus eſt Chriſti, niſi illa de qua dicit: *Johan. 14. 2.* Quia *apud Patrem meum multa manſiones ſunt?* In illa ergo regia ſitus humanam conditionem nudam vidit, & miſeratus adamavit. Erat enim adhuc nuda virtutum, quia per inſidias ſerpentis genitalibus erat naturæ ſuæ [b] exuviis deſtituta. *2. Reg. 11. 2. & ſeq.* Neque enim veriſimile videtur, ut ante domum regis mulier nudaretur, ante domum regis femina ſe lavaret: quaſi locus lavacro opportuno alius eſſe non poſſet. Non quadrat, non congruit, non cum fide convenit: diſtat à vero, abhorret à ſenſu. Talem rex, tam petulantem, tam procacem horrere potuit, non amare. An illa, ſi non viro verecundari, nec regios ſaltem vereri potuiſſet adſpectus? An illam, priuſquam rex videret, nec miniſtri ejus arcere potuerunt?

41. Ergo ſi hoc cum fide non poteſt convenire: quæramus quæ iſta ſit nuda, videlicet humana conditio, omnibus veſtimentis exuta naturæ, carens amictu immortalitatis, & innocentiæ ſpoliata velamine. Nudus eſt enim qui peccato nudatur & culpâ. Denique ille primus noſtri generis peccator, atque utinam ſolus, antequam peccaret, nudum ſe eſſe non ſenſit, poſteaquam peccavit, nudum ſe eſſe vidit; & ideo tegendum foliis putavit, quia nudum ſe eſſe cognovit. Factus eſt igitur ille ſibi nudus, poſteaquam factus eſt reus culpæ. IN ILLO nudata eſt omnis humana conditio, per ſucceſſionem naturæ; non ſolum culpæ, ſed etiam ærumnæ obnoxia. Ergo ille ſe nudum ſenſit & vidit: unde ita eſt omnis noſtra conditio, ut qui ſe nudum putaverit, nudum & videat & ſentiat. Denique qui divitias concupiſcit, nudus eſt: qui contemnit, opulentus eſt. ADEO ſuus cuique ſenſus ærumna eſt, & ſua cuique virtus expers injuriæ eſt. Ergo humanam conditionem primò per Legem ſibi Chriſtus in conjugium vindicavit, quam repudiavit poſtea. Unde & ait: *Eſai 50. 1.* *Quis liber repudii matris veſtræ, quo dimiſi eam?* Hoc igitur genere Chriſtus familiam ſuam nudam vidit, & amavit; amat enim ſanctam Chriſtus animam. Denique amabat Jeſus Lazarum & Mariam: amabat Chriſtus Eccleſiam ſuam, quamvis nudam, quamvis nullo adhuc virtutum decore veſtitam.

42. Denique ut ſciamus propoſitæ diſputationi Scripturarum ſeriem convenire, diſcamus Eccleſiam nudam, diſcamus quærentem, feſtinantem, & lavantem ſe ante domum Chriſti, quando baptizabat Johannes in Jordane dicens: *Matth. 3. 11.* *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem venit poſt me, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto.* Ergo quando baptizabatur plebs in pœnitentiam, Chriſtum utique domui ejus jam vicina quærebat, ut perveniret ad gratiam. Quærebat ergo à Johanne Chriſtum Eccleſia dicens: *Cant. 1. 6.* *Annuntia mihi quem dilexit anima mea;* ipſum cauſam deſiderii, ipſum cauſam lavacri ſibi eſſe commemorans, ſicut habes: *Ibidem 4.* *Fuſca ſum & decora, filia Hieruſalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis.* Habes cauſam qua ratione ſe lavare geſtiat, quia fuſcam ſe eſſe commemorat. Nam quaſi interroganti Johanni, qua ratione plebs multa concurrens geſtiret lavari, reſpondit: *Fuſca ſum & decora, filia Hieruſalem.* Quia fuſca eſt, lavari deſiderat: quia decora eſt, videri nuda non metuit. *Nolite*, inquit, *adſpicere me, quia offuſcata ſum, quia non eſt intuitus me ſol.* Ergo fuſcamur, quando non videmur à Chriſto: ſed quando videmur, albeſcimus. Vidit ergo eam ille cui nuda ſunt omnia, & interna pectoris occulta eſſe non poſſunt; quia ſcrutator eſt cordis & renum: nihil huic tectum, nihil eſt involutum. Vidit Eccleſiam ſuam nudam, & vidit, & amavit. Vidit nudam dilectam, & quaſi filius caritatis adamavit.

43. Videte quemadmodum videat, videte quemadmodum vocet. Non hîc adulterii opprobria, ſed myſteria caſtitatis ſunt. *Cant. 4. 7. & 8.* *Tota es*, inquit, *formoſa, amica mea, proxima mea, & reprehenſio non eſt in te. Ades huc à Libano ſponſa, ades huc à Libano, tranſibis & pertranſibis à principio fidei.* Et bene à principio fidei. Ergo ubi fidem habes, adulterium timere non debes; fides enim conjugii eſt, fraus adulterii. Sed ut adeſſe poſſit à Libano, ante præmiſit dicens: *Cant. 2. 10.* *Exſurge, veni proxima mea, formoſa mea, columba mea, perfecta mea.* Proxima, utique fidei deſiderio: formoſa, decore virtutis: columba, gratia ſpiritali. Pennæ enim columbæ deargentatæ æternam illam ſignificant poteſtatem; & columbæ volatus ſancti Spiritus præſentiam declaravit. Vocat igitur ad ſe eam Chriſtus, ut veniat; quoniam ſpiritalibus jam pretiis dotata veniebat: *Ibidem 11. & 12.* *Quia ecce*, inquit, *hyems præteriit, imber abiit, diſceſſit ſibi, flores viſi ſunt in terra.* Videte

a Rom. edit ſola, &: *Ego primogenitum ponam illum, excelſum præ regibus terræ.* Forte voluerit auctor ad eum verſum alludere; ſed Era. Gill. ac mſſ omnes nobiſcum faciunt.

b. Quidquid inter voces, *exuviis deſtituta*, & illas, *Quæramus quæ iſta ſit*, concluditur, in edit. Rom. prætermiſſum fuerat, cùm in aliis omnibus edit. & mſſ habeatur. Illorum autem verborum loco tantummodo repoſita fuerant iſta: *Vidit ergo David mulierem nudam lavantem ſe.* Manifeſtum vero eſt memoratas lineas idcirco fuiſſe ab editoribus Romanis reſecatas, ne veritas hiſtoriæ deſtrueretur. Verum cùm hic auctor ſupra c. 2. n. c. 3. n. 7. 15. & 16. c. 4. n. 21. & c. 5. n. 31. facti veritatem expreſſiſſimis verbis adſtruxerit, quis putet eum in tam paucis pagellis ſibi adeo turpiter contradicere? Ita igitur hunc locum interpretamur, ut hiſtoriam quidem nequaquam neget, ſed multo magis ad tendendum doceat ad hiſtoriæ animam, ut ſic loquamur, id eſt, ad myſticam intelligentiam, quàm ad ejus corpus, hoc eſt, litteralem narrationem. Qua etiam ratione loci complures ipſiuſmet Ambroſii conciliandi ſunt: utputa lib. 1. *de Abraham* cap. 9. numerus 87. cum libri & cap. ejuſdem numero 89. & lib. *de Joſeph Patr.* c. 1. numerus 4. cum libri ejuſdem capite 12. num. 53. Item lib. *de Tobia* c. 3. n. 57. & 58. cum ejuſdem libri cap. 2. num. 70. & ſequentibus. Vide ſis etiam præmiſſam à nobis huic tractatui Admonitionem.

quemadmodum ſancta invitetur Eccleſia. *Hyems*, A inquit, *diſceſſit ſibi*, ne hyemem nuda formidet, hyemem non temporis, ſed infirmitatis, quæ agrum animæ fœcundum omni flore diſpoliat. Eſt enim hyems non terreni ſolis, eſt hyems mentis, quando animo frigus illabitur, quando vapor animi evaneſcit, quando ſolvitur vigor ſenſus, quando nimius humor exundat & mentem gravat, quando interior caliginat adſpectus. Et ideo ait Matth. 24. 20. Dominus: *Videte ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato.* Bonum enim ut tunc dies judicii vel mortis B adveniat, cùm viget animi blanda temperies, cùm cæleſte myſterium ſerena luce reſplendet, cùm cor noſtrum ardet in nobis. Tunc enim Chriſtus eſt præſens, ſicut teſtantur in Evangelio [a] Luc. 24. 32. Ammaon & Cleophas dicentes: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis in via, cùm aperiret nobis Scripturas?* Viget autem animus, quando etiam flos videtur in terris. Quis eſt iſte flos boni odoris, niſi Cant. 2. 1. ille qui dixit: *Ego flos campi, & lilium convallium?* Eſai. 11. 1. De quo & in Eſaia ſcriptum eſt: *Et exiet virga* [b] *de* C *radice Ieſſe, & virga ex radice adſcendet, & flos ex virga exiet.* Radix utique familia Judæorum eſt, virga Maria, flos Mariæ Chriſtus, qui quando noſtra reſplendet in terra, & in agro animæ redolet, vel in Eccleſia ſua vernat, nec frigus poſſumus timere, nec pluviam vereri, ſed exſpectare judicii diem.

44. Et ideo Eccleſia ut hunc florem videret, omni ſtudio feſtinabat, ſicut ipſa teſtatur dicens: Cant. 3. 1. & ſeq. *In cubili, in noctibus quæſivi quem dilexit anima* D *mea: quæſivi eum, & non inveni: vocavi eum, & non exaudivit me. Exſurgam itaque,* [c] *& introibo in domum, in forum, & plateas, & quæram quem dile-* Cant. 5. 7. *xit anima mea. Quæſivi, & non inveni eum ... Invenerunt me cuſtodes qui circumeunt civitatem, me percuſſerunt, & tulerunt pallium à me.* Videns quemadmodum quærat quem deſiderat invenire, ut non timeat vulnerari. Sed hæc vulnera non metuenda ſunt, ſed optanda; quia vulnera caritatis ſunt; [d] ſicut ipſa dicit: *vulnerata caritate ego* E ibidem. 8. *ſum.* Bona caritatis vulnera. Denique utiliora vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici.

CAPUT IX.

Eamdem materiam proſequitur, oſtenditque Eccleſiam Chriſto, qui velatam Synagogam deſpexerit, nudam placuiſſe: tum ejuſdem ad illum inquirendum ardorem deſcribit; ac demum Legis ſolutionem in Uria nece adumbratam explicat.

45. MErito ergo nuda, quia pallium perdidit: aut fortaſſis ideo nuda, quia nonnumquam virtutis eſt opertum non habere pec- 2. Cor. 3. 13. & ſeq. tus, cor non habere velatum. Denique velatam illam, hoc eſt, Synagogam, quæ habebat velamen in lectione veteris Teſtamenti, quod modo revelatur, quoniam in Chriſto evacuatur; velatam, inquam, Synagogam Chriſtus deſpexit & A ſprevit; unde hodieque velamen ſuper cor Judæorum eſt poſitum. [e] At vero ea quæ tota ad Dominum mente convertitur, nuda eſt atque perſpicua. Cùm enim quis converſus fuerit ad Dominum, velamen auferetur; ut gloriam Dei ſpeculantes videre poſſimus. Denique etiam alibi nudam eſſe virtutis indicium eſt, quia ſcriptum eſt: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Cant. 5. 3.

46. Quam igitur tunicam exuerit, & non invenerit quemadmodum induat eam, de Scripturis, ſi poſſumus, revelemus. Eſt enim quædam tunica corporalis, ſunt cupiditatum quædam intexta velamina; & ideo interdum melius eſt nudum eſſe corpore, quam corde velatum. Unde etiam Paulus nos admonet exſpoliari multo eſſe melius quam ſupervestiri, dicens etiam alibi: *Exſpoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, induite novum qui renovatur in agnitione, ſecundum imaginem ejus qui creavit eum.* Coloſſ. 3. 9. & 10. Ergo quæ exſpoliata eſt, & pedes lotos habet; & ideo quæ lavit, neſcit quemadmodum inquinari poſſint. Obliviſcitur enim per gratiam, quod hauſerat per naturam. Magnus igitur hic & juſtus amor mulieris ante David regiam ſe lavantis.

47. Verùm non ſolum lavit, ſed etiam vocavit; ut in eodem accepimus libro, dicente ſancta Eccleſia. *Veni, frater meus, exeamus in agrum, requieſcamus in caſtellis, diluculo ſurgamus in vineas, videamus ſi floruit vitis.* Cant. 7. 11. & 12. Non ſolum igitur lavat, ſed etiam Chriſtum ad ſe venire provocat & invitat dicens: *Tibi dabo ubera mea.* ibidem. Nec ſua tantum, ſed etiam nova ac vetera pollicetur, ſicut habes: *Nova & vetera, frater meus, ſervavi tibi.* ibidem. 13. Et quaſi amoris impatiens quærit adminiculum alicujus, à quo Chriſtus rogetur ut veniat. Videte æſtuantem, videte deſiderantem. *Quis dabit*, inquit, *te, frater meus, lactantem ubera matris meæ?* Cant. 8. 1. Et qua ratione quærat, & qua gratia invitet, & quemadmodum poſſit tenere, demonſtrat: quemadmodum foris morantem exſpectet, oſtendit: & ut domum ſuam ingrediatur, implorat dicens: *Inveniens te foris oſculabor te, adſumam te, & adducam te in domum matris meæ, & in ſecretum ejus quæ concepit me.* ibidem. 2. Vides quemadmodum nuda ſit, quæ non poteſt tectum habere ſecretum intemeratæ utique naturæ, ſecretum intimæ conſcientiæ, non deſignatum aliqua temeritate vitiorum. Hortus enim clauſus eſt Eccleſia ſancta, & immaculata virginitas; quæ ideo hanc gratiam meretur à Chriſto, quia Verbum Dei quæſivit, deſideravit, invenit, advigilans ante oſtia ſapientiæ, ſicut ipſa dicit: *Beatus vir qui audierit me, & homo qui vias meas cuſtodierit, advigilans meis oſtiis quotidie, cuſtodiens poſtes mei introitus. Exitus mei, exitus ſunt vitæ.* Prov. 8. 34.

48. Sic Eccleſiæ ſuæ Chriſtus ſpeciem concupivit, & paravit ſibi eam uxorem adſciſcere. Sed quia erat ſub Lege (ſub Lege enim Petrus, Johan-

a Codex Torn. *duo diſcipuli*. alii ac edit. omnes, *Ammaon & Cleophas*. Sic etiam nuncupantur ab Ambroſio tum alibi, tum maxime in *Comment. in Evang. Lucæ* cap. 24. qua de re plenius ibidem diſſeremus.

b Rom. edit. cum mſſ. aliquot, *de radice Jeſſe, & flos de radice ejus adſcendet* quæ lectio etiam LXX. & Vulg. auctoritate confirmatur. Era. tamen Gill. & plures mſſ. habent ut in textu.

c. Ita mſſ. omnes, atque edit. Era. & Gill. Rom. vero, *& circuibo civitatem*. Certe hanc ejus lectionem LXX. atque Vulg. ſtabiliunt, à qua nec multum recedit Ambroſius lib. *de Iſaac & Anima* cap. 5. num. 38. ubi habet, *& quæram in civitate*.

d. Sic Rom. edit. & mſſ. aliquot: Era. vero & Gill. cum aliis cod. manu exaratis: *ſicut ipſe dicit; Vulnerata caritatis ego ſum*. Minus bene, cùm hæc Eccleſiæ tribui manifeſtum ſit.

e. Edit. Era. atque Gill. *At vero eam quæ tota ad Dominum mente convertitur, ut gloriam Dei ſpeculantes videre poſſimus, Chriſtus ſuſcipit atque amplectitur* At Rom. edit. & mſſ. cod. habent ut nos ſupra.

nes, ceterique apoſtolici viri) prius nos obſervantiæ corporalis vinculis relaxandos putavit. Quamvis enim Lex religioſa, Lex juſta, ſicut Uriæ perſonâ inducitur, qui tam religioſus & caſtus fuit, ut regreſſus è bello uxorem non recognoſceret, nec intraret ad eam; [a] tamen quia Urias in David, hoc eſt, viro humili, copulam cognovit Eccleſiæ, à Synagogæ conjunctione diſcedens, locum futuris nuptiis præparavit. Unde & Johannes typum accepit Legis, qui quamvis eſſet ex Patribus, parari vias Domini nuntiavit & Eccleſiæ copulam prophetabat; & ideo occiſus inducitur, ut defectum legitimæ obſervationis oſtenderet. Lex enim & prophetæ uſque ad Johannem. Ergo jam Urias occiſus eſt in typo Legis, ut Synagoga Legis laqueis ſolveretur; quoniam quæ ſub viro eſt mulier, vivente viro ligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir, ſoluta eſt à lege viri. Igitur vivente viro, vocabitur adultera; ſi juncta fuerit alteri viro: ſi autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à lege viri; ita ut non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Ergo non [b] adultera humanæ conditioni, quæ licet ſub Lege fuerit, tamen abolitâ quodammodo obſervantiâ Legis, in gratiam vindicata eſt.

49. Legis autem obſervantiam non Chriſtus abolevit. Unde & Uriam non David occidit, ſed occidi à bellatoribus paſſus eſt: hoc eſt, profanari ritum obſervantiæ ex Lege venientis, per incurſionem barbarorum & captivitatem Judæorum paſſus eſt Chriſtus. Denique Urias, lux mea dicitur. Quæ autem Chriſti lux, niſi Lex & Evangelium? *Si enim crederetis Moyſi, crederetis & mihi; de me enim ille ſcripſit.* (*Johan. 5. 46.*) Quia lux Chriſti in Lege præceſſit, cujus poſteà in Evangelii gratia quaſi [c] in heptamyxo ſpiritu univerſa mundi hujus implevit. Hinc ergo Legi carnem ſuſtulit vel Eccleſiam & ſibi junxit: cujus Legis lumen populus hoſtilis imminuit, quando Legis ſancta violavit. Imminuta ergo lux Dei eſt in populo Judæorum; quia cæcitas ex parte in Iſrael contigit, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret.

CAPUT X.

Renovata adtentione, altius myſterium in adulterio Davidico latens, nimirum Verbi divini cum humana natura conjunctionem ſcrutatur.

50. SUpereſt adhuc & quartum myſterium, quod, quæſo, placidis accipiatis auribus, & mentem noſtram, non verba pendatis; non enim in verbo eſt regnum Dei, ſed in virtute. Adulterium factum eſt, & homicidium factum. Hoc eſt quod dictum eſt ad Prophetam: *Sume tibi baculum nucinum.* (*Hier. 1. 11.*) Et alibi virgam nucinam legimus, per quam intelligimus jus quoddam & ſummam prophetiæ, quæ more nucis foris amara in cortice; dura in medio teſtâ, tenera intus eſt & fructuoſa. Etſi igitur in hiſtoria amariora auditis, in typo dura cognoſcitis; ſperate tamen in myſterio fructuoſa. Adulterium, inquam, in typo ſalutis eſt factum; non enim adulterium omne damnandum eſt. Denique ad Prophetam dictum eſt: *Vade, accipe tibi uxorem fornicariam.* (*Oſee. 1. 2.*) Dominus hoc jubet cum ea quæ fornicata fuerit, eſſe conjugium: cujus conjugii, ut ſupra diximus, (*Supra cap. 9. hujus libri.*) partus eſt Chriſtus. Namque filio qui ex fornicatione eſt natus, à Domino nomen impoſitum eſt Jezrahel, quod divina eſt generatio. Si ergo pia illa copula fornicariæ, etiam iſta utique pia ſocietas adulteræ copula eſt. Sed illa de Judæis. De divinis autem non audeo, licet pium, adulterium nominare; ne quem vel ſonus ſermonis offendat, licet ſenſus venerationis in promtu ſit: quod poteſt tamen cautius dici, etſi non expreſſius, ex diſparibus copulis contubernium pium factum eſt, cùm Verbum caro factum eſt. Non ſunt enim legitima conſortia divinitatis & carnis: nec ut quodam fœdere conveniunt naturæ, caro animæ & anima carni, ita etiam divinitas & caro juſti ſervant quodammodo thori legem. Suſcepit carnem Deus, adſumſit animam, per inuſitatam nec legitimam incarnationem conſortium fecit eſſe legitimum, ut ſit Deus omnia in omnibus.

51. Denique ut ſcias eſſe myſterium, interpretare vocabula. David enim accipis in typo Chriſti, Bethſabee filia ſabbati, aut filia plena, vel puteus dicitur juramenti. Quid igitur expreſſius, quam quod filia ſabbati caro Chriſti eſt; quia miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub Lege? Eadem plena, quia in paſſione ejus Legis eſt plenitudo, vel quia plena gratiâ Spiritus ſancti. Jeſus enim plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt à Jordane. Eadem etiam puteus juramenti, hoc eſt, religionis & fidei. Et bene puteus; quia flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hanc ergo adſumens ſibi Deus Verbum, copulam fecit eſſe legitimam: quod myſterium illæ nuptiæ deſignarunt, quæ ſunt in Canticis canticorum, quibus Chriſto Eccleſia, & ſpiritui caro nubit. Et ideo circumcurſabat & quærebat ubique Dei Verbum, quia vulnerata, quia nuda, quia adultera in omnibus, etſi immaculata in Chriſto, quærebat caro miſera redemtorem.

52. Hanc ſibi Chriſtus junxit, ut immaculatam redderet: hanc ſociavit, ut auferret adulterium. Et quia ſub Lege erat, moriendum fuit, ut liberaretur à Lege, ut per illam mortem velut quoddam Legis & carnis matrimonium ſolveretur. Mortua eſt igitur in Chriſto caro, ut nos mortificati Legi per corpus Chriſti, ſicut Apoſtolus dixit, (*Rom. 7. 4.*) eſſemus alterius qui ex mortuis reſurrexit, & paſſiones cupiditateſque carnis, & cogitationes peccatorum quæ per Legem erant in membris noſtris, in illa morte morerentur: nos autem ſoluti à lege mortis, quaſi nova Chriſti copula, in novitate ſpiritus reſurgeremus.

53. Et tamen qui Legem in Chriſti carne ſolverunt, eamque putaverunt eſſe violandam, omnes juſſu David à bellatoribus interemti ſunt. Quo indicio oſtenditur id, quod poſteriora docuerunt eſſe ſignatum, quod eorum qui Chriſtum inter-

a. Ita edit. omnes, ac pauci mſſ. Codex Torn. *tamen ubi Vria interfecta, David, hoc eſt, vir humilis copulam cognovit Eccleſia.* Theod. *tamen ubi veri David, hoc eſt, viri humilis copulam cognovit Eccleſia.* Alii quatuor, *tamen ubi Vrias David, hoc eſt, viri humilis copulam cognovit, Eccleſia* &c.

b. Rom. edit. *adultera humana conditio:* aliæ duæ ac mſſ. omnes: *humana conditioni*; nec male, ſi vocem *adultera*, de Eccleſia dictam intelligas. Rurſus ibidem edit. Era. & mſſ. duo: *tamen abolita eſt Legis quodammodo* (mſſ. *quemadmodum*) *obſervantia Legis in gratiam* &c.

c. Mſſ. aliquot, edit. Era. ac Gill. in margine *in heptamyxo ſeptiformi ſpiritu.* At gloſſema eſt. Non dubium autem quin alludatur ad candelabrum veteris Legis, in quo erant lucernæ ſeptem, quibus ſeptiformis gratia ſancti Spiritus deſignabatur.

fecerunt; nullus evaſerit, idqne evidentiſſime revelatur, eos quos ante mortem adſumſerat Jeſus, ſicut Judæos, periſſe parvulos & informes: eos vero quos poſt mortem adſcivit in numerum filiorum, regno eſſe ſervatos. Unde juxta boc myſterium convenit quod primus in Judæis fuerit partus infirmus; ut poſtea in Chriſtianis fieret fructus æternus.

CAPUT XI.

Parabola Nathan proponitur, atque ad ſenſum moralem, moxque ad allegoricum traducitur.

54. SEd jam ad nuntium tranſeamus. Nam ſuperioribus diebus tractatus nobis de illo invidioſo adulterio & homicidio David prophetæ fuit, decurſiſque myſteriis non ſolum nihil quod condemnaretur; ſed etiam quod laudaretur, invenimus. Nunc tractatus incipit eſſe de nuntio quem decurſi pſalmi titulus jam ſæpe repetitus oſtendit. Sic enim eſt: [a] *Pſalmus David intellectus, cùm veniſſet ad eum Nathan propheta, cùm intraſſet ad Bethſabee.* Pſal. 50. 1.

55. Itaque & bæc pars hiſtoriæ retexenda eſt, quæ bujuſmodi eſt. Dives, inquit, & pauper intra unam erant civitatem. Diviti multa armenta, multæ oves: pauperi una ovis, quæ de pane & vino pauperis alebatur, & in ſinu ejus requieſcebat. Venit hoſpes ad divitem: dives neque de armento ſuo, neque de gregibus ſuis aliquid abſtulit, ſed unam ovem pauperis occidit. Huc ubi cognovit David: Morietur, inquit, vir ille, & reſtituet quadruplum. Reſpondit illi Nathan: Tu es. Deinde aperuit ei cæleſte mandatum, dicens mandaſſe Dominum quod multa illi bona, id eſt, opes regias, ſublato de paſtorum numero, contuliſſet, quodque in eum ſuam miſericordiam profudiſſet; & ideo quoniam peccato exaſperaſſet Dominum, abducenda ejus omnia, rapienda ab hoſtibus, depopulandam domum. Tunc ait ille: *Peccavi*. Et reſpondit Nathan: Quoniam peccaſſe te confiteris, remittet tibi Dominus peccatum: ſed filius tuus qui natus eſt ex Bethſabee, morietur. Hoc filio ægrotante, David flevit, humi jacuit, cilicio ſe operuit, jejunavit: ubi mortuum cognovit, ſurrexit, lavit, cænavit, alios conſolatus eſt. 2. Reg. 12. 1. & ſeq.

56. Videte quam multa. Primo omnium, quod Deus pius & miſericors eſt, & quæ nobis adverſa contingunt, pro pretio noſtri erroris excipimus. Didicimus igitur captivitatem pretium eſſe peccati; hæc enim decernitur pœna pro crimine. Deinde illud advertimus quod regum lapſus, pœna populorum ſit. Sicut enim eorum virtute ſervamur, ita etiam errore periclitamur. Unde optandum eſt nobis, ut regem glorioſum atque perfectum habere poſſimus. Nos ergo qui regem volumus habere perfectum, Dominum nolumus habere perfectum? An vero illi poſſunt velle hominem eſſe perfectum, qui Deum nolunt eſſe perfectum? Illud etiam breviter textus operatur hiſtoriæ, ut advertamus quam cito veniæ ſpes ſecuta ſit. Non mediocre autem, quod Nathan denuntiavit ei, hoc eſt, inferior propheta. Gravis enim vereeundia pudorque delicti, ab inferiore reprehendi. Videtis quod culpa gratiam minuat. Sciebat Nathan, quod David neſciebat: adeo caligabat animus obumbratus quadam nube vitiorum. Deinde hic eſt Nathan, qui in ſuperioribus David acceptum Domino prophetavit; ut duleret eodem redarguente peccatum, quo propbetante, meritum fuerat prædicatum.

57. Sed jam myſterium requiramus. *Duo*, inquit, *viri erant in una civitate, unus dives, & alter pauper.* Quis eſt hic dives aut pauper, niſi forte unus populus Judæorum, & alter populus Chriſtianus? Ille dives in Lege, dives eloquiis Dei ſibi creditis, dives prophetiis, dives oraculis: hic vero pauper. Sed nolite hanc refugere paupertatem, quam ſequitur regnum cælorum. Scriptum eſt enim: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. Bona paupertas, quæ quod habuerit, non amittit. Bona paupertas, quæ ſi theſauros non habet pecuniæ, babet tamen theſauros ſcientiæ atque ſapientiæ. Nolite, filii, quaſi vilem deſpicere paupertatem. *Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.* Nolite quaſi magnis invidere divitiis: *Divites eguerunt & eſurierunt.* Sed ſi vultis habere bona, Dominum quærite: *Inquirentes enim Dominum, non deficient omni bono.* Ergo nolite recuſare omnem pauperem. Pauper erat Petrus, & quem donaret, nummulum non habebat: ſed pretioſiorem omni pecunia donabat ſalutem. Pauper ille erat Lazarus in Evangelio: ſed ille qui ante in oſtro dives jacebat & purpura, optabat poſt exitum vitæ, ſtillante digito pauperis refrigerari. Quamvis ille oſtro ſuperbus regio & purpuratis veſtibus vulnera pauperis dives faſtidioſus horruerit, tamen in infernis locatus optabat eo loci fuiſſe quo Lazarus. Quo loco lectio non videtur pecuniarum divitem pauperemque deſcribere; ſed eum pauperem, qui pro fide & devotione vulnera corporis non horruerit, famem jejuniumque toleraverit.

2. Reg. 12. 1. — Matth. 5. 3. — Pſal. 33. 7. — Ibidem. 11. — Luc. 16. 19. & ſeq.

58. Cùm igitur baberet populus Judæorum in ſuis gregibus plurimas copias boſtiarum; tamen unam oviculam quam populus ille pauper habebat, eripuit, glorioſæ illam ſubjiciens paſſioni. Vis ſcire quam ovem? *Sicut ovis ad victimam ductus eſt*, qui pane pauperis alebatur, & potu pauperis utebatur, & in ſinu pauperis dormiebat. Noſtris enim utebatur alimentis, in noſtri pectoris gremio quieſcebat. Nam in Judæorum ſinu quieſcere ſe non poſſe memoravit dicens: *Filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* Eſaia. 53. 7. — Luc. 9. 58.

59. Et venit boſpes, inquit, ad virum illum divitem. Quis eſt iſte hoſpes, niſi miſerabile peccatum? Etenim culpa in hunc mundum tamquam hoſpes intravit, aliena noſtræ & peregrina naturæ. Itaque non de ſuis gregibus hoſtiam obtulit; ſed accepit oviculam pauperis, & occidit illam. Cujus quidem paſſio licet quibuſdam [b] ad ſacrificium ſalutare profecerit; tamen videtur illis ſui fuiſſe furoris alimentum, & cibus culpæ, incentivumque peccati. Denique Judas panem accepit à Chriſto, & tunc magis repletus eſt diabolo; quia non accepit ex fide, qui tam boſpitali Do-

a Rom. edit. ſola: *Pſalmus David in finem* Sed magnam fuiſſe olim in Pſalteriis titulorum diverſitatem jam ſupra obſervatum ad calcem. pag. 713.
b. Codex Theod. pro *ad ſacrificium*, ſolus legit *ad ſacrarium*. Et quatuor vocibus interjectis, Ern. ac Gill. *illis ſuiſſe furatum alimentum*. Cod. Torn. *illis ſui farti alimentum* Rom. edit. & mſ. Theod. *ille ſui fuiſſe furoris augmentum*. Melius ex Gallicanis cod. quos ſecuti ſumus.

mino proditionem parabat.

60. Et iratus eſt David ad illum virum. Diximus quod per Prophetam Judæorum populus declaratur, & ideo ſub hac figura ſe ipſe condemnat. Dignus eſt morte vir ille qui fecit hoc, & oviculam reſtituet in quadruplum, hoc eſt, periturum populum Judæorum, ſed cumulationibus bonis fruiturum populum Chriſtianum; quia præſtabilior eſt præſentibus ſtatus qui ex reſurrectione debetur.

61. Propoſitum mihi fuit, ut meminiſſe dignamini, adverſus eos qui homicidium adulteriumque ſancti David arguendum putant, qualicumque meo reſpondere ſermone: & ita favore veſtræ unanimitatis tractatus noſtri curſus evaſit; ut prædicandus ore omnium videretur, quem putabamus non poſſe defendi. Sed quoniam noſtro vir ſanctus auxilio non indiget, jam ipſe vobis pro ſe loquatur, & factum ſuum ipſius dicta defendant.

CAPUT XII.

David peccatum ſuum Deo confitetur, compoſito pſalmo L. cujus hic verſus aliquot explicantur: imprimis quæ ſit magna miſericordia, quæve multitudo miſerationum, inquiritur: tum docetur, ſolum Deum iniquitates noſtras delere, quæ cùm latere non poſſint, exemplo David ſunt confitenda. Demum Arianos in manichæorum impietatem recidere planum fit.

Pſal. 50. 3. 62. MIſerere, inquit, *mei, Domine, ſecundum magnam miſericordiam tuam.* Nova, niſi fallor, fratres cariſſimi, conjunctio iſta ſermonis, ut magna miſericordia diceretur. Non facile alibi lectum memini: & ideo quæ [a] ſit magna miſericordia, non facile dixerimus. Legimus tamen magnam Dei virtutem. Et ideo conſiderantes quæ magna ſit virtus, conjicere poterimus, quam miſericordiam magnam voluerit deſignare. Legimus enim in ſancto Hieremia: *Quis es Domine? Tu feciſti cælum & terram, in magna virtute tua, & brachio excelſo.* (Hier. 32. 17.) Virtus ergo magna cælum fecit. Quæ eſt virtus magna; Patris, an Filii? Magna utique Patris virtus eſt; ipſe enim per Filium cælum fecit & terram, ſicut habes: *In principio fecit Deus cælum & terram.* (Gen. 1. 1.) Sed tamen & Filius magna virtus eſt. Nam cùm virtutem Patris Filium legeris, ſicut habes Chriſtum Dei ſapientiam atque virtutem, (1. Cor. 1. 24.) utique cùm virtus Patris Filius ſit, magna virtus eſt Filius. Quemadmodum igitur omnipotens denegatur, quem fatemur magnam Dei eſſe virtutem? Hæc igitur magna virtus cælum fecit; quia cælum fecit & Filius, ſicut habes: *Omnia per ipſum facta ſunt.* (Iohan. 1. 3.) Ergo ſi & Pater fecit & Filius, utique facti unitas operationis indicat unitatem. Non ergo operatio Patris & Filii diſcrepat. Si autem una operatio, una utique operationis poteſtas, & majeſtas una factorum eſt. Hæc de Patre & Filio.

63. Quid ergo ſilemus de Spiritu, præſertim cùm Scriptura nos divina non patiatur ſilere? Dat enim locus opportuniſſimum teſtimonium ad ſancti Spiritus unitatem cum Patre & Filio comprobandam, ut ejus quoque operationem ab opere Patris & Filii diſſociare nequeamus. Legimus enim magnam virtutem Patris eſſe, quod cælum fecit: magnam virtutem etiam Filium eſſe, quoniam cælum fecit; nec ſolùm fecit, ſed etiam firmavit: *Verbo* enim *Domini cæli firmati ſunt.* (Pſal. 32. 6.) Ergo ſi & feciſſe & firmaſſe cælum magnæ virtutis eſt, etiam Spiritum ſanctum à majeſtate magnæ virtutis ſeparare non poſſumus; quia ſcriptum eſt: *Et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* (Ibidem.) Namque cùm cælum fieret & terra, ſuperferebatur Spiritus; de quo alibi ait propheta David: *Emitte Spiritum tuum & creabuntur.* (Pſal. 103. 31.) De quo etiam alibi dixit: *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum.* (Pſal. 8. 4.) Non enim corporalibus digitis Deus cælum fecit & terram; ſed Spiritus gratiâ ſeptiformis, illo videlicet digito de quo habes in Evangelio: *Quod ſi in digito Dei ejicio dæmonia.* (Luc. 11. 20.) Hunc enim digitum alibi Spiritum dixit, ſicut habes: *Quod ſi in Spiritu Dei ejicio dæmonia.* (Matth. 12. 28.) Si igitur Spiritus Dei digitus eſt, quoniam brachium Dei Filius eſt, utique Spiritus cooperatus Patri & Filio per unitatem operationis cælum fecit & terram. Ideo enim digitum Filius nuncupavit, ut tamquam unius corporis, ita divinitatis exprimeret unitatem. Itaque ſi magna virtus cælum condidit, utique magna ſapientia cælum condidit; quia ſcriptum eſt: *Omnia in ſapientia feciſti.* (Pſal. 103. 24.)

64. Didicimus igitur quæ magna ſit virtus, colligamus nunc quæ magna ſit miſericordia. Si magna virtus cælos fecit, & magna miſericordia debet eſſe de cælo, & magna juſtitia debet eſſe de cælo; juſtitia enim de cælo proſpexit, & miſericordia venit è cælo. Magna ergo facta miſericordia; quia *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* (Iohan. 1. 14.) Ergo magna virtus cælos fecit, magna virtus cælos inclinavit, ſicut legimus: *Et inclinavit cælos & deſcendit.* (Pſal. 17. 10.) Quo oſtenditur numquam divinitatis ſuæ exſors fuiſſe Dei Filius, nec cùm inter homines verſaretur; quoniam etſi ſuſcepit quod non erat, non deſtitit tamen eſſe quod erat. Itaque cùm dicitur: *Et inclinavit cælos, & deſcendit,* [b] non tam videtur de cælo deſcendiſſe, quam ipſo deſcendiſſe cum cælo. Nam cùm Pater Filium alloqueretur in terris ſitum, Angeli miniſtrarent, non tam mutaſſe videtur ſedem Dei Filius, quam tranſtuliſſe. Ergo didicimus magnam eſſe miſericordiam.

65. Itaque ſi magna miſericordia eſt deſcendiſſe de cælo, quæ ſit multitudo miſerationum diſtinguere atque intelligere debemus. Sequitur enim: *Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* (Pſal. 50. 3.) Non enim idem ſignificat uterque verſiculus: ſed illud ad Incarnationem refertur, hoc vero quod ſequitur, ad eas referendum videtur quas Dei filius in carne ſuſcepit injurias; quia jejunavit, quia eſurit, quia flevit, quia vapulavit, quia crucifixus, quia mortuus, quia ſepultus eſt. Hæc enim carnis, non divinitatis inſignia ſunt. Et neceſſarium fuit, ut ærumnarum multitudinem miſerationum multitudo depelleret, profutura nobis Dominicæ certamine paſſionis.

a. Sic edit. Era. & Gill cum mſſ. fere omnibus. Rom. vero, & mſ. Theod. *Quæ ſit magna miſericordia debemus advertere. Nam etſi magnam miſericordiam non facile legerimus* &c. At quæ hic addita ſunt, nobis potius videntur conjectoris cujuſdam periphraſis, quam auctoris ipſius vera locutio.

b Edit. Era. Gill ac Rom. *non tam videtur cælos inclinaſſe, quam ipſe de cælo deſcendiſſe.* Sed mſſ. quinque locum nobis reſtituerunt.

66. Non enim ſua peccata delebat; quia peccatum nullum fecerat: ſed quia peccatum factus eſt, noſtra erant delenda peccata, ſicut David dixit: *Dele iniquitatem meam.* Quid eſt *dele*? Videamus hoc verbum; non enim otioſum eſt. *Eſai. 43. 25.* Denique & alibi ait: *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero.* Sunt profectò altè impreſſa quædam conſcientiæ noſtræ ulcera delictorum, & quædam mentium noſtrarum animorumque vibices, quæ errorum noſtrorum obducuntur ulceribus. Habet ergo culpa characteres ſuos B & apices, quibus proditur: quod non ingenio noſtro affingimus, ſed prophetica auctoritate ſignamus. Scripta eſt ergo; & ubi ſcripta ſit vide: *Hier. 17. 1.* [a] *In pectore*, inquit, *cordis ſui.* Hoc eſt, ibi ſcripta eſt culpæ ſeries, ubi etiam forma virtutis; non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Sed quæ bona ſunt non atramento ſcribuntur, ſed ſpiritu Dei vivi: quæ autem vitioſa, graphio ferreo & ungue adamantino. Talis propemodum ſcriptura, qualis eſt pœna peccati. Scribitur illa C graphio ferreo, hoc virgâ ferreâ coercetur, ſicut ſcriptum eſt: *Pſal. 2. 9.* *Reges eos in virga ferrea.* Alia eſt *Pſal. 44. 7.* illa virga recta, virga regni tui: hæc ſupplicio coercet noxios, illa innoxios gubernat imperio. Ergo ſcripta eſt culpa: videamus ubi. Non foris, ſed intus in corde tuo & in pectore tuo. Sicut enim prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: ſic infidelibus in ipſo corde exprimitur figura peccati, & erroris effigies. Intus igitur eſt culpa, intus & virtus. *Luc. 8. 46.* Et ideo Dominus: *Sentio*, in- D quit, *de me virtutem exiſſe*; ut oſtenderet quæ bona ſunt, de interiore procedere; & contra quæ mala ſunt, de interiore prodire. *Matth. 15. 11.* *Non enim quod intrat*, inquit, *in os, coinquinat hominem: ſed quod exit de ore.* De corde enim tuo cogitationes procedunt; & ideo cave ne de corde tuo malæ cogitationes prodeant, quæ te poſteriore tempore arguant & accuſent. Non enim Deus teſtimoniis ad revincendum te argumentiſque indiget: tua reipſa culpa accuſat & prodit. E

67. Deinde bene in hoc pſalmo David dicit: *Pſal. 50. 5.* *Et delictum meum contra me eſt ſemper.* Væ enim mihi quod latere cupio, & latere non poſſum! Quomodo enim latebo, qui inſcripta in pectore meo gero meorum indicia delictorum? Nudabitur in illo judicii die uniuſcujuſque pectus, teſtimonium reddente omnibus conſcientia ſua, & invicem accuſantibus cogitationibus, aut etiam defendentibus, in die qua judicabit Dominus occulta hominum. Quis pudor ille, cùm prodi omnibus cœ- F perit quod putabamus occultum; cùm aperire ſe cœperit uniuſcujuſque imago delicti, ut unuſquiſque ſui criminis ſerie revincatur? Quis pudor cùm illum quem deſpicabilem in hoc ſæculo judicabas, videris eſſe prælatum; illum ſervum tuum, illum quem juxta ſæculi hujus aſtutias ineptum & inhabilem arbitrabaris, ſimplicitatis ſuæ divitiis cognoveris honoratum? Ergo dum vivimus, confugiamus ad eum qui poteſt delere peccatum. Nec vereare quod [*] graphio ferreo A ſcriptum eſt, & ungue adamantino; hic enim portas ferreas adamantinaſque confregit: nec timeas culpam fateri.

68. Confeſſus eſt David, agnovit iniquitatem ſuam, agnovit errorem; & ideo ait: *Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco.* *Ibidem.* David agnoſcit, & tu non agnoſcis? David fatetur, & tu negas? Paulus ſe nocentem clamat, & tu innocentem te adſeris? *1. Tim. 1. 15.* Non eſt igitur maximus erubeſcendi locus, quando cum plurimis peccati mixta conſortia B ſunt; ſi ſequamur tamen ſtudium corrigendi. Neque turſus paveas, ne culpæ confeſſio teneatur ad pœnam. Bonus enim & miſericors Deus non ſolum culpas ignoſcere confitentibus, ſed etiam præmia corrigentibus impertire conſuevit; ſi tamen unuſquiſque ſibi donari petat, quod intelligit non latere. *Dic ergo iniquitates tuas, ut juſtificeris.* *Eſaia. 43. 26.* Dei vox iſta eſt volentis ignoſcere: Dei vox iſta eſt promittentis, quod tuum velit delere peccatum.

C 69. *Tibi peccavi*, David dicit, *& malum coram te feci.* Hoc eſt, etſi homines non vident, ſed tu vides: etſi homines me dijudicare non poſſunt, quia participes delictorum ſunt; tu tamen judex es ſingulorum, quia expers es delictorum. Quamlibet in corde intimo cogitationes noxiæ lateant, coram te tamen ſunt, qui potes dicere: *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* *Matth. 9. 4.* Nempe Chriſtus hoc dicit. Qui ergo novit quid in corde ſit ſcriptum, poteſt delere quidquid in corde conſcriptum eſt. D Cui ſe fateatur noſter David non ſolùm in ſe ipſo, ſed etiam in primo homine peccaſſe, dum præcepta divina temerantur.

70. Quo licet advertere, fratres dilectiſſimi, quemadmodum omnes hæreſes, dum ſe impugnant, in ſe recurrant. Itaque arriani dum Patris & Filii ſeparant poteſtatem, in eum furioſe exitum diſputationis incurrunt, ut cum manichæis eorum concurrat adſertio; illi enim dicunt alterum Deum eſſe veteris, alterum novi Teſtamen- E ti. Quam profanam adſertionem Eccleſia ſancta condemnat, quæ unum Deum legit; quia *unus Deus Pater ex quo omnia, & nos in ipſum: & unus dominus Jeſus per quem omnia, & nos per ipſum.* *1. Cor. 8. 6.* Utique omnipotens poteſtas & una Patris & Filii declaratur; ut nec Patrem à novi Teſtamenti gratia ſecernamus, nec rurſus ab inſtauratione mundi Filium ſeparemus.

71. Denique [b] conſideremus utrum idem Deus utriuſque ſit conditor Teſtamenti. Nempe om- F nes in primo homine peccavimus, & per naturæ ſucceſſionem, culpæ quoque ab uno in omnes transfuſa ſucceſſio eſt. In quem ergo peccavi, in Patrem, an in Filium? Utique in eum qui mihi credidit, quod non ſervando peccavi. Mandatum eſt homini, ut ab omnibus guſtaret quæ erant in paradiſo, ſed lignum ſcientiæ boni & mali non tangeret. *Gen. 2. 17.* Adam ergo in ſingulis nobis eſt. In illo enim conditio humana deliquit, quia per unum in omnes pertranſivit peccatum. Video ſummam mihi creditam; video quæ prævaricationis æra

a. Gill. in margine & edit. Rom. in contextu: *In tabulis, inquit, cordis tui.* Aliæ vero edit. atque omnes mſſ. *In pectore* &c. Vide Nobilium ad hunc locum.

*. Non obſcurum eſt alludere Auctorem ad illa Hierem. c. 17. *Peccatum Juda ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in ungue adamantino*, ut Vulg. præfert. Hæc autem verba cùm deſiderentur in LXX. Interpr. neceſſe fuerit ut Auctor, ſiquidem Ambroſius ille ſit, aut ejus ſuppar etiam, ea citaverit ex alio Interpr. aut forte ex verſione communi, quæ variè olim legebatur, & in quam non pauca ex aliis verſionibus fuerant congeſta. Conſule etiam, ſi vacat, ſuper hoc loco Nobilium.

b. Era. & Gill. cum parte mſſ. *conſideremus utrumque cùm idem Deus.* Edit. Rom. cum alia parte ut in textu.

contraxerim, dum vetita & interdicta deguſto. A Hinc debeo commiſſæ ſortis uſuram; quia creditum mandatorum cæleſtium fœnus intemerata fides ſervare non potuit.

71. Agnovimus creditum, agnoſcamus etiam creditorem. Creditoris nempe jus eſt ut exigat & relaxet; & ideo idem relaxat, qui jus habet exigendi. Cùm igitur in Evangelio Chriſtus dixerit mihi: *Remiſſa ſunt tibi peccata tua*, nonne eumdem intelligo dominum ſortis, quem arbitrum veniæ recognoſco? Aut ſi Pater credidit, & Filius rela- B xavit, non per unitatem, ut nos dicimus; ſed, ut arriani adſerunt, per diſtantiam poteſtatis: alius ergo Deus credidit, alius relaxavit? Unde incurrunt, ut manichæorum perfidiam non evadant. Deinde unum dicendo bonum Deum, advertant quos laqueos dementiæ ſuæ incidant. Si bonus eſt, qui credidit, quomodo non eſt bonus, qui relaxavit? Ergo cum illis partem habeant arriani, [a] in quorum adſertionem perveniunt. Nec mirum ſi is qui ſemel deviare cœpit à vero, nexibus ſe C alieni erroris involvat.

Luc. 5. 20.

72. Et ideo una eſt ſententia, quæ hæreticorum omnium machinas deſtruat, ut unius poteſtatis, majeſtatis atque virtutis Trinitatem eſſe credamus; [b] & ideo ab eo quod Filius fecit, non ſeparemus Patrem; nec ab eo quod Pater mandavit, Filium ſegregemus. Ita enim fiet, ut non alterum Deum veteris, alterum novi Teſtamenti inducamus: ſed per unitatem poteſtatis & Filius in Patre, & Pater intelligatur in Filio; & Filius fœneretur in Patre, & Pater relaxet in Filio. Nam & Pater dimittit peccatum: Filium dimiſiſſe jam diximus.

73. Accipite quia dimittit & Pater. *Dimitte*, inquit, *nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Utique ex perſona noſtra hoc Filius Patri dicit. Nec ideo dicit, quaſi dimittere ipſe non poſſit: ſed ideo dicit, ut tu unitatem poteſtatis intelligas.

Matth. 6. 12.

74. Denique ſi auctoritatem quæris in Filio: *Iam vos*, inquit, *mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis*. Dimittit ſermone, dimittit imperio: ſed cum ratione dimittit dicens: *Vade, & poſthac vide ne pecces*. Habes auctoritatem, quia vetera donavit: habes judicium, quia futura præſcripſit.

Iohan. 15. 3.

Iohan. 5. 14.

a. Ita edit. Era ac Gill. quibuſcum faciunt mſſ. excepto quod nonnulli habent: *cum quorum adſertione perveniunt*. Undè forte Rom. edit. & mſ. Theod. *cum quorum adſertione conveniunt*. Sed potior videtur noſtra lectio, cum haud dubie auctor ad id reſpiciat, quod ſupra dixerat, omnes hæreſes in ſe invicem recurrere.

b Edit. Era ac Rom. *& ideo quod Filius fecit, non ſeparemus à Patre* &c. Gill. & mſ. Theod. . . . *non ſeparemus Patrem*. At veram iſtius loci lectionem mſſ. aliorum conſenſui debemus.

IN XII PSALMORUM ENARRATIONES
ADMONITIO.

DIvum Ambroſium ſuperioribus libris expoſitiones pſalmorum aliquot inſeruiſſe jam ante non ſemel indicavimus [a]*, ac præterea etiam in ſubſequenti volumine animadvertemus* [b]*. Tantæ ſcilicet utilitatis, ſummo vero & neceſſitatis eſſe ducebat hujuſmodi enarrationibus populum ſuum inſtituere! Non alia quoque haud dubie cauſa inductus ad hoſce* XII. *pſalmos ediſſerendos appulit mentem. Illos temporibus occaſionibuſque diverſis partim concionando, partim dictando, cùm nimirum jam publice verba facere ſibi per valetudinem non liceret, explanavit. Iſthic autem Pſalterii ſeriem ſecutus non eſt, quandoquidem ultimo loco elucubravit pſalmi* XLIII *commentationem. Unde intelligas hanc* XII *pſalmorum collectionem quam ſecundùm ordinem mſſ. noſtrorum exhibemus, Ambroſii eſſe non poſſe. Fortaſſis illam concinnaverit quiſpiam è diſcipulis ejus, atque adeo Paulinus ipſe; quippe qui ultimam ejuſdem enarrationem illo dictante exceperit. Utrum vero quidquid S. Præſul in idem argumentum unquam edidit, ea collectione continetur, incertum eſt. Siquidem apud antiquiſſimos auctores* [c] *qui de hoc aliquid ſcripſere, quot pſalmos ille expoſuerit, nuſquam reperimus.*

a. Admonit. in lib. de Tobia. Lib. de Interpell. & Apolog. David.

b. Orat. de obit Theodoſ.

Arbitrati ſunt nonnulli ex ea præfatione quæ primo pſalmo præmittitur, recte colligi Doctorem noſtrum de illuſtrando commentationibus omni Pſalterio ſuſcepiſſe conſilium. Verum cùm illa præfatio tantummodo Baſilii, de quo nihil tale memoratur, imitationem contineat, ac ſermone uno ad populum habito conſtet; qui quidem ille pſalmorum in genere laudes amplificat, ſed præterea nihil recepit ſe præſtiturum: non multum urgere nobis videtur ea ratio. Hinc paulo validiorem duci poſſe exiſtimamus tum quod pſalmum XXXVI *enucleans enarrationem* LVII *polliceatur* [d]*, quam non reliquit: tum quod* XLIII *integrum explanare non valuerit, ultimi ſui morbi conflictatione præpeditus. Pulcherrimæ autem illi præfationi Vir ſanctus primi pſalmi expoſitionem continua ſerie conjunxit; ut ex tranſitione qua inter ſe illa copulantur, intelligimus. Sed illud quoque iſtic animadvertimus ipſum in Eccleſia ſua & poſt conſuetos pſalmorum cantus ſermonem habuiſſe: nec non una cum aliis auditoribus interfuiſſe Catechumenos. Quod forte non male arguit eumdem per Quadrageſimam eſſe pronuntiatum. Cujus annum etſi certo non deprehendamus: tamen ad illius cognitionem accedere utcumque poſſumus. Etenim eam concionem non tantum libris* de Obitu fratris Satyri *ac* de Fide reſurrectionis *qui in eadem citantur, conſtat poſteriorem eſſe: verum etiam poſt popularem cantum in Eccleſia Mediolanenſi inſtitutum habitam. Cœpiſſe enim populi cantum priuſquam hic pſalmus ab Ambroſio explicaretur, ipſe ſatis declarat; cùm poſt memoratam mulierum, virginum, ſenum, infantium, regum, militum pſalmodiam ita ſubjungit:* [e] Cùm pſalmus legitur, ipſe ſibi effector eſt ſilentii. Omnes loquuntur, & nemo obſtrepit. *Quæ ſane haud obſcure deſignant ſtudia recentis inſtituti adhuc ferventia; unde fit ut eamdem opellam ultra annum* CCCXC *rejiciendam non putemus.*

c. Hieron. Epiſt. 89 in edit nova August 75. Caſſiod lib de div lect. cap. 4.

d. Num 32.

e. Præfat. num 9.

Pſalmi XXXV *& aliorum quinque ſequentium enarrationes eumdem orationis characterem præ ſe ferunt. Extra controverſiam eſt eas omnes ad populum fuiſſe pronuntiatas; hoc enim Scriptura quæ in Eccleſia eodem die lecta fuerat priuſquam diceret Ambroſius, frequens mentio ſatis oſtendit.* [f] *Cùm autem pius paſtor unice gregis ſui profectum in concionibus ſpectaret ſuis; idcirco in his præcipua quadam cura moralem ſenſum*

f. In pſalm. 35 n. 20. In pſalm. 36 num. 2. & alibi.

veſtigat & proſequitur. Sicubi tamen myſtici evolvendi occurrat locus, eam ſibi minime omittendum putat.
Veramtamen qua ſua modeſtia eſt, dum in utroque ſenſu aliorum placitis ſuam quoque adjicit ſententiam,
a. In pſalm 38 n. 22. auditorum judicio quidnam præſtare videatur, numquam non permittit. Hinc præclara illa: [a] Noſtrum eſt
enim quærere veritatem, tuum eſt eligere quid ſequaris. At vero illic non ſolum mores ad virtutem
informandi ſtudium elucet; ſumma inſuper adhibetur diligentia, ut mentes ortodoxæ fidei dogmatis imbuan-
tur. Ea de cauſa varios hæreticos, at puta Novati, Apollinaris, ac potiſſimum Arrii ſectatores impugnat.
Ibidem etiam non modo Trinitatis atque Incarnationis myſteria eaodat & confirmat ſingulari perſpicuitate:
b. In pſalm. 39. num. 16. & alibi. ſed & geminam Chriſti voluntatem atque operationem ita explicat [b], ut vix præſtantius quidquam poſt exortos
Monothelitas exſpectares. Facit autem hæc myſteriorum tam ſublimium expoſitio, ut ei ſolos interfuiſſe bapti-
ſatos exiſtimemus; maxime cùm iſthic nihil obſervetur, quod apte ad Catechumenos queat referri. Ceterum
nec ibi pro nata occaſione prætermittit tritas quaſdam retundere idololatrarum criminationes.
Quiſquis eaſdem commentationes, imprimis autem ipſarum exordia inter ſe non perfunctorie comparave-
rit, tantam in eis cohærentiam cognationemque deprehendet, ut detecto quotus annus uni cuipiam inſcribi de-
beat, crediturus ſit ætatem omnium ſibi eſſe exploratiſſimam. Itaque illas non niſi poſt VIII idus Sept. anni
CCCXCIII lucubratas aut peroratas fuiſſe haud magno negotio cognoſcemus; cùm evidentiſſimum ſit mentio-
c. Enarr in pſal. 36. num 19. nem in pſalmo XXXVI fieri victoriæ [c] quam eo die ope divina de Eugenio tyranno reportavit Theodoſius. Et
hanc temporis definitionem confirmant bene multa. Primum enim Sanctus hic noſter de Sarmationis ac Bar-
d. Enarr in pſal. 36. num. 49. batiani defectione à monaſtico inſtituto quaſi de re minime recenti loquitur: Dudum, inquit, [d] de monaſteriis
exierunt. Horum autem Apoſtatarum fugam ad annum CCCLXXXIX refert accuratior ſupputatio. Deinde
ubi dicit [e]: Extiterunt arriani regali ſubnixi potentia, qui templum Domini putarent ſibi eſſe traden-
e. Enarr. in pſalm. 37. num. 39. & num 43. dum perſecutionum acerba minitantes; nequaquam obſcuram eſt perſecutionem Juſtinæ deſignari. Tertio
nonne Theodoſium ob Theſſalonicenſium cædem admonere videtur illis verbis [f]? Imitamini, imperatores,
f In pſalm. 40. num. 38. exemplum divinum &c. Sed neque nobis abſurdi notam merito quiſquam inuſſerit, ſi dixerimus ibidem
eſſe nonnulla, quæ ſeſe in ejuſdem principis numquam ſatis laudatam pœnitentiam cadunt. Hæc autem omnia
g. In pſalm. 38. num 1. ante annum CCCLXXXIX eveniſſe in confeſſo eſt. Poſtremo commentaria ſua in Lucam citat [g] quaſi non ita
pridem compoſita; quandoquidem memorati loci expoſitionem repetit, ut quam auditorum animis deſperet
adhuc eſſe præſentem.
Quæ cùm ſic habeant, exiſtimamus fore neminem qui eaſdem enarrationes ad Juſtinæ perſecutionem obſti-
natius referendas eſſe contendat. Non ignoramus tamen Ripamontium Hiſtor. Mediol. à ſe beati Caroli juſſu
editarum decade 1. adfirmare ſub idem tempus prælia quædam inter orthodoxos & arrianos eſſe commiſſa, in
quibus multa in priorum gratiam miracula his quæ in pſalmo XXXVI deſcribuntur, plane ſimilia contigerint.
Verum hujus auctoris cùm non niſi veteribus quibuſdam iconibus, inſcriptionibus, aut denique certorum lo-
corum appellationibus nitatur, auctoritas non eſt tanti, ut ſcriptorum omnium ſoli bello in Eugenium tyran-
num geſto eadem prodigia tribuentium conſenſui anteponatur. Nam quod ſanctus Vir petitionem arrianorum
quæ aliquot ante annos facta fuerat, commemoret; id certe non magis mirum videri debet, quam quod libro-
h. In pſalm. 40. num. 24. rum de Pœnitentia multo antiquiorum [h], immo & eventus cujuſdam quem puer adhuc ipſe conſpexerat,
mentionem nequaquam prætermiſerit.
Nunc veniamus ad explicationem pſalmi XLIII, quod ex operibus Doctoris noſtri ultimum eſt. Eam ille
Paulino diacono ſuo atque amanuenſi paucis antequam fato fungeretur, diebus dictavit, jam Deo quo prope
diem potiturus erat, plenus; ut clipeo igneo, quem capiti ejus idem Paulinus impendentem vidit, portende-
i. Paulin. in vita Ambroſii. batur. [i] In hac profecto lucubratione ſingularia quædam virtutum ſpecimina conſignavit, nec enim tantum
modeſtiam maximam prodit cùm in explicandis Scripturis ingenio ſuo ſe diffidere profitetur: verum etiam
ſummum ſtudium erga fidem catholicam cujus gratia adverſus hæreticos, maxime autem arrianos ad extre-
mum uſque ſpiritum decertavit: præterea vero eximiam caritatem in gregem ſuum, cujus demum inſtituendi
laboribus immortuus eſt. Colligimus etiam ex eodem Paulino [k] poſtremam hanc ſcriptionem Ambroſii feſtis
k. Ibidem. paſchalibus anni CCC XCIII adſcribendam eſſe; quandoquidem eo tempore, ut fert probabilior opinio, in
vivis agitare deſiit. Qua de re alibi dicetur uberius.
Ultima quatuor Enarrationes quarum una citatur ab Auguſtino, perinde ac alia ſermonibus conſtant,
l. In pſalm. 45. num. 23. & alibi. quod & ſtyli ratio, & citati Scripturæ per eoſdem dies in Eccleſia recitatæ loci ſatis indicant. [l] Sed valde
quoque credibile eſt earum ſingulis ſingulos ſermones contineri, cum pſalmorum verſiculi raptim percurrantur,
& ultimorum expoſitio quam priorum multo ſit brevior; ne ſcilicet ob moram longiuſculam tædio afficeren-
tur auditores. Harum porro character minime diverſus eſt; nec jam in ipſis ſicut in ſuperioribus verſiones
Aquilæ, Theodotionis, aut Symmachi referuntur, excepta ultima cujus ſemel tantum & quaſi obiter fit
mentio. Et hinc forte non abſurde colligas eamdem quæ unius, etiam aliarum ætatem eſſe. Quapropter cùm
pſalmi LXI explanationem manifeſtum ſit habitam fuiſſe proxime poſt Gratiani cædem, alteram Ambroſii
legationem ad Maximum, & Theodoſii de hoc tyranno victoriam, ſequitur eas omnes anno CCC XC cui plures
hujuſmodi Ambroſianas lucubrationes tribuunt hiſtorici, vix poſſe dici poſteriores.
Ambroſius in præfatione atque enarratione in pſalmum primum ex Baſilio multa quorum nonnulla ſuis locis
m. Loco ſup. citato. indicavimus, ſuo more mutuò ſumſit Origenem quoque, ut obſervavit S. Hieronymus [m], in quibuſdam ſecu-
n. In pſalm. 1. num 54. & in pſalm. 36. n. 54. tus eſt. Certe quidem qui utriuſque commentationes in pſalmos XXXVI XXXVII & XXXVIII inter ſe contu-
leris, haud pauca ex Origenianis in Ambroſianas comperies eſſe tranſlata. Sed hic inſuper dogmata quædam
cum Origenis erroribus de judicio, [n] reſurrectione, nec non omnium etiam electorum per ignem purgatione ad-
o. Admonit. in lib & alibi. modum affinia deprehendimus. Verum inſignium virorum honori hoc, uti nos alibi annotavimus [o], dabat;
ut eorum opiniones nondum liquido proſcriptas ab Eccleſia proponere non gravaretur, licet oppoſitam ſenten-
tiam data occaſione doceat atque approbet. Id autem cum in hoc ipſo argumento factum ab eo cognoſcamus,
p. Lib. 20. de Civit. cap. 8 maxime ex his quæ in expoſitione pſalmi CXVIII Serm. XX. ℣. 11 & VIII tradit, admodum ſimile veri eſt
Ibid lib. 21. cap. 26. circa hæc duo capita ipſum non alia ſenſiſſe, quam quæ poſtea clarius ab Auguſtino [p] ejus diſcipulo explanata
poſt modum communi conſenſu amplexi ſunt omnes theologi.

SANCTI

SANCTI

AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI

ENARRATIONES

IN XII PSALMOS DAVIDICOS.

IN PSALMI PRIMI ENARRATIONEM PRÆFATIO.

Scrip. fort. circ. an. 382.

1 QUONIAM ſummum virtuti A incentivum propoſuit Deus futuræ beatitudinis delectationem: vehemens quoque calcar erroris delectationem eſſe diabolus excogitavit. Utriuſque ſententiæ præſtat indicium primus humani generis Adam, à domino Deo in paradiſo voluptatis poſitus, ut æterna delectatione frueretur, ad virtutem futuræ ſobolis provocandam. Neque enim erat incognitum Deo locum eum errori da- B turum, & ceteris propoſitam ſpem ſalutis eſſe debere, qua in præreptam humano ſedem generi contenderent reformari. Et idem per ſpeciem ſerpentis quæ præfiguravit delectationis illecebram, uxoria perſuaſione deceptus. Occaſione igitur accepta, adverſarius per delectationem mihi operatus eſt mortem. Itaque quod divina gratia tributum erat ad vitam, factum eſt mihi in mortem, eoque faciliorem inimicus adſenſum hominis habuit; ad lapſum enim ſpeciem præten- C dit naturæ. Delectarunt enim opera ſua Dominum: delectarunt prima naturæ exordia, quæ

Gen. 1. 31. videns Dominus ait: *Bona valde.*

2. Laudant Angeli Dominum, pſallunt ei Potestates cælorum, [a] & ante ipſum initium mundi Cherubim & Seraphim cum ſuavitate canoræ

Esai. 6. 3. vocis ſuæ dicunt: *Sanctus, ſanctus, ſanctus.* Innumera Angelorum millia adſiſtunt, & ſeniores & turba magna ſicut voces aquarum multarum concinunt *Alleluia.* [a] Ipſum axem cæli fert ex- Apoc. 19. 1. & ſeq.

preſſior ſermo cum quadam perpetui concentus ſuavitate verſari, [b] ut ſonus ejus extremis terrarum partibus audiretur, ubi ſunt quædam ſecreta naturæ. Nec id ab uſu naturæ alienum videtur; quandoquidem vox miſſa gratiore plauſu è nemoribus reſultet, aut montibus, & ſuaviore ſono reddant quod acceperint. In ſcopulis quoque ipſis & lapidibus reperit natura quod delectaret. Aliorum ſpecula, aliorum uſus delectat aut gratia. Feræ ipſæ, atque aves loci amœnioris aut modulatioris vocis delectatione mulcentur. Lactentibus quoque parvulis aut ſeveritas terrori eſt, aut blanditiæ voluptati. Naturalis igitur delectatio eſt.

3. Unde & David ſanctus, qui adverteret unde homo, & qua eſſet fraude dejectus (nam ſi tenuiſſet infuſam ſibi à Domino æternæ illius cæleſtiſque delectationis gratiam, nec ſæcularibus captus amiſiſſet illecebris, numquam tam miſerabilis ærumnæ ſubiiſſet injurias) itaque reparare eam ſtudens ac reformare pſallendi munere, cæleſtis nobis inſtar converſationis inſtituit.

4. Etenim licet omnis ſcriptura divina Dei gratiam ſpiret, præcipue tamen dulcis pſalmorum

*. Angelos ante ipſum mundi initium creatos idem Ambroſius lib. 1 *Hexaem.* cap 5. num 19. jam docuerat. Et certe hæc etiam fuit multorum Patrum cum Græcorum, tum Latinorum ſententia. Unde cùm videatur contrarium capiti primo Conc. Lat. ſub Innoc III. celebrati definitum, haud Synodi mentem fuiſſe credendum eſt, ut eos tantummodo cenſura configeret, vel qui ſpiritales ſubſtantias omnino creatas inficiarentur, vel qui ita creatas admitterent, ut in pœnam peccati ab eiſdem patrati affirmarent condita poſtmodum corpora, in quæ tamquam in carceres detruderentur. Hinc S Thomas part. 1 quæſt. 61 art 3 ſententiam eorum qui Angelos cum ceteris univerſi naturis creatos defenderent, non certam, ſed tantummodo probabiliorem vocat. Hunc etiam licebit conſulas Opuſc. 23. non ſecus ac Sixt. Senenſem lib. 5. *Biblioth. ſanctæ*, Annot. 5.

a. Ita edit. vet. cum mſſ. Remig. Long. Valc. Thuan. & Reg. Vat. autem .... *fert expreſſior ſermo.* Colb. vero, & Vict. *Ipſum maxime cælum fert ſermo fortis.* Sed quid ſibi vellet illud, *ſermo fortis*; niſi forte hic idem ſit, ac ſermo exterorum, ſive à fide alienorum, puta Platonis ejuſque ſectatorum, de quibus in lib. *de Abraham* cap. 89. num. 54. Denique edit. Rom. *fert quorumdam ſermo.* Qua autem ratione concilietur hic locus cum aliis Auctoris noſtri, docuimus lib. *de Iſaac & Anima* cap. 7. notâ ad pag. 177. adjunctâ.

b. Rom. edit. *ut ſi aſſuetudo permitteret, ſonus .... audiretur.* Vet. & cod. mſſ. *ut ſonus .... audiretur*: Vat. vero, *& ſonum.... audiri.*

* liber; quandoquidem ipſe Moyſes qui * plano A
geſta majorum ſermone deſcripſit, ubi tamen per
mare rubrum populum patrum memorabili ad-
miratione tranſduxit, demerſum adſpiciens re-
gem Pharaonem cum ſuis copiis, in majora in-
genium adtollens ſuum (quia majora viribus ſuis
Exod. 15. 1. & ſeq. fuerat adſecutus) canticum Domino cecinit
triumphale. Maria quoque tympanum ſumens,
Ibidem 20 ceteras hortabatur dicens: *Cantemus Domino;*
glorioſe enim honorificatus eſt: equum & adſcenſorem
projecit in mare. Ipſe etiam Moyſes cùm legem B
Domini legiſſet, quo ejus memoriam pectoribus
affigeret audientium, per canticum locutus eſt
Deut. 32. 1. & ſeq. dicens: *Audi cælum, & loquar: Exſpectetur ſicut plu-*
via eloquium meum; & deſcendant ſicut ros verba
mea, ſicut imber ſuper gramen, ſicut nix ſuper fænum.

5. Delectatur igitur cantico Deus non ſolùm
laudari, ſed etiam reconciliari. Inde & Moyſes
tunc maxime cantico uſus eſt, quando cælum teſ-
tificabatur & terram; ut ſalutem ſuam cæleſtis
ſono gratiæ concinentem avidius mundus audi- C
ret, & ſacræ ſuavitate dulcedinis in æternum Le-
gis obſervantia mentibus inoleret humanis. De-
nique Legis tabulæ priuſquam cantico firmaren-
tur, per indignationem Moyſis fractæ & commi-
nutæ ſunt. Ubi verò tali ſignaculo conſecratæ
ſunt, humana locum ira non habuit, quia ſancti-
ficatio eam ſacræ ſuavitatis excluſit. Canticum
itaque Domini ſicut ros mollior deſcendit è cæ-
lo, & fidem hominum ſicut gramen imbre quo-
dam gratiæ ſpiritalis infudit. Duo igitur hæc D
cantica in libris Moyſis tamquam duo mundi
oculi, cælique lumina, totum corpus operis ejus
illuſtrant.

6. At vero David principaliter à Domino ad
hoc munus electus eſt; ut quod in aliis rarum
præeminere reliquo opere videtur, in hoc juge
Judic. 5. 2. & ſeq. & continuum refulgeret. Unum canticum legi-
mus in libro Judicum, reliqua, hiſtoriæ more, de-
Eſai. 12. 1. & ſeq. curſa, quibus expreſſa ſunt geſta majorum. Unum
Eſaias canticum ſcripſit, quo legentium corda E
mulceret: in reliquis terribili tuba correptionis
infremuit. Canticum ei ne ipſi quidem inimici
objicere potuerunt, qui eum propter alia dicta
Dan. 3. 52. & ſeq. uſque ad necem ſunt perſequuti. Unum Daniel,
Habac. 3. 1. & ſeq. unum Habacuc. Salomon ipſe David filius licet
innumera cantica ceciniſſe dicatur; unum tamen
quod Eccleſia receperit, canticorum Canticum
dereliquit. In aliis igitur ſingula advertere li-
cet.

7. Hiſtoria inſtruit, Lex docet, prophetia annun- F
tiat, correptio caſtigat, moralitas ſuadet: in libro
pſalmorum profectus eſt omnium, & medicina
quædam ſalutis humanæ. Quicumque legerit,
habet quo propriæ vulnera paſſionis ſpeciali poſ-
ſit curare remedio. Quicumque cernere voluerit,
tamquam in communi animarum gymnaſio, &
quodam ſtadio virtutum diverſa genera certami-
num reperiens præparata, id ſibi eligat, cui ſe in-
telligit aptiorem, quo facilius perveniat ad co-
A ronam. Si quis geſta recenſere majorum ſtudeat,
atque imitari velit, intra unum pſalmum totam Pſal. 77. 1. & ſeq.
paternæ hiſtoriæ ſeriem accipit comprehenſam;
ut theſaurum memoriæ compendio lectionis ac-
quirat. Faciliora quoque videntur, quæ brevius
explicantur. Illud etiam quantæ altitudinis, quod
brevi intervallo offenſionum adverſa diſtinxit,
& reconciliationis ſecunda ſubtexuit; ut ſimul
cognoſceres quid incredulitatis obeſſet offenſa,
quid fides promta conferret? Si quis vim legis
B explorat, quæ tota in vinculo caritatis eſt (qui
enim diligit proximum, legem implevit) in pſal-
mis legat quanto dilectionis affectu pro totius
plebis opprobrio repellendo, periculis ſe gravi-
bus ſolus objecerit: in quo non imparem carita-
tis gloriam triumpho virtutis agnoſcet. Si quis
correptionum ſæva formidat, audiat dicentem:
Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore Pſal. 6. 2.
tuo corripias me; & diſcat quemadmodum debeat
irati judicis temperare cenſuram. Si quis patien-
C tiæ cognoſcere geſtit exemplum, legat in pſal-
mis: *Si reddidi retribuentibus mihi mala;* & adver- Pſal. 7. 5.
tat quia præceptum Evangelicum ſpiritu prævi-
dit, virtute prævenit. Habes itaque illud prover-
biale: *Quia manſuetus homo, cordis eſt medicus.* Si Prov. 14. 30.
quis præterea adversùs nequitiæ ſpiritalis incur-
ſus vult eſſe munitus, quid magis quam pſallen-
dum ſibi eſſe noverit? Pſallebat David adoleſcen-
tior; & Saulis nequam ſpiritum fugabat, qui eum
antea ſtringebat.

D 8. De virtute autem prophetiæ quid loquar?
Quod alii annuntiaverunt per ænigmata, huic ſo-
li palam atque aperte videtur eſſe promiſſum, ut
dominus Jeſus ex ejus ſemine naſceretur, ſicut di-
xit ad eum Dominus: *De fructu ventris tui ponam* Pſal. 131. 11.
ſuper ſedem tuam. In pſalmis itaque nobis non ſo-
lum naſcitur Jeſus, ſed etiam ſalutarem illam ſuſ-
cipit corporis paſſionem, quieſcit, reſurgit, ad-
ſcendit ad cælum, ſedet ad dexteram Patris. Id
quod nemo præſumſerat hominum dicere, hoc
E ſolus hic Propheta annuntiavit, poſtea ipſe Do- Luc. 24. 44.
minus in Evangelio prædicavit.

9. Omnes præterea ſcriptores, pſalmorum in
ſuis ſcriptis exempla poſuerunt, aut aliqua dicta
ſuperiorum: pſalmi nihil præter quod ſuum eſt,
habent. Quid igitur pſalmo gratius? Unde pul-
cre ipſe David: *Laudate*, inquit, *quoniam bonus* Pſal. 146. 1.
eſt pſalmus: Deo noſtro ſit jucunda, decoraque lauda-
tio. Et vere; pſalmus enim benedictio populi eſt,
Dei laus, plebis laudatio, plauſus omnium, ſer-
F mo univerſorum, vox Eccleſiæ, fidei canora con-
feſſio, auctoritatis plena devotio, libertatis læ-
titia, clamor jucunditatis, lætitiæ reſultatio. Ab
iracundia mitigat, à ſollicitudine abdicat, à mœ-
rore allevat. Nocturna arma, diurna magiſte-
ria; ſcutum in timore, feſtum in ſanctitate, ima-
go tranquillitatis, pignus pacis atque concor-
diæ, citharæ modo ex diverſis & diſparibus vo-
cibus unam exprimens cantilenam. Diei ortus
pſalmum reſultat, pſalmum reſonat occaſus.

*. *Plano.... ſermone*, πεζῷ λόγῳ, id eſt, pedeſtri ſeu proſa ora-
tione; ut opponatur poeticæ ſeu numeris adſtrictæ, quæ ἔμμετροι
λόγοι dicebantur. Fuit ſiquidem communis antiquorum opinio plu-
res Scripturæ partes maximeque *pſalterium*, & omnia ferme *Can-*
tica verſibus conſtare, ut docet ſanctus Hieronymus *Præfatione*
in librum Iob; nec non Auctor *poſterioris Apologiæ David* videtur
innuere cap. 1. num. 2. ubi *pſalmum* 50 divinum ac ſacrum carmen
vocitat. Verum cùm huic opinioni refragentur nonnulli recentio-
res, *planus ſermo*, ſive pedeſtris ſumi etiam poteſt pro humili ac
demiſſo, ut nobili ac magnifico opponatur, qui ſolutus licet,
poeticus tamen à probis nominatur auctoribus. Unde Fabius lib.
10. cap. 2. Platonis negat pedeſtrem eſſe orationem; & qui pſal-
mos Davidicos carminis vocabulo inſigniunt, ita explicari poſ-
ſunt, ut eorum dictionem non tam vinctam pedibus, quam gran-
dem, patheticam, atque ad cantum accommodam eſſe ſignificent.

1. Cor. 14. 34. * Mulieres Apoſtolus in Eccleſia tacere jubet: A
pſalmum etiam bene clamant: hic omni dulcis
ætati, hic utrique aptus eſt ſexui. Hunc ſenes ri-
gore ſenectutis depoſito canunt, hunc veterani
triſtes in cordis ſui jucunditate reſpondent, hunc
juvenes ſine invidia cantant laſciviæ, hunc ado-
leſcentes ſine lubricæ ætatis periculo & tenta-
mento concinunt voluptatis, juvenculæ ipſæ ſi-
ne diſpendio matronalis pſallunt pudoris, puel-
lulæ ſine prolapſione verecundiæ cum ſobrieta-
te gravitatis hymnum Deo, inflexæ vocis ſuavi- B
a tate modulantur. a Hunc tenere geſtit pueritia,
hunc meditari gaudet infantia, quæ alia declinat
ediſcere. Ludus quidam eſt iſte doctrinæ majo-
ris profectus, quàm cùm ſeria traditur diſcipli-
na. Quantum laboratur in Eccleſia ut fiat ſilen-
tium, cùm lectiones leguntur? Si unus loquatur,
b b obſtrepunt univerſi: cùm pſalmus legitur, ipſe
ſibi eſt effector ſilentii. Omnes loquuntur, &
nullus obſtrepit. Pſalmum reges ſine poteſtatis
ſupercilio reſultant. In hoc ſe miniſterio David C
gaudebat videri. Pſalmus cantatur ab imperato-
ribus, jubilatur à populis. Certant clamare ſin-
guli quod omnibus proficit. Domi pſalmus ca-
nitur, foris recenſetur. Sine labore percipitur,
cum voluptate ſervatur: pſalmus diſſidentes co-
pulat, diſcordes ſociat, offenſos reconciliat. Quis
enim non remittat ei, cum quo unam ad Deum
vocem emiſerit? Magnum plane unitatis vincu-
lum, in unum chorum totius numerum plebis
coire: Diſpares citharæ nervi ſunt, ſed una ſym- D
phonia. In pauciſſimis chordis ſæpe errant digiti
artificis: ſed in populo ſpiritus artifex neſcit er-
c rare. Pſalmus c nocturni operis commercium, di-
urnæ requiei ſtipendium, inſtitutio incipientium,
perfectorum confirmatio. Angelorum miniſte-
rium, militia cæleſtis, hoſtia ſpiritalis. Pſalmum
& ſaxa reſpondent: pſalmus canitur, & ipſa etiam
ſaxoſa pectora molliuntur. Videmus flere prædu-
ros, flecti immiſericordes.

10. Certat in pſalmo doctrina cum gratia ſimul. E
Cantatur ad delectationem, diſcitur ad eruditio-
nem. Nam violentiora præcepta non permanent:
quod autem cum ſuavitate perceperis, id infuſum
ſemel præcordiis non conſuevit elabi. Quid eſt
quod non tibi occurrat pſalmos legenti? In his
Pſal. 44. 1. lego Canticum pro dilecto, & ſacræ deſiderio ca-
Pſal. 8. 1. & alibi. ritatis inflammor: in his torcularia divini myſte-
rii recognoſco: in his revelationum gratiam, re-
Pſal. 50. 3. & ſeq. ſurrectionis recenſeo teſtimonia, repromiſſionis
munera: in his diſco vitare peccatum, dediſco

erubeſcere pœnitentiam delictorum. Tantus rex,
tantus propheta ſuo me provocavit exemplo, ut
aut commiſſum ſtudeam extenuare peccatum;
aut non commiſſum cavere.

11. Quid igitur pſalmus, niſi virtutum eſt or-
ganum, quod ſancti Spiritus plectro pangens
Propheta venerabilis, cæleſtis ſonitus fecit in ter-
ris dulcedinem reſultare? Simul cùm ille in fidi-
bus & chordis, hoc eſt, in reliquiis mortuis di-
verſarum vocum modulatus diſcrimina, divinæ
laudationis ad cæleſtia dirigeret cantilenam; do-
cuit utique prius nobis peccato eſſe moriendum,
& tunc demum in hoc corpore diverſa opera diſ-
criminanda virtutum, quibus ad Dominum de-
votionis noſtræ gratia perveniret; ut occupatis
intentione cæleſtium nulla irreperet terrenorum
libido vitiorum, ſimul animus cæleſtis gratiæ ſua-
vitate niteſceret. Merito igitur tanti miniſtrum
muneris Dominus laudans ait: Inveni David ſe-
cundùm cor meum.

12. Aiunt etiam, eorum qui cithara canunt pe-
ritiores * intus canere, ut ferunt fabulæ de Aſ- *
pendio citharista: cauſas quoque modulaminum,
& quædam elauſtra rhythmorum in ſuperiore
parte eſſe pſalterii. Docuit ergo David intus nos
canere oportere, intus pſallere, quemadmodum
canebat & Paulus dicens: *Orabo ſpiritu, orabo &* 1. Cor. 14. 15.
mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente; & ad ſu-
periorum intuitum vitam noſtram actuſque for-
mare, ne delectatio dulcedinis excitet corporis
paſſiones, quibus non redimitur noſtra anima,
ſed gravatur: cùm ad redemtionem animæ ſuæ
pſallere ſe ſanctus Propheta memoraverit dicens:
Pſallam tibi in cithara ſanctus Iſrael: gaudebunt la- Pſal. 70. 22.
bia mea cùm cantavero tibi; & anima mea, quam
redemiſti. Sed jam pſalmi iſtius qui propoſitus eſt
nobis, ingrediamur exordia.

IN PSALMUM I. ENARRATIO.

13. **B**Eatus, inquit, *vir qui non abiit in conſilio* ℣. 1.
impiorum. Quam aptum, quam opportu-
num principium? Namque ut ii qui agonis ali-
quam ſolemnitatem ſuſceperint exhibendam, pro-
ponere præmium ſolent, jactare coronæ nobili-
tatem, quò certaturi ſtudio majore conveniant,
niſu quoque propenſiore decertent: ita dominus
noſter Jeſus regni cæleſtis gloriam, perpetuæ
quietis gratiam, vitæ æternæ beatitudinem ad
virtutis humanæ incentiva propoſuit. Imperator
quoque cùm progreditur ad bellum, * donati- *
vum militi, & promotiones dignitatum in nume-

*. Hic tradit Ambroſius Apoſtolum prohibuiſſe quidem ne in Eccleſia docerent mulieres, non autem ne pſallerent. Et re vera ipſas ſancti Præſulis ætate pſalmos cantare in ſacris conventibus ſolitas extra dubium eſt, & nos ſuo loco demonſtrabimus.

a. Edit. & duo mſſ. *Hunc tenera geſtit pueritia*. Melius alii, *tenere*; ibi enim ſubaudiendum *memoriter*, id eſt, *ſcire*, ut opponatur ſequenti membro, *hunc meditari* (hoc eſt, *diſcere*) *gaudet infantia*.

b. Vet. edit. cum mſſ. Reg. Colb. & Vict. *Obſtrepet univerſis*: melius Rom. cum aliis: *Obſtrepunt univerſi*.

c. Ita edit. vet. ac mſſ. omnes, Rom. autem edit. *pæroris ſolatium, diurni laboris requies*. Et ſane Baſilius, quem ſanctus hic noſter videtur imitatus, hom. in Pſal. 1. hæc habet: ψαλμὸς ἀνάπαυσις ἐκ τῶν μεθημερινῶν πόνων, ἀνάπαυσις νυκτῶν ἐγρηγορσῶν. Sed nihil vetat Ambroſium Baſilii voces ac ſententias non ſerviliter, ſed liberius, & forte ex memoria reddidiſſe. Neque etiam aliter idem imitatus eſt illud Baſilii, ψαλμὸς τὸ τῶν Ἀγγέλων ἔργον, τὸ οὐρανίου πολίτευμα, τὸ πνευματικὸν θυμίαμα &c.

*. Aſconius Pædiam in Act. 3. Cic. in Verrem quid ſit *intus canere*, exponit, docetque idem eſſe ac ſolà ſiniſtrà fides carpere, ita ut ſonus tantum ad proximos perveniat; cùm citharœdorum vulgus dexteram ad eaſdem fides plectro percutiendas adhibeat: Aſpendium autem citharistam hac in arte excelluiſſe. Porro Aſpendus Stephano civitas eſt in Pamphilia. Videſis Eraſ. in Prov. *Aſpendius citharista*. Quod autem ait: *cauſas quoque modulaminum* &c. id manifeſte ſumtum videtur è Baſilianis illis: τὸ ψαλτήριον δὲ τῶν ἁρμονικῶν ῥυθμῶν αἰτίας ἔχει τὰς ἄνωθεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὰ ἄνω ζητεῖν μελετῶμεν, καὶ μὴ τῇ ἡδονῇ τοῦ μέλους πρὸς τὰ τῆς σαρκὸς πάθη καταφερώμεθα.

*. Obſervat J. Lipſius lib. 5. *de Militia Rom.* Dial. 16. amplius ccc annis in Rep. Rom. milites ſuis ſumtibus ſine publico ſtipendio militaſſe. Verum poſtea non ſtipendia ſolum, ſed & varia præmiorum genera eorum acuendæ virtuti propoſita ſunt. In his fuit *Donativum*, id eſt, imperatoris munus quod militibus viritim, ſicut & civibus congiarium dividebatur. Fuerunt etiam *promotiones*, cùm quis virtutis cauſa ad majorem gradum adſumebatur. Hanc Lucanus de Scæva Cæſaris milite:

ibi ſanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem

Apud Græcos quoque προαγωγὴ dicebatur, qui ea ratione ad militarem dignitatem fuiſſet cooptatus, ut idem Lipſius tradit lib. 5. Dial. 8. Sed & hoc ipſo lib. Dial. 4. jam docuerat *numeros* inferiori ævo tum de cohortibus, tum de legionibus frequenter legi.

ris militaribus pollicetur; ut ſpes commodi fu- [A] retur labores, & metum abſcondat periculi. Velut præco igitur magni imperatoris ſanctus David hortatur milites, athletas vocat, præmium exprimit dicens: *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum.* A præmio cœpit, ut pondus futuri certaminis elevaret: mercedem præmiſit, ut unuſquiſque præſentium rerum ſollicitudines ac labores corde tranſiliens, ad emerendam beatitudinem futurorum avida feſtinatione contenderet. *Beatus*, inquit, *vir.* [B] Quid plus potuit homini dari, quam quo nihil amplius potuit Deo Apoſtolica auctoritate deferri? [1 Tim. 6. 15. & 16.] Beatus enim, & ſolus potens, & rex regum, & dominus dominantium Deus dictus eſt. Ille ſolus potens, ille rex regum, ille dominus dominantium, beatitudinis tamen non ſupergreditur poteſtatem. Donavit nobis appellationis ejus commune conſortium, quæ digna æſtimata eſt honore divino.

14. Conſideremus nunc qua ratione, *Beatus vir*, dixerit; & non magis, beati homines: [C] cùm uterque ſexus vocetur ad gratiam. Numquid à conſortio beatitudinis excluſit mulieres, quia virum ſolum beatum nuncupavit? Abſit; quia nec à conſortio creaturæ excluſit Deus feminas, quia prius virum condidit. [Gen. 1. 26. & 27.] Dixit enim Deus: *Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem noſtram.... Et fecit*, inquit, *Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum: maſculum & feminam fecit eos.* In homine uterque ſignatur: in viro ſexus exprimitur. [D] Sed quemadmodum cùm homo dicitur, uterque comprehenditur: ita cùm vir nominatur, & mulier cujus vir ille ſit, intelligitur. [Gen. 2. 23.] Denique, *Hæc vocabitur*, inquit, *mulier, quoniam de viro ſuo ſumta eſt.* Accedit illud, quoniam quorum natura eadem, eorum operationes utique non poſſunt eſſe diſcretæ; & quorum opus æquale, eorum utique æqualis & merces. Virum igitur Scriptura dicendo, conſortem copulæ non prætermiſit; quia & hominem dicendo, conſortem non tacuit naturæ. [E] Itaque quemadmodum illic hominem factum legimus, & cùm ſit una natura, tamen principalem ſexum prius creatum negare non poſſumus: ita & hîc cùm legimus virum, de principali portione ſexum quoque ſupparem recognoſcimus. Paria igitur ſtudia virtutis, quia par prærogativa eſt creaturæ. Quid autem ſexum diſcutias, ubi non corporis à te, ſed animæ certamina poſtulantur, quæ ſexum non habet? Non ergo illic diſcernas honorem, mercedem dividas, ubi non diſcernitur ſexus. [F] Non incaute tamen, ſi prior vocetur ad exercitium, qui fuit poſterior ad lapſum. Quæ male cœpit, ſequi debet, non præcedere; ut vel poſt experimentum ſit verecundior. Male Eva naturæ ordinem prætermiſit, exſpectare debuit præcedentem. Aſtute ſerpens à poſteriore cœpit; ideo Propheta ad ſuperiorem revertitur: eum utique qui lapſus non eſſet, niſi eſſet poſteriorem ſecutus.

15. Denique prius nos revocavit à lapſu, quàm ad palmam victoriæ provocavit. *Beatus*, inquit, *vir qui non abiit in conſilio impiorum.* Vide ubi beatus appelleris, ô homo: non in divitiis, non in [A] poteſtatibus & honoribus, non in nobilitate generis, aut decore & pulcritudine, non in corporis ſalubritate, in quibus nihil naturæ eſt bonum: denique non ſolùm facilem commutationem habent in contraria, verùm etiam miniſterium ad culpam exhibent ei qui uti his neſciat. Quis enim juſtus propter pecuniam? Quis humilis in poteſtatibus? Quis miſericors propter nobilitatem? Quis caſtus propter decorem? Illecebroſa hæc magis ſunt ad peccatum, quam fructuoſa [B] ad virtutis profectum.

16. Quid ſibi deinde vult quod maluit dicere: *Non abiit, & non ſtetit*, quaſi de præterito; cùm potuerit dicere: Beatus vir qui non abit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtat, & in cathedra peſtilentiæ non ſedet? Vide dogma; non enim ſtatim beatus qui non eſt impius aut peccator, propter incerta exitus. Non enim otioſe ſcriptum eſt: *Ante mortem ne laudaveris aliquem.* [Eccli. 11, 30.] Ergo dum in hac vita quiſquam eſt, non [C] poteſt definita prædicatione laudari, cùm patere adhuc poſſit errori: ille autem qui vitam ſine offenſione concluſerit, jure beati appellatione cenſetur, qui utitur conſortio beatorum.

17. Sed forte dicas: Qua ratione ergo alibi dixit: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem?* [Pſal. 40. 1.] Non enim dixit beatum qui intellexerit, ſed eum qui intelligit; quoniam qui bonum operantur, in ipſo opere & quo probentur, inveniunt, remunerationem ſui in ipſo opere conſeqnentes. [D] Siquidem beatæ fructus eſt conſcientiæ bonum factum. Qui autem à malo temperant, non ſi ſemel aut bis declinaverint culpam, ſtatim beati: ſed ſi potuerint culpæ contagium per omne vitæ ſuæ tempus evadere.

18. Nunc illud occurrit, cur beatum dicere maluerit, non eum qui pietatis aliquo ſit functus officio, ſed eum qui ab impiorum conſilio temperaverit. Videtur enim magis laudandus qui virtutis munus impleverit, quam qui peccatum [E] evaſerit. Siquidem nec bos, nec equus, nec lapis in peccaro eſſe conſueverunt, aut ſedere in cathedra peſtilentiæ. Sed illa beatitudinis non habent fructum, quæ virtutis non habent ſenſum. Nam quomodo perveniunt ad legis præmium, quæ non habent ſequendæ legis affectum? De rationalibus ergo propoſitam ſententiam video, hoc eſt, de nobis. Nobis autem initium bonorum, abſtinentia peccatorum eſt; quoniam legimus: *Declina à malo, & fac bonum.* [Pſal. 36. 27.] Hic [F] enim ordo eſt diſciplinæ, ut ab inferioribus ad perfectiora contendas; ne terrearis mole majorum, qui leviorum exordio debeas provocari. Scalarum enim ſimilem eſſe Scriptura nos docet pietatis adſcenſum, per quas vidit Angelos Domini adſcendentes & deſcendentes ſanctus Jacob, [Gen. 28. 12.] * vir exercitationis; qui nobis propoſitus eſt, ut per illum cognoſceremus gradum virtutis paulatim nos proferre debere; & ita poſſe ab imis ad ſumma contendere, ſi per proceſſus gradiamur exiguos ad ea quæ videntur humanæ altiora naturæ. Has tibi ſcalas ſemper habeto propoſitas. Ne timeas, ô homo, gradus hos ad-

*. *Vir exercitationis*, id eſt, laboribus exercitatus, ut puta exſilio, cùm ob metum fratris e paterna domo fugere coactus eſt, vitâ duriſſime apud Labanum per XX annos exactâ, de qua ipſe Gen. 31. *Die noctuque æſtu urebar & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis.* Adde mentis ægritudinem ob violatam Dinam, amiſſum Joſeph &c

ſcendere diſciplinæ. Primus gradus vicinus eſt A terræ, ſeqnens ſimilis eſt prioris. Sic per æquales gradus ad ſumma conſcenditur. Ne faſtidias, ô homo, primum illum velut viliſſimum gradum. Ille primus adſcenſus te à terris ſeparat: aerem calcas, ubi ab humo elevaveris veſtigium. In virtute poſitus ſurgendo liquiſti terram: terram relinquis, ſi culpam declinas. Exordium ergo proceſſionis ad virtutem eſt abſtinere à peccato.

19. Ut ſciamus autem hanc diſciplinam eſſe doctrinæ, audi Legem dicentem: *Non adulterabis, non* B *homicidium facies*; (*Exod. 20. 14. & 15.*) imperfectis enim iſta præcepta convenientia videbantur. Denique ipſe dominus Jeſus ſciens imperfectum, à quo interrogabatur quibus ad vitam æternam operibus perveniret, reſpondit ei: *Non adulterabis, non homicidium facies, non furtum facies*, &c. (*Matth. 19. 18.*) Deinde dicenti quod feciſſet illa omnia, adjecit perfectiora dicens: *Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo.* (*Ibidem. 21.*) Tantumque abeſſe docuit inter malorum declinationem, & imitatio- C nem bonorum, [a] ut hæc abnueret, qui illa ſibi facilia judicabat. Sed quia nec illa adſcenderat, ideo ad hæc ſe aptare non potuit. Nam ſi dilexiſſet proximum, potuiſſet pauperibus ſubſidia ſui patrimonii non negare. Ideoque gradum primum Legis adſcende, ut poſſis ad Evangelii cæleſte faſtigium pervenire. Unde arbitror quod quaſi ſub Lege poſitus, morem Legis in primo pſalmo ſecutus, ex ſua perſona ſanctus Propheta magis cavenda denuntiet, quam ſequenda pro- D ponat. In quadrageſimo autem pſalmo, (*Pſal 40. 1. & ſeq.*) qui ex perſona inſcribitur Salvatoris, adhortatio magis virtutis fiat, quàm erroris depreſſio; de paſſione (*Ibidem. 6. & ſeq.*) enim Salvatoris loquitur. Et ideo Evangelii diſpenſator etiam, ſicut poſſumus æſtimare, cùm audivimus dicentem: *Beati miſericordes*; (*Matth 5. 7.*) & in pſalmo propriæ paſſionis, & in Evangelio miſericordiam coronavit. Sed adoriamur jam pſalmi explanationem, & virtutem inſpiciamus propheticam.

20. *Beatus*, inquit, *vir qui non abiit in conſilio* E *impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Poſſumus dicere tres eſſe ſpecies peccatorum, quas hîc putamus expreſſas, cogitationis, operationis, permanſionis; beatumque eum ſignificari, qui & non cogitaverit quod malum eſt. Nam quomodo poteſt beatus eſſe, qui ſuis cogitationibus accuſantibus in die judicii revincendus eſt? Etiamſi hominem fefellit, teſtem refugit, accuſatorem evaſit; ſe tamen ſui accuſatorem vitare non poterit, quem F maxime debet timere; quia & accuſatorem habebit, & confitentem reum. Beatus ergo eſt qui & non cogitaverit quod malum eſt, & non operatus fuerit peccatum (quia interdum & ſine cogitatione delinquimus; ex multiloquio enim non effugimus peccatum) & non perſeveraverit in peccato. Vel ſic: qui & non cogitaverit quod eſſet erroris, vel in ea cogitatione non ſteterit, vel certe non perſeveraverit in iis cogitationibus, A quas plenas erroris adverterit. Sed hæc utrum recte conveniant, qui legerit, æſtimabit. Nam qui ſemel male cogitavit, nec ſtare in eo debuit, nec perſeverare. Sed etſi non perſeveraverit, beatus eſſe non potuit; quia ſtetit in eo quod improbe cogitavit. Et ſi non ſtetit, tamen eo ipſo quod cogitavit male, utrum habeat beatitudinis fructum, clementem aliquem quærere debet interpretem. Poſtremo quia nemo poteſt dicere mundum ſe habere cor, eſto ut veniabilis cogitatio ſit, num- B quid veniabilis operatio peccatorum? Poſtremo ſi veniabilis ſtatio, numquid etiam plena beatitudinis, eo quod non perſeveraverit in crimine? Deinde qui non cogitavit quæ improba ſunt, quomodo in peccato ſtare potuit, [b] aut perſeverare? Ut beatus ſit, qui tria hæc jure ſervaverit, certe ordo diverſus eſt. Primum eſt enim, ut non perſeveraverit in peccato: ſecundum, ut non ſteterit in eo: tertium, ut non cogitaverit quod eſſet erroris. Qui enim non perſeveraverit, po- C tuit tamen ſtare: qui non ſtetit, potuit cogitare: qui autem nec cogitavit, vere beatus eſt.

21. Unde alteram quoque traditionem non prætermittendam putavi, quo tres gradus recto ordine factos adſeramus; ut qui beatus vult eſſe; non abeat in conſilio impiorum, hoc eſt, in eorum cogitationibus non ambulet: deinde non ſtet in via peccatorum: tertio, non ſedeat in cathedra peſtilentiæ. [c] Tu igitur qui in Eccleſia factus es Chriſtianus, vel qui ad gratiam tendis, ab- D ſtine ab impiorum conſiliis, ut poſſis dicere: *Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam.* (*Pſal. 25. 9.*) Nec cogites quæ ſunt impia. Quæ ſunt illa, niſi quæ in Dei excogitantur injuriam? Pietas enim prima in Deum; ſecunda in parentes. Et quidem inimicus inſerit frequenter diverſa mentibus noſtris; & ideo caute Propheta cogitationes magis, quam infuſiones improviſas putavit ad crimen tenendas. Abſtinuiſti ergo ab impiorum conſiliis? Recte: non E tamen ſtatim beatus. Cave etiam ne in via peccatorum ſteteris.

22. Quanto examine ſcripturæ divinæ verba ponuntur? Etenim quia omnes ſub peccato ſumus, non à te exigit quod ultra naturam eſt, ut peccatum non facias; quia nec unius diei infans ſine peccato: ſed ut non maneas in peccato quadam ſtatione diuturna. Non omnes impii ſunt; ideo revocaris ab omnibus cogitationibus & conjurationibus impiorum: ſed omnes peccatores; F ideo admoneris ut deſinas peccare. [d] Fuerit adoleſcentioris lapſus ætatis, debet eum maturitatis emendare proceſſus. Ergo in graviora non abeas, in levioribus non ſtes. Habes hoc & in Eſaia dictum à Domino: *Exi à Babylone, fugiens à Chaldæis*; (*Eſai. 48. 20.*) hoc eſt: Et ſi intrâſti in confuſionem vitiorum, exi. Non oportuit intrare: ſed ingreſſus es, carnis lege cogente, & captivante te in lege peccati, exi, egredere vel ſerius, exue te ſervitio gravi. Non potuiſti non introire in peccatum

a. Ultimæ edit. Pariſ. *ut nec abnueret, quia illa ſibi facilia judicabat.* Aliæ cum mſſ. *ut hæc abnueret, qui illa* &c. Commode. Namque hanc lectionem ſenſus poſtulat, qui talis eſt: tantum diſtat inter mala devitare, & bona proſequi, ut bona proſequi recuſaret, qui mala devitare nullius eſſe difficultatis judicabat.

b. Mſſ. quatuor, *aut perſeverare, ut beatus ſit? Qui tria hæc jure ſervaverit, hic profecto beatus erit. Et certe ordo diverſus eſt.*

c. Edit. vet. & quædam Pariſ. cum mſſ. fere omnibus: *Ad Eccleſiam factus es Chriſtianus, vel tu qui* &c. Rom. & plures Pariſ. *Factus ergo Chriſtianus, vel ad gratiam tendis.* Melius Thuan. cod. ut nos in textu.

d. Sic edit. Era. Gill. & Rom. cum cod. Vat. Colb. & Vict. Pariſ. vero edit. cum aliis cod. *Si fueris adoleſcentioris lapſus ætatis, debet te* &c. Non male. Tamen elegantius videtur, ut dicatur per conceſſionem hoc ſenſu: *Eſto, fuerit* &c.

per fragilitatem: datur tibi exire peccato per ſo- A brietatem. *Exi ergo à Babylone, fugiens à Chaldæis.* Babylon confuſio eſt, quæ virtutum ordinem non tenet; confuſa enim illecebris mente, delinquimus. Chaldæi ſunt qui ſiderum curſus vanæ ſtudio ſuperſtitionis explorant, & impiæ ſerunt gentilitatis errores. Ab his fuge, ne te capiant, ne te gravi laqueo captivitatis innectant. Abraham Chaldæus fuit, ſed fugit à Chaldæis, & ante Legem: [a] tu ſub Lege natus es, fuge ab impiis. Ille hereditatem patrum reſpuit, ut fidei poſſi- B deret: tu ſucceſſionem corporis derelinque, hereditatem devotionis acquire.

23. Si autem in peccato non ſteteris, nec ſic beatus: adhuc habes quo carere debeas. Multæ ſunt illecebræ, multi à virtute deflexus: gravia irritamenta ſunt voluptatum, gravis fomes avaritiæ, cupiditas poteſtatum, honoris ambitio, quæ velut veneno quodam mentes hominum, & quadam animas peſtilenti vitiorum tabe contaminant. Hæc eſt cathedra peſtilentiæ ſuper quam C ſederunt ſcribæ & phariſæi, qui imponunt hominibus onera gravia, ipſi autem digito nolunt ea movere. Has cathedras de templo Salvator ejecit eorum qui ſe de honore jactarent, primatus quærerent dignitatum: eorum qui ſacerdotio vel primatu honoris uterentur ad quæſtum: eorum qui indulgentes gulæ, nequaquam debitam continentiæ præſtarent cuſtodiam. Hæc vera eſt peſtilentia. Denique Heli filii erant filii peſtilentiæ. In hac quadam ſede vitiorum prohibet Scri- D ptura nos cervicem inflectere, vireſque totius corporis reclinare. Adverte igitur proprietates.

24. *Et in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Viam dici vitæ hujus curſum, in dubium non venit, cùm ipſa Scriptura dicat: *In via hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.* Et: *Eſto conſentiens adverſario tuo citò, dum es cum illo in via.* Etenim quoniam curſum vitæ hujus currimus, habemus ſemitam per quam ambulamus quotidie, donec perveniamus ad finem. E Etſi non videmur corporaliter ire, progredimur. Nam ſicut in navibus dormientes ventis aguntur in portus; etſi nullus quieſcentibus ſenſus eſt navigandi, tamen curſus eos urget ad finem, & impellit ignaros: ſic vitæ noſtræ ſpatio defluente, ad proprium unuſquiſque finem, curſu latente, deducitur. Unde dicitur: *Surge qui dormis;* tu enim dormis, & tempus tuum ambulat: & vide ne dum diu dormis, prætereat tempus; ideo etſi dormis, cor tuum vigilet, cor tuum non ferie- F tur: ſi cor otioſum non ſit, non ſunt otioſa tempora tua. In via es, ô homo, ambula ut pervenias; ne te nox in via occupet, ne conſumatur dies vitæ, antequam progreſſum virtutis acceleres. Viator es vitæ hujus: omnia tranſeunt, omnia poſt te fiunt. Omnia in hac via cernis, & tranſis. Vidiſti amœnitatem arborum, herbarum viriditatem, puritatem fontium, & quodcumque hujuſmodi quo delectantur oculi: juvit ſpectare, delectavit parumper attendere: dum attendis,

Pſal. 141. 4.
Matth. 5. 25.
Epheſ. 5. 14.

pertranſiſti. Iterum dum ambulas, incidiſti ſcopuloſum & confragoſum iter, concava rupium, prærupta montium, denſa ſilvarum. Tædiâſti parum, iterum tranſiſti. Talis hæc vita eſt, cujus nec proſpera permanent, nec adverſa diuturna ſunt. Ergo quaſi in via locatum neque ſecunda extollant, neque adverſa te frangant, nec plauſibilia remorentur, nec mœſta detineant. Feſtina ſemper ad finem, feſtina ut pervenias. Elige tamen viam antequam curras.

25. Duæ viæ ſunt: una juſtorum, altera peccatorum: una æquitatis, altera iniquitatis, de qua dixit Propheta: *Et vide ſi via iniquitatis in me eſt.* Non ſolum ergo vita noſtra via eſt, ſed etiam in ipſa vita noſtra aut virtutis via eſt, aut iniquitatis. Cave igitur ne in regreſſus ſuos collocet avaritia, & ſis via criminis; ne improbitas, ne libido, & ſis via iniquitatis itinerantibus detrita flagitiis. Licet tibi eligere quos ſequaris, aut juſtos, aut injuſtos. Juſtorum via anguſtior eſt, injuſtorum latior: illa ſobrietatis anguſtior, hæc ebrietatis latior, ut poſſit capere fluctuantes: hæc habet ſæculi hujus illecebras, illa habet futurorum præmia. In iſtis fructus præſentior, in illis ſpes tardior; quæ enim ſuavia ſunt, non differunt [b] diuturnam exſpectationem, ſed habent præſentem perfunctionem: quod autem ſerium eſt, labore quæritur, eo quod à beata cogitatione vix capitur; quia oculus non vidit, nec auris audivit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Difficile ſolemus credere quæ non videmus: & ideo anima æſtuat, & huc atque illuc velut oculos quoſdam circumfert cogitationes ſuas. Tunc illi occurrunt diverſæ rerum ſpecies, ſeque offundunt. Si ad ſempiterna intendat, virtutem eligit: ſi ad præſentia, voluptatem præponit. Grave & iniquum certamen adverſus delectationes præſentium. Hîc libertas eſt cupiditatum, illic [c] ſervitus injuriarum, facere quæ non vis, & ab iis quæ deſideraveris, abſtinere: hîc convivium, illic jejunium: hîc intemperantia gaudiorum, illic perſeverantia lacrymarum: hîc ſaltatio, illic oratio: hîc cantus dulces, illic gemitus graves. Scriptum eſt quidem: *Cor ſapientium in domo luctus, & cor ſtultorum in domo epularum. Melius eſt audire increpationem ſapientis, magis quam virum audientem canticum ſtultorum.* Sed pauci hæc audiunt, pauciores ſequuntur. Allicit homines magis dulce peccati, quod ad præſens influit & impinguat audientis affectum, quam triſte virtutis, quæ fidei ſpem velut quodam cortice amari laboris involvit. Beatus ergo atque mirabilis, qui talium viarum poſitus in electione, non fuerit illecebris voluptatis inflexus; ut gradum ſuum ſuper vadoſa & prava conſtituat. Non dicitur ei: *Væ qui dereliquiſti ſemitas directas, abeundo in vias tenebrarum!*

Pſal. 138. 24.
Eccl. 7. 5. & 6.
Eccl. 8. 26.

26. Cognovimus igitur quæ ſit via peccatorum, in qua ſtandum non eſſe Propheta nos admonet; ſed etiam Eccleſiaſtes docet, qui ait: *Noli ſtare in ſermone malo*, hoc eſt, non perſiſtere in ſermoni-

Ibidem 3.

a. Ultimæ edit. Pariſ. & mſſ. quatuor: *tu ſub Lege jam damnatus es.* Aliæ edit. ac mſſ. *tu ſub Lege natus es.*

b Rom. edit ſola, *diuturna exſpectatione perfunctionem, ſed habent præſentem.* Et continuo poſt ubi omnes edit. ac plures mſſ. *quod autem ſerium eſt* ibi cod. Vict. & Colb. *quod autem ſerium eſt.* Optime; *ſerium* enim hic opponitur *ſuavibus*, quæ levicula eſſe conſueverunt.

c. Edit. omnes & mſſ. aliquot: *ſervitutis injuria*: quatuor, *ſervitus injuriarum.* Rurſus poſt pauca, ubi cunctæ edit. cum tribus mſſ. *Hic ſaltatio, illic oratio.* mſſ. alii .... *illic ploratio.* Quæ quidem lectio etſi minime videatur contemnenda, tamen priori Baſilius, ex quo petita eſt, favet his verbis: ὀρχῆσθαι, ὀλοφύρεσθαι.

bus malis, ſimiliter & operibus improbandis. A Quomodo in bonis ſit ſtandum, ſanctus idem [Pſal. 121. 2.] Propbeta præcipit dicens: *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis, Ieruſalem.* In Jeruſalem ſtandum eſt, de Babylone fugiendum. Et Moyſi dicitur: [Deut. 5. 31.] *Tu autem ſta mecum*, qui de Ægypto fugit, & [Matth. 20. 9.] cum Domino ſtans perſeverabat. Et in Evangelio, qui ſteterunt uſque ad boram undecimam, æqualem mercedem operantibus acceperunt. Et [Ibidem. 25. 10.] quæ ſteterunt virgines uſque ad adventum ſponſi, ad nuptias ſimul introire meruerunt: quæ au- B tem diſceſſerunt, & poſtea reverterunt, dominicæ excluduntur auctoritate ſententiæ. Didicimus ergo non ſtare in via peccatorum, ſtare autem in virtutis officio; quia ſcriptum eſt: [a] *Tu autem fide ſtas.* [Rom. 11. 20.]

27. Nunc conſideremus quid ſit: *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Et quidem præmiſimus, quod non ſimplex conſeſſus in hujuſmodi quod in uſu eſt ſolio, reprebendatur. Quid enim invidiæ baberet ad culpam? Sed cùm oculi Domini C ſemper ſuper fideles terræ ſint; tamquam ſub conſpectu imperatoris locati, & veluti in miniſterio quodam poſiti, ſtare debemus. Miles in procinctu ſtat, non ſedet: miles in armis non ſe reflectit, ſed excitat atque erigit. Ideoque militi- [Pſal. 133. 1.] bus Cbriſti dicitur: *Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſervi Domini, qui ſtatis in domo Domini.* At contra iniquitas in talento plumbeo ſedet, eo quod fixa in peccato, ſe ab eo ſeparare non poſſit. Etenim inveterati in errore, & ſtudioſe flagi- D tiis inbærentes, ſedere dicuntur, qui nolunt ad- [Pſal 126. 2.] ſurgere, nec audire dicentem: *Surgite poſtquam ſederitis.* [Pſal. 118. 23.] Denique hic ipſe Propbeta alibi ait: *Sederunt principes, & adversùm me detrahebant.* An ignoramus quod tantam vim babeat inveterata conſuetudo peccandi, ut excludat naturam, quæ cùm ſit medicabilis ad ſalutem, [b] tamen corroboratis tempore paſſionibus immedicabilis invenitur? Non ergo permaneamus in vitiis: ſed unuſquiſque etiamſi fuit, exſiliat à culpa, ſicut ſcri- E [Prov. 5. 5.] ptum eſt de muliere meretrice: Ne intendas in eam oculum tuum, ſed exſili, ne moreris: exſili, antequam te anni juventutis inveniant. Sed, quod gravius eſt, plerique luxuriam corporis nec albenti erubuere canitie, & uſque ad ſenectutis ætatem vitam produxere maculoſam. Intimis enim concepta viſceribus lues culpæ, proceſſu temporis coacervatur. Cave igitur ab impiorum conſiliis, non penetrent bujuſmodi conſilia men- [Prov. 6. 2.] tem tuam; ne dicatur de te: *Alligavit quis ignem in ſinu, veſtimenta autem non comburet?* Etenim qui ſemel in ſinu mentis flagitii flammam ferventis adoleverit, cito corporis ſui veſtimenta comburet. [c] Et ut in ſtipulam ignis exſiliens, inhæret ac permanet, donec omne quod corripuit, abſumat: ita vel exigua ſcintilla peccati, ſi quo vitiorum fomite fuerit excitata, incendium grande excitat. Noli ergo ſtare in peccato. Poſtremo poſuiſti veſtigium ſupra voraginem culpæ, cito aufer pedem; ne ſupra plantam tibi adſcendat pol- A lutio, & lapſu faciliore deceptus, ſupra lutum reſideas.

28. Cavenda ergo prima ſunt vitia, ne in plura deinde graviora proſerpant. Etenim ſicut ii qui ſe in luto verſant, quo magis volutantur, eo amplius inquinantur: ita qui ſemel ſe luto improbitatis adſperſerit, niſi ab eo velociter exſiliat, gravius ſibi dedecoris ſui cœnum per ſingulos dies lutulentæ converſationis obducit. Itaque gravi odore tetræ illius ac flagitioſæ voraginis B contrahitur quædam animarum peſtilentia, corruptoque ſalubrium cogitationum ſpiramine, lues æſtuantium paſſionum miſeranda graſſatur. Hinc lethale ſe mentibus virus inſundit, bine ſubrepit ægritudo corporibus, languores animis. Eſt enim malus languor, erroris languor, avaritiæ languor, inexplebilis cupiditatis languor. Iſtæ divitiæ ſunt, ut ait Eccleſiaſtes: *Eſt languor malus quem vidi ſub ſole, divitias cuſtodiri in malum poſſidentis eas.* [Eccle. 5. 12.] Dic mihi, ô Eccleſiaſtes, qua cauſa ma- C lus bic languor ſit? Reſpondebit, quia multos avara ſpes devorat. Inſatiabilis edacitas cupiditatis eſt. *Neſcit ſatiari argento, qui concupiſcit argentum.* [Ibidem. 9.] Diſtendunt divitiæ, non explent: *Et ſi quis ſatiatus fuerit divitiis, non eſt*, inquit, *qui ſinat eum dormire. Et quidem omnes dies ejus in tenebris, & luctu, & iracundia multa, & languore, & ira.* [Ibidem 11. & 16.] Quomodo enim poteſt dormire, qui ſollicitam auri exercet cuſtodiam, qui damna formidat, qui lucra cogitat, qui uſuras computat, [d] qui apothe- D cas numerat? Malus ergo languor qui bonam aufert mentis quietem. Eſt languor malus luxuria, libido, concupiſcentia, delectatio, ſæcularis ambitio, quæ cito corrumpit ſalutem ſobrietatis. Omnis poſtremo mundi hujus corruptela peſtilentia eſt. Ne ergo tetigeritis, ne adtaminaveritis eam. Lues eſt, contaminat: morbus eſt, polluit. *Ne guſtaveritis quæ ſunt omnia ad corruptelam ipſo uſu*, ut Apoſtolus dixit, qui & alibi clamat: [Coloſſ 2. 21. & 22.] *Radix omnium malorum eſt avaritia:* [1. Tim. 6. 10.] morbos excitat, E dolores inſerit. Denique qui eam appetierunt, *inſeruerunt ſe multis doloribus.* [Ibidem.] Iſta eſt peſtilentia, quæ plerumque neque calidos, neque frigidos, ſed, quod & calidis eſt deterius & frigidis, tepidos facit; ut evomantur ex ore domini Jeſu, quos propter gravia peccata rejecerit. Iſta eſt quæ non paucorum, ſed omnium excitat ægritudines. *Omne caput in dolore, omne cor in mæſtitia.* [Eſai. 1. 5. & 6.] A pedibus uſque ad caput peccatorum ulcera. *Omne caput in dolore*, quando qui ſapientes æſtimantur, do- F lore cruciantur avaritiæ; ſenſus enim ſapientis in capite ejus. Quod referri poteſt etiam ad Eccleſiæ præeminentes: *Omne cor in mæſtitia*, quando ſapimus quæ ſunt carnalia, & corporeis voluptatibus aciem noſtri cordis infodimus. Unde [Ezech. 11. 19.] ait Dominus ad hujuſmodi, quod dederit illis cor carneum.

29. A pedibus uſque ad caput ſerpit lues dira morborum, quando laborant contagio, quando compatiuntur aliis, ſi quis effectu libidinis defraudetur, viduæ pudorem expugnare non po-

a. Edit. cum tribus mſſ. *Tu autem fide*, vel *in fide, ſta*: quinque mſſ. cum omnibus Apoſtoli exemplaribus ... *fide ſtas.*

b Ita cod Vat. unus & quinque Gallicani. Vict. autem, Colb. ac vet. edit *tamen corroborata tempore paſſionibus immedicabilis.* Rom. ſola: *diuturno tamen tempore paſſionibus depravata, immedicabilis &c.*

c. Mſſ. quinque, *Et ut ſtipulam ignis abſumit, ita vel exigua &c.* Reliqui, ac omnes edit. ut nos ſupra.

d. Rom. edit. ſola, *qui hypothecas numerat.* Et videtur favere, quod præcedit, *qui uſuras computat* Verum aliæ edit. atque omnes mſſ. reclamant; nec malus ſenſus eſt, ſi *apothecas*, id eſt, arcas, loculos, cellas quibus divitiæ reconduntur, dicatur avarus numerare.

tuit, agrum invadere: & ægre cuocti invicem A languores transferunt. Quoties ingemiſcunt ſeniores quod diu potare non poſſint? Quoties dolent quod ſcortari deſierint, cùm ſcortaodi habeant voluntatem? Quoties inter fabulas ebriorum virtutes probro ſunt, peccata laudi, honeſtas ludibrio, continentia riſui, miſericordia vanitati. Iſti ſunt morbi qui mala ſua in multos transferunt. A paucis corruptela ad omoes pervenit. Sedent io conſiliis derogantes ſobriis, ructantes crapulam: ſedent in tabernis de ebrietate B certantes. Inter hos meretrix plena vino, huic arridens, illum adurens, & omoes ardore inflammans libidinis. Verecundus ſi tranſeat, erubeſcit, à ſiogulis carpitur: ſi flagirioſus, omoium ore laudatur, & tamquam morbus tranſit in animas ſingulorum; qui enim in flagitiis celebris, plurimos ad imitationem adducit erroris. Itaque dum peccatum imitantur alienum, ſuum faciunt malum. Non ſedeas inter eos, quos ſanctus Propheta fugiebat. Illom imitare, fugieotem utique, non C

Pſal. 25. 4. ſedentem, qui ait: *Non ſedi in conſilio malignantium, & cum iniqua gerentibus non introibo.* Qua ratione eos fugiebas, David, explica nobis. Demonſtra bas partes, ut & nos eas fugere poſſimus,

Pſal. 13. 1. ne inficiamur earum contagio? *Corrupti ſunt*, inquit, *& abominabiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonitatem, non eſt uſque ad unum.* Generaliter ergo ad omnes flagitioſos poteſt referri: demum ſpecialiter ad irriſores bonorum quos Aquila χλευαστὰς dixit, quod iſti vere morbi ſunt, qui ir- D ridendo bonos, plurimum animis operantur errorem, menteſque corrumpunt. Quanta dixit à quibus beatus vir debeat abſtinere! Et adhuc adjicit alia.

℣ 2. 30. *Sed in lege Domini fuit voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte*; hoc eſt, beatus ille qui hæc faciat conſilio, ratione, prudentia; poteſt enim & parvulus non per virtutem, ſed per impoſſibilitatem & inſcientiam delinquendi ab iis quæ dicta ſunt, abſtinere. Poteſt & irratio- E nabili pecudi convenire, cui oulla vis conſilii, nullus ſenſus erroris eſt. Hoc eſt ergo quartum quod ſeqoitur, in quo definitio beati viri à pecude diſcernitur; quia vir ſapiens ſubditus legi eſt voluntate, non neceſſitate. Plurimum enim refert; quia in voluntate, mercedis eſt fructus; in neceſſitate, diſpenſationis obſequium. Ita enim

1 Cor. 9. 17. docuit nos Apoſtolus dicens: *Si volens hoc ago, mercedem habeo: ſi invitus, diſpenſatio mihi credita eſt.* Ordo autem convenieos, ut primo diligas le- F gem, ſecundo ut mediteris. Qui diligit, ex voluntate facit mandata legis: qui timet, invitus obſervat. Hanc diſciplinam docendi etiam Dei juſtitiam in Lege accepimus. Sic enim ſcriptum

Deut. 6. 4. eſt: *Audi Iſrael, dominus Deus tuus, Deus unus eſt.*

Ibid. 10. Et: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Et erunt verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & in anima tua: & demonſtrabis ea filiis tuis, & loqueris eis ſedens in domo, & ambulans in itinere, & A in quiete, & in vigilia.*[a] *Et alligabis ea in ſignum in manu tua, & erunt mobilia ante oculos tuos: & ſcribes ea ſuper limina in domiciliis tuis & in januis tuis.* Et infra: *Et nunc, Iſrael, quid abs te poſtulat* Ibid. 10. 12.
dominus Deus tuus, niſi ut diligas dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis ejus? Sapientia quoque dicit: *Concupiſcite ergo ſermones meos, diligite illos, & habebitis diſciplinam.* Sap. 6. 12.
Clara eſt, & quæ numquam marceſcat ſapientia, & facile videtur ab iis qui diligunt illam, & invenitur ab B iis qui quærunt illam. Legitime ergo docemur à ſancto Propheta voluntatem io Lege habere, meditationem ſecundum Legem. Voluntas in Lege non ſolum in ſtudio, ſed etiam in facto eſt. Prior voluntas, ſecunda operatio. Denique & Dominus dicenti ſibi: *Si vis, potes me mundare*, reſpondit: *Volo, mundare*; quo oſtenderet operationibus noſtris voluntatem præviam eſſe debere. Matth. 8. 2. & 3.
Denique lex voluntarios quærit; quia lex Domini irreprehenſibilis eſt, coovertens animam: nemo C autem convertitur, niſi qui voluntate convertitur. Voluntarius autem abſcondit & ſenſum furatur laboris.

31. Ideoque die & nocte in Lege meditatur; in quo non tam cootioua legendi poſtulator intentio, quàm ſervandæ Legis affectus. Ille enim plene meditatur, qui ſibi ipſe lex eſt, ſcriptum in corde ſuo legis iotendens. Aquila tamen, diem tantummodo poſuit, non etiam noctem. Quod non tam à ceteris diſcrepans, quam alio referens D poſuit; quooiam qui Legem meditatur, ſemper in luce eſt, noctem non habet. Etenim cujus lucent opera, non poteſt utique in tenebris ambulare; quia juſtitia ejus ſicut lumen effulget. Meditetur ergo Legem vita noſtra, meditetur converſatio, meditetur actus, meditetur intellectus myſteriorum cæleſtium. Lex enim exemplar eſt & umbra cæleſtium, umbra futurorum bonorum, quæ is qui credit in Lege, in Evangelio recogooſcit. Meditetur in tenebris, & die, id eſt, E & in adverſis poſitus, & proſperis. Lex enim præcipit ut diligas Domioum tuum. Qui diligit, in omni ſtatu ſuo debet ſervare diuturnæ caritatis affectum. Pater diligit filium, diligit etiam cùm arguit, diligit etiam cùm verberat baculo; qui enim parcit baculo ſuo, odit filium ſuum. Nos quoque Dominus caſtigat, & diligit. Itaque etiam cùm digna coercione committimus, ille tameo diligit, qui etiam recipit offenſum. Caſtigat enim Dominus omnem filium quem recipit. F Et tu cùm caſtigaris dilige; quia ideo caſtigaris, ut recipiaris. Nam quid grande eſt, ſi tunc diligas dominum Deum tuum, cùm tibi abundant omnia, cùm frueris optatis, cùm honoribus, facultatibus, liberis gaudes. Et homini, à quo acceperimus beoeficium, gratiam referre conſuevimus. Denique cùm laudaretur Job judicio cæ- Job. 1. 10. & 11.
leſti, hoc retulit diabolus: Minime mirum ſi gratus eſſet Deo, cui tanta ſuppeteret affluentia proſperorum: ſed tunc probandum, ſi illa amittat univerſa, & pii cultoris præſtet officium. Hæc

a. Edit vet & plures mſſ. *Et alligabis ea in ſinu tuo.* Rom. & mſſ aliquot: *Et alligabis ea in ſignum.* LXX Καὶ ἀφάψεις αὐτὰ εἰς σημεῖον ἐπὶ τῆς χειρός σου, io quo omnes Scripturæ verſiones conſentiunt. Ubi vero Rom. edit. *& erunt immobilia ante oculos tuos*; ex LXX, ſcilicet, apud quos legas, ἔσται ἀσάλευτον (quidam cod. ἀσάλευτα) πρὸ ὀφθαλμῶν σου: ibi vet. edit. ac omnes omnino mſſ. *& erunt mobilia* &c. Porro cùm ea pars verſiculi ejuſce alibi aliter converſa ſit, ut puta ex textu Hebræo, & Hebræo-ſamar. ab Interprete lat. reddatur, *erunt quoque in frontalia*, vel ut Grotio placet, *erunt quoque pro conſpicillis* &c. Ex Paraphr. Chald. *& erunt quaſi appendix quædam* &c. Quidni etiam ab aliquo verti potuerit, ut in noſtro contextu.

igitur

igitur prima virtus, ut non frangaris adverſis, non extollaris ſecundis. Id te Lex docet, [a] ut in afflictiooe non relaxes intentionem, nec deſperationem induas; victor non dicas: *Virtus mea & fortitudo mea hæc tribuit mihi*: ſed omnia noveris divinæ miſericordiæ deputanda. *Deut. 8. 17.*

Eſai. 8. 12. *Eſai. 9. 1.* 32. Clamat Eſaias: *Non confundetur qui in anguſtia eſt uſque in tempus. Hoc primum bibe.* Quid eſt, *hoc primum bibe?* Sequeſtremus myſtica, perſequamur moralia, quæ docet littera. Propter errorum gravia graves contritiones & vexationes popoli dicit futuras; & oportuit eas præcedere, ut ſequeretur miſericordia. Bibe ergo primum tribulationem; per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei: bibe, ut ſenſus tribularionis [b] pectotis tui infundatur internis: bibe cum patientis affectu mœrentis dolorem. Dom enim converſus ingemueris, tuoc Dominum tibi recoociliabis offenſum. *Hoc* ergo *primum bibe*, ut ſis in dolore & anguſtiis. Cito lætitia infundit errorem. Pinguis factus & incraſſatus populus ſurrexit ludere, & receſſit à Domino. Prodeſt tibi cor habere contritum. *Hoc primum bibe*, ut ſacrificium tuum accipiatur à Domino. Doceat te Apoſtolus quid ſit: *Hoc primum bibe*,
Rom. 5. 3. & 4. hoc eſt, tribulationis poculum. *Tribulatio* enim *patientiam operatur.* Non poteſt eſſe patieotia, niſi ante fuerit tribulatio. *Tribulatio*, ioquit, *patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem: ſpes autem non confundit.* Bibe primum tribulationem, ut poſtea tibi tot virtutum pocola miniſtrentur. Et ut ſcias quia bibitur tri-
Pſal. 59. 5. bulatio, audiſti dicentem hodie Prophetam: *Potaſti nos vino compunctionis.* Et in poſterioribus
Pſal. 79. 6. ait: *Et potum dabis nobis in lacrymis, in menſura.* In menſura petit potum, non ſupra menſuram; ne ferre non poſſit. Denique quam bono hoc
Pſal. 101. 10. precaretur affectu, ſuo probabat exemplo, qui potum ſuum cum fletu miſcebat, ut Domini in ſe ioclinaret miſericordiam.

33. Bibe ergo hoc primum, [c] ut bibas & ſecundum (hoc enim tempus eſt ut inſeramus myſtico) bibe primùm vetus Teſtamentum, ut bibas novum Teſtamentum. Niſi primum biberis, ſecundum bibere oon poteris. Bibe primum, ut ſitim mitiges: bibe ſecundum, nt bibendi ſatietatem haurias. In veteri Teſtamento compunctio, in novo lætitia eſt. Vide quemadmodum Dominus artibus diaboli pro ſuis ſervulis obviaverit. Ille cibo fraudis decepit unum, ut in uno omnes circumveniret: Jeſus autem cibo ſalutis omnes redemit, ut in omnibus & illum qui deceptus fuerat, reformaret. Ille calicem aureum Babylonis excogitavit, ut quicumque plus bibereot, plus ſitirent: & quia potus placere ooo poterat, auri pretio illiceret ad bibendum. Propinavit de vino ſuo, cui etiam metalli ſuffragia requiſivit. At vero dominus Jeſus aquam de petra effudit, & omnes biberunt. Qui biberunt in typo, ſatiati ſunt: qui biberunt in veritate, inebriati ſunt. Bona ebrietas, quæ infunderet lætitiam, non adferret confuſionem: bona ebrietas, quæ ſobriæ ſtabiliret mentis inceſſum: bona ebrietas, quæ vitæ muous rigaret æternæ. Hoc ergo poculum bibe, de quo dixit Propheta: *Et poculum tuum*
inebrians, quam præclarum eſt! Nec te moveac *Pſal. 22. 5.* quod Babylonis aureum poculum eſt; quia & tu bibis poculum ſapientiæ, quæ ſit auro argentoque pretioſior. Utrumqne ergo poculum bibe veteris & novi Teſtamenti; quia in utroque Chriſtum bibis. Bibe Chriſtum, quia vitis eſt: bibe Chriſtum, quia petra eſt quæ vomuit aquam: bibe Chriſtum, quia fons vitæ eſt: bibe Chriſtum, quia flumen eſt, cujus impetus lætificat civitatem Dei: bibe Chriſtum, quia pax eſt: bibe Chriſtum, quia flumina de veotre ejus fluent aquæ vivæ: bibe Chriſtum, ut bibas ſanguinem quo redemtus es: bibe Chriſtum, ut bibas ſermones ejus; ſermo ejus Teſtamentum eſt vetus, ſermo ejus Teſtamentum eſt novum. Bibitur ſcriptura divina, & devoratur ſcriptura divina, cùm in venas mentis ac vires animæ ſuccus verbi deſceodit æterni. Denique non in ſolo pane vivit homo, ſed io omni verbo Dei. Hoc verbum bibe, ſed ordine ſuo bibe. Primum bibe in veteri Teſtamento: [d] cito fac ut bibas & in oovo Teſtamento. Et tamquam ipſe feſtinet, dicit: *Galilæa* *Eſai. 9. 1. & 2.*
gentium & partes Iudaæ, populus qui ambulatis in tenebris, videte lucem magnam: qui habitatis in regione mortis, lux fulgebit ſuper vos. Bibe ergo cito, ut lux tibi effulgeat magna; lux non quotidiana, non diei, noo ſolis, non lunæ: ſed lux illa quæ umbram mortis excludat. [e] Nam qui in umbra mortis ſunt, lucem utique ſolis ac diei videre non poſſunt. Et quaſi requireoti tibi unde tantus ſplendor, tanta gratia ſit, reſpondet: *Quoniam* *Ibidem 6.*
puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Puer; quia ortus ex Virgine eſt: *Filius*; quia ex Deo oatus tantæ auctor eſt lucis. *Puer nobis natus eſt: nobis*, qui credimus; non Judæis, qui non crediderunt: *nobis*, non hæreticis: *nobis*, non maoichæis: *nobis natus eſt*, quia Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: *nobis natus eſt*, quia carnem ſuſcepit ex Virgine, quia homo natus eſt ex Maria. Caro naſcitur nobis, Verbum datur. Quod noſtrum eſt, ioter oos natum eſt: quod ſupra oos eſt, nobis donatum eſt.

34. Satis excurrimus, ut putamus, ſed non otioſe; ut doceremus quia & in tribulationibus diligere Dominum debemus, nec recedere ab eo, quoniam & lætitiæ tribulatio ſæpe ſuccedit, & lætitia tribulationi. Denique qui tribulatiooe non frangitur, & legem ſequitur, beatus eſt.

35. *Et erit tamquam lignum quod plantatum eſt* *℣ 3.*
ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium ejus non defluet, & omnia quæcumque faciet, proſperabuntur. Quæ iſta beatitudo eſt, quæ ligno arboris comparatur, niſi iotelli-

a. Mſſ. quatuor è Gallic. *ut afflictionem non relaxes in victoria, nec deſperationem induas in tentatione: non dicas &c.*

b. Quinque mſſ. *pectori tuo infundatur internis Bibe compatientis affectum, mœrentis dolorem.*

c. Era & Gill *ut bibas & ſecundum. Hic enim tempus eſt ut inſeramus myſtica* Rom edit . . . *Nunc jam tempus eſt &c.* Mſſ nobis conſentiunt, niſi quod nonnulli pro *myſtico*, *bibe*, legunt, *myſtica*, *bibis* Ut autem lectionis noſtræ ſenſum facilius capias, adverte pronomen, *hoc*, referendum ad id quod àπειώς anteponitur: *Bibe ergo hoc primum &c.* tum poſt vocem *myſtico*, ſubintellige *intellectum*, *tractatum*, vel quid ſimile.

d. Rom edit ſola, *unde fac cito ut bibas & in novo Teſtamento. Unde & tamquam feſtinet, dicit: Regio Zabulon, & terra Nephthalim, & cæteri Paralium inhabitantes, & trans Iordanem Galilæa gentium: populus qui ambulabat &c.*

e. Sic edit. & Vat. cod. cui accedunt quinque Gallic. io quibus tamen legas: *Nam ſi in umbra &c.* In Vict. autem & Colb. *Nam ſi umbra mortis ſunt.*

gamus in paradiſo, illo beatorum loco, lignum A vitæ [a] in medio lignorum aliorum de terra productum? Iotet multa enim ligna quæ erant ſpecioſa ad adſpectum, & bona ad eſcam, etiam hoc lignum terra produxit, & in medio paradiſi erat; ut cetera ligna ejus viriditate florerent. Quod eſſe hoc lignum dicimus, niſi për quod nobis ſalus venit? Et recte hoc terra produxit, quia eum Virgo generavit, quæ erat terra ſecundum Auc-

Gen. 3. 19. toris ſcotentiam, quæ in eum dicta eſt: *Terra es, & in terram ibis*. Pulcre quoque in medio legitur B ligootum aliorum; qnia erat in medio [b] apoſtolorum diſceotium: vel quia io medio erat menris

Johan. 1. 26. Luc. 22. 27. & cordis, ſicut ipſe ait: *Medius veſtrum ſtat, quem vos neſcitis*. Et alibi ait: *Ego autem in medio veſtrum ſum*. Denique & de ipſo Salomon dixit: *Lignum*

Prov. 3. 18. *vita eſt omnibus percipientibus eum*. Qui ergo beatus eſt, imitator erit domini Jeſu, qui eſt lignum vitæ, lignum ſapientiæ, plantatum in utero Virgiois, voluotate Patris: à quo in perpetuum manſurum plantatur, ut fructum daret in tempore C ſuo. Non enim potuit areſcere iſta plantatio, quæ habebat ubertatem in ſe manenrem gratiæ ſpiritalis. Denique plenus Spiritu ſancto Jeſus regreſſus eſt ab Jordane. Hi ſuot decurſus aquarum, de

Johan. 7. 38. quibus dicitur in Evangelio: *Flumina de ventre ejus fluent aqua viva. Hoc autem dicebat de Spiritu quem incipiebant accipere qui credituri erant in eum.*

Hier. 2. 18. 36. Eſt & alia traditio, quia ſunt aquæ de quibus prohibet nos bibere Hieremias dicens: *Quid tibi & via Ægypti ut bibas aquam Geon?* Eſt & Ty- D gris fluvius Aſſyrios præterfluens. Eſt & Euphrates in Babyloniam tendens. Eſt & Phiſon, qui latina interpretatione oris dicitur commutatio, circumiens terram Evilath, ubi eſt aurum, & aurum terræ illius bonum; & lapis carbunculus, & lapis praſinus. Merito os illic commutatur, ut non teneatur promiſſorum fides: ſed ſit in ore dolus, ubi eſt aurum bonum; avaritia enim fidem frangit, nec tenet verborum ſimplicitatem. Ornamenta quoque pretioſa meotem animumque E commutant; ut aliud in pectore, aliud in ſermone fit. In illis ergo regionibus fluminum fuerunt Judæi captivi, abducti in Ægyptum, & ad Aſſyrios, & ad Babylonios, ubi ſuper flumina Babylonis ſedebant, & flebant ſuæ calamitatis ærum-

Pſal. 136. 1. & ſeq. nam; & ut hic ipſe Propheta teſtatur: illic ſuſpeoderunt organa ſua, & omoem depoſuere lætitiam, ubi graviora tolerarunt. Denique reliquæ decem Tribus ad Aſſyrios ductæ ſuot: duæ autem Juda & Benjamin tamquam gravioris reæ F flagitii in Babyloniam tranſierunt. Atrocius enim ſacerdoris filia adultera quàm ceteræ puniuntur, quia ſacerdotalis generis gratiam turpi opprobrio decolotavit.

37. Sicut illi ergo in tentationibus graviſſimis fuerunt: ita multis tentationibus ſe Salvator noſter objecit; ut nulla tentationis oostræ certamina præteriret. Plantatus ergo recte dicitur ſecus decurſus horum fluminum, non in ipſis decurſibus; ut finitimum, non demerſum intelligas. Fuit illi congreſſio prima carnis & ſanguinis. Deni-

Matth. 26. 39. que ait: *Pater, transfer à me calicem iſtum: ſed non quod ego volo, ſed quod tu vis*. Fuit diviriarum objecta tentatio, cùm omnia regna terræ ei inimicus offerret, ſi procidens Dominus adoraret eum. Habes duorum fluminum decurſus Geon & Phiſon. Fuit illi colluctatio adverſus principes mundi: fuit in ipſa paſſione certamen adverſus tentatores, quos [*] Perſas Hebræa appellat interpretatio, qui falſa teſtimooia deferebant. Adverſus eos

Marc. 15. 32. qui dicebant: *Deſcendat nunc de cruce, & credimus ei*: quæ diabolus ſuggerebat. Habes Tygrim & Euphratem flumina.

Epheſ. 6. 38. Quadripartitum autem nobis certamen eſſe etiam Apoſtolus comprehendit dicens: *Quia non eſt nobis luctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principatus & poteſtates, adverſus mundi hujus rectores tenebrarum, adverſus ſpiritualia nequitia, quæ ſunt in cæleſtibus*. Hi ſunt fluvii qui de paradiſo exeunt. Uode puto quod is qui in paradiſum geſtit redire, hos debeat traoſire decurſus aquarum. Quod non otioſe expreſſit idem ipſe ſanctus Propheta, [c] demonſtrans his qui tentationes omnes ſubirent, deberi ſibi jam paradiſi re-

Pſal. 118. 136. quiem. Itaque ſic ait: *Decurſus aquarum deſcenderunt oculi mei*. Sicut enim romphæa eſt in ingreſſu paradiſi igoea; ut qui redit, per ignem revertatur, urat peccata ſua, probet aurum ſuum: ita qui redit, per hos decurſus redit. Meritoque di-

Pſal. 65. 12. cunt ſancti: *Tranſivimus per ignem & aquam*. De

Eſai. 43. 2. iſtis decurſibus & Eſaias dicit: *Si tranſeas per aquam, flumina non te concludent*. Quæ flumina? Audi dicentem [d] David de iis qui feſtinabant ad

Pſal. 123. 5. paradiſum: *Forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem*.

Pſal. 90. 13. 39. Quamvis nonnulli de iſtis quatuor tentationibus etiam illud accipiunt: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*. Ut ambulaverit in incarnatione, conculcaverit in paſſione, vel in traditione regni conculcet, quod Patri tradet, cùm omnem evacuaverit principatum. Pulcre autem Aquila τὸ μεταπεφυτευμένον dixit, hoc eſt, tranſplantatum, eo quod primo ſit plantatum in Virgioe, poſtea tranſplantatum in paradiſum; ſicut dixit ad la-

Luc. 23. 43. tronem: *Amen amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo*.

40. Hoc ligoum igitur fructum dabit in tempore ſuo. Ligna terreoa fructum non dare, ſed ferre dicuntur: ſed lignum vitæ ac ſapientiæ dat fructum, hoc eſt, largitur & donat. Rurſus illud occurrit: Si lignum eſt ſapientiæ, cur in tempore dabit, & noo ſemper? Ne forte grave ſit nobis hoc ſentire de Chriſto: ſed tu qui legiſti quia

Luc. 12. 42. diſpenſatorem fidelem & prudentem conſtituet Dominus ſupra familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram, in tempore utique, noo ſemper, turbari utique non debes. Poteſt ſapieotia ſemper fructum dare: ſed quia ſapien-

a. Codices Vat. & quinque Gallic. *legiſſe nos in medio de terra eſſe productum*. alii vero ac edit. conſentiunt, excepta Rom. quæ pro voce *productum*, habet, *productorum*.

b. Vox *apoſtolorum*, expuncta fuerat in edit. Rom. forte quod crediderint Ambroſium locutum more Tertulliani, à quo paſſim apoſtoli ſimpliciter ac ſine addito *diſcentes* nominantur.

*. Vocem hanc eodem ſenſu interpretatur Hieron in Ezech 27. 18. & Eſai. 21. 2. Perſarum autem idcirco hic meminit Ambroſius, ut per Tygrim qui eorum fines alluit, tentatores ſignificari doceat.

c. Omnes edit. *demonſtrans quod qui tentationes omnes ſubegerit, deberi ſibi jam paradiſi requiem ſperet*. His accedunt pauci mſſ. in quibus tamen verbum *ſperet*, deſideratur: alii majori numero ut in textu.

d. Ita edit. cum tribus mſſ. Alii vero quinque præferunt, *David, qui feſtinabat ad paradiſum*.

a tia eſt, debet ſapienter dare, diſpenſare [a] pruden- A ter, ſi quando nos plenam menſuram aut mereamur, aut poſſimus accipere. Sicut hîc extremum tempus fructum, ita & illic dabit fructum bonum in gentibus; ut reſurrectionis ejus conſortium capere, ac ſervare poſſimus. Nunc non poſſumus, odioſo ſæculo non ſuſtinemus. b [b] Hic enim corruptela eſt, & cavendum fuit ne corrumperemus bonos fructus, quos lignum vitæ daret; 1. Cor. 15. 52. & 53. quia nunc corrupti, illic autem incorrupti: *quando & mortui*, inquit, *reſurgent incorrupti, & nos* B *commutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem.* Quid ergo proderat morituro accipere, quod ei mors habebat auferre? Novit ergo ſapientia quibus quando dare debeat, quæ nec folium amittit ligni ſui. Et ideo qui fructus ſit ſapientiæ, quod folium conſideremus.

41. Fructus interior eſt; folium, quo fructus vel à ſole torrenti, vel à frigore defenditur. Fructus videtur eſſe fides, pax, doctrina, excellentia C veræ cognitionis, intentio bona, myſteriorum ratio. Hos fructus bona vita cuſtodit: mala etiam Pſal. 49. 16. ſi perceperit, amittit: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas?* In myſticis fructus eſt, in moralibus folium [c] contemplatione c myſteriorum cæleſtium. Nam virtutes ſine fide, folia ſunt: videntur virere, ſed prodeſſe non poſſunt. Agitantur vento, quia non habent fundamentum. Quanti gentiles habent miſericordiam, habent ſobrietatem: ſed fructum non habent; D quia fidem non habent? Labuntur cito folia, ubi ventus flaverit. Et aliqui Judæi habent caſtimoniam, ſedulitatem in lectione multam, & diligentiam: ſed ſine fructu ſunt, & verſantur ut folia. Matth. 21. 19. Hæc forte ſunt folia quæ Salvator in illa ficu reperit, ſed fructum non invenit.

42. Myſtica ſalvant, & à morte liberant: moralia autem ornamenta decoris ſunt, non ſubſidia redemtionis. Præſtare autem myſtica moralibus etiam ipſe Dominus docet in Evangelio ſuo E dicens de Maria, quæ ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius, cùm Martha circa miniſterium feſtinaret, & quereretur quod ſoror eam propria circa menſæ miniſterium non juvaret: Luc. 10. 41. & 42. *Martha, Martha, Maria optimam partem ſibi elegit, quæ non auferetur illi.* Si illa quæ Chriſto miniſtrabat ad menſam, non conferebatur ei quæ verbum cupiebat audire: quem operantem ſtudioſo cognitionis æternæ conferre poterimus? Ita tamen, ut nec illius operationi fides, nec hu- F jus cognitioni, ſicut Mariæ, deſit operatio; ne vel folia ſine fructu ſint, vel fructus ſine munimentis naturalibus ſit intectus, & pateat injuriæ.

43. Poſſumus etiam illud intelligere, quia foliis ſe texerunt Adam atque Eva, corporea veſtimenta quærentes, eo quod reſurrectio Dominici corporis prophetaretur; quia nec caro, quæ antea vice foliorum interire conſueverat, peritura eſſet in Chriſto: juſtorumque omnium, qui ſecundùm Evangelium ad imitationem ligni ſapientiæ nati ex Virgine vitam ſuam actuſque formarent. Nam Græcus ita dixit: ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει; quod poteſt ad beatum referri, μακάριος καρπὸν δώσει, græce: latine autem ſic dicitur, ut ſit: *quia beatus dabit fructum*, in reſurrectione ſcilicet ſua, quando poteſt perpetuum dare. Poteſt & ſic, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ τὸ ξύλον, ut referatur ad lignum, cujus facta omnia proſperabuntur. In quo evidens teſtificatio, quia de Salvatore dictum eſt. Cujus enim niſi ipſius facta poſſunt univerſa laudari, & proſperos habere exitus? Aquila autem, *dirigentur*, ait: quod & ad quemcumque hominem referendum videtur, quem dirigit Dominus favore cæleſti. A Domino enim diriguntur greſſus viri, & orationem ſuam in conſpectu Dei David propheta dirigi poſtulavit. Sed Pſal. 140. 2. & ipſe Dominus direxit opera ſua, ut nullo erroris curvarentur amfractu.

44. Sequitur: *Non ſic impii, non ſic: ſed tamquam pulvis quem projicit ventus à facie terræ*; ℣. 4. hoc eſt, non ſic ut beatus vir, qui ideo beatus, quia non abiit in conſilio impiorum, quia in peccato non ſtetit, in conſilio peſtilentium non ſedit, volentium vel credentes pie, vel viventes pervertere: qui voluntatem habuit in Lege, & meditabitur in ea: aut, ſicut Aquila poſuit, *reſonabit in Lege*; ut præcepta Legis reſonet vita ejus, mores reſultent ſicut illorum, quorum in omnem terram exivit ſonus. Forte hîc ſonus doctrinæ hominum exeat: illic autem ubi facie ad faciem dabitur videre, plenior quædam verbi fieri videatur expreſſio. Non ergo ſicut beatus iſte qui hæc fecerit, qui erit tamquam lignum plantatum, cujus geſta omnia proſperabuntur, ita erit & impius. Ideo repetivit vel qui ſcripſit, vel [*] qui poſtea addidit (ut * quidam putant) quo confirmatior fieret repetita ſententia dicendo: *Non ſic impii, non ſic*, qui erunt tamquam pulvis; ſunt enim terreni, & ſicut pulvis projicitur à facie venti, ita & iſti projicientur & diſſipabuntur à Spiritu ſancto, qui terræ fertili atque fœcundæ animæ ſalutaris ſicut ventus auſter adſpirare conſuevit.

45. Huic vento dicitur in Canticis: *Veni auſter*, Cant. 4. 16. ut clementia aeris mollioris cordis noſtri arva laxentur; quæ brumali gelu ſtricta recipiendis gremium ſeminibus denegabant. Bonum eſt nobis ut hic ventus adſpiret, qui naves Tharſis ferentes vero Salomoni quæ ad templum ejus neceſſaria videntur, tutos deducat in portus. Sed tunc iſte ventus adſpirat, ſi boreas ille gravis ventus flare deſierit. Ideo vel Eccleſia, vel anima pia dicit: *Exſurge borea, & veni auſter*; hoc eſt: Ibidem Tu, borea, recede, & veni auſter: adſpira hortum meum; ut flores non diſcutias, ſed reſerves. Anima igitur plena floribus pietatis hortum habet, vel ipſa hortus eſt, qui fructus ferat: anima quæ impietati patet, pulverem habet, qui eſt infœcundus ad fructum. Fructiferam quidem il-

a. Vet. edit. ac Rom. cum mſſ. Vict. & Colb. *prudenter. Tunc debet dare ſemper, quando nos plenam menſuram poſſumus.* (Rom. edit. *meremur*, mſſ. *poſſimus*) *accipere. Sicut hic . . . . dabit fructum bonis indeſinentibus.* Nobiſcum vero faciunt Pariſ. edit. atque alii ſex mſſ.

b. Ita Rom. edit. ac mſſ. Vat. cum quinque Gallic. At edit. vet. cum aliis: *Hic enim corruptibiles ſumus.*

c. *Contemplatione myſteriorum cæleſtium*: deerant hæc in edit. vet. ac mſſ. Vict. & Colb. ſed in Rom. aliiſque codicibus inveniuntur. Id autem illis vocibus ſignificatur, virtutes morales ſeu activæ vitæ, ſi cum myſteriis cæleſtibus, eorumque fide atque contemplatione conferantur, eſſe tamquam folium cum fructu comparatum; ut in ſequentibus exponit ſanctus Doctor.

*. Negat re vera Scholiaſtes repetitionem hanc reperiri in hexaplo, ut videre eſt apud Nobilium ſuper hoc loco.

lam fecit Dominus ; ſed ipſa ſibi collegit impie- A tatis pulverem.

46. Quid te jactas, ô plene impietatis? An quia honoribus es potens, & abundas divitiis? Non advertis quia pulvis es, & tu diſpergeris & diſſipaberis. *Vidi*, inquit, *impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut cedros Libani : & tranſivi, & ecce non erat.* (Pſal. 36. 35. & 36.) Quid gloriaris, quia multa te ſervitia ambiunt, multi amici tegunt latera tua, plurimi te equi ſequuntur, quorum nobis enarras proſapiam, & tamquam majorum tuorum genus. Præ- B fers divitias, quia conviviis paſcis ſodales. Utinam egenos paſceres: utinam non jocorum miniſtros, ſed votorum adjutores. Jactas quia prodeunti illico ceditur, & homines te tamquam feram declinant aut beſtiam. Num hæc eſſe aliquid putas? Non audis quia ea omnia tamquam umbra prætereant? Quid juvant conſulares prætextæ, [a] aut nitentes auro triumphales palmatæ? Nudus exibis: nemo illic conſulem tecognoſcet. Quid proſunt innumeræ poſſeſſiones? Publicæ C ſunt, non tuæ. Hodie tu tenes, cras alius. Cùm tu exieris, alius intrat. Vix moviſti pedem, alius greſſum intulit. Quanti ante te illic fuerunt, quanti poſt te dominabuntur, & hoc putas eſſe privatum? Quem umquam à morte divitiæ redemerunt? Immo quem non ad mortem divitiæ coegerunt? Quem ab inferis ſuæ revocarunt opes? Quem potentia excuſavit à pœna? Pulvis eſt impietas, ſicut pulvis eſt impiorum potentia: caliginem infert, dare ſalutem non poteſt. Si- D mul ut vehemens flare cœperit ſpiritus, ſpargit eam atque diſſolvit: aerem turbat, ſolum nudat; ut pulvis projicitur, deficit ut fumus, liqueſcit ut cera.

47. Hinc plerique non mediocrem movetunt quæſtionem, utrum perituram naturam videatur adſerere ſcriptura divina; maxime quia alibi dixit: *Comminuam eos ut pulverem ante faciem venti, & ut lutum platearum delebo eos* (Pſal. 17. 43.); & alibi: *Ecce confundentur & reverebuntur omnes adverſarii; erunt* (Eſai. 41. 11.) E *enim tamquam non ſint.* Primum ergo interrogo, utrum impietatem ſecundum naturam putent eſſe, an præter naturam? Si ſecundum naturam [b] adſerant, errare eorum opinionem certum eſt. Denique dicant, utrum naturæ peccatum conveniat, an non? Sed certum eſt peccare, deviare eſſe ab eo quod eſt ſecundum naturam. Quid igitur tam ineptum, quam ut dicant minus videri, impium eſſe, quam peccatorem: cum omnium acerbiſſimum ſit, quidquid in Dei fieri vi- F detur injuriam? [c] Quod ſi impie agere, non eſt præter naturam: vivere ergo impie, ſecundum naturam eſt, nec peccati loco habendum, nec dignum reprehenſione exiſtimandum; nemo enim reprehenditur, qui operatur ſecundum naturam. Unde concluditur, quia impietas præter naturam eſt. Quomodo igitur cum perditione conſuetudinis, ἀπολλυμένας φύσεις, hoc eſt, perituras naturas inducit Scriptura, cùm impietas non utique naturalis ſit, ſed præter naturam? Quod enim non habet, non amittit: nec poteſt ea ſubſtantia perire, quæ non fuit. Nam & pulvis commotus, aut in aquæ ſubſtantiam transfertur, aut in aerem, aut in ignem, hoc eſt, in aliam videtur ſæpe tranſire naturam. Non ergo in nihilum deficit, ſed in aliud tranſit.

48. Quid obſtat igitur quin & ille qui verbi virtute & ratione comminuitur ut pulvis, non in nihilum diſſipetur, ſed commutetur in melius; ut ex terreno fiat ſpiritalis homo, & ut lutum platearum ſic deleatur, ut tollatur quidquid aſperum ac ſordidum videtur, remaneat quidquid planum ac mundum eſt? Et quod ait de adverſariis Hieruſalem: *Sunt ſicut qui non ſunt;* utique potuit dicere: Non erunt. Sed cùm dixerit: *Confundentur & reverebuntur*, utique intelligis quia erunt per ſubſtantiam, & profectum converſionis, ſed non erunt quaſi adverſarii, quod fuerunt. Itaque per improbitatis defectum non erunt, erunt fide ac devotione mutati. Denique & alibi ex peccatoris perſona dicitur: *Et iram Dei ſuſtinebo, quia peccavi, donec juſtificet judicium meum.* (Mich. 7. 9.) Convertere enim Deus cupiens peccatorem, punit eum & urit, ut purget. Unde ait: *Et educet me in lucem.* (Ibidem.) Nam & ceram urit ignis, & liqueſcit, ut purgetur: & nos per ignem probamur: & fumus conſumto omni materiali expurgatur, [d] & neque natura tranſit. Itaque & anima purgata ab omni labe, in id quod eſt deficit, non in id quod non eſt; unde ait Balaam: [e] *Moriatur anima mea ut animæ juſtorum* (Num. 23. 10.); ut moreretur lapſus ejus, & quidam improbitatis uſus: tranſiret autem in conſuetudinem, vitamque juſtorum; omnia enim Deus ſalva vult eſſe. Unde & Salomon ait: *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.* (Sap. 1. 13.) Fecit animam ut ſit: creavit hominem in incorruptionem, quem ad imaginem ſui fecit: ſed homines à naturæ munere deviantes, obnoxios fecere ſe morti, ut quaſi terreni corrumpantur. Sed Deus per tribulationes ad pœnitentiam cogit, ut per pœnitentiam uratur & conſumatur illud accidens malum improbitatis, & pereat; & locus ille animæ, qui erat accidentis impietatis poſſeſſio, pateat ad receptionem virtutis & gratiæ. Certum eſt autem animæ naturam eſſe pretioſam, quæ ad ſimilitudinem Dei facta receptionem omnis virtutis admittit; utpote quæ cognitionis ſupernæ non ſit fraudata conſortio.

49. Nunc illud ſupereſſe arbitramur, quod in multorum ore verſatur, qua ratione Deus, cujus ſine voluntate nec paſſer viliſſimus cadit, & apud quem capilli capitis numerati ſunt, dixerit per Eſaiam: *Sic omnes gentes ut ſtillicidium de* (Eſai. 40. 15.)

a. Mſſ. nonnulli, & quædam edit. Pariſ. *aut nitentes auro triumphales palma.* Alii mſſ. atque edit. . . . *palmata.* Melius; nec enim temere invenitur ab imperatoribus in triumphis palmas, quæ eorum tantum qui vel in olympiacis, vel in gladiatoriis ludis vicerant, præmia erant, manu geſtari ſolitas: at vero *palmata*, id eſt, togæ palmis acu pictis, ſive, ut aliqui volunt, latis clavis diſtinctæ triumphantium ornamenta erant; quemadmodum *prætextas*, quæ hoc ipſo loco nominantur, hoc eſt, tunicas limbis purpureis decoratas, magiſtratuum ac nobilium puerorum veſtes fuiſſe compertum eſt. Quod autem pro *aut nitentes auro*, plures mſſ. habent, *annitentes auro*, hoc ita poteſt explicari, ac ſi legeretur, *auro ſubfulta ac rigentes.*

b. Cod. Vict. & Colb. *Adſerunt quod ea quæ naturaliter ſubſiſtunt, interire funditus nequeant errare, quorum* &c. Verum hæc verba potius mioſi cujuſpiam gloſſa videntur, quam auctoris textus.

c. Mſſ. aliquot. *Quod ſi impie agere eſt præter naturam: vivere ergo ſecundum naturam nec peccati loco habendum eſt, nec* &c.

d. Edit. ante *neque naturam tranſit*: Rom. & pauci mſſ. *& neque in naturam tranſit.* Alii quinque, *& neque natura tranſit.* Commode, hic enim *tranſit* idem eſt atque *in nihilum redigitur.*

e. Ita quinque mſſ. alii autem tres cum vet. edit. *Moriatur anima mea in animis juſtorum.* Rom. ſola . . . . *in animis juſtorum.* Suffragantur tamen LXX. Interp. apud quos: *Ἀποθάνοι ἡ ψυχή μου ἐν ψυχαῖς δικαίων . . . inter animas juſtorum.*

urceo, & ſicut momentum ſtateræ æſtimata ſunt, & ut A *ſputum æſtimabuntur.* Ita ergo peribunt omnes gentes ſicut ſtillicidium de urceo, & ut ſputum perit, & ad nullos uſus proficit. Sed tu qui noſti quia gentes non eo uſque pro nihilo habuit Gen. 12. 3. Deus noſter, ut & Abrahæ dixerit: *Benedicentur in te omnes gentes*; & per David locutus ſit ad Filium dicens: Pſal. 2. 8. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam*; & infra: Pſal. 71. 11. *Omnes gentes ſervient ei*; qui legiſti, Rom. 8. 32. *quia obtulit Deus Filium ſuum pro omni gente, ut ſalvos faceret peccatores*; debes hoc loco vim divinæ ſententiæ B conſiderare. Contemplatione etenim creaturarum cæleſtium, [a] quæ multæ ſunt (ſicut cælum quod multipliciter majus quam terra eſt, ut à pleriſque punctum comparatione cæli terra ſit æſtimata) Angelorum, Archangelorum, Principatuum, Poteſtatum, Thronorum, Dominationum, millium, & decem millium, & innumerabilium millium: contemplatione ergo horum gentes ut ſtillicidium de urceo æſtimatæ ſunt, cujus eſt omnis plenitudo. Ex illa igitur plenitudi- C ne cæleſti tamquam gutta cadens æſtimatæ ſunt gentes. Quomodo enim poterant maximæ videri, cùm ipſa terra in qua ſunt gentes, minima mundi portio ſit, & omnium quæ operatus eſt Deus, tamquam ſtateræ exigua inclinatio gentes ſint? Simul cognoſce per hanc ſtateram omnia Deum cum juſtitia condidiſſe, & in ipſis gentibus ineſſe quiddam naturaliter, in quo juſtitiæ videretur vel exiguum eſſe momentum, & ſputum ipſum tamquam ex univerſitate totius cor- D poris interiorem exiſtere portionem.

50. Magis ergo hîc miſericordia prædicatur; quoniam qui venit quærere quod perierat, nec ſtillicidium illud quaſi vile contemſit, & allevavit momentum ſtateræ; [b] & ſputo illi ſubſtantiam boni corporis donans, dignatus eſt omnes gentes in unum corpus Eccleſiæ congregari. Inter gentes autem & Iſrael annumerari poteſt nequaquam expers divinæ ejus juſtitiæ; quia ipſe Deut. 4. 6. Moyſes dixit de Iſrael: *Ecce populus ſapiens, & diſ-* E *ciplina tenax, gens magna.* Et ut ſcias quia ſupra meritum noſtrum Dei bonitas redundavit, Apoſtolus hunc propheticum locum interpretatus Rom. 11. 32. & ſeq. ait: *Concluſit Deus omnia in incredulitate, ut omnium miſereatur*; & ſubjunxit: *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit ſenſum Domini: aut quis conſiliarius ejus fuit: aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Hunc autem locum præmittens Propheta ait: F Eſai. 40. 15. *Si omnes gentes ut ſtillicidium de urceo æſtimata ſunt*, & reliqua, ut cognoſcas intellectum iſtum cum interpretatione Apoſtolica convenire.

51. Sed quid evidentius eo quod perituras naturas non videatur inducere, cùm ipſe ſubjecerit ſanctus Propheta: ✝ 5. *Quoniam non reſurgunt impii in judicio.* Non enim dixit: *Non reſurgunt*; ſed ait: Reſurgunt quidem, ſed non in judicio. Qui autem reſurgit, eſt utique, & manet: ſed quia non credidit in Chriſtum, jam judicatus eſt; & ideo non venit in judicium, quem peracti jam A manet pœna judicii. Et de reſurrectione quidem plurima divinarum ſcripturarum ſunt teſtimonia, quæ non prætermiſimus in libris* conſolationis & reſurrectionis. De eo autem quod ait: *Non reſurgunt impii in judicio*; ſecundùm Evangelium abſoluta ſententia eſt, quia non omnes judicabuntur. Apoſtolus autem ait: *Omnes enim* 2. Cor. 5. 10. *oportet nos ſtare ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum.* Hæc putant plerique eſſe contraria; B nec advertunt quia Salvator de perfidis dixit atque impiis, qui non crediderunt in dominum Jeſum. Sic enim ait: *Qui credit in me, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus eſt; quia* Johan. 3. 18. 19. *non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Hoc autem eſt judicium, quia venit lux in hunc mundum, & dilexerunt magis homines tenebras quam lucem; erant enim mala ipſorum opera.* Liquet igitur de quibus dictum ſit, hoc eſt, de iis qui non crediderunt in dominum Jeſum. Apoſtolus C quoque etſi dixit omnes, de iis utique dixit qui crediderunt, ſed actuum ſuorum rationem in die judicii reddituri ſunt. Denique ipſe alibi ait, quia teſtimonium conſcientiæ noſtræ in die ju- Rom. 2. 15. dicii revelabitur, cùm invicem cogitationes noſtræ aut accuſabunt ſe, ut ſcriptum eſt, aut defendent, & patebunt cordis occulta. Quid autem hoc evidentius quod ait alibi: *Omnes qui-* 1. Cor. 15. 51. *dem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur?* Immutabuntur enim juſti in incorruptionem, ma- D nente corporis veritate. Daniel quoque dicit: *Ju-* Dan. 7. 10. *dicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Oſtendit ergo judicium futurum, maxime cùm alibi idem dicat: *Multi qui ſedent in tumulo terræ, exſurgent: iſti in* Dan. 12. 2. & 3. *vitam æternam, & iſti in opprobrium & confuſionem æternam; & intelligentes ſplendebunt ſicut ſplendor cæli, & de juſtis multi ſicut ſtellæ lucebunt.*

52. Quod iſtud eſt judicium ſedentium judicum, & qui libri aperti, niſi conſcientiæ noſtræ, velut libri peccatorum noſtrorum ſeriem conti- E nentes? Quamquam hoc ipſum vile ſit æſtimare quaſi humani ſimile judicii. Aliud eſt Chriſti judicium, ubi conſcientia ipſa ſe prodit, quæ latere non poteſt occultorum arbitrum; ubi cogitationes lucent apud eum, qui adhuc cogitantibus dicebat: *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* Matth. 9. 4. Cùm Judæis diceret, dicebat omnibus; ne quis putaret quod occulta poſſent eſſe quæ eum fallerent, ne quis putaret quod parietibus clauſis teſtem occulti erroris effugeret. Ideoque & Evan- F geliſta teſtatur dicens: *Jeſus autem ſciebat cogita-* Luc. 6. 8. *tiones eorum.* Quomodo ergo ait: *Libri aperti ſunt?* Non utique atramento ſcripti, ſed veſtigiis delictorum, & flagitiorum inquinamento. Aperietur liber conſcientiæ tuæ, aperietur liber cordis tui, culpa noſtra recitabitur. Eſt ibi liber, ubi eſt tabula; immo ſunt libri inſcripti, ubi ſunt inſcriptæ tabulæ, quas inſcribit Spiritu ſancto Apoſtolica doctrina, ſicut legimus, dicente Paulo: *Epi-* 2. Cor. 3. 2. & 3. *ſtola noſtra vos eſtis..... inſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Sunt ergo tabulæ cordis in-

a. Rom. edit. ſola, *quæ multa ſunt, nempe Angelorum, Archangelorum, Principatuum, Poteſtatum, Thronorum, Dominationum, millium, & decem millium, & innumerabilium millium, gentes ut ſtillicidium de urceo æſtimata ſunt. Nam ſicut cælum adeo majus eſt quam terra, ut à pleriſque comparatione cæli terra ut punctum ſit æſtimata; ita & ejus plenitudo. Ex illa igitur* &c.

b. MSS aliquot, *& ſputi cùm illi ſubſtantiam boni corporis donare dignatus eſt, id eſt, omnes gentes in unum corpus Eccleſiæ congregari:* unus, *congregavit.*

*. Intellige libros *De fratris obitu*; & *De fide Reſurrectionis.*

A ſcriptæ Spiritu ſancto, iſtæ recitabuntur. Si bene egeris, manebit Scriptura. Vide ne tollas Spiritus ſancti gratiam: vide ne deleas, & ſcribas atramento flagitia tua, ne veniat dies judicii, & dicat Judex: Recitentur libri, recitentur tabulæ geſtorum ejus, & dicat tibi: Ego ſcripſi tabulas tuas, cur delêſti apices meos? Ego ſcripſi dona mea, quomodo delêſti munera mea, & ſcripſiſti opprobria tua? Non legiſti quia ſcribo? Non tibi dixi per os Prophetæ mei: *Lingua mea calamus ſcriba velociter ſcribentis*: judicium autem Verbi B eſt. *Pſal. 44. 2.*

Iohan. 5. 28. & 29. 53. *Multi ergo dormientium in tumulo terræ ſurgent, qui bene egerunt, in reſurrectionem vitæ: qui male egerunt, in reſurrectionem judicii.* Quod Daniel ait: *in vitam æternam*; hoc Salvator: *in reſurrectionem vitæ*, dixit. Item quod ait Daniel: *in opprobrium & confuſionem*; Salvator dixit: *in reſurrectionem judicii.* Unde non expedit nobis ad judicium venire, & non expedit non venire; ne aut prædamnati videamur, aut in hac labe vitiorum C ſubeamus tanti pondus judicii. Propheta rogat ne intret Dominus in judicium cum ſervo ſuo; *Pſal. 142. 2.* quanto magis nos judicium Domini timere debemus? Pone quia miſericors Dominus ignoſcet: quanta prodentur quæ latere credebam? Qui pudor, quæ confuſio erit mihi, cùm is qui alios profitebar docere, ipſe in eo deprehendar, in quo alios arguebam?

* 54. Et ideo quoniam & Salvator * duo genera reſurrectionis poſuit, & Johannes in Apocalypſi D dixit: *Beatus qui habet partem in prima reſurrectione*; *Apoc. 20. 6.* iſti enim ſine judicio veniunt ad gratiam: qui autem non veniunt ad primam reſurrectionem, ſed ad ſecundam reſervantur, iſti urentur, donec impleant tempora inter primam & ſecundam reſurrectionem: aut ſi non impleverint, diutius in ſupplicio permanebunt. Ideo ergo rogemus ut in prima reſurrectione partem habere mereamur. Sunt qui reſurrexerunt in paſſione Chriſti; & iſti plane beati, quia acceperunt Chriſti gratiam, & E audierunt vocem ejus, de qua ſcriptum eſt: *Venit hora quando audient mortui vocem Filii Dei, & qui audierint, vivent.* *Iohan 5. 25.* Et: *Ingreſſi ſunt in ſanctam civitatem.* *Matth. 27. 53.* Puto quod magis illam ſignificet ſupernam, quàm iſtam Hieruſalem, quam reliquit, quam incuſavit, quod in iſtam pedibus, in illam autem ſupernam meritis intraverint.

55. Sed & illud caveamus, ut hîc poſiti ſurgamus de tumulo terræ. Sunt qui viventes ſepulcro ſunt circumdati & repleti mortuis, quorum guttur ſepulcrum eſt, non loquentium verba vitæ, ſed mortis. Si hîc reſurrexerimus à mortuis, & illic reſurgemus: ſi hîc non fuerimus oſſa arida; ſed acceperimus rorem Verbi, humorem Spiritus ſancti, & illic vivemus: ſi hîc nos excitaverit Jeſus voce ſua magna, ut excitavit Lazarum, & per Diſcipulos ſuos ſolverit à vinculis mortis, & induxerit in Bethaniam, ubi erat Lazarus, hoc eſt, in domum obeditionis, & adhibuerit hîc convivio ſuo, & illic cum eodem recumbemus, & illic cum eo ſemper epulabimur, & illic nobis redolebit unguentum, quod ſolus proditor dolebat effuſum.

56. Ergo *impii non reſurgunt in judicio*, hoc eſt, in portionem eorum qui judicium ſubituri ſunt; *nec peccatores reſurgunt in conſilio juſtorum.* *ꝟ. 5.* Vides quia ſurgunt impii, & non ſurgunt in judicio juſtorum; quia peccatores etſi non reſurgunt in conſilio juſtorum: reſurgunt tamen in judicio. Unde videntur qui bene crediderunt, & fidem ſuam etiam operibus exſecuti ſunt, ipſi non judicari, ſed ſurgere in conſilio juſtorum: peccatores autem qui non poſſunt inter juſtos ſurgere, ſurgent in judicio. Habes duos ordines. Tertius ſupereſt impiorum, qui quoniam non crediderunt, jam judicati ſunt; & ideo non ſurgunt in judicio, ſed ad pœnam: *dilexerunt enim magis tenebras quam lucem*; *Iohan. 3. 19.* & ideo judicium eorum pœna eſt, & forte pœna tenebrarum. Et poterat quidem intelligi quod ii qui mala opera habent, credentes tamen in Chriſtum, volentes quidem recte vivere, ſed victi illecebris peccatorum, dilexerunt plus tenebras quam lucem: id eſt, utrumque dilexerunt, ſed magis tenebras. Sed quia de illis præmiſit qui non crediderunt, ſic accipiendum puto quod dilexerunt tenebras, & non lucem, lux enim Chriſtus eſt. Qui ergo non crediderunt luci, abſurdum eſt ut lucem vel dilexiſſe credantur, quam neſcierunt. *Neſcierunt* enim, *neque intellexerunt, in tenebris ambulant*, ſicut ſcriptum eſt. *Pſal. 81. 5.*

57. Sequitur: *Quoniam novit Dominus viam juſtorum, & iter impiorum peribit.* *ꝟ. 6.* Adverte ſenſum: *Non reſurgunt impii in judicio, quoniam novit Dominus viam juſtorum.* Vias eorum utique novit, quorum dirigit greſſus; ſunt enim greſſus hominum, qui à Domino diriguntur. Diriguntur à Domino & viæ viri. Has novit Dominus vias, quæ ſunt rectæ, quæ ad illam vitam tendunt dicentis: *Ego ſum via, veritas, & vita.* *Iohan. 14. 6.* Hæc bona eſt via: tortuoſa autem eſt via ſæculi. Non dignatur illam viam noſſe. Illos enim agnoſcit, qui ſunt ipſius, qui operantur opera ejus: qui autem operantur iniquitatem, his dicit Dominus: *Diſcedite à me, omnes operarii iniquitatis, non novi vos.* *Luc. 13. 27.* Non per ignorantiam, ſed per id quod indigni ſint ſcientiâ Dei, neſciuntur.

*. Videtur hîc non multum recedere ſanctus Ambroſius ab opinione Chiliaſtarum. Nolim autem eam intelligas, qua Damaſcenus lib. de Hæreſibus tradit Origeniſtas docuiſſe *Chriſti regnum tandem aliquando deſiturum, & ſimul Angelos deſituros*, neque etiam Gobari tritheitæ blaſphemiam qua aſſeruit *cum juſtis reſurrectura quoque omnia animalia* &c. Sed eam qua dicebantur *juſti primum omnium revicturi, & cum Chriſto in ſumma pace ac voluptate regnaturi per mille annos; poſt quod ſpatium fieret reſurrectio generalis atque univerſale judicium.* Quod quidem etſi Ambroſio tribueremus, non eſſet cur mirari quiſquam deberet. Certum enim eſt in ea opinione non tantum Origenem cujus ſententias ſubinde in ſcripta ſua tranſtulit Sanctus noſter; ſed etiam complures alios fuiſſe magni nominis Patres tum Græcos tum Latinos. Horum reverentia eamdem ſententiam damnare non auſi ſunt Hieron. in Hieremiæ 19. 18. & Auguſt. lib. 20. cap. 7. qui hoc ipſo loco ſatis declarat nihil in hoc dogmate ſibi magis diſplicere, quam quod illic ſpiritales voluptates non admitterentur; ſed ab Ambroſio atque aliis quibuſdam ipſas admitti potuiſſe hinc intelligi datur; quod ipſe Auguſtinus ibidem fateatur ſe illas dum prius cum millenariis ſentiret, admiſiſſe. Quod vero non obſcure videtur hic & infra num. 56 atque alibi docere omnes peccatores qui in Chriſtum crediderint, poſt expurgata per ignem crimina ſalvandos eſſe, non modo Origenis aliorumque multorum ejuſdem ætatis Patrum ea ſententia fuit, verum & ipſiuſmet Hieronymi lib. 1. adverſus Pelag. cap. 9. & alibi pluribus locis. Unde colligas errorem hunc illis temporibus necdum ab Eccleſia liquido fuiſſe reprobatum. Sed cum Ambroſius præfat. in pſalm. XXXVII. num. 2. abſolute dicat: *Nam ſi hinc peccata gravia portaverit, illic*, nempe in futura vita, *requiem non habebit*; & alibi non diſſimilia tradat: eum hoc loci non tam ex propria, quam ex memoratorum Patrum mente locutum poſſumus judicare. Porro de hac omni Chiliaſtarum doctrina qui plenius aliquid deſiderabit, adeat Sixtum Senenſem Bibliothecæ ſanctæ lib. 5. Annot. 233. & lib. 6. Annot. 347. nec non P. D. Huetium Origen. lib. 2. quæſt. 9.

58. Pulcre autem ait: *Et iter impiorum peribit.* A Separavit latinus, ut iter diceret, & tamquam diſcrevit iter à via: græcus autem in utroque viam dixit. Non otioſe tamen latinus; quia & Dominus: *Ego ſum via*, dixit; non dixit: Ego ſum iter. Perire autem iter impiorum dixit, non impios. Servat eorum ſubſtantiam, qui ſi convertantur, ſolum iter impietatis amittent, quod nec ab initio fuit, nec erit. Quod accidens igitur eſt perit: quod ſubſtantivum, manet. Pereunt autem ita impii, quomodo dicitur: *Anima quæ peccat, ipſa morietur*; Ezec. 18 4. ut peccati aculeo, non omni ſubſtantiæ ſuæ diſſolutione moriantur.

IN PSALMUM XXXV. PRÆFATIO.

Scrip. circ. an. 381.

1. DICTURUS Propheta [a] in pſalmo ſequenti quæ eſſet forma juſti, ante formam expreſſit injuſti. Neque enim poſſumus cognoſcere quæ ſit forma juſtitiæ, niſi cognoſcamus quæ ſit iniquitatis effigies; ſunt enim ſibi adverſæ atque contrariæ. Namque in altera ſimplex habitudo naturæ, in altera fallax verſutia nequitiæ: alia virtutum imagines præfert, alia vitiorum commercia prætendit. Convenire autem hunc ordinem & ipſa ratio docet; & ſi de contrariis ſumenda ſunt teſtimonia, ipſi doctores philoſophiæ con- C feſſi ſunt, dum ſequuntur. Quis autem dubitet longe anteriorem Davidem Platonis fuiſſe temporibus, quem non ſolum [*] magiſter ejus, ſed nec avi quidem avorum ejus videre potuerunt: cùm ille in principio regni fuerit Judæorum (quod per innumera annorum curricula propagatum eſt) iſte poſt tempora captivitatis, quibus regnum gentis ejus jam fuerat diſſolutum. Ergo ipſe qui tenet in omnes ſæcularis ſapientiæ principatum, cùm diceret non poſſe formam juſtitiæ D comprehendi, niſi ante diſcutiendam injuſtitiæ ſeriem putaviſſent, exemplum adtulit quod ii qui velint aurum quærere, prius ſe luto obliniant. Aurum itaque juſtitia, iniquitas lutum eſt. Quod à noſtris quoque prius dictum eſſe non dubium eſt, cùm ſcriptum ſit: *Ut lutum platearum delebo eos.* Pſal. 17. 43. Et vere lutum; quia eos inquinat qui ſibi appropinquaverint. Fugiamus ergo injuſtitiam, ne luteis ſordibus inquinemur, atque in ejus voraginem non pes noſter exterior, ſed, quod eſt gra- E vius, mens noſtra mergatur. Et philoſophia quidem aurum ſe quærere dicit; ſed lutum verſat, quæ divinitatem quærit in ſtatuis: ſed vaſa figuli virga confringet. Nos aurum quærimus, quo corpora noſtra mundemus, mortificationem Jeſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes; ut & vita Jeſu Chriſti in corpore noſtro manifeſtetur. Bonum aurum, ſanguis eſt Chriſti, dives ad pretium, profluus ad lavandum omne peccatum. Ordinem diximus, titulum conſideremus.

F b ✝ 1.

2. [b] *In finem*, inquit, *ſervo Domini pſalmus David.* In toto pſalterii corpore ſolus hic titulus eſt, quo pſalmum ſervo Domini ſe ſcripſiſſe teſtetur. Quis iſte eſt ſervus Domini, videamus: quid pſalmi ſeries ſignificet: cui dictus hic pſalmus ſit? Audiamus ad quem loquatur: *Domine*, inquit, *in cælo miſericordia tua, & veritas tua uſque ad nubes. Juſtitia tua ſicut montes Dei, judicia tua abyſſus multa.* Pſal. 35. 6. & 7. Cui hoc, niſi Filio Dei dicitur? Hæc enim non humanæ, ſed divinæ ſunt poteſtatis. Pſal. 89. 1. Sed quid ſibi vult quod ſervo Domini dici pſalmum hunc B titulus declaravit, cùm orationem Moyſi hominis Dei maluerit, quàm ſervi Domini in poſteriore titulo nuncupare? Quod ergo conſilium Prophetæ fuerit non intelligo, vel potius ipſius domini Salvatoris, qui locutus eſt in Propheta. Vere judicia ejus ſicut abyſſus multa, ut ſervo honorificentiam reſervaret, ſibi conditionem ſervitutis adſcriberet. Videor mihi intelligere, videor hauſiſſe aliquid de gratia ſpiritali. Adverſus injuſtitiam, ut diximus, pſalmus hic ſcriptus eſt; & ideo plus gravatur injuſtitia perfidorum, qui Chriſtum Jeſum dominum recipere noluerunt, cùm ille propter ipſos ſuſceperit ſervitutem. Quid enim tam iniquum, quam ingratos fuiſſe tantis beneficus; ut quibus ille ſalutem daret, hi ſanguinem ejus effunderent? Denique alibi cùm de ſua paſſione loqueretur, ad acervandam Judaicæ impietatis invidiam ſic ait: *Ne avertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me... Pauper & dolens ego ſum.* Pſal. 68. 18. Ibidem. 30.

3. Veni, Paule, interpretare nobis, qua ratione Dominus cæli atque terrarum ſe pauperem dixerit, & quæ ſit iſta paupertas. Tu certe illum divitem dixiſti: quomodo idem dives & pauper eſt? Audiamus teſtimonium Pauli. *Scitis*, inquit, *gratiam domini noſtri Jeſu Chriſti; quia propter vos pauper factus eſt, cùm dives eſſet, ut vos ejus inopiâ ditaremini.* 2. Cor. 8 9 Veni & tu, Eſaia, interpretare nobis quomodo ſe dolentem dixerit Chriſtus, qui dolores vulnerum ſanare conſuevit. Medicus venit, ut curaret ægros: quid ipſe habuit quod doleret? Audiamus etiam Eſaiæ teſtimonium. *Pro nobis*, inquit, *dolet; & nos æſtimavimus eum eſſe in doloribus.* Eſai. 53. 4. Expreſſit medici affectum, qui etiamſi ipſe nullum vulnus habuit quod doleret, tamen compaſſus eſt vulneratis. Hoc igitur in pſalmo Dominus exprobrat Judæis: Ego propter vos pauper, ego pro vobis dolens, & vos mihi manus impias intuliſtis dicentes: *Tollamus juſtum, quia inutilis eſt nobis.* Sap. 2. 12. *Injiciamus lignum in panem ejus.* Hier. 11. 19. Bene panem dixit pro carne ejus. Ille alimentum detulit, iſti pro beneficio retulere ſupplicium. Non mirum ergo ſi eſuriunt, qui ſibi vitæ æternæ alimoniam denegârunt. Pulcre etiam duo iſta junxerunt: *Injiciamus lignum in panem ejus.* Neſciebant quid loquerentur Judæi, & myſterium loquebantur. Paradiſum nobis Crux reddidit Chriſti. Hoc eſt lignum quod Adæ Dominus demonſtravit, dicens de ligno vitæ, quod eſſet in medio paradiſi, edendum: de ligno autem ſcientiæ boni & mali, non edendum. Erravit Adam, mandata non tenuit, interdictum guſ-

a. Rom. edit. ſola, *in pſalmo trigeſimo quinto.* Minus bene: quandoquidem non hunc, ſed trigeſimum ſextum Ambroſius indicatum voluit: quod utriuſque pſalmi argumentum conſideranti planum erit.

*. *Magiſter ejus*, id eſt, Socrates, ad quem à regno David effluxere, ex quorumdam chronologia, anni 633. Quod vero ad regni Judæorum durationem, eam fuiſſe annorum 434 iidem tradunt.

b. Rom. edit. prætermiſerat vocem, *Pſalmus.*

tavit. Per lignum cœpimus eſurire; quia ſuum [A] caro accepit alimentum. Ideo Dominus in Chriſto carnem junxit & lignum, ut fames antiqua ceſſaret, vitæ gratia redderetur. Beatum lignum Domini, quod omnium peccata crucifixit: beata caro Domini, quæ victum omnibus miniſtravit!

4. De paupertate igitur & dolore Domini idonea, ut arbitror, ſanctorum protulimus teſtimonia, quorum alter vidit & dixit, alter eſt electus ut diceret. Ipſorum igitur qui probati ſunt, de [B] ſervitute Domini teſtimonia iterum proferamus; immo ſua quæ de ſe ipſe locutus in utroque eſt. [Eſai. 49. 5.] Audiamus ergo quid dicat: *Sic dicit Dominus, qui finxit me ex utero ſervum ſibi ad congregandum Iacob & Iſrael ad eum.* Advertimus ergo quod propter congregationem populi, formam ſuſceperit ſervitutis. Audis, Judæe, & de gratia contumeliam refers; & hoc ad perfidiam derivas, propter quod magis credere debuiſti. Ad te vocandum venit, & conviciaris. Ex utero ſervum ſe di- [C] xit. Audi, Arriane, ex quo utero: paululum ſupra [Ibidem. 1.] recurre: *Ex utero*, inquit, *matris meæ, vocavit Dominus nomen meum.* Quod nomen ejus ſit, audiamus, [Eſai. 7. 14. Matth. 1. 23.] quo eum Pater vocavit. *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel: quod interpretatur, Nobiſcum Deus.* [a] Quod enim aliud niſi Filius Dei nomen eſt Chriſti? Accipe aliud. Dixerat quidem & Gabriel ad [Ibidem. 21.] Joſeph de Maria: *Pariet filium, & vocabit nomen ejus Ieſum.* [Mich. 5. 2.] Accipe Dei vocem. *Et tu Bethleem Iu-* [D] *daa, non es minima inter principes Iuda; ex te enim exiet Princeps qui regat populum meum.* Adverte myſterium: ex utero Virginis idem & ſervus exivit & dominus: ſervus ad operandum, dominus ad imperandum; ut regnum Deo in hominum mentibus radicaret. Utrinque unus, non alter ex Patre, & alter ex Virgine; ſed idem qui ante ſæcula ex Patre, ipſe poſtea carnem ſuſcepit ex Virgine. Ideo ergo & ſervus vocatur, & dominus: propter nos ſervus; ſed unitate divinæ ſubſtan- [E] tiæ Deus ex Deo, Princeps ex Principe, æqualis ex æquali; neque enim degenerem genuit, in quo [Matth. 3. 17.] ſe ipſe complacere memoravit.

5. Magnum, inquit, tibi eſt vocari puerum meum, ut ſtatuas Tribus Jacob. Servat ubique ſuæ vocabula dignitatis. Magnus Deus, & magnus puer: nec in carne magnitudinis ſuæ nomen amittit, cujus magnitudinis nullus eſt finis. Meritoque ſecurus, [Philip. 2. 6. & ſeq.] *cum in forma Dei eſſet*, ut Apoſtolus dicit, *non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem* [F] *Deo: ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & ſpecie inventus ut homo: humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.* Hic eſt ergo æqualis quaſi Dei Filius, hic ſervi formam in carne ſuſcepit, hic mortem guſtavit, cujus magnitudo non habet finem; quia finis Legis eſt Chriſtus ad juſtitiam omni credenti: ut in ipſum omnes credamus, hunc intimo adoremus affectu. Bona ſervitus, quæ omnes liberos fecit: [A] bona ſervitus, quæ nomen ſuper omne nomen adquiſivit: bona humilitas, quæ fecit, ut in nomine ejus omne genu figant, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur quoniam dominus Jeſus in gloria eſt Dei Patris. In hunc ergo finem dirigitur hic pſalmus, ut & nos ſervi ſimus ad juſtitiam, non ſuperbi ad arrogantiam. [b] Servitus enim ſtipendium libertatis eſt: ſtipendium autem mortis arrogantia eſt. Sed jam ipſam pſalmi ſeriem adoriamur. [B]

IN PSALMUM XXXV. ENARRATIO.

6. *Dixit injuſtus, ut delinquat ſibi.* [℣ 2.] Quid dixerit, non expreſſit, & ideo ſic intelligendum arbitror, quia quidquid dicit injuſtus, peccatum eſt. Omnis enim injuſtitia, peccatum; quoniam ubi organum vitioſum, quomodo poteſt cantus non eſſe vitioſus? Degeneris materiæ decolor partus eſt. Quidquid ergo loquitur injuſ- [C] tus, iniquitas eſt, quæ in ſuum refertur auctorem, ſicut viperæ partus, qui primo ſuam ſcindit parentem, ut frequens ſermo eſt. [De Tobia cap. 12. num. 41. Et in pſal. 17. num. 8.] Sibi ergo delinquit. Nihil hac ſententia ſublimius dictum arbitror. In illis qui ſibi ſapientiam ſæculi vindicârunt, nihil tale legi, nihil tale cognovi. Nec mirum, quandoquidem illi humano ingenio locuti ſunt, hoc infudit Spiritus Dei, Spiritus veritatis: quia injuſtus ſibi delinquat, ſibi generet vulnera, ſeipſe confodiat. Nam ſicut ſpinæ naſcun- [D] tur in manu ebrioſi, ut Scriptura adſerit: [Prov. 26. 9.] ita & injuſti ſermone naſcuntur, quæ compungant loquentem. Loquitur injuſtus, & interior ejus conſcientia vulneratur; quia in omni ſermone quem loquitur, non eſt fraudis immunis. Cujus enim gravior eſt pœna, quàm propria, cùm pro omni ſermone det pœnas? Serpens aliis infundit venenum, injuſtus ſibi; in eum enim refunditur quidquid effuderit. Injuſtus igitur & aliis inutilis, & ſibi noxius: juſti autem vita fructuoſa aliis, & ſibi [E] dulcis. Dicit enim Salomon: [Prov. 9. 12.] *Fili, ſi ſapiens eris, tibi ſapiens eris, & proximis: ſi autem malus evaſeris, ſolus hauries mala.*

7. Advertimus ergo quia juſtitia aliis eſt potius nata, quàm ſibi: commune commodum, non ſuum exſpectat; & alienum bonum pro ſuo ducit emolumento. Beata & præclara juſtitia, cujus bonum omnibus proficit: ex uno plerumque ad plures proficiſcitur, atque ad omnes pervenit. Juſtus David, qui parcebat inimico, & malebat in- [F] nocentiam ſuam, quàm vitam tueri; ne malo publico vindicaretur, atque appetendi principis in malis quinque cauſis aliis exemplum ederet, cùm ipſe vindictam de inſidiatore ſumſiſſet. Juſtus Abel, qui de ovibus ſuis quas ei Dominus dederat, primitias Domino putaverit offerendas; & ideo plus placuit Deo, quia moram non fecit, devotionem probavit. Sed hoc impius ferre non potuit, juſtitiæ prævaricator, radix iniquitatis; & ideo fratrem occidit, quia hoſtia ejus Deo magis, quam oblatio ſua fuerat comprobata. Sed

a. Rom. edit. ſic verba illa contraxerat, *Quod nomen quid aliud eſt niſi Filius Dei?*

b Omnes edit. *Servitutis enim ſtipendium libertas eſt*: Omnes mſſ. *Servitus enim ſtipendium libertatis eſt*. Iterum edit. Rom. ſola, *ſtipendium autem arrogantia mors eſt*: aliæ ac mſſ. ut in textu. Sed ut locus hic alioquin obſcurus intelligatur, advertendum allusionem fieri ad militiam, in qua poſt certum ſtipendiorum, id eſt, annorum numerum miſſio dabatur militibus. Sic ergo interpretamur: Servitutem ſequitur libertas, & mors arrogantiam; quemadmodum poſt emerita ſtipendia miſſio conceditur: vel brevius, ſervitus libertati militat, morti arrogantia. Et hunc ſenſum ſatis indicant antecedentia illa: *Bona ſervitus* &c.

ille

ille occiſus Deo loquebatur in voce ſanguinis A ſui, hic vivus à facie Domini repellebatur; & cùm adhuc à Domino pœnæ ceſſarent, torquebat eum ſuorum conſcientia peccatorum. Latebat miſer tremens & timens; & cùm adhuc percuſſor deeſſet, ipſa ſe ſe injuſti vita cruciabat. Acceperat ſignum, ne eum aliquis occideret: non ut vitæ ſuavitate frueretur, ſed ne mors auferret ærumnam; ut percuſſorem ſuum quotidie timendo pateretur. Meruerat quidem ut percuſſor inhiberetur: ſed ſine ulla intermiſſione ipſe ſibi ſuus B carnifex erat, ipſe percuſſor.

8. Quæ pœna major, quàm timere quod vitare non poſſis, nec quod timneris, evadere? Unde præclare David exprimens conventionem Pſal. 50. 4. graviſſimam conſcientiæ peccatricis ait: *Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper.* Offunditur enim nobis ultrix noſtri imago peccati; nec quietum reum ſuum eſſe permittit, inferens miſeram ſervitutem: atque in ſua vincula trahit, ut enodare ſe C non queat; quoniam volens ipſe ſe vendidit, cui liberum erat delictorum æra non capere, & libertatem innocentiæ reſervare. Itaque dum oramus, peccatum offunditur: ubi ſomno ſenſus ſe corporis relaxaverit, peccatum recurrit. Semper nobis error noſter tamquam malus exactor occurrit, vel tamquam improbus fœnerator conveniens debitorem. Unde Dominus ait: Johan. 8. 34. *Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* Sed juſtus novit quemadmodum peccatorum ſuorum vincula diſ- D ſolvat, nec exſpectat accuſatorem, ſed prævenit ut confitendo ſuum allevet omne delictum; ne habeat quod adverſarius criminetur. Ideoque Prov. 18. 17. Scriptura tibi dicit: *Juſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui.* Vocem enim eripit adverſario, & quaſi dentes quoſdam paratos ad prædam criminationis infeſtæ, peccatorum ſuorum confeſſione conſtringit. Dixit Judas Iſcariotes ut delinqueret ſibi. Quid dixit: Matth. 26. 48. *Quem oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum.* Hoc dixit, & ſe ipſe pro- E prio ore egit in mortem. Quantos putamus in ipſo fuiſſe tortores; ut ſibi ipſe tam gravis pœnæ exactor incumberet, & ſemet ipſe laqueo ſtrangularet?

9. *Dixit injuſtus ut delinquat ſibi.* Locutus eſt 2. Reg. 24. 17. juſtus: *Ecce ego peccator male feci, & grex iſte quid fecit?* Et remiſſum eſt omne peccatum. Dixit ergo juſtus, & ſibi profuit. Gen. 4. 9. Dixit Cain: *Numquid ego cuſtos ſum fratris mei?* Et ſibi ipſe mentitus eſt. Dixit Ananias omne ſe venditi ſui ruris pretium F protuliſſe, & mentitus eſt ſibi, qui potuit minus Pſal 26. 12. offerre ſine fraude. Ideoque præclare ait: *Et mentita eſt iniquitas ſibi.* Sibi enim ante mentitur, cùm in ſuum mentitur exitium: ſibi delinquit, qui ſibi innocentiæ eripit ſuavitatem. Quis enim puritate & ſimplicitate pectoris dulcior fructus? Quis cibus ſuavior, quam is quem animus bene ſibi conſcii, & mens innocentis epulatur? At ve- Zach 5. 7. ro iniquitas velut quodam plumbeo talento, ut Scriptura teſtificatur, conſcientiam gravat. Me- Pſal. 37. 5. ritoque David ait: *Sicut onus grave gravata ſunt ſuper me.* Prov 10. 26. Et Salomon: *Sicut uva acerba dentibus, & fumus oculis: ita iniquitas omnibus utentibus ea.* Gravis pœna quæ cibum impedit, adſpectum obducit; &, quod eſt amplius, oculis mentis internæ tenebroſam offundit caliginem, ut quod verum eſt, videre non poſſit injuſtus. Ideoque delinquit ſibi, qui ſibi quæ pretioſa ſunt, eripit.

10. *Dixit* ergo *injuſtus ut delinquat ſibi.* Juſtus autem loquitur, ut aliis & ſibi proſit: ille loquitur ad perniciem, hic loquitur ad ſalutem. De juſtis vero & fidelibus dictum eſt: *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Rom. 10. 10. Illius lingua vulnerat, lingua autem prudentum ſanat. Unde cùm expoſtularet David cum rege Saul, quod oblitus beneficii, ſalutis ingratus eum perſequeretur ad mortem, à quo toties jam videret ſe eſſe ſervatum; & vitam ejus appeteret, qui vitam ſuam pro regis ſalute periculis obtuliſſet, ait ſibi fructum non perire juſtitiæ, qui inſidiatorem 1. Reg 24. 24. ſuum in manus ſuas à Domino ſibi traditum non peremiſſet. Ab injuſtis iniquitas prodivit, venenum à ſerpentibus effuſum eſt, venenum & iniquitatis arma perietunt.

11. Ideo ſcriptum eſt: *Dixit injuſtus ut delinquat ſibi.* Quid dixit? *Ponam thronum meum ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo.* Eſai. 14. 14. Effectum non habent verba, ſed peccatum habent. Inanis quidem pompa jactantiæ; ſed ſuperbiæ ſpiritus criminoſus non timet convicio majeſtatem violare divinam. Etenim ſi ullus Dei timor ejus ineſſet affectui, non in conſpectu Dei plena doli gerenda ſibi auſu temerario crediſſet, quaſi Deus non poſſit occulta cognoſcere, qui ſcrutator eſt internorum. Spectat omnia Deus: nihil eſt quod eum prætereat, nemo qui fallat: cui omnia præſentia quæ futura ſunt, & manifeſta quæ latent. Etenim ſi ſol iſte mundanus clauſis plerumque domiciliorum habitaculis ſuum lumen interſerit; quanto magis Deus ſummus, æternus, etiam ſecreta penetralia mentis humanæ, atque omne Angelorum conſilium ſcientia ſua ſcrutatur, & prævenit? Quid ergo aliud agit injuſtus, niſi ut iniquitatem ſibi quærat & odium?

12. Sic enim ſcriptum eſt: *Non eſt timor Dei ante oculos ejus; quoniam doloſe egit in conſpectu ejus, ut inveniret iniquitatem ſuam, & odium.* Quid enim inveniret? Omnis enim qui quærit, invenit: ergo ſi malum quæritur, agitur ut inveniatur. Sed quemadmodum laudabilis eſt ille, qui bonum quod quæſivit, invenit: ita inveniabilis qui laboravit ut malum quod quæſierat, inveniret; bonis enim rebus, non flagitus atque criminibus laborem noſtrum nos oportet impendere. Quid igitur niſi ſummæ ſtultitiæ atque dementiæ eſt, odium quærere, iniquitatem malis artibus invenire, quam bonus nemo quæſivit.

13. Quomodo igitur improbi iniquitatem ſuam & odium quærant, conſideremus. Nempe Herodias erat tetrarchæ Philippi legitimo nexa conjugio, regiæ abundans opibus poteſtatis: [a] quæ Herodem Romam aduſque tendentem quaſi germanum mariti, hoſpitii & affinitatis jure ſuſcepit: cum quo depacta ſuam copulam, non multo poſt relicto viro, conſortii ſui jura mutavit.

a. Sic mſſ. Vict. & Colb. à quibus Reg. atque edit. hoc tantum diſcrepant, quod infra legit ille, *cum quo peccata ſua copulans*: hæ autem, *cum quo deſpacta ſuam copulam.* Alii denique locum præferunt in hæc verba, *quæ Herode Romam aduſque tendente quaſi germano mariti, hoſpitii & affinitatis jure ſuſcepto, cum quo de pacata ſua copula tractans, non multo poſt* &c.

Nonne ea quæſivit iniquitatem & odium, quæ A conjugium deſeruit, ut inveniret adulterium? Et quia ſanctus Baptiſta nuptias illicitas conſtanter increpuit dicens Herodi: *Non licet tibi eam uxorem habere*, (Marc. 6. 18.) quæ maritum contra Legem reliquit, & fratri mariti quaſi ex Lege convenit; commota eſt adultera, ut eum vellet occidere. Sed cognito quod Herodem ad necem juſti non facile poſſet inflectere, excogitavit qua via iſtud efficeret. * Natalis erat Herodis, quem luxu nimio, ut pleriſque regibus mos eſt, celebrare conſue- B verat. Adornavit filiam, ut in convivio regis pignus regale ſaltaret. Et cùm placuiſſet Herodi, quod diſplicere debuit patruo, obtulit ei, ut quod vellet præmium pro ſaltationis opprobrio poſtularet. Matrem illa conſuluit, cujus impulſu caput Baptiſtæ popoſcit. Victus Herodes, quia ſacramento ſe conſtrinxerat daturum quidquid neptis propria petiſſet, juſſit occidi Johannem, & caput ejus adferri. Quod allatum puellæ dedit, & illa matri ſuæ pertulit. Verum eſt ergo quod C iniquitas & odium requirantur; quandoquidem ea mulier, quod facili petitione impetrare non poterat, pravis artibus excogitatæ fraudis elicuit.

14. Quid de Juda proditore loquar qui quæſivit avaritiam, & invenit ſacrilegium, dicens: *Quid mihi dabitis, & ego eum vobis tradam?* (Matth. 26. 15.) Nec expletus pauperum ſpoliis, ad plenitudinem criminum graviſſimorum crimina ſerendo pervenit, pia miſcens caritatis ſacramenta flagitiis, cùm dice- D ret: *Quem oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum*; (Ibidem. 48.) ut vere de eo dictum dubitari non queat: *Verba oris ejus iniquitas & dolus*. Oſcula labiis ferebat, offundebat venena pectoribus: meditabatur acerba ſupplicia, gratiæ pignus adferebat.

15. Bene de eo Prophetia addi fecit: *Noluit intelligere ut bene ageret*; non enim per naturam deliquit, ſed per voluntatem. Denique Apoſtolus erat, audiebat quotidie divina mandata, diſcebat cæleſte myſterium: potuit intelligere ut E bene ageret, ſi voluiſſet. Videbat ſanari paralyticos, cæcis refundi lumen, mortuos reſuſcitari: num debuit intelligere quod Deus eſſet, qui talia poſſet operari? Sed intelligere noluit; quia avarus homo & pecuniæ intentus à cognitione divinitatis vigorem ſuæ mentis avertit. Unuſquiſque enim qui ſe flagitiis ingurgitaverit, non vult intelligere quæ cæleſtium mandatorum ſunt, ne revocetur à vitiis. Vide illum fugientem intelligere, qui ait: *Tenebræ operiunt me, & circumdant parietes: quis ſcit an videat Dominus?* (Eccleſ. 23. 26.) Non vult enim quærere & invenire, quod Deus F omnia videat atque cognoſcat; ne metu retrahatur à crimine. Vide regem Achab petentem à Nabuthe vineam ejus: cognoſce reſpondentem illum: *Abſit ut cedam hereditatem patrum meorum.* (3. Reg. 21. 3.) Non debuit intelligere quod juſta referebat? Sed *noluit intelligere ut bene ageret*, & alienа non A quæreret. Non debuit intelligere quod vero Elias Deo ſerviebat, cùm videret in verbo Eliæ clauſum cælum tribus annis & tribus menſibus; & ad preces ejus pluvias eſſe demiſſas, ut arida omnia rigarentur? Sed noluit intelligere, ne perfidiam condemnaret, ſequeretur fidem.

16. Quinetiam *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo*, (℣. 5.) ubi verum quærere debuiſſet. In cubilibus enim compungere nos debent noſtra peccata, non in ipſis delinquendo committi, dicente Pro- B pheta: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.* (Pſal. 4. 5.)

17. *Adſtitit*, inquit, *omni viæ non bonæ: malitiam autem odio non habuit.* (℣. 5.) Non enim immerito injuſta meditatur, qui in via erroris adſiſtit, & malitiam diligit, quam odiſſe deberet. Plus dixit, *adſtitit*; quaſi jamdudum in via nequitiæ, diuturna ſtatione, permaneat. Ille enim beatus, qui in via peccatorum non ſtetit, (Pſal 1. 1.) non is qui in ea ſtare non deſinat. Et ideo prima præcepta ſunt ſancti C prophetæ David, impietatem fugere, in peccato non ſtare, in Lege meditari; ut intelligas quæ bona ſunt, & juſta, atque injuſta ſecernas. In omnibus igitur radix eſt ſpectanda gignendi; ne eam inutilis ab exordio ſuccus inficiat gravioraque multo ſunt animorum vitia, quam virgultorum. Cavendum ergo præ ceteris, ne humano ingenio malitiæ uſus inoleſcat, atque omnis ætas ſecutura degeneret; arbor enim mala fructus malos facit. Nam ſi plerumque quod nolumus hoc agi- D mus, & vitare non poſſumus; & quod odio habemus, hoc facimus, victi quadam aut delectatione flagitii, aut obreptione peccati: quomodo poſſumus vitare quod amamus? Adſtringimur & inviti, quomodo poſſumus voluntarii non teneri? Vix ſe exſolvit Paulus erroribus quotidiana decertatione luctando, ut vinculis captivitatis exutus, per Chriſti gratiam ſervaretur; & tu putas quod adſiſtendo delictis poſſis ad cæleſtium repromiſſionum merita pervenire? Luctando co- E rona quæritur, non reluctando: ſtudio, non refragio comparatur. Certantibus quoque divinæ miſericordiæ ſuffragia poſtulanda ſunt; ut corona juſtitiæ pro laborum meritis deferatur.

18. Denique quid ſequatur conſideremus. *Domine*, inquit, *in cælo miſericordia tua: & veritas tua uſque ad nubes.* (℣. 6.) *Juſtitia tua ſicut montes Dei: judicia tua ſicut abyſſus multa.* (℣. 7.) Nonne hunc locum ſecutus eſt Paulus ut diceret: *Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gra-* (Rom. 7. 24. & 25.) F *tia Dei per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum.* Ubi enim mens humana turbatur, & certaminum dura atque aſpera nos fatigant, Domini auxilium poſtulandum eſt. Ideoque converſus ad Dominum, ipſum invocat & implorat, ut laborantibus adjutor adſiſtat. Miſericordia ergo petenda de cælo eſt, & veritas Dei ex prophetarum oraculis colligenda, qui quaſi nubes myſteria divinæ cognitionis obtexunt. Poſuit enim tenebras

a Natalem diem quotannis ſumma hilaritate celebrare olim apud multos populos in more fuit: ſed illum præcipue proceres ac reges per epulas & convivia ſplendida agitabant. Hujuſce vetuſtatem conſuetudinis declaravit Moyſes Gen. cap. 4. ℣. 20. ubi natalitium epulum à Pharaone exhibitum memoravit. Quod tamen convivium, non ſecus ac Herodianum Hugo Grot. ad utrumque locum mavult die auſpicati regni, quam initæ vitæ celebratum. In conviviis autem ſolitos adhiberi ſaltantium choros res eſt communior, quam ut debeat adnotari: ſed illud non ita obvium quod Ambroſius memorat adornatam fuiſſe Herodiadis filiam, *ut pignus regale ſaltaret*. Nam etſi, teſte Luciano *De Saltatione*, non fuerit ἐπαίνιος ἡ ὄρχησις, tamen hic videtur ſignificari præmium proponi ſolitum puellis ſaltantibus in conviviis, licet forte non ſemper determinatum, ut quæ aliud eſſet promerita, majus vel minus acciperet, quo magis vel minus placuiſſet. Eſt autem idem *ſaltare pignus regale*, ac ſaltare ſaltationem pignoris regalis, quemadmodum apud Horatium *ſaltare cyclopa*, non aliud eſt quam, ſaltare ſaltationem Cyclopis.

Deus latibulum ſuum; ut primo pluviam myſti- A
cæ fertilitatis accipias, & tunc infuſus rore cæ-
leſti fulgorem reſeratæ lucis agnoſcas, ut poſſis
Iohan 1.16. dicere: *Ex plenitudine ejus accepimus.* Quis enim
poteſt ſecreta Dei facile comprehendere, cujus
juſtitia ſicut montes Dei, vel (ſicut Aquila poſuit)
ut montes validi; eo quod validæ virtutis plena
præcepta ſint. Unde & Apoſtolus videns eſſe ſu-
Rom. 11.33. & 34. blimia quæ audivit, dicit: *O altitudo divitiarum*
ſapientia & ſcientia Dei: quam inſcrutabilia ſunt ju-
dicia ejus & inveſtigabiles viæ ejus! Quis enim co- B
gnovit ſenſum Domini? Aut quis conſiliarius ejus
fuit? Altitudinem itaque divitiarum ſapientiæ
retulit ad altitudinem montium. Audi quorum
Iſai. 40.9 montium. Ipſe enim Dei filius mons magnus eſt;
& ideo adſcende in hunc montem qui evangeli-
zas Sion, ut ſtes radicatus & plantatus in Chriſ-
to. Eſt mons quaſi ſapientia Dei, eſt mons qua-
ſi juſtitia, eſt mons quaſi ſcientia Dei, eſt mons
quaſi ſanctificatio, eſt mons quaſi redemtio, eſt
mons quaſi reſurrectio. Demonſtravit nobis hos C
1. Cor. 1. 30. montes Scriptura, quæ dixit: *In ipſo autem vos*
eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt ſapientia nobis à
Deo, & juſtitia, & ſanctificatio, & redemtio. Vel
quia Angelis Angelus factus eſt Dei Filius, pro-
phetis propheta: cujus judicia ſicut abyſſus mul-
Pſal. 41. 8. ta. Audi bona: *Abyſſus abyſſum invocat in voce ca-*
taractarum tuarum; id eſt, ſcriptura veteris Teſ-
tamenti, novi advocat ſeriem Teſtamenti ad
conſummationem ſanctificationis & plenitudi-
nem gratiæ, ſonitu quodam atque profluvio re- D
dundantiæ ſpiritalis.

℣. 8. 19. *Homines & jumenta ſalvos facies, Domine;*
ſicut multiplicaſti miſericordiam tuam, Deus. Filii
autem hominum in protectione alarum tuarum ſpera-
℣. 9. *bunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tua, & tor-*
rente voluptatis tua potabis eos. Quid eſt, *homines*
& jumenta? Rationabiles utique, & irrationabi-
les. Rationabilibus judicia, irrationabilibus mi-
ſericordia. Alii reguntur, alii nutriuntur. Ideo-
que addidit: *Filii autem hominum in protectione* E
alarum tuarum ſperabunt; id eſt, non generatio
viperarum; ſed filii hominum, qui ad imaginem
& ſimilitudinem Dei vivunt: non in paſcuis, ſed
in conviviis collocantur; Alii enim in loco paſ-
cuorum, alii in privilegio ſacramentorum. Im-
perfectis ſuccus lactis, perfectis menſa refectio-
Pſal. 22. 5. nis, de qua dixit: *Paraſti in conſpectu meo menſam:*
in qua panis vivus, id eſt, Verbum Dei: in qua
oleum ſanctificationis, quo impinguatur caput
juſti, & ſenſus firmatur interior, ut aboleatur F
Ibidem. oleum peccatoris: in qua etiam *poculum inebrians,*
quam præclarum, vel, *quam validum!* κράτιςον
enim dixit græcus vel potens, vel forte, vel va-
lidum; validum enim, quo abluuntur flagitia vel
delentur. Bona ergo ebrietas poculi ſalutaris.
Sed eſt alia ebrietas de redundantia Scriptura-
rum. Eſt & alia ebrietas per infuſionem Spiritus
Act. 2. 13. ſancti. Denique illi qui diverſis linguis in apo-
ſtolorum Actibus loquebantur, muſto pleni au-
dientibus videbantur. Domus ergo Eccleſia eſt:
ubertas domus, redundantia gratiarum: torrens
voluptatis, Spiritus ſanctus.

20. Nec te nomen aut mos torrentis offendat,
quod aliquando aridior aut exilior ſit, ut ejus ſo-
leant fluenta ceſſare. Ceſſavit & hic noſter, ceſ-
ſavit aliquando torrens profluvii ſpiritalis in po-
pulo Judæorum. Quid dicam, torrens ceſſavit;
cùm mare ceſſaverit, ſicut lectio hodierna nos
docuit, dicente Domino: *Ecce ego increpatione* Eſai. 50.2.
mea deſolabo mare, & ponam flumina deſerta, &
areſcent piſces eorum, utique Judæorum ſuæ aridi-
tate perfidiæ, ut enatare non poſſint? Ceſſavit
ergo torrens propter Synogogæ ſacrilegia; quia
erat illa plebs fide arida, ſterilis operibus, capti-
va peccatis. Quid enim flueret non bibentibus,
ſed contaminantibus ſacros meatus, cùm ipſum
[a] fontem necarint? Bonus torrens, qui illis ceſ-
ſavit, ut nobis abundaret, & ſitim humanæ cu-
piditatis averteret, ſicut torrens in auſtro. Unde
& Scriptura dicit: *Surge aquilo, & veni auſter*, Cant 4 16.
qui arbuſculas paradiſi perflare conſuevit.

21. Diximus ſenſum; etiam elocutionem con-
C ſideremus, cur *torrentem voluptatis* dixerit *potabis*
eos, & non torrente, quaſi de torrente; niſi quia
aviditatem bibentium voluit exprimere, quaſi
torrentem ipſum vellent ebibere, ſi poſſent? Hic
eſt forſitan torrens voluptatis quem in Geneſi Gen. 2. 10.
legimus, fontem qui abluit paradiſum, & dividi-
tur in quatuor flumina, quæ circumeunt totam
terram. Ex hoc enim fonte virtutes profluunt
ſpiritales, prudentia, temperantia, fortitudo, juſ-
titia. Bonus fons gratiæ & ſplendoris ejuſdem
D atque naturæ, cujus & illud flumen de quo in
poſterioribus dicitur: *Fluminis impetus lætificat* Pſal. 45. 5.
civitatem Dei.

22. Aptiſſime itaque ſubſtituit: *Quoniam apud* ℣. 10.
te eſt fons vita: & in lumine tuo videbimus lumen.
Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te; & juſti- ℣. 11.
tiam tuam iis qui recto ſunt corde. Etenim poſt
commemorationem cæleſtium beneficiorum, ju-
re gratiæ referuntur auctori domino noſtro Jeſu
Chriſto, qui fons vitæ irriguus æternæ deſcen-
E dit in terras, ut ariditatem noſtri pectoris irriga-
ret. Idem eſt ſplendor gloriæ Dei Patris, & ima-
go ſubſtantiæ ejus; & ideo in lumine ejus vero,
quod illuminat omnem hominem venientem in
hunc mundum, videbimus, inquit, Patrem; quia
Deus lux eſt. Recte etiam dicitur: *In lumine tuo*
videbimus lumen; ſecundum illud: *Qui me videt,* Iohan. 14. 9.
videt & Patrem meum. Apud te ergo, Fons vitæ,
præſentem videbimus Patrem. Sicut enim tu
apud Patrem eras in principio Deus Verbum:
F ita apud te ſemper eſt Pater, qui in te eſt. Eſt
enim apud ipſum, in quo eſt. [b] Prophetatur au-
tem adventus domini Salvatoris, qui venturus in
terram diceret: *Ego & Pater unum ſumus*; id eſt, Iohan. 10. 30.
unum ſumus lumen, ſicut unum nomen. Per lu-
minis & nominis unitatem ambo unum ſumus;
immo Trinitas unum in unitate ſubſtantiæ, ſed
diſtinctione uniuſcujuſque perſonæ. Trinitas diſ-
tinctionem ſignificat perſonarum, unitas poteſ-
tatem. Poteſt & ad Patrem dici: *Quoniam apud*
te eſt fons vita, id eſt, in te ex quo vita proceſſit,
erat Verbum, & ſemper erat; quia apud te erat.
Omnia per ipſum & in ipſo facta ſunt: & ipſe eſt

a. Ita edit. & mſſ. aliquot. Alii autem plures, *fontem negarint.* Et infra ubi edit. vet. in margine, Rom. in corpore ac pauci mſſ. *& ſitim humanæ cupiditatis*; alii majori numero, *& ſitim humanæ captivitatis.*

b. Mſ. Thuan. *Propheta autem adventum domini Salvatoris in ſpiritu pravidens, cui niſi ei qui venturus erat in terra, diceret apud te eſt fons vita, & in lumine tuo videbimus lumen. Unde & Salvator in Evangelio dicit: Ego &c.*

vita univerſorum ; & ipſe te nobis manifeſtavit, ut corda hominum ad cognitionem tuæ majeſtatis illuminentur.

23. *Prætende ergo miſericordiam tuam ſcientibus te:* Prærogativa prætenditur, ut mereantur miſericordiam quibus cognitionis tuæ meritum ſuffragatur. Denique in poſterioribus etiam vilioribus perſonis ſtudium ſcientiæ agnoſcimus ſuffragatum, dicente Domino: *Memor ero Rahab & Babylonis ſcientibus me* (Pſal. 86. 4.); id eſt, meretricis illius Rahab, & confuſionis illius memor ero apud ſcientes me, vel inter ipſos; quia meretrix illa me agnovit, [a] quem populus non agnovit. Inter illos ergo qui me ſciverunt, commemorabitur Rahab, ut dignum fidei præmium adipiſcatur. Unde & in Evangelio dictum advertimus: *Meretrices & publicani præcedent vos in regno cælorum* (Matth. 21. 31.). Sed quia invalidi ſumus ad exſequendum, licet devoti ad credendum: tu prætende miſericordiam tuam in te credentibus, quo devotioni & fidei facta quoque noſtra conveniant: nec ſtudium mentis noſtræ deſtituat corporis hujus infirmitas; ſed in ipſis tentationibus & infirmitatibus gloriemur, in quibus gloriabatur Apoſtolus dicens: *Libentiſſime itaque magis gloriabor in infirmitatibus meis, ut prætendat in me virtus Chriſti* (1 Cor. 12. 9.).

24. (℣. 12.) Pulcherrime itaque addidit: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatorum non moveant me. Ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare* (℣. 13.). Superius quidam accipiunt torrentem voluptatis tuæ in tentationibus fortitudinem; ſicut eſt martyrum, in quibus placuit Deo exhibere ſibi ſuavis, & grati certaminis voluptatem (Matth. 24. 20.). Etenim ſi hyemes pro tentationibus accipiuntur; unde & orandum Dominus admonet, ne fiat fuga noſtra hyeme aut ſabbato, hoc eſt, vel in tentatione, vel otio: hyeme autem creſcit torrens, & adimpletur, atque intumeſcit: torrens utique pro graviore tentatione poteſt accipi, quæ eſt in perſecutionibus. Et ideo bene torrens voluptatis dicitur; quia ubi ſuperabundavit peccatum perſecutionis, ſuperabundavit & gratia confeſſionis.

25. Vide virtutem propheticæ diſtinctionis. Primo injuſtum expoſuit, qui vel in corde ſuo, vel in ſermone dicit, ut ſibi delinquat, vel in ſe delinquat; habet enim græcus codex, ἐν ἑαυτῷ, id eſt, in ſeipſo: ſed non omnes. Et forte ideo, quia *inſipiens in corde ſuo dixit quia non eſt Deus* (Pſal. 13. 1.). Ne forte & injuſtus intra ſe dicat, & intra ſe delinquat, licet Deum palam negare dementis ſit: injuſtitiam autem plerique pro laude profitentur. Rapere enim, nocere etiam iis qui non læſerint, & circumvenire plerique ſibi exiſtimant glorioſum. Ergo primo injuſti vitam expoſuit, poſtea ſacramentum divinæ cognitionis adjunxit; ut timentes Deum, iniquitatem & injuſtitiam declinemus. Precem addidit, ut ab injuſtorum conſortio juſtos ſuos liberare dignetur; ut in iis quoque qui mundo ſunt corde, juſtitia divina prætendat, quaſi ſpeculatrix pia; ne nobis peccatorum velut hoſtium incurſus obrepat, & capiat dormientes. Ideo vigilandum eſt, ſemper caſtra Domini munienda ſunt; quia nocte advenit inimicus & adverſarius, quando ſomno ſenſus tenetur, cibo corpus diſtenditur. Orandum ut juſtitia Dei prætendat in nobis, quæ in infirmitate poſitos faciat fortiores, ut poſſit unuſquiſque noſtrum dicere: *Cùm infirmor, tunc potens ſum* (2. Cor. 12. 10.).

26. Deinde etiam ſpecialiter pro ſe orat; ut nos doceat, quemadmodum orare debeamus ad Dominum: *Non veniat*, inquit, *mihi pes ſuperbiæ*, id eſt, non in ſuperbiam incidam. Denique & alibi meminit ſui dicens: *Si non ambulavi in magnis* (Pſal. 130. 1.). Hîc oravit, ibi implevit: non impleſſet, niſi oràſſet. Cavenda ſuperbia, quæ etiam in proſperis ſupplantat. Denique gravius Adam in paradiſo cecidit, quam ſi cecidiſſet in terra. DE ALTISSIMIS cadere, præcipitium eſt: in planis lapſus vocatur. Ideo pes errat ſuperbi, quia caput non tenet; oculi enim ſapientis in capite ejus. Non mirum ergo ſi errat veſtigium, ubi oculus non habetur. Præcedat oculus, ut pes ſequatur. [b] Quomodo enim in tenebris viator incederet? Cito pes offendit in nocte, ſi quaſi quidam mundi oculus viam luna non monſtret. Et tu in nocte es ſæculi, monſtret tibi Eccleſia viam: ex alto te juſtitiæ ſol illuminet, ut lapſum timere non poſſis.

27. Et quia pedem dixerat ſuperbiæ, addidit: *Et manus peccatorum non moveant me.* Etenim ſicut ſancti membra ſunt Chriſti, ita impii membra ſunt diaboli. *Manus peccatorum non moveant me*, id eſt, actus eorum qui peccant, non me de juſtitiæ ſtatione dimoveant. Plerumque enim dum videmus peccatores proſperis abundare ſucceſſibus, nutamus affectu, & quaſi quadam peccatorum manu de radice virtutis avellimur. Cavendum ergo ne quos in domo Dei manus divina plantavit, manus adverſa ſupplantet. Pulcre tamen hoc dicit, qui à perſecutoribus verberatur. Qui autem moventur de radice ſua, quâ jam Chriſto inhæſerant, cadunt.

28. Unde addidit: *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem.* Quid eſt, *ibi?* Utrum ubi eſt ſuperbia, ubi eſt manus peccatorum? An ubi ſtabant, ubi erant ante plantati; ibi ceciderunt? An in vicino, an in continenti, quaſi in ipſo tempore, in ipſo loco? Et videtur ambiguum. Sed alibi docemur qoid ſit *ibi*, ubi dicitur: *Ibi dolores ſicut parturientis* (Pſal. 47. 8.). [c] Bonus dolor ei cui partus eſt fidei, quo Chriſtus in Eccleſia formatur, & naſcitur. Et alibi dicit: *Memor ero Rahab, & Babylonis ſcientibus me. Etenim alienigenæ, & Tyrus & populus Æthiopum, hi fuerunt ibi* (Pſal. 86. 4.); id eſt, ubi ſcientes me, ubi fundamenta in montibus ſanctis, ibi & alienigenæ; quia & ipſi in me putaverunt eſſe credendum. Ibi ergo ceciderunt, ubi magis ſtare debuerunt; quia & in paradiſo cecidit Adam, & Chriſtus in ruinam venit, & in reſurrectionem, ut ruina ſit perfidorum: juſtorum autem & fidelium reſurrectio.

29. Denique *expulſi ſunt*; quia injuſti viri in loco ſancto ſtare non poterant. Unde & Apoſtolus dixit: Et tu qui ſtas, vide ne cadas (1. Cor. 10. 12.). Et utique ei dixit qui non corpore, ſed fide ſtabat. Poſſu-

a. MSſ. Reg. Remig. Long. Valc. & Thuan. *quem populus non cognovit, ut diximus. Inter illos* &c. Non male: tamen edit. atque alii mſſ. melius.

b. Cod. Reg. *Quomodo ergo in tenebris viator incedens.* Remig. Long. Valc. & Thuan. *Quomodo ergo ſi in tenebris viator incedat.*

c. Cod. Thuan. *Bonus dolor, & bona via partus*; cui accedunt alii quatuor, in quibus tamen vox *bona*, deſideratur.

Matth 13. 14. mus & in futurum intelligere, *ibi*, ut eſt: *Ibi erit* A *fletus, & ſtridor dentium*; &: Job. 1. 21. *Nudus ibi pergam.* a [a] Quam brevis in exitu & quanta concluſio! Non ſim, inquit, ſuperbus, ut peccem: non peccem, ne movear: non movear, ne cadam: non cadam, ne expellar, ſicut Adam de paradiſo expulſus eſt; b quia [b] in ipſo primum pes ſuperbiæ ſtare non potuit. Neſcit ſtare ſuperbia; & ſi ceciderit, non novit reſurgere. Et ideo pulcre iſte & in ſuperioribus locutus eſt de ſuperbis: Pſal. 19. 8. *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri magnificabimur*; hoc enim ſtabile, illud infidum. Et ſubjecit. *Ipſi obligati ſunt & ceciderunt: nos vero ſurreximus, & erecti ſumus.* Ibidem 9. Et in libro Michææ prophetæ ſcriptum eſt: [c] *Noli ſuperbe gaudere mihi, inimica mea, quia cecidi; ſed reſurgam.* Mich 7. 8. c Cecidimus enim in hoc mundo, ſed in Chriſto reſurreximus: cui eſt honor, gloria, virtus, perpetuitas & à ſæculis, & nunc & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

a. Thuan. cod. *Quamquam breviter aut in exitu, & tamquam in concluſione.* Alii quatuor .... *tamquam concluſio.*
b Ita mſſ. & edit Era. Gill. & Rom excepta voce, *primum*, quam hæ non agnoſcunt. Pariſ. autem nonnullæ legunt, *in ipſo primum princeps ſuperbia ſtare non potuit.*
c. Vet. edit. *Noli ſuper me gaudere* &c. Rom. *Noli ſupergaudere mihi* &c. LXX. Interpr. Μὴ ἐπίχαιρέ μοι &c. Mſſ. tamen ut in textu.

IN PSALMUM XXXVI. PRÆFATIO.

1. a OMNIS Scriptura divina, vel naturalis, vel A myſtica, vel moralis eſt. Naturalis in [a] Geneſi, in qua exprimitur quomodo facta ſunt cælum, maria, terræ, & quemadmodum mundus iſte ſit conſtitutus. Myſtica in Levitico, in quo comprehenditur ſacerdotale myſterium. Moralis in Deuteronomio, b [b] in quo ſecundùm Legis præceptum vita bumana formatur. Unde & Salomonis tres libri ex plurimis videntur electi: Eccleſiaſtes de naturalibus, Cantica canticorum de myſticis, Proverbia de moralibus. B

2. Sed quia omnium pſalmorum corpus unum eſt, idcirco nihil in his diviſum eſt atque diſtinctum; ſed prout ſe obtulit ratio, nulla intermiſſa doctrinæ iſtiuſmodi diſciplina eſt. Namque & naturalem evidentiſſime comprehendit, dicendo de Angelis atque Virtutibus, & ſole, & luna, & ſtellis, & lumine cæli cælorum, & aqua quæ ſuper cælos eſt: Pſal. 32. 9. & 148. 6. *Quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandavit, & creata ſunt. Statuit ea in ſæculum ſæculi, præceptum poſuit, & non præteribit.* Et de myſ- C ticis locutus eſt, Pſal. 88. 21. & 45. 5. cùm de occultis, & ſacræ unctionis unguento, & de conſummatione ſcripſerit Tabernaculi. Quorum multiplex gratia; quoniam multifariam & multis modis locutus eſt Dominus in propheris. Nam & ventutum præfatus eſt Dei Filium Principem ſacerdotum, & paſſurum eſſe pro nobis, & ſanguine ſuo mundaturum noſtra peccata tituli Pſal. 8 & alìis. *Pro torcularibus* declararunt; & reſurrecturum pſalmus Pſal. 65. *reſurrectionis* expreſſit, & alius poſtea titulus indicavit, in quo Pſal. 96. *terra ejus eſt reſtituta*, c [c] commutationem quo- D que univerſorum futuram fidei ſacramentis. Et de moralibus plura contexuit, diverſaque virtutum genera demonſtravit, & dedit præcepta vivendi, quibus ulcera noſtrorum ſanavit errorum, moreſque renovavit humanos, atque innimos mutavit affectus; ſicut docet pſalmus trigeſimus tertius, quem etiam Petrus ſanctus in epiſtola ſua tamquam medicamentum noſtris pectoribus affixit: 1 Pet 3. 11. atque iſte qui nobis hodierna lectione propoſitus eſt. Nam iſti præ ceteris ethici reperiuntur: ſed iſte diffuſior, qui trigeſimus ſextus inſcribitur. Nam etſi ille prædulcis & lucidus eſt: iſte tamen dulcior; quoniam ille me docuit cohibere linguam à malo: iſte deſinere ab ira, indignationem relinquere. Ille præcepit ſine dolo loqui: iſte inſtituit eſſe manſuetum, qui præmia manſuetudinis demonſtravit. Quæ majora fomenta ſunt cordis bumani, quam manſuetudo atque ſimplicitas: quibus & dolor omnis acceptæ levatur injuriæ, & labes criminis omnis excluditur?

3. Ad bæc igitur manum medicamenta mittamus, ut vulnera noſtra curemus; ne ſi velimus dicere quod alios curare poſſimus, dicatur nobis: *Medice, cura te ipſum.* Luc. 4. 23. Ergo quod etiam non medicis, ſed vulgo quoque ſolet eſſe commune, ut medicinam pauci profiteantur, plurimi tamen remedia ejus aliqua ſcire ſe dicant: vel quod medicorum pueri faciunt nos quoque alieno medicamento remedium indigentibus proferamus. Dives magiſtrum adhibeat, pauper miniſtrum. Qui perfecti altitudinem capit, ſumat ex ipſo: qui planiora deſiderat, in valle paſcatur, ut parvulus. Qui fluvium metuit, de rivulo [d] bibat: & d qui profundum pavet, ad litus enatet. Pulcre autem ſanctus David in ſuperiore pſalmo injuſti Pſal. 35. vitam deſcribit, bîc juſti: ibi injuſtus exponitur, hîc juſtus inſtituitur: ille ſibi delinquit; bic tollit etiam aliena peccata. Et ideo quod primum medicamentum ſit juſtitiæ conſideremus.

IN PSALMUM XXXVI. ENARRATIO.

4. [e] NOli, inquit, *malignari inter malignantes: neque æmulatus fueris facientes iniquitatem.* e ℣. 1. Primum diſcamus quid ſit *æmulari*; licet minor vis ſermonis bujus ſit in latino, quam in græco. Nam & in bono æmulationem legimus, & in malo. Denique Apoſtolus dicit: *Bonum eſt æmulari in bono ſemper.* Galat. 4. 18. Et ſupra ipſe dixit: *Æmulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, ut illos æmulemini.* Ibidem 17. Et iterum ipſe ait: *Æmulamini meliora chariſmata.* 1. Cor. 12. 31. Et ad Romanos habes. *Dico ergo numquid ſic offenderunt, ut caderent? Abſit; ſed illorum* Rom. 11. 11.

a. Mſ. Reg. *In Geneſi de factura creaturarum, in qua* &c. Quatuor alii: *In Geneſi de formatione creaturæ, in qua* &c. Sed quod neque in aliis neque in edit reperitus, gloſſema redolet.
b Cod. Vict. & Colb. *in quo ſecundum Legem præceptum vita humana formatur*
c. Mſſ proxime laudati: *commutationem quoque univerſorum futura fides ſacramenta.*
d. Mſſ. quinque, *bibet, & qui profundum putavit ad littora natat.*
e. Rom edit. ſola. *Noli ſubæmulari inter malignantes. Primum diſcamus quid ſit ſubæmulari?* Hanc quidem lectionem videntur ea quæ ſequuntur, poſtulare; ſed nos ex fide verba mſſ & vet. edit repræſentamus. Cui vero placuerit varias hujus verſiculi lectiones cognoſcere, adeat Nobilium, apud quem etiam cum aliorum Patrum, tum ipſiuſmet Ambroſii expoſitiones reperiet.

delictum ſalus eſt gentibus, ut illos æmulentur. Et infra: *Vobis enim dico gentibus: quamdiu ego ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum illuſtrabo, ſi quo modo æmuler carnem meam, & ſalvos faciam aliquos ex ipſis*; hoc eſt, afficiam carnem meam. Denique παραζηλώσω græcus habet. Nam & hic: μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις habet; μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν; hoc eſt, noli malignos in æmulationem excitare; quoniam illi non de bono, ſed de malo certant.

Ibidem. 13

5. Quid eſt, in æmulationem excitare? Exemplo ſi poſſumus aperiamus. Intemperantes mulieres quædam ſunt, quæ aliorum conjugum corda ſollicitant: quos cùm conſuetudini ſuæ, proborque ſubdiderint, non contentæ erroris ſui habere ſecretum, ſtudent coram jugalibus eorum ſuum jactare flagitium; ut eas in zelum ſui excitent & inflamment, triumphum quemdam de dolore probarum mentium & commotione captantes: quæ æmulatione feminea thori proprii contumeliam non ferentes, ſolvunt complaciti vincla conjugii, [a] aut quotidiana rixa decertant; fitque ex æmulatione diſcordia, ex diſſenſione diſſidium, quo domus tota turbetur. Exemplo igitur protervæ mulieris cognoſce qui legis, partes eſſe nequiſſimæ deteſtabiliſque verſutiæ, improba æmulatione alterius animam commovere: aliudque eſſe zelum, aliud parazelum. Hæc eſt enim prava æmulatio, quæ bonorum ſubintrat affectum: qua etiam Judæus erravit[b] qui à vero & bono Evangelicæ diſciplinæ itinere, devia Legis æmulatione, deflexit; ſicut de ſe Apoſtolus ait, quod ſecundum æmulationem Legis perſequebatur Eccleſiam Chriſti.

Philip. 3. 6.

6. Ergo quamvis Deus noſter ingratis Judæorum offenderetur frequenter affectibus & querelis; tamen adſumtum ſemel & electum ſibi populum minime relinquebat: ſed Synagoga tantum meretrix procax irritare eum cœpit in æmulationis amaritudinem, prævaricationis ſe miſcendo ſacrilegiis. Denique dixit ad ſacerdotem Aaron: *Fac nobis deos quos adoremus*; & vituli caput adorare cœperunt. Unde per canticum magnum Moyſi Dominus in ore ipſius reſultavit dicens: *Ipſi excitaverunt me in æmulationem in non Deo, irritaverunt me in ſimulacris ſuis: ego autem excitabo eos in æmulationem in non gente, in natione inſipiente irritabo eos.* En quomodo Dominus condemnavit Synagogæ meretricios mores, quo ipſorum in eos verſutiam retorqueret; & ſuo afficerentur ingenio, qui dominum Deum ſuum à quo adſumti fuerant, gravibus ſacrilegiis refutarunt, deos ſibi quos colerent eligentes: adſumens è contrario ſibi Eccleſiam de profanis, quam prælatam ſibi ſine Lege, ſine gratia Judæorum populus ingemiſceret; atque eo amplius in æmulationem illorum excitaretur affectus, quo viliorum facta eſſet electio. Nam ante quo afficeretur ille populus non habebat, cùm ſolum ſe à Domino conſideraret electum. Ubi vero advertit adſcitam ex nationibus convenam plebem quæ ſibi legem Domini, prophetarum oracula, Teſtamentum novum Domini vindicaret, tunc demum excruciari nimio cœpit affectu, poſteaquam ſe repudiatum eſſe cognovit. Denique ſi videat gentilium cæremonias, non movetur: ſi audiat profectum Eccleſiæ, cruciatur miſeraque torquetur invidiâ. Completur ergo in Judæa: *Et ego in æmulationem eos excitabo in non gente.*

Exod. 32. 1

Deut. 32, 21.

7. Accedit ad cruciatus gravioris ærumnam, quod ex gentibus peccatores ſibi videntur eſſe prælati, qui ne gentis quidem, alicujuſve nationis nomen adtollant. Nam omnis congregatio cujuſque regionis nomen ſibi vindicare conſuevit, ut Ægyptii, Æthiopes, Syri, Judæi, Arabes, provinciæ ſuæ terrarumque ſuarum vocabulum præferunt: nos de diverſis populis congregati, vocabulum nobis unius gentis non poſſumus uſurpare; & ideo quia nomen non habebamus in terris, de cælo accepimus, ut Chriſti populus diceremur. Sed hoc gentilis ſtultitiam putat, Judæus opprobrium. Verum eſt ergo quod ſcriptum eſt, quia ultus eſt Deus propriam contumeliam, Eccleſiam ſibi ex non gente quærendo; & eam ex gente inſipiente, vetuſto illi atque regali populo præferendo. Quæ ſit gens inſipiens quæ prælata ſit, audi dicentem: *Quoniam ſtulta mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes.* Et iterum: *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens.* Reddidit ergo, non intulit Dominus æmulationis communionem, ut eſſet non in forma imitationis, ſed in pœna iniquitatis.

1. Cor. 1. 27

Ibidem 3. 18.

8. Denique latinus interpres volens diſtinctionem facere inter æmulationem virtutis, & æmulationem offenſionis, ait: *Numquid æmulamur Domino?* Hoc eſt, numquid Domino offenſionem æmulationis inferimus, ut de iis edamus, quæ immolata ſimulacris ſunt; ſicut Judæi, cum ſacrificando ſimulacris exaſperaverunt? Quod ſi inter homines excitandæ æmulationis offendit intentio, & frequenter perſona exaſperati ſuperior invenitur, [c] quod incentoria æmulationis fraudi eſſe conſuevit; cujus ſtultitiæ eſt majeſtatem irritare divinam, & offendiculo æmulationis inceſcere, ubi nulla ultionis eſt difficultas?

Ibidem. 10. 20.

9. Non debemus igitur malignis æmulandi adverſum nos aculeos miniſtrare, qui etiam non laceſſiti, invidiæ ſtimulis excitantur, ut noceant; ſicut Cain fratrem occidit, quia magis illius ſacrificium acceptum eſſet, quam quod ipſe putaverat offerendum. In quo non æmulatus Abel: ſed invidus Cain prælationis gratiam ſceleſto parricidio perſecutus eſt. Non enim ille fratris voluit obumbrare ſacrificium, ſed ſervare ſacrificii diſciplinam; ut primitias nulla deſidia moraretur, nec aliqua in uſus proprios derivata uſurpatione violaret. Saul quoque triumphatorem Palæſtinorum David prophetam, & propriæ conſervatorem ſalutis, juvencularum ſibi ſermone prælatum tentavit inſidiis, teli jaculo paravit occidere; ac pene ſanguinem generi ſuderat in-

a. Sic edit. vet. ac Rom. Mſſ. autem Vict. & Colb. cum vet. edit. in margine: *aut quotidiana vitâ decertant.* Alii plures, *aut quotidiana vita decernunt.*

b. Edit. ant. & Rom. cum mſſ. Vat. Colb. & Vict. *qui à vero bono Evangelica diſciplina, devia Legis æmulatione, deflexit.* Pariſ. quædam cum Reg.... *diſciplinæ devius, Legis* &c. Omnium, uti putamus, optimæ quatuor alii quos ſecuti ſumus.

c. Edit. Rom. *invenitur, incentori æmulationis* &c. Aliæ, *invenitur, incentoria æmulationis*. Mſſ. omnes .... *quod incentoria* &c. Et certe particula, *quod*, videtur omnino neceſſaria conſtructioni. Vocem autem, *incentoria*, fuiſſe tunc temporis pro cauſa quæ ad aliquid incenderet, uſurpatam exiſtimamus.

a nocentis, niſi vulnus ille [a] ſinuati corporis inflec-
tione eluſiſſet. Quæ ibi malitia, ſi juvenculæ di-
1 Reg. 18. xeruot: *Saul in millibus, David in decem millibus?*
7. Quam atrox autem invidia regis Saul, qui ſer-
monis errorem io innocentis exitium derivavit.

10. *Neque æmulatus*, inquit, *fueris facientes ini-
quitatem.* Non repetivit quod dixerat, ſed mu-
tavit; aliud eſt enim ſubæmulari, aliud æmula-
ri: ſubæmulatio aſtutiam habet, æmulatio ſim-
pliciratem. Sed tameo etiam ipſa cauta debet
eſſe ſimplicitas & provida, ut noverit quid ca-
Matth 10. vendum ſit. Neque enim otioſe dictum eſt: *Eſtote
16. aſtuti ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Spiri-
talis ergo debet eſſe aſtutia, quæ ſervet ſalutem,
dolum neſciat. Spiritalis debet eſſe ſimplicitas.
Videtur autem etiam alio loco diſtinctionem ſub-
Eſai. 11. 13 æmulationis Scriptura feciſſe, cùm dicit: *Et au-
feretur zelus Ephram, & inimici Iudæ peribunt. Non
erit æmulus Ephram Iuda, & Iudas non vexabit
1. Cor. 14. Ephram.* Alibi autem habes: *Sic & vos, quoniam
12. æmulatores eſtis ſpiritalium ad ædificationem Eccle-
ſiæ, quærite ut abundetis.* Æmulatores pro bonis,
& bonæ rei imitatoribus poſuit, æmulum pro ob-
liquo & invido.

11. Primum eſt ergo, ne malignos ad æmula-
tionis malignitatem laceſſas: ſecundum, ut non
æmuleris iniquitatem facieotes. Plerumque enim
videntes pii fraude aliquos & aſtutia quæſiſſe di-
vitias, & perveniſſe ad honores, æmulatiooe de-
formi, vias eorum ſequi geſtiunt; ut ad divitias
& booores ſimili arte perveniant, vel io contra-
hendo coojugio circumſcribant adoleſcentulas.
Quid enim prodeſt, cùm ipſæ divitiæ & omnis
℣. 2. gloria ſæcularis tamquam fœnum cito areſcat, &
tamquam olera herbarum in ipſa ſpecie ſui floris
intercidant? Omnis caro fœnum, & omnis glo-
ria hominis ut flos fœoi. Noli ergo magnopere
affectare quod perpetuum eſſe non poſſit: noli
eſſe æmulus & obliquus: noli eſſe conteotioſus
& decertator in zelo. Unde & Aquila dixit: *Noli
concertare in malignantibus.* Symmachus: *noli con-
tendere.* Noli etiam eſſe imitator iniquitatis &
fraudis: ſed eſto apoſtolicæ doctrinæ, prophetì-
cæ gratiæ, ſanctorumque virtutis imitator; ut
fructum feras, & meſſem bonitatis recondas, ſi-
cut Joſeph, qui multitudine frumenti famem diu-
turnæ ſterilitatis excluſit: ut Habacuc, qui pran-
dium meſſoribus deferendo, elevatus ab Angelo
aerii tramitis iter carpſit, & redditus terris, inter
ſævos leonum ſtrepitus pio prophetæ dulce con-
vivium miniſtravit.

℣. 3. 12. Recte ergo dicit Propheta: *Spera in Domino,
& fac bonitatem; & inhabita terram, & paſceris in
divitiis ejus.* Quæ eſt terra quam ſuadet inhabi-
tandam, niſi anima tua, quam bene debes exco-
lere, frequenter ſpiritalibus inarare vomeribus,
ne longo inhorreſcat ſitu? Bonus enim agricola
quotidiaoa operatione & pervigili ſollicitudine
exercet agrum ſuum, & propria rura cuſtodit;
ne devaſtet ea aper de ſilva, & fructus maturos
raptor eripiat. Ara ergo terram tuam, ut cùm

A veuerit, qui ſeminat verbum, animam tuam in-
veniat præparatam; ne ſupra inculta cordis tui
decidat ſemen, & veniant aves cæli, & diripiant
quod fuerit ſeminatum. Quæ ſit ergo terra, audi
dicentem: *Ecce exiit qui ſeminat, ſeminare agrum* Luc 8 5.
ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, aliud & ſeq.
ſupra petram, aliud ſupra terram bonam .... Quod Ibidem 15.
*autem ſupra terram bonam, ii ſunt qui in corde bono
audientes verbum retinent, & fructum adferunt per
patientiam.* Mundum ſit ergo cor tuum, munda
B ſit anima tua, ut fructum bonitatis poſſis adfer-
re, hoc eſt, gratiæ ſpiritalis. Bonitas eoim fruc-
tus eſt Spiritus ſaocti; ſicut ſcriptum eſt: *Fructus* Galat. 5.
autem Spiritus eſt caritas, gaudium, pax, patientia, 22.
benignitas, bonitas, fides, modeſtia, continentia. Hi
ſunt fructus, quorum divitiis paſcimur, & uber-
tate ſatiamur. Io hac terra vitem illam fructiſe-
ram juſtus Noe plantavit, & de fructu ejus bibit,
atque intimo corde ſolutus eſt; quando eum lau-
dabili pietatis amictu induit virtutum ſuarum
C geminata poſteritas. Alio quoque loco nobis
iſtas Propheta ſanctus divitias demonſtravit, qui-
bus erat dives in Chriſto, & omnibus quæ ad vi-
tam æternam conducerent, abundabat. Et re ve-
ra quis ditior, quam qui dives in Domino eſt; ut
poſſit dicere: *In via teſtimoniorum tuorum delecta-* Pſal 118.
tus ſum, quaſi in omnibus divitiis? Quid enim 14.
poterat deeſſe viro, qui cæleſtibus ditabatur ora-
culis? Et ideo ſuadet hoc pſalmo, ut theſaurum
illum nobis quæramus æternum, & delectatio-
D nem ejus acquiſitione capiamus.

13. Ideoque ait: *Delectare in Domino, & dabit tibi* ℣. 4.
petitiones cordis tui. Quare non dixit tuas; [b] ſed b
cordis tui petitiones? Eteoim petitiones exterio-
ris hominis interiorisque commuoes non ſunt,
nec omnes probantur à Chriſto; quia lex carnis
legi mentis frequenter repugnat. Quæ autem in-
terioris ſunt hominis, qui renovatus eſt Spiritu,
illas petitiones Dominus petitori dooat effectu.
Unde & alibi ait: *Tribuat tibi Dominus ſecundum* Pſal. 19. 5.
E *cor tuum, & omnes petitiones tuas confirmet. Secun-
dùm cor* ait, non ſecuodum appetentiam carnis:
& illas petitiones, inquit, quæ prodeunt ex inti-
mo corde, confirmet, non quæ ex carnis hujus
illecebra & voluptatibus diriguntur.

14. *Revela ad Dominum viam tuam, & ſpera in* ℣. 5.
eum, & ipſe faciet. Et educet ſicut lumen juſtitiam ℣. 6.
tuam, & judicium tuum ſicut meridiem. Hoc ſolo
verſiculo qualis eſſe debeas, declaravit. Quis
enim revelat viam ſuam, niſi qui Deo occulto-
F rum ſuorum arbitro interoa ſui pectoris confite-
tur? Bene ait, *revela*, hoc eſt, aperi conſcien-
tiam tuam, ne eam ſæculi iſtius gravet umbra
vel carnis. Prorumpentia enim ſemina ſi fuerint
obumbrata, tenuantur: ſoli objecta pingueſcunt.
Quid de ſeminibus loquor? Ipſas arbuſculas,
quominus ſe ſe in altum ſubijciant, umbra ſilveſ-
tris internecat, & prohibet brachia ramoſa dif-
fundere. Pulcre autem dixit: *Revela ad Dominum
viam tuam.* quia natura hominum prona pec-
cato velut quoddam meoti noſtræ velameo ob-

a. Edit. quædam Pariſ. *niſi vulnus ille æmulati corporis.* Reg ac Thuan. .... *ſimulati corporis* &c. Forte quod crediderint ſanctum Doctorem alludere ad ligneam illam effigiem quam pro Davide Michol ſuppoſuiſſe memoratur. Sed præſtare Gill. & aliorum Mſſ. lectionem palam faciunt verba, tum quæ præcedunt, tum quæ ſequuntur.

b. Omnes edit. cum mſſ. nonnullis. *Sed cordis tui? Petitiones. .. communes ſunt.* Aliorum quinque mſſ. lectionem eo prætulimus, quia ſenſui & contextui accommodatior viſa eſt; nec non ad Origenis quem in pſalmos Ambroſius plurimum imitatur, inter-pretationem magis accedit. Ipſum conſule Hom. 1. in hunc Pſalmum.

ducit; ne noſtra Domino peccata fateamur, qui A poteſt vulnera noſtra ſanare: ut erubeſcat quis ore proprio poſtulare medicinam, ne coram hominibus ſua prodantur opprobria. Premit igitur ſe intra hominem conſcientia, cùm latere non poſſit: & tamdiu differt, quoad vulnus effervear; ut jam non fidei ſalubritate, ſed immedicabili atrocitate ulceris detegatur. *Revela*, inquit, *ad Dominum viam tuam*; hoc eſt, aperi viam tuam, noli abſcondere, ſicut abſcondebat Cain, qui latere cupiebat; omnis enim qui male agit, odit lu- B
Pſal. 44. 2. cem. Revelabat David viam ſuam, qui ait: *Dico ego opera mea Regi*. Aperi ſenſum tuum, ut nihil ſit quod timeas reprehendi. Revelavit & Pau-
1. Cor. 4. 4. lus, qui præſumſit dicere: *Nihil mihi conſcius ſum*. Is actus, ea vita ſit, ut via tua coram Patre tuo luceat, qui in cælis eſt.

15. Sed quia obnoxia fragilitati omnis humana conditio eſt, & non noſtræ eſt poteſtatis iter noſtrum ex voluntate dirigere; ideo tibi dicit: Spera in Domino, *& ipſe faciet*; hoc eſt, ut aperiat C viam tuam, nec talem te eſſe permittat, ut fugias lucem, dum times prodi: & diligas tenebras, ut
Eccli. 23. 6. poſſis tua occulrare flagitia, dicens: *Tenebræ operiunt me, quis ſcit ſi videt Altiſſimus?* Quomodo enim poteſt qui adulterium molitur, non noctem ſuis accommodam quærere tentamentis? Qui falſum cogitat teſtem ſuæ fraudi adhibere, qui corruptelam judicis captat; ut opprimat inno-
a centem, iniquitatis non explorare ſecretum? [a] Latro in ſolitudine ſubſidet, noctis tenebras oppe- D ritur, ut ſceleri cedat effectus. Iniquitas ergo tenebræ ſunt: Deus lux eſt. Et ſi tu velis tuam occultare juſtitiam, Deus eam educet in lucem; nec patitur latere judicium quo ea quæ bona ſunt, elegiſti: quæ improba, refutâſti. Nec ſolùm facit tuum lucere judicium; ſed lucere ſicut meridiem. Quando ſe ſol iſte in ſplendorem totus effundit meridies eſt. Meridies erat quando Joſeph cum fratribus epulabatur, non ultus injuriam, ſed oblitus.

℣. 7. 16. *Subditus eſto Domino, & obſecra eum*. Non ſolum ut ſubjectus ſis Deo, moneris; ſed etiam ut obſecres Dominum, quo poſſis tuæ ſtudium ſub-
b jectionis implere, [b] ſicut & ſupra ait: *Revela Domino viam tuam, & ſpera in eum*. Non ſolum revelare viam tuam te convenit; ſed etiam ſperare in Dominum. Bona autem ſubjectio, non abjecta, non vilis, ſed glorioſa atque ſublimis; ille enim Deo eſt ſubditus, qui facit Domini voluntatem. Denique quis ignorat quod ſapientia men- F tis præſtantior, quàm carnis ſapientia ſit? Sapientia autem mentis ſubjecta eſt Dei legi: ſapientia carnis non eſt ſubdita. Et addidit Apoſ-
Rom. 8. 7. tolus: *Nec enim poteſt*. Eſto ergo ſubditus, hoc eſt, proximus Chriſto, ut Legem impleas. Denique Chriſtus faciendo voluntatem Patris, Legem implevit. Et ideo finis eſt Legis, & plenitudo eſt caritatis; quia diligens Patrem, affectum omnem ejus adhibuit voluntati. Unde pro gloria Apoſto-
1 Cor. 15. 28. lus dixit: *Cùm autem ſubjecta illi fuerint omnia, tunc & ipſe ſubjectus erit illi, qui ſibi ſubjecit omnia; ut* A *ſit Deus omnia in omnibus*. Et ipſe de ſe ait: *Nonne Deo ſubdita eſt anima mea; ab ipſo enim ſalutare meum?* Pſal. 61. 1. Denique pro pietate erat, non pro infirmitate, Joſeph & Mariæ parentibus ſubditus. Gloria autem Chriſti maxima, ut ſe univerſorum hominum pectoribus infundat, & omnes revocet ab impietate perfidiæ, & gentilitatis affectu, ut ſibi faciat eſſe ſubjectos. Cùm autem ſibi ſubjecerit omnia, cùm intraverit plenitudo gentium, & ſalvus factus fuerit omnis Iſrael, & toto B orbe unum fuerit corpus in Chriſto; tunc erit & ipſe ſubjectus, munus ſuum Deo Patri offerens, & quaſi Princeps omnium ſacerdotum, & cæleſtibus [c] corpus altaribus, ut ſit ſacrificium fides c omnium. Pietatis ergo eſt iſta ſubjectio, quod erit ſubjectus in corpore dominus Jeſus, cujus nos ſumus corpus & membra. Eſto ergo homo ſubjectus Chriſto, hoc eſt, ſubditus ſapientiæ Dei, ſubditus verbo, ſubditus juſtitiæ, ſubditus virtuti; quia hæc omnia Chriſtus eſt. Omnis homo Deo C ſe ſubjiciat; non enim unum, ſed omnes docet ut ſubjiciant cor ſuum, ſubjiciant animam ſuam, ſubjiciant carnem ſuam, quo ſit Deus omnia in omnibus. Subjectus ergo eſt qui plenus eſt gratiæ, & ſuſcipit jugum Chriſti, & mandata Domini ſtrenue & incunctanter exſequitur: ſine ſubjectione autem, qui ſe fruſtra extollit, ſenſu propriæ carnis inflatus, inſolens devotionis & piæ declinans obſervantiam ſervitutis, quam ipſo jure naturæ Auctori debemus æterno. Poſtremo D qui ſine peccato eſt, ſubjectus eſt Chriſto; quoniam redemtus à Domino eſt: qui autem in peccato eſt, non poteſt dici liber; ſed ſervus, quem gravia tenent vincula peccati.

17. Sequitur: *Ne æmulatus fueris eum, qui proſpere dirigitur in via ſua, faciens iniquitatem*. ℣. 7. Evidenter hîc quid ſuperius ſenſerit, intimavit: non excitandos malignos æmulatione ad malignitatem, neque imitandos facientes iniquitatem. Non enim iniquitas, ſed proſperæ res quæ pro- E veniunt iniqua gerentibus nos ſæpe ſollicitant, ut eos putemus imitandos, quo ad eorum poſſimus pervenire ſucceſſus dicentes: *Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo, obtinuerunt divitias. Et dixi:* Pſal. 72. 12. & ſeq. *Ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas; & fui flagellatus tota die*. Si igitur flagellatus eſt David, cavere debemus ne & nos flagellemur; & dicatur nobis quia divitiæ, honores, potentiæ, generationi huic videantur eſſe diſpoſita, quaſi vaga & incerta pecuniæ ope- F ra, iniquitatiſque compendia, non quaſi præmia ulla virtutis; ideoque velut ſomnium veniant, & cum ſomnio te reſurgente deficiant. Ipſos athletas cùm vicerint, certum eſt coronari, non antequam vincant. Nobis lucta cum ſæculo eſt. Vince ante ſæculum, ut coronam petas. Nemo ante coronatur, niſi certamen impleverit. Qui ſtadium currunt, numquid ante bravium accipiunt, quam ſtadium percurrerint? Quanti priores in exitu cadunt, & curſus ſui celeritate fraudantur? Numquid tu Deo, quam Paulus acceptior? Ille vas electionis, ille gentium Doctor

a. Edit. Rom. in corp. & vet. in marg. cum cod ſcriptis aliquot: *Latro ſolitudines obſidet*. eandem vet. edit in corp. & mſſ. Colb. ac Vict. ut nos in textu. Rurſus edit. vet. in corpore ac Rom. cum mſſ. Thuan. ac Vat. *noctis tenebris operitur*. Vet. in marg. ac mſſ. Reg. Colb. & Vict *noctis tenebras opperitur*.

b. Mſſ. Vat. & quinque Gallic. ita præferunt: alii autem & edit. omnes: *Sicut & ſupra non ſolum revelare* &c.

c Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *compos altaribus*. alii plures, *corpus altaribus*. Commode; nihil enim aliud hîc declaratur, niſi Chriſtum & ſacerdotis & hoſtiæ vicem functurum

numquam

numquam ſibi in hoc ſæculo coronam auſus eſt A
2. Tim. 4. poſtulare. Denique audi dicentem : *Certamen bo-*
7. & 8. *num certavi , curſum conſummavi , fidem ſervavi.*
Quod reliquum eſt , repoſita eſt mihi corona juſtitia ,
quam reddet mihi Dominus in illa die. Paulus ille
raptus in tertium cælum, qui audivit arcana quæ
non licet homini loqui : utrum in corpore eſſet
2. Cor. 12. raptus, an ſine corpore , neſcit , ſicut ipſe teſta-
2. tus eſt. Paulus ergo dicit, in illa die coronam ſibi
eſſe reddendam : tu hîc tibi ut reddatur inſiſtis ?
Imple ergo certaminis tui tempus. Non ſemel B
athleta luctatur , nec ſemel præliatur miles , ut
ſtipendia ſua poſſit implere ; & tibi non cum una
paſſione luctamen eſt.

18. Superiores ſi evaſeris paſſiones , ira ſucce-
ỳ. 8. dit ; & ideo tibi dicit Scriptura : *Deſine ab ira , &*
relinque indignationem. Sunt multa vitia quæ ob-
repunt inſipientibus. Ira gravis paſſio eſt : ple-
rumque accendit invitum ; & volentem mitius
vindicare , in furorem rapit, ut perimat quem pu-
taverit coercendum. Commotus , gladio ſæpe C
tranſverberat innocentem. Amicos & fratres per
indignationem plurimi peremerunt. Ideo Sapiens
Prov. 15. 1. dicit : *Ira perdit etiam ſapientes.* Salomonis dic-
tum eſt , quia non ſolum quoſcumque de medio
homines , ſed etiam ipſos perdat ira ſapientes. Et
David ſapientem monet dicens : *Deſine ab ira* ; ne
cùm accenderis eam , illa non deſinat priuſquam
te ejus flamma conſumat. *Relinque* , inquit , *indi-*
gnationem ; hoc eſt , natura te rapit , movet affec-
tus, culpa re alicujus excitat vel offenſa , ut indi- D
gneris ; ſed non uſquequaque, ut modum neſcias :
relinque eam , finem impone , ne te in peccatum
Pſal. 4. 5. trahat. Hoc eſt , quod ſupra dixit : *Iraſcimini , &*
nolite peccare. Non enim hortatur ut iraſcaris, ſed
ad tempus cedit affectui : dat tamen medicamen-
tum, ne diutius vis ulceris ſerpat. *Iraſcimini*, quod
ait, tuæ eſt paſſionis. Medicus enim non ſtatim
adhibet medicamenta languori : ſi dolor fervet ,
fomenta adhibet , ut miteſcat dolor : ſi febris ex-
æſtuat , remedii tempus exſpectat , ipſum potum E
ſitientibus negare conſuevit. Non dicit : Noli fe-
brire, cùm vapor fervet ægroti ; ſed dicit : Ex-
ſpecta, deſinat febris , digeratur commotio. Sic
& Propheta non potuit dicere homini , cujus ca-
ro ut variis morborum, ita commotionum paſſio-
nibus excitatur : Non iraſcere ; ſed dicit : *Deſine*
ab ira , & indignationem relinque , ne pecces ; IRA
ENIM gravis eſt magiſtra peccati. Alius quoque
Epheſ. 4. medicus dicit: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſ-*
26. *tram* ; ne dum diu differs , veniat ille qui calefac- F
tum corporis ſomno excitare conſuevit, & ſtimu-
let te , inſerat tibi cogitationes , & in ſecreta ſe
tui pectoris immergat dicens : Vindica injuriam
tuam , virum te eſſe cognoſce : femineæ infirmi-
tatis eſt , non capere vindictam. Ergo contem-
nere te debuit ſervus, frater decipere , amicus il-
ludere ; & tu adhuc tuam non ulciſceris contu-
meliam ? Proſcribas neceſſe eſt , gladio oportet
inſurgas , & dolorem tuum adverſarii morte ſol-
vas. Vir fuit ille qui ſuum occidit inimicum, me-

rito prædicatur ; quia ita ſe vindicavit , [a] ut alius a
ignorans audiret, eique irrogare non auderet in-
juriam. His ſtimulis plus accenditur , plus mo-
vetur ; ut compleatur quod ſcriptum eſt : *Ira*
perdit etiam ſapientes.

19. Ergo tu ne audias eum ; *ne æmuleris ut ne-* ỳ. 9.
quiter facias. Quoniam qui nequiter agunt , exter-
minabuntur. Exterminantur qui radices non ha-
bent, ſicut olera vel fœnum. Olera infirmus man-
ducet : tu autem vitem inſere in agro tuo, vineam
B inſtitue. Etſi venerit Achab , qui tibi dicat : *Da* 3. Reg. 21.
mihi vineam tuam , ut olera mihi ſeram ; noli ei 2.
adquieſcere , ne ex conſenſu tuo caduca ſerat ,
abſcindat æterna. Ideo Nabuthe inter ſanctos
habetur, quia majorum ſuorum hereditatem, ne
regi quidem putavit eſſe cedendam ; & lapidari
maluit , ut vineam ſuam non daret in direptio-
nem. Hereditas majorum , fides vera eſt. Exſti-
terunt arriani regali ſubnixi potentia , qui tem-
plum Domini putarent ſibi eſſe tradendum, ſup-
C plicia acerba minitantes : ſed abſit , ut apud men-
tem Domino ſervientem præponderaret magis
pœnæ formido , quàm forma pietatis. Non præ-
valuit perfidia ; quia fides reſtitit. Eſt etiam quæ-
dam vinea in pectoribus fidelium , de qua di-
cit Eſaias : *Vinea facta eſt dilecto in cornu uberi.* Eſai. 5. 1.
Hanc vineam Dominus plantavit in cordibus
noſtris ; & ideo legimus dicentem Deum : *Ego te* Hier. 2. 21.
plantavi vitem fructiferam , totam veram. Nemo
ergo de agro animæ noſtræ hanc auferat vitem ;
D quia benedicta eſt ea vitis. Ideoque dictum eſt
de ſanctis : *A fructu frumenti , vini , & olei , mul-* Pſal. 4. 8.
tiplicati ſunt. Bonum eſt ergo habere intra te
torcularia vino redundantia ; ut fluat tibi vinum
in vas tuum de vinea Sorech, poculum illud ine-
brians quam præclarum ! Sorech enim vinea ,
[b] novi principii eſt, & novæ æquitatis. Unde & b
dicitur nobis : *Cantate Domino veſtro canticum no-* Eſai. 42.
vum , principium ejus , magnificate nomen ejus ab 10.
extremo terræ. Hæc ergo vinea uvas faciat , non
E iniquitatem. Ideo relicta eſt vinea Judæorum ;
quia iniquitatem fecit , ut ſcriptum eſt , & non Ibid. 5. 7.
judicium. Nos ergo fructum feramus in Chriſto,
ut perpetui eſſe mereamur.

20. *Suſtinentes enim Dominum poſſidebunt ter-* ỳ. 9.
ram : illam utique viventium terram. Eſt quæ-
dam terra cæleſtis, quæ fructum cæleſtibus ferat,
de qua ait : *Credo videre bona Domini in terra vi-* Pſal. 26.
ventium. Hæc terra multo hominum ſudore ven- 13.
tri miniſtrat alimenta : illa terra bona Domini
F ſine ullo labore fructificat , in qua juſtorum diu-
turna poſſeſſio , & piæ mentis hereditas eſt. Et
bene ait : *Suſtinentes autem Dominum , hæreditate*
poſſidebunt terram. Hæc eſt enim terra quæ non
prætetit ; nam cælum & terra præteribunt : ver-
ba autem Domini non præteribunt. Et ideo nec
illa intelligibilis terra poterit præterire paradiſi,
in qua ſunt qui Domini verba conſervant. In
hac terra collocatus eſt Adam, ut fructum æter-
næ caperet vitæ ; ſed quia verba Domini [c] ſerva- c
re non voluit , ideo in poſſeſſione quam accepe-

a. Sic mſſ Vat. & Gallic. fere omnes : aliqui tamen , atque edit *ut alius irrogaret et non auderet injuriam.*

b. Mſſ. partim cum edit. *novi principii nova eſt æquitas* : partim ut nos in textu , niſi quod ſolus Thuan habet conjunctionem *et.* Iterum mſſ Vict. Colb cum iiſdem edit . . . . *canticum novum , magnificate nomen* &c. Vat. autem ac plures Gallic. . . . *canticum novum , principium ejus , magnificate nomen* &c. in quo conſentiunt cum LXX. ubi legas : ὑμνήσατε τῷ κυρίῳ ὕμνον καινόν , ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ , δοξάζετε &c.

c. Vet edit. in marg & mſſ ſeptem Gallicani : *ſervare non potuit.* Verum ſi lectionem hanc probaveris , accipe *non potuit* , lato modo , uti ſolemus dicere aliquem id non potuiſſe , quod re vera non fecerit , ſive alioquin habuerit , ſive non habuerit , ejuſdem rei faciendæ , ut cum Philoſophis loquamur , poſſibilitatem.

rat, manere non meruit. Qui autem verba Domini cuſtodit, confidenter dicit: [Pſal. 19. 2.] *Exſpectans exſpectavi Dominum, & reſpexit me.* Adam autem quoniam non exſpectavit Dominum (quomodo enim exſpectavit qui refugit & offerre ſe timuit) ideo nec Dominus eum videre dignatus eſt; oculi enim Domini ſuper juſtos. Hunc autem eouſque videre nolebat, ut quæreret dicens: [Gen. 3. 9.] *Adam ubi es?* Qui quæritur, pro abſente habetur. Fides eſt quæ nos repræſentat Deo, perfidia quæ facit impios exſulare. Nullus itaque abſens eſt Deo, niſi qui ſe abſentem fecerit. Et ideo dicit: [Matth. 9. 29.] *Fiat tibi ſecundum fidem tuam*; qui enim ignorat, ignorabitur. Ergo Adam quaſi peccator locum ſuum ſervare non potuit. De paradiſo ejectus, [a] in caſtellum eſt relegatus, ut ageret pœnitentiam. Accepit dilationem, ne continuo penitus interiret; ut ſalva fieret Eva per generationem filiorum, fidem ſancti Abel, prophetarum gratiam, Eccleſiæ poſteritatem.

21. Sed quia per hæc redimi noluerit, & in peccato perſeverandum ducit, de eo dicit Propheta: [℣. 10.] *Et adhuc puſillum, & non erit peccator: & quæres locum ejus, & non invenies.* Quomodo enim eſſe poterit in futurum, cùm peccati locus diuturnus eſſe non poſſit? Hæc eſt enim terra quæ aperuit os ſuum, ut ſanguinem ſuſciperet innocentis. Et ideo in hac terra locus eſt peccatorum. Præterit terra, quomodo peccatoris locus poterit inveniri? [Gen. 1. 6.] Ego arbitror quod ideo firmamentum inter aquam & aquam Deus eſſe præceperit, ut à virtutibus peccata diſcerneret; & ſuperior aqua quæ laudat Dominum, quieta maneret erroris, inferior peccato eſſet obnoxia. Denique illa Deum videt, hæc non videt: quæ ſuper cælos eſt, videt; quæ in abyſſo, non videt. Unde etiam dictum eſt: [Pſal. 76. 17.] *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt: turbatæ ſunt abyſſi, multitudo ſonitus aquarum.* Merito turbantur abyſſi ſuper quas tenebræ ſunt deformes, & ideo pacem habere non poſſunt. Unde rogavit legio [Matth. 8. 31.] dæmoniorum ut in abyſſum mitteretur, & ſe cum magno tumultu præcipitavit in fluctus; ut porcorum gregem quem repererat, ſtrangularet. Peccatores itaque abyſſum petunt, ubi caligo tenebrarum.

22. [℣. 11.] *Manſueti autem poſſidebunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Merito terram poſſident in quibus Deus ipſe requieſcit; ſicut divino per Eſaiam reſultavit oraculo dicens: [Eſai. 66. 2.] *Super quem requieſcam, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem verba mea?* Qui ſunt manſueti, niſi quos nullus ſtimulus diſſenſionis exagitat, non ira perturbat, non ſævitia exaſperat, non rabies crudelitatis inflammat? Et ideo quia non vina, non epulas, non divitias, ſed pacem Domini dilexerunt in corpore conſtituti; pro illa delectatione corporalium voluptatum, qua ſe putarunt eſſe fraudandos, ut gratiam adipiſcerentur æternam, *delectabuntur in multitudine pacis*, quam dominus noſter Jeſus in diebus ſuis generi donavit humano; ſicut prophetia quæ non mentita eſt, comprehendit adſerens: [Pſal. 71. 7.] *Orietur in diebus ejus juſtitia, & multitudo pacis, donec extollatur luna.* Quæ igitur eſt pax qua cunctæ Eccleſiæ multiplicatus eſt populus; niſi illa de qua Dominus dixit: [Johan. 14. 27.] *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis?* Dedit pacem, qui animorum bella ſedavit.

23. Sequitur: [b] [℣. 12.] *Obſervabit peccator juſtum, & fremet ſuper eum dentibus ſuis. Dominus autem irridebit eum; quoniam proſpicit quod veniat dies ejus.* [℣. 13.] Indignantis quidem & effervefcentis in iracundiam conſuetudo eſt, dentibus fremere: [c] ſed habet etiam cor maligni dentes ſuos, qui non reſonare, ſed lacerare conſueverunt. Inſidiæ, commenta, nequitiæ, dentes ſunt peccatoris. Inſidiatur ergo peccator juſto, quia invidet; juſti enim vita redarguit peccatorem, [d] quem tacita majore auctoritate condemnat, quam ſi clara voce loqueretur. Sed juſtus timere non debet fremitum peccatoris; qnia improbitas non poteſt eſſe perpetua. Inſidiæ temporales ſunt: munimenta autem virtutis æterna. Mors peccatoris omnem ejus potentiam frandemque diſſolvit.

24. Plus adjicit: [℣. 14.] *Ecce*, inquit, *gladium evaginaverunt peccatores, extenderunt arcum ſuum, ut dejiciant pauperem & inopem.* Quis eſt gladius peccatoris, niſi contrarius gladio Spiritus ſancti? Docuit hunc Scriptura me gladium: docuit Apoſtolus dicens, quia habemus [Epheſ. 6. 14 & ſeq.] *loricam juſtitiæ, & ſcutum fidei, & galeam ſalutis, & gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei.* Ergo verbum Dei gladius Spiritus ſancti eſt. E contrario utique gladius ſpiritus nequiſſimi, verbum eſt malum. Hoc gladio Petrus apoſtolus Ananiam & Sapphiram ſermonis ſui quaſi quodam enſe percuſſit: hoc gladio Paulus Elimæ adverſanti diſputationibus ſuis, oculorum lumen eripuit, & noctem cæcitatis infudit. Conſidera nunc mihi jurgantes peccatores, atque acerba jactantes inſolentiæ, & criminationum opprobria proferentes, nonne ſi eos audias dices: *Gladium evaginaverunt peccatores*; quando ſermo turpis tamquam de vagina petulanti ex ore profertur, quem cohiberi par fuit & recondi? Similiter ut gladius verbum Dei dicitur, & idem ſermo eſt peccatoris: ita & arcus quem extendunt peccatores, mens eorum eſt; & ſagitta quam jaciunt, ſermo eſt venenatus. Sicut enim ſagitta eſt Chriſtus, qui eſt Verbum Dei, cui dicitur: [Eſai. 49. 2.] *Poſui te ſicut ſagittam electam*, quæ profertur ex pharetra Dei: ita ſagittæ ſunt perfidorum, quæ arcu quodam iniquitatis emiſſæ incautum vulnerant innocentem, niſi ignita eorum jacola ſcuto fidei repellantur. Et ideo ſollicitus eſſe debes miles in prælio; quia pugna tibi non ſolum adverſus carnem & ſanguinem eſt, ſed adverſus ipſas quoque nequitias ſpiritales quæ non videntur. Abundent tibi arma fortia Deo, ut facile poſſis quæ volueris tela depromere; ne pauperem te & inermem hoſtis poſſit opprimere. Eſto Deo fortis, Deo dives, ut dicatur de te: [Prov. 13. 8.] *Redemtio animæ viri, divitiæ ejus.* Abundato theſauro ſapientiæ, eſto dives in verbo & operibus bonis, ut poſſis eſſe munitus.

a Ita edit. & ſex mſſ qui tamen legunt, *religatus*, quæ vox ſere ſemper invenitur in mſſ pro *relegatus*. At Vict. Colb. & vet. edit. in margine præferunt, *in carcere eſt religatus*.

b Rom. edit. *Inſidiabitur peccator juſto* &c. Vet. autem & mſſ omnes: *Obſervabit* &c. Favent etiam LXX. quorum verba ſunt illa: Παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον.

c. Edit. vet. cum cod. Vict. & Colb. *Sed habent etiam maligni dentes ſuos, quibus* &c. Rom. cum aliis, ut nos ſupra.

d. Vat. & quatuor Gallic. *Quem tacito magis ore condemnat.*

Fuge divitias peccatoris, ne inveniat ubi vulne- A rare te poſſit. Eſto miſericors, ut invulnerabilis maneas; vel curare te poſſis, ſi fueris vulneratus. Eſt & pauper quem volunt adverſarii vulnerare, *Matth. 5. 3.* ex illo numero de quo Salvator dixit: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*

℣. 15. 25. Et ideo *Framea peccatorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur.* Ut quemadmodum revertitur pax in Dei ſervulos ab eis qui non receperint benedicentium pacem: ita etiam malitia peccatorum, qua juſto nocere conantur, in B eorum perniciem revertatur; quo ſuis telis & vulneribus trucidentur. Sæpe enim jacula in ipſos qui ea jecerint, refunduntur. * Quod etiam proximo accidit bello, cùm infideles & ſacrilegi laceſſerent aliquem in Domino confidentem, & regnum ejus ereptum ire contenderent, Eccleſiis Domini perſecutionum ſæva minitantes; ut ſubito ventus oriretur, qui infidelibus excuteret ſcuta de manibus, ac tela omnium, atque miſſilia in * peccatoris exercitum retorqueret. Adbuc C hoſtis deerat, & jam illi ventorum prælia ferre non poterant, ſuiſque ſpiculis ſternebantur. Et quod pejus eſt, non erant corporum graviora vulnera illa, quam mentium; deficiebant enim corde, cùm Deum adversùm ſe pugnare cognoſcerent. Exierant itaque provocantes, & de pharetra cordis ſui adverſus populum Chriſtianum venenata perfidiæ jacula proferebant: ſed in caput eorum ſua revertebatur impietas. Denique ipſi inter ſe ſua perfidia ſunt ſoluti, paratáſque D fidelibus inſidias diſſipavit Dominus; ut non ſolum piis nocere non poſſent, ſed propriis auxiliis nudarentur, atque ad hoſtem arma ſua tranſirent. Quanto melius non protuliſſent gladium de vagina, hoc eſt, impia nequaquam verba promiſſent? Nam ſi pro otioſo ſermone redditurus eſt unuſquiſque rationem, quanto magis verba ſacrilegii gravibus ſuppliciis expiabit?

Pſal. 16. 3. 26. *Igne nos examinaſti*, dicit David. Ergo omnes igne examinabimur. ᵃ Et Ezechiel dicit: *Ecce* E *venit Dominus omnipotens; & quis ſuſtinebit diem introitus ejus, aut quis ſuſtinebit cùm apparuerit nobis?* *Malach. 3. 2. & 3.* *Quoniam ipſe introibit ſicut ignis conflatorii,* ᵇ *& ſicut alveus lavantium; & ſedebit conflans & purgans ſicut aurum & argentum: & purgabit filios Levi, & effundet eos ſicut aurum, & ſicut argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificium in æquitate.* Igne ergo purgabuntur filii Levi, igne Ezechiel, igne Daniel. Sed hi etſi per ignem examinabuntur, dicent tamen: *Tranſivimus per ignem & aquam.* *Pſal. 65. 12.* Alii in igne remanebunt: illis rorabit ignis; ut Hebræis pueris, qui incendio fornacis ardentis objecti ſunt: miniſtros autem impietatis ultor ignis exuret. Væ mihi ſi opus meum arſerit, & laboris hujus patiar detrimentum! Etſi ſalvos faciet Dominus ſervos ſuos, ſalvi erimus per fidem, ſic tamen ſalvi quaſi per ignem: & ſi non exurimur, tamen uremur. Quomodo tamen alii remaneant in igne, alii pertranſeant, alio loco nos docet ſcriptura divina. Nempe in mare Rubrum de- *Exod 14. 22. & ſeq.* merſus populus eſt Ægyptiorum, tranſivit autem populus Hebræorum: Moyſes pertranſivit, præcipitatus eſt Pharao; quoniam graviora eum peccata merſerunt. Eo modo præcipitabuntur ſacrilegi in lacum ignis ardentis, qui ſuperba in Deum jactavere convicia. Sequamur ergo hîc poſiti columnam ignis, quæ nos in hoc corpore poſitos illuminet, & viam monſtret; ut in futurum nobis nebula refrigeret noctis: quo ſæva incendia relevare poſſimus.

27. Vide autem Scriptura quid dicat: Arcum peccatorum Dominus confringat. Arcum autem ſuum poſuit in nube, ᶜ quo diluvia ceſſarent, tranquillitas refunderetur. Unde credendum, quia adverſarius & malignus arcum extendit ſuum, ut quietis animis moveat tempeſtates, excitet flatus. Oremus ergo ut arcum malignitatis diſſolvat dominus Deus noſter: adſit pauperi ſuo & inopi, qui propter Dei timorem duxit non affectandas eſſe divitias, non occupanda minorum prædia, non viduas relictis majorum hereditatibus exuendas.

28. *Melius eſt parum juſto, ſuper divitias peccatorum multas.* *℣. 16.* Non ergo divitiæ accuſantur, ſed divitiæ peccatorum; niſi forte quia peccator dixit: *Omnia hæc mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa.* *Luc. 4. 6.* Deinde quoniam divitiæ magis facem cupiditatis inflammant; & unuſquiſque dum majora deſiderat, non declinat diverticula peccatorum. Unde & Salvator dixit: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* *Luc. 16. 9.* Iniquitatis enim cenſus eſt, qui in diaboli poteſtate eſt, ut cui ille voluerit, conferatur. Poteſt & illud intelligi: *Melius eſt parum juſto, ſuper divitias peccatorum multas*; ᵈ quia eſt qui eſt dives in verbis, ut ſunt philoſophi iſtius mundi de ſacrilegiis diſputantes, de motu ſiderum, de ſtella Jovis ac Saturni, de generationibus hominum, de ſimulacrorum cultu, de Geometria, de Dialectica. Philoſophi ergo in ſermone divites ſunt, fidei inopes, veritatis exſortes. Et ſunt plerique ſimplices Domini ſacerdotes, in ſermone pauperes, abſtinentia & virtute ſubli-

* Pugnam deſignat adverſus tyrannum Eugenium atque Arbogaſtem à Theodoſio Magno commiſſam, qua nihil in omni antiquitate magis decantatum. De ipſa ſcripſit non ſolum Auguſtinus lib. 5. de Civ. Dei cap. 26. & Oroſius hiſt. lib. 7. cap. 35. ſed etiam gentilis poeta Claudianus in panegyrico de tertio Honorii conſulatu: cujus poetæ hi duo verſus:

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad Claſſica venti.

à duobus memoratis patribus referuntur. Poſt hos autem eamdem Theodoſii victoriam certatim celebravere eccleſiaſtici ſcriptores.

* *Peccatoris*, hoc eſt, diaboli; eum enim tum alibi hac voce deſignat Ambroſius, tum ad ſequentem hujuſce pſalmi verſiculum, ubi ſcribit: *niſi forte quia peccator dixit* &c. Quibus locis credibile eſt virum ſanctum reſpexiſſe ad illud 1. Johan. 3. 8. *quoniam ab initio Diabolus peccat.*

a. Edit Rom. *Et Malachias.* Certe quidem verba hîc laudata non apud Ezechielem, ſed Malachiam reperire eſt: attamen edit. vet. ac omnes mſſ. legunt, *Et Ezechiel.* Quare dicendum eſt eum librum quem, ut Hieronymus *Proœm. in Malachiam*, Sixtus Sen. *Bibl. ſancta* lib. 5. annot. 162. Huetius *Demonſt. Evang.* prop. 4. *De libro Malachiæ*, num. 2. & 3. auctores ſunt, Origenes ab Angelo, alii autem ab Eſdra ſcriptum voluere, Ezechieli adſcriptum fuiſſe ab Ambroſio. Nec forte defuit exemplar aliquod cujus auctoritate niteretur; cum parum veriſimile ſit ab eo teſtimonium hoc neque admodum breve, neque etiam ita commune ex memoria deſcriptum, ut in Auctore nominando errori eſſet locus. Sed hîc minime videtur omittendum Doctorem noſtrum in eo quod omnes omnino etiam ſanctiſſimos viros igne purgatum iri adſeverat, Adimantii veſtigiis inſiſtere: ut recte obſervavit Huetius, Origen. lib. 2. quæſt. 11. num. 2. & 8. Ipſum conſule, ſicut & præfixam Ambroſianis hiſce enarrationibus admonitionem.

b. Eadem edit. Rom. *& ſicut herba lavantium*, ubi ea quidem ſibi faventes habet LXX in quibus, ὡς πόα πλυνόντων. Sed contra vet. edit. ac mſſ. omnium conſenſum nihil movemus.

c. Mſſ. aliquot, *quando diluvia ceſſarent, ut tranquillitas refunderetur.*

d. Edit. omnes, ac pauci mſſ. *quia eſt quidem* (mſſ. *quidam*) *dives in verbis.* Mſſ. quinque, *quia eſt qui eſt* &c. Et ſequenti verſu Rom. edit. *ſubtilia diſputantes*; ſed præterquam quod cuncti mſſ. atque edit. vet. legunt, *de ſacrilegiis diſputantes*, videtur non aliud his verbis ſignificari, quam illis quibus Origenes gentiles induxit, *diverſas contra ſe invicem impietates dialecticæ artis verſutiis adſtruentes.*

mes. Illi multis loquuntur perfidiam, iſti paucis A
fidem adſerunt: illi ſuos amittunt quotidie ſacer-
dotes: hic pauper populos acquirit Eccleſiæ, nu-
meroque credentium. Qui ergo hos audierit, &
viderit operum qualitatem, dicit. *Melius eſt mo-*
dicum juſto, ſuper divitias peccatorum multas. Hinc
Salomon derivavit illud, quod quaſi ſuum ipſe
Prov. 10. 19. poſuit: *Ex multiloquio non effugies peccatum.* Dia-
lectica ergo divitiis verborum fluit, pietas timo-
rem Dei ſervat. Ideo hic parcus in verbis, dives
in ſpiritu, magis vult timere, quam vana veri B
verba jactare; timor enim diſciplina ſapientiæ eſt:
loquacitas innocentiæ virtutiſque naufragium,
atque incentivum prolapſionis & culpæ.

℣. 17. 29. *Quoniam brachia*, inquit, *peccatorum conte-*
rentur. Ut actus eorum juſto impedimentum ad-
ferre non poſſint; ne derelinquatur virga pecca-
torum ſuper ſortem juſtorum. Et Paulus ait:
Rom. 16. 20. *Conterat Deus ſatanam ſub pedibus veſtris.* Si enim
brachium ejus contritum fuerit, totus ipſe con-
teretur; ut conculcentur ejus commenta, ſicut C
venena ſerpentis.

℣. 17. 30. *Confirmat autem juſtos Dominus*, brachio ad-
Pſal. 37. 3. verſarii diſſoluto. Et ideo juſtus dicit: *Et confir-*
Iob. 19. 21. *maſti ſuper me manum tuam.* Et Job ait: *Manus*
Domini tetigit me. Miſit ergo Dominus manum
ſuam in ſervum ſuum, & manum peccatoris quam
in eum accepta miſerat poteſtate, brachiumque
contrivit. Ita diabolus ſuo ſermone deceptus eſt,
Iob. 2. 5. qui dixit: *Mitte manum tuam in eum, & videamus*
ſi in faciem te non benedicat. Non enim auſus eſt D
dicere, maledicat; ſed hoc intelligendum reli-
quit. Miſit Deus manum ſuam, & confirmatus
eſt Job. Cœpit benedicere, qui maledicere cre-
debatur; ſanat enim juſtos, cùm tangit manus
divina, non vulnerat. Miſit manum ſuam, & le-
proſi macula omnis abſceſſit: tetigit cæcorum
oculos, & cæcitate depulſa lumen refulſit oculo-
rum. Pete ergo ſemper ut confirmeris; quoniam
& tu qui ſtas, vide ne cadas. Nos ſtare debemus,
ut confirmemur à Domino. Lubricum eſt ſæcu- E
lum, cito labimur. Ideo rogemus ut nos Domi-
nus ſtabilire & confirmare dignetur.

31. Noli putare quia viam tuam neſciat Domi-
nus. Si juſtus es, novit. Crede dicenti Prophetæ:
℣. 18. *Novit Dominus* [a] *vias immaculatorum: & hereditas*
℣. 19. *eorum immaculata erit. Non confundentur in tempore*
malo. Qui novit Dominum, ſcitur à Domino.
Novit juſtos, neſcit injuſtos; ideo injuſtis dicet:
Matth. 7. 23. *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem:*
neſcio vos; hoc eſt, quia eſtis indigni cognitione F
divina. Neſcio vos; quia me ipſi neſcire voluiſtis.
Opera veſtra me neſciunt, facta veſtra me neſ-
ciunt; etſi dicatis, quia me ſcitis, redarguunt vos
peccata veſtra. Omne peccatum à malo eſt: qui
1. Iohan 3. 6. autem non peccat, in me manet, hoc ſcripſit Jo-
hannes. Quid de Domino dicam, quia dedigna-
tur impium ſcire? Paulus dedignatur, qui dixit:
1. Cor. 14. 37. & 38. *Si quis in vobis propheta eſt, aut ſpiritalis, cognoſ-*
cat quæ ſcribo vobis: qui autem ignorat, ignorabitur.

Et alibi ſcriptum eſt: *Cognovit Dominus qui ſunt* 2. Tim. 2. 19.
ejus. Simus ergo Domini, ut cognoſcat nos Do-
minus, & diſcedat ab iniquitate omnis qui nomi-
nat nomen Domini.

32. Græcus habet: *Novit Dominus dies imma-*
culatorum. Sunt enim dies Eliæ, ſunt dies Nabu-
chodonoſor; ideo Evangelium habet: *In diebus* Luc. 4. 25.
Eliæ, quando clauſum eſt cælum. Nox erat perfi-
dis, ſed Eliæ lumen erat: clauſum erat perfidis
cælum, ſed Eliæ patebat: fames erat perfidis, ſed
Eliæ ubertas; neque enim eſurire poterat, cui
cibum [a] cæleſtia miniſtrabant: nec eſuriebat, qui
alios ipſe paſcebat. Ergo ſibi dies eſt juſtus in te-
nebris; quia & lux in tenebris lucet. Et Joſeph in
Ægypto erat, & lucebat ei meridies; ſicut infra
dixit: *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras* Pſal. 49. 16.
juſtitias meas? Juſtitia lumen eſt, quia ſupra ha-
bes: *Et educet ſicut lumen juſtitiam tuam.* Habes Pſal. 36. 6.
ergo quod in te luceat, ſi juſtitiam ſequaris. Splen-
det tibi dies, lucet tibi nox; quia fideli & nox
ſicut dies illuminabitur. Dies igitur juſti novit
Dominus; quia ipſe *illuminat omnem hominem* Iohan. 1. 9.
venientem in hunc mundum, hoc eſt, illum qui
ad imaginem & ſimilitudinem Dei vivit: illum
qui ſe hominem eſſe cognoſcit; ut refugiat equo-
rum libidinem adhinnientem, ferarum rabiem,
lepuſculorum formidinem, vulpium fraudem,
rapinam luporum: illum hominem qui ſic agit,
quaſi in hunc mundum ſupervenerit: qui non ex
ſanguine, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo
natus ſit. Veniſti ergo, noli remanere, noli adhæ-
rere terrenis. Ut ſcias autem quia dies boni ſunt,
audi dicentem: *Abraham .... diem meum vidit, &* Iohan. 8. 56.
gaviſus eſt. Bonum habet diem, qui Dei Filium
bonum Deum novit, & Dominum confitetur. Et
rurſus ipſe nos admonet cavere debere, *quia dies* Epheſ. 5. 16.
mali ſunt. Qui mali ſunt dies? In quibus utique
malum cognoſcitur, quod eſt à malo. Aut forte
dies ſæculi mali ſunt; quia ſæculum in maligno
poſitum eſt. Sed legimus etiam poſt ſæculum
diem malum: *In die mala liberabit eum Dominus*, Pſal. 40. 2.
hoc eſt, in die judicii, malâ quidem propter mul-
torum ſupplicia. Neceſſe eſt enim ut torquean-
tur injuſti, compatiantur juſti; quia & Angeli
gaudent, cùm peccator [b] à morte ſervatur unus.
Compatiuntur igitur cum punitur; etſi alibi le-
gerimus: *Lætabitur juſtus, cùm viderit vindictam* Pſal. 57. 11.
impiorum, quod ſuo loco reſervo; etſi frequenter
audieris cur lætetur: ſed occupationes occupa-
tionibus non inſeramus.

33. *Novit Dominus dies immaculatorum*; quia
immaculatæ innocentiæ gratia ejus & plenitudo
miſeretur, non miſeretur errantibus. Iſti non ha-
bent diem, quia lucem fugiunt, de quibus pulcre
dictum eſt: *Dies eorum ſicut umbra prætereunt.* Co- Pſal. 143. 4.
gnitio ergo Dei, dignationis eſt, non viſionis.
Oculi ejus lux ſunt: quos adſpicit, illuminat; &
ideo oculi ejus, dies juſtorum ſunt.

34. Unde *& hereditas eorum in æternum erit*; quia
æterna bona, non temporalis hereditatis com-

a. Sic verſio Arab. & LXX. Interp. cum Pſalteriis aliquot Gallic. Textus autem Hebr. Paraphr. Chald. & verſio Syr. cum Vulg. lat. legunt, *dies immaculatorum.* Quapropter quod Ambroſius infra teſtatur ſe ſe in græco exemplari hanc ultimam lectionem obſervaſſe, eum ad Symmachi verſionem reſpexiſſe credideramus. Quod vero edit. Rom. pro, *immaculata erit*, correxerat, *in æternum erit*, in hoc quidem omnes codices ſacros patrocinantes habet, ſed è contrario omnes Ambr. edit. ac mſſ. reclamantes.

a. Cæleſtia, id eſt, Angelus & corvi, ut habes 3. Reg. 17. 6. & 19. 5.

b. Mſ. Reg. *à morte ſervatur. Juſtus compatitur injuſto igitur cum punitur.* Ubi vox *igitur* videtur tranſpoſita, & inante *compatitur* retrahenda. Alii quatuor: *à morte ſervatur, cui compatiuntur. Igitur cum punitur peccator compatitur juſtus, etſi alibi &c.* Ceteri & cunctæ edit. ut in textu.

pendia quæſierunt. Et non habebunt de quo A
erubeſcant, *in tempore malo*, id eſt, judicii cæleſ-
Matth. 4. 4. tis: *& in diebus famis ſaturabuntur*; quia *non in*
ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei. Sed quis
2. Cor. 12. 2. homo? *Scio hominem in Chriſto ante annos quatuor-*
decim (ſive in corpore neſcio, ſive extra corpus, neſcio,
Deus ſcit) raptum ejuſmodi uſque ad tertium cælum.
Ille ergo homo qui in Chriſto eſt, qui ſe in carne
eſſe non novit, qui non in carne ambulat, ſed in
ſpiritu: ille qui rapitur non ſolum ad cælum, ſed
etiam ad tertium cælum, rapitur ad paradiſum; B
& audit arcana verba quæ non licet homini lo-
qui: qui non in virtutibus ſuis, ſed in infirmitati-
bus gloriatur: ipſe non in ſolo pane, ſed in omni
verbo Dei vivit. Verbum enim Dei vita eſt, quia
Johan. 1. 14. *Verbum caro factum eſt*. Unde præclare dixit Evan-
geliſta: *Quod factum eſt in ipſo, vita eſt.*

* 35. * Alexandrini quidem & Ægyptii legunt:
Ibidem. 3. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt*
nihil quod factum eſt. & interpoſita diſtinctione
Ibidem. 5. ſubjiciunt: *In ipſo vita eſt*. Salva ſit fidelibus illa C
diſtinctio: ego non vereor legere: *Quod factum*
eſt in ipſo, vita eſt: & nihil habet quod teneat ar-
rianus; quia non illius venena conſidero, ſed lec-
tionis ſacræ conſuetudinem recognoſco. Non
enim dixit: Factum eſt Verbum ante omne prin-
cipium. Non dixit: Factum eſt Verbum; ſed ſi
Ibidem 1. quod dixerit audire deſideras: *Verbum*, inquit,
erat apud Deum. Erat apud Deum, quod cum ipſo
operabatur, cum ipſo dominabatur. Non dixit:
Ibidem. 1. Factum eſt Verbum; ſed dixit: *Deus erat Verbum*: D
Deus autem non factura, ſed factor eſt & crea-
Ibidem. 3. tor. Aperi aures, & audi: *Omnia per ipſum facta*
ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Diſcis eſſe Filium,
in quo divinitatis eſt plenitudo? Aperi aures ad-
huc paululum, & audi dicentem: *Quod factum eſt*
in ipſo, vita eſt. In ipſo, inquit, factum eſt: non
Dei Verbum factum eſt. Aut ſi hoc movet te ad
calumniam, quia dixit: In ipſo factum eſt; num-
quid & Deo Patri calumniaris, quia Dei Filius
Johan. 3. 21. dixit: *qui autem facit veritatem, venit ad lucem*; E
ut manifeſtentur opera ejus, quia in Deo ſunt facta?
Pſal. 117. 21. Aut quia David dixit: *Confitebor tibi, Domine, quo-*
niam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem;
hoc eſt, converſus es mihi in ſalutem, operatus es
mihi ad ſalutem? Poſſem aliis uti, ſed nolo mihi
a credas; ne putes [a] argumenta eſſe ingenii, non
teſtimonia veritatis.

36. Ipſe tonitrui filius, ipſe qui in Chriſti pec-
tore recumbebat, ipſe cui ſecreta ſua Dominus
non tacebat: cui Petrus innuit ut Dominum in- F
terrogaret, & ille interrogavit, & Dominus re-
velavit: ipſe exponat quid ſenſerit de eo quod ait:
Quod factum eſt in ipſo, vita eſt. Audi ergo inter-
pretantem, quia tuas, arriane, calumnias jam
1. Johan. 1. 1. cavebat: *Quod erat ab initio; & quod audivimus,*
& vidimus oculis noſtris; quod perſpeximus, & ma-
nus noſtræ ſcrutatæ ſunt de Verbo vitæ, & vita appa-
ruit. Caro ergo eſt quæ in Chriſto apparuit, vel
Chriſtus in carne: ipſe noſtra in omnibus vita eſt.
Ipſius divinitas, vita eſt: ipſius æternitas, vita eſt:
ipſius caro, vita eſt: ipſius paſſio, vita eſt. Unde &
Thren. 4. 20. Hieremias ait: *In umbra ejus vivemus*. Umbra ala-
rum, umbra crucis, umbra eſt paſſionis. Ipſius
mors, vita eſt: ipſius vulnus, vita eſt: ipſius ſan-
guis, vita eſt: ipſius ſepultura, vita eſt: ipſius re-
ſurrectio vita eſt univerſorum. Viſ ſcire quoniam
mors ipſius vita eſt? *In morte*, inquit, *ipſius bapti-* Rom. 6. 3. & 4.
zati ſumus .... ut cum ipſo in novitate vitæ ambu-
lemus. Et ipſe ait: *Amen, amen dico vobis, niſi gra-* Johan. 12. 4. & 5.
num frumenti cadens in terram moriatur, ipſum ſo-
lum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fruc-
tum adfert. Ipſe granum pro nobis corpore ſolu-
tus & mortuus eſt; ut fructum multum adferret
in nobis. Mors itaque ejus fructus eſt vitæ. *Quod*
factum eſt ergo *in ipſo, vita eſt*. Caro facta eſt in
ipſo, vita eſt: infantia facta eſt in ipſo, vita eſt:
judicium factum eſt in ipſo, vita eſt: mors facta
eſt in ipſo, vita eſt: remiſſio peccatorum facta eſt
in ipſo, vita eſt: vulnus factum eſt in ipſo, vita eſt:
illuſio facta eſt in ipſo, vita eſt: diviſio facta eſt in
ipſo, vita eſt: ſepultura facta eſt in ipſo, vita eſt:
reſurrectio facta eſt in ipſo, vita eſt. Vide quanta
in ipſo facta ſunt, quibus vitæ noſtræ facta con-
verſio eſt, ut quæ perierat, redderetur. Ad poſ-
tremum venditio facta eſt in ipſo, vita eſt: redem-
tio facta eſt in ipſo, vita eſt. Ad mortem venditus
eſt à Juda, emtus à Judæis ad mortem; ut pretioſo
ejus ſanguine nos redimeremur ad vitam. Hæc
eſt vita quæ facta eſt, hæc eſt vita quæ apparuit,
hæc eſt vita quam audivimus, hæc eſt vita quæ
erat apud Patrem; quia ipſe qui erat in princi-
pio, ipſe poſtea eſt natus ex Virgine, ut eſſet vita
morituris.

37. Ipſum hunc propoſitum nobis locum in-
terrogemus? Quid eſt, *hominem in Chriſto*? Hoc
eſt, factum in Chriſto, *in quo facta ſunt omnia, ſive* Coloſ. 1. 16. & 17.
Sedes, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Po-
teſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, &
ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, hoc
eſt, in virtute ejus. Homo ergo in Chriſto, qui
factus eſt ad imaginem ejus & ſimilitudinem: ho-
mo in Chriſto, qui totus in Chriſto ſit. Sicut enim
Deus per unitatem & plenitudinem divinitatis
Pater Deus totus in Filio eſt, & Filius in Patre:
ita per intentionem & pietatis affectum (ut exem-
pli vice, non comparationis utamur) homo to-
tus in Chriſto eſt; qui enim adhæret Domino,
unus ſpiritus eſt. Homo ergo in Chriſto, non ille
terrenus, non ille peccati, ſed homo Chriſti. Quid
ergo movet: *Quod factum eſt in ipſo, vita eſt*; ſi &
homo præcipue interior, in ipſo factus eſt, in ipſo
crucifixus, in ipſo renovatus, in ipſo ſepultus, &
cum ipſo conſepultus, in ipſo reſuſcitatus? Quid
movet, ut dixi, quia ſcriptum eſt: *Quod factum*
eſt in ipſo, vita eſt; cùm homo dixerit: *In Deo facie-* Pſal. 59. 14.
mus virtutem? Si quæris quæ vita ſit, ſi moveat
quod factum ſit in ipſo, accipe. Nempe vita, Ec-
cleſia eſt. In ipſo facta eſt, in ejus coſta, in ipſo
reſuſcitata Eva. Eva autem vita, hoc eſt, quod
factum eſt; quia Eva quæ perierat, ſalva facta eſt
per Eccleſiam, hoc eſt, per filiorum ſuorum gene- 1. Tim. 2. 15.
rationem, ſicut ſcriptum eſt; quia delictum ſupe-
rioris prævaricatricis ſobria emendavit heredi-
tas. Unde & ipſe Paulus raptus eſt ad vitam, qui
ante erat perſecutor ad mortem.

*. Græci omnes, nedum Alexandrini, & Ægyptii hunc locum legunt in hunc modum: Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Aliam vero interpunctionem exhibent latina exemplaria, & Latini Patres vulgo ſequuntur.

a. Ita edit. omnes. Miſſ. vero fere ad unum, *argumenti eſſe inge-nia*. Non male, ſi voces, *argumenti ingenia* ſumas pro argumen-tationis tricis & cavillis, ſive ſophiſmatis. Vide Gloſſarium Cangii ad nomen, *ingenium*.

38. Prolixius evagati ſumus, ut de eo homine A qui non in ſolo pane; ſed in omni verbo Dei viveret, diceremus. Revertamur ad pſalmum: Et ideo immaculati non confundentur in die judicii, & *in diebus famis ſuturabuntur.*

℣. 20. 39. *Deficientes ſicut fumus deficient.* Grecus ἐξέλιπον habet, hoc eſt, defecerunt. Vides ſubito aliquem ad poteſtatem veniſſe, & honoris inſignia: [a] ſublimem judicas. Vides illi alium eſſe ſucceſſum; nonne dicis de eo: Ubi honoratus & exaltatus eſt iſte? Defecit. Ideo plus dixit Græ- B cus; quia ubi honorari & exaltari quis creditur, ibi defectu proprio prævenitur; ut meatus fluminum præteriſſe citius quam veniſſe comprehendas: & dum ventura opperiris fluenta, te adhuc exſpectante, fluxerunt. Contra, humiles atque manſueti dum ſubjiciuntur à divitibus & opprimuntur, exaltati ſunt à ſua humilitate, & ſubito refulſerunt. Ideoque Paulus in infirmitatibus ſibi placuit, non in virtutibus.

40. Sed conſideremus, ne quis putet eum in C revelationibus gloriatum: & repetamus ea, ut ſe
2. Cor. 12. 2. ipſe defendat humilitatis magiſtrum. *Scio*, inquit, *hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſive in corpore neſcio, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptum ejuſmodi uſque ad tertium cælum.* Ante annos quatuordecim revelatum ſibi dicit, & tamen revelationem tamdiu apud ſe tenuit & repreſſit: nec dixiſſet, niſi utile nobis judicâſſet ut diceret; ne nos revelationibus extolleremur. Si enim in tanta gratia non eſt gloriatus Paulus, nec nos D gloriari oportet. Juvenis ipſe non gloriatus eſt, ſenex gloriaretur? Deinde raptum ſe uſque ad tertium cælum negare non potuit; & tamen utrum in corpore, an extra corpus raptus eſſet, ſe ignorare teſtatus eſt. Non ergo de ſcientia; ſed de ignorantia gloriatur, & Dei circa ſe gratiam prædicat. Quod ſcientiæ eſt, negat: quod caritatis eſt, confitetur; ſcientia enim inflat, caritas vero ædificat. Et iterum, raptum ejuſmodi hominem dixit: quemadmodum raptus eſſet, E utrum in corpore, an extra corpus, incertum ſibi eſſe memoravit. Vide ſtateram ſapientiæ. Conſtituit unum in Chriſto, & ſe alterum, qui ait: *Neſcio.* Quod alienum eſt, adtollit: quod ſuum,
Ibidem. 4. humiliat. *Et audivit*, inquit, *verba ineffabilia.* Non dixit: Audivi; ſed quod alter audierit, non negavit. Verecunde itaque teſtem ſe maluit ſignificare quam vatem, & refugit videri cæleſtium arbiter ſecretorum. Testimonium enim
b dicere, veritatis eſt: [b] meritum elationis non re- F
Ibidem. 5. fugere, gloriantis. Ideoque ait: *Pro hujuſmodi gloriabor: pro me autem non gloriabor.*

41. Quid eſt autem quod ait audiſſe hominem, & hominem illum in Chriſto, quæ non licet homini loqui? Quomodo hoc convenit, ut non licuerit homini loqui, quæ licuerit homini audire? Si ipſi homini qui audivit, non licet loqui, quomodo ei creditum eſt audire, quod non permiſſum eſt loqui; quæ iſta diſtantia eſt? Si alteri homini qui eſſet exterior, quomodo potuit homo cognoſcere quod homini non licebat audire? Unde videtur non gratia loquendi illi homini defuiſſe qui eſſet in Chriſto, cui non defuit; ſed eis qui audirent, locum, tempus, meritum defuiſſe. Ille enim in cælo audivit; & ideo non competere judicatum eſt, ut id loqueretur in terris, quod audiſſet in cælo; cùm in ipſa terra ſit iſta diſcretio, ut quod in altera regione canitur, in altera non canatur, ſecundùm quod ſcriptum eſt: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Pſal. 136. 4. Denique Hebræi non canebant in terra captivitatis, quod in ſua patria canere conſueverant. B Hæc terra captivitatis eſt, alia terra libertatis eſt: iſta peccati, illa quietis æternæ; valleſtris iſta, illa cæleſtis. Ergo in cælo illa nunc prædicabat Paulus, quæ terris ante prædicare non poterat; inter perfectos enim ſecreta ſapientiæ ſunt loquenda.

42. Attamen quid commemoratio iſtius revelationis operatur, niſi ut doceat quod in revelationibus minime gloriandum ſit, ſed in infirmitatibus; quia infirmitas, & remedium revelationis, C & virtutis exercitium eſt? Contra autem revelatio, elationis lubricum eſt; namque ne revelationis ſublimitate extolleretur ipſe Paulus, qui raptus in tertium cælum eſt, ſtimulum carnis accepit. Subvenit ergo infirmitas, ne gratia in periculum verteretur. Utilior ergo infirmitas, quam gratia. Eadem quoque infirmitas officina virtutis eſt; ſicut ipſi Apoſtolo teſtificatus eſt Dominus, quia *virtus in infirmitatibus conſummatur.* 2. Cor. 12. 9. Denique iſte poſt revelationem rogavit reme- D dium ſanitatis, & non impetravit: in infirmitate autem remedium non quæſivit; ſed curſum conſummavit, & coronam invenit.

43. *Mutuatur*, inquit, *peccator, & non ſolvit:* ℣. 21. *juſtus autem miſeretur, & tribuit.* Hoc quoque convenit perſonæ Pauli, quia *juſtus miſeretur & tribuit.* Vide illum Domini eloquia dividentem, vide argentum Domini fœnerantem. Unam mnam accepit, duas reddidit: duas accepit, quatuor reddidit: quinque accepit, decem reddidit. Non E ligavit in ſudario quod acceperat, ſed nummulariis erogavit; & quod erogaverat, cum uſuris recepit. Ita & accipientem à peccato maximo liberavit, ne apud eum pecunia Domini deperiret; & ipſe ut decem civitatibus præficeretur, emeruit. Quæ ſint decem civitates, in epiſtolis recognoſce quas ſcripſit; etſi apoſtoli præſcripto numero non teneantur, quibus dictum eſt: *Ite per* Marc. 16. 15. *orbem univerſum, & prædicate Evangelium univerſæ creaturæ.* Hic ergo ab Hieruſalem per Orien- F tem & Illyricum & Italiam Domini pecuniam diſpenſavit. Et ne quis putaret quod ſuam fœneraret, Domini eſſe pecuniam teſtabatur dicens: *His autem qui matrimonio juncti ſunt, denuntio non* 1. Cor 7. 10. *ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere.* Et alibi: *Quid experimentum quæritis ejus qui in me lo-* 2. Cor. 13. 3. *quitur Chriſtus.* Denique ipſe rex ita dixit, in quo figura eſt Domini: *Oportuit te pecuniam meam committere nummulariis. Meam*, inquit, non tuam. *Juſtus ergo miſeretur & tribuit.* Quomodo tribuat, audi dicentem: *Per omnes Eccleſias doceo. Peccator* 1. Cor. 7. 17. *autem mutuatur, & non ſolvit.* Vide divitem mutuantem, & non reddentem: pauperem accipien-

a. Edit. omnes ac mſſ. Vict. & Colb. *ſublimem judicas. Vides illi eſſe ſucceſſum.* Alii mſſ. eo diſſentiunt, quod pro, *vides . . . . judicas*, legunt, *Vide . . . judica*, è quibus etiam quatuor habent, *alium eſſe ſucceſſum.* Et ſane vocem, *alium*, neceſſario ſenſus poſtulat.

b. Cod. quinque, *meritum electionis.* Sed vocem, *electionis*, pro *elationis*, ab aliquo poſitum arbitramur, qui non conſideravit hic *elationem* dici, non ſuperbiam, ſed ipſum Apoſtoli raptum, quo uſque ad tertium cælum elatus ſive elevatus dicitur.

tem, & continuo remunerantem, ne diutius in A
ære alieno ſit. Hæc moralia.

44. Vide nunc pauperem myſticum, id eſt, ſim-
plicem & timentem Dei nomen, audientem ver-
bum de caſtitate, & ſolventem; audientem de mi-
ſericordia, & ſolventem; audientem de placidi-
tate, & non iraſcentem: divitem vero illum ar-
rogantem & ſuperbum, audientem quidem, ſed
poſt ſe rejicientem ſermones Dei; audientem de
condemnatione luxuriæ, & magis luxuriantem.
Denique Eccleſia ſolvit quod accepit, Synagoga B
Johan. 17. 6. non ſolvit. Cognoſce Eccleſiam ſolvere: *Tui*,
inquit, *erant, & mihi eos dediſti, & verbum tuum*
Ibidem. 16. 27. *ſervaverunt.* Et alibi: *Ipſe enim Pater diligit vos;*
quia vos me diligitis. Reddidit ergo Eccleſia quam
accepit à Domino pecuniam caritatis, ſed Syna-
Ibidem. 15. 24. goga non reddidit. Ideoque de Judæis dicitur: *Si*
non veniſſem, & locutus non fuiſſem his, peccatum
non haberent: nunc autem excuſationem non habent
de peccato ſuo; quia audierunt utique, & non cre-
diderunt. Probatum eſt ergo quia mutuati ſunt C
peccatores, & non ſolverunt. Peccator igitur
eget ſemper: juſtus autem abundat & tribuit,
cujus dives eſt conſcientia. Ideoque Judæi in ſuis
Pſal. 33. 11. divitiis eguerunt: *Divites eguerunt & eſurierunt:*
Chriſtiani autem in divitiis ſimplicitatis ſuæ non
defecerunt.

45. Bonus ergo juſtus; & ideo addit Scriptura:
ỳ. 22. *Quoniam benedicentes eum, poſſidebunt terram: ma-*
ledicentes autem eum, diſperibunt. Quomodo juſtus
poſſidet terram, aut quam terram, cùm Scriptu- D
Eſai. 5. 8. ra dicat: *Numquid ſoli habitabitis ſuper terram?* Et
Apoc. 8. 13. alibi: *Væ habitantibus ſuper terram*, quod increpa-
tionis eſt verbum atque maledicti. Cujus ergo
terræ benedicta poſſeſſio eſt? Non iſtius quæ te-
nebris abſconditur & amaritudinibus impletur:
ſed illius quæ fluit mel & lac, id eſt, habet gra-
tiam ſuavitatis, & fulgorem lucis æternæ. Acci-
Eſai. 35. 10. pe mellis boni ſuavitatem; immo ſupra mel: *Fu-*
giet dolor & gemitus & triſtitia; quia ſuavitas gra-
tiæ amaritudinem humanæ fragilitatis excludet. E
Apoc. 21. 4. Et alibi: *Et delebit omnem lacrymam de oculis eorum;*
& mors non erit amplius, neque luctus. Accipe etiam
Ibid. 24. 5. lactis nitorem. *Et non indigebunt lucerna, & lu-*
mine ſolis; ipſe enim Dominus illuminabit ſuper illos,
& regnabunt in ſæcula ſæculorum, Amen.

46. Eſt etiam myſticus juſtus, qui miſeretur &
tribuit, qui omnia verba quæ accepit à Patre de-
dit nobis, & peccatorum noſtrorum nobis æra
dimiſit, & ſanguinem ſuum pro noſtris debitis
ſolvit; ut non in fœnore eſſemus alieno, ſed in F
ſuo ære bonus creditor nos haberet. Eſt & pec-
cator ille qui congregavit quæ non peperit, &
mutuatus eſt quod non tenebat, nec vult reſti-
tuere quod accepit. Audi quia mutuatus eſt dia-
Luc. 4. 6. a bolus: *Tibi*, inquit, *dabo poteſtatem hanc* [a] *uni-*
verſam, & gloriam illorum (quia mihi tradita ſunt,
& cui volo, do illa) ſi procidens adoraveris me. Ne-
quiſſime, accepiſti ad tentationem, non ad mor-
tem; hoc eſt, accepiſti ut probarentur Dei ſer-
vuli, non ut extinguerentur: accepiſti ut Deus
adoraretur, non ut negaretur: accepiſti ſæcula-
ria, cur eripis quæ æterna ſunt: accepiſti quæ
mundi ſunt, cur vis auferre quæ Chriſti ſunt? Da
illa cui vis, non invidemus. Cur nobis à te quæ
nos volumus, invidentur? Tu adorari vis, qui
omnibus nequior, ipſa quoque indignus es ſervi-
tute.

47. [b] *A Domino greſſus viri corrigentur.* Græcus b
διαβήματα dixit, hoc eſt, tranſitus. Et ideo dici- ỳ. 23.
tur tibi: *Si tranſeas per aquam, flumina te non con-* Eſai. 43. 2.
cludent. Tranſi ergo, noli ceſſare; ſicut bonus via-
tor cùm venerit ad aliquod [*] viæ ſignum, non ſtat, *
ſed pertranſit: & tu in via es, quamdiu in hoc
curſu es conſtitutus. Paulus ſi ſtetiſſet, curſum
ſuum non conſummaſſet. Vide ne ideo dicat: Et 1 Cor. 10. 12.
tu qui ſtas, vide ne cadas. Non enim qui tranſi-
vit, poteſt timere ne cadat. *Vidi*, inquit, *impium* ỳ. 35.
ſuperexaltatum, & elevatum ſuper cedros Libani: &
tranſivi, & ecce non erat. Videns ergo impium ſu-
perexaltatum, qui non ſtetit, non offendit: ſi ſte-
tiſſet, & miratus illum fuiſſet, & ſecutus eſſet,
offenderat, & ceciderat ſicut impius. Ideo Moy-
ſes videns rubum relucere & non ardere ait:
Tranſiens videbo hoc viſum magnum. Qui tranſit de Exod. 3. 3.
hoc ſæculo, magnum viſum videt: qui ſolvit vin-
cula iſtius nexus quo ligamur huic corpori, ma-
gnum viſum videt. Moyſes in Exodo, ut legitur,
multa videt miracula: non tanta alius videt qui
non eſt in Exodo. Idem Moyſes tranſivit: tranſi-
vit & populus patrum, quia de terra captivitatis
exibat. Dirigebantur itaque à Domino greſſus
eorum, quibus per noctem ignis columna luce-
bat, per diem nubis; ut nec diei ardor afficeret
commeantes, nec impedimentum viantibus tene-
bræ noctis adferrent.

48. Et tu merere factis, votiſque depoſce ut
greſſus tui à Domino dirigantur, ne moveantur
pedes tui; quia ſcriptum eſt: *Mei autem pene moti* Pſal. 72. 2.
ſunt pedes; paulo minus effuſi ſunt greſſus mei. Ca-
vendum eſt quoque ne rectam ſemitam derelin-
quas, & diverticula te viarum tortuoſarum deci-
piant; ideo dicitur: *Parate viam Domino: rectas* Eſai. 40. 3.
facite ſemitas ejus. Paremus ergo viam Domino
Deo noſtro in mentibus noſtris: rectas faciamus
animorum ſemitas, ne labamur: non effundan-
tur greſſus noſtri ſicut uxoris Lot, quæ poſt ſe
reſpexit, & greſſus tenere non potuit; ſed effuſi
ſunt, cùm in ſalem eſſet repente converſa: non
effundantur ſicut Ægyptiorum, quorum greſſum
maris fluctus effudit. Ipſis Hebræis qui cum Moy-
ſe erant, quia peccaverunt in deſerto, ceciderunt
veſtigia pedum, [c] ne in terram reſurrectionis in-
trarent.

49. Nonne etiam de his pulcre dicitur quia
effuſi ſunt proceſſus eorum, quorum ſpes lapſæ,
in vanum effuſus labor, vota ſunt deſtituta. Con-
ſidera enim aliquem per aliquot annos habuiſſe
ſtudium probitatis, caſtitatis cuſtodiam, vitæ ad-
tentioris affectum, piæ propoſitum ſervitutis, ſe-

a. Ita edit. omnes, & mſſ. quatuor, quibus tum divinus textus, tum Ambroſius ipſe lib. 1. *De Cain & Abel.* cap. 5. num. 17. & alibi ſuffragantur, locum hunc eiſdem verbis exhibentes. Alii tamen quatuor mſſ. poſt vocem, *poteſtatem hanc*, inſerunt, *univerſa hæc regna*, non alia ſane de cauſa, niſi ut ſit quo referatur τὸ *illorum*. Atqui ellipſis eſt ubi ſubintelligitur τὸ *negotiorum*, græce χρη-μάτων, quæ videlicet indice dæmon oſtendebat.

b. Rom. edit. *A Domino greſſus viri dirigentur & viam ejus cupiet. Greſſus viri dirigentur. Greſſus græcus* διαβήματα &c. Aliæ ac mſſ. omnes, ut nos in textu.

*. Id eſt, columnam ad indicandas vias in biviis aut triviis erectam, vel ἑρμαῖον λόφον, de quo Prov. 26. 8.

c. Vet. edit. in margine, ac Rom. in corpore, *ne in terram repromiſſionis*: ſed cuncti mſſ. conſtanter legunt, *ne in terram reſurrectionis*, tranſlato ſcilicet rei figuratæ nomine in ejus figuram

dulæ obſervationis officium; ſubitoque eum eſſe A
mutatum, diſceſſiſſe de monaſterio, vale dixiſſe
jejuniis, continentiæ renuntiaſſe, indulgere deli-
* tiis, ſtudere luxuriæ. *Dudum de monaſteriis exie-
runt, & nunc luxuriæ ſunt magiſtri, diſſeminato-
res incontinentiæ, incentores petulantiæ, obtrec-
tatores pudoris. Nonne de his pulcre dixeris:
Effuſi ſunt greſſus eorum, quos bene direxiſſe
pœnituit? Egerunt itaque novi generis pœniten-
tiam pro virtutibus, & non agunt pro delictis.
1. Johan. 2. 19. *Sed hi ex nobis exierunt*, dicit Johannes, *ſed non* B
erant ex nobis; ſi enim ex nobis fuiſſent, nobiſcum
perſeveraſſent. Hi ergo viam ſuam condemnave-
Prov. 2. 13. & ſeq. runt, quibus convenit dici: *O qui dereliquiſtis ſe-*
mitas rectas, abeundo in vias tenebrarum; & qui
lætamini in malis, & gaudetis in everſione mala,
quorum ſemita prava, & flexuoſi curſus eorum, ſicut
lubricus & flexuoſus auctor ipſorum; *cur odiſſe*
cœpiſtis viam rectam, & juſtum conſilium deſeruiſtis?
Non vos direxit Dominus: quem autem dirigit
Dominus, *viam ejus cupiet*, ſicut ſcriptum eſt, & C
ipſius ſemitis delectabitur.

50. Utrumque tamen intelligi poteſt, ita eſt
medium, quod & ipſe qui à Domino dirigitur,
viam Domini cupiet; quia duce ipſo, omnis le-
vatur labor, omnia impedimenta removentur,
incentiva ſubminiſtrantur: & ipſe Dominus non
adſpernatur, ſed libenter accipit viam viri quem
ad virtutem ipſe direxerit. Pulcre autem viri
greſſus dirigi dicuntur à Domino; quia non vo-
lentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, ſine D
offenſione ſervare veſtigium. Qui enim plantat
& rigat, nihil ſunt; ſed qui dat incrementum
Deus: ipſi ſoli gloria virtutum jure defertur.

51. Denique etiam juſtus cadit interdum; ſed
℣. 24. ſi juſtus eſt, *cùm ceciderit, non conturbabitur*. Quod
conditionis eſt, cadit: quod juſtitiæ, reſurgit;
quoniam juſtum Deus non derelinquit, ſed *con-*
firmat manum ejus. Qua ratione non pedem, ſed
manum dixit? Niſi forte ea, quoniam qui cadit,
non magis pede labitur; ſed infirmus lubrico ſæ- E
pe decipitur, vel offendit in petra: hîc autem juſ-
ti caſum intellige, id eſt, fortioris. Denique de
populo qui luctatur, ſi genu fixerit, vel pede lap-
ſus fuerit; pro victo habetur: athleta qui luctan-
di peritiam habet, & ad coronam luctatur, etiam
volens genu figit, ut vincat; et ſi lapſus fuerit, non
excluditur; & ſi ab eo qui ſuperior ſit, prematur,
manibus tamen ſe ſuſtinens, jure decertat; nec
aufertur bravium, niſi fuerit fuſus in ventrem,
aut diſtentus vinculo lacertorum. Inde oriuntur F
crebra certamina; quia multa & incognita ple-
a riſque ſunt genera ruinarum. a Nam caſus eorum
proprie appellantur ruina, græce enim πτώματα
nuncupantur. Ergo quum ſtringitur & urgetur,
ſæpe ſe volvit, & fit ſupra qui inferior habeba-
tur, ſuperioremque dum ſurgit, elidit: quod vi-
Pſal. 40. 4. detur Scriptura ſignificare, cùm dicit: *Univer-*
A *ſum ſtratum verſaſti in infirmitate ejus.* Itaque de
eo dicitur: *Cùm ceciderit* bonus athleta, *non tur-*
babitur; plerique enim volunt teneri, quo matu-
rius vincant, qui de arte præſumunt. b Sed etiam- b
ſi adſignatus, ut ipſo verbo utar, & primo & ſe-
cundo fuerit, non excluditur; licet ei interdum
reparare luctamen, & vincere ſæpe contingit, &
cedere eum qui ſecunda contentione ſuperave-
rit. Ita ergo etiam juſtus etſi offendiculum in-
currerit & ceciderit, non relinquat tamen ſtu-
B dium devotionis & fidei, ſobrietatem teneat, pœ-
nitentiam gerat, ſæpe ſe reparet. Ideo interro-
gat Petrus: *Si peccaverit in me frater meus, quoties* Matth. 18.
remittam ei; uſque ſepties? Et reſpondit Dominus: 21. & 22.
Non ſolum ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties. Ut
ſcias autem quia athletæ ſumus & impellimur, &
alii ruunt, & plerique eliduntur audi dicentem:
Suffulſit Dominus omnes qui ruunt, & corrigit omnes Pſal. 144.
eliſos. Unde & ipſe de ſe dicit David, vel ille qui 14.
locutus eſt in Propheta: *Impulſus ſubverſus ſum ut* Pſal. 117.
C *caderem; & Dominus ſuſcepit me*; Jeſus enim non 13.
cecidit, ſed impulſus eſt. Etenim cùm ipſe con-
vertat eliſos, quomodo ipſe potuit elidi? Juſtum
autem, cùm ceciderit, poſſe reſurgere teſtatur
Scriptura, quæ dicit: *Numquid qui cadit, non ad-* Hier. 8. 4.
jiciet ut reſurgat; aut qui averſus fuerit, non rever- & 5.
tetur? Væ iis qui avertuntur averſione impudenti,
dicit Dominus.

52. Utinam quidem ineluctabilis & inſuperabi-
lis ſit Chriſti athleta, & in omni ætate, in omni
D virtutum genere glorioſus, ſicut ille ait: *Sed in om-* Rom. 8. 37.
nibus ſuperamus propter eum qui nos dilexit. Quid
eſt in omnibus? Sunt athletæ qui vocentur pueri,
ephebi, viri; hoc eſt, παῖδες, ἔφηβοι, πύκται. Etiam
Scriptura has in luctatoribus novit ætates, dicen-
te David: *Ne avertas faciem tuam à puero tuo*; &: Pſal. 68.
Juvenis fui, & ſenui. Unde & Johannes ait: *Scri-* 18.
bo vobis, pueri; quia cognoviſtis patrem: ſcribo vobis, Infra ℣ 25. 1. Johan. 2.
juvenes; quia viciſtis malum: ſcribo vobis, patres; 12. & ſeq.
quia cognoviſtis eum qui eſt ab initio. Maturior ita-
E que ad patres ſcribens, maturos deſignat fidei
devotioniſque proceſſu. Virtutum ergo iſtæ, non
infirmitatis ætates ſunt; neque enim ſine virtute
puer eſt, qui cognovit Patrem Deum virtutum.
Ex illo puero iſti ſunt pueri, qui prius quam ſci-
ret vocare patrem aut matrem, accepit virtutem
Damaſci, & ſpolia Samariæ. Ipſe eſt puer qui na-
tus eſt nobis, filius qui datus eſt nobis, cujus prin-
cipatus ſuper humeros ejus. Ipſe nos docuit pue-
ritiam eſſe virtutem dicens: *Sinite pueros, & no-* Luc. 18.
F *lite eos prohibere ad me venire.* Et alibi: *Amen,* 16.
amen, dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiami- Matth. 18.
ni ſicut puer iſte, non intrabitis in regnum cælorum. 3.
Ipſa quoque corporis fortitudine pueri plerum-
que viros vincunt. Et utique ſi ætatem pueritiæ
conſideremus, non poteſt puer aut uſum omnem
ſcire, aut vim ſubire luctandi. Novimus tamen
quod frequenter pueri quos non poterant por-

*. His admodum affinia in epiſt. ad Verc. Eccl. leguntur de Sarmatione ac Barbatiano monachis apoſtatis. Hi ſiquidem cùm diſciplinæ ſeverioris impatientes aſceterium Mediolanenſe deſeruiſſent, ac poſtea petiti reditus à ſancto Antiſtite repulſam paſſi fuiſſent, ita hanc ob ignominiam exarſere, ut in continentiam, jejunia, & alia id genus monaſtici inſtituti ornamenta bacchari atque inſanire nuſquam deſinerent. Quapropter utrumque hoc loco deſignari prudenter admodum obſervavit Hermannus vitæ ſancti Ambroſii lib. 7 cap. 4 & ex noſtris qui Hiſtoriam Benedictini Ordinis vernaculo ſermone nuper in lucem emiſit. Illum adiiis lib. 1. cap. 3. § 8.

a. Edit. vet. & mſſ aliquot: *Nam caſus eos proprie appellan Latini*; ſed edit. è regione in margine habent *ruinam*, quam dictionem ſuppreſſa voce *Latini* Rom. in textum tranſtulit. Mſſ. vero quatuor nobiſcum faciunt.

b. Ita edit. cum parte mſſ. Alia pars; *Sed etiamſi adſignatur ... & ſecundo fuerit.* Utra lectio ſit præponenda, ambiguum eſt. Obſcuritas autem inde ſuboritur, quod verum ſenſum agoniſtici illius verbi, *adſignatus* ſive *adſignatur*, cognitum non habeamus. Suſpicamur tamen ex ſerie orationis eos dici potuiſſe *adſignatos*, qui jam in terram dejecti tamquam mox vincendi ſpectatorum oculis ac nutibus ſignabantur.

tare,

tare, vicerunt. Adeo vigor animi infirmitatem A excludit ætatis.

53. Quales autem pueri tales & ephebi, hoc eſt, Act. 7. 57. ſpiritales. Novit Scriptura adoleſcentem Paulum jam proximum converſioni: Act. 20. 9. novit & Eutbycum adoleſcentem, qui cùm ſermonibus Pauli intentus hæreret, ſomno victus de tritecto cecidit & reſurrexit: Johan. 13. 23. novit & Johannem adoleſcentem in Chriſti pectore recumbentem, qui tam fortis fuit, ut perſecutionem non timeret, malum vinceret. Math. 4. 20. Hic eſt puer qui patrem genitalem reli- B quit, ſecutus Patrem eum quem cognovit æternum: Marc. 14. 51. adoleſcens amictus ſindone, Dominum ſequebatur tempore paſſionis, qui ſua omnia dereliquerat: Johan. 1. 1. & 2. maturior, Deum Verbum in principio ipſo ſemper fuiſſe atque eſſe cognovit, & manere in ſe probavit.

54. Viros quoque Scriptura nos docuit ſpiritales, Act. 21. 11. Agabo propheta dicente: *Virum hunc cujus eſt zona hæc, ſic alligabunt Judæi in Hieruſalem.* Act. 25. 14. Et Feſtus ait: *Vir quidam eſt relictus à Felice in cuſ-* C *todia.* Ante paſſionem ſuam Paulus adoleſcens dicitur, in paſſione ſua vir ſignificatur, qui curſu conſummato, eſſet jam proximus ad coronam.

55. Cognovimus ætates pro fide & [a] devotione certantes, cognoſcamus etiam genera certaminum ſingulorum. Hæc quoque Scripturæ nos doceat tenor. In hoc itaque ſæculari agone alii ſunt, qui ſimplici quodam & legitimo genere luctantur, & ligaturis tantum corporis certant, verberare non norunt, qui paleſtritæ vocantur: alii D qui cædem & pulveris jactum membrorum nexibus miſcent, omni ſibi verberandi jure permiſſo; [b] quos pammacharios vocant, eo quod omnis litis & pugnæ adverſùm ſe habeant poteſtatem: alii qui cæſtibus adverſùm ſe decernunt, & dilaceratis capitibus, cruciantur; hi πύκται feruntur.

56. Hæc omnia certamina ſubiit Paulus apoſtolus, Epheſ. 6. 12. ſicut ipſe demonſtrat. Itaque dicit: *Quoniam non eſt nobis pale adverſus carnem & ſangui-* E *nem; ſed adverſus principes & poteſtates, &* (ut compendio utar) *adverſus nequitias ſpiritales.* In latinis pleriſque colluctatio reperitur, in græcis omnibus πάλη ſcribitur; πάλη enim græcorum, lucta eſt latinorum. Et vere pale; quia caro & ſanguis, & nequitiæ ſpiritales patientia & continentia corporis, & animi moderatione ſuperantur. Ira, furor, cædes, arma ſunt diaboli. Alibi quoque plagis ſupra modum cæſum ſe eſſe ſignificat dicens: 2. Cor. 11. 23. *In plagis ſupra modum, in mortibus* F *frequenter.* Hieroſolymis autem pugnis ſe eſſe percuſſum; ubi cùm intervenientibus militibus, aliquando ceſſaſſent Judæi percutere Paulum, ipſe pontifex Ananias circumſtantibus juſſit percutere os ejus, Act. 23. 3. cui reſpondit Apoſtolus: *Percutere te incipiet Deus, paries dealbate. Et tu ſedens judicas me ſecundum Legem, & extra Legem jubes me percuti?* Scivit profecto referire, qui graviore pugno pontificem repercuſſit; ipſe enim corporaliter cæſus eſt: illi retulit quod in animam percuteretur à Chriſto. In prima quoque epiſtola ad Corinthios ſcribens ait: 1. Cor. 9. 26. *Ego igitur ſic curro, non ut in incertum: ſic certo, non ut aera cædens.* Quod latine dixit, *enitor*: græce ait, πύκτης. Et vere quaſi bonus pycta, non aerem, ſed aerias poteſtates & Judæorum capita verberabat; quia caput omnium Jeſum dominum non habebant. In omni itaque certamine Apoſtolus eſt probatus, qui etiam coronam curſus conſummati accepit. Unde & ipſe ait: *Omnia poſſum in eo qui me confortat.* Philip. 4. 13.

57. Habet & Chriſtus, qui in pueritia ſua ævi maturos vicerint; ut Daniel puer ſpiritu valido ſeniores illos redarguit Judæorum, & de victoriæ B jure dejecit in mortem. Habet & alios, qui priuſquam naſcerentur, in matris ventre luctati ſunt. Denique Jacob fratrem ſupplantavit Eſau, & malum vicit; atque ita de utero matris exivit, ut victoriæ inſigne monſtraret, & pedem ſenioris degeneris victor inverteret. Hieremias in vulva matris ſanctificatus eſt & probatus. Johannes Baptiſta Principem agonis humani, præmiatoremque luctantium, necdum natus veniſſe cognovit, atque in utero matris exſiliens piæ bravium C confeſſionis emeruit. Recte jam tunc deſignatus eſt ad coronam, qui ante omnes ad Chriſti agonem fidei teſtis & præco virtutis ſuum nomen obtulerat. Bonus præco, qui ad certamen alios excitabat. Et vere bonus præco, qui tam magna voce clamavit, ut ad ejus ſonum ſecreta cæleſtia reſultarent. Quid multa? Terram movit, cælum implevit. Ideoque vocis nomen accepit; quia Verbum Dei vox ſacrata præceſſit, quemadmodum ipſe nos docuit dicens: *Ego vox clamantis in* Johan. 1. 23. D *deſerto.* Dixit hoc Eſaias propheta: de ſe dictum Eſai. 40. 3. iſte firmavit. Audivimus quid dixit præco: *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.* Johan. 1. 23. Hæc eſt vox ſingularis & ſola, tam ſonora, ut ab omnibus audiretur: tam dulcis, ut univerſorum corda mulceret. Iſtos ergo athletas ſuos Dominus confirmavit ut vincerent; numquam enim ſuos deſerit, & relinquit.

58. Et ideo addidit Propheta: *Juvenis fui, &* ℣. 25. *ſenui*; ſic latini: aliqui autem juxta græcos ha- E bent: *Juvenis fui, etenim ſenui, & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.* Simpliciter qui vult intelligere, patet ſenſus, quod vitæ ſuæ tempore David non viderit juſtum derelictum. Sed hoc & brevis temporis eſt, & incredibile; ſiquidem multos videmus in ſæculo juſtos ab hominibus derelinqui, quando eos aliqui potentium perſequuntur; & nullus ad eos audet accedere, cùm in timore aut in injuria viderit conſtitutos. Unde Job dicit: *Fratres mei diſceſſe-* Job. 19. 13. F *runt, agnoverunt extraneos magis quàm me: amici mei immiſericordes facti ſunt; & qui me noverant, obliti ſunt nomen meum.* David quoque non ſolùm deſtitutum, ſed etiam impugnatum ſe ab amicis & proximis clamat: *Amici*, inquit, *mei & proximi* Pſal. 37. 12. *mei adverſum me appropinquaverunt.* Ergo ſi in hoc ſæculo reperiuntur juſti derelicti, quomodo ſibi contraria dixit David; niſi intelligas quod juſtus etſi in ſæculo derelinquitur, à Domino tamen non derelinquitur? Neque enim Job cùm eſſet Job. 2. 8. in ſtercore, à Domino derelictus eſt, quem in Angelorum concilio Dominus ipſe ſua voce laudabat, quem tentari paſſus eſt, ut coronaret: tentationem autem in corpus dedit, in animam de-

a Ita Rom. edit. cum ſex mſſ. Vet. autem cum Vict. & Colb. *devotione certantium: cognoſcamus etiam certamina ſingulorum.*

b. Omnes edit. *quos παμμάχους vocant .... capitibus cruentantur*. omnes mſſ. ſaltem Gallic. ut in textu.

negavit. Nec derelictus David cui regnum dedit, A
ut populo imperaret electo: quem parricidalibus
prælüs appetitum, regoi ſui depulſum finibus,
victoriæ jure reſtituit. Ipſi quoque Jacob, Elias
& Eliſæus, & Johannes Baptiſta, & ceteri qui in
caprinis pellibus circumeuntes errabant in ſoli-
tudinibus & montibus & ſpeluncis & foveis ter-
ræ, licet ludibria multa & acerba ſupplicia tole-
raſſe videantur; tamen non derelicti ſunt. Siqui-
dem cùm fratrem fugeret Jacob, & per deſerta
incomitatus erraret, obdormivit, & ſurgens vidit B
Gen. 32. 2. ibi multitudinem cæleſtis militiæ, & ait: *Hic locus*
* *vocatur* * *caſtra Angelorum.* Non ſatis fuit caſtrum
vocare; ſed caſtra, quæ tantæ multitudini con-
venirent. Vides ergo quia ſolum ſe putabat, &
caſtra eum cæleſtis exercitus ſequebantur; ſicut
1. Cor. 10. & patres noſtros Moyſis tempore, ne in deſerto
4. ſitirent, petra (ut ſcriptum eſt) ſequebatur. Nam
Exod. 17. 6. cùm in Exodo legerimus quod ſitiente populo,
percuſſit Moyſes virga petram, & aqua fluxit, &
bibit populus Dei: iterum in Levitico legerimus, C
Num. 20. vel in Numeris quod rurſus Moyſes tetigerit pe-
11. tram virga, & ſcaturiverit aqua patribus ad bi-
bendum; præclare Apoſtolus hoc interpretatus
1 Cor. 10. eſt dicens: *Bibebant autem de conſequenti eos petra:*
4. *petra autem erat Chriſtus.* Illos igitur querulos,
illos murmurantes, illos prævaricantes, tamen
non deſerebat Dominus, ſed ſequebatur. Quid
de Elia & Eliſæo dicam, quibus per deſerta gra-
dientibus equi de cælo, & igneus currus occur-
Matth. 17. rit? Quomodò derelictus Elias, qui eſt invitatus D
3. à Chriſto; quomodo derelictus in terris, qui rap-
tus ad cælum; quomodo egenus & nudus & ina-
nis, qui geminati ſpiritus hereditatem diſcipulo
dereliquit; ut una melotide heres donatus flu-
vios ſiſteret, Jordanem revocaret in fontem, re-
gum exercitus paſceret in deſerto, & potum ſi-
tientibus miniſtraret? Ad ejus arbitrium de cælo
profluebant pocula, in terris mortui reſurgebant.
Quomodo derelictus eſt Eliſæus, qui cùm Syro-
rum vallatus eſſet exercitu, ut captivus rapere- E
4. Reg. 6. tur ad regem, dicente Giezi ſervo: *Domine, quid*
16. & 17. *faciemus, ait: Noli timere; quoniam plures nobiſcum*
ſunt, quam cum illis. Et dixit: Domine, aperi ocu-
los ejus, ut videat. Et aperti ſunt oculi ejus, & vi-
dit montem & omnia in circuitu equis innumeris &
2. Cor. 11. *cæleſtibus repleta legionibus.* Paulus quoque qui di-
26. xit, periculis in mari, periculis in deſerto ſe eſſe
Rom. 8. 31. jactatum, tamen ipſe teſtificatus eſt dicens: *Si*
Deus pro nobis, quis contra nos? Ergo ſi ille dere-
lictus, & deſtitutus ab hominibus, apud Deum F
abundat & profluit. Nam & Elias deſtitutus erat,
3. Reg. 19. ita ut diceret: *Domine, accipe animam meam;* &
4. tamen vigebat apud Deum, ut ipſis eſſet regibus
virtute terribilis.

59. Quomodo juvenis hoc David potuit com-
prehendere? Juvenis enim magis temporalia,
quam æterna conſiderat; quia ætas ea propendet
ad vitia. Sed ſunt quidam in juventute ſenes, &
alii juvenes in ſenectute. Sunt, inquam, viri quo-
rum animi ſenilium gravitate cenſentur, in qui- A
bus ætas ſenectutis ſit vita immaculata, in quibus
vigeat incana prudentia: qualis erat Hieremias,
qui cùm ſe juvenem contuitu memoraret ætatis,
& per juventutem excuſaret, quod prædicandi
impar officio videretur, ait illi Dominus: *Noli di-* Hier. 1. 7.
cere: Quia juvenis ego ſum; quoniam ad omnes ad
quoſcumque miſero te, abibis. Ita juvenem non pu-
tavit, quem aptum propheticæ gratiæ judicabat.
Talis ergo juvenis fuit David, qui renovatus eſſet,
& refloruiſſet, ut ipſe dixit, velut aquilæ juven- Pſal. 102. 5.
tus ſua. Sic ergo intelligi oportet: *Iuvenis fui;* B
ſed ſanctificatus, ſed propheta in gentibus poſi-
tus, qui jam poſſem regni cæleſtis ſacramenta co-
gnoſcere, & vera præmia conſiderare juſtitiæ: ſed
non vidi juſtum derelictum. ᵃ Poſtea quoque alibi a
& uſu roboratus & munere, adquiſivi incrementa
ſapientiæ. Eadem circa juſtum viſa eſt mihi gra-
tia permanere.

60. Explanavimus, ut potuimus, quomodo di-
xerit: *Iuvenis fui;* ſed quomodo addiderit: *Ete-*
nim ſenui, conſideremus. Bona juventus, ſed me- C
lior ſenectus; qui enim uſque in finem perſevera-
verit, hic ſalvus erit. Unde non perfunctorie de
patriarcha Abraham dictum eſt, quod nutritus Gen. 25. 8.
eſſet in ſenectute bona. Et Johannes ſenex cœpit a
ſcribere Evangelium, vel Epiſtolas, qui cum re-
fugeret apoſtolum ſe ſcribere, ſeniorem ſcripſit: Epiſt. 2. &
nec minor eſt æſtimatus, cui * cygnea quædam 3. *
ſuppeteret gratia ſenectutis. Ipſe Vas electionis
dominicæ ſcribens ad Philemonem ait: *Cùm ſis* Philem. 9.
talis, ut Paulus ſenex, nunc autem & vinctus Chriſti D & 10.
Jeſu, obſecro te pro meo filio, quem genui in vinculis,
Oneſimo. Volens itaque illi plurimum deferre, ſe-
niori Paulo eum, non juveni comparavit; & ibi
ſe ſenem eſſe gloriatus eſt, ubi jam in vinculis te-
nebatur. Et videte diſtantiam: adoleſcens ſigni- Act. 7. 57.
ficatus eſt in alterius paſſione, ſenex in ſua. Ibi ut
adoleſcens; quia Judæorum veſtimenta ſervabat;
hîc ſenex, ubi ſui corporis exuvias exuebat. De-
nique & Petrus ibi ſenex dicitur, ubi certamen
eſt paſſionis: *Cùm junior*, inquit, *eſſes, cingebas te,* E Iohan. 21.
& ambulabas ubi volebas: cùm autem ſenueris, ex- 18.
tendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo
tu non vis. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte
clarificaturus eſſet Deum. Ante certamen junior di-
citur, in certamine ſenex, qui omne certamen
impleverit. Hoc ergo dicit David ille in juven-
tute bellator, in ſenectute pacificus: *Iuvenis*, in-
quit, *fui;* ſed nolo me adhuc juvenem putes: *Ete-*
nim ſenui, & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen
ejus quærens panem. F

61. Quod eſt ſemen juſti? *Abrahæ dictæ ſunt pro-* Galat. 3. 16.
miſſiones, & ſemini ejus; non dicit: Et ſeminibus,
tamquam in multis; ſed ſicut in uno: Et ſemini tuo,
quod eſt Chriſtus. Audi juſti ſemen. *Filioli mei, quos* Galat. 4. 19.
ego parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Et
nunc ſi quis ex gentibus veniens ſermonem au-
diat noſtrum, & Dominus juvare dignetur, ut
formetur Chriſtus in animo ejus, quo partus fi-
dei ferat: ſemen ei Chriſtus erit. Illic in utroque.
Abraham itaque & generationis pater erat ſe-

* Hunc locum memoriter citavit Ambroſius; quandoquidem Jacob fugienti fratrem ea tribuit, quæ ab eo in patriam redeunte dicta memorantur. At ibi etiam reperitur aliqua varietas; cum pro, *caſtra Angelorum*, LXX. Interp. habeant παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη: quæ in lectione ipſis ſacri omnium idiomatum codices conſentiunt.

a. Edit. Rom. *Poſtea quoque ſenui, id eſt, & uſu roboratus* &c. Optimus ſenſus. Sed ei tamen ant. edit. ac mſſ. omnes reclamant, quorum conſenſum ſecuti ſumus.

*. *Cygnea . . . . gratia ſenectutis*, id eſt, ſuavior ſenectus; ex communi ſcilicet errore veterum, à quibus cygni ſub mortem imminentem ſuavius canere adſerebantur. Sed hoc merum eſſe commentum jam diffitetur nemo.

cundum carnem, & is qui verbum Domini in A
pectoribus juſtorum primus infuderit. Et ideo
hoc ſemen Abrahæ panes iſtos quibus præbeatur
corporalis alimonia, non requirit; quia habet
Iohan. 8. 19. panem juſtitiæ, qui deſcendit de cælo. Sicut enim
negantur filii Abrahæ qui opera Abrahæ non fe-
cerint: ita ſemen Abrahæ ſunt, & inter filios re-
cipiuntur, qui opus ejus effecerint. Verum Abra-
hæ ſemen Elias, cui Angelus alimenta præbebat,
& in virtute eſcæ illius quadraginta dierum cur-
riculis ambulabat. Non requirebat iſtam corpo- B
ris hujus alimoniam verum ſemen Abrahæ, cui
panes deferebantur de cælo. Denique corvi ei
quotidianum convivium miniſtrabant. Ita indi-
gus erat omnium, ut nihil baberet ſuum, & mit-
tebatur ut victum aliis largiretur. Verum ſemen
Daniel, cui inrer leones poſito aerea fercula per
Habacuc prophetam referta meſſorum epulis
vebebantur. Eſt ergo panis Angelorum, qoem
Pſal. 77. 25. manducavit bomo; ſic enim ſcriptum eſt: *Panem
Angelorum manducavit homo.* Hic eſt panis, de C
Pſal. 22. 2. quo dixit David: *Dominus paſcit me, & nihil mihi
deerit: in loco viridi ibi me collocavit. Super aquam
refectionis educavit me.* Bonus David docuit me
panem Angelorum, & ipſe me docuit aquam
refectionis. Hæc refectio ſpiritalis eſt, bæc re-
fectio requies eſt mentis inrernæ. Bona aqna,
quæ peccatum lavat, mundat interna. Quæ ſit
Iohan. 7. 37. & ſeq. aqua bæc, andiamus. *Si quis, inquit, ſitit, veniat
ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scrip-
tura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc* D
*autem dicebat de Spiritu, quem incipiebant accipere,
qui credituri erant in eum.* Ergo nec boc pane, nec
aqua refectionis indiget juſtus, cui Spiritus ſanc-
tus eſt requies & refectio.

℣. 26. 62. Quomodo autem poterit indigere, qui *tota
die miſeretur & fœnerat?* Quid eſt quod fœnerat
juſtus? Non æs, non ferrum, non plumbum: ſed
argentum igni examinatum. Hoc defert ad men-
ſam Domini, & dividit requirentibus: cui unam,
cui duas, cui quinque mnas quotidie dividit, & E
nunquam deficit. Sed fœnerationem audivimus
Deut. 23. 19. in Lege reprebenſam, dicente Moyſe: *Non fœne-
rabis.* Duplex eſt fœneratio: una pecuniæ, altera
Gen. 4. 7. gratiæ. Divide utramque; quia ſcriptum eſt: *Si
recte offeras, non recte dividas, peccaſti: quieſce.* Et
tu recte divide, ne pecces. Ipſe Moyſes doceat
a te dividere, qui admonuit recte dividendum, [a] ut
ſequaris, quod Abel egit, qni recte diviſit: fugias
quod Cain parricida fecit, qui recte dividere neſ-
ciebat. Dividit ergo Spiritus ſanctus diviſiones, F
qui operatur omnia dividens ſingulis prout vult:
ille prout vult, tu prout potes, prout ingenio va-
les. Divide quando Lex de pecunia dicat, quan-
Deut. 15. 6. do de gratia. Dixit enim tibi: *Fœnerabis genti-
bus, cujus Dominus uſuras exigit; tu autem non
mutuaberis.* Eſt & pecunia fœnoris, eſt & gratia,
cujus Dominus uſuras exigit: pecunia fœnoris,
æs babet, gratia fidem confert. Fœnerato ergo
fidem gentibus, ut tibi abundet gratia: tu au-
tem noli mutuari quaſi indigus; ſed quaſi dives
& locuples fœnerato. Fœneravit Petrus, fœne-
ravit Paulus, fœneravit Johannes Evangeliſta,
vel * uterque, & non indiguit; hoc eſt, fœnera- *
runt pecuniam Chriſti, non fœnerarunt pecu-
nias ad uſuram. Fœnera ergo, & noli deſiſtere fœ-
nerare. Audis quid dicat Scriptura: *Tota die mi-* b
ſeretur & fœnerat. Juſtus per diem fœnerat, ava-
rus in nocte; gratia enim lucis eſt, avaritia autem
B uſura tenebrarum eſt. Et ideo ſemen fœnerantis
fidem in benedictione erit, habens utique præ-
mium benedictionis.

63. *Declina à malo, & fac bonum:* [b] *& inhabita* ℣. 27.
in ſæcula ſæculorum. Quoniam Dominus amat judi- ℣. 28.
*cium, & non derelinquet ſanctos ſuos: in æternum
conſervabuntur. Injuſti autem punientur, & ſemen
impiorum peribit. Juſti hereditate poſſidebunt terram:* ℣. 29.
& inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam. His
verſiculis demonſtrat Propheta quod pertinea-
C mus ad Dominum, & ipſe arbiter cogitationum,
operationumque noſtrarum ſit, ſpectans merita
ſingulorum, qui nihil ſine judicio agit; ſed malos
& bonos actus judicio diſcernit. Declinandum
ergo eſt à malo, & faciendum eſt bonum. Ne
bona malaque confundas, prius eſt ut crimine
careas: poſtea ut innocentiæ fructum deferas,
quo poſſis eſſe perpetuus. Noli putare quod
Deum tua peccata prætereant; ſic enim pleri-
que labuntur. Ipſe univerſa cernit & damnat, &
D impiorum ſemen exterminat; ſemen utique non
corporalis generationis, ſed mentis internæ &
impietatis ſucceſſionem. Nam utique Job de ſe- Job. 1. 1.
mine Eſau genitus Scripturæ teſtificatione ſigna-
tur. Quomodo ergo ſemen Eſau periit in Job,
cùm tantus iſte vir fuerit, ut venturum in terras
Dominum prævideret, qui cetum iſtius ſæculi
diabolum ſubjugaret? Ergo hoc quæritur, ne ma-
litia transfundatur in poſteros. Hoc per baptiſ-
matis ſacramentum Chriſtus operatur, ut exuat
E unuſquiſque quod natus eſt, induat quod rena-
tus: fiat [c] non familiæ beres, ſed gratiæ, ut per- c
petuum domicilium habitationis æternæ ſibi poſ-
ſit adquirere. Qui autem babitare meruerit in
ſæculum ſæculi, & ipſe bonorificabit Deum in
ſæcula ſæculorum.

64. Ubi moralibus juſtum inſtituit diſciplinis,
ut qualis deberet eſſe, te doceret, quæve eſſet
perfectæ forma juſtitiæ; ad ſapientiam & * theo- *
remata mentem vult ejus adſurgere: & excitat
F ejus intentionem, ut ſpectet intento corde cæ-
leſtia, & divina intra ſe volvat oracula, atque ad
ea quæ complaceant Deo, ſuum informet affec-
tum: ſit meditatus in Lege, nec ulla eum Domi-
ni mandata prætereant; [d] motus divini Sacra- d
menti cognoſcat. Denique abhinc vide in præ-
ceptis ſanctum Prophetam adſurgere: *Os juſti* ℣. 30.
*meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur ju-
dicium. Lex Dei ejus in corde ipſius: nec damnabit,* ℣. 31.

a. Codices aliquot manu exarati: *ut ſequaris quod Abel, qui recte diviſit: fugias, quod Cain erat, parricida erat, qui recte &c.*

*. *Uterque*, nimirum Evangeliſta & Baptiſta

b. Rom. edit. hunc verſum, ac 29. ita mutaverat, ut in hoc poneret: *Et inhabita in ſæculum ſæculi*; in illo autem: *Et honorificabunt Deum in ſæcula ſæculorum.* Haud dubie ad id reſpexerat, quod infra legimus: *Qui autem habitare meruerit in ſæculum ſæculi* &c. Sed hoc contra mſſ. & vet. edit. conſenſum parum valere exiſtimamus.

c. Edit. ac mſſ. Vict. & Colb. *fiat non famula beres, ſed gratiæ.* Codex Vat. cum quinque Gallic. *fiat non familia* &c. Melius, hic enim generis ſive ſucceſſionis heredibus heredes gratiæ opponuntur.

*. *Theoremata*, id eſt, contemplationis argumenta, ſive, ut vocant, objecta

d. Vet. edit. ac mſſ. Vict. & Colb *Modos divini ſacramenti cognoſce* Rom. *Motus divini ſacramenti cognoſce.* Mſſ. ſex ut in textu, niſi quod Reg. habet, *ſacramenta.* Haud ſcimus an omnium optime, ut ſenſus ille efficiatur: Motionis atque operationis divinæ myſteria cognoſcat.

℣. 34. inquit, *cum Dominus, cum judicabitur illi. Exſpecta* A
Dominum, & cuſtodi viam ejus; & exaltabit te, ut
hereditate poſſideas terram: cum perierint peccatores
℣. 35. *videbis. Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum*
ultra cedros Libani: & tranſivi, & ecce non erat: &
quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus. Supe-
riora moralia, hæc intelligibilia. Quod eſt juſti
a os quod meditabitur ſapientiam, [a] niſi interioris
hominis? Duo ſunt enim homines in ſingulis:
unus interior, alter exterior: interior cogitat
quæ mentis ſunt, quæ mentis ſunt loquitur: ex- B
terior quæ ſunt corporis. Tamen adveniens Do-
minus utrumque conjunxit, & duos in uno ho-
mine condidit; ne diverſis ſe ſe impugnent moti-
bus, ſed invicem ſibi voluntatum ſuarum unitate
ſocientur. Ideo *os juſti meditabitur ſapientiam.* Jam
enim & ipſe exterior homo juſti in interioris ho-
minis transfuſus eſt diſciplinam; & in ejus con-
formatus naturam, ipſius exercet officia; ut caro
meditetur quod mentis internæ eſt. Sed ne hoc
Philip. 3. 21. incredibile tibi videatur, audi Apoſtolum dicen- C
b tem quia dominus Jeſus [b] transfiguravit corpus
humilitatis noſtræ, ut conforme fieret corpori
gloriæ ſuæ. Quis audeat dicere carnem ſine pec-
cato, carnem adſumtam ex Virgine, carnem Spi-
ritu Dei in Mariam ſuperveniente generatam,
quæ in nullo diſcrepavit à ſapientiæ diſciplinis,
interioris hominis exſortem fuiſſe virtutum, nec
in uſus ejus tranſire potuiſſe; cùm ſupra homi-
nem fuerit quod tactu ejus ſanabantur ægroti,
cæcis refundebatur adſpectus, mortui reſurge- D
bant? Competenter ergo ſcriptum eſt: *Os juſti*
meditabitur ſapientiam; eo quod totus homo ſit
ſpiritalis, non utique terrenus; qualis enim ter-
renus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales &
cæleſtes. Abiit ergo terrenus, remanſit cæleſtis.
Ideoque in tempora Redemtoris referens Pro-
pheta, *meditabitur*, dixit: licet unus è pluribus,
meditatur, ſcripſerit. Nec abhorret à ſenſu; quia
prophetarum ſpiritui futura pro præſentibus
ſunt. Alii putant os pro mente dictum. Pulcre E
* autem iſtud expoſuit nobis * Salomon dicens:
Eccli. 27. 12. *Narratio juſti ſemper ſapientia: ſtultus autem ſicut*
luna mutatur; id eſt, quod ſæpe varietur, nec in
ſua perſeveret ſententia, & tamquam in tenebris
lumen videatur offundere, nec tenere.

65. Sit ergo tibi ſemper in corde & ore medi-
tatio ſapientiæ, & lingua tua loquatur judicium,
lex Dei tui in corde tuo ſit. Ideo tibi dicit Scri-
Deut. 6. 7. ptura: *Loqueris in illis ſedens in domo, ambulans in*
via, dormitans, reſurgens. Loquamur ergo domi- F
num Jeſum; quia ipſe eſt Sapientia, ipſe eſt Ver-
bum & Verbum Dei. Nam & hoc ſcriptum eſt:
Aperi os tuum verbo Dei. Ipſum ſpirat, qui ſer-
mones ejus reſonat, & verba meditatur. Ipſum

A ſemper loquamur. Cùm de ſapientia loquimur,
ipſe eſt: cùm de virtute loquimur, ipſe eſt: cùm
de juſtitia loquimur, ipſe eſt: cùm de pace loqui-
mur, ipſe eſt: cùm de veritate & vita & redem-
tione loquimur, ipſe eſt. Aperi os tuum Dei ver-
bo, ſcriptum eſt: tu aperi, ille loquetur. Ideo di-
xit David: *Audiam quid loquatur in me Dominus.* Pſal. 84. 9.
Et ipſe Dei Filius dicit: *Aperi os tuum, & adim-* Pſal. 80.
plebo illud. Sed non omnes ut Salomon poſſunt 11.
percipere ſapientiæ perfectionem: non omnes ut
B Daniel. Omnibus tamen pro poſſibilitate infun-
ditur ſpiritus ſapientiæ; ſed omnibus qui fideles
ſunt. Si credas, habes ſpiritum ſapientiæ; ideo
Sapiens dicit: *Credidi propter quod locutus ſum* Cùm Pſal. 115.
credideris, accipies loquendi gratiam. Et qui cre- 10.
dit, redimitur: & qui orat, redimitur; ſi pie in-
tendat orationibus, & in oratione aſſiduus ſit,
diem præveniat, noctem frequentet, [c] ſoli ma- c
tutinus occurrat; ut ante ipſe illuminetur à Chri-
ſto, quam terra ſolis exortu: & qui pſallit redimi-
C tur: & qui compungitur, redimitur.

66. Ideo ſemper meditare, ſemper loquere
quæ Dei ſunt, *ſedens in domo.* Domum poſſumus
accipere Eccleſiam, poſſumus accipere domum
interiorem in nobis, ut intra nos loquamur. Se-
dent judices in Hieruſalem: ſederunt ſedes in ju-
dicio: ſedit etiam judicum concilium, & libri
aperti ſunt. Prophetia dicit: *Et tu cum conſilio om-* Eccli. 32.
nia fac. Cum conſilio de factis tuis judica, cum 24.
conſilio vinum bibe, cum conſilio loquere; ut
D effugias peccatum, ne incidas per multiloquium.
Sedens loquere tecum, quaſi qui judices: *in via*
loquere, ne umquam vaces. In via loqueris, ſi in
Chriſto loquaris, quia via Chriſtus eſt. In via lo-
quere tibi, loquere Chriſto. Audi quomodo illi
loquaris. *Volo*, inquit, *viros in omni loco orare, le-* 1. Tim. 2.
vantes puras manus ſine ira & diſceptatione. Loque- 8.
re, ô homo, *dormitans*, ne tibi ſomnus mortis ob-
repat. Audi quomodo dormitans loquaris: *Si* Pſal. 131.
dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormi- 4. & 5.
E *tationem; donec inveniam locum Domino, taberna-*
culum Deo Jacob. Vince naturam diligentiâ, exclu-
de corporis ſomnum. Naturam nobis formare
non poſſumus, poſſumus diligentiam. Homo erat
David: indulgebat aliquid ſomno per noctem;
ſed excludebat ſomnum, lavans per ſingulas noc-
tes lectum ſuum, & lacrymis irrigans ſtratum
ſuum. Ideo memor erat in ſtratu ſuo ſemper Do-
mini ſui, & in ipſo meditabatur; ut diluculum
præveniret, & in tenebris ei illuceſceret Chriſtus
F dicens: *Surge qui dormis.* Non in omnibus hæc Epheſ. 5. 14.
gratia eſt, ſed poteſt eſſe & in pluribus diligentia.
Ne igitur exſpectes ut excitet te Chriſtus; ſed
potius Chriſtum excita. Excitat eum qui de ipſo
dormitans cogitat. Si tu illum excitaveris, & ipſe

a. Edit. vet. ac Rom. cum mſſ. Colb. ac Vict. *niſi interior homo.* Mſſ. duo Vat. & quinque Gallic. *niſi interioris hominis.* Bene. Hic enim ſubintelligendum *os*, quod ſuperiori verſu expreſſum eſt; licet omittatur in Vict. & Colb. Porro è ſuperioribus verſibus tres ab aliis avulſos Rom. edit. alibi tranſcripſerat, quos priorum edit. ac mſſ. formæ reſtituimus.

b. Mſſ. aliquot: *transfiguravit corpus humanitatis noſtræ.*

* Mirabere forſitan Eccleſiaſticum hic & ſequenti pſalmo in ℣. 22. Salomoni adjudicari; cum non ſolum Auguſtinus de hoc ſicut & de libro Sapientiæ, ſcripſerit lib. 17. *de Civit. Dei*, cap. 20. *Non autem eſſe ipſius*, Salomonis ſcilicet, *non dubitant doctiores*: ſed & Ambroſius ipſe lib. 2. *de Interpell. Job.* cap. 3. num. 6. eumdem Eccleſiaſticum teſtatur ſcriptum fuiſſe à Sirach. Verum cùm illi Salomonis titulum impoſuit, id fecit eo permotus quod *propter eloquii*, verba ſunt Auguſtini loco citato, *nonnullam ſimilitudinem, ut Salomonis dicatur, obtinuit conſuetudo*; vel quod eumdem ex ſententiis Salomonis compilaverit Jeſus filius Sirach. Quod autem ſpectat ad ejus auctoritatem, quamvis non ſemper tanta fuerit in orientali Eccleſia, maximam tamen ſemper fuiſſe in occidentali conſtat tum ex loco Auguſtini jam laudato, tum ex eo quod ipſum Ambroſius lib. *De Bono Mortis* cap. 8. num. 35. *De Elia & Jejunio.* cap. 15. num. 67. & in Pſal. 118. Serm. 20. ℣. 153. atque alibi numquam non pro authentico habet. Uberius de hoc eo eodem libro diſputatum reperies apud Huetium in Demonſt. Evang. prop. 4. *De Eccleſiaſtico.* num. 5. 6. & ſeq. Videſis etiam B. Thomam. 3. p. q. 89. a. 5. ad 2. Item 2. 2. q. 174. a. 4. ad 4. & Patrem Nicolai ad utrumque locum.

c. Ita edit. & pauci mſſ. Alii majori numero, *ſolis matutinis occurras.* Haud male, ſi mente ſuppleveris, *radiis, horis*, vel quid ſimile.

te excitabit à ſomno, reſuſcitabit à morte dicens A *Ibidem.* tibi : *Exſurge à mortuis.* Cùm ſurges ergo vel reſurges, ipſum loquere, ut impleas quod juberis. Audi quomodo te Chriſtus excitet. Anima tua *Cant. 5. 2.* dicit : *Vox fratris mei pulſat ad januam* ; & Chriſtus ait : *Aperi mihi, ſoror mea ſponſa.* Audi quomo- *Ibid. 5. 5.* do tu exſuſcites Chriſtum. Anima dicit : *Adjuravi vos, filiæ Hieruſalem, ſi ſuſcitaveritis & reſuſcitaveritis caritatem.* Caritas Chriſtus eſt. Audi *Cant. 5. 2.* etiam quomodo dormiens loquaris : *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Hæc communiter : adtolle B nunc paulo altius mentem tuam.

67. Loquere *ſedens in domo*, in hac terreſtri domo hujus habitationis, quæ diſſolvitur, in qua peregrinamur à Domino. In corpore enim iſto poſiti, dum ſuperveſtire magis quam nos expoliare volumus, exſulamus à Chriſto, & graviter ingemiſcimus. In hac ſedens ergo confitere peccata tua ; quia ſediſti, & non ſtetiſti, & non di- *Pſal. 121. 2.* xiſti : *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem.* Loquere magis, & noli occultare delicta : C *Pſal. 126. 2.* loquere ſedens, ut audias dicentem : *Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.* Loquere *in via ambulans*, id eſt, carpens vitæ iſtius curſum. Hic loquere, ne illic obmuteſcas ; ſicut ille obmutuit qui Angelo Chriſti ante non credidit : poſtea tamen cùm credidiſſet, vocem recepit. Loquere *dormiens* & quieſcens, conſepultus in Chriſto ; ut cum ipſo in novitate vitæ reſurgas. Loquere etiam ſepultus in tumulo ; ſicut loquebantur animæ ſanctorum, petentes de mor- D *Apoc. 6. 10.* tis auctore vindictam. *Uſquequo, Domine, ſanctus & verus, non judicas & vindicas ſanguinem noſtrum?* Loquere poſtremo *cùm ſurgis*, ſicut do- *Pſal. 3. 6.* cuit ille qui dixit : *Ego dormivi, & quievi, & reſurrexi ; quoniam Dominus ſuſcipiet me.* Et illic ergo : *Os juſti meditabitur ſapientiam*, donec ad ſublimiora tabernaculi ſecreta cæleſtis, ac ſacræ plena jucunditatis atque lætitiæ ipſe perveniat ; quemadmodum Scriptura nos docuit, dicente David : *Pſal. 41. 5.* *Hæc recordatus ſum, & effudi ſuper me animam* E *meam ; quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei. In voce exſultationis & confeſſionis ſonus epulantis.* Ergo & ſedentes in hac corporea domo, & egreſſi hinc, atque ambulantes in via, cùm rapiemur, ſi meremur, obviam Chriſto, & dormientes loquemur.

68. Accipe tertiam ἀναγωγὴν, qua ſe anima elevat juſti. Eſt enim quidam ſpiritalis ſomnus *Prov. 3. 24. & ſeq.* intelligendus, de quo Salomon ait : *Si enim ſedeas, ſine timore ſedebis : ſi dormias, ſuaviter requieſ-* F *ces, & non timebis pavorem qui ſuperveniet tibi, neque impetus impiorum ſupervenientes tibi.* Cum ſuavitate requieſces, & pavorem, & ſupervenientes impiorum impetus non timebis ; ſi lingua tua loquatur judicium Dei, & ſemper illud ante oculos habeas ; ut peccato locum nullum relinquas, & noveris quod delicti pretium ſupplicii retributione ſolvetur. Ipſe enim hoc in nonageſimo *Pſal. 90. 5. & ſeq.* interpretatus eſt pſalmo dicens : *Non timebis à timore nocturno, & à ſagitta volante per diem, à negotio perambulante in tenebris, ab occurſu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis : ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis.* Juſtus enim cùm

A loquitur judicium Dei, vel cùm loquitur ipſe quæ juſta ſunt, & veri plena judicii, non cum iracundia loquitur, non ex animi mœrentis afflictione, non ex dolore, non ex aliqua paſſione : ſed loquitur ex veritate, loquitur ex æquitate ; ut non propendat affectu, ſed quæ loquitur, vero pendat examine ; judicat enim quæ dicenda ſint, vel non promenda. Cui ſimile eſt illud : *Labia* *Prov. 15. 7.* *ſapientium alligata ſunt ſenſu* ; eo quod omnia quæ loquuntur, vero ſenſui convenire videantur, & B ſenſus ſui prudentiâ intelligant, quæ loqui debeant vel tacere ; ut quæ ſilenda ſunt, cohibeant clauſtro quodam nexuque labiorum : in iis autem quæ oporteat dici, labiorum vincula reſolvantur. Merito ergo præmiſit : *Os juſti meditabitur ſapientiam* ; meditatio enim diuturna plenum poterit habere judicium, quod loquetur juſtus in tempore ; cùm ea quæ perfecta ſunt, facie ad faciem, viderit. Nunc enim de iis quæ non comprehendimus, loqui vera non poſſumus. Deni- C que nec Paulus præſumſit dicere, qui raptus in paradiſum audivit ſecreta cæleſtia : ſed volens non in iis errare quæ diceret, ait : *Quam inſcrutabilia ſunt judicia Dei, & inveſtigabiles viæ ejus!* *Rom. 11. 33.* Nunc autem abſolutus corpore, forſitan inveſtigabilium viarum genera, & judicia ejus quæ ſicut abyſſus multa ſunt, comprehendit.

69. Adhuc juſtitiæ forma deſcribitur & augetur, dicente Scriptura : *Lex Dei ejus in corde ipſius ;* *℣. 31.* *& non ſupplantabuntur greſſus ejus.* In corde juſti D lex Dei eſt. Quæ lex? Non ſcripta, ſed naturalis ; juſto enim non eſt lex poſita, ſed injuſto. In corde ejus lex eſt, non perfunctorie, ſicut in labiis Judæorum, corde enim creditur ad juſtitiam. Qui credit, & loquitur : qui autem loquitur, non continuo credit. Denique non credidit populus, de quo dictum eſt : *Populus hic labiis me honorat :* *Eſai. 29. 13.* *cor autem eorum longe eſt à me.* Si igitur gentes cùm ea quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex, cognoſcentes quæ ſequi debeant vel cavere ; quan- E to magis fidelis & juſtus, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei vivit, decora novit & honeſta decernere, & uti legitimo quodam naturalis ſapientiæ gubernaculo, ne ejus ſupplantentur veſtigia ; ſicut Eſau, quem propter gulæ aviditatem frater ſupplantavit ut caderet, atque in mortem veſtigia ejus effudit.

70. Quo magis juſtus eſt quiſque, eo magis illi inſidiatur inimicus ; & ideo ait Scriptura : *Conſide-* *℣. 32.* *rat peccator juſtum, & quærit perdere eum. Dominus* *℣. 33.* F *autem non derelinquet eum in manibus ejus : nec damnabit eum, cùm judicabitur illi.* Videns ergo peccator quia juſtus in ore ſuo loquitur, & in corde meditatur ſapientiam, quia in lingua ſua judicium loquitur, quia in corde ſuo legem Domini cuſtodit ; mortem peccati ei conatur inferre : ſed Dominus tuetur eum. Et ideo non timeamus inſidias peccatoris ; quoniam Deus pro nobis eſt. Si ergo Deus pro nobis ; quis contra nos? Propterea non derelinquet juſtum ſuum Deus, nec damnabit eum, cùm habuerit de ipſo judicium. Verus enim judex eſt ; & ideo juſtitia non poteſt periclitari. Unde & Aquila dixit : *Nec damnabit eum in judicando eo.* Symmachus : *Nec damnabit, cùm judicatur juſtus.*

71. Sed quia Septuaginta viri ſic poſuerunt ;

Cùm judicabitur illi; putamus quod ad aliud reſ- A
Eſai 3. 14. pexerit, quia ſcriptum eſt: *Quoniam ipſe Dominus
veniet in judicium.* Sed in quod judicium? Audi
Pſal. 50. 6 dicentem: *Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci;
ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum ju-
dicaris.* Ideo ergo præbet ſe Dominus audien-
dum, ut de ſe judicetur, quo magis vincat. Quo-
Mich. 6. 3. & 4. modo ſe præbeat, audi: *Populus meus, quid feci tibi;
aut in quo contriſtavi te; aut quid moleſtus tibi fui;
reſponde mihi? Quia ex Ægypto eduxi te, & de domo
Eſai. 43. 25. & 26. ſervitutis liberavi te.* Et alibi: *Ego ſum, ego ſum qui* B
*deleo iniquitates tuas, & memor non ero: tu autem
memor eſto, & judicemur.*

72. Grave hoc judicium, cùm Dominus de ſe
poſtulat contra hominem judicari. Quid enim
reſpondeas ei, qui univerſa tibi contulit, omni-
bus te præfecit; ſubjecit tibi Ægyptios, ad quos
hoſpes adveneras, inſectantes poſtea mari merſit.
Ille tuos delevit hoſtes, atque ſubvertit, ille te
creavit & condidit, ille ſuo ſanguine te redemit;
& tu tradis te, ut ſervias ejus inimico? Ille tibi C
omnia peccata dimiſit, & tu graviora commit-
tis? Vocat te, in judicium venies, quid reſpon-
ſurus es ei, qui niſi iterum tibi donet, periſti?
* Ideoque videns ſanctus David hac quadam* mo-
ralitate Dei amplius ſe gravari, judicium refu-
Pſal. 142. 2. git, miſericordiam poſcit dicens: *Et ne intres in
judicium cum ſervo tuo; quoniam non juſtificabitur
in conſpectu tuo omnis vivens.* Confitetur ſe in te-
nebris ſicut mortuum ſæculi collocatum. Caute
ſicut mortuum ſæculi dixit, non mortuum; non D
enim mortui ſæculi ſunt, qui moriuntur in Chriſ-
to: illi autem ſunt mortui ſæculi, qui omnem vi-
tam ſuam quam vixerunt in ſæculo, in interitu &
morte conſtituunt. Et ideo quaſi deſperatus ad
Ibidem. 7. remedium confugit dicens. *Cito exaudi me, Domi-
ne; quia defecit ſpiritus meus.* Talis enim judicii
propoſita ſibi oblatione defecit, in quo exami-
nanda veritas foret potius, quam miſericordia
conferenda.

73. Tamen tam pius eſt Dominus, ut etſi nemo E
juſtificetur in conſpectu ejus vivens (quis enim
quamvis juſtus non obnoxius eſt peccato; aut
cujus talis eſt vita, ut digna judicetur Dei ſimili-
tudine? Utique ad imaginem & ſimilitudinem
Dei factus debet, ſicut Deus qui ſine peccato eſt,
ita & is qui ad imaginem ejus eſt, ſine peccato
eſſe. Qua ergo dignus eſt pœna qui gratiam tan-
tam Dominicæ operationis, & ſimilitudinem
divini decoris amiſit? Sed quia miſericors eſt,
etiamſi ipſe ſe judicio ſubjiciat; juſtum tamen F
non judicat, ſed injuſtum. Juſto parcit, quaſi con-
ditionis fragilitate peccanti: injuſtum punit, qua-
ſi qui deteſtetur ingratum. Deinde etiamſi [a] mul-
ta habeas opera juſtitiæ, noli eſſe impatiens at-
que arrogans, quo præmia tibi juſtitiæ in hoc ſæ-
culo exiſtimes flagitanda, aut indigne tibi adver-
ſa accidiſſe aliqua conquereris. Quamdiu enim
vivis, certamen tibi debetur, non præmium.

74. Exſpecta ergo vel auxiliatorem vel remu-
℣. 14. neratorem Dominum: *& cuſtodi vias ejus*; hoc
eſt exſpectare & ejus quem exſpectandum pu-
tas, mandara conſervare. Etſi contereris, etſi
affligaris, etſi ægritudine deficias, tamen exſpecta
Dominum, & non te confundet ſpes.

75. Veniet Dominus, *& exaltabit te, ut heredi-
tate poſſideas terram.* Liquet ſuperiorem eſſe ter-
ram, non iſtam in valle terrenam; ſed illam quæ
eſt repromiſſionis æternæ: in qua quicumque
conſtituitur, exaltatur à Domino.

76. *Videbis* autem *cùm perierint peccatores*; tunc
enim juſtorum remuneratio erit, cùm judicium
fuerit de meritis impiorum. Sed non uno genere
pereunt peccatores. Ante tibi pereunt, ſi eorum
potentiam & divitias non mireris: ſi nun te mo-
veat cùm eos honoribus, liberis, amicis abunda-
re cognoveris. Hæc enim ſæculi ſunt, & ſæculum
ſæculari ſubjacet malignitati: & princeps mundi
iis qui ſibi ſerviunt, favet; ſecundùm illud: *Om-* Matth. 4. 9.
nia tibi dabo, ſi procidens adoraveris me. Quid
quæris ut ea tibi dentur, cùm ipſe impius qui dat,
in eis diutius eſſe non poſſit? Tranſit etiam ipſe,
quomodo poſſunt non tranſire quæ contulit?
Tu modo conſtantem animum gere, juſtitiam
tene, nemo te moveat, & videbis nihil eſſe im-
pium.

77. Denique audi dicentem: *Vidi impium ſu-* ℣. 35.
*perexaltatum, & elevatum ſuper cedros Libani. Et
tranſivi, & ecce non erat.* Vidi eum in ſæculo hoc,
vidi oculis corporis: vidi etiam jactantem ſe, &
ſuperexaltantem ſermonibus ſuis, æſtimantem ſe
aliquid eſſe, qui nihil eſt. Quomodo ſe ſuperexal-
tat? *Ponam*, inquit, *thronum meum ſuper nubes: &* Eſai. 14. 14.
ero ſimilis Altiſſimo. Exaltat ſe, ut videas eum ſicut
cedros Libani ſuperexaltatas: & ipſæ altæ ſunt,
& in monte ſunt altiſſimo. Merito ergo ſuperexal-
tatæ ſunt, & ſuperexaltatus videtur impius, qui
ſe in illo monte conſtituit, de quo ſcriptum eſt:
Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic Matth. 17. 19.
monti: Tollere, & jactare in mare. Huic. Cui? Dæ-
monio, inquit, à quo iſte invaſus fuerat & op-
preſſus, quem miramini eſſe ſanatum. Ideo cari-
tatem magis habet in Chriſto, quam poteſtatem
in diabolo. Vides cedrum in monte altiſſimo ſu-
perexaltatam; ſed vento frangitur, ſed igni exu-
ritur, ſed vetuſtate diſſolvitur: ita eſt dives in ſæ-
culo. Fulget quidem ſplendore quodam gratiæ
ſæcularis ut Libanus, nixus eſt mundi potentiâ,
opibus & divitiis exſultat. Videtur tibi aliquid
eſſe, antequam dicas: *Tranſiens videbo.* Sicut enim Exod. 3. 3.
Moyſes animo & mente tranſivit materialia, &
Deum vidit: ita & tu ſi tranſeas hinc, ad Dei gra-
tiam veſtigium tuæ mentis adtollens, videbis eum
nihil eſſe qui in hac terra ſibi potentiſſimus vide-
batur. Ideo animæ tuæ dicit, menti tuæ dicit
Deus Verbum: *Ades huc à Libano ſponſa, ades huc* Cant. 4. 8.
à Libano: tranſibis & pertranſibis. Si tranſeas ſæcu-
laria, pertranſibis ad paradiſum. Audi tranſeun-
tem. *Memento mei, Domine, cùm veneris in regnum* Luc. 23. 42.
tuum. Audi iterum pertranſeuntem: *Amen, amen* Ibidem. 43.
dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.

78. Quid eſt: *Ecce non erat.* In principio uti-
que Verbum erat. Et qui Verbum videt, qui
particeps Verbi eſt, utique & ipſe eſt; quia Ver-
bum Dei ſemper eſt, & ſermo qui de ipſo eſt,
non eſt: Eſt & non; ſed: Eſt; & manet in eo qui
ſequitur Deum. Qui autem neſcit Verbum, non
eſt; quia non adhæret ei qui dixit: *Ego ſum qui* Exod. 3. 14.

* *Moralitate*, id eſt, uſu conſuetudinis ac moris, humani quo ſe nobis Deus accommodat.

a. Cod. quinque Gallic. *multam habeas in opera juſtitiam, noli eſſe impatiens atque arrogans qui præmia* &c.

ſum. Qui autem adhæret ei, unus ſpiritus eſt. A Ubi autem ſpiritus, ibi & vita. Ideo tibi dicit Rom. 4. 17. Scriptura de Deo: *Qui vivificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt*; hoc eſt, vocat gentes quæ non erant, tamquam populum ſuum qui erat; erant enim patres noſtri, qui erant 2. Tim. 2. 19. electi Dei. Et alibi dicitur: *Cognovit Dominus qui ſunt ipſius*; non cognoſcit eos qui non ſunt. Et Eſter. 14. 11. Eſther ait: *Non des virgam regni tui iis qui non ſunt.* Recte ergo juſtus dicit: *Et tranſivi, & ecce non erat*; hoc eſt, vidi eum ſuperexaltatum in ſæculo, B antequam conſideratem quia nihil eſt ſæculum. Ubi autem tranſivi mente ſupra mundum, vidi quia jam non erat, qui ante erat ſuperexaltatus in hoc mundo.

79. Et tu, ſi juſtus es, tranſi à præſentibus ad ea quæ futura ſunt, & tranſibunt tibi præſentia. Matth. 24. 35. *Cælum & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt.* Juſto ergo omnia tranſeunt. Tranſit impius, ſimilis vanitati eſt, & dies ejus ſicut umbra prætereunt. Nec ſolum prætereunt juſto præ- C ſentia; ſed etiam cùm ad ea quæ ſunt futura, intenderit, jam iſta prætereunt. Vide quomodo juſto præſentia præteriere. Utique temporibus David prophetæ Synagoga erat, Eccleſia ex gentibus non erat: & idem futuris quaſi præſentibus Pſal. 65. 8. dicit: *Benedicite gentes Deum noſtrum.* Deinde ſu- Pſal. 46. 6. pra ait: *Adſcendit Deus in jubilatione.* Tranſivit perfidiæ ventura tempora, non ætate, ſed mente: & reſurrectionem Domini multo poſt ſæculo futuram, pia fidei devotione celebravit dicens: D Ibidem. 7. *Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite.* Quaſi intereſſet ipſis Chriſti & Eccleſiæ nuptialis copulæ ſacramentis, ita tripudiat & gaudet. Cauſam quoque celebritatis expreſſit di- Ibidem. 8. cens: *Regnavit Dominus ſuper omnem terram.* Ergo ſi nos prætereamus, & illa præteriiſſe quæ futura ſunt, nobis videntur; ut ſi in navigando terram prætereas, illam quoque videas præterire, & quaſi à te diſcedere. Sæpe nautæ, maxime in tempeſtate, fugiunt terram; & tamen cùm eam fu- E giunt navigantes, ipſa potius fugere videtur à navigantibus. Et tu ſi fugias mundum hunc, & ipſe te effugiet: ſi prætereas terram hanc, & ipſa te præteribit. Et tu in mari hoc navigas, & in hoc ſæculo fluctuas: fuge terram, ſaxa habet, lapides Eſai. 62. 10. habet; ſicut ſcriptum eſt: *Lapides de via projicite.* Si feſtines per aerium hoc profundum ad portum divinæ voluntatis, videbis tibi hæc omnia præteriiſſe. Quid enim intereſt utrum præterierint, an tibi ea judices præteriiſſe?

80. Eſt & alius impius qui videtur exaltatus & F elevatus ſuper cedros Libani: & ſi tranſeas, non erit, nec locum ejus invenies. Vide mihi ſcribam Judaicum reddentem ſeriem veterum Scripturarum, ſed non ſequentem: audis quia labiis reddit, miraris ut doctum. Interrogas quid ſentiat: reſpondet ſecundum litteram, percurrit hiſtoriam. Superexaltatus videtur tibi & elevatus, ſi A litteram cogites. Tranſi ad intelligentiam ſpiritalem, quia Lex ſpiritalis eſt; vides illum nihil eſſe, tum dicis: *Vidi impium ſuperexaltatum .... & tranſivi, & ecce non erat: & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.* Quæſivi eum ubi eſſe debnerat, ubi vita eſt: non illum inveni. Non erat ibi, ubi vita erat; quia mortuus erat, & ideo nec locus ejus inventus eſt. Quis enim mortui locus, qui non erat, nec fuit umquam? Non enim fuit, qui in littera erat; littera enim occidit: ſpiritus B autem vivificat. Quæſivi ergo eum, ut invenirem: ille ſe non præbuit, ut inveniretur; hoc eſt, ego eum volui convertere: ille ſe mihi præbere noluit, ut converteretur. Feci quæ erant quærentis: ille refugit ea, quæ eſſe debuerant revertentis. Denique anima quæ converti vult, Verbum requirit; & cùm invenerit, dicit: *Tenui eum, &* Cant. 3. 4. *non dimittam eum*; hoc eſt, Dei Filium, Dei Verbum. Injuſtum autem qui ſanari noluit, quæſivi eum, & non inveni; & ideo non illum imiteris.

C 81. *Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem.* Qui ℣. 37. cuſtodit innocentiam, æquitatem videt; quoniam qui mundus eſt, Deum videt, cujus virga recta eſt, & recta juſtitia; ut averſetur eos qui declinaverint ad ſtudia pravitatis. Bona innocentia, quæ Deum videt. * Denique alii poſuerunt: *Cuſtodi* * *perfectionem*; perfectus eſt enim qui malitiam neſcit, nec dolum novit. Ideo inquit: *Cuſtodi perfectionem; quia ſunt reliquiæ homini pacifico.* Reliquiæ dicuntur hominis de corpore mortui, de ejus exu- D viis. Ideo reliquiæ, quia poſt mortem hominis videntur ſupereſſe; ſuperſunt enim quæ ſervantur ad reſurrectionem. Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptionem, & hoc mortale induere immortalitatem. Ergo magis reliquiæ ſunt hominis ſpes reſurrectionis, & fides converſionis, & gratia dilectionis; quoniam impii non reſurgunt in judicium: vita autem Juſtorum nota eſt Deo, & judicio Domini comprobatur. Huic loco pulcre illud convenit: *Reliquiæ ſecundum elec-* Rom. 11. 5. E *tionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt.*

82. *Injuſti autem diſperibunt ſimul: reliquiæ im-* ℣. 38. *piorum interibunt.* Juſtorum reliquiæ virtutes ſunt: impiorum reliquiæ, improbitas atque perfidiæ peccatum. Ea delebuntur, ut non ſint.

83. *Salus autem juſtorum à Domino*; non à ſæcu- ℣. 39. lo, non ab elemento. Cælum & terra præteribunt. Non committo ſalutem meam cælo; quia & ipſum præterit, quia de pluribus cælis dictum eſt: *Ipſi peribunt, tu autem permanes.* Deo ſoli com- Pſal. 101. 27. F mitto, qui permanet, qui poteſt peccata donare; ut protector meus ſit in tempore tribulationis, & adjuvet me, & liberet me, & eripiat me à peccatoribus judicii ſui tempore, & ſalvum me faciat, quoniam ſperavi in eum. In ipſum ſolum ſperavi; non vult enim nos & ſibi & alii ſervire. Qui ipſi ſoli ſervit, liberatur; quoniam ipſi eſt laus, gloria, perpetuitas à ſæculis, & nunc & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum.

*. Pſalterium Græc. φύλαττε ἀκακίαν. Hebr. *cuſtodi integrum*, id eſt, integritatem. Syr. .... *ſimplicitatem*. Arab. .... *manſuetudinem*. Multa lat .... *veritatem*. Nullum, quod viderimus .... *perfectionem*; licet ea lectio quàm minimum ab Hebræo diſſentiat.

IN PSALMUM XXXVII. PRÆFATIO.

1. DE Pœnitenria duos jam dudum ſcripſi A libellos, & iterum ſcribendum arbitror. Primum, quia utile eſt vel quoridie veniam delictorum precari: deinde quoniam in illis duobus libellis adhortario pœnitentiæ vel profectos eſt, ſi geratur: ouoc autem quemadmodum agi pœniteotia debeat, exprimendum eſt; NIHIL enim prodeſt agere, niſi ita agatur ut oportet. In quo ſanctus David ſequendum nobis propoſuit magiſterium, qui ideo mihi videtur guſtaſſe peccatum, ut doceret quemadmodum peccatum poſ- B ſet aboleri. Uode enim medicina, niſi de vulnere ſumſit exordium? Dum prima ætas generis humani docet alios quod ſibi profuit, & quemadmodum vulnus ſuum ſanaverit, aliis oſtendit; uſus artem fecit, & ægritudo magiſterium. Ipſa eſt enim prima & valida ſecta medicinæ, quam experientia, non conjectura formavit. Ideoque ab experientia ἐμπειρικοὶ primo medici ſunt vocati, & ex ea ſecta ceteræ derivatæ ſunt, [a] atque ab ea uſum quemdam ſuæ ſumſere virtutis. Quid au- C tem eſt ad cohortationem pœniteoriæ validius, quam quod ſanctus propheta David peccatorum noſtrorum nos docuit pœnitere? Quis enim dedignetur humiliare ſe Deo, cùm rex ſe humiliaverit? Aut quis dubitet affligere animam ſuam, cùm propheta tantus afflixerit, ſolvens pretium lacrymarum pro redemtione peccati? Et quamvis toto ſcriptorum ſuorum corpore gerendæ pœniteotiæ præcepta diffuderit (quis enim ejus pſalmus non medicamentum eſt conſcientiæ pec- D catricis; cùm alibi quemadmodum impulſus ſit, *Pſal. 117. 13* alibi quemadmodum conturbatus, oſtenderit; *Pſal 29. 8* ut non ſolum quemadmodum ſint ſaoanda; ſed etiam quemadmodum cavenda vulnera, demonſtraret, & ſuo nos doceret exemplo? Quis autem ſtare ſe credat, ubi lapſus eſt etiam fortior) tameo io trigeſimo ſeptimo pſalmo majorem vim doloris interni, & lamentabilis deplorationis expreſſit.

2. Deoique in exordio ipſe nos titulus admo- E net hujuſmodi præcepta formari; ſic enim legimus: *In commemorationem*, inquit, *diei ſabbati pſalmus David.* *℣. 1.* Plena enim eſt pœoitentiæ definitio, commemoratio delictorum; ut uoouſquiſque peccata ſua velut quodam quotidiani ſermonis caſtiget flagello, & commiſſa ſibi flagitia condemnet. Sic enim docemur, dicente Domino: *Dic iniquitates tuas, ut juſtificeris.* *Eſai. 43. 26* Et Apoſtolus ait: *Ore confeſſio fit ad ſalutem.* *Rom. 10. 10.* Sed forte moveat, quia non dixit peccatorum commemorationem; ſed F *diei ſabbati*, aut (ſicut alius habet) *ſabbatorum.* *Exod. 20. 8. & ſeq.* Quid eſt autem ſabbatum, niſi requies ſuturorum, levamen præſentium, quo Lex jubet hominum opera feriari, onera deponi? Quæ ſunt graviora onera, niſi noſtra peccata? Hæc deponantur in ſabbatorum diebus, hoc eſt, in hoc vitæ iſtius tempore. Septem enim diebus hebdomas omnis concluditur, ſex diebus muodus ille formatus eſt, ſeptimo die requievit Dominus ab opere ſuo, qui in noſtra manſuetudine requieſcit, ſicut ipſe dixit: *Super quem requieſcam, niſi ſupra humilem & manſuetum?* *Eſai. 66. 2.* Abſolve te ergo omni ſabbato, & alleva pondus errorum, ut ſecurus ad illius futuri ſabbati requiem pervenire merearis. NAM SI hinc peccata gravia portaveris, illic requiem non habebis. Exonera igitur tuam mentem, rejice omnia quibus conſcieotia gravatur & premitur; ne fiat fuga tua hyeme vel ſabbato: vita hæc in labore eſt, illa in requie. Leviorem te ſæculi hujus reperiat conſummatio; oe ooeratus B peccatis fugere non poſſis. Ante fuge, ut prævenias. Fugit ſæculum, qui ſæculi illecebris non tenetur, qui ſe omni cura ejus abſolvit. Fuge etiam futuram iram, hoc eſt, judicii diem. Fugit eam qui egerit pœnitentiam; ſic enim definivit Baptiſta Johannes dicens: *Generatio viperarum, quis vobis demonſtravit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.* *Matth. 3. 7. & 8.*

3. Audiſtis hodie legi quia Johannes baptizabat in Ænon, juxta Salim. *Johan. 3. 23.* Ænon dicitur oculus ſup- C pliciorum: Salim ipſe adſcendens; hoc habet interpretatio. Qui ergo baptizari eligit, ſupplicia prævidet; & ideo confugit ad baptiſmatis ſacrameotum, ut peccatum omne deponat, ne obnoxius incipiat eſſe ſuppliciis. Et forte ſupplicia prævidet qui baptizatur baptiſmo pœnitentiæ: at vero ille gratiam ſpectat, qui baprizatur in Chriſto. Baptiſmus ergo Johannis, oculus ſuppliciorum eſt: baptiſmus Chriſti, oculus gratiarum. Tametſi in Ænoo baptizabat Johannes, D juxta adſcendentem baprizabat; hoc enim & iſta habet interpretatio, ut Salim dicatur ipſe adſcendens. Proximus ergo erat Chriſto, qui ejus nuntiabat adveotum. Etenim Filius hominis qui deſcendit de cælo, ipſe eſt & qui adſcendit in cælum, ot impleret omnia. Sed quia qualis cæleſtis, tales & cæleſtes; & ille adſcendit in cælum, qui terrena deponens conſepelitur io Chriſto; ut cum Chriſto reſurgat à morte peccati ad novitatem vitæ, hereditatiſque conſor- E tium; ut fiat, ſicut ſcriptum eſt: Dei heres, Chriſti coheres. *Rom. 8. 17.*

4. Vera ergo medicina eſt gerere pœoitentiam: quæ tunc legitime prædicata eſt, quando medicus venit è cælo, qui oon exaſperaret vulnera, ſed ſanaret. Bonus medicus, qui docuit quemadmodum io hac terra corporis noſtri remedia quæreremus; cùm flos nobis herbæ ſalutaris oriretur, qui *de peccato damnavit peccatum in carne* Antidotum ergo facta eſt caro, quæ erat F venenum ante peccati; quia erat illecebra peccatorum. Audi quemadmodum antidotum caro Dei fit: *Verbum factum eſt caro:* *Johan. 1. 14.* miſit manum io cavernam aſpidum, venenum evacuavit, peccatum abſtulit; id eſt, *de peccato damnavit peccatum in carne.*

5. Et ut hoc poſſit plenius conſiderari, ipſum Apoſtoli capitulum recenſeamus. Namque ita ſcriptum eſt: *Deus mittens Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne; ut juſtificatio Legis impleretur in nobis, ut* *Rom. 8. 3. & 4.*

[a] Complures mſſ. *atque ab ea ſuccum quemdam &c.*

non

non ſecundum carnem ambulemus, ſed ſecundùm ſpiritum. Venit ergo Dei Filius in ſimilitudine carnis peccati: non utique in ſimilitudine carnis venit, qui veram carnem ſuſcepit; ſed in ſimilitudine carnis peccati, id eſt, carnis peccatricis. Facta enim erat fraude & veneno infuſa ſerpentis caro noſtra, caro peccati. Poſtquam eſt obnoxia ſacta peccato, facta erat caro mortis; quia erat morti debita. Hujus carnis jam rex, jam præjudicatæ ſimilitudinem Chriſtus in ſua carne ſuſcepit; quia etſi naturalem ſubſtantiam carnis hujus ſuſceperat, non tamen contagia ulla ſuſceperat: nec in iniquitatibus conceptus, & natus eſt in delictis, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; ſed de Spiritu ſancto natus ex Virgine eſt. Quid ergo eſt: *De peccato damnavit peccatum in carne?* Utrum de ſimilitudine carnis peccati; an quia peccata noſtra Chriſtus [a] non uſu, ſed qualitate ſuſcepit: non crimine, ſed ſuæ miſericordiæ ſacramento; & peccatum pro nobis ſactus eſt, qui peccatum ipſe non fecit? An vero quia etiam de iſta carne peccati, boc eſt, noſtra hac obnoxia & præjudicata damnavit peccatum in carne, docendo quemadmodum in carne poſiti non ſecundum carnem ambulemus, ſed ſecundùm ſpiritum? Peccatum quippe eſt ſecundum carnem ambulare; quia luxui, & voluptatibus, & laſcivius, & carnis cupiditatibus vivit, qui ſecundum carnis ſapientiam converſatur; ſapientia enim carnis inimica eſt Deo: unde qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Ideoque peccatum damnat de peccato qui ſe à carnis vitiis abluendo, ſecundùm ſpiritum vivit, totus Deo deditus, & cæleſtibus intentus oraculis: propter quod Chriſtus advenit, ut non ſuam, id eſt carnis; ſed Dei faceret voluntatem. Si quis ergo illum ſequatur, ut faciat quæ placent Deo, & carnis ſuæ comprimat appetentiam, imitator eſt Chriſti.

6. Quid ſenſerimus, expreſſimus. Qui legis, elige quid ſequaris. NULLUS error, ubi ſimplex pietatis affectus, atque omnis fidelis eſt ſenſus. Damnavit peccatum Chriſtus, ſuſcipiendo ſimilitudinem carnis peccati, ut delicta noſtræ carnis aboleret. Damnavit peccatum, ut peccata noſtra in ſua carne crucifigeret; ſactus pro nobis ipſe peccatum, ut nos in ipſo eſſemus juſtitia Dei, qui eramus captivitas mortis, & præda ſerpentis. Ergo pietatis eſt ſuſceptio peccatorum iſta, non criminis. Per hoc peccatum nos Deus æternus abſolvit, qui Filio ſuo proprio non pepercit, & peccatum eum fecit eſſe pro nobis. Deinde damnavit peccatum Chriſtus in carne de ipſa carne peccati, quæ judicabili quodam vigore & auctoritate cenſoria, odit vitia quæ amare conſueverat, & horret impudicitiam, quam voluptatem putabat. Segregat ſe à laſcivus, abdicat à cupiditatibus, renuntiat criminibus atque flagitus, propulſat avaritiam, quæ virilitatem quandam carnis effeminat. En tibi illum Chriſti imitatorem, & ipſum de peccato peccatum in carne damnantem. *Sic curro*, inquit, *non ut in incertum, ſic luctor, non ut aera cadens: ſed caſtigo corpus meum, & ſervituti redigo; ne cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar.*

1. Cor. 9. 26. & 27.

7. Non ſuperflue, ut arbitror, evagati ſumus; quia & boc ad medicinam hominis pertinebat: cui medicinæ proſpiciens Deus ſicut terram iſtam ſalubres berbarum atque arborum ſuccos ferre præcepit, quibus carnis vulnera curarentur; ita etiam præceptis ſalutaribus replevit divinarum ſeriem ſcripturarum, quibus infirmitas animæ ſanaretur. Itaque quam grave eſt, ut muta animalia medicari ſibi noverint, & vulneribus ſuis herbas ſalubres requirant, deligere non refutent: & hominum induſtria non requirat, quibus etiam medicus eſt miſſus, qui medicinæ ſalutaris in veteribus Scripturis ſemina demonſtraret, & nova ipſe deferret? Quam multa itaque ſalubria ſunt, quæ noxia perfunctorie judicantur? De ipſa terra ſumamus exempla.

8. Serpens alit venenum, morſus noxios habet, vulnerat carnem: ſed in ipſo quoque ejus veneno antidotum reperies, ſi requiras. Denique caro ejus exuritur, cujus pulvere theriaca conficitur, qua veneni vis conſuevit bebetari, ut nocere non poſſit. Non terra ergo in vitio, quæ ſerpentem generat; ſed ille qui neſcit cavere ſerpentem. Ipſe ſerpens poteſt tibi prodeſſe, ſi intelligas; immo ſi medici præcepta non ſpernas. Imitandum diſce quem putas eſſe fugiendum. *Eſtote*, inquit, *aſtuti ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Serva caput tuum ſicut ſerpens; & ſi laceratus toto corpore fueris, reviviſces. Caput tuum Chriſtus eſt, quia caput ipſe eſt viri: ſi ſervaveris fidem, etſi mortuus fueris ſicut ſerpens, & tu reſurges. Imitare ſerpentem, qui exteriorem ſuum exuit, ut renovetur interior: imitare ſerpentem, qui venenum ſuum evomit. Beatus & tu ſi cogitationes tuas malas evomas, & malitiæ tuæ venena deponas. Celebris ſermo eſt, & ſcriptorum auctoritate robuſtus, ſerpentem aquis appropinquantem ſibilo ſibi feminæ anguis ſponſare concubitus: illam propriæ conſulentem ſaluti, ea ſpondere lege petitos coitus ſui uſus, ſi ſerpens venenum evomat; captumque obedire juſſis, arma deponere, ac proprii more conventus caput ori ejus inſerere: atque, ubi caleſcere cœperit conſuetudo, ſeu naturæ quadam violentia, ſeu libidinis ardore feminam ſtringere ora, morſuſque libidinis oſculis premere, atque ita caput ſerpentis abſcindi.

Matth 10. 16.

9. Nonne in natura ſerpentis myſterium fidei recognoſces? Serpens ille paradiſi prior feminam ad culpæ adulterium provocavit: ſed ubi venenum ejus effuſum eſt in hunc mundum, ſoboles illius feminæ circumventione parentis, & fraude multa ſerpentis, armis eum ſuis exuit, & caput illius amputavit. Quod ſi venena prævaluerint, & peccatum in quo eſt aculeus mortis irrepſerit; utere medicorum exemplo, ut tibi ſerpens vel ſero moriatur. Conteras ejus venenum, corpuſque comminuas, & admixtum ſalutaribus ſuccis noveris temperandum; ut non ſolum vim ſuam & virus amittat, ſed etiam fiat remedium de veneno. Moritur autem tibi ſerpens ille intelligibilis, ſi tu moriaris peccato, & tibi tua peccata moriantur. Sic conteritur ejus venenum, ſi te tua facta compungant: ſic omne virus ejus aboletur, ſi bonis operibus tegas, & fideli confeſ-

a. Quinque mſſ. *non uſu & qualitate ſuſcepit, nec crimine; ſed ſua miſericordia ſacramento* &c.

ſione temperes crimen admiſſum. Audi quemadmodum virtus draconis ipſius conteratur. [Rom. 16. 20.] *Conterat*, inquit, *Deus ſatanam ſub pedibus veſtris*. Contere primo cor tuum, in quo erat draconis cubile; ut non inveniat ubi poſſit habitare: contere draconis carnes: carnes ejus peccata noſtra ſunt. [Iob. 40. 25.] Ideo tibi dicit Deus: *Epulantur in eo gentes*. Et infra ait: [a] *Præcurrit mori: Carnes autem corporis ejus ſunt adhærentes ei*. [Iob 41. 13. & 14.] Sicut enim ſancti, corpus & membra ſunt Chriſti; ita peccatores qui peccatum non deſerunt, ſed peccato inhærent, corpus draconis & membra ſunt. Ideo nos Chriſti corpus epulamur; illi autem corpus epulantur draconis: nos epulamur, qui Chriſto adhærere contendimus, remiſſionem quotidianam & veniam peccatorum; illi autem qui peccatis quotidie peccata connectunt, continuationem flagitiorum epulantur & criminum.

10. Contere igitur has carnes, & ſuper eas contritionem tui cordis adſperge: deinde mitte ſuper omnia ea Jordanis aquam. Jordanis enim deſcenſio & adſcenſio eſt; quoniam qui in fontem ſacrum deſcenderit, & adſcendit; ut quæ ſuperiora ſunt quærat. Deſcendit enim in mortem Chriſti, qui baptizatur in Chriſto, & in reſurrectionem ejus adſcendit. Si autem jam baptizatus erraſti, mitte aquam lacrymarum, non mendacem, ſed veram; ut de profundo clames ad dominum Deum tuum, & dicatur de te: [Hier. 31. 15.] *Vox audita eſt in Rama, fletus & ululatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt*. Rachel Eccleſia eſt, in qua benedicitur plebs Dei: ipſa pro te fleat, ipſa tua peccata deploret, & fleat plurimum; ut conſolationem facile non admittat, quemadmodum qui plurimum dolent. Ideo conſolari ſe noluit; quoniam qui eras, eſſe deſiſti. Sed hac perſeverantia doloris & fletus emereatur ut dicat: [Luc. 15. 32.] *Filius meus mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus eſt*. Aut forte conſolari ſe noluit Rachel in filiis Judæorum; quia non ſunt, quos utique ideo genuerat, ut eſſent. Et ideo non admiſit conſolationem, occiſis parvulis ab Herode; quia nec in adventum Jeſu crediderunt, menſuram ſceleris adimplentes, ut & parvulos interficerent, ut inter eos & filius Virginis necaretur. Ergo Eccleſia Domini in Judæis conſolari noluit, quia non ſunt: in Chriſtianis autem qui ex nationibus congregati ſunt, epulatur & gaudet; quoniam cœperunt eſſe, qui non erant.

11. Miſiſti ergo aquam Jordanis, aquam gratiæ; hoc primùm bibe: miſiſti aquam lacrymarum, aquam pœnitentiæ; hoc ſecundum eſt poculum, ut primum repares. Bibe aquam de tuis vaſis, bibe aquam de tuis fletibus, ut dicas: [Pſal. 101. 10.] *Et potum meum fletu temperabam*. Fletus ergo tuus, potus eſt tuus; & lacrymæ tuæ, cibus eſt tuus. [Pſal. 41. 4.] *Facti ſunt*, inquit, *mihi lacrymæ meæ panes*. Si lacrymæ panes, habes ex peccato iniquitatis cibum converſionis, ſecundùm illud quod legis in Evangelio: [Luc. 7. 47.] *Quoniam cui plus dimittitur, plus diligit*. Unde ſæpe videmus aliquos qui ante negligentes fuerant Chriſtiani, peccato aliquo commiſſo, fieri diligentiores, & ex illo per pœnitentiam evadere ſolere perfectos. Sicut igitur ex peccato converſio; ita remedium de veneno. Audi hoc remedium: [Prov. 18. 17.] *Juſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui*. Venenum, peccatum eſt; remedium, accuſatio ſui criminis: venenum, iniquitas eſt; confeſſio, remedium prolapſionis. Et ideo vere remedium de veneno eſt, ſi dicas iniquitates tuas, ut juſtificeris.

12. Sed jam pſalmum adoriamur, ut ipſe nos doceat, quemadmodum agenda pœnitentia ſit. Itaque ſic incipit:

IN PSALMUM XXXVII. ENARRATIO.

13. [ỳ. 2.] *Domine ne in ira tua arguas me; neque in furore tuo corripias me*. Qui pœnitentiam agit, paratus eſſe debet ad opprobria perferenda injuriaſque ſubeundas; nec commoveri, ſi quis ei peccati ſui crimen objiciat. Cum enim ipſe accuſare ſe debeat, quemadmodum alium non ſuſtinet arguentem? Quod ſi ab homine argui timere non debet, quanto magis à domino Deo ſuo, cui omnes etiam in iis quæ ſunt occulta, peccamus; cùm præſertim condemnatio præſentium, abſolutio futurorum ſit. Qui autem non condemnantur in ſæculo, cum hominibus non flagellabuntur. Væ mihi! ſi de me dicatur: [Matth. 6. 2.] *habet mercedem ſuam*. Si bonum factum hac condemnatur ſententia, quanto magis crimen gravatur? Nam ſi miſericordia facili jactata ſermone, fructu fraudatur æterno, quanto magis iniquitatis pœna acerbi fœnoris acceſſione differtur? Ergo qui pœnitentiam agit, offerre ſe debet ad pœnam; ut hîc puniatur à Domino, [b] non ad ſupplicia æterna ſervetur: nec expectare tempus, ſed occurrere divinæ indignationi.

14. Vide facta David ejus precibus convenire. Offenderat Dominum; quia numerari juſſerat populum. Confeſſione prævenit Dei nuntium, peccaſſe ſe valde, & nimis ſtulte feciſſe commemorans: non quaſi admoneret oblitum, ſed quaſi urgeret morantem; ne diutius commotionem differret offenſæ. [1. Par. 21. 8.] *Peccavi*, inquit, *valde; quoniam verbum hoc feci*: & nunc, Domine, dele iniquitatem ſervi tui. Quomodo autem deleantur peccata, audi dicentem: [Eſai. 40. 2.] *Solutum eſt peccatum ejus; quia recepit de manu Domini duplicia peccata ſua*. Non ergo penitus ſibi peccatum remitti poſtulat; ſed moderata ſolutione deleri; hoc eſt, ut in futurum ejus memoria deleatur. Denique quaſi interpellantis voce conventus Dominus, ne vindicta commiſſi protelaretur erroris, miſit ad eum [c] Nathan prophetam; & ille venit ad regem, & dixit ei: [1. Par. 21. 11. & 12.] *Quid fieri velis, elige: triennium famem ſuper terram: aut tribus menſibus fugere te à facie inimicorum tuorum, & illos perſequentes: aut triduo fieri mortem in terra. Et nunc ſcito, & vide quid reſpondeam illi qui miſit me*. Vide docentem Deum qua moderatione ejus indignatio leniatur, ſi non penitus verbera recuſemus; ſed qualitatem levandi, non evitandi ſupplicii poſtulemus. Tria propoſuit, ut quod moderatius putaret, eligeret. Vide etiam quemadmodum ad pœnitentiam provocat; ut nos offeramus injuriæ: eligere pœnam mandans, ut in ipſa pœna electionis quædam prærogativa ſerve-

a. Sic omnes mſſ. ac vet. edit. Rom. vero, *præcurrit mors ei*. Nimirum ex LXX. apud quos legas ἔμπροσθεν αὐτοῦ τρέχει ἀπώλεια, aut, ut Aquila, [illegible]

b. Plures mſſ. *non ad ſupplicia futura ſervetur*.

c. Rom. edit. hîc & infra repoſuit è ſacris cod. *Gad*. Verum cùm aliæ edit. atque mſſ. in voce, *Nathan*, conſentiant, apparet memoria lapſum fuiſſe Ambroſium, quem auctoritate propria emendare religioni eſt.

tur,& reo ſuo blandiatur hoc verbo. Et dixit Da- A vid ad Nathan : *Anguſtia mihi ſunt in his tribus : ſed magis incidam in manus Domini, quoniam magna eſt miſericordia illius, quam in hominum manus.* (Ibidem. 21. 13.) Numquid donari ſibi pœnam popoſcit erroris ? Quod ſi feciſſet, impudentiæ notaretur, qui moderationi divinæ fuiſſet ingratus. NAM PLURIMUM ſuffragatur reo verecunda confeſſio ; & pœnam quam defenſione evitare non poſſumus, pudore levamus. Elegit non quod à flagello eſſet immune, ſed quod moderatius judicavit; ut Dei B lenitati magis, qui noſſet ignoſcere, quam hominum ſe committeret poteſtati, qui menſuram ultionis frequenter excederent. Miſeretur itaque, qui neſcit errare : non miſeretur, qui erroris eſt particeps.

15. Nec fefellit ſanctum David fides ſua, ſed in ipſa quoque offenſione gratiam divinæ miſerationis emeruit. Nam qui propoſuerat mortem triduo exercere in terra, ne unum quidem diem paſſus eſt præterire; ſed ad horam prandii liben- C ter indulſit, & (ut verbo Scripturæ utar) *habuit pœnitentiam ſuper malitiam.* (2. Reg. 24. 16.) Vide quomodo te Scriptura hortatur, ut & tu pœnitentiam non refugias, ſed ſequaris Deum, quem ſequi debes. Bene addidit, *ſuper malitiam*; quia videtur omnis dura eſſe vindicta. Ideo & dies judicii, dies dicitur mala, de qua beatus eſt qui per Deum liberatur; ut ſcriptum eſt: *In die mala liberabit eum Dominus.* (Pſal. 40. 2.) Et dixit, inquit, Angelo Dominus ut ibi parceret. Vide autem quia quando vult Dominus ignoſce- D re, dat gratiam & fiduciam deprecandi. Et vidit David ferientem Angelum, & dixit : *Ecce ego ſum, ego peccavi, & ego paſtor male feci, & iſti in hoc grege quid fecerunt ? Fiat manus tua in me & in domum patris mei?* (1. Par. 21. 17.) Si mandaverat Dominus Angelo ut parceret, quomodo feriebat adhuc Angelus; niſi quia Dominus etſi vult ignoſcere, vult rogari, [a] & ut rogetur, operatur? Nec vidiſſet homo Angelum ferientem, niſi Dominus ejus oculis Angelum revelaſſet. Unde & Eliſæus dicit : *Domine,* E *aperi nunc oculos pueri hujus, ut videat. Et aperti ſunt oculi pueri ejus, & vidit montem equis repletum & curribus in circuitu prophetæ.* (4. Reg. 6. 17.) Nec te moveat quod perſona vilior ſervuli, quam prophetæ vel regis; quia vilior & equorum & curruum ſpecies, quam ſanctitas Angelorum.

16. Et fortaſſe aliquibus perfunctorie legentibus durum videatur quod David ille humilis corde atque manſuetus, qui parcebat inimicis, mortem magis populi elegit, quàm ſuam fugam, aut F famem ſuper terram. Famem populi vitavit; quia gravior morte & omnibus ſuppliciis habetur, quam ſequitur etiam peſtilentia, quæ cælum contaminat, mortem acervat. Suam fugam non popoſcit, propter illud; quia propheta pro populo deprecari poterat, ſicut factum eſt: populus pro propheta intervenire non poterat. Scriptum eſt enim : Si populus erraverit, ſacerdos orabit pro eo : ſi ſacerdos erraverit, quis rogabit pro eo? Et tamen ubi vidit occidi populum, ipſe ſe Angelo ferienti obtulit; ut ipſe potius pro populo feriretur. Plus eſt quod nec ipſa perterritus ſpecie mortuorum gladio ſe obtulit, quam ſi ſermonem propoſitæ conditionis optaſſet. In electione itaque rationem ſecutus eſt, in dolore pietatem.

17. Vide autem Domini gratiam, quod & ipſe à propoſita conditione deflexit. Numquid aliquod miſerationis eſt crimen; quia plus minatur, & minus exigit ? Qui in remuneratione præmiorum ſua promiſſa cuſtodit, in exactione pœnarum præſcriptum remordet. Cùm iraſcitur in reum, differt : cùm miſeretur, properat, ut abſolvat; terret, ut corrigat; admonet, ut emendet; prævenit ut ignoſcat. Unde & alibi ait Propheta de Domino : *Calix in manu Domini vini meri plenus eſt mixto.... verumtamen fæx ejus non eſt exinanita.* (Pſal. 74. 9.) Ad terrendum plenus eſt calix, ad feriendum non eſt exinanitus. Plenus erat calix, cùm mors per triduum mandaretur: ſed occurrit miſericordia Dei, tenuit manum Angeli, priuſquam calicem iſtum exinaniret. Ut ſcias autem quia calix pœna vel gladius eſt, audi dicentem : *Accipe calicem vini meri hujus de manu mea, & potionabis omnes gentes, ad quas ego mittam te : & voment, & inſanient à facie gladii.* (Hier. 25. 15. & 16.) Et ad Hieruſalem dicitur: *Bibiſti calicem iræ de manu Domini;* [b] *calicem enim ruinæ bibiſti, & exinaniſti, nec erat qui te conſolaretur.* (Eſaia. 51. 17.) Hieruſalem menſuram bibit, quæ ſupra menſuram peccavit : Eccleſia Chriſtianorum calicem iræ exinanire non novit, ſed exinanitum unguen- D tum : propter quam ſe Chriſtus exinanivit, ut ubique fragraret. De manu Domini hoc munus accepit : poculum autem mortis ignorat. Duos calices lego, unum mortis, alterum vitæ. Mortis calicem ſuo Chriſtus exinanivit in ſanguine; & novum calicem miniſtravit, ut dicamus : *Calicem ſalutaris accipiam.* (Pſal. 115. 13.) Novi calix eſt Teſtamenti, qui in remiſſionem effunditur peccatorum. Effunditur hic calix, [c] & fæx ejus non invenitur, quia mundat omne delictum.

E 18. Diximus quemadmodum in ulciſcendo inflectat Dominus commotionem ſuam : dicamus quemadmodum in remunerando præveniat noſtram precationem, & doceamus exemplo. Audi illum ex duobus latronem dicentem Domino : *Memento mei, Domine, cùm veneris in regnum tuum.* (Luc. 23. 42.) Reſpondit Dominus : *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.* Ille adhuc rogabat, ut meminiſſet ſui, cùm veniſſet in regnum ſuum, & Dominus cùm nondum veniſſet, ei jam regnum cæleſ- F te tribuebat. Quam velox miſericordia ! Tardius votum precantis, quam remunerantis eſt præmium.

19. Ideo ergo David moderationem tenuit, non remiſſionem oravit dicens : *Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me.* Furor græce θυμὸς dicitur, & iræ impetus. Hoc ergo Latinus voluit exprimere : Neque in ira, neque in ipſo impetu iræ arguas me, aut corripias. Correptio autem, eruditio eſt. Ipſa græce dicitur παιδευσις, de qua dicitur : *Beatus homo quem tu erudie-* (Pſal. 93. 12.)

a. Edit. omnes in corpore, *& ut rogetur, hortatur.* Vet. autem in margine, cumque illis cuncti mſſ. *& ut rogetur, operatur.*

b. Duo mſſ. ac vet. edit. in margine : *calicem enim iræ bibiſti.* Hebr. *calicem enim veneni mortiferi*, vel ut Grot. vertit, *poculum horribile.* Chald. *poculum maledictionis, bibiſti.* Et poſt non multa Rom. edit. ſola : *Hieruſalem ſupra menſuram bibit, quia* &c. Minus bene; ſiquidem videtur Ambroſius ad id reſpexiſſe, quod locus Eſaiæ ſic habeatur apud LXX τὸ ποτήριον [illegible] οἶνου, &c. Nam [illegible] genus menſuræ eſt, quam Synagoga totam exhauſiſſe hic declaratur.

c. Rom. edit. *& fæx ejus non manebit.* Aliæ cum mſſ ... *non invenitur.* Melius, cùm hic aperte ſignificetur calicem novi Teſtamenti fæculentum non eſſe, ſed purum; ut pote qui nullam criminis maculam non eluat.

ris, Domine! Non enim Deus paſſioni patet, ut A iraſcatur, cùm ſit impaſſibilis; ſed quia vindicat, videtur iraſci. Nobis hoc videtur; quia ipſi cum commotione vindicare conſuevimus. Plerumque tamen & homines inveniuntur cùm vindicant, non moveri; ſed ſumma patientia celebrare vindictam, exercere tormenta. Cur ergo mireris in Deo, ſi hoc interdum in homine recognoſcas? Vindictam autem iram eſſe ſupra diximus. Denique uſus habet, ut dicamus de quoquam punito, quia iram incidit legum: non quia legum B iram, ſed quia legum ſeveritatem incidit. Sic & Pſal. 77. 49. alibi de decem plagis Ægyptiorum ait: *Miſit in eos iram per Angelos malos*, id eſt, vindictam; lex enim neſcit iraſci, ſed ſcit legum miniſter. Neſcit ergo iraſci qui Auctor eſt legum, cui terrendi eſt voluntas, non puniendi. Imitamini ergo, imperatores, exemplum divinum; ut ſitis in ſtatuendis legibus ſeveriores, in exigendis ſuppliciis miſericordes. Severitas legum inſolentem reſtringat audaciam, miſericordia principum reos ſubtra- C hat pœnæ. Recognoſcit igitur Propheta culpam ſuam, videt vulnera, curari poſtulat. Qui ſanari vult, argui non reformidat: ſed non vult argui in furore, ſed in verbo Dei. Verbum Dei, ſanitas Pſal. 106. 20. eſt. Sic enim legimus: *Miſit Verbum ſuum, & ſanavit eos.* Non vult erudiri in ira; ſed in doctrina; ut ſi medicum roges, ne ſecet vulnus tuum, ſed medicamentum apponat; urget medicamento, ſed non ſecat. Denique eſt dolor, ſed non ſupra menſuram doloris: mordet, ſed non cruentat. D

℣ 3. 20. Et addidit: *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.* Eadem videtur dicere, quæ ſanctus Job; ſed di- Iob 6. 4. verſa ſunt. Nam & ille ait: *Sagittæ enim Domini in corpore meo ſunt, quarum furor bibit ſanguinem meum: cùm incipio loqui, compungunt me.* Ille de vulnere ſui corporis queritur: hic deplorat animæ ſuæ vulnera. Et forte * hic agit pœnitentiam de peccato: ille cauſam agit infirmitatis humanæ; & quaſi noſtræ imbecillitatis adſertor, ad remedium operis auxilium Creatoris expoſcit. Hic igitur precatur, E ille patrocinatur. Ideoque vehementior hujus eſt dolor; quia animæ vulnera graviora quàm carnis ſunt. Ille dicit ſagittas Domini in ſuo eſſe corpore, iſte deplorat infixas: illius ſanguis bibitur, hujus effunditur: ille compungitur, hic vulneratur: illum manus Dei tetigit, ſuper hunc gravi pondere confirmata eſt: hic animam ſuam deflet illuſionibus eſſe completam, ille ſuum corpus ulceribus. Manum autem Dei, virtutem intelligimus puniendi. Hæc manus regem Ægyp- F tiorum propter Abrahæ injuriam ob tentatam Sarræ pudicitiam flagellavit. Hæc manus Ægyptiorum currus, equos & populos Rubri maris demerſit profundo. Hæc manus mentem gravavit regis Saul, ut gratiam ſui conſervatoris odiſſet; & pro prævaricatione cæleſtis imperii deſertus à focis, interemtis quoque filiis deſtitutus, victus ab hoſtibus (quo ſpectaculo nihil eſt deformius regi) gladium in ſe ſuum ipſe converteret, ne captivus ſenex viveret filiis & regno ſuperſtes. Hanc manum David in ſeipſo expertus & liberis, alterius inceſtum, alterius parricidium deploravit, & (quod pio patri gravius eſt ſalutis ſuæ exitiis) ſimul opprobria ſobolis, & pietatis deflevit excidia: quorum alter ad inceſtum accenſus de germanitatis affectu, alter ad parricidium armatus eſt ſtudio caſtitatis. Vide quemadmodum illos in graviſſimis criminibus confinia luſere virtutum. Utinam aut ille ſororem non amaſſet, aut hic non vindicaſſet! Ad poſtremum & ipſe patriæ finibus pulſus à filio, fugiebat hoſtem, quem optabat heredem: metuebat vincere, ne pietatis diſpendio vinceretur.

21. Sed forte aliquis dicat: Quomodo in parricidio, vel in inceſtu manus fuerit Dei, cùm opus illud inimici ſit? Cognoſcamus igitur quoniam & ubi diabolus vulnerat, ſagittæ Domini vulnerare dicantur. Nempe ſic legimus, quod cùm in concilio Angelorum ſanctum Job ſervulum ſuum Iob. 1. 8. & ſeq. Dominus converſus ad diabolum prædicaret, ut ureretur invidus, & humani generis adverſarius (laus enim inferioris ſubſtantiæ viri, a condem- a C natio ejus eſt, qui de ſtatu ſuperiore dejectus eſt) reſponderit diabolus, quia non gratis Job Dominum veneraretur, qui nutu Dei omnibus abundaret. *Sed mitte*, inquit, *manum tuam, & tange om-* Iob. 1. 11. *nia quæ habet: videamus ſi non in faciem te benedicat.* Et Deus poteſtatem dedit diabolo, ut mitteret manum ſuam in omnia quæ haberet Job. Quibus geſtis, cùm ſanctus Job immobilis in ſua fortitudine permaneret; quia non eſt motus Job aut interitu filiorum, aut diſpendio facultatum: iterum D Dominus ad diabolum dixit, illudens ei, quod diſſipaſſet omnia quæ habuerat Job, filios ejus interemiſſet; ipſum tamen nequaquam movere de virtutis ſtatione potuiſſet. Et ille reſpondit: *Quæ-* Ibidem 2. 4. & 5. *cumque habet homo, pro anima ſua dabit. Sed mitte*, inquit, *manum tuam, & tange carnem & oſſa ejus.* Et accepit iterum poteſtatem, ut mitteret manum ſuam in corpus ejus; tamen ut animam ipſius cuſtodiret. Et perfudit ulceribus ſanctum Iob. 19 21. Job, ubi eſt egreſſus à Domino. Advertimus ergo E quod manus Domini dicatur, ubi eſt hominis, diabolo infeſtante, tentatio. Siquidem & Job ma- Iob. 16. 11 num Domini dixit eſſe quæ ſe tetigerit, & ſagittas Domini eſſe memoravit ſagittas piratarum. *Et* Ibidem. 14 *tradidit*, inquit, *me in manus injuſti.* Ipſe itaque * abſolvit, quia cùm diabolus vulnerat, Domini ſunt ſagittæ, qui vulnerandi permiſit diabolo poteſtatem. Denique ſi mandes, ut tuus ſervulus verberetur; nonne etiamſi ab adſtante alio cædatur, à te dicitur verberatus? Eſt & illa ratio; quia F Dominus ideo dat tentatori poteſtatem, ut hominum in tentationibus probetur affectus. Ideo fit perſecutio, ut fides luceat, virtus excellat, mens interna omnibus manifeſtetur.

22. Ergo tentatio quaſi ſagitta penetrat interiora hominis, & quaſi gladius Dei, qui ſcrutatur interna. Gladius autem verbum eſt Dei validum, & acutius omni gladio acutiſſimo: de quo gladio audi dicentem Mariæ Symeonem: *Et tuam* Luc. 2. 35. *ipſius animam pertranſibit gladius; ut revelentur multorum cordium cogitationes.* Verbo enim Dei omnia revelantur, in cujus conſpectu nuda & aperta ſunt omnia. b Anima ipſa videtur, medullæ b

* Vide praeter duos libros *De interpellatione ſanctorum Job & David*.

a Rom. edit. detraxerat has voces, *ſubſtantiæ viri*. Non ſatis conſulte; nec enim hic ſignatur aliud, niſi laudem Job viri, cujus erat ſubſtantia ac natura inferior, quàm ſubſtantia ac natura dæmonis, ejuſdem dæmonis eſſe condemnationem.

*. *Abſolvit*, id eſt, concludit ac evincit.

b. Mſſ. aliquot: *Anima ipſa dividitur.*

interiores, cogitationeſque manifeſtæ ſunt : nec A [*Heb. 4. 12. & 13.*] ulla poſtremo eſt creatura, ut Scriptura dicit, quæ ſe à cognitione ejus abſcondat. Ergo vendamus omnia, ut verbum emamus, ipſumque in noſtris viſceribus recondamus.

23. Ipſe poſtremo diabolus teſtificatur, quia omnia dat homo quæ habet pro anima ſua, nec dignum illud pretium totius patrimonii pro redemtione unius animæ confitetur. Quid parcimus patrimonio, quod & ipſe diabolus vile judicat pro ſalute. Parum dixi pro ſalute, parum eſſe B [*Matth. 4. 9.*] & pro errore teſtatur. Denique, *hæc omnia*, inquit, *tibi dabo, ſi procidens adoraveris me.* Nec ſolum divitias mundi, ſed etiam honores & regna monſtravit. Si tanto conſtat, ut diabolus adoretur; quantum Chriſtianus debet offerre, ut cum Chriſto reſuſcitetur? Sed diabolum dimittamus quaſi hircum emiſſionis in deſertum; neque enim fidelis adſertor eſt veritatis; etſi aliquando transfiguret ſe in Angelum lucis.

24. Abundant nobis divinarum teſtimonia ſcrip- C turarum, quibus inſtruimur nihil eſſe in homine pretioſius fide, nullum tantum eſſe patrimonium, quod ſalutis noſtræ atque animæ pretio conferatur. [*Gen. 12. 4. & ſeq.*] Fide Abraham patriam ſuam reliquit, & terram, & proximos etiam quos videbat; & eum quem non videbat, tamquam adſpiciens ſequebatur. [*Hebr. 11. 26.*] Moyſes quoque animæ ſuæ pretium majus omnibus Ægypti divitiis æſtimavit. Quid de viris [*Joſue 2. 4. & ſeq.*] ſublimibus loquar? Rahab meretrix alienigena illa de ſæculo, tamen animam ſuam non ſolum D contemtu omnium quæ habebat; ſed etiam vitæ periculis putavit eſſe redimendam: quæ exploratores Jeſu Nave civibus ſuis quærentibus denegavit; & hoſtes patriæ, legatos tamen fidei, maluit occultare quam prodere. Non eam minæ civium, non bellorum pericula, non incendia patriæ, non ſuorum diſcrimina terruerunt. Diſce vir, diſce Chriſtiane, quomodo verum Jeſum ſequi debeas; quando femina contemſit omnia ſua, & Jeſum in figura propter ſimilitudinem nominis eſt ſecuta. E [*Prov. 13. 8.*] Unde præclare Salomon dixit : *Divitiæ viri, redemtio animæ ejus.* Redime ergo animam tuam. Vilis eſt pecunia, ſed fit pretioſa per fidem : vilis eſt cùm conditur, pretioſa cùm diſpergitur; ſic [*Pſal. 111. 9.*] enim ſcriptum eſt : *Diſperſit, dedit pauperibus : juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.*

25. Si igitur talis fueris,[a] ut poſſis contemnere non ſolum omnia tua; ſed etiam ipſam carnem tuam pro juſtitia, qua nulla poteſt locupletior eſſe poſſeſſio (poſſeſſio enim pretioſa, homo mun- F dus) etſi flumina te ſuperiora concluſerint, tranſis. Nam etſi dederit tentandi tui Dominus poteſtatem, mandat tamen diabolo ut animam tuam ipſe cuſtodiat; ſecundùm quod ſcriptum eſt : [*Pſal. 8. 3.*] *Ut deſtruas inimicum & defenſorem*; tentat enim ut adverſarius, defendit ut ſervus. Scriptum eſt [*Job. 39. 9.*] enim : *Et volet tibi unicornuus ſervire.* Servit enim, qui non ex voluntate ſua quod optat, exſequitur; ſed ex neceſſitate mandatis imperialibus invitus obtemperat. Vide altitudinem Chriſti, quemadmodum retorſit in diabolum malitiæ ſuæ pretium. Ille nos cogit, quod odio habemus, hoc fa- [*Rom. 7. 15.*] cere : *Non enim quod volo, hoc ago*, ut Apoſtolus dixit, *ſed quod odi, illud facio.* Retorſit in illum Dominus, ut & ipſe plerumque non faciat quod vult; ſed quod odit, hoc faciat. Denique animam quam vult expugnare, cuſtodit. Nos corruptelam carnis condemnamus, & ſequimur; ut illa vidua quæ promiſſam marito fidem irritam facit, [*1 Tim. 5. 10.*] & poſtea nubere vult, quod ante fugiebat. Ille inimicus eſt ſanctis, & defenſor adhibetur, quo amplius puniatur; ut nocere non audeat, qui nocere deſiderat. Et quanto tolerabilius eſt amare virtutes, etſi implere non poſſis, quam odiſſe virtutes, quibus nocere non poſſis.

26. *Non eſt*, inquit, *ſanitas in carne mea à vultu iræ tuæ.* [*℣. 4.*] Expoſuit nobis hunc locum Eſaias : *Peccavimus, & tu iratus es nobis.* [*Eſai. 64. 5.*] Quis eſt tamen iræ Domini vultus? Ne forte ille, quia *Oculi Domini ſuper facientes mala.* [*Pſal. 33. 17.*] Si enim oculi Domini ſuper juſtos, quomodo à vultu iræ Dei infirmatur Propheta? Unde & illud conſidera, quod ipſe David in poſterioribus dixit : *Quoniam ex omnibus tribu-* [*Pſal. 53. 9.*] *lationibus eripuiſti me; & ſuper inimicos meos reſpexit oculus meus.* Sicut enim bona juſtorum reſpicit; ita & peccatorum occulta deprehendit. Niſi forte ad Chriſtum hoc referas, qui ab omnibus, à quibus conterebatur, ereptus eſt; quando ſe exuit à populo Judæorum, qui eum frequentibus ſacrilegiis & quotidianis impietatibus conterebant : & inimicos ſuos vocavit ad gratiam, quos oculus Dei vidit & amavit. Ergo quia pius eſt Deus, nequaquam eſt deſperandum. Etſi iraſcitur, ignoſcit : etſi percutit, ſanat : etſi tradit in interitum carnem, ſpiritum ſalvat. Noli ergo timere carnis infirmitatem; quia ſanctus cùm infirmatur, potentior eſt.

27. Quid autem eſt quod ait : *Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum?* [*℣. 4.*] Quæ ſunt iſta oſſa; utrum animæ, an corporis? Sed non tanta eſſet doloris cura corporei, ubi & anima laborat; cùm ſancti ſit velle carnem propter animam flagellari; ſicut ſe flagellabat & Paulus, ne ejus reprobaretur adſertio. Sunt quædam interioris oſſa hominis, ſicut & membra ſunt cetera, oculi mentis, & nares; ſicut Job dixit : *Spiritus divinus qui eſt in naribus meis.* [*Job 27. 3.*] Sunt ergo & oſſa, quibus caritatis quædam compago formatur. Unde & Adam dixit de conſorte caritatis, & coherede gratiæ vitæ : *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* [*Gen. 2. 23.*] Quod Apoſtolus interpretatus ait : *Sacramentum hoc magnum eſt : ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* [*Epheſ. 5. 32.*] Chriſti autem & Eccleſiæ ſacramentum non carnale, ſed ſpiritale eſſe quis dubitet; cùm bonus quiſque in ipſo conjugio non carnis, ſed virtutis decore teneatur : & mores diligat in uxore, non uſus? Denique audi, quia non ſecundum carnem loquitur, ſed ſecundum virtutem interiorem : *Non eſt abſconditum os meum, quod feciſti in abſcondito.* [*Pſal. 138. 15.*] Virtus itaque non caro eſt, quæ Dei Patris novit abſcondita.

28. Ergo non eſt pax animæ virtutibus, quando ante oculos nobis noſtra peccata concurrunt, & offundunt ſe mentibus noſtris. Et hoc bene interpretatus eſt gentium Doctor electus, in epiſtola ſecunda ad Corinthios dicens : *Nam & cùm veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit* [*2 Cor. 7. 5.*]

a. MSS. nonnulli, *ut poſſis contemnere omnia tua, ſed etiam ipſam carnem tuam pro juſtitia, contemne; quia nulla* &c. His accedit Rom. edit. niſi quod habet, *non tantum omnia tua.* Sed recta eſt aliorum mſſ. ac vet. edit. lectio, quam in textu repræſentamus.

taro noſtra; ſed in omnibus ſumus afflicti: foris pu- A
gnæ, intus timores. Illum Macedonum peccata
vexabant; quanto magis propria unumquemque
noſtrûm peccata perturbant, ut requies nobis
a eſſe non poſſit? [a] Gravior adverſarius nobis cul-
pa eſt noſtra, quæ ſollicitat otioſos, affligit ſa-
nos, contriſtat lætos, inquietat placidos, exagi-
tat mites, excitat dormientes. Rei ſumus ſine ac-
cuſante, ſine tortore cruciamur, ſine vinculis
adſtringimur, ſine venditore vendimur. Unde &
Eſai. 50. 1. Scriptura dicit: *Peccatis veſtris venditi eſtis.* Hæc B
igitur peccata ſunt, quæ contra nos ſemper ſunt;
Eſai 3. 12. ut dixit Propheta: *Vendiderunt nos, & dominan-
tur nobis.* Servus qui venditur, ſuperiore ſervitio
exit; ut ad Dominum alterum migret: nos nec
ſuperiorum jugum deponimus, & ad nova pec-
cata curvamur.

℣. 5. 29. Unde & ingemuit Sanctus dicens: *Quoniam
iniquitates meæ ſuperpoſuerunt caput meum: ſicut
onus grave gravata ſunt ſuper me;* hoc eſt, ini-
quitates meæ ſupertranſierunt caput meum, & C
ſupereminent mihi, ut ſenſus meos deprimant;
oculi enim ſapientis in capite ejus. Et ideo Na-
b bal malus erat & durus; [b] quia ſenſus ejus malitia
& iniquitas obſtruebant. Unde & Abigææ ver-
bum ferre non potuit; ſed obduruit cor ejus, &
quaſi infirmus occubuit. Aut vide ne hoc ſit ca-
Coloſſ. 2. 19. put, de quo ait Apoſtolus, quia non tenet illud,
mente carnis inflatus. Hoc autem caput Chriſtus
eſt; quia omnis viri caput Chriſtus. Hoc eſt ca-
put quod per compaginationes & colligationes D
totius plebis creſcit in incrementum Dei; quia
in omnibus nobis per ſingula membra ſua Chriſ-
tus adſurgit. Ergo quando nos ingravant noſtra
peccata, & talento quodam iniquitatis plumbeo
ad terrena deprimimur, dirumpamus vincula eo-
rum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum; ut
poſſimus oculos noſtræ mentis adtollere, & au-
Matth. 11. 28. dire dicentem: *Venite ad me omnes qui laboratis &
onerati eſtis, & ego vos reficiam.* Denique Ægyp-
c tum avaritia onerabat, pecunia vexabat [c] merca- E
Eſai. 45. 14. tus Æthiopes, ſicut ſcriptum eſt: *Laboravit Ægyp-
tus, mercatus Æthiopum, & Sabaim viri excelſi ad te
tranſibunt.* Laboravit Ægyptus, antequam cog-
noſceret veritatem: ſed jam non laborat poſt-
quam tranſivit ad Chriſtum. Sequuntur volen-
tes Sabæi viri, qui ante fugiebant; quia tenent eos
vincula caritatis, quæ adamante fortiora ſunt.
Eſai. 1. 5. & 6. Pulcre & illud Eſaiæ huic loco aptatur: *Omne ca-
d put in dolore, & omne cor in mæſtitia:* [d] *à pedibus uſque
ad caput non eſt vulnus, neque cicatrix, neque plaga* F
cum fervore. Fervet enim iniquitas, cùm domina-
tur, ſuper caput noſtrum ſe ſe extollens, & locum
occupans; ne eum Chriſtus magiſter teneat pœ-
nitentiæ. Non mediocrem vim habent iſtæ ini-
quitates, ſi conſideres hominem illum iniquita-
tis, qui venturus eſt ſecundum opera ſatanæ in
omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendacibus,

A & omni ſeductione iniquitatis: quem cavendum
nobis Apoſtolus demonſtravit, quia operatio- 2. Theſſ. 2. 9. & 10.
nem erroris accipiet; ut probentur fideles, judi-
centur infidi.

30. Merito ergo ſub iniquitatibus poſitus, &
(quod pejus eſt) ſuis, corruptas eſſe & compu- ℣. 6.
truiſſe dicit cicatrices ſuas à facie inſipientiæ ſuæ;
quia levantem onera iniquitatum tardius reme-
dium ſequebatur. Tamen & Job ſancto qui ſa-
niem radebat ſuorum ulcerum perfuſus ulceri-
B bus à pedibus uſque ad caput, ſanitas eſt refuſa; &
Lazarus pauper qui jacebat ad januam divitis,
lambentibus ulcera ejus canibus, de cicatricum
ſuarum fœtore ſublatus, ab Angelis in Abrahæ
ſinu eſt collocatus. Eſt ergo in ſancto David ſpes
& remedium ſanitatis; quia non unguentum re-
dolent, ſed fœtorem ſuorum vulnera peccato-
rum; & quia affligitur his atque curvatur, & non
delectatur. Specta nunc epheborum aliquem laſ-
civum, & egregie libidinoſum, qui in ſtupris vi-
C tam ſuam exigat, more illius divitis in byſſo &
oſtro jacentem, atque epulantem quotidie ſplen-
dide; cui natent pavimenta vino, tegatur humus
floribus & ſpinis cooperta piſcium, incenſis di-
verſorum thymiamatum odoribus triclinia com-
pleantur, quemadmodum ſe beatum putet, &
bene ſe olere judicet; cumque gravia atque diu-
turna animæ ſuæ vulnera gerat, & corruptum
ſanguinem fluat, nullum tamen fœtorem ſuæ ci-
catricis accipiat. Obſtructas enim cœno nares
D habet, nec poteſt dicere: *Spiritus divinus, qui eſt* Iob. 27. 3.
in naribus meis. Ideo dives ille remedium ſalutis
invenire non potuit, pauper invenit. Denique al-
ter apud inferos in ſupplicio, alter in requie.

31. Invenit ergo perpetuæ ſalutis remedium
etiam ſanctus propheta David, qui fœtere ſibi
animæ ſuæ vulnera fatebatur, & à facie inſipien-
tiæ ſuæ computruiſſe ſibi cicatrices proprias lo-
quebatur. Sed eſt & inſipientia quæ per ſtulti-
tiam prædicationis credentibus ſalutem adferat.
E Refugit ergo Propheta Evangelico jam ſpiritu
ſapientiam iſtius mundi, qua non cognoſcitur
Deus: quæ tegit ſua vulnera, non revelat ad Do-
minum. Melior igitur inſipientia, quæ oculos ha-
bet ut videat ulcera ſua, quàm ſapientia quæ non
habet. Et ideo inſipientiæ ſuæ obtutu admonitus
ſpiritali tantus rex, afflictum ſe miſeriis proteſta-
tur; ut remedium poſſit pœnitentiæ reperire,
quod Judas qui agrum de iniquitatis mercede
poſſedit, reperire non potuit.

F 32. *Miſeriis*, inquit, *afflictus, & curvatus ſum* ℣. 7.
uſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar. [e] Uſ- e
que in quem finem ſe dicit eſſe curvatum? Utrum
legitimum in finem pœnitentiæ? Aut amplius, ut
myſtice intelligamus, uſque ad Chriſtum, qui fi-
nis Legis eſt: qui ſe paſſus eſt verberari, paſſus eſt
corpus ſuum mortuum [f] lapidari? Sed nullum fœ- f
torem pœnitentiæ, odorem vero omnem gratiæ

a Quidam mſſ. *Gravis adverſaria nobis* &c. Et infra iidem mſſ. legunt, *ſine venditore ſervimus.*

b. Quinque mſſ. *quia ſenſus ejus malitia & iniquitas obſervabant.*

c. Edit. aliquot Pariſ. cum mſſ. nonnullis, *mercatus Æthiopum* At *mercatus Æthiopes* dici poſſunt pro, *mercatus Æthiopus*; Æthiops enim vox adjectiva eſt. Rurſus in Eſaiæ verbis, ubi omnes edit. ac mſſ. nonnulli cum Vulgata edit. *Labor Ægypti, mercatus* &c. Alii mſſ. plures cum LXX. *Laboravit Ægyptus, mercatus*, &c. *inquiunt dicentes* &c.

d. Rom. edit. cum Vulg. *à pedibus uſque ad caput eſt vulnus, cicatrix, & plaga* &c. Verum qui ſic emendarunt, non adverterunt Ambroſium ſequi ſolitum verſionem LXX. apud quos habes, ἀλλ' ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα. Sic etiam hunc locum Baſilius legebat, ut docet Nobilius.

e. Edit. vet. *Uſque in quem finem? Pœnitentiæ? Ut amplius & myſtice intelligas uſque ad Chriſtum.* Rom. *Uſque in quem finem? In finem ſcilicet pœnitentiæ, vel ut amplius & myſtice intelligas uſque in finem, hoc eſt, uſque ad Chriſtum.* Mſſ. Reg. atque alii quatuor ut ſupra in textu.

f. Rom. edit. ſola, *vulnerari.* Sed hic *lapidari* videtur prorſus idem ſignificare, ac *lapideo ſepulcro includi.*

vulnera illa redolebant. Denique non tabes mor- A
tis de vulnere ejus, ſicut hominum ceterorum; ſed
fons vitæ ſcaturivit æternæ; ut Scriptura nos edo-
Eſai. 12. 3. cet dicens: *Et ſaliet aqua cum delectatione de fon-
tibus Salvatoris.* Exſilivit ergo de vulnere aqua,
ut nos biberemus ſalutem. Bibent omnes pec-
catores terræ, ut peccata deponant. Vide ſingu-
la. Miſeriis afflictus eſt Chriſtus, ut beatos faceret
homines, qui erant in miſeriis conſtituti. Nemo
miſerum eum qui ſit juſtus, appellet; quia ipſe di-
Ibid. 33. 2. xit: *Vos nemo faciet miſeros.* Curvatus eſt ille, ut B
nos erigeremur: contriſtatus eſt ille, ut nos lætifi-
2. Cor. 2. 2. caret; ſecundùm quod ſcriptum eſt: *Si enim ego
contriſto vos, & quis eſt qui me lætificet, niſi qui con-
triſtatur ex me?* Qui contriſtatur ergo ex domino
Jeſu Chriſto, ipſe lætificat Chriſtum; & ipſe læti-
ficatur à Chriſto. Ideo ergo & nos non perfun-
ctorie ſatisfaciendum à nobis eſſe cognoſcimus.
Curvemur uſque in finem, id eſt, non ſolum Chri-
ſto fidem, ſed etiam paſſionum noſtrarum perſe-
verantiam deferentes, & gaudeamus in paſſioni- C
bus noſtris; ſicut & Chriſtus gaudebat in paſſio-
nibus ſuis. Quas ille ſuſcipiebat pro ſervulis ſuis,
Coloſſ. 1. 24. nos ſubeamus pro Domino. Hic ergo finis. *Ut
adimpleam,* inquit, *quæ deſunt tribulationum Chriſti
in carne mea pro corpore ejus, quæ eſt Eccleſia, cujus
ſum factus miniſter.* Videmus quid nobis ſuſcipien-
dum ſit, qui miniſterium ſacerdotale ſuſcepimus;
ut non ſolum pro nobis, ſed etiam pro Eccleſia
Domini ſuſtinere fortiter paſſiones corporis de-
beamus. David autem addidit & animæ paſſio- D
nes.

℣. 8. 33. Denique ipſe ait: *Quoniam anima mea com-
pleta eſt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.
℣. 9. Incurvatus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebam à
℣. 10. gemitu cordis mei. Et ante te omne deſiderium meum;
℣. 11. & gemitus meus non eſt abſconditus à te. Cor meum
conturbatum eſt, & deſeruit me fortitudo mea; & lu-
men oculorum meorum non eſt mecum.* Advertimus
igitur laborem animæ majorem eſſe, quam car-
nis. Denique quibus anima illuſionibus complea- E
tur, intellige; eo quod in tentationibus diabolus
ei videatur illudere & inſultare quaſi graviter
laboranti. Symmachus tamen ait *lumbos,* in qui-
bus ſeminaria ſunt generationis humanæ. Unde
Luc. 12. 35. præcinctos lumbos habere te præcipit Sapientia
Dei; ne tua caſtimonia reſolvatur. Denique ut
ſcias quia in lumbis ſunt libidinis commotiones,
quæ plerumque excitantur à diabolo; quando
contendit diſſipare membra Chriſti, & facere
Job. 40. 11. membra meretricis: *Ecce,* inquit, *fortitudo ejus in* F
lumbis, & virtus ejus in utero. In lumbis viri ſemi-
na ſunt; in utero autem feminæ. Illudit ergo dia-
bolus in bis, ut faciat adulterium, inceſtum, for-
nicationem. Et ideo qui fornicatur, in corpus
ſuum peccat, non extra corpus. Primum, quia in-
firmatur caro, quæ libidinibus diffluit, & non ſer-
vat moderamina caſtitatis: deinde, quoniam ſe-
minaria quæ debent ſoboli proficere procrean-
dæ, inquinamentum corporis, non fructum poſ-
teritatis operantur. Inde itaque dicuntur illuſio-
nes fortaſſe, quod in bis corporis æſtus ſine coi-
tus celebritate frequenter illudat. Unde bene

A Septuaginta viri animæ illuſiones dixerunt; eo
quod [a] diabolus affectus alicujus illudens, in va- a
num ſtudeat vires ejus effundere, virtutemque
vacuare, reſolvere fortitudinem. Ideoque alibi
ait: *Et renes mei reſoluti ſunt.* In quo nos etiam bea- Pſal. 72. 21.
tus confirmat Apoſtolus, quod non illuſiones ani-
mæ, non carnis infirmitatem metuere debeamus;
quia & animæ & corporis noſtri Chriſtus eſt vir-
tus, qui curat ægrotos, quaſi medicus: confirmat
invalidos, quaſi omnium fortitudo. Denique *etſi* 2. Cor. 4. 16.
B *foris homo noſter corrumpitur; ſed renovatur interior
de die in diem.*

34. His itaque animæ illuſionibus fatigatus
incurvaverat & humiliaverat ſe nimis ſanctus
David, non quo iniquitatibus ſuperponentibus
ſe ſupra caput ejus, ut diximus, locum daret, aut
inimico cederet, qui in poſterioribus docet ei
non eſſe cedendum dicens: *Quanta maligne ope-* Pſal. 73. 3. & ſeq.
*ratus eſt inimicus in ſanctis tuis; & gloriati ſunt qui
oderant te, in medio feſti tui? Poſuerunt ſigna ſua ſi-
C gna; & non cognovi ſicut in via ſupra ſummum. Quaſi
in ſilva lignorum ſecuribus conſciderunt januas ejus.*
Inimicis meis, inquit, ſigna iniquitatis ſuæ ſupra
ſummum ponentibus (quid eſt ſummum, niſi ca-
put tuum, ubi ſenſus ſunt, ubi Chriſtus eſt Sapien-
tia) ego non cognovi, id eſt, non acquievi, non
his conſenſi, & meæ ſententiam cogitationis ad-
junxi. Unde & alibi habes: *Non cognovi verbum ne-* Pſal. 100. 3. & 4.
quam; &: *Declinantes à me malignos non cognoſce-
bam.* Denique cùm omnia noverit Chriſtus, pec-
D catum non cognovit; cognoſcit enim quæ ſua
ſunt, id eſt, quæ virtutum ſunt, non quæ flagitio-
rum. Ideoque Scriptura tibi dicit: *Cognovit Domi-* 2. Tim. 2. 19.
nus qui ſunt ipſius. Iniquis autem dicit: *Diſcedite à* Luc. 13. 27.
me, quia non novi vos. Et per Hieremiam locutus
eſt dicens: *Sicut agnus ductus ſum ad immolandum,* Hier. 11. 19.
& neſcivi. Quomodo neſciebat quod futurum an-
te prædixerat? Sed neſcivi, inquit, cogitationes
eorum, malitiam eorum. Nolo ſcire quæ ſangui-
nis ſunt. Denique *non congregabo conventicula eo-* Pſal. 15. 4.
E *rum de ſanguinibus;* &: *Deleo iniquitates eorum, &* Eſai. 43. 25.
memor non ſum. Nolo ſcire quæ remiſſurus adve-
ni. Non cognovi ligna quæ ardeant, nec quæ in
acervo lignorum ſunt poſita, vel ſtipulam, vel fœ-
num; ut citius ea nutrimentis ſuis flamma conſu-
mat. Illa volo ſcire quæ maneant, ut fructum ſuæ
mercedis accipiant: illa volo ſcire quæ ſupra fun-
damentum ædificata ſunt, ut meliorentur; non
quæ in via, ubi ea diripiant tranſeuntes: illa volo
ſcire quæ vitis ſunt, illa certa ligna quæ ferant
F fructum; non ea quæ in faſces collecta ad incen-
dium præparantur; id eſt, non ſum illis arbiter &
ſocius, quæ caduca ſunt. Non ergo ſocietas ali-
cujus rei, ſed ſocietas criminoſa in culpa eſt.

35. Qua ratione autem non cognovit in infru-
ctuoſis & fragilibus gloriantes? Quia malis ope-
ribus & iniquitatis ſuæ ſecuribus evertunt animæ
fidelis ingreſſus, & crudelibus factis ſcindunt piæ
mentis veſtibula; ne per ea poſſit Chriſtus intra-
re. Debet autem unuſquiſque portas ſuas & ja-
nuas cuſtodire; ut cùm venerit Chriſtus & pulſa-
verit, dicant miniſtræ poteſtates quæ præeunt &
præcurrunt: [b] *Tollite portas, principes, veſtras; & ele-* b Pſal. 23. 7.

a. Quædam edit. Pariſ. cum mſſ. Vat. & quinque Gallic. *diabolus afflictis aliquibus illudens . . . vires eorum* &c. Melius aliæ cum mſſ. Vict. & Colb. ut in textu.

b. Nonnulli mſſ. *Tollite portas principes veſtri:* verum præterquam quod illi minus cohærent cum iſtis ſubſequentibus, *vere principes* &c. in hoc etiam ab omnibus recedunt verſionibus, quas videſis in Bibliis polyglottis, atque apud Nobilium in eumdem verſum.

vamini portæ æternales. Vere principes, qui ſe be- A nerexerint; ut in animas eorum Chriſto ingreſ- Eccle. 10. 4. ſus ſit. Simile quoque illud eſt Salomonis: *Si ſpiritus habentis poteſtatem adſcenderit adversùm te, lo-* a *cum tuum non relinquas; [a] quia cura mitigabit delicta magna?* Diligentia enim & fides ſuperiorem locum tenent, inferiorem perfidia. Ideo adſcendat ad te bona diligentia, quæ inſidias excludit inimici, & aufert peccatum; ne malitia poteſta- Eccle. 3. 16. tem habentis nocere poſſit. Hanc videt Eccleſia- * ſtes* in Canticis malitiam ſub ſole, hoc eſt, in hoc B mundo; unde & ſubſolanum locum hunc Scriptura memoravit. Sub ſole ergo vidit, non ſupra ſolem, ubi pax Angelorum eſt, vel ſanctitas cæleſtium poteſtatum. Aut forte ſub ſole iniquitatis dixit; malitiæ enim diabolus præſidet, virtutibus Chriſtus. Itaque ut vinceret ſpiritum poteſtatem habentem, quam ad tempus accepit, incurvabat ſe in oratione David, cervicem ſicut circulum flectens, & humiliabat in precibus; oratio enim ſe humiliantis nubes penetrat, & elementorum al- C ta tranſcendit, ut Chriſto appropinquet.

36. Et rugiebat à gemitu cordis ſui. Rugit, qui gemitum ſolum, non verba exprimit. Hæc eſt er- Rom. 8. 26. go illa præclara oratio, quando *interpellat pro nobis Spiritus gemitibus inenarrabilibus*, ut Vas electionis adſeruit. Hic eſt gemitus quem non deſpicit Deus, qui non deſpicit ſervum juniorem orba- b tum patre, nec viduam, [b] ſi effundat loquelam.

37. Gemitum ergo ante omnia ſignum Spiritus ſancti Apoſtolus ponit, ut legimus. Denique cnſ- D todiamus animæ noſtræ januas; ne multiloquii ſecuribus ſcindatur noſtræ confeſſionis ingreſſus. Nihil inſolens & ſuperbum noſtro ex ore procedat; ne ſecurim levemus aut malleum, quæ non intrant in Eccleſiam Domini. Claude januam, cùm oras, ne ſe ingerat ſpiritus nequam; ut & ibi peccatum extorqueat, ubi lucrum volumus pietatis adquirere. Qui ſic orat, non eſt à Domino gemitus ejus abſconditus. Denique ſic ſancti Petri gemitus & cognitus & exauditus eſt, quando E flevit amariſſime. Utique non lacrymæ amaræ, ſed amarus qui eas fundebat affectus. In ipſo perfido Achab gemitus inveniſſet gratiam; niſi manens invidia cumulaſſet offenſam. Non enim perfunctorius gemitus prædicatur; ſed qui habet converſionem; ſcriptum eſt enim: Si converſus ingemueris, ſalvus eris.

38. Conſtituamus etiam ante Dominum omne deſiderium noſtrum. Quid eſt deſiderium? Bonæ Luc. 22. 15. enim rei legi deſiderium: *Deſiderio deſideravi hoc* F Pſal. 41. 2. *paſcha manducare vobiſcum*; &: *Cervus deſiderat ad fontes aquarum.* Puto autem quod is qui pœnitentiam gerit, qui ſe affligit, non bona ſua debeat, ſed commiſſa ſibi enumerare peccata. Denique verſiculis illis, ut arbitror, hoc docemur, quibus ait: Pſal. 55. 9. *Deus, vitam meam nuntiabo tibi: poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.* Non enim quaſi innocentem vitam annuntiat, ubi lacrymæ funduntur, quæ

A ſolent legationem ſuſcipere pro delictis. Niſi forte ſic intelligamus, quod etſi innocens quiſque ſit, ſecurus eſſe non poſſit, cui ſint adverſus graviſſimos hoſtes quotidiana certamina; & ideo hæc licet læta ſit conſcientia, tamen pugna lacrymabilis. Juxta hos ergo verſiculos concupiſcentiam poſſumus accipere magis, quam deſiderium; ἐπιθυμίας enim græcus poſuit: concupiſcentia autem & deſiderium ἐπιθυμία dicitur. Sed concupiſcentia & de bono & de malo dicitur. *Concu-* Pſal. 83. 3.
B *pivit, & defecit anima mea in atria Domini*, pro bono: in Lege autem aliter: *Nam concupiſcentiam neſ-* Rom. 7. 7.
ciebam, niſi Lex diceret: Non concupiſces, utique pro malo. Denique ſubjecta nos doceant, quia occaſione accepta, peccatum per mandatum operatur omnem concupiſcentiam in hominis affectu. Poſſumus tamen ſic accipere, *Ante te omne deſiderium pono*; hoc eſt, tibi manifeſto, quæ impetrare deſidero; ut ad ſeriem petitionum, non ad jactantiam referendum videatur eſſe virtutum. JAC- C TANTIA enim inſolens etiam in integro, deprecatio autem in peccatore laudabilis.

39. Addidit etiam Propheta, quia cùm cor ſuum conturbatum ſit, deſeruerit ſe fortitudo ſua. Magnum periculum ſi cor exagitetur, quo credimus ad juſtitiam. Sed tamen ut in magnis periculis ægritudinum ſi dolor ſentitur, & ſenſus ejus exprimitur, remedium ſalutis oſtenditur (dolere enim tolerabilius eſt, quam non dolere; aliud enim vivificationis adhuc manentis inſigne, ſi do- D leas: aliud ſupremæ mortis indicium, ſi nullus ſenſus doloris ſit) ita & cor ſalutis ſigna demonſtrat, quando cauſas ſuæ perturbationis agnoſcit. Denique turbatum eſt cor David adverſus Nabal hominem peſtilentem, & gratiam reperit, dum occurrit Abigæa, quæ mitigaret commotionem indignationis, & ſanctificationem benedictionis acciperet. At vero Nabal duro & rigido corde verbum uxoris ferre non potuit, & obſtupefactus obriguit, & in mortem incidit.

E 40. Quæ autem Propbetam deſeruit fortitudo? Utrum carnis, an mentis? Si carnis, non utique deſperanda ſanitas. Nam *virtus in infirmitate per-* 2. Cor. 12.
ficitur. De quo non mediocriter diſputavit [c] arbi- 9. c
ter & præliator qui luctæ mentis & corporis ſciens, temperabat utriuſque certamen; ut reſtringeret carnem, ſi cerneret fortiorem, ne in legem peccati captivam duceret mentem. Revocabat itaque carnem, virtutem autem menti jungebat: ſic ad coronam meruit pervenire. Er- F go hoc dicit Propheta: Si carnis fortitudo deſeruit, mentis fortitudo prævaluit. Quod ſi fortitudinem mentis accipimus deſeruiſſe, non mirum ſi in graviſſimis tentationibus corde turbato, putat ſe homo mentis ſuæ fortitudine deſeri. Ipſe te doceat dicens: *Fortitudo mea, & laus mea Dominus.* Pſal. 117.
Dominum ergo quærebat; & ideo ne deſeri me- 14.
reretur, ſæpius putabat eſſe quærendum: & ſicubi fluctuabat, putabat ſe eſſe deſertum. Sic apoſtoli

a. Mſſ. aliquot, *quia cura mitigat delictum. Magna enim diligentia* &c. Melius alii atque edit. cùm legere ſit in ſacro textu, ὅτι ἴαμα καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας.

* Hic eodem modo liber *Eccleſiaſtis* per vocem, *in Canticis* deſignatur, quo Scriptura univerſim per vocem *in hymnis* ſignificatur lib. *De Fuga ſæculi* cap. 4. num. 20. quem conſule.

b. Ita edit. vet. ac Rom. cum mſſ. aliquot. Edit. vero nonnullæ Pariſ. cum aliis ſcriptis cod. *ſi effundat loquelam gemitu* (quidam mſſ. *ſi effundant loquelam gemitus.*) *Ergo ante omnia ſignum quod inimicus ponit, non capiamus: quale ſignum Antichriſtus ponet.* Sed iſta non tam bene ex antecedentibus conſequuntur.

c. Edit. omnes cum tribus mſſ. *Arbiter & breviator.* Melius alii quinque cod. *Arbiter & præliator*, ſignificatur enim Paulus & arbiter, ſive agonothetes dici ſpiritalis certaminis, quod multis epiſtolarum ſuarum locis ejus leges aliis præſcripſerit, præmia ûque propoſuerit, & idem *præliator*, ſive athleta eſt, ut de ſe ipſe teſtatur. 1. Cor. 9. 26. & 2. Tim. 4. 7.

excitant

excitant dormientem ; ne obdormiret ſibi, non A quia eum obdormiſſe credebant. Sic Eliſæus (ut
4. Reg. 2. 14. ſuperiorum utamur exemplis) *Ubi eſt*, inquit, *Deus Eliæ?* Non quod putaret abſentem; ſed quia præſentiam ejus in beneficiis requirebat. Sic Hie-
Hier. 17. 14. remias eum ſequebatur ut medicum, dicens: *Sana me, Domine, & ſanabor: ſalvum me fac & ſalvabor Non laboravi ſequens poſt te.* Sic Eccleſia requi-
Cant. 3. 5. rebat eum in Canticis canticorum, & rogabat filias Hieruſalem, ut ſuſcitarent dilectionem. Quærebat ut inveniret, quem ſua dilectione retinebat, B nec umquam ſentiebat abſentem. Sic ergo & David non querebatur à Chriſto ſe eſſe deſertum; ſed judicabat illo præſente, ſe non poſſe turbari.

41. Denique ut ſcias de Chriſto magis intelligendum, addidit: *Et lumen oculorum meorum non eſt mecum.* Quod eſt verum lumen omnium, niſi
Johan. 1. 9. Chriſtus Jeſus de quo Johannes dicit: *Erat verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; quia ipſe eſt qui illuminat & corporis oculos, & mentis obtutum? Rogemus ergo, C ut ſemper nobis ſuum lumen infundat, & ſemper nobiſcum ſit, ſicut erat cum David; & ideo au-
Pſal. 35. 10. debat dicere: *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Ille certe quaſi propheta magnum viderat lumen: nobis lucerna ejus luceat, ne poſſimus errare. Et lucerna Verbum eſt, ſicut verum lumen eſt Verbum, quod totum
Pſal. 118. 15. illuminat mundum. Denique *lucerna pedibus meis Verbum tuum, Domine.* Et lucernam illam etiam
a Propheta quærebat[a], non laternam. Lucernam D autem illam Johannes invenit, & demonſtravit: cum laterna perſecutor advenit & demonſtravit; laterna enim clauſum habet, non liberum lumen. Judæus quaſi lucerna ſub modio, vel faces ſub velamine poteſt videre, ſed non videt: nos autem revelata facie gloriam Domini ſpeculamur æternam; ut ad ejus imaginem à gloria in gloriam per Spiritum ſanctum reformemur. Venit ergo perſecutorum turba cum laternis; & ideo incluſam in eis lucem videre eorum oculi E nequiverunt. Venit cum facibus, quæ plus habent in fumo caliginis, quàm ſplendoris in lumine. Denique facibus mortuorum cadavera ardere conſueverunt. Sibi ergo Judæi jam ferebant incendia, qui perſequebantur ſalutis Auctorem. Venere cum armis, ſignificantes armis ſe perituros eſſe Romanis uſque ad excidium totius civitatis & templi, qui pacem Domini recuſarunt.

ỳ. 22. 42. *Amici mei & proximi mei adversùm me appropinquaverunt, & ſteterunt. Et proximi mei à longe* F
ỳ. 23. *ſteterunt. Et vim faciebant qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt va-*
ỳ. 24. *nitatem: & dolum tota die meditabantur. Ego autem velut ſurdus non audiebam, & ſicut mutus, qui*
ỳ. 25. *non aperit os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo increpationes.* Videro qui ſint qui argute iſta diſcutiant. Mihi in primo præcipue iſto verſiculo Domini videtur tenenda ſententia; quia in tentationibus inimici fiunt hominis etiam domeſtici ejus. Hoc ergo ſanctus David pure atque ſincere & dolenter fatetur. Verus enim dolor eſt, & interioris cordis confeſſio; quando enumerantur omnia quibus ſecreta mentis viſcera amariſſimo compunguntur affectu, & domeſtico felle exacerbantur. Deplorat igitur Propheta ab amicis ſe & proximis impugnatum, à quibus utique non impugnari debuit, ſed juvari. Quod utique cum ſan- Job 16. 2. & ſeq.
cti Job querimonia concurrit; quia & ipſe arguebat tres illos reges conſolatores malorum, qui majora ei inferebant certamina, cùm ad conſolandum eum amicitiæ gratiâ conveniſſent: quod utique cavendum eſt nobis. Conſolatio enim mitis eſſe debet, non aſpera, quæ magis dolorem leniat, fervorem mitiget, quam commotionem excitet. Certe ipſius corporis medicina nos doceat, quæ ferventibus vulneribus molliora medicamenta conſuevit adhibere, quibus dolorem allevet. Ideoque foventur primo vulnera, poſt ſecantur; ne offendat ipſa durities, & inciſio vulnus exaſperet. Quanto igitur magis cavere nos convenit; ut cùm venerimus ad conſolandum, non facile, non perfunctorie loquamur? Septem diebus tacuit Job, tacuerunt amici, nec locuti eſſent, niſi Job dolore prorupiſſet in vocem; quærendum eſt enim unde incipias, ne in ipſo ſermone offendat conſolatio tua. Etiam taciturnitas ipſa medicina eſt, & velox in ſermonibus magis vulnerat. Quid miraris ſi alterum vulnerat, cùm frequenter ipſe ſe vulneret; quia ex multiloquio peccatum non effugit? Etenim ſi medicus medendi tempus exſpectat, ut digeſtis ægritudinibus, medicinæ ſubſidia deferantur; ne acerba adhuc & immatura, ut adſerunt, ægritudo curationis remediis reluctetur, & beneficium ſentire non poſſit; quanto magis explorare nos convenit, ut opportune à nobis medicinalis ſermo procedat, qui non accendere luctum, ſed lenire videatur? Vis urget doloris: premitur cor mulieris afflictæ, quæ immaturo obitu maritum amiſit, aut filios: quid properas cùm te illa non audiat, niſi defervescat dolor? Sæpe lites de conſulationibus vidimus excitatas. Veniſti ut doleas, non ut litiges. Ordo ſermonis ipſe quærendus eſt; ne peccatum apud Deum incurras, dum deſideras hominem conſolari; [b] ne dicenti tibi: Audi hæc, & alia multa quæ nihil proſint; reſpondeat: *Audite con-* b Ibidem.
ſolatores malorum; ne in luctu alterius certamen garrulæ diſputationis inducas; ne non accedas cùm oporteat; ne accedas, & durior ſit tuus ſermo. Denique quid dicatur de talibus, doceat te ſanctus Job: *Simul mihi venerunt[c] tentationes gra-* Job. 19. 12. & ſeq.
viſſimæ, circumdederunt me inſidiantes: fratres mei diſceſſerunt à me, cognoverunt extraneos magis quam me. Amici mei immiſericordes facti ſunt. Hic ergo c

a. Ita edit. ac plures mſſ. niſi quod hi poſt verba, *non laternam*, addunt, *ſed lucernam*. In Vict. autem & Colb. ſic legitur, *non lucernam. Et lucernam lucerna Johannes* &c. Iterum ubi edit. ac mſſ. aliquot, *Lumen Iudaeorum quaſi lucerna ſub modio, vel fax ſub velamine, poteſt videri* &c. Alii cod. majori numero, ut nos in textu.

b. Locum hunc Rom. edit. ita decurtaverat: *Et ne dicatur tibi: audivi talia multa, conſolatores malorum.* Nos eum ex vet. edit. reſtituimus, à quibus etiam non differunt cod. Vict. & Colb. niſi quod habent: *Ne dicenti tibi* . . . *& reſpondeat.* Mſſ. vero Vat. & quinque Gallic. *Ne dicatur tibi, audi hæc* . . . . *& reſpondeat tibi* &c. Ad hos quoque Pariſ. quædam edit. accedunt, excepto quod præmittunt: *Et*, ante, *ne dicatur*; ac poſt, *reſpondeat*, expungunt: *tibi*. Quam lectionem qui non improbabit, ſumat, *dicatur tibi*, pro, *dicatur abs te*. Quod Latinis auribus non eſt inſolens.

c. Rom. edit. ſola *tentationes ejus, viri mei circumdederunt me inſidiantes*. In quo LXX. Interp. ſecuta eſt apud quos [illegible]

naturalis eſt ſenſus etiam ſancti prophetæ David, ut queratur ſe ab amicis impugnatum, à proximis deſtitutum.

43. Sed ne myſticus quidem abhorreat pietatis affectus, ut pro Angelis dixerit, qui prætendunt timentibus Dominum; ut eripiant eos de tentationibus, quas ferre non poſſent. Quomodo ergo longe ſtant, qui ad adjumentum ſunt attributi? Sed non illi ſe ſeparant, ſed qui urgetur tentationibus putat eos longe abeſſe, quos propius ſibi adeſſe deſiderat; & arbitratur diſſimulare, cùm illi juvandi tempus nutu ſui imperatoris exſpectent, qui athletam ſuum quo glorioſius vinceret, diutius certare præcepit. Et videtur hoc magis ſequentibus convenire; quia Angelis protectionis excubias relaxantibus, inſidiabantur inimici, quærentes in anima ejus invenire quod noceat. Tunc enim poteſtas illis gravioris tentationis permittitur, cùm culpa animæ gravior reperitur. Unde habes illud in libro Regnorum regis Achab ad Eliam dictum; quando eum Propheta vehementer increpavit, & mortem ei denuntiavit: *Inveniſti*, inquit, *me*. Et reſpondit Elias: *Inveni; quia feciſti malignum in conſpectu Domini.* (3. Reg. 21. 20.) Vides ergo quia regibus non temere vel à prophetis Dei, vel à ſacerdotibus facienda injuria ſit; ſi nulla ſint graviora peccata, in quibus debeant argui: ubi autem peccata graviora ſunt, ibi non videtur à ſacerdote parcendum; ut juſtis increpationibus corrigantur.

44. Tamen David in hoc loco dicit quod nihil inveniſſe videantur; & ideo inimici ejus vanitatem locuti ſunt, quoniam nihil quod pro veritate loquerentur, invenerint. Aut certe, quia etſi peccavi, tamen peccata mea pœnitendi dolore purgabam. In quo illi cum dolo mecum loquebantur; ut me objurgatione confunderent, & à converſione revocarent. Et vide ne hoc magis ſenſerit, quæſiſſe illos mala ejus: ſed cùm vellent accuſare, præventos; quoniam vulnera ſua ipſe patefecerat, ſui accuſator exiſtens; & ideo vim accuſationis eorum eſſe annullatam: locutos autem fuiſſe vana, quæ confeſſo culpam nocere jam non poſſent.

45. Excluſi igitur à criminationis invidia, dolum adhibebant; ut inſurgerent, inquit, & mihi inſultarent, quo me ſtimularent ad aliquam commotionem: quorum ego dolum videns, *velut ſurdus non audiebam.* Conſidera vim ſermonis. Non dixit, quia ſimulabam non me audire quæ dicerent: ſed *non audiebam*, dixit; & quod intentione mentis vocem loquentis excluderet; nec aperiret os ſuum, ſicut mutus. Beatus qui poteſt tantam habere virtutem, ut laceſſitus non iraſcatur, commotus ſe nolit ulciſci. Inimici hoc agunt, ut provocent ad iracundiam: maledicunt, ut maledicamus: criminantur, ut crimen retorqueamus: conviciantur, ut excitent nos ad viciſſitudinem contumeliæ. Unde præclare Petrus de domino Jeſu in epiſtola ſua poſuit: *Quia cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur.* (1 Pet. 2. 23.) Ad ejus ergo ſimilitudinem atque imaginem juſtus ſuæ vitæ cupiens inſtituta formare, accuſatus tacet, læſus remittit, diſſimulat laceſſitus, & non aperit os ſuum; ut illum imitetur, qui ſicut agnus ad victimam ductus, ſic non aperuit os ſuum: & cùm poſſit habere quod referat, magis vult ſilere quam dicere. Ipſe enim dominus Jeſus vere cùm accuſaretur, tacebat; & cùm percuteretur, non repercutiebat. Denique percuſſus reſpondit: *Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi bene, quid me cædis?* (Johan. 18. 23.) Vide quemadmodum quaſi vere infirmus, & quaſi is qui ſe vindicare non poſſet, puerili quodam loquebatur affectu: ita ergo & tu ſi habeas quo redarguas arguentem, melius tacebis; ne redarguendi viciſſitudine commotionem tuam prodas. Melius eſt enim diſſimulare injuriam, quam cùm redarguis, vindicare. Bonus mutus, qui loqui male neſcit, cujus ex ore crimen exire non novit. Hic eſt mutus vere beatus, qui cùm tacet, intra ſe loquitur. Dominus dat mihi linguam eruditionis, ut ſciam quando oporteat me dicere ſermonem. Talia loquebatur intra ſe Zacharias, cùm obmutuiſſet: & vere quia loqui ei non profuerat, ne loqueretur, obmutuit; & ut loqueretur, exauditus à Chriſto eſt. Denique ſcripſit quod Chriſtus exaudiret: & vocem recepit, quam Chriſtus indulſit: & gratiam adjunxit, quam ante non habuit; ut prophetaret eum, cujus mandatis ante non credidit. Quid de Domino omnium virtutum loquor, cùm mulier Suſanna nec ſexus infirmitate turbata, cùm ſe ad periculum mortis cognovit addictam, vocem emiſerit? Accuſabatur, & tacebat: ducebatur ad mortem, & ſilentio ſe tegebat, ne nudaret pudorem. Intra ſe tamen loquebatur Deo, qui eam magis audivit tacentem: quæ ſi voluiſſet loqui, forſitan non eſſet audita.

46. Et tu ergo qui propoſuiſti ſatisfacere pro delictis domino Deo tuo, illi ſoli interiore corde te purga, illum contuere, qui poteſt peccata diluere. Adjuvat te, qui putaverit arguendum. Denique cùm malediceretur David, & ejus dux Abeſſa injuriam regis vellet ulciſci, dixit ad eum David: *Dimitte illum, ut maledicat; quoniam dixit illi Dominus, ut videat humilitatem meam, & retribuat mihi Dominus bona pro maledicto hoc.* (2. Reg. 16. 12.) Vides igitur quod à conviciantibus adjuveris, ut Dominus audiat te, & peccatum tuum remittat? Nam cùm ipſe accuſator tui eſſe debeas, & coacervare flagitia, teque ipſum offerre ſupplicio; quomodo negare objecta deſideras? Pœnitentia patientiam quærit, patientia mitigat delicta magna. Quomodo iraſceris aliis, tuæ ipſe reus conſcientiæ? Quomodo commoveris, cùm debeas eſſe miſerabilis? Qui arguitur, & (quod eſt amplius) à ſemet ipſo, curare debet ſua vulnera, non alterum vulnerare. Nemo alium vulnerando ſe ſanat. Medice cura te ipſum. Si medicus, quanto magis reus prius curare ſe debet? Confiteris peccatum tuum, & medicum te profiteris alienum: etſi veritatis eſt quod retorques, temporis non eſt; peccatori enim dixit Deus: *Quare tu enarras juſtitias meas?* (Pſal. 49. 16.) Uſurpaſti tibi ut de Lege arguas, qui contra Legem ipſe feciſti. Quid lacrymarum tempus amittis? Quid concertando vanos ſermones aut audis aut loqueris; cùm tibi ſcriptum ſit: Non accipias auditum vanum; (Exod. 23. 1.) cùm legeris in Evangelio pro omni ſermone otioſo judicium eſſe ſubeundum? (Matth. 12. 36.) Etſi alius loquitur, tace: etſi alius conviciatur, aurem tuam obſtrue.

47. David taeendo vicit adverſarios ſuos : & A
quia ſicut mutus factus eſt, vocem recepit ; quia
ℽ 16. cooverſus ad Domioum loquebatur dicens: *Quo-*
niam in te, Domine, ſperavi : tu exaudies me, domi-
ℽ 17. *ne Deus meus. Quia dixi, ne aliquando exſultent in*
me inimici mei. Vide ſingula: Tacebat David, lo-
quebantur inimici, provocabant ut aliquid & ip-
ſe loqueretur. Dicebant: Audiamus vocem tuam.
Intra ſe ille tacitus loquebatur : Quid opus eſt,
ut iſta audiant, quibus prodeſſe non poſſunt? *In*
te, Domine, ſperavi : tibi ſoli loquor : tu audi, qui B
exaudire potes. A te ſemper popoſci, *ne aliquan-*
do exſultent in me inimici mei; quia etſi peccavi, tu
peccatum dimittis : etſi ego cecidi, tu reſuſcitas;
ne habeant unde exſultare poſſint qoi peccatis
lætantur alienis. Plus enim adquiſivimus, qui plus
peccavimus ; qoia beatiores facit tua gratia,
quàm noſtra innocentia. Habemus bunc ſenſum
Mich. 7. 8 & in libro Michææ propbetæ : *Noli gaudere ſuper*
me, inimica mea; quia cecidi, ſed reſurgam. Noo eſt
gravis infirmitatis ruina, ſi non ſit etiam volunta- C
tis ſtudium ab ea non reſurgeodi. Habe volunta-
tem ſurgendi, præſens eſt qui faciat ut reſurgas.

48. Dixit ergo David in corde ſuo, petens ut
exaudiretur à Domino, & ot non exſultarent in
eum ejus inimici : petens etiam ut in cooverſio-
nis ſuæ propoſito permaneret; ne dum propoſiti
ſui greſſus quaſi quidam pedes ſuæ animæ com-
moventur, in eum adverſarii ſnperba & magni-
loquentiæ plena loqnerentur ; ut faciont qui in-
ſultare deſiderant. Tametſi moveatur ut homo, D
paratum ad flagella ſe dicit; ot vel ſupplicio ſol-
vat errorem. Et ſi ceſſent flagella Domini, ſe ta-
men dolore proprio memorat flagellari ; ut non
inveniat culpa quod damnet, quam bona con-
feſſio prævenerit. Hoc eſt ergo quod ait: *Et dum*
commoventur pedes mei, in me magna locuti ſunt ; eo
quod tam promti ſunt ad inſultationis ludibria,
nt in commotione pedum meorum paratam ha-
buerint magniloquentiam ; vel certe ſic : *Dum*
commoventur pedes mei, putantes quod caderem, E
ſuperba jam & magniloqua ſunt locuti.

Pſal. 72. 2. 49. Sed tamen quia ipſe in poſterioribus pene
motos pedes ſuos dixit, ne quid oriatur hinc
ſcrupuli, conſidera hîc doceri nos affectum pœ-
nitentiæ, ibi opinionem ejus erroris excludi, quod
divitiæ & ſucceſſus proſperiot flagitioſorum nos
movere non debeant. Conſuetudo autem locu-
tionis in ſcriptoris divinis bojuſmodi reperitur.
Pſal. 125. 1. Sic enim & alibi : *Dum converteret Dominus capti-*
vitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati. Quamquam F
ſanctus non in oſtenſione verborum, ſed in vir-
tute ſpiritus probari ſe velit. Sensus ergo nobis
ſpectandus eſt ſemper, quem etiam ipſum fre-
quens tranſlatio ex bebræo in græcum, ex græco
in latinum adtenuare conſuevit.

ℽ. 18. 50. Ad omnia itaque ſuperiora pulcrum reme-
dium, quod in flagella paratus eſt, & offert ſe Do-
1. Par. 21. mino, ut quæ placuerint Deo, flagella ſuſtineat.
13. Elegiſſe quidem lego ſanctum David flagelli ge-
nus, quod æquanimiter ſuſtineret : ſed elegit,
quia de tribus conditionibus eligendæ unius ne-
ceſſitas mandabatur. Ubi autem non mandatur,
ad omnia paratus eſt Dei ſervulus, ſeu corpora-
lem ægritudinem ſubeat, ſeu fugam à facie inimi-
ci, ſive obitum filiorum, quos non timet præmit-

A tere; qnia recipere poteſt imperterritus. Nam &
ſciens quod ſi hîc fuerit punitus ſupplicio tem-
porali, levare in futurum perpetuæ poſſit pœnam
ærumnæ : rogat ergo ut recipiatur petitio ſua, &
caſtigetur ipſe, ut recipiatur ; caſtigat enim Do-
minus omoem filium quem recipit.

51. Si ſervulum tuum videas peccata propria
confitentem ultro offerre ſe pœnæ, inflecteris,
ignoſcis : & de Domini miſeratione diffidis? Ju-
dex ipſe cui non licet in plurimis cauſis à gladio
B temperare, quia legibus ſervit ; poteſt tamen lu-
crum donare pœnarum : & tu adhuc trepidas,
quid à legum Domino & miſericordiæ Auctore
depoſcas, cui lex voluntas eſt, & donandi jus? Si
tamen tu petas tibi tua peccata donari, nec con-
ſideres bonores tuos, aut erubeſcas amicos tuos;
ne dignitatem tuam deflexiſſe videaris. Amicus
Dei, propheta Dei, rex ab ipſo electus Deo, &
unctus in regnum, flagellis ſe ſpontaneus offere-
bat, nec erubeſcebat: & tu erubeſcis? Non mul-
C tum iſta verecundia tibi opitulabitur, cùm ad ju-
dicium Dei veneris : ſed pudoris te iſtios pænite-
bit, cùm in conſpectu non ſolum bominum ; ſed
etiam Angelorum & omnium Poteſtatum cæleſ-
tium conſtiturus cœperis peccata propria non
negare. Quomodo excuſabis, cùm tanta commi-
ſeris? Prætendes cooditionis infirmitatem, quia
nemo ſine peccato? Reſpondebitur tibi: Debuiſti
ergo agere pœnitentiam, dederam remedium,
cur refutaſti? Subtexes pudorem, quod bonores
D tuos erubueris? Dicet : Si tu erubuiſti me coram
amicis tuis, & ego te erubeſcam coram Patre
meo, qui eſt in cælis. Diſce verum eſſe quod
ſcriptum eſt, quia *eſt verecundia adducens peccatum.* Eccli. 4. 25.
David in conſpectu ſuo dolorem ſuum ponebat,
ne unquam obliviſceretur : David iniqoitatem ℽ. 19.
ſuam ipſe pronuntiabat : David de peccato ſuo,
non de opibus cogitabat : David non erubeſce-
bat ſua recenſere peccata ; ne de iis erubeſceret
in meo judicio conſtitutus : & tu erubeſcebas?
E Non eſſet hodie in requie ſervulus meus Job ſi
erubuiſſet tres illos reges amicos ſuos : nec ipſe
David, ſi erubuiſſet delicta propria confiteri. Er-
go quia non erubuit mihi ſua aperire peccata ;
nec ego erubeſcam ei mea ſecreta reſerare. Et
quia uterque eorum non erubuit factorum ſuo-
rum pretium in mea ponere poteſtate, meo ſe ju-
dicio voluntatique committere ; nec ego de tali-
bus ſervulis erubeſcam, ut appellem amicos, qui
meam ſtuduerint facere voluntatem. Ideoque
F quoniam illi ante in mœrore, nunc in conſola-
tione : tu quia in deliciis, ounc in ſuppliciis. Chaos
inter vos magnum eſt, ut neque illorum ad te
gratia, nec tua ad illos poſſit pœna tranſire. Au-
dis ergo quid dicat David? Audi, dum tibi cor-
rigere & emendare permittitur : Si hîc emenda-
veris, illic requieſces. Non te dulcia mundi & ſæ-
culi bujus amœna delectent ; grave enim fel mo-
vere conſuerunt. Non ille jucunda quærebat po-
ſitus in regno, qui potius eligebat mortem ſanc-
torum, quàm vitam flagitioſorum.

52. *Inimici*, inquit, *mei vivunt, & confirmati* ℽ. 20.
ſunt ſuper me : & multiplicati ſunt, qui oderunt me
inique. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant ℽ. 21.
mihi ; quoniam ſubſecutus ſum juſtitiam. Sed quan-
to illuſtrior ille, qui quotidie moriebatur, ut po-

pulos ſuos vivificaret: & corpus ſuum mortis vul- A
1. Cor. 11. 23. neribus offerebat; ſicut ipſe ait: *In mortibus fre-*
quenter? MORS ENIM honeſta redemtio vitæ eſt
etiam decoloris, aut innoxiæ firmamentum: exi-
tus autem mortis in manu vitæ. Et ideo malebat
Apoſtolus quotidie mori; ut vitæ ſuæ meritum
comprobaret. Scriptum eſt enim: *Non laudes ho-*
minem in vita ſua. Qui enim vivunt, morientur:
qui moriuntur, reſurgent. Propior ergo ſaluti eſt,
qui moritur ut reſurgat, quam ille qui vivit ut
Eccl. 11 30. moriatur. Quis eſt autem qui quotidie moritur; B
niſi qui mortem domini Jeſu in ſua carne circum-
fert, ut omnia ei peccata moriantur? Confirmati
autem & multiplicati ſunt inimici David in hoc
ſæculo; ſed non idoneum firmamentum, niſi ejus
qui confirmatur in Chriſto. Denique illi confir-
mantur in ſæculo, qui oderunt juſtum inique:
non ergo juſtum odium, ſed injuſtum; cùm odiſ-
ſent inique.

53. Sed vide diſtantiam. In poſterioribus ait:
Pſal. 68 5. *Qui oderunt me gratis*; hic habet: *Qui oderunt me* C
inique. Sed ibi ex perſona Chriſti, hic ex perſo-
na ſua: ubi ex perſona Chriſti loquitur, gratis
odio habetur; ubi ex ſua, inique. Homo enim
poteſt uni alicui vulneri non patere, ut puta in-
juſtitiæ, intemperantiæ, impudicitiæ; aliis au-
tem vulneribus patet: in Chriſto autem nulla
cauſa eſſe potuit, qua peccati alicujus potue-
rit vulnus accipere, immunis à culpa, & integer
à delicto, atque immaculatus à vitio. Sunt au-
tem qui putant utrumque pſalmum ex perſona D
Chriſti eſſe decurſum, qui pro noſtris peccatis
ſatisfaciebat Patri. Hic ergo dicebat ſe appeti-
tum contra juſtitiam, illic contra gratiam.

54. Et bene addit, ut probaret ſe injuſte appe-
titum: *Quoniam ſubſecutus ſum juſtitiam.* Quanta
vis verbi in unius ſyllabæ adjectione, ut ſubſecu-
tum ſe diceret juſtitiam, non ſecutum? Propior
eſt enim qui ſubſequitur, quam ille qui ſequitur,
a [a] & ſuppar quam impar, & ſucceſſio heredis ma-
gis, quam acceſſio nuncupatur. E

55. Et tamen quamvis ſubſequatur juſtitiam,
non ſuæ virtutis putat eſſe, ſed gratiæ cæleſtis, ſi
non deſeratur à Chriſto; eoque orat impenſius
℣. 22. dicens: *Ne derelinquas me, domine Deus meus; ne*
diſceſſeris à me; hoc eſt, homines me dereliquе-
runt, amici mei impugnaverunt dilectum ſibi
proximum: non appropinquaverunt. Fugiebant
me quaſi mortuum, & abominati ſunt; quia pec-
cata mea tibi aperire deſideravi, & confiteri; quia
flagellis tuis me obtuli vulnerandum; quia elegi F
cicatrices vulnerum ſuper epulas regum, & jac-
tantiam poteſtatum: tu ſolus me non derelin-
quas, tu hæreas ſervulo tuo, qui de terra ſuſcitas
inopem, & de ſtercore erigis pauperem. Tuo co-
mitatu fretus, frequentiorem me ambientibus
populis æſtimabo. Computruerunt quidem cica-
trices meæ: ſed adhuc tuorum verberum deſidero
cicatrices, quæ ſanatis vulneribus obducuntur,
ut poſtea nullum ulcus appareat. Bonæ trium-
phalium vulnerum cicatrices, quibus victores hu-
jus terreni prælii gloriantur. Quanto illuſtriora

vulnera, quæ pro fide & nominis tui gloria viden-
tur excepta? Iſta eſt cicatrix quæ cælum aperit,
regnum adquirit, immortalitatem invenit. Hæc
ergo, fratres, eſt cicatrix beata; quoniam beati
qui laverunt ſtolas ſuas in ſanguine ſuo. Sic cœpit
ſtola eſſe gloriæ, caro mortis: in qua & Paulus Rom 7 24.
ante periclitabatur electus Dei; niſi petiſſet ſe li-
berari de corpore mortis hujus, ut legimus.

56. Et ideo qui ſumus in hoc corpore mortis,
oremus ne bonus ille dilectus Dei medicus nos
derelinquat, quem patriarcha David ne à ſe diſ-
cederet, precabatur. Ipſi nos committamus, [b] pa- b
rati ad curandum quo velit curari medicamen-
to. Nemo dicit medico corporis ſui quemadmo-
dum ſit curandus. Novit medicus quæ ſingulis
vulneribus medicamenta conveniant, cujus ul-
ceris putredo ferro ſit amputanda, ne in totius
corporis ſerpat exitium. Si dixerit medicus me-
dicinæ genus quo curari æger debeat, & ille faſ-
tidiat, diſcedit medicus & ægrum derelinquit.
Vide eum qui curari velit, omni genere medico
adquieſcentem: attende ordinem. Aperit pri-
mo vulnera ſua medico, & dicit: Cura me, ſed
rogo ne in ira tua; quia non ſuſtinent duram me-
dicinam infirmitates meæ. Medicina Chriſti, cor-
reptio eſt; corripit enim Dominus quem vult
convertere. Ideo & Paulus ad medicum dicit:
Argue, obſecra, increpa. Non ergo recuſat curari, 2. Tim. 4. 2.
qui petit argui; ſed levari vult pœnam, ne in ira-
cundia arguatur, & impetu iræ corripiatur.

57. Et vide proceſſum. Primo petit argui: poſ-
tea, quod majus eſt, corripi. Deinde non ſolum
confitetur peccata ſua, ſed etiam enumerat &
accuſat; non vult enim latere ſua delicta. Nam
ut febres cùm in alto ſunt, non queunt mitigari;
cùm foras erumpunt, ſpem adferunt deſinendi:
ita peccatorum morbus dum tegitur, inardeſcit;
ſi confeſſionibus proditur, evaporat. Et ideo juſ-
tus accuſator eſt ſui in principio ſermonis, priuſ-
quam contagio ulceris ſerpat intrinſecus; gravat
enim conſcientiam memoria delictorum, niſi
medicina poſcatur. Et ſi differt medicus, æger
offerre ſe debet, ut citius ſecetur; ſicut offerebat
ſe David in flagella Domini [c] dicens: Redde mi- c
hi duplicia peccata, dummodo hîc vindices: no-
li me deſerere, noli avertere faciem tuam à me:
noli dedignari atque horreſcere fœtorem vulne-
rum meorum. Et Job ſervulus tuus percuſſus erat
ulcere à pedibus uſque ad caput, & remedium
ſuæ ſanitatis invenit; licet illud vulnus virtutis
fuerit, iſtud erroris. Fœtebant vulnera, quæ me-
dici curare non poſſent. Locutus es, Domine,
myſteria ſacramentorum tuorum, manifeſtaſti
venena ſerpentis: & ſolius ſermonis tui medica-
mento ſervi tui curata ſunt vulnera; quia tu eum
non deſeruiſti: & *non derelinquas me, Domine, ne*
diſceſſeris à me. Homines me dereliquerunt; quia
ſordent illis vulnera mea, quæ pietati tuæ puta-
vi eſſe reſeranda. Illi dicunt: Exi à nobis, quia
peccator es tu: diſcede, ne nos polluas. Tu au-
tem, Domine, curas, & non pollueris: adjuvas,
& non contaminaris; quia *Deus ſalutis meæ es*,

a. Rom. edit. ſola, *& ſuppar quam par, & ſucceſſio heredis ma-*
gis quam ceſſio nuncupatur. Sed manifeſtus error eſt. Quis enim
non videat quempiam ab alio minus remotum ſignificari, ſi dica-
tur illi ſuppar eſſe, quam ſi eidem impar diceretur? Atqui aper-
tiſſime hunc ſenſum ſeries poſtulat orationis; quo etiam pacto de
vocibus, *ſucceſſio*, & , *aceſſio* philoſophandum

b. Edit. omnes ac pauci mſſ. omittunt, *ad curandum*; quod re-
peritur in quinque Gallic. Haud male; idem enim eſt, *parati ad*
curandum, ac ſi legeres, parati ut curemur. Rationem hujuſmodi
locutionis diſce apud Fr. Sanctium *Minerva* lib 3 cap 8

c. Ita omnes mſſ. atque edit excepta Rom. quæ ſic habet, *di-*
cens: Ego in flagella paratus ſum; & alibi: Fiat manus tua in me;
hoc eſt, redde mihi &c.

Domine, & manus tua non perdere, ſed ſanare A conſuevit.

58. Complevimus pſalmum etiam cum ejus interpretatione verſiculi [a], quem græci nonnulli codices; ſed noo omnes habent latini. Nam ante reſponſorium proximum verſiculus eſt, *Et projecerunt me, ſicut mortuum abominatum*; hoc eſt, illi qui reddebant mibi mala pro bonis. Sed tu *ne derelinquas me, domine, ne diſceſſeris à me*; hoc enim ſequitur; id eſt: Tu ne derelinquas, qui mortuum fœtentem curare conſueſti. Denique habemus B hoc in Evangelio. Nam cum veniſſet ad monu-
Johan. 11. 39. & 40. mentum Lazari, & dixiſſet: *Tolliſe lapidem; ait Martha: Iam fætet, quatriduanus eſt enim; reſpondit ei: Non dixi tibi, quia ſi credideris, videbis gloriam Dei?* Et clamavit Lazarum, & ſaous exivit. Credamus ergo & nos; ut de vulneribus noſtris adquiramus medicinam ſalutis, & futuram gloriam.

59. In orationibus igitur & obſecrationibus, cùm dolore & lacrymis exigenda pœnitentia eſt, ut illam gloriam Dei videre mereamur. Neque te moveat quod luctus, dolor, commaceratio corporis, graviſſimæ paſſiones ſunt; etſi graviſſimæ videntur, tamen indignæ ſunt hujuſmodi paſſiones ad ſuperventuram gloriam; ſicut teſtis Rom. 8. 18.
tibi eſt apoſtolus Paulus. Non pigeat ergo nos hîc leviora deferre; ut ibi plena laudis & gloriæ poſſimus adipiſci, pro temporalibus laboribus perpetua præmia reportantes per dominum Jeſum: cui eſt laus, honor, gloria, perpetuitas à ſæculis, & nunc, & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

a. Rom edit. ſola, *quem græci nonnulli codices habent; ſed omnes latini.* Verſum autem illum nuſquam alibi reperias, niſi in verſione arabica; ubi legitur in hæc verba: *Reſpuerunt me dilectum, quaſi mortuum abominandum; & clavis confixerunt corpus meum.* Quod autem ait Ambroſius hunc ipſum verſiculum abs ſe etiam expoſitum eſſe, illum non dubitamus reſpicere ad ſuperiora iſta: *Homines me dereliquerunt, quia ſordent illis vulnera mea* &c.

IN PSALMUM XXXVIII. ENARRATIO.

ℽ. 1. Titulus: *In finem pro Idithum Canticum ipſi David.*

1. IN ſuperiore pſalmo expreſſa forma pœnitentiæ eſt: in boc ſequenti patientiæ forma ſignatur. Quem pſalmum David ſcripſit, & Idithum viro diſciplinis leviticis & ſacerdotalibus erudito canendum dedit, qui ante arcam Domini pſalmorum ſeriem pangendi ſolertiſſimus præcinebat. Ergo quia non Iditbum ſcripſit hunc pſalmum, ſed propbeta David, & Idithum viro canendi perito pſallendum dedit; ideo ſic inſcriptus eſt titulus. Denique etiam in ſæcularibus ſcriptis alii erant qui ſcribebant, alii qui in D ſcena vel cantica vel comœdias vel tragœdias canere conſueverant. Et illi quidem * coronam olympicam poſtulabant; unde & Ἐπινίκιον hymnum eorum ſcripta in fine teſtantur: David autem qui non bæc ſerta coronarum marcentium requirebat, ſed illam incorruptibilem & incontaminatam remunerationum cæleſtium hereditatem pio deſiderabat affectu, hymnum non victoriæ Ἐπινίκιον; ſed ei ſcripſit, qui victoriam in ſe credeotibus impertiebat, qui finis eſt omnium E quæ pia mente depoſcimus. [a] Sive enim ſapientiam quæras, ſive virtuti ſtudeas, ſive veritati, ſive viæ atque juſtitiæ, ſive reſurrectioni, in omnibus tibi ſequendus eſt Chriſtus, qui eſt virtus Dei atque ſapientia, veritas, via, juſtitia, reſurrectio. Ad quem igitur contendas, niſi ad perfectionem omnium, ſummamque virtutum? Et
Matth. 19. 21. ideo tibi dicit: *Veni, ſequere me*; hoc eſt, ut ad conſummationem virtutum pervenire merearis. Ergo qui ſequitur Chriſtum, ipſum pro poſſibi- F litate ſua debet imitari; ut præcepta ejus ſecum ipſe meditetur, & divinorum exempla factorum.

2. Et ideo David ſecum ipſe meditabatur, quod Chriſtum in ſe locutum eſſe retinebat; ut cùm aliqui ei eſſent moleſti, & eum ad contentionem laceſſere conarentur, patientiam indueret, certandi ſtudia declinaret, ex quibus inanis ſtrepitus & jurgia frequenter oriuntur. Ideoque C cùm ſancto David plerique ejus virtutibus invidentes, qui eum de propoſito manſuetudinis, & humilitatis affectu crederent diduceodum, frequenter ingruerent: ipſæ quoque præcipue nequitiæ ſpiritales in cæleſtibus, adverſus quas grave luctamen eſt juſtis, ad commovendum eum miniſtros ſuæ improbitatis impellereot; ne inter obſtrepentium crebra certamina, & diſceptationum tumultus ſermo aliquis ſibi offenſionis excideret, tacere ſanctus Propbeta propoſuit. O validum ſcutum circumſpectæ munitionis ſilentium? O fidiſſimum ſtabilitatis fundameotum, in qno ſi quis potuerit ſtare, lubricum verbi timere non poſſit! Multi enim etiam ſtabili corde firmati, incauti tamen, ſermonis fluctuantis errore ſæpe ceciderunt. Videns igitur hujuſmodi inſidiis & vano concertantium ſtrepitu ſe Propheta tentari, intra ſe ipſe tacitus conferebat, legem ſibi taciturnitatis imponens: & cùm taceret, inſultantibus ſibi, & ut loqueretur aliquid provocantibus; qualia ſolent inſolentium eſſe certamina atque ſermones: Reſponde oobis, ſi de æqualitate præſumis; vides & tu eſſe te victum, & nibil habere quod referas; cùm ſe prope ad vocem conviciis videret impelli, ſe ipſe revocabat, ut loqueretur in corde.

3. *Dixi, Cuſtodiam vias meas; ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam; dum conſiſtit peccator adverſùm me*; boc eſt, propoſui, con- ℽ. 2.
firmavi, imperavi mihi, locutus ſum cordi meo: *Cuſtodiam vias meas.* Si alii dixiſſem, ſermo meus ſtare deberet; quanto magis ſtabile debet eſſe, quod mihi ipſe conſtitui? Si quis alieoum fallat, indecorum eſt: ſi quis proximum, grave; quanto igitur gravius, ſi quis ſe ipſum eo quod ſibi promiſerit, putet eſſe fraudandum; ut ipſe ſibi infidelis ſuo judicio & deſpicabilis æſtimetur. Cui igitur idoneus videri poteſt, qui ſibi vilis eſt? Teneamus igitur animæ conſtaotiam oostræ; oe

*. Corona illa donabantur ii qui in ludis ab Hercule in honorem Jovis prope Olympiam urbem inſtitutis, ac ſingulis quinquenniis celebratis ſolitis viciſſent. Erat autem illa ex ramis olivæ. Porro Ἐπινίκια, carmina ſunt quibus victoria cujuſpiam celebratur, qualia fere Pindarus lyricorum princeps nobis reliquit.

a. Mſſ. Vict. & Colb. *Sive enim ſapientiam quæras, ſive virtutem; ipſe eſt Dei virtus atque ſapientia, ipſe veritatis via, juſtitia, reſurrectio.*

in offenſionem labia loquendi feſtina prorumpant. Et Job plagam ſuam ſilentio vicit, & tolerantiam ſuam taciturnitate ſuperavit. Non bene creditur carni: viciſſemus, ſi Eva tacuiſſet. Ergo primum illud proceſſit ex voce peccatum, & ſerpens ille nequiſſimus atque verſutus per vocem nos ante tentavit, Atque utinam aut Adam ſurdus fuiſſet, aut Eva obmutuiſſet: ille, ne vocem ſuæ uxoris audiret; iſta, ne loqueretur marito, & lubricæ vocis miniſterio ſerpentis in virum venena transfunderet. Cain quoque etſi parricidio naturam violavit humanam, & obliteravit impius jura pietatis; tamen per vocem ſacrilegium ſceleri ſuo addidit, ut negaret Deo necati fratris interitum. Quid de ſingulis dicam? Populus ipſe electus à Domino, cui tacitus Moyſes aperuit mare, ingratus cæleſtibus beneficiis obmurmurabat, quo divinam contraxit offenſam. Deinde ipſum ducem invii illius atque inuſitati itineris Moyſen reſpuit, & à fratre ejus Aaron deos ſibi fieri quos coleret, poſtulavit.

4. Unde etiam ipſe conſiderans tanta vocis pericula: *Dixi*, inquit, *Cuſtodiam vias meas*. Quæ ſint igitur iſtæ viæ hominis, quæ magnopere præcavendæ, ne quid gravioris offenſionis incurrant, admonet nos tantus Propheta diligentius conſiderare. Admonet etiam Salomon ejus filius paternæ mentis interpres perſpicacius examinare, qui ſcripſit: *Tria mihi ſunt impoſſibilia intelligere, & quartum quod non agnoſco. Veſtigium aquilæ volantis, & viam ſerpentis in petra, & ſemitas navis in pelago navigantis, & vias viri in juventute. Talis via mulieris adulteræ, quæ poſtquam egit, abluta nihil egiſſe ſe dicit iniquum*. (*Prov 30. 18. & ſeq.*) Tria ergo impoſſibilia ſibi eſſe dixit ad intelligendum, & quartum quod ille habens inter homines ſapientiæ ſignaculum, non agnoſceret, viarum videlicet viri in juventute proceſſum. Quarum igitur vel inexplicabilis, vel difficilis agnitio, poteſt facilis earum eſſe cuſtodia? Unde non immerito ipſe David delictorum juventutis ſuæ non defenſionem obtulit, ſed oblivionem rogavit. *Delicta*, inquit, *juventutis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris*. (*Pſal 24 7.*) Non immerito igitur Salomon dixit ſe non agnoſcere quod pater ejus, in quo major Dei gratia fuit, ſe ignoraſſe teſtatus eſt. Et fortaſſe delicta juventutis ad fervorem retulit carnis, ignorantiam autem ad verborum prolapſionem, quæ non ex ſententia noſtra, ſed impetu quodam & curſu loquendi plerumque funduntur; quod periculoſum eſſe Propheta cognoſcens ait: *Credidi propter quod loquutus ſum*. (*Pſal. 115. 1.*) Supra fundamentum ergo virtutis vox tuta eſt, ſine fundamento, lubrica. Ideo quaſi quodam tubæ ſono ſcripturæ divinæ electus interpres increpuit: *Corde creditur ad juſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. (*Rom 10. 10.*) Fides Credentium principalis eſt, confeſſio exſecutionis.

5. Quomodo igitur propoſuerit ſanctus propheta David, aut propter quid cuſtodire vias ſuas, audiamus: *Ut non*, inquit, *delinquam in lingua mea*. Si hoc cavet Propheta, tu non caves? Si hoc metuit, in quo Dei gratia loquebatur, tu non metuis, qui erroris verba non refugis, & theatralibus ſermonibus delectaris? Tu non reformidas, cui ſcriptum eſt in Evangelio, quia (*Matth. 12. 36.*) pro omni otioſo verbo rationem es redditurus? Si pro otioſo verbo periculum eſt, quanto magis pro criminoſo? Non omne quod otioſum, eſt criminoſum: ſed omne quod non fructuoſum, periculoſum atque eradicabile; omnis enim arbor non faciens fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Cùm movetur animus, exagitatur ſtimulantibus adverſariis, obſtrepentibus, illudentibus, criminantibus, excidit verbum commotionis; ideo ſilentium & tutum eſt, & decorum, quod ſervat cum gravitate cautelam. Quid enim labia noſtra, niſi quædam noſtra vincula ſunt? Denique vinculis labiorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur. Ideo ſapiens in tempore tacet, & ſecum ipſe conſiderat quo tempore loqui debeat. De quo præclare ipſe Salomon: *Labia Sapientis alligata ſunt intellectu*. (*Prov. 15. 7.*) Quando ergo vides illudentibus protervis, ſapientem tacere, dic: Ligavit iſte intellectu labia ſua; hoc eſt prudenter tacet, ne labiorum ſuorum vinculis alligetur. Poſuit ori ſuo cuſtodiam, ſepſit aures ſuas ſpinis, vectem adhibuit foribus oris ſui, ſervat theſaurum cordis ſui & argentum eloquii ſui, ut examinatum & purgatum, quando oportet, proferat; ne quiſquam prius fur in cor ejus aut perturbator irrumpat, & ad eos captivum trahat, quibus flagitia ſua vendat.

6. Meditabatur Judas Chriſtum vendere, ſed revocabat eum tanta Domini gratia, & quædam paternæ delinimenta pietatis, quibus furor ejus molliebatur: nec erupiſſet in ſcelus, niſi ſe in cor ejus, quia Chriſtum fallere ſe putabat, adverſarius demerſiſſet. Non ergo dubites quando aliqui tibi moleſti ſunt volenti ſervare juſtitiam, miniſtros eſſe illius nequiſſimi peccatoris, qui omnium auctor eſt flagitiorum. Videbat David propheticis oculis, agnoſcebat ejus figuram; ideo tacebat, ne illius faceret voluntatem, qui interturbare geſtit affectum. Premebat vocem, claudebat portas ſuas ſilentio, prætendebat in eo patientia, & taciturnitatis vigilabat cuſtodia; ne inimicus obreperet, ne de clauſtris oris vagus aliquis ſermo & incautus exiret. Ideo fortior eſt patiens, qui ſe ipſum continet, quam qui urbes capit. Juſtus ipſe ſibi clauſtrum eſt, ipſe ſibi pervigil cuſtos.

7. Cùm ſibi ergo ipſe prætenderet, loquebatur in ſuo corde: *Poſui ori meo cuſtodiam, dum conſiſtit peccator adverſùm me*. Adeſt ſemper inimicus, quia ſemper inſidiatur. Etſi illum non vides, adeſt: etſi illum non ſentis, incurſat. Si non vides; videnti crede: *Conſiſtit*, inquit, *peccator adverſùm me*. Qui videt peccatum ſuum, videt etiam peccatorem ſibi in iis quæ geſſerit, illudentem. Qui autem peccatorem prævideri, poteſt vitare peccatum. Videbat David conſiſtere adverſùm ſe peccatorem; quando Semei maledicebat & lapidabat regem ſuum, & clamabat: *Exi vir ſanguinum*. (*2 Reg. 16. 7.*) Neque enim tam præruptus foret, ut nec tanti regis reverentiâ moveretur, nec armatum ejus timeret exercitum; cùm unus de exercitu ejus convicíantem potuiſſet occidere: ſed amentem diabolus fecerat, qui eum impellebat ad mortem. Ideo David adverſus auctorem magis præliabatur, quam miniſtrum perſequebatur. Quid enim magnum, de homine invalido

vindicari, quem ad furorem alter urgebat, in A cujus nece peccator habuiſſet voluntatis effectum? Non gladio diabolus, ſed verbo Dei vincitur; ideo taceat lingua hominis, Dei Verbum loquatur. Denique & Chriſtus tacebat ante Pilati judicium conſtitutus, ut nobis daret formam tacendi; quia lingua corporis facilis eſt ad errorem, proclivis ad lapſum. Sunt autem & qui tacentes loquantur; ſicut Moyſes qui ſtabat adto-
Exod. 14. 5. nitus, & tacebat, cui dixit tacenti Deus: *Quid clamas ad me?* Ut Suſanna, quæ tacuit in pericu- B lis ſuis, & Dominus exaudivit eam. Ergo etiamſi in te verbum Dei ſit; & tacebis in Dei verbo, & tacitus clamabis, ut audiaris à Chriſto.

8. Meditare ergo quæ Chriſti ſunt, quæ ſecum meditabatur propheta David, in quo ea quæ ſecum in hoc pſalmo meditatum eſſe ſe dicit, ante in eo locutus eſt Chriſtus. Sic enim ſcri-
Pſal. 34. 13. ptum eſt: *Ego autem cùm in aliquo mihi moleſti eſſent, induebam me cilicio; & humiliabam in jejunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conver-* C *tetur.* Quid eſt, *in aliquo?* Quia tunc maxime aut ſermo non opportunus elabitur, aut affectus movetur; quando vel in dolore aliquo & triſtitia ſumus, vel indignatione animus ægreſcit, vel aliquibus ſollicitudinibus impeditur, aut diſceptationibus occupatur. Qui igitur moleſti? Primum de ipſo auctore peccati & angelis ſuis intellige: deinde de iis [a] qui malunt ſequaces ejus eſſe,
Job. 2. 10. & alibi. quam Chriſti. Impellitur uxor, ut ſancti Job: amicus, quod in illo ipſo libro manifeſtatur: fi- D lius, ut Abeſſalon: ſervus, libertus, domeſticus; quia inimici hominis etiam domeſtici ejus, ut exagitent eum ſinguli. Quod igitur remedium adverſus hujuſmodi animorum ægritudines; niſi patientia, niſi ſilentium? Et, quod eſt gravius, ille te magis laceſſit, qui beneficiis tuis uſus ſit: & inter ipſos amplius ille exaſperat, qui plus tibi debeat; quo magis ingrati hominis acerbitate, aut vilis alicujus perſonæ indignitate movearis.

E

9. Ergo juſtus, etſi amicus ei eſt inſolens, dolet pro amico; quia idcirco amicus ſuus labitur, quia à tentatore impellitur. Si pro amico dolet, multo magis pro uxore, pro filio; ſi eos quoque ſibi inſolentes experiatur: & ſi frater exagitat, ut Eſau ſanctum Jacob, dolet & quærit ſibi fratrem reconciliare, vel fugere à facie ejus; ut Rebecca ſuadebat, ne iracundia fratris occaſionem nocendi aliquam reperiret: et ſi proximus aut domeſticus, dolet: & ſi miniſter, aut libertus, aut F ſervus, fert patienter, & in his omnibus tacet; ne ei reſpondeat, à quo eum cernit impelli. Conviciatur ergo ex domeſticis aliquis? dolet & tacet: conviciatur libertus? tacet: conviciatur ſervus? tacet. Sic vincitur qui laqueum ejus animæ per eſcam vocis extendit. Tace ergo & tu cùm tibi indignus conviciatur: tace cùm tibi ſervus, & maxime tuus, contumeliam facit; & dic
Pſal. 34. 22. in corde tuo: Ego taceo: *Tu autem ne taceas, Domine*; & adde: *Ne diſcedas à me*, ut David propheta dicebat; hoc eſt, ne ſolum me impugnantibus derelinquas. Non eſt enim ſolus, cui Deus
Johan. 16. 32. præſens eſt. Accipe teſtimonium. *Ecce*, inquit, *venit hora, ut diſpergamini unuſquiſque in ſua, & me ſolum relinquatis: ſed non ſum ſolus, quoniam Pater mecum eſt.*

10. Juſtus ergo adverſus inſolentes ſibi tacet, juſtus orat. Audi juſtum orantem: *Pro eo ut me di-* *Pſal. 108. 4.* *ligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.* Juſtus maledicentibus ſibi benedicit; ut faciebant apoſtoli, ſicut Paulus adſerit dicens: *Maledici-* *1. Cor. 4. 13.* *mur, & benedicimus.* Juſtus diligit inimicos ſuos. Vide quemadmodum paulatim per gradus ſingulos adſcendere docetur ad incrementa virtutum, dicente Domino: *Diligite inimicos veſtros.* *Matth. 5. 44* Juſtus orat pro calumniantibus; quia & hoc præcepit Dominus adjungens: *Benefacite iis qui ode-* *Ibidem.* *runt vos, orate pro calumniantibus & perſequentibus vos.* Ipſe eſt per omnia juſtus, qui hæc cuſtodit & ſervat. Primum, quia tacet, & non reſpondet inimicis: deinde quia orat, hoc eſt, non eſt otioſus affectu. Et qui orat, bona orat, non ea quæ cuique poſſint ſuo inimico nocere. Plus eſt ergo orare, quam tacere. Juſtus maledicentibus ſibi benedicit. Plus eſt & hoc quam orare pro ſe; ſecurus enim ſui benedicit ei, quem non timet, aut etiam ei quem ante metuebat. Juſtus diligit inimicum. Plus eſt diligere, quam benedicere; quia major eſt mentis dilectio, quàm ſermonis gratia. Juſtus benefacit ei cujus odiis appetitus eſt. Juſtus orat pro calumniantibus. Bona caritas, & pietas bona: utrumque Dei, & utrumque eſt Deus; quia *caritas eſt Deus*, ut dixit Jo- *1. Johan. 4. 16.* hannes in epiſtola. Ideo utrumque conjunctum eſt: *Diligite inimicos veſtros .... & orate pro calumniantibus & perſequentibus vos.* Plenitudo Legis eſt caritas: ſed etiam hæc Evangelii plenitudo pro calumniantibus & perſequentibus nos jubet orare, ut peccatis eorum veniam poſtulemus; ſicut divino judicio Job ſanctus electus eſt, cujus *Job. 42. 8.* oratio regum illorum calumniantium juſto aboleret offenſam.

11. Ergo etſi infirmus es, ora: etſi fortis es, ora. Infirmus pro te oras, fortis pro inimico tuo oras. Bonum ſcutum infirmitatis, oratio. Tu oras, & Dominus te protegit. Bonum ſcutum etiam triumphantis, ut inimicum tuum quem poſſis ferire, defendas; ne ab aliquo trucidetur, & (quod eſt majus) à Chriſto, qui dixit: *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Hæc eſt ora- *Rom. 12. 19.* tio, quæ in ſinum convertitur deprecantis, fructum reſerens eorum quæ voluit impetrare; ut dona in ejus animam ac mentem recurrant, quæ popoſcit à Domino; ſicut in poſterioribus hic idem propheta te docuit dicens: *Sic benedicam* *Pſal. 62. 5. & 6.* *te in vita mea, & in nomine tuo levabo manus meas. Tamquam adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Ipſe eſt ſinus animæ, ſecretum orationis ejus, penetralia voluntatis, & quædam recurrentium votorum intima receptacula. Unde & juſti in *Luc. 16. 22.* Abrahæ ſinu requieſcere leguntur, quod in ejus gratia, in ejus requie, in ejus placiditate requieſcant, qui conformem ei induerint fidem, & eamdem in bonis operibus fecerint voluntatem.

12. Sed forte miretur aliquis, cùm Dominus dixerit per os David, quod humiliabat in jejunio animam ſuam; quomodo ipſe David ait in poſterioribus: *Si non humiliter ſentiebam; ſed exalta-* *Pſal. 34. 13* *vi animam meam.* Verum is conſideret aliud eſſe *Pſal. 130. 2.*

a. Cod. Reg. & alii quatuor cum ant. edit. in marg. *qui malunt ſe vaſa ejus eſſe.*

quod ad ſapientiam mentis refertur, aliud quod A
ad humilitatem cordis: ſapientia mentis ſubli-
mis eſt; ſapientia autem carnis non debet infla-
ri. Humiliabat ergo David in jejunio animam
ſuam, ut caſtigandum noſtræ carnis tumorem
doceret. Exaltabat animam Propheta, per ſubli-
Luc. 14. 11 mem Dei gratiam; *quoniam & qui ſe exaltat, hu-
miliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Nec
ſolum ſuperbus retunditur, & humilis adtollitur
digna remuneratione meritorum, ſicut primum
eſt intelligendum: ſed quia verbum Dei ex om- B
ni parte acutum eſt, velut gladius qui ex duabus
acutus eſt partibus, ego arbitror poſſe intelligi,
quia & qui ſe exaltat, novit ſe humiliare: & qui
ſe humiliare novit, etiam exaltare ſe novit. De-
Philip. 4. 11. nique Paulus oſtendit, dicens: *Ego autem didici
in quibus ſum ſufficiens eſſe. Scio & humiliari, ſcio
& abundare.* Ergo & David non humiliter ſen-
a tiendo [a] de Chriſto exaltabat animam ſuam,
quam humiliant & dejiciunt arriani; & exaltan-
do animam ſuam, ſenſus vigorem, fideique gra- C
tiam, virtutis humilitatis pio repræſentabat af-
fectu.

℣. 3. 13. Ideo ergo dicebat: *Obmutui, & humiliatus
ſum, & ſilui à bonis*; quia noverat quando ſe hu-
miliare deberet, & noverat quando ſilere debe-
b ret. [b] Obmutuit, ne ipſa litigioſa cum objurgan-
tibus contentione perſtreperet: humiliatus eſt,
ut tumorem dejiceret ſuperborum, vel ut ipſos
quomodo humiliare ſe deberent, ſuo doceret
exemplo: ſiluit à bonis; quia bona conſcientia D
non eget defenſione verborum, quæ ſuo nixa eſt
teſtimonio, ipſa ſui judex. Ideoque juſtus dicit:
Eſai. 50. 8. *Quis contradicat, aut quis reſiſtat mihi?* Et Paulus
1. Cor. 4. 3. dicit: *Mihi enim pro minimo eſt, ut à vobis dijudi-
cer, aut ab humano die.* Adverſum calumniantes
& peccatores juſtus ſuo judicio contentus eſt:
meritorum autem ſuorum judicium Chriſto re-
Ibidem. 4. ſervat. Ideoque addidit: *Qui dijudicat me, Domi-
nus eſt.* Pulcherrime eum judicem elegit, qui nul-
la fraude fallatur; ut eum nec occulta præte- E
reant, nec infirmæ conditionis lapſus offendat:
qui fragilitati nôrit ignoſcere. Ad omnia igitur
utile ſilentium. Si peccatum agnoſcis, tace; ne
negando exaggeres: ſi non agnoſcis, tace ſecu-
rus de innocentia. Non poſſunt aliena verba,
crimen affigere, quod propria non recepit con-
ſcientia.

14. Sequitur: *Et dolor meus renovatus eſt.* Ad-
huc in inferiore virtutis gradu poſitus hæc verba
depromit, quod dolor ſibi peccatorum veterum F
objectione renovatus ſit, quæ deleta jam obdu-
xiſſe videbatur oblivio, vel bonorum operum
texerat compenſatio. Denique in poſterioribus
Pſal. 108. 25. quaſi fortior dicit: *Viderunt me, & moverunt ca-
pita ſua*; eo quod minarentur, & nocere non poſ-
Ibidem. 28. ſent. Et addidit: *Maledicent illi, & tu benedices.*
Et quod quaſi validior loquitur, negligens inju-
riæ, vel pudoris, cui benedictio Domini pro om-
nibus abundaret. Ergo in iſto pſalmo trigeſimo
octavo quaſi in quadam meditatione, nondum
tamen in omni locatus perfectione virtutis, dicit
ſibi dolorem eſſe renovatum. Validiſſimus enim
cicatricis offenſionem ſentire non novit, nec
plagam poteſt timere, qui fortior eſt. In ipſo pu-
gilum certamine ſolet plerumque qui fortior eſt
exſpectare, ut inferioris ictu aliquo laceſſatur,
quo acrior offenſus inſurgat; ita exercitatione
nimia atque patientia roboratus, ut tamquam in-
B ſenſibilis ad dolorem, plagam ſentire non poſſit,
percuſſus ridet, laceſſitus irritatur. At vero in-
ferior ſi forte ictum ferientis ſupra obductam ci-
catricem veteris vulneris exceperit, renovatum
ſentit dolorem. Sic eſt cui objiciuntur peccata
ſuperiora, quæ competenter doluit atque defle-
vit; ut ſatisfactione congrua vulneri peccatorum
ſuorum obduceret cicatricem. Si perfectus eſt,
tacet conviciantibus, nullo ſibi dolore renova-
to; quia etſi peccavit, ſecurus eſt quia ſine pœ-
C nitentia ſunt Dei dona; & ideo quæ ſemel dona-
vit, reſolvere ac renovare non ſoleat, cùm ipſe
dixerit: *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates, &* Eſai. 43. 25.
memor non ero. Si autem imperfectus & immemor
cæleſtium præceptorum, dolor ei tamquam re-
ſciſſa cicatrice reparatur.

15. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatio-* ℣. 4.
ne mea exardeſcet ignis. Graviora vulnera, ſicut
novimus, cauſtico medicamento vel admoto ig-
ne curantur. Ergo vir ſapiens ipſe medicus eſt
D ſibi: tamen etſi medicus eſt, vulnus ſuum curat.
Ideoque ſi non plene conſummatus eſt ad inof-
fenſæ habitudinem ſanitatis, vaporatur ejus cor,
habet febrem, igneſcit ad objecta convicia. Etſi
tacet, vel intra ſe teritur. Lapis ſi ad lapidem te-
ratur, ignem excutit; ita etiam bona conſcientia
pudore ſuccenditur, ſi renovetur ei ſuorum re-
cordatio delictorum. *Et in ipſa meditatione ignis
exardeſcit.* Non malus ignis, qui adurat, ſed non
exurat. Talis ignis Dei quem Moyſes in rubo vi-
E dit; quando rubus urebatur, ſed non exureba-
tur. Eſt ergo ignis, qui peccatum minuit, & ſuo
culpam ardore depaſcit. Eſt & ignis qui cæleſ-
tium ſcripturarum meditationibus excitatur; ve-
lut ille de quo dicit Hieremias: *Et erat ignis flam-* Hier. 20. 9.
migerans in oſſibus meis. Aut ille de quo Cleophas,
& qui ſimul iter agebat, quando poſt reſurrec-
tionem eis ſe Chriſtus adjunxit, ſermone mutuo
conferebant dicentes: *Nonne cor noſtrum ardens* Luc 24. 32.
erat in nobis, cùm aperiret nobis Scripturas? Ideo
F & Dominus venit, ut ignem hunc in terram mit-
teret; quo illuminaret animas univerſorum, ſtu-
dium accenderet, crimen exureret.

16. *Loquutus ſum in lingua mea: notum fac mihi,* ℣. 5.
*Domine, finem meum: & numerum dierum meorum
qui eſt; ut ſciam quid deſit mihi.* Bonus ignis, qui
fecit ut Propheta loqueretur. Et vide ne ipſe ſit
ignis qui viſus eſt, quando in die Pentecoſtes in
unum locum diſcipulis congregatis, decidit cum

a. Ita mſſ. Vat. duo, & quinque Gallic. Verborum quidem ſenſus paulo obſcurior eſt, verum ei non minimum accedet luminis, ſi modo ad ſuperius illud reſpicias: *Cùm Dominus dixerit per os David* &c. Intellige igitur Prophetam in perſona Chriſti exaltaſſe animam ſuam, & omnia jam plana erunt. Hoc autem cum minus adſequerentur Romani editores verba tranſpoſuerunt in hunc modum, *de Chriſto (quem humiliant & dejiciunt arriani) exaltabat animam ſuam, hoc eſt, ſenſus vigorem, fidei gratiam, virtutem humilitatis pio repræſentabat affectu.* Aut vero edit. & mſſ. Vict. & Colb. eadem verba prorſus reſciderant ſic præferentes, *de Chriſto, exaltabat animam ſuam, ſenſuſque vigore, fideique gratia, virtutem humilitatis* &c.

b. Mſſ. Vict. & Colb. *Obmutuit & ipſe, litigioſa cum objurgantes contentione perſtreperent.* Thuan. . . . *ac litigioſa cum objurgantibus contentione perſtreperet.* Demum edit. vet. ac Rom. cum Vat. & aliis Gall. ut nos in textu. Rurſus poſt pauca, ubi edit. vet. ac Rom. cum mſſ. Vat. & quinque Gallic. *vel ut ipſos quomodo humiliare ſe deberent.* Cod. Vict. & Colb. *vel ut ipſos humiliare ſe debere.*

vi magna ſuper eos Spiritus ſanctus, & linguis A
Act. 2. 3. variis loquebantur. Sic enim ſcriptum eſt: *Quia viſa ſunt linguæ eorum diſperſa tamquam ignis.* Hic
Hier. 5. 14. eſt ergo qui dixit ad Hieremiam: *Ecce do tibi in os verba mea in ignem.* Hanc ergo & David linguam ignis accepit, ut divinæ cognitionis ſuccenſus ardore loqueretur: *Notum fac mihi, Domine, finem meum.* Non de morte ſua quærit (neque enim hic finis reſurrecturo) ſed de eo fine
1. Cor. 15. 24. & ſeq. quærit, de quo Apoſtolus dixit: Quia ille finis, quando dominus Jeſus tradet regnum Deo Pa- B tri, & evacuabit omnes Principatus & Poteſtates: & quando mors noviſſima omnium deſtruetur; ut mala deficiant, & bona æterna ſucce-
Eſai. 35. 10. dant. Et ideo dictum eſt: *Fugit dolor, triſtitia, & gemitus.* Hunc finem in hominibus operabatur
2. Cor. 2. 2. & Paulus dicens: *Et quis eſt qui lætificat me, niſi qui contriſtatur ex me?* Objurgando enim dolorem, triſtitiam, gemitus excitabat, ut agerent pœnitentiam; quo irrevocabilem veniam & ſalutem, cujus Deum non pœniteret, mererentur. Ille igi- C tur vetus eſt finis, qui non unius erit finis, ſed omnium. Quomodo ergo finem meum dixit? Sed conſidera quis loquatur. Utique homo, vel unus ex hominibus uſus communitate ſubſtantiæ, vel quia ad formam univerſorum deſcribitur, & ad perfectionem conſummati hominis eruditur.

17. Unde & addidit notum ſibi fieri numerum dierum qui eſt, ut ſciat quid deſit ſibi. Ad perfectionem utique quid deſit, non ad iſtius corporis vitam, de quo propheta David cupiebat ab- D
Pſal. 119. 5. ſolvi dicens: *Heu me! quia incolatus meus prolongatus eſt, & habitavi cum habitantibus Cedar.* Denique dierum numerum cognoſcere volebat, non etiam noctium. [a] Hîc enim dies & noctes ſunt: ibi vero dies ſoli, ibi lumen perpetuum atque diuturnum. Et ideo addidit: *Qui eſt*, inquit, non qui tranſeat. Cælum enim & terra præteribunt, fides autem permanet, & dies Chriſti; quia heri & hodie ipſe eſt, & in ſæcula. Quem autem
Joan. 14. 2. numerum quærat, accipe. *In domo*, inquit, *Pa-* E *tris mei manſiones multæ ſunt.* Dat ergo unicuique locum dominus Jeſus, hoc eſt, aptam pro uniuſcujuſque meritis manſionem. Unuſquiſque enim in ſuo ordine. Præceſſit ergo, ut pararet in ſe cre-
Ibidem. 3. & 4. dentibus locum. Unde etiam & dixit: *Si abiero, & paravero vobis locum, iterum venio ad vos, & acceſſam vos ad me ipſum, ut ubi ego ſum, & vos ſitis: & quo vado ſcitis, & viam ſcitis.* Eſt ergo via per quam reſurgens Chriſtus adſcendit. Et ille quidem adſcendit ſuper omnes cælos ad Dei ſedem: F homines autem à primo cælo ad ſecundum, & deinceps à ſecundo ad tertium, & ab illo per diſtinctiones fere ad ſeptimum cælum, [b] atque in ipſam apſidem & ſummitatem cælorum qui merentur, adſcendunt. Si ergo numerus viarum eſt, & numerus manſionum; utique numerus dierum eſt, per quos ad cæli altitudinem pervenitur.

℣. 6. 18. *Ecce veteres poſuiſti dies meos:* Alius habet: *Palæſtas poſuiſti dies meos.* Si ſecundum Septuaginta viros, veteres accipimus dies; hoc eſt, ſecundùm veterem hominem intelligimus exactos. Sed vetus homo noſter affixus eſt cruci. Ergo & vetus dies præteriit, novus venit. Alius enim dies hominis, alius dies Chriſti, quem Abraham vidit, & gaviſus eſt; de quo & David ait: *Hic eſt dies quem fecit Dominus, exſultemus & lætemur in eo.* Pſal. 117. 24. Sanctus ergo in die Domini exſultat in die novo, in quo Deus dominus illuxit nobis, & dedit novam lucem in innoxiam vitam & integram reformatis. Ideo vir juſtus ſecurus novæ lucis & gratiæ Dei dicit: Erit mihi cælum novum, & Apoc. 21. 1. & 22. 5. terra nova, & novum lumen. Non enim lucerna, & lumen ſolis illic lucebit, aut lunæ; ſed Dominus illuminabit ſuper populum ſuum. Illa ergo deſideravi, illa exoptavi; & ideo diem hominis non requiſivi.

19. Quod ſi palæſtas accipimus dies, ex nomine intelligimus plenos certaminis & laboris; quoniam palæſtæ luctatores in agone dicuntur, qui luctantur ad coronam. Ergo quia & nobis lucta non ſolum adverſus carnem & ſanguinem eſt; ſed & adverſus ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus; dies noſtri, hoc eſt, vitæ iſtius, in labore ſunt & dolore. Unde & in poſterioribus ait: *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni: & plurimum eorum labor & dolor.* Pſal. 89. 9. & 10. Unde & apoſtolus Paulus abundantius ceteris apoſtolis laboravit, ut legitime certando ad coronam quam cuperet, perveniret.

20. Sed tamen quia & architectorum menſuræ palæſtæ dici feruntur, quibus ad ſtructuræ numerum vel modum ſpatii colligendum, ædificia metiuntur, locumque eum in quo ædificia ſunt locanda; & quia per Eſaiam locutus eſt Deus: *Quis menſus eſt manu aquam, & cælum palmo, & univerſam terram clauſa manu? Quis ſtatuit montes in ſtatera?* Eſai. 40. 12. Videamus ne forte hic ſenſus hoc ſermone ſit colligendus, eo quod cognitos dies omnium habeat Deus: cui nihil immenſum ſit, qui omnia menſura quadam ſuæ ſcientiæ comprehendat, nihilque ei ſit inæſtimabile, nihil inexaminatum atque innumerabile, qui ait: *Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Luc. 12. 7. Hoc ergo dicit Propheta: Ecce noviſti dies meos: non te prætereunt quotidiani actus mei: peccata mea ante oculos tuos poſuiſti; & ideo *ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te.* Quid enim eſt homo, niſi quia memor ejus es? Homo vanitati ſimilis factus eſt. Homo in peccato: & ſi aliquid habeat probitatis atque virtutis, recte ceteris terrenis animantibus antefertur, & in conſpectu animalium quibus eſt præpoſitus, antecellit: in conſpectu autem Dei tamquam nihil eſt ejus ſubſtantia. Unde & alibi ait: *Quoniam non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis homo vivens.* Pſal. 142. 2. Quod Symmachus manifeſtius expreſſit dicens: *Et vita mea tamquam nihilum ante te.*

21. Sunt autem qui breves putant dies dictos, quia Symmachus σπιθαμὰς poſuit: Σπιθαμὴ autem palmus eſt; & quia palmo menſus dicitur Deus

a Edit. Rom. *Hic enim dies & noctes ſunt. Ibi ergo dies ſolis* Mſſ. Vict. & Colb. *Hic enim dicere noctes ſunt. Ibi ergo dies, ibi ſol.* Vet. edit. & alii codices, ut nos in textu.

b. Edit. vet. ac mſſ. Vict. & Colb. *atque in ipſam ſummitatem cælorum.* Alii quatuor, *in ipſum axem & in ſummitatem cæli.* Vat. & Reg. *atque in ipſam apſidem ſummitatem &c.* Lege, *Apſidem*, ſive *Apſida*, ut edit. Rom. habet. Eſt autem *apſida*, lævior pars *ædis*, ut habetur in Gloſſ. mſſ. apud Cangium. Attamen ſcriptum mallemus, *altior*, cum ſit ſumma fornicis curvatura. Hieron. lib. 2. in Epiſt. ad Epheſios, *in ſummo cæli fornice, & ut ipſo verbo utar, apſide.* Invenitur etiam illa vox apud Eccleſiaſticos ſcriptores uſurpata, ut Eccleſiæ partem ab aliis ſeparatam, & quæ propriam haberet cameram, ſignificet. Vide Mabillonium noſtrum Tom. 1 *Analect.* atque alios.

Eſaia. 40. 12. cælum (palma autem vel palmus portio manos A eſt menentis, & aliquid comprehendentis) ideo tamquam breves dies æſtimant nuncupatos, cùm cognitio Dei per menſuram, ut ſupra diximus, poſſit intelligi: cæleſtis autem iſta cognitio, ut ad menſuram facta ſint omnia. Non ergo breves, ſed magni dies Prophetæ poſſunt intelligi, quos Deus menſus eſt palmo, quo menſus eſt cælum. Neque enim breves ſuæ vitæ dies diceret, qui poſtea ait: Pſal. 119. 5. *Heu me! quia incolatus meus prolongatus eſt*; niſi forte quia propter peccata hominum breviores vi- B tæ iſtius dies fecit Deus, quæ ante & nongentis & ſeptingentis annis extendebatur; ut nunc intra centum annorum curricula claudatur. Sic ergo intelligendum eſt: Ecce peccato obnoxios dies meos noſti; dies enim vitæ hujus, quæ peccato eſt obnoxia, breves ſunt: dies autem vitæ æternæ, ſine fine.

22. Aut certe ſic (noſtrum eſt enim argumentis quærere veritatem, tuum eſt eligere quid ſequaris) Ne peccatum, inquit, creſceret, abbre- C viaſti dies vitæ humanæ qua vivimus, in his terris; & tamen cùm maturior in hoc brevi curſu iſtius vitæ finis ſit peccatorum, mortis celeritate *ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te*; quia etſi ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſumus, gravat tamen nos in hoc corpore conſtitutos quædam terrena contagio: quæ non gravaret, ſi nos exuere magis veterem hominem, cùm induimus gratiam, quàm ſuperveſtire mallemus; minorem etiam laborem nobis exſpoliatus homo D vetus, quam ſuperveſtitus adferret. Nam quod exſpoliamur, abjicimus: quod ſuperveſtimur, induimus. Et ideo ingemiſcimus & laboramus, donec mortale hoc veteris hominis indumentum, & errori effectum obnoxium, novitate ſuæ vitæ ſpiritualis abſorbeat; ut ſi ſupra venenum plurima mella fundantur, ægre ac nimis ſero veneni virus aboletur. Aqua etiam multa diu cum veneni felle luctatur, ſi non illud expuat, ſed abſorbeat. [a] Ideo laborioſa pœnitentia, ſuavis gratia; quia E peccatum exſpoliatur, ubi gratia eſt: abſorbetur, ubi pœnitentia; ibi remittitur, hîc abſconditur. Pſal. 31. 1. Et ideo ſcriptum eſt: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.*

23. Et requievit pauliſper ingemiſcens humanæ conditionis ærumnam; quia dixerat: *Verumtamen univerſa vanitas, omnis homo vivens.* Et poſt [*] diaψ. 7. pſalma, reſumto ſpiritu, ait: *Quamquam in imagine Dei ambulet homo; tamen vane conturbatur: theſaurizat, & ignorat cui congregat ea.* Vide quomo- F do ante aſperitatem ſuæ ſententiæ temperavit: poſtea rationem ſuæ vocis abſolvit. Temperavit A dicendo: *Quia in imagine Dei ambulat homo.* Beatus homo, qui ad ſimilitudinem Dei per fidem ambulas: beatus, qui in te fidem habes: beatior ſi avaritiam non haberes: Aliud bonum mentis eſt æternum, aliud vanum carnalis cupiditatis incendium. Fides enim Deo militat; avaritia tentatori: iſta congerit quod ſibi proſit, illa quod proficiat alienis. Quid igitur tam vanum, quam neſcire cui laboret heredi? Quis [b] enim ſcit ſi ſibi filius, aut nepos proprius ſupervivat? Sæpe aut in tabulis B teſtamenti ſcriptus heres funeſto ambitu teſtatorem præcedit ad tumulum, aut hereditatem ſuperſtes abſorbet, aut luxurioſus diſſipat, aut ſtultiſſimus non tuetur, aut proſcriptus amittit. Si quem ergo videris ſtudioſe divitias congregantem, dic & tu: *Vane conturbatur: theſaurizat, & ignorat cui congregat ea.* Neque enim ſecum poteſt auferre, quæ poſſidet; & cùm morietur, relinquet alienis divitias ſuas. Succedit frequenter inimicus & ingratus, & deceſſori ſucceſſor inſul- C tat. Quos ille dilexit, iſte perſequitur: quos ille nutrivit, hic vendit.

24. Græcus tamen non habet: *In imagine Dei*; ſed tantummodo: *In imagine.* In qua ergo imagine ambulat homo? In ea utique ambulat ad cujus ſimilitudinem factus eſt; id eſt, ad imaginem Dei. Imago autem Dei Chriſtus; qui eſt ſplendor gloriæ, & imago ſubſtantiæ ejus. [c] Chriſtus ergo imago Dei venit ad terras; ut jam non in umbra ambularemus, ſed in imagine. In Chriſto D enim imagine ambulat, qui ſequitur Evangelium. Ideo diſcipulo ſuo dicit: *Vade retro poſt me*, Marc. 8. 33. ut me ſequaris. Ideo erravit populus Judæorum; quia in umbra ambulavit. Ideo non errat populus Chriſtianus; quia in imagine ambulat, habens ſolem ſibi juſtitiæ refulgentem. Bona imago, non ceris picturæ fucata radiantis, ſed plenitudine divinitatis expreſſa. In qua imagine & Pater ſimul videtur & Filius; quia per utrumque eorum unitas operationis effulget. Etſi jam reſurrexit Chriſ- E tus, tamen in Evangelio nobis adhuc ejus imago Iohan. 11. 44. monſtratur. Lego quod Lazarum ſuſcitaverit; & Patris opus & Filii credo. Filius vocavit, Pater audivit, & Lazarus ambulavit. Lego quia cum [d] dæmones fatebantur: fatebantur & Patrem; Marc. 1. 24. quia Dei Filium precabantur: fatebantur & ipſum; quia per ipſum ejiciebantur. Scriptum eſt enim: *Quod ſi in Spiritu Dei ejicio dæmonia, filii* Matth. 12. 27. *veſtri in quo ejiciunt?*

25. Primum igitur umbra præceſſit, ſecuta eſt F imago, erit veritas. Umbra in Lege, imago vero in Evangelio, veritas in cæleſtibus. Umbra Evangelii & Eccleſiæ congregationis in Lege, imago

a. Cod Vat. ac Gallic. aliquot, *Ideo laborioſam pœnitentiam ſuavis gratia ſequitur.* Alii cum edit. conſentiunt.

*. *Diapſalma*, eſt quædam in pſalmo diviſio, vel mutatio; *ut ſcribi* (ait Hilarius *Prolego in Exp. pſalm.*) *diapſalma interceſſerit, aut aliquid aliud dici, aut etiam ab altero dici, aut in altero artis muſicæ modulo cantari intelligendum ſit.* Hieronymus epiſt 138. ad Marc. ab hac opinione diſcrepat, contendens *diapſalma* nihil aliud ſonare, quam Hebræorum *ſela*, id eſt, ſemper, quod tantum diſtinctionis cauſa ponebatur. Verum longe aliter de eadem voce diſſerit Euſebius Cæſar. in *Expoſitione Græc. P. P. in pſalmos* à Baltaz Corderio concinnata, & Antuerpiæ typis Moreti an. 1643. edita. Iſtic ſiquidem narrat quinque cantores ordinis levitici, quos David elegerat, & quorum ipſe medius ſtabat, ſingula muſica inſtrumenta pulſantes contra Sanctuarium pſallere ſolitos Spiritu ſancto inſpirante. At ſi quando ejus afflatus ceſſaret, eos quoque tantiſper à cantu deſtitiſſe, ac tum ſcripſiſſe *diapſalma* Gregorius Nyſſ Tract. 2. in pſal. cap. 10. ſilentium illud non ceſſationi divini inſtinctus, ſed novæ cuipiam illuſtrationi a Spiritu ſancto in mentem Davidis immiſſæ adtribuit. Hunc adeas licet; ſicut & Caſſiod Prol in pſalmos cap. 11. & alios

b Ita edit. & mſſ Vict. & Colb. At Reg. & alii quatuor, *ſi aut filius, aut nepotes proprios ſupervivat* Rurſus eodem hoc loco, edit. vet. & cod. Vict & Colb. *conditus tabulis, teſtamentis ſcriptus heres funeree ambita* &c Edit Rom. cum mſſ quinque ut noſtro textu, niſi quod aliqui pro, *ambitu*, legunt, *obitu* alii *abitu*, id eſt, diſceſſu, vel exceſſu.

c. Mſſ quinque, *Chriſtus ergo imago, ſancti ad imaginem Hæc imago venit in terras.* Alii atque edit. ut nos ſupra Iterum hoc ipſo loco iidem quinque mſſ. *Utinam non in umbra.* Alii cum edit. *ut jam non in umbra* Denique ubi Rom edit. cum mſſ. nonnullis: *In imagine autem*, Edit vet cum aliis habent: *In Chriſto enim* &c.

d. Ita edit. ant. ac mſſ Vict. & Colb. à quibus non diſſentit edit Rom niſi quod eraſit verbum, *fatebantur*, ante, *& Patrem*, Reg. autem & alii aliquot: *Dæmones fatebantur & Patrem, quia Dei Filium precabantur, fatebantur; & in ipſo vel per ipſum* (Thuan. *& per ipſum*) *ejiciebantur.*

futuræ veritatis in Evangelio, veritas in judicio A Dei. Ergo quæ nunc celebrantur in Eccleſia, eorum umbra erat in ſermonibus prophetarum: umbra in diluvio, umbra in Rubro mari; quando baptizati ſunt patres noſtri in nube, & in mari: umbra in petra, quæ aquam fluxit, & populum ſequebatur. Nonne illud in umbra erat ſacroſancti hujus myſterii ſacramentum? Nonne in umbra erat aqua de petra, quaſi ſanguis ex Chriſto, quæ fugientes ſe populos ſequebatur ut biberent, & non ſitirent: redimerentur, & non peri- B rent? Sed jam diſceſſit umbra noctis & caliginis Judæorum, dies appropinquavit Eccleſiæ. Videmus nunc per imaginem bona, & tenemus imaginis bona. Vidimus Principem ſacerdotum ad nos venientem, vidimus & audivimus offerentem pro nobis ſanguinem ſuum: ſequimur, ut poſſumus ſacerdotes; ut offeramus pro populu ſacrificium: etſi infirmi merito, tamen honorabiles ſacrificio; quia etſi nunc Chriſtus non videtur offerre, tamen ipſe offertur in terris, quando C Chriſti corpus offertur: immo ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cujus ſermo ſanctificat ſacrificium quod offertur. Et ipſe quidem nobis apud Patrem advocatus adſiſtit: ſed nunc eum non videmus; tunc videbimus, cùm imago tranſierit, veritas venerit. Tunc jam non per ſpeculum, ſed facie ad faciem ea quæ ſunt perfecta, videbuntur.

26. Adſcende ergo, homo, in cælum, & videbis illa quorum umbra hîc erat vel imago. Vide- D bis non ex parte, non in ænigmate, ſed in conſummatione: non in velamine, ſed in luce. Videbis verum lumen, æternum atque perpetuum Sacerdotem, cujus hîc imagines videbas, Petrum, Paulum, Johannem, Jacobum, Matthæum, Thomam. Videbis perfectum hominem jam non in imagine, ſed in veritate, qualis enim cæleſtis, tales & cæleſtes. Utique & ipſi jam in gloria vel decore, jam in reſurrectionis gratia; non in corpore mortis, & corruptionis deformitate. E

27. Vide ne eo deferas imaginem terreſtris, ubi lux cæleſtium eſt. Hîc ſi quis tyranni imagines habeat, qui jam victus interiit, jure damnatur. Quomodo tu hoſtis & adverſarii imaginem in civitatem veri imperatoris inducis; niſi ut ipſe te damnes? Et ſi volueris imaginem terreſtris inferre, contradicet tibi princeps iſtius mundi, & dicet: Mea eſt imago hæc; & quæ offers, mea ſunt. Quid facies deprehenſus, cùm tibi dixerit: Mea eſt avaritia, mea eſt ambitio, meæ divitiæ, F quarum imaginem in te recognoſco? Ipſe eſt enim adverſarius & defenſor. Quod ſi fueris qualis Jacob, dices Labæ qui ſe transfigurat in Angelum lucis: *Recognoſce ſi quid tuorum in me invenis.* (Gen. 31. 32.) Tunc ille requiret, & non inveniens confutatus abſcedet; quia abſcondiſti atque obliteraſti omnia ſimulacra vitiorum. Beatus qui poteſt dicere: *Veniet hujus mundi princeps, & in me ſuum inveniet nihil.* (Iohan. 14. 3.) Quæ ſua ſunt enim quærit ille, non illa quæ Chriſti. Si ergo quæ ſunt Chriſti ſequeris, noli quas non habebas affectare divitias, augere quas habebas; & divitem te ſibi ſentiat pauper. Induc in domum tuam inopem, frange panem eſurienti, & nudum operi; ut tibi theſaurus condatur in cælo, qui tecum tranſeat. Pauper Chriſ- A tus eſt factus, cùm dives eſſet, ut nos ſua inopia divites faceret. Noli ergo propter divitias vane conturbari, excitari de ſomno, cogitare quemadmodum pecuniam tuam ſerves, opes tuas augeas, de nocte procedere, excubare ad judicis domum; ut aliena diripias, litem moveas pauperi, verearis exactorem tributi: vana eſt iſta conturbatio.

28. Et ideo Juſtus dixit: *Et nunc quæ eſt exſpectatio mea; nonne Dominus? & ſubſtantia mea ante* (℣. 8.) B *te eſt.* Spes & patientia noſtra Chriſtus eſt: ipſe factus eſt redemtio noſtra, ipſe eſt noſtra exſpectatio; ut dicamus ſinguli: *Exſpectans exſpectavi Dominum, & reſpexit me.* (Pſal. 39. 2.) Reſpice ergo nos in judicio tuo. Reſpiciat ſuper nos miſericordia tua; ut qui de merito diffidimus noſtro, per tuam miſericordiam liberemur, in cujus poteſtate eſt animæ noſtræ vitæque ſubſtantia. Et ideo non timeamus corporis mortem; ſed eum qui poteſt animam noſtram vel ſervare, vel perdere: cujus C ſubſtantia virtus eſt, quam Deus ad ſimilitudinem ſui pectoribus infudit humanis.

29. Quiſquis igitur habet iſtam ſubſtantiam animæ ſuæ, dicit: *Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me.* (℣. 9.) Non unius criminis lapſum fatetur, qui ab omnibus ſe iniquitatibus ſolvi precatur. Scit enim quod niſi Dominus ignoſcat, nemo ſalvus eſſe poſſit, quicumque natus eſt ſub peccato, quem ipſa noxiæ conditionis hereditas adſtrinxit ad culpam.

D 30. *Opprobrium*, inquit, *inſipienti dediſti me.* (Ibidem.) Quis eſt inſipiens, niſi qui peccatum facit, & eligit mala pro bonis? Ergo qui auctor eſt peccatorum, ipſe inſipiens magis, quam ejus miniſter. Cùm peccamus igitur, in opprobrium tradimur adverſario; ut ille nos quaſi inimicus in die judicii accuſet & prodat. Suſcipiamus ergo opprobrium crucis Chriſti, quod ſuſcepit Moyſes, & Ægypti theſauris regalibus prætulit; & ideo non eſt inſipienti in opprobrium traditus. Alii habent E codices: *Opprobrium inſipienti ne tradas me.* Sed magis Davidicam conſuetudinem habet, ut ſua magis opprobria & peccata fateatur, nec de peccatis ſuis erubeſcat & opprobriis, qui ſcit in confeſſione eſſe veniam, & in peccati ſui condemnatione juſtitiam.

31. Denique ex his quæ ſequuntur, manifeſtatur hic ſenſus; quia ſubjecit: *Obmutui, & non aperui os meum; quoniam tu feciſti me*; (℣. 10.) hoc eſt, dediſti me in opprobrium inſipienti, ideo obmu- F tui, & non aperui os meum, ne peccata majora contraherem. Agnovi voluntatem tuam, ut ad tempus erubeſcerem, & poſtea ſalvus fierem veniam poſtulando. Prodeſt ergo interdum & opprobrium. Siquidem etiam ipſe prodeſt carnis interitus; ut teſtificatur Apoſtolus dicens: *Tradidi eum in interitum carnis; ut ſpiritus ſalvus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti.* (1. Cor 5. 5.) Opprobrium quoque prodeſſe David ipſe teſtatus eſt dicens ad Abeſſam: *Sine, maledicat mihi Iemineus; quoniam dixit illi Dominus; ut videat humilitatem meam, & retribuat mihi Dominus bona pro maledicto hoc.* (2. Reg. 16. 11. & 12.) Et re vera vidit opprobrium ejus Dominus, quod flens ibat & excalciatus, operto capite; & amovit ejus opprobrium. Liquet igitur quia cùm datus in opprobrium David fugerit, & humiliatus ſit, &

nudis pedibus Domino ſatisfecerit, & lapides A jacientem non repercuſſerit, & in maledicentem non permiſerit vindicari, & poſt hæc regno ſuo integro reſtitutus ſit; quia & opprobrium à Domino ſit, & proſit magis ſuſtinere opprobrium, quam refellere. Denique victoria poſt ſecuta eſt. Ergo opprobrium prodeſt. Sed quid eſt quod addidit: *Quoniam tu feciſti me?* Nonne ideo obmutuiſſe ſe dicit, & noo apeтuiſſe os ſuum; quia agnovit Domini voluntatem: propterea patienter ſe pertuliſſe; ut ſatisficret Domino per op- B probrium pro peccato?

℣. 11. 32. Unde & adjunxit: *Amove à me plagas tuas.*
Pſal. 37. 18. Quomodo hoc ſibi coogruit? In ſuperiore pſalmo flagellis ſe obtulit, hîc flagella à ſe poſtulat amoveri; oiſi quia ſolvit jam de manu Domini duplicia peccata ſua, erubeſcendo, opprobria ſuſtinendo? Compunctiones cordis ſui ſunt & cogitatiooum, ſunt & increpatiooum flagella. Videamus tamen ne ideo dixerit aote Deum eſſe ſubſtantiam animæ ſuæ; quia non impugnaret adver- C ſarius eam, niſi poteſtatem accepiſſet à Domino; quod enim fecit Dominus, & tuerur. Denique Angelus in circuitu eſt hominis, qui prætendit, ne quis noceat ei. Non diſcedit Angelus, oiſi juſſus à Domino, ot ſuus athleta decertet. Ergo quaſi ſubſtantia Domini præſumit veniam ſibi ioiquitatum ſuarum à Conditore ſuo poſſe concedi; & ideo rogat, quia oovit Auctorem ſuum miſericordem. Deiude quia datus ſit in opprobrium, non reſiſtit; ſed patitur adverſum ſe adſiſtere pecca- D torem, & ſilet ſubſtantiæ ſuæ conſcientia, quæ bona eſt, & poteſt corporis ferocitatem refrænare, ut virtus ſuccedat, culpa ponatur. Poſtremo quia factus à Domino eſt, citius ſibi poſſe donari peccatum confidenter exiſtimat, qui fortitudinem manus Domini potuerit ſuſtinere.

33. Et hoc utique booæ ſubſtantiæ eſt, etſi à fortitudine manus Domini defeciſſe ſe dicit. Fortis manus ſicut male percutit, ſic cito ſanat: quæ fortis ad vulnus, fortis & ad remedium eſt. Uode E
Deut. 32. 39. & ipſe ait: *Percutiam, & ſanabo*; ut noo meminerit vuloeris, qui ſaoatus evaſit. Denique hæc maous Domini ſancto Job omnia abſtulit, & omnia repræſeotavit; immo omnia cumulo auxit, ut amiſſa geminaret. Nec te moveat quod defeciſſe ſe dixit. Eſt qui deficit, & fortior ſurgit; ſuffulcit enim Dominus omnes qui ruunt, & corrigit omoes eliſos. Cùm virtute enim ſurgit quicumque corrigitur. Defecit Paulus à fortitudioe manus hujus. Cecidit perſecutor, & ſurrexit F
℣. 12. Evangelii prædicator. Hoc eſt quod ait: *A fortitudine manus tuæ ego defeci.*

Ibidem. 34. Et addidit: *In increpationibus ſuper iniquitatem erudiſti hominem: & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam ejus.* Græcus, ὑπὲρ ἀνομίας dixit, hoc eſt, *pro iniquitate*; & integrum verſum, ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον poſuit, quod eſt: *In increpationibus pro iniquitate erudiſti hominem.* Ideo Sapiens dixit: [a] *Quis mihi dabit cogita-*
Eccli. 23. 2. Eccli. 22. 33. *tionum mearum flagella .... & laborum meorum ſignaculum?* Ut cor ſuum ipſe ſuis cogitationibus flagellaret, & ſignaret labia ſua; quo & vetera peccata mioueret, nec alia loquendo renovaret; quo propriis increpatiooibus eruditus, exercitia virtutis indueret. Tabeſcit autem anima, quando peccatum minuitur: vel cùm aoima tabeſcit, culpa deponitur: incraſſatur, cùm peccata cumulantur. Uode ait Dominus de peccatoribus: *Non* Gen. 6. 3.
permanebit in his Spiritus meus in æternum; quoniam carnes ſunt. Et alibi Scriptura dicit: *Incraſ-* Act. 28. 27.
B *ſatum eſt cor populi hujus.* Ideo & Hieremias primùm baculum vidit nucinum: deinde ollam ferventem, ut tabeſceret anima [b] prophetæ incipientis; quo culpa diſcederet, ut accederet gratia. Sed cur prius baculum, poſtea ollam? Quoniam qui baculo non corrigitur, in ollam mittitur, ut ardeat & tabeſcat. Et ideo ad prophetam Ezechielem dicitur. *Accipe tibi ſartaginem ....* Ezech. 4. 1. & ſeq.
& accipies iniquitates domus Iſrael .... & conſummabis, & tabeſcent, inquit, *in ſuis iniquitatibus.* Et
C alibi in eodem libro dicit Dominus: *Sed ego ma-* Ezech. 24. 9. & 10.
gnum faciam titionem, & multiplicabo ligna, & ſuccendam ignem; ut liqueſiat caro, & imminuatur jus. Quibus teſtimooiis ſignificatur quod animæ perfidorum admoto igne tabeſcant; ut deponant craſſitudinis quemdam carnalis humorem. Mittuntur ergo in ſartaginem & animæ peccatorum, ut defluat quædam peccati caro, quæ obduxerat animæ ac mentis vigorem; & velut jure quodam, ita quibuſdam infuderat animam ille-
D cebris cupiditatum. Exſpectant igitur oos quædam ſartagines; ideo hîc conteramus cor noſtrum, ut ſubtile fiat, & deponat omnem duritiem & pinguedinem quamdam carnalis aruinæ: quod patientur qui luxuriati ſunt in hac vita; & magis ludibria dedecorum, quam opera ulla virtutum exercenda ſibi more Judaico crediderunt. Incraſſatus eſt enim Jacob, & pinguis factus eſt, & ſurrexit ludere: quem à fidei veritate luſus ille in perfidiæ tradoxit errorem. Merito ergo Pau-
E lus caſtigabat corpus ſuum, ne outriret corpus peccati; luxuriando enim facimus membra peccati, ſobrietate autem membra juſtitiæ. Non natura ergo, ſed culpa delinquit.

35. Nec iterum vana & inania ſequamur, ne telam araneæ texere judicemur; eo quod peccata nulla perpetuitatis poſſunt habere ſubſtantiam. Unde cùm videris aliquos ſtudere facultatibus ampliandis, cumulandis poteſtatibus, affectando decori, dices illud Eſaiæ: [c] *Telam araneæ* Eſai. 59. 5.
F *texunt iſti in omnibus diei unius*, quæ diuturna eſſe non poteſt; ſed cito ſcinditur, atque opus ejus omne diſſolvitur. Noo enim ſupra ſolidum aliquod firmamentum locatur; ſed in vacuo ſuſpenditur. Nihil laxum, nihil molle verum Chriſti militem decet; ecce enim qui mollibus veſtiuotur, in domibus regum ſuot. Arguti ſibi & induſtrii omnes avari videntur. Quid argutius, quid ſollicitius aranea, quæ operi ſuo diebus ac noctibus ſemper intendit, nec ullo ſumtu, ullaque impenſa conficit veſtimeotum? Sed vanum

a Ita mſſ. ac edit. omnes, excepta Rom. in qua legas: *Quis mihi imponet cogitationum mearum flagella, & quis dabit mihi laborum* &c. Ubi locum voluit accommodare ad ſacri textus verba, quæ conſule.

b. Rom. edit. *propheta inſipientis*. Melius aliæ, ac mſſ. aliquot, *prophetæ incipientis*, cum iſthæc de Hieremia in ipſo primo ejus libri capite referantur. Non male tamen alii mſſ. *propheta inſpicientis*. Quod vero baculus ille dicitur, *nuceus*, vel, *nucinus*, id nuſquam alibi reperimus.

c. Sic mſſ. Vat. & quinque Gallic. Alii vero cum edit. hæc prætermittunt, *iſti in omnibus diei unius*.

eſt omne quod fecerit. Sic homo omnis eſt, qui A
opus ſuum ſupra Chriſti non conſtituit funda-
meutum. Vane noctibus & diebus & ipſe turba-
a tur; cùm eum plerumque araneæ modo [a] etiam
in ipſo ſuæ improbitatis molimine, operis ſui rui-
na convolvat.

36. Et ideo ſapiens qui cognoſcit hujus ſæculi
vanitatem, non diuturnam vitæ hujus precatur
uſuram; ſed ad illa æterna feſtinat, & labore hu-
jus corporis & dolore geſtit abſolvi; ſicut Pro-
ỳ. 13. pheta deſideraſſe cognoſcitur dicens: *Exaudi*, B
*Domine, orationem meam & deprecationem meam:
auribus percipe lacrymas meas. Ne ſileas à me, quo-
niam advena ego ſum apud te in terra, & peregrinus;
ſicut omnes patres mei.* Alius eſt incola, alius adve-
na, alius accola. Incola, qui de loco eſt, & ge-
nitalem locum incolit: advena qui aliunde ve-
nit: accola, qui ad tempus colit, & mutatur an-
norum vicibus. Hoc eſt ergo quod dicit David:
Apud te alienus ſum, dum in terra ſum: non ſum
nunc paradiſi tui incola. Unde expoſuit hoc ipſe C
ſubjiciens: *Et peregrinus; ſicut omnes patres mei.*
Quod aperuit & apoſtolus Paulus, adſerens quo-
2. Cor. 5. 7. niam *cùm ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Do-
mino*; quia etſi fides in nobis eſt, per fidem tamen
ambulamus, non per ſpeciem, id eſt, non facie
ad faciem, quaſi præſentes; ambulamus enim in
ænigmate adhuc, non in veritate. Denique addi-
Ibidem. 8. dit: *Audemus ergo & confidimus magis peregrinari
b corpore, & adeſſe ad Dominum. Audemus* [b] præſum-
tionis in Deo fidei, non temeritatis eſt verbum; D
& conſentimus, id eſt, volentes adquieſcimus &
optantes, non plenioris ſcientiæ auctoritatem
c velut principaliter [c] noſtro judicio dependentes:
volumus verum eſſe quod cupimus, ut appropin-
quemus ad Dominum, à quo nos videtur futu-
rorum & præſentium diſtantia ſeparare. Aude-
Ibidem 9. mus ergo adeſſe; & ideo inquit: *Contendimus*. Co-
gnoſcis verbum volentis adhuc pervenire, non
ejus qui pervenerit. Affectus igitur in hoc ſer-
mone, non effectus oſtenditur. Denique ipſum E
teſtem ſui ſermonis interroga; immo audi dicen-
Ibidem. tem, vel potius audi dubitantem, cùm dicit: *Ideo
contendimus, ſive abſentes, ſive præſentes placere illi*:
abſentes adhuc per fidem, præſentes per ſpeciem.
Unde & hoc poteſt intelligi, quod & hic poſiti,
& illic placere noſtro judici, redemtori quoque
noſtrarum deſideramus animarum. Neceſſe eſt
enim nos ei adſiſtere per ſpeciem; ut unuſquiſque
operum ſuorum merita dignæ adipiſcatur ſortis
examine: vel juſtus in requie, vel impius in ærum- F
na. Fundit igitur lacrymas; quoniam cùm ad-
vena in terram venerit, demoretur & ſeparetur à
patria longo detentus exſilio. Conſidera nunc
mihi illum Adam de paradiſo ejectum, in caſtel-
lum relegatum, ſpectantem unde dejectus ſit,
flentem ubertim; quia reminiſcitur quid amiſe-
rit, quove deciderit. Et ideo gratias agamus Deo,
qui nos perpetuo exſilio liberavit, aperiens ja-
nuam qua revertamur ad patriam. Unde Apoſto-
lus præſumſit dicere: *Ergo jam non eſtis advenæ*, Epheſ. 2. 19.
*atque peregrini; ſed eſtis cives ſanctorum, & dome-
ſtici Dei.*

37. Hoc volens recipere David antequam
Chriſtus veniret in terram, dixit: *Remitte mihi* ỳ. 14.
ut refrigerer, priusquam eam, & amplius non ero;
hoc eſt, hîc mihi remitte, ubi peccavi. Niſi hîc
remiſeris mihi, ibi remiſſionis requiem invenire
non potero; quod enim in terra ligatum manſerit,
ligatum manebit in cælo, quod ſolutum in terra
fuerit, ſolutum erit in cælo. Propheta enim &
prædicator Eccleſiæ congregandæ, evangelico
ſpiritu indulgentias Domini prævidebat; & præ-
cipienda apoſtolis ei Dominus revelabat; immo
hæc erat [e] vetus ſententia, ut qui ſe ligaſſet in ter- e
ris, vinctus migraret à corpore. Ideo Dominus,
quod ante erat judicii ſui, dedit apoſtolis, [d] pec- d
cata remittendi æquitate ſolvenda; ne cito ſol-
venda, diu ligata manerent. Denique audi dicen-
tem: *Tibi dabo claves regni cælorum; & quodcumque* Matth. 16.
ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælo: & 19.
*quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in
cælo.* Tibi, inquit, dabo claves regni cælorum, ut & Ibidem.
ſolvas & liges. Hoc Novatianus non audivit, ſed
Eccleſia Dei audivit; ideo ille in lapſu, nos in re-
miſſione: ille in impœnitentia, nos in gratia. Quod
Petro dicitur, apoſtolis dicitur. Non poteſtatem
uſurpamus, ſed ſervimus imperio; ne poſtea cùm
venerit Dominus, & ligatos invenerit quos opor-
tuit ſolvi, commoveatur adverſus diſpenſatorem,
qui ligatos ſervaverit ſervos, quos Dominus juſ-
ſerat ſolvi dicens, quoniam *qui cognovit volunta-* Luc. 12. 47.
*tem domini ſui, & non fecit ſecundum voluntatem
ejus, vapulabit multum: qui autem non cognovit, &
fecit digna plagis, vapulabit minus.*

38. Merito ergo David remitti ſibi poſtulat
quod ſciebat non eſſe iis, qui ſecundùm Aaron
erant, ſacerdotibus adtributum: ſed Evangelio
ſervabatur. Cui ergo non remittitur, in exſilio eſt,
in peregrinationis injuria perſeverat. Hîc ergo
petenda eſt venia. Hîc enim dictum eſt: *Beati qui* Luc. 6. 21.
nunc fletis; quia ridebitis: hîc locus eſt veniæ poſ-
tulandæ. Deploremus igitur in terris, ut merea-
mur indulgentiam. Niſi remiſſum peccatum hîc
fuerit, non habebimus requiem: ſi requies non
fuerit, non erit vita æterna: ſi vita æterna non
fuerit, non erimus. Ideo petit remitti ſibi, ante-
quam eat, ut ſit. Si enim remiſſum non fuerit,
non ero, inquit, cum iis qui ſunt, cum iis qui in
paradiſum merentur adſcendere. Qui autem non
eſt, conſumetur cum deſcentibus in lacum, qui
in catenis & carcere fuerit derelictus.

39. Non ergo definitive dicit: *Non ero*; quia
alibi dicit: *Pſallam tibi in cithara, Deus ſanctus Iſ-* Pſal. 70.
rael? Gaudebunt labia mea cùm cantavero tibi; & 22. & 23.
anima mea quam redemiſti. De redemtione ergo
præſumit. Et alibi audi dicentem: *Placebo Domi-* Pſal. 114 9.
no in regione vivorum. Erit ergo qui placere præ-
ſumit. Poteſt & ſic intelligi; quia dixit: *Advena
ego ſum apud te in terra; & peregrinus, ſicut omnes pa-*

a. Codices quinque mſſ. *etiam in quaſin ſua improbitatis, moli-
mine operis ſui ruinam convolvat.*

b. Omnes edit. & nonnulli mſſ. *præſumtionis & fidei, non* &c.
Melius alii, *præſumtionis in Deo fides*; hoc eſt, præſumtionis ac fi-
duciæ ejus quam fides in Deo nobis ingenerat.

c. Mſſ. aliquot, *noſtro judicio defendentes.* Sic etiam edit. ex-
ceptis Pariſ. nonnullis, quæ legunt .... *deferentes.* At plures po-
tioreſque mſſ. præferunt .... *dependentes*; hoc eſt, quaſi inclina-
ta lance adjudicantes.

e. Videtur alludere ad illud Eccleſ. 11. 3. *Si ceciderit lignum ad
auſtrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.*

d. Omnes edit. *peccata remittendi æquitatem, ne cito ſolvenda
&c.* Mſſ. quinque Gall. *peccati remittendi æquitatem ſolvendam; ne
diu ligatum maneres.* Omnium optime Vat. Colb. ac Vict. ut in
corpore; ubi advertes dictionem, *ſolvenda*, ad accuſativum, *pec-
cata*, eſſe referendam.

tres mei; & ideo remitte mibi, ut peregrinus eſſe A deſinam: remitte mihi exſilium, quo relegatus ſum. Si remiſeris antequam diſcedam hinc, non ero amplius exſul atque peregrinus. Cùm enim tu remiſeris, non ero peregrinus; ſed civis ero ſanctorum tuorum. Ero cum patribus meis, qui & ipſi fuerunt ante peregrini, nunc vero jam cives ſunt. Ero domeſticus Dei, ut pœnam non timeam, gratiam merear: per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cum quo tibi eſt laus, honor, gloria, perpetuitas, cum Spiritu ſancto à ſæculis, & nunc & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

IN PSALMUM XXXIX. ENARRATIO.

1. IN ſuperioribus pſalmis pœnitentiam præ- B dicavit: deinde [a] de patientia ſua, & perturbatione hominis eſt locutus: in trigeſimo autem & nono pſalmo, novum annuntiat Teſtamentum; qui enim malorum pœnirentiam agit, exſpectat. Sed non eſt perfecti exſpectare, ſed exſpectaſſe; nemo enim niſi qui perſeveraverit uſque in finem, ſalvus erit.

℣. 2. 2. Ideo addidit: *Exſpectans exſpectavi Dominum*. Ubi ergo boc dicitur, niſi in Evangelio, in quo jam nobis qui exſpectabatur, advenit: in quo C jam nobis non Legis caligat umbra, ſed veritas ℣. 3. fulget; quia Chriſtus illuxit, qui exaudivit deprecationes ſuorum, & eduxit nos de lacu miſeriæ, & de luto fæcis; ubi jam demerſi tenebamur noſtrorum voragine peccatorum, & totus homo noſter inbærebat, nec poterat ſe ſe animus noſter eruere, obrutus multiplicis labe flagitii? Gratias igitur domino Jeſu, unigenito Dei Filio redemtori noſtro, qui nobis pecca ta omnia remiſſurus deſcendit è cælo; ut nos de lacu ac limo iſtius D mundi, & cœnulenta quadam palude terrarum, de corpore quoque mortis bujus eriperet, atque in carne ſua ſtatueret animi noſtri interiora veſtigia; ut confirmati in Dei verbo, & per crucem Dominici corporis [b] paſſionibus abſoluti, ambulemus jam non in opprobrio dedecoris, ſed in remiſſione peccati. Confirmatus igitur & radicatus in Cbriſto, ſupra petram ſibi memorat pedum ſuorum ſtatuta veſtigia. Unde dicit Apoſtolus: (1. Cor. 10. 4.) *Bsbebant autem de conſequenti petra: petra autem* E *erat Chriſtus* Petra, eo quod ſitientes ſequatur, confirmet labentes; ne ſitientibus aqua deſit, labentibus firmamentum.

3. Exſpectanti ergo mibi, domine Jeſu, ali- ℣. 4. quando veniſti, direxiſti greſſus meos in Evangelio, immiſiſti in os meum canticum novum, quod eſt novum Teſtamentum. Gaudentes jam canimus bymnum Deo noſtro, quia novarum virtutum præcepta cognovimus; ut noſtra omnia relinquamus, Chriſtum ſequentes, & noſtros F diligamus inimicos. Novos etiam hauſimus mores; ut pro perſequentibus nos, precem Domino deferamus. Maledicentes ecce benedicimus. [c] Neſcimus opera noſtra jactare, aut celare peccata. Angelorum etiam more nuptias refutamus.

4. Quid multa? De illo ærumnoſo peccatore beatus homo factus eſt, jam non reſpiciens in iſtius mundi varias vanitates. *Vanitas* enim *vani-* (Eccleſ. 1. 2.) *tatum, & omnia vanitas*, torus hic mundus eſt; ſicut dixit ſapſens Salomon. Quid enim niſi vanum eſt ea ſequi, quæ perſeverare non poſſunt; & omnia tamquam umbra prætereunt? Inſaniæ autem falſæ, aut certamina iſta bellorum, in quibus pro temporali poſſeſſione ſanguis tantus effunditur: aut contentionum theatralium diſſenſiones: aut Circenſium plena furoris ſtudia declarantur: aut hæreticorum doctrina feralis: aut pſeudoprophetarum in modum oraculorum cæleſtium ſimulati geſtus, verba compoſita. Sic enim dicit Propheta: *Beatus vir cujus eſt nomen* ℣. 5. *Domini ſpes ejus: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.*

5. Sunt ergo & veræ inſaniæ, & forſitan prophetarum, qui in exceſſu mentis poſiti prophetabant, repleti Dei Spiritu, ut quibuſdam inſanire viderentur; cùm propriæ ſalutis immemores, nudi plerumque & excalceati, ſicut Eſaias ſanctus, per populos currerent, vociferantes non quæ ipſi vellent, ſed quæ à Domino juberentur. Ex his igitur intelligitur adfulſiſſe remedium ſalutis; quoniam qui exſpectabatur, adeſt.

6. Exſpectavit eum Adam de paradiſo ejectus, ut longo liberaretur exſilio. Exſpectavit eum in Noe juſto, qui ad ſemen futurorum eſt reſervatus; ut ex illo juſtitiæ ſemina in hominibus pullularent. Ipſum putabat publicæ ſalutis auctorem, qui diluvio ſuperſtes eſſe meruiſſet. Ipſum ſapientiæ principem, qui excoluiſſet vitem, & ex ejus fructu inebriatus foret. Quid eſt enim vitis niſi ſapientia; ſicut aperuit nobis David cæleſtis interpres oraculi dicens: *Uxor tua ſicut vitis abun-* (Pſal. 127. 3.) *dans in lateribus domus tuæ?* Eo quod in ipſo eſſet ſapientiæ plenitudo, quæ exſpectabatur in Cbriſto, qui novo repletus ſapientiæ ſacramento, quod oculus non vidit, nec auris audivit, inuſitatum nobis deferre myſterium properavit; ut nudus jaceret, & exuberantis ſapientiæ pocula inaudita proflueret: ut obliti ſuperiorum, in novos mores, & novam ſobrietatem vitæ reſurgeremus æternæ; quo per ſtultitiam prædicationis Deus agnoſceretur, quem per ſapientiam non cognovit hic mundus. Denique in figura illa dormientis & nudati patris, qui ſtultitiam riſit, maledictus eſt: qui venerati ſunt, benedictionis gratiam ſunt adepti. Ideoque qui mortem unigeniti Filii Dei, patris & creatoris omnium, ad offendiculum, aut opprobrium noſtræ fidei objiciendam eſſe crediderint, peccatorum ſuorum nexibus ad perpetuam maledictionis ærumnam tenentur adſtricti: qui vero eam pro totius humani generis abſolutione ſuſcipiunt, virtutis æternæ præſidio fulciuntur. Crux enim Cbriſti Judæis offendiculum, (Cor. 1. 24. & 25.) Græcis ſtultitia, ut Apoſtolus dixit: nobis autem qui credimus in dominum Jeſum, virtus Dei atque ſapientia eſt.

a. Ita edit. & mſſ. Colb. ac Vict. Reg. autem mendoſe: *deinde patientia ſua perturbatione hominis eſt locutus*. At paulo melius Vat. & alii quatuor Gallic. *deinde de patientia ſua perturbationis nihilominus eſt locutus*.

b. Vox, *paſſionibus*, in pleriſque mſſ. deſideratur: quæ tamen ſenſui non videtur ſupervacanea.

c. Mſſ. aliquot: *Neſciamus opera noſtra ladare* (forte legendum, *laudare*) *aut deſperare peccata*.

a 7. Exſpectatus eſt in Moyſe, [a] cùm ſiccaſſet & A
pertranſiſſet undas maris, & impoſſibile viribus
humanis, pedeſtris viæ aperiret in fluctibus iter:
ſequeretur petra, & vomeret aquas; ut ſitien-
tium patrum in medio deſerti viſcera interna ſa-
tiaret.

8. Exſpectatus eſt, & in Aaron principe ſacer-
dotum, qui inter vivos ac mortuos medius ſtetit:
b & [b] ſerpentem ſtatuit luem mortis; ne à cadave-
ribus defunctorum ad viventium tranſiret interi-
tum. Quid enim tam proprium Chriſti, quam B
advocatum apud Deum Patrem adſtare populo-
rum, mortem ſuam offerre pro cunctis, repellere
necem, vitam reformare perituris.

9. Exſpectatus eſt & in Jeſu Nave, & certe ve-
nit, qui & poteſtatem ſuam & nomen accepit; ut
& populum in terram repromiſſionis induceret,
& vere Jeſu nomine vocaretur. Siccavit fluenta,
convertit amnem in ſuum fontem, ſolem ſtatuit,
donec conſummaret in virtute victoriam. Sed
adhuc figura erat ille, non veritas. Denique ve- C
rus ei dux militiæ cæleſtis effulſit, & adoravit eum
Jeſus Nave; quamvis adhuc nondum in corpore
verus adſtiterat, ſed adhuc venerat in figura.

10. Quando igitur verus advenit? Audi dicen-
tem: *Annuntiavi & locutus ſum: multiplicati ſunt*
ſuper numerum. Sacrificium & oblationem noluiſti,
corpus autem perfeciſti mihi. * *Tunc dixi, ecce ve-*
nio. In capite Libri ſcriptum eſt de me, ut faciam
voluntatem tuam: Deus meus, volui. Quid eviden-
tius quam quod cum Evangelii ſui munere nobis D
Jeſus verus advenit. Ipſe locutus eſt, & innumeri
credentium populi congregati ſunt, qui vix ſin-
guli ante credebant. Ipſe venit in carne, & ceſſa-
vit ſacrificium Judæorum. Ceſſavit oblatio pro
peccato, quia peccatorum remiſſor advenerat.
Non erat remedium neceſſarium Legis, ubi Le-
gis Auctor adſtabat.

11. *In capite Libri ſcriptum eſt de me.* Scriptum
profecto de Chriſto eſt in principio veteris Teſ-
tamenti quod venturus eſſet, ut in redemtione E
hominum, Dei Patris faceret voluntatem; quan-
do ſcriptum eſt, quia Evam in ſpecie Eccleſiæ ad
hominis adjumenta formavit. Quid enim nobis
in hac corporis infirmitate, & ſæculi iſtius per-
turbatione præſidio poteſt eſſe; niſi ſola Eccleſiæ
gratia, qua redimimur: & fides noſtra, qua vivi-
Gen. 2. 23. mus. *In capite libri ſcriptum eſt: Os de oſſibus meis,*
24. *& caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo pa-*
trem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt
duo in carne una. Quis iſte ſit qui locutus eſt, aut F
Epheſ. 5. 32. de quo iſtud ſit ſacramentum, audi dicentem: *Sa-*
cramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto
Ibidem. 25. *& in Eccleſia.* Unde & admonet ut ſic diligat ho-
mo uxorem ſuam, quemadmodum Eccleſiam
Chriſtus; quoniam membra ſumus corporis ejus,
de carne ipſius, & de oſſibus ejus. Quæ igitur
major ſalus, quam eſſe cum Chriſto, & ei unitate
quadam corporis adhærere, in quo nec macula
c ſit ulla, [c] nec tortitudo peccati?

12. Scriptum eſt in capite libri, quod Abel Gen. 4. 4. & 5.
juſti placuit hoſtia Deo, diſplicuit oblatio par-
ricidæ. Nonne aperte ſignificavit dominus Jeſus
offerendum ſe eſſe pro nobis; ut in ſua paſſione
novi ſacrificii gratiam conſecraret, ritum populi
parricidalis aboleret? Quid autem expreſſius,
quam quod à ſancto Patriarcha oblatus eſt filius,
& aries immolatus eſt? Nonne aperte oſtendit
hominis carnem, quæ omnibus terrenis eſt com-
munis animantibus, non divinitatem unigeniti
Filii Dei obnoxiam futuram ſacræ vulneri paſſio-
nis?

13. Scriptum eſt in capite libri, venturum ho- Gen. 28 12.
minem qui Poteſtatibus cæleſtibus imperaret.
Impletum eſt, quando dominus Jeſus venit in
terras, & Angeli miniſtrabant ei; ſicut ipſe di-
gnatus eſt dicere: *Ex hoc videbitis cælos apertos, &* Johan. 1. 51.
Angelos Dei adſcendentes & deſcendentes ad Filium
hominis.

14. Scriptum eſt in capite libri: *Agnus ſine ma-* Exod. 12 5.
cula, mundus, maturus, maſculus, anniculus erit
vobis; & occidet eum omnis ſynagoga. Quis iſte ſit
agnus, audiſtis dicentem: *Ecce agnus Dei, ecce qui* Johan. 1.
tollit peccatum mundi. Hic eſt qui occiſus eſt ab 29.
omni populo Judæorum: quem adhuc hoſtili odio
perſequuntur. Et illum quidem oportebat pro
omnibus mori; ut in ejus cruce fieret remiſſio
peccatorum, & ſanguis ipſius mundi inquina-
menta lavaret: ſed væ illis qui auctorem ſalutis
propriæ negaverunt; *Feciſtis*, inquit, *conſilium*; Eſai. 30. 1.
ſed non per me. Quomodo poterat probare parri-
cidium, qui conſilium non probabat? Et tamen
quanta pietas! Abhorrebat quidem à conſilio;
ſed ſi converterentur, remedium non negabat.

15. Scriptum eſt etiam, non ſolum in capite, ſed
in omni Legis complexione, venturum hominem
ad conſervandum hominum genus, qui omnia
vellet quæ Deus vellet. Unde intelligis quoniam
divinitatis ejuſdem eſt, qui ejuſdem eſt voluntatis.
Unde etiam ad ſacrificium paſſionis voluntarius
acceſſit, meritoque prædixit: *Voluntarie ſacrificabo* Pſal. 53. 8.
tibi.

16. Sed forte dicas: Quomodo in Evangelio di-
xit: *Pater, ſi poſſibile eſt, transfer à me calicem hunc;* Matth 26
ſed non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis? Et videtur qui- 39.
dem eſſe diſtantia voluntatis: verùm intelligimus
aliud eſſe quod ſecundum unitatem divinitatis
exprimitur, ubi dicit: *Ego & Pater unum ſumus:* Johan. 10.
aliud quod ſecundùm hominis eſt locutus affec- 30.
tum, quem innuit cautum eſſe debere, nec præ-
ſumere quod facile implere non poſſit; ne dum
præmium quærit, incidat ſacrilegium. Unde ait:
Cùm perſequentur vos in hac civitate, fugite in aliam. Matth. 10.
Merito ergo & hic ſubiturus corporis paſſionem, 23.
cœpit contriſtari, & mœſtus eſſe: & adſumtis Pe-
tro & duobus filiis Zebedæi: *Triſtis eſt anima mea,* Matth. 26.
ante præmiſit; & ſubjecit poſtea: *Vigilate & orate,* 38.
ne intretis in tentationem. Spiritus promtus eſt, caro Ibidem. 41.
autem infirma. Vides ubique eum ſecundùm ho-
minem loqui, ſecundùm hominem orare, ſecun-

a. Ver. edit. ac mſſ. Colb. & Vict. *cùm ſiſteret undas maris.* Rom. cum iiſdem vet. in marg. *cùm ſcinderet undas maris.* Alii mſſ. ut in textu, Reg. excepto ubi legitur, *cùm ſcidiſſet & pertranſiſſet* &c.

b. Omnes edit. cum mſſ. Vict. & Colb. *& per ſerpentem ſtatuet luem mortis.* Mſſ. alii quatuor: *& ſerpentem ſtatuit, lues mortis* &c. Omnium optime codex Reg. ut in textu. Senſus autem eſt Aaron ſtare faciſſe luem, quæ ſerpebat &c. uti docetur n. 16. ſub finem.

* Ab hoc loco uſque ad num. ſeq. Rom. edit. non pauca in verſiculorum diſtributione partim immutarat, partim inſeruerat, quæ ex ejuſdem ac noſtræ edit. collatione nullo negotio deprehendes.

c. Edit. ver. ac mſſ. Colb. & Vict. *nec fortitudo peccati.* Edit. in margine: *forte, deformitas: aut fœtitudo.* Rom. ſola, *nec ſorditudo peccati.* Latin. *nec turpitudo peccati.* At mſſ. quinque diſtincte lectionem noſtram præferunt. Dicitur autem *peccati tortitudo*, eo quod ab æterna regula deflectat ac detorqueatur.

dùm hominem triſtem eſſe, ſecundùm hominem Matth. 26. 39. dixiſſe: *Pater meus, ſi poſſibile eſt.* Quod utique non impoſſibile Deo; ſed hominis eſt dubitare, Dei confirmare. Ideo promtiores adſumſit, quaſi electos ultimi judicii ſui teſtes, qui verborum ejus agnoſcerent ſacramentum. Denique alii dormiebant, iſti ſoli fida mente vigilabant. Unde & per Hieremiam nondum ſuſcepto corpore, ipſe ait: Hier. 11. 19. [a] *Ego ſicut agnus ductus ſum, & neſcivi.* Quid eſt quod neſciat Sapientia Dei, quæ in arcano Patris ſemper eſt? Et ideo enarravit omnia Filius Dei, quia Dei Patris ipſe ſapientia eſt. Quomodo præſcivit ſe ſicut agnum eſſe ducendum, & quo duceretur neſciſſe ſe dicit? Aut quomodo in ſuperioribus per os ipſius David ait: Pſal. 21. 2. *Deus, Deus meus, reſpice in me: quare me dereliquiſti?* Quomodo derelinquitur à Patre Filius, qui ait: Johan. 16. 32. *Et non ſum ſolus; quia Pater mecum eſt.* Et alibi: Pſal. 87. 9. *Traditus ſum, & non egrediebar?* Et alibi: Pſal. 138. 18. *Exſurrexi, & adhuc tecum ſum;* niſi ut advertas quod hominum ſenſum exprimit, qui putant ſe à Domino ſuo, quando ſunt in periculis, derelictos? Denique audi quod ſequitur: Pſal. 21. 2. *Longe,* inquit, *à ſalute mea, verba delictorum meorum;* hoc eſt, alia verba ſunt delictorum, alia ſacramenta ſalutis æternæ. Non præjudicant verba virtuti: ſuis viribus ſubſtantia divina fulcitur. Homo videtur, homo auditur, Deus in operibus agnoſcitur. Et tamen de hoc homine dictum eſt: Hier. 17. *Et homo eſt & quis cognoſcet eum?* Quid eſt, *quis?* Non quo nemo, ſed quo rarus, quo ſapiens; ſicut illud: Pſal. 23. 3. *Quis adſcendet in montem Domini? Quis ſapiens & intelliget ea?* Oſea. 14. 10. Denique alibi: Pſal. 91. 7. *Vir inſipiens non cognoſcet ea, & ſtultus non intelliget hæc.* Et tu ergo cùm legis Evangelium, [b] quaſi ſapiens & non ſtultus cognoſce quæ legis: illuminet te Sapientiæ fulgor æternæ. Verba quidem ſunt; ſed & ipſa mundant, & ipſa illuminant, & ipſa confirmant, & ipſa vivificant. Unde ait Petrus: Johan. 6. 69. *Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos relinquemus te?*

17. Denique ut adverteremus, quod ſecundùm hominem locutus eſſet, paulo poſt dixit: Matth. 26. 45. *Ecce appropinquat hora, ut Filius hominis tradatur in manus peccatorum.* Et Judæ oſculanti ait: Luc. 22. 48. *Iuda, oſculo filium hominis tradis;* hoc eſt, venenum infundis oſculo, quo gratia caritatis infunditur: oſculo, quod ſacræ pacis inſigne eſt: oſculo, quo amicitia fida firmatur: oſculo, quo fides ſancta ſignatur? Hoc ergo oſculo tradis periculo, quem propter oſculi commercium venerari deberes? Et tradis filium hominis homo, qui propter hominum ſalutem deſcendit de cælo? Sic enim ſcriptum eſt: Johan. 3. 13. *Filius hominis qui eſt in cælo, ipſe eſt qui deſcendit è cælo.* Filium hominis tradis, qui te ex peccatore apoſtolum fecit: Filium hominis tradis, qui venit, ut in ſanguine ſuo omnium peccata dilueret? Ego oſculum non nego: ipſe videris, qui violaveris Prov. 27. 6. oſculi ſanctitatem. An non legiſti quod utilia ſunt vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici? Nec immeritò graviore telo tantæ dignationis percuſſus eſt Judas, quam ſi eum fulmine percuſſiſſet. Denique patientiam Domini ferre non po-

A tuit, [c] qui majeſtatem prodidit; adeo ut ſibi ipſi tanti ſceleris reatus non poſſet ablui. Itaque abiit, pecuniam refudit; hoc eſt, condemnavit avaritiam ſuam tantæ impietatis auctorem, pretium perfidiæ ſynagogæ reddidit. Non excuſatur proditor, qui pœnitentiæ locum invenire non potuit; ſed acervatur ſacrilegium Judæorum, qui etiam proditoris vocibus arguuntur. Ille ſuum crimen agnovit dicens, quod tradiderit ſanguinem juſtum: iſti & pretium ſceleris receperunt, & acrioribus B ſtudiis juſtitiæ principem perſecuti ſunt. Ideo ad iſtorum omnium perpetuam condemnationem latro crucifixus abſolvitur; quia ille Chriſtum in ſuppliciis agnovit ſuis, quem iſti in beneficiis non agnoverunt: & peccatum ſuum confeſſus eſt Chriſto, qui ſciret ignoſcere; quia in cruce ſua regnum Domini mente conſpexit, quod in convivio Chriſti Judas videre non potuit. Ideo precationem latronis vox ſecuta eſt cæleſtis hujuſmodi: *Amen, amen, dico tibi, hodie mecum eris in* Luc. 23. 43. C *paradiſo.* Tripudiabas, draco, quod apoſtolum ſubtraxeras Chriſto: plus amiſiſti quam ſuſtuliſti, qui latronem vides in paradiſum eſſe tranſlatum. Nemo eſt qui poſſit excludi, quando receptus eſt latro, miniſter tuus; & eo pervenit, unde ipſe dejectus es.

18. Subtexuimus iſta propter illum verſiculum, quia dixit: *Ut facerem voluntatem tuam: Deus meus, volui,* hoc eſt, divinitatis mihi tecum, Pater, una voluntas eſt. Et quia una voluntas, una ſubſtantia D eſt; quia & inſeparabilis majeſtas, & potentia Trinitatis. Sed alia vox carnis, & tamen ad voluntatem Dei, & ipſa conſenſit dicens. Marc. 14. 36. *Non quod ego volo, ſed quod tu vis.* Et alibi: Matth. 26. 42. *Si non poteſt hoc tranſire, niſi illud bibam, fiat voluntas tua.* Communis affectus eſt mortem timere, quam ſuſcepit Chriſtus; ut crucifigeret, ſicut crucifixit, & carnem; mihi enim eſt luctatus, ut mihi vinceret. Etſi caro Chriſti fortis, nec peccato obnoxia; tamen peccata ſuſcepit: infirmitates ſuſcepit, etſi nihil ha- E buit quod doleret. Denique audi dicentem, Eſai. 53. 4. *quia pro nobis dolet.... donec ejiciat in veritate judicium.* Ibidem 42. 3. Non enim alteram carnem, ſed hanc ſuſcepit; ut Apoſtolus docet dicens: 1. Cor. 15. 53. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem.* Etſi de Virgine natus eſt & Spiritu ſancto, tamen hominis eſt filius; quia homo Virgo. Et ideo quod natum eſt ex carne, caro eſt: & qui natus eſt de homine, homo dicitur, mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus.

F 19. Propterea incorruptibilis ſuſcepit hanc carnem, ut faceret incorruptibilem: & immortalis, ut faceret immortalem. Si quis ergo eum ſequitur, induet immortalitatem. Si quis voluntatem ejus facit, non morietur in æternum; ſed dicit ei Chriſtus: Luc. 23. 43. *Hodie mecum eris in paradiſo.* Quid eſt, *hodie?* Hoc eſt, de nocte tranſiſti, mecum eris in lumine. Noli tenebras formidare, quem æterna lux ſuſcepit. Pulcre etiam ſubjunxit: Ibidem. *Mecum eris in paradiſo;* hoc eſt, noli dubitare de carne, & me in carne vidiſti: noli timere, ne & tu cadas de

a. Rom. edit. *Ego ſicut agnus innocens ductus ſum, ut ſacrificarer;* ſcilicet quo græcum locum redderet, ubi legimus: Ἐγὼ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι.
b Quoque mſſ. *quaſi ſapiens & juſtus cognoſce.*
c Sic edit. & mſſ. Vict. & Colb. niſi quod hi legunt. . . *tanti ſceleris reus* &c. Rom. edit. *cujus majeſtatem prodidit, ut ſibi tanti ſceleris reatus poſſet ablui: ſed abiit* &c. Totum vero locum cod. quinque Gallic. ita exhibent: *Quia in majorem reatum prodiit. adeo ut ſibi ipſi* (quatuor, *at ſibi ipſi à Deo*) *tanti ſceleris reatus non poſſet ablui. Itaque abiit, pecuniam refuſavit, hoc eſt, contemnit avaritiam ſuam tanta impietatis auctor pretium* &c.

paradiſo,

paradiſo, ſicot cecidit Adam; ſed audi quia me- A cum eris, quo præſente, cadere non poſſis. Cecidit caro in paradiſo, antequam ſuſciperetur à Chriſto. Ibi eris ſuſceptus, ubi & ille qui ſuſcepit; *Iohan. 17. 24.* quia non mentitus eſt dicens: *Volo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum.* Non recedet paſtor à gregibus ſuis; licet jam lupum in paradiſo timere non poſſis, *Luc. 10. 18.* cui dictum eſt: *Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem.* Ideo ante conſummationem adverſarius dejicitur in incendium, catenis quoque perpetuis alligatur; ut tu jam nullas inſidias per- B timeſcas.

20. Et Adam ut caderet, à ſerpente deceptus eſt, & flexus eſt ab uxore. Ideo jam nullæ in paradiſo nuptiæ, ſed omnes erunt ſine celebritatibus nuptiarum, ſicut Angeli in cælo. Non dixerat Adæ: *Mecum eris*; quia ſciebat illum eſſe caſurum, ut redimeretur à Chriſto. Felix ruina, quæ reparatur in melius. Ideo jam pius paſtor, bonus negotiator gregem ſuum, & mercem propriam non reliquit. Erit quidem & adhuc in paradiſo C cum Angelis pugna ſerpenti, donec dejiciatur: ſed qui cum Chriſto eſt, timere non poterit. Adam cum Chriſto non fuit, quando deceptus eſt. Nam ſi cum Chriſto fuiſſet, & in ejus præceptione permanſiſſet,[a] perire utique non potuiſſet. Non manſit in Chriſto, quia non in ejus ſermone permanſit. Denique audi, qui maneat in Chriſto. *Iohan. 15. 7.* *Si manſeritis,* inquit, *in me, & verbu meu in vobis manſerint quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.* *Ibidem. 10.* Et infra. *Si præceptu meu ſervaveritis, manebitis in* D *meu dilectione.* Vis ſcire, quia cum Chriſto Adam *Gen. 3. 9.* non erat? Dixit ei Dominus: *Adam ubi es?* Qui utique quaſi abſentem requirit, non diceret: *Ubi es;* ſi eum in ſe manere cognoſceret. Sed quis eum *Ibidem. 8.* abſentem fecerit, audiamus. *Abſconderunt ſe,* inquit, *ambo à facie Domini.* Omnes videt Chriſtus: ſed qui ſe abſcondit, abſconditur; quoniam qui ignorat, ignoratur. Cognoſcit enim eos Dominus qui ſunt ipſius. Ille omnes ſuos vult eſſe, quos condidit & creavit. Utinam, tu homo, non fugias, E & teipſe à Chriſto non abſcondas. Ille etiam fugientes requirit, & abſconditos non vult perire; ſed clamat dicens: *Adam ubi es?* Hoc eſt, homo ubi es? Ego te in lumine poſui, tu tenebras requiſiſti.

21. Denique in paradiſo, ubi ſemper matutinus erat dies, veſper eſt factus; quoniam omnia pec- *Ibidem. 8.* cata tenebroſa ſunt. Ideoque habes, quia audierunt vocem domini Dei deambulantis ad veſperam in paradiſo. Simul cognoſce myſterium. Ma- F ne erraſti: ad veſperam liberaberis. Quomodo enim veſpera, ubi Chriſtus eſt? Nam licet ſedes ejus ſupra cælum cælorum, tamen in ſanctis ſuis Chriſtus eſt. Quomodo ergo veſpera ubi Deus eſt, cum Deus lux ſit? Denique Saulo in itinere lux refulſit, quando ei Chriſtus occurrit. Unde etiam lumine Dei refulgente, cæcatus eſt perſecutor. Cur ergo cæcatus; niſi quia non agnoverat Chriſtum? Nam ſi cognoviſſet lucis arbitrum, non amiſiſſet lumen oculorum. Denique & ubi A agnovit, recepit. Indicio eſt quod non agnoverit Chriſtum, qui audita voce: *Saule, Saule, quid me* *Act. 9. 4.* *perſequeris;* reſpondit: *Quis es Domine?* *Ibidem 5.* Non quæſiſſet quis eſſet, ſi cognoviſſet. Unde & Dominus quaſi ignoranti dicit: *Ego ſum Ieſus Nazarenus,* *Ibidem. 5.* *quem tu perſequeris. Durum tibi eſt adverſus ſtimulum calcitrare.* Et ille dixit: *Domine, quid me oportet facere?* *Ibidem 6.* Vide congruentia utrimque magiſteria. Medicus minatur, ut corrigat; terret, ut curet: æger primo medici perſonam requirit, ſi ſit idoneus à B quo ſanari ſe poſſe præſumat; ubi medicinæ audivit auctorem, remedium popoſcit, ſalutem invenit. Denique ab accedente non ſolum expulit cæcitatem: ſed etiam lucem quam non habuerat, accepit; ut Chriſtum videret, quem antea non viderat.

22. Sed videamus ſequentia; repetito tamen verſiculo,[b] de quo videtur eſſe tractatus: *Ecce venio, ut faciam voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Bene nuntiavi juſti-* *℣. 10.* C *tiam tuam in Eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu cognoviſti. Juſtitiam tuam non abſ-* *℣. 11.* *condi in corde meo.* De ſuperiore itaque verſiculo intelligimus: Ecce venio non ſolum ut voluntatem tuam faciam; ſed etiam legem tuam in medio cordis mei. Alii habent: *In medio ventris mei.* Eſt enim venter & mentis,[c] qui ſemina concipit ſenſuum; de quo Eſaias dixit: *In utero accepi-* *Eſai. 26. 18.* *mus, & parturivimus ſpiritum ſalutis.* Hoc utero parturivit & Paulus, qui ait: *Filioli mei, quos ego* *Gal. 4. 19.* D *parturio; donec formetur Chriſtus in vobis.* Chriſtus ergo non in ventre corporeo, ſed in animæ quodam ventre formatur. Hoc ventre Apoſtolus genuit; ſicut ſcriptum eſt: *Ego vos per Evangelium ge-* *1. Cor. 4. 15.* *nui.* Ideo alii bene habent: *In medio cordis;* alii: *In medio ventris;* ut interioris hominis ventrem intelligas, qui in medio eſſe cordis accipitur: in quo naturalis legis præſcripta ſervamus; quæ non ſolum cuſtoditur, ſed etiam fit in cordibus noſtris. Unde & ſcriptum eſt, quia *non ſolum auditores le-* *Rom. 2. 13.* E *gis juſti ſunt apud Deum; ſed etiam factores legis juſtificabuntur.* Sunt enim qui naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt; ſicut gentes quæ legem non audiunt,[d] & ſibi lex ſunt, qui cognita ſibi legis præcepta conſervant. Ergo quaſi gentilis populi congregator, perſonam noſtram ſuſcepit hoc loco Chriſtus; ut diceret facere ſe legem in medio cordis ſui. Siquidem populus nationum legem quam non audivit, implevit; ut agnoſceret Chriſtum, quem populus Judæorum qui legem accepe- F perat, non recepit, nec cognoſcendum putavit; quia ſcriptum eſt: *Agnovit bos poſſeſſorem ſuum, &* *Eſai. 1. 3.* *aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autem me non cognovit.* Hic ergo credentium venter eſt, in quo Spiritus ſanctus operatus eſt, & eum ſemine ſpiritali implere conſuevit; ſicut teſtificatur in Evangelio dominus Jeſus, qui ait: *Qui credit in me, ſicut di-* *Iohan. 7. 38.* *cit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Ex illo flumine iſta ſunt flumina, de quo legimus: *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* *Pſal. 45. 5.* De quibus ergo fluunt hujuſmodi flumina ſpiri-

a Edit. ant. cum mſſ. Vict. & Colb. *deceptus non eſſet.*

b. Mſſ. aliquot, *de quo videtur eſſe tractatum*, id eſt, qui verſus jam videtur eſſe expoſitus: & certe multa jam in eum dicta ſunt in ſuperioribus. Melius tamen alii, atque edit. . . . *eſſe tractatus*; hoc eſt, qui videtur eſſe hujus tractatus argumentum. Namque ab ipſo expoſitionis iſtius exordio hunc pſalmum verſa ſen explicando Chriſti domini adventu affirmaverat Ambroſius.

c Vat. cod. *qui ſemine concipit ſpiritum.* Rom. edit. *qui ſemine verbi concipit ſpiritum.* Ceteri mſſ. ac edit. ut in contextu.

d. Codex Reg. *& ſibi, quia ex eo ſunt cognita ſibi legis præcepta, conſervant.* Cui concinunt alii quatuor, præter quam in voce, *cognita*, pro qua habent, *incognita.*

Pſal. 92. 3. & 4. talia, de his bene dicitur: *Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem ſuam. Elevabunt flumina fluctus ſuos à voce aquarum* ſpiritalium, quæ ſupra cælos Deum laudant. A

23. Qui elevaverit vocem ſuam, hic poteſt dicere: *Bene nuntiavi juſtitiam tuam in Eccleſia magna.* Quid eſt quod addidit, *magna*; niſi quia fuit ante non magna? Quæ eſt magna, niſi de totius orbis terrarum partibus congregata; quando ab oriente & occidente, ſeptemtrione & meridie populi gentium ſunt vocati? Alibi tamen legimus ma- B
Pſal. 34. 18. gnam Eccleſiam: *Confitebor tibi, Domine, in Eccleſia magna: in populo gravi laudabo te.* Ibi ergo Eccleſia magna, ubi populus gravis; hoc eſt, non inquietus & mobilis, qui ſedit manducare & bibere, & ſurrexit ludere. Gravis populus eſt qui fidem Deo ſuo ſervat, & qui non aliqua levitate mutetur: neque nutet & fluctuet, ſed caritate ſit fundatus in Chriſ-
Rom. 8. 35. & ſeq. to; ut poſſit dicere: Confido enim, quia neque mors, neque gladius, neque tribulatio ſeparare me poſſit à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu. C

24. Qui autem prædicat in Eccleſia magna, non abſcondit juſtitiam Dei in corde ſuo; ſed exaltat viribus vocem ſuam, annuntians Chriſtum. Non timet eum coram populo prædicare, non erubeſcit crucem ejus; ſed gloriatur in illa Domini paſſione. Non ſequitur litteram Legis, ſed eruit profunda myſteria, quibus revelet domini Jeſu gloriam: quem Lex ſignificavit eſſe venturum ad Eccleſiam, quæ magna eſt congreganda. Juſtitia igitur fides eſt. Denique *credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. Ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu cognoviſti.* Sic & alibi: *Tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.* Gen. 15. 6. Pſal. 138. 2.

25. Ad Patrem dicit: *Juſtitiam meam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi.* ℣. 11. Totus ex perſona Chriſti pſalmus iſte eſt; ideo *juſtitiam meam* dicit: licet non arroganter & homo poſſit dicere juſtitiam ſuam, qui Deo credit, & fidem ſuam ſibi reputari ad juſtitiam confitetur. Veritatem & miſericordiam diligit, qui fidem prædicat veram, & peccata dimittit. Ideo enim Chriſtus advenit, ut fidem ſtatueret, remiſſionem tribueret peccatorum.

26. Et quia ex perſona Salvatoris totum hunc eſſe diximus pſalmum; ne forte dicant apollinariſtæ: *Ecce corpus*, dixit, *præparaſti mihi*, non etiam animam; ℣. 7. audiant in inferioribus pſalmi hujus dicentem: *Confundantur & revereantur ſimul, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.* ℣. 15.

27. Hæc ſunt quæ in hoc pſalmo difficiliora arbitrati ſumus: reliqua plana & facilia, [a] nec indiga eſſe interpretationis exiſtimavimus; cùm ſi in Tractatum incidant, in alio pſalmo in quo videntur eſſe repetita, rectius proſequemur, favente domino Jeſu: cui eſt laus, honor, gloria, perpetuitas à ſæculis, & nunc & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

a Mſſ Vict. & Colb. atque edit. vet. *nec digna interpretationis.*

IN PSALMUM XL. ENARRATIO.

1. BONO ordine, qui in ſuperiore pſalmo dixit: *Ecce venio*; in hoc jam venit, & patitur: Pſal. 39. 9. & ideo quadrageſimus pſalmus inſcribitur, quia quadraginta diebus jejunavit dominus Jeſus; ut eo numero conſummaret hominis qui perierat, perfectionem. Sicut enim per appetentiam interdicti fructus amiſerat gratiam, ita per jejunium reparari ejus virtutem oportuit; ut qui perierat in Adam, repararetur in Chriſto. Ideo ergo, *in finem*; ℣. 1. quia ipſe finis eſt ſpei noſtræ, ad ipſum ſtudia noſtra dirigimus, ad ipſum vota noſtra conferimus; E quia ipſe eſt plenitudo, ipſe eſt conſummatio univerſorum, ipſe omnium ſumma virtutum. Ideo, *ipſi David*; Ibidem. quaſi ei qui ſolus ex omnibus in ſua carne noſtra peccata ſuſcepit, qui ſolus Dei Agnus peccatum totius mundi abſtulit, qui ſolus chirographum decreti, ſanguinis ſui effuſione delevit, & tulit de medio, atque ſuffixit cruci: quaſi ſapientia ſciens quomodo vetus peccatum mundi ſolveret: quaſi redemtio, quomodo hominem renovaret à culpa: quaſi ſanctificatio, F quomodo eum ſanctificaret ad gratiam. Hic ergo titulus, hoc principium.

2. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* ℣. 2. Aperi aures tuas, qui incipis ſacramenta Dominicæ cognoſcere paſſionis. Ideo tibi dicitur: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Luc. 8. 8. Marc. 7. 16. Ideo ſurdo illi & muto aures & labia tetigit Dominus in Evangelio; ut ſciret quid audiret in myſterio, quid etiam loqueretur, & quando loqueretur. Neque enim otioſe ſcriptum eſt: *Dominus mihi dedit linguam eruditionis; ut ſcirem quando oporteat ſermonem dicere.* Iſai. 50. 4. Scire ergo debes quid audias, ſcire quid loqui debeas, ſcire etiam quando loqui debeas. D

3. Audi ergo dicentem: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* Beatus quidem qui compatitur pauperi, qui haurit ejus neceſſitates, ſcit quid mali inopia adferat indigenti: ſed quid ſibi vult iſtud exordium in Domini paſſione? Verum eſt quidem quod propter pauperes paſſus eſt; ſed tamen ipſe corripuit Judam dicentem de illo unguento, quod effuderat Maria ſuper pedes Chriſti: *Potuit hoc venumdari trecentis denariis, & dari pauperibus.* Marc. 14. 5. Idem & ceteri apoſtoli ſenſerant, ſed alio affectu: ille per avaritiam, iſti per miſericordiam; Judas enim furto proſpiciebat, diſcipuli pauperum alimoniæ conſulebant. Quibus in commune reſpondit: *Sinite illam, ut in die ſepulturæ meæ ſervet illud. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum: me autem non ſemper.* Joan. 12. 7. & 8.

4. Ergo alius intelligendus eſt hìc beatus, qui intelligit ſuper pauperem. Hìc de fide dicit, alibi de miſericordia. Prior ergo fides, ſecunda miſericordia. Cum fide, pretioſa miſericordia: ſine fide, nuda; ſine fide, inſtabilis. Fides enim virtutum omnium ſtabile fundamentum eſt. Beatus ergo qui intelligit ſuper Chriſti inopiam & paupertatem, qui propter nos pauper factus eſt, cùm dives eſſet: dives in regno, pauper in carne; quia ſuſcepit hanc pauperum carnem. Pauperes enim facti ſumus nimis, qui virtutum exuvias pretioſas fraude ſerpentis amiſimus, excluſi de paradiſo, ejecti de patria, in exſilium relegari, ipſo quoque nudati corporis integumento: quod antea virtu-

tum ſepta muniebant, poſtea delicta nudarunt. A
Si ergo egenus & pauper in carne, utique egenus
& pauper in carnis iſtius paſſione. Non ergo in
divitiis ſuis, ſed in noſtra paſſus eſt paupertate.
Coloſſ. 2. 9. Ideoque non plenitudo divinitatis, quæ in illo
corporaliter habitat, ut Scriptura teſtatur; ſed
caro paſſa eſt. Hoc intellige, hoc perſequere, id
tene, ne dicatur tibi: Noluit intelligere ſuper
mendicum & pauperem. Nam ſi hîc dubitas, cer-
te in illo pſalmo qui adverſus proditionem Judæ
ex perſona dicitur Salvatoris, de illo verſiculo du- B
Pſal. 108. 17. bitare non poteris, in quo ait: *Et perſecutus eſt ho-
minem inopem & mendicum. Intellige ergo in pau-
pertatem Chriſti, ut dives ſis: intellige in infirmi-
tatem ejus, ut accipias ſanitatem: intellige in cru-
cem ejus, ut non erubeſcas: intellige in vulnus
ejus, ut vulnera tua cures: intellige in mortem
ejus, ut adquiras vitam æternam: intellige in ſe-
pulturam ejus, ut invenias reſurrectionem.

5. Sed forte dicas: Quomodo dives in pauper-
tate Chriſtus? Etſi mihi ingenium deficiat, tamen C
non deficiunt divinarum ſubſidia lectionum;
2. Cor. 8. 9. cùm dixerit Apoſtolus: *Quoniam dominus Ieſus*
pauper factus eſt, cùm dives eſſet; ut vos ejus inopia di-
taremini. Quæ ergo iſta paupertas, quæ divites fa-
cit? Conſideremus eam, intendamus in ipſum ve-
nerabile Sacramentum. Quid purius poteſt eo
eſſe atque ſimplicius? Non taurino quiſquam
* perfunditur ſanguine, * ut ſacra dicuntur habere
gentilium: non hircorum atque arietum cruore
peccator lavatur (neque enim quiſquam ita pu- D
rificatur; caro enim lavatur, non culpa diluitur)
Eſai. 12. 3. ſed exiet, inquit, aqua cum delectatione de fon-
Pſal. 22. 5. tibus Salvatoris: & paratur in conſpectu tuo
menſa cæleſtis, & poculum inebrians quam præ-
clarum eſt: Hæ ſunt divitiæ ſimplicitatis, in qui-
bus eſt Chriſti pretioſa paupertas. Eſt & in mo-
ribus paupertas bona; unde & Dominus dixit:
Matth. 5. 3. *Beati pauperes ſpiritu.* Et in pſalmis invenimus,
Pſal. 33. 19. quia Dominus humiles ſpiritu ſalvabit. Eſt & in
* *collatione tenui paupertas abundans, ſi abundet E
2. Cor. 8. 2. fides. Unde Apoſtolus ait: *Et profunda paupertas*
eorum abundavit in divitiis ſimplicitatis eorum.

6. Ut autem & ex aliis vocibus ejus intelliga-
mus, quia ipſe ſe pauperem dixit, habemus alibi
Pſ. 68. 30 ſcriptum: *Pauper & dolens ego ſum*; hoc eſt, quia
Eſai. 53. 4. pro nobis dolet, ut legimus; neque enim in ſe ha-
buit quod doleret. Sicut ergo pro nobis dolet, ut
Eſaias interpretatus eſt, qui eum vidit in ſpiritu:
pro nobis utique triſtis erat; juxta quod animam
ſuam triſtem appellavit uſque ad mortem, tamen F
non propter mortem: & carnem dixit infirmam,
quæ mortis ſubjacuit infirmitati; ut aculeum
mortis infringeret, quo nos in die judicii libera-
ret, quam non perfunctorie malam dixit.

℣. 2. 7. Sic enim ſubtexuit: *In die mala liberabit*
eum Dominus; quoniam amara videtur, quæ plu-
res adjudicat pœnæ. Via enim virtutis anguſta
eſt, lata delicti; ideo rariores in virtute ambulant,
plures in flagitio verſantur. Quo fit ut inferior
eorum ſit numerus, qui præmia remunerationis
accipient, quam qui ob pretium gravium pec-
catorum ſortem adverſam judicii reportabunt.
Quaſi dolens igitur dixit malam judicii diem.
Nam ſi Angeli in unius peccatoris abſolutione
lætantur; quanto magis homines in tantorum
condemnatione hominum macerabuntur? Et be-
ne dolet pro ea ove, quam humeris ſuis ipſe re-
portavit, & ad ovile ſuum revocavit errantem.
Affectu noſtro loquitur Dei Filius; quia nobis
dies judicii acerba eſt, quam timemus. Omnibus
mala videtur, quia plena terroris eſt: qua Deus
non ſolum forenſia hominis, ſed etiam occulta
dijudicat: qua cogitur unuſquiſque aperire quod
fecit, aut quod ſenſit. Ideoque multi damnantur,
pauci coronantur. Sed etiam ipſi qui coronan-
tur, dolebunt; juſti enim coronabuntur: juſtus
autem quaſi ſuam putat fratris ærumnam. Et
quis ego ſum qui de illa judicem, qua homo An-
gelorum conciliis inſeretur? Ipſius Domini au-
diamus ſententiam: *Veniet*, inquit, *hora, in qua om-* Iohan. 5.
nes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii ho- 28. & 29.
minis; & procedent qui bona fecerunt, in reſurrectio-
nem vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem
judicii. Judicabuntur ergo qui mala egerunt: &
ideo mala dies & aſpera ab ipſo judice nuncupa-
tur; ut ſcias quia ipſe nobis compatitur in Evan-
gelio, qui compaſſus eſt in prophetis.

8. Sed etiam ſic poſſumus accipere: *In die ma-*
la, hoc eſt, in tempore malo; mundus enim in ma-
lo poſitus eſt. Et ideo mali dies iſtius mundi, &
abundat diei malitia ſua. Non mediocre eſt, ut
hîc liberemur ab inſidiis peccatoris. Qui fuerit
hîc liber à crimine, ibi erit liber à pœna, & ſeve-
ritatem judicii ſubire non poterit.

9. Et ideo votis opus eſt & precibus quotidia-
nis, & [a] advocatione Principis ſacerdotum, de
quo dicit Johannes Evangeliſta: *Advocatum ha-* 1. Iohan. 2.
bemus apud Patrem dominum Ieſum, & ipſe eſt de- 2.
precatio pro peccatis noſtris. Hic ergo advocatus
noſter, & deprecatio pro peccatis totius ſæculi
orat pro eo qui intelligit & credit in Chriſtum,
& dicit: *Dominus conſervet eum, & vivificet eum,* ℣. 3.
& beatum faciat eum. Conſervet à periculis, vivi-
ficet tamquam in mortis tenebris conſtitutum,
beatum facere bonorum operum acceſſione di-
gnetur.

10. * *Et emundet*, inquit, *in terra vitam ejus.* Bene *. Ibidem.
addidit, *in terra*; quia niſi hîc mundatus fuerit, ibi
mundus eſſe non poterit. Vel certe hoc modo:
Emundet in terra. Quomodo enim quis mundus in
luto; cùm terra eum obliniat? Ergo Domini ma-
nus eſt neceſſaria, quæ fecit de terra corpus; ut
ipſa mundare dignetur.

*. Innuere videtur fœdum illud ſacrificium, quo apud Romanos pontifex maximus, uti ex Prudentio *Periſt. hymno* 10 diſcere eſt, conſecrabatur. Ejus autem erant hujuſmodi ceremoniæ. Cùm terra in altam ſcrobem egeſta eſſet, eò futurus pontifex demittebatur vittis atque infulis exornatus: mox tabulato innumeris foraminibus terebrato ſcrobs tegebatur: deinde taurus ibi jugulabatur, cujus ſanguis ubertim per tabularum meatus defluebat.

Defoſſus intus quem ſacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe ſubjectans caput,
Et veſte & omni putrefactus corpore.
Quin os ſupinat, obvias offert genas,
Supponit aures, labra, nares objicit,
Nec jam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.

Poſtremo eductus inde bellus pontifex eminus adorabatur à populo. Quæ omnia fuſè ac eleganter deſcribit loco citato Prudentius.

*. *Collatio*: hîc idem eſt, ac pecuniæ collectæ erogatio

a. Rom. edit. ſola, *Pontificis magni* .... *& ipſe eſt propitiatio pro peccatis.* Haud dubie quia alluſum putarunt ad illud Hebr. 4. 14. Ἔχοντες ἀρχιερέα μέγαν, & ad iſtud 1. Johan. 2. 2. Καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Verumtamen nihil eſt, cur propterea verſionem Ambroſii exiſtimemus immutandam.

* Habentur ea verba in Pſalt. mſſ. Germ. & Carn. nec non Rom. edito an. 1583. in omnibus autem aliis deſiderantur.

℣. 1. 11. *Et non tradat eum in manus inimici ejus.* Quis A
eſt inimicus, niſi leo ille qui circuit rugiens, quæ-
rens quem devoret? Alii habent græci: *Et non
tradat eum in animas inimicorum ejus.* Animas pro
manibus poſuit; eo quod inimicorum animæ bo-
nis inſidientur, & cogitationibus ſuis juſtum co-
nentur evertere. Dicuntur & animæ pro homi-
Gen. 46. 27. nibus. *Omnes animæ ſeptuaginta, quæ deſcenderunt
in Ægyptum.* Ideo & David maluit Dei ſe com-
mittere poteſtati, quam inſidiis inimicorum, qui
parcere ſua voluntate neſcirent. B

℣. 4. 12. Sequitur: *Dominus opem ferat illi ſupra lec-
tum doloris ejus: univerſum ſtratum ejus verſaſti in
infirmitate ejus.* Quis eſt lectus doloris, niſi caro
infirmitatis? Et bene lectus doloris; quia corpus
Rom. 7. 24. eſt mortis, de quo ſe liberari deprecatur Apoſ-
tolus; ut tanquam de tumulo quodam poſſit ad-
ſurgere, in quo ægra jacet anima, & quaſi quo-
dam decumbit in lectulo. Symmachus, *lectum
miſeriæ*, dixit: Aquila, *grabatum miſeriæ*: expreſ-
ſius Septuaginta viri, *lectum doloris*, putaverunt C
eſſe dicendum. His ergo verſiculis utendum eſt
apud eos, qui diutius infirmitate corporis deti-
nentur; ut habeant medicinam Dei, quo ſani eſſe
mereantur. Lectus ergo animæ caro infirma eſt,
cujus ægritudini anima noſtra compatitur, quæ
Luc. 5. 24. ſi habeat adjutorem Dominum, dicit ei: *Surge,
tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Quo
confortatus Dei verbo qui æger erat, ſurgit &
tollit lectum ſuum in quo jacebat, & redit in ſta-
tum priſtinum ſanitatis. Hoc eſt in domum ſuam D
regredi, ut habitet in domicilio robuſtiſſimæ va-
letudinis. Qui habitat, regit: qui regit, virtutis ha-
bet ſibi gratiam ſuffragantem. Sed etiam ſtratum
omnem verſat Dominus in infirmitate languen-
tis, cui adeſſe dignatur. Quod verſatur, ſtatum
mutat, aut ex ſanitate in ægritudinem, aut ex
ægritudine ad ſanitatem. Hic ergo qui ægrotat,
verſat ſe ad remedium ſanitatis.

13. Sic ergo dominus Jeſus, etſi vulneratus eſt
propter peccata noſtra, tamen non in illa infir- E
mitate permanſit; ſed ſe ipſe verſavit in melius ad
univerſorum ſalutem. Itaque paſſione infirmitas
eſt ſoluta, mors reſurrectione. Sicut ergo ſe ipſe
verſavit ad populorum redemtionem, nec ſenſit
aculeum mortis, aut vulneris infirmitatem: ſic
eum qui in ſe credit, etſi graviter ægrotantem,
ut à morte liberet, verſat ad vitam. Omnem er-
go ſtratum, hoc eſt, univerſorum hominum in-
firmitatem in ſua infirmitate verſavit. Suſcepit
enim infirmitates omnium in ſua carne, erexit ſe F
in crucem, & verſavit omnium infirmitates in ſui
Eſai. 53. 5. corporis infirmitate. Unde dicit Eſaias: *Livore
ejus nos ſanati ſumus.* Habent hoc luctatores, ut ſe
ſubjiciant iis quibus congrediuntur atque luc-
tantur, ut opprimi poſſe videantur; & ſubito
a [a] cùm ſuperati æſtimantur elidunt, & quadam
arte ſe verſant, ut effundant ſuperiorem. Cadit
qui portabatur, & is qui portabat, ſuperior inve-
nitur, ut ſternat urgentem. Spiritali itaque pa-
læſtra dominus Jeſus onera noſtra ſuſcipiens in
illa ſe paſſionis ſuæ congreſſione ſubjecit; & in
infirmitatis ſpecie, ut eum adverſarius hominem
parem ceteris judicaret, quem facile poſſet op-
primere, divinitatis arma depoſuit, humanitatis

A tegmen adſumſit. Securus victoriæ propius ten-
tator acceſſit: in coſta eum telo militis voluit vul-
nerare, reputans & hunc ſicut Adam per coſtam
poſſe proſterni. Sed vulneratus latere dominus
Jeſus vitam produxit è vulnere, evacuavit omne
peccatum, dejecit adverſarium, cui mortem la-
tronis eripuit; & in illa morte, in illa ſui corporis
ſepultura cùm æſtimaretur oppreſſus, eliſus ſua
ſe virtute verſavit: cecidit adverſarius, Domi-
nus reſurrexit.

B 14. Sequitur: *Ego dixi: Domine, miſerere mei:* ℣. 5.
ſana animam meam, quia peccavi tibi. Poteſt &
ex perſona regis David hoc dici, qui videns in
ſpiritu tantam victoriam & gratiam Chriſti, pe-
tit ut in illa remiſſione peccatorum omnium &
ſui miſereatur; quoniam ipſe, etſi legibus quaſi
rex, non teneretur humanis, Deo tamen obno-
xium ſe pro peccatis ſuis eſſe cognoſcit. Confi-
tetur ergo peccatum ſuum; ut accipiat remiſſio-
nem, & generalis indulgentiæ munus inveniat.
C Poteſt & ex perſona Salvatoris hoc exprimi, qui
nobis miſericordiam Dei poſtulat, & peccaſſe ſe
dixit, quia pro nobis peccatum factus eſt. Simul
nos docet, cùm in aliquo ſumus adverſus inimi-
cos Dei certamine conſtituti, ut Dei implore-
mus auxilium: ipſi peccata noſtra fateamur, &
tunc maxime cùm urgemur & terimur, cum do-
lore & amaritudine nos proſternamus, ne tacuiſ-
ſe videamur; quo medicina citius noſtris vulne-
ribus deferatur, ut ſanati adverſario reſiſtamus.
D Quomodo enim poteſt congredi vulneratus?
Unde diſcimus, quia peccatorum noſtrorum
aculeis vulneramur? Vulnus medicum quærit,
medicus confeſſionem exigit.

15. Hinc quoque magis ac magis aperire Sal-
vator ſacramentum ſuæ incipit paſſionis, quod
cum Evangelio concordare non dubium eſt.
Nam maledicebant ei Judæi, mortem ejus expe-
tebant, inſidiabantur, urgebant, creſcentem quo-
tidie gloriam ejus operis non ferentes. Hoc er-
E go prophetia annuntiat, quod in Evangelio com-
pletum eſt: *Inimici mei dixerunt mala mihi; quan-* ℣. 6.
do morietur, & peribit nomen ejus? Amentes, qui vi-
tæ auctorem mori poſſe credebant: ſed vota eo-
rum Eccleſia deſtruebat, credens quod etiam
mortuus ſecundum corporis conditionem, ſuum
nomen augeret; & ideo pſallebat ei dicens: *Me-* Pſal. 44.
mor ero nominis tui in omni generatione & genera- 18.
tionem. Repetebat: *Unguentum exinanitum eſt no-* Cant. 1. 2.
men tuum. Morientur illi, qui te mori poſſe præ-
F ſumunt: non moriar ego, quæ te novi vitæ arbi-
trum, ſalutis auctorem. Novimus enim quod tem-
pore paſſionis & reſurrectionis orabant diſcipuli
congregati, quando eis Maria Magdalena reſur-
rexiſſe Dominum nuntiavit, & quando eis, clau-
ſa janua, Dominus ſe in corpore reſurrectionis
oſtendit, quando Thomas vulnera ejus vidit, &
credidit. Inſultabant ergo Judæi quaſi mortuo:
ſed Dominus viventem ſe apoſtolis revelabat.
Cùm ergo dicerent Judæi: *Ecce mundus totus poſt* Johan. 12.
eum abiit; cùm dicerent quia mirabilibus operi- 19.
bus ſuis ſeducit populum; quid aliud dicebant,
niſi: *Quando morietur, & peribit nomen ejus?* Et ideo
in ejus paſſione clamabant: *Tolle, tolle à terra ta-* Johan. 19.
lem hunc: crucifigatur, crucifigatur. Factum eſt quod 15.

a Ita cod. Vat. & quatuor Gallic. Alii vero, ac edit. *cum æſtimantur eludi*, Rom. *eliſi*, *quadam arte* &c.

petebant, ſublatus à terra eſt, reſurrexit, ad cæ- A lum adſcendit, & regnum ſuum [a] de nobis paradiſi ſedibus reſurmavit.

16. De Juda quoque proditore evidens prophetia ſubtexitur in his verſiculis, qui ſequuntur: [b] *Et egrediebatur ut videret, vana locutus: cor ejus congregavit iniquitatem ſibi. Egrediebatur foras, & loquebatur.* Sic diſtinctum græcis in codicibus invenimus. Ingrediebatur ergo Judas quærens prodere Salvatorem, ut videret quid ageret, quidve loqueretur; ut eum caperet in ſermone, B & Judæis annuntiaret: ſed nihil inveniebat, qui nihil intelligebat. Bene ait Scriptura [c] quia intus cum Jeſu non erat, qui de doctrina ejus receſſerat, & inſtitutiones ejus reliquerat. Volebat intrare, ſed penetrare non poterat, quia eum ſua excludebat perfidia. Omnis enim impudicus, aut avarus, aut immundus (quod eſt idolorum ſervitus) non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei. Non ſolum ergo ingredi moliebatur, & non ingrediebatur; ſed etiam volebat videre, & non C videbat. Denique loquebatur Jeſus in parabolis, ſed non audiebat Judas. Denique divina non videbat myſteria; non enim omnes audiunt verbum Dei, qui ſibi videntur audire. Nam ſi omnes audirent, non diceret Jeſus: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Et ideo quia non audiebat, neque videre poterat, loquebatur vana pro veris, & putabat quod Jeſum falleret dicens: *Potuit hoc venundari, & dari pauperibus*; cùm furtis ſuis, non pauperibus provideret, [d] appellans rabbi. Nam quomodo D doctorem appellabat à cujus magiſterio deviabat; cujuſque cor (in quod ſe immerſerat diabolus) congregabat ſibi & augebat iniquitates? Sibi enim erat iniquus, ſibi injuſtus, ſibi delinquebat, qui intra ſe dolum meditabatur, qui latere non poterat. Non enim circumveniebatur Jeſus, qui prodebatur volens, & teſtificabatur: *Unus ex vobis me tradet.* Denique confeſſus eſt Judas, dicens: *Numquid ego ſum, rabbi?* Et Dominus ait: *Tu dixiſti.* Nec ſic intellexit Judas quod cognoſceretur. E Nam ſi intellexiſſet, non prodidiſſet.

ỳ. 7. — Iohan. 13. — Luc. 8. 8. — Matth. 26. 9. — Iohan. 13. 21. — Math. 26. 25.

17 Sed nihilominus, *& egrediebatur foras, & loquebatur.* Aptus verſiculus adverſum eos qui ſecretum alicujus produnt. Pulcre ait: *Egrediebatur foras*; foris enim lupi, foris prædones: intus Moyſes in nube cum Jeſu, foris Judæi: intus Zacharias ſacerdos in templo, foris multitudo: intus Spiritus ſanctus in cordibus noſtris clamat ad Patrem, foris adverſarius noſter ſicut leo pervigilat ad rapinam: foris infideles, intus fideles. F Et ideo eos qui foris ſunt, judicabit Deus: eos autem qui intus ſunt, Chriſtus abſolvit. Egrediebatur igitur Judas, & loquebatur. Egrediebatur de fide: egrediebatur de concilio & numero apoſtolorum: egrediebatur de convivio Chriſti ad latrocinium diaboli: egrediebatur de gratia ſanctificationis ad laqueum mortis, qui vana ad perfidos loquebatur: egrediebatur foras, qui vitæ internæ myſteria relinquebat: egrediebatur, qui Scripturæ interiora non noverat. Si enim ſciſſet, intellexiſſet dicentem: *Numquid qui dormit, non adjiciet ut reſurgat?* Intellexiſſet etiam illud: *Tu vero homo unanimis, dux meus & notus meus, qui ſemper mecum dulces capiebas cibos, in domo Domini ambulavimus cum conſenſu.* Non intellexit ergo hunc pſalmum, non centeſimum atque octavum, non alios, non alia teſtimonia Scripturarum. De quo bene Evangeliſta dicit Johannes, & ceteris infidelibus: *Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. Si enim ex nobis fuiſſent, nobiſcum manſiſſent.*

Pſal. 54. 14. & 15. — 1. Iohan. 2. 19.

18. Non manebat ergo cum apoſtolis proditor, qui foras exibat, & cum perfidis ſuſurrabat. Quo verbo uſa eſt ſcriptura divina, demonſtrans ſine auctoritate eſſe perfidiam, quæ timet quod loquitur, deprehendi. Fideli autem dicitur: *Exalta viribus vocem tuam.* En quo deciderat apoſtolus Judas, qui miſſus erat fidem gentibus pleno auctoritatis præconio prædicare; ut in autem inſuſurraret inſidiatoribus magiſtri ſui, quod timeret audiri. Nonne judicio ſuo ſe ipſe damnavit? Sed erubeſcebat audiri, quod facere non timebat: erubeſcebat; quia adverſus vitæ ſuæ, ſanctificationis, & honoris auctorem cogitabat mala: nec gratiam beneficiis rependebat, ſed mala pro bonis bono referebat magiſtro; quod etiam ſæculi homines damnare conſueverunt: erubeſcebat ingratus deprehendi, erubeſcebat avarus videri; cùm pro pecunia auctoris ſui ſalutem proderet: erubeſcebat videri perfidus. Similiter & Judæi qui adverſus fidei magiſtrum falſos teſtes perfidi ſubornabant, ut dicerent eo quod prædicaſſet templum Dei quod Salomon condidit, deſtruendum; cùm ille de templo ſui corporis ſignificaſſet: *Solvite hoc templum, & in triduo ſuſcitabo illud*; vere foris erant, qui à cognitione Verbi cæleſtis erant excluſi.

ỳ. 8. — Eſai. 58. 1. — Iohan. 2. 19.

19. *Verbum*, inquit, *iniquum propoſuerunt adverſùm me*; id eſt, illicitum, & contra jus & fas ſermonem propoſuerunt, mihi facientes de humano ſanguine pactiones, quem ſceleratiſſime vendidit Judas: Judæi quoque emendum non minore ſcelere crediderunt, vaniſſimi homines; quaſi *qui dormit*, inquit, *non adjiciat ut reſurgat.* Quid ſit adjectio, conſideremus.

ỳ. 9 — Ibidem.

20. Naturale eſt omnibus terrenis animantibus, & volatilibus cæli, & piſcibus maris naſci & mori: homini vero quem pretioſiorem ceteris terræ animantibus Deus fecerat, hanc præcipue contulit gratiam, ut mortuus reviviſcat. Hæc ergo adjectio dicitur ad renovationem vitæ ſuperioris. Denique & Ezechiæ regi cùm præſcripſiſſet Dominus, quod vitæ ſuæ tempus impleſſet: & per Eſaiam mandaſſet, ut ordinaret domum ſuam; quia moriturus eſſet: atque ille oraſſet ad Dominum, & fleviſſet fletu magno; miſertus Dominus mandavit ei: *Ecce adjicio ad tempus tuum annos quindecim.* Et alibi ſanctus David ait: *Dies ſuper dies regis adjicies annos ejus.* Inventum ergo homini quod addatur: Deo autem addi nihil poteſt; quia ſcriptum eſt: *Non eſt adjicere, neque minuere,*

Eſai. 38. 5. — Pſal. 60. 7. — Eccli. 18. 5.

a Rom. edit. ſola, *de novis paradiſi ſedibus reformavit.* Magis commode, *de nobis*; cum hic ſenſus elici ex iſtis verbis poſſe videatur: Chriſtus in paradiſi ſedibus regnum ſuum de nobis reformavit, quod nimirum perduellium Angelorum caſu fuerat quodammodo deformatum.

b Eadem edit. Rom. *Et ingrediebatur ut videret*: in quo non ſolum cum omnibus omnium idiomatum Pſalteriis convenit, ſed etiam cum ipſomet Ambroſio infra: *Ingrediebatur ergo Judas &c.* ſed ab omnibus ejuſdem Patris mſſ. atque edit. recedit. Quod vero poſt, *& loquebatur*, addit, *in id ipſum*: in hoc neque cum mſſ. & aliis edit. neque cum ipſa orationis ſerie ſatis congruit.

c Mſſ. Vict. & Colb. *quia intus cum Jeſu non erat.*

d. Edit. omnes ac mſſ. aliquot, *appellans rabbi atque doctorem, à cujus &c.* Elegantius cod. Vat. cum pleriſque Gall. ut in textu.

in quo perfecta & plena ſunt omnia. Etſi Chriſtus A
reſurrexit, utique in eo quod adſumſerat, reſur-
rexit, in quo plenitudini divinitatis ejus nihil vel
decedere potuit, vel accedere. Deus enim iocor-
poreus & immortalis eſt, cujus ſumma natura, &
plenitudo virtutum ſine ulla carnis acceſſione ſi-
gnatur. Caro autem diſpenſationis in Chriſto eſt,
quam miſerationis titulo, & pietatis jure ſuſce-
pit; ut captivam redimeret, ablueret contami-
natam, mortuam reſuſcitaret. Et pulcre ait:
Numquid qui dormit, non adjiciet ut reſurgat? Non B
dixit, oon adjicitur; ſed, *non adjiciet ut reſurgat*;
eo quod ipſe ſe Dei Filius reſuſcitavit; ſicut ſupra
Johan. 2. 19. diximus dixiſſe eum Judæis: *Solvite hoc templum,*
& in triduo excitabo illud. Adjectionem accepit
caro, qoaſi ſumta de homine, ſuſcepta de Virgi-
ne: ſed quaſi Deus adjectiooem ipſam operatus
eſt, qui virtute propria reſurrexit; ut eſſet ſuæ re-
a ſurrectiooís operator. [a] Ut autem intelligas quod
& Pater Filium, & Filius ipſe ſe reſuſcitaverit,
agnoſce operationem illam divinæ fuiſſe virtu- C
tis; quia Patri & Filii una virtus, communis ope-
ratio; quandoquidem una atque eadem ſubſtan-
tia Trinitatis eſt.

21. Sed quid ego ceteros arguo (dicit do-
minus Jeſus) quid mirum ſi populus me non co-
gnovit, & cruci adjudicavit; cùm apoſtolus
meus mercedem proditionis exegerit, cùm
℣. 10. conviva meus mortem meam vendiderit? *Ete-*
nim homo pacis meæ, in quem ſperavi, qui edebat
panes meos, ampliavit ſuper me ſupplantationem. D
Aliqui Judam excuſandum putant; quia re-
b fudit pecuniam quam [b] pro mercede proditio-
nis acceperat: ſed ecce quia ultra Judæorum
condemnatur infidelitatem; cui enim plus da-
tum eſt, plus exigitur ab eo. Quid, inquit, de
aliis querar? *Homo pacis meæ*, cui pacem meam
dederam, pacem meam relinquere volueram,
perſecutoribus deductis me tradidit, & fefellit
me, *in quem ſperavi.* Numquid ignoravit prodi-
Johan. 13. 21. torem ſui futurum, de quo ante prædixit: *Unus* E
ex vobis me tradet? (hoc autem dicebat de Juda,
ſicut ſcriptum eſt in Evangelio.) Noo utique;
ſed quo amplius condemnaret eum, de fide ejus
ſperaſſe ſe dixit. Aquila, *confiſus eram*, dixit:
Symmachus poſuit, *confidebam.* Plus enim gra-
vamus eum in quo plurimum ſpei vel fiduciæ ha-
buiſſe oos dicimus; ſi poſtea ſpem noſtram opi-
nionemque deſtituit.

22. Simul oſtendit quanta vis divinæ ſanctifica-
tionis ſit, quæ excludat malitiam, & depravatum F
emendet iogeoium; ſi forma propoſiti melioris
accedat. Quaotos ſcimus eſſe converſos? Muta-
tus eſt Zacchæus ille publicanus, & ad quæſtum
avaro intentus affectu, qui poſtea quadrupla
redhibitione ſolvit errorem, condemnavit in ſe
avaritiam, temporis ſuperioris abjuravit lucra,
compenſavit in pauperes, ſi deeſſet exactor. La-
tro ipſe nequitiam ſuam propoſito meliore mu-
tavit, agnovit in cruce Chriſtum, confeſſus eſt
Dei Filium, regem voce propria nuncupavit.
Quo tempore juſti plerique nutabant; ipſi certe
latebant apoſtoli: carnifex ipſe centurio non
negavit. Quid de tempore Evaogelii loquor?
Rahab meretrix erat, quæ perfidiæ atque intem-
perantiæ ſe alebat ſtipendiis; tamen ubi explora-
tores vidit quos miſerat Jeſus Nave, fidem induit;
& periculo imminente, juſtitiam reſervavit: nec
ſuſceptos prodidit, ſed fideli humanitate prote-
xit. Ideo ergo ſperaſſe ſe dicit; quaſi jure præ-
ſumſerit, ut apoſtolus ſuperiora deponeret, me-
liora ſequeretur: & qui ſanctificandi alios mu-
nus acceperat, ipſe in ſe ſanctitatis gratiam cuſ-
todiret, & ſinceritatis inhæreret officiis. Bene ait,
ſperavi; quia homini dedit eligendi arbitrium,
quid ſequatur. *Poſui*, inquit, *ante te bonum & ma-* Deut. 30. 15.
lum. Si malum elegeris, non natura delinquit, ſed
eligentis affectus. Si unuſquiſque hominum con-
demnatur qui malum elegerit; quid de Juda di-
cimus, qui prodidit eum cui copulabatur ſuavi-
tate coovivii?

23. *Qui edebat*, inquit, *panes meos ampliavit* ℣. 10.
ſuper me ſupplantationem. Quid eſt quod addidit,
panes meos? Potuit dicere: Qui edebat penes me-
cum; niſi illam intelligas, quæ ſpecialis eſt Chriſ-
ti, hoc eſt, verbi cæleſtis alimoniam; *non enim in* Matth. 4. 4.
ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei. Denique
alibi dicit: *Qui ſemper mecum dulces capiebas cibos.* Pſal. 54. 15.
Quibus verſiculis bene utimur adverſus eos qui
necandos eſſe crediderint, cum quibus videntur
epulati. Gentiles hoc cuſtodire memorantur,
hoſtes plerumque, latrones etiam; ut parcant
iis cum quibus [c] recordentur ſe iniiſſe convi-
vium: feræ quoque ipſæ pabulorum ſocietate
miteſcunt. Unde propter hujuſmodi affectum
gratiæ convivalis, ſi verba conſideremus, non
otioſe dulces cibos dixit. Quomodo enim dul-
ces, qui cito corrumpuntur? Sed vide ne dulces
cibos dixerit verba vitæ. Hos enim cibos nulla
amaritudo corrumpit, nulla mortis corruptela
contaminat. Unde & *ſemper* dixit. Non enim ſem-
per edere quis poterat. Semper autem verbo
Dei poſſumus inhærere, & noctibus & diebus, ſi
in lege Dei die & nocte meditemur.

24. Quid eſt etiam, *ampliavit*? Græcus ἐμεγάλυνε
dixit, hoc eſt, magnificavit. Utrumque nobis ex-
poſuit Dominus quod movere nos poſſet, dicens
io Evangelio: *Qui manducat mecum panem, leva-* Johan. 13. 18.
vit ſuper me calcaneum. Uode adſumtus hic ſermo
ſit, conſideremus. *Fuimus*, inquit, *increduli, erran-* Tit. 3. 3.
tes, ſervientes deſideriis & voluptatibus. Fateamur
errorem, ut diluamur. Et ego vidi aliquem puer
athletam, cùm eliſiſſet adverſarium, frontem ei
percuſſiſſe calcaneo: quod ſignum fuit, eo quod
inſultaverit victo. Hoc eſt quod ait: *Magnificavit*
ſuper me ſupplantationem; quo verbo inſultantis
jactantiam declaravit. Levavit ergo & Judas ſu-
per Chriſtum calcaneum ſuum, cùm proderet
eum; ſed non levavit impune. Adhuc Adam cal-
caneum levat, quod à ſerpente eſt vulneratum.

a Sic mſſ. Vat. & quatuor Gall. Edit. autem, *Cùm igitur legas quod &c.* quibus ſuffragatur Reg. cod. niſi quod vocem, *igitur*, non agnoſcit. At Colb. & Vict. ita legunt, *in quo ipſum legas quod &c.*

b. Plures mſſ. *pro mercede emtionis acceperat.*

c. Mſſ. aliquot, *recordentur contubernium habuiſſe.* Ceterum in confeſſo eſt olim non tantum apud Græcos ac Latinos, ſed & apud Barbaros magna religione ac reverentia cultam eſſe menſæ atque conviviorum ſocietatem. Etenim gentes fere omnes cum privata fœdera, tum publica per ſalis ac panis communionem jungebant: Jovem hoſpitalem menſæ præſidem & vindicem exiſtimabant: jurabant per menſam hoſpitalem, & ſi quis hoſpites atque ὁμοτραπέζους violaſſet, non modo ipſe habebatur execrabilis, ſed & ædes ubi hoc ſcelera patratum eſſet, tanquam funeſtæ, interdum habitatoribus deſertæ remanebant. Vide Stuckium Ant. Conviv. lib. 1. cap. 3.

Et utique ei pedes laverat Chriſtus. Audierat A dicentem: *Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lavet; ſed eſt mundus totus.* (Johan. 13. 10.) Sed quod lavit gratia, inquinaverat perfidia. Judas ergo calcaneum levavit ad vulnus. Vere non tenuit caput, qui calcaneum ſuper Chriſtum levavit. Adam ſuper ſe levavit, hic ſuper Chriſtum; & ideo eum ſerpens gravius quam ceteros vulneravit. Levavit calcaneum ſuum, qui fraudulentum oſculum porrigebat, quo ſupplantaret autorem; ideoque ſcriptum eſt in Propheta: *Ampliavit ſuper me ſupplantatio-* B *nem.* Eſau quoque ait de fratre ſuo: *Bis me jam ſupplantavit.* (Gen. 27. 36.) Qui ſupplantat, dolum facit, quo adverſarium elidit, aut vulnerat. Ideo & Judas ſupplantaſſe dicitur; quia oſculo ſuo vulnus infixit, quo invadendi Salvatoris ſignum perſecutoribus demonſtravit. Supplantavit ergo quaſi ſerpens; quia ſerpens ſuo ore venenum infundit, & vulnerat dente calcaneum: & hic enim non divinitatem Chriſti, ſed corporis extremum calcaneum vulneravit. Levavit etiam Judas calcaneum qua- C ſi luctator inſolens & ſuperbus, in quo caput percuteret Salvatoris: ſed caput Chriſti ferire non potuit; quia caput Chriſti Deus. Suum ſane caput informis laquei nodo ligavit, ut remedium ſibi ſalutis auferret.

25. Vide ſi pie potes illud aptare, quod in Geneſi dixit ſanctus patriarcha Jacob, cùm de filiis prophetaret: *Dan judicabit populum ſuum tamquam unam tribum in Iſrael;* (Gen. 49. 16. & 17.) &: *Fiat Dan ſicut ſerpens ſedens in via, & in ſemita, mordens calcaneum* D *equi: & cadet eques retrorſum, ſalutem exſpectans à Domino.* (Judic. 13. 25.) Legimus quidem quod Samſon de tribu Dan judex fuerit in Iſrael: ſed alius hic ſignificatur futurus, qui ex ea tribu progreſſus populum ſuppliciis ſacrilegæ impietatis affliget. Antichriſtus ille, qui ſedebit in templo tamquam ſit Deus, vere judicium, quod habet interpretatio; Dan enim judicium ſignificatur. Et pulcre dixit, quia populum ſuum judicabit, qui perpetuæ pœnæ fiet obnoxius; qui enim non credit, jam judi- E catus eſt: qui autem credit, non judicabitur; quia credit in Dei Filium animæ ſuæ redemtorem. (1 Cor. 4. 4.) Et ideo tamquam judicii liber dicit: *Qui dijudicat me, Dominus eſt.* Judicaturus eſt ergo populum impietatis, non plebem; illi enim judicantur qui cadunt ruina perfidiæ, non qui reſurgunt fidei libertate.

26. Sedebit igitur in via, & inſidiabitur in ſemita, ſicut ſerpens; ut vulneret tranſeuntes, & mordeat equi noſtri calcaneum; animam enim fide- F lium non poterit vulnerare. In qua autem via ſedebit, & in qua ſemita; niſi ex quibus Chriſtus dominus, ut legimus, nationum populum vocavit ad cœnam ſuam dicens: (Luc. 14. 23.) *Exi in vias, & circa ſepes, & compelle ut intrent, ut impleatur domus mea?* Et quia ſimiliter Judas amplificaſſe ſuper Chriſtum legitur ſupplantationem, videtur hoc loco ipſe ſignari, quod mordere haberet calcaneum equi, quo Chriſtus dominus vehebatur. Unde dictum eſt: (Habac. 3. 8.) *Equitatus tuus ſalus;* quod caro ejus, mundi totius erat ſuſceptura peccatum; ut ſalus pro exitio, & vita æterna pro morte ſuccederet. Vulneratus eſt ergo equus non mendax ſolus ad ſalutem: vulneratus eſt equus, qui mundi totius peccata ſuſcepit, & onera noſtra portavit, & non A fuit fatigatus: vulneratus eſt equus, qui ad furorem concubitus adhinnire neſcivit. Et ideo fortaſſis Johanni Evangeliſtæ cælum apertum, & albus equus eſt demonſtratus, ſuper quem ſedebat habens in capite diademata, & in femore ſuo nomen ſcriptum: *Rex regum, & Dominus dominantium.* (Apoc. 19. 16.) Albus erat, quia erat immaculatus, qui nulla peccati inquinamenta cognoverat. Nam ſi libido tenebroſa eſt, recte ſanctimonia relucet & ſplendet. Hic ergo equus eſt vulneratus, ſed non B retardatus. Denique cum ipſo vulnere de tumulo reſurrexit, cucurrit ad cælum ſupra omnes Angelos & Archangelos, velocior omni equitatu militiæ cæleſtis inventus, ſupra equos etiam illos igneos quibus Elias raptus eſt. Et merito velocior, qui ſuper omnes cælos, & ſupra cælum cælorum ad ſedem Dei omnipotentis adſcendit, & ſedet; ut Scriptura nos docuit dicens: *Videbitis abhinc Filium hominis ſedentem ad dexteram virtutis.* (Marc. 14. 62.)

C 27. Hic itaque equus in figura & ante eſt demonſtratus tempore Machabæorum, quem ſedebat dux ille militiæ cæleſtis aureis armis refulgens, qui Heliodorum depeculatorem illum depoſiti vidualis, ceterorumque quæ ſacræ fuerant commendata cuſtodiæ, & ſtravit, & perculit, & poſtea exoratus Oniæ precibus ſacerdotis vitali uſui reformavit. Unde vere in eo arma aurea refulſerunt; quia ſolus equum hunc ſedit, & vicit, in quo nullus culpæ immunis evaſit. Non D Enoch, qui raptus eſt, ne malitia mutaret cor ejus: non Abraham, non Iſaac, non Jacob, non Moyſes. Omnes enim ſub peccato, omnes ſub morte. Denique regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen. Solus iſte eſt qui peccatum non fecit: ſolus eſt Chriſtus, qui peccatum abſtulit mundi, qui dixit morti: *Ubi eſt, mors, victoria tua; ubi eſt, mors, aculeus tuus?* (1. Cor. 15. 55.)

28. Quomodo ergo amplificavit ſuper hunc ſupplantationem ſuam Judas, & cecidit eques re- E trorſum? Quod in Juda eſt, dolum fecit: quod in Chriſto, volens paſſus eſt. Sæpe videmus fortiorem velle percuti; ut acrior laceſſitus inſurgat, vehementius excitetur. Momordit ergo ſerpens calcaneum equi, virus ſuæ fraudis evomuit: volens eques ſe ipſe dejecit, volens cecidit; ut nos levaret. Quid eſt tamen, quod ait Scriptura: *Et cadet eques retrorſum?* (Gen. 49. 17.) Cur retrorſum, niſi ut regeret retro ſe ſequentes? Retrorſum erat Petrus, cui dixit: *Vade retro poſt me.* (Marc. 8. 33.) Retro erant apoſtoli, F & ceteri diſcipuli. Ideo retrorſum cecidit; quia ſuper quos cadit, ſalvat. *Omnis enim qui ſuper hunc lapidem,* inquit, *ceciderit, conquaſſabitur: ſupra quem autem ceciderit, emundabit eum.* (Luc. 20. 18.) Alii habent, *ventilabit eum;* alii, *comminuet.* Qui enim ventilat frugem, mundat à paleis: qui comminuit aliquid, in pulverem redigit; ut mollitia pulveris, vel poculo ſalubri, vel reliquo medicinæ uſui ſine ulla perturbatione proficiat. Unde colligimus cavendum, ne quis ſemel per baptiſmum ſuſceptus à Chriſto, ex ejus decidat corpore, hoc eſt, excutiatur ab Eccleſia; ipſa eſt enim mortis ruina perpetuæ. Illum autem qui venit crediturus in Chriſtum; ut eum mors ejus inveniat, crux ejus adſumat, clavus infigat, ſanguis infundat, ſepultura quoque ejus involuat, gratia reſurrectionis ad-

tollat, de ſomno ſuſcitet, à morte vivificet: illum, A
inquam, à ſæculo liberat, à peccato mundat, ſanat à vulnere, à duritia impietatis inflectit, ad manſuetudinem pietatis emollit; ut circumciſo corde, incircumſcriptum illum & incomprehenſibilem hauriat ſpiritum, bibat poculum ſalutis æternæ. Cecidit ergo eques retrorſum.

29. Accipe & aliud, cur retrorſum & non ante ceciderit. Poſt ipſum omnes, nemo ante ipſum. Cecidit ergo non ſibi, ſed omnibus; ut duritiam cordis noſtri ſuper nos cadendo molliret. Ceci- B
dit ſuper Adam, quem quærebat, ut inveniret. Retro eum quæſivit; ut ſupra humeros ſuos bonus paſtor imponeret, ſecumque paradiſo in illius redemtione latronis inveheret.

30. Sed forte dicas: Et perſecutores ceciderunt
Iohan. 18. 6. retrorſum. Sic enim ſcriptum eſt, quia principes ſacerdotum, quos adduxerat proditor Judas, & ceteri qui ad comprehendendum advenerant dominum Jeſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Hoc eſt quod & ego dico, quia C
ſuper peccatores voluit cadere, non ſuper juſtos; juſtus enim medico non indiget, ſed peccatores. Si apoſtolorum umbra ſanabat; quanto magis caro Chriſti quos tangit, à morte defendit? Denique leproſum tetigit, & ſine dilatione mundavit. Ut ſcias autem qui legis, quia & perſecutores ſuos voluit liberare, teſtem Chriſti interroga. Nam cùm inveheretur Petrus in Judæos, quod principem vitæ interfeciſſent, remedium demonſtravit; ut agerent pœnitentiam, remitti ſi- D
bi peccatum quod admiſerant, mererentur. Quid autem dubitas, quod ideo cecidit, ut reſuſcitaret;
Deut. 32. 19. cùm ipſe dixerit: *Percutiam, & ſanabo?* Verborum
Gen. 49. 17. tamen videto diſtantiam. In Geneſi habetur: *Cadet eques retrorſum, ſalutem exſpectans à Domino*; hoc eſt, ut oculos non avertat, actio mentem propriam non reflectat, reſurrectionis ſuæ prærogativam vindicet, & divina ſe reſuſcitet poteſtate.
Iohan 18 6. Hìc autem habetur: *Abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram*. Qui terrenus eſt, in terram cadit: E
qui cæleſtis, cælo inhæret. Etſi corpore cadit,
a virtute non cadit: [a] nec iis quæ ſua ſunt, ſed quæ ſurſum ſemper intendit; ſemper enim ad Patrem reſpicit, ut ejus circa nos impleat voluntatem. Utinam & iſti non abiiſſent retrorſum, ſed Chriſtum excepiſſent; ſicut excepit Joſeph, & ſepelivit eum in monumento novo. Qui fidelis eſt, in terram non cadit: qui infidelis, cadit & deſcen-
Pſal 54 16. dit in inferiora terrarum; ſicut ſcriptum eſt: *Deſcendant in infernum viventes.* Ergo perſecutor ſu- F
per terram, & in infernum cadit: Chriſtus ſuper reſurrecturos, Chriſtus ſuper petram, Chriſtus ſuper Eccleſiam. Audi quomodo ſuper Eccleſiam cadat. Retro erat Petrus, & ſequebatur eum cùm à Judæis ad Caiphæ domum Synagogæ
Matth. 16. 18. principis duceretur. Ipſe eſt Petrus cui dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Ubi ergo Petrus, ibi Eccleſia: ubi Eccleſia, ibi nulla mors, ſed vita æterna. Et ideo addidit:
Ibidem. *Et portæ inferi non prævalebunt ei: & tibi dabo claves regni cælorum.* Beatus Petrus, cui non inferorum porta prævaluit, non cæli porta ſe clauſit; ſed è contrario deſtruxit inferni veſtibula, patefecit cæleſtia. In terris itaque poſitus cælum aperuit, inferos clauſit.

31. Poteſt & illud convenire huic loco, quod Samaritanus deſcendentem de Hierico hominem vulneratum illum à latronibus non præterivit; ſed ſuſcepit eum, & vulnera ejus curavit, infundens oleum & vinum: & impoſuit ſupra jumentum ſuum, & duxit ad ſtabulum. Quid dubitas de equo bono, cùm bonum & jumentum legeris? Cùm legeris in Hieruſalem illam, & equites multos & plurimos cum quadrigis & curribus introiire? Nec te moveat quod legiſti: *Hi in curri-* Pſal 19. 8 & 9.
bus, & hi in equis: nos autem in nomine domini Dei noſtri magnificabimur. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt. Sed Elias non cecidit, qui curru introivit; ubi enim Dei nomen eſt, ibi nullus obligatur, ſed abſolvuntur univerſi. In nomine autem Dei noſtri & pauper eſt tutus, & dives; & nobilis, & ignobilis; & infirmus, & potens. Fidei non præjudicant opes; ſi tamen uti opibus noverimus.

32. Et ideo nomen Dei in ſe habens dicit: *Tu* ℣. 11.
autem, Domine, miſerere mei, & reſuſcita me, & retribuam illis. Quod utique non quaſi de reſurrectione dubitans dicit, qui in poteſtate habebat dicere: *Solvite templum hoc, & in triduo reſuſcitabo* Iohan. 2. 19.
illud; ſed formam dat homini, ut miſericordiam à Deo, & reſurrectionem de Deo ſperet. Deinde non reſuſcitari ſe petit: ſed reſuſcitari ſibi poſtulat Matthiam in locum Judæ; ut apoſtolicus numerus impleatur. Etenim quia neceſſe habebat perire filius perditionis, ut Scriptura impleretur; oportebat in locum ipſius ſubrogari filium ſalutis. Tertium accipe. Reſuſcitari ſe, hoc eſt, corpus ſuum, poſcit: corpus autem Chriſti, Eccleſia eſt. Et quia Judas figura erat infidelis populi Judæorum, qui pecunia vel emit, vel vendidit Chriſtum (quod faciunt qui pluris ducunt pecuniam, quàm religionem) [b] pro interitu plebis in fide b
ſignificat Eccleſiæ ſibi gratiam reſurrecturam. Unde & ipſa dicit in Canticis: *Si ſuſcitaveritis &* Cant. 2. 7.
reſuſcitaveritis caritatem; cùm quæreret de juvenculis Chriſtum, quia Chriſtus caritas eſt.

33. Quod autem ait: *Retribuam illis*; hoc intelligimus, quia florentis Eccleſiæ proceſſibus cruciabuntur: & tunc cognoſcent quæ pœna perfidiæ ſit; cùm adverterint qui fidei ſit ſplendor, & gratiæ. Vel quia bonus Dominus eſt, qui poterat dicere: *Retribuebant mihi mala pro bonis.* Pſal. 34. 12.
Et medium verbum eſt retributionis, vel in bono, vel in malo: retributurum in bono eſſe ſe dicit; quia etſi cæcitas in Iſrael ex parte continget, tamen cùm plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Iſrael Chriſti miſeratione ſalvabitur.

34. Et ſubjecit: *In hoc cognovi quoniam voluiſti* ℣. 12.
me; quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. Superius de paſſione ſua loquutus eſt quaſi homo: hinc jam aperit majeſtatem ſuam, quod ſolus

a. Cod. Vict. & Colb. cumque illis antiquæ edit. *non cadit, nec iis quæ ſua ſunt, ſed opere intendit.* Quatuor alii mſſ. *non cadit, ſed quæ ſurſum ſunt, ſemper intendit.* Reg. ſolus, *non cadit, ſeu quæ ſua ſunt, ſemper intendit.* Quæ lectio nequaquam videtur contemnenda. Etenim ſi homo cæleſtis quæ ſua ſunt ſemper intendit, utique ſemper intendit cæleſtia. Commode tamen edit. Rom. & cod. Vat. quos co ſequimur, quod melius ſonent auribus chriſtianis.

b Ita mſſ. quinque Gall. ubi forte loco, *plebis in fide*, legendum, *plebis infida*, licet prior lectio ſenſum præbeat minime rejiciendum. Alii vero mſſ. & edit. vet. in marg., *pro interitu plebis infidelis ſignificat Eccleſiam ſibi gratiam* (eædem edit. ac Rom. in corpore, *Eccleſiæ ſibi gratiam*) *reſurrecturam.*

ſine

* ſine peccato,[a] ſolus cui peccator inequitare non A
potuit, ſolus quem Pater ut unicum Filium di-
lexerit. Qua ratione ergo inimicus non eſt læta-
tus ſuper eum? Quia etſi mortem ſuſcepit pro no-
bis, reſurrexit tamen; & ipſe inſultavit inimico,
cujus victoriam deſtruxit, & aculeum mortis in-
fregit. Et nos licet in ſæculo mœſti ſimus, atque
in mœrore noſtro & contritione cordis animi-
que noſtri lætetur inimicus; tamen reſurgentes
ejus gaudium deſtruimus. Unde & Michæas dixit:
Mich. 7. 8. *Noli ſuper me gaudere, inimica mea, quia cecidi; ſed* B
reſurgam. Reſurrectio eſt ergo qua inimici omnia
vincula ſolvuntur, triumphus omnis aboletur.

℣ 13. 35. Sequitur: *Propter innocentiam autem meam
ſuſcepiſti me: & confirmaſti me in conſpectu tuo in*
℣ 14. *æternum. Benedictus dominus Deus Iſrael à ſæculo &
in ſæculum: fiat, fiat.* Innocens nulli nocet, in
neminem peccat. Ideo ſine peccato, ſine dolo
Chriſtus ſcripturæ divinæ auctoritate ſignatur.
Hoc igitur & hîc declaratur, ubi dicit: *Propter in-
nocentiam autem meam ſuſcepiſti me.* Quæ autem C
Pſal. 138. 13. ſuſceptio ſignificatur? Nam & alibi legimus: *Suſ-
cepiſti me ex utero matris meæ.* Ergo quia ab omni
concretione generationis humanæ mundus eſt
natus, qui de Spiritu eſt natus & Virgine; ideo
eum Pater ſuſcepit, quia ortum illius nulla cor-
poreæ generationis concretio uſitata fuſcavit.
Suſcepit eum reſurgentem; quia nulla eum of-
fenſio prolapſionis adſperſit. Immaculatus ad
Patrem rediit, à quo immaculatus exivit; quan-
Pſal. 2. 7. do deſcendit in terras. Unde dicit ei Pater: *Filius* D
meus es tu, ego hodie genui te; hoc eſt, generationis
meæ in te privilegium recognoſco, quem nulla
macula potuit inquinare peccati. Inter peccato-
res verſatus es, peccata omnium ſuſcepiſti, pec-
catum pro omnibus factus es, maledictum pro
omnibus factus es; ſed nullus uſus potuit ad te
tranſire peccati. Ita inter peccatores verſatus es,
quaſi inter Angelos verſareris. Feciſti terram eſ-
ſe quod cælum eſt; ut & ibi peccatum tolleres.
Hodie te genui, in quo complacui. Probaſti te Fi- E
lium, qui impleſti in omnibus Patris voluntatem.
Hodie te genui, in quo lucem immaculatæ pro-
lis agnoſco. Heri mihi & hodie ipſe es, & in ſæ-
culum. Nox in te nulla eſt, quia totus es dies. Be-
ne confirmatus in conſpectu Patris dicitur in æ-
ternum; quia apud Patrem ſemper eſt: & vere
in conſpectu ejus, cujus ſplendor eſt gloriæ, &
imago ſubſtantiæ. Sed quemadmodum compla-
cet in Filio Pater; ita & Filius benedicit Patrem.
Pater enim honorificat Filium, & Filius honori- F
ficat Patrem.

36. *Benedictus*, inquit, *dominus Deus Iſrael*;
hoc eſt, populi Deum videntis, qui & Dominum
ſuum & Deum credit: *A ſæculo & in ſæculum: fiat,
fiat.* In hebræo habetur: *Amen, amen*; ut adſerue-
runt, qui librum legerunt in hebraicis litteris
ſcriptum. Græcus hoc loco γένοιτο, γένοιτο dixit;
quod eſt: *Fiat, fiat.* Quod verbum diverſas ſigni-
ficationes habet, ut ſit interdum imperantis, in-
terdum precantis, interdum confirmantis ali-
quid: imperantis eſt, cùm ſuperior inferiori ſta-
tuit quid faciendum ſit, vel ſequendum: precan-
tis eſt, ſicut illud: *Fiat voluntas tua*; non enim Matth. 6. 10.
Deo quis imperat, ſed precem fundit: confir-
mantis eſt, cùm benedicit propheta, vel ſacer-
dos, vel ſanctus aliquis; & populus reſpondet:
Fiat, fiat. Hîc ergo magis confirmatio mihi vi-
detur benedictionis, quàm oratio, vel depreca-
tio: maxime quia repetitio ipſius facta ſermonis
eſt. Et videtur hebræus quidem ſermo mutatus;
ſed idem ſenſus expreſſus. Sicut enim cùm ſacer-
dos benedicit, populus reſpondet amen, con-
firmans benedictionem ſibi, quam plebi ſacerdos
à Domino deprecatur; ita in pſalmo reſponſum
eſt: *Fiat, fiat*; quaſi: Amen, amen. Amen autem
confirmationis verbum evidenter oſtenditur in
Evangelio, ubi Dominus confirmans ſermonem
ſuum dicit: *Amen dico vobis.* Major autem vis eſt, Matth. 19. 23.
ubi repetitus eſt ſermo: quod in libro Evange-
lii ſecundùm Johannem frequentius invenimus;
quia ipſe maxime de cæleſtibus & profundis myſ-
teriis eſt locutus; ſicut ſcriptum eſt: *Amen, amen* Iohan. 3. 5.
*dico tibi; niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu
ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Et alibi:
Amen, amen dico vobis; ſi quid petieritis à Patre in Iohan. 16. 23.
nomine meo, dabit vobis. Abundant duo exempla,
reliqua vero ſi quis quæſierit, inveniet.

37. Indicium quoque eſt libri finiti: *Fiat, fiat.*
Nam in * quinque libros diviſum videtur eſſe *
pſalterium. Primus liber hoc pſalmo finitur, hoc
eſt, quadrageſimo. Et pulcre uſque ad paſſionem
Salvatoris quadrageſimus pſalmus eſt compre-
henſus, qui finem libro daret, quoniam paſſio
Domini finis eſt quadrageſimæ: ut ſecundus li-
ber à myſteriis renovationis inciperet, qui liber,
utpote quadrageſimæ, perfectiora ſacramenta
complectitur. Nam & baptiſmatis prænuntiat
ſacramenta, cùm dicit: *Sicut cervus deſiderat ad* Pſal. 41. 2.
fontes aquarum: & requiem ſanctorum, qui ad ta-
bernaculum cæleſte pervenerint: & Spiritus ſanc-
ti deſcenſionem, quando effuſa eſt gratia ſpiri-
talis in quadam voce cæleſtium cataractarum;
quia virtute magna Spiritus ferebatur, ut legi-
mus in Actibus apoſtolorum: & ingreſſum reno- Act. 2. 2.
vati hominis ad altare: & Salvatoris adſcenſum:
& ſanctificationem propoſiti virginalis. Qui liber
finitur in pſalmo ſeptuageſimo primo, quo reg-
num Chriſti pacificum toto orbe diffuſum pro-
phetico ſermone annuntiatur, remiſſioque pec-

a MSſ. Vict. & Colb. atque edit. vet. in margine, *ſolus qui peccato inquinari non potuit.* Eædem edit. in corpore, ac etiam Rom. *ſolus cui peccator inſultare* &c. Sed aptius ad allegoriam ſupra inſtitutam reliqui mſſ. .... *inequitare non potuit.* Hic autem obiter obſerva, quod jam ſupra adnotavimus, diabolum ab Ambroſio paſſim peccatoris nuncupatione ſignari.

*. Celebris eſt illa pſalmorum in quinque partes diviſio, cùm ejus meminerint è Græcis Euſebius Cæſar. *Argum. in pſalm. enumer.* Gregorius Nyſſ. *Tract.* 1. *in Pſal.* cap. 5. & ſeq. Hieronymus epiſt. 134. Hilarius Pictav. *Prol. in pſal.* Quibus poteſt addi Caſſiodorus in *Prol. ſuper pſal.* cap. 12. atque alii. Quod autem eam rejicit Hieronymus & poſt eum nuperus commentator, vir alioquin eruditus, ducti Hebræorum, ac maxime apoſtolorum auctoritate ſemper pſalmorum librum, non autem libros nominantium; eam quidem rationem non male infra num. 37. diluit noſter Ambroſius. At vero quod laudatus auctor eamdem diviſionem Chriſto negat eſſe antiquiorem, præterquam quod Hieronymum atque Hilarium inter ſe committit, qui facile conciliari poſſunt, modo Hieronymianum teſtimonium non omnes omnino Hebræos includere contendamus; certe manifeſtum eſt eum non vidiſſe Euſebii teſtimonium. Is enim memoratam diviſionem Hebræis diſerte adtribuit, atque in accuratiſſimis exemplaribus invenitur adſerit his verbis. [illegible] Vide quæ ſequuntur in *Expoſitione Græc. Patrum in pſalmos*, jam ante à nobis citata. Quin etiam haud abſurdum fuerit exiſtimare peritos illos hebraicæ linguæ, quos Ambroſius, ut ipſe numero ſuperiori ſignificat, de clauſula hujuſce pſalmi percunctatus eſt, ab eo quoque de pſalmorum apud Hebræos diviſione fuiſſe interrogatos.

eatorum; obi cùm benedictionem Domini præ- A miſiſſet, ſubtexuit: *Et replebitur majeſtate ejus omnes terra: Fiat, fiat.* (*Pſal. 71. 19.*) Tertius quoque liber finitur octuageſimo octavo pſalmo; & ibi habet: *Benedictus Dominus in æternum: Fiat, fiat.* (*Pſal. 88. 53.*) Quartus liber finitur pſalmo ceoteſimo quinto, ubi habet: *Benedictus dominus Deus Iſrael à ſæculo & uſque in ſæculum; & dicet omnis populus: Fiat, fiat.* (*Pſal. 105. 48.*) Quintus liber uſque ad finem eſt; ubi pro hoc verbo Propheta dicit: *Omnis ſpiritus laudet Dominum.* (*Pſal. 150. 6.*)

38. Sed iterum forſitan te moveat, quomodo B quinque libros adſeram, cùm uoum Pſalterium ſit. Sed etiam Evangelium unum eſt, & quatuor libros eſſe negare non poſſumus. Unum aotem Evaogelium eſſe, & alibi, nî fallor, inrimavimus; (*Lib. 1. in Lucam, in proœmio.*) & ſi iterum exigitur, facile poſſumus edocere, cùm Salvator dixerit: *Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium.* (*Matth. 26. 13.*) Et Apoſtolus: *Miror quod ſic tam cito transferimini in aliud Evangelium, quod non eſt aliud; niſi aliqui ſunt qui vos pervertunt.* (*Galat. 1. 6. & 7.*) Et alibi: *Notum enim facio vobis, fra-* C *tres, Evangelium.* (*1 Cor. 15. 1.*) Nec uſquam habes aliter de corpore iſto quatuor librorum, niſi Evaogelium ſignificatum. Denique quia unum corpus eſt etiam pſalmorum, [a] Scriptura dixit: *In decachordo pſalterio, cum cantico in cythara.* (*Pſal. 91. 4.*) Sed iterum quia quinque libri ſunt, dixit alibi: *In vaſis pſalmorum.* (*Pſal. 70. 22.*)

39. Pulcre autem quinque libri & unum Pſalterium; quoniam quinque ſenſibus homo exterior vivificatur: & rurſus quinque ſpiritalibus D ſenſibus ille abſconditus cordis homo noſter conſummatur ioterior, qui ſolus ante Deum locuples Petri apoſtoli teſtimonio reperitur. (*1. Pet. 3. 4.*) *Qui habet*, inquit, *aures audiendi, audiat.* (*Luc. 8. 8.*) Habes unum ſeoſum. Et ſicut ſunt qui oculos habent, & non vident; ita ſunt qui oculis non videntibus, plus videre creduntur. Unde & prophetæ dicebantur videntes, etiam qui oculis non viderent. Bonus etiam ille odor, de quo Apoſtolus dixit: *Bonus odor Chriſti ſumus Deo.* (*2 Cor. 2. 15.*) Unde & Job dicit: *Et* E *Spiritus divinus, qui eſt in naribus meis.* (*Job. 27. 3.*) Idem ergo odor Chriſti, & Spiritus ſancti eſt Deo; quia unus odor eſt Trinitatis. Eſt & ioterior cibus, de quo dixit Dominus: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, qui in cælo eſt.* (*Johan. 4. 34.*) Eſt & interior tactus, quo Chriſtum terigit mulier illa in Evangelio, quæ per duodecim annos ſanguinem profluebat, nec à medicis acceperat ſanitatem; ſed accepit à Chriſto. Fidei tactus eſt, quo tangitur Chriſtus. Deoique eam homioes noo videbant; A ſed videbat Jeſus, & ſe vidiſſe teſtatus eſt dicens: *Tetigit me aliquis; nam & ego cognovi virtutem de me exiſſe.* (*Luc. 8. 46.*) Cognitio Chriſti, collatio ſanitatis eſt. Ergo quoniam decem ſenſus homini ineſſe manifeſtum eſt; ideo David, qui & foris & iotus canebat; foris corpore, intus corde, dicit in pſalmo: *In decachordo pſalterio pſallam tibi.* (*Pſal. 143. 9.*)

40. Pſalterium ergo eſt homo conſummatus in Chriſto: in quo ſicut arte coocinentium fila chordarum; ita coovenientium reſonant opera B canora virtutum, ut poſſit dicere: *Pſallam tibi, Deus, in cithara ſanctus Iſrael: gaudebunt labia mea, cùm cantavero tibi; & anima mea, quam redemiſti.* (*Pſal. 70. 24. & 25.*) Paulus ait de ſe: *Foris pugnæ, intus timores.* (*2. Cor. 7. 5.*) Hic & intus & foris gaudet: ſed ille adhuc in certamine, iſte in remiſſione; quia redemtionem animæ ſuæ ſe meruiſſe cognoverat. Qui pſallit, in lætitia eſt: qui luctatur, in ſollicitudine. Verum & Paolus ſciebat pſallere: ſed adhuc ſe proceſſibus reſervabat, cùm foret plenius comprobatus, ut C pſalleret; & ideo dixit: *Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* (*1 Cor. 14. 15.*)

41. Et quia geminum pſalleodi officium demooſtravit, geminam quoque vocem eſſe Scriptura edocuit, Propheta dicente: *Voce mea ad Dominum clamavi, & vox mea ad Deum, & intendit mihi.* (*Pſal. 76. 2.*) Quid eſt mea? Potuit enim dicere: Clamavi ad Dominum. Sed quæ noſtra eſt vox; niſi iſta quæ melior eſt, quæ neſcit errare? Nam ex multiloquio peccatum iocurrimus, & vitare oon D poſſumus. Illa vox Prophetæ eſt quæ ad Deum pervenit, quæ taceote Moyſe, clamavit ad Dominum: qua etiam in oratiooibus ſuis Anna clamabat, cùm oris ſui labia non moveret; & impetravit filium, quem ante diu ooo impetraverat, cùm corporis voce clamaſſet. De hac voce dixit Dominus: *Tu autem cùm oras, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum, qui eſt in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.* (*Matth. 6. 6.*) Quid eſt reddet? Hoc eſt, E quod deprecatus es, quod oraſti. Sicut enim peccatores de manu Domioi recipiunt peccata ſua duplicia; ita è contrario juſti [b] recipiunt cum affectu propria poſtulata. Audi quomodo recipiaot. Adſcendit oratio tua ad Deum, & deſceodit ad te. Uode & in pſalmo legimus: *Et oratio mea in ſinum meum convertetur*; (*Pſal. 34. 13.*) ut fructum ſcilicet referat poſtulanti. *Benedictus dominus Deus Iſrael*, qui tanta nobis aperuit myſteria: *à ſæculo, & in ſæculum*; id eſt, ex infinito io infinitum: *Fiat, fiat.*

a. Vet. edit. cum tribus mſſ. *Scriptura dixit. Sed iterum quia quinque libri ſunt, dixit alibi: in vaſis pſalmorum.* Rom. *Scriptura dixit. Scriptum eſt enim in libro pſalmorum. Et iterum, quia plures pſalmi ſunt, tamquam libri, dixit etiam alibi: Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & pſalmis de me.* Nos locum auctoritate quinque mſſ. reſtituimus.

b. Ita mſſ. omnes. Edit. vero, *recipiunt cum effectu propria* (quædam Pariſ. *proprio*) *poſtulata.*

IN PSALMUM XLIII. ENARRATIO.

℣. 1. 1. PSALMI titulus eſt: *In finem filiis Core intellectus.* Ubi paſſionis Dominicæ, & baptiſmatis, & ingreſſionis ad altare ſacroſanctum decurſa myſteria ſunt, docet ſanctus propheta David quemadmodum athletam ſuum, cujus nomen teneatur in agone ſanctorum, Chriſtus exerceat. Sicut enim ſine labore noſtro, non ex operibus, ſed ex fide per gratiam ſuam nobis peccata donavit, & ad coronæ petitionem indulgentiſſimus nos & benignus admiſit, nec ſuperiora nobis fecit obeſſe flagitia, quibus tanto certamine judicaremur indigni (quæritur enim etiam in iis qui * luſtrale certamen hoc ſubeunt, etiam diſciplina vivendi) ita rurſus ne tanta peccatorum donatione reſoluti, in ſuperiora flagitia vel deſidiam revertamur, pſalmus iſte nos admonet multa nobis, & gravia certamina eſſe propoſita; ut nemo niſi qui legitime certaverit, coronetur. Luctandum eſt igitur adverſus carnis hujus illecebras, & fervorem ſanguinis: luctandum eſt adverſus nequitias ſpiritales. Nemo gravior domeſtico adverſario: nemo nocentior hoſte eo, cui * cæleſtis ſubſtantiæ potentia ſuffragatur. Cùm dico nemo, divini memento ſermonis, quo dixit Dominus: *Quia major ex natis mulieris Iohanne Baptiſta nemo.* *Matth. 11. 11.* Nam qui natus eſt ex Virgine, ipſe ſuper omnes eſt. Et ideo neminem vereamur, qui Chriſtum habemus; quoniam ſi Chriſtus pro nobis, quis contra nos? Certemus ergo uſque ad finem; ut evacuaris omnibus, quæ adverſus Jeſum & Domini voluntatem in noſtro ante corpore militabant, veræ exercitiis virtutis intenti, ſoli Deo noſtro & Domino ſerviamus. Hic enim finis, ut ſcriptum eſt: *Primitia Chriſtus .... deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri; cùm evacuaverit omnem Principatum & Poteſtatem & Virtutem .... ut mors noviſſima deſtruatur*, *1 Cor. 15. 23. & ſeq.* & incipiamus Deo eſſe ſubjecti, regnum in nobis cæleſte ſervantes, ubi erat ante colluvio peccatorum.

2. Merito ergo: *In finem filiis Core intellectus*, pſalmus inſcribitur; ut in eo cognoſcendo non vulgaris auditus, ſed intellectus ſpiritalis operetur. Denique Aquila *pſalmum diſciplina* poſuit. Et ideo tibi dicit Scriptura: *Da in diſciplinam cor tuum; aures autem tuas præpara ſermonibus intellectus.* *Prov. 23. 12.* Et alibi: *Dilige ſapientiam & diſciplinam.* *Prov. 2. 3.* Sapientia eſt quæ ſenſus ſcaturit: diſciplina in habitudinem quamdam naturæ coalita forma virtutum, & mentis a confirmata ſententia ſcientiæ diſciplinis. Intelligere quoque obſcurum ſermonem atque dictionum prudentiam & ænigmata Proverbiorum ſcriptura nos docuit, *Ibidem.* cujus auctoritate colligimus has prudentiæ principales eſſe virtutes; eo quod ſapientia ſemper quaſi mater fœcunda parturiat, diſciplina quaſi ſeverior magiſtra diſtringat, intellectus quaſi diligens quæſitor inveniat, & veram juſtitiam, judiciumque rimetur.

3. Doceamus hæc ſacræ teſtimoniis lectionis. Sapientia dicit: *Ego quaſi fons à paradiſo, dixi: Rigabo meum hortum. ... & adhuc doctrinam quaſi prophetiam effundam.* *Eccli 24: 41. 42. & 46.* b Nam generationes ſuas menti hominis, bonos videlicet ſenſus, quaſi pia mater infundit. Accipe etiam teſtimonia diſciplinæ: *Fili, ne neglexeris diſciplinam Dei, nec defeceris ab eo correptus*; *Prov. 3. 11. & 12.* quem enim diligit Deus, corripit. Severa quidem in corripiendo, ſed dulcis in corrigendo eſt diſciplina; ne fluitemus & vagemur errantes, ſed recipiamur à Chriſto. Diſciplina enim non examinata vagatur, ut ſcriptum eſt. Sed pro conſervatione hîc poſuit diſciplinam. Tamen ſicut ſapientia, ita & diſciplina, & perfecta & imperfecta eodem nomine nuncupatur: ſed ubi ſine adjectione, vel diſciplina, vel ſapientia nuncupantur, definitionem perfectionis accipiunt. Inexaminata ergo fluitat diſciplina, ſed examinata non fluitat. De intellectu quoque eadem Scriptura definit, quia *intellectus bonus eſt omnibus qui eum faciunt*: *Pſal. 110. 10.* intellectus autem cùm in ſe & ſapientiæ gratiam habeat, & ordinem diſciplinæ; utique docemur quod & ſapientia & diſciplina bonæ ſint eis, qui earum inſtituta ſuis miniſteriis exſequuntur. Diximus de titulo, pſalmum adoriamur.

℣. 2. 4. *Deus auribus noſtris audivimus*; ſic Symmachus: Theodotion, *in auribus noſtris* dixit; ſicut & Septuaginta viri. Quid eſt quod ait, *auribus noſtris*? Quod ſi non ſatis eſſet, *audivimus*, certe ſi hoc placuerat: *Auribus audivimus*, plenum erat. Cùm ergo additum eſt, *noſtris*, quid ſibi hoc vult; niſi ut intelligas illa eſſe noſtra, quæ mentis ſunt: & ea eſſe meliora, quam quæ iſtius corporis? Et ideo quaſi de alio dicit hic ipſe Propheta: *Non timebo quid faciat mihi caro.* *Pſal. 55. 5.* Et alibi: *Voce mea ad Dominum clamavi, & vox mea ad Deum, & reſpexit me.* *Pſal. 76. 2.* Illa vox mea, quæ auditur à Chriſto, non quæ reſultat in publico. Non vult igitur ſuum eſſe, quod corruptibile atque terrenum eſt, qui ad imaginem Dei & ſimilitudinem meminit ſe creatum. Denique Scriptura nos edocet, prius ad imaginem Dei hominem eſſe formatum, *Gen. 1. 27.* poſtea de luto factum. *Ibidem. 2. 7.* Quaſi ſuperior ergo (ſuperior enim qui antiquior) & gubernator & rector hujus corporis animæ vigor dicit: *Auribus noſtris audivimus.* Quis iſte eſt, niſi cui dicitur: *Qui habet aures audiendi, audiat?* *Luc. 8.* Sunt enim

*. Solebant veteres diebus luſtricis, id eſt, quibus urbs aliqua ſacris piabatur, ludos ac certamina celebrare. Hoc intelligitur ex Seneca in Troad. ubi ſic habes: *non ſtato luſtri die .... puer citatam nobilis turmas ages.* Quod autem de vivendi diſciplina adjungitur, id eodem pertinet, quo illud Pauli 1 Cor. 9. 25. *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet*; utrobique enim ſignificatur olim ſeveram athletarum fuiſſe vivendi rationem. Ea de re exſtat hæc præceptio Epicteti, Enchir. Δεῖ σε εὐτακτεῖν, ἀναγκοτροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον &c. Non diſſimilia reperies apud Arrianum lib. 3. quibus addas licet quæ Horatius lib. *de Arte poetica* in hanc rem ſcribit.

*. Subſtantia ſpiritalium nequitiarum cæleſtis hîc dicitur per oppoſitionem cum humana, quæ terreſtris eſt; iſta ſiquidem fuerat in cœlo creata, unde cecidit.

a. Quinque Gall. cod. *confirmata ſententia. Scientia eſt diſciplinis intelligere etiam obſcurum ſermonem &c.* Reliqui mſſ. & cunctæ edit. ut in textu; niſi quod Rom. ex LXX. Interp. repoſuit, *dictiones prudentes*, ubi ceteræ atque mſſ. *dictionum prudentiam.* Adverte autem *dictiones*, interdum (& forte hoc ipſo loco) idem ſonare, ac oracula; ut docet illud è Pacuvii fragmentis:

Flexa, non falſa, autumare dictio Delphis ſolet.

b. Rom. edit. ſola: *Nam cogitationes ſuas menti hominis &c.*

qui aures babent,& audire myſteria non poſſunt; A de quibus dicit Jeſus in revelatione Johannis: Apoc. 22. 15. *Foras canes & veneficos & impudicos*; quibus flagitiorum cupiditas, & ærugo pecuniæ aurem obſtruit audiendi. Conſideremus igitur quæ audiſſe ſe dicant, vel à quibus audiviſſe commemorent.

ỳ. 2. 5. *Et patres*, inquit, *noſtri annuntiaverunt nobis*. Qui ſunt iſti patres noſtri? Titulus babet quia pſalmus filiis Core ſcriptus ſit; ut ab ipſis canatur, qui pſallendi munus receperant, & in hujuſmodi officium fuerant deputati. Core autem & B Dathan & Abiron cum aliis qui adverſùm Moyſen & Aaron inſurrexerant ſtudio contumaci, terræ hiatu in deſerto vorati ſunt & necati. Quibus mortuis, qui alii patres eorum filiis mirabilia opera Domini annuntiare potuerunt? In malevolam enim animam non ingreditur ſapientia. Si ſui ergo patres non annuntiaverunt filiis, alieni multo minus, qui declinarunt ſobolem perfidorum. Qui ſunt itaque iſti patres? Vide ne illi, Deut. 32. 7. de quibus dictum eſt: *Interroga patrem tuum, ipſe* C *tibi dicet*. Interroga quando legis Paulum: vel ſi non legis, & movet te aliquid, in ipſo require. Ipſe eſt enim bonus pater, qui poteſt docere & formare in nobis dominum Jeſum; ſicut ipſe teſtatus eſt dicens: Galat 4. 19. *Filioli mei, quos ego parturio; donec formetur Chriſtus in vobis*. Oſtendit tibi hos patres Evangeliſta Johannes, qui ait: 1. Johan. 2. 13. *Dico vobis, patres, qui cognoviſtis eum qui eſt ab initio*. Iſti ſunt patres, quorum ſenectus vita immaculata eſt. Ideo in conventu ſeniorum appone digitum ori D tuo; ut audias quod tibi proſit, & vitæ æternæ ſacramenta cognoſcas: ne inrerſtrepas inſolens tyro doctoribus; & qui adbuc diſcere debeas, dicere præſumas. Quid igitur iſti patres annuntiaverint Core filiis audiamus.

ỳ. 2. 6. *Opus*, inquit, *quod operatus es in diebus antiquis*. Qui ſint iſti dies in quibus Deus magna & mirabilia operatus ſit, requiramus. Et docet nos Scriptura eſſe aliquos præclaros dies in quibus refulſerint facta divina; cùm lectum ſit, quia Joel. 2. 31. & 32. *ſol in tenebras convertetur, & luna in ſanguinem, priuſquam veniat dies Domini magnus & illuſtris. Et erit, quicumque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit*. E In ipſo enim die Cbriſtus bominibus reſurrexit; & Pſal 117. 24. ideo ſpecialiter de ipſo dictum eſt: *Hic eſt dies quem fecit Dominus: exultemus & lætemur in eo*. Cùm igitur omnes dies Deus fecerit, huic tamen diei præ ceteris divini operis prærogativa delata eſt, quo peccatum omne ſublatum eſt. Dies autem alii peccatorum ſunt. Hic ergo eſt dies F quem illuminavit ſol ille juſtitiæ. Nam & ipſa ortus ſuos & occaſus babere conſuevit. Unde & Pſal 71. 7. ſcriptum eſt: *Orietur in diebus ejus juſtitia*. Sunt ergu dies Cbriſti quibus orta juſtitia eſt: ſunt dies Chriſti quibus orta eſt pacis abundantia: ſunt dies Chriſti quibus orta ſapientia eſt. Audi quomodo exoriatur ſapientia: 1. Cor. 3. 18. *Si quis videtur ſapiens eſſe inter vos in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens*. Et ideo dicit Sapientia, quæ ſtulta iſtius mundi Prov 8. 22. elegit: *Dominus creavit me principium viarum ſuarum in opera ſua*. Sicut enim in diebus Oziæ regis, & in diebus Nabucbodonoſor exorta perfidia eſt, dominata captivitas; ſic in diebus domini Jeſu exorta eſt fides, quæ ſplendorem ſuæ claritatis & luminis toto orbe diffudit. Qui enim me-

A liores dies, quam quibus refulſit nobis viſio Dei; ſicut dixit Jacob? Sic enim ſcriptum eſt: *Vidi* Gen. 32. 30. & 31. *Deum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea. Et continuo exortus eſt ei ſol*. Quis iſte ſol, niſi qui dies fecit fulgere juſtitiæ, quibus in terra natus eſt Chriſtus ex Virgine? In ſpecie vidit Jacob, & Deum vidiſſe ſe dixit: in veritate viderunt Judæi, & non crediderunt. Ideo illis breviati ſunt dies, nobis illuminati; quoniam illis deficiebat dies, nobis appropinquabat. Unde Judaicam ſanctus B David refugiens cæcitatem ait: *Ne deducas me in* Pſal. 101. 25. *dimidium dierum meorum*. Sic enim dies Domini magnus & illuſtris eſt, utique non prolixitate temporis, ſed juſtitiæ vel gratiæ claritate. Ergo ſunt dimidii dies, quibus breviantur dies impietatis caligine, & ſquallore perfidiæ, quibus *occidit* Mich. 3. 6. *ſol ſuper prophetas*, ſicut ſcriptum eſt. Namque ut Juſtis oritur ſol juſtitiæ; ſic occidit infidelibus.

7. Sed occurrit illud quia dicit Dominus: *Propter electos breviabuntur dies*. Matth. 24. 22. Et videtur con- C trarium, niſi diligenter advertas, & ſuperiora repetas; dicit enim Dominus: *Tunc ſi quis vobis di-* Ibidem. 23. & 24. *xerit: Ecce hic Chriſtus, aut ecce illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia; ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi*. Et ideo ne decipiantur electi, admonet Dominus quid ſequendum ſit; ut non falſorum prophetarum ſermone capiamur, neque nos eorum aliqua prodigioſa facta decipiant: ſed tunc credamus Cbriſtum D eſſe venturum, cùm dies pleni juſtitiæ cœperint refulgere. Cbriſtus enim pleno majeſtatis ſuæ lumine revelabitur; & ſicut fulgur exit ab oriente, & toto lumen ſuum uſque in occidentem orbe diffundit: ſic & Filius hominis cum ſuis Angelis veniens illuminabit buoc mundum; ut credat omnis bomo, & ſalva fiat omnis caro. Non ergo credamus Antichriſto, de quo dicent falſi propbetæ: Hic eſt Chriſtus; dies enim perfidiæ, erunt Antichriſti dies. Non credamus iis qui dicent: E Cbriſtus in deſertu, Chriſtus in penetralibus; jam enim omnia plena ſunt Chriſti, ubi appropinquare cœperit Cbriſtus. Sed cùm viderimus facta quæ Chriſtus in Evangelio ſuo ante prædixit, tunc credamus ejus adventum; ne dum verum quærimus lumen, infidelitatis tenebras incidamus.

8. Cavenda ergo ſigna perfidiæ, quibus breviantur dies atque minuuntur. Sol enim obſcurabitur, ſtellæ cadent, boc eſt, juſti Dei; ſunt F enim qui fulgeant ſicut ſtellæ in cælo. Cùm bæc videris, crede adhuc tardare Cbriſtum; ubi enim Chriſtus, ibi fides clarior: ubi Antichriſtus, ibi dies dimidii; de quibus utique non quereretur David propbeta, ſi ad temporis brevitatem videretur eſſe referendum; cùm ipſe alibi dixerit: *Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt!* Pſal. 119. 5. Quomodo enim aut illum dilatum incolatum cæleſtem, aut bunc terrenum comperendinatum doleret, qui ante popoſcerat, ne in dimidium dierum ſuorum deduceretur; cùm dierum brevitas celerandi curſus iſtius compendium videretur adferre? Unde colligitur & illud quod ait: *Honora* Exod. 20. 12. *patrem & matrem, ut longævus ſis ſuper terram*; quomodo intelligere debeamus. Multi enim qui bonorant, cito ſæpe rapiuntur, ut immatura ætate

moriantur : multi etiam qui minus deferunt parentibus ſuis, longævæ fruuntur ſtipendiis ſenectutis; & niſi longævitatem illam vitæ accipiamus æternæ, invenitur Scriptura deſtitui ſubſidio veritatis. Unde græcus expreſſius dixit : *Vt ſis multorum dierum*; hoc eſt, πολυήμερος. QUICUMQUE enim cultus pios ſedulo ſervat officio, à tenebris noctis alienus, in dierum luce verſatur. Et ideo
Deut. 17. 19. qui legit Deuteronomium : *Leget*, inquit, *illud omnibus diebus vitæ ſuæ*; non utique noctibus, ſed diebus; quia dies fulget legenti myſteria veritatis, & divinæ pietatis oracula. Conſideremus ſequentia.

℣. 3. 9. *Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos.* Scimus quidem quod multas gentes eradicaverit Dominus & everterit; ut poſſeſſionem ſibi Judæorum populus inveniret, quarum gentium terras Abrahæ ſemini daturum ſe Dominus declaravit: ſed cùm pſalmus iſte Evangelium Domini, & tempora adventus ejus annuntiet, non mihi videtur quæ ſuperius à Judæis geſta ſunt, recenſere; ſed quæ futura, ſignare : quemadmodum crediturus eſſet populus nationum. Confirmat igitur fidem Eccleſiæ, antequam nuntiet, & victorias pietatis ejus enumerat : quæ non in brachio, neque in gladio ſuo feras expulit gentes, & non certamine bellico turmas fugavit hoſtiles; ſed manſuetudine ac fide terras inimicorum ſine ullo cruore poſſedit; fides enim ſola pugnavit. Et ideo triumphos meruit, quos non revocaret perfidia, ſed augeret; quia perſecutionibus ſuis non vincitur Eccleſia Domini, ſed probatur. Quæ ſunt igitur iſtæ gentes quas vicerit Eccleſia, cognoſcamus. Vetera dico vocabula, ſed myſteria nova. Chananæi ſunt, Chettæi, & Amorrhæi, Pherezæi, [a] vel cerethæi, quorum infra vocabula digeremus. Hæc autem populorum ſunt nomina; ſed & paſſionum infirmitates, & humanorum incentiva & opprobria peccatorum. Quod primum eſt igitur, homo in Chriſto ipſe ſe domuit, & ipſe ſe vicit; ut ſibi viveret. Sibi enim vivit, qui Deo vivit; ut vitam Chriſti vivat æternam. Non ergo pugnavit militaribus armis, & ferreis telis populus Eccleſiæ; ſicut pugnavit populus Judæorum. Ille in figura pugnavit, nos pugnamus in ſpiritu : ille adverſum alienigenas pugnavit, nos ipſi bellum habemus in nobis; & ideo prius nobis vincendæ ſunt proprii corporis paſſiones.

10. Audi pugnantem apoſtolum Paulum ad-
Rom. 7. 23. verſus gentem Chananæorum. *Video*, inquit, *legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati.* Nunc ſe erigit caro noſtra, nunc dejicit. Erigit menti, dejicit poteſtati: & ubi ſe urgeri viderit, conſtantiam deſerit, & ad ſubjectionem parata ducitur in legem peccati; ut fidem deſerat, perfidiæ ſuccumbat, [b] & Chettææ infirmitatis in ditione deſtituta vero, cedat mendacio, ſerviat crimini, adquieſcat errori; & tamquam Amorrhæus loquatur amara pro dulcibus. Fides enim dulcis, amara perfidia eſt. Unde præclare Petrus quid fides eſſet, expreſſit dicens: *Domine, ad quem ibimus? Ver-*
Iohan. 6. 69. & 70. *ba vitæ æternæ habes, & nos credimus*; quomodo igitur jubes ut diſcedamus à te? Captus enim cæleſtium ſuavitate verborum, diſcedere nolebat à Chriſto. Qui autem negat Chriſtum, ipſe ſe ſeparat [c] vel ſeparatur à Chriſto. Sed neque verſuta Amorrhæorum diſputatio, quæ per philoſophiam nonnullos à veritate tranſducit : neque Jebuſæorum turpis abjectio, quæ ſe ſubjicit atque ſubſternit curſum currentibus ſæcularem, qui non poteſt eſſe perpetuus; ſed in portis deficit mortis, de quibus exaltatum David *Pſal. 9. 15.*
propheta ſe gaudet : neque Cinæus, qui per ſuam pecuniam poſſidetur; ſicut inſatiabili avarus affectu : neque Cenezeus, qui putat in divitiis poſſeſſionem eſſe perpetuam, & vanam ſpem conſtituit in caducis, atque inani opinione ſe jactat: neque Raphaim, qui profitetur aliis ſe ferre medicinam, cùm vulnera ſua curare non poſſit; & ideo ſi quis ad hujuſmodi medicum confugerit, neceſſe eſt prius patrimonium ſuum omne conſumat, quam profectum ſanitatis accipiat; ſicut illa mulier in Evangelio quæ per duodecim *Luc. 8. 43. & 44.*
annos fluentem ſanguinem corporalium voluptatum ſtatuere non potuit, niſi poſteaquam confugit ad Chriſtum. Intellexit enim quod nemo perfectus medicus, niſi qui deſcendiſſet è cælo, de quo cognoverat dictum : *Miſit verbum ſuum,* *Pſal. 106. 20.*
& ſanavit eos; & advertit de ipſo dictum : *Ecce* *Hier. 1. 9. & 10.*
dedi verba mea in os tuum, & conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, eradicare, & deſtruere, & perdere, & ædificare, & plantare. Nam licet frequenter Deus loquutus ſit in prophetis, in quo tamen expreſſius, quam in ſuo loquutus eſt Filio, qui virtutem omnem exprimens Patris ait : *Mea doc-* *Iohan. 7. 16.*
trina non eſt mea, ſed ejus qui me miſit? Non ergo Hieremias, qui tempore captivitatis ſuſcepit exſilium; ſed dominus Jeſus ſuis verbis eradicavit ex intimis pectoribus vitia gentilium, perfidiam nationum, & verſutarum cogitationum prava commenta deſtruxit, atque omnia veſtigia iniquitatis abolevit. Deinde infudit poſtea fidem, & continentiæ diſciplinam; ne tamquam in vaſe corrupto confuſione vitiorum coaceſcerent ſacramenta virtutum.

11. Unde pulcre tibi Apoſtolus dicit : *Sed* *Rom. 5. 14*
regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen. Quid eſt Moyſes, niſi Lex; quoniam ipſe interpres eſt Legis: finis autem Legis Chriſtus Jeſus? Regnavit ergo peccatum in hoc mundo, & in peccato mors ſæva, atque intolerabilis quædam pœna peccati. Docuit quidem nos Moyſes levare ad Dominum manus, pii cultus inſtituens diſciplinam. Docuit quemadmodum [d] Amalech verſutiloquus vinceretur; ut mores noſtros & opera

a. Rom. edit. ex Vat. cod. & cæteri. Aliæ cum omnibus mſſ. *& Cerethæi*. Eorum crebra fit mentio in *lib. Reg.* quos eoſdem eſſe ac Philiſtæos tradit Lyran. *lib. differentiarum*.

b. Omnes edit. ac nonnulli mſſ. *Chettææ* (vel *Ethææ*) *infirmitatis indicio* Reg. cum aliquot aliis .... *in ditione*. Quod videtur ad inſtitutam allegoriam accommodatius.

c. *Vel ſeparatur*, aberat ex omnibus edit. ac duobus mſſ. Sed in aliis quinque reperitur. Quod autem poſt vocem, *diſputatio*, in cunct. edit. additur, *ejuſmodi*, cùm hæc nullis in mſſ. legatur, veriſimile eſt adjectam fuiſſe, ut ſenſus utcumque compleretur. Veruntamen etſi eam retinendam putes, nec ſic locus videbitur adhuc ſanatus. Arbitramur itaque illinc exciſiſſe verba iſta, *apoſtolos*, aut *fideles ſeparat à Chriſto*, vel his affinia, quæ deinceps in membris ſingulis ſubintelligenda.

d. Omnes edit. in corpore, *Amalech verſutia vinceretur*. Mſſ. aliquot, ac vet. edit. in marg. *Amalech verſuti locus vinceretur*, lege, *verſutiloquus* &c. Nam quod Vict. & Colb. habent, verſutiloquus, mendum eſt ſcribarum ignorantiæ imputandum.

levaremus ad Cbriſtum, ſic deſtrui poſſe perfidiam: ſin vero dejiceremus animam, inclinaremus affectum, & à continentiæ ſtudio averteremus ingenium, nt perſuaſio nos vana ſupcraret; nullum remedium futurum, niſi Jeſus depreſſa jam brachia Moyſi, tamquam infirmitatem Legis adtolleret, & ſua miſericordia ſuſtineret. Sed infirmum adhuc fuiſſet Legis auxilium; niſi ipſe Jeſus veniſſet in terras, qui in ſe noſtras ſuſciperet infirmitates, quem ſolum noſtra peccata gravare non poſſent, nec inclinare manus ejus: B qui ſe inclinavit uſque ad mortem, mortem autem crucis, in qua expandens manus ſuas, totum orbem qui erat periturus, erexit: levavit jacentes, atque ad ſe omnium gentium fidem traxit, (*Luc.* 23. 43.) dicens bomini: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Hoc eſt ergo diſperdere atque plantare; ut vitioſa eradicentur, meliora plantentur in pectoribus ſingulorum. De quo præclare Moyſes in Exodi (*Exod.* 15. 17.) cantico ait: *Inducens plantato eos in montem bereditatis tua, in præparatum habitaculum tuum*; petens ut induceret Dominus populum ſuum in illa præcelſæ virtutis ſapientiæque plantaria, ibique plantaretur in opera ſua, & inſtitueretur præceptorum cæleſtium diſciplinis, atque in eo præpararet ſibi ſuæ ſanctificationis habitaculum: quod utique non bereditario jure, nec noſtrorum contemplatione meritorum; ſed pro ſua gratia Dominus conferre dignatur. Quomodo enim, ubi remanere non potuimus, eo redire poſſemus; niſi privilegio fulti redemtionis D æternæ.

(℣. 4.) 12. Et ideo pulcre dixit Propheta: *Quoniam non in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium ſuum non liberavit eos: ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui; quoniam complacuit tibi in illis.* Quæ igitur terra eſt, quæ non brachio capiatur, non gladio poſſideatur; niſi terra repromiſſionis, de qua bic ipſe dixit Pro-(*Pſal.* 26. 13) pbeta: *Credo videre bona Domini in terra viventium?* Non immerito igitur ejus tam præclara E poſſeſſio eſt, in qua non ſæculi adverſa dominantur, ſed Domini bona æterna fructificant. Ideoque non gladio adquiritur, ſed manſuetudine poſſidetur; ſicut dominus Jeſus teſtificatus eſt (*Matth* 5. 4.) dicens: *Beati mites; ipſi enim poſſidebunt terram.* Nemo ergo impacificus, nemo arrogans aut ſuperbus; ſed manſuetus & humilis corde: qui nihil ſibi arroget; ſed totum ad gratiam referat: non in ſua fortitudine glorietur; ſed dextera (*Pſal.* 117. 16.) Dei credat ſe eſſe protectum dicens: *Dextera* F *Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me.* Gladio quoque Dei memoret ſe eſſe ſervatum, illuminatum quoque Dei vultu omnipotentis; in quibus omnibus Chriſtus eſt [a] protector, dextera, defenſor, & gladius. Unde & Symeon dixit (*Luc.* 2. 35.) ad Mariam: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Gladius enim Dei verbum eſt, quod acutius omni gladio uſque ad diviſiones animæ cogitationeſque pertranſit; nt nulla cognitionem ejus occulta prætereant. Vultus quoque pa-(*Iohan.* 14. 9.) terni ſplendor eſt Chriſtus; & ideo dicit: *Qui me videt, videt & Patrem*; quaſi ſplendor gloriæ ejus, & imago ſubſtantiæ. Ad ipſum ergo omnia jure referenda ſunt. Ipſi Moyſes, ipſi Aaron, ipſi A etiam Patres ſacrabant univerſa quæ geſſerant; ut de boſtibus triompharent. Neque enim in ſua confidentia dixit Jeſus Nave: *Stet ſol contra Gabaon*; (*Ioſue* 10. 12.) ſed quia præſumebat in Chriſto, quem ducem militiæ cæleſtis agnovit, & ſuppliciter adoravit: & ideo gentes feras eradicare promeruit, & populum Patrum in terram repromiſſionis inducere; quia nibil ſuis operibus deputabat, credens indigna eſſe opera bominum tantâ gloriæ remuneratione cæleſtis: quam Dominus ex ſua B magis miſericordia, quam pro noſtrorum contemplatione factorum ſtatuit in ſe credentibus conferendam. Unde & Abraham impigre Deo credidit; nt apud eum juſtificationis gratiam reperiret, quam mercedem ſui operis collocaret; uberiora enim dona ſunt largientis, quam merces operantis. Propterea & illi qui æqualitatem mercedis inviderat, reſpondit Dominus: *Si ego bonus; oculus tuus quare nequam?* (*Matth.* 20. 15.) Patres ergo noſtri, ut pote proximi & beredes patriarcharum, C plantati in terra repromiſſionis, non ſuis hoc meritis vindicabant. Ideo nec Moyſes eos induxit, ne Legis hoc exiſtimetur eſſe, ſed gratiæ; Lex enim merita examinat, gratia fidem ſpectat. Unde præclare Apoſtolus fidem patrum ſequutus ait: *Sed neque qui plantat, eſt quicquam, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat Deus.* (1. *Cor.* 3. 7.) Non enim Jeſus Nave qui induxit, neque qui plantavit eos; ſed Deus qui incrementum populo dedit, habet gloriæ principatum.

13. Nec te moveat quia ſuperius dixit: *Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos.* (*Pſal.* 43. 3.) Hinc enim colligis quia non omnis qui plantat, aut qui rigat, incrementum dat: ſed qui incrementum poteſt dare, poteſt ipſe plantare; ſicut gentes plantaſſe dicitur Dominus. Ipſe enim plantavit, qui plantationi donavit effectum; in iis tamen qui per fidem Chriſti Domino placere meruerunt, cui ſoli à Patre dicitur Deo: *Filius meus tu es: in te complacui.* (*Marc.* 1. 11.) Qui ergo participes Chriſti ſunt, ab E eo placendi gratiam conſequuntur. Et pulcre ait: *Complacuit tibi in illis*; ut diſtantia videatur jure ſervata. Recte enim Deus in Filio complacet; quia æqualis eſt Patri, nec in ullo decolor invenitur, quia complacet divinæ jure naturæ, & unitate ſubſtantiæ. Et recte complacet in Filio Pater; quia Pater bonorificatur in Filio, ſicut in Patre Filius. In nobis autem Deo complacuit; quia nobis ipſe donavit, ut ei placere poſſimus. Pie autem & boc homini ſpecialiter donatum, F non arrogantius uſurpatum Scriptura nos docuit. Decet enim ut in iis complaceat Deo, quos ad ſimilitudinem ſuam fecit, & quos per imaginem ſuam voluit prærogativam gratiæ habere cæleſtis. In imagine ergo ſua Deus complacet: in iis autem qui ſecundum imaginem ipſius ſunt, complacet Deo. In his autem ſuum munus, & ſuum donum; quod tunc revelabitur; cùm perfectum illud advenerit; quia *cùm apparuerit quid ſimus, ſimiles ei erimus*, ut ſcriptum eſt. (1. *Iohan.* 3. 2.)

14. Ergo qui non in brachio ſuo, boc eſt, in ſua operatione præſumit, ſed in Dei gratia; credens quod non facta ſua unumquemque juſtificant, ſed fides promta, dicit Domino: *Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus, qui mandas ſalutes Iacob.* (℣. 5.)

a. V:Ct. Colb. ac vet. edit. in marg. *protector, ut dextera: defenſor, ut gladius.*

Non perfunctorius ſermo eſt, ut dicas: *Tu es ipſe* A *Rex meus*. Non quicnmque hoc dicit, ſed in quo Dei regnum eſt: in quo autem regnat Deus, utique in eo peccata non regnant; non enim Deo regnum eſt commune cum crimne. Quis autem dicit Deum ſuum, niſi qui ipſi exhibet plenum reverentiæ & pietatis affectum? Juſto enim dicitur: *Ego ſum Deus tuus*. Denique & Thomas ubi tetigit manu propria latus Chriſti, & evidentia indicia indubitatæ reſurrectionis invenit, reſ-
Iohan. 20. 28. pondit: *Dominus meus, & Deus meus*. Dominus, B quia redemit ſervulos ſuos: Deus, quia non ſolum reſurrexit, ſed etiam ipſe ſe ſuſcitavit. Mandavit autem ſalutes Jacob, quia in ſingulis oraculis ſalus eſt: in ſingulis quoque ſalus eſt manſionibus: ſalus in miniſteriis Angelorum, qui ad protectionem hominum deputantur. Ex mandato ergo Dei ſalus homini, non ex ſua operatione confertur. Deus enim maluit ut ſalus homini fide potius, quam operibus quæreretur; ne quis gloriaretur in ſuis factis, & peccatum incurreret. C Qui autem gloriatur in Domino, fructum pietatis adquirit, & jactantiæ crimen evadit.

℣. 6. 15. Hic igitur eſt qui poteſt dicere: *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu*. Quid eſt ventilare cornu? Dedit Dominus cornua pluribus animantibus; ut poſſint ſe à ferarum incurſione defendere. Ideoque & bos leoni frequenter reſiſtit, urſum proterit: cervus qnoque quamvis ſit pavidus, tamen & ipſe cornibus ſe tuetur: aries quoque arietat lupnm. Ergo ea qnæ cor- D nua habent animalia, ventilare dicuntur. Sed homo cornua non habet. Quomodo ergo ventilat? Unde? Vide Scriprura quid dicat: *In te*, inquit, *inimicos noſtros ventilabimus cornu*. Cornu noſtrum es tu, domine Jeſu; & ideo ſicnt non in brachio noſtro præſumimus, ita nec in cornibus noſtris ventilandi habemus præſidium, ſed in Chriſto. Habet enim fides cornua ſua, quæ mutuatur à Chriſto. Siquidem non otioſe in benedictionibus
Deut. 33. 16. & 17. Moyſi legimus: *Qui viſus eſt in rubo, veniat ſuper* E *caput Ioſeph, & ſuper verticem ejus, glorificatus inter fratres ſuos primogenitus: tauri decus ſpecies ipſius, cornua unicornui cornua ipſius: in ipſis gentes ventilabit ſimul uſque ad extremum terræ. Hæc decem millia Ephram, & hæc millia Manaſſe*. Quis eſt in rubo viſus Moyſi, niſi primogenitus Dei Filius,
Exod. 3. 6. qui ait: *Ego ſum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob?* Ideo ſe demonſtravit humanis adſpectibus; quia venturus erat ut ab omnibus videretur. Ideo rubus urebatur, & F non exurebarur; quia terram iſtam quæ nobis ſpinas germinabat & ſentes, diſponebat urere
a per continentiæ diſciplinam, [a] quàm conſumere
Pſal. 25. 2. per mortis ærumnam. Unde dicit Propheta: *Ure renes meos, & cor meum*. Revelavit ergo futurum quoddam corporei ſplendoris indicium, quo per reſurrectionem caro iſta fulgeret. Quid enim ſignificabat ignis innoxius, niſi lumina reſurgentium? Unde præſumſit Apoſtolus dicere, quia
1. Cor. 15. 41. & 42. *ſicut ſtella à ſtella differt in claritate, ita & reſurrectio mortuorum*. Hic ergo, inquit, veniat ſuper caput tribus Joſeph; nt exaltet caput populi ſui: veniat etiam ſuper verticem; ut verticem capilli perambulet, amputaturus ſuperflua delictorum, ſanctificaturus ornamenta virtutum.

16. Hic eſt glorificatus inter fratres ſuos; ſicut ipſe dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis* Pſal. 21. 23.
Quæ major eſt gloria, [b] quam pectoribus nationum cognitionem divinitatis infundere? Quem in viſione vidit Joſeph, quod manipulnm ejus adorarent fratrum manipuli, adoraret eum ſol & luna cum ſtellis. Manipulus ille in figura carnis accipitur; omnis enim caro fœnum. Fœnum hoc noſtrum ſuſcepit; ut ſuum triticum germinaret, & fructum reſurrectionis adferret. Quæris teſtimonium? Audi de ſe dicentem: *Niſi gra-* Iohan. 12. 24. *num tritici cadens in terram moriatur, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum adferet*. Denique ut ſcias quia de Dei Filio dicit Moyſes, ait: *Glorificatus inter fratres ſuos primoge-* Deut. 33. 17. *nitus*. Utique non Joſeph erat primogenitus inter filios Jacob, ſed Ruben; nam Joſeph poſt plurimos erat. Sed primogenitus dicitur, qui venturus erat, ut nationnm populos congregaret.

17. Unde pulcre ait Scriprura: *Tauri decus ejus*. Ibidem. Sicut enim taurus ducit armentum; ita Chriſtus plebem gentium duxit ad Eccleſiam, induxit ad paſcua; ut poſſet dicere: *In loco paſcuæ ibi* Pſal. 22. 2. & 3. *me collocavit: ſuper aquam refectionis conſtituit me*. [c] Hujus tauri decorem pro captu noſtræ fragilitatis armenta ſecuta ſunt præcedentem; ut vitam adipiſcerentur æternam. Mugivit hic taurus, & mors refugit. Leo rugit, & quis non timet? Vere maxima taurus victima; ut ab adverſa- Virg. lib. 2. Georg. riis adſumamus teſtimonia. Quæ major enim victima, quam quæ mundi totius peccatum ſno cruore mundavit? Audi quia ipſum taurum dicit etiam ſanctus propheta Jacob; cùm revelaret Domini paſſionem, quem Judæi poſtea perſecuti ſunt. *In furore*, inquit, *ſuo ſubnervaverunt tau-* Gen. 49. 6. *rum*. Et nt aperiret quia de Judæis dicebat, ad- E didit: *Dividam eos in Iacob, & diſpergam illos in* Ibidem. 7. *Iſrael*. Hic eſt homo qui luctatus eſt cum Jacob, & femur ejus tetigit, quo tactu Patriarchæ nervus obſtupuit: ſignificans ex ejus ſucceſſione ſecundum carnem ſe eſſe venturum, qui ſubnervandus eſſet à populo Judæorum in ſui corporis paſſione. Quod non intelligentes myſterium, ſtatuerunt ne nervum manducarent filii Iſrael. Et ideo ſacri ſanguinis ſe redemtione fraudarunt, ſalutiferæ quoque paſſionis ſe beneficiis abdica- F runt, ne vitam mereantur æternam; quia ſcriptum eſt: *Niſi manducaveritis carnem filii hominis,* Iohan. 6. 54. & 55. *& biberitis ejus ſanguinem, non habebitis in vobis ipſis vitam. Qui autem manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habebit vitam æternam*. Accipe aliud. Quid eſt nervus, niſi quo corpus omne conſtringitnr? Corpus Chriſti Eccleſia eſt, quæ vinculo ſtringitur caritatis. Qnid aliud in Chriſto Judæi, niſi caritatis vinculum omne ſolverunt? Merito Petrus ſacerdos eligitur; qui ſpiritu caritatis divinæ triplici ſe ligavit.

17. Accipe adhuc quia ipſum ſignificavit Moy-

a. Edit. Rom. *non conſumere*. Sed in aliarum ac mſſ lectione nihil mutandum. Eſt enim hic ellipſis adverbii *magis*, vel *potius*: quæ figura minime inſolens apud Ambroſium.

b Cod. Vict & Colb ac edit. omnes, *quam peccatoribus nationum*. Alii mſſ. ut in textu.

c. Edit. vet ac Rom. cum mſſ. Vict. & Colb *Hujus tauri decore perpetuo capta noſtra fragilitatis armenta* &c. Pariſ quadam: *Hujus tauri decore pro captu* &c. His cod. Reg. & alii quatuor proxime accedentes nobiſcum faciunt.

Deut. 33. 17. ſes. Adjecit: *Cornua unicornui, cornua ipſius: in ipſis gentes ventilabis.* Sed noli timere quia ventilat; dixit enim: *Percutiam, & ſanabo.* Bona cor-
Deut 32. 39. nua, quibus incluſit orbem terrarum: bona cornua, quibus leonem illum noſtrum adverſarium ventilavit: bona cornua, quibus fecit ut cornua adverſatii timere nequeamus; quia & ſatanas habet cornua ſua, ſicut teſtificatus eſt Daniel
Dan 7. 21. & 22. dicens: *Videbam & cornu illud, quod faciebat pugnam cum ſanctis: & invaleſcebat eis, donec venit Antiquus dierum.* Hic eſt Antiquus dierum. Quis B
autem unicornuus, niſi unigenitus Dei Filius, & unicum Dei Verbum, quod erat in principio apud Patrem? Quod Verbum ſuis cornibus gentium populos mortificavit, & vivificavit; ut fierent in decem millia Ephræm uſque ad terminos terræ, & uſque in millia Manaſſen: eo quod crediturus eſſet in eum populus nationum, qui totum repleret orbem terrarum, crediturus eſſet poſtea etiam populus Judæorum, ex oblivione converſus ad gratiam. Oblitus eſt enim ſalutem C
ſuam, qui tam ſero converteretur ad Chriſtum. Ideo Saul in millibus, David in decem millibus; quia durus in paucis, manſuetus in pluribus.

18. Neque tamen abnuo, ſi quis quaſi ad Jo-
Deut. 33. 17. ſeph dictum putat: *Primogenitus tauri decus ejus*; & ſic diſtinguendum putat, quia dedit & ſanctis
Pſal. 148. 14 ſuis cornua: *Exaltavit* enim *cornu populi ſui.* Et
1. Reg. 2. 1. Anna mater prophetæ Samuel dicit: *Exſultavit cor meum in Domino: & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo.* Habuit utique & Joſeph in Domino D
cornua ſpiritalia. Accipiatur itaque Joſeph, dum-
Gen. 49. 22. modo in ipſo figura ſit Chriſti, cui dicitur: *Ioſeph filius meus amplificatus, filius meus junior, ad me re-*
* *vertere.* Neque enim Joſeph ad Jacob revertitur; ſed Chriſtus à mortuis reſuſcitatus ad Patrem
Pſal. 18. 7. Deum revertitur; ut ſcriptum eſt: *A ſummo cælo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus.* Eſto tamen, ut de Joſeph accipiatur: *Revertere ad me*; quia populus revertitur in terram Chananæorum, in quibus ante habitaverant pa- E
Gen. 28. 1. triarchæ. Unde dicit Iſaac ad Jacob: *Non accipies uxorem à filiabus Chananæorum*; & mittit eum in Meſopotamiam, ut ibi ſibi conjugem reperiret.
* Numquid ei inſidiati ſunt * domini ſagittarum? Numquid ipſe propter benedictionem uteri materni in toto orbe benedictus eſt, & non dominus Jeſus, quem Virgo generavit? Et ideo non ſolum ſupra homines, ſed etiam ſupra Angelos & Archangelos, & ſupra omnem ſublimitatem cæleſtium benedictus eſt Poteſtatum; ſicut Scriptu- F
Pſal. 117. 26. & 27. ra teſtatur dicens: *Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus dominus, & illuxit nobis.* Dominus enim Deus ipſe eſt Rex regum, & Dominus dominantium in his quæ habentur in cælis. Pro-
Pſal. 97. 6. pter hæc cornua domini Jeſu, & David in voce tubæ corneæ canens, auditus à Chriſto eſt: &
Num 10. 10. Moyſes docuit ſacrificiorum ritus tubæ ſonitu
Pſal. 80. 4 eſſe celebrandos; ſicut & ſcriptum eſt: *Canite in initio menſis tuba.* Cui hoc, niſi nobis ſcriptum eſt? Menſes enim ab initio lunæ veteres obſervare conſueverant. Luna autem Eccleſia eſt, quæ ſpiritalibus & Evangelicis prædicationibus

in abundantia pacis, ut Propheta dixit, extol- Pſal. 71. 7.
litur. In Chriſto ergo cornu ventilabimus inimicos noſtros.

19. *Et in nomine ejus ſpernemus inſurgentes in* ℣. 6.
nos. Quid eſt nomen; niſi quo proprie unuſquiſque ſignificatur, quod ei non ſit commune cum ceteris? Homo enim commune vocabulum eſt; niſi addas quî vocetur, non poteſt declarari. Nomen ergo proprietas uniuſcujuſque eſt, quo poſſit intelligi. Unde arbitror quod & Moyſes volens proprium Dei, & aliquid de eo ſpeciale cognoſcere, quod non eſſet commune cum cæleſtibus Poteſtatibus, interrogavit: *Quod eſt no-* Exod. 3. 13.
men tuum? Denique cognoſcens mentem ejus Deus, non reſpondit nomen, ſed negotium; hoc eſt, rem expreſſit, non appellationem, dicens:
Ego ſum, qui ſum; quia nihil tam proprium Dei, Ibidem. 14.
quam ſemper eſſe. Qui ergo negant Chriſtum coæternum Patri, videant quia Deum negant, cujus eſt ſemper eſſe, nec aliquando non fuiſſe. Hac ergo cognitione proprietatis divinæ Moyſes inſurgentes in ſe volebat ſpernere: vel, ut Aquila, aut Symmachus dixerunt, calcare reſiſtentes ſibi tamquam ſerpentes & ſcorpiones: quos etiam Dominus dicit in Evangelio eſſe ſpiritali- Luc 10. 19.
bus veſtigiis proterendos; ut viam noſtram impedire non poſſint, quæ ducit ad ſecreta paradiſi. Habemus ergo in nobis ſtudium divinæ cognitionis: habemus Dei Verbum, quod eſt nomen Patris. Hæc vere proprietas Dei; quia Pater Chriſti eſt: & ideo in nomine Patris venit, qui venit ut Patris faceret voluntatem. Et ideo
ait: *In nomine Patris veni, & non me ſuſcepiſtis: ſi* Iohan. 5. 4.
alius venerit in nomine ſuo, illum ſuſcipietis; ſignificans Judæos in Antichriſtum credituros, qui in Chriſtum credere noluerunt. Ergo qui in Chriſtum credit, non in arcu ſuo, nec in gladio ſuo ſperat; ſed in nomine ejus ſpem victoriæ locat.

20. Et ideo ait: *Non enim in arcu meo ſperabo:* ℣. 7.
& gladius meus non ſalvabit me. Sed ſi in arcu ſperandum eſt, in Dei certe arcu ſperandum eſt, quem poſuit in nube; ut à diluvio genus humanum timere deſineret. Iſto arcu nos protegit, quo arcu & jaculatur ſagittas, quibus percutiat inimicos & adverſarios noſtros.

21. Unde & ait: *Liberaſti enim nos ex affligen-* ℣. 8.
tibus nos: & eos qui oderunt nos, confudiſti. In Deo ℣. 9.
laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſæcula. Audi quomodo nos liberet; quia ſagittis quas jaculatur è cælo, terræ noſtræ interiora penetrantur; ut motus omnis terrenus intereat
& quieſcat, ſicut in poſterioribus ait: *De cælo ja-* Pſal. 75. 9.
culatus es judicium: terra tremuit, & quievit. Sic igitur liberamur, dum confunduntur inimicæ & adverſariæ poteſtates; vel ſapientia carnis iſtius retuſa cæleſtibus imperatis, in ſuis criminibus erubeſcit, & flagitiorum ſuorum pudore confunditur: adulter in libidinis ſuæ flammis, & veſani amoris incendio: avarus in immodicæ cupiditatis ardore, qui aliena rapiendo, quo plura invaſerit, eo majora deſiderat: ebrioſus in temulentia, facinoroſus in ſcelere, qui & hic con-

*. Ut oſtendatur benedictio tribui Joſeph à Moyſe impertita, de Chriſto potiſſimum intelligi debere, hic adferuntur quædam ex verbis iis quibus Jacob moriens Joſeph filio bene precatus eſt: quæ tamen conſtat proprie Chriſto convenire. Fit igitur alluſio ad illud Gen. 49. 23. Εἰς ὃν διαβουλευόμενοι ἐλοιδόρουν, καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ κύριοι τοξευμάτων. Sic infra quoque 25 εὐλογίαν μαστῶν καὶ μήτρας &c. Vide cap. 12. lib. De Benedict. Patriarcharum.

funduntur

funduntur graviſſime: ſed multo amplius con- A
fundentur; cum viderint ſanctos Domini reſurgentes, & Evangelicum illud impleri, quod ait
Iohan. 5. 28. & 29. Dominus: *Multi dormientium in terra monumentis reſurgent: iſti in vitam æternam, & hi in opprobrium & perpetuam confuſionem.*

22. Cùm cœperint ergo illi reſuſcitari in confuſionem perpetuam, ſanctus Domini dicit: *In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſæcula.* Opulentus in divitiis laudatur, luxurioſus in conviviis, ſcortator in nocte, potens B in hac vita quæ habet noctes: ſanctus autem non in hac vita, ſed in Deo laudabitur; qui Domino per omnia placere geſtivit, qui poteſt dice-
Pſal. 117. 14. re: *Fortitudo & laudatio mea Dominus.* Laudabitur tota die; quia honeſte egit, & opera ſua non abſcondit & crimina, ſed regi patefecit æterno, in die ambulans, non in tenebris & occultis.
Rom. 13. 13. Unde & Apoſtolus: *Sicut in die honeſte ambulemus*; hoc eſt, non in ganeis atque gurguſtiis, non in cubilibus & impudicitiis, in quibus flagitioſus C ſe putat parietibus eſſe tectum, ut poſſit Dei ſcientiam præterire; cùm invelata apud Deum univerſorum flagitia ſint, & occulta divinæ cognitioni peccata hominum eſſe non poſſint. Ergo ſanctus laudabitur in futurum; quia non quæſivit præſentium laudem, ſed gratiam futurorum.

23. Vide tamen diſtantiam. Hìc dum eſt, in Domino gloriatur: illic in Domino laudabitur, & pro brevi tempore mercedem æternitatis accipiet. Aquila tamen poſuit: *in Domino gloriabimur tota die.* Symmachus ait: *Deo hymnum dicemus per omnem diem.* Concordat omnium ſenſus,
* ut non deſinamus circa Dei laudes, ſive * hymnum dicendo, ſive divinam per omnia momenta gloriam concinendo. Qui enim hymnum dicit, puro corde & ſpiritaliter dicit, & omne genus paſſionis excludit humanæ; ut nullo mœrore, nullius doloris acerbitate impediatur ejus officium, exaſperetur ejus affectus: ſed hymnum Deo dicendo, immobilis atque irrevoca- E
Pſal. 33. 2. bilis perſeveret; ſicut ipſe David qui ait: *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo*; ſicut Job, qui amiſſis filiis, interem-
Iob 1. 21. tis omnibus ſuis, direptis facultatibus, ait: *Dominus dedit, Dominus abſtulit .... ſit nomen Domini benedictum.*

℣. 10. 24. *Nunc autem repuliſti & confudiſti nos. Et non progredieris Deus in virtutibus noſtris.* Cùm ipſe
Pſal 93. 14. ſanctus David alio loco dixerit: *Quia non repellet Dominus plebem ſuam*; quomodo hoc loco ait: F *Repuliſti nos*; præſertim cùm hæc de plebe dicat, cui non mediocria inſignia propriæ virtutis enumeret? Neque enim mediocre eſt dicere quod tempeſtates & variæ tentationes ſuper ſe vene-
Infra. 19. rint, & obliti non ſint dominum Deum ſuum, & inique non egerint in Teſtamentum ejus, &
Rom. 10. cetera quæ ſequuntur. Unde etiam Apoſtolus ſanctus interpretatur, & dicit quod eo uſque non repulerit plebem ſuam Dominus, ut poſue-
Eſai. 65. 2. rit loquentem eum: *Tota die expandi manus meas ad plebem non credentem, & contradicentem.* Cujus
Rom. 11. 1. ſermonis auctoritate ſubnixus ait: *Dico igitur: Numquid repulit Deus hereditatem ſuam? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abraham, de tribu Benjamin.* Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſcivit. Sed poteſt hoc loco dici quoniam ideo non repulit plebem; quia reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt. Et videtur in paucis non repuliſſe quidem populum; tametſi non totum populum, ſed ex eo plurimos repuliſſe. Unde addidit ponendo reſponſum Dei, [a] quod non ſolum in paucis ſervaverit Ibidem 4.
plebem, ſed etiam ſeptem millia virorum ſibi reliquerit, qui non curvaverunt genua ante Baal. Verùm fuerit hoc dictum ab Apoſtolo ſecundùm Evangelium; quoniam Dominus tranſierat ad gentes: reſponſi autem divini tempus referatur ad zelum adhuc fidei ferventem; quando etiam prophetarum gratia redundabat populo Judæorum. Unde ſi Eliæ tempore negavit Dominus à ſe plebem repulſam; multo magis tempore David, vel filiorum Core, quo adhuc fides electi populi prænitebat.

25. Tamen ut & ipſum ſanctum David interrogemus; quomodo Dominus plebem ſuam non repulerit, colligamus. Nam cùm ſit Deus appropinquans, non elonginquans; ſicut habet ſcrip- Hier. 23. 23.
tura veteris Teſtamenti; [b] utique qui appropiat, non repellit. EST ENIM miſericordiæ divinæ, ut nulli cauſa ſit mortis, & omnes putet eſſe redimendos. Sed vide ne ille repellatur, qui ſe elongat à Dominô, ſicut dicit David: *Quoniam ecce* Pſal. 72. 27.
D *qui ſe elongant à te, peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.* Quid eſt, abs te fornicantur? Quia turpitudinis ſuæ ludibriis te relinquunt, & à te recedunt, & à præceptis tuis devii ſunt. Denique alibi habes ſcriptum: *Adulteros* autem Hebr. 13. 4.
judicat Deus diſperdens eos à ſe. Repuliſti ergo, hoc eſt, alienando abs te perdidiſti eos. Ergo qui ſe à Domino ſeparat, ipſe à Domino ſeparatur: & qui non cognoſcit Dominum, à Domino non cognoſcitur: & qui ignorat, ignoratur; ſicut ipſe Dominus dixit: *Diſcedite à me omnes operarii* Matth. 7. 23.
iniquitatis, neſcio vos. Non enim ſcire dignatur injuſtitiæ miniſtros & iniquitatis auctores. Peccator ergo non repellitur; quia ipſe ſe repellit. Hoc igitur genere dicit: *Nunc autem repuliſti & confudiſti nos.*

26. Quomodo tamen repellat Deus, qui ſequitur verſiculus exponit. Quia *non progredieris*, inquit, *Deus in virtutibus noſtris.* Deus quando non adjuvat, repellere videtur. Unuſquiſque enim qui adjumenta non ſentit divinitatis ſibi opitulatione conferri, repulſum ſe putat atque deſertum. Quid eſt autem quod ait: *Non progredieris, Deus?* Et quid ſibi vult quod Deus interdum aut progredi dicitur, aut egredi, aut exſurgere, aut deſcendere? Non enim corporaliter Deus movetur, aut de aliquo loco exit, aut ad alterum tranſit, qui ſupra omnia eſt: aut vere exſurgit, quaſi in aliquo jaceat cubili, vel in aliqua ſede corporaliter ſedeat; ſed hæc dicuntur, ut tu intelligas quando & ad quem egredi dicatur, & ad quem exſurgere. Legimus enim in hoc ipſo pſalmo: *Exſurge,* Infra 23.
quare obdormis Domine? Et conſiderandum ne-

*. Hymnus ex Greg. Nyſſ. Tract. 2. in Pſal. cap. 3. eſt ἡ ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσιν ἡμῖν ἀγαθοῖς ἀνατιθεμένη τῷ Θεῷ εὐφημία. Sed nos de hoc alibi plura.

a. Mſſ. quinque Gall. *quod non ſolum in paucis ſervaverit, qui non curvaverunt genua ante Baal: verùm fuerit hoc* &c. Statuat prudens lector, num forte hæc lectio aliis præferenda ſit.

b. Codex. Reg. *utique qui appropiat, ut nulli cauſa ſit mortis* &c. Alii autem quatuor: *utique qui appropiat, ſic appropiat, ut nulli* &c.

quando noſtris improbabilibus actibus obdor- A mire videatur; ut in Evangelio legimus, cùm [Matth. 8. 14.] adbuc imperfecti eſſent apoſtoli, quod his Jeſus [Ibidem. 25.] Chriſtus dormiebat. Verùm ubi metu naufragii & timore perculſi ſunt, Chriſtum excitaverunt dormientem. Perfidis ergo dormit dominus Jeſus, fidelibus vigilat.

27. Denique & qui fidelis eſt, intrat ad Deum: & à negligente Deus videtur exire, atque diſcedere. Certe imperfectos & adhuc infirmos adtrahit ad ſe Dominus; ſicut legiſti dicentes juven- B [Cant. 1. 3.] culas: *Adtrahe nos, poſt odorem unguentorum tuorum curremus.* At vero Moyſes qui jam fortior erat, & electus à Domino, & adſcendere legitur, & intrare ad dominum Deum ſuum; ſicut ſcriptum [Exod. 24. 15 & ſeq.] eſt: *Quia adſcendit Moyſes in montem, & circumdedit lux montem, & deſcendit majeſtas Domini in montem Sina, & cooperuit eum nubes ſex diebus: & vocavit Dominus Moyſen die ſeptimo, de media nube. Adſpectus autem majeſtatis Domini tamquam ignis ardens ſuper verticem montis coram filiis Iſrael. Et* C *intravit Moyſes in mediam nubem.* Sicut ergo hîc Moyſes intrabat in nubem, ubi primùm ad montem vocatus à Domino eſt; ita in poſterioribus [Exod 33. 9. & 10.] perfectior, cùm ipſe intraret in tabernaculum ſuum, deſcendebat ad eum columna nubis, & ſtabat in oſtio tabernaculi; & ſtans totus populus adoraverunt unuſquiſque ad oſtium tabernaculi ſui: in nube autem Dominus; poſuit enim tenebras latibulum ſuum. Ut ſcias autem quia de [Exod. 33. 1.] Domino dicit: *Et loquutus eſt*, inquit, *Dominus ad* D *Moyſen.* Quod autem extra caſtra tabernaculum Moyſi poſitum eſſe commemoratur, ut occurreret Deo, non videtur eſſe contrarium; qui enim Deum quærit, quaſi ad Deum intrat, & tota mente ad cognitionem ejus ingreditur.

28. Juſtus ergo intrat ad Dominum; ſicut Moyſes intrabat in nubem: in nube autem Deus. [Eſai. 19. 1.] Denique: *Ecce Dominus venit in nube levi.* Et in [Matth. 6. 6.] Evangelio habes ſcriptum: *Cùm autem oras, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum* E *in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Ergo intus quaſi in cubiculo tuo Deus [Mich. 1. 3. & 4.] eſt. Audi etiam alibi, quia intus eſt Deus. *Ecce*, inquit, *Dominus procedet de loco ſuo, & deſcendet & adſcendet ſuper excelſa terræ, & movebuntur montes ſub eo, & valles liqueſcent.* Scriptura hoc dicit: & jam tunc ſignificabat quod deſereret populum Judæorum, & tranſiret ad gentes. Denique & in pſalmo hoc invenimus expreſſum, [Pſal. 18. 6.] cùm dicit David: *Et ipſe tamquam ſponſus proce-* F *dens de thalamo ſuo. Exſultavit tamquam gigas ad currendam viam.*

29. His igitur generibus reperimus egreſſum Dei, aut ejus ingreſſum; ſicut & dominus dicit [Apoc. 3. 20.] Jeſus quia ad virum timentem veniat. *Ecce*, inquit, *ſto ad januam, & pulſo: & ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit januam, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Hæc igitur diximus propterea quod ait Propheta: *Repuliſti nos, & non progredieris, Deus, in virtutibus noſtris.*

30. Simpliciter autem & illud accipiamus; quia Deus progreſſus eſt in virtutibus Judæo- A rum, quando Jeſus Nave ducem militiæ cæleſtis adoravit: & ideo ſine ferro vicit, & ſine ulla obſidione deſtruxit urbem Hiericho, quæ habebat validiſſimos muros. Quando enim progreſſus eſt in virtutibus ſervorum ſuorum Deus, victoria conſecuta eſt. Nam progreſſus eſt Angelus ad Ezechiæ preces, & ſtravit innumeras copias Aſſyriorum. Sed interdum & quos vult in certamine coronari Dominus, veluti derelinquit ad tempus; ut fide vincant, nec rebus ſecundis & B proſperis devotio remittatur. Denique ſæpe qui proſperorum curſu, & ſecundorum uſurpatione ceciderunt, corriguntur adverſis. Ideo frequenter invenimus Judæos poſt victoriam lapſos, poſt ſervitium correctos; quia precibus & deplorationibus Deum ad ſe redire fecerunt.

31. Unde & illud quod ſecundùm hominem dictum eſt, & hominis affectum, huic ſententiæ non repugnat; quia dixit Dominus: *Deus, Deus* [Pſal. 21. 2.] *meus reſpice me; quare me dereliquiſti?* Non quod C derelictus ſit Dominus, qui ait alibi: *Quoniam* [Johan. 16. 32.] *ſolus non ſum, quia Pater mecum eſt*; ſed quia ſecundum carnem hominis & affectum, qui in certamine gravi eſt conſtitutus, derelictus videtur à Domino. Denique non otioſe ait Scriptura, quia [Luc. 4. 13.] poſt tentationem primam diſceſſit ab eo diabolus uſque ad tempus, hoc eſt, uſque ad certamen; ubi enim magnum certamen ſacræ paſſionis advenit, iterum adverſarius ad tentamenta ſucceſſit: homo autem quando velut in ambiguo conſtitutus D eſt, putat ſe à Deo ſuo eſſe deſertum. Sed quemadmodum hoc ſecundùm carnis affectum accipimus; quia ſibi homo viſus eſt derelictus, [a] cujus proceſſum operatus eſt Chriſtus in corpore ſuo: ita etiam divinitate ſciebat ſe numquam derelinqui à Patre; quia ipſe dixit: *Ego in Patre, & Pa-* [Johan. 14. 10.] *ter in me*; & ſolum ſe non eſſe ſignavit.

32. Subſtituit etiam verſiculum iſtum: *Aver-* [℣ 11.] *tiſti nos retrorſum præ inimicis noſtris.* Non eſt bene, qui retrorſùm avertitur; quia *nemo mittens* [Luc. 9. 62.] E *manum in aratrum, reſpiciens retro, habilis eſt regno Dei.* Denique uxor Lot quia retro reſpexit, ad verticem montis, hoc eſt, ad ſuperiora pervenire non potuit; ſed in ſalem converſa eſt, quæ ſpecies cito ſolvitur, nec poteſt uſum habere diuturnum. Sic ſunt qui temporalia ſequuntur, & non ſequuntur æterna: & hic infatuantur à ſtultitia ſua, & futurorum gratiam habere non poſſunt. Sunt tamen qui retro poſiti obliviſcuntur ſuperiorum, & ad priora ſe extendunt, ut ad bra- F vium valeant pervenire. Et Petro dicitur: *Vade* [Marc. 8. 33.] *retro me, ſatana*; ut in melius provocetur. [a] Et in numeris prior eſt, qui poſt Chriſtum eſt. Ideo ergo *præ inimicis*; quia illi nos affligunt, & illi inſectantur. Retrorſum nos eſſe voluiſti; ut extendamus nos ad ſuperiora, ut ſemper ante nos adtendamus, perſequentes inimicos noſtros, & eorum locum tranſire cupientes.

33. Denique ſic Theodotion habet, quomodo Septuaginta viri; hoc eſt, quomodo iſte verſus expoſitus eſt. Aquila habet: *Avertiſti nos retro ab affligente.* Symmachus: *Ordinaſti nos noviſſimos ab omni adverſario.* Contraria nobis quæ ſunt; ni-

a. Hoc loco id ſignificat Ambroſius Chriſtum gradus omnes ac notas humanorum affectuum, innoxiorum videlicet, in humanitate ſua ſuſcepiſſe, & præ ſe tuliſſe.

a. Edit. Rom. *Et in numero prior eſt.* Aliæ, atque mſſ. *Et in numeris* &c. Quid ſi conjunctim legeretur, *innumeris*?

A ſi voluptuaria iſtius ſæculi, & plena deliciarum atque laſciviæ, & quæ ſunt incentiva luxuriæ? Uxor Lot decepta eſt; quia poſt ſe habebat luxuriam Sodomitanorum, & regionis ejus illecebras. Unde decepta eſt? Quia poſt ſe reſpexit. Et tu ergo ne ad inimicos tuos reſpicias, poſuit te Deus noviſſimum in ſæculo. Vel: Qui humilitate ſe ultimum facit, non convertitur retro; ſed ſemper ante reſpicit. Ut ſcias autem qui ſint inimici tui, audi dicentem: *Audi, Iſrael .... Quid eſt quod in terra es inimicorum .... pollutus es cum* B *mortuis?* (*Baruc 3. 9. 10. & 11.*) Quis tamen tam inimicus & hoſtis tuus, quam princeps iſtius mundi, & ejus ſocii, qui perſequuti ſunt uſque ad crucem dominum Jeſum, ejus potentiam neſcientes? Si enim cognoviſſent, numquam Dominum majeſtatis crucifixiſſent. Ergo tu etſi noviſſimus es, noli inimicos tuos ſequi; ſed ſequere dominum Jeſum, & crucem ejus cum lætitia, & inſiſte veſtigiis ejus. Qui enim Chriſtum ſequitur, poſt ſe non reſpicit; id eſt, ad luxurias atque illecebras peccato- C rum; & ideo poteſt dicere cum ſanctis: *Non receſſit retro cor noſtrum.* (*Infra. 19.*) Unde intelligitur quod & is qui ante inimicos ſuos eſt, corde ſit noviſſimus atque poſtremus; ſi ad illos reſpiciat, & carnalibus potius, quam ſpiritalibus affectu mentis intendat. Poteſt etiam qui noviſſimus eſt, corde prior eſſe; ſi ea quæ in cælo ſunt, conſideret, & non quæ in terris. Audi quia noviſſimus in ſæculo, inter primos ſit apud Chriſtum. *Puto quia Deus nos apoſtolos noviſſimos oſtendit, ſicut morti deſtina-* D *tos; ut ſpectaculum ſimus huic mundo, & Angelis & hominibus.* (*1. Cor. 4. 9.*) Noviſſimum ſe dixit, & idem tamen quod primus eſſet oſtendit, cùm dicit: *Noſtra autem converſatio in cælis eſt.* (*Philip. 3. 20.*)

34. Sequitur: *Et qui oderant nos, diripiebant ſibi. Dediſti nos tamquam oves eſcarum; & in nationes diſperſiſti nos.* (*ỳ. 12.*) Miraris forſitan quod cùm in poſterioribus, ut diximus, ſummam habeant fidei conſtantiam qui loquuntur; hîc dicant quod ab iis qui oderant eos, diripiebantur: ſed non te iſta E perterreant. Multi enim hîc diripiuntur; & tamen merita eorum à Chriſto non queunt ſeparari. Rapiebantur apoſtoli, cædebantur virgis, in carcerem trudebantur, ſeparabantur à ſe, & tamen cum Chriſto manebant: immo hoc ipſo quod rapiebantur à perfidis, eorum merita creſcebant, & gratia in cæleſtibus augebatur. Non enim ſtatim qui ab hominibus diripitur, etiam vincitur. Vide apoſtolum Paulum gratulatum in periculis ſuis: vide gloriantem, quod per feneſtram in F ſporta demiſſus ſit. Vide quemadmodum ſanctus Hieremias, ſanctus Ezechiel, ſanctus Daniel in captivitatem deducti, & ab Aſſyriis direpti, nullam tamen captivitatem propriæ fidei pertulerunt: nec in Teſtamentum Domini deliquere, qui ſervaverunt in captivitate etiam legis præcepta divinæ, nec de interdictis cibis putaverunt contra inſtitutionem majorum aliquid uſurpandum.

35. Unde bene Theodotion dixit: *Et qui oderant nos, exſultabant ſuper nos;* inſultatio enim inimicorum non adfert præjudicium bonis mentibus, ſed nec direptio inimicorum. Ideoque ſanctus dicit, qui certus eſt quod direptio ſibi obeſſe A non poſſit: *Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia?* & cetera: *Sed in his omnibus ſuperamus & ſupervincimus per eum qui dilexit nos: ſcientes quod neque mors, neque vita, neque Angelus, neque Poteſtates, neque præſentia, neque futura .... ſeparare nos poſſint à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.* (*Rom. 8. 35. & ſeq.*) Ergo qui talis eſt, non ſeparatur à Chriſto. Unde etiamſi corporaliter diripiatur, ſpiritaliter tamen liber eſt: & non ſolum direptioni obnoxius non eſt, ſed etiam rapi- B nam ſibi laudabilem quærit; ſicut illi de quibus ſcriptum eſt: *A diebus Iohannis Baptiſtæ regnum cælorum cogitur, & cogentes diripiunt illud.* (*Matth. 12. 12.*) Victor eſt itaque qui in terrenis poſitus [a] captivus perfidiæ eſſe non novit; nec ſolum ei non diripitur quod præclarum eſt, ſed magis ipſe diripit quod æternum eſt.

36. Sunt etiam qui fiant oves eſcarum. Bonus dominus noſter Jeſus Chriſtus quia factus eſt ovis epulationis noſtræ. Quæris quomodo factus C ſit? Audi dicentem: *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* (*1. Cor. 5. 7.*) Et conſidera quemadmodum parentes noſtri in figura diripientes agnum manducabant ſignificantes domini Jeſu paſſionem, cujus quotidie veſcimur ſacramento. Per ipſam igitur ovem facti ſunt *greges eſcarum*; ſicut Aquila dixit: vel, *greges in eſcas*; ſicut Theodotion loquutus eſt: vel, *paſcua edentium*; ſicut Symmachus dixit. Sed bona epulatio non ſolum non eſt metuenda ſanctis, ſed etiam concupiſcenda. Aliter D enim ad regnum cælorum non poteſt perveniri; cùm ipſe Dominus dixerit: *Niſi manducaveritis meam carnem, & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam æternam.* (*Iohan. 6. 54.*) Probatum eſt igitur quod Dominus noſter ſit cibus, ſit epulatio, vel alimentum edentium; ſicut ipſe ait: *Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi.* (*Ibidem 51.*)

37. Et ut ſcias quia hæc omnia propter nos facta ſunt, ex quo ille deſcendit, ex illo ſanctus ait: *Nos omnes unus panis ſumus.* (*1 Cor. 10. 17.*) Non ergo timea- E mus, quia facti ſumus oves eſcarum. Sicut enim Domini caro, & ſanguis ipſius nos redemit; ita etiam Petrus pro Eccleſia multa toleravit. Multa etiam ſanctus apoſtolus Paulus, & ceteri apoſtoli pertulerunt; cùm cæderentur virgis, cùm lapidarentur, cùm in carceres truderentur. Illa enim tolerantia injuriarum, & uſu periculorum Domini fundatus eſt populus, & Eccleſia incrementum eſt conſecuta; cùm ceteri ad martyrium feſtinarent, videntes per illas paſſiones F nihil apoſtolorum deceſſiſſe virtutibus: ſed etiam propter hanc brevem vitam immortalitatem illis eſſe quæſitam.

38. Quod oſtendit etiam qui ſequitur verſiculus, quia dixerunt: *Et inter gentes diſperſiſti nos.* (*ỳ. 12.*) Similiter Theodotion dixit: Aquila autem & Symmachus: *In gentibus*, aut *inter gentes ventilaſti nos.* Miſſi ſunt enim ſancti apoſtoli ad gentes, & diſperſi ſunt inter gentes, ſicut & prophetæ ſancti, de quibus ſupra diximus; ut illa diſperſione fructus plurimi naſcerentur. Ut enim dominus noſter Jeſus Chriſtus ſicut granum cecidit in terram, & mortuus eſt, ut multum fructum adferret: ita etiam diſperſi ſunt apoſtoli ſancti, ut bonum inter gentes ſemen adferrent; quo ad eorum ſimilitudi-

a. Mſſ. aliquot, *captivus per fidem eſſe non novit.* Haud male, ſi modo, *per fidem*, ſumatur pro, *fidei ope ac præſidio.*

nem fructus gentium pullularet. Denique Scri- A
Johan. 15. 16. ptura hoc dicit dixiſſe Dominum: *Quia propterea vos miſi, ut vos eatis, & fructum plurimum adferatis, & fructus veſter maneat.* Factus eſt ergo
dominus Jeſus Chriſtus ſicut ſemen, ſecundùm
Gen. 17. 8. quod dictum eſt ad Abraham: [a] *Et ſemini tuo;*
quod eſt Chriſtus. Semen ergo omnium Chriſtus. Et ideo ſe cadere paſſus eſt & ſpargi, ut conforme corpori ſuo transfiguraret corpus humilitatis noſtræ. Hoc ergo ſemen ſalutare omnibus
hominibus pullulavit, & ex illo ad ejus imaginem B
figurati, quaſi ſemina apoſtoli ſancti miſſi ſunt per
diverſa atque diſperſi, [b] ut in agrum Eccleſiæ gentes congregatæ diverſis fructibus refulgerent toto orbe terrarum. Iſtæ ergo diſperſiones dicuntur; ſicut etiam in poſterioribus idem David di-
Pſal. 146. 2. cit: *Ædificans Hieruſalem Dominus, & diſperſiones Iſrael congregans.* Diſperſi ſunt enim ut novos
fructus facerent, & poſtea veluti triticum novum Eccleſiæ horreis inveherentur.

39. Hæc autem diſperſio non in inferioribus C
fit; hoc eſt, non in terra, ſed in cælo. Denique
Legis hoc præcepta confirmant, per quam dicit
Deut. 30. 4. Dominus: *Si fuerit diſperſio tua à ſummo cælo uſque ad ſummum cæli, inde congregabo te, dicit Dominus.*
Quæ eſt diſperſio à ſummo cælo uſque ad ſummum cælum? Quis iſte tantus, qui ſic potuerit
diſſeminari? Si homo, in terra natus eſt: ab imo,
non à ſummo cœpit. Si iſta te movent, atque perturbant, redi ad ſuperiora iſtius ſancti prophetæ,
& audi quis ille ſit tantus qui hujuſmodi in terris D
ſegetes fœcundavit; ut fructus earum ad cæleſtia
receptacula perveniret. Eſt autem ille ſponſus
qui quaſi gigas percucurrit hanc viam totam, inviam aliis, ſibi perviam: & ex illo cœpit pervia
jam eſſe mortalibus; ita tamen, ut iſti adſcenderent: ſolus tamen ille ipſe ante deſcenderet, ut
poſtea ſancti ejus mererentur adſcendere. Audi
ergo quomodo diſſeminatio fuerit de cæli ſum-
Pſal. 18. 7. mo ad cæli ſummum. *A ſummo,* inquit, *cælo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus.* Cui E
homini hoc poſſit adtribui? Moyſes vix in verticem Sinæ montis adſcendit, & hoc quia vocatus
à Domino eſt, & hortatus eſt voce cæleſti. A
ſummo cælo quis deſcenderet niſi Chriſtus, qui
& cùm deſcendit in terras, manebat in cælo?
Johan. 3. 13 *Nemo* enim *adſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis qui eſt in cælis.* Vides ergo quia
& cùm deſcenderet & adſcenderet, ipſe erat &
Hier. 23. 24. manebat in cælo. Ipſe enim dixit: *Cælum & terram ego compleo, dicit Dominus.* Ipſe eſt, qui eſt in F
cælo. Hæc de diſperſione ſatis dicta ſint.

40. Ceterum quod ait: *ventilaſti nos;* etſi verbo diſtat, ſenſu congruit. Sicut enim illi qui diſperſi ſunt, probati ſunt: ita etiam qui ventilati
ſunt, ad probationem pervenire meruerunt. Sicut
enim triticum ſi ventilatur, & à paleis ſeparatur,
mundum eſt: ſi autem ventilatum non fuerit,
mundum eſſe non poterit; ſed exſtat paleis concretum atque permixtum: ita etiam homo niſi
tentationibus fuerit ventilatus, fragilia quæque
veluti paleas à ſe non poteſt ſeparare. Unde A
etiam ad Petrum dictum eſt: *Simon, ecce ſatanas expoſtulavit, ut ventilet vos ſicut triticum: ego autem rogavi Patrem meum, ut non deficiat fides tua.* Vide Luc. 22. 31. & 32.
quid dicit, & intellige. Ventilatur Petrus, ut
Chriſtum negare cogatur. Incidit tentationes,
quædam locutus eſt quaſi plena palearum: ſed
locutus eſt verbo, ut fundatior eſſet affectu. Denique flevit, & paleas ſuas lavit, & illis tentationibus meruit, ut pro ſe Chriſtus interveniret.
Quanto majus eſt patrocinium, quam perturba-
B tionis illius tentamentum? Et ideo plus quam
paſſus eſt, adquiſivit; adquiſivit enim Chriſtum
ſibi patrocinantem. Cogitur autem adverſarius
ſanctos Domini ad ſua damna tentare. Dum
enim tentat, meliores reddit; ut qui tentatur,
poſſit & alios inſtituere, qui ſibi ipſe invalidus
videbatur. Denique Petrus Eccleſiæ præponitur, poſtquam tentatus à diabolo eſt. Ideoque
ante ſignificat Dominus quid ſit illud, quod poſtea eum paſtorem elegit Dominici gregis. Nam
C hunc dixit: *Tu autem converſus confirma fratres tuos.* Ibidem. 32.
Converſus eſt ergo ſanctus apoſtolus Petrus ad
bonam frugem, & ventilatus eſt ſicut triticum;
ut eſſet ipſe cum ſanctis Domini unus panis, qui
nobis eſſet alimentum. Dum enim Petri actus legimus, Petri præcepta cognoſcimus, fit nobis vitæ æternæ & ſalutis alimentum.

41. *Vendidiſti,* inquit, *populum tuum ſine pretio.* ℣. 13.
Emendi & vendendi videtur æqualis quidam eſſe
contractus: ſed tamen ſi ementis & vendentis af-
D fectum conſideres, unuſquiſque ſibi viliorem vendit, & complacitum emit. Ut enim præter id
genus hominum loquamur, qui negotiationem
vendendis mancipiis exercent; non facile quiſquam vendit niſi eum, qui ſibi diſpliceat, &
quem uſui ſuo inhabilem putet: & iterum, unuſquiſque emere deſiderat eum, quem utilitati vel
miniſterio accommodum judicaverit. Sed & ipſi
qui in vendendis mancipiis ſumtum exercent
ſuum, & ſectantur lucra; utique ita viles habent
E eos, quos vendunt, ut eis viliores ſint quam pecunia: & ſæpe etiam ipſi quos negotiationi ſuæ
magis habiles æſtimaverint, malunt tenere,
quam vendere.

42. Ita ergo & Deus viliorem vendidit, potiorem emit. Vendidit populum Judæorum, non
inclementia Dei, ſed ſua culpa; quibus recte dicitur: *Ecce peccatis veſtris venditi eſtis, & propter iniquitates veſtras dimiſi matrem veſtram.* Hoc ita- Eſai 50. 1.
que genere venditus populus Judæorum, emtus
F eſt populus Chriſtianus: ille peccato venditus,
hic emtus ſanguine. Unde Petrus ait: *Pretio emti eſtis, non corruptibilibus argento, vel auro emti eſtis .... ſed pretioſo ſanguine.* Quis eſt ſanguis pre- 1. Pet. 1. 18. & 19.
tioſus, niſi Agni illius immaculati, hoc eſt, domini noſtri Jeſu Chriſti? Ergo ſine pretio populus Judæorum, pretioſus autem populus Chriſtianus. Ille pretium non habet; quia peccatum habet: iſte in pretio eſt, cui peccatum remiſſum
eſt. Unde recte Eccleſiæ filiis dicitur: *Pretio emti eſtis, nolite fieri ſervi hominum.* Si tibi dicitur, ne 1. Cor. 7. 23.
ſervus fias hominum, & perdas propriam liber-

a Huc edit. Rom. inſeruerat: *Multiplicabo ſemen tuum; quod interpretatus Apoſtolus dixit*, quæ nuſquam alibi reperiuntur.

b Sic edit. ac duo mſſ. At vero in quinque aliis legas: *ut in agrum Eccleſiæ ex gentibus congregata diverſis . . . Iſti ergo diſperſiones* &c. Bene ſi ad apoſtolos referas; ſicut & quod ſexdecim poſt lineas, ubi edit. & aliqui mſſ. habent: *ſegetes fœcundavit, ut fructus earum*, iidem quinque præferunt . . . . . *ut fructus eorum.* Haud male, poteſt enim & hic ſyllepſis eſſe in voce, *ſegetes*, qua vel apoſtoli, vel populi ab ipſis converſi deſignentur.

tatem; multo magis dicitur tibi, ne ſervus fias peccati. Et iterum, ne ſervus fias ſerpentis inimici & adverſarii: ſed ſervias ſoli Domino, qui propria te redemit caritate; quia ipſe eſt ſuorum redemtio ſervulorum.

43. Non vendit ergo Dominus niſi ſervum malum: non vendit utique bonum. Nam etſi Juſeph venditus eſt, non dixit tamen Propheta: A Domino venditus eſt Joſeph; ſed: [Pſal. 104. 17.] *In ſervum venditus eſt Ioſeph*, quem fratres proprii vendiderunt: quem Dominus tamen in figura propriæ paſſionis redemit à ſervitute, renovavit ad gratiam. Vendiderunt itaque eum fratres, & acceperunt pecuniam: ſed Dominus eum non ſolum libertati reddidit, ſed etiam dignitate cumulavit. Figuram autem in eo fuiſſe domini Jeſu oſtendit Scriptura, quæ dicit: [Gen. 49. 22.] *Filius meus zelo appetitus . . . . ad me revertere*. Et alibi: [Deut. 33. 17.] *Primogenitus tauri decus ejus*; eo quod exaltaverit Deus Pater cornu Chriſti ſui.

44. Qui ergo venditur, vilis & ſine pretio eſt; quaſi qui magis non ſit, quam qui ſit. Unde & Aquila dixit: *Tradidiſti populum tuum, ut non eſſes*. Et Symmachus: *Tradidiſti populum tuum ſine ſubſtantia*. Non ſunt enim, qui repudiantur à Chriſto: ſunt autem qui eliguntur à Domino; quoniam Dominus vocavit quæ non ſunt, tamquam quæ ſunt: & electæ ſunt gentium nationes; ut deſtrueretur perfidia Judæorum. In nihilum ergo traditus eſt ille populus, quia peccato ſuo venditus eſt; nullam enim habet culpa ſubſtantiam.

45. [℣. 13.] Unde dictum puto: *Et non fuit multitudo in commutationibus eorum*; hoc eſt, gratis nos diſperſiſti per nationes. Neque enim tu quidquam per commutationem accipis, ut animam tradas hominis; nihil enim tibi gratius eſt animæ converſione: ſed ſi converti detrectat, ipſa ſe tradit in nihilum; ut peccato & flagitio mancipetur. Ideo tu ſine pretio & ſine commutatione degenerem populum vendidiſti. Unde in poſterioribus ait: [Pſal. 54. 20.] *Non enim eſt illis commutatio*. Quare non eſt illis commutatio? [Ibidem.] *quia non timuerunt*, inquit, *Deum*.

46. Duplex autem intellectus quare commutationem non habuerit populus erroris; quia non poteſt homo argento, vel auro, vel poſſeſſionibus redimere animam ſuam. Quam enim dabit commutationem animæ ſuæ, cum illa temporalia vel caduca ſint: anima autem permaneat vel ad præmium, vel ad pœnam? Non fuit autem illa commutatio etiam in impiis, quæ eſt in reſurrectione, de qua dicit Apoſtolus: [1. Cor. 15. 51.] *Omnes reſurgemus, non omnes immutabimur*. Poteſt quoque & ſic intelligi, quia etſi pauci redemti immutari meruerunt; ut Abraham, Iſaac, Jacob, Moyſes: non tamen ad omnes commutatio ipſa pervenit. Eſt etiam illud, ut non ſit multitudo in commutationibus gravium peccatorum, ſecundùm quod ſcriptum eſt, quia [1. Tim. 5. 24.] *quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia in judicium: quoſdam autem & ſubſequuntur*. Quæ gravia ſunt atque manifeſta, præcedunt, & ſine ulla dubitatione merguntur: quæ autem leviora ſunt, bonis operibus ſæpe relevantur. Beati enim quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Ubi autem iniquitas propendet, nulla bonorum operum commutatione revocatur.

47. Ergo & ſi quis redemtus eſt de populo Judæorum, non ideo redemtus; quia multam habuit æſtimationem ſui, nec quia multitudinem habuit in commutatione ſua: ſed redemtus eſt gratis; quod te docet Apoſtolus dicens: *Reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt*. [Rom. 11. 5.] Ubi autem gratiâ, non utique merito operum, nec juſtificatione virtutum: ſed liberalitate donantis, electione redimentis; quod æque Scriptura te docuit, dicente apoſtolo Paulo: *Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non eſt gratia*. [Ibidem. 6.] Quid ergo quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus? Quare non ſit conſecutus, agnoſce; quia ſe juſtificare cupiebat, quia operum ſuorum jactantiam requirebat, quia fidem non detulit, nec gratiam recognovit. Et ideo electio conſecuta eſt, quæ vocantem audivit, [a] advenientem ſuſcepit.

48. Merito ergo in perſona populi illius dicitur: *Poſuiſti nos in opprobrium vicinis noſtris: illuſionem & deriſum iis, qui ſunt in circuitu noſtro*. [℣. 14.] Qui ſunt iſti finitimi, & quemadmodum ad viciniam Iſraelitæ populi pertinuiſſe videantur, non eſt facile diſcernere; ſi ſpiritalis vicinia requiratur, habens quoddam lumen cognitionis ad inveſtigandum myſterium Chriſti: præſertim cùm in ipſo libro Salomonis qui ſcribitur Eccleſiaſtes, didicerimus quia quo magis quæritur ſapientia, eo profundior judicetur. Sic enim ſcriptum eſt: *Dixi, ſapientiam requiram, & ipſa longe facta eſt à me, longe magis quam erat: & in profundo altitudinem quis inveniet ejus?* [Eccl. 7. 24. & 25.] Unde diffidentia oboritur mihi ſcrutari divinitus ſpirantis Scripturæ myſteria, & ejus examinare ſermones: quod ille digne potuit, qui inter perfectos ſapientiam loquebatur. Ego perfectos video, nec immerito perfectos dixerim; cum videam vos ſenſus exercitatos habere, ad diſcretionem boni & mali: ſed & ipſe tamen qui ſciebat ſolidiores capere cibos, adjumenta quærebat, ut in eo verbum Domini curreret. [2. Theſſ. 3. 1.] Nec iſte quoque ſine precatione hoc potuit uſurpare, ut laudatio ejus jucunda fieret Deo; [Pſal. 146. 1.] non enim uſurpantis, ſed precantis adſertio eſt.

49. Tamen ne penitus refugiſſe videamur, conſideremus qui vicini tribubus fuerint Judæorum. Nam ut vetera recenſeamus, Philiſthiim tribui Judæ finitimi habebantur: ex alio latere iidem tribui Ruben appropinquabant. Ammonitæ quoque in deſerto erant: & qui erant in finibus Tyri & Sidonis, Galilææ copulabantur; hoc eſt, tribui Zabulon, & tribui Nephthalim, quæ erant in Galilæa; ſicut Eſaias dixit: *Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Jordanem*. [Eſai. 9. 1.] Unde poteſt quis colligere, quæ propriæ

a Rom. edit. ſola, *audientem ſuſcepit*. Huic quidem loco non nihil offuſum eſt obſcuritatis, ſed quam nulla ex parte mutatio illa diſcutiat. Putamus autem ſervata mſſ. & ant. edit. lectione eam facilius poſſe depelli. Quippe ex orationis ſerie id intelligere haud ægre licet eos ex Iſraelitis qui juſtificati ſint, atque eos qui non pervenerint ad juſtificationem inter ſe opponi: doceri que alios, quod eam operum ſuorum fiducia pleni quærerent, repudiatos: auditos vero & ſuſceptos alios, quod electionem gratiamque divinam invocarent, atque ad eas accederent, humilitatis ſcilicet, grati animi, fideique miniſterio.

tas uniuſcujuſque ſingularum fuerit tribuum, A ut certis quibuſque finitimis jungerentur; quo paulatim etiam gentibus infunderetur cognitio cæleſtium ſacramentorum. Quod utique poteſt intelligi de illa muliere Chananæa, quæ exivit de finibus ſuis, ut domino Jeſu occurreret tranſeunti, & poſthabitis ſimulacris ſuis, adoraret verum ſalutis auctorem: cui teſtimonium dedit dominus noſter Jeſus Chriſtus, quod magna eſſet fides ejus. Reſplendebat quidem jam gratia
a Evangelii, & præſentiæ [a] lumen auguſtæ: ſed ta- B men quia ſponte exivit, & miſericordiam poſtulavit, & Dominum pia voce confeſſa eſt, & quaſi faſtidio habita, in clamore petitionis propriæ perſeveravit; non mediocrem prærogativam accepit iſtiuſmodi mulier, quæ prima exivit de gentium nationibus, & perſeveranti obſecratione tantum Domini teſtimonium meruit reportare.

50. In quo quidem loco velut dubitaſſe quoſ-
Matth. 15. 24. dam cognovi, quid ſit quod ait: *Non ſum miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael*; quaſi nobi- C litatem generis electi ad ſalvandas animas Dominus quæſiſſe videatur, qui venit ut omnes redimerentur. Sed oſtendere dignatus eſt propoſitum, quod eos quos primo elegerat, nequaquam refutare cupiebat; & ſæpe devios & errantes tamen paterno quodam revocare quærebat affectu. Sed ubi ipſi auctorem proprium reliquerunt,
b ſciens ſe Deum montium eſſe non vallium, [b] & regnum cælorum non à faſtidientibus, ſed à cogentibus diripi, paulatim converſus ad gentes D eſt; ut & nationum plus probaretur affectus, & illorum merito pertinacia condemnaretur.

Matth. 15. 26. 51. Quid deinde ſibi vult quod ait: *Non licet accipere panem filiorum, & mittere catulis?* Utique filios dixit Iſraelitas, hoc eſt, populum Judæorum: catulos autem populum nationum. Quid ergo? Divitum aut nobiliorum eſt accipere ſacramenta cæleſtia, & non eorum qui magis ad cognitionem myſterii cæleſtis pio mentis fervore contendant? Et ſi Iſraelita fuerit aliquis re- E miſſus & negligens, vel contumax, qui rejiciat poſt ſe ſermones Dei: Chananæus autem qui impigre velit adquirendis mentem intendere ſacramentis; ille potius qui diſſimulat, quam iſte qui defert ſtudium, præferendus eſt? Non utique. Et ideo diligenter oportet intendi quid expreſſerit, qui cùm dixiſſet: *Non licet accipere panem filiorum, & mittere catulis*; reſpondente Cha-
Ibidem. 27. nanæa: *Quia & catuli canum edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum*; ſtudium ejus F humilitatemque laudavit, quæ non ſibi profundum ſapientiæ à primordio vindicavit; quamvis de finibus Tyri & Sidonis jam eſſet egreſſa: ſed micas quaſdam verbi ſalutaris quæ de menſa dominorum ſuorum caderent, crederet colligendas. Qui enim diligenter & ſubtiliter Scripturæ verba rimatur, is ad altitudinem myſteriorum
Ibidem. 28. pervenire conſuevit. Unde & huic dicitur: *Magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis*; hoc eſt, ut aperiatur tibi oſtium verbi, & refulgeat vitæ æternæ ſalubre myſterium.

52. Ergo qui vicinus eſt, exeat, & Chriſtum videre deſideret, & in oratione clamet; ſicut iſta Chananæa exivit de finibus ſuis, & Chriſtum vidit, & jugi voce clamavit, ut ejus miſericordiam reportaret. Credentibus itaque Chananæis Judæus in opprobrio ſit; quia ipſe non credidit: & illudi ſibi doleat, & derideri ſe ab iis qui in circuitu ſunt, ingemiſcat.

53. Et videtur prophetia hæc eſſe de nationibus credituris; maxime cùm ſequentia iſtud oſtendant, quia ait: *Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus, commotionem capitis in populis*; quia Judæorum delicto ſalus gentibus: & quæ illis in figura geſta ſunt, ad cognitionem noſtram profeciſſe, Apoſtolo auctore, cognovimus. Et vere in op- 1. Cor. 10. 11.
probrium poſiti ſunt gentibus; quia gentes opprobrium crucis Dominicæ omnibus divitiis ſæcularibus prætulerunt. Qui autem crucem illam putavit opprobrium, & quaſi opprobrium refugit, is vere in diuturno manſit opprobrio. Tamen quia non ſecundum carnem Iſraelitæ videntur, qui potuerunt dicere: Quia inique non egimus in Infra. 19.
teſtamento Domini: nec receſſit retro cor eorum à Domino; vide ne iis ſe in circuitu poſitis illuſioni & deriſui fuiſſe commemorent, de quibus dicit Dominus: *Circumdederunt me vituli multi*. Circum- Pſal. 21. 13.
dederunt enim eum perſecutores, quando ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ ſubiit paſſionem. Unde & alibi ait: *Circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini ultus ſum in eos*. Ideo Pſal. 117. 11.
melius eſt viam rectam tenere, in qua facinoroſi ambulare non poſſunt. Cito cadunt, quia non in directione ambulant. Unde & illi quando voluerunt Jeſum dominum comprehendere, ubi reſpexit eos, ceciderunt. Propter hos igitur qui in circuitu ambulare conſueverunt, Angelum Dominus appoſuit, qui à tergo inſidiantes repellat inimicos. Prætendit igitur Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eos tuetur atque cuſtodit. *In circuitu* enim *impii ambulant*; ſicut Pſal. 11. 9.
ſcriptum eſt. Vide itaque diſtantiam. Impii in circuitu ambulant: Angelus autem prætendit in circuitu eorum, qui non ambulant in circuitu; & ideo prætendit, ut eruat juſtos ab inſidiis perſequentium. Juſti ergo ſpiritales Iſraelitæ videntur eſſe qui hæc loquuntur, eo quod tentationibus ſæculi ſubjacuerint, & opprobrium fuerint vicinorum; hoc eſt, eorum qui Hieruſalem patriam non incolebant. Illuſioni etiam fuerunt ſpiritalibus nequitiis & poteſtatibus, contra quas juſtis lucta eſſe conſuevit. Denique hiſtoria te doceat quod abducti Judæi in Babyloniam, etſi propter peccata ſua videbantur eſſe ſubjecti, tamen multo meliores gentibus habebantur. Pejores enim erant in circuitu eorum, qui inſultabant eis, cùm ipſi peccatorum gravium eſſent mole curvati.

54. Primus ergo intellectus de captivis patribus uſurpandus eſt, quibus inſultaverunt Aſſyrii, illudentes eis in Babylonia: quibus etiam rex ille nequiſſimus dominabatur Nabuchodonoſor. Secundus intellectus ad altiora referendus eſt, quod ſæviſſimus rex diabolus eſt: ipſe eſt Aſſyrius

a. Reg. cod. cum quibuſdam edit. Pariſ. *lumen aucloris*.
b. Expunxerat edit. Rom. *non vallium*, quod in aliis atque omnibus mſſ. habetur. Alludit autem ad locum 3. Reg. 20. 28. unde tamen verba illa ſuſtulit lib. De *Nabuthe* cap. ultimo, num. 72. quem conſule. Quod vero pro, *colentibus*, ut legitur in cunctis mſſ. ac vet. edit. in textu; reſtituit, *cogentibus*, id cum eædem edit. in margine exhibent, tum S. Doctoris adſtruit conſuetudo. Is enim manifeſte hic alludit ad illud Matth. 11. 12. *& violenti rapiunt illud*, ubi nunquam non legit, *cogentes*, pro, *violenti*.

Nabucbodonoſor, qui bonis inſidiari ſolet; ut A eos in peccatum trahat per carnis illecebram. Adtende igitur hunc regem eo loco, ubi dicit Rom. 7. 23. Apoſtolus: *Video legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captivum me ducentem in lege peccati*; boc eſt, in illa lege carnalis illecebræ. Adverſarius leo eſt, qui urget obnoxios, juſtos fatigat. Unde pulcre poſuit Aquila: *Spretionem & pompam poſuiſti nos iis, qui in circuitu noſtro ſunt.* Ita enim deſpicabiles æſtimabantur, qui theatrum facti ſunt huic mundo, & Angelis & homi- B nibus; quia etſi in Teſtamento non peccent Dei, nec carnis illecebris reflectantur à Domino; tamen quaſi in pompa quadam circumferri videntur & deſpici: quandoquidem peccatores humilitati juſtorum inſultare conſueverint; ut opprobrium ducant crucem domini Salvatoris, bumilitatemque juſtorum. Denique quaſi in quadam pompa theatri conſtitutus Apoſtolus 2 Cor. 12. 10. dicit: *Placeo mihi in injuriis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis.* Io iſtis placet ſibi, qui C omnia quæ mundi ſunt, detrimentum putat; ut Chriſtum lucrifaciat, ſolum per vitam, & mortem requirens: cui vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum, ut inveniatur in Chriſto.

55. Adjiciunt adhuc iſti Iſraelitæ dicentes: ✝. 15. *Poſuiſti nos in parabolam gentibus, commotionem capitis in populis.* [a] Quibus gentibus poſuiſti, niſi crediturıs? Ea enim quæ acciderunt Judæis, in ſimilitudinem figuræ facta ſunt; ut fieret nobis typus & figura excidium Judæorum, atque ex il- D la ſimilitudine per parabolam, ſolutionem præſentibus requiramus, quo exempla eorum cavere poſſimus. Deinde quia Judaicæ res omnes quaſi parabolæ ſunt; hoc eſt, quaſi figuræ egentes ſolutione. Denique Dominus Judæis in parabola loquebatur; ut imperiti non intelligerent, intelligerent ſapientes; ut intelligebant Apoſtoli, & in quo [*] movebantur, interrogabant Dominum: Judæi autem nec intelligebant, nec iterum diſcere non intellecta cupiebant.

Galat. 4. 22. 56. Quid ſit parabola, accipe. *Abraham igitur duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera.* Non intelligebat boc Judæus niſi ſecundum litteram. Neſciebat quis de filiis duobus acciperet hereditatem patris; quia ad carnalia pro- Ibidem. 24. pendebat. Egebat parabola ſolutione. Venit gentium Doctor, & fides nationum, & intellexit quod duæ illæ mulieres duo ſint Teſtamenta: unum à monte Sina, quod in ſervitutem generavit populum Judæorum, quod eſt Agar. Et ideo Sina, quod per interpretationem menſuram ejus ſignificat: menſura autem Legis eſt, ſuperabundans autem gratia eſt. Sina quoque merces dicitur, & convenit populo Judæorum, qui juſtificari ſe mercede operum, quàm fidei gratia maluerunt. Ergo quæ ſub Lege erat Hierusalem, cum filiis ſuis ſerviebat: quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt. Et ideo Sarra, quæ principalis dicitur, libertatem babet; quod princeps ſui ſit, qui juſtus atque integer eſt. Ex duobus igi- A tur Teſtamentis duo populi: unus Judæorum, alius nationum, qui in Chriſto credidit. Ille Judæorum, qui non credidit, ſervit: ipſe eſt ſecundum carnem natus; quia ſecundum carnem interpretatus eſt Scripturam divinam, & ſecundum litteram, non ſecundùm ſpiritum. Qui autem de libera, natus eſt per repromiſſionem; boc eſt, cui repromiſſio ex fide, ipſe eſt Eccleſiæ filius, tenens gratiæ libertatem propter quem Eccleſia dicit: *Expelle ancillam, & filium ejus; non enim* Gen. 21. 10. B *heres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.* Et Apoſ- Galat. 4. 31. tolus ait: *Itaque, fratres, non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ.* Hæc eſt ergo ſolutio; quia quod ignorabat Judæus, fides gentium ſoluit, infuſa à Paulo doctore mentibus nationum. Ideo ergo illorum geſta nobis in parabola ſunt.

57. Sed & Dominus dixit: *Factus ſum illis in* Pſal. 68. 12. & 13. *parabolam: adversùm me exercebantur qui ſedebant in porta.* In parabolam autem factus; quia dicitis, inquit: *Medice cura te ipſum.* In parabolam factus Luc. 4. 23. C eſt; quia ſedentes in porta increpabat; in exitu enim non otioſi, ſed exerciti eſſe debemus. Ideoque ſcriptum eſt: *Videte, ne fiat fuga veſtra hyeme,* Matth. 24. 20. *vel ſabbato*; hoc eſt, non in otio, ſed in negotio. Ergo pigri ſedebant Judæi; quia ſtare non poterant, qui veræ Hieruſalem atria neſciebant; ſi enim ſciviſſent illam Hieruſalem, requiſiviſſent. Iſti ergo fatigari in porta ſedebant. Nec ſolum dixit, *ſedebant*; ſed etiam oderant Dominum in portis redarguentem. In porta enim erat, qui D ſubiturus erat ſui corporis paſſionem, per quam migraret è terris, rediret ad cælum. In porta erat cùm diceret: *Ambulate dum lucem habetis.* Quid Johan. 12. 35 eſt ergo: *Factus ſum illis in parabolam*; niſi quia Pſal. 68. 12. finis Legis eſt Chriſtus, & mors ejus ſolvit ænigmata propbetarum; eaque quæ ante Judæis erant incognita, cùm propbetarentur, poſtea manifeſtata ſunt Dominicæ paſſionis effectu? Factus eſt illis in parabolam; quia quaſi vilem ſe præbuit, ingerens ſe illis, nec refugiens eorum ſedi- E tiones, & perducens eos ad tempus beneplaciti ſibi; ut moreretur pro omnibus hominibus, quo illius ſanguine genus bominum mundaretur.

58. Similiter in parabola ſcriptum eſt: *Non al-* Deut. 25. 4. *ligabis os bovi trituranti.* Solvit hanc parabolam Apoſtolus dicens: *Numquid de bobus cura eſt Deo?* 1. Cor. 9. 9. & 10. *An propter nos utique dicit? Num propter nos ſcripta ſunt. Quis eſt qui arat, niſi qui in ſpe arat*; ut in judicio Domini metat? Et ideo quaſi boni agricolæ, ubi propter ſpem [*] inarata fuerit terra noſtra F contioentia corporali, non carnalia, ſed ſpiritalia ſeminemus: quoniam de carnalibus corruptela colligitur, de ſpiritalibus vita æterna adquiritur. Typus itaque & figura nobis ſint geſta majorum. Typus lex ſcripta in cordibus noſtris, ut nobis in ea quædam futurorum figura, non veritas ſit. Lex ergo quaſi figura ſit nobis: Evangelium quaſi lumen & ſignaculum veritatis.

59. In parabola ergo Dominus oſtendit ſe Judæis: [b] ſed non intellexerunt parabolam; quia medicum non receperunt, qui curaret animas

a. Mſſ. aliquot, & vet. edit. *Quibus gentibus poſiti, niſi crediturıs?* Rom. *Quibus gentibus poſiti ſunt in parabolam* &c. Plures mſſ. nobiſcum faciunt.

*. Hoc eſt, anxii atque dubii erant.

*. *Inarata*, id eſt, *arata.* Nam alioqui ſæpe ſumitur pro, *non arata.* Horat. Epod. 16.

Reddit ubi Cererem tellus inarata quot annis,
Et imputata floret uſque vinea.

Terra vero noſtra, idem eſt atque nos ipſi. Sed plana eſt illa metaphora.

b. Ita edit. omnes, ac mſſ. Vict. & Colb. Alii vero quinque, *ſed non intellexerunt quia curaret animas* &c.

A laborantium, & omni ægritudine & inæqualita-
te incnmmoditatis abſolveret. Factus eſt etiam
in parabnlam, quia carnem ſuſcepit, quam cru-
cifixerunt Judæi, nnn intelligentes parabolam
ſpiritalem. Eouſque enim nnn intellexerunt, ut
cùm auctorem vitæ crucifigerent, & ſuſpenſam
in cruce cernerent carnem Dnmini ſalutarem,
mnverent caput. Nam ſi intellexiſſent, utique
nnn inſultaſſent, ſed ingemuiſſent. Et tamen ipſa
cnmmntio capitis illis in ſimilitudinem ceſſit; ut
B nnn hnc ſignificaret quod illi ſentiebant, ſed
quod myſteria declarabant. Illi enim ſecundùm
vulgi uſum inſultantes Domino mnvebant ca-
put ſuum; ſicut qui juſtis inſultare deſiderant, ſi
forte eos viderint iu hnc ſæculn fatigari, movent
caput.

60. Quæ cnmmotin capitis geminum intel-
lectum habet. Reprehenſibiles enim videntur ſe-
cundum Scripturæ auctoritatem, qui movent ca-
Matth. 27. 39. put; cùm dicat & Matthæus: *Qui tranſibant, blaſ-*
C *phemabant dominum Ieſum moventes capita ſua.* Et
Marc. 15. 29. Marcus: *Qui præteribant.* Tranſeuntes autem
quod reprehenſibiles æſtimentur, docet hic ipſe
Pſal. 79. 13. propheta, qui dicit de vinea ſabaoth: *Et vinde-*
miant eam omnes tranſeuntes viam. Denique &
Ibidem. 14. qui ſequitur verſus, hoc ſignat: *Devaſtavit eam*
aper de ſilva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Et
Pſal. 128. 8. in poſteriotibus ait: *Et non dixerunt tranſeuntes*
viam: Benedictio Domini ſuper vos; eo quod qui
tranſit, & non ſtat in atriis Domini, non dat be-
D nedictinnem. Ita ergn Judæi mnvebant caput ſu-
per dnminum Jeſum, ut præterirent, qui firmum
ſolidumque fidei veſtigium habere nnn pnte-
raut. Movebant autem caput ſuum, quotum ca-
put Chriſtus eſſe debuerat, quem non debuit di-
mnvere & deturbare perfidia Judæorum. Sed
quia nou paſſi ſunt membra ſe eſſe Chriſti, ideo
caput enrum nnn fuit Chriſtus. Non erat etiam
Lex caput enrum, quia exſpoliabantur & Lege
à populn natinnum. Nnn fuit his caput verbum
E Dei; quia amiſerant prnphetas, & apoſtnlns nnn
habebant. Hnc de reprehenſibili cnmmntinne
capitis dictum ſit. Eſt tamen & laudabilis capi-
tis commotin: reprehenſibilis Judæis, laudabilis
populo nationum. Quid eſt enim caput, niſi in
qun ſenſus ſunt? Oculi enim ſapientis in capite
ejus; quos mnveri npnrtet nculos, id eſt, mentis
tnæ ſenſus, ne aliquo tnrpore pigreſcant. Move
ergn prudentiam tuam, mnve ſapientiam, mnve
cogitationes tuas cæleſtium collatione ſermo-
F num, & propheticorum diſputatione verborum;
ita ut non pecces in Teſtamentn Dei, ſed fides
firma ſit. Sunt enim hæretici qui movent ſenſus
ſuns; ut perfidiam tamen, nnn fidem excitent.

61. Sed jam expreſſius de ipſa capitis com-
mntione quæ in ſimilitudinem populi eſt poſita,
dicendum eſt. Quis eſt caput populnrum, ni-
ſi Chriſtus? Caput enim mulieris vir, caput vi-
ri Chriſtus. Sed & Lex caput intelligibilis mu-
lieris. Denique ſub Lege tamquam ſub viro eſt
populus Judæorum; quia Lex νόμος dicitur græ-
ce; & ideo Synagoga νόμῳ quaſi maſculo copula-
ta eſt, ſed Legi cnrporali, non ſpiritali; hoc eſt,
ritui Legis judaico, cujus vinculis illigata eſt, le-
gitimi neſciens ſacramenta conjugii. Si autem

A mnrtua fuerit Lex, hoc eſt, Legis interpretatio
corpnralis; tunc plebs quaſi mnrtun conjuge
priore, legitime nubet ſecundo virn, qui ex mor-
tuis reſurrexit. Eſt etiam caput* mulieris hujus
Evangelium. Unde quidam myſtice interpretati,
mortificato ritu judaico, tamquam fratri defunc-
ti Evangelin mulierem eam nubere ex Lege vo-
luerunt; quia Lex annuntiaverit Evangelium.
Ideo prior Lex vir, poſtea ſecundi viri nuptiæ,
hnc eſt, Evangelii ſacramenta ſunt. Dun enim
B quaſi cnnjngia, duo ſunt Teſtamenta. Unum con-
jugium vetus eſt Teſtamentum, quod mnrte viri
prioris ſolutum eſt. Et ideo mulier illa cui Lex
mortua eſt, recte in ſecundum cnnjugium con-
venit, hnc eſt, Teſtamentum novum. Sic duobus
fratribus una conjungitur, cui ſuperinra peccata
moriuntur, meliora poſtea ſacramenta reno-
vantur. Hoc nobis Apoſtolus evidenter expo-
ſuit dicens: *Quoniam quæ ſub viro eſt mulier, vi-* Rom. 7. 2.
vente viro, ligata eſt legi; hoc eſt, viri ſui legi, ut & 3.
C ei debeat caſtitatem: *Si autem mortuus fuerit vir,*
ſoluta eſt à lege viri; id eſt, ut cui velit nubat, dum-
modn mortuo viro, nubat; quia *vivo viro*, in-
quit, *adultera vocabitur, ſi juncta fuerit alteri viro:*
ſi autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à lege
viri, ita ut non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro.
Hnc ſacramentum etiam ad Chriſtum & Eccle-
ſiam pertinere, etiam alibi demonſtravit *quia* Epheſ. 5. 32.
magnum eſt ſacramentum. Hîc quoque non præ- Rom. 7. 4.
termiſit dicens: *Itaque, fratres mei, & vos morti-*
D *ficati eſtis Legi per corpus Chriſti; ut ſitis alterius, qui*
ex mortuis reſurrexit. Quomndn mortificatus es
Legi; niſi ut tibi Legis umbra moriatur, cùm ac-
cedis ad ſacramenta cæleſtia? Nec enim aliter
debes accedere ad Evangelium; niſi ſnlutus inter-
pretationis cnrporalis impedimentis. Alioquin
adulterium eſt, veris falſa miſcere: pudicitia au-
tem ſpiritalis, ſi anima tua exuta omnibus impe-
dimentis deviæ cngnitionis, ſine ruga accedat
ad Dei verbum. Ergo ſicut Eccleſiæ caput Chriſ-
E tus, ita & Synagogæ caput Lex; hnc eſt, iis qui
ſub Lege ſunt: propter quns Apnſtolus fecit ſe
eſſe ſub Lege, cùm ſub Lege non eſſet; ut eos qui
ſub Lege ſunt, lucriſaceret. Et iterum doctor
gentium factus eſt, quaſi eſſet ipſe ſine Lege; ut
eos qui erant ſine Lege, adquireret Chriſto. Pul- 1 Cor. 9.
cre autem ait qund ſine Lege Dei non eſſet, & in 21.
Lege Chriſti permaneret.

62. Lex autem Synagogæ caput non à princi-
pio; quia Chriſtus erat caput veteris Synagngæ,
F quam Moyſes fundavit & cnndidit. Denique
audi dicentem quia verbo Domini fundata eſt.
Fide, inquit, *Moyſes grandis factus negavit ſe eſſe* Hebr. 11.
Pharaonis regis nepotem. Maluit enim afflictis com- 24. & ſeq.
pati, quam temporalibus delectari: majoreſque di-
vitias æſtimavit, & prætulit theſauris Ægypti, im-
properium Chriſti. Adſpiciebat enim mercedem re-
promiſſionum Dei, quæ eſt reſurrectinnis gratia.
Sed ubi prnpter perfidiam Judæorum mortuum
eſt infidelibus Dei Verbum, & excidit pectori-
bus Judænrum; legis ſpiritalis intellectus occu-
buit, & nupſit Synagnga ritui corporali, obſer-
vationique perfidiæ. Sed non fuit illa ſobrietas
ſpiritalium nuptiarum, ſed adulterium caſtitatis.
Ideo Synagoga libera eſſe non potuit, quæ ma-

*. *Mulieris hujus*, nunirum *intelligibilis*, hoc eſt, plebis Judaicæ, ut ſupra exponitur.

le

le nupſerat, & non crediderat reſurrectionem A
Chriſti futuram. Unde bene ei nupſit Eccleſia,
cui ſecundum ſacram diſpenſationem ſecundum
carnem mortuus eſt Chriſtus; ut illa Judæa anima
quæ ante fuerat ligata peccato, per mortem
Chriſti abſolveretur vinculo delictorum. Non
nubit ergo mulier alteri viro, niſi mortuus fuerit
vir ſuus; hoc eſt, niſi à vinculo legitimi amoris
fuerit abſoluta. Si autem mortuus vir ejus fuerit,
liberata eſt.

Deut. 25. 5. 63. Sane tenebatur ex Lege, ut fratri proprii B
conjugis copularetur, ſi ſemen nullum maritus
ei reliquiſſet. Quod vinculum magis nectebat
interpretatio litteræ, quam gratia ſpiritalis. Denique
habebat in voluntate frater defuncti, ut ſi
nollet, non acciperet fratris uxorem ad ſemen
defuncti reſuſcitandum. Unde calciamentum
ſuum ſolvere jubebatur, ut eſſet à nexu copulæ
ejus exutus, quam à ſui gratia oſtendiſſet alienam.
Sic enim ſcriptum eſt, quia ſolvebat vir
Ruth. 4. 7. & 8. calciamentum ſuum, & dabat proximo ſuo [a] dicens: C
Hoc erit in teſtimonium in Iſrael. Et dicebat
propinquus: Accipe, & adquire tibi tu. Et
ſolvebat calciamentum ſuum. Dicebant etiam
Ibidem. 11. adſtantes: *Det tibi Dominus uxorem, quæ intrat domum
tuam, ſicut Rachel & ſicut Lia, quæ ædificaverunt
utraque domum Iſrael, & fecerunt virtutem in
Ephrata.* Sed hoc ex litteræ interpretatione Judæum
ligabat. Ceterum figura erat, quod Chriſtus
venturus eſſet in terras, qui ſemen defuncti
populi reſuſcitaret. Merito fratris; quia dictum D
Pſal. 21. 23. eſt: *Narrabo nomen tuum fratribus meis*; &: *Quorum
Rom. 9. 5. patres, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem.*
Vel quia Evangelium defunctæ Legis reparationem
operaretur in poſteris; ut ſemen quod
Lex non reliquerat, Evangelii tenor reſuſcitaret.

64. Non mirum ergo ſi caput ſuum prava interpretatione
moverunt; ut ipſi à ſe deturbarent
ſapientiam, ſuæ ſalutis auctorem: aut certe movendo
caput ſuum, cauſa fieret commotionis E
capitis non paucis; ſed populis. Commotio hæc
capitis facta eſt: quandoquidem in omnem terram
exivit ſonus eorum; ut fieret omnis terra
Domini, & regnum Domini eſſet in nationibus.
Pſal. 98. 1. Unde & in poſterioribus dicit: *Dominus regnavit,
iraſcantur populi: qui ſedes ſuper Cherubim, moveatur
terra.* Quod pulcre Aquila interpretatus
eſt, ut * ἀλάλαγμα diceret; hoc eſt, tranſmutationem,
quæ eſt de loco ad locum, de Judæa ad populos
nationum. Quod ex ea lectione quæ in F
Evangelio eſt, liquido poterit manifeſtari, quemadmodum
Matth. 23. 2 & ſeq. admodum Lex mota ſit, dicente Scriptura: *Super
cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ & phariſæi. Omnia
ergo quæ dicunt vobis, ſervate & facite: ſecundum
opera eorum nolite facere; quæ enim dicunt, non faciunt.
Alligant autem onera gravia, & imponunt
ſuper humeros hominum: ipſi autem digito ſuo nolunt
ea movere. Omnia autem faciunt, ut videantur ab
hominibus.*

65. Quid eſt, *ſederunt ſcribæ*; niſi quia littera ſcribitur?
unde & γραμματεῖς græce dicuntur ſcribæ,
litteræ ſequentes interpretationem, non ſpiritus
intellectum; littera autem occidit. Litteram ergo
occidentem ſequentes, & ipſa appellatione reſonantes
ſcribæ: phariſæi autem ſunt, hoc eſt, qui
à veritatis unitate diviſi ſunt; phares enim interpretatur
diviſio. Dividunt autem phariſæi
hoc genere verba Legis, ut reſonent, & in ipſa
meditentur: ſpiritalis autem myſteria Legis &
ſacramenta non videant. Nam ſi Lex ſpiritalis
eſt, utique præcepta Legis ſunt ſpiritalia, & opera
ejus ſpiritalia ſunt. Docentes ergo quæ Moyſes
ſcripſit, onera gravia ligant corporalibus Legis
(gravia ſunt enim quæ contraria jugo Chriſti
ſunt) & per doctrinam ſuam deviam gravia
onera imponunt auribus audientium, quæ ipſi ne
tantum quidem volunt movere, ut à corporalibus
Legis ad ſpiritalia Scripturæ verba commoveant.
Sic enim intelligendum eſt, quia digito
ſuo nolunt movere illa; hoc eſt, nec exiguo puncto
atque momento transferunt ſe ad intelligentiam
ſpiritalem. Hinc eſt & illud, quod ſcriptum
eſt: *Quod ſi in digito Dei ego ejicio dæmonia.* Quid Luc. 11. 20.
ſit digitus, interpretatur ipſa Scriptura, quæ dicit
in alio libro Evangelii: *Quod ſi in Spiritu Dei* Matth. 12. 28.
ego ejicio dæmonia. Digitus ergo Dei, Spiritus Dei
eſt; Deus enim Spiritus eſt, & nihil habet in ſua
ſubſtantia corporale, ſed totus eſt Spiritus. In
Spiritu ergo Dei ejicit dæmonium, qui in digito
Dei ejicit. Unde & ſanctus David ait: *Quoniam* Pſal. 8. 4.
videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum; hoc eſt,
Spiritus tui opera ſunt cæli, ſicut & ſcriptum eſt:
Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus Pſal. 32. 6.
omnis virtus eorum.

66. Ut ergo concludamus diſputationem,
ſcribæ & phariſæi nihil ad interiorem hominem
referunt, qui ut ipſe ad imaginem Dei & ſimilitudinem
factus eſt; ita in iis quæ cogitat & quæ
meditatur, debet magis quæ ſpiritalia ſunt, quam
quæ carnalia cogitare. Totum ergo ad illum exteriorem,
ad illum terrenum hominem referre
contendunt: & ideo omnia eorum opera talia
ſunt, ut videantur ab hominibus; non ut placeant
Patri, qui in abſcondito videt. Timent enim ſua
opera revelare.

67. Hæc eſt ergo commotio capitis quæ facta
eſt in populis: vel, ſicut Aquila & Symmachus
dixerunt, *in gentibus*; omnes enim gentes moverunt
caput ſuum, ut Legem ſpiritaliter interpretarentur.
Nemo ſecundum litteram Legis ſe
putet eſſe ſalvandum; quia littera Legis maledictum
habet: ſpiritus benedictionem adfert. Nemo
ex operibus Legis juſtificari poteſt; quia ſub
maledicto ſunt omnes, qui ſub littera ſunt. Fugiant
ergo omnes maledictum Legis, & confugiant
ad benedictionis gratiam; ut benedictionem
habeant in cæleſtibus, in Chriſto Jeſu, qui
mortuus eſt pro nobis, ut fides tranſiret ad gentes:
qui etſi vir fuit ante Synagogæ, nec ipſam
deſeruit, & nos redemit; illam enim non deſeruit,
ut reliquiæ ſalvæ fierent: nos redemit eligendo
populos nationum. Hæc ergo electio gentium
ſalus Judæis; reliquiæ enim non per opera

a. Rom. edit. ſola, & *dicebat. Accipe, & acquire tu tibi propinquitatem meam, & hoc erit in teſtimonium in Iſrael. Et ſolvebat* &c.

*. Vix adducimur ut credamus ἀλάλαγμα genuinum eſſe; tum quod legatur in LXX. κινοῦν κεφαλὰς ἐν τοῖς λαοῖς; tum quod ea vox ab *alala* enim, & *alalazein*; ut corrupte habent mſſ. longiſſime abhorreat. Conjiceremus libentius ſcriptum fuiſſe, κεφαλῆς κίνησιν, vel potius, ἀλλαγήν: præcipue cum Aquila verbo eidem voci cognato in ipſo hujus pſalmi titulo uſus fuerit, ubi Nobilio teſte, ita legebatur, [illegible] ὑπὲρ τῶν [illegible] ἀσμα &c.

ſua, ſed per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt. A
Gratia eſt ergo Chriſti quæ & nos redemit,& reliquias vivificavit. Commotio autem capitis facta eſt in gentibus : ſed ex hac commotione non mediocris mutationis gratiam Judæi pertulerunt, quorum reliquiæ ſalvæ factæ ſunt.

℣. 16. 69. Sequitur : *Tota die verecundia mea contra me eſt : & confuſio vultus mei operuit me.* Quid eſt
* quod interdum ex perſona unius, interdum ex perſona plurimorum pſalmus hic dicitur ? Nam-
Supra ℣. 1. & ſeq. que à principio à pluribus cœpit, ut eſt : *Deus auribus noſtris audivimus*, & cetera quæ ſequuntur. B
Deinde ait : *Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus.* Iterum : *In te inimicos noſtros ventilabimus.* Et poſtea : *Non enim in arcu meo ſperabo* ; & : *In Deo laudabimur tota die* ; & : *Tota die verecundia mea contra me eſt.* Quid ſibi vult iſta mutatio, quæ frequenter in pſalmis repetitur ; ſicut & in centeſi-
Pſal. 108. 2. mo octavo pſalmo ait : *Deus laudem meam ne tacueris ; quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum*
Ibidem. 3. & 5. *eſt.* Hoc de uno, ſequitur de pluribus. *Loquuti ſunt adversùm me lingua doloſa .... & poſuerunt odium* C
Ibidem. 6. *pro dilectione mea.* Deinde de uno : *Conſtitue ſuper eum peccatorem.* Quod videtur in centeſimo octavo pſalmo aliud ad populum Judæorum referri, aliud ad Judam proditorem. Quando pluraliter dicta, ad populum : quando ſingulariter, ad Judam. Hic quoque poſſumus dicere, quando pluraliter dicta, ad ſanctos : quando ſingulariter, ad dominum noſtrum Jeſum Chriſtum referri ; quia æſtimari poteſt & pro pluribus in Propheta loquutus, & ipſe pro ſe. Et ideo dixerit : *Verecundia* D
mea contra me eſt ; quæ dicitur ἐντροπή : ἐντροπή autem eſt, quando verecundiam vult quis incutere
Matth. 27. 42. & 43. alicui, ut inflectat propoſitum ſuum, ſicut eſt : *Deſcendat nunc de cruce, & credimus ei : confidit in Deo, liberet nunc eum.* Pulcre autem ait : *Tota die* ; quia Incarnatio domini noſtri Jeſu Chriſti lucem adtulit mundo. Dies itaque Incarnationis eſt, de
Johan. 12. 35. quo idem dicit Dominus : *Ambulate dum lucem*
Johan. 8. 56. *habetis* ; & : *Abraham diem meum vidit.* Ergo hæc E
verecundia habet in ſe confuſionem. Unde & Symmachus : *Tota die*, inquit, *confuſio mea contra me eſt.* Quæ autem confuſio Chriſti, niſi crux ; quod nudus pependit in ea ? Et bene, *tota die* ; quia ex quo affixus eſt cruci, uſque in horam nonam tenebræ factæ ſunt : & poſt horam nonam
* lux refulſit uſque in veſperum. * Hic dies ex tribus primus. Poteſt tamen & chorus ſanctorum pluraliter de ſe, & ſingulariter loqui ; chorus enim quaſi ſingularem perſonam habet, ſed numerus F
Eſai. 29. 13. plurimorum eſt ; ſicut illud eſt : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.*

68. Quæ autem eſt confuſio, quæ operuit dominum Jeſum, cùm confuſionem peccata faciant ; ipſa ſunt enim quæ operiunt peccatorem : hic autem peccatum non fecerit ? Sed quemadmodum eſt confuſio adducens peccatum, ita eſt confuſio quæ peccatum abolet ; ut confuſio crucis domini noſtri Jeſu Chriſti, per quam peccata mundantur. Eſt etiam omnis confuſio bona, quam pro Chriſti nomine ſubeas, & admodum glorioſa ; ſi verbi gratia in perſecutione lex ſit, ut verberetur Chriſtianus, ut dignitatem amittat, ut careat *privilegio, ut in vincula ducatur. Hæc *
utique confuſio etſi privilegium non habet, habet gloriam piæ confeſſionis. Eſt autem & Chriſti confuſio, ſicut ipſe ait : *Qui me confuſus fuerit* Matth. 10. 33.
coram hominibus, confundam & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt. Bona ergo confuſio. Pleriſque tamen hujuſmodi confuſio Chriſti amara eſt ; hoc eſt, non credentibus : jucunda credentibus.

69. Sive ergo velis confuſionem Chriſti intellige in crucem ejus, quæ Judæis videbatur eſſe confuſio, qui inſultabant ei ; quaſi erubeſceret Chriſtus in eo opere, in quo publicam operabatur ſalutem : ſive etiam hanc confuſionem, quæ
inger ividebatur, *à voce exprobrantis & obloquentis : à facie inimici & perſequentis.* ℣. 17.
Erubeſcebat enim ſic lapſum eſſe electum populum ſuum, & confundebatur in eos apud Patrem, quorum finis advenerat ; præſens enim erat Filio Pater, à quo numquam poteſt Filius ſeparari. Et ideo
Pater audiebat dicentem Judæis : *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Matth. 23. 38.

70. Sunt autem qui etiam in confuſione ſua gloriantur ; ſicut illi de quibus dicit Apoſtolus :
Quia gloria eorum in confuſione ipſorum ; quibus Philip 3. 19.
contraria eſt gloria Chriſti, qui crucem ſuſcepit, nec confuſionem refugit. Quam nos quoque minime timere debemus, nec formidine aut faſtidio declinare ; ne peccatum ſupra nos adducat, quæ poteſt adducere gratiam vitæ. Eſt enim & confuſionis gloria, ut ſi in multos gentiles incidas, vel philoſophos, & illi tibi objiciant crucem Chriſti, & verbo reſpondere non poſſis, nec ſalutaria quiſquam audiat verba referentem, eſt confuſio ; *ſed à voce exprobrantis & obloquentis : à facie inimici & perſequentis.* Et ideo noli reſpondere inſipienti ad inſipientiam ejus : eſto ſicut homo mutus & tacens, & quaſi non audiens verba inſultantium & obloquentium ; non quo reſpondere nequeas, ſed quo reſpondere non debeas. Omni enim rei tempus : tempus tacendi, & tempus loquendi. Tacendum eſt, quando paratum non invenis auditorem : loquendum eſt, quando Dominus linguam eruditionis indulget ; ut ſermo tuus operetur in affectibus audientium. Quomodo autem te audiat, qui ideo tibi obloquitur, eo quod ſalubrem tuum nolit audire ſermonem ? Aut quomodo tibi adquieſcat, qui perſecutor eſt, & velit te ſibi vindicare ? Aut, ut Aquila dixit, vel Symmachus, ut ulciſcatur & puniat in te, quod Chriſti hereditas ad gentes videatur eſſe transfuſa ? Longe itaque iſta con-

*. Hic ſequitur B. Ambroſius eorum opinionem, qui mortis Chriſti domini triduum ita explicabant, ut dicerent ejus primam noctem fuiſſe tenebras illas quæ Domino exſpirante totum orbem operuerant : primum vero diem, ſpatium illud lucis, quod inter eaſdem tenebras ac noctem ſequentem intercessit. Veruntamen jure merito hanc opinionem repudiat Auguſtinus *De Conſenſu Evang.* lib. 3. cap 24. num. 64. ubi ſicut & *Quæſt. Evang.* l. 1. q. 7. docet in . . . . diebus partem pro toto ſumendam eſſe, in quo eum interpretes vulgo ſecuti ſunt. Vide etiam D. Thomam part. 3. quæſt. 51. art. 4. & alios ſcholaſticos quorum hac in re ſummus eſt conſenſus. Quin immo eamdem ſententiam ipſemet Ambroſius docere videtur *epiſt. ad Epiſc. Æmiliæ* ſcribens, *intra quod triduum*, inquit, *& paſſus eſt, & quievit & reſurrexit.*

* *Privilegium* (ut tradit Briſſ. de Verb. ſignif. lib. 14.) *jus ſingulare eſt, & in certa perſona, vel cauſa gratiam & favorem conceſſum.* Chriſtiani autem uſque adeo quondam imperatorum edictis privilegiis ſuis ſpoliati ſunt, ut infames declarati, reip. foris ac militandi jure privati, atque adeo ad necem cujuslibet gladio nefaria proſcriptione addicti fuerint. Adi Baronium ad an. Chriſti 303. 304. & 362.

fuſio à confuſione & opprobrio peccatoris. Iſ- A
tius enim conſcientia illuminatur, qui oblitus
non eſt Dei ſui; illorum confunditur, quorum
ingenium caligat atque perturbat recordatio
delictorum.
ẏ. 18. 71. Et ideo bene ſibi conſcii dicunt: *Hæc omnia*
venerunt ſuper nos, & obliti non ſumus te, & inique
ẏ. 19. *non egimus in teſtamento tuo. Et non receſſit retro cor*
noſtrum: & declinaſti ſemitas noſtras de via tua. Vi-
detur verſiculus ultimus non concordare ſupe-
rioribus. Nam quomodo declinarunt ii, quibus B
divinitatis nulla obrepſit oblivio, nec alicujus
iniquitatis conſcientia, nec ulla deſidia? Sed ſi
conſideres quia juſtus vix ſalvus fit, intelligis
profecto & ipſius nonnumquam titubare veſti-
gia, & auctorem declinationis eorum Deum vi-
deri; quia ipſe quoque patitur juſtos ſæpe tenta-
ri, quo magis probentur tentationibus eruditi.
Quis eſt autem tam fortis, ut nequaquam in ten-
tatione moveatur; niſi Dominus adjutor ei adſiſ-
tat? Denique conturbatus eſt & ipſe propheta C
Pſal. 29. 7. David; quia dixit in ſua abundantia: *Non move-*
ẏ. 20. *bor in æternum.* Aut quis eſt ille quem locus afflic-
tationis, & terræ corruptela non moveat; cùm
divina ſententia neminem exceperit, qui ſit ab
exercitio & à fatigatione terræ hujus immunis,
Gen. 3. 7. & 18. cui dictum eſt: *Maledicta terra in omnibus operibus*
tuis. . . . ſpinas, inquit, *& tribulos germinabit.* De-
nique ipſe Paulus Dominicæ vas electionis, à ma-
ledictione veteris ſententiæ abſolutus domini Je-
ſu paſſione; tamen captivum ſe duci in legem D
peccati vehementiſſime deploravit: nec quem-
quam niſi Chriſtum à quo liberaretur invenit;
cùm eum lex ſui corporis & umbra mortis urge-
ret.
ẏ. 20. 72. Diximus ſenſum: ſed expreſſius qui locus
ſit afflictationis, conſiderare nos convenit. Utrum
hic mundus, qui in maligno poſitus eſt: an vero
caro noſtra, in qua anima noſtra humiliatur, dum
in iſtius carnis deſcendit ſocietatem: an adverſa
quibus exercemur in hoc corpore conſtituti, in E
quo ingemiſcimus gravati; quod nolumus ſpo-
liari, ſed ſuperveſtiri? Gravis enim labor eſt dum
exſpectamus, ut abſorbeatur mortale hoc à vita,
quo nos exſpoliare debemus; minore enim labo-
re exſpoliatur, quam abſorbetur. Et vide ne ea
diverſitas ſit exſpoliantis ſe, & exſpectantis ut ab-
ſorbeatur à vita. Exſpoliat gratia, abſorbet pœ-
nitentia: exſpoliat ſublimitas mentis, abſorbet
diligentia. Quomodo autem dubites quod afflic-
tationis hic locus ſit; quando corpus eſt mortis, F
in quo operit nos etiam umbra mortis? Et ideo
ad lucernam illam ſemper debemus intendere,
quæ eſt verbum Dei; ut ſciamus quemadmodum
noſtri animi ſemitas dirigamus & veſtigia men-
tis interna, ut lux animorum ſolvat tenebras
corporales.
73. Pulcre autem & Aquilæ interpretatio
quemadmodum intelligere debeamus locum af-
flictationis, expreſſit dicendo: *Quoniam humi-*
liaſti nos in loco ſirenarum? Ut non caro in vitio
ſit, ſive natura; ſed ea quæ carnem corruptibi-

lem eſſe fecerunt. Denique Sirenas quarum ſe- Iſai. 13. 22.
cundo & tertio mentionem fecit ſcriptura divi- Mich. 1. 8.
na, quaſdam fuiſſe puellas gentilis tradidit hiſ-
toria, quæ vocis propriæ[a] ſuavitate, canendi il- a
lecebris, audiendique ſtudio illectos navigantes Homer. lib. B Odyſſ.
ad littus admovere navigia provocabant: eoſ-
que, cùm gratiam vocis ſequerentur, ſcopuloſo
in loco naufragium facere ſolitos vetuſtas poſte-
ris tradidit. Earum autem interpretatio hæc eſt,
voluptas vocis, & quædam adulatio. Ita ergo ſæ-
culi voluptas nos quadam carnali adulatione de-
lectat, ut decipiat. Ut ergo illic non littus in vitio
erat; ſed canora dulcedo, quæ faciebat aſperita-
tem littoris non caveri. ita non caro in vitio; ſed
ea quibus caro iſta ſollicitatur & fluctuat. Deni-
que mare ſi tempeſtas deſit, quietum eſt: ſi pro-
cella ſæviat, periculoſum.
74. Et Septuaginta virorum videtur cum his
ſententia convenire; cùm dicunt quia ſcriptum
eſt: *Quoniam humiliaſti nos.* Cujus interpreta- ẏ. 20
tionis teſtimonia de ſcripturis ſunt nobis arceſ-
ſenda divinis. Ait enim in Deuteronomio: *Si exi-* Deut. 21. 10. & 11.
eris, inquit, *in pugnam adverſus inimicos tuos, &*
tradiderit tibi eos dominus Deus tuus in manus tuas,
& deprædatus fueris ſpolia eorum, & videris in ea
deprædatione mulierem bonam ſpecie, & cohabitave-
ris cum ea. Et infra: *Si nolueris eam poſtea, dimittes* Ibidem. 14.
eam liberam . . . . quia humiliaſti eam. Vides ergo
quoniam non natura ſui eam, ſed is qui ei inte-
gritatem pudoris eripuit, humiliaſſe perhibetur.
Humilitas ergo operis eſt, per quod caro iſta,
peccati corpus effecta eſt, & locus afflictationis.
Iterum alibi: *Si virgo deſponſata fuerit viro, &* Deut. 22. 23. & 24.
inveniens eam homo in civitate dormierit cum ea,
educentur ambo ad portam civitatis ſuæ, & lapida-
buntur: & morietur juvencula; quia non exclama-
vit in civitate, nec invocavit hominem, qui ſubveni-
ret: & vir, inquit, *quia humiliavit mulierem pro-*
ximi ſui. Et hic eadem eſt hujus cauſa ſermonis,
ut à corruptore humiliata dicatur. Tertium quo-
que habes de hac re teſtimonium, & plura, ſi
quæras. Tamen de eodem libro audi: *Si quis in-* Ibidem. 28. & 29.
venerit virginem, quæ non ſit deſponſata, & vim fa-
ciens ei dormierit cum ea, & inventus fuerit, dabit
qui dormierit cum ea, patri juvenculæ quinquaginta
denarios, & erit uxor ejus; quia humiliavit eam:
nec poterit dimittere eam per omne tempus, propter
quod humiliavit eam. Ipſe ſermo repetitus eſt, ut
intelligas quia non conditio carnis videatur nos
humiliare, ſed culpa.
75. Nec tamen negare poſſumus quod mul-
tis humilietur & caro, loco ipſo, illecebris ipſis,
fragilitate quoque qua patuit errori. Quæ licet
non à mediocri adverſario ſerpente[b] decepta b
ſit; habebat tamen ſui non mediocrem gratiam,
antequam peccatum irreperet: in conſpectu
erat Dei Adam, in paradiſo vigebat, cæleſti gra-
tia refulgebat, loquebatur cum Deo. Numquid
eum humiliatum ante legiſti; niſi poſteaquam
prævaricatio eum humiliavit ſua? Cujus vitii
hereditatem ad nos uſque tranſmiſit; ut in hoc
corpore conſtituti nolumus peregrinari de cor-

a. Sic edit. à quibus parum abeunt mſſ. ſi ſenſum ſpectes: in verbis autem hæc reperitur præcipua diverſitas. Cod. aliquot, *ſuavitate, canendo, illecebris provocabant.* Vict. & Colb. *ſuavitate, canendo, qua illecebras provocabant.* Omnes ſimul, *audiendi ſtudio navigantes ad littus admovere navigium; eoſque* (*cùm gratiam*, aut ut aliqui, *gratiâ vocis ſequuntur*) *ſcopuloſo in loco incidiſſe naufragium.*

b. Rom. edit. ſola, *decepta ſit Eva.* Minus bene, ſubintelligenda enim vox, *caro*, quæ ſuperiori verſu expreſſa eſt. Nam prætorquam quod relativum, *qua*, ex quinque mſſ. reſtitutum id evincit, ſenſus Rom. lectioni minus concinit.

pore, & adeſſe Deo. Et ideo humiliamus ani- A mam noſtram quæ ſe ad Deum geſtit adtollere: ſed corruptibile hoc corpus gravat animam, terrenaque habitacula præponderant; ut mens devota Deo frequenter inclinetur ad ſæculum, nec ſe ſubjicere Deo poſſit; quoniam ſubjectionem ſui ſapientia carnis ignorat, quæ noſtrum involvit affectum.

76. Dicentes hæc de nobis, quid de carne domini noſtri Jeſu Chriſti dicemus? Qui utique ſuſ- Philip. 2. 8. cepit carnis iſtius veritatem; & ideo *ſemet ipſum* B *humiliavit uſque ad mortem, mortem autem crucis*. Diligenter adtende, & conſidera ſingula. Vide quia volens ſuſcepit hanc formam corporis noſtri, & tuæ obſequia ſervitutis, in ſimilitudinem hominum factus: non in ſimilitudinem carnis, ſed in ſimilitudinem hominum peccatorum; omnis enim homo ſub peccato. Ideo & ſpecie inventus Hier. 17. 9. ut homo; ut ſcriptum eſt de eo: *Et homo eſt, & quis cognoſcet eum?* Homo ſecundum carnem; ſed Phil. 2. 8. ultra hominem ſecundum operationem. *Ut ho-* C *mo*, inquit, *humiliavit ſemet ipſum*; quia ad eos Deus venit qui humiliati fuerant, liberandos. Ipſe ſe ergo humiliavit propter nos. Non ergo corpus illius corpus mortis; ſiquidem corpus eſt vitæ: nec caro illius, umbra mortis; ſiquidem fulgor eſt gloriæ: nec in eo locus afflictationis; ſiquidem in illo corpore omnibus gratia conſolationis. Humiliavit ſe, ut diſceres quid ſit humi- Matth. 11. 29. litas. Denique audi dicentem: *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde*. Ille ſe humiliavit, ut D tu exaltareris; qui enim ſe humiliat exaltabitur. Sed non omnes qui humiliantur, exaltabuntur; multos enim crimen humiliat ad ruinam. Humiliatus eſt autem Dominus uſque ad mortem; ut de portis mortis exaltaretur.

77. Ecce vide gratiam Chriſti, vide beneficia ejus. Poſteaquam Chriſtus advenit, hæc ca- ℣. 20. ro quæ erat umbra mortis, cœpit per gratiam Domini refulgere, & habere lumen proprium; Matth. 6. 22. unde & dictum eſt: *Lucerna corporis tui eſt oculus* E *tuus*. Sed vide de quo oculo dicat; non de exte- Ibidem. riore, ſed de interiore: *Si oculus*, inquit, *tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit*. Interior utique eſt oculus, qui totum hominis corpus illuminat. Interior eſt etiam oculus, qui aufert toti Ibidem. 23. corpori cæcitatem; quia ſcriptum eſt: *Si autem nequam fuerit oculus tuus, totum corpus tuum tenebroſum erit*. Vides in uno homine unde tenebræ naſcantur, unde lumen oriatur. Ipſe ergo tibi es caligo, vel lumen. Caligo iniquitatis eſt, tenebræ F peccatorum: lumen innocentiæ. Ipſe tibi ergo es vel injuriæ auctor, vel gratiæ: operatio divina nihil errat. Lumen in te ipſo eſt; quia innocens infantia tua eſt. Pura mens hominis ante adoleſcentiæ lubricum, & juventutis errorem. Tu tibi ergo tenebras feciſti eſſe quod lumen eſt. Denique idem oculus, hoc eſt, ſenſus hominis, tenebroſus eſt in peccatore, ſplendidus in innocente.

78. Nec illud prætereamus quod Symmachus ait: *Afflixiſti nos in loco deſerto*. Ideo affligimur; A quia interdum deſtituimur protectione cæleſti, & regio iſta ſub maledicto eſt, vel in lubrico ſæculari. Necdum quoque benedixerat terram ſuam dominus noſter Jeſus Chriſtus; & ideo laborabant, nec ad lumen pietatis ejus oculorum ſpiritalium intendebatur obtutus. Deinde quia voluptas & delectatio mundi frequenter irrepit. Homer in M. Odyſſ. Unde non vinculis hominis illius ligare nos atque vincire debemus, nec cera aures claudere: ſed avertere aurem quotieſcumque aliena à fide, B & contraria vel adverſa utilitati noſtræ aliquis exiſtimat obloquenda; ne in eo ſermone operiat nos umbra mortis: & ſi quid tale profertur, nos tamen Dei verbum debemus inſerere, quod mentis noſtræ oculos fulgore diſputationis illuminet.

79. Sequitur: *Si obliti ſumus nomen Dei noſtri*, ℣. 21. *& ſi expandimus manus noſtras ad Deos alienos. Nonne Deus requiret iſta?* [a] Aquila, *inveſtigabit* ℣. 22. a *iſta*, dixit. Symmachus, *invtaret iſta? Ipſe enim* C *novit occulta cordis. Quia propter te morte afficimur tota die: æſtimati ſumus ut oves occiſionis*. Quid eſt quod ait: Requiret Deus? Quaſi ſi non requirat, ignoret: & ſic requiret Deus oblivionem tuam quæ irrepſit, ut auferat ejus omne veſtigium. Unde & Aquila dixit: *Inveſtigabit iſta*. Nam utique qui novit cordis occulta, quomodo quærit, cui etiam ea quæ ſunt interiora, manifeſta ſunt? Siquidem apud Deum conſcientia uniuſcujuſque ſe prodit, & cogitatio hominis apud eum ſe D aut condemnat, aut purgat. Denique Aquila *viſiones cordis* dixit, eo quod videat cor noſtrum, & omnis noſtri cogitatio cordis in promtu ſit apud Deum, atque ei cogitationum noſtrarum imago reſplendeat. Bene illud ait Aquila: *In te morte afficimur*; quoniam in Chriſto mori, arduum, & glorioſum: & in ipſo moritur, qui pro ejus nomine ſacra paſſione eſt coronatus. Sed quid miraris quod requirentem Deum occulta cordis verſiculus iſte declaret; cùm alibi Deum E ſcrutatorem legeris cordis? Quid etiam miraris Hier. 17. 10. ſi verbis noſtris majeſtas divinæ ſubſtantiæ explicari non poſſit, [b] cùm ait Apoſtolus: *Nolite an-* b *te tempus quid judicare, donec veniat Dominus, qui* 1. Cor. 4. 5. *illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo?* Tenebras cordis ſæpe loco criminis legimus; immo prope ubique. Vide ergo ne iſta ſint occulta tenebrarum, quæ ſunt cordis occulta; ideoque tenebrarum nomen acceperint, quod ea ab aliis F non deprehendantur, ſed lateant. Et ideo Dominus in die judicii illuminaturus adſeritur occulta tenebrarum; quia cor uniuſcujuſque manifeſtabitur, quod ante occultum erat: ſoli quidem Chriſto cognitum, qui ſciens judicii ſui gratiam ait: *Nihil eſt occultum, quod non manifeſ-* Matth. 10. 26. *tabitur*.

80. Sunt autem multa quæ propter verecundiam premimus, & ut impleamus cæleſte mandatum, tacito apud nos tenemus affectu; ne videamur in iis quæ noſtra ſunt, gloriari, & eorum fructum vulgando incipiamus amittere. Sunt au-

a. Edit. Rom. ſex illis verbis. *Aquila* &c. rejectis in inferiora, & tribus verſibus: *Si obliti ſumus* &c. continua ferie diſpoſitis, ſubjungit: *Quid eſt quod ait, nonne Deus requiret iſta? Quaſi* &c. nobis ab edit. ant. & mſſ. recedere religioni fuit. In his tamen ab edit. & cod. Vict. & Colb. nonnihil diſſentiunt quinque alii, ita partem ultimam præferentes: *Quid eſt quod ait, requiret Deus? Oblivionem tuam quæ irrepſit, ut auferat ejus omne veſtigium*.

b. Vict. & Colb. *cùm illud quoque turbare nos non poſſit, quod ait Apoſtolus*. &c.

tem occulta ſapientiæ, quæ raptus in paradiſo (A) apoſtolus Paulus aodivit: & quia non licebat ea homini loqui, apud ſe tegebat: non quia uſum eorum aut gratiam aliis invideret; ſed quod oon licebat homini loqui, forte etiam homini audire non proderat: quæ tunc illuminabit Dominus, cùm illuminandorum ſecretorum tempus advenerit. Vide'ne etiam in Evangelio diſtantiam (*Ibidem.*) aliquam reperias, ubi dixit: *Nihil occultum, quod non manifeſtabitur: neque opertum, quod non revelabitur.* Illud tamen adſtipulatur ad ſoperiorem (B) interpretationem, ut utrumque de bonis eſſe (*2. Tim. 2. 19.*) credamus; quia ſcriptum eſt: *Cognoſcit Dominus qui ſunt ipſius.* Suos ergo cognoſcit, & eos cognoſcit qui cognoſcunt Deum: ignorat aotem eos qui ignorant Deum; qui enim ignorat, ignorabitur. Dominus ergo quæ bona ſunt, recognoſcit; ea quæ ſunt plena cognitionis divinæ, ea quæ ſunt occulta ſapientiæ, novit Dominus: averſatur autem ea, quæ ſunt plena iniquitatis atque peccati.

(C) 81. Denique ſi iſtorum perſonam conſideres, quos nulla divini cultus oblivio ſeparavit, ut alieno Deo expanderent ſuas maous, atque aperire ſuas animas oolueriot: intelliges quod in occultis ſuis oon flagitia aliqua erant, ſed ea quæ eſſeot inooceotiæ, continebant; quandoquidem morte afficiebantur pro Dei cultu; totaque die verſabantur io morte; ſicut & verſabatur Paulus, (*1. Cor. 15. 31.*) qui ait: *Quotidie morior per veſtram gloriam.* Et vere quotidie Paulus moriebatur ſecundum car- (D) nem, in jejuniis, in naufragiis, in diverſis periculis, in miſeriis conſtitutus: ſed non totus moriebatur. Moriebatur homo ejus exterior, ſed renovabatur interior: & ideo non deficiebat, cùm tot periculis urgeretur; qoia etſi exterior homo ejus corrumpebatur, interior renovabatur de die in diem; quia diem ſibi uniuſcujuſque fides & gratia operationis illuminat. Unde oec Paulus apoſtolus noctem ſciebat; quia qui renovatur, ſemper in luce eſt. An tibi non videtur in luce, (E) qui Chriſti in ſe continet caritatem? Et ideo immolationis ſecurus dura non refugit: nec eum perſecutio ulla, aot fames, aut gladius poteſt à Chriſto domino ſeparare, quem vincula divinæ caritatis adſtringunt.

82. Interim tamen in bonis etiam operibus mens humana turbatur, & tentationibus quatitur. Tamen & hoc juſtorum eſt, ut cùm ſe tentari viderint, adjumentum depoſcaot; ſicut apoſ- (*Matth. 8. 25.*) toli in Evangelio, cùm Chriſtus dormiret in na- (F) vi, tempeſtatem fluctuum formidantes excitaveruot dominum Jeſum, ut ab his formidinem propulſaret. Nonne tibi videntur ſancti apoſto- (*℣. 23.*) li iſtos dixiſſe verſiculos: *Exſurge, quare obdormis, Domine? Exſurge, & ne repellas uſque in finem.* Certe etſi littera diſtare videatur, concordat ſententia. Neque vero vel in corpore conſtitutus ita dormiebat dominus noſter Jeſus Chriſtus, ut ignoraret tempeſtatem maris, & exorta proceſſa ventorum cognitionem ejus per altitudinem ſoporis excederet. Dormiebat corpore, ſed virtute vigilabat. Et diſpoſitio illa fuit, ut adſcenderet in navem Dei Filius, Dei Verbum: adſcenderent etiam ſimul diſcipuli ſui: quos remiſſos (A) & negligenres eſſe non paſſus, quaſi de Domini præſeotia & favore ſecuros, ſomno corporis ſe ſe compoſuit. Ergo illa ſpecie ſomni, dormire ſe ſe mundo huic, apoſtolis Verbum Dei demonſtrabat. Vigilabat tamen ejus poteſtas & providentia, quæ excitavit tempeſtatem in mari; ut navis propemodum inſurgentibus fluctibus operiretur: qua diſcipuli tempeſtate turbati, utrum ſalubris conſilii ſe proviſione fulcirent, an vero *remediom excederent, cognoſceretur. Sed illis (B) quibus Jeſus non dormiebat, vigilabat fides: & ideo ſurgentes excitaverunt dominum Jeſum, dicentes: *Domine, ſalva nos, perimus.* (*Ibidem.*)

83. Vide ſi etiam illud diſcrepat ab Evangelio, quod de Jona legimus, qui dormiebat in ven- (*Jona. 1. 5.*) tre navis, & ſterrebat: in quo ſacræ paſſionis figura præceſſit. Sicut enim Jonas dormiebat io navi, & ſtertebat ſecurus, qoaſi non metuens deprehendi; ita dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui figuram illam ſacramento ſuæ mortis implevit, (C) tempore Evangelii in navi dormivit: & ſicut ille tribus diebus & tribus noctibus fuit in ventre ceti; ita filius hominis tribus diebus & tribus noctibus fuit in corde terræ, in ſui corporis paſſione. Qui ubi ſe excitavit à morte, & ſomnum ſui corporis relaxavit, ut pro ſalute reſurgeret univerſorum, Diſcipulos viſitavit. Hic eſt ergo verus Jonas, qui obtulit animam ſuam redemtionem pro nobis. Propterea ergo ſublatus & miſſus eſt in mare; ut exciperetur & devoraretur à ce- (D) to, quo intra alvum ceti poſitus ejus ioteriora vacuaret. De quo ceto hoc dictum ſit, audi Job dicentem: *Qui habet*, inquit, *magnum cetum cap-* (*Job. 3.*) *tivum reddere.* Quis iſte eſt? Utique cognoſcis, cùm legeris qood dominus noſter Jeſus Chriſtus (*Epheſ. 4. 8.*) captivam duxerit captivitatem; devicto enim adverſario & inimico, nos qui captivi eramus, cœpimus libertatem poſſidere per Chriſtum.

84. Deniqoe ipſa oratio ſancti Jonæ docet dominicæ paſſionis eſſe myſteria, cùm dixit: *Cla-* (*Jona 2. 3.*) (E) *mavi*, inquit, *ad Dominum meum in tribulatione mea, & audivit me de ventre inferni.* Vides quia inferni ventrem dixit, non ceti? Dominus autem non io cetum, ſed in infernum deſcendit; ut & illi qui io infernis erant, à perpetuis vinculis ſolverentur. Deniqoe plerique etiam reſurrexerunt. Quæ autem flumina circumdederunt Jonam, aot de qua abyſſo dixit Jonas: *Abyſſus cir-* (*Ibidem. 6. & 7.*) *cumdedit me noviſſimo, merſit caput meum in fiſſuras montium: deſcendi in terram, cujus ſeræ ſunt con-* (F) *tinentes æternales?* Utique hoc ad perſonam Jonæ non quadrat, & convenit. Filius autem Dei deſcendit in fiſſuras montium, quando deſcendit in tumulum; ipſum enim Joſeph, ſicut Evangelium docet, poſuit in monumento ſuo novo, quod ex- (*Matth. 27. 60.*) cidit io petra, & advolvit ſaxum magoum ad oſtium monumeoti. Denique & in alio libro: *Po-* (*Johan. 19. 41.*) *ſuit*, inquit, *eum in monumento exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus erat.*

85. Quis autem eſt, qui cum voce laudis & confeſſionis Domino ſacrificavit, niſi Prioceps omnium ſacerdotum, qui & vota pro omnibus vovit & reddidit? Solus enim effectus ſui haboit poteſtatem. Sicut enim Jonas miſſus eſt in mare, & quievit mare à commotione ſua; ita dominus

*. *Remedium excederent*, hoc eſt, præterirent omitterentque.

noſter Jeſus Chriſtus venit in hunc mundum, ut A
mundum lucrifaceret, & ſanguine ſuo omnia
pacificaret, ſive terrena, ſive cæleſtia. Adventu
igitur ſuo redemit univerſos homines; & pro-
vocavit ad Dei cultum operibus ſuis, cùm mor-
tuos reſuſcitaret, ſanaret infirmos, timorem Dei
humanis infundens affectibus. Ipſe eſt qui ſacri-
ficavit Domino ſacrificium ſalutare pro nobis, &
dignas converſionis noſtræ hoſtias Deo obtulit:
ipſe eſt qui dormivit, & evigilavit

86. Cavendum eſt ergo ne obdormiat pecca- B
toribus; obdormire enim videtur iis, quibus non
reſurrexerit, & quos in finem repellit. Quis au-
tem eſt qui repellitur; niſi qui peregrinatur à
Domino, quia non peregrinatur à corpore?
Quomodo enim poſſunt Deo placere qui in car-
ne ſunt? Et ideo non in carne ſimus, ſed ſpiritu:
adhæreamus domino Jeſu, qui ſe in octogeſimo
Pſal. 88. 39. & 40. & octavo pſalmo repulſum dicit pro nobis. *Tu
vero repuliſti pro nihilo, Domine, diſtuliſti Chriſ-
tum tuum, evertiſti teſtamentum ſervi tui.* Itaque C
repulſus in nobis factus eſt in opprobrium vici-
nis ſuis; ille enim ſuſcepit opprobrium crucis,
ut nos gloriam ſuæ reſurrectionis indueret. Re-
pulſus videtur, quaſi mortuus; & perfuſus con-
fuſione, quaſi crucifixus: ſed benedictus eſt in
æternum, qui maledictionem ſuſtulit, benedic-
tionis gratiam comparavit.

℣. 24. 87. Sequitur: *Quare faciem tuam avertis?* Aver-
tere à nobis Deum faciem ſuam putamus, quan-
do ſumus in aliquibus afflictionibus conſtituti; D
ut tenebræ noſtro offundantur affectui, quibus
impediti fulgorem veritatis oculis noſtris hau-
rire nequeamus. Etenim ſi in noſtrum Deus ad-
tendat ingenium, & noſtram mentem viſitare
dignetur, certi ſimus quod nulla res nobis cali-
ginem poſſit obducere. Etenim ſi vultus homi-
nis ceteris membrorum partibus plus refulget:
& quemcumque intuemur, vel incognitum ag-
noſcimus, vel cognitum recognoſcimus, quem
adſpectus noſter latere non patitur; quanto ma- E
gis Dei vultus quem ſpectat, illuminat? De quo
ut cetera ejus ſunt; ita & hoc præclarum ſancti
Apoſtoli, qui vere interpres eſt Chriſti, ut aptio-
re eum ſenſu & ſermone noſtris infunderet men-
2. Cor. 4. 6. tibus; unde ait: *Quoniam Deus qui dixit de tene-
bris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris, ad
illuminationem ſcientiæ claritatis Domini in facie
Chriſti Ieſu.* Ubi igitur in nobis reluceat Chriſ-
tus, audivimus. Eſt enim fulgor æternus animo-
rum, quem ideo Pater miſit in terras, ut ejus illu- F
minati vultu, æterna & cæleſtia ſpectare poſſi-
mus, qui ante terrena caligine tenebamur. Quid
de Chriſto loquar; cùm etiam Petrus apoſtolus
dixerit ad illum claudum ex utero matris ſuæ:
Act. 3. 4. *Reſpice in nos*; qui reſpexit in Petrum, & fidei il-
luminatus eſt gratia? Neque enim accepiſſet re-
medium ſanitatis, niſi fideliter credidiſſet. Unde
cùm tanta gloria eſſet in apoſtolis, audiens tran-
ſire dominum Jeſum Zacchæus adſcendit in ar-
borem; quia exiguus & puſillus in turba eum vi-
dere non poterat. Vidit Chriſtum, & lumen in-
venit. Vidit eum, & qui ante aliena rapiebat, ſua
contulit. Merito ergo dicunt iſti: *Quare faciem
tuam avertis?*

88. Aut fortaſſe propterea dicitur; quia deſi-
derantibus Chriſti moram faciebat adventus.
Ipſe enim eſt vultus Patris, qui eſt imago & glo-
ria Dei. Certe ſi non ad Incarnationis ejus hoc
accipiamus ſacramentum, recte etiam illud uſur-
pant ſancti dicentes: *Quare faciem tuam avertis?*
hoc eſt: Etſi avertis Domine, faciem tuam à no-
bis, tamen ſignatum eſt in nobis lumen vultus
tui, Domine. Tenemus illud in cordibus noſtris,
& in intimo ſplendet affectu; neque enim quiſ-
quam poteſt ſubſiſtere, ſi tu avertas faciem tuam.
Omnia enim à te exſpectant, ut tu des illis cibum in Pſal. 103. 27. & ſeq.
*tempore. Dante te his, colligent: aperiente te manum
tuam, univerſa implebuntur bonitate: avertente au-
tem te faciem, turbabuntur. Auferes ſpiritum eorum;
& deficient, & in pulverem ſuum convertentur. Emit-
tes ſpiritum tuum, & creabuntur: & renovabis
faciem terræ.* Agnoſcis quæ ſit eſca, quam Deus
hominibus ſubminiſtrat? Ipſe eſt cibus quem
ſecundum voluntatem Patris unigenitus Filius
ejus dominus noſter epulatur; ſicut ipſe ait: *Meus* Iohan. 4. 34.
*cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, qui in cæ-
lis eſt.* Hic cibus nobis eſt ſalutaris, & omnia Dei
ſunt ſalutaria.

89. Audis quædam Dei membra, cognoſce
virtutes. Manus quippe ejus, plenitudo bonitatis
eſt: facies ejus, illuminatio mentis eſt. Et ideo
ſemper ab eo ſperemus, in ipſum vota noſtra &
omnia ſtudia dirigamus: nec deſperemus, etſi
corporaliter eum videre non poſſumus; neque
enim deſperavit Moyſes, cui dictum eſt: *Non po-* Exod. 33. 20. & ſeq.
*tes videre faciem meam; non enim videbit faciem
meam homo, & vivet.* Et addidit: *Ecce locus apud
me, ſtabis in petra: & cùm tranſierit gloria mea, po-
nam te in cavernam petræ, & operiam te manu mea,
donec tranſeam; & tollam manum meam, & videbis
poſteriora mea: faciem autem meam videre non po-
teris.* Non ergo videtur ab homine facies Dei.
Eſt tamen locus in quo fide ſe monſtret homini
Deus. Eſt hic locus apud Deum: & ideo ſi ſteteri-
mus in petra, id eſt, in carnis iſtius* conſcientia, & *
fidei firmitate; etſi plenitudinem ejus videre non
poſſumus, tamen quantum poſſumus, quaſi reli-
quias ejus luminis hauriemus. Neque enim Moy-
ſes totam divinitatis ejus plenitudinem vidit, quæ
habitat in Chriſto corporaliter: ſed vidit poſte-
riora Chriſti, vidit ſplendorem ejus ut homo, vi-
dit ejus gloriam paſſionis, per quam regnum no-
bis cæleſte reſeravit.

90. Aquila autem: *Quare faciem tuam abſcon-
dis*, poſuit; ſed etiam ceteri, quod videtur con-
venire cum Moyſi dictis, qui ait: *Demonſtra te mi-* Exod. 33. 13. & 19.
hi, quaſi diceret: Noli vultum tuum mihi abſ-
condere, ſed magis demonſtra videre cupienti.

91. Et addidit: *Obliviſceris*, inquit, *inopiam* ℣. 24.
noſtram, & tribulationem noſtram. De qua inopia
dicit ſanctus Propheta quod in oblivionem ve-
nerit Dei? Aut quæ eſt iſta inopia, quam exci-
diſſe Deo noſtro & Domino conqueratur? Non
otioſa iſta eſt inopia; niſi forte ea quæ protecto-
rem Deum & remuneratorem habere conſue-
verit. Si enim eſt inopia cui patet regnum cælo-
rum, recte iſti inopiam ſuam divinis excidiſſe ſen-
ſibus arbitrantur, qui animam ſuam humiliatam
in pulvere deplorabant, & ventrem ſuum in ter-

*. Id eſt, in cognitione ac fide carnis Chriſti, quam petra illa præfigurabat.

ra bærere dicebant. Qni autem in terra bærent, A videntur divina prorectione privari. Quæ ſit er-
Matth. 5. 3. go iſta inopia, audi: *Beati* enim *pauperes ſpiritu; ipſorum enim eſt regnum cælorum.* Si ergo beata paupertas eſt, cui patet cælum, terrenas iſtas divitias negligamus, corporalem redundantiam declinemus. Sequamur veſtigia apoſtolorum, ante quorum pedes unuſquiſque quod habebat pecuniæ ex ſuorum agrorum pretio conferebat; ut pauperibus diſpenſaretur. Iſtam igitur inopiam Evangelicam hi ſancti viri multo ante exerce- [B] re cœperant; & ideo dicebant: *Oblivisceris inopiam noſtram.* Tale eſt boc, quale illud apoſtoli-
Matth. 19. 27. cum: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Bona ergo paupertas, quæ à pietate procedit, & virtutum exercitatione ſuſcipitur.

92. Nec ſolum inopiam, ſed etiam tribulationem ſuam in oblivionem Deo veniſſe deplorant. Bonæ ſunt & tribulationes quæ ſunt propriæ juſtorum, qui non pro meritis ſuis, ſed pro pietate eas ſuſtinent: in quibus juſtus non adteritur, ſed [C] dilatatur; ſicut ſanctus Propheta declarat di-
Pſal. 4. 2. cens: *In tribulatione dilataſti mihi.* Et ipſe domi-
Pſal. 117. 5. nus Jeſus ait: *In tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudinem.* Dilatavit ſancto apoſtolo Paulo, quando ei oculorum lumen eripuit; ita enim confeſſus eſt Chriſtum, quem negabat antea. Ideo vas electionis eſſe promeruit. Denique ut ſcias quia dilatavit Paulo dominus
2. Cor. 6. 11. Jeſus, audi ipſum Apoſtolum dicentem: *Os noſtrum patet ad vos, ô Corinthii, cor noſtrum dilatatum eſt.* Aperi ergo os, cnnfitere Chriſtum; quia plenitudo eſt: ubi plenitudo, ibi etiam latitudo. Et quaſi bonus magiſter qui diſcipulos habere optaret æquales, nos quoque hortatus eſt ut dilataremur, dicens: *Dilatamini & vos.* *Ibidem 13.*

93. Cùm autrem [a] Deus alicubi in tribulatione dilatat; tunc fiet latitudo cordis, ſicut arena maris innumerabilis. Quæ ſit iſta latitudo audi dicentem ſanctum Salomonem: [b] *Optavi, & datus eſt mihi ſenſus: & invocavi, & venit in me ſpiritus ſapientiæ.* *Sap. 7. 7.* Ut enim acciperet ſapientiam à Deo, non divitias, non nobilitatem, non poteſtatem; ſed ſapientiam poſtulavit, & in illa omnia quæ etiam non poſtulavit, invenit. Unde Scrip- *3 Reg. 4. 29.* tura dicit quia talis erat latitudo cordis ejus, ſicut arena maris innumerabilis. Unde hanc percipias latitudinem, ait de ſe ipſo cognoſcens: *In latitudine cordis tui deſcribe eam.* *Prov. 7. 3.* Et ideo qui habet ſapientiam, non in occulto teneat eam, non ad momentum; ſed canat eam in exitu: ubique quod ſentit, cum auctoritate prædicet.

94. Symmachus autem pro tribulatione afflictationem poſuit. Sive tamen afflictatio ſit, ſive tribulatio, opus eſt ut nos maneamus in Domino, nec ab eodem recedamus; quoniam præſule Domino & adſiſtente nobis, omne certamen fortiter poſſumus ſuſtinere. Si autem Dominum negligamus, & longe nos faciamus à Domino, facimus nobis adverſarium fortiorem.

a. Edit. Rom. ſola, *Deus alicui in tribulatione dilatat.*
b. Hic Scrptuiæ locus quem exhibent omnes edit. nuſquam in moſtiis mſſ. invenitur: ſed poſt vocem *Salomonem*, continuo ſubnectitur, *ut acciperet ſapientiam &c.*

IN PSALMUM XLV. PRÆFATIO.

℣. 1. 1. TITULUS pſalmi hujus ita inſcribitur: *In finem, pro filiis Core pro occultis, pſalmus ipſi David.* Quid eſt, *pro occultis?* Occultorum habuiſſe ſe cognitionem per revelationem domini Jeſu, in quinquageſimo quoque pſalmo ſanctus
Pſal. 50. 8. Propheta commemorat dicens: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Quæ autem illa
Matth. 11. 25. ſint occulta, in Evangelio ſancto docemur, dicente Dei Filio, quod myſteria ſapientiæ abſcondita ſint ſapientibus, & parvulis revelata. Hæc ſunt illa, nî fallor, quæ oculus non vidit, [E] nec auris audivit, nec in cor hominis adſcenderunt: quæ præparavit Dominus diligentibus eum. Ergo in occulto cordis noſtri occulta ſapientiæ recondamus, non temere aliquibus divulgemus, niſi ſacramentorum conſortibus, quos Dominus vocavit ad gratiam ſuam, qui ſe in abſcondito vult rogari; quoniam ſolus eſt, qui abſcondita & occulta cognoſcat.

2. Denique ipſe dominus Jeſus ad percipiendam Legem ſolum Moyſen, non abſque Jeſu ta- [F]
Matth. 17. 1. men, in montem voluit adſcendere. In Evangelio quoque Petro, Johanni, & Jacobo ſolis ex omni numero diſcipulorum reſurrectionis ſuæ gloriam revelavit. Ita occultum ſuum voluit eſſe myſterium: & admonebat frequenter, ne cui facile quæ viderant, annuntiarent; ne offendiculum quiſquam ſubiret infirmior, qui vim ſacramentorum fluctuanti ingenio haurire non poſſet. Denique ipſe Petrus neſciebat quid diceret, qui [D] tria tabernacula Domino, & ſervnlis crederet eſſe facienda. Deinde fulgorem gloriæ Domini transfigurantis ſe ſuſtinere non potuit: ſed in terram cecidit, ceciderunt & filii tonitrui Jacobus & Johannes & nubes operuit eos: nec potuerunt ſurgere, niſi poſtea quam Jeſus venit, & tetigit eos, & juſſit ut ſurgerent, & formidinem ſequeſtrarent. Introierunt ergo in nubem, ut abdita & occulta cognoſcerent; atque ibi audierunt vocem Dei dicentis: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite.* *Ibidem. 5.* Quid eſt: *Hic eſt filius meus dilectus?* Hoc eſt, noli errare Simon, ut ſervulis Filium Dei conferendum putes: *Hic eſt Filius meus*; non Moyſes filius, non Elias filius; quamvis alter aperuerit mare, alter clauſerit cælum. In verbo enim Domini uterque naturam vicit elementi: ſed illi miniſterium præbuerunt, hic eſt qui ſolidavit aquas, cælum ſiccitate clauſit, & quando voluit, in imbres reſolvit. Ubi teſtimonium reſurrectionis adſciſcitur, adſtipulantur miniſteria ſervulorum: ubi gloria Domini reſurgentis oſtenditur, ſervulis ſplendor abſconditur. Namque ipſos ſtellarum globos ſol exortus obducit, & omnia earum lumina mundano ſub ſole vaneſcunt. Quomodo ergo ſub æterno ſole juſtitiæ, atque illo fulgore divino videri poterant ſtellæ carnales? Ubi ergo ſunt illa lumina, quæ veſtris ante oculis quodam miraculo refulgebant? Tenebræ ſunt univerſa, comparatione lucis æternæ. Alii miniſteriis ſuis Dzo placere

feſtinent: hic ſolus eſt verum lumen & æternum, A
in quo Pater complacet, vel in quo beneplaci-
tum eſt mihi; ut meum ſit, quidquid hic fecit: &
quidquid ego feci, Filii opus eſſe jure credatur.
Johan. 10. 30. Ipſum audite dicentem: *Ego & Pater unum ſumus.*
Non dixit: Ego & Moyſes unum ſumus. Non di-
xit ſibi & Eliæ nllum divinæ gloriæ eſſe conſor-
rium. Quid tria tabernacula præparatis? Non
in terris habet iſte tabernaculum, ſed in cælo.
Audierunt apoſtoli, & ceciderunt pavore turba-
ti. Venit Dominus, & levavit eos, & juſſit ne cui B
dicerent quod vidiſſent.

3. Huic ergo tua occulta ſervato, cui David
a [a] ſua occulta mandabat dicens: *Ab occultis meis*
Pſal. 18. 13. *munda me, Domine.* Munda enim debent eſſe re-
ceptacula, in quibus ſunt pietatis occulta myſte-
Prov. 5. 15. & 16. ria. Et ideo tibi dicitur: *Bibe aquam de vaſis tuis,*
& de puteorum tuorum fontibus .... & in plateis ſu-
perfluant aquæ tuæ, ut irriguo fonte munderis. Ideo
Prov. 3. 10. tibi dicitur: *Vino torcularia tua redundent.* Ideo di-
Pſal. 80. 8. citur: *In tribulatione invocaſti me, & liberavi te, &* C
exaudivi te in abſcondito tempeſtatis: probavi te in
aqua contradictionis. Eſt enim quædam in tribu-
b lationibus interna [b] pectorum ſæva tempeſtas,
quando ſunt foris pugnæ, intus timores. Eſt aqua
contradictionis, quando velut quodam amariſſi-
mi ſalis æſtu fluctuant noſtræ cogitationes, nec
ulla in profundo mentium definitionis ſtabilita-
te placidantur. Tunc tempeſtas in abſcondito,
tunc aqua contradictionis, quæ ſolo poteſt Chriſ-
ti ſermone ſedari, quo peccata nobis noſtra di- D
mittit, ſecundùm quod ipſe dignatus eſt dicere:
Johan. 15. 3. *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus*
ſum vobis. Loquere, domine Jeſu: verbum tuum
medicina eſt, verbum tuum lumen eſt, verbum
tuum noſtræ colluvionis ablutio eſt, verbum
tuum fons eſt. Tu loqueris, & culpa lavatur.

4. Et quia de abſcondito tempeſtatis, & de
aqua contradictionis ductus eſt ſermo, omnia
nobis factum eſt Dei Verbum. Caro factum eſt,
ut carnem ſervaret: aqua factum eſt, ut aquam E
contradictionis ſua gratia temperaret, & amari-
tudinem impietatis auferret: Ideoque ſcriptum
Prov. 20. 5. eſt: *Aqua alta verbum in corde viri.* Alibi *verbum,*
alibi iterum *conſilium;* ibi enim bonum conſilium,
ubi bonum eſt Dei verbum. Et ideo tibi Lex di-
Deut. 15. 9. cit: *Attende tibi, ne fiat tibi verbum malum in corde*
Matth. 9. 4. *tuo;* & dicat Jeſus: *Quid cogitatis mala in cordibus*
veſtris? Miſit enim Deus Verbum ſuum, ut ſana-
ret hominem, non ut perderet. Hoc Verbum
medicina eſt, non pœna. Hoc Verbum in corde F
tuo, & in ore ſit tuo: hoc Verbum ſit in occultis,
ubi diabolus inſidiatur: intret Verbum, exeat
diabolus. Nam ſi irrepſerit diabolus, Chriſtus
recedit; quomodo receſſit à Juda poſtquam ſe
diabolus in cor ejus immerſit. Et tu ergo dic: *Ab*
occultis meis munda me, Domine; ne diabolus inſi-
dietur in occultis, ſicut leo in cubili ſuo. Quod ſi
Chriſti occulta pie fideliterque ſervaveris, inſi-
diandi diabolo locus eſſe non poterit. Ideoque in
pſalmo nono David de occultis ſcribens Domini
ſacramentis; quod eſt converſio peccatorum, vo-
catio gentium, Dei regnum, præparatio cordis,

judicium pauperum, refectio inopum; ante de
occultis pectoris tui atque ſecretis exterminan-
dum adverſarium dicit: ne ſedeat in occultis ut
interficere cupiens innocentem. Ideoque tibi di-
citur: *Intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora* Matth. 6. 6.
Patrem tuum in abſcondito. Illo tua deſcendat ora-
tio, ubi eam audiat qui ſcrutatur abſcondita: ibi
tuam patientiam deprehendat, vel tegendæ in-
juriæ, vel jactantiæ declinandæ; occultat enim
ſapiens injuriam ſuam. Ibi eſt latibulum ſapien-
tiæ; *poſuit* enim *tenebras latibulum ſuum.* Quæ- Pſal. 17. 12.
rent me mali, & non invenient. Prov. 1. 28.

5. Ideo Abraham puteum fodit, ut aquam qui
quæreret, inveniret: ideo puteum fodit Iſaac:
ideo dominus Jeſus ſedebat ad puteum; erat au-
tem ibi fons Jacob. Sedebat ad puteum, ut quæ-
reres. [c] Fons ibi eſt, ubi Chriſtus eſt. Fons eſt, ut c
aquæ ſupereffluant requirentibus; quo & univer-
ſa carnis vel flagitia diluantur, vel reſtinguan-
tur incendia. Hæc ergo eſt altitudo ſapientiæ &
ſcientiæ Dei; ut mali eam non inveniant, boni
quærant, atque in ejus adquirendæ ſtudio & me-
ditatione verſentur. Vis ſcire quam verum ſit?
Audi ſapientiæ ipſius verba: *Petite, & dabitur vo-* Luc. 11. 9.
bis: quærite, & invenietis: pulſate, & aperietur vo-
bis. Pulſa ergo januam; quia Chriſtus eſt janua:
pulſa oſtium Verbi; ut aperiatur tibi ad eloquen-
dum myſterium Chriſti, & abſconditos in Chriſ-
to ſapientiæ poſſis invenire theſauros. In ipſo no-
bis ſapientia, in ipſo vita noſtra abſcondita eſt;
ſicut Paulus adſeruit, qui uſque ad tertium rap- Coloſſ. 3. 3.
tus eſt cælum, ut audiret ea quæ homini non li-
cet loqui. Quanta occultorum eſt diſciplina! Li-
cet ſcire homini, & non licet loqui. Scire vita
eſt, loqui mors eſt.

6. Cognoſcentes ergo quia finis occultorum,
qui græce σκοπὸς dicitur, hic eſt, atque ea ſumma,
ut & indigni non apprehendant ſapientiæ diſci-
plinam: & qui deſiderium habent, vitæ tamen
& fidei meritis ſuffragantibus, cognitionem di-
vinorum capere ſacramentorum laborant, &
quotidianis exercitationibus deſudant, ut inten-
tionis ſuæ fructum mereantur adipiſci; nonum
pſalmum & quadrageſimum quintum diligen-
tius legamus, ut abſconditam in myſterio ſapien-
tiam fideli poſſimus mente comprehendere. Soli
enim iſti de occultis titulum prætulerunt. Sed
jam pſalmum adoriamur.

IN PSALMUM XLV. ENARRATIO.

7. *DEus noſter refugium & virtus.* Quid eſt,
noſter? Hoc eſt, eorum qui in te credi-
mus. Sic & alibi: *Domine refugium factus eſt nobis.* Pſal. 89. 1.
Nobis, inquit, credentibus, non incredulis: nobis
quærentibus, non refugientibus veritatem. Ille
enim hoc poteſt dicere, qui in ſolius Dei præſi-
dio ſuæ conſtituit ſpem ſalutis. Nobis ergo refu-
gium factus es, & noſtrum refugium & virtus,
qui ſumus ex populis nationum. Judæi te negave-
runt, Judæi non te receperunt; & ideo es conver-
ſus ad gentes, vocaſti nos, & refugium factus es
noſtrum, & virtus es nobis. Vis ſcire quia de no-

a. Mſſ. aliquot, *ſua occulta mundabat.* Melius alii, ac edit. *mandabat;* id eſt, oratione commendabat.
b. Ita quinque mſſ. Alii vero & omnes edit. *peccatorum ſæva tempeſtas .... quodam maritimi ſalis æſtu fluctuant* &c.
c. Quinque mſſ. *fons ibi erat. Ubi Chriſtus fons eſt, ut aqua* &c. Edit. autem cum aliis mſſ. ut in textu.

his

1. Cor. 1. 18. bis qni ſumus ex gentibus, dictum ſit? *Crux Domi-* A
ni Iudæis offendiculum, Græcis ſtultitia : nobis autem
Ibidem. 30. *virtus Dei atque ſapientia eſt.* Et infra : *Ex ipſo au-*
tem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt ſapientia
nobis à Deo. Utique Paulus non de Judæis, nec de
gentibus dixit : ſed de iis qui converſi ad domi-
num Jeſum prædicarent ſuæ ſalutis auctorem.
Confugiſti ergo ad Chriſtum? Non deſeras fun-
damentum, confirmatorem tuum non derelin-
quas; ut te qui ſuſcepit, ipſe tueatur, & mercem
ſuam pius animarum noſtrarum negotiator ag- B
noſcat.

℣. 2. 8. *Adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos*
nimis. Bene *nimis* ad utrumque reſpondit, & ut
in tribulationibus quæ nos nimis invenerunt, &
adjutor nimis poſſit intelligi. Quanto enim ma-
jores tribulationes fuerint, tanto majora nobis
& vehementiora adjumenta ſunt neceſſaria. Et
ideo plerumque fit, ut in gravioribus & aſperio-
ribus certaminibus coronemur; quia lacrymis &
gemitibus & orationibus frequentioribus æter- C
næ opem nobis divinitatis adſciſcimus.

℣. 3. 9. Quo fit ut non timeamus, cùm terra noſtra
turbatur, & transferuntur montes; quia ſi tu pro
nobis, quis contra nos? Timere non poſſumus
fragilitates iſtius carnis, quæ timore ac metu
frangitur, inflammatur cupiditatibus, luxuria
mollitur, deliciis enervatur, vaporatur febribus,
dolore vexatur, exanimatur anguſtiis. Vel cùm
transferuntur illi montes in cor maris, de quibus
Matth. 21. 21. dixit Salvator : *Si habueritis fidem ſicut granum ſi-* D
napis, non ſolum de ficulnea facietis; ſed etiam *ſi*
monti huic dixeritis : Tollere, & jactare in mare;
* *nihil impoſſibile erit vobis.* Miſit ſe * hic mons in
cor Judæ, & mentem ejus gravi tempeſtate tur-
bavit, diverſarum exagitans fluctibus paſſionum.
Sicut enim terrarum fertilitati fœcunda bonis
operibus & devotionis ac fidei fructibus anima
comparatur, ut odor Jacob, ſicut odor agri ple-
ni; ita etiam procelloſi maris inquietudine figu-
ratur anima ejus, qui quietus eſſe non novit, & E
amaris cogitationibus excitat graves fluctus. De-
nique nec oſculo ſuo dominus Jeſus Judæ prodi-
toris amaritudinem temperavit. Suſcepit oſcu-
lum proditor, infudit venenum, mortem irroga-
vit : cujus aculeum quidem Chriſtus obtudit, ſed
ſolus proditor non evaſit. Et ut evidenter mon-
tem hujuſmodi nobis manifeſtaret, alibi quoque
cùm dæmonium ab homine juſſiſſet exire, apoſ-
tolis interrogantibus qua cauſa illud ipſi ejicere
Matth. 17. 20. nequiviſſent, ait : *Non ejicitur hoc genus, niſi in ora-* F
Ibidem. 19. *tione & jejunio.* Et addidit : *Si habueritis fidem ſi-*
cut granum ſinapis, dicetis huic monti : Tranſi hinc
illo, manu ſignificans qnis ille mons eſſet, quem
poſſet perfecta transferre fides. Perfecta enim fi-
des grano ſinapis comparata eſt, dicente Apoſto-
1. Cor. 13. 2. lo : *Si habeam omnem fidem, ita ut montes transfe-*
ram : caritatem autem non habeam, nihil mihi pro-
deſt.

10. Sunt etiam qui ita diſtinguunt : *Et transfe-*
℣. 4. *rentur montes*; ut ſequatur : *In cordibus maris ſo-*
nuerunt, & turbatæ ſunt aquæ ejus : conturbati ſunt
montes in fortitudine ejus. Non bonæ aquæ quæ
ſonant, atque turbantur, & potum præbere non
poſſunt. Meliores ſunt quæ pertranſeunt; ſicut
ſcriptum eſt : *Inter medios montes pertranſibunt* Pſal. 103. 10. & 11.
aquæ, & potabunt omnes beſtiæ agri : ſuſcipient ona-
gri in ſitim ſuam. Denique ubi legio dæmonio- Luc. 8. 32.
rum petiit & accepit poteſtatem, ut introiret in
porcos, magno impetu ſe præcipitavit in mare :
& aquæ illæ gregis ſui præcipitatione turbatæ
ſunt. Alibi quoque idem David propheta ſic po-
ſuit : *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, &* Pſal. 76. 17.
timuerunt; hoc eſt, bonæ virtutes, quæ Verbi cæ-
leſtis cognitione ſunt placidæ, non ſonitu & fra-
gore terribiles. De malis autem virtutibus quid
dicit? *Et conturbatæ ſunt abyſſi, multitudo ſonitus* Ibidem 17. & 18.
aquarum. Abyſſi Deum non vident, & ideo tur-
bationibus ſemper obnoxiæ ſunt. Et expoſuit
quid eſſent abyſſi. *Multitudo*, inquit, *ſonitus aqua-*
rum. Nam & beſtia illa Antichriſtus ex abyſſo
adſcendit, ut adverſus Eliam atque Enoch, [a] at- a
que Johannem qui propter teſtimonium domini
Jeſu terris ſunt redditi, præliaretur; ut legimus
in Johannis Apocalypſi : cui datum eſt os loquen- Apoc. 13. 5.
di magna, ut adverſus Deum plena furoris con-
vicia & ſacrilegii perſonaret.

11. Sonuerunt ergo aquæ, id eſt, immundi ſpi-
ritus, cum turbarentur videntes opera Dei, in
Domini ſalutaris adventu appropinquare ſibi ju-
dicium pertimeſcentes. Sonuerunt & turbatæ
ſunt aquæ in Domini paſſione. Unde & dictum
eſt : *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati* Pſal. 2. 1.
ſunt inania? Et alibi Scriptura dicit : *Periit memo-* Pſal. 9. 8.
ria eorum cum ſtrepitu. Diabolus ſonum quærit,
Chriſtus ſilentium. Denique *ſicut agnus coram ton-* Eſai. 53. 7.
dente ſe, ſic non aperuit os ſuum. Et alibi : *Non da-* Eſai. 42. 2. & 3.
mabit, neque contendet, nec quiſquam audiet in pla-
teа vocem ejus .... donec ejiciat in victoria judi- Matth. 12. 19. & 20.
cium. Quæ eſt iſta niſi de ſerpente victoria? In hac
fortitudine Filii Dei conturbati ſunt montes;
cùm diabolus & miniſtri ejus viderent mortuos
reſurgentes. Iſti ſunt montes qui turbantur : illi
montes qui transferuntur in paradiſum, quibus
dicitur : *Hodie mecum eris in paradiſo.* Et alius cui Luc. 23. 43.
dicitur : *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad* Iohan. 21. 23.
te? Tu me ſequere. Et Enoch qui raptus eſt, ne
malitiâ ſæculi mutaretur.

12. Poſt Domini paſſionem quid aliud ſequi de-
buit; niſi quia de corpore Domini flumen exi-
vit : quando de latere ejus aqua fluxit & ſanguis,
quo lætificavit animas univerſorum; quia illo
flumine lavit peccatum totius mundi? Eſt & flu-
vius qui de Eden exiit, & circumiit univerſam
terram, Verbum Dei quo paradiſus intelligibilis
irrigatur, & omnis anima vocatur ad gratiam
Chriſti, dicente ipſo Dei Verbo : *Si quis ſitit, ve-* Iohan 7. 38. & 39.
niat ad me, & bibat. Cui ego dedero aquam, flumi-
na de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Ex illo enim
unico Dei Verbo quatuor fluviorum prudentiæ
& fortitudinis, temperantiæ quoque & juſtitiæ
fluenta manarunt. *Alii enim per Spiritum datur* 1. Cor. 12. 9 & ſeq.

*. Per montem in hoc Evangelii loco perduellem angelum ſignificari jam. in pſal. 36. col 812. num. 77. Vir ſanctus docuerat his verbis : *Dicetis huic monti; tollere, & jactare in mare. Huic. Cui? Dæmonio*, inquit, &c. In qua quidem expoſitione gravitatem Ambroſii ac modeſtiam nonnulli deſiderant. Verum iſti, ne quid gravius dicamus, æquo moroſiores ſunt. Ecquis enim eat inficias, per montis altitudinem ſuperbum illum ſpiritum haudquaquam inſulſe adumbrari? Nam quod ad litteralem ſenſum attinet, numquam animi fuit ſancto Præſuli negare fidei vim ineſſe θαυματουργικὴν : ſed myſticum proſequi maluit, quod eum duceret auditoribus fore utiliorem.

a. Quædam edit. Pariſ. *atque Iohanni* : emendamus è cod. Reg. *atque Iohannem.* Sed in aliis omnibus & mſſ. & edit. ſoli Elias & Enoch memorantur.

ſermo ſapientiæ, alii fides in eodem Spiritu, alii gra- A
tia curationum in uno Spiritu, alii operatio virtu-
tum .... Hæc enim operatur omnia unus atque idem
Spiritus, dividens ſingulis prout vult. Hi ſunt impe-
tus fluminis, cùm ſe in gratiam miniſteriorum
operarionis atque virtutis ſpontanea diviſione
transſundit.

13. His igitur fluminis ſuperni meatibus civi-
tas illa in qua Deus inhabitat, irrigatur; & ſanc-
tificatur Altiſſimi tabernaculum, omnis anima
quæ inhabitatur à Chriſto; vel corpus illud quod B
Virgo generavit, de quo Gabriel Angelus dixit:
Luc. 1. 35. *Et quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei*
vivi. Bonum tabernaculum, quod nulla potue-
runt obumbrare peccata. Admirabile templum
Dei, & aula cæleſtis, quod ſolutum corrumpi
non potuit; ſed intra triduum reſurrexit, reſuſci-
tatum ab ipſo qui mortuus videbatur. Nec mi-
rum, quando Deus in medio civitatis ejus erat,
nec commotus eſt; ſive quia nullius peccati pro-
lapſione commotus eſt Dei Filius, nec alicujus C
erroris offenſione titubavit, aut corporalis ille-
cebræ nutavit impulſu; ſive quia non reliquit ani-
mam ejus Dei gratia, ſed inſeparabilis in ea man-
ſit, quod ab omni colluvione delicti immaculata
duraverit. Unde & ad Patrem Dei Filius dixit:
Pſal. 15. 10. *Nec derelinques animam meam in inferno.* Ergo
quia ſuberat ei nec in carne peccare, divine ait:
Johan. 14. 10. *Ego in Patre & Pater in me eſt.* Et alibi: *Traditus*
Pſal. 87. 9. *ſum, & non egrediebar.* Ab eo utique non egre-
Pſal. 138. 18. diebatur, cui dixit poſtea: *Exſurrexi, & adhuc* D
tecum ſum. Ubi autem aliquis gravius peccat,
commovetur in eo Deus, ut ab eo tranſeat. Unde
& Adæ peccanti deambulare viſus eſt, & Stepha-
no ſtare; quia ille in prævaricatione lapſus eſt,
Zach. 9. 14. hic in martyrio coronatus. Et in Zachariæ libro
ita ſcriptum eſt: [a] *Ambulavit in commotione indi-*
gnationis ira ſua Dominus. Simile & in Evangelio
Matth. 23. 38 dictum eſt Judæis: *Ecce derelinquetur vobis domus*
veſtra deſerta. Dereliquit enim Dominus Judæos,
& ſtatim ſecuta eſt ruina Synagogam. Quod ſi E
eam Chriſtus non deſeruiſſet, numquam eam ſu-
premum ſequutum eſſet excidium. Aperuimus
ergo quod dictum eſt: *Deus in medio ejus non com-*
movebitur.

14. Sequitur: *Adjuvabit eam Deus diluculo.*
Quo ſignificatur quia reſurrectio matutina adju-
mentorum nobis cæleſtium ſubſidia confert, quæ
noctem repulit, diem refudit, dicente Scriptura:
Epheſ. 5. 14. *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis: & illuceſcet*
tibi Chriſtus. Vide autem myſterium. Veſpere F
Exod. 12. 6. paſſus eſt Chriſtus: ideo & ſecundum Legem ad
veſperam agnus occiditur. Mane ſurrexit; ſic
Johan. 20. 1. enim ſcriptum eſt: *Una autem ſabbati venit Ma-*
ria Magdalene prima luce ad monumentum, cùm ad-
huc eſſet obſcurum, & vidit lapidem amotum ab oſtio.
Ad veſperam mundi occiditur, deficiente jam
luce; quia in tenebris erat hic totus mundus, &
majoribus fuiſſet tenebrarum ſqualloribus invo-
lutus; niſi Chriſtus nobis è cælo lux æterna veniſ-
ſet, innocentiæ tempora generi refuſurus huma-
no. Paſſus eſt ergo dominus Jeſus, & ſanguine
ſuo noſtra peccata donavit, lux reſulſit conſcien-
tiæ purioris, & dies reſplenduit gratiæ ſpiritalis.
Unde & Apoſtolus ait: *Nox præceſſit, dies appro-* Rom. 13. 12.
pinquavit. Evigilavimus igitur, jam non dormia-
mus. Veſtem lucis induimus, non in amictus te-
nebroſæ converſationis atque exuvias reverta-
mur. Comeſſationibus atque deliciis, quæ noc-
turni ſunt temporis, vale diximus: ſobrietatem
elegimus, cujus gratia Jacob primatus quos non
habebat, invenit.

15. In aliis quoque codicibus invenitur: *Adju-*
vabit eam Deus vultu ſuo. Quid hoc quoque ſi-
gnificet, ipſe Propheta nos doceat. Namque ipſe
in poſterioribus dixit: *Oſtende faciem tuam, &* Pſal. 79. 4.
ſalvi erimus. Adſpectus ergo Dei, ſalus noſtra
eſt, atque in ejus vultu noſtrum eſt adjumentum.
In quo quanta vis ſit, divina ſcriptura declarat,
quæ non otioſe adtexuit, quod *reſpexit Deus ſu-* Gen. 4. 4. & 5.
per munera Abel, ſuper munera autem Cain non
reſpexit; & ideo contriſtatus eſt Cain, quod ſa-
crificium ſuum Deo diſplicuiſſe cognovit, pla-
cuiſſe germani. Unde & illud quod hodie in pſal-
mi [b] reſponſorio decantatum eſt, plurimum noſ-
træ conducit adſertioni: *Exſpectans exſpectavi* Pſal. 39. 2.
Dominum, & reſpexit me. Quem Dominus reſpi-
cit, ſalvat. Denique in Domini paſſione cùm ti-
tubaret Petrus ſermone, non mente (licet ipſe
Petri ſermo titubantis fidelior ſit, quam doctrina
multorum) reſpexit eum Chriſtus, & Petrus fle-
vit; quo proprium lavit errorem. Ita quem viſus
eſt voce denegare, lacrymis fatebatur.

16. *Conturbatæ ſunt gentes, inclinata ſunt regna:*
dedit vocem ſuam Altiſſimus, & mota eſt terra. Ad-
ventu domini Salvatoris adverſariæ poteſtates
cum ſua legione turbatæ ſunt, juſſæ ab humanis
exire corporibus, & precatæ ut mitterentur in
porcos. Turbatis nequiſſimis poteſtatibus, ne-
ceſſe fuit turbari cultores ſimulacrorum, inclina-
ri quoque regna peccati. Erat enim grave re-
gnum, quod ſibi in grave ſervitium ſubjugaverat
omnium animos peccatorum; qui enim facit pec-
catum, ſervus eſt peccati. Regnum autem pec-
cati, mortis eſt regnum, quod diu toto orbe præ-
valuit. Unde & Apoſtolus ait: *Sed regnavit mors* Rom. 5. 14.
ab Adam uſque ad Moyſen, etiam in eos qui non
peccaverunt, in ſimilitudinem prævaricationis Adæ,
qui eſt forma futuri. Venit veritas, figura ceſſa-
vit: venit vita, regnum mortis evanuit: venit re-

a. Ita pleraque mſſ. atque omnes edit. excepto quod Rom. habet, *ambulabit*. Mſſ. autem Remig. *Ambulavit in minutatione irritationis ſuæ*. Long. & Valc. *Ambulavit in commotione minutationis ſuæ*. In quo non multum diſcrepant à LXX apud quos legas: καὶ πορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ: ubi Vulg. *Et vadet in turbine auſtri*.

b. *Reſponſoria* proprie dicuntur, cantus qui ſingulis lectionibus ſubjicitur, vocanturque eo nomine, vel quia auditorum adſenſum ſignificant, vel quia lectionibus reſpondent, triſtia triſtibus, læta lætis; vel demum quia choro reſpondente cantantur; quemadmodum ex Stephano Æduenſium Epiſc. nec non ex Ruperto docet eruditionis eminentiſſimæ Cardinalis Bona lib. de div. Pſalm. cap. 16. §. 15. num. 2. Verum hic non ſumi eo ſenſu reſponſoria manifeſtum eſt, cùm dicatur non lectionis, ſed *pſalmi reſponſorium*. Itaque haud illibenter exiſtimaremus poſt pſalmos ſingulos decantari olim conſueviſſe ſingula reſponſoria: præſertim cùm Gennadius de Script. Eccleſ. tradat Muſæum Epiſc. Maſſil. ſcripſiſſe *Reſponſoria pſalmorum*: & Rabanus lib. 1. de Inſtit. Cleric. cap. 51. auctor ſit reſponſoria in uſu longe ante antiphonas in Italia fuiſſe. At vero eadem poſſe etiam pro ipſis pſalmi verſiculis uſurpari Ambroſius oſtendit in Pſalm. 37. col. 841. num. 58. *Nam ante reſponſorium proximum*, inquit, *verſiculus eſt*: *Et præoccerunt me* &c. ubi clarum eſt per vocem *reſponſorium*, intelligendum verſiculum illum: *Sed tu ne derelinquas me* &c. ut patebit conſideranti. Neque vero mirum videri debet, ſi pſalmorum verſiculi alternis Choris perſoluti reſponſoria vocitentur; cùm jam laudatus Cardinalis pſalmos quoque ob eamdem rationem antiphonas poſſe nominari autumet. Ipſum adiſis lib. citato cap. 16. §. 10. num. 1. Non ſecus ac doctiſſimum Cangium in voce *Reſponſorium*.

miſſio peccatorum, & peccati vincula reſoluta ſunt. Ante etiam leviora delicta mortis nexibus ſtringebantur: poſt adventum autem Domini ſalutaris etiam graviora flagitia ſunt remiſſa. Inclinata ſunt ergo regna ſpiritalium nequitiarum quæ ſunt in cæleſtibus; quia cultus ſimulacrorum, & illeeebra peccati cœpit imminui Evangelicæ prædicatione doctrinæ. Inclinata eſt perfidia poſteaquam cœpit fides in nationum regnare pectoribus. Inclinantur regna peccati, cùm legitur:
Rom. 6. 12. *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore.* Inclinavit omnia regna perfidiæ voce ſua Dominus dicens:
Matth. 11. 28. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos.*

17. Hanc vocem dedit Altiſſimus, & omnes eum ſecuti ſunt populi nationum, dura peccati regna fugientes, & perpetuæ mortis atrocitatem, atque intolerabilem flagitiorum omnium ſervitutem; cùm polliceretur feſſis requiem, captivis remiſſionem, ſervientibus libertatem: & decuſſo jugo ferreo Babylonii regis, jugum ſuum ſuave cervicibus fidelium ſubrogaret; ne vacua colla gentilium rurſus inimicus catenis ſuæ iniquitatis adſtringeret. Chriſtus enim quos alligat, liberat: & quos adſtringit, abſolvit. Denique qui ſervus vocatus à Domino eſt, libertus eſt Domini: & qui liber vocatus eſt, ſervus Chriſti eſt. Ideoque in ſuis vinculis Paulus gloriatur dicens:
Epheſ. 3. 1. *Paulus vinctus Ieſu.* Quod ſub aliis contumelia, ſub Chriſto gloria eſt. Dedit vocem ſuam in paſſione Dominus, & univerſa elementa tremuerunt,
Pſal. 23. 1. omnis terra commota eſt; ut ritus gentilium ſolveretur, fieretque terra Domini, & plenitudo ejus, ut ſcriptum eſt: ceſſarent auguria perfidorum, & ſacrificium impietatis cognitio fidei & ſtudium devotionis abolerent. Dat vocem ſuam Dominus quotidie, & reſultat in cordibus ſingulorum; ut terrenum omne decedat ejus, qui bene credit affectu, atque omnes interiorum ſenſus animorum ab errore, à corruptione luxuriæ & diſſolutione, ad cognitionem cæleſtium ſacramentorum, & ſtudium caſtitatis: à nequitia ad virtutem pia confeſſione moveatur.

18. Motos ergo eos dicit qui in terra ſunt, vel quia terra erant omnes homines, in quibus erat terrena corruptio; quia oculos mentium ad ſublime gratiæ cæleſtis elevare atque attollere
℣. 8. neſciebant, nec poterant dicere: *Deus virtutum nobiſcum*; cum quibus non erat niſi prolapſionis incentor, & auctor erroris. Sed poſteaquam vox Domini in Evangelio reſultavit, audet Propbeta dicere: *Deus virtutum nobiſcum.* Bene dicit: *Deus virtutum nobiſcum*; qui credidit quod Virgo in utero accepit, & peperit. Audeamus & nos dicere: *Deus virtutum nobiſcum*; poſteaquam Emmanuel, hoc eſt, Deus cœpit eſſe nobiſcum. Ubi ergo Emmanuel, ibi *Deus virtutum nobiſcum.*

Ibidem. 19. *Suſceptor noſter Deus Iacob.* Imitemur ergo patriarcham Jacob, odorem ejus, virtutem ejus, laborem ejus. Sicut enim Abrahæ opera facere debemus, ut filii ejus appellari jure mereamur; ita etiam exercitia atque certamina ſancti Jacob ſubire debemus, ut Deus Jacob Deus noſter eſſe credatur. Nam ſi opera Jacob, vel quia illum æquare non poſſumus, ſtudia operis ejus ac fidei non agnoſcat in nobis; quomodo quaſi Deus Jacob nos juvare dignabitur?

20. Dum hæc diceret, ecce per Spiritum ſanctum præſens imago ei infuſa eſt futurorum; & videns ex gravi perturbatione bellorum pacem toto orbe diffuſam in adventu Domini ſalutaris, clamat ad univerſos dicens: *Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram. Venite,* ℣. 9.
ad congregationem ſpectat: *Videte*, ad intentionem, & cognoſcendæ ſtudium veritatis. Videte, inquit, opera Domini plena miraculis, in quibus magnarum ſunt ſigna virtutum. [a] Denique τέρατα græce, admiranda dicuntur latine. Non ergo quaſi prodigialis horroris accipias opera Domini, ſed quaſi plena admirationis. Præclare poſuit *ſuper terram*; id eſt, in terram.

21. *Auferens bella uſque ad fines terræ, arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.* ℣. 10.
Et vere antequam Romanum diffunderetur imperium, non ſolum ſingularum urbium reges adverſùm ſe præliabantur; ſed etiam ipſi Romani bellis frequenter civilibus atterebantur. Pugnavit Marius adverſus Cinnam. In utraque parte Romanus fuſus eſt ſanguis. Sylla inſurrexit, & Mario victori rurſus civilia bella commovit. * Lepidus, Sertoriuſque rebelles ſe Romano imperio præbuerunt. Cæſar Pompeium eſt perſecutus, & Galliarum furorem excitavit adverſus arma Romana. Devicto ſeniore Pompeio, juniorem in Hiſpaniarum partibus debellavit. Quid * Triumviros loquar ex hoſtibus amicos, ex amicis rurſus in hoſtiles tumultus eſſe progreſſos: maria quoque Actiaco bello infecta ſanguine Romanorum? Unde factum eſt, ut tædio bellorum civilium, Julio Auguſto Romanum deferretur imperium; & ita prælia inteſtina ſedata ſunt. Hoc autem eo profecit, ut recte per totum orbem apoſtoli mitterentur, dicente domino Jeſu: *Euntes* Matth. 28. 19.
docete omnes gentes. Illis quidem etiam interclusa barbaricis montibus regna patuerunt, ut Thomæ India, Matthæo Perſia. Sed tamen quo plura obirent ſpatia terrarum, in exortu Eccleſiæ poteſtatem Romani imperii toto orbe diffudit, & diſſidentium mentes, terrarumque divortia donata pace compoſuit. Didicerunt omnes homines ſub uno terrarum imperio viventes, unius Dei omnipotentis imperium fideli eloquio confiteri.

22. Abſtulit ergo bella uſque ad fines terræ, quod factum eſſe non dubium eſt. Sed vide ne bella infirmitatis abſtulerit, quæ ſunt in corde titubantium. Qui enim terrena tranſierit, jam non dicit: *Foris pugnæ, intus timores*; ſed dicit: *Noſtra* 2 Cor. 7. 5.
autem converſatio in cælis eſt. Tranſi ergo mundum, Philip. 3. 20.

a. Mſſ. nonnulli, *Denique prodigia græce, admiranda dicuntur latine.* Alii & edit. ut in textu, excepto quod Rom. habet . . . . *prodigia dicuntur latine.*

*. Fuit is M. Æm. Lepidus Marianarum partium adſertor, qui adverſus Catulum Syllanæ factionis ducem quicum prius conſulatum geſſerat, bellum geſſit. De eodem autem Lepido mox iterum dicemus.

* Antonius, Lepidus, atque Auguſtus prius diſcordes, ut Julii Cæſaris à Bruto aliiſque conjuratis interfecti necem perſequerentur, adſumta triumvirali poteſtate arma ſua primo conjunxerunt: ſed brevi ſoluta eſt illa ſocietas. Namque haud multo poſt Lepido in ordinem redacto, Antonius denique apud Actium maritimam Epiri urbem navali pugna profligatus ab Auguſto violentas manus in ſuam ipſius vitam convertit. Has Octaviani Cæſaris victorias, & pacem inde ſecutam Tacitus compendio exprimit illis verbis: *Lepidi, atque Antonii arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa, nomine principis, ſub imperium accepit.*

a ut incipias eſſe ſupra mundum; [a] περᾶσαι enim A transire eſt, vel ut dicam expreſſius, transfretare. Abſtulit ergo Dominus bella, quæ movebat nobis nequitia ſpiritalis: & devicto diabolo, pacem ſuam nobis reliquit. Arcum confregit, de quo ignita adverſarii jacula ſpargebantur: & ſcuta perfidiæ combuſſit igni; ut ſcutum fidei inviolabile permaneret.

ỷ. 11. 23. *Vacate*, inquit, *& videte, quia ego ſum Dominus.* Vox Domini poſt bella ſedata: *Vacate*, ut nulla animarum ſit occupatio; ne offuſio ſæcula- B rium perturbationum internæ oculum mentis obducat. Vacate, inquit, ab erroribus, vacate à 1. Johan. 3. 6. perturbationibus, vacate à peccatis; quia *omnis qui peccat, non vidit Deum, nec cognovit eum;* ſicut in Epiſtola ſua dixit Johannes Evangeliſta. Vacate ergo ſtudio cognoſcendæ divinitatis: nolite terrenis operibus occupari. Ideo rex Ægyptiorum augeri jubebat numerum laterum, & cetera onera Judæorum; ne cognoſcerent Deum, & cultui ſacro vacarent, offenſus Moyſi & Aaron voce C Exod. 5. 6. & ſeq. ſanctorum, qui dicebant: Dimitte populum Dei, ut eamus & ſerviamus domino Deo noſtro.

ỷ. 11. 24. *Exaltabor inter gentes, & exaltabor in terra.* Erat ſublimis Dominus in excelſis, id eſt; in Angelis & Archangelis, in patriarchis & prophetis, qui de illo ſublimia ſentiebant, nec eum terrenis b imaginibus [b] & ſimulacris ſcrupeis conferebant: ſed non erat ſublimis in populis nationum, qui Deum ſuum in antris & ſpelæorum habitaculis requirere videbantur. Denique reprehenditur Magdalena, quæ Chriſtum quaſi mortuum flebat, & quaſi ſepultum quærebat in tumulo. Unde dicit ad eam Chriſtus: *Maria, quid ploras? Quem quæris?* numquid eum qui poſſet auferri? Audivit vocem, & recognovit eum, & volebat contingere; & ait Dominus: *Noli me tangere*, quem putas mortuum. *Ad Patrem vado.* Miraris quod in tumulo non inveniſti, quem cæleſtia præſtolantur? Aut forte reprehenditur, quia Chriſtum niſi fides perfecta non tangit; ſicut hæmorrhoiſſa plenâ eum tetigit fide. Unde ait Dominus: *Tetigit me aliquis: ſentio de me virtutem exiſſe.* Quo dicto, agnovit in ſe illa quod exeunte fuerat virtute curata; & ſtatim confeſſa eſt ſui conſcia quod Dominum ipſa tetigiſſet. Unde Dominus ait: *Fides tua te ſalvam fecit: vade in pace.* Exaltatus autem in terra Dominus eſt, ſecundùm quod ipſe ait: *Cùm exaltatus fuero, omnia traham ad me ipſum.* Vel quod facta eſt voluntas ejus ſicut in cælo & in terra.

Johan. 20. 15. — Ibidem. 17. — Luc. 8. 46. — Ibidem. 48. — Johan. 12. 32.

25. Et repetit dicens: *Deus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter [c] Deus Jacob.* Repetitio confirmatio eſt. Vel quia non ſolum quando natus ex Virgine eſt, factus eſt nobiſcum Deus; ſed etiam poſt reſurrectionem ipſe dixit: *Ecce ego vobiſcum ſum .... uſque ad conſummationem mundi.* Cui eſt honor & gloria, perpetuitas à ſæculis, & nunc, & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen. ỷ. 12. c Matth. 28. 20.

a. Sic mſſ. aliquot, atque edit. omnes. Verumtamen quorſum hoc loci vox περᾶσαι; niſi velis eam reſpicere ad περάτων. Nam verſiculus, qui hic exponitur, ita habetur apud LXX. [illegible] μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς. Nihiloſecius videtur Doctor noſter potius ſcripturus fuiſſe περᾶν aut περᾶσαι quam φράσαι. Quocirca non magno momento inflecteremur in lectionem aliorum mſſ. ubi legimus, *phaſe enim tranſire eſt.* Etenim hoc ſancto viro ſatis uſitatum, ut tectis quodammodo verbis Scripturæ locos ad eruenda ex eiſdem morum præcepta ſubinnuat. Poſſet igitur inde duci hic ſenſus, tranſeundo à terrenis ad cæleſtia imitate Iſraelitarum phaſe &c. Sed interim lectionē receptā non præjudicamus.

b. Mſſ. nonnulli, *& ſimulacris ſculptis.* Melius alii ac edit. ... *ſcrupeis*, id eſt, ſaxeis; ſcrupus enim ſaxum eſt, unde ſcrupulus. Quod autem adjungitur de antris ac ſpelæis, tangitur ethnicorum ſuperſtitio, qua deorum oracula potiſſimum in ſubterraneis locis interrogabant; ut puta in antro Delphici Apollinis, Sibyllæ, Trophonii & ſimilibus.

c. Rom. edit. poſt voces, *Deus Jacob*, ſubjungit, *Deus virtutum nobiſcum. Repetit quod ſupra dixerat. Repetitio autem confirmatio eſt.*

IN PSALMUM XLVII. ENARRATIO.

ỷ. 1. Pſal. 41. & ſeq. 1. HUjus titulus hic eſt: [a] *Pſalmus cantici filiis Core, ſecunda ſabbati.* Boni filii Core, & pſalmus jam ſuperioribus approbati, eo quod congruis ſenſibus & cogitationibus ad virtutum ſtudia convenientibus in ſemet ipſis pangerent ſpiritale pſalterium, & cognitioni divinitatis, a [a] pervigiles ſpecula mentis intenti, cæleſtium myſteriorum digni forent haurire ſecreta. Et ideo cùm pſalmorum ante arcam Domini quotidie canendorum munus & officium recepiſſent, videntur electi, ut pſalmum cantici in ſecunda E ſabbati ſpecialiter reciperent concinendum. Etenim quibus recte videbatur eſſe commiſſum, ut adſcenſionem Domini ab inferis reſurgentis voce ſua pſallerent; his utique deferendum fuit, ut ipſum reſurrectionis diem munere ſuo miniſterioque celebrarent. Quid eſt enim ſecunda ſabbati; niſi Dominica dies quæ ſabbatum ſequebatur? Dies autem ſabbati erat dierum ordine poſterior, ſanctificatione Legis anterior. Sed ubi fi- D nis Legis advenit, qui eſt Chriſtus Jeſus (*finis enim Legis Chriſtus, ad juſtitiam omni credenti*) & reſurrectione ſua octavam ſanctificavit; cœpit eadem prima eſſe, quæ octava eſt, & octava quæ prima: habens ex numeri ordine prærogativam, & ex reſurrectione Domini ſanctitatem. Unde & in Evangelio legimus δευτεροπρώτῳ ſabbatum, quod latine dicitur ſecundo-primum. Ubi enim Dominica dies cœpit præcellere, qua Dominus reſurrexit; ſabbatum quod primum erat, ſecundum haberi cœpit à primo. Prima enim requies ceſſavit, ſecunda ſucceſſit. Unde & ad Hebræos ſcribens Apoſtolus ait: *Poſtera ergo die reſtat requies populo Dei. Feſtinemus igitur intrare in illam requiem.* Rom 10. 4. — Luc 6. 1. — Heb. 4. 8. 9. & 11.

2. Requies ergo vera jam non in operis ceſſatione, ſed in reſurrectionis eſt tempore. Ideoque qui ſabbati ſecundum Legem ſolemnitatem cuſtodiebant, unam ſabbati nuncupabant; quaſi unum eſſet ſabbatum, & non aliud. Nos qui ob-

a. *Pſalmus & Canticum* in Dei laudibus verſabantur, ille quidem voce, hoc autem organo muſico, celebrandis. Verum ſi quando vox organo præcineret, *Pſalmus cantici:* ſin autem organum voci, *Canticum pſalmi* dicebatur. Vide ſuper hoc Caſſiod. *Prol. in Pſal.* cap. 5. & ſeq. Item Flam. Nobil. in hunc locum; nec non Card. Bona *De Divina Pſal.* cap. 16. § 12. n. 1. atque alios.

b. Ita pleriſque mſſ. quorum tamen aliqui conjunctim legunt, *ſpeculamentis.* His accedunt Colb. & Vict. niſi quod hic habet, *pervigilis*, ille, *pervigilibus.* Reg. & cum eo quædam Pariſ. edit. *pervigiles ſpeculo mentis.* Vet. edit. ac Rom. *pervigilis ſpeculo* &c. Specula autem locus editus eſt atque ad ſpeculanda longinqua idoneus. Unde Præf. in pſal. 1. num. 2. habes: *Aliorum* (*ſcopulorum*) *ſpecula*, *aliorum viſus* &c. Per metaphoram vero pro ſublimi vel intenta mentis contemplatione accipitur.

ſervantiam induimus ſpiritalem, & ad ſimilitudi- A nem & requiem Dei cupimus noſtram formare militiam, atque in illa civitate cæleſti noſtrum exhibere miniſterium: ubi non eſt exemplar, non umbra, ſed veritas; primam dicimus ſabbati, ſicut
Matth. 28. 1. ſcriptum eſt: *Veſpere autem ſabbati, qua luceſcit in prima ſabbati.* Nihil pulcrius, nihil expreſſius. Ante reſurrectionem ſabbatum dixit, poſt reſurrectionem primam ſabbati nuncupavit. Jo-
Johan. 20. 1. hannes quoque Evangeliſta dicit: *Prima ſabbati venit mane Maria Magdalena; cùm adhuc tenebræ* B *eſſent.* Tenebræ pro tempore, mane pro gratia. Sed iſti expreſſius ſecundùm Evangelium, quaſi recuſſo velamine. David autem ſub Lege poſi-
a tus, [a] & moderationem tenuit debitæ cantionis, & myſterium non repreſſit, ut ſecunda ſabbati diem Dominicam declararet; quo apud Judæos ordinem numeri putaret eſſe ſervatum, & ſpiritale ſacramentum agnoſceret revelatum. Audiamus igitur quid dicat, qui in ſecunda ſabbati Deo pſallit. C

℣. 2. 3. *Magnus*, inquit, *Dominus & laudabilis nimis, in civitate Dei noſtri, in loco ſancto ejus.* Non ergo ubique Deus magnus & laudabilis eſt? Ille quidem ubique magnus & potens eſt; ſed anguſta mens non capit magnitudinem divinæ ejus poteſtatis & gratiæ. Quanto autem magis appropinquat Deo noſtra cognitio, tanto præcellentior ejus nobis videtur eſſe majeſtas. Denique
Johan. 20. 25. Thomas qui ante dicebat: *Niſi videro in manibus ejus fixuras clavorum, & mittam manum meam in* D *latus ejus, non credam*; ubi miſit digitum ſuum, & evidentia reſurrectionis cognovit indicia, admi-
Ibidem. 28. rans intra ſe Dei gratiam: *Dominus*, inquit, *meus & Deus meus.* Tunc ergo pleniſſime divinitatem ejus dominationemque confeſſus eſt, ubi eum reſurrexiſſe non dubitavit ab inferis. Denique in Sion hymnus Deum decet, & votum ei ſolvitur in Hieruſalem. Quid igitur mirum ſi in civitate cæleſti, & in illo ſuperno & æthereo loco potentia ejus vehementius prædicatur? E

b ℣. 3. 4. Addidit: [b] *Dilatans exſultationem univerſæ terræ.* Et vere magnus dicitur, qui iſtius terræ in qua ante intolerabilium peccatorum germina pullulabant, ubi erat mœror triſtitiæ & gemitus, exſultationem toto orbe diffudit. Itaque hominum conſcientia quæ ante flagitiorum ſuorum gurgitibus demerſa lugebat, nunc per indulgentiam Chriſti, & remiſſionem omnium peccatorum metu abſoluta lætatur. Convenit igitur etſi ita intelligamus, ut diximus; ſed quia in vetuſ- F tis exemplaribus aliquibus reperimus: εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς; quod latine ſignificat bona radice exſultatione univerſæ terræ: ſenſum quidem eumdem advertimus; quia divina in nobis Dei Patris dona laudantur, qui dedit nobis exſultationem bona radice fundatam, Deum videlicet Jeſum, veram & fœcundiſſimam vitem, de qua ſacramenta fluxere cæleſtia; in quibus eſt perpetua & diuturna lætitia, quod bis abluatur omne peccatum, & conſcientia interna mundetur: elocutionemque convenire cognoſcimus; quia bene radicata exſultatione lætamur, qui exſultamus in Chriſto. Sæculi enim lætitia temporalis eſt, perpetua autem lætitia ejus qui gaudet in Domino.

5. *Mons Sion, latera aquilonis, civitas regis magni. Deus in gradibus ejus dignoſcetur, cùm ſuſcipiet* ℣. 4.
eam. Cur ſit exſultatio univerſæ terræ, evidenter expreſſit; quoniam dominus Jeſus Eccleſiam ſibi ex peccatoribus congregavit. Itaque qui erant ante latera aquilonis, id eſt, ſocii & inhærentes diabolo, cui dicitur: *Exſurge aquilo, ut veniat auſ-* Cant. 4. 16.
ter; facti ſunt Chriſto fideles. Ipſi ſunt enim, de quibus dicitur: *Qui confidunt in Domino, ſicut mons* Pſal. 124. 1.
Sion. Facti ſunt itaque mons Sion per gratiam Chriſti, & baptiſmatis ſacramentum. Aquilonis intelligibilis gravis eſt flatus, qui prius tempeſtates aſperrimas & procellas humanis movebat affectibus: cœpit ſuos amittere, qui vexabat alienos. Gentem omnem everterat Judæorum, nationes omnes ſuo revinctas tenebat imperio, ipſius erant latera; hoc eſt, adſpirabant cum eo. Sicut enim principis latera dicimus ſtipatores ejus & comites, & ſicut mulier latus eſt viri, eo quod morigera ei ſocietate jungatur; ita latera erant diaboli, qui faciebant ipſius voluntatem. Ii ergo nunc ſunt mons Sion, qui Deum ſpeculantur æternum, & ipſi noctibus & diebus intendunt. Vide mihi Paulum cùm perſequeretur Eccleſiam Domini, latus aquilonis fuiſſe: vide nunc cùm legitur in Eccleſia, montem eſſe ſpeculatorium, per quem Chriſti gloriam cognoſcimus, & videmus. Et quia græcus montes dixit, hoc eſt, ὄρη; vide quomodo ſervuli Chriſti montes ſint. *Mon-* Ibidem 2.
tes in circuitu ejus; in quibus eſt Eccleſia Domini, quæ eſt civitas Regis magni. Simul quia Dominus ſecundùm cæli tractum [c] in Venerario paſſus eſt; qui erat locus in latere aquilonis. Ibi autem & mons Sion, ibi Hieruſalem quæ in terris.

6. Videne id quoque videatur expreſſum, quia congregatio plebis Dei, quæ erat aquiloni conjuncta per culpam, Eccleſia Chriſti eſt facta per gratiam; ut jam non Synagoga, ſed Chriſti Eccleſia nuncupetur. Et quia reliquiæ Judæorum per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt, in ipſis Deus cognoſcitur, in Petro, Paulo, Johanne, Jacobo, qui graves & excelſi viri velut fundamenta & culmina ſunt Eccleſiæ. Quaſi fundamenta gravia, quos nulla gravis aquilonis flabra concuſſerint; ſed immobiles fidei ſervaverunt fundamentum, ne Eccleſia tota nutaret: præcelſi quaſi culmina, qui verticem ejus turribus ſuæ virtutis erexerint. Etenim ſicut in operibus ſuis conditor, & in ædificationibus ſuis ædificator agnoſcitur; ut etiamſi nomen non audias, tamen ex operum

a. Rom. edit. *& modulationem tenuit.* Aliæ ac mſſ. *& moderationem* &c. Sed quidam pro *cantionis*, antiquariorum lapſu præferunt, *cantiones*.

b Rom. edit. ſola præmiſſis duobus integris pſalmi verſibus, hoc hemiſtichion annectit; ac tum ſubjicit: *Recte ſupra dixit: Magnus Dominus. Nam vere* &c.

c Mſſ. Vict. & Colb. *Enerario paſſus eſt.* Mendoſe. Alii omnes ſaltem Gallic. *venerat, paſſus eſt ubi erat* &c. non multo ſanius. Itaque ab edit. non diſcedimus. Notans autem ad marg. vet. edit. ex Hieronymo, per annos ferme ducentos in loco reſurrectionis, Jovis ſimulacrum; in rupe ſanctæ crucis, ſtatuam Veneris marmoream ſtetiſſe: ſperantibus perſecutionis auctoribus fore, ut hac arte Chriſtianis ſanctiſſimorum myſteriorum fidem eximerent. Unde ibidem concluditur Venerarium ab Ambroſio dici locum, qui fuiſſet Veneris ſacrilegis religionibus pollutus ſpurcatuſque. Verum cum nefarius iſte cultus non niſi multis annis poſt Domini reſurrectionem adhibitus fuerit, veremur ut ſatis commode dicere potuerit ſanctus Doctor, Chriſtum in Venerario paſſum eſſe: maxime ob antecedentia illa, *ſecundùm cæli tractum*; ſed ea de re eruditiores pronuntient.

qualitate artificem deprehendas(& quid mirum A de humanis, cùm ipſius Creatoris æterni, qui non videtur à nobis, inviſibilia tamen ejus per ea quæ facta ſunt, intelligamus) ita in excelſis & magnis domibus (quæ domus nos ſumus, ſi libertatis & gloriæ fundamentum uſque ad finem firmum tenuerimus) Deus habitator agnoſcitur, ut Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob. Ipſe enim verus Deus, qui tales viros præceptorum ſuorum inſtitutione fundavit. Ergo ſicut in illis ſe Deum demonſtravit æternum; ita, inquit, cùm B Regis magni ſuſcipiet civitatem, gradibus ejus receptionem ſuæ cognitionis infundet: ut fiant docibiles Dei, qui mandatum ejus & audierint, & putaverint exſequendum; ne ab illius domus ædificatæ in petra firmitate degenerent.

ỳ. 5. ỳ. 6. 7. [a] Hoc, inquit, videntes *reges terræ congregati ſunt, & tranſierunt in unum. Ipſi videntes tunc admirati ſunt.* Boni reges qui ſui corporis poſſunt ſe præbere rectores, ab ipſa patriarchæ Abrahæ origine & inſtitutione manantes, qui docuit pec- C catum poſſe ſuperari. IDEO verus rex, qui flagitiis eſſe neſcivit obnoxius, in quo culpæ & erroris illecebra regnare non potuit. Unde & dic-

Gen. 23. 6. tum eſt ad hujuſmodi virum à filiis Chet: *Rex à Deo tu es nobis.* Tales ergo reges terræ, qui carni imperitarent, congregati ſunt; ut in uno eſſent

Act. 4. 32. corde, & in uno ſpiritu, ſicut legimus: Quia multitudo Credentium habebat unam animam, & cor unum, & non erat in his aliqua ſeparatio. Ii ſunt qui tranſierunt in unum non tam locum, D quam in eumdem affectum atque propoſitum.

Luc. 17. 7. Probato enim dicitur: *Tranſi, recumbe.* Neque enim mediocris virtutis eſt, ab improbis ad honeſta, à terrenis ad æterna tranſire, & carnalis vitæ conſuetudinem commutare, omnemque ejus abolere uſum, novos mores adſumere, totumque ſtatum converſationis veteris detorquere. Me-

Eſai. 43. 2. ritoque dicitur ei: *Si tranſeas per aquam, tecum ſum.* Cum tranſeunte eſt Deus, non cum deſiſtente.

8. Ii ergo qui intra ſemetipſos erant ante diſcordes, ubi in unum, mente & ſtudio convenerunt, recepta pace quæ fecit utraque unum, & inimicitias in carne ſua medii parietis deſtructione diſſolvit: admirati ſunt, vel eum qui in gradibus ſuis dignoſcitur, vel homines ita eſſe converſos; ut qui ante diabolo ſerviebant, nunc domino Jeſu juſti pietate ſervitii mancipati ſint. Et quia reges ſui corporis in ſemet ipſis vim non mediocris laboris experti (neque enim facile atque mediocre eſt animum vincere, reſecare cupidi-

b tates, edomare carnis laſciviam, [b] averruncare luxuriam, quæ repugnabat & Paulo, ut captivum ſibi peccati lege conſtringeret) ſicut gratiam in iis qui virtute proceſſerant, mirabantur: ita etiam ne quis relaberetur in vitia, de ſuperiore virtutum dejectus faſtigio, commovebantur. Proclivis enim & mutabilis in utrumque eſt humana conditio; ut quocumque intenderit, eo A propendeat & vergat vel ad ſtudia virtutum, vel ad illecebram delictorum.

9. Et ideo non mediocri quatiebantur affectu; ita ut ex formidine tremor apprehenderet eos, conſiderantes illud quod ſcriptum eſt: Quia *in* Prov. 28.

locis impiorum ingemiſcent Juſti. Denique vide mi- 28.

hi Petrum amariſſime flentem, quod ei error obrepſerit, & virtutem ſuæ mentis prolapſione corporeæ fragilitatis inflexerit: meritoque à Christo [c] ſupra eſſe reprehenſum, quod auſus ſit c

B uſurpare conſtantiam, nec obnoxiam conſiderare naturam. Et hic quidem per gratiam emendavit errorem; ſed Judas manſit in crimine, perſeveravit in gemitu. Juſtus erat cùm apoſtolorum numero necteretur: ſed quia ſupplantatus à diabolo eſt, in locis nunc deplorat & ingemit impiorum; quod de gratia ſit relapſus ad pœnam. Ergo cadentibus hujuſmodi viris, qualis fuit proditor Judas, vel Saul à domino Deo ſuo accitus ad regnum, etiam fortes viri trepidabant.

C 10. Conferentes denique quanto certamine ỳ. 7.

perveniretur ad finem, quantæ contritiones juſtorum, quantæ ſollicitudines, qualis adverſarius, quanta diuturno labore contentio, quantæ amaritudines [d] præpoſiti terroris, quæ vincula conti- d

nentiæ, quæ conſcientiæ verbera, non mediocriter conturbabantur; ne quis tantis vel laboribus vitæ auſterioris cederet, vel doloribus. Sunt enim ibi dolores acerbi & graves; id eſt, in Eccleſia, in illa civitate Regis magni ſunt dolores, *ſicut par-* D *turientis*, donec formetur Chriſtus in nobis. Neque enim ſine dolore Paulus erat, cùm videret in Galatis inſipientibus doctrinæ ſuæ tardiorem profectum. Ideoque dicebat: *Filioli mei, quos ite-* Galat. 4.

rum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Teſ- 19.

tificatur & Dominus in Evangelio graves eſſe parturientis dolores; cùm dicit: *Mulier cùm par-* Johan. 16.

turit, triſtitiam habet; quia venit dies ejus: cùm au- 21.

tem pepererit puerum, jam non meminit triſtitiæ propter gaudium; quia natus eſt homo in hoc mundo. Ma-

E gnus ergo labor, ut aliquis ſibi Chriſtum adquirat; ne ſine gubernatore quaſi navis in ſæculi iſtius ſalo fluctuet. Denique apoſtoli triſtes erant, cùm ſe Chriſtus ad Patrem rediturum eſſe memoraret, quod abſente rectore deſtitui ſe putarent. Gaudium Chriſtus eſt. Ipſe eſt & puer quem parturit, qui in utero ſuæ mentis accepit ſpiritum ſalutis. Qui pepererit, & enutrierit, exſultat: qui parturit, quatitur atque compungitur.

11. Bonum eſt ut & parias, & enutrias eum. *Ne* Exod. 23.

F *coquas agnum in lacte matris ſuæ*, ne dicatur tibi: 19.

Væ in utero habentibus & nutrientibus. Sic enim Matth. 24.

Chriſtus natus eſt ex Maria, ut agnoſcas eum, ſi- 19.

cut bos agnovit poſſeſſorem ſuum: & ſcias quia ipſe te creavit, & majores tuos ipſe poſſedit. Non eum quaſi parvulum nutrias, ſed quaſi verum atque perfectum Deum ex vero & perfecto Deo noveris adorandum. Sic eum Magus adoravit, ut non in lacte matris agnum coqueret; ſed quaſi Deum veneraretur æternum. Denique ut eum in-

a. Edit. Rom. *Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt, tranſierunt in unum. Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos. Reges terræ congregati ſunt. Boni reges &c.*

b. Omnes edit. in contextu, *evacuare luxuriam.* Omnes mſſ. ac vet. edit. in margine *averruncare*; hoc eſt, runca ſeu ſarculo exſcindere: improprie vero, avertere ac depellere, ut averrunci apud antiquos dicebantur malorum depulſores.

c. Cunctæ edit. ac duo mſſ. *ſuppreſſe reprehenſum.* Ubi poteſt alluſio fieri ad illud Luc. 22. 61. *Et converſus Dominus reſpexit Petrum*; hoc enim quoddam tacitæ reprehenſionis genus eſt. Attamen verba proxime ſequentia videntur oſtendere apertam illam reprehenſionem quæ Petri lapſum antecellerat, ſignificari. Quapropter aliorum mſſ. lectionem antetulimus.

d. Edit. *propoſiti terroris.* Mſſ. vero alii, *propoſiti terroris*: alii, *propoſiti erroris.* Non male; ſi referas ad errorem Judæ, vel ſimilium. Sed prior vox præferenda, ob ea quæ de doloribus ſubjiciuntur.

veniret, cælum adſpiciebat. Non ergo quærebat A
in terris, quem de cælo fulgens ſtella monſtrabat.
Ideo eum Maria non parturivit, ſed peperit; quia
& Dominum & ſalutare ſciebat ex ſe eſſe gene-
Luc. 1. 46 & 47. randum, ſicut ipſa teſtatur dicens: *Magnificat
anima mea Dominum: & lætatus eſt ſpiritus meus in
Deo ſalutari meo.* Ibi ergo dolores ſicut parturien-
tis. Dolor eſt ut parturias, dolor eſt ut enutrias,
quem in principio debes habere perfectum.

12. Ideoque plerique graviter conteruntur,
ỳ. 8. ſicut verſiculus ſignificat, qui ſequutus eſt: *In* B
ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis. Nam dum
ad fidei perfectionem Dei famuli pervenire deſi-
derant, commacerant corpus ſuum, caſtigando
ſeverius, & redigendo in miniſterium ſervitutis;
ne reprobentur qui fuerant jam probati. Hoc au-
tem faciunt in ſpiritu ſancto valido atque vehe-
menti. Eſt enim ſpiritus conſilii atque virtutis, ut
nimia abſtinentia diſſolvant corpus ſuum, quo
omnes ejus evacuent voluptates; ut dicatur illis:
Eſai. 35. 3. *Convaleſcite manus remiſſæ, & genua diſſoluta.* Cùm C
enim ſolutus quis fuerit ab iſta compage terre-
na, tunc fortior ad vitam reſurgit æternam. Men-
Philip. 1. 23. tior, niſi adſtipulatur Scriptura, quæ dicit: *Diſ-
ſolvi & cum Chriſto eſſe, multo melius.* Qui diſſolvi-
2. Tim. 4. 6. tur, incipit eſſe cum Chriſto. Et alibi: *Tempus
meæ reſolutionis inſtat.* Qui ergo meditatus fuerit
ſe ipſum diſſolvere per abſtinentiam, diem paſſio-
nis ſuæ timere non poterit.

13. Et bene ait ſpiritum vehementem, naves
dicturus. Naves autem de corporibus dixit, quæ D
vago diverſarum paſſionum fluctu moventur: &
cito merguntur, niſi habeant gubernatorem. Un-
Pſal. 106. 23. de & alibi ait: *Qui deſcendunt in mare in navibus.*
Bene autem navigant, qui in navibus Chriſti cru-
cem ſicut arborem præferunt, atque inde explo-
rant flabra ventorum; ut corpora ſua dirigant ad
ſancti Spiritus gratiam, in ligno Domini tuti at-
que ſecuri: nec permittunt naves ſuas vago fluctu
errare per maria, ſed ad portum ſalutis, & ad con-
ſummationem gratiæ curſus ſui directione con- E
tendunt; ut fida ſtatione potiantur, quo diſſolu-
tæ curſus ſuos poſſint in reſurrectione reparare,
ubi naufragium timere non poſſint.

14. Et nos igitur circumſpectemus hanc gra-
tiam, ſpeculatores ejus ſimus, exploremus eam; ut
fiant corpora noſtra naves Tharſis. Tunc enim
caro ad ſervitutem redigitur, cùm ad Dei inten-
dimus gratiam; ut id quod amarum ad tempus
ſit, ſicut eſt jejunium, non quod dulce & volun-
tarium, ſequamur. Tharſis ergo eſt ſpeculatorium F
gratiæ, intelligibilis civitas, ut Sion ſuperior. Ad
2. Par. 20. 35. & 36. a eam feſtinabat Jonas. De ea dixit Scriptura, quia
ſociatus eſt Joſaphat [a] Oziæ regi, & ſic placuit ut
facerent, & irent ad eum naves Tharſis. Sed quia
impio ſe conjunxit, ideo miſſus eſt ad eum pro-
Ibidem. 37. pheta, qui diceret ei: *Deſtruxit Dominus opus tuum,
& contrita ſunt naves tuæ, & non potuerunt ire in
Tharſis.* Quo ſignificatur quod prævaricantium
mandatum Dei corpora ad conſummationem
gratiæ pervenire non poſſint. Ad Salomonem A
autem, utpote ſapientem & pacificum virum na-
ves de Tharſis cum auro & argento, & dentibus
eburneis ſine ulla offenſione veniebant, & eo ipſe
mittebat. Habebat enim cum rege Hiram ſacræ
negotiationis ſpiritale commercium, & mutuæ
gratiæ concertantis affectum. Has ergo naves ii
qui regali in ſe auctoritate potiuntur ad coercen-
dam ferociam corporalem, videntes ex corrupti-
bilibus incorruptas, ex maculoſis ſumma gratiæ
luce fulgentes, ex diſſolutis atque detritis eſſe B
renovatas, vivere ex mortuis, ex ſepultis reſurge-
re, celebri ſermone commemorant.

15. *Sicut audivimus, ita & vidimus in civitate* ỳ. 9.
*Domini virtutum, in civitate Dei noſtri: Deus fun-
davit eam in æternum.* Audivimus extra civita-
tem, vidimus in civitate, cui Deus eſt lumen æ-
ternum, fulget dies ſine ſole mundano, luna non
quæritur: fundamentum ejus non temporale,
ſed æternum eſt.

16. *Suſcepimus*, inquit, *Deus miſericordiam tuam* ỳ. 10. C
in medio templi tui. Si ad Filium Dei dicitur, tem-
plum ita intelligimus, ſecundùm quod ipſe de
corpore ſuo dixit: *Solvite templum hoc, & in triduo* Iohan. 2. 19.
reſuſcitabo illud. Vere templum Dei corpus eſt
Chriſti, in quo eſt noſtrorum purificatio pecca-
torum. Vere templum Dei caro illa, in qua nul-
lum peccati potuit eſſe contagium; ſed pro de-
licto mundi totius fuit ipſa ſacrificium. Vere tem-
plum Dei caro illa, in qua Dei imago fulgebat,
D & corporaliter plenitudo divinitatis habitabat;
quoniam ipſe Chriſtus eſt plenitudo. Ergo ad ip-
ſum dicitur: *Suſcepimus, Deus, miſericordiam tuam
in medio templi tui.* Quod quid eſt, niſi quod ait:
Medius veſtrum ſtat, quem vos neſcitis; hoc eſt, in Iohan. 1. 26.
medio veſtri eſt, & non videtur? Si autem ad Pa-
trem refertur quid eſt: *In medio templi tui*; niſi
quia Deus erat in Chriſto mundum reconcilians
ſibi?

17. In illo ergo templo *ſuſcepimus*, inquit, *mi-
E ſericordiam tuam*; hoc eſt, Verbum quod caro fac-
tum eſt, & habitavit in nobis. Sicut enim redem-
tio Chriſtus, ita & miſericordia. Quæ autem ma-
jor miſericordia, quam quod pro noſtris flagitiis
ſe præbuit immolandum; ut ſanguine ſuo mun-
dum lavaret, cujus peccatum * nullo alio modo *
potuiſſet aboleri? Etenim ſi de ſanctis viris Apoſ-
tolus dixit: *Templum Dei vos eſtis, & Spiritus ſanc-* 1. Cor. 3. 16.
tus inhabitat in vobis; quanto magis carnem do-
mini Jeſu templum Dei dixerim, qui ſemper ple-
F nus Spiritu ſancto legitur, & ipſe teſtificatur di-
cens: *Sentio de me virtutem exiiſſe*; quæ virtus om- Luc. 8. 46.
nium vulnera acerba ſanabat? Poteſt & illud in-
telligi quod dixit ſuſcepiſſe ſe cum populo miſe-
ricordiam Dei in medio templi ejus; quoniam
ipſe Eccleſiam ſuam fundavit, & propagavit
in æternum; quoniam ipſe vere cum Filio ſuo
unigenito hanc gratiam plebi ſuæ contulit, quem
ædificatorem etiam demonſtravit dicens: *Hic ædi-* Eſai. 45. 13.
ficabit mihi civitatem; quæ diffuſa toto orbe terra-

a. Rom. edit. ſola, *Ochoſiæ regi. & ſic placuit ut facerent naves, & irent in Tharſis.*

*. Cum docetur hoc loco peccatum mundi nullo alio modo, quam Chriſti ſanguine potuiſſe aboleri, illud intelligendum eſt ex parte ipſius mundi; quod ſcilicet nulla exiſteret pura creatura, quæ vel pro communi peccato vel pro ſuo ſatisfacere ſaltem plene perfecteque poſſet, ut communiter affirmant Theologi. Verum ex parte Dei, S. Thomas part. 3. quæſt. 46. art. 2. Auguſtini auctoritate oſtendit tametſi modus liberationis humanæ fuerit convenientiſſimus, abſolute tamen alium Deo non defuiſſe, quo mundum redimeret. Quod ſane Ambroſium negaturum fuiſſe non putamus. Neque enim tam anguſti limites potentiæ ac ſapientiæ divinæ ſtatuendi ſunt, quam hac noſtra ætate quidam etiam è catholicis audacius quam conſultius faciunt. Et certe Pſal. 109. ỳ. 8. ſanctus Doctor ſoli ſimplici homini peccatorum redimendorum abjudicat facultatem.

rum, fecit ut tota terra plena laudis ejus eſſet & A
Habac. 3.3. nominis. Sicut enim ſcriptum eſt: *Laudis ejus ple-*
Philip. 2.9. & ſeq. *na eſt terra*; ita ſcriptum eſt: *Datum eſt ei nomen ſu-*
per omne nomen; ut in nomine Ieſu omne genu curvet
cæleſtium, & terreſtrium, & infernorum: & omnis lin-
gua confiteatur quod dominus Ieſus in gloria eſt Dei
Patris.

℣. 12. 18. Unde proprie dixit Propheta: *Secundùm*
nomen tuum, Deus, ita & laus tua in fines terræ: juſ-
titiá plena eſt dextera tua. Non mirum eſt ſi plenus
eſt juſtitiæ Dei, qui eſt dextera Dei. Idem autem B
eſt virtus Dei, & juſtitia Dei; ut & ſecundùm id
quod juſtitiæ Dei plenus eſt, eam juſtitiæ pleni-
tudinem in eo eſſe quam Pater habet, noveris:
& ſecundùm id quod virtus & juſtitia Dei Patris
& ſapientia legitur, nihil in eo divinæ majeſtatis
intelligas eſſe diverſum; ſed omnia accepiſſe à
Patre Filium, & omnis gloriæ paternæ Filium
ſplendorem eſſe cognoſcas, & ejus characterem
ſubſtantiæ: qui ita expreſſit Patrem, ut in eo totus
ſit Pater, ſicut in Patre totus eſt Filius. C

19. Et quia vidit in ſpiritu Propheta laudes
Chriſti terris in omnibus prædicandas, velut epi-
logo quodam faciens ſuſcepti ſermonis exceſſum
ad lætitiam nos & cultum nominis ejus hortatur
℣. 12. dicens: *Lætetur mons Sion*; id eſt, qui confidunt in
Domino, ſicut ipſe poſtea interpretatus eſt di-
Pſal. 124.1. cens: *Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion* &c.
Ipſe dominus Jeſus, qui eſt mons & altitudo Ec-
cleſiæ ſuæ, quæ Chriſtum ſuum toto ſpeculatur
affectu, lætetur fide ejus & devotione quæ com- D
placuit Deo; quoniam repudiata eſt infidelis. Po-
teſt igitur & hoc pie intelligi, quoniam etiam ſu-
perior omnibus ipſe eſt mons, in quem is adſcen-
dere jubetur qui fidem prædicat, dicente Scriptu-
Eſai. 40. 9. ra: *In montem excelſum adſcende qui evangelizas*
Sion.

* ℣. 12. 20. Exſultent, inquit,* animæ confitentes tibi.
Ipſæ ſunt filiæ Judææ illius in qua notus eſt Deus.
Nam iſta Judæa quæ in carne eſt vel littera, non
agnovit Dominum. Nam ſi agnoviſſet, etiam re- E
cepiſſet. Sed non agnovit, quem non recepit, &
judicia ejus refugit: quibus eos non ex patre
Abraham, ſed ex diaboli ſemine manare memo-
rabat; quoniam omne peccatum ſemen inimici
eſt. Confeſſionis autem filiæ peccatum non fa-
ciunt, ſed obumbrant. Et ideo beati quorum tecta
ſunt peccata. Meritoque exſultabunt filiæ confeſ-
ſionis propter judicia Domini, cùm cognoverint
judicia ejus & vias ejus, quæ in hoc ſæculo inſcru-
tabilia & inveſtigabilia ſunt hominibus: & cùm F
facie ad faciem ſpectare cœperint veritatem,
tunc illa quæ nunc videntur inſcrutabilia, com-
prehendent, & eorum cognitione gaudebunt.

℣. 13. 21. *Circumdate*, inquit, *Sion, & complectimini*
eam: narrate in turribus ejus. Qui intelligunt Sion,
circumdant eam, & complectuntur ſuis ſenſibus;
ut teneant, & non dimittant eam, ne ſibi ſpecula-
toria diſciplina virtutis poſſit auferri. Ideoque il-
Cant. 3. 4. la in Canticis dicit: *Tenui eum, & non dimittam*
eum, quæ Dei ſapientiam requirebat, & complec-
tebatur juſtitiam Dei brachiis caritatis, & quibuſ-
dam fidei & devotionis lacertis; ipſe eſt enim piæ
A mentis amplexus. Comprehendamus ergo & nos
quantum poſſumus interna myſteria veritatis, &
ſcribamus ea atque affigamus ea ſenſibus noſtris,
virtutemque cæleſtis oraculi: quam ut adſeque-
retur Moyſes ille peritus in omni ſapientia Ægy-
ptiorum, in montem adſcendit, atque in nubem
intravit; ut operta & occulta cognoſceret, ad-
hærente ſibi ſocio Jeſu; quia nemo ſine vero Jeſu
poteſt incerta ſapientiæ & occulta comprehen-
dere. Et ideo in ſpecie Jeſu Nave, veri Salvatoris
B ſignificabatur ei adſpiratura præſentia, per quem
fierent omnes docibiles Dei, qui Legem aperi-
ret, Evangelium revelaret.

22. Ergo qui Sion circumdederint prudentia
ſua, & complexi fuerint intellectu adſcendentes
ſuper turres ejus, narrant deſuper ei qui non po-
tuerit adſcendere in turres ejus, quid agendum,
vel quid cavendum ſit. Murata eſt enim civitas
Dei; ideoque alibi dicit Dominus: *Ecce ego, Hieru-* Eſai. 49. 16.
ſalem, pinxi muros tuos. Diſtincta eſt turribus, de
C quibus inſidiator poſſit, ſi appropinquare cœpe-
rit, deprehendi. Habet ille exercitus ſuos, quibus
animas Dei obſidere conſuevit, admovere ma-
chinas; ut poſſit turres expugnare munitas. Sed
vos, inquit, prædicate de turribus; eſt enim in
turribus Hieruſalem abundantia. Prædicate juſti-
tiam, monete cuſtodiam; ſapientia enim in exitu
canitur, & in murorum altiſſimis prædicatur. Et
alibi iterum dicit: *In muris tuis conſtitui cuſtodes,* Eſai. 62. 6.
diebus ac noctibus in finem non tacebunt. Narrate
D ergo ſine intermiſſione, ſine fine. Adverſarius vi-
gilat, circuit, & rabie ferina quærit, quos invene-
rit, devorare. Ideo ſemper canendus eſt Domi-
nus, qui dentes leonum conterat, & ora confrin-
gat; ut nobis nocere non poſſint.

23. *Ponite*, inquit, *corda veſtra in virtute ejus*; ℣. 14.
id eſt, ut virtutem ejus intelligatis: *& diſtribuite*
gradus ejus, ut enarretis in progenie altera. Quoniam ℣. 15.
hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæ-
culi: ipſe reges nos in ſæcula. βάρεις dixit græcus,
E hoc eſt, excelſas & turritas domos; unde Prophe-
ta cùm de civitate Dei & inhabitantibus eam lo-
queretur: *Diſtribuite*, inquit, *gradus ejus*; hoc eſt,
manſiones ejus altas atque ſublimes in cæleſti-
bus. Quo docet ordinem ſervandum eſſe merito-
rum. Unuſquiſque enim in ſuo ordine. Unde &
Dominus ire & præparare ſe dicit Diſcipulis man- Iohan. 14. 2.
ſiones; ut pro ſuorum ratione meritorum digna
unuſquiſque habitacula conſequatur, in quibus
requiem illam carpat æternam.

F 24. Sunt etiam ſublimia & alta præcepta, in
quibus ſunt occulta pietatis myſteria, & theore-
mata ſermonum cæleſtium. Hæc, inquit, diſtri-
buite, & pro captu uniuſcujuſque dividite, quan-
tum poſſit unuſquiſque ingenio proprio compre-
hendere. Neque enim omnibus Paulus eadem
diſputabat. Aliis nihil prædicabat niſi Chriſtum
Jeſum, & hunc crucifixum, non in perſuaſione ſa-
pientiæ verbi; ſed in oſtenſione ſpiritus atque
virtutis: inter perfectos autem ſapientiam loque-
batur; quia [a] non capiebat univerſus populus per- a
cipere ſapientiam in myſterio quæ abſcondita
eſt.

* Hic ut alibi non uno loco pro textu Scripturæ ponitur ejus interpretatio; cum enim *Iudas* ac *Iudæa* confeſſionem, ut jam obſervatum eſt, ſignificent, idcirco quas Scriptura *filias Iudæ*, ſeu *Iudææ*, has vir ſanctus *animas confitentes* & *filias confeſſionis* vocat.

[a] Rom. edit. *Non quibat.* Aliæ autem & mſſ. omnes, *non capiebat*, id eſt, capax non erat. Itaque hic & multis aliis locis Ambroſii ſenſum in Rom. edit. agnoſcimus, nihilo ſecius tamen verbum antiquum retinemus.

A 25. Ideo eam Chriſtus abſcondit, ut eam ſtulti non intelligant, prudentes ſtudioſius quærant: & enarrent in progenie altera, quæ ſpiritus foret virtute perfectior; quoniam generatio ſuperior per infirmitatem fidei, perfectæ ſapientiæ cognoſcere ſacramenta non potuit. Et ideo ſignum quærebat, veritatem repudiabat; cùm utique non veritas ſigni, ſed ſignum veritatis ſit. Unde
Matth. 12. 39. reſpondit ei Dominus: *Generatio nequam & adultera ſignum quærit; & ſignum non dabitur ei, niſi Jona propheta.* Ad arguendam itaque perfidiam Judæorum, Jonæ exemplum accerſitur; eo quod Ninivitæ ſigno crediderunt, & prædicationem Jonæ qui fuerat in utero ceti, ſequendam putarunt: Judæi autem nec poſt reſurrectionem domini Jeſu crediderunt, qui de corde terræ poſt triduum reſurrexit, & vivit ac regnat per omnia ſæcula. Amen.

IN PSALMUM XLVIII. ENARRATIO.

℣. 1. Hujus titulus eſt: *In finem filiis Core, Pſalmus David.*

℣. 2. 1. A*Udite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem terræ.* In principio ipſo vocem Domini ſalutaris agnoſcimus gentes vocantis ad Eccleſiam; ut errori renuntient, veritatem ſequantur, & pii cultus munus agnoſcant. Sed quia ſerpentis venenis infecta erant corda ſucceſſionis humanæ, & peccatis obnoxia conſcientia dum deſperat veniam, ſe revocare non poterat: remedium pollicetur, indulgentiam ſponte pietatis ſuæ largitate promittit; ut reus non timeat, bene conſcius gratuletur, quod bono domino exhibeat miniſterium ſervitutis, qui noverit peccata donare, honorare virtutes. Denique eadem ſerie vocationis etiam in Evangelio nos Dominus adhortatur dicens:
Matth. 11. 28. & 29. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Deinde jugum ſuum ſuave, & onus leve eſſe commemorat; quoniam qui deſperaverit medicinam, ſanus eſſe non poterit. Et ideo omnibus grata eſt manſuetudo, quæ vulnera interiorum curat animorum.

2. Venturus igitur ad ægrotos, venturus ut medicus, qui gravia ulcera noſtra curaret; medicamenta proponit, ut videant homines, & ad
Matth. 9. 20. remedium ſalutis fida ſedulitate concurrant. Sic illa in Evangelio meruit ſanitatem, quæ profluvio ſanguinis per duodecim annos laborabat. Audivit medicum veniſſe, feſtinavit contingere
Ibidem. 21. dicens: *Si tetigero fimbriam ejus, ſalva ero.* Intra ſe hoc dixit, & Chriſtus audivit: & tetigit fimbriam, & virtus de Salvatore proceſſit, quæ curavit ægram, firmavit invalidam, profluvium ſtatuit, pietatem probavit. Similiter ergo & hîc omnes gentes vocat ad ſapientiæ fontem atque prudentiæ: redemtionem omnibus pollicetur, ut nemo trepidet, nemo deſperet, ubi nullus excipitur; ſed omnis anima invitatur ad gratiam, ut ſine pretio redimatur à crimine, & fructum vitæ adipiſcatur æternæ.

3. Hic ſenſus eſt pſalmi, quem ſuo ordine digeremus; cùm explicuerimus ſuperiorum vim qualitatemque verborum. Præcipiuntur enim audire gentes, & auribus percipere qui inhabitant orbem terræ. Illum utique orbem terra-
Pſal. 23. 1. & 2. rum, de quo ſupra dixit: *Domini eſt terra & plenitudo ejus: orbis terrarum, & qui habitant in eo. Ipſe ſuper maria fundavit eum: & ſuper flumina præ-*
B *paravit eum.* Quam Græci οἰκουμένην dicunt, eo quod inhabitetur à Chriſto, ſicut ipſe dixit: *Quoniam inhabitabo in illis*; inhabitat enim, ut impleat quæ vacua videbantur. Quæ eſt ergo οἰκουμένη; niſi ſancta Eccleſia, templum Dei, & habitaculum Chriſti? Nec incongrue Latini diſſono quidem ſermone, ſed pari ſenſu, orbem terræ nuncupaverunt; eo quod vita ſanctorum qui inhabitantur ab Spiritu, ſicut rota in orbem ſine ulla curſus ſui offenſione volvatur.

C 4. In tribulationibus igitur fundatur Eccleſia, in tempeſtatibus & procellis, in ſollicitudinibus & mœrore, in rebus adverſis & in fluminibus præparatur. In quibus fluminibus? Audi dicentem: *Elevaverunt flumina vocem ſuam.* Audi & Pſal 92. 3.
in Evangelio: *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura,* Iohan. 7.
flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem 38. & 39.
dicebat de Spiritu quem accipiebant credentes in eum. In his ergo fluminibus præparatur Eccleſia, in quibus profluit Dei gratia. Hi ſunt fluvii qui au- D re percipiunt verbum Dei, & loquuntur; ut verbum infundant pectoribus ſingulorum. Ideoque Scriptura diſcretionem fecit dicendo: *Audite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem terræ.* Poſſunt omnes audire, non omnes tamen auribus percipere; niſi Electi Dei. Ideoque
Salvator dicit: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Luc 8. 8.
Illas aures dicit interioris hominis ſpiritales, cujus & nares legimus, dicente Job: *Spiritus divinus* Iob. 27. 3.
qui eſt in naribus meis. Non omnes homines has E aures, & has nares habent. Alia eſt enim forma corporis, alia gratiæ ſpiritalis. Qui ſpiritalis eſt, audit omnia, dijudicat omnia: animalis autem homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei. Hic enim terrigena eſt, ille cæleſtis.

5. Ideoque addidit: *Quique terrigenæ, & filii* ℣. 3.
hominum: ſimul in unum dives & pauper; ut univerſos vocaret. Quis eſt terrigena, niſi filius hominis? Quis eſt ſpiritalis, niſi Dei Filius? Ille ex ſanguine concretus, & ex carnis & viri voluptate F generatus: iſte ex Deo natus. Alius dives in omni verbo, & ſcientia: [a] alius pauper, gratiâ tamen dives; quia & pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum. E contrario eſt & dives in ſuperbia, & pauper in humilitate. Omnes vocantur ad Eccleſiam, ut omnes redimantur à Chriſto. Qui æger eſt, medicum invenit, qui ſanus, ſapientiam adquirit, captivus redemtorem, liber remuneratorem. Omnes ædificat ſcriptura divina. In ea in-

a. Sic. edit. ac mſſ Vict & Colb. Reg. autem: *Alius pauper gratia. Tamen quia* &c. Quatuor alii, *Alius pauper gratia. Habet tamen quia & pauper clamavit* &c.

venit unuſquiſqne, quo aut vulnera ſua euret, aut A merita confirmet. Simul autem in unum divitis & pauperis facta vocatio, in quamdam bumilitatem æqualitatemque nos provocat; ut neque dives faſtidiat inopem, neque diviti pauper invideat: ſed utrumque ſibi gratia una connectat; quia & Dominus pauper factus eſt, cùm dives eſſet; ut idem & pauperum ſalvator eſſet & divitum.

℣. 4. 6. Et ſubtexuit: *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* Meriro omnes B vocantur, quia omnibus ſapientiæ fons abundat, nec theſauro pecuniario comparatur, quæ pretioſior theſauris omnibus declaratur. Ideoque nec dives avertitur, nec pauper excluditur; quia ſapientia non facultates diſcriminat, ſed voluntates. Ille aptior, qui prior affectu, & proximus diſciplina. Quod ſi meditatio cordis prudenriam loquitur, quanto magis perfecta doctrina? Deinde admonemur non tumultuarium proferre ſermonem: ſed exercitio quodam medita- C tionis, & ſtatera mentis internæ examinare dicenda; quia ſcriptum eſt alibi: [a] Statera fallax non bonum. a Prov. 20. 23.

℣. 5. 7. *Inclinabo ad parabolam aurem meam: aperiam in pſalterio propoſitionem meam.* Sapiens auditor intendit, atque inclinat aurem ſuam, ut intelligat parabolarum figuras. Ipſum aurem ſuam dicit Salvator, qui aurem habet audiendi. Aperit etiam Dominus clauſam propoſitionem ſuam; cùm aptum organum ſibi & vas electionis inve- D nerit, qnod pſalterium vocat: cujus ſimilis Paulus dulcis gratiæ canrilenam nervis omnibus ſibi concinentibus reſultavit, ſancti Spiritus plectro interiorem chordam, exterioremque pulſando, ut & lingua oraret & mente. Ideoque ait: 1. Cor. 14. 15. *Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* Hujuſmodi ergo virum Chriſtus multo ante promittit, per quem manifeſtaret abſcondita, & involuta prophetici obſcuritate ſermonis aperiret. Bonum pſalterium, cum fidei E vita conſentit, & caro animæ, virtuti adſpirat voluntas. Hoc eſt dulce pſalterium, ubi canora eſt diſciplina vivendi; ut impleatur illud quod ſcri- Eſai. 35. 6. ptum eſt: *Clara erit lingua mutorum.*

℣. 6. 8. Sequitur: *Ut quid timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Hoc eſt, cùm os meum loquatur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam, in die judicii timere quid Auguſt. l. 2. contr. Jul. Pel. cap. 3. poſſum; niſi forte calcanei mei iniquitas mihi ſit abluenda? Alia eſt iniquitas noſtra, alia calcanei F noſtri, in quo Adam dente ſerpentis eſt vulneratus, & obnoxiam hereditatem ſucceſſionis bumanæ ſuo vulnere dereliquit, nt omnes illo vulnere claudicemus. Unde Dominus diſcipulis pedes lavit, ut lavaret venena ſerpentis: & Petrus reprehenditur quod excuſabat, ne ſibi Dominus pedes Johan. 13. 8. lavaret. Ideoque dictum eſt ei: *Niſi lavero tibi pedes, non habebis mecum partem.* Quo audito, non ſolum pedes, ſed etiam manus obtulit abluendas.

Cui Dominus reſpondit: *Qui lotus eſt, non habet neceſſe ut iterum lavet, niſi ut pedes lavet: ſed eſt mundus totus.* Ibidem. 10.

9. Ergo David dicit: *Iniquitates meæ ſuperpoſuerunt caput meum;* Pſal. 37. 5. qui ſe noverat in iniquitate eſſe conceptum, & in delictis à matre eſſe generatum. Dominus autem qui ſua peccata non habuit, nec cognovit proprias iniquitates, ait: *Iniquitas calcanei mei circumdabit me;* hoc eſt, iniquitas Adæ, non mea. * Sed ea non poteſt mihi eſſe * terrori; in die enim judicii noſtra in nobis, non alienæ iniquitatis flagitia puniuntur. Unde reor iniquitatem calcanei magis lubricum delinquendi, quam reatum aliquem noſtri eſſe delicti. Meritoque Dominus qui pro nobis univerſa ſuſcepit: Lavemus, inquit, & pedes, ut calcanei lubricum poſſimus auferre; quo fida ſtatio poſſit eſſe virtutum, & ne paterno quis errore labatur, qui ſuo paratus eſt ſtare propoſito: & non metuat lubricum hereditatis, qui cupit veſtigium tenere virtutis. Iniquitas ergo calcanei noſtri prævaricatio eſt Adæ, per quam prolapſus eſt in contemtum & diſſimulationem cæleſtium mandatorum.

10. Eſt etiam iniquitas calcanei, Judæ * hæſitanda proditio. * Calcanei ideo, quia ſcriptum eſt: *Qui manducat mecum panem, levabit ſuper me calcaneum ſuum.* Ibidem 18. Bene & ibi ſuum, & hic meum dixit: ſuum, quia Chriſtus ſine iniquitate, hæc autem ſolius iniquitas proditoris. meum autem calcaneum, quaſi ultimum ſui corporis Judam Chriſtus appellat, cujus nos ſumus corpus & membra. Apoſtoli præſtantiora & actuoſa membra ſunt Chriſti: Judas calcaneum, quaſi extrema pars corporis ſerpenti obnoxia, & patens vulneri. Primum ergo calcaneum Adam, ſecundum calcaneum Judas. Ille lapſus totius hereditatis, hic ſolius proditoris, qui hereditatem implicare non potuit; quia jam non carnales ſumus, ſed Redemtoris hereditas, Scriptura dicente: *Eſt hereditas credentibus in Domino.* Eſai. 54. 17.

11. Eſt & illa iniquitas calcanei ſui, quæ circumdedit Chriſtum. *Circumdantes, inquit, circumdederunt me, & in nomine Domini ultus ſum in eos.* Pſal. 117. 11. Calcaneum ejus Synagoga eſt, decor & gloria vultus ejus Eccleſia; ſicut ſcriptum eſt: *Dominus regnavit, decorem induit.* Pſal. 92. 1.

12. Illi ergo ſunt calcaneum, de quibus dicit: *Qui confidunt in virtute ſua, quique in abundantia* ℣. 7. *divitiarum ſuarum gloriantur. Divites eguerunt & eſurierunt.* Pſal. 33. 11. Quod de Judæis dictum eſt. Sed & omnes qui luxurioſe vivunt, & non tenent caput, calcaneum Chriſti ſunt. Sed hæc generalia, quæ late patent. Ceterum ſpecialiter de Juda locutus eſt proditore, qui ſibi validus & dives apoſtolatus gloria videbatur.

13. Denique de Paſſione Domini ſermo contexitur. *Frater non redemit, redimet homo; nec dabit* ℣. 8. *Deo propitiationem ſuam, & pretium redemtionis animæ ſuæ;* ℣. 9. hoc eſt, ut quid timebo in die mala? Quid enim poteſt mihi nocere, qui non ſolum non in-

a. Edit. Rom. ſola, *Abominatio Domino duplex ſtatera, & jugum doloſum non bonum coram me.* Sed locum integrum reddere voluit, cujus ultimam tantum partem propoſuerat Ambroſius. Vide eumdem locum ſupra col. 946. num. 31.

*. Agitur hic de fidelibus adultis, qui judicium non de originali peccato, ſed de actualibus ſubituri ſunt. Quod vero ſubditur *iniquitatem calcanei magis lubricum delinquendi, quàm reatum aliquem noſtri eſſe delicti*, hoc nimirum ſignificatur, quod poſtea in Tridentina Synodo ſeſſ. 5. can. ult. ſancitum eſt, concupiſcentiam ab Apoſtolo peccatum appellari non, *quod vere & proprie in renatis peccatum ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat.* Confer ſodes hunc noſtri locum cum iis quæ lib. 2. cap. 40. *de Gratia & Peccato originali* tradit Auguſtinus. Verum loquendi hac de re alibi adhuc ſe dabit occaſio.

*. *Hæſitanda*, quæ proferenda non eſt, niſi reluctante ac prope invita lingua, ut evenit iis qui hæſitantia laborant.

digeo redemtore, ſed ipſe omnium ſum redem- A
tor. Alios liberos faciam, & pro me ipſo ipſe tre-
pidabo? Ecce faciam nova omnia, quæ ſupra ip-
ſum germanitatis affectum ſint atque pietatem.
Quem frater eodem matris utero effuſus in lu-
cem redimere non poteſt, quia parilis naturæ in-
firmitate retinetur, redimet homo: ſed ille homo
Eſai. 19. 20. de quo ſcriptum eſt; quia *mittet illis* Dominus *ho-
minem, qui ſalvabit eos*; qui de ſe ipſo dixit: *Quæri-*
Johan. 8. 40. *tis me occidere, hominem qui veritatem locutus ſum
vobis*. Sed quamvis homo ſit, quis cognoſcet eum? B
Quare nemo cognoſcet? Quia ſicut unus Deus,
ita & unus mediator Dei & hominum homo
Chriſtus Jeſus. Ipſe eſt ſolus qui redimet homi-
nem, vincens pietate germanos; quia pro alienis
ſanguinem ſuum fudit, quem nemo poteſt offer-
re pro fratre. Itaque corpori proprio non pe-
percit; ut nos redimeret à peccato: & dedit ſe-
met ipſum redemtionem pro omnibus; ſicut ve-
rus ejus teſtis adſeruit apoſtolus Paulus, qui ait:
Rom. 9. 1. *Veritatem dico, non mentior*. Sed quare ſolus hic re- C
dimet? Quia nemo poteſt eum æquare pietate; ut
pro ſervulis ſuis animam ſuam ponat: nemo inte-
gritate; omnes enim ſub peccato, omnes Adæ il-
lius ſubjacent prolapſioni. Solus Redemtor eli-
gitur, qui peccato veteri obnoxius eſſe non poſ-
ſit. Ergo per hominem, dominum Jeſum intel-
ligamus, qui ſuſcepit hominis conditionem; ut
in carne ſua peccatum omnium crucifigeret, &
chirographum univerſorum ſuo cruore deleret.

14. Sed forte dicas: Quomodo redemturus D
Pſal. 21. 23. frater negatur; cùm ipſe dixerit: *Narrabo nomen
tuum fratribus meis?* Sed non quaſi frater nobis,
ſed quaſi homo Chriſtus Jeſus, in quo Deus erat;
nobis peccata dimiſit. Sic enim ſcriptum eſt:
2. Cor. 5. 19. *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi*. In il-
lo Chriſto Jeſu, de quo ſolo dictum eſt: *Quia Ver-*
Johan. 1. 14. *bum caro factum eſt, & habitavit in nobis*. Non er-
go quaſi frater, ſed quaſi Dominus habitavit in
nobis, cùm habitaret in carne. Cùm igitur recon-
ciliaverit Deo mundum, utique ipſe reconcilia- E
tione non eguit. Pro quo enim peccato ſuo pro-
pitiaret Deum, qui nulla peccata cognovit? De-
nique didrachma poſcentibus Judæis, quod pro
Matth. 17. 24. & ſeq. peccato dabatur ex Lege, dixit ad Petrum: *Si-
mon, reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cen-
ſum, à filiis ſuis, aut ab alienis? Reſpondit Petrus: Ab
alienis. Cui dixit Dominus. Ergo liberi ſunt filii. Ut
autem non faciamus illis offendiculum .... mitte ha-
mum, & eum piſcem qui primus adſcenderit, tolle; &
aperto ore ejus, invenies ſtaterem: illum tollens dabis* F
pro me & pro te. Oſtendit quod non pro ſe propi-
tiationem debeat peccatorum; quia ſervus pec-
cati non erat, ſed ab omni erat liber errore Fi-
lius Dei. Filius enim liber, ſervus eſt in reatu. Er-
go liber iſte ab omnibus, nec pretium redemtio-
nis animæ ſuæ dat, cujus ſanguinis pretium pote-
rat abundare ad univerſa mundi totius redimen-
da peccata. Recte ergo alios liberat, qui pro ſe
nihil debeat.

15. Plus adjicio. Non ſolum pro ſe Chriſtus
pretium non debet ſuæ redemtionis, aut propi-
tiationem pro peccato, ſed etiam ſi de fideli quo-
cumque homine accipias, poſſit intelligi quia
non debeant ſinguli propitiationem ſuam; quia
propitiatio omnium Chriſtus eſt, & ipſe eſt uni-
A verſorum redemtio. Cujus enim hominis ſanguis
jam idoneus eſt ad redemtionem ſui, cùm pro re-
demtione omnium ſuum ſanguinem Chriſtus ef-
fuderit? Eſt ergo cujuſquam ſanguis qui Chriſti
poſſit ſanguini comparari? Aut quis tam potens
homo, qui pro ſe propitiationem ſuam dare poſ-
ſit ſupra eam propitiationem, quam in ſe obtulit
Chriſtus, qui ſolus Deo mundum reconciliavit
per ſuum ſanguinem? Quæ major hoſtia; quod
præſtantius ſacrificium; qui melior advocatus,
B quam qui pro peccatis omnium factus eſt depre-
catio, & animam ſuam dedit pro nobis redem-
tionem? Non quæritur ergo propitiatio, aut re-
demtio ſingulorum; quia omnium pretium ſan-
guis eſt Chriſti, quo nos redemit dominus Jeſus,
qui ſolus Patrem reconciliavit: & laboravit uſ-
que in finem; quia noſtrum laborem ipſe ſuſcepit
dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis .... &* Matth. 11. 28.
ego reficiam vos. Vide laborantem: *Laboravi cla-*
mans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. Et alibi: *Iſſachar* Pſal. 68. 4.
C *quod bonum eſt, concupivit, requieſcens inter ſortes*. Et Gen. 49. 14. & 15.
infra: *Suppoſuit humerum ſuum ad laborandum, &
factus eſt vir agricola*. Ergo homo non dabit jam
propitiationem ſuam, nec redemtionem; quia
ſemel ablutus eſt à peccato per ſanguinem Chriſ-
ti. Laborabit tamen, ut ſervet præcepta vivendi,
& à mandatis cæleſtibus non recedat. Dum vi- ℣. 10.
vit, in labore ſit, & perſeveret in eo; ut vivat in fi-
nem, ne & ipſe morte moriatur, cùm ſit jam re-
demtus à morte.

D 16. Qui autem ſervaverit mandata vitæ, non ℣. 11.
videbit interitum, cùm viderit mori eos, qui ſi-
bi ſapientiſſimi & prudentiſſimi in hoc ſæculo
videbantur. Quod ſpecialiter ad ſcribas & pha-
riſæos ſpectat, qui ſibi cathedras in ſynagogis
vindicant, quaſi ſapientiæ principatum. Qui ve-
re fruſtra laborant, cùm putant quia per di-
drachmum liberentur, cùm ſpiritale pretium ani-
mæ ſuæ, atque illud ſingulare Dominici corporis
ſacrificium, inani quadam Legis interpretatione
E contemſerint, refugientes baptiſmatis ſacramen-
tum. Neminem enim ſanguis redemit hircorum
atque taurorum: ſed omnes unus ſanguis liberat
Chriſti, cujus in Levitico figura, non veritas eſt.
Non enim per didrachma, ſed illius ſolius ſan-
guinis pretio liberamur.

17. Simus ergo docibiles Dei; ut nemo noſtrum
videat interitum in illo die, quando damnabun-
tur morte perpetua ſapientes iſtius mundi, vel
principes Judæorum, quando *ſimul inſipiens &* Ibidem.
F *ſtultus peribunt*. Non idem eſt utrumque. Stultus
eſt qui nihil ſapit, & ſtulta intelligit: inſipiens, qui
male ſapit. Dixit inſipiens, quia non eſt Deus.
Quomodo iniquus, non quia æquitatem neſciat,
ſed quia improbitate cordis ſui iniqua committ-
tat: improbus quoque dicitur; eo quod probita-
tem malitia ſua deſtruere velit, non quia probi-
tatem ignoret. Ipſe ergo inſipiens & ſtultus quan-
do pereunt, alienis relinquunt divitias ſuas; ſuum
enim & legitimum ſtultitiæ & improbitatis here-
dem reperire non poſſunt. Legitimi enim dicunt:
Quia filii Dei ſumus. Si autem filii, & heredes: Rom. 8. 16. & 17.
*heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti: ſi ta-
men compatimur, ut & ſimul glorificemur*. Inſipien-
tes ergo divitias non habent, quia nec heredita-
tem habent. Non habent divitias infidi, non

poſſeſſionem ; fideli enim totus mundus poſſeſ- A
ſio eſt. Non habent hereditatem ; quia ſola eſt
a [a] hereditas credentibus in Domino. Suas autem
Luc 12.17. divitias habent Ideoque avarus dicit : *Non habeo
quo congregem fructus meos* ; non enim verus fruc-
tus, ſed avari fructus, pecunia eſt. Et Dominus
Matth. 19. avaro dicit : *Vade, vende bona tua.... & veni; ſe-*
21. *quere me.* Non enim perfectum bonum eſt patri-
monium, ſed hæc ſunt avari bona, quæ in emolu-
mento aliquo conſtituta ſunt. Vende, inquit, quæ
putas tua eſſe, cùm tua non ſint, quia ad alios flu- B
minis modo tranſeunt : & ſequere me, ut bonum
immortale cognoſcas. Sapientes ergo in interi-
tum deducuntur, quibus Deus abſcondit, quæ
parvulis revelavit. Peribunt ſimul, & in uno eo-
demque loco erunt inſipiens & ſtultus, *& alienis
relinquent divitias ſuas* ; quia non invenit nequi-
tia legitimum ſucceſſorem.

℣. 12. 18. *Et ſepulcra eorum domus illorum in ſæculum,
tabernacula eorum in progenie & generatione : invo-
caverunt nomina eorum in terris ipſorum.* Ubique C
Scriptura ſepulcra pro vilibus ducit, quibus de-
Pſal. 5. 11. generes, & vitæ hujus cupidi comparantur. *Se-
pulcrum patens eſt guttur eorum.* His ergo qui ad
diem & de die vivunt, ſepulcra pro domibus ſunt.
Domus enim juſtorum non in terra eſt, ſed in cæ-
Philip 3. lo ; ſicut Apoſtolus docuit dicens : *Noſtra autem*
20. *converſatio in cælis eſt.* Ipſa eſt domus noſtra, quæ
Heb. 3 5. domus eſt Chriſti. Unde ait Scriptura : *Et Moyſes*
& 6. *quidem fidelis in tota domo ejus, tamquam famulus
in teſtimonium eorum quæ dicenda eſſent : Chriſtus ve-* D
ro tamquam filius in domo ſua. Piis ergo domus eſt
Eccleſia, piis patria cælum eſt. Ideoque Juſtus
Pſal. 38 13. ait : *Advena ego ſum apud te in terra & peregrinus,
ſicut omnes patres mei.* Luxurioſis domus ſepul-
crum eſt. Denique tamquam in ſepulcro vivunt,
Eſai. 22. 13. qui poſſunt dicere : *Manducemus & bibamus ; cras
enim moriemur*, reſurrectionem ante oculos non
habentes. Ideoque tumulis ſuis affixi atque ad-
tumulati adhærent, quia reſuſcitari ſe poſſe non
crediderunt. Habitaculum ergo illis in ſuo buſ- E
to eſt, & tabernaculum eorum in progenie & ge-
b neratione [b] terrena eſt ; qui vermes ſui corporis
heredes relinquunt ; ut hîc tantum ſit memoria
eorum, & in æternum tranſire non poſſit.

19. Denique *nomina eorum in terris ipſorum* ;
quia opera eorum corruptibilia atque terrena.
Et ideo ibi ſcribuntur eorum nomina, ubi vive-
re maluerunt. Qui autem elevaverint opera ſua,
Luc. 10. 20 iis dicitur : *Nolite gaudere, quia dæmonia vobis ſub e-
cta ſunt : ſed gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt*
Matth 23. *in cælo.* Hinc ergo intelligamus quia non otioſe F
28. Dominus eos arguit, qui ædificabant ſibi ſepul-
cra, vel tumulos prophetarum, & exornabant ea.
Condemnantur enim Judæi, qui prophetis quos
occiderant, terrena ſolatia, non æterna præmia
Matth 8 deferebant. Ideoque prohibet, ut diſcipulus ſuus
22. ſepeliat patrem ; quia æterno Patri ſine ceſſa-
tione eſſe debet intentus. Et in Eſaiæ libro ſcri-
Eſai 22. ptum eſt : *Quid*, inquit, *quia ædificaſti & exidiſ-*
16. *ti tibi ſepulcrum ?* Et reprehenditur Maria, quæ
Chriſtum in tumulo requirebat. Relinque ſepul-
cra, quæ reliquerunt, qui audita voce Domini
in ipſius paſſione ſurrexere de tumulis. Noli inter

A mortuos habitare, qui vivis. Audi vocem reſuſci-
tantis Jeſu : *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis;* Epheſ. 5. 14.
ut lumen tibi Chriſti refundatur. Alterum lumen
ejus Spiritus ſanctus eſt, qui apoſtolis ſanctis in
diſperſione linguarum tamquam ignis illuxit.

20. Sequitur : *Homo cùm in honore eſſet, non in-* ℣. 13.
*tellexit : comparatus eſt jumentis quæ ſine ſenſu ſunt; &
ſimilis factus eſt illis. Hæc via eorum in offendiculum* ℣. 14.
ipſis : & poſtea in ore ſuo complacebunt. Quia non in-
tellexit homo, cùm in honore eſſet (eſt autem ho-
B nor, quia ad imaginem Dei factus eſt, factus eſt
rationis capax) comparatus eſt jumentis, quæ
ſenſum non habent : qui autem intellexit, Ange-
lis comparatur. Et ideo hic bonorum operum
claritate magnificatus eſt ; ille ſicut equus adhin-
niens æſtimatur colluvione vivendi, quæ via of-
fendiculum adfert in turpitudine & obſcœnitate
viventibus. Inſipientia enim viri contaminat vias
ejus. Hujuſmodi autem viri vivunt ſecundum ap-
petentiam ſuam, quæ offendiculum creat, & poſt
C offendiculum complacebunt in ore ſuo, ſed non
in corde. Non enim boni, de quibus dicitur : *Ore* Pſal. 61. 5.
ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant Quo reſ-
ponſum eſt etiam iis qui habent in codicibus ſuis
ita ſcriptum : *Et poſtea in ore ſuo benedicent.* Ver-
bum enim tuum prope, & in ore tuo ſit, & in
corde.

21. *Sicut oves in infernum deducentur: mors depaſ-* ℣. 15.
*cet eos. Et dominabuntur eorum juſti in matutinum;
& auxilium eorum veteraſcet in inferno, à gloria*
D *eorum.* Qui noluerunt ut paſceret eos Chriſtus,
depaſcet eos mors. Quis ergo dimittat bonum
paſtorem, qui pro ovibus ſuis animam ſuam po-
nit ; quia pertinet ad eum gregis ſui cura ? Aut
quis eligat mercenariam mortem, quæ operum
peſſimorum digna mercede referatur ? Simul co-
gnoſce, ô homo, quia Chriſtus verus eſt paſtor,
qui ſuos paſcit ad vitam. Mors ſubintravit, quæ
ad interitum adducit alienos, & devorat eos, qui-
bus poteſt propter eorum flagitia prævalere.
E Quibus licet in hac vita ſtudium potentiæ fuerit
& divitiarum, ut aliis dominarentur, ſed in reſur-
rectione erit ſervitus, cùm juſtis matutinus ſplen-
dor illuxerit : quorum figura eſt, quod Jacob do-
minus [c] præponitur fratri. Miſerabilis itaque ſer- c
vitus, ut eo tempore quo alii vocantur in gloriam
ſplendoris & luminis, horum gloria veteraſcat,
& conſumatur in tenebris inferorum. Merito-
que de his dicitur : De honore ſuo & gloria ſua
expulſi ſunt ; quia temporalis hæc gloria.

F 22. *Verumtamen Deus liberabit*, inquit, *animam* ℣. 16.
meam de manu inferni ; cùm acceperit eam. Bene hoc
dicit, qui ſciebat animam ſuam in inferno non
derelinquendam. Deſcendit enim, ut captivos
abſolveret de faucibus inferorum, non ut in his
captiva remaneret.

23. Ergo quoniam hæc, quæ in iſto ſæculo
ſunt, nobiſcum tranſire non poſſunt ; ideo tibi
dicitur : *Ne timueris cùm dives factus fuerit homo :* ℣. 17.
*& cùm multiplicata fuerit gloria domus ejus. Quo-
niam non cùm morietur, accipiet omnia : neque ſimul
deſcendet cum eo gloria domus ejus.* Noli, inquit, ex-
paveſcere divitias, & potentiam divitis, & glo-
riam ſæcularem ; quoniam caduca illa ſunt, & ci-

a. Rom. edit *hereditas ſervientibus Domino.*
b. Mſſ. aliquot, *terrena ſunt, qui vermes ſui corporis* &c.

c Mſſ Vat. & quatuor Galliç. *præponitur fratri miſerabili. Itaque mala ſervitus* &c.

tius abeunt, quam venerunt. Somnium eſt iſte A thesaurus: evigilas, & receſſit; quoniam qui potuerit crapulam mundi iſtius edormire, & ſobrietatem virtutis adſumere, iſta contemnit, & pro nihilo pecuniam ducit. Neque timueris cùm multiplicatam gloriam domus alicujus potentis audieris. Inſpice diligenter, & vacua eſt, quæ nihil habeat in ſe de fidei plenitudine. Et quid de domo dicam? Vacuus erat totus hic mundus antequam numero credentium eum Chriſtus impleret. Ideoque ſcriptum eſt: *Iudicabit inter gen-* B

Pſal. 109. 6. *tes, replebit ruinas.* Quid enim aliud erat ante in hoc mundo, niſi ruina perfidiæ? Quid eſt ruina?

Matth. 24. 28. Audi dicentem: *Ubi ruina, ibi & aquilæ*; id eſt, ubi ruina, ibi & reſurrectio. Ruina, vacua ſitinitatis eſt: reſurrectio, plenitudo vivendi eſt. Ideoque nos Adæ illius ruina vacuavit, ſed Chriſti replevit gratia. Ideo ſe ille exinanivit; ut nos repleret, atque in carne hominis plenitudo virtutis habitaret. Quid ſit ruina, cognoſce. Dum vivit homo, infuſus eſt ſpiritu: ubi mortuus fue- C rit, vacuus utique hujus vitalis eſt ſpiritus. Multo magis vacuum facit amiſſio gratiæ ſpiritalis, quem

Iohan. 1. 16 gratia replere conſuevit; ut poſſimus dicere: *Quoniam nos omnes de plenitudine ejus accepimus, & gra-*

Eſai. 49. 4. *tiam pro gratia.* De alio dicitur: *In vacuum laboravi*: juſtus autem ſicut odor agri pleni.

℣ 18. 24. Quid autem non vacuum, quod ſæculare atque mundanum; cùm recte dixerit, qui mun-

Iob 1. 21. dum iſtum ſobria virtute contempſit: *Nudus ſum natus, nudus & moriar?* Numquid ſecum quis po- D teſt auferre quæ poſſidet? Hic omnia derelinquit, ſolus intrat in tumulum, & vacuum illius divitis eſt ſepulcrum, quem nec * ipſa terra capiebat.

Eſai 5. 8. Unde dictum eſt: *Numquid ſoli habitabitis ſuper terram? Numquid deſcendit in illud ſepulcrum gloria domus ejus aut copia?* Vide vim Scripturæ. Gloria ſæculi non deſcendit cum peccatore, ſed gloria virtutis adſcendit cum innocente. Et ut compendioſius dicamus, gloria hominis cum adſcendente adſcendet: cum deſcendente non deſcen- E det. Quod gratiæ eſt ac virtutis, adſcendet. In paradiſum adſcenditur, in infernum deſcenditur.

Pſal. 54. 16 *Deſcendant*, inquit, *in infernum viventes.* Ideoque

Luc. 16. 22. & ſeq. Lazarus pauper per Angelos in Abrahæ ſinum eſt elevatus. Dives luxurioſus elevans in inferno oculos ſuos rogat Abraham ut mittat pauperem, & digito ſuo contingat linguam ejus, quo requiem aliquam in ardore maximo conſtitutus poſſet adipiſci. Vide illum pauperem bonis omnibus abundantem, quem ſancti Patriarchæ requies beata circumdabat. Vide hunc vacuum, qui ſibi in hoc ſæculo abundare omnibus videbatur, cujus anima in vita ipſius benedicebatur: ſed A nunc iners morte cruciatur.

25. Unde pulcre ſequitur: *Quoniam anima ejus* ℣. 19. *in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi, cùm benefeceris ipſi.* Benedicent, inquit, eum benedictione terrena. Stulti homines, qui præſentia, non futura conſiderant. Benedicent eum adſeclæ ejus atque * paraſiti. Ipſe quoque beatum ſe putat, ſi agrum aliquem quem deſiderabat, invaſerit. Confitetur tunc Deo, cùm ei in hoc ſæculo ſecunda ſuccedunt: quando autem adverſa contingunt, im- B pio ore maledicit. Hoc ergo dicit, quia ſæcularis non agit gratias in paupertate poſitus & adverſis; juſtus autem in anguſtiis magis Dominum grato benedicit affectu. Denique diabolus ad Deum dicit: Quid mirum, ſi te benedicit Job? Abundant ei omnia. *Sed mitte*, inquit, *manum* Iob 1. 11. *tuam, & tange ea quæ poſſidet, videamus ſi in faciem te benedicet.* Et dedit ipſi Dominus poteſtatem, ut quæ ſæculi eſſent hujus, auferret: carnem ipſius, ulceris atrocitate perfunderet. Job tamen bene- C dicebat dicens: *Dominus dedit, Dominus abſtulit* Ibidem. 21. *.... ſit nomen Domini benedictum.*

26. *Introibit uſque in progeniem patrum ejus: uſ-* ℣ 20. *que in ſæculum non videbit lumen. Homo cùm in ho-* ℣ 21. *nore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis, quæ ſenſum non habent, & ſimilis factus eſt illis.* Ideo, inquit, iſte in progeniem patrum ſuorum introibit. Qui eſt pater impiorum, Dominus declaravit dicens: *Vos ex patre diabolo eſtis.* Sunt & illi pa- Iohan 8. 44. tres de quibus dicitur: *Relinque mortuos ſepelire* Matth 8. 22. D *mortuos ſuos.* Ideo & Moabitæ uſque in tertiam & Deut. 23. 3. quartam generationem prohibiti ſunt introire in Eccleſiam Domini; ut filii eorum propter peccata patrum ſuorum introirent in eorum generationem, quorum facta imitabantur & mores. Unde & ſcriptum eſt: *Filii adulterorum in conſum-* Sap. 3. 16. *matione erunt.* Ergo qui non illum patrem qui in cælo eſt, ſequitur; ſed illum terrena colluvione viventem, in progenie terreni patris intrat. Qualis enim terrenus, tales & terreni; ut ſit ejus vita E terrena, requies nulla poſt mortem. In æternum non videbit lumen; quoniam temporale quæſivit. Ille autem qui Chriſti ſecutus eſt gloriam, qui deſideravit illud lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, inveniet & videbit lumen æternum; quia eum Chriſtus redemit à morte.

27. Tunc ergo cogitabit ſecum, quia *cùm in honore eſſet, non intellexit*; & ideo erit ſimilis jumentorum, qui ſimilis debuit eſſe Angelorum, per domini noſtri Jeſu Chriſti gratiam: cui eſt honor, gloria, perpetuitas à ſæculis, & nunc, & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

*. Videntur hæc propriè cadere in Alexandrum Macedonem, quem Plutarchus & Val. Maximus narrant, cùm de infinitate mundorum philoſophum quemdam diſputantem audiviſſet, fleviſſe, quod vix unum poſſideret. Hinc de illo Juven. Sat. 10.

Unus Pellæo juveni non ſufficit orbis.
Æſtuat infelix anguſto limite mundi &c.

*. *Paraſiti* ſunt, qui ciborum gratia magnatibus atque divitibus adulantur, [illegible].

IN PSALMUM LXI. PRÆFATIO.

ℽ. 1. Titulus : *In finem, pro Idithum, Pſalmus ipſi David.*

In hujus pſalmi tractatu B. Ambroſius infidelitatem A
& impietatem Maximi tyranni graviter redarguit, qui auſus eſt dominum ſuum Gratianum imperatorem fraude & dolo perimere : quem imperatorem in Domini tabernaculo habitare, & in monte ejus requieſcere dicit.

1. OMNIUM noſtrum indubia conſuetudo
eſt, ut feſtinemus ad finem, & eorum quæ
legimus vel vidimus & audivimus, velimus ſum-
mam cognoſcere. Unde titulus ipſe otioſos nos B
eſſe non patitur, nec feriatis præterire auribus
deſiderii communis indicium. Præ ceteris enim,
licet etiam in ceteris clareat, divinum tamen in
hujuſmodi pſalmo refulget oraculum. Unde dili-
gentius quid ſit finis conſideremus; finis enim
dicitur τέλος, & ſumma rei ejus quam volumus
explicare. Finis dicitur Chriſtus, quia ipſe eſt finis
Rom. 10. 4. Legis; ſicut Scriptum eſt : *Finis enim Legis Chriſ-
tus ad juſtitiam omni credenti.* Finis etiam dicitur,
quia ipſe eſt principium & finis. Ergo iſti pſal- C
mi qui titulantur : *In finem*; aut de Chriſto ſunt,
aut ipſius Chriſti : de Chriſto, cùm ipſe annun-
tiatur : ipſius Chriſti, cùm ipſe ſe nuntiat, ventu-
rumque promittit in terras, & futuram nobis re-
velare dignatur proprii corporis paſſionem.

2. Ideoque *ipſi David* inſcribuntur in titulo,
a [a] quaſi vero David, ipſi Domino prophetici oris
miniſteria deputentur, per quem humanæ vocis
officio vis cæleſtis increpuit, & divina ſententia
reſultavit. D

3. Meritoque *pro Idithum*, qui fuit propheta,
• & pſalmos [•] cum ſex filiis canebat ſuis, velut quæ-
dam præfatio eſt; eo quod eſſet his venia prophe-
tanda, qui in pſallendi miniſterio conſtituti, di-
vina oracula humana voce loquerentur. Et quia
pro totius mundi abolendo errore ſuſcipienda
Dominici corporis paſſio foret, hujus licet no-
mine cujus ſedulitas probaretur, commendato-
rem eruditionem plebis expreſſit. Itaque ipſum
audiamus loquentem. E

ℽ. 2. 4. *Nonne Deo ſubdita erit anima mea?* Suſceptu-
rus carnem hominis dominus noſter Jeſus, ut in
ſe eam ipſe mundaret, quid prius quam peccati
veteris primum debuit abolere contagium? Nam
quia per inobedientiam culpa irrepſerat, dum
mandata divina temerantur, obedientiam uti-
que præ ceteris debuit reformare, ut ſeminarium
• erroris excluderet. [•] Fibra enim peccati inde ma-
naverat: & ideo ſicut bonus medicus radices prius
ulceris debuit amputare; ut medicamentorum F
ſalubre remedium vulneris ora ſentirent. Fruſtra
enim cicatricem curaveris, ſi ſerpant interiora
contagia; immo acerbatur vulnus, ſi foris clau-
ditur, cùm interius virus exæſtuat. Nam quid
proderat donaſſe peccatum, ſi peccandi maneret
affectus? Hoc erat non ſanare cicatricem, ſed
claudere. Voluit itaque mundare vulnus, ut af-
fectum ſanaret; ne inobedientiæ ſors ulla rema-
neret. Suſcepit ipſe obedientiam, ut nobis eam
transfunderet. Sic enim oportebat, ut quoniam
per inobedientiam unius hominis peccatores
conſtituti erant plurimi, per unius rurſus obe-
dientiam juſti conſtituerentur multi.

5. Unde valde errare eos res indicat, qui car-
nem hominis à Chriſto aiunt eſſe ſuſceptam,
affectum negant: & contra ipſius domini Jeſu ve-
nire conſilium, qui hominem ex homine tollunt;
cùm homo ſine affectu hominis eſſe non poſſit.
Nam caro ſine affectu & præmii immunis &
culpæ eſt. Illud ergo ſuſcipere debuit & ſanare,
unde culpa manaverat; ut originem erroris &
quaſdam prorumpentis delicti fores clauderet.
Unde ego hodie hominem agnoſcerem dominum
Jeſum, cujus carnem non video, affectum lego:
unde, inquam, hominem eum agnoſcerem; niſi
eſuriſſet, niſi ſitiſſet, niſi fleviſſet, niſi dixiſſet : *Triſ-* Matt. 26.
tis eſt anima mea uſque ad mortem? Denique ſcrip- 38.
tum eſt : *Et homo eſt, & quis cognoſcet eum?* Sed ho- Hier. 17. 9.
mo per iſta cognoſcitur, qui per opera divina ſu-
pra homines æſtimatur. Itaque ipſe eo uſque ſe
hominem credi volebat, cùm Deus eſſet; ut ſe
appellaret hominem dicens : *Quid me quæritis oc-* Johan. 8.
cidere, hominem qui veritatem locutus ſum vobis? Nec 40.
ſolum hominem, ſed etiam filium hominis diceret,
ſicut ait : *Quid me dicunt eſſe homines filium homi-* Matth. 16.
nis? Unde ille ſummam tenere fidei pronuntiatus 13.
eſt, qui & Dei Filium cognovit, & hominem non
negavit. Ipſe igitur utrumque unus, inſeparabilis
numero, & agnoſcendus operis diſtinctione, non
varietate perſonæ. Non enim alter ex Patre, &
alter ex Maria : ſed qui erat ex Patre, carnem
ſumſit ex Virgine: affectum adſumſit ex matre, ut
infirmitates noſtras ipſe ſuſciperet. Unde ait Pro-
pheta : *Et pro nobis dolet.* Quomodo dolebat meo Eſai. 53. 4.
dolore, ſi meum non gerebat affectum? *Homo,* Ibidem. 3.
inquit, *in plaga, & ſciens ferre infirmitatem.*

6. Itaque quaſi homo infirmatus eſt, quaſi ho-
mo doluit; & nos quaſi hominem æſtimavimus
eum eſſe in doloribus : ſed quaſi victor infirmita-
tum, non infirmitatibus victus, pro nobis non
pro ſe dolebat; & infirmatus eſt non propter
ſua, ſed propter noſtra peccata, ut nos ſuo livore
ſanaret. Quid utique eſt *homo in plaga, & ſciens
ferre infirmitatem*; niſi quia plagæ habebat com-
paſſionem? Aut quomodo ſciebat ferre infirmita-
tem, ſi ſenſum infirmitatis excluſerat? Quod
enim portamus, hoc pro onere ſuſtinemus. Suſ-
cepit ergo peccata noſtra, ut portaret : ſuſcepit
etiam, ut purgaret. Denique ſcriptum eſt : *Et* Ibidem 11.
peccata eorum ipſe purgavit. Ideo ipſe hereditate poſ- & 12.
ſidebit multos, & fortium partietur ſpolia. Ibi enim
major triumphus, ubi mens interna mundatur.
Quod portat igitur ad remiſſionem pertinet :

a Rom. edit. ſola, *quaſi vero David ipſi à Domino* : cum ant. edit. ac mſſ. aliquot, *prophetici oris miniſterio deputentur.* Plures codices, & quædam edit. Pariſ. . . . *miniſteria deputentur.* Melius; totus enim hic locus explicari debet eo ſenſu : Quaſi ipſi Domino qui verus eſt David, propheticorum pſalmorum cantus adtribuatur. Quamquam nec ſenſu careat, ſi vocem *miniſterio* retineas.

• Horum nomina reperias licebit lib. 1 Paral. c. 25 ℽ. 3.

•. *Fibra peccati*, dicitur per metaphoram a radicum fibris.

quod purgat, ad correctionem. Suſcepit itaque A
compaſſionem noſtram, ſuſcepit & ſubjectionem.
Quod enim ſubjecit ſibi omnia, ſuum eſt: quod
ſubjectus eſt, noſtrum eſt. Ideoque ait: *Nonne Deo*
ſubdita erit anima mea? Anima, inquit, ſubdita,
a non divinitas: anima ſubjecta, non Dei virtus.
Virtus enim Dei [a] non poteſtati ſubdita eſt; ſed
unitate, & conſortio ejus utitur poteſtatis. Illa
ſubjecta eſt, quæ humanæ conditionis fragilitate
plerumque mutatur, non quæ mutari non poteſt.
Anima carni compatitur, & animæ caro, quæ ſibi B
quodam contubernio copulantur. Illa ſubjicitur,
Matth. 26. 38. quæ triſtis eſt, quia ſcriptum eſt: *Triſtis eſt anima*
mea uſque ad mortem. Illa ſubjicitur quæ ſuſcepta,
non ex Deo Patre nata: quamquam ipſa ſubjec-
tio non in ſpecie quidem infirmitatis ſit, ſed in
operatione virtutis; diſpenſationis magis tem-
* porariæ * arbitra, quam perpetuo ſervitio manci-
pata. Unde & ait: *Nonne Deo ſubdita erit anima*
mea?

7. Cur dixit, *erit*, ſi ſempiterna ſubjectio eſt? Sed C
quia Filius Dei qui loquebatur æternus eſt, ani-
mam autem ſuſcepit ex tempore; ideo futuram
ſubjectionem animæ ſuæ dicit. Per ipſam ergo
obedientia, per ipſam humilitas; quæ tamen non
ad infirmitatem potentiæ ſuſcepta ſunt, ſed ad
magiſterium diſciplinæ. Ipſe enim dominus Jeſus
Philip. 2. 6. 7. & 8. cùm eſſet in Dei forma, *non rapinam arbitratus eſt eſſe*
ſe æqualem Deo; ſed ſemet ipſum exinanivit formam
ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, in
ſpecie inventus ut homo: humiliavit ſemet ipſum, D
factus obediens uſque ad mortem; ſicut Apoſtolus
dicit, non jugem & perpetuam, ſed temporalem
ſubjectionem cupiens declarare: qualis ſit ſuſ-
* cepta cum carne, & depoſita cum ipſius * corpo-
ris ſervitute. Sic etiam ad Hebræos ſcriptum eſt.
Nam cùm propoſuiſſet exemplum dicens: *Tu es*
ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech;
Hebr. 5. 6. 7. 8. 9 & 10. ſubjecit idem Paulus: *Qui in diebus carnis preces*
& ſupplicationes adhibuit eis, qui poſſet liberare eum
de morte, cum magna voce & lacrymis: & exauditus E
ab illo metu. Quamquam eſſet Filius, didicit ex his
quæ paſſus eſt obedientiam: & conſummatus obtempe-
rantibus ſibi cauſa factus eſt ſalutis æternæ: vocatus à
Deo ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech. Non-
ne igitur evidenter clamavit Apoſtolus dicens
obedientiam illam & humilitatem non divinita-
tis fuiſſe, ſed carnis? Quod enim diſcitur, tempo-
rale eſt. Quaſi homo ergo ex his quæ paſſus eſt,
didicit obedientiam; ut conſummaretur in car-
ne, & per obedientiæ transfuſam in nos ſucceſſio- F
nem cauſa fieret nobis ſalutis æternæ, quibus
ante per inobedientiæ hereditatem primus ille
Adam cauſa factus eſt mortis.

8. Subjectio ergo magiſterium virtutis huma-
næ, non divinæ imminutio poteſtatis eſt. Nam ſi
illum minorem Filium & inæqualem Patri di-
cunt, quia erat ſubditus Patri Deo; numquid &
matre ideo minor, quia ſubditus erat matri? Lec-
Luc. 2. 51. tum eſt enim de Joſeph & Maria: *Et erat ſubditus*
A *illis.* Sed pietas omnibus nobis non diſpendio, ſed
incremento eſt, per quam omnibus nobis domi-
nus Jeſus fidem infudit & gratiam; ut nos ſpiritu
fideli ſubditos Patri faciat Deo. Et ideo novo &
profundo conſilio Apoſtolus ait quod ipſe Patri
erit ſubjectus in nobis, cùm fuerit in omnibus
plenitudo fidei, & quædam devotionis unitas.
Nunc enim quamdiu ſententiis diſcrepamus,
quodammodo regnum Chriſti minoramus; quia
nondum ei ſubjecta ſunt omnia, cujus regnum
B unitas eſt: *Cùm autem ſubjecta illi fuerint omnia,* 1. Cor. 15. 28.
tunc & ipſe ſubjectus erit illi, qui ſibi ſubjecit omnia,
ut ſit Deus omnia in omnibus; ſicut ſcriptum eſt.
Nunc enim poteſtate ſupra omnes eſt, ſed opus
eſt ut ſit in omnibus voluntate: volet autem,
cùm omnia in nobis cognoverit ſui plena, & va-
cua delictorum. Nondum igitur ſubjectus eſt Pa-
tri; quia nondum omnia & in omnibus Chriſtus:
cùm autem fuerit omnia & in omnibus Chriſtus,
erit omnia & in omnibus Deus. Unde colligitur
C unum eſſe regnum Patris & Filii, & etiam Spiri-
tus ſancti; quia qui Filium receperit, recipit & Pa-
trem, recipit & Spiritum ſanctum; quia una po-
teſtas, una gratia, una operatio Trinitatis eſt.

9. Meritoque addidit Dominus: *Ab ipſo enim* ℣. 2.
ſalutare meum. Quaſi diceret: Nolite turbari quia
dixi animam meam fore Deo ſubditam. Anima
erit ſubdita, quæ veſtri eſt portio: ſalutare autem
meum ab ipſo; hoc eſt, quia à Patre & in Patre
ſemper ſum. A Patre enim veni in hunc mun-
D dum: etſi videtis hominem, Dei Filium credite.
Cùm venerit autem paracletus quem ego mittam vo- Iohan. 15. 26.
bis à Patre meo, ſpiritus veritatis, qui à Patre meo pro-
cedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Et Filius à
Patre procedit, & Spiritus ab ipſo procedit. De
unitate ergo divinitatis ambiguum nihil. Ideo-
que concupivit David hoc ſalutare Dei nobis
dari; quia ipſe eſt vita æterna, ſi & Patrem ve-
rum Deum cognoſcamus & Filium, quem pro
noſtra certum eſt ſalute veniſſe: ſed non rapinam
E arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Aſſertionem
ſuæ divinitatis ſequeſtrat, & diſpenſationis hu-
manæ repræſentat officium.

10. Ideoque adjunxit ſtatim: *Etenim ipſe eſt* ℣. 3.
[b] *Deus meus, adjutor meus, defenſor meus: non mo-* b
vebor amplius. Hæc utique quaſi homo loquitur;
quia in Deo ſpem noſtram debemus reponere,
ne facile labamur: quamquam in eo quod locu-
tus eſt: *Non movebor amplius*; oſtendat habere ſe
divinæ inſignia poteſtatis. Habes enim alibi di-
F centem: *Adhuc ego ſemel terram movebo.* Movit Agg. 2. 7.
diluvio, quando præter arcam Noe caro omnis
interiit: movit cùm Sodoma & Gomorrha ſacro
igne conſumptæ ſunt. Hæc ſupernæ indignatio-
nis indicia ſunt. Sed quia elegit genus hominum
Dominus magis ſervare quam perdere, non mo-
vebitur amplius ad indignationem, qui venit ad
miſericordiam: venit ut redimeret nos ſuo ſan-
guine, non ut noſtrum effunderet: venit ut ſe
offerret pro nobis, & quaſi bonus negotiator

a Cunctæ edit. ac pleræque mſſ. *non poteſtati ſubdita eſt, ſed mu-*
tati &c. .. Melius cod. Reg. alter. ... *ſed unitate* &c.

*. *Arbitra*, ideſt rectrix; per hanc enim animæ Chriſti ſubjec-
tionem diſpenſatio humanæ redemtionis manifeſtata eſt; cùm
inde conſilium divinum inobedientiæ primi Adæ per ſecundi obe-
dientiam reparandæ intellexerimus. Aut forte *arbitra* idem quo-
dammodo eſt ac moderatrix; quia diſpenſationem illam anima
Chriſti domini ſuſcepit non coacta ſed volens. Quippe oblatus
eſt, quia ipſe voluit, ut Eſaias 53. 7. vaticinatur.

*. Dei Filius ſubjectionem quidem cum corpore ſuſcepit, ſed
non depoſuit cum corpore, quia illud quod ſemel adſumſit, num-
quam dimiſit. Depoſuit vero cum corporis ſervitute; quando
ſcilicet corpus excuſſo mortalitatis jugo, immortalitatis dotibus
præditum reſurrexit.

b. Rom. edit. *Deus meus, & ſalutaris meus.* Sic & infra num.
28. Nimirum ex LXX. apud quos legas, θεός μου, ϗ σωτήρ μου &c.

mercem ſuam proprii corporis paſſione ſervaret. A

11. Et cùm hoc diceret, levavit oculos ſuos, & vidit hinc perſecutores, inde nequitias ſpiritales in unum convenire, & ait: ℣. 4. *Quouſque irruitis in hominem, interficientes univerſos*, hoc eſt: Quid delere genus feſtinatis humanum? Hominem neſcitis me pro omnium redemtione veniſſe? Obtuli me pro cunctis, ut omnes mea oblatione protegerem. Hominem ergo aut pro humana omni accipimus multitudine: aut ſi de uno accipimus, de ipſo dictum intelligimus: Irruitis, B ſed in hominem; quia ſupra Deum irruere non Iohan 18. 4. poteſtis; ſicut habes alibi: *Quid me quæritis occidere hominem?* Neque enim divinitas morti poterat eſſe ſubjecta, ſed humana ſuſceptio. Si ergo in me irruitis, & me vultis tenere; quid eos qui mecum ſunt, vultis occidere? Satis eſt vobis habere quem quæritis. Neque quæro conſortem paſſionis, qui ad ſalutem omnium adjutore non egeo. Non requiro legatum, nuntium non præmitto; ſed ipſe me nuntius obtuli non quærenti- C bus: me tradidi non comprehendentibus; ut liberarem eos qui mortis laqueis fuerant comprehenſi. Irruitis igitur tamquam parieti inclinato & maceriæ impulſæ, ignari quia veni non ut inclinarem parietem, & maceriam impellerem, ſed ut ſolverem. Veni enim pax, ut faciam utraque unum; & medium parietem maceriæ ſolvens, qui carnem & animam dividebat, ut unum ſentire non poſſent: & ideo caro animæ repugnabat, & ſubdita imperio ejus eſſe non poterat; quia ob- D jecti parietis obſtaculo gubernaculis ejus parere non poterat.

12. Lex igitur carnis legi mentis adverſabatur. Hunc parietem veterum inimicitiarum velut murum ſuſtulit dominus Jeſus, & pervios fecit eſſe conventus mentis & carnis; ut in unum coeuntes, id quod erat utrique ſalutare, ſequerentur. Paries ergo quædam eminentia delictorum eſt. Unde ad pontificem Judæorum dicit Act. 23. 3. Paulus: *Percutere te incipiet Deus, paries dealbate*; E paries enim luto cementiſque conſtruitur. Hinc ædificabant Ægyptii civitates, quando Judæi lateres facere cogebantur. In Ægypto lutum conficiebatur, & populus Dei peccatum illic operabatur. Ideo gemebat, ideo exauditus & liberatus eſt à peccato. Ideo Lex data, promiſſa gratia; ut Lex peccatum ex parte reſecaret, gratia omne donaret.

13. Et cùm hæc nobis conferret, hæc pro nobis ſubiret, nos pretium ejus repellebamus. Un- F ℣. 5. de ait: *Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere*; quando pretium referente Juda proditore, Judæi in loculum mittere noluerunt dicentes: Matth. 27. 6. *Non licet nobis mittere in loculum; quia pretium ſanguinis eſt.* Damnatur hîc judicio ſuo proditor, qui refudit pretium quod accepit, infirmus ad ſacri muneris teſtimonium, ſed validus ſceleris ſui teſtis. Unusquisque enim gravior accuſator eſt ſui, & inexcuſabilem in ſe fert ipſe ſententiam. Principes Synagogæ ſuo condemnant ſe judicio. Profitentur enim pretium eſſe ſanguinis quod dederunt, dum arguunt refundentem. Nam ſi recipiendum non fuit, nec ſolvendum fuit. Atque utinam aut non dediſſent, aut quia dederant, nec recepiſſent. Repudiarunt enim quod

A in loculum mittere noluerunt, & emerunt inde agrum in ſepulturam peregrinorum. Merito ergo gentiles, quibus agri ejus qui morte emtus eſt Chriſti, ſepultura profecit, jam non ſunt advenæ, atque peregrini: ſed cives ſanctorum facti ſunt, & domeſtici Dei; quia conſepeliuntur Dei Filio: Judæi autem qui paſſionis ejus pretium repudiarunt, peregrinantur à Chriſto. Tolerabilior illis vel in hoc proditor, quod confitetur errorem: illi autem crimen ſuum excuſando acer- B bant. Verecundior eſt enim confeſſio poſt delictum. Impudenter igitur refellebant commune ſacrilegium confitentem dicentes: *Quid ad nos? Tu videris.* Ibidem. 4. Quid enim dicebat proditor, niſi hoc: *Peccavi quod tradiderim ſanguinem juſtum?* Ibidem. Quod erat crimen tradentis, quomodo ſuſcipientis non poterat eſſe peccatum, cùm ſcelus ſceleri ſit adjunctum, ut quem ſcelerate emerunt, ſceleratius trucidarent?

14. *Cucurri*, inquit, *in ſiti.* Verum eſt quidem ℣. 5. C quod dominus noſter Jeſus ſitivit. Beata Domini ſitis; quia ſitivit pro nobis, & maxime in paſſione. Denique dixit: *Sitio.* Iohan. 19. 28. Tunc itaque ſitiebat, quando de latere ſuo reſtinctura ſitim omnium vivæ aquæ fluenta fundebat. Denique ſcriptum eſt: *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Iohan 7. 38. Sed in græco medie poſitum eſt; quia ἰδρευμα & ſingularem & pluralem numerum ſignificat. Ergo etiam *cucurri*; & *cucurrerunt*, juxta græcum poſſumus intelligere. Diximus autem quid D exprimat, *cucurri*, hoc eſt, feſtinavi ſitim omnium ſuſcipere, ut univerſos perpetui fontis ubertate ſatiarem (cui enim dedero aquam, non ſitiet, neque hîc, neque in futurum; Iohan. 4. 13. ſicut dictum eſt ad Samaritanam) nunc dicamus quid ſignificet: *Cucurrerunt in ſiti.* Hoc eſt, feſtinaverunt ut perfidiæ ſuæ æſtu fontem vivum negantes, æterna fauces ſuas ariditate ſiccarent; ſicut ipſe Dominus ait: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & fecerunt ſibi contritos lacus.* Hier. 2. 13. Nec mirum ſi ſitierunt, E qui aquam fontis æterni tenere non poterant lubrici perfidiæ ſuæ rimis. Sitierunt ergo, quia ſe potu privaverunt ſpiritali, quem hauſerant de conſequenti petra. Unde & Symmachus ait: τῷ δόλῳ αὐτῶν εὐλόγυν; hoc eſt, placuit illis in mendacio, cùm objicerent falſa pro veris. Omne mendacium ſitim habet, veritas ubertatem, quæ in perpetuum perſeverat.

15. Et quam cito probavit, quia cucurrerunt in mendacio: *Ore ſuo*, inquit, *benedicebant, & corde ſuo* ℣. 5. F *maledicebant.* Miſera perfidorum ſitis, qui aliud tenebant corde, & ore aliud loquebantur. Ubi autem fidei exundat ubertas, corde creditur ad juſtitiam, ore confeſſio fit ad ſalutem. Quomodo autem benedixerint ore, & corde maledixerint, ſeries Paſſionis oſtendit, cùm dicerent: *Deſcendat de cruce & credimus ei.* Marc. 15. 32. Stulti! De morte ſurrexit, & non crediderunt; quomodo ſi de cruce deſcenderet, credidiſſent? *Speravit in Domino, eripiat eum: liberet nunc eum, quoniam vult eum*; Pſal. 21. 9. quia illudentes potius quam optantes iſta dicebant, & interrogabant utrum eſſet Dei Filius, verbis pacifica loquentes, corde accuſationem ſacrilegii cogitantes.

16. Sed hæc myſtica, veniamus ad moralia. Etenim quoniam non ſemel appetitur Chriſtus,

appetitus

appetitus eſt ſemel in ſuo corpore quod ſuſcepit A in Virgine, appetitus eſt frequenter in eo corpore, quod eſt Eccleſia; nos enim ſumus corpus Chriſti & membra. Appetitur & in ſingulis ſanctis ſuis & innocentibus, qui Domino ſe dicarunt.

De Gratiano imperat. 17. Recordamur aliquem proxime ab omnibus appetitum, à ſuis deſtitutum ac proditum: qui dudum in ſuggeſtu locatus imperii, ſubito egens omnium ab ipſis quorum hereditarium fuerat ſortitus obſequium, cœpit urgeri, ingruentibus in exitum, inferentibus mortem, nullo auxilia- B tore, nullo jam ſocio ſui, nullo comite. Quid aliud melius dixerit, quam quod ex ipſo cui ſe devovit, acceperat: *Nonne Deo ſubdita erit anima mea?* Hoc eſt, quid perſequimini; quid furitis; quid inſultatis? Carnem poteſtis interficere, animam non poteſtis. Vitam illam corporis poteſtis eripere, meritum non poteſtis extinguere. Scriptum eſt enim: *Matth. 10. 28.* *Nolite timere eos qui poſſunt occidere carnem, animam autem non poſſunt: ſed potius eum timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehen-* C *nam.* Anima ergo quæ Deo ſubdita eſt, non eſt humanæ ſubdita poteſtati; ab ipſo enim vitæ fructum ſperat æternæ, & perpetuæ ſalutis auxilium. Ille ergo cui me tradidi, & necatum tuebitur, & mortuum reſuſcitabit, & ulciſcetur occiſum. Raptus eſt juſtus, ne malitia mutaret cor ejus. Mors ergo iſta magis peccati fuga, quam morientis eſt detrimentum.

18. Etenim *ipſe eſt Deus meus, adjutor meus, defenſor meus: non movebor amplius.* Qui labitur, D commovetur; eo quod de integritatis & innocentiæ ſuæ quadam ſtatione defluat. Semel enim in petra Chriſti locatus lubricum non debet habere veſtigium; ſed tenere ſtatus proprii firmamentum. Unde immobilis dicitur, qui ſervat immobilem voluntatem, & propoſitum aliquod intentione animi fidelis exſequitur. Nam & Dei immobilem voluntatem legimus, ſicut habes ad *Hebr. 6. 17.* Hebræos: *In quo amplius Deus oſtendere volens heredibus repromiſſionis immobilitatem voluntatis ſuæ,* E *interpoſuit jusjurandum.* Recte ergo immobilis voluntas Dei, quæ nullius peccati movetur illecebris. Homines vero mobiles, lubrici ad delinquendum, faciles ad errandum. Denique de Ju- *Matth. 27. 39.* dæis dictum eſt: *Tranſeuntes autem blaſphemabant eum, moventes capita ſua.* Et ipſe Dominus in pſal- *Pſal. 21. 8.* mo ait: *Omnes qui videbant me, adſpernabantur me: & locuti ſunt labiis, & moverunt caput.* Caput omnium Chriſtus eſt. Melius eſt igitur ut maneat Chriſtus in nobis, quam aliqua noſtri commo- F tione moveatur. Unde Judæi moventes capita *Act. 22. 22.* ſua dicebant: *Tolle à terra talem hunc.* Geraſeni *Luc. 8. 37.* rogabant, ut de finibus eorum recederet: Eccleſia autem tenuit eum, nec dimiſit eum. Ideo illa quæ tenuit eum, poſſidet: illi qui moverunt, te- *Matth. 27. 39.* nere non poſſunt. Pulcre autem ait Evangeliſta quia tranſeuntes movebant capita ſua: tranſeuntes, non ſtantes. Stamus in atriis ſanctis, præterimus in plateis. Sacerdos præterit, levita pertranſivit: ſtetit ille qui vulnera inflicta curavit.

A Et ideo illi non dixerunt qui tranſibant viam: *Benedictio Domini ſuper vos: benedicimus vos de domo Domini*; *Pſal. 128. 8.* ſtantes enim, non tranſeuntes ſunt pedes benedicentium. Denique & vineam cujus ſoluta munitio eſt, tranſeuntes vindemiant, non manentes. Tranſeuntes ſibilant, ſicut in Threnis Hieremiæ legimus: *Tenuerunt ſuper te manus omnes tranſeuntes per viam: ſibilaverunt, & moverunt caput ſuum ſuper filiam Hieruſalem.* *Thren. 2. 15.* Ideo ſacerdos non potuit coronari, levita non potuit; quia B tranſierunt, & tamquam umbra præterierunt. Stephanus autem martyrio coronatus eſt; quia ſtantem videbat dominum Jeſum, immobilem, non prætereuntem. Immobilis ergo fide Stephanus immobilem Chriſtum videbat: nullo erat mortis timore commotus. Non movit ſe Stephanus, non movit ſe Chriſtus. Commoti ſunt filii proditoris, de quibus dicitur: *Commoti amoveantur filii ejus, & mendicent.* *Pſal. 108. 10.* [a] Eget enim medico qui movetur. Inops peccator, dives eſt juſtus; quia nul- C lo bono deficit, qui Dominum ſemper inquirit.

19. Et quia inde tractus eſt ſermo, qui dixit: *Non movebor amplius*; quod moveri ad culpam ſit, oſtendit ipſe David dicens: *Qui poſuit animam meam ad vitam, & non dedit commoveri pedes meos.* *Pſal. 65. 9.* Unde & ſancto dicitur à domino Deo noſtro: *Tu autem hîc ſta mecum*; *Deut. 5. 31.* quoniam qui Deo proximus eſt, lapſui non poteſt eſſe vicinus. Omnis enim culpa velut adverſario niſu de loco dejicere, & de proprio ſtatu mentem movere D conſuevit: quod vel ab hoſte, vel ab luctamine tractum videtur. Perturbat ira, incendit libido, ſtimulat invidia, excruciat avaritia, timor dejicit, mœror affligit. Et Petro dictum eſt à domino Jeſu: *Veni retro poſt me.* *Marc. 8. 33.* [b] Non dixit: Veni retro (hoc enim diabolo ſoli dixit) ſed: *Veni retro poſt me*; non eſt enim retro, qui poſt Chriſtum eſt. Sed quia errabat Petrus, ſicut Dominus ipſe ait ad ipſum: *Quia non ſapis*, inquit, *quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum*; *Ibidem.* ideo poſt me veni, ut inci- E pias non humana, ſed divina ſentire. Ideo & hic juſtus rapiendus è terris ait: *Non movebor amplius. Diſſolvi enim, & cum Chriſto eſſe, multo melius.* *Philip. 1. 23.* Non enim labi poterit qui cœperit eſſe cum Chriſto; quia mors juſto non naturæ finis, ſed culpæ eſt.

20. Inter has voces ſubito videt agmina perſequentium, & inter pericula poſitus non de ſe ſollicitus, ſed de his quos liberare cupiebat, ait: *Quouſque irruitis in hominem, interficientes univerſos?* *℣. 4.* Si me quæritis, cur alios vultis occidere? F Offero me ipſe pro multis; quia pro omnibus ſolus ſe ille potuit offerre, qui auctor eſt omnium. Ipſius ergo quem ſequebatur imitator ait: *Si me quæritis, ſinite hos abire; ut impleatur ſermo quem dixit Ieſus: Quia non perdidi ex ipſis quemquam præter unum* *Iohan. 18. 8. & 9.* (hoc enim in alio libro ſententia Domini comprehendit) qui tamen ſua magis periit voluntate, quam mea, inquit, ſeveritate punitus eſt. Et cùm ego me ſponte offeram, irruitis & incumbitis *tamquam parieti inclinato, & maceriæ impulſæ*; *℣. 4.* hoc eſt: Apex dudum nobilis ſedis

a. Edit. Rom. *Eget enim & mendicat, qui movetur.* Aliæ, ac mſſ. omnes, *Eget enim medico* &c. Bonus ſenſus licet aliquantulum reconditus; quem ut probe intelligas, adverte hic prima duo iſtius verſiculi verba explicari; *commoti amoveantur*: commotiones autem morbos atque ægritudines animi eſſe; unde à græcis πάθη vocatæ ſunt. Innuitur itaque hoc toto verſiculo peccatores & in ægritudine & in egeſtate ac penuria eſſe poſitos. Hanc interpretationem confirmant quæ infra de ira, libidine atque aliis perturbationibus dicuntur.

b. Sic omnes mſſ. ac vet. edit. Rom. vero, *non dixit. Vade retro.* Sed diſcrimen de quo agitur, in vocibus, *poſt me*, ſitum eſt: non autem in verbis, *vade & veni*; cum eodem verbo Scriptura utrobique uſa fuerit. Nam de diabolo ait Matth. 4. 10. ὕπαγε Σατανᾶ: de Petro autem Marc. 8. 33. ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ.

auguſtæ, & circumfuſi toto orbe Romano validus quondam murus imperii, ſicut paries inclinatus, aut maceries impulſa collabor.

21. Sed eſto, ad mortem me uſque appetierunt, quæſierunt ad necem dicentes: Tollamus juſtum, tollamus miſericordem; quia gravis eſt nobis etiam ad videndum: ſed etiam * exiſtimationem meam, caſtimoniam meam ſauciandam falſis calumniis putaverunt; hoc eſt enim: *Pretium meum cogitaverunt repellere*; quia * pretium noſtrum pudicitia eſt, quæ nos ſeparat à pecudibus, Angelis B jungit. Pretium noſtrum miſericordia eſt, quæ nos dum confertur inopibus, redimit à morte. Pretium noſtrum fides eſt, quæ omnes homines gentili errore & ſervitute depreſſos Chriſto adquiſivit. Pretium noſtrum bona exiſtimatio eſt; quia uniuſcujuſque noſtrûm meritorum ſeries æſtimatur. Pretium noſtrum munditia atque ſimplicitas eſt; quia ſcriptum eſt: *Poſſeſſio pretioſa vir mundus*; nihil enim pretioſius viro ſimplici. Unde Apoſtolus pulcre: *Abundavit*, inquit, *in divitiis* C *ſimplicitatis ſuæ*. Quid enim ſimplicitate ditius: quæ ſicut bonus paterfamilias ſatis ſibi abundat, & ſua puritate contenta, non quærit alienum, nec abrodit; ſed de ſe ceteros fingit? Innocens enim credit omni verbo, nec ſe in artes varias ſæpe commutat; ſicut aſtutia quæ ut ſit cauta, timet omnia, nec ſe conſiliis ſuis credit: verſat ſuas ipſa ſententias. Simplicitas autem timere nil novit. Hoc igitur genere pretium juſti repellere tentaverunt; etſi poſſit & illud intelligi, quia au- D rum ejus manibus accipiebant, corde intimo repellebant, prædam tenentes, fidem negantes.

℣ 5. Prov. 12. 17. 1. Cor. 8. 2.

℣ 5. 22. Unde & ait: *Cucurri in ſiti*; eo quod fidem quærerer, & invenire non poſſet, deſtitutus à ſociis, à propriis derelictus. Sic dominum Jeſum legimus in Evangelio & eſuriſſe, & ſitiſſe; cùm eſuriret fidem noſtram, ſitiret opera noſtra, quærere videretur aliena. Aut ut ad ſitim corporis referamus, quanta indignitate dicit: *Cucurri in ſiti?* hoc eſt: Ego ſitiebam, cùm alii mea vina E ructarent; & ex illo ſuggeſtu ſublimis imperii, opulentiaque regali, ad extrema ſitis plebeia quadam vilitate deductus ſum.

Matth. 4. 2. & Johan. 19. 28.

23. Et quia græcus habet ἴδραμον, quod ſignificat & cucurri ſingulariter, & cucurrerunt pluraliter, poteſt & ſic intelligi. Cucurrerunt in ſiti, quorum fauces æſtu nimio fundendi mei ſanguinis aruerunt. Sicut enim eſt ſitis fidei, ita & perfidiæ. Sitim illam juſtus ſitit, qui ait: *Sitivit anima mea ad te Deus*. Iſtam perfidi, quorum lin- F gua præ ſiti aruit. Quam ſitivit * ille qui inter convivii dapes & pocula conſtitutus, innocentis convivæ necem moliebatur Auguſti? Nonne tibi videbatur, impie, cùm manducares, cædem parares, quod humana ſub dentibus tuis oſſa cre- A pitarent? Cùm vinum biberes, & parricidium cogitares, quod illis poculis ſanguinem tibi innocentis infunderes? Ita prorſus alienus non ſolum ab imitatione, ſed etiam à lectione divina; ut non tibi veniret in mentem verſiculus ille pſalmorum: *Tu vero homo unanimis, dux meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos*. Atque ille alius, cujus meminit in Evangelio ipſe dominus Jeſus: *Qui edebat mecum panem, levabit ſuper me calcaneum ſuum*.

Pſal. 41. 3.

Pſal. 54. 14. & 15. Johan. 13. 18.

B 24. *Quid tibi faciam Ephram; quid tibi faciam Juda?* Plures reliquiſti nobis proditionis tuæ & fraudis heredes; hæc enim etiam ad proditorem Judam poteſt * per apoſtrophen derivari. Prodiſti vitam, regnum, Dominum. Sed Jeſus dominus ſemel in ſe, frequenter in ſervulis ſuis proditur. *Quod enim uni horum minimorum feciſtis, mihi*, inquit, *feciſtis*. Tu commiſſos tibi loculos & pecunias pauperum ſuſcepiſti, iſte provincias ſibi creditas. Tu apoſtoli honorem, ille militiæ C dignitatem, adminiſtrationis infulas. Numero honores ejus, ut crimen exaggerem. Convivii violaſtis uterque conſortium: tu tamen de convivio ad proditionem ſurrexiſti, iſte ad necem; hoc eſt, tu, licet in ſcelere, verecundior, qui negaſti quod inferendam necem credideris Domino quem prodebas, qui pretium refudiſti; ne reſidere apud te merces parricidii videretur. Iſte non ſolum tenuit acceptam, verum etiam extorſit non oblatam mercedem proditionis. Iſte non D ſolum deceptus non eſt alieno mendacio: ſed fefellit ſuo, & fefellit ut occideret. Et cùm ille convivium recuſaret, qui ſe videret eſſe petimendum, iſte ſacramentum obtulit; ne qua periret ſibi cumulandi pars criminis. Poſtremo ſuperioris proditoris pecunia profecit ad ſepulturam peregrinorum: iſte ſepulturam integram ſuo principi denegavit.

Oſe. 6. 4. Matth. 25. 40.

25. Nec defuit qui manus lavaret dicens: *Innocens ſum à ſanguine juſti hujus*; in quo ſe Pila- E tus non diluit, ſed inquinavit: & implicavit, non exuit. Nam etsi nullum pondus in perditorum judiciis, tamen vinculum majus in confeſſionibus. Juſtos enim non aliena abſolvit ſententia, ſed ſua vita: injuſti ſe ipſos vehementius ſuis vocibus alligant, qui alios alligare non poſſunt. Tamen ne huic quoque deeſſe confeſſio propria videretur, juravit ut pejeraret. * Lavit manus, cùm Evangelium tangeret; ne quid deeſſet exemplo. Lavit aqua manus, ut ſceleratius inquinaret in- F nocentis ſanguine. * Nec Herodes defuit, cui alter Pilatus ſe placiturum credidit, ſi captum principem deſtinaſſet. Quid illud quoque dicam, quod is quoque veſtem dealbatam indutus eſt ad illudendum: poſtea quoque regia veſte donatus eſt ad moriendum; ne amiſiſſe honorem debitum

Matth. 27. 24.

* Hoc atrocior ea calumnia fuit, quod in confeſſo eſt apud omnes hiſtoricos Gratianum inſigni caſtitate ornatum fuiſſe. Quin immo fuere etiam qui nimiam ejus verecundiam reprehenderent, quaſi gerendis imperii rebus parum commodam.

*. *Pretium*, hic dignitatem atque honorem ſignat; nam in ſequentibus etiam pro mercede accipitur. LXX πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι.

*. Hæc necis Gratiani imperatoris adjuncta apud nullum alium ex antiquis reperire eſt, quam apud hunc noſtrum. Oroſius tantum memorat ipſum, dum in Italiam tranſire meditaretur, dolis circumventum à Maximo tyranno interfectum fuiſſe. Socrates, Sozomenus, Paulus Diac. & alii referunt Andragathium quem ad illum perſequendum miſerat tyrannus, rumorem ſparſiſſe quo ejuſdem conjux advenire ad eum diceretur: Gratianum autem fama hujuſmodi deceptum ad lecticam, uti putabat, uxoriam acceſſiſſe, atque ab Andragathio ex eadem exiliente fuiſſe interemtum. Sozomenus tamen facile cum Ambroſio poteſt conciliari. Is enim non ſtatim, ſed haud multo poſt trucidatum ſcribit: ἐξ οὐ πολλοῦ, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀναιρεθῆναι. Quidquid ſit Ambroſio tamquam teſti tantum non oculato credendum eſt.

*. *Apoſtrophe*, latine *Averſio*, figura qua ſermonem à re propoſita ad alloquendum aliquem convertimus.

*. Obſervandum obiter quam antiqua ſit ea conſuetudo, qua gravibus in cauſis contacto ſacroſancto Evangelio juramus. Vide Annot. H. Valeſii in lib. 6. Sozomeni cap. 30. pag. 145.

*. Intellige Andragathium priuſquam necem Gratiano inferret, ut duceretur ad Maximum, operam dediſſe.

videretur? Nam etſi ſcelere interiit, jus tamen A collatæ ſibi poteſtatis etiam mortuus reſervabat, eorum ipſorum à quibus negabatur, vel miniſterio, vel adſenſu.

26. Addebatur huic tanto ſceleri pompa feralis; niſi is qui impatienter iſta deflebat, cognitis quæ parabantur, juſto commotus dolore increpaſſet victorem ſuperbum, tyrannis illa, non regibus
a inferri ſolere. [a] Sic horrore flagitii territus depoſuit teterrimi ſceleris apparatum. Nec petitor igitur ſepulturæ defuit, etſi Joſeph ille qui B juſtus dicebatur, defuit. Sed longe Maximus ſævior denegabat, quod ipſe Pilatus auferre non potuit. In quo parricidæ humanitas defuit, innocenti tamen non defuit gratia: & ad tempus
* adſumta patientia, * vindicta paululum comperendinata eſt.

℣. 6. 27. Ideoque ait: *Verumtamen Deo ſubjecta eſt anima mea; quoniam ab ipſo eſt patientia mea.*
℣. 7. *Quia ipſe eſt Deus meus, & ſalutaris meus, ſuſceptor meus, non emigrabo.* Hoc eſt, numquid ſepultura C corporis negata perpetuæ quietis manſionem mihi abſtulit? Habeo habitaculum meum in Domini tabernaculo, & in ſancto monte ejus requieſcam. Non emigrabo humano ſcelere; quia Domini favore ſuſceptus ſum; quia neque mors, neque gladius, neque tribulatio à caritate Chriſti me ſeparare poterunt. Non enim innocens de tabernaculis juſtorum, ſed peccator emigrat. Migrant Judæ proditoris heredes, de quibus & ſimilibus
Pſal. 108. 10. eorum merito dicitur: *Commoti amoveantur filii* D *ejus, & mendicent, ejiciantur de habitaculis ſuis.*

28. Quod bene & ad dominum Jeſum Chriſtum refertur, qui cùm deſcendiſſet in terras, ut crucifigeretur, ut ſepeliretur; non emigravit à Pa-
Pſal. 87. 9. tre, ſed in Patre manſit. *Traditus ſum, & non egrediebar* Nec depoſuit quod erat, ſed reſervavit: nec deſivit eſſe in Dei forma, ſed perſeveravit: non immutata per ſuſceptionem corporis Dei gloria, ſed manente, triumphum adquiſivit,
Marc. 14. 62. potentiam non amiſit. Unde ipſe ait: *Amodo vide-* E *bitis filium hominis ſedentem ad dexteram virtutis.*

29. Unde convocatos gentium populos, & adquiſitos Patri, ſuo ſanguine, hortatur ad fidem
℣. 9. dicens: *Sperate in eum omnes conventus plebis meæ;* hoc eſt, non ſolus Iſrael, ſed omnes, inquit: nec ſolæ reliquiæ, ſed etiam gentium plenitudo: nec ſolæ gentes, ſed Iſrael; cùm enim intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſalvus erit. Quis poteſt divina myſteria comprehendere? Quorum tanta multitudo eſt, ut jure Paulus mi- F
Rom. 11. 33. retur, meritoque dixerit: *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei!* Repulſæ gentes ſunt, A ut eligeretur Iſrael: cæcatus eſt poſtea Iſrael propter vocationem gentium; & cæcati Iſrael reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt, poſtquam intravit gentium plenitudo. Ita culpa Iſrael profuit gentibus; fides gentium Iſraelitem populum liberavit.

30. *Effundite*, inquit, *coram illo corda veſtra.* ℣. 9.
Qui induit fidem, prius perfidiam debet exuere, evacuare cor ſuum omni labe malitiæ; ut capax fiat cor ejus gratiæ ſpiritalis. Ideoque Apoſtolus ait: *Renovamini ſpiritu mentis veſtræ.* Cùm Epheſ. 4. 23.
enim effunditur vetus malitia, nova ſumitur gratia, qua unuſquiſque renovatur. Dicit ergo Filius Dei: *Effundite coram illo corda veſtra;* quia ſciebat Patrem eſſe dicturum: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem.* Joel. 2. 28.
Eſt etiam illa traditio, ut cor noſtrum videamur effundere, quando omnes cogitationes alicui & voluntates noſtri cordis aperimus. Ergo jactemus in Deum cogitationes noſtras, nec aliquid eum latere credamus. C Effundimus cor noſtrum coram ipſo, cùm diſceptationes exinanimus humanas.

31. *Verumtamen vani filii hominum: mendaces* ℣. 10.
filii hominum in ſtateris, ut decipiant. Si vani filii hominum, & mendaces filii hominum, poſſunt non vani eſſe filii Dei: qui non ex ſanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; ſed ex Deo nati ſunt. Nam filii hominum videntur ſibi ponderare æquitatem & gravitate ſeverioris judicii examinare juſtitiam, [b] duri aliis, ſibi remiſſi, b
D operibus iniqui, ſermone cenſores. Unde Salomon ait: *Execrabile Domino duplex pondus, & ſtatera fallax non bona.* Prov. 20. 23.
In quo ſignificat eos qui rapinam inexplebili corde meditantur, & ſobrietatem fronte prætendunt. Tales ſcribæ Judæorum ſunt, qui onera gravia aliis obſervantiæ durioris imponunt, non habentes rectum * jugum *
animæ ſuæ; ſed propenſa iniquitate curvati: ipſi autem ſuorum refugi præceptorum ſunt. Invenitur itaque in avaritia tamquam in radice vitio- E rum omnium, quæ ſit caput iniquitatis & fomes: quam homo renuntians mundo, & conſepultus Chriſto per baptiſmatis ſacramentum, qui ſit mortuus ſæculo, declinare debet, atque defugere.

32. *Nolite*, inquit, *ſperare in iniquitate, & rapi-* ℣. 11.
nam nolite concupiſcere: divitiæ ſi fluant, nolite cor apponere. Vides quia adfluunt, non vides quia præterfluunt? Nudus es natus, nudus moriturus es. Quid excipere quæris quod tecum auferre non F poſſis? Fluenta ſunt quæ miraris: quomodo veniunt, ſic tranſeunt & recedunt. Solus Jordanis retrorſum converſus eſt, * in quem deſcendiſti: *

a. Ita cod. Reg. unus. Alii & vet. edit. *Sic horrore flagitii, & ſic citus.* Rom. *Sic horrorem flagitii, ſic citus* &c. Neutrum ſatis commode. Attamen valde ſuſpicamur communem vet. edit. ac mſſ lectionem emendandam eſſe hoc pacto; ſic horrore flagitii excitus. Ceterum hic de ſe ipſo loqui Ambroſium palam faciunt non modo quæ in ejus vita de ſecunda ipſius ad Maximum legatione Paulinus tradit: verum etiam quæ ipſemet Sanctus epiſt. ad Valent. & in Orat. de ejuſdem Obitu ſcripſit, ambigere nos non patiuntur. Mirare interim cum ſancti viri conſtantiam, qua tyrannum ferocientem tanta cum libertate compeſcuit: tum ſummam ejuſdem modeſtiam, qua cum Joſepho juſto ſe negat eſſe comparandum.

*. Vindicta illa Gratiani per ſummum ſcelus trucidati ſic peracta eſt. Occupaverat magnis copiis alpium anguſtias comes Andragathius. Has cùm divinitus obcæcatus deſeruiſſet, Theodoſius exercitum ſuum licet multo inferiorem traducens Maximum qui tamquam victoriæ ſuæ ſpectator Aquileiæ inſederat, cœpit atque occidit: quo comperto Andragathius in mare ſe præcipitem armatus dedit. Vide Oroſium lib. 7. cap. 35. & alios.

b. Ita Reg. mſ. jam ante non ſemel laudatus. Alii autem, ac edit. *Duri aliis, remiſſi operibus iniquis,* &c.

*. *Jugum* in trutina ſcapus eſt ex cujus extremis binæ lances pendent; unde tranſlata eſt hæc metaphora

* Deſcendimus omnes in Jordanem cum Chriſto capite noſtro, cujus contactus aquam non ſolum Jordanis, ſed omnino omnem ſanctificavit; ut dignum regenerationis noſtræ fieret inſtrumentum. Alioquin autem multi olim in ipſo Jordane baptizari peroptabant; quemadmodum de ſanctis quibuſdam in ipſorum vitis legere eſt, ac de Conſtantino Magno Hieronymus ex Euſebio tradit. Vide Annotationem H. Valeſii in lib. 4. Euſebii de vita Conſtantini in cap. 62. ubi inter alia ſcitu digniſſima legitur & iſtud ex itinerario Antonini, quod cum hoc loco non parum habet affinitatis: *Deſcendit ſacerdos in flumen, & hora qua cœpit benedicere aquam, mox Jordanis cum magno rugitu poſt ſe revertitur: & ſtat aqua ſuperior in ſe uſque dum baptiſmus perficitur: inferior autem fugit in mare.*

qui te admonet, ut in ipſum naturæ fontem & A originem revertaris, quæ te nudum, non veſte amictum edidit; ut diſcas ſuperflua non requirere. Hoc quod erubeſcis,* eſſe te nudum, culpa docuit, non natura. Nulla enim eſſet verecundia genitalium, ſi culpa non eſſet. Neque enim cetera animalia veſtiuntur, ut tegantur: neque veſtiuntur, ut muniantur. Satis munita ſunt omnia naturæ ſuæ tegmine: nos dum ſuperflua quærimus, tegmen naturæ amiſimus, jus commune perdidimus. Ideoque in hoc pſalmo adſcribitur B doctrina medicabilis; quia vel Idithum, vel ſe ipſum illius nomine exercitio ſpiritali ſubeundis tentationibus erudivit; ut in anguſtiis quis poſitus ſubjiciat ſe Deo: & ſi peccavit ante, peccare deſiſtat, nec recidivo errore moveatur.

℣. 12. 33. *Semel loquutus eſt Deus, duo hæc audivi.* Semel loquutus eſt Deus, & plura audita ſunt; quia non per litteras & ſyllabas eſt loquutus. Loquutus eſt per ænigmata, loquutus eſt per viſiones, loquutus eſt per diviſiones gratiarum, loquutus eſt per Spiritum ſingulorum. Nos autem plura loquimur, & vix audimur. Semel loquutus in Lege eſt, eadem iterum loquutus eſt in Evangelio. Aut fortaſſe, ut ego puto, quia multifariam loquutus eſt in prophetis, noviſſime autem loquutus eſt in Filio ſuo. Semel loquutus eſt, quando loquutus in Filio eſt; & audita ſunt etiam illa quæ ante audita non erant ab iis quibus loquutus fuerat per prophetas. Semel ergo loquutus eſt in novo Teſtamento, & vetus auditum eſt Teſtamentum, quod non audiebatur; quia ipſe Dominus dixit de populo Judæorum: *Videbunt, & non videbunt: audient, & non audient.* Marc 4. 12. Audient aure corporea, ſed non audient mentis auditu.

34. Nobis ergo, hoc eſt, Eccleſiæ, ſemel loquutus eſt, & duo audita ſunt; quia & illa audivimus & intelleximus, quæ non intellexerunt, qui legerunt: non audierunt, qui audierunt. Solus enim Chriſtus aurem aperuit humanam ad cognoſcenda myſteria: ſolus libri ſignaculum ſolvit, & reſolvit ænigmata prophetarum.

35. Ideoque ipſe reddet unicuique ſecundum ℣. 13. opera, in quo & qualitatem operum comprehendit; ut aut complurium & meliorum reſtituat præmia meritis ſingulorum: aut contra & numero gravemur, & acerbitate meritorum.

*. His plane gemina docet Auguſtinus lib. 2. *De Peccato orig.* c. 34. l. 1. *De Napt. & Concup.* lib. 5 cap. 5. *Contra Jul. Pelag.* atque alibi.

IN PSALMI CXVIII EXPOSITIONEM ADMONITIO.

APerte ex tota ſerie hujus operis intelligimus beatum Ambroſium, cùm Chriſtianos ſuæ curæ commiſſos præceptis ad perfectionem conditionis ſuæ cumulate comparandam neceſſariis munire decreviſſet, nihil ad illud exiſtimaſſe conducibilius, quam ſi pſalmorum ornatum pulcherrimum, ac moralibus dogmatis refer-
a. Præfat. *tiſſimum*[a]*, ipſis exponeret. Quam ob rem cùm tam nobile argumentum propoſitum haberet ſanctus Doctor, omnem ingenii vim, omnem ſibi divinitus conceſſam facultatem eidem illuſtrando adhibuit. Quidquid in eo fuit eloquentiæ, quidquid ardoris, modeſtiæ, humilitatis, ſcientiæ, id omne tanto cum ſplendore in hac commentatione elucet; ut ea communi doctiſſimorum virorum, atque etiam heterodoxorum ſuffragio inter præſtantiora Ambroſii noſtri opera numeretur.*

Principio quadam præfatiuncula quaſi præludit, in qua compendio explicat quidquid generatim pertinet ad hunc pſalmum. Hinc tranſit ad enarrationem octonariorum, in quorum limine hebraicas quaſque litteras
b. Serm. 14. *enucleat, quæ ſunt, ipſiuſmet teſtimonio*[b], velut tituli eorum verſuum, quæ ſub iiſdem litteris adſcribuntur. *Hoc autem dignum eſt quod obſervetur, nimirum ſanctum Antiſtitem palam facere ea ipſa quæ hic à Davide ſub ſingulis hebraici alphabeti elementis traduntur, ſub iiſdem quoque ab Hieremia in Threnis ſuis deſcribi. Verumtamen ante ſermonem octavum eam non aperit conſenſionem, quam deinceps accuratiſſime ad finem operis proſequitur. Et in hac demum parte copioſius earumdem litterarum ſenſum edifferit.*

Poſt explicatum unum quodque elementorum ad interpretationem textus accedit, & exacte admodum octo illos verſus qui ſingulis ſub elementis continentur, ordine quemque ſuo expendit; tametſi aliis diutius, aliis brevius immoretur. Primò proponit ipſa verba cujuſque verſus, & ſi quid occurrat varietatis, ſive in græcis ſive
c. Serm. 4. 10. 11. &c. *in latinis exemplaribus, ſive etiam in diverſis interpretibus*[c]*, hoc ille non ſine magna eruditione oculis ſubjecit, & quaſi digito indicat fontes iſtiuſmodi diſcriminis, quod nonnumquam diſſidentibus interpretum opinionibus, ſæpius vero antiquariorum Scripturam imperitia vel indiligentia ſua corrumpentium culpa adtri-*
d. Serm. 4. 5. &c. *buit.*[d] *Inſuper quid de variis Scripturæ verſionibus ſentiat, candide in medium profert*[e]*, docetque*[f] *tunc temporis*
e. Serm. 9. 17. 20. & 22. *in Eccleſia potiſſimum valuiſſe LXX ſenum interpretationem. Nihilominus tamen libentius ipſemet utebatur exemplari ſuo græco*[g]*; quamvis etiam minime negligeret & alia ſubinde conſulere, & diverſas textus inter-*
f. Serm. 13. *pretationes quæ defendi poſſe aliqua ratione videbantur, proponere.*

g. Serm. 17. *Etſi ſtatim ab exordio hujus operis*[h] *non ſecus atque in aliis ſuis lucubrationibus*[i] *triplicem Scripturæ ſenſum*
h. Serm. 1. *agnoſcat, naturalem ſive hiſtoricum, myſticum, & moralem; primum tamen hic non ſequitur, ſecundum per-*
i. Lib. de Iſaac & An. cap. 4. num. 23. Præfat. in Luc. &c. *currit ſatis leviter, ſed exſculpendo illuſtrandoque tertio totus incumbit. Neque vero cauſæ illæ quibus ad ineundum hoc conſilium inductus fuit S. Ambroſius, difficulter adferri poſſunt; ſiquidem ipſe non ſemel affirmavit*[k] *quamvis myſticus ſenſus acutior ſit, moralem tamen multo ſuaviorem, acceptioremque eſſe populo*[l]*, qui uberiorem in eo ſibi præberi utilitatis ſegetem cognoſcebat. In hunc igitur ſenſum omnes ingenii ſui nervos inten-*
k. Serm. 1. 13. &c. *dit, Chriſtianiſque præcipit qua ratione pervenire valeant ad ſupremum gradum perfectionis. Ille incredibili*
l. Serm. 13. *ardore animi in præcipua & maxime communia temporibus ſuis vitia invehitur. Sed nec ipſis ſacri altaris*
m. Serm. 2. &c. *parcit miniſtris: quos quidem ob culpas quæ non ita graves videbantur, loco ſuo ac dignitate abdicari volebat*[m]*; nimiam eorum qui ſe juſto molliores peccatoribus exhiberent indulgentiam; ſed haud minus illorum qui ſibi*

ipſis remiſſi rigidiorem adverſus alios cenſuram exercerent, ſeveritatem damnans [a]. *Ibidem etiam Iudæos, atque hæreticos & arrianos imprimis aggreditur* [b], *demonſtratque* [c] *illorum hæreſim hinc ſcaturire, quod philoſophorum ac maxime ariſtotelicorum argutias & vitilitigationes eſſent ſequuti. Denique eorum qui plagii accuſabant ſcriptores noſtros, quod librorum ſuorum præclariſſima quæque in operibus philoſophorum compilaſſent, mendacium quod alibi* [d] *non ſemel impugnat, hic etiam refellit* [e].

Intexit hiſce omnibus longe maximam Cantici canticorum partem, cujus hic myſteria, ſicut alibi dixerat [f], *potiſſimum de Eccleſia interpretatur. Verum non admodum accurate huic inſiſtit expoſitioni. Siquidem præterquam quod in pluribus illam ſermonibus plane omittit, ejuſdem ſacri voluminis non niſi circa initium ac finem ordini inhæret. In reliquis prædicti libri teſtimonia hinc inde ex variis capitibus petita eo tantum laudat, ut illorum auctoritate res propoſita adſtruatur. Quapropter minime dubitat eadem iterum ac tertio allegare. Cùm vero Chriſtianæ perfectionis conſummationem eodem Pſalmo contineri adſeveraſſet* [g], *hanc lucubrationem concludit* [h] *exponendo ultimam partem Canticorum, in qua nuptiæ ſpiritales Verbi cum Sponſa ſua, nec non intima ejuſdem cum illa conjunctio, qua res plenam cumulatamque perfectionem conſtituit, deſcribuntur. Qua quidem coronide tam præclaro operi non poterat apponi nobilior.*

Hujus libri excellentiam agnoſcit [i] *Dallæus, ubi ait:* Opus alias præſtans, & eloquentia ſanaque doctrina refertum, lectuque adeo digniſſimum: *nihilo tamen ſecius eidem, alio loco erroris notam audet inurere, adſerens* [k] *illic Ambroſium veſtigiis Hilarii ſanctos omnes antequam Dei fruantur conſpectu, flammis expiandos eſſe prædicantis, inſiſtere. Addit* [l] *parum modeſtam illius dum in allegoricis interpretationibus ludit, licentiam eſſe. Poſtremo ipſum in explicandis litteris Hebraicis narrare* [m] *lectoribus ſuis mera ſomnia. Verum ille in tribus hiſce capitibus æque iniquus eſt. Quod enim ad primum, erunt fortaſſe qui eum non ſatis cohærentia locutum dicant, quippe qui opus illud ſana doctrina refertum palam ſit profeſſus. Nos vero quæ fuerit ſancti Viri de hoc ipſo capite ſententia, jam declaravimus. Cæterum ſi hoc in opere Dallæo præter memoratum errorem nihil diſplicet, eum atque alios ejuſdem cum ipſo communionis obſecramus, ut de ſacris noſtris myſteriis, ac imprimis de ſacro-ſancta Euchariſtia* [n] *ipſi eadem qua Doctor noſter, & credant, & loquantur. Tam tum demum profecto contingeret, ut ſoluto diviſionis muro utrique eadem fide jungeremur. Quod autem ad ſecundam accuſationem, fatemur quidem cum Gregorio Nazian. exceſſum improbandum eſſe in allegoriis: ſed vix ullum ex Ambroſianis operibus eſſe contendimus, in quod non cadat juſtius quam in hoc, iſtiuſmodi criminatio. Id ſane hinc planiſſimum fit, quod nuſquam alibi, ut jam dictum eſt, latius in morali expoſitione ſpatietur S. Antiſtes, neque myſticum ſive allegoricum ſenſum niſi obiter adtingat; quin immo ex ipſis Canticis pulcherrimas morum inſtituendorum eruat præceptiones. Denique quod objicitur de elementorum Hebraicorum interpretatione, hoc non validiore niti firmamento ad litteram* Aleph *demonſtrabimus.*

Hunc librum conſtare concionibus quas Ambroſius ad Mediolanenſem populum dixit, minime obſcurum eſt. Evincunt hoc ipſe dictionis ſtylus, locorum iiſdem diebus ex utroque Teſtamento in ſynaxibus recitatorum citationes [o], *expreſſiſſima tandem verba* [p] *Præſulis noſtri. Verum difficilius fuerit ſtatuere, utrum ſingula octonaria ſinguli ſermones complectantur. Si quorumdam prolixitatem cum brevitate aliorum componamus, rationemque tum diverſitatis argumentorum, tum variarum interruptionum reſumtionumque habendam putemus haud iniquo animo his adſentiemur, qui octonariorum nonnulla non unico ſermone tractata fuiſſe exiſtimabunt. Sed cùm mſſ. omnes, ac edit. antiqua eoſdem ſermones ſecundum Hebraicorum elementorum diviſionem diſtributos ubique exhibeant, atque adeo ſimillimum veri ſit Ambroſium ipſum hancce commentationem, cùm illam deſcriberet, hoc ordine conſtituiſſe, nihil hac in parte mutatum voluimus. Cæterum dicendum erit operis hujus præfatiunculam, quæ certe brevior eſt, quàm ut concionem ſuam ſola contineat, vel unà cum primi octonarii explicatione pronuntiatam fuiſſe, vel poſtea aliorum ſermonum capiti ab ipſomet Ambroſio ſuperadditam.*

Inquirendum jam quonam tempore eoſdem ad populum habuerit S. Epiſcopus. Conſtat procul dubio illud ante quam librum de Iſaac & Anima *ibidem allegatum* [q] *ſcriberet, eveniſſe: hunc autem librum anno circiter* CCCLXXXVII *in lucem editum probavimus* [r]. *Præterea ibidem citari videntur* [ſ] *ipſius in Evangelium Lucæ commentarii quos opinio probabilior ad annum* CCCLXXXVI *refert. Ad hæc etiam mentio fit* [t] *anniverſarii feſti martyrum Gervaſii atque Protaſii, quorum ſacra Lipſana ſub annum* CCCLXXXV *aut proxime ſequentem inventa ſunt. Unde colligas eximium hunc fetum circa idem tempus prodiiſſe. Hoc ipſum hinc quoque videtur confirmari, quod inflammatum martyrii deſiderium Vir ſanctus præ ſe ferat iis verbis* [u], *quæ tempus illud ſatis indicent ejuſmodi fuiſſe, per quod martyrii palma etiam tum obtingere poſſet: quod apte congrueque ad inſanientis in ipſum Iuſtinæ perſecutionem quis referat, hoc eſt ad* CCCLXXXV *aut proximum. At vero admodum credibile eſt eaſdem conciones neque una & continua ſerie, neque uno eodemque anno eſſe habitas. Videmus quippe Ambroſium aliquando verba feciſſe cùm anniverſaria Gervaſii ac Protaſii, ut jam diximus, feſta recurrerent, quæ feſta probabile eſt in* XIII *Kal. menſis Iulii incidiſſe: aliquando vero cùm dies Sebaſtiano ſacer ageretur* [x], *quem etiam tunc moris erat* XIII *Kal. februarias celebrari. Advertimus etiam ſanctum hunc noſtrum modo jejunii diebus, modo aliis concionatum eſſe. Obſervamus denique hoc toto in opere nihil quod ad Catechumenos pertineat, deprehendi: verum illic omnia videri apud homines Chriſtianis ſacris jam initiatos, atque adeo noſtrorum omnium myſteriorum cognitione inſtructiſſimos pronuntiata. Illum autem conſtat ad eos non diebus ſingulis, ſed tantum dominicis aliiſque ſolemnioribus ſermonem habere conſueviſſe. Non enim tunc captum argumentum, ut de feſto diceret, omittebat: ſed interdum nonnihil de eo per digreſſiunculam delibare ſatis habebat, quemadmodum de ſuperioribus obſervatum eſt.*

Hanc porro expoſitionem ad multorum codicum ſin minus antiquiſſimorum, ſaltem elegantiſſime juxta atque accuratiſſime manu exaratorum fidem exegimus. In omnes editos: tum antiquiores tum recentiores non ſolum irrepſerant menda plurima, verum etiam frequentes interpolationes ſine auctoritate intruſæ fuerant, quas partim reſecuimus, partim in variis lectionibus, cùm eas expungere ſubveriti ſimus, indicavimus. Poſtremò ſuam operi inſcriptionem reſtituimus non modo ſcriptorum codicum editionumque veterum teſtimonio, ſed etiam ſuffragio [y] *Lugdunenſis Eccleſiæ, ac veterum auctorum apud quos ejuſdem mentio reperitur.*

a. Serm. 4. & 5.
b Paſſim.
c Serm. 12.
d Serm. 2. & alibi.
e Lib. de Abraham Patriarch. & ſeq.
f Lib. de Iſaac & An. cap. 4. num. 17.
g. Serm. 13. 21.
h. Serm. 22.
i. Lib. de Vſu Patrū. pag. 248.
k. Ibidem. pag. 170.
l. Ibidem. pag. 148.
m. Ibidem pag. 244.
n Serm. 8. 14. 15. 16. & 18.
o. Serm. 3. & alibi paſſim.
p. Serm. 14.
q. Cap. 4. num. 17.
r. Admonit. in lib. de Iſaac & Anima.
ſ. Serm. 14.
t. Serm. 6.
u. Serm. 21.
x Serm. 20.
y. Lib. de tuenda ver. Script. Tom. 4 Bibl. Patr. pag. 426.

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN PSALMUM DAVID CXVIII EXPOSITIO.

PROLOGUS.

1. [a] LICET myſtica quæque velut tubæ increpuerit ſono David propheta: tamen moralium magnus magiſter in eo quantum excellat Ethica, pſalmi hujus ſummâ declarat gratiâ. Siquidem cùm ſuavis omnis doctrina moralis ſit, tum maxime ſuavitate carminis, & pſallendi dulcedine delectat aures, animumque demulcet. Meritoque pleriſque locis moralium ſententias pſalmorum tamquam ſtellarum diffundit lumina, quæ luceant atque emicant: centeſimum vero & octavum decimum pſalmum, velut pleni luminis ſolem meridiano ferventem calore, in proceſſa libri conſtituit ætate; ut neque matutini ortus ſemiplena exordia, neque veſpertini occaſus quidam ſenilis defectus, claritati aliquid perfecti ſplendoris decerperent. Quem per ſingulas Hebræorum digeſſit litteras, ut quemadmodum parvulorum ingenia primis litterarum elementis [b] adſueſcunt diſcendi uſum adſumere; ita etiam nos hujuſmodi elementis uſum diſcamus vivendi.

2. Litteris autem ſingulis octonos verſiculos adſcripſit; ut ſimul & unitatem doceret (unitas enim coercet omnia & regit, cui ſubjecta omnia ſunt) & purgationem legitimæ ſanctificationis. Octava enim die ſolemnis purgatio vel ex Lege eſt; quia octava die circumciſionis ſolemnitas impleri ſtatuta eſt: vel quia totus mundus coinquinatus erat peccatis noſtris, & ſeptem illis pollutus diebus. Ubi autem venit reſurrectionis dies, convivificati domino Jeſu reſurreximus, & erecti ſumus, in novitate vitæ ablutionis gratiam præferentes. Meritoque primogenita offerimus animantia in figura primogeniti Filii Dei, caſtitatis & ſimplicitatis animantia, ſpiritale ſacrificium acceptum Deo, non quarto aut quinto die; ne immundum aut inconſummatum ſacrificium ſit: ſed octava die qua omnes in Chriſti reſurrectione non ſolum reſuſcitati, ſed etiam confirmati ſumus. Unde licet in baptiſmate plena ſit ſtatim purgatio: tamen quia ablutionis ipſius ſacrificiique rationem baptizatus debet cognoſcere, * non offert ſacrificium, niſi octavum ingrediatur diem; ut informatus agnitione ſacramentorum cæleſ-

Levit. 12. 3. & 4.

a Quidam mſſ. *Licet myſtica quoque.* Quidam cum ant. edit. *Licet myſtico quoque.* Alii demum & Rom. edit. ut in textu. Iterum eadem edit. ſola, *tamen in eo quantum excellat ethica, pſalmo hujus declarat gratia.* Quem locum ut ita decurtaret, ejus dubio procul obſcuritate effectum eſt. Ut autem ei lucem aliquam aſſeramus, monendum duximus voces, *in eo*, referri oportere ad illas, *velut tubæ ſono*, hoc eſt, *ſuavitate carminis*, *& pſallendi dulcedine*, ut continuo Sanctus explicat.

b Rom. edit. *legendi uſum addiſcant: ita nos hujuſmodi* &c.

* Quodnam ſit illud ſacrificium, quod *Baptiſatus non offerebat, niſi octavum ingrederetur diem*, haud facile apud antiquos reperias. Difficultatem vero etiam illud auget, quod certum eſt Euchariſtiam nuttatis ſtatim poſt acceptum baptiſma adminiſtrari olim ſolitam. Attamen cùm Ambroſius hic non de ſimplici communione, ſed de ſacrificio loquatur; ita poteſt hoc diſciplinæ eccleſiaſticæ caput, quod forte Mediolani tantum obtinebat, explicari. Præbebatur quidem neophyto ſtatim è ſacris fontibus egreſſo divinum ſacramentum, ſed fortè depromtum è turricula ſuper altari erecta vel ex aurea argenteave columba ibidem, aut in baptiſterio ſuſpenſa, in quibus olim illud adſervabatur, ſicut ex vita S. Baſilii ab Amphilochio ſcripta, ex ſupplici libello in actione 5 Conc. Conſtant. ſub Menna celebrati à clericis & monachis Antiochenis oblato, item ex Paulino, Gregorio Tur. atque aliis multi obſervarunt. Verum interim à ſacrificio per dies ſeptem aberant, dum plenius myſteriorum cognitione informarentur. Certe præcipuam priſcis illis antiſtitibus curam fuiſſe recens baptiſatos inſtituendi doctrina, myſteriorum quæ prius eoſdem celata fuerant, non ſolum P. P. græcorum homiliæ in diebus paſchatis, & plures Auguſtini ſermones nimirum 117. 119. 160 & 161. teſtantur; ſed Ambroſius ipſe in lib. *de Myſteriis*, qui è ſermonibus hac ipſa de cauſa habitis conſtat, planum facit. *Nunc de myſteriis*, inquit, *dicere tempus admonet, atque ipſam ſacramentorum rationem edere: quam ante baptiſmum ſi putaſſemus inſinuandam nondum initiatis, prodidiſſe potius quam edidiſſe æſtimaremur.* Libros quoque *de Sacramentis*, quos aut Ambroſii aut ſaltem ejuſdem ævi auctoris eſſe in confeſſo eſt, ad neophytorum gregem pronuntiatos fuiſſe probant iſta ex lib. 5. cap. 3. *Gaudet Eccleſia de redemtione multorum, & adſtare ſibi familiam candidatam ſpiritali exſultatione lætatur.* Cùm illi demum inſtructiores facti eſſent, tum illos oblationem ſuam, id eſt, panem à ſacerdote conſecrandum ad altaria ſolitos adferre credibile eſt. Nam moris fuiſſe, ut unuſquiſque panem unde communicaturus erat, ipſe offerret, cum miraculum de muliere Chriſti præſentiam in ſacramento non credente relatum in vita Gregorii Magni ſatis oſtendit, tum locus è libro de ſeptem Eccleſiæ gradibus non obſcure ſignificat. Sic autem habet: *Sicut in ſacerdote conſecratio, ita in miniſtro eſt ſacramenti diſpoſitio. Illa oblata ſanctificat, hic ſanctificata diſpenſat.* Porro neophitos ſacrificio adeſſe non conſueviſſe, hoc videtur confirmare quod Ambroſius ac Auguſtinus citatis locis eos ſacramentum quidem in altari vidiſſe aſſerant, de ſacrificio autem plane ſileant. Adde dubium eſſe nemini eoſdem non prius gregi aliorum fidelium conjunctos fuiſſe, quam ſtolam candidam deponerent.

tium non quaſi rudis, ſed quaſi rationis capax, A tunc demum ſuum munus altaribus ſacris offerat, cùm cœperit eſſe inſtructior; ne offerentis inſcitia contaminet oblationis myſterium.

3. Titulus autem Pſalmi, *Alleluya* eſt; hoc eſt, laus Dei. In his enim hymnis vere Deus laudatur, in quibus eſt peccatorum remiſſio. Denique in ſuperiore pſalmo paſſio Domini præmiſſa eſt; quæ mundum hunc diluit, ut dignos faceret populos qui Deum immaculato ore laudarent. Ipſa quoque litterarum elementa, ut omnia Hebræa B nomina, non ſunt rationabilis interpretationis vacua atque immunia, quorum ſignificationes locis ſuis aperiemus. [a] Centeſimus & undecimus pſalmus per has litteras in Hebræo in principiis verſiculorum digeſtus eſt, & eſt totus ethicus: & centeſimus decimus mihi ita ſcriptus videtur. Denique vicenos & binos verſus habent, & ſingulis verſibus ſingulæ explicantur ſententiæ. Unde & per * metra adſeruntur eſſe deſcripti.

SERMO PRIMUS.

א. Aleph.

1. PRima littera * *Aleph* dicitur, cujus interpretatio doctrina eſt. Sollicitus ergo auditor plenos doctrinæ verſus eſſe qui ſequuntur, debes præſumere.

[℣. 1.] [℣. 2.] 2. *Beati immaculati*, inquit, *in via: qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.* Quam pulcher D ordo, quam plenus doctrinæ & gratiæ! Non prius, *qui ſcrutatur teſtimonia ejus*, dixit (potuit enim convenire ſecundum litteram) ſed prius: *Beati immaculati in via.* Ante enim vita quam doctrina quærenda eſt. VITA ENIM bona & ſine doctrina habet gratiam: doctrina ſine vita integritatem non habet. In malevolam etenim animam non cadet ſapientia. Ideoque ait: *Quærent me mali, & non invenient*; [Prov. 1. 28.] quia improbitate cæcatur mentis oculus, & caligante ſibi iniquitate, E myſteria profunda invenire non poteſt. Primum ergo exercenda eſt vitæ militia, corrigendi mores. Cùm hæc inſtituerimus ad curſum debitum, ut ſit offenſionis correctio, puritatis gratia; tunc ad ſtudia percipiendæ cognitionis veniamus ſuo ordine & via. Prima igitur ſunt moralia, ſecunda myſtica. In illis vita, in his cognitio; ita ut ſi perfectionem requiras, nec vita ſine cognitione, nec cognitio ſine vita ſit: utrumque adſtipuletur alteri. Ideoque ait Scriptura: [Oſee. 10. 12.] *Seminate* F *vobis ad juſtitiam, vindemiate ad fructum vitæ, illuminate vobis lumen cognitionis.* Non prius illuminate, ſed ſeminate: nec ſolum ſeminate prius ad juſtitiam; ſed etiam vindemiate, inquit, ad fructum vitæ: & ſic illuminate lumen cognitionis, ut perfectio non ſolum conſitis, ſed etiam receptis fructibus approbetur. In primo quoque [Pſal. 1. 1. & 2.] pſalmo hunc ordinem tenuit, ut in via ambulandum doceret prius, & tunc in Lege meditandum. Qui enim non abiit in conſilio impiorum, utique de pietatis via, & juſtitiæ ſemita non receſſit: meritoque in via ambulans beatus pronuntiatur; & die ac nocte meditationem Legis exercens habet gratiam beatitudinis.

3. Quam inſtitutionem ſequutus Salomon, librum de Proverbiis ſcripſit, in quo moralem locum uberius expreſſit, naturalem in Eccleſiaſte, myſticum in Canticis canticorum: quamquam ſi diligenter diſcutias, & in Proverbiis myſtica pleraque reperies, & in Canticis moralium ſuavitatem. Nam utique myſticum eſt: [Prov. 9. 1.] *Sapientia ædificavit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem, interfecit ſuas hoſtias* &c. [b] Hocque in Canticis lucet tam myſticum quam morale, in quo blanditiarum ſuavitas & affectus amantis exprimitur. C *Oſculetur me ab oſculo oris ſui; quoniam optima ubera tua ſuper vinum, & odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* [Cant. 1. 1.]

4. Conſtitue ergo virginem deſponſatam multo tempore, & juſto ferventem amore, quæ multa probata opera dilecti probabilium teſtium adſertione cognoverit, deſideriis ſuſpenſis dilatam frequenter, jam non ferentem moras, quæ omnia feciſſet, ut ſponſum videret: aliquando votis potitam ſuis, ad improviſum ſponſi adven- D tum gaudio turbatam, non quærere primordia ſalutationis, non verborum vices; ſed ſtatim quod deſideraſſet exigere. Ita ergo & ſancta Eccleſia quæ in primordiis mundi deſponſata in paradiſo, præfigurata in diluvio, annuntiata per Legem, vocata per prophetas, diu redemtionem hominum, Evangelii decorem, dilecti exſpectaſſet adventum, impatiens moræ in oſcula ruit dicens: *Oſculetur me ab oſculo oris ſui.* Et delectata oſculis adjicit: *Quoniam optima ubera tua ſuper vinum.*

E 5. Et ut moralius dicamus, intellige mihi carnem illam, quæ madefacta fuerat in Adam ſerpentis veneno, quæ criminum marcebat fœtore, quæ procedebat in filiabus Sion alta cervice, & nutibus oculorum, & itinere pedum trahens tunicas, & pedibus ſuis ludens, crinium cincinnis & compoſitis vultibus, atque redimiculis & omni affectato decore plus dedecens: eamdem tamen plurimis edoctam oraculis quod venturus eſſet, qui ſerpentis illecebris excluſis, ſancti Spi- F ritus infunderet gratiam, ut omnis caro videret ſalutare Dei, omnis caro ad Deum veniret, inarſiſſe deſiderio: ſed metuentem ne ut impatiens, ut laſciva, ut luxurioſa, ut querula, ſicut ante fuerat, diſpliceret; & longiore quam ferre jam poterat, morantis adventus dominici exſpecta-

a. Rom. edit. *Pſalmus centeſimus decimus .... & centeſimus undecimus per has* &c. Ubi ſane voluit legitimum numerandi ordinem reſtituere. Sed manifeſtum eſt Ambroſium id quod certum credebat, primo loco: quod vero non ita certum, ſecundo poſuiſſe.

*. Hanc fuiſſe veterum communem opinionem, ſed ab ea recentiores quoſdam deſciviſſe docuimus ad calcem col. 719. quam annotationem tibi conſulere ſi libet, licet.

*. Dallæus in libro *De uſu Patrum*, pag. 244. ſcribit in hunc modum. *Mera ſomnia narrat Ambroſius lectoribus ſuis ... in Pſalmum 118. Dum exponit nomina hebraicorum elementorum, à quibus ſumunt initium verſiculi ſingulorum Octonariorum* &c. Non ſemel jam ante oſtendimus Doctorem noſtrum in eruenda hebraicorum nominum ſignificatione aliquando minus feliciter deſudaſſe: verum & illi ævo quo non ita communis erat hebraicæ linguæ cognitio, id tribuendum eſt; nec ipſi inſultandum, cùm ſuper ea re ſcriptores quos tum licuit, conſuluerit. Optandum quidem eſſet eum in fontes minus corruptos incidiſſe, cùm forte nullum alium repererit præter Philonis Etymologias: quas tot tantiſque erroribus ſcatentes fuiſſe docet Hieronymus, ut inde ad eas expurgandas ipſemet induceretur. Ad hæc non ignorabat Dallæus quam pronum ſit in explicandis vocabulis adeo multiplici ſignificatione quaſi fortis errare. Quæ ſane eum adverſus tantæ auctoritatis Patrem debuerant paulo modeſtiorem efficere.

b. Mſſ. pleriſque ac vet. edit. *Hocque in Canticis licet tam myſticum quam morale ſit.* Rom. *Hocque in Canticis canticorum & myſticum & morale.* Nos vero lectionem cod. Remig. Vind. Theod. Navar. unius, atque Aud. repræſentamus.

tione quateretur: non immurmurantem tameti, nec tranſgredientem, ſed levantem in omni loco puras manus ſine ira & diſceptatione in habitu ornato, cum verecundia & ſobrietate ornantem ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte pretioſa; ſed iis quæ caſtitatis & bonæ converſationis decerent gratiam, orare dicentem: *Oſculetur me ab oſculo oris ſui; quoniam optima ubera tua ſuper vinum.* Jam volebat adhærere Chriſto caro, jam feſtinabat innubere; ut eſſet unus ſpiritus, & fieret caro Chriſti, quæ erat ante meretricis. *Oſculetur*, inquit, *me* (oſculatur nos Dei Verbum, quando ſenſum noſtrum ſpiritus cognitionis illuminat) & tamquam deſpiciens omnes jucunditates & delectationes ſuas, cæleſtibus cupiens inhærere mandatis ait: quoniam optima præcepta teſtamentorum tuorum ſuper omnem appetentiam carnis, & ſæculi voluptatem. Meminerat enim ſe in Eva ante ſic lapſam, dum voluptatem corporis præfert mandatis cœleſtibus. Ait: *Unguentum exinanitum nomen tuum;* hoc eſt, totus immundis impuritatibus diverſorum facinorum fœtebat hic mundus: nunc ſpirat ubique ſuavitas pudicitiæ, unguentum fidei, flos integritatis. Et à moralibus venit ad myſtica dicens: *Introduxit me Rex in cubiculum ſuum, exſultemus & lætemur in te, diligamus ubera tua ſuper vinum.* Simplex eſt enim oſculum, negotioſum autem cubiculi ſecretum.

Ibidem. 2. Ibidem. 3.

6. In ipſo quoque Evangelio pulcherrimus de moralibus locus eſt; ut unuſquiſque vas ſuum mundet dicente Domino: *Phariſæe cæce munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis; ut fiat & id quod foris eſt, mundum.* Nam niſi ſe unuſquiſque intus mundaverit, etiamſi foris ſpecioſus videatur & juſtus, ſimilis erit dealbatis ſepulcris; ut foris quidem juſtus videatur, intus vero ſit fœtidus. Sic eſt doctrina ſine vitæ innocentia. Sed nec ipſa doctrina poteſt mercedem habere, ubi gratiam non habet innocentiæ. *Peccatori enim dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas?* Sed revertamur ad propoſitum pſalmum.

Matth. 23. 26. Pſal. 49. 16.

7. *Beati*, inquit, *immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.* Primus verſus moralis, ſecundus myſticus. Quis hoc dicit? Propheta utique,* qui fungebatur carnis alloquio, & dicit hoc poſt eum pſalmum quo deſcripta eſt domini noſtri Jeſu Chriſti paſſio. Ubi ergo & divina ſacramenta revelata ſunt, & induit Dominicæ reſurrectionis lætitiam, & paſſionis deguſtavit gratiam; vidit juſtorum congregationes, populos redemtorum, perditorum ſalutem, mortuorum reſurrectionem, ſanctificationem ſacramentorum, & exclamavit dicens: *Beati immaculati in via*, hoc eſt: ecce maledicta terra in Adam cœpit habere beatitudinem; ſi tamen legem Domini non derelinquat: ecce immaculatus eſt homo, qui erat ante pollutus. Quam pretioſum eſt cuſtodire præceptum Domini: quam pretioſum etiam præcepti ipſius ſcire myſterium!

8. Sed quis eſt immaculatus? Non utique qui in quacumque via ambulat: ſed qui in Chriſto ambulat. Ipſe enim dixit: *Ego ſum via.* In hac via qui ambulat, errare non novit; ſi tamen ab hac via numquam recedat. Eſt & via Lex; & ideo dum immaculatus eſt, in lege Domini ambulet: nec ambulare in via hac deſinat, ne immaculatus eſſe deſiſtat. Non declinet in dexteram aut lævam, non titubet, non reſiſtat, non exſpectet; ſed ambulet ſuperiora obliviſcens, & ea quæ ſunt priora appetens, ad deſtinatum ſequatur, ad bravium feſtinet, contendat uſque in finem; finis enim Legis eſt Chriſtus. Multi volunt ambulare in via, ſed non uſque ad finem. Non ambulant Judæi uſque ad finem, qui non uſque ad Chriſtum ambulant. Non ambulat Manichæus in via, qui Legem refutat: ſed ambulat vera fides, quæ & Legem ſuſcipit, & plenitudinem Legis agnoſcit.

Johan. 14. 6.

9. Si quis ergo in via ambulat, ſcrutetur teſtimonia Domini. Quæ licet myſtica ſint, tamen etiam moralia in ſe habent; quoniam melius poteſt ambulare in via, qui ſcrutatur Domini teſtimonia. Nam ut quis intemperantiſſimus captus adulterinæ cupiditatis æſtu, & victus libidine, vel indulgens flagitiis, qui repugnare nolit appetentiæ ſuæ carnis, converſus huc atque illuc, ſi neminem forte videat, in facinus ruit: idem tamen quamvis inveniat paratam occaſionem potiendi, explorat diligenter omnia, in diverſum oculos ſuos, incurioſus juſtitiæ, ſollicitus famæ, detorquet frequenter, erubeſcit teſtimonium erroris, qui non erubeſcit errorem: ac ſi quem forte ſpectatorem cognoverit facinoris ſui, verecundia ſequeſtrat intemperantiam; & quamvis cum * ancilla vel meretrice vulgari, ubi nullum ſit deprehendendi periculum, tentamenta moliatur libidinis, pudore tamen inceptum deſerit: quanto magis ſi quis allevet mentis oculos, & conſideret plena eſſe Angelorum omnia, aera, terras, mare, Eccleſias, quibus Angeli præſunt (mittit enim Dominus Angelos ſuos ad defenſionem eorum, qui heredes futuri ſunt promiſſorum cæleſtium) concepto poteſt renuntiare peccato? Unde iſta turba innocentium, niſi ex illis peccatoribus? Eadem natura eſt omnium, ſed diverſa diſciplina. Circumciſio nihil eſt, & gentilitas nihil eſt: ſed obſervatio mandatorum Dei, naturæ ipſius auget gratiam. Merita commutat ille qui dicit: *Tenebræ in circuitu, & parietes me operiunt: peccatorum meorum non erit memor Altiſſimus.*

Eccli. 23. 26.

10. Non reveritus eſſes Angelorum præſentiam, ſi præſentes eſſe crederes? Non metueres non dicam facere, ſed loqui, aut etiam cogitare quod pravum eſt: ſi tibi divina ſcriptura ſuaſiſſet, quia Deus cogitationum arbiter, ſecretorum teſtis eſt verax, ſicut ipſe ait: *Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit dominus Deus, & puer meus quem elegi?* Hominem vereris præſentem, Dei Patris & Filii non vereris præſentiam? Sed non vis credere, ne poſſis cavere: non vis audire, cùm legitur, quia Deus novit occulta hominum; ne incipias ſcire quod timeas, & timere ne pecces. Audi ergo ſcripturam divinam; ut convertaris à via prava & maligna. Noli ſicut cæcus oculis corporalibus, aut ſicut ſurdus, qui eo quod non

Eſai. 43. 10.

*. Hoc eſt, qui velut carnis vice ac nomine loquebatur.

*. Confer hunc locum cum iis quæ ſupra lib. 1. *de Abraham*, cap. 7. num. 59. traduntur; nec non cum nota quam capiti 4. ejuſdem libri col. 289. ſubjecimus.

poteſt videre aut audire præſentes, ſolum eſſe ſe credit: & in plurimorum cœtu, dum putat nullum eſſe præſentem, perpetrare adoritur quod arbitratur eſſe ſecretum; non poteſt enim videntes videre qui non videt: ſimiliter & tu mentis *cæcatus oculis noli æſtimare quod ſine teſte delinquas; quia hominis præſentiam declinare potuiſti. Plures ſunt qui redarguant, quam quos cavere potuiſti. Ipſum te fugere tui accuſatorem non potes, quem * convenit propria conſcientia. Et ſi negas aliis, tibi non negas. Et ſi homini inficiaris, Deo fateris. Et ſi volueris negare, tuæ te cogitationes revincunt.

4. Reg. 6. 16. & 17. 11. Eliſæo adſiſtebant Angeli, quos videbat; & ideo agmina hoſtium non timebat: ſed timebat puer ejus qui Angelos non videbat. Aperuit oculos ejus ad vocem Prophetæ gratia Dei, vidit Angelorum exercitus, & credidit eſſe præſentes, quos antea, quia non videbat, putabat abſentes. Et tu lege Prophetam ut videas, lege ut aperiat oculos tuos: nec te hoſtilis legio perterreat, & obſeſſum eſſe te credas, qui liber es, qui munitus es ſpiritalibus turmis, ſi Prophetam non derelinquas. Cùm tibi Propheta loquitur, quia Deus dixit: *Ego cælum & terram compleo*: (Hier. 23. 24.) cùm tibi Propheta dicit, *quia plures nobiſcum ſunt*; (4. Reg. 6. 16.) quia in circuitu noſtro Angeli ſunt: adtolle oculos mentis, & videbis non ſolum Angelos, ſed etiam Deum, qui dicat tibi: *Aperi mihi, ſoror mea, proxima mea*. (Cant. 5. 2.) Pulſat ad januam & quando tu dormis; ſi tamen vel excitatus evigiles, vel vocatus januam tui pectoris aperias, introibit. Quod ſi fugias lectionem propheticam, ſi domi non legas, in Eccleſia audire nolis; nonne ſicut ille qui averſo connivet obtutu, ne videat quod poſſit videre, claudit oculos ne adſpiciat, cui poteſtas videndi eſt, aut ſicut in furore plerique injecere manus oculis ſuis: ita & tu primo averteris conniventi magis diſſimulatione, quàm refragatione prætupta? Nam cùm ad Eccleſiam venis, & Chriſtianum te adſeris, ſanus videris, aperis oculos, quibus poſſis videre: ſed dum audire diſſimulas quæ leguntur, claudis ne videas tibi, etſi aliis videre videris; injicis etiam quaſdam perfidiæ & intemperantiæ manus oculis animæ tuæ, & cæcitatem infers cordi tuo, quod eſt gravius, voluntariam; ut videns non videas, audiens non audias.

12. Putas te ſolum eſſe cùm fornicaris, & non recordaris quia oculi Domini vident orbem terrarum? Non audis dicentem: *Ecce venit hora ..... ut diſpergamini unuſquiſque in ſua, & me ſolum relinquatis: ſed non ſum ſolus; quia Pater mecum eſt?* (Iohan. 16. 32.) Adeſt ergo Pater, adeſt & Filius Dei, adſunt miniſtri, adſunt Cherubim & Seraphim, quæ dicunt: Sanctus, ſanctus ſanctus: plena eſt terra majeſtatis tuæ. Plenus eſt enim mundus ſanctarum virtutum; quia plenus eſt nequitiarum. Plenus eſt orbis terrarum remediis, quia plenus eſt laqueis. Putas quod in lupanari Chriſtus te non

A videat, quem videt lupanar intrare? Putas quod in adulterio te non deprehendat, quem videt adulterium cogitantem? Num parietes refugit, qui ſpectat errores: & ſecretum criminis averſatur, qui ſcenam criminis intuetur? An putas tunc primum te intrare a meritorium, cùm fornicem meretricis ingrederis? Intraſti jam, quando cogitationes tuas meretrix introivit. Intraſti jam, quando ad ponendam proſtibulæ cupiditatem greſſu mentis intraſti. Pulſaſti lupanaris fores, B quando ad mulieris concupiſcendæ decorem oculos mentis aperuiſti. Et ſi verum audire vis, quomodo te in lupanari non vidit Chriſtus; quando te vidit, quia adulterando in corde tuo te ipſum lupanar eſſe feciſti? Denique ipſe dicit dominus Jeſus: *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam adulteravit eam in corde ſuo*. (Matth. 5. 28.) Unde tamen tam religioſus in opinione, qui tam probroſus in crimine?

13. Sed adquieſco tibi quod Jeſus te nolit vi- C dere, nolit revincere, qui nolit accuſare: nolint videre & Angeli. Sed videt diabolus, qui tecum introivit, immo qui te introduxit: vident miniſtri ejus, qui te circumdederunt; ne videres Angelos Dei: vidit Belial, vidit legio qui te impulerunt; ne quis revocaret, ne quis teneret. Noli putare quod * colludium tibi præſtet ſilentii, qui vult tecum ſupplicii habere conſortium. Studet plures ſimiles ſui videre; & in eo habet gloriam, quod plures perditos fecerit. Ipſe eſt incentor, D ipſe accuſator, ipſe in Judam introivit, ipſe eum ad proditionem impulit, ipſe miſit ad laqueum. Quanti dicturi ſunt in illo die adverſus eum: Tu nos circumveniſti, tu impuliſti. (Gen. 3. 13.) Exemplum quæris? Accipe dicentem Evam prævaricationis ſuæ auctorem fuiſſe ſerpentem. Sed illum implicavit, non ſe abſolvit. Cui reſpondit Dominus: Non præceperam ne guſtaretis de ligno ſolo, quod eſt in medio paradiſi? (Ibidem 11.) Reſpondebit ergo veritas & pluribus: Diabolum audiſtis ſuadentem noxia, E me non potuiſtis audire vitalia mandantem.

14. Et ideo operemur juſtitias: *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.* (ỳ. 3.) *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.* (ỳ. 4.) *Utinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.* (ỳ. 5.) *Tunc non confundar, cùm perſpiciam in omnia mandata tua.* (ỳ. 6.) Non ſolum mandaſti, inquit, cuſtodiri mandata tua, ſed etiam cuſtodiri nimis. Quando hoc mandavit? In paradiſo quidem (Gen. 2. 16.) mandavit Adæ, ut cuſtodiret mandata: ſed for- F taſſe non mandaverat nimis cuſtodire; & ideo lapſus eſt, ideo inflexus voce mulieris ſuæ, ideo deceptus erat à ſerpente, putans quod ſi in parte aliqua recederet à mandato, non penitus erraret: ſed quia ſemel à ſemita mandatorum receſſit, totam deſeruit viam, & exſpoliavit omnibus nudumque reliquit. Ideo Dominus, quia lapſus erat, qui in paradiſo erat, poſtea te per Legem, per Prophetas, per Evangelium, per Apoſtolos monuit; ut nimium cuſtodias mandata domini

*. *Convenit*, verbum è foro; id eſt, judicio perſequitur.

a Codex Navarræus unus, *meretricatorium*: ſed retinendum *meritorium*. Ubi ſubintellige, *diverſorium*, vel *ſtabulum*; ſic enim quondam dicta ſunt, ut cum Tertulliano loquamur, *conſiſtoria libidinum publicarum*. Unde *proſtibula* ſeu *proſtibulas* quidam appellatas volunt, quod *pro ſtabulo*, id eſt, ante ſtabulum ſtarent. *Meritorium* autem à merendo vocatur quod mereat, hoc eſt patiat quæſtum domino ſuo. Quo ſenſu Horat. *in Arte poet.*

Hic meret æra liber Soſiis.

Hinc etiam meretrices ac meritorii pueri nomen ſortiti; licet *meritorium* quandoque honeſtum diverſorium ſignificet.

* *Colludium*, aut *colluſio* ſimulationem ac fraudem ſignificat: colludere enim dicuntur, qui cùm videantur inter ſe contendere aut litigare, hoc tantummodo per ſimulationem faciunt, cùm unus dedita opera ſe judicio vinci patiatur. Sed ea fraus etiam locum habet extra judicium.

Matth. 12. 36 Dei tui. Omne, inquit, verbum otioſum quod A
locutus fueris, reddes pro eo rationem. Noli
diſſimulare : ab aliquo mandato iota unum, aut
unus apex non præterit. Noli recedere de via.
Si in via ambulans vix tutus es à latrone; quid fa-
cies ſi te extra viam vagantem invenerit? Diri-
gantur greſſus tui; & ne infirmus ſis ad dirigen-
dum, precare ut dirigat Dominus vias tuas.

℣. 5. 15. Hîc optat : *Utinam dirigantur viæ meæ.* Ali-
Pſal. 39. 2. & 3. bi dicit : *Exſpectans exſpectavi Dominum, & exau-
divit me .... & ſtatuit pedes meos in petra, & dire-* B
xit greſſus meos. Roga ergo & tu, ut Dominus
dirigat veſtigia mentis tuæ; quo poſſis Domini
cuſtodire juſtificationes. Non confunderis, cùm
reſpexeris in omnia mandata ejus. Ante enim
confuſus es in Adam & Eva. Denique nudus fac-
tus es, operuiſti te foliis; quia confundebaris :
abſcondiſti te à conſpectu Dei; quia erubeſcebas,
Gen. 3. 9. ita ut tibi diceret Deus : *Adam ubi es?* Cùm illi
dicit, tibi dicit; Adam enim interpretatione la-
tina homo dicitur, hoc eſt : Homo ubi es? Et C
ibidem. 10. Adam reſpondit : Timens quia nudus eram, &
tota mente confuſus, ante conſpectum tuum ve-
nire non auſus ſum. Ergo ne confundamur, cuſ-
todiamus mandata Domini, & cuſtodiamus om-
nia. Nam ſi quis unum mandatum cuſtodiat, &
aliud prævaricetur, nihil ei prodeſt. Cuſtodivit
ſe aliquis à ſanguine, non cuſtodivit ab adulterio;
utique in uno convictus, punitur etiam legibus
ſæcularibus: nec prodeſt ei alterius criminis abſti-
nentia, ſi in altero fuerit deprehenſus.

℣. 7. 16. *Confitebor tibi, Domine, in directione cordis*
(advertis quas vias dirigas) *in eo cùm didicero ju-*
℣. 8. *dicia juſtitiæ tuæ. Juſtificationes tuas cuſtodiam :
non me derelinquas uſquequaque.* Hoc loco myſti-
ca plenius cognoſcere ſe velle teſtatur; ut ingre-
diatur penetralia myſteriorum cæleſtium, &
aperiantur ſibi theſauri ſapientiæ & ſcientiæ in
Cant. 1. 3. Chriſto abſconditi. Unde & Salomon ait : *Adtra-
he nos poſt te : in odorem unguentorum tuorum nos
curremus. Introduxit me Rex in cubiculum ſuum.* Et E
ibidem 1. fortaſſe illud quod ait ſupra : *Oſculetur me ab oſcu-
lo oris ſui*, ſignificat Spiritus ſancti ſupervenien-
Luc. 1 35. tis gratiam, ſicut Angelus ad Mariam dixit : *Spi-
ritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi*
a *obumbrabit tibi.* [a] Quando autem introduxerit
eam Rex in cubiculum ſuum, paſſionis tempus,
lateris compunctio declarat, ſanguinis effuſio,
ſepulturæ unguentum, reſurrectionis myſterium;
ut oſculum quaſi ſponſa acceperit : in cubiculum
autem Chriſti ſit introducta Eccleſia, non jam F
quaſi tantummodo deſponſata, ſed etiam quaſi
nupta; nec ſolum thalamum ſit ingreſſa, ſed etiam
legitimæ claves copulæ conſecuta ſit. Ideoque
Cant. 1. 12. quaſi in thalamo ſita ait : *Colligatio guttæ frater
meus mihi, inter media ubera requieſcet.* Quod ſi
cubiculum quærimus, ipſe nos edoceat qui ait :
Matth. 6. 6. *Tu autem cùm orabis, intra in cubiculum tuum : &
clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito.* Cubicu-
lum Eccleſiæ corpus eſt Chriſti. Introduxit eam
Rex in omnia interiora myſteria, dedit ei claves;
ut aperiret ſibi theſauros ſcientiæ ſacramento-
rum, clauſas antea fores panderet, cognoſceret

A quieſcentis gratiam, defuncti ſomnum, virtutem
reſurrectionis.

17. In illo cubiculo juſtitias domini Jeſu nupta
reperit. Quæ ſunt illæ juſtitiæ? Utique ſacra-
menta baptiſmatis, ſicut legimus, quia cùm ve-
nienti ad baptiſmum diceret Johannes : *Ego à te* Matth 3. 14. & 15.
*debeo baptizari, & tu venis ad me; reſpondit Jeſus :
Sine modo; ſic enim decet nos adimplere omnem juſ-
titiam.* In illo cubiculo juſtificationes Domini
didicit, cognovit conſilium Dei, ſicut ſcriptum *
B eſt : *Quia omnis populus audiens, & publicani juſti-* Luc 7. 29. & 30.
*ficaverunt Deum baptizati baptiſmo Johannis : pha-
riſæi autem & legiſperiti conſilium Dei ſpreverunt in
ſe, non baptizati ab eo.* Quod illi ſpreverunt, nos
eligamus, & ſequamur conſilium Dei, quo nihil
poteſt eſſe ſublimius; hoc enim divinum, quo fit
remiſſio peccatorum. Cùm didicerit itaque juſ-
titias Domini, Deum timens non confundetur.
Denique & Paulus ait : *In nullo confundar.* Philip. 1. 20.

18. Et quia nullus poteſt perfectus eſſe ſine
C favore Dei, neque tutus; ideo rogare debet, ne
penitus eum derelinquat Deus. Nam ſupra ro-
gavit David ne derelinqueretur dicens : *Ne dere-* Pſal. 37. 22.
linquas me, domine Deus meus; hîc ait : *Ne dere-
linquas me uſquequaque*, hoc eſt, multùm. Supra
forte quaſi adhuc imperfectus, & in magnis per-
turbationibus poſitus ne derelinqueretur, time-
bat : hîc autem jam fortior non timet derelinqui
ut tentetur, ſed rogat ne penitus derelinquatur.
Plerumque enim derelinquit Deus quos vult
D probari : penitus autem derelinquit quos deſerit.
Dereliquit penitus Judam : non dereliquit autem Job. 2. 6.
ſanctum Job, in cujus [b] patrimonium, in cujus cor- b
pus poteſtatem diabolo dedit; in animam autem
non dedit. Nam ſi dediſſet in animam, penitus
dereliquiſſet eum. Numquid non ideo derelictus
eſt Job, ut relictus probaretur, probatus corona-
retur? Dereliquit igitur Judam, cui ait : *Quod* Johan. 13. 27.
facis, fac celerius. Dereliquit enim penitus, quem
ſceleris ſui [c] permiſit effectui. Alios autem apoſ- c
E tolos cùm vidiſſet eſſe turbatos, quia dixerat :
Quo ego vado, vos non poteſtis venire; addidit : *Non* ibidem. 33.
turbetur cor veſtrum. Et infra : *Iterum venio, & ac-* Johan. 14. 1.
cerſio vos ad me ipſum; ut ubi ſum ego, & vos ſitis. ibidem. 3.
Denique turbatus Petrus qui derelinqui time-
ret ait : *Domine, quo vadis?* Vidit Dominus tur- Johan. 13: 36.
bari eum, & reſpondit ei : *Quo ego vado, non po-*
tes me modo ſequi : ſequeris autem poſtea. Sic & in Matth 14. 30. & 31.
mari cùm titubaret, clamavit ad Chriſtum; &
porrexit ei dexteram Chriſtus, ne penitus dere-
F lictus periret.

19. Nemo autem debet inflari, quod num-
quam derelinquatur : vel dolere, quod aliquan-
do derelinquatur; ſiquidem ipſe Filius ſe dicit
derelictum, ſicut habes : *Deus Deus meus reſpice in* Pſal 21. 2.
me; quare me dereliquiſti? Et ille quidem num-
quam derelictus à Patre eſt, cum quo Pater ſem-
per eſt. Scriptum eſt enim : *Ecce jam venit hora,* Johan 16. 32.
*ut diſpergamini unuſquiſque in ſua, & me ſolum re-
linquatis : ſed non ſum ſolus, quoniam Pater mecum
eſt.* Sed ſecundùm corpus in quo eſt traditus paſ-
ſioni, vox iſta proceſſit; quoniam derelinqui no-
bis videmur, quando ſumus in periculis conſti-

a Mſſ plures, *Quando autem introduxit .... compunctio decla-
ratur.* Quod qui probaverit, ita intelligat, ac ſi ſcriptum eſſet,
*Quando introducta legitur Eccleſia, per hos paſſionis .... tempus de-
claratur.*

b. Poſt vocem, *patrimonium*, habent edit. *ius tyrannidis adver-
ſario tribuit*, quæ deſunt in mſſ. Gallicanis.

c. Ita mſſ. omnes : edit. vero *permiſit effectus*, quædam Pariſ.
effectus. Alios autem non dereliquit apoſtolos, quos cùm vidiſſet &c.

Rom. 8. 32. tuti. Unde & Paulus ait de Patre Deo: *Qui Filio* A *proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum.* Dereliquiſſe videtur; quia non pepercit, qui tradidit morti: ſed non penitus dereliquit, *Pſal. 15. 10.* cui dicitur: *Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.*

SERMO SECUNDUS.

ב Beth.

℣. 9. 1. **I***N quo corrigit junior viam ſuam?* Superiorum octo verſuum non abſurda nobis cecidit diſputatio; ideoque & ſequentia perſequi ſtudium fuit. Et primum litteræ ſecundæ, hoc eſt *Beth*, interpretatio conſideranda eſt, quæ in latino converſa, confuſio declaratur. Sed qui viam ſuam corrigit, non confundetur. Verum quia is qui corrigit, ante in errore fuit (quomodo enim corrigitur, niſi quod ante deflexit à vero) utique in lapſu poſitus, & adoleſcentiæ luxu, ac C laſcivæ ætatis captus illecebris, ubi ad juventutis provectus confinia ſobriâ mente reſipiſcet: tamquam confuſus animo, quonam modo erubeſcenda deponat, & plena probitatis adſumat, diu ſecum volvit; & diverſis fluctuans cogitationibus librat atque examinat, ſuperiora obliviſcens, & ea quæ ſunt priora appetens, quemadmodum viam ſuam corrigat, offenſionemque adoleſcentioris ætatis ſeria juventutis fronte prætexat. Unde ne diu dubitet hujuſmodi, & incer- D to hæreat, dat Propheta conſilium, quaſi cum eo ipſe deliberans; tunc enim ſalubriora conſilia credimus, ſi propenſiore meditatione examinata videantur. Sed ipſa deliberationis ſuſceptio docta definitione diſtinguitur, ut diverſarum cogitationum concurſus auferat dicens: *In quo corrigit junior viam ſuam?* Hic enim deliberantis eſt finis, quo viam ſuam corrigat.

2. Et reſpondit: *In cuſtodiendo verba tua.* Et bene ad Dominum converſus reſpondit deliberan- E ti, quaſi prece atque oratione delata conſilium hoc Domini inſpiratione repererit; ut non præſumtionis humanæ, ſed dignationis divinæ remedium crederetur. Mens enim noſtra verborum cæleſtium conſperſa ſeminibus, quæ ante degenerabat in ſtirpibus, meliores cultus edere, fructuſque adferre incipit. Dirigamus igitur ſemitas noſtras, nec tortuoſi ſerpentis ſequamur amfractus. Viæ enim Domini rectæ; perverſæ autem *Prov. 2. 13.* viæ errantium, de quibus dicitur: *O qui reliquerunt* F *ſemitas rectas!* In ordinem ſeges læta porrigitur, atque in verſum quemdam vineta ponuntur: cervorum curſus directior, vulpeculæ fle- *Luc. 13. 32.* xuoſus. Ideo de Herode dicitur: *Ite, dicite vulpi illi*; quia deflexerat à via recta, nec iter ſuum in juventute correxerat: dignus Hieremiæ Threno, quo deflentur peccatores, qui jugum verbi in A juventute ſuſcipere recuſarunt. Ideo captivi ducti ſunt, ideo deplorantur tamquam mortui; quia vitæ neſcierunt ſemitas, & digna opera * cadaverum buſto non declinaverunt. Flens ergo mortem perpetuam Judæorum, dicit Hieremias: *Bonum eſt viro cùm tollit jugum in juventute: ſedebit ſingulariter, & ſilebit; quia tulit in ſe.* *Thren. 3. 27. & 28.*

3. Non ſolum tollere jugum verbi, ſed in juventute debemus tollere. Si enim ſero tollamus, incipimus [a] pœnitentiam ſuperiorum magis ha- B bere, quam tenere gratiam. Præveniamus ergo juventutis annos correctione congrua; ut magis dicamus ſinguli: *Deus qui paſcis me à juventute mea*; quàm recordationem habentes lapſum de- *Gen. 48. 15.* fleamus dicentes: *Delicta juventutis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris.* *Pſal. 24. 7.* Hoc debilitatis eſt remedium, illud robur ſalutis. Salutis medicina vulneri quæritur: gratia ſanitati. Ideoque ait: *Bonum eſt viro, cùm tollit jugum in juventute.* *Thren. 3. 27.* Ei autem qui poſt decurſæ juventutis annos jugum C tulerit, non eſt ſtatim perfectum bonum. Stimulant enim eum peccata ſua, exagitat conſcientiam conſuetudo peccandi, & uſus erroris inſtabilem facit. Luctandum eſt diu hujuſmodi viro, [b] ut aboleſcat in juventute facta inveterata atque diuturna. Huic in periculo res eſt, illi in bono.

4. Denique ſedebit ille ſingulariter, quaſi is qui facile non inveniat æqualem, ſingularibus donatus præmiis: & ſilebit quietus & feriatus ab D omni interpellatione mundanæ ſollicitudinis, & voluptatis; & divinis vacabit oraculis, quæ ſolent ſingulariter ſedentibus revelari, ſicut ſancto David, qui ait: *Quoniam tu ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.* *Pſal. 4. 10.* Et hic quidem non in ſecreto ſolus ſedebat, ſed cùm præeſſet populis, ſingulari tamen gratia præminebat. Elias ſolus ſedebat, cùm ab Angelo, vel etiam corvis cibum deferentibus *3 Reg. 17. 6. & 19. 7.* paſceretur. Solus non ſolum ſecretus à turbis, verumetiam ſegregatus à meritis plurimorum. E Denique revelationes illi divinæ gratiæ refulgebant, cujus muneris fructum pro mercede adipiſcebatur; quia à juventute ſua jugum verbi ſuſcipiendum putavit, nec trahenda longo diutius fune peccata.

5. Poteſt junior iſte qui fecit bonum, tollendo in juventute jugum verbi, nondum perfectus, qui adhuc junior, ſegregans vero ſe à colloquiis æqualium, quæ plerumque corrumpunt bonos mores, & contagia volens fugere peccantium; F ita intelligi ſingulariter ſedere & ſilere, ne rudis ætatis facilitate labatur: ſed intendere ſeniorum præceptis, prophetarum oraculis, apoſtolorum magiſteriis: laudandus eo quia prius vult loquenda cognoſcere, quam proferre quæ ſentiat, antequam loqui diſcat, timens ne multiloquio peccatum contrahat. Unde puto & * Pythagoram illum philoſophum imitatorem juvenis hujus

* Tangitur Græcorum, Romanorumque conſuetudo urendi cadavera: quo ſupplicio gravia peccata digna dicuntur.

a. Mſſ. omnes Gallici, *ſapientiam ſuperiorum*; vel ut nonnulli habent, *ſuperborum*, aut etiam ut alii, *ſupernorum*. Verum quid per ſapientiam Ambroſius ſibi vellet, non videmus. Quocirca potior viſa eſt edit. omnium lectio.

b. Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *ut aboleſcat inveterata &c.* Alii plures ac potiores, *ut aboleſcat in juventute facta inveterata*: id eſt, ut aboleat ea quibus per totam juventutem, ſub qua pueritia adoleſcentiaque hîc comprehenduntur, adſueverat.

* Præcipuum quoddam Pythagoricæ diſciplinæ nemo neſcit in ſilentio fuiſſe poſitum. Hoc autem erat duplicis rationis. Primum quod ἐχεμυθίαν dictitabant, diſcipulis nonnumquam in biennium, ſæpius in quinquennium indicebatur: alterum quo profanos ſua celabant myſteria; & hoc [illegible] nominabatur. Quod vero ex Davidis atque Iſaiæ ſcriptis multa edidicere potuerit, nec ratio chronologica repugnat; cùm ille quidem 516. hoc autem 146. annis poſterior extiterit: & præterea favet Fl. Joſephi, Origenis, nec non Clementis Alexan. auctoritas. Conſule ſuper ea re Johan. Ger. Voſſium *de Philoſophorum ſectis* cap. 6. 9. 5. Vide etiam quæ nos lib. 1. *de Abraham.* cap. 11. num. 20. ſicut & ad calcem Admonit. in lib. *de Bono mortis* obſervavimus.

prophetici inſtituiſſe ſectam, ut diſcipuli ſui quinquennio non loquentes tanto ſilentio loqui diſcerent; cùm præſertim & David, ſuperioris ætatis quàm Pythagoram fuiſſe non dubium ſit, qui ait: A
Pſal. 38. 2. *Dixi, cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam.* Et quia forte aliquando aliquid locutus eſſet incautius; ideo poſtea à Deo poni ori ſuo cuſtodiam poſtulavit. Eſaiam quoque pythagoricis anteriorem fuiſſe
Eſai. 40. 6. quis neſciat? Qui cùm audiſſet, *clama;* non prius clamaverit, quam audiret quid clamare deberet. B
Ibidem. Reſpondit enim: *Quid clamabo?* Unde dictum eſt
Ibidem. 6. 7. & 8. ei: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus, ut flos fœni. Aruit fœnum & flos ejus decidit: verbum autem Domini manet in æternum;* & prophetica voce clamavit.

6. Uterque igitur juvenis prædicandus: * ille tamen ſerus, hic cautus; ille ſe ipſo contentus, & numquam ſibi ſolus: iſte pulcram ætati lubricæ diſciplinam adſciſcens ſilentii; nec adhuc ſibi abundans, ſed aliis ſe timens credere: quærens C tamen à juventute congregare, quæ in ſenectute
Eccli. 25. 5. & ſibi & proximis ſuis proſint, ne dicatur ei: *Quæ in juventute non collegiſti, quomodo invenies in ſenectute?* Ergo is ſi in concilio ſeniorum ſederit, manum adhibebit ori ſuo; ut audiens ſententias colligat, quod ſibi ad maturiorem ſervet ætatem: quemadmodum Maria cùm verba Chriſti
Luc. 2. 51. audiret, conferebat ea omnia in corde ſuo:
Johan. 13. 25. quemadmodum Johannes cùm caput ſuum ſupra pectus Jeſu domini reclinaret, hauriebat pro- D funda ſecreta ſapientiæ.

7. En tibi juvenem qui viam ſuam in juventute correxit. Piſcator erat cum fratre ſuo, vidit dominum Jeſum, cùm plicaret retia ſua, & audi-
Matth. 4. 19. & 20. vit dicentem: *Venite . . . faciam vos piſcatores hominum . . . . & relictis retibus ſuis, & patre, ſecutus eſt eum.* Viam ſæculi cœperat currere: ſed auditis Chriſti imperiis, deſeruit vitam mundi, ſecutus eſt Chriſtum: probavit quia in eo *corrigit junior viam ſuam*, ſi Chriſti verba cuſtodiat, di- E
Cant. 1. 1. cens ad eum: *Diligamus ubera tua ſuper vinum.* Sic tamen bibens, ut non abſorberetur vino: ſed gratia ejus lætitiam cordis hauriret, non corporis ebrietate titubaret. Denique bibens hoc vinum, aperuit oculos ſuos, & vidit viam rectam, re-
Ibidem. 3. liquit tortuoſas vias dicens: *Æquitas dilexit te;* hoc eſt, non flexuoſa itinera te ſequuntur, ſed ſolus ad te poteſt juſtitiæ trames pervenire. Qui enim diligit juſtitiam, non ſe avertit à Chriſto. Quomodo enim arbitrum juſtitiæ, remuneratorem- F que meritorum innocens metuat conſcientia?

8. In hoc ergo a juvene viam ſuam corrigente ſpectato magna myſteria, quæ in Canticis canticorum ſanctus Salomon repletus Domini ſpi-
Johan. 13. 25. ritu reſultavit. Conſtitue dominum Jeſum recumbentem in convivio, reclinantem ſe Johannem ſupra pectus ejus, mirantes alios quod ſervus ſe ſupra Dominum reclinaret, quod caro il- A la peccatrix ſupra templum Verbi recumberet, quod anima illa carnis vinculis innexa, aulam divinæ plenitudinis ſcrutaretur. Hæc ergo mirantibus aliis, reſpondit anima Johannis: *Fuſca ſum,* Cant. 1. 4.
& decora, filia Hieruſalem; fuſca per culpam, decora per gratiam. Dicit & caro: *Fuſca ſum, & decora;* fuſca pulvere ſæculari, quem certando collegi: decora oleo ſpiritali, quo mundi hujus pulverem ſqualloremque deterſi. Fuſca per vitium: ſed decora jam per lavacrum, quod abluit om- B ne delictum. Fuſca ſum, quia peccavi: decora, quia jam me diligit Chriſtus; quam relegaverat in Eva, recepit ex Virgine, ſuſcepit ex Maria.

9. Dicit etiam Synagoga, cujus myſteria hoc loco pleriſque videntur exprimi: quæ cùm ſerejici jam videret propter totius plebis impietatem, ſolabatur ſe tamen; quia ipſum Chriſtum de populo ſuo, & Petrum & Johannem & Jacobum, Chriſto adhærentes videbat, qui habebat eloquia ſibi credita; & ideo dicebat: *Fuſca ſum* C *& decora, filia Hieruſalem;* fuſca per incredulitatem, decora per Legem: fuſca per lapſum, decora, quia dilexit me ſol, & prior facta ſum congregatio Dei. Nolite refugere me, quia fuſca ſum; ideo fuſca ſum, quia ſol me reliquit juſtitiæ, qui ante me illuminare conſueverat: amiſi colorem vultus mei, obtuſa facta eſt acies oculorum meorum, quibus ante ſolem videbam: in tenebris ambulo, quia diem Chriſti neſcio. Nolite tamen deſpicere me; quoniam qui reliquit, D poteſt rurſum adſpicere, miſereri iterum. Solet congregare diſperſos, deſertos requirere, colligere deſtitutos. Omnes tribus Iſrael convenite, b adſpicite me decoram ante dilectam. *Nolite ad-* b
ſpicere me, quoniam obfuſcata ſum; hoc eſt, non hoc Ibidem. 5.
ſolum adſpiciatis, quia obfuſcata ſum. Non eſt intuitus me ſol, & ideo obfuſcata ſum. Sed lucet ſol ſuper juſtos & injuſtos: ſuper juſtos per gratiam, ſuper injuſtos per miſericordiam; illis mercedem meritorum tribuens, iſtis peccata dimit- E tens. Et gentibus non lucebat ante, nunc lucet: nunc illis oritur, qui oriebatur mihi: qui illis remiſit, remittet & mihi. Nolite arbitrari quoniam obfuſcata ſum, quod penitus reliquerit me ſol, & jam non intueatur, c non requirat ægram. Diſſimulavit à me; quia non ſervavi mandata ejus: reconciliabitur, cùm viderit meorum pœnitentiam delictorum. Non vidit me ſol, quia non recepi advenientem, non aperui feneſtras, ut lumen vitæ intraret. Cùm aperuero, il- F luminabit oculos meos, qui venit ut totum mundum illuminaret, & videant etiam non videntes.

10. *Filii matris meæ pugnaverunt adverſus me,* Ibidem.
poſuerant me cuſtodem in vineis. Vineam meam non cuſtodivi. Putant aliqui hoc de illis dici, qui Synagogam ad Legis præcepta conſtringunt, ut Legem cuſtodiat, vineam ſuam tueatur, quam cuſtodire non potuit. Denique cuſtodiebat ut faceret uvas, fecit autem ſpinas. Quæ ſit igitur

*. Ut hujus loci obſcuritas removeatur, adverte eum qui ſero redit ad bonam frugem, ei qui ſtatim ab adoleſcentia Domini jugum tulerit, in priori membro opponi: in poſteriori autem duos illos inter ſe comparari, quos quidem ambos eidem jugo colla ſubdidiſſe, ſed tamen non ſimili ratione, ſupra memoravit.

a. Mſſ. complures, *in hoc autem juvene ſpectato magna myſteria.* Vet. edit. *in hoc autem juvene ſpectato, hoc eſt, Johanne, prævide magna myſteria.* Rom. cum mſſ. paucis, ut in textu. Hanc porro lectionem prætulimus, quod voces quæ in illis deſiderantur, cùm habeantur in aliis, magnopere interpolationem redoleant.

b. Mſſ. octo, *adſpicite me decoram ante, derelictam.* Duo, nempe Nav. primus, & S. Aud. . . *decoram ante delicta:* quod non diſplicet. Reliqui tamen cum edit. ut in textu, unde vel excidit copula, vel alterum adjectivum ibi vice ſubſtantivi ponitur.

c. Edit. Rom. *nec renuſat ægram. Diſſimulavit à me.* Vet. autem: *non requirat, & gratiam diſſimulavit à me.* Mſſ. verò magno conſenſu noſtram lectionem confirmant, exceptis duobus ubi, *renuſet*, pro, *requirat*.

Pſal. 79. 9. vinea, venit David teſtificari nobis dicens: *Vi-* A *neam ex Ægypto tranſtuliſti, ejeciſti gentes, & plantaſti eam.* Poſſunt & apoſtoli eſſe filii matris ejus, qui vere impugnaverunt Synagogam dicentes: Act. 13. 46. *Ecce convertimur ad gentes;* & nationibus verbum Dei ſeminare cœperunt. Poſſunt & prophetæ intelligi, qui monendo denuntiandoque, ut vineam ſuam cuſtodiret Synagoga, nihil profecerunt. Fecit enim ſpinas improbitatis, quæ virtutis uberes fructus deferre debuerat. Et ideo confitetur, quia populum ſuum cuſtodire non potuit; B meritoque ſerò quærit tenere, quem cùm teneret, amiſit: multo diſſimilior ejus quæ dicit: Cant. 3. 4. *Inveni quem dilexit anima mea, tenui eum, & non relinquam eum.*

11. Denique illa invitat in hortum ſuum Sponſum: hæc ubi paſcat requirens, dicit ad ipſum: Cant. 1. 6. *Annuntia mihi quem dilexit anima mea.* Cur quem dilexit anima mea dicis, & non quem diligit? Cur dimiſiſti, quem tenebas? [a] Dilexiſti patrum fide, amiſiſti incredulitate: tenebas caritatis vinculis, C amiſiſti longo fune perfidiæ. Ideo neſcis ubi paſcat, ubi maneat; nam ſi ſcires, non quæreres. Ibidem. Dicis enim: *Ubi paſcis; ubi manes in meridie?* Meridiem noſti eſſe Eccleſiam, quæ teneat Chriſtum: & tu eum in noctibus quæris? Dic, inquit, mihi, Chriſte: reſponde vel propter id quia ante carus fuiſti atque dilectus mihi: etſi ego tantæ prærogativam caritatis amiſi; tu tamen quaſi pius reſponde mihi: *Ubi paſcis; ubi manes?* Reliquiſti me, abiſti ad gentes: receſſiſti longe à D me; & illis propior factus es, à quibus longe eras: ſed factus es prope, quia crediderunt ſanguini tuo: à me receſſiſti; quia ego crucem tuam non ſuſcepi, ut mundi redemtionem, ſed ut noxii damnationem. Qui autem receperunt te, Domine, ſicut ſalutis auctorem, in meridie ſunt. Illis luces, illis refulges, illis calet gratia tua, ſicut meridies. Mihi matutinus eras, cùm adhuc crederem: ſed non credebam plene, [b] quia non ſum inventa in meridie; ſicut Joſeph cum fratri- E bus ſuis qui cœnabant meridie. Illis meridies factus es, qui paſcuntur in divitiis tuis, & in te Pſal. 36. 6. ſperant. Ideo ut dixit David: *Deducet eorum juſtitiam tamquam lumen, & judicium eorum tamquam meridiem.*

12. Quæris ergo tamquam aliena, quæ proxima eras: tamquam pauper, quæ dives fuiſti. Vis ſequi, quæ præcedebas: atque utinam vel ſequaris, quos præcedere debuiſti. Mercenaria eſſe deſideras, quæ ante mercenarios colligebas. F Cant. 1. 6. Mercenariæ utique vox iſta dicentis eſt: *Ne forte fiam circumamicta ſuper greges ſodalium tuorum.* Quæ proſelytos ex gentibus ante ſuſcipiebas, A nunc ipſa in nationibus vis pro proſelytis ſuſcipi, & tamquam advena congregari.

13. Reſpondit Jeſus: [c] *Niſi noſcas te decoram inter mulieres?* (Ibidem. 7. c) Quid eſt ſe noſcere, niſi ut ſciat ſe unuſquiſque hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum, rationis capacem, qui terram ſuam excolere tamquam bonus agricola debeat aratro quodam, & falce ſapientiæ; ut vel dura findantur, vel luxuriantia recidantur: qui inferiorem ſui portionem animi imperio debeat guberB nare? Unde etiam in Lege ſcriptum eſt: *Adtende tibi, ne fiat verbum abſconditum in corde tuo.* (Deut. 15. 9.) Tibi, inquit, adtende, non utique dicit pecuniæ tuæ, non poſſeſſionibus tuis, non viribus corporis: ſed animo tuo ac menti tuæ; unde omnia conſilia, facta, cogitationeſque manant. Tibi ergo adtende ibi, ubi potiorem eſſe te noſti. [a] Noſce te ipſum, quod Apollini Pythio adſignant gentiles viri, quaſi ipſe auctor fuerit hujus ſenC tentiæ; cùm de noſtro uſurpatum ad ſua transferant, & longe anterior Moyſes fuerit, qui ſcripſit librum Deuteronomii, quam philoſophi qui iſta finxerunt.

14. Unde & Salomon oraculum divinum ſecutus ſcripſit in Canticis canticorum: *Niſi ſcias te decoram inter mulieres,* (Cant. 1. 7.) hoc eſt, niſi cognoſcas te mortalem, rationalem, & cito tua peccata fatearis, cito dicas iniquitates tuas ut juſtificeris; niſi convertaris, & prior accuſes delicta tua, venit dies mortis, & jam nullum converſionis reD medium eſt: [d] præveniris dum non cogitas. Accende facem tuam, priuſquam Sponſi tibi claudatur janua, qui exſpectare diu non ſolet negligentes. *Niſi ſcias te,* inquit, *decoram inter mulieres;* (Cant. 1. 4.) & dicas: *Fuſca ſum & decora:* fuſca ſum, quia peccavi: ſed decora, quia diligor, quia genus ſum Abrahæ, electum genus, dilectum Deo: nihil tibi proderit patrum gratia; potens eſt enim Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Et alibi in Evangelio legiſti, quia Abrahæ filiam ligavit (Luc. 13. 11. 12. & 13.) E diabolus nequitiæ ſuæ vinculis, quam ſolvit Dominus die ſabbati. Niſi ergo ſcias te, nihil tibi proderit. Et ſi dicas: Abrahæ ſum filia, quæ non credis, quæ errorem non corrigis; Abraham quidem ſalvatur: ſed te nobilitas generis non juvabit, [e] niſi fides ſervaverit. Non te decipiat data patribus repromiſſio. Non ſuſcipio perſonam hominis, non ſuſcipio prærogativam generis; niſi videro congruentem generi morum nobilitatem, ut fiat juſti generis electio.

F 15. Quod ſi ſcias te, & agnoſcas quia peccato obnoxia es; exeundum in calcaneis gregum eſt tibi. Exi ergo nuda pede, *& paſce hædos tuos in tabernaculis paſtorum.* (Cant. 1. 7.) Qui ſine peccato eſt, agnos

a Quatuor mſſ. *Perdidiſti patrum fidem, amiſiſti credulitatem: quem tenebas* &c.

b. In cunctis cod. Gall. deſunt, *quia non ſum inventa in meridie.*

c. Ita vet. edit. ac multo major mſſ. numerus. Aliqui tamen, ac Rom. edit. *niſi cognoſcas te, decora* &c. His favent non ſolum LXX. ubi conſtanter legitur ἡ καλή; verum & Ambroſius ipſe lib. *De Iſaac & Anima* cap. 4. num. 15. Quamquam illic etiam lectionem noſtram videtur indicare, cùm ſcribit: *Niſi noſcas te, quia decora es* &c.

a Sententiam hanc multi tribuêre Chiloni Lacædemonio, ut auctor homil. in Cant. cant. apud Orig. Hieronymus homil. 2. & alii, inter quos Auſonius in 7. Sapient. ita ſcribit:

Γνῶθι σεαυτὸν, quod latinum eſt, Noſce te.
Multi hoc Laconis eſſe Chilonis putant.

Sed forte eadem à quibuſdam Apollini adſcripta fuit, quod columnæ templi Delphici inſcripta Amphictyonum juſſu, ut Plato in Charmide auctor eſt, legerent. Hoc etiam Auſonius tradit in ſequentibus:

Brevitate nota, qua Lacones utimur,
Commendo noſtrum, Γνῶθι σεαυτὸν, noſce te:
Quod in columna jam teritur Delphica.

Floruit autem Chilon annis poſt Moyſen 950. poſt Salomonem vero 461. Alii præterea hujuſce pronuntiati auctores habiti ſunt, quos Elias Vinetus in Auſonium commemorat. Plura quoque reperies in Adag. Eraſmi Chil. 1. Cent. 6. Adag. 95. Sed lubet huc etiam adjicere, quod idem ille Poeta nimium negligimus doletque Edyllio 11. hiſce verſibus:

Quamquam difficile eſt ſe noſcere, Γνῶθι σεαυτὸν
Quam propere legimus, tam cito negligimus.

d. Sic omnes edit. At mſſ. negationem non agnoſcunt: quorum nonnulli habent, *præveniris, dum cogitas;* unus, *prævenire dum cogitas, accende facem* &c. Etſi autem hæc ſuo ſenſu non careant, videntur tamen edit. anteponendæ.

e. Edit. Rom. ſola, *niſi fidem ſervaveris.*

paſcit, oves paſcit. Quæ autem peccato obno- A
xia eſt, paſcit hœdos qui à ſiniſtris ſunt; non
enim poteſt eſſe in dextera paſtoris boni. Sequa-
Marc. 8. 33. tur magis dicentem Petro: *Veni retro me, ſatana.*
Sequendo Petrus in dextera meruit collocari;
Iohan. 21. 16. ideoque ei dicitur: *Paſce agniculos meos.* Sed quo
exeat, audi: *Ad tabernacula*, inquit, *paſtorum*;
hoc eſt, ad gentes, ad diſperſionem. Ideoque
Zach. 13. 7. dixit: *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gre-
gis*; ut repleatur totus orbis terrarum grege
Chriſti, ſignificans tunc fore ſalvam Synagogam, B
cùm ſe huic diſperſioni & ipſa ſociaverit, quæ
replevit hunc mundum; tabernacula enim paſ-
torum, regna ſunt terræ. Ideoque propheta Da-
Pſal. 67. 33. vid nationes annuntians credituras ait: *Regna
terræ cantate Deo.* Ergo ſciat ſe juvenior, ut cor-
rigat viam ſuam.

16. Sed dicis: Quis poteſt cognoſcere viam
Prov. 30. 18. & 19. juvenior, ut corrigat; cùm Propheta dicat: *Tria
ſunt impoſſibilia mihi intelligere, & quartum quod
non agnoſco; veſtigia aquilæ volantis, viam ſerpentis* C
*in petra, & ſemitas navis navigantis, & vias viri
in juventute?* Si Salomon fatetur quod non ag-
noſcat vias viri in juventute; quomodo poteſt ju-
venior cognoſcere? Cui reſpondebitur quod illæ
viæ viri in juventute non cognoſcantur, quæ ſunt
ſecus vias ſerpentis in petra, & ſecus ſemitas na-
vis fluctuantis, & veſtigia volantis aquilæ, quæ
a ungues aſperos habet, [a] prædam includit, & ſu-
pra nubes volat, in aere errat, in mari piſcem in-
terficit; & tamen non eſt impoſſibile hoc quar- D
tum, ſicut illa tria; cognoſcit enim Dominus qui
ſunt ipſius, & vult ut ſciat ſe unuſquiſque, ſciat
ſe populus Dei.

17. Sed eſto non cognoſcantur errantium viæ,
Luc. 13. 27. ſicut dicit Dominus: *Non novi vos, diſcedite à me
operarii iniquitatis*: hîc autem juvenior qui po-
teſt corrigere viam ſuam, fortaſſe juvenior ſit
ætate, non moribus; & habeat in primo flore ju-
ventutis ſuæ ſenilem intellectum, de quo ait:
Sap. 4. 8. *Canities autem eſt intellectus hominibus*, quibus E
maturitas conſilii, gravitaſque ſuppetit. Unde &
Hier. 1. 7. Hieremiæ dicitur: *Noli dicere quia juvenis ſum.* Et
utique erat ætate juvenis; ſed prohibet eum ju-
venem ſe dicere, qui eſſet maturioris prudentiæ.
Dan. 13. 45. Daniel cùm puer eſſet, accepit ſpiritum quo di-
gnus ſenectutis primitiis haberetur; ut redargue-
ret ſenes ipſe non ſenior longævitate, ſed gratia;
erat enim in illo ætas ſenectutis vita immaculata.
Inf. ℣. 100. Cui bene competit Davidicum illud dicere: *Su-
per ſeniores intellexi.* Ideoque tamquam de vete- F
rani conſilii, & ſenilis ſcientiæ viro divinum pro-
Ezec. 28. 3. nuntiavit oraculum: *Quis prudentior quam Da-
niel?*

18. Nunc illud advertamus, ſi poſſibile eſt ut
corrigat juvenior viam ſuam, an non? Si non eſt;
ergo mentitur Propheta: ſed quia non mentitur,
poſſibile eſt. Ita tamen poſſibile, ut quod impoſ-
ſibile videatur, fiat poſſibile; ſi cuſtodiat junior
verba Dei: ſi autem non cuſtodiat, impoſſibile.
Matth. 19. 24. Unde illud Evangelicum: *Facilius eſt camelum per
foramen acus tranſire, quam divitem intrare in re-*

A *gnum cœlorum.* Quod hoc quoque libro impoſſi-
bile eſſe dixit, ſic tamen intelligimus impoſſibile
eſſe; quia divites non cuſtodiunt mandata Dei:
ſi autem cuſtodiant, fit poſſibile quod impoſſibi-
le videbatur. Hic eſt camelus qui intrat per an-
guſtam viam; quæ illum ante capere non pote-
rat concupiſcentem, jam capit cuſtodientem
mandata divina. [b] Cuſtodientem autem verba b
Dei, quia cuſtodivit ea, Moyſes quaſi ſeniorem Exod. 7. 1.
elegit; & nunc quibus hoc Spiritu Dei commit-
B titur officii, ut eligant ſeniores viros, eligunt ſine
dubio inter ſeniores juvenem corrigentem viam
ſuam, in cuſtodiendo verba Dei. Et ſi ſenioris
ætatis virum elegerint, non quaſi longævum uti-
que elegerunt, ſed quaſi cuſtodientem verba
Dei: quod ſi reperitur in juniore, utique & ip-
ſe eſt eligendus. Liquet igitur ex his quod non
ſenectutis longævitas eligatur, ſed cuſtodia ver-
borum Dei. Denique ipſe Moyſes Jeſum Nave Num. 14.
& Caleb juvenes præ ceteris approbabat, quo- 6. & 7.
C rum conſilium in terræ electione magis, quam
multorum ſeniorum & ipſe ſequutus eſt, & Deus
prætulit.

19. Unde & illud de Jacob quod ſupra dixi-
mus: *Deus qui paſcit me à juventute mea*; mani- Gen. 48. 15.
feſtat nobis de eo dictum, qui tulerit jugum ver- Thren. 3.
bi in juventute ſua, & recedens ab Eſau & ſimi- 27. & 28.
libus ejus, ſedit ſingulariter, in ſe tempus exſpec-
tans, quo poſſit cum diſciplina proferre ſermo-
nem; & propterea ſpiritali eſt donatus alimen-
D to, adhuc ævi integer, ſed veteranus conſilio. Ne-
que enim dignum eſt, ut credamus quod tantus
patriarcha de corporali cibo dixerit: *Deus qui
paſcit me à juventute mea*; quia nec corporalem
panem deſiderabat, cùm diceret: *Si dominus* Gen. 28.
Deus mecum eſt, ut det.... mihi panem manducare, & 20. 21. &
veſtem induere .... omnium quæ das mihi, decimum 22.
decimabo tibi. Nam ſi patres noſtri ſpiritalem eſ-
cam manducaverunt, & ſpiritalem potum bibe-
runt; quanto magis ſanctus Jacob cibo paſtus eſt
E ſpiritali?

20. Ille quoque intellectus hoc loco ſuppetit,
nec alienus à vero eſt; quia juvenior ille ex con-
gregatione gentium populus, qui antequam in
Chriſto crederet, tortuoſo errabat anfractu; in
eo corrigit viam ſuam, quia Dei verba cuſtodi-
vit, quæ noluit cuſtodire populus Judæorum; &
ideo ille viam ſalutis invenire non potuit. Con-
ſideremus & ſequentem verſum.

21. *In toto corde meo exquiſivi te; ne repellas me* ℣. 10.
F *à mandatis tuis.* Si Deus repellit unumquemque,
quem repellendum putat; videamus ne excuſa-
tionem ei tribuat, qui cùm ſequi Deum vellet,
repulſus ſit. Et primùm quemadmodum bonus
Deus repellit ſequentem, niſi ipſe mereatur re-
pelli? Sicut ipſe Dominus ait: *Vulpes foveas ha-* Matth. 8.
bent, & ideo quaſi vulpem repellit. Et alibi: *Quia* 20.
omni habenti dabitur, ei autem qui non habet, & quod Matth. 25.
videtur habere, auferetur ab eo. Cui addit, niſi ei qui 29.
toto corde exquirit eum; ut quod deeſt naturæ,
id Dei operatione adquirat & gratia? Sicut Sa- 3. Reg. 3.
lomon, qui ex toto corde exquirens Deum, ſa- 11. & 12.

a. *Prædam includit*, in ant. edit. ac pleriſque mſſ. deſideratur: at in quibuſdam reperias, *prædam non includit.*

b. Vet. edit. cum mſſ. aliquot, *cuſtodientem autem verba divina, quia cuſtodit ea. Moyſen quaſi ſeniorem elegit.* Voces, *quia cuſtodit ea*, cum ſequenti puncto inde ſuſtulit edit. Rom. Alii plures mſſ. *cuſtodientem* (unus *cuſtodiens*) *autem .... Moyſes quaſi ſenior eligitur.* Unde vix ullum legitimum ſenſum elicias. Melius ergo Reg. & Remig. ut in textu. Quod autem dicitur, *quia cuſtodit ea*, idem eſt ac ſi ſcriberetur non aliam ob cauſam, ſed propter hoc ſolum, quia divina mandata cuſtodit.

pientiam poſtulavit: & quia non opes ſibi regias, ſed divinæ munus gratiæ depopoſcit, accipere meruit ſapientiæ diſciplinam: repletus eſt Domini Spiritu, ut cognoſceret mandata omnia. Qui autem non habet, ut in corde ſuo exquirat Dominum, & facit quidem opus Dei, ſed negligenter facit; maledicto ſubjectus eſt, ſicut legi-
Hier. 48. 10. mus: *Quia maledictus omnis qui opus Dei facit negligenter.* Merito ergo repellitur; quia maledicto dignus eſt, quia polluit magis & impedit opus, quod negligenter putaverit exſequendum.

22. Conſideremus ergo utrum bonitas ſit repelli ab opere negligentem: an vero retineri. Et imaginem rei hujus ex aliis ſumamus artibus. Curat medicus ægrotum, ſed negligenter: & deſidiâ medici virus alta vulneris ſerpit. Quanto igitur melius removeri hujuſmodi medicum qui tempus terit, cùm profectum nullum ſentiat vulneratus; ut curandi officium ad eum medicum transferatur, qui maturius poſſit ægroto ſuâ diligentiâ ſubvenire? Nonne clementior eſt qui repellit nihil proficientem, quam qui retinet ad diſcrimen ægroti? Conſtitue aliquem præpoſitum ædificantibus, vel etiam texentibus, qui debeat ſummam operis explicare; utrum is tibi probabilior videtur, ſi in id diligenter inſiſtat, ac ſi quem forte incurioſum adverterit de iis, qui operantur in domo aliqua conſtruenda, repellat eum, melius credens non ædificare, quam hiantibus rimis ædificata diſſolvi; atque aliquem in ejus ſubſtituat locum, qui cum diligentia ædificet? Similiter etiam textrini præpoſitum repulſorem negligentium, ut ſubſtituat diligentes, ne longa textrinum corrumpat incuria; non magis probabis, quam illum qui deſides in ſua negligentia perſeverare patiatur?

23. Tranſi nunc ad eos qui mandata ædificant, & legem intexunt, & animam uniuſcujuſque receperunt ſanandam. Nonne ſi quis eorum ædificet domum Dei cum juſtitia, texat indumentum cum diligentia, ſanet animam cum gratia, opus bonum facit? Si vero incurioſus ac remiſſus aliquis, fabri, textoris, medici ſpiritalis locum occupet, ut ſacerdos ſummus, ut presbyter, ut miniſter altaris ſacri; nonne commodius eſt non ſubire unumquemque id muneris, quod implere non queat, quam ſubeuntem, neque ipſum ſtrenue ſuſcepto fungi munere, & eripere locum alteri, qui naviter eum poſſit tueri? Quid quod etiam ipſi conſulitur, qui remiſſior cùm ſit, repellitur; ne plus offenſionis contrahat?

24. Quid ſit autem repelli, conſideremus; lec-
Pſal. 87. 5. tum eſt enim: *Sicut vulnerati dormientes, projecti in monumentis, quorum non meminiſti amplius; & quidem ipſi de manu tua repulſi ſunt.* Advertamus igitur quos vulneratos & projectos in monumentis repellit, quorum non meminerit amplius. Iſti
Pſal. 49. 10. ſunt qui à mandatis Dei repelluntur. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas?* Et quia à mandatis Dei repelluntur, repelluntur utique de manu Dei. Et bene proſpexit, ne quis de manu Dei videatur eripi; quia nemo poteſt quemquam rapere de manu Dei. Qui ergo privatur muneris ſuſcepti officio vel gratia, non rapitur, ſed rejicitur; ut dixit dominus Jeſus ad
Matt. 23. 37 & 38. Hieruſalem: *Quoties volui congregare filios tuos....*

A *& noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Abſtulit illis ſanctificationem, altare thymiamatis, & orationis ſacrarium, propitiatorium, altare ſacrificiorum, ſacerdorum & levitarum miniſteria; & tamen cùm hæc ſublata eſſent omnia, quæ ſecundum Legis mandata habebant, ait Apoſtolus: *Numquid repulit Deus hereditatem* Rom 11. 1. 2. & 32.
ſuam.... Non, inquit, *repulit.... ſed concluſit omnia in incredulitate, ut omnium miſereatur.*

24. Sunt ergo qui ad tempus à mandatis pro-
B pter miſericordiam repelluntur, ſicut & illis conſulitur qui vomuntur. Nam quemadmodum manens in corpore quod vomendum eſt, plus aceſcit: ita qui debet excludi, ſi retineatur, nec ſe corrigat, totum corpus exulcerat. Meritoque Angelo Laodiceæ dicit teſtis fidelis & verus: *Scio* Apoc. 3. 15. & 16.
opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus; utinam frigidus eſſes, vel calidus: ſed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo. Aperte negligentiam graviori damnat judicio, quàm imprudentiam.
C Frigidus eſt enim qui fidem neſcit: calidus qui Spiritus ſancti fervore ſuccenſus eſt. Qui ergo calorem fidei non habet, tolerabilius illi fuerat fidem non accepiſſe, quam neglexiſſe. Eſt enim tepidus pejor frigido, ut Judæus qui ſibi videtur fidem habere quam non habet. Quanto tolerabiliorem cauſam gentilis habet, qui poteſt dicere: Non cognovi Legem, non audivi prophetas, ideo non credidi; quam ille qui legit omnia, ex quibus venturum Jeſum crederet, & non
D credidit? Neuter quidem excuſatur, nec ille qui legit, nec ille qui legere noluit: ſed plus delinquit, qui negavit quod legerat, quam qui opera non fecit, quæ facienda non cognovit. Quanta autem fidei & juſtitiæ gratia eſt, ut in ore Dei ſit, qui fidem tenet, & opera exercet juſtitiæ: & quantum amittit, quem evomuerit ex ore ſuo dominus Jeſus, & ex ſuis viſceribus ejecerit: quam pius tamen, qui & juſtos in ore ſuo tenet, & injuſtos non ante evomit, quam denuntiet evomen-
E dos; ut vel hujuſmodi admonitione converſi dignum aliquid efficiant, quo non vomantur. Nunc tertium verſiculum conſideremus.

25. *In corde meo*, inquit, *abſcondi eloquia tua; ut non peccem tibi.* ℣ 11.
Propterea ergo myſterium regis bonum eſt abſcondere; peccat enim Deo, qui commiſſa ſibi ſecreta myſteria putaverit indignis eſſe vulganda. Periculum itaque eſt non ſolum falſa dicere, ſed etiam vera, ſi quis ea inſinuet quibus non oportet. Quod vitium quadri-
F partitum eſt, vel adulationis, vel avaritiæ, vel jactantiæ, vel loquacitatis incautæ; quia dum adulari vult aliquis ei cui loquitur, effundit myſterium. Nonnulli etiam ſtudio lucri mercedem proditionis ſequuntur; ut tegenda ſilentio vendant loquendo. Alii, ut plura noſſe videantur, & ſcientiam ſuam jactitent, aperiunt quod celare deberent. Plerique dum ſine judicio loquuntur, verbum emittunt, quod revocare non poſſunt. Ideo vir laudatur ſerius, & non otioſe. Erat homo abſcondens ſermones ſuos, ut apoſtolus Paulus, qui novit quid loquatur ſingulis, & quando quid loqui debeat. Unde & Corinthiis dicit:
Lac vobis potum dedi, non eſcam; nondum enim poteratis: ſed nec adhuc quidem poteſtis. Ideo hos in 1. Cor. 3. 2.
tranſitu videt: manet autem apud Epheſios; quòd 1. Cor. 16. 8. & 9.

oſtium ſibi magnum apertum eſſet, notum face- A
Eccleſ. 3. 7. re gentibus myſterium Chriſti. Ideo & Salomon
tempus tacendi, & tempus eſſe loquendi docet.
Matth. 13. 44. 26. Præ ceteris autem dominus Jeſus in Evan-
gelio declarat ſuo, dicens ſimile eſſe regnum cæ-
a lorum theſauro abſcondito in agro. Utique [a] non
aurum non argentum, non pecunia comparari
poteſt regno cælorum: ſed eloquia Domini, elo-
quia caſta, argentum igne examinatum, quibus
ipſum regnum adquiritur. Hunc ergo theſaurum
ſapientiæ & cognitionis abſconditum in agro, B
in quo plantata ſunt verba Scripturarum cæleſ-
tium; cùm invenerit homo, abſcondit illum in
corde ſuo, nec divulgat eum: ſciens quia ſi di-
vulgaverit Babyloniis theſaurum Dei, magnam
offenſam contrahet; ut dicatur ei ſermone pro-
Eſai. 39. 7. phetico: *De ſemine tuo accipient, & facient ſpadones
in domo regis*. Per quæ ſignificatur quia is qui pro-
diderit divina myſteria, poſteritatem animæ ſuæ,
ſeminariumque meritorum habere non poſſit.
27. Cave ergo ne divitias tuas perfidis prodas: C
& ſi amicitiam ſimulent, non illis aperias inte-
riora domus tuæ, non referes theſauros regios,
quos Babylonii ſcire non debent; ne veniant &
capiant poſteros tuos, & ſeminarium virtutis ab-
ſcindant. Hoc eſt quod etiam in Evangelio dicit
Matth. 7. 6. Dominus: *Nolite mittere margaritas veſtras porcis*.
Ideo bene facit qui abſcondit eloquia Domini
in corde ſuo, ſicut abſcondebat propheta David,
Luc. 2. 51. ſicut Maria quæ conſervabat omnia verba do-
mini Jeſu in corde ſuo. Etenim ſi bonum eſt viro D
ſermones ſuos abſcondere; quanto magis ſermo-
nem Dei cordis noſtri gremio debemus operire,
debemus abſcondere?
℣. 12. 28. Quarto verſu dicit: *Benedictus es, Domine:
doce me juſtificationes tuas*. Non enim quicumque
dixerit: Domine, domine, ipſe intrabit in regnum
cælorum: ſed qui voluntatem Dei fecerit. Ideo
iſte qui correxerit viam ſuam à juventute ſua,
cuſtodierit verba Dei in toto corde, quæſierit do-
minum Deum ſuum, nec repulſus ſit à mandatis E
Dei, & dignus habitus cui committerentur arca-
na ſapientiæ, abſconderit ea in corde ſuo, ne pec-
caret Deo; quaſi habens eloquia Dei, gratias agit,
dicens: *Benedictus es, Domine*; & deſiderat ipſum
doctorem habere, cupiens cognoſcere ſecreta
Legis, & quemadmodum interpretationem ha-
Exod. 21. 2. beat: *Si emeris puerum Hebræum, & ſervierit tibi
annis ſex*, & reliqua, quibus præmiſſum eſt has
juſtitias diſcere, quas proponit in conſpectu filio-
rum Iſrael: hæc à Domino quærit diſcere, quæ F
homines docere non poterant; niſi Deus ante
docuiſſet. Quæ poſteaquam à Chriſto didicerunt
Cant. 1. 3. apoſtoli, Eccleſia dicit: *Introduxit me Rex in cubi-
culum ſuum*; hoc eſt, in illud ſecretum ſuum, in
quo ſunt theſauri ſcientiæ & cognitionis ſuæ.
Matth. 6. 6. Ideoque tibi dicitur: *Cùm oras, intra in cubicu-
lum tuum*, quod ſignificat mentis animique ſe-
cretum. In hoc cubiculum juſtitiarum Sponſa ſe
popoſcit induci; cùm poſt odorem unguenti ex-
currerit, quod ſemper fluit, & numquam deficit.
29. Ideo quaſi edoctus Propheta juſtitias quin-
℣. 13. to verſu dicit: *In labiis meis pronuntiavi omnia
Pſal. 35. 7. judicia oris tui*. Et quomodo alibi dicit, *Judicia
tua ſicut abyſſus multa*? Quomodo Apoſtolus ait:
*O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam inſcruta- Rom. 11. 33. & 34.
bilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus?
Quis enim cognovit ſenſum Domini*? Si inſcrutabi-
lia ſunt judicia, quomodo ergo judicia? quomo-
do *omnia pronuntiavi*, ait Propheta, *judicia oris
tui*? Nec fortaſſe non eadem ſunt judicia Dei,
quæ judicia oris ejus. Si alia ſunt, bene dicitur:
Cogitationibus tuis quis ſimilis erit? Et ideo inſcru- Pſal. 39. 6.
tabilia ſunt judicia ejus; quia ex parte cognoſci-
mus, & ex parte prophetamus. Si autem nullus
niſi Chriſtus hoc dicit, qui poteſt dicere: *Ego & Johan. 10. 30.
Pater unum ſumus*.
30. Diſtinguamus tamen, nec vereamur ne
impugnet ſe velut contrariis Scriptura venerabi-
lis. Conſideremus enim quia non dixit: Judicia
oris ejus ſicut abyſſus multa: ſed, *Judicia tua* di-
xit; nec Apoſtolus poſuit: Inſcrutabilia judicia
oris ejus; ſed: *Inſcrutabilia judicia ejus* Poſſumus
enim judicia Dei æſtimare, quæ occulta nobis
non patefecerit: judicia autem oris ejus, quæ an-
nuntiaverit, & per os prophetarum locutus eſt.
Os enim Dei propheta intelligitur, cui dicitur:
Clama; & ille ait: *Quid clamabo*? Et inſpiratum Eſai. 40. 6.
eſt ut diceret: *Omnis caro fœnum*. Quod utique lo-
cutus, oris Dei functus officio eſt; quia locutus
eſt judicium Dei. Ergo prophetica oracula jam
non ſicut abyſſus, ſed etiam ipſa ſunt abyſſus;
quia nemo potuit in cælo, vel in terra aperire li-
brum, niſi Chriſtus. Veniamus nunc ad ſextum
verſum.
31. *In via*, inquit, *teſtimoniorum tuorum delec- ℣. 14.
tatus ſum, ſicut in omnibus divitiis*. Alii in auro,
alii in argento, alii in veſtibus, alii in poſſeſſio-
nibus, vineis, oleis, ſegetibus, alii in operibus
picturæ, marmorum, in diverſis denique ſinguli
delectationes habent: ſpiritalis in via teſtimonio-
rum cæleſtium delectatur, tamquam omne poſſi-
dens patrimonium, in omnibus dives; ſicut Apoſ-
tolus dicit: *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in 1 Cor. 1. 4. & 5.
gratia Dei noſtri, quæ data eſt vobis in Chriſto Jeſu;
quia in omnibus divites facti eſtis in ipſo, in omni
verbo, & in omni ſcientia*. In tantum doctrina
Apoſtoli Corinthii profecerunt; ut qui ante non
poterant niſi ſicut parvuli lac ſolum bibere, poſ-
tea in omnibus divitiis abundarent cognitionis
& verbi. Delectabatur ergo David in omnibus
divitiis cognitionis, ſcientiæ, ſapientiæ, & in omni
actu bonorum operum. Et ſi quis nunc intentus
divinis, triplicem illam ſapientiæ hauriat diſci-
plinam, θεωρητικὴν, πρακτικὴν, λογικὴν; bonus ſtudio
percipiendæ cognitionis, pulcrior erit exſequen-
dæ rationalis moraliſque doctrinæ gratiam te-
nens. Qui prophetica ænigmata Dei Spiritu reve-
lante cognoverit, Evangelii altitudinem in ope-
ribus comprehenderit & conſiliis, apoſtolici ſer-
monis moralitatem adverterit; is tamquam in
omnibus dives, uberem capiet voluptatem.
32. Et quia ſuavis eſt corporalis voluptas, ideo
non quaſi pro gratiæ qualitate cum ſpiritalibus
comparatur; ſed quaſi ad teſtimonium ſuavitatis
arceſſitur. Siquidem & Apoſtolus docet inviſibi- Rom. 1. 20.
lia & ſempiterna Dei à nobis per ea intellecta
eſſe, quæ facta ſunt. In Canticis quoque habe-

a Scripti cod. nonnulli, *non auro, non argento, non pecunia compa- ari poteſt regnum cælorum*. Sed hic, *comparari*, collationem non adquiſitionem ſonat.

mus

ant. 1. 8. mus ſcriptum: *Equa meæ in curribus Pharaonis ad-* A
ſimilavi te, proxima mea? In quo dum velocium
equorum curſui ſimilitudo Eccleſiæ comparari
videtur, æſtimatur dives ejus gratia. Non igitur
unam equam divitis regis accipias: ſed abſolute
pro equitatu, ut ſæpe diximus, qualis ovis illius
eſt pro grege ovium. Pharao igitur ut potentiſſi-
mus rex, & prædives habebat equos potentes, ut
Scriptura dicit currus Pharaonis; quaſi poten-
tiſſimum genus ad bellorum uſum, & ſubſidium
præliandi. Denique his curribus Pharao fugien- B
tes Hebræos facile comprehendit. Sicut ergo
equi juncti concorditer trahunt currum, & pa-
tienter ſuſcipiunt jugum, & portant congrua
cum gratia, & jugi illius ſuſceptione manſueſ-
cunt: ſic & congregatio nationum gentilibus in-
domita moribus ſe ante jactabat; ubi vero ſuſ-
Matth. 11. 29. & 30. cepit jugum dicentis: *Tollite jugum meum .....*
quia leve eſt: & onus meum, quia ſuave eſt; & cœ-
pit Sponſa Chriſti concordia & manſuetudine
populorum eſſe ſublimis, & toto circumferri or- C
be, tamquam currus equis velocibus ſupra mun-
dum rapta, adſcendit ad Sponſum.

33. Denique & in poſterioribus Canticorum
Cant. 6. 12. partibus dicit: *Poſui te currus Aminadab.* Multos
currus habet in ſe Eccleſia, quos omnes ſpirita-
libus habenis Dominus regit: & una anima mul-
tas cogitationes habet, quas Domini habena reſ-
tringit & revocat; nequando in præruptum noſ-
ter hic currus feratur. Aminadab autem inter-
pretatione ſignificatur pater beneplaciti, cujus D
Num. 2. 3. filius legitur in Numeris Naaſon princeps popu-
li, qui ſit intelligendus interpretatione ſerpenti-
nus; & agnoſcis iſtud, ſi repetas, quia ſicut ſer-
pens pependit in ligno qui te redemit.

34. Ergo anima currus eſt Dei, ut ira ejus, &
libido, & timor, & omnes ſæculares concupiſ-
centiæ refrænentur. Eccleſia quoque currus eſt
Dei, quæ regenda eſt gubernaculis Chriſti; ne
diverſorum populorum motus eam diſſenſioneſ-
que perturbent. Illo quoque Naaſon bene intel- E
Exod. 7. 12. ligitur Chriſtus; quia virga Aaron converſa in
ſerpentem illos ſerpentes Ægyptios devoravit.
Has ergo divitias habeamus, his delectemur; ut
currant nobis equi rationabiles, & commoremur
in præceptis eorum.

℣. 15. 35. Et ideo ait: *In mandatis tuis exercebor, &*
conſiderabo vias tuas. Qui enim exercetur in ver-
bis apoſtolorum, Jeſu domini mandata cognoſ-
cit, & conſiderat vias ejus, quibus finis eſt Chriſ-
Johan. 14. 6 tus, qui ait: *Ego ſum via.* F

℣. 16. 36. *Et in tuis juſtitiis meditabor, non obliviſcar*
verborum tuorum. Admonet hic locus memores
Scripturarum nos eſſe debere, & juſtitias ejus non
ſolum ſermone, ſed etiam operis imitatione me-
ditari. Non enim qui diſputant Legem, & non
faciunt quæ Legis ſunt; ſed qui factores Legis
ſunt, juſtificantur.

SERMO TERTIUS.

ג Gimel.

1. TErtia littera ſecundum Hebræos eſt *Gi-*
mel, quæ latine retributio dicitur. De-
nique in primo ſtatim verſu hoc oſtenditur.

2. *Retribue*, inquit, *ſervo tuo.* Quomodo ſupra ℣. 17
ipſe David: *Non ſecundum peccata noſtra reddat no-* Pſal. 102. 10.
bis: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuat
nobis; & hîc poſcit retributionem? Illa videtur
vox peccatoris eſſe, hæc bene ſibi conſcii, qui
præmia boni operis expoſcat. Unde poſſumus
etiam hoc intelligere, quod de ejus perſona pſal-
mus iſte formetur, qui natus ex Virgine pro to-
tius mundi redemtione ad dexteram Patris ſede-
re præſumat, ſicut ipſe ait: *A modo videbitis Fi-* Matth. 26. 64
B *lium hominis ſedentem ad dexteram virtutis.*

3. Non eſt tamen alienum, nec arrogans, ſi
etiam David remunerationem à domino Deo
ſuo pro egregiis laboribus poſtulet. Prærogativa
eſt fidei atque juſtitiæ, de Domini favore mer-
cedem uſurpare. Denique reprehenditur Petrus; Matth. 14. 31.
quia ſuper fluctus ambulans, humano magis du-
bitavit affectu, quam apoſtolica auctoritate præ-
ſumſit. In Evangelio quoque docemur habere Luc. 17. 6
fidem, & non hæſitare de iis quæ ſupra hominem
C ſunt, gerendis. Merito ergo David in ſuperiori-
bus, quaſi adhuc imperfectus, ſecundum peccata
ſibi reddi refugit, atque declinat: in hoc autem Pſal. 102. 10.
pſalmo qui eſt poſterior, quaſi fundatus virtutis
proceſſu, retribui ſibi ſecundum fidei, operiſque
certamina deprecatur. Siquidem etiam Paulus,
qui ante dixerat: *Non ſum dignus vocari apoſtolus,* 1. Cor. 15. 9.
poſtea ait: *Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam* 2. Tim. 4. 8.
reddet mihi Dominus in illa die, juſtus judex: non ſo-
lum autem mihi, ſed & eis qui diligunt adventum
D *ejus.* Et Apoſtolus ibi pollicetur, hîc autem vere-
cundius adhuc precatur: quod utique non inſo-
lentis arrogantiæ, ſed innocentis eſt conſcientiæ
ab ipſo cui ſervieris, petere mercedem; quoniam
deſperare ſegnitiei eſt materia: ſperare autem,
incentivum laboris eſt.

4. Pete igitur confidenter, ſi merita ſuffra-
gantur; ut talia petendo ſtudioſius elabores, quod
ea petitione ſis dignior. Quis athleta ſi deſperet
coronam, deſcendat in ſtadium: aut ſi eam poſtu-
E let victor, offendat? Probatio ſpem facit, ſpes con-
fidentiam. Juſti ergo talis oratio eſt: delectatur
Dominus tali precatione; ut pro puritate con-
ſcientiæ utaris auctoritate.

5. Tamen quominus videatur petitio arro-
gans, bene addidit: *Servo tuo*; in quo & humili- 1. Cor. 7. 22.
tatis eſt gratia, & præmium ſervitutis. Qui enim
vocatus eſt in Domino ſervus, libertus eſt Domi-
ni, tam pretioſo emtus ſanguine. Magnum tibi
eſt vocari puerum meum, quaſi ad ſervum dici-
F tur. Si quis ergo eſt ſervus, & bene ſervit Domi-
no, & nihil facit quaſi ſervus peccati: ſed qui di-
cit: Servus inutilis ſum, quod debui facere, fe-
ci; bene is dicit: *Retribue ſervo tuo.*

6. Glorioſa ſervitus, qua pro nobis ſervivit &
Chriſtus. [a] Beata ſervitus, qua & tu ſervis: ſed a
ita, ſi nihil poſſit adverſarius de tuo ſibi ſervitio
vindicare. Amat ergo Chriſtus boni libertatem
ſervuli. Denique in Canticis dicit: *Quam ſpecio-* Cant. 1. 9.
ſa factæ ſunt genæ tuæ ſicut turturis, cervix tua ſicut
redimicula! Vultus liberior eſt, ubi eſt [b] caſtita- b
tis conſcientia: & portare Chriſti jugum ſuave
eſt, ſi ornamenta putes cervicis tuæ eſſe, non one-
ra. Adtolle ergo oculos ſemper ad dominum

a. Deſunt in mſſ. *Beata ſervitus, qua & tu ſervis.* Sed non vi-
dentur ad ſenſum complendum inutilia.

b. Mſſ. aliquot, *caritatis conſcientia*: unus, *caſtitatis & carita-*
tis conſcientia.

Deum tuum, & quære Deum ut invenias. Erige
cervicem, redimicula, non vincula geris. Multa
quoque animalia redimiculis gaudent, & pha-
a lerari ſibi magis, [a] quam vinculari videntur. Ge-
næ ſicut turturis præferant inſignia verecundiæ:
redimicula cervicis libertatis adtollant fidu-
ciam. Leve eſt enim jugum Chriſti; & ideo cer-
vix eo non premitur, ſed levatur.

Ibidem. 10. 7. *Similitudines*, inquit, *auri faciemus tibi ex
diſtinctionibus argenti; quoadusque Rex eſt in decli-
natione ſua.* Ex iis enim qui ex Lege ſunt & pro-
phetis, mediocriter ante crediderant gloriam
domini Jeſu: ſed hereditas ejus diffuſa per popu-
los, quo frequentius examinata, hoc amplius eſt
probata. Crebræ enim perſecutiones Eccleſiæ
b juſtorum nobis [b] titulos, & martyrii victorias edi-
derunt. Itaque ſicut aurum bonum, ita Eccleſia
cùm uritur, detrimenta non ſentit, ſed magis
fulgor ejus augetur; donec Chriſtus veniat in re-
gnum ſuum, & reclinet caput ſuum in Eccleſiæ
fide. Qui cùm veniſſet ad oves perditas domus
Iſrael, non habebat ubi caput ſuum reclinaret:
nunc autem jam redolet fides; ideoque dicit Ec-
Ibidem. 11. cleſia: *Nardus mea dedit odorem ſuum.* Et dicit cum
præſumtione exſpectans retributionem.

8. Flagrat unguentum gratiæ, ex quo Virgo
generavit, & dominus Jeſus ſacramentum Incar-
Ibidem. 12. nationis adſumſit. *Colligatio*, inquit, *guttæ conſobri-
c nus meus*, [c] *botryo cypri frater meus mihi, inter media
ubera mea requieſcit.* Corpus enim ſuſcipiens do-
minus Jeſus caritatis ſe vinculis illigavit: & non ſo-
lùm ſe membris noſtris & paſſionibus naturalibus,
ſed etiam cruci vinxit; ideoque ſicut botryo in
Ibidem. 13. Eccleſiæ fide, & morali requieſcit gratia. *Nardus
cypri, conſobrinus meus in vineis Engaddi.* Engaddi,
ſi locum quærimus, regionis cujuſdam quæ in Ju-
dæa eſt, locus ſic dicitur, in quo opobalſamum gi-
gnitur: ſi interpretationem, Engaddi tentatio lati-
ne ſignificatur. In illis ergo vineis lignum eſt, quod
ſi quis compungat, unguentum emittit: hic fructus
eſt ligni. Si non incidatur lignum, non ita flagrat
& redolet: cùm autem compunctum fuerit artifi-
cis manu, tunc lacrymam diſtillat: ſicut & Chriſtus
in illo tentationis ligno crucifixus illacrymabat
populum, ut peccata noſtra dilueret, & de viſceri-
bus miſericordiæ ſuæ fundebat unguentum, di-
Luc. 23. 34. cens: *Pater, dimitte illis; quia neſciunt quid faciunt.*
Tunc ergo in ligno compunctus eſt lancea, & exi-
vit de eo ſanguis & aqua omni unguento ſuavior,
accepta Deo hoſtia, per totum mundum odorem
ſanctificationis effundens: & quaſi balſamum ex
arbore, ſic virtus exibat è corpore. Unde ait:
Luc. 8. 46. *Sentio virtutem exiiſſe de me.* Inde [d] opobalſamum
d expreſſio dicitur; eo quod compunctione ligni
balſamum per cavernam punctionis erumpit.
Compunctus igitur Jeſus odorem remiſſionis pec-
catorum, & redemtionis effudit. Nam & conſtric- Luc. 23. 11.
tus erat Verbum, cùm eſſet homo factus: & pau-
per factus eſt, cùm dives eſſet; ut nos illius ino-
pia ditaremur. Potens erat, & deſpiciendum ſe
præbuit; ita ut Herodes ſperneret eum, & illu-
deret ei. Terram movebat, & hærebat in ligno:
cælum obducebat tenebris, mundum crucifige-
bat; & crucifixus erat: inclinabat caput, & exibat
verbum: exinanitus erat, & replebat omnia: deſ-
cendit Deus, adſcendit homo: Verbum caro fac-
tum eſt; ut caro ſibi Verbi ſolium in Dei dexte-
ra vindicaret: vulnus inflictum erat, & fluebat
unguentum: ſcarabæus audiebatur, & Deus ag-
noſcebatur.

9. Reſpondit & Chriſtus. *Ecce es bona proxima* Cant. 1. 14.
mea, ecce es bona. Quoniam cognoverat Eccleſia
myſterium, & pro totius mundi redemtione cru-
cifixum dominum Jeſum prædicabat, meretur
audire: *Ecce es bona*; quæ me bonum dicis, *& ipſa
bona es:* quæ vidiſti gloriæ meæ decorem, *& ipſa
bona es & decora.* Quid eſt autem Chriſtum dicere:
Bona es, vel *decora es*; niſi illud Evangelicum:
Conſtans eſto, filia, remiſſa ſunt tibi peccata tua? Matth 9.

10. Ergo cui Chriſtus peccata donavit, recte 22.
dicit: *Retribue ſervo tuo, ut vivam, & cuſtodiam* ℣. 17.
verba tua. Non habet in retributione quod deſ-
peret; quia dominus Jeſus venit mundum ſalva-
re, non perdere. Ideoque immemor eſt injuriæ,
memor gratiæ; ſicut in prophetico libro teſtifi-
catur ipſe dicens: *Ego ſum, ego ſum, qui deleo ini-* Eſai. 43. 25.
quitates tuas, & memor non ero: tu autem memor & 26.
*eſto, & judicemur. Dic tu prius iniquitates tuas, ut
juſtificeris.* Quicumque ergo dicit iniquitates ſuas
Deo, juſtificatur: & quicumque juſtificatur, re-
tributionem non timet, ſed expoſcit: qui retri-
butionem non timet, vivet.

11. Sed quare dixit: *Vivam*; & non dixit: Vi-
vo? Quia hæc vita non eſt loco præmii, quæ in
loco mortis eſt. Dolet Propheta in pulverem Pſal. 21.16.
mortis ſe eſſe deductum: Apoſtolus cupit ex hoc Rom. 7.24.
mortis corpore liberari; & putamus quod de hac
vita ſibi blandiatur Propheta? Omnia hîc plena
mortis ſunt. Intrat mors per feneſtram, intrat per
oſtium; niſi Dominus oſtio tuo ponat cuſtodiam.
Denique ex multiloquio peccatum naſcitur. Le-
ge mandata Legis, & invenies ſcriptum: *Quia* Num 19.
vivens ſi mortuum contigerit, inquinatur. Quan- 11.
tos tangimus mortuos? Inter quantos mortuos
verſamur? Ideo tibi Auctor vitæ dicit: *Relinque* Matth. 8.
mortuos ſepelire mortuos ſuos. Ideo tibi alibi dicitur: 22.
Surge qui dormis, & exſurge à mortuis. Quomodo Epheſ. 5.14.
tibi diceretur: Surge à mortuis; niſi inter mor-
tuos viveres? Ponamus te mundum eſſe ab ope-
ribus mortuis, & peccati colluvione; quomodo
mundus es, qui in corpore mortis es, qui inter
ſepulcra vivis mortuorum? [e] Oportebat Petrum e

a. Omnes edit. & quatuordecim mſſ. *quam nudari.* Reg. cod. *quam ornari*, paulo melius. Omnium optime, Vat. *quam vinculari*: de quo verbo conſule Cangii Gloſſarium.

b. Mſſ. non pauci, *titulos martyrii* (quidam *martyrum*) *victoriis ediderunt.*

c. Rom. edit. eraſerat, *botryo cypri frater meus mihi*: quæ verba cum in mſſ. ac vet. edit. reperiuntur, tum etiam apud LXX. Interp. Quod autem infra eadem edit. habet, *Botrus Cypri conſobrinus &c.* in hoc quidem ad Scripturæ textum accedit, ſed ab omnibus mſſ. ac edit. Ambroſianis recedit.

d. Pleriique mſſ. atque omnes edit. *opobalſamum expreſſius* (nonnulli mſſ. *expreſſum*) *dicitur.* Alii plures ac meliores, *opobalſamum expreſſio dicitur.* Quæ expreſſio quomodo fiat, conſequenter deſcribitur. Eadem res adhuc dilucidius explicatur ab eo ſcriptore, cui communiter Ægeſippo nomen imponunt. Ita enim ille: *Illic opobalſamum gignitur: quod ideo cum adjectione ſignificavimus, quia agricolæ cortice tenus virgulas incidunt eas, in quibus balſama gignuntur, ut per illas cavernas paulatim diſtillans humor ſe colligat. caverna autem græco nomine ὀπὴ dicitur.* Alii tamen ortum hoc nomen malunt ἀπὸ τοῦ ὀποῦ, quod ſuccum ac liquorem ſonat. Multa de hac re J. Gerar. Voſſius in *Etymologico* ad vocem, *balſamum.*

e. Rom. edit. ſola, *Oportebat primum loqui mortuis.* Minus bene, cum manifeſte adludatur ad illud 1. Pet. 4. 6. *Propter hoc & mortuis evangelizatum eſt*; quemadmodum initio ejuſdem capitis & hoc ipſo Ambroſii loco inter ſe comparatis, facile quivis intelliget.

loqui mortuis; ut procederent de ſepulcris ſuis.

Num. 19. 11. *Num. 6. 9.* 12. Indigemus ergo purgatione; quia tetigimus mortuos. Lex nos mundari jubet: quis tantus, ut ſupra Legem ſit? Ipſum Nazaræum ſanctum Dei, ſi is tetigerit mortuum, immundum pronuntiat. Ideoque radit caput ſuum, & deponit capillum quaſi non ſanctum; & iterum orat ut exaudiatur, qui ante propter mortui adtactum exorare non potuit: irrationabiles duxit dies; quia irrationabili appropinquaverat. Deponit igitur mortua & ſuperflua capitis ſui, ut Chriſto reconcilietur. Ergo ſi Nazaræus purificatur, & nos purificari oportet.

13. Omnes contigimus mortuum. Quis enim gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut quis audebit dicere mundum ſe à peccatis? Sit aliquis fortaſſe qui in ſermone non deliquerit, licet rarus iſte, de quo Deus dicat, ſicut de ſancto Job: *Ille non peccavit labiis ſuis*; *Job. 22. 10.* tamen non ſemper habere potuit mundas cordis ſui cogitationes, injicit ſe diabolus in cor hominis. Pone paratâ ſemper & pervigili cuſtodiâ quiſquam cor ſuum ſepſerit, tamen in medio peccatorum verſatur, neceſſe habet etiam ipſe purificari. Unde Eſaias, cùm dixiſſet: *O miſer ego! quoniam immunda labia habeo, & in medio populi verſor immunda labia habentis*; *Eſai. 6. 5. & 7.* ſtatim deſcendit unum de Seraphim, & contigit labia ejus carbone, ut immunda ejus labia mundaret.

14. Non unum eſt baptiſma: unum eſt quod hîc tradit Eccleſia, per aquam & Spiritum ſanctum, quo neceſſe eſt baptizari catechumenos. Eſt & aliud baptiſma, de quo dicit dominus Jeſus: *Baptiſma habeo baptizari, quod vos neſcitis.* *Luc. 12. 50.* *Matth. 3. 13.* Evitique jam baptizatus in Jordane fuerat, ſicut ſuperiora declarant: ſed ſit hoc baptiſmum paſſionis, quo etiam ſanguine ſuo unuſquiſque mundatur. Eſt etiam * baptiſmum in paradiſi veſtibulo, quod antea non erat: *Gen. 3. 24.* ſed poſteaquam peccator excluſus eſt, cœpit eſſe rompbæa ignea, quam poſuit Deus, quæ antea non erat, quando peccatum non erat. Culpa cœpit, & baptiſmum cœpit: quo purificentur, qui in paradiſum redire cupiebant, ut regreſſi dicerent: *Tranſivimus per ignem & aquam.* *Pſal. 65. 11.* Hîc per aquam, illic per ignem. Per aquam, ut abluantur peccata: per ignem, ut exurantur. Sed quod eſt gravius, & hîc ſuſtinemus ignem, & illic.

15. Quis eſt qui in hoc igne baptizat? Non presbyter, non epiſcopus, non Johannes, qui ait: *Ego vos baptizo in pœnitentiam*; *Matth. 3. 11.* non Angelus, non Archangelus, non Dominationes, non Poteſtates: ſed ille, de quo Johannes ait: *Qui venit poſt me, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igne. Habet ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam; & congregabit triticum in horreum ſuum; paleas autem comburet igni inextinguibili.* *Ibidem. 11. & 12.* Non de hoc baptiſmate, quod fit per ſacerdotes Eccleſiæ, dictum ipſe Dominus teſtificatur. *Matth. 13. 49. & 50.* Siquidem poſt conſummationem ſæculi miſſis Angelis qui ſegregent bonos & malos, hoc futurum eſt baptiſma: quando per caminum ignis iniquitas exuretur; ut in regno Dei fulgeant juſti ſicut ſol ipſe in regno patris ſui. Et ſi aliquis ſanctus ut Petrus ſit, ut Johannes, baptizatur hoc igni. Veniet ergo Baptiſta magnus (ſic enim eum nomino, quomodo nominavit Gabriel dicens: *Hic erit magnus*) *Luc. 1. 15.* videbit multos ante paradiſi ſtantes veſtibulum, movebit rompbæam verſatilem, dicet iis qui à dextris ſunt, non babentibus gravia peccata: Intrate qui præſumitis, qui ignem non timetis. Prædixeram enim vobis: Ecce venio ſicut ignis; *Eſai. 66. 15.* & per Ezechielem dixeram: *Ecce proficiſcar in Hieruſalem, & inſufflabo in vos, in igne ira meæ; ut tabeſcatis à plumbo & ferro.* *Ezech. 22.*

16. Veniat ergo ignis conſumens, exurat in nobis plumbum iniquitatis, ferrum peccati, faciatque nos aurum ſincerum. Urat renes meos, & cor meum; ut bona cogitem, ea quæ caſtitatis ſunt, concupiſcam. Sed quia hîc purgatus, iterum neceſſe habet illic purificari; illic quoque nos purificet, quod dicet Dominus: Intrate in requiem meam; ut unuſquiſque noſtrûm uſtus romphæa illa flammea, non exuſtus, ingreſſus in illam paradiſi amœnitatem, gratias agat Domino ſuo, dicens: *Induxiſti nos in refrigerium.* *Pſal. 65. 12.* Qui ergo per ignem tranſierit, intrat in requiem. Tranſit à materialibus atque mundanis ad illa incorruptibilia atque perpetua.

17. Alius iſte eſt ignis quo exuruntur peccata non voluntaria, ſed fortuita, quem paravit ſervulis ſuis dominus Jeſus; ut eos ab iſta commorarione, quæ permixta eſt mortuis, emundet: alius ille ignis, quem deputavit diabolo & angelis ejus, de quo dicit: *Intrate in ignem in æternum*; *Matth. 25. 41.* quo ille dives ardebat, qui ſtillari ſibi de Lazari digito poſcebat humorem. *Luc. 16. 24.* At verò Lazarus in Abrahæ ſinu recumbens, vitam carpebat æternam, quam ſibi promittit Propheta dicens: *Vivam & cuſtodiam verba tua. Vivam*, ait, quaſi nondum vivens; hîc enim in umbra vivimus.

18. Ergo iſta vita in corpore, umbra eſt vitæ atque imago, non veritas. Denique in imagine ambulat homo, & in regione umbræ mortis conſiſtimus. Sed ſi quis non ad terrena oculos mentis intendat, ſed ad ſpiritalia erigat; ut poſſit dicere: *Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus dominus*; *Thren. 4. 20.* dignus erit qui dicat: *In umbra ejus vivemus.* Chriſtus enim vita eſt; & ideo qui in umbra Chriſti vivit, in umbra vitæ eſt. Meritoque alibi dicit Sanctus Domini: *In umbra alarum tuarum protege me.* *Pſal. 16. 8.* Omnes ergo etiam ſancti in umbra ſunt, quamdiu ſunt in corpore: non perfecte vident: non perfecte, ſed ex parte cognoſcunt. Ipſe Paulus ait: *Ex parte enim cognoſcimus.* *1. Cor. 13. 9.* Ipſe Vas electionis, cui Chriſtus oculos reddidit, & ſua illuminavit gratiâ; non facie ad faciem, ſed per ſpeculum videbat. Et David revelari oculos ſuos petit; *Inf. ℣. 18.* ut removeretur umbra, quæ integrum oculorum impediebat obtutum. Regionem autem hanc mortuorum eſſe quis dubitet; cùm Sanctus ipſe dicat: *Placebo Domino in regione vivorum?* *Pſal. 114. 9.* Quia perfecte hîc placere nemo poteſt, ubi etiam ſi fieri poſſit, ut ſua peccata non habeat; in

* Jam ante annotavimus opinionem hanc de juſtis extremi judicii die per ignem expurgandis Ambroſium ab Origene mutuatum eſſe: hoc loco id tantum addimus, inter hunc ignem & eum quo Diabolus ac reprobi exarſuri ſunt, manifeſtum diſcrimen in illa num. 17. conſtitui, quod feciſſe prorſus negatur Origenes.

ipſa tamen mortuorum regione vivendo, purifi- A catione indiget, quæ à contagio eum regionis hujus abſolvat.

19. In umbra igitur hîc vivimus, & ideo in umbra cuſtodimus verba Dei. Et ut exemplo utamur: [a] utique ante erant ſub umbra Legis, quando cuſtodiebant homines ſabbata, quæ ſunt umbra futurorum; ſicut hodieque Judæi, qui verum ſabbatum non vident, qui exemplari & umbræ ſerviunt. Nos quoque ſecundùm Evangelium nunc viventes, nmbram ſequimur verborum Dei. B Nathanael ſub arbore fici videtur, David in umbra alarum domini Jeſu ſperare ſe dicit, Zacchæus in arborem ſycomori adſcendit, ut Chriſtum videret. Nobis quoque expandit manus ſuas Jeſus; ut totum mundum obumbraret. Quomodo non ſumus in umbra, qui crucis ejus protegimur velamento? Quomodo non ſumus in umbra, quos crucifixus à malignitate ſæculi, & corporis ardore defendit? An neſcimus quoniam Verbum Dei veniens in hunc mundum, non ſicut Verbum ad- C venit, quale in principio erat, quale erat apud Deum: ſed ſemet ipſum exinanivit, formam ſervi accipiens? Venit in nube levi: & cùm eſſet virtus Altiſſimi, obumbravit Mariæ; nt transfiguraret corpus humilitatis noſtræ conforme fieri corpori gloriæ ſuæ. Sicut ille ergo mutavit formam, cùm ex Virgine naſceretur: ita & nobis ſermones Dei transfigurati videntur, cùm leguntur in Evangelio, cùm ſpecies eorum videtur in Scripturis quaſi per ſpeculum, quia tota veritas D hîc non poteſt comprehendi. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, non jam per deſcenſionem, non per ſpeciem ut transfigurati: ſed integra atque expreſſa veritate reſplendent.

Johan. 1. 48. Pſal 16. 8. Luc. 19. 4.

20. Neque te moveat, quod ait: [b] Multa verba cuſtodiam; qui unum verbum cognoverit, multa verba cognoſcit. In uno enim multa ſunt, & in multis unum eſt. Probandum eſt igitur quomodo unum verbum multa ſint, & multa verba unum verbum ſit. Nec eſt difficile doceri; cùm E dixerit Apoſtolus, quia *ipſe eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ, in quo creata ſunt omnia in cæleſtibus & in terra, ſive viſibilia, ſive inviſibilia, ſive Sedes, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt.* Unum eſt igitur Verbum, quod operatur in ſingulis: & cùm in ſingulis operatur, operatur omnia in omnibus. Hoc Verbum unicum apud Patrem ſe diffudit in plurima; quia de plenitudine ejus omnes accepimus. Itaque ſi videas F ſingula omnium quæ creata ſunt in ipſo, videbis in ſingulis unum verbum eſſe omnium, cujus pro captu noſtro participes ſumus. In me verbum eſt humanum, [c] ſed Apoſtolus ſuccurrat & dicat: *Puto & ego ſpiritum Dei habeo*; in alio verbum cæleſte, & verbum Angelorum in pleriſque eſt.

Coloſſ. 1. 15. & 16. 1. Cor. 7. 40.

A Sunt qui habent verbum Dominationum & Poteſtatum, verbnm juſtitiæ, verbum caſtitatis, verbum prudentiæ, verbum pietatis, verbum etiam virtutis. Sic unum verbum multa ſunt, & multa verba unum ſunt. Nec vero arduum eſt iſtud æſtimari; cùm legerimus quia omnia poteſt Spiritus ſapientiæ.

21. Itaque ſicut alii datur per Spiritum ſermo ſapientiæ, & alii ſermo ſcientiæ ſecundùm eumdem ſpiritum, alii fides in eodem ſpiritu, alii gratia cu- B rationum, in uno ſpiritu, alii operatio virtutum, alii ſpiritus cognitionis, alii ſpiritus conſilii plenioris, alii ſpiritus fortitudinis, alii pietatis ſpiritus; tamen in omnibus unus atque idem ſpiritus eſt, dividens ſingulis pront vult. Eſt ſpiritus prophetarum, & ſpiritus apoſtolorum: eſt etiam artificum ſpiritus, ſicut & Beſeleel & Oliab, quos implevit Dominus Spiritu divino ſapientiæ & ſcientiæ, & omnis artis; ut facerent amictum & Tabernaculum, atque altare ſecundùm ſenſum C quem dedit his Deus; ſed etiam ceteris ſapientibus intelligere, & facere omnia opera ſecundum omnia quæ Dominus imperabat. Itaque fecerunt quæ non didicerant, nec viderant, ſecundum ea quæ his Spiritus demonſtrabat. Et pleriſque videtur alius apoſtolorum ſpiritus, alius prophetarum, & diverſus in ſingulis: ſed non eſt diverſus, ſed unus eſt ſpiritns, dividens genera diverſa virtutum. Unde non dubium videri debet, ſi aliis verbum apoſtolicum, aliis propheticum, [d] aliis D evangelicum, aliis verbum operatorium datum eſt; & tamen unum eſt verbum dividens ſe ſingulis pro noſtra poſſibilitate, vel pro ſua voluntaria largitate. Hoc Verbum igitur, quod eſt caput omnium, hîc per ſpeculum video; & ideo verba hîc cuſtodire non poſſum: ſed cùm videro gloriam ejus revelata facie, tunc vivam, & vita vivens etiam verba divina cuſtodiam.

Exod 35. 10. & ſeq.

22. Ideo ergo ſecundo verſu dicit: *Adaperi oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Qui E adaperiri ſibi oculos perit, utique & gravari intelligit. Neque enim medicum rogat, niſi qui remedium ægritudini ſuæ poſcit. Dicit ergo iſte ad medicum venientem de cælo: *Adaperi oculos meos.* Si turbatus eſt oculus, facile dolor omnis ſedatur [*] collyrio: ſin vero acies ejus humoris ſuffuſione prætexitur, majora remedia quæruntur. Eſt ergo ſicnt in oculis corporis, ita etiam in oculis animæ hujuſmodi quædam paſſio, quæ ingraveſcat neceſſe eſt; niſi bonus medicus velamen illud F abſtulerit, & nebulam quamdam concreti humoris, quæ impedire, vel potius operire, ne videat quæ videbat, mentis æſtimatur obtutum. Irrepſit ægritudo veteri fermento; eo quod non exuimus vel gentilem, vel Judaicam ſuffuſionem, cùm primùm veniremus ad Eccleſiam: non audivimus & [e] docentem boni medici diſciplinam:

✝ 18.

a Edit. Rom. ſola: *utique ante eramus ſub umbra Legis, quando cuſtodiebamus neomenias & ſabbata.* Vet. & mſſ. aliquot: *utique ..... cuſtodiebamus homines ſabbata.* Melius, noſtro quidem judicio, alii longe plurimi, ut ſupra in corpore.

b. Sic edit. ant. cum cod. manu exaratis. At Rom. edit emendaverat: *Et cuſtodiam verba; quaſi multa, & non unum verbum. Nam qui unum* &c. Non infelici conatu; ſi vel unus mſ. adſtipularetur.

c. Verba illa: *ſed Apoſtolus ... Dei habeo*, quæ in edit. deſiderabantur, reſtituta ſunt auctoritate novem mſſ. in quibus Reg. unus, duo Sorb. Vind. Fiſc. &c

d Mſſ nec pauci, nec infimæ notæ, *alii angelicum.*

* *Collyrium* præſertim oculorum medicamentum ſignificat; unde proverbium illud apud Eraſmum Chil. 4. cent. 8 adag. 21. *uno collyrio omnibus oculis mederi:* attamen etiam aliis uſibus adhibetur; immo & genus quoddam panis dicebatur antiquis collyrium. Fiebant autem hujuſmodi medicamenta vel ex aridis, & ξηροκολλύρια: vel ex humidis, & ὑγροκολλύρια nominabantur. Figura teres erat, & ad ſimilitudinis truncatæ caudæ muris accedens; unde collyria dicta volunt ἀπὸ κολοβῆς οὐρᾶς. Alias ejuſdem vocis etymologias ac ſignificationes legere poteris apud Briſſonium lib. 3. *De Verb. Juris ſign.* & Voſſium *Etym. Lat. linguæ* in eodem verbo.

e. Edit. Rom. cum uno cod. Vat. *docentem boni medici diſcipulum.*

Coloſſ. 3. 9. & 10. *Exſpoliantes veterem hominem cum actibus ſuis, induite novum, qui renovatur in agnitione, ſecundum* A
imaginem ejus qui creavit eum. Superveſtivit ergo
ſe aliquis, non exſpoliavit: ſerpit gravior ægritudo, gravat oculos diuturnum velamen; non
poteſt quiſquam illud auferre, non Angelus, non
Virtutes, non Dominationes, non Poteſtates.
Manet velamen illud, lectionem impedit, viſio-
2. Cor. 3. 14. nem obducit; quod non revelatur, inquit Apoſtolus, hoc eſt, à quocumque alio, niſi in Chriſto
fuerit evacuatum. Cùm vero converſus hujuſ- B
modi fuerit ad Dominum, auferetur velamen.

23. Habes igitur quomodo auferas velamen,
quod manet ſupra oculos cordis tui. Converte-
Act. 9. 18. re ad Dominum, & velamen cadet. Converſus
eſt Paulus ad benedictionem Ananiæ, velut ſquamæ ceciderunt ab oculis ejus; & vidit qui per triduum ante non viderat: ſimul oculus corporis
animæque ſanatur; quia medicamentum ei medicus demonſtraverat ille de cælo, de quo ſcrip-
Pſal. 106. 20. tum eſt: *Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos, & ex* C
omnibus infirmitatibus ſuis liberavit eos. Non eſt
medicus iſte de terris, qui omnes curat infirmita-
a tes, & [a] populos integros ſanat. Mitte ergo, Pater, medicum iſtum: veniat Verbum tuum, aperiat oculos meos. Et apoſtolorum oculi clauſi
erant, niſi eos Jeſus aperuiſſet. Denique duobus
ex his euntibus in caſtellum cui nomen Emmaus,
cùm interpretaretur Scripturas, & benediceret
Luc. 24. 31. eos; *Aperti ſunt*, inquit, *oculi eorum, & cognoverunt eum.* Ergo niſi Jeſus aperuiſſet nobis oculos, D
nemo vidiſſet: niſi Jeſus ſuſtuliſſet velamen, nulli Evangelii gratia refulſiſſet. Et Petrus clauſos
habebat oculos, & Johannes clauſos habebat, &
Jacobus clauſos habebat. Denique in monte gravati erant ſomno, ſed excitati majeſtatis fulgo-
Matth. 17. 5. re divinæ oculos cordis ſui aperuerunt. Et quia
ſiti in corpore, plene videre non poterant, obumbravit eos nubes; ne corporis oculos gloriæ cæleſtis fulgor hebetaret.

24. Quis igitur tantus ut aperiat oculos, & Le- E
gis videat ſacramenta; niſi ei Chriſtus demonſ-
Exod. 4. 3. & 4. tret? Non Moyſes tantus. Denique, jubente Domino, virgam projecit, & facta eſt ſerpens, & fugit ab eo: apprehendit caudam ſerpentis, & facta eſt virga; & adhuc non cognoſcebat myſterium, quo declarabatur deſcenſurum in terras
dominum Jeſum, qui cùm ſe exinaniſſet deponi
b in crucem, & projici pateretur in tumulum, [b] quaſi
ſerpens de virga factus; quia in tumulum projectus, de quo ſecundum oracula Legis reſurgens F
in gloriam Dei divinæque ſedis regale conſortium de ſerpente remearet. Apprehendamus ergo & nos caudam ſerpentis illius crucifixi; ut poteſtatem ejus regiam poſſimus agnoſcere. Et illa
quæ in pedes ejus miſit unguentum, tenuit eum.
Caudam ergo ſerpentis apprehendit Moyſes: &
apertum eſt os ejus. Non ergo loquutus eſſet de
eo: niſi ipſe Dominus os ejus aperuiſſet.

25. David adaperiri ſibi oculos hîc petit, & in
Pſal. 4. 6. ſuperioribus dixit: *Quis oſtendit nobis bona?* Erat
Heb. 10. 1. ſub Lege nutritus, ſciebat quia Lex umbram habet futurorum bonorum: ipſa bona jam non per
umbram, ſed apertis oculis videre cupiebat. Noverat quia exemplari & umbræ cæleſtium myſteriorum ſerviebant, qui ſecundum legem Moyſi
deſerviebant. Volebat ipſam cultus divini comprehendere veritatem; & ideo ut ab oculis ſuis
velamen diſcuteret, converſus ad Dominum precabatur dicens: *Adaperi oculos meos, & conſiderabo
mirabilia de lege tua.* Intelligebat vere militiam
eſſe cæleſtem, quam poſſet unuſquiſque ex Lege
cognoſcere, cui tamen Dominus revelaſſet. Quis
enim de terrenis ad cæleſtia, de umbra ad claritatem, de exemplari ad penetralia veritatis humano gradu ſine divino ductu poſſit adſcendere?

26. Quis poteſt conſiderare altare illud cæleſte,
verumque templum, ſacerdotes & levitas, non iſtos ſecundum carnis officia, ſed illos ſecundum
ſpiritus gratiam? Denique hanc ſolam ſibi gratiam pro maximis optabat David dicens: *Unam* Pſal. 26. 4.
*petii à Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo
Domini omnes dies vitæ meæ: & ut videam delectatio-* Deut. 17. & 18.
nem Domini, & conſiderem templum ejus. Quis poterat cognoſcere, quod offerret dives magnum munus, ſecundùm quod poteſt manus ejus; ut ſolvatur ejus peccatum? Quis poterat intelligere, ſi
non haberet? Quis offerre, verbi gratiâ, arietem;
quia non ſolvebatur ejus peccatum? Quis poterat advertere, quæ eſſent illæ immunditiæ, quas
ſolvit non Lex quam putant Judæi; ſed lex ſpiritalis, quam Paulus agnovit? Quis poterat videre
remiſſiones peccatorum veras, quarum exemplar
in Lege, veritas in Evangelio eſt, dicente domino
Jeſu: *Dimiſſa ſunt tibi peccata*; non per hircorum Luc. 7. 48.
ſanguinem, ſed per hoſtiam ſui corporis? Ille itaque dives in Lege, qui perfectæ majeſtatis in
Chriſto plenitudinem confitendo, & quaſi eam
quibuſdam ad illud altare cæleſte fidei manibus
offerendo, peccatum ſuum ſolverit. Ille videt verum ſacerdotem, qui videt Principem ſacerdotum: ille templum verum conſiderat, qui audit
dicentem: *Solvite templum hoc, & in triduo exci-* Johan. 2. 19.
tabo illud. Magnum templum, de quo virtus exibat, & curabat omnes. Mirabile illud altare, in
quo unius agni ſacrificium tulit peccata mundi.
Ille præſtantiſſimus levita, qui venit non ut miniſterium exigeret, ſed ut omnibus exhiberet
ſuæ miniſterium paſſionis: cui portio Deus, qui
hîc nihil poſſederit; ut omnia poſſideret.

27. Quid autem dicam de Hebræo, quem Exod. 21. 2.
Lex ſex tantummodò jubet ſervire annis, & ſeptimo anno exire à ſervitio? Quis iſte Hebræus
ſervus? Quis Hebræus liber poterat intelligi?
Quis tantus, ut annos æternos in mente habens
videat verum Hebræum, qui non in perpetuum
manet ſervus: ſed ſex annis ſervili functus officio, ſeptimo anno gratiam libertatis adipiſcitur?
Cujus videtur Iſaac patriarcha ſervitutis & libertatis non ignoraſſe myſterium, qui ait: *Servies* Gen. 27. 40.
*fratri tuo, & eris cùm depoſueris & ſolveris jugum
ejus à collo tuo;* [c] ſignificans fore tempus, quo & ſi c
quis ſervierit hîc poſitus fratri ſuo: poſtea tamen
exactis annis, qui ſex iſtis diebus, atque iſtis quos

a Eadem edit. ſola, *populos integre ſanat.* Forte ne videretur Ambroſius docuiſſe populos ſanos à Chriſto eſſe ſanatos. Nam integer quandoque illud, maximè ſi de animæ ſanitate agatur, ſignificat. Sed hîc *integros* intellige totos ſive univerſos; ut non referatur ad voces, *ab omnibus infirmitatibus*; ſed ad illas, *ſanavit eos ... liberavit eos*: quæ ſunt latæ & indeterminatæ ſignificationis.

b. *Quaſi ſerpens de virga factus; quia in tumulum projectus*: hæc in mſſ. Gall. deſiderantur; ſed tamen nonnihil conducere videntur ad perſpicuitatem.

c. Mſſ. aliquot, *ſignificans forte tempus .... qui ex iſtis diebus* &c.

hîc exigimus menſibus colliguntur; ſolvat jugum A à cervice ſua, quod fit ſeptimo anno remiſſionis. Conjicere poſſumus veri Hebræi typum in Joſeph, qui portavit ſervitutis jugum: ſed eum culpa non cœpit, non carcer incluſit, non Ægyptus decoloravit. Conjicimus in Petro, Johanne, Jacobo, qui creati & inſtituti ſub jugo Legis ſolverunt tamen fratris ſui Judaicum jugum, ubi legitimæ tempus quietis advenit, quando refulſit his remiſſio peccatorum: & hoc tamen hîc in umbra adhuc geſtum comparatione cæleſtium. B

28. Quanta autem quies illa, quæ ex Lege conjicitur, in Evangelio revelatur, [a] & adhuc in-
Johan. 17. 24. tegra reſervatur, dicente domino Jeſu: *Volo ut ubi ego ſum, & iſti ſint mecum?* Quam beatus, qui iſtius habitationis fructum, quietis conſortium illic potuerit promereri? Tunc intelliget quid ſit aperuiſſe oculos, ut videret mirabilia de lege Dei.

29. Bene admonuit lectio Evangelii, quæ decurſa eſt, in qua ſanatus eſt leproſus ille, qui di-
Luc. 5. 12. xit: *Si vis, potes me mundare*; in voluntate Domi- C ni conſtituens poteſtatis effectum. Cui reſpondit
Ibidem 13. ſimiliter: *Volo, mundare.* Præmiſſa pietas voluntatis, ſequuta poteſtatis auctoritas eſt. Omnibus dicit Jeſus, *volo*; [b] qui non vult eſſe peccatum. Velle Chriſti, commune in omnes eſt: mundari, fidei eſt credentis in Chriſtum. *Et tetigit eum.* Tangit eos, quorum fide tangitur. Denique dicit:
Luc. 8. 46. *Tetigit me aliquis; ſentio enim virtutem exiſſe de me.* Habes operationem immaculati corporis, habes remiſſionem divinitatis. D

30. Sed ut plenius ſanaretur, aperuit oculos
Luc. 5. 14. ejus dicens: *Vade, oſtende te ſacerdoti.* Multos ſacerdotes habebat Synagoga: ſed qui oculos aperit, falſos non videt ſacerdotes, verum adſpicit. Quis eſt verus ſacerdos, niſi ille qui eſt ſacerdos
Pſal. 109. 4. in æternum? Et ideo Pater dixit ad eum: *Tu es ſacerdos in æternum.* Aperuit ergo oculos ejus, & vidit, & intellexit quale munus pro emundatione ſua deberet offerre. Beatus qui audit hæc: quanto beatior qui videt, qui ſe vero poteſt oſtendere E Sacerdoti; ut non habeat quod timeat in ſe videri, qui ſe prius adſpicit, facie revelata. Nam niſi ipſe ſe prius viderit, non audebit ſe oſtendere; ſicut Adam qui ſe occultare cupiebat, quia ſe non agnoſcebat. Sed jam etiam id quod ſequitur, conſideremus.

℣. 19. 31. *Advena ego ſum in terra; ne abſcondas à me mandata tua.* Non cujuſcumque vox iſta eſt: ſed ejus qui terrenis renuntiaverit voluptatibus, & omni ſe mundanæ cupiditatis exuerit affectu. Il-
Philip. 3. 20. le eſt in hac terra advena, qui poteſt dicere: *Noſ-* F *tra autem converſatio in cælis eſt*; qui ſuam habet in Domino portionem, qui poteſt dolere quod diutius vivat in terris, qui vitæ hujus longævitate laſſatur, cui prolixitas habitationis hujus faſti-
Apoc. 8. 13. dio ſit, quam ſanctus averſatur, & dicit: *Væ iis qui habitant in terra!* Qui diſſolvi non timet; & ſi ſolvatur, præſumit ſe cum Chriſto futurum: hic vere peregrinus in terra eſt; quia ſanctorum eſt civis, & domeſticus Dei, & theſaurum ſibi condit in cælo. Non utique is exiens de Ægypto, in hanc intelligibilem Ægyptum remeare deſiderat, nec A depoſitæ ſenectutis & mortis paveſcit confinia, nec horrea ſtruit meſſibus recondendis, jam alienis victurus ætatibus: [c] ſed ſola dives virtutum fœcunditate, ea congregat, quæ ſibi nec mors poſſit auferre.

32. Meritoque dicit: *Concupivit anima mea deſiderare judicia tua in omni tempore.* ℣. 20. Quod utique non facit niſi liber à vinculis, nec ſolum à vinculis ſollicitudinis ſæcularis, ſed etiam à vinculis caritatis humanæ. Vincula complura ſunt in hoc ſæ- B culo: vincula ſunt deſideria vivendi, vincula ſunt oblectamenta voluptatum, vincula ſunt honorum, vincula conjugii. Denique dicit tibi bonus Magiſter: *Solutus es ab uxore? Ne quæſieris uxorem.* 1. Cor. 7. 27.
Nec tamen peccat, qui uxorem acceperit, ſed innectit ſibi vincula mentis; quia ſollicitus eſt quomodo placeat uxori. Beatior eſſet, ſi Deo ſoli placere deſideraret. [d] Cernis autem quia ligatus eſt, qui ſui non habet corporis poteſtatem. Ergo Deut. 6. 5. & Matth. 10. 37.
quia mandatum Dei eſt, quod Legis oraculo & C Apoſtolico ſermone depromtum eſt; ne quis uxorem, divitias, honorem, neceſſitudines Deo præferat: qui autem prætulerit, fit obnoxius judiciis Dei; ideo prius popoſcit, ne abſcondat ab eo Deus mandata ſua. Qui enim mandata Dei cognoverit, & cuſtodierit, non refugit judicia divina, ſed deſiderat; meritoque tamquam revelatis ſibi mandatis ait: *Concupivi deſiderare judicia tua in omni tempore.*

33. Non dixit: Concupivi judicia, ſed: *Concu-* D *pivi deſiderare.* Sicut enim vita vivere plus eſt, quàm vivere (vivere namque commune etiam hujus eſt vitæ, vita autem vivere beatorum eſt) ſic concupiſcere ut deſideremus judicia Dei, plus eſt quam deſiderare judicia. Concupiſcimus enim deſiderare, quaſi non ſit poteſtatis noſtræ deſiderium, ſed gratiæ Dei. Cùm enim Dominus oblectari nos viderit cupiditate deſiderii judiciorum ſuorum, ſobrium auget affectum. Cùm autem peccamus, non concupiſcimus deſiderare ju- E dicia Dei. Neque enim ægrotus uri deſiderat, vel incidi; ut poſſit recipere ſanitatem. Refugit qui gravius ægrotat; ne uratur, ne incidatur, ne alligetur, ne abſtineat à cibo. Qui autem ſalutarem habet valetudinem, medico ſecurus occurrit. Unde etiam Dominus non otioſe ait: *Deſiderio deſi-* Luc. 22. 15.
deravi hoc Paſcha manducare vobiſcum; non ſolùm deſiderans, ſed etiam geminato deſiderio concupiſcens remiſſionem retribuere peccatorum. Concupiſcamus ergo & nos deſiderare judicia Dei. Bona conſcientia quæ cùm examinatur, F probatur. Et concupiſcamus deſiderare *in omni tempore*; ut nullum momentum bonæ prætereat vacuum cupiditatis.

34. *Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.* ℣. 21. Cùm dominus Jeſus per obedientiam genus humanum redemerit, juſtitiam reformaverit: ſerpens autem per inobedientiam peccatum introduxerit; quid vitii habeat ſuperbia, hinc æſtimare poſſumus, cujus auctor diabolus eſt, quem inducit Propheta dicentem: *Ponam* Eſai. 14. 14.
thronum meum ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo. Itaque cùm ſit nequiſſimus, ut honorem non de-

a *Et adhuc integra reſervatur.* Hæc in edit. omnibus, & mſſ. aliquot non habentur; tamen in ſeptem mſſ. non infimæ notæ reperiuntur.
b. Septem mſſ. *qui non vult eſſe peccatorem.*

c. Ita mſſ. Edit. vero: *Quæ ſibi nec ſenectus perditum dare, nec mors* &c. Sed quod in mſſ. non legitur, adſutum gloſſema eſt.
d. Octo mſſ. *Carnis autem alligatus eſt vinculis, qui ſui* &c. Alii cum edit. ut in textu.

derit domino Deo noſtro, pejores tamen diſcipu- A los erudivit. Ille enim ſe ſic exaltavit, ut vellet æquari & ſimilis eſſe Altiſſimo: diſcipulus autem ejus ſignificatur ab Apoſtolo indignaturus æqualem ſimilemque ſe æſtimari Deo. Scriptum eſt [2. Theſſ. 2. 3. & 4.] enim: *Cùm revelatus fuerit homo iniquitatis, & filius interitus, qui adverſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus.* Magiſter igitur [a] ſimilem ſe præſumit, hic ſuperiorem. Idcoque & Dominus ad [Iohan. 14. 12.] diſcipulos ſuos dixit: *Majora his facietis*; ut quibus ſerpens plus ademerat, quam ipſe amiſerat, majo- B ra Chriſtus facere donaret, quam ipſe in terris fecerat. In ſe enim voluit principem mundi fallere, in diſcipulis triumphare.

35. Itaque à tanto volens crimine vindicare [Luc. 18. 10. & ſeq.] humanum genus, introduxit phariſæum & publicanum in templo orantes; & docuit etiamſi bona cetera habeat, quod magis ſuperbus offendat, quam humilis, qui nulla virtutum dote ſubnixus ſit; ſtudet enim ſupplantare diabolus bonis operibus intentos. Quantum laboravit phariſæus C ille, ne raperet aliena, ne injuſtus eſſet, ne adulteraret? Quantum laboravit, ne peccaret, ſicut peccavit publicanus? Quantum laboravit, ut bis in ſabbato jejunaret? Quantum laboravit, ut decimam daret omnium quæ acquireret? Quis noſtrum hæc facit? Quanti habent poſſeſſiones, & ſoli incubant fructibus, & ſolis ſibi meſſes recondunt. Advertit hoc diabolus, & perfudit eum ulcere gravi; ut non teneret caput, mente carnis inflatus; & in eo in quo laudabilis fore cre- D deretur, ibi reprehenſibilior judicaretur. Agebat enim gratias Deo quod non eſſet raptor, adulter, injuſtus. Quam noxie ei luctatus eſt ſerpens, & gravibus eum ſpiris ligavit? Superiorem fecit, ut de altiore dejiceret: inferiorem ſe præbuit, ut ſublimiorem caſu graviore proſterneret. Mala ruina eſt arrogantiæ, quæ ſuperiorem ſubripuit. Mala hæc lucta ſerpentis, qua ſe in plurimos torquet anfractus.

36. Inflare volebat & Paulum. Quem Paulum? E Illum utique apoſtolum non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum. Et [2. Cor. 12. 7. & 8.] pene deceperat, ita ut ſtimulum carnis ſuæ, qui ſe humiliabat, rogaret auferri. Sed bonus Dominus, qui Paulum infirmitatibus vellet facere fortiorem, adhibuit ei angelum Satanæ, ut ſuis diabolus artibus vinceretur. Non mentiebatur phariſæus, [Luc. 18. 14.] immo etiam vera dicebat: ſed omnis qui ſe exaltat, etiamſi vera dicat, offendit. Denique probabilior phariſæus ingreſſus eſt templum, quam pu- F blicanus; & tamen condemnatus exivit. Quantum crimen ſuperbiæ, ut ei etiam adulteria præferantur!

37. Denique Dominus, qui aliis donat, ſuperbis reſiſtit, & tamquam congreditur iis qui ſe exaltant, ſibique hoc certamen vindicat: & qui aliis compatitur, arrogantes increpat; quia nihil gravius, quam ut fratres noſtros pauperes ſuperbo oculo deſpiciamus, conformes nobis intolerabili repellamus faſtidio, noſtra indignos gratia judicantes, quia ſunt inopes: cùm paupertas * facilius ſit Deo, quam theſaurus acceptior.

38. *Maledicti*, inquit, *qui declinant à mandatis tuis.* Supra dixerat: *Ne abſcondas à me mandata tua*; & ideo quaſi revelata ſibi mandata cognoſcens, condemnat eos qui declinaverint à mandatis cæleſtibus. Et bene dixit: *Qui declinant*; directum enim mandatum eſt, ideo ab eo nemo deflectat.

39. Movet autem qua ratione hîc dixerit: *Ne abſcondas à me mandata tua.* Quod enim abſconditur, obſcurum fit & occultum; cùm ſupra dixerit: *Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos.* [Pſal. 18. 9.] Si lucidum mandatum, quomodo abſconditur; cùm lucernam nemo ponat ſub modio? Niſi forte lucidum eſt unum mandatum, multa autem mandata abſcondita ſunt. Nam *judicia tua*, inquit, *ſicut abyſſus multa.* [Pſal. 35. 7.] Non judicium ſicut abyſſus, ſed judicia dicuntur.

40. Vide autem ordinem. Supra ait: *Ne repellas me à mandatis tuis*; in ſequentibus ait: *Ne abſcondas à me mandata tua*; hîc ait: *Maledicti qui declinant à mandatis tuis.* Vere maledicti qui declinant à mandatis tuis, qui referre gratiam debuerunt: primo, quia non ſunt repulſi: ſecundo, quia non abſcondi à ſe divina mandata meruerunt. Declinat ergo aliquis quod optavit.

41. Sequitur: *Auſer à me opprobrium & contemtum; quoniam teſtimonia tua exquiſivi.* [ỽ. 22.] Si contemtus opprobrii loco ducitur, quomodo ſcriptum eſt: *Contemtibilia hujus mundi elegit Deus*? [1. Cor. 1. 28.] Sed conſidera quia mundi contemtibilia dixit, non Dei. Quod enim in hoc mundo contemtibile, hoc pretioſum eſt apud Deum. Denique humilitas in hoc mundo contemnitur, ſed Dei judicio comprobatur. Et ſi publicanus ſe humiliaverit, exaltatur. [b] Audi quem diligat, & non pro nihilo habeat [b] Deus. Quicumque ſanctus eſt, qui ſine macula vivit, veritatem cuſtodit, non appetivit proximum [Pſal. 14. 2. 3. & 4.] ſuum, ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus, [c] omnia quæ malitiæ ſunt, reprobavit: [c] talis etiam ſi ſit gentilis, devotione humilitatis à Deo comprobatur. Superbi autem, velut phariſæus, arrogantia ſua pro nihilo ab illo æſtimantur. Denique gentilitas non eſt: devotio autem manet in æternum. Cave ergo ne Chriſto opprobrio ſis. Nolo mihi quicumque maledicat, & quaſi peccatorem deſpiciat: quam grave, ſi Chriſtus dignum opprobrio ducat? *Væ tibi*, inquit, *Corozaim & Bethſaida.* [Luc. 10. 13.] Condemnantur; quia non egerunt pœnitentiam delictorum ſuorum. Nos ergo agamus, ut à nobis auferatur opprobrium. Quis autem eſt, qui non eſt opprobrio dignus? Qui exquiſivit Domini teſtimonia. Multi quidem ſunt qui volunt inferre opprobrium ſervis tuis, ſed ipſi ſunt magis probroſi; quia pro nomine tuo pati opprobrium, glorioſum eſt.

42. Et ideo ait: *Etenim ſederunt principes, & ad-* [ỽ. 23.]

a. Edit. *ſimilem honorem præſumit.* MSſ. ut in textu, paucis exceptis in quibus, *ſe*, ſcriptorum incuria omiſſum eſt.

*. *Facilius*, id eſt magis, & ad vocem, *acceptior*, refertur; eſtque pleonaſmus, qui non raro in latinis auctoribus deprehenditur.

b Edit. *Audi quem pro nihilo non habeat Deus.* MSſ. aliquot omittunt, *non*. vitioſe. Alii majori numero, ut in textu.

c. MSſ. hic præfixo puncto ſic habent: *Omnia quæ malitia ſunt, pro nihilo æſtimantur*; ubi non pauca quæ in textu legere eſt, prætermittuntur. Et certe nobis haud mediocriter id totum ſuſpectum eſt, videtur enim à quopiam interpolatum, qui non videret quo vox, *gentilitas* referenda eſſet, putatque gentilis præmittendam fuiſſe mentionem. Verum, *gentilitas*, hoc loco nihil, ut arbitramur, aliud eſt, quam nobilitas, ac proſapia; quomodo gentilitia inſignia, & ſtemmata vocitantur: immo hodieque etiam nobiles apud nos appellantur gentiles. Itaque *humilitati* de qua paulo ſuperius dicitur, hîc recte opponitur *gentilitas*. Sed cùm prædicta verba in omnibus editis habeantur, & non male explicari poſſint de gentili jam ad fidem converſo; eam ob rem illa loco movere non ſumus auſi.

verſùm me detrectabant. Vox martyris eſt, qui perductus ad judicium perſecutorum, còm cogeretur idolis immolare, & conſtanter reſiſteret: judices autem ſedentes in tribunalibus ſtipati [*] officus, iodignantes quod ſuis non obſecuodaretur imperiis, conferrent quo digoum ſupplicio cenſerent; ſtabat intrepidus dicens: *Sederunt principes & adverſùm me detrectabant.* Eſt etiam Domini vox iſta, cùm conveniſſet [a] preſbyterium plebis, & principes ſacerdotum & ſcribæ, & ad concilium Judæorum deductus eſſet dicentium: *Quid adhuc deſideramus teſtes; audivimus enim de ore ipſius*; & ſtaret ante præſidem, & duceretur ad crucem, quid pulcrius diceret, quàm: *Sederunt principes, & adverſùm me detrectabant*, hoc eſt, me ſtaote, ſederuot principes? Et quia tribuoalium fulcro ſublimes erant, Dominum non videbant. Sedebant ergo, eraot in faſtigio principarus, nec Principem principum cogitabant. Sed parum boc. *Adverſus me*, inquit, *detrectabant.* Ego eorum redemtor adveneram, ego veneram ut omnium peccata muodarem, ut recuperarem amiſſos, reſtituerem paradiſo ſancti Jacob hereditatem; & illi *adverſus me detrectabant.* Et ideo imitatores mei, diſcipuli mei, oolite injuriam erubeſcere ſi ſteteritis aote principes pro nomioe meo; cùm ego ſteterim pro veſtra ſalute.

Matth. 26. 65.

43. Deoique traditus in cuſtodiam Petrus cum ceteris apoſtolis, & poſtera die ſtatutus ante concilium cooſtanter dicebat: *Principes populi, & ſeniores Iſrael,* [b] *ſi nos hodie dijudicamur, quod benefactum ſit homini infirmo, in quo iſte ſalvus factus ſit; notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael, quod in nomine Ieſu Chriſti Nazareni quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, in hoc iſte adſtat coram vobis ſanus*, hoc eſt: Vos eſtis qui ſtatuiſtis & Chriſtum; gloriæ loco ducimus iſtam injuriam; quia arguimur pro ægroti hominis ſaoitate: hanc hereditatem ſervulis Salvator omnium dereliquit. At illi conferebant inter ſe diceotes: *Quid faciemus iſtis hominibus?* Et dimiſerunt eos. Gloriabatur ergo Petrus, & unuſquiſque apoſtolorum, quia digni babiti ſunt, qui injuriam pro Chriſti nomine ſuſtinereot. Recte ergo tunc dicereot ſioguli: *Etenim ſederunt principes, & adverſùm me detrectabant.*

Act. 4. 8. & 10. — Ibidem. 16.

44. Sederunt principes adverſus Eſaiam, & diſputaverunt ut ſecaretur: ſed ooo timebat eos qui dicebat: *Audite. . . . principes Sodomorum.* Sederunt adverſus Hieremiam ut mitteretur in lacum. Sederunt adverſus Zachariam, qui occiſus eſt inter templum & altare. Sederunt adverſus Suſannam, & cootra caſtitatis feminam judicabant: ſed ut oſtenderetur principum booum non eſſe cooſilium, excitavit pueri ſpiritum Dominus; & quam priocipes ream mortis pronuntiaverant, eamdem propbeta totius innoxiam criminationis abſolvit.

Eſai. 1. 10.

45. Sunt & alii principes, qui adverſus nos detrectant, de quibus dicitur: *Quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principatus & poteſtates, adverſus mundi hujus rectores, tenebrarum harum, adverſus ſpiritalia nequitia, quæ ſunt in cæleſtibus.* Iſti ſedent & exploraot, qui juſtus ſit in hoc ſæculo, qui Chriſtianus intente Deo ſerviat, ſtudioſus boni operis & facti. Detrectant de eo dicentes: Inſidiemur illi, impediamus eum, prohibeamus eum efficere quæ deſiderat, cooteramus ejus mentem, frangamus animum ejus adverſis frequentibus ac repentinis; & ſi Deo probatus eſt propter juſtitiam, rogemus dari nobis tentationes ejus. Neque eoim io tantum prophetam, tentationum ejus quas plurimas ſubiit, poteſtatem habere potuiſſeot, niſi Domious [c] probandi ſui militis cauſa dediſſet, ut majore eum gloria coronaret. [d] Quis igitur regem Saul excitavit in eum, niſi ſpiritus malus ſicut legimus, qui ſe dolebat excludi quotieſcumque David vel citharæ ſono, vel bonorum conſiliorum operumque fidibus ac oervis mentem regis aoimumque demulcebat? Quis excitavit Doecb Syri nequitiam, ut ſanctum virum proderet, & boſpitalem bumanitatem deduceret io periculum ſacerdotis? Quis inflammavit ardorem Ammoo, ut domum inceſtaret propbeticam, & contriſtaret animum patris, alterius ioceſta libidioe, alterius injuria: & qui aliis propbetabat, domus ſuæ mala prævidere non potuerit? Quis armavit furorem Abeſſalon, ut patrem domo excluderet, & parricidali perſequeretur prælio? Sed cùm prope viribus regoi jam eſſet ſanctus inferior, hoc uno incenſa adverſum ſe diaboli reſtinxit ſpicula, quod cùm filius necem peteret patris, ille tamen ſalutem filii pietatis mandabat affectu.

Epheſ. 6. 12. — 1. Reg. 16. 23. — 1. Reg. 22. 9. & 10. — 2. Reg. 13. 14. — 2. Reg. 15. 14.

46. Ergo principes populi, ut Architophel, & ceteri bellantium duces ſederunt. Tractabant principes popoli eum Abeſſalon adverſus Prophetam. Et ideo dicit: *Etenim ſederunt principes, & adverſùm me detrectabant: ſervus autem tuus exercebatur in juſtificationibus tuis.* Advertimus arma juſti, quibus omnes adverſariorum repellat impetus. Alibi ait: *Circumierunt me, & expugnaverunt me gratis: pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi; ego autem orabam:* hîc ait quòd ſtudium ei non exercendæ ad belli artes fuerit juventutis, non decipiendi adverſantis aſtutia ulla cordis; ut illum vioceret quem videbat: ſed adverſum eos præliabatur, qoos non videbat; majorque in eo pietas, quàm virtus corporis militabat. Itaque in Dei exercebatur juſtificationibus, ut contrario ictu diabolum vulneraret. Ille eum ab intentione juſtitiæ, & ſtudio devotionis, occupationibus bellicis conabatur abducere: bic magis ſe divioi operis & cultus meditationibus occupabat. Itaque Dominus protexit eum, in quem ſperavit, cum quo loquebatur, cui toto adhærebat affectu. Juſtus enim aut cum Deo loquitur orando, aut

2. Reg. 15. 5. — 2. Reg. 15. 31. — Pſal. 108. 3. & 4.

*. *Officus*, hoc eſt, officialibus; ut operas pro operariis dicimus. Officia autem in Jure ſæpius miniſtros & apparitores præſidum & procuratorum fiſci ſignificant. Vide Briſſonium de Verb. ſignif. in voce *officium*.

a. Ita edit. cum mſſ. Navar. uno, & Aud. Reliqui autem mſſ. *preſbyterorum plebis*. Quod minime diſplicet; tum quia ſic opponuntur, *principibus ſacerdotum*, tum quia, *plebs* idem ſæpe ſonat ac multitudo, grex, & ſimilia.

b. *Si nos hodie*, & quæ ex eodem Scripturæ loco ſequuntur, omittuntur in pleriſque omnibus mſſ. Sed hoc antiquariorum compendio ſtudentium feſtinationi tribuendum eſt.

c. Rom. edit. in corpore, ac vet. in marg. *probandi ſui militis anſam dediſſet*. Vet. in corpore cum mſſ. nonnullis. . . . *cauſam dediſſet*. Alii mſſ. melioris notæ . . . . *cauſâ dediſſet*. Optime; ſiquidem hic ſubintelligendum eſt, *tentationum ejus poteſtatem*, quod ſuperiori membro exprimitur.

d. Cod. Vind. *Quis igitur in rege Saul excitavit vim ſpiritus mali.*

divina

divina loquitur opera laudando: & ſemper loquitur opera Dei; ne loquatur os ſuum opera hominum. Nihil terrenum juſtus loquitur, nihil mortale agit.

4. 47. Ideoque dicit. *Etenim teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilia mea juſtificatio tua.* Advertis quid doceat, quod hæc debeant eſſe conſilia juſti, ut meditetur mandata Dei, & exerceatur in Dei laudibus & oraculis; ut juſtificet Dominum ſemper. Qui facit quæ Deus mandat, quæ credit Deo placere, Deum juſtificat. Quod ex lec-
Luc. 7. 30. tione Evangelii poſſumus intelligere, dicente Evangeliſta, quia phariſæi ſpreverunt conſilium
a Dei, non baptizati baptiſmo [a] Johannis. Hoc in uno libro, in alio autem habes: non juſtificaverunt Deum, quia baptizari noluerunt. Ideo Do-
Matth. 3. 14. & 15. minus ad Johannem dicentem: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me*; reſpondit: *Sine modo; ſic enim oportet nos implere omnem juſtitiam.* Qui ergo facit mandata Dei, juſtificat Deum; quia facit ejus juſtitiam: & bonum eſt ut conſilium Dei ſequantur hominum conſilia; quia Dei conſilium certum ſemper: noſtra autem plerumque incerta conſilia ex rerum probantur eventu.

SERMO QUARTUS.

ד Daleth.

1. Quarta littera ſecundum Hebræos *Daleth*, ſignificat latine timorem, vel (ut alibi invenimus) nativitatem. Sed utrumque poteſt congruere & convenire ſenſu. Nativitas enim eorum eſt quæ generantur in hoc ſæculo, per quam intelligimus corporalia & materialia, quæ ſunt caduca, & ideo à timore non diſtat; ex corporalibus enim & materialibus naſcitur timor. Quid enim eſt terrena nativitas, niſi timor?

℣. 25. 2. Denique inde cœpit verſus: *Adhæſit pavimento anima mea: vivifica me ſecundùm verbum tuum.* Per pavimentum terram intelligimus, per terram materialia. Peccatori autem dictum eſt:
Geneſ. 3. 19. *Terra es, & in terram ibis*; eo quod divinis mandatis inhærendum non putaverit: ſed in materialia & corporalia deflexerit, cui impreſſa fuerit vitæ hujus ſæcularis delectatio. Denique ejectus
a [a] de paradiſo, hoc eſt, ex illo ſublimi & cæleſti loco, ad quem raptus eſt Paulus ſive in corpore, ſive extra corpus neſciens: ex illo ergo eminenti loco dejectus in terram, deploret Adam dicens: *Adhæ-*
Pſal. 43. 25. *ſit pavimento anima mea*; ſicut alibi ait: *Humiliata eſt in pulvere anima mea, & adhæſit in terra venter meus.* Pœnitentiam gerentis hæc vox eſt, qui meminiſſet adhærentem ſe Deo neſciſſe, nec potuiſſe diſcernere (quod non diſcrevit & Paulus) 2. Cor. 12.
utrum in corpore eſſet, an extra corpus; ita infirmitatem, pigritiamque corporis minime ſentiebat, cui Domini adhærebat præſentia. Spiritus ergo propheticus, qui dolorem expreſſit, vel Dominus qui ſuſcepit ejus infirmitatem, perſonam repræſentat Adæ, & adſumit ejus affectum.

3. Loquatur ergo Adam: *Adhæſit pavimento anima mea.* Qui ante beatiſſimus auram carpebat ætheream, curas vitæ hujus & tædia neſciebat, is nunc ſollicitudine mundi hujus, luxuriæ ſtudio, pecuniæque cupiditate curvatus, ut vulpis foveis ſe inſerit, latibuliſque terreſtribus. Meritò adhærebat pulveri, qui ſe levare non poterat, niſi eum ſupra crucem ſuam Chriſtus levaſſet. Meritò adhærebat pavimento qui ſe abſcondebat à Chriſto. Non adhæret pavimento, cui dicit Jeſus: *Sequere me.* Non adhæret pavimento, Johan. 1. 43.
qui audit & ſequitur Legem dicentem: *Poſt dominum Deum tuum ambulabis, & ipſi adhærebis.* Deut. 10. 20.

4. Quomodo ergo pavimento adhæreat unuſquiſque, quomodo Deo, audi dicentem: *Qui ad-* 1. Cor. 6.
hæret meretrici, unum corpus eſt .... qui autem ad- 16. & 17.
hæret Deo, unus ſpiritus eſt. Terra iſta quam gerimus, meretriciis quibuſdam nos illecebris capit, & quaſi vultus quoſdam voluptatum, corporalium delectationum fucis illinit; ut lateat in his veritas, & [b] forenſi quadam ſpecie decipiant ap- b
propinquantes. Sed cùm interiorem oculum mentis ad tempus obduxerunt, poſtea tamen decuſſo velut quodam pulvere voluptatum hujuſmodi decore, quàm ſit inanis gratia ſæculi hujus aut corporis facile deprehenditur.

5. Bonum eſt igitur adhærere Domino, nec inflexam cervicem habere ad jugum mundi. Ideoque Eccleſiæ, vel forti animæ dicit Sapientia: *Si-* Cant. 4. 4.
cut turris David cervix tua, quæ ædificata eſt in Thalpioth: [c] mille oſtia pendent in ea, omnia jacula poten- c
tium. Erecta enim ad Deum cervix, & jugo Chriſti habilis, quæ nulla in terras illecebrarum inflexione curvetur, ſicut Chriſti regalis eſt turris, cui jugum ſuum Nabuchodonoſor non poſſit imponere. Condidit enim turrim illam David, ille manu fortis, & ſupra murorum ædificavit excelſa; ut ſubſidio pariter & decori ſit: ſubſidio, quia hoſtem prævidet & repellit: decori, quia non ſolum inter humilia, ſed etiam inter excelſa ſupereminet. Ita tamen ſubſidio, vel decori, ſi habeat in ſe verbi dogmata velut quædam phalerarum

a. Ita cuncti mſſ. ac vet. edit. At Rom. ſola, *Johannis: publicani autem juſtificaverunt Deum baptiſati ab eo.*

a. Ubicumque fere Ambroſius de expulſione Adami è paradiſo, vel de raptu Pauli in paradiſum loquitur, unum & eumdem locum eſſe ſignificat; ut intelligere eſt è cap. 1. lib. *De Paradiſo*, num. 1. aliiſque locis. Unde, ut ait Sixtus Sen. lib. 5. Bibl. annot. 35. colligere ſibi videntur nonnulli illum in duobus à recepta theologorum ſententia recedere. Nam primo, inquiunt, paradiſi locum ponit in tertio cælo: deinde rem totam ad meras allegorias redigit. Quod ad primum attinet, fatemur quidem difficulter ejuſdem verba in alium ſenſum traduci poſſe: at in ejuſmodi re error non ita periculoſus eſt; cùm præſertim de paradiſo ſic pronunciaverit Auguſt. lib. 8. De Geneſ. cap. 21. *Credendum eſt quod locus paradiſi à cognitione hominum eſt remotiſſimus.* Quod vero ad ſecundum, contendimus ipſum pluribus locis ea dicere quæ hiſtoriæ veritatem juxta naturalem intelligentiam ſupponant; ut cùm cap. 1. lib. *De paradiſo*, num. 5. ait: *Intellige etiam quod non eum hominem, qui ſecundum imaginem Dei eſt, ſed eum qui ſecundum corpus; incorporalis enim in loco non eſt.* Expende pluries alios locos ejuſdem libri, atque inprimis cap. 10. num. 47 & 48. nec non cap. 12. num. 59. & 60. Hinc procul dubio intelliges Doctorem ſanctum de veritate hiſtorica paradiſi terreſtris non dubitaſſe: ſed eum cùm cap. 2. prædicti libri num. 11. integrum relinquit, ut quibus libuerit, totam illam hiſtoriam allegorice interpretentur, id feciſſe per quamdam conceſſionem; quemadmodum clare demonſtrant illa verba: *ne ſermone*, inquit, *noſtro videantur offendi*, & quidquid in eodem capite memorata verba antecedit, valide confirmat. Ceterum cùm Auguſtinus hunc librum contra Julianum ad adſtruendum peccatum originale laudaverit manifeſto intelligitur illum vacuum eſſe erroris ejus qui mirum in modum favebat Pelagianis. Jam nonnihil hac de re ad eumdem locum adjecimus; & forte in epiſt. ad Sabinum aliquid adhuc adjiciemus.

b. Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *forenſi quadam ſpecie decipiat.* Alii melius ... *decipiant*, ſcilicet illi *vultus voluptatum.* Eſt autem hic *forenſis ſpecies* non ſimpliciter exterior & quæ foris videtur, ſed compoſita ad inſtar mercium quæ in foro ita collocari ſolent, ut alliciant oculos adventantium.

c. Ita vet. edit. cum pluriſque ac melioribus mſſ. Rom. autem cum aliis, *mille clypei pendent in ea.* LXX. interp. χίλιοι θυρεοὶ κρέμανται ἐπ' αὐτῷ. Sed inde orta varietas eſt, quod ſ᾽ιγνι oſtia & clypeos ex æquo ſignificet.

inomilia, habeat eriam jacula potentium prophe- A
tarum, quæ adverſus omnem extollentem ſe al-
titudinem lacertis quibuſdam fidei diriguntur.

6. Noli igitur in pulverem mortis deducere
animam tuam, cui Dominus etiam naturalem al-
titudinem tribuit, & vigorem quo ſe excitet &
adſurgat. Unde etiam de hac conjunctione ani-
mæ & corporis dictum opportune accipitur; eo
quod in naturali vitæ noſtræ myſterio connexa
anima corpori velut humi reptet, & pavimento
adhæreat: partim propter hoc terrenum habita- B
culum, partim quia corpus iſtud è terra eſt. Et
regionis igitur diverſorium, & materia ipſa cor-
poris noſtri huic concurrit ſententiæ. Ideoque
Rom. 7. 24. pulcre Apoſtolus de mortis hujus corpore libe-
rari cupit; quia carcere quodam claudimur, &
in quodam luxuriæ gurguſtio ſiti, tenebris involvimur
delictorum.

7. Ergo ſecundum voluntatem Dei ambule-
mus, ut adhærere dicamur Deo. Nam qui ſecun-
dum corporis appetentiam vivit, caro eſt: qui ſe- C
cundum præcepta Dei, ſpiritus eſt. Non ergo fiat
anima noſtra caro, hoc eſt, ut dicamur caro, ſicut
& illi qui in diluvio perierunt, de quibus dictum
Gen. 6. 3. eſt, *Quia caro ſunt*: ſed magis caro noſtra obe-
diens animæ gubernaculo, fiat anima, & hoc ap-
pellari mereatur nomine, ſicut appellata eſt fa-
milia patriarchæ Jacob, & generationis ejus ſanc-
Gen. 46. 25. & 26. ta poſteritas. Sic enim ſcriptum eſt: *Hi filii Bala
quam dedit Laban Rachel filiæ ſuæ, & peperit hos Ja-
cob, animas ſeptem.* Et alibi: *Omnes autem animæ quæ* D
*intraverunt cum Jacob in Ægyptum, quæ exierunt de
femoribus illius, præter mulieres*, inquit, *& ſexaginta
Exod. 1. 5. ſex.* Et in principio Exodi legimus: *Erant autem
omnes animæ de Jacob quinque & ſeptuaginta qui
erant cum Jacob.* Ergo illi qui habitabant cum Jo-
ſeph, & de Ægypto exierunt, animæ ſunt.

* 8. Qui autem cùm eſſent * Angeli Dei, hoc eſt,
vitæ probitate Angelorum imitantes gratiam
(qui enim non ducunt uxores, & quæ non nu-
bunt, erunt ſicut Angeli in cœlo) qui ergo cùm E
Angeli viderentur, capti ſunt decore femineo,
Gen. 6. 3. hi caro ſunt, ſicut dominus Deus dixit: *Non perma-
nebit ſpiritus meus in hominibus iſtis in æternum,
propter quod caro ſunt.* Et merito expertes libidinis
Angelis comparantur: caro non ſunt in carne,
ſed in ſpiritu; quales erant illi qui doctorem
Rom. 8. 9. Apoſtolum ſequebantur, quibus ait: *Vos autem
non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.* Qui autem corpo-
rea feminarum capiuntur libidine, caro ſunt: at-
que utinam caro tantum, & non etiam equi ad- F
Hier. 5. 8. hinnientes; *quia in uxorem*, inquit, *proximi ſui ad-
hinniebant.*

9. Rogat ergo qui dejectionem animæ ſuæ
ſentit ad pavimentum uſque curvatæ, ut vivifi-
cetur ſecundùm verbum Dei, quod animas ad
ſe trahit quaſcumque, & miſeratione ſui levare
cupiens abducit à terris. Vivificatur autem ani-
ma; quæ vias ambulat Chriſti, peccato mortua
Deo vivens; ita ut mors peccati dominatum in ea
poſt hæc habere non poſſit, poſteaquam conſe-
pulta cum Chriſto juſtificata eſt à peccato. Sed
A qui juſtificari cupit, vias ſuas ante pronuntiet.

10. Ideoque ſecundo verſu ait: *Vias meas pro-* ℣. 26.
nuntiavi, & exaudiſti me: doce me juſtificationes tuas.
Pulcro ordine ad juſtificationes Dei pervenien-
dum putat; ut primum ſua peccata fateatur. Sic
enim docemur & alibi: *Dic iniquitates tuas, ut* Eſai. 43.
juſtificeris. Itaque ſcire debemus, quid ſit vias ſuas 26.
ambulare hominem, & vias Dei. Qui facit volun-
tates carnis, & vivit ſecundum concupiſcentiam
mundi hujus, vias ſuas ambulat, quibus delectatur
B & gaudet. Qui autem venit voluntatem facere
Patris ſui qui in cælis eſt, cujus cibus eſt ut man-
datum Dei compleat: qui non quærit quod ſibi
voluptati ſit, ſed quod placeat Deo; ille viam Do-
mini pergit, illam viam quæ ait: *Ego ſum via, ve-* Johan. 14.
ritas, & vita. Vides ergo quia ille vivit ſecundùm 6.
verbum Dei, qui viam ambulat Chriſti. Ipſe
etiam dominus Deus in Deuteronomio docet,
quomodo in viis ſuis ambules, dicens: *Et nunc, Iſ-* Deut. 10.
rael, quid dominus Deus petit à te, niſi ut timeas do- 12. & 13.
C *minum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & dili-
gas eum, & ſervias domino Deo tuo ex toto corde tuo,
& ex tota anima tua cuſtodias mandata ejus, & juſ-
titias ejus.* Liquet igitur alias vias eſſe carnis, alias
Dei: & ſi quis velit ambulare vias Dei, ſciat ei
prius eſſe vias carnis, & corporis, & ſæcularis ſa-
pientiæ deſerendas.

11. Relinquens itaque eas David, pronuntiat,
& apud Deum non tacet. Confitetur errores,
non tacet lapſus. Simile illi hoc dixit: *Annuntia-* Pſal. 31. 5.
D *bo adverſùm me iniquitatem meam Domino.* Si enim
ſe accuſaverit juſtus, vocem parati accuſatoris
excluſit, qui ſolet acerbare peccata, & uniuſcu-
juſque exaggerare flagitia. Obſtruit ergo os ejus,
qui ipſe de ſe fuerit ante confeſſus, & præſtruit
veniam confitentis. Verecundia excuſat reum,
pudor ſuus accuſat * auctorem. Qui enim ſua de- *
licta non tacuit, videtur in ſe doluiſſe quod fecit,
in diabolo prodidiſſe quod ſuaſit. Ideoque ait
Scriptura: *Juſtus in exordio ſermonis accuſator eſt ſui.* Prov. 18.
E Qui ſe accuſat, etſi peccator eſt, juſtus eſſe inci- 17.
pit; quia nec ſibi parcit, & Dei juſtitias confite-
tur, quem putat latere nihil poſſe. Utinam Adam
ſe prius accuſare, quam celare voluiſſet. Sed non
ſatis eſt ut confiteamur errorem: verum etiam ſi
corrigi volumus, à Domino poſtulemus, ut doceat
nos juſtificationes ſuas; ne poſtea errare poſſimus.
A Domino igitur doceri petit, quia unus eſt ma- Matth. 23.
giſter noſter, ut ait Chriſtus. Nec otioſe hoc pe- 18.
tit; non enim ille beatus quem docet homo: ſed
F quem tu erudieris, Domine.

12. Ubique meminit ſui, nec putat ſatis eſſe, ut
doceat eum juſtificationes ſuas dominus Deus
noſter, ſed addidit: *Viam juſtificationum tuarum* ℣. 27.
inſinua mihi, & exercebor in mirabilibus tuis. Vide
ordinem. Prius eſt ut diſcamus Domini juſtifica-
tiones, deinde ut gradus quoſdam juſtificatio-
num & ordinem noverimus, quid prius, quid con-
ſequens eſſe debeat. Nam ſcire quid facias, & or-
dinem neſcire faciendi, non eſt perfectæ cogni-
tionis: offendunt plerumque præpoſtera. Deni-
que juſtus eſt, qui ſe in exordio ſermonis accuſat:

*. Hoc loco videtur Ambroſius accedere ad eorum ſententiam à quibus initium 6. cap. Gen. de filiis Seth accipitur: cùm idem ipſe illud de angelorum cum mulieribus concubitu ſæpius expoſuerit; ut docuimus ad cap. 4. lib. *De Noe & Arca.* num. 9. immo & infra ſerm. 8. ℣. 64. Ceterum angelos ob ſuperbiæ peccatum è cælo fuiſſe deturbatos apertè docet infra ſerm. 7. ℣. 52. & 16. ℣. 122. hujus operis; atque alibi.

*. Auctorem ſeu impulſorem Diabolum hic intelligi ſatis declarant ſequentia.

injuſtus autem, qui quod prius negaverat, confitetur. Ille verecundiæ inveoit gratiam: hic notam incurrit impudentiæ. Ita ordinis ignorantia conturbat negotiorum naturam, formamque meritorum. Ille autem qui didicerit primò myſteria Dei, deinde ordinem myſteriorum, exercetur in mirabilibus Dei.

13. Græcus [a] ἀδολεσχήσω poſuit: quod dicit latinus, hallucinabor. In quo videtur eſſe aliqua ſermonis offenſio ſecundum vulgarem conſuetudinem; quia ἀδολεσχῆσαι vulgo æſtimatur, vel hallucinari, vel plus quam oportet aliquid loqui, & [a] ſuperfluum videri, quod audienti faſtidio eſt: & videtur eſſe præter ordinem, cùm ordo rerum videatur adferre faſtidium; ut ſi cauſam velis enarrare aliquam, & ordinem ſerves, auditor autem ad rerum feſtinet exitum, ſuperiora faſtidit. Sed non poteſt plene inſtrui, niſi qui ordine ſui cuncta cognoverit. Inde non ſolum factum deprehenditur, ſed etiam facti pondus, & facientis affectus. Ideoque David quaſi bonus ſui judex atque arbiter, prope uſque ad faſtidium vult doceri, & vel ſuperfluo immorari tempore, quam neceſſarium ordinem præterire; ἀδολεσχία enim vel hallucinatio videtur longa quædam eſſe meditatio, & moroſa quædam mentis intentio: à quo non longe abeſt exercitium, vel animi, vel corporis. Nam ut ille qui exercet membra ſua palæſtrâ, diutius exercet, ut roboret: ita qui exercet mentem in ſcripturis divinis, vel in conſiliis, diutius exercere debet.

Gen. 24. 63. 14. *Exivit in campum Iſaac.* Græcus dixit ἀδολεσχῆσαι: Latinus deambulare, vel exerceri. Rebecca veniebat: typus in ea præfigurabatur Eccleſiæ: parabantur nuptiæ, in quibus ſacramentum foret magnum. Videns Patriarcha illa myſteria, exivit in campum, diffundens acrimoniam ſuæ mentis, & deambulans in innocentia cordis ſui. Diverſis utique cogitationibus exercebat animum, & in mirabilibus myſteriis delectabatur: cujus ut imitator evaderet ſanctus Propheta, doceri juſtificationes Dei, & viam juſtitiarum cæleſtium cognoſcere geſtiebat; ut non dormiret anima ejus ſæculi iſtius ſomnum; nec mundanæ captus vanitatis illecebris, à perſequenda veritatis intentione difflueret.

15. Qua ratione ergo doceri velit, ſubtexuit
℣. 28. dicens: *Stillavit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.* Aliqui codices habent, *dormitavit*; quia ἐνύσταξεν & ἔσταξεν duabus litteris diſſonant. Potuit interpres vel antiquarius ſcriptor hîc falli: νυστάζειν dormire eſt, στάζειν ſtillare. Perfectior non dormitat, qui divinis animum intendit
Pſal. 131. 4. myſteriis. Denique ipſe alibi dicit: *Si dedero ſomnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem.* Sed vigilat ſemper; & ſi caro dormit, cor vigilat. Non ergo dormiebat, qui templum condere Domino cogitabat verborum cæleſtium exædificatione, non lapidum. Verbum enim Dei repulſorium tædiorum eſt, quo ſomnus animæ, ſopor mentis excluditur. Ex triſtitia enim & ſollicitudine ſæcularium ſomnus irrepit. Qui autem adhæret Deo, curarum fugitans, voluptatem capit cognitionis æternæ, nullam illic mutationem rerum ſæcularium pertimeſcens.

16. Qui facilioribus igitur laborum utuntur compendiis, *dormitavit*, accipiunt: ſed Origenes qui multorum interpretationes diligenti diſcuſſit indagine, *ſtillavit*, ſecutus eſt; eo quod perfecti anima quaſi bene compoſita & confirmata non ſtillat, ut faſtigia culminum quæ bene tecta atque munita ſunt: ceterum incompoſita cito ſtillant. Inde uſurpatum eſt: *Stillicidia ejiciunt hominem in die hyemali de domo ſua;* [b] in quo frigoris aſ- *Prov. 27. 15.*
peritate, & frequenti aeris mutatione tentamur.
Denique docemur providere, ne fuga noſtra fiat *Matth. 24. 20.*
hyeme vel ſabbato. Probatos enim jam nos dies debet reperire vel judicii, vel mortis; ne viduatos viriditatibus proſperorum, & omni ſpoliatos ſecundorum flore ſucceſſuum exitus mortis inveniat.

17. Caveamus ergo ne unuſquiſque noſtrum ejiciatur de ſtatu mentis ſuæ, & naturali quadam manſione, ſi habeat foramina manſionum, è quibus fluentia ſtillicidia tamquam ex fundamentis ſubruant hominem nulla ſapientiæ ſoliditate fundatum. Ideoque ait Propheta: *Fili, ne defluas.* *Prov. 3. 21.*
Confirmanda eſt igitur anima noſtra, ne ſtillet; & individuâ virtutum compage ſolidanda, ut poſſit Regis æterni ſervare myſterium. Ceterum is quicumque eſt facilis in verbis, velut plenus rimarum, hac atque illac effluens, interiora evacuat ſua, & exterioribus paſſionibus inundatur, tegere ſe neſciens, nec tenere verbum quod acceperit:
ſicut ſancta Maria quæ conſervabat omnia verba *Luc. 2. 51.*
in corde ſuo, ne quid ex ejus [c] corde deflueret.

18. Tali ſe munitam dote virtutum Eccleſia loquitur; ut digna videatur in cujus invitatus Sponſus ſuccedat hoſpitium. Hinc primum ſe præſumit eſſe placituram, ſi bene tectam, & fida
ſervantem ſilentia Chriſtus adſpiciat. *Ecce es,* inquit, *formoſus conſobrinus meus, & quidem pulcher: adclinatio noſtra opaca, trabes domorum noſtrarum cedri, lacunaria noſtra cupreſſi.* *Cant. 1. 15. & 16.* Laudat Sponſi decorem Eccleſia, quem plus unuſquiſque tacito laudat affectu, & fidus myſteriorum interpres tacendo plus prædicat. Nam qui arcana divulgat, imminuit Chriſti decorem. Ideo nemo mittat margaritas ſuas porcis; ne conculcari faciat ornamenta pretioſa. Non ergo in tabernaculo loquacis & garruli; quia in multiloquio peccatum admittitur: ſed in viri ſerii, qui ſit parcus alloquii, nec ſermonis intemperans, & verborum ſobrietate temulentiam loquacitatis evitans, caput ſuum Chriſtus inclinat.

19. Et merito opacam ſignificat adclinationem; quia in Eccleſia conſtitutos virtus obumbrat Altiſſimi. Hac umbra David protegi ſe poſ-
tulabat; ne eum per diem ſol ureret, vel luna per *Pſal. 120. 6.*
noctem. Hanc umbram ſpiritalis miniſtrat gra-

a. Varietates circa hanc vocem, & alias ejuſdem interpretationes reperias licet in lib. *De Iſaac & Anima.* cap. 1. num. etiam 1. & infra Serm. 21. ℣. 83. De quo verbo vide quoque Auguſt. lib. 1. quæſt. in Gen. quæſt. 69.

a. Edit. ant. in texto, *ſuperfluum videre*; in marg. autem, *ſuperfluum dicere*; quam lectionem Rom. in textum tranſtulit. Mſſ. vero nobiſcum faciunt. Rurſus cunctæ edit. *& ordinem non ſerves.* Melius mſſ. expungunt negationem. Etenim hic oſtenditur ordinem, cùm religioſius ſervatur, tædium adferre auditori; ut docet ipſa ratiocinatio. Et hoc congruit cum Horatii præcepto in Arte poet. ubi narrationem tradit ſemper ad eventum feſtinare debere.

b. Edit. omnes ac pauculi mſſ. *in quo frigoris aſperitate*. Alii numero majori, *in quo* &c. Melius; refertur enim ad ante edentia, *in die hiemali*. Rurſus poſt pauca ubi omnes mſſ. ac vet. edit. *Probatos enim*; repoſuerat edit. Rom. *Paratos enim* &c.

c. Omnes edit. *ore deflueret.* Omnes mſſ. *corde deflueret*

tia torrida ſæculi hujus, & mundi æſtiva fugienribus. Opaca igitur adclinatio Chriſti & Eccleſiæ, quibus Dei Patris æterna illa requies adſpirat. In hac ergo requieſcamus umbra, peccatorum noſtrorum æſtibus fatigari. Si quos aduſſit libido, hos Domini crux refrigeret, in qua ſe reclinavit, ut noſtra delicta ſuſciperet. Si quos culpa laſſavit, hos Jeſus gremio ſuſcipiat ſuo, & molli foveat amplexu. Unde audeo dicere quod caro Chriſti adclinatio ſit Eccleſiæ.

20. *Trabes domorum noſtrarum cedri.* Cedri ſpecie, majorum qui juſti fuerunt, gloria declaratur; juſtus enim ut palma florebit, & ſicut cedrus quæ in Libano eſt, multiplicabitur. Sicut enim cedrus non putreſcit: ita nec majorum gloria ullâ vetuſtate corrumpitur.

21. *Lacunaria noſtra cupreſſi.* Genus hoc arboris numquam amittit viriditatem ſuam: hyeme juxta, vere, atque æſtate comam paſcit, nec diverſo colore mutatur. Solam hanc arborem ventus ſuo numquam honore deſpoliat: ſola numquam veteri exuitur amictu, aut novo flore veſtitur. Sic apoſtolica quoque gratia neſcit defectum: ſed vetuſtate ſui floret. Anima ergo corrumpi neſcit, quæ florentibus meritis vigens, ſemper juſtitiæ ceterarumque virtutum culmina patienti magnanimitate ſuſtentat. Et ideo non defluit, neque deficit; quia nihil in ea rimoſum eſt ac remiſſum, nihil mobile, nihil lubricum, nihil quod vitio ſermonis ex ea poſſit effundi. Ideoque confirmari ſe
Pſal. 72. 2. petit in verbis ſuis Propheta; ne moveantur pedes ejus, ne effundantur greſſus ejus. Quæ ſi quis recto vigeat corde, non patitur, ſed radicatus atque fundatus adverſus omnes paſſionum fluctus immobilis perſeverat.

℣. 29. 22. Confirmatus igitur in verbis ait: *Viam iniquitatis amove à me: & lege tua miſerere mei.* Non dixit: Amove me à via iniquitatis; ſed, *Viam iniquitatis amove à me*; quaſi in nobis ſit, & nobis ineſſe videatur. Quamdiu enim exercemus aliquid improbum, via iniquitatis interius manet, & non recedit à nobis; ideoque ſtudioſe agamus, ut eam à nobis ſeparemus. Sed quia hereditarium iniquitatis glutinum mentibus inhæſit humanis, opus eſt liberantis auxilio. Precare & tu, & dicito: Infelix ego homo, quis amovebit à me iniquitatis viam? Gratia Dei per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum. Et pulcre viam dixit iniquitatis, non iniquitatem; eo quod non quaſi naturalis iniquitas ſit in nobis, ſed majorum poſt peccata currentium ſit adtrita veſtigiis.

23. Meritoque quia vulnus grande, ac vetus eſt, & diu ſerpens, perfectioris medicinæ remedia depoſcit, obſecrans ut Domini legitima miſeratione curetur. Cito enim refricatur vulnus, quod ſanatum medicinæ lege non fuerit; immo etiam ſeriorem curatio ſentit profectum. Ideoque ſi virus in interiora proſerpit, medicamenta foris appoſita non ſentit. Exigit ergo medicinæ ratio, ut aut ſectione, aut aduſtione curetur. Niſi enim putrefacta recidantur, aut humor inutilis decoquatur, fruſtra medicinæ manus adhibentur ad vulnera. Ideoque bonus medicus hujuſmodi ægrum

A legitime dicit eſſe curandum; ut poſſit medicina proficere. Lege ergo miſeretur, qui cum juſtitia ſapientiaque miſeretur; ut ea dimittat quæ ſcit jure poſſe dimitti; ne cùm alterius miſeretur, ſe ipſum legi faciat obnoxium. Agag poſtquam miſeratione donatus eſt, fecit peccare Saul. Peccavit enim in ipſa miſericordia, & ideo peccavit poſt miſericordiam.

24. Conſideremus etiam, ne & ipſum deteriorem faciamus, cujus miſeremur injuſte. Plerum-
B que enim non coercere delinquentes [a] majoris auctoritatis eſt, quam ſi ulciſcaris. Traduntur enim in paſſiones ignominiæ, quicumque aliquid inhoneſtum commiſerunt, nullumque culpæ pretium ferunt. Denique eos qui cognitorem Deum ſuorum ſcelerum non putabant, & quaſi ſine judice & ſine lege vivebant, *Tradidit illos*, inquit, Rom. 1. 28.
Deus in reprobum ſenſum; quia elegerunt viam iniquitatis: viam autem veritatis eligere noluerunt.

25. Sed Propheta qui ſincero converti voluit
C affectu, *Viam*, inquit, *veritatis elegi: judicia tua non* ℣. 30.
ſum oblitus. Non poteſt hoc dicere, qui errat in dogmate. Non poteſt arrianus dicere, non poteſt ſabellianus, non manichæus: non poteſt dicere avarus, qui ſæcularia & materialia concupiſcit: non poteſt dicere qui negotiatur; non eſt enim via veritatis habendi ſtudium, cupiditas poſſidendi. Quomodo via veritatis, cùm ille dives in ſæculo nequeat ſecum ſuas transferre divitias, & incipiat mendico illo Lazaro egentior eſſe poſt
D mortem? Non eſt via veritatis honor ſæculi, ſollicitudo mundi. Denique qui viam veritatis elegit, paulo poſt dicit: *Averte oculos meos, ne videant* Inf. ℣. 37.
vanitatem. Vanitas temporalium eſt, veritas æternorum. Si volumus igitur ambulare viam veritatis, peregrinemur ſæculo magis quam Deo, & ambulemus per fidem. Qui enim per fidem ambulat, Deo præſens eſt: qui ambulat per ſpeciem, adeſt ſæculo, peregrinatur à Domino: ſed hic cito confunditur.

E 26. Unde refugus ab hujuſmodi viro dicit David: *Adhæſi teſtimoniis tuis, Domine; ne confundas* ℣. 31.
me. Adhæret teſtimoniis Domini qui ejus mandata non reſpuit, judicia non obliviſcitur, nec voluptatibus indulget ſuis. Qui adhæret Domini teſtimoniis, renuntiat mundo, poſteriora obliviſcitur, ad priora contendit; ut perveniat ad bravium, quod eſt inſigne victoriæ. Non ergo confunditur, quem mundi hujus illecebroſa non ceperint: non confunditur, etiamſi erubeſcen-
F da commiſerit, qui veniam delictorum poſcit à Chriſto. Ideoque reſpondetur ei: *Dimiſſa ſunt tibi* Luc 7. 48.
peccata tua . . . vade in pace. Sed ita non confun- & 50.
ditur, ſi fuerit in eo operata peccatorum remiſſio; ut non ſolùm peccata, ſed etiam peccandi affectum auferat. Juſtitia remittat iniquitates, fortitudo timorem, temperantia impuritates, ut non ſolum temporalis, ſed etiam perpetua fiat remiſſio peccatorum. Intret in animam tuam Chriſtus, inhabitet in tuis mentibus Jeſus; ut in tabernaculo virtutis peccato locus eſſe non poſſit.

27. *Viam*, inquit, *mandatorum tuorum cucurri,* ℣. 32.
cùm dilatares cor meum; Neque enim poterat viam

a. Ita vet. edit. & cuncti mſſ. Rom. autem edit è margine unius cod. Vat. *majoris auſteritatis eſt.* Non male, ſi ſpectetur ſenſus. Verum cùm omni alio ſuffragio deſtituatur, dicendum eſt id hoc loco ſignificari quoſdam eſſe qui dum crimen condonant, ut auctoritatem oſtentent ſuam (non enim inferiorum judicum, ſed principis eſt veniam concedere) reis plus noceant impunitatis indulgentiâ, quam ſi in eos ſevere animadverterent.

currere, ſi cor ejus coartaretur anguſtiis. Deni- A
2. Cor. 6. 13 & 14. que currentibus viam Domini ait Apoſtolus: *Di-
latamini & vos, & nolite jugum ducere cum infideli-*
Ibidem 11. *bus*. Et de ſe ait: *Os noſtrum patet ad vos, ô Corinthii,
cor noſtrum dilatatum eſt*. Ideo & de Salomone di-
3 Reg. 4. 29. citur: *Latitudo cordis ejus, ſicut arena maris*. Et
vide diſtantiam: via ſit anguſtior, cor latius, ut Pa-
tris, & Filii, & Spiritus ſancti ſuſtineat manſio-
nem; ne veniat Verbum Dei, & pulſet, & videns
cordis ejus anguſtias, dedignetur habitare. De-
nique ſapientia in exitu canitur, in plateis autem B
cum fiducia agit. Plateæ latæ ſunt. Non igitur in
viis, ſed in cordis latitudine ſapientia decanta-
tur. In hoc igitur campo interioris hominis, non
in anguſtiis mentis currendum nobis eſt, ut com-
1. Cor. 9. 24. prehendamus. Scriptum eſt enim: *Sic currite, ut
omnes comprehendatis*. Denique comprehendit, qui
2. Tim. 4. 7. ita cucurrit, ut diceret: *Curſum conſummavi*; cucur-
rit enim ut bonus equus.

28. Siquidem habet equos ſuos Chriſtus, de
Habac. 3. 15. quibus dicit Propheta: *Immiſiſti in mari equos* C
tuos, turbantes aquas multas; eo quod gentium po-
pulos, qui moventur ut aquæ multæ, & excitan-
tur ut fluctus aquarum multarum, evangelizan-
do commoverint apoſtoli; ut adſurgentes à ter-
renis idolorum cæremoniis in Chriſtum crede-
Habac. 3. 8. rent. Et ſupra ait: *Adſcendis in equos tuos: equitatus
tuus ſanitas*. O bonorum equorum duodecaju-
gum mirabile, quibus fræna pacis, habenæ ſunt
caritatis! Conſtricti ſunt inter ſe concordiæ vin-
culis, & jugo fidei ſubjecti, quatuor rotis Evan- D
gelii myſterium totius orbis finibus invehentes,
bonum aurigam portantes Dei Verbum, cujus
flagello fugatæ ſunt illecebræ ſæculares, exter-
minatus mundi iſtius princeps, juſtorum curſus
impletus eſt. O rationabilium equorum grande
certamen: ô mirandum myſterium! Rota intra
rotam currebat, & non impediebatur. Novum
Teſtamentum in veteri Teſtamento erat, intra
illud currebat, per quod annuntiabatur. In qua-
tuor partes ibant rotæ, & non revertebantur re- E
trorſum; quia ſpiritus vitæ erat in iis, qui curre-
bant in quatuor partes totius mundi; & ſine offen-
ſione currebant, quia bona vita equorum qua-
drabat. Currebant igitur equi; quia non dormie-
bat, qui adſcenderat equos.

29. Animarum igitur noſtrarum auriga Jeſus,
qui nos quoque vult adſcendere equos noſtros,
hoc eſt, noſtra corpora; ſed vigilare ſemper,
Pſal. 75. 7. ne dicatur nobis: *Dormitaverunt qui adſcenderunt
equos*. Tranſeundum eſt hoc mare impigre. Vix
tranſitur à vigilantibus: ſi quis autem dormierit, F
tranſire non poterit; ſed demergitur, ut Ægyp-
Exod. 15. 1. tius, cujus & anima & corpus interit: *Equum enim
& adſcenſorem projecit in mare*, qui non ſequeban-
tur legem, ſed perſequebantur.

SERMO QUINTUS.

ה. He.

1. SEquitur quinta littera *He*, quæ latine ſi-
gnificat, *eſt*: vel, ut alibi invenimus, *vivo*.
Convenit ſibi utraque interpretatio; qui enim
eſt, vivit; & qui vivit, eſt. Denique gentiles non
ſunt; & ideo non vivunt, ſed mortui ſunt: *Jeſus* Heb. 13. 8.
autem heri & hodie, ipſe eſt & in ſæcula. Et qui eſt,
vivit: *Vivo enim ego, dicit dominus Deus*. Quomodo Ezech. 33. 11.
enim poteſt non eſſe, qui vivit? Vivit autem Jeſus,
qui etiam mortuos vivificat, & vocat ea quæ non
ſunt, tamquam ea quæ ſunt. Nihil mirum ſi Do-
mino cedit natura, ut vivificentur & mortui, &
incipiant eſſe, qui non erant. Et ideo quia via
etiam vita eſt ſecundùm illum qui ait: *Ego ſum* Johan. 14. 6.
via, veritas, & vita, viam quæramus, ut vitam ha-
bere mereamur. Audiamus ergo illum qui vivit
in Chriſto. Vivit autem qui ait: *Sed nos qui vivi-* Pſal. 113. 18.
mus, benedicimus te, Domine; in Chriſto enim Jeſu
etiam quicumque mortuus fuerit, vivit.

2. Audiamus, inquam, quid dixit ut viveret:
Legem mihi conſtitue, Domine, viam juſtificationum ℣ 33.
tuarum: & quæram illam ſemper. Miles qui ingre-
ditur iter, viandi ordinem non ipſe diſponit ſibi,
nec pro ſuo arbitrio viam carpit, nec voluptua-
ria captat compendia, ne recedat *à ſignis: ſed *
itinerarium ab imperatore accipit, & cuſtodit il-
lud: præſcripto incedit ordine: cum armis ſuis
ambulat, rectâque viâ conficit iter; ut inveniat
commeatuum parata ſubſidia. Si alio ambulave-
rit itinere, annonam non accipit, manſionem pa-
ratam non invenit; quia imperator iis jubet hæc
præparari omnia qui ſequuntur, nec dextera, nec
ſiniſtra à præſcripto itinere declinant. Merito-
que non deficit, qui imperatorem ſequitur ſuum;
moderate enim ambulat, quia imperator non
quod ſibi utile, ſed quod omnibus poſſibile con-
ſiderat: ideo & ſtativas ordinat; triduo ambulat
exercitus, quarto requieſcit die. Eliguntur civita-
tes, in quibus triduum, quatriduum, & plures in-
terponantur dies, ſi aquis abundant, commerciis
frequentantur: & ita ſine labore conficitur iter,
donec ad eam urbem perveniatur, quæ quaſi re-
galis eligitur, in qua feſſis exercitibus requies mi-
niſtretur.

3. Hanc legem viandi eſſe præſcriptam, Chriſ-
to ducente, ſanctis commeantibus, recognoſcas
velim. Profecti ſunt enim & patres noſtri de ter-
ra Ægypti per longa ſpatia terrarum, quorum
ſtativæ omnes, manſioneſque deſcriptæ ſunt; do-
nec Cades, id eſt, ad ſanctam terram pervenire-
tur. Iſtæ ſunt ſtativæ filiorum Iſrael, quas deſcrip-
ſit Moyſes ex præcepto Domini. Advertimus er-
go quis has ordinaverit manſiones, quomodo am-
bulare oporteret filios Iſrael. Præibat enim illos

*. Cùm tradantur hic multa, quæ ad veterem ſpectant mili-
tiam, ea nos breviter & recta ſerie in gratiam lectorum explica-
bimus. *A ſignis*; propriè hæc ſunt ſolidæ imagines, quales erant
aquilæ, lupi, dracones: ſed hoc loco etiam pro vexillis, id eſt,
velis ex haſtis ſuſpenſis ponuntur. Singulis autem legionibus ac
manipulis ſua ſigna erant, à quibus qui diſceſſiſſet longius quam
unde tuba audiri poſſet, capite luebat. *Itinerarium*, idem eſt, ac
teſſera ad iter edicendum data. *Cum armis ambulat*; leve hoc iis
qui arma membrorum ducebant loco: ſed præterea ferebant in
falce frumentum ac cibos ſæpe in quindecim dies, vallos, ſarci-
nas & alia. *Manſiones* vox temporibus affectæ latinitatis pro
ipſis caſtris uſurpata eſt. *Stativas ordinat*, ſubintellige ſedes aut
manſiones, ita ſcilicet à ſtando dictas. Negat autem Juſtus Lip-
ſius ſic dici ea caſtra, in quibus miles paucis tantum diebus com-
moretur. Sed ille hunc locum non legerat, quandoquidem inter-
calaris illius quietis poſt tertium quemque itineris diem nuſquam
meminit. Quod vero ſubdit Ambroſius de urbe, *in qua feſſis exerci-
tibus requies miniſtretur*; eum locum ab eo deſignari credimus, qui
caſtris hybernis deligebatur. Denique *Imperator* non ſemper idem
eſt atque rex, ſive princeps orbis Romani: ſed is etiam dicitur,
vel qui bellum ſuo ductu & auſpiciis adminiſtrandum ſuſcipit,
vel qui occiſis in acie legitimo hoſtium numero hunc honoris ti-
tulum conſequutus eſt. Sed qui plura de hac tota re deſiderat, adeat
eumdem Lipſium lib. 5. *De Militia Romana*, Dial. 1. 9. 11. & 12.

Deus per diem in columna nubis,ut refrigeraret A viantibus:noctu autem in columna ignis;ut viam oſtenderet ambulantibus,& tenebras dimoveret. Lex viarum columna erat & ignis,& nubis: denique in columna nubis loquebatur ad eos.Ubi volebat exercitum requieſcere à labore itineris,non movebatur columna ignis, nec tranſibat nebula lucis: quando autem volebat exercitum movere, provehebatur & columna ignis in nocte,columna autem nubis in die. Illa autem columna nubis, ſpecie quidem præcedebat filios Iſrael, myſ- B terio autem ſignificabat dominum Jeſum in nube venturum levi, ſicut dixit Eſaias; hoc eſt, (Iſai. 19. 1.) in virgine Maria, quæ nubes erat ſecundum hereditatem Evæ: levis erat ſecundum virginitatis integritatem.Levis erat,quæ non homini quærebat placere,ſed Domino. Levis erat, quæ non in iniquitate conceperat, ſed Spiritu ſuperveniente generabat: nec in delicto, ſed cum gratia parturiebat.

4. Aliter quoque hanc interpretationem ſu- C mere licet. Venit in nube levi Chriſtus in Ægyptum,hoc eſt,venit in ſuſceptione corporis in hoc ſæculum. In nube venit, quem nebula corporis obumbrabat: ſed levis erat caro,quam nulla ſua gravabant delicta.Quomodo enim peccatis gravaretur ſuis, qui auferebat omnium peccata populorum? (Zach. 3. 19.) *Ecce*, inquit, *Agnus Dei: ecce qui tollit peccatum mundi*. Ante heſternum lectum eſt, quia ſtabat Jeſus,& habebat veſtimenta ſordida; mea enim peccata portabat. Sumſit veſtimenta noſ- D tra,ut nos ſplendore immortalitatis indueret.Venit in nube levi quaſi juſtitia; iniquitas enim in talento plumbeo ſedet: Chriſtus in corda juſtorum, in quibus peccata non erant. Et ideo bene lectum eſt hodie: (Pſal. 115. 12.) *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Pro nobis Verbum ſuſcepit carnis infirmitatem: pro nobis eſurivit, vapulavit,crucifixus eſt,mortuus eſt; ut nobis in quibus ante vita ignobilis & degener habebatur, inciperet mors eſſe pretioſa.

5. Sed revertamur ad confectionem itineris, E & ordinem manſionum. Et tu ſequere ſpiritaliter hanc legem viandi,ut exeas ex Ægypto: & inde promovens fige tabernaculum in Socoth, hæc prima tibi ſtatio ſit. Socoth prima manſio eſt, ſignificans tabernaculum. Fige ergo tabernaculum quod in te eſt, mentiſque tuæ ſtationem confirma; ut radicatus atque fundatus maneas in fide Chriſti. Sequitur manſio in Mara, hoc eſt, In amaritudine. Non omnes manſiones æquales F ſunt. Inde ventum eſt in Helim, ubi fontes duodecim erant, & ſeptuaginta arbores palmarum. Poſt amaritudinem,ne populus deficeret, debuerunt amœna & fœcunda ſuccedere. Inde Raphidin, quod eſt laudatio judicii. Inde ſequitur Sina, habens in ſe & populi tentationem, & Legis promulgationem. Variantur merita manſionum; quia nulli jugis in hoc ſæculo vivendi poteſt eſſe ſucceſſus. Bonus igitur Imperator alibi manna eſurienti populo miniſtravit: alibi potum de petra fluere, quo ſitim populi reſtingueret, auguſta proviſione præcepit: alibi Legem dedit; alibi triumphos donavit,ut his beneficiis fotus exercitus nullum prolixi itineris ſentiret laborem.

6. Itaque in illo populo typus fuit,in nobis veritas. Nos igitur committamus iter noſtrum ductui domini Jeſu, qui Legem primò introduxit, & antea per Jeſum terram repromiſſionis in poſſeſſionem populo ſuo dedit. Sed etiam quando Moyſes videbatur ductor eſſe, aderat illi Jeſus: aderat autem non palam,nec aperte ductorem,aut Principem populi ſe ſe gerens; exſpectabat enim donec Moyſes tempus expleret ſuum, quo completo, ſucceſſit Jeſus. Itaque ſi conſideres Scripturam dicentem: *Erunt dies eorum anni centum viginti*; (Gen. 6. 3.) videbis myſterium plenitudinis temporum [a] & centum viginti annos,poſt quos & Moyſes in monte requievit, & Jeſus manifeſte manſionum ſuſcepit principatum;ut jam non ſub Legis timore ſit populus, ſed reſuſcitatus à mortuis, fructu vitæ fruatur æternæ. Ambulemus igitur ſecundum Legis doctrinam: via nobis lex Dei ſit.

7. Hanc viam ambulans Eccleſia dicit: *Ego flos campi, & lilium convallium, ſicut lilium in medio ſpinarum*; (Cant. 2. 1.) in totam enim terram fides populi credentis exivit, & in ſpatioſo poſuit pedes ſuos Chriſtus. Et ideo pulcre ait florem ſe eſſe campi. Flos erat etiam Paulus, qui dicebat: *Bonus odor Chriſti ſumus Deo*. (2. Cor. 2. 15.) Et vere flos,qui poterat nova & vetera de ſui cordis proferre theſauro. Pulcre etiam lilium dicitur Eccleſia; ſicut enim lilium fulget,ita etiam ſplendent opera ſanctorum.Pulcherrime etiam dictum eſt lilium convallium; quia in humilibus magis elucet gratia. Sed hoc lilium in medio ſpinarum,hoc eſt,inter Judæos & hæreticos, hoc eſt, inter ſollicitudines hujus ſæculi,quæ mentem hominis animumque compungunt. Poſſumus etiam aliter accipere; quia ſicut lilium inter ſpinas eminet, ita ſuper omnes conventus Eccleſia Dei refulget.

8. Refert etiam conſiderare quòd hoc lilium ſplendore circumfuſum ſit.intus autem quod habet,rubeum ſit,boni & ipſum odoris,eo quod caro Chriſti [b] velut murali divinitatis claritudine circumſepta,cæleſtis habuerit protectionem gratiæ.Denique in poſterioribus ait: *Fraternus meus candidus & rubens*. (Cant. 5. 10.) Candidus claritate divina: rubeus ſpecie coloris humani,quem ſacramento incarnationis adſumſit. Meritoque & ipſum quod eſt rubeum,bene olet;quia caro Chriſti ſine peccato eſt, quam perfidi contrectantes, manus ſuas inquinaverunt:ſancti venerantes, pietatis odore flagrarunt.

9. Accepit hunc odorem dominus Jeſus flagrantis Eccleſiæ ſuæ,& ait: *Ecce proxima mea bona*. (Cant. 1. 14. & 15.) Et Eccleſia dicit ad Chriſtum: *Ecce bonus fraternus meus: ecce es bonus .... tamquam malum in lignis ſilvæ*. Hujuſmodi pomum odoram gratiam habet;ut ceterorum pomorum flagrantiam vincat. Chriſtus ergo affixus ad lignum,ſicut malum pendens in arbore,bonum odorem mundanæ fundebat redemtionis;quia peccati gravis deterſit fœtorem, & unguentum potus vitalis effudit. *Tamquam malum*, inquit, (Ibidem.) *in lignis ſilvæ, ita conſobrinus meus in medio filiorum*; eo quod ſuper prophetas

a Edit. *Ex centum viginti annis*. Mſſ vero nobiſcum faciunt.
b Mſſ. ſex: *velut mortalis divinitatis*. Quinque: *velut muralis divinitatis claritate* vel *claritudine*. Alii cum edit. *velut morali* &c. Noſtram vero lectionem præferendam eſſe docet loci totius ſeries; nihil enim aliud ſignificat Ambroſius, niſi Chriſti carnem divinitatis ſplendore velut quodam muro ſeptam fuiſſe.

& apoſtolos intima corda hominum verborum A ſuavitate mulcebat. Sed non ſolum odor, verum etiam cibus ſuavis in malo eſt. Ergo cibus ſuavis eſt Chriſtus.

Cant. 2. 3. 10. *In umbra*, inquit, *ejus concupivi, & ſedi*. Legem enim acceperat, hanc ſequebatur, hanc currebat viam. In Lege itaque requieſcens, in umbra a Chriſti requieſcebat. Bona umbra, [a] quæ nos ab iniquitatis calore ſola defendit. Cui autem dubium, quod Lex Dei umbra ſit Chriſti? Quid eſt lex diei feſti neomeniæ, ſabbatorum, niſi umbra B futurorum? Qui dies ſecundum legem Moyſis; ut videam ſex dies, & iterum ſeptimum diem, & ſic perpetua ſæcula? Qui menſis ſecundum legem Moyſis; ut ſciens menſem, ſciam primam menſis neomeniam, & vera ſancta in neomeniis offerenda? Qui ſecundum legem Moyſis annus ſex illis Deut. 15. 12. diebus conſtat, de quibus ait: *Sex annis ſerviet Hebræus, & ſeptimo anno liberabitur*; ut inveniantur ſex anni, quibus aliquis operatur terram: ſeptimo autem anno remittet illam proſelytis, & pau- C peribus, & beſtiis terræ? Qui ſeptimus annus, quo conceduntur debita omnia Hebræis? In hac umbra requieſcebat patrum fides, & prophetarum ſancta devotio.

11. Dicit ergo congregatio religioſa, vel ſancta Cant. 2. 3. anima: *In umbra ejus concupivi, & ſedi*. Umbra ejus eſt Jubilæus annus. Quis enim ejus myſtica videt, Levit. 25. ut facie ad faciem cognoſcat, quæ anno quinquageſimo complenda, Lege præſcripta ſunt? Levit. 23. Umbra ſunt dies feſti ſecundum Legem primo D menſe decima die menſis uſque ad quartam decimam, & inde uſque ad vigeſimam primam menſis. Ibidem. Quæ umbra eſt celebritas illa inter primum & b ſeptimum menſem [b] in tempore illo anonymo? Umbra eſt, ſanctificata libertas in ſabbato. Umbra eſt dies feſtus ſeptimi menſis neomeniæ, & memoriale tubarum ſeptimi menſis, dies decimus, dies propitiationis. Vides quia monas & decas duo feſti dies. Item quintus decimus dies, dies Ibidem. tabernaculorum per octo dies. In umbra hæc E omnia. In umbra prima dies vocata, & octava dies vocata in umbra, quæ in ſcenopegiis præſcripta ſecundum Legem.

12. Conſtitue mihi aliquos ex circumciſione credentes, in Lege doctos, obſervantiæ ſollicitæ viros, & nunc Evangelii agnitione illuminatos, ſpiritali ſaginatos gratia; dicit in his Eccleſia, quæ videt Chriſtum, quæ Sponſum recipit, quæ Cant. 2. 3. cibo ejus paſcitur: *In umbra ejus concupivi, & ſedi: & fructus ejus dulcis in faucibus meis*. Quis fructus F ejus dulcis, niſi prædicatio Dominicæ paſſionis, Pſal. 126. 3. ut ipſe ait: *Ecce hereditas Domini, filii, merces fructus ventris?* Quis enim dulcior fructus poteſt eſſe in faucibus noſtris, quam remiſſio peccatorum? Et bene flos eſt Eccleſia quæ fructum annuntiat, hoc eſt, dominum Jeſum Chriſtum, de quo dic- Luc. 1. 42. tum eſt Mariæ: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*.

13. Ergo ubi guſtavit fructum ſuavitatis, impa- Cant. 2. 4. 5. 6 & 7. tiens ad perfectiora feſtinat dicens: *Introducite me in domum vini, conſtituite in me dilectionem, confirmate me in unguentis, ſtipate me in malis; quia vulnerata dilectionis ego ſum. Læva ejus ſub capite meo, & dextera ejus amplexabitur me. Adjuravi vos, filiæ Hieruſalem, in virtutibus & fortitudinibus agri, ſi ſuſcitaveritis, & reſuſcitaveritis dilectionem, uſquequo voluerit*. Merito quærit eum, merito deſiderat; quia bene omnia in hoc curſu atque itinere diſpoſuit Imperator noſter. Primùm omnium fidei fundamento tabernaculum hoc confirmandum putavit. Deinde ſi qua eſt nobis aſpera atque arida & prærupta manſio, Imperator tamen iſte turbara diſcernit, arida irrigat, deſerta fœcundat. Si quid amaritudinis, ſi quid tentationis, ſi quid infirmitatis eſt, ductor noſter & amara temperat, & ſollicita mitigat, dura diſſolvit, & invalida confirmat.

14. Sic ubi vult requieſcere rex terræ exercitum ſuum, non ignobilem vicum, non commeatibus indigentem, non arenoſa & nuda giguentium, ſed urbem ædificiis nobilem, refertam, & uberem copiarum, aut agrum amœnum & virentem paſcuis, aut nemoroſa & campeſtria ſtativis opportuna decernit. Ergo ſi reges terræ norunt commoda providere ſequentibus ſe: quanto magis Deus qui bonus eſt, novit quemadmodum profutura diſponat diligentibus ſe? Ac primùm ſi incognitum carpendum eſt iter, duces eliguntur viarum, qui præcurrant agmini. Sed hoc imperatores iſti injurioſum ſibi arbitrantur: Deus autem præibat, cùm Hebræi facerent iter. Denique *in columna nubis loquebatur ad eos*. Et ut ſcias Exod. 13. 21. & 22. quia præibat: *Deus*, inquit, *præibat illis iter, die quidem in columna nubis oſtendens illis viam: noctu autem in columna ignis, & non deficiebat columna nubis in die*.

15. Hanc præcedentem nubis columnam ſequens Eccleſia non deficientem, ne ipſa deficeret, umbrâ ejus refrigerabatur; & ideo dicit: *In* Cant. 2. 3. *umbra ejus concupivi, & ſedi: & dulcis ejus fructus in faucibus meis*; quia à Domino paſcebatur, deducta in locum paſcuum, & aquam refectionis. *Introducite me in domum vini*. Cant. 2. 4. Inde copiis præparatis, quærit progredi ad aliam manſionem in qua myſteriorum gratiam, & lætitiæ capiat ſuavitatem. Hinc quoque promovens verum iter, ait: *Conſtituite in me dilectionem*. Ibidem. Bona ſtativa, ubi plenitudo eſt caritatis. *Confirmate me*, inquit, *in unguentis, ſtipate me in malis*. Ibidem 5.

16. Habes alias manſiones, ad quas Eccleſia cum delectatione ſuccedit. Iſtæ manſiones ſunt crucis Chriſti, & ſepulturæ, in quibus vulnerata eſt Eccleſia, ſed vulnere caritatis. Vulnus enim eſt quod Chriſtus excepit: ſed unguentum eſt quod effudit. Pomum eſt quod pependit. Huc pomum guſtavit Eccleſia, & ait: *Et fructus ejus dulcis in faucibus meis*. Cant. 2. 3. Et ut ſcias quia pomum eſt Dominus, legiſti ſupra: *Tamquam malum in lignis ſilvæ, ita conſobrinus meus*. Ibidem. Nos quoque vulnus fatemur, cùm prædicamus Chriſtum crucifixum: ſed bonus odor ſumus Deo; quia crux Chriſti Judæis ſcandalum, Græcis ſtultitia: nobis autem virtus Dei, atque ſapientia eſt. Hoc vulnere Eccleſia

a Edit. & mſſ. aliquot: *Quæ nos ab iniquitatis ſole defendit*. Alii mſſ. partim .... *calore & ſole defendit*; partim .... *calore defendit*: Melius Navar. unus & Lat. ... *calore ſola defendit*.

b. Vet. edit. *in tempore illo, anno quinquageſimo, qui Jubilæus dicitur*. Optime Rom. cum parte mſſ. *in tempore illo anonymo*; non enim hic illius celebritatis tempus nominatim exprimitur. Ceterum hæ voces: *Umbra eſt ſanctificata libertas in ſabbato*, deſunt in omnibus mſſ. ex quibus aliqui orationis ſeriem ita connectunt: *in tempore illo an non umbra eſt dies feſtus* &c.

vulneratur, cùm Salvatoris ſui prædicat mortem: A
ſed boc vulnus eſt caritatis. Denique qui non
credit, negat: qui diligit, confiretur. Manichæus
negat, Chtiſtianus fatetur; & ideo ſcriptum eſt:
Prov. 27. 6. *Vtilia vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimi-*
Cant. 2. 5. *ci*. Pulcre ergo dicit Eccleſia: *Quia vulnerata ca-*
ritatis ego ſum.

17. Nudemus membra noſtra bono vulneri,
nudemus ſagittæ electæ. Sagitta hæc Chriſtus
Eſai. 49. 2. eſt, qui dicit: *Poſuit me ſicut ſagittam electam*. Bo-
num eſt ergo hac vulnerari ſagitta. Non medio- B
cris manſionis iſte proceſſus: non omnes poſſunt
dicere quia vulnerati ſunt dilectionis. Dicebant
apoſtoli cùm pro Chriſto lapidarentur, & Chriſ-
tum [illegible] ferent. Dicebat Paulus cùm ter vir-
gis cæderetur, & die ac nocte Chriſtum adoran-
dum gentibus diſputaret. Dicunt hoc martyres,
qui vulnerantur pro Chriſto: & quia vulnerari
pro ejus meruerunt nomine, plus diligunt.

18. Ad hanc ergo veniens manſionem Eccle-
ſia, ad hunc proceſſum, ut pro Chriſto filios ſuos C
offerat, ut excipiat vulnera caritatis, quaſi bona
fidei alimenta reperiens, pietatiſque fructus guſ-
Pſal. 33. 8. tavit ipſa, & bortari cœpit ceteros dicens: *Guſtate,*
& videte quoniam ſuavis eſt Dominus, ſicut malum.
Cant. 2. 3. Et in malo vulnus eſt, ſed tamen ſuave eſt. Venit
iterum ad vallem botryonis, vidit ingentis uvam
magnitudinis, quam duo portare vix poterant:
unus qui præcederet, alius qui ſequeretur. Guſta-
vit myſterium, guſtavit in Jeſu Nave, guſtavit in
Num. 13. 28. Caleb, qui dicebant populo: *Vidimus terram pro-* D
fluentem mel & lac. Guſtate, & videre, quam ſua-
vis eſt Dominus.

Cant. 2. 6. & 7. 19. Et addidit Eccleſia dicere: *Læva ejus ſub ca-*
pite meo, & dextera ejus complectetur me. Adjuravi
vos, filiæ Hieruſalem in virtutibus & fortitudinibus
agri; ſi ſuſcitaveritis, & reſuſcitaveritis caritatem uſ-
queque voluerit. Et iſtæ manſiones ſunt via regali
Iohan. 14. 2. incedentis Eccleſiæ. *Multæ* enim *ſunt manſiones*
apud Patrem meum teſtificatur dominus Jeſus; &:
Ibidem. 3. *Ecce venio, & accerſio vos*. Bona manſio ſapientiæ, E
& ſive in læva ejus, ſive in dextera, bona manſio;
quia via regalis eſt. Ideoque ſapientes nuntii di-
Num. 20. 17. cunt: *Via regali ibimus, non divertemus dextera,*
neque ſiniſtra, quoadusque tranſeamus terminos tuos.
Hoc dixerunt miſſi à Moyſe nuntii ad regem
Edon, boc eſt, terrenum; quia terrena omnia, ſive
in dextera, ſive in ſiniſtra, mala ſunt. Mala manſio
inſipientia, mala manſio intemperantia; & ideo
pertranſit has manſiones Hebræus: non divertit
ad eas, ſed pertranſit; ut perveniat ad ſiniſtram F
ſapientiæ & dexteram, & in ipſis maneat, ubi di-
vitiæ ſimplicitatis, ubi gloria, ubi longitudo vitæ
Prov. 3. 16. eſt. *Longitudo* enim *vitæ in dextera ejus*, ut ait Sa-
lomon: *in ſiniſtra autem ejus divitiæ & gloria*. In
dextera vita eſt, in ſiniſtra requies. Utinam ſuper
ſiniſtram ejus requieſcam, ne quæram cervicalia.
Ezech. 13. 18. *Væ* enim *iis qui adſuunt cervicalia*, Ezecbiel dicit.
Has manſiones præparat Eccleſiæ ſuæ bonus
ductor, & per vias ſapientiæ dirigit iter ejus. De-
Prov. 3. 17. nique laudat Sapiens vias ejus: *Viæ ejus viæ bonæ,*
& omnes ſemitæ ejus in pace.

20. Sed quia ſapientia, honeſtas, claritas, ita
Rom. 13. 10. perfectæ ſunt, ſi habeant caritatem (plenitudo
enim Legis caritas eſt) ſuſcitari & reſuſcitari vult
caritatem: ſuſcitari in veteri Teſtamento, re-
ſuſcitari in novo. *Caritas Deus eſt*, ut legimus: ca- 1. Iohan. 4. 8
ritas Cbriſtus eſt. Suſcitatur tamquam leo, & ca-
tulus leonis, ut Judæ adſcendat ex germine. Re-
ſuſcitatur ut dormiens, ut recumbens; quia non
humana, ſed ſua & Patris majeſtate eſt ſuſcitatus
à mortuis. Unde ait Scriptura: *Quis ſuſcitabit il-* Gen. 49. 9.
lum? Non enim poterat illum aut Angelus, aut
poteſtas ſuſcitare aliena; cùm ipſe alios reſuſci-
taret. Ergo cùm hîc dicit: *Si ſuſcitaveritis, aut re-* Cant. 2. 7.
ſuſcitaveritis caritatem uſqueque volueris, de iis di-
cit qui reſurrectionem ejus poſſunt congrue præ-
dicare; ut audientibus ardorem fidei & devotio-
nis accendant. Vel ſuſcitatur Chriſtus in iis, qui
primùm accedunt: reſuſcitatur in iis qui poſt-
quam acceſſerint, dormierunt. Dormit ergo
Chriſtus in negligentibus, ſuſcitatur in ſanctis.

21. Habet ergo Eccleſia per quæ gradiatur:
habet habitacula manſionum, in quibus requieſ-
cunt ſancti, de quibus iſte eſt qui dicit: *Legem mi-* ℣. 33.
hi conſtitue, Domine, viam juſtitiarum tuarum. Bene
ait, *ſtatue*; ut in pectore ejus immobilis & fixa
permaneat, nec aliquo ſæculi turbine, ab ejus
convellatur affectu; ut ipſe lex ſit ſibi, opus ha-
bens legis ſcriptum in corde ſuo.

21. *Et quæram*, inquit, *illum ſemper*. Non eſt enim
mediocre quod requiritur paradiſi gratia, Dei
regnum, Angelorum conſortium, immortalitatiſ-
que domicilium. Non ergo uno die quæritur, nec
duobus, aut paucis menſibus: ſed quæritur ſem-
per, & quæritur per omnia; ut meritorum multa
concurrant ſuffragia; [illegible] enim & omne
tempus ſignificat, & per omnia. Cùm dicit igitur:
Quæram ſemper, ſine fine dicit eſſe quærendum.
Sed non ſatis eſt quærere, niſi intelligas quod
requiris.

22. Ideoque ait: *Da mihi intellectum, & perſcru-* ℣. 34.
tabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.
Quærendum primùm, deinde intelligendum per-
ſcrutandumque legis omne myſterium, & in cor-
de cuſtodiendum. Quis autem poteſt cuſtodire
legem Dei, niſi intellectum acceperit? Qui autem
intelligit & ſcrutatur, ſcrutando in ſemitam man-
datorum deducitur. In quo illud advertendum
quia lex eſt juſtitia, mandatum judicium, ſicut &
in hac littera legimus. Eſt Legis via ſtare in viis
Legis: eſt via juſtitiarum ſecundùm primum ver-
ſiculum. Eſt ergo & teſtimoniorum via: *In via teſ-*
timoniorum tuorum delectabar. Eſt & via mandato-
rum: *Viam mandatorum tuorum cucurri*. Interroge-
mus ergo has vias, ut dicatur nobis: *State in viis* Hier. 6. 16.
Legis, & interrogate ſemitas æternas, & videte quæ
via melior, & ambulate in ea. Cùm omnes igitur
ambulaverimus vias, veniemus in omnium finem
viarum, qui ait: *Ego ſum via*. Chriſtus ergo finis Iohan. 14. 6.
viarum; *ipſe enim eſt finis Legis ad juſtitiam omni* Rom. 10. 4.
credenti. Hinc audeo dicere quia finis juſtitiarum
Cbriſtus, qui eſt juſtitia: finis teſtimoniorum
Cbriſtus, de quo dictum eſt: *Eſtote mihi teſtes, &* Eſai. 43. 10.
ego teſtis, dicit Dominus, & puer meus quem elegi.

23. Advertimus igitur quantum nobis ambu-
landum ſit, ut veniamus ad Cbriſtum. Ambulan-
dum in Lege; quia finis Legis Chriſtus eſt. Sine
Lege ergo non pervenitur ad Cbriſtum. Unde
manifeſtum eſt quod hæretici, qui Legem veteris
non accipiunt Teſtamenti, etſi dicant quod Chriſ-
tum teneant; tamen non poſſint tenere finem,
qui

qui initium non tenuerint. Ipſe Jeſus eſt initium A & finis. Oportet igitur ut ambulemus ſecundum legem ſpiritalem, ut veniamus ad Legis finem dominum Jeſum. Oportet ut ſequamur teſtimonia; ut pervenire poſſimus ad magnum teſtimonium dominum Jeſum. Oportet etiam ut in præceptis Domini ambulemus, ut perveniamus ad magnum

Matth. 5. 21. & 22. præceptum, de quo legiſtis: *Dictum eſt antiquis: Non occides .... ego autem dico vobis*; hoc eſt, ſuper omne præceptum dico. Itaque non uſurpatorie dixerim, ſed vere, quia ſicut ſunt ſancta ſancto- B rum: ita præceptum eſt præceptorum.

24. Sed ut iſta ſervare poſſimus, intellectum petamus à Domino. Intelligamus quæ ſit circumciſio. Circumcidit Jeſus petrinis gladiis, & abſtulit opprobrium Ægypti à filiis Iſrael. Petra Chriſtus eſt. Circumcidat te Verbum Dei, & gladius oris ejus; & ſic Ægypti carebis opprobrio. Non igitur corporis, ſed cordis intelligenda eſt circumciſio. Si intellexeris Legem, ſervabis eam in corde tuo. Judæus in corde Legem non ſervat: C ſed in labiis Legem recitat, & Legem ignorat.

Eſai. 29. 13. Denique, *Populus hic*, inquit, *labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt à me.* Quomodo poteſt Legem tenere, qui longe eſt à Legis auctore? Tertius verſiculus quid habeat, conſideremus.

℣. 35. 25. *Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum; quoniam volui eam.* Quis hoc dicit, niſi qui ſequitur Chriſtum? Non poteſt alius hoc dicere, niſi

Deut. 13. 4. qui illud exſequitur, quod ſcriptum eſt: *Poſt dominum Deum tuum ambulabis, & ipſi adhærebis; quia* D

Matth. 10. 38. *ipſe te deducet.* Quomodo deducat, audi: *Niſi quis tulerit crucem ſuam, & poſt me ſecutus fuerit, non eſt me dignus.* Præcedit ergo Chriſtus, ut nos ſequamur, præcedit Verbum. Principium Chriſtus eſt; ideo

Prov. 8. 22. Sapientia dicit: *Dominus creavit me principium viarum ſuarum.* Advertimus quod & principium Chriſtus, & finis viarum ſit. Non vereor ne quis dicat: Creatum ergo Chriſtum adſeris? Reſpondebo: Ita creatum dico, quemadmodum factum legi, hoc eſt, factum ex muliere, factum ſub Lege, E hoc eſt, ſecundum ſuſceptionem carnis creatum, ſecundùm quod eſt natus ex Virgine. Creatus eſt, ut redimeret creaturas: homo factus eſt, ut homines à morte perpetua liberaret. Creatus eſt, ut vias mihi demonſtraret æternas, quibus homo redire poſſit ad Dei regnum. Ergo quia principium eſt viarum Dei, hoc principium ſequamur. Primus viam novi ingreſſus eſt Teſtamenti; ut in hac via devotionis iter nobis ſterneret. Si jejunamus, ante nos ille jejunavit: ſi pro nomine Domi- F ni ſuſtinemus injurias, prius ille ſuſtinuit pro noſtra redemtione. Cervices ſuas poſuit in flagella, maxillas ſuas in palmas: adſcendit crucem; ut doceret mortem non eſſe metuendam. Denique

quaſi præcedens ait Petro, *Tu me ſequere.* Et ideo Joan. 21. 22 Petrus curſum conſummavit; quia ſequutus eſt Chriſtum.

26. Sequitur verſus quartus: *Inclina cor meum* ℣ 36. *in teſtimonia tua, & non in avaritiam. Vtilitatem* alii habent: & puto quod ideo mutatum ſit; quia utilitas bonæ rei videtur eſſe expetenda potius quam declinanda. Sed quia plerique lucrum pecuniarum utilitatem ſuam putant eſſe; ideo ſi legimus *utilitatem*, non animæ utilitatem accipere debemus Prophetam declinare, ſed utilitatem pecuniæ. Sanctus enim lucra iſta non novit: ſed omnia hæc detrimentum arbitratur, ut Chriſtum lucretur. Et recte. Quod enim putamus lucrum eſſe pecuniæ, damnum eſt animæ; quia virtutis eſt detrimentum. Ergo ſecundum eos qui ita acceperunt, ut optet Propheta inclinare cor ſuum in teſtimonia, & non in avaritiam; & nos congruimus adſenſu. Atque utinam precem ſancti ſequentes, & oremus quod ille otavit, & quod oramus, imitemur affectu. Quid enim mihi prodeſt ſi orem, ut avertat cor meum Deus ab avaritia, & ipſe diebus ac noctibus pecuniæ quæram compendia? Si oramus ſermone, compariamur & mente. Audit & ſenſum noſtrum Jeſus, & cognoſcens duobus iſtis non convenire, ſermoni & cupiditati, non exaudit loquentem. Et ideo qui bene volebat orare, dicebat: *Orabo ſpiritu, orabo &* 1. Cor. 14. 15. *mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* Ita magis audit orantem, ſi adſpernetur avaritiam.

27. Sed quia invalidi ſumus, & plerumque volentes avertere cor noſtrum à pecunia, vel auro, vel argento, capimur adſpectu, & agrum aut ædificium videntes alienum, concupiſcimus, bene addidit Propheta dicens: *Averte oculos meos ne vi-* ℣ 37. *deant vanitatem: in via tua vivifica me.* Etenim qui in via eſt Dei, vanitates non adſpicit. Via perfecta Chriſtus eſt. Qui igitur in Chriſto eſt, quomodo poteſt vanitates adſpicere; cùm Chriſtus in carne ſua omnes mundi hujus crucifixerit vanitates? Avertamus igitur oculos noſtros à vanitatibus, ne quod oculus viderit, animus concupiſcat. Myſtica enim differamus interim. Utinam hac interpretatione poſſimus revocare ad diverſa * circenſium ludorum, atque theatralium ſpec- * tacula feſtinantes. Vanitas eſt illa quam cernis. Pantomimum adſpicis, vanitas eſt: luctatores adſpicis, vanitas eſt; quia cernis eos de a viridi luc- a tantes corona. Illi enim veri ſunt luctatores, qui adverſum hujus ſæculi luctantur illecebras. Non capiat oculos tuos palæſtra membrorum. Equos currentes adſpicis, vanitas eſt; quia vane currunt, qui adſcendentem ſalvare non poſſunt. Denique recurſus ipſe te doceat quia vane currunt, qui non directum conficiunt iter, oblivi-

* Circenſes ludi erant varia certaminum genera, ita dicti quod in circo, id eſt, loco circularis figuræ celebrarentur: ad theatrorum autem ſpectacula non ſolum tragœdiæ & comœdiæ pertinebant, ſed etiam ſaltationes pantomimorum. Etenim pantomimos ſaltores fuiſſe docet Lucianus Dial. *De Saltatione.* Horum ars erat ſine voce argumentum geſtu ac nutibus tam native repræſentare, ut illud ſpectatores non ſolum videre, ſed & quodammodo audire ſibi viderentur. Hinc Lucianus, [Greek] Hinc à Caſſiodoro quoque Var. lib. 4. ep. ult. dicuntur, *Orcheſtarum loquaciſſimæ manus, linguoſi digiti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita.* Eſt etiam ea de re antiquum hoc incerti epigramma:

Tot linguæ, quot membra viro, mirabilis ars eſt,
Quæ facit articulos, ore ſilente, loqui.

Eamdem hanc autem muſicæ partem eſſe, atque à veteribus mutam appellatam tradit laudatus jam ante Caſſiodorus, quem videſis Var. lib. 1. epiſt. 20. & lib. 4. epiſt. ult. nec non in eam Fr. Juretii annotationem. Conſule etiam Briſſonium, *De verborum juris, ſignificationibus*, ad eamdem vocem, ſicut Voſſii Etymologicum in voce, *mimus*. Porro cùm populi ſtudia Ambroſii ætate in vana illa ſpectacula fervetent, non mirum eſt, ſi frequentius ille inſurgat in hoc vitium, nec ſe aliis P. P. Tertulliano, Cypriano, Chryſoſtomo & cæteris, hac in re inferiorem oſtendat. Ipſum adi lib. *De Fuga ſæculi*, cap. 1. num. 2. & infra Serm. 16. ℣. 59. & 64. ſed compriimis lib. 2. Offic. cap. 10. & alibi.

a Mſſ. quinque: *De viridibus frondibus luctantes habere coronas.* Tres: *De putridis frondibus* &c. Unus Vat. & edit. Rom. *De vili luctantes corona.* Vera lectio reliquorum mſſ. ac edit. *De viridi.* Erat quippe in ludis Olympicis propoſita corona oleagina, in Iſthmiis pinea, ex apio in Nemeis.

centes ſuperiora, & ea quæ poſteriora ſunt, ap- A
petentes.
28. Ante nos eſt Chriſtus, ante nos bravium
ejus, ad quod pervenit, qui non in incertum cu-
currit, nec revocavit curſum ſuum, ſed incitavit.
Ad hunc dirige oculos tuos, averte à ſpectaculis,
averte ab omni ſæculari pompa. Sicubi popula-
res cognoveris plauſus, averte oculos tuos ab his,
inflecte, deprime, & ſerva eos; ut erigas meliori-
bus. Erige ad cælum: vel nocte ſtellarum moni-
lia, orbem lunæ decorum, vel die ſolem adſpice. B
Specta mare, terram circumſpice; ut opere facta
divino omnis creatura te paſcat. Quæ formarum
gratia in ipſis beſtiis? Quantus decor in homini-
bus? Quanta in avibus pulcritudo? Hæc intuere,
& non videbis iniquitatem & contradictionem
in civitate. Hæc vide, & non introibit mors per
feneſtras oculorum tuorum.
29. Si videris mulierem ad concupiſcendum
eam, intravit mors per feneſtram. Si videris poſ-
ſeſſionem minoris aut viduæ, & concupieris diri- C
pere eam, intravit mors per feneſtram. Si videris
aliena monilia, aurum, argentum, & concupieris
ut extorqueas, intravit mors per feneſtram. Clau-
de ergo hanc feneſtram, cùm videris alienæ mu-
lieris pulcritudinem; ne mors poſſit intrare. Ocu-
li tui non videant alienam; ne lingua perverſum
loquatur. Tuam ergo feneſtram claude; ne morti
pateat intranti. Sed etiam alienam feneſtram ca-
ve. A feneſtra enim domus ſuæ intrat fornicaria.
A feneſtra ſua intrat, cùm aliquem petulantis D
oculi tentat laſciviâ. Exclude igitur hanc feneſ-
tram verbi oſtio, nec capiaris oculis meretricis,
& abripiaris palpebris ejus. Sed non eſt una fe-
neſtra, per quam mors conſuevit intrare. Eſt
& feneſtra verborum, per quam ſermones com-
meant meretricis. Et ideo te ab aliena uxore cuſ-
todi, ne te ſermonibus gratioſis adoriatur; à feneſ-
tra enim domus ſuæ intrat. Intrat mors per oſcu-
la; & ideo cave, ne te laqueis labiorum ſuorum al-
liget. Intrat mors, ſi meretrix te oſculetur. Intrat E
mors ſi citò adquieſcas loquenti. Intrat mors ſi
multum loquaris; multiloquio enim peccatum
incurritur. Intrat mors etiam ſi non loquaris, &
Rom. 10. 10. Chriſtum timeas confiteri. Ore enim confeſſio fit
ad ſalutem. Intrat mors etiam per cavernas au-
rium; & ideo aures ſunt ſpinis ſepiendæ, ut illece-
bras meretricii ſermonis excludas. Hæc moralia.
30. Sunt etiam myſtici oculi quos avertere
debeas à vanitate. Eſt enim & ſenſuum vanitas,
quam oculi animæ tuæ videre non debeant; quia F
a Epheſ. 4. 17. & 18. illi eam vident, quos Apoſtolus [a] damnat. Unde
ipſo magis auctore diſcamus quæ vanitas, & qui
oculi ſint. Manifeſtum eſt enim eſſe pleroſque qui
b vanitate ſenſus ſui obſcurati ſunt corde, [b] & alie-
nati à via Dei propter ignorantiam quæ in ipſis
eſt, propter cæcitatem cordis eorum; illos tamen
gentes Apoſtolus dicit. Ignoret igitur gentilis ille
quod non didicit, ignoret quod non credidit: tibi
ignorare non licet quod confiteris. Chriſtus non
c in vanitate venit, ſed in virtute: [c] non inflavit
ſenſum hominis, ſed vivificavit: non cæcitatem
cordis, ſed illuminationem mentis operatus eſt,
Inflammavit cor tuum, ut comprehendas quæ
mandatorum cæleſtium ratio, quæ animæ ſub-
ſtantia, quæ vitæ futuræ gratia, in quo ſtatu poſt
hæc erimus.
31. Erige igitur mentem, utere naturali inge-
nio: ad imaginem Dei factus es; ut ſuperna adſpi-
cias, & terrena non quæras. Noli curvare cervi-
cem tuam, mundi premendam pondere: noli in-
hiare auro atque argento; [d] ne te ſæculi vinculis d
alligandum præbeas. Ideo dixit Dominus: *Nolite* Matth. 10. 9.
poſſidere aurum atque argentum; ne nos auri atque
argenti cupiditas avara poſſideat. Noli ergo inſe-
rere collum tuum diaboli laqueis. Strangulat ava-
ritia pauperem in hoc ſæculo: ſed in perpetuum
dives ſuis laqueis ſuffocatur, cujus ſenſus in vani-
tate eſt, in tenebris ambulat; quia in his laborat,
quæ ſibi prodeſſe non poſſint. Vanitas eſt ſollici-
tudo vitæ hujus. Unde non in crapula & ebrieta-
te, non in deliciis corporis, ſed in cognitione præ-
ceptorum cæleſtium delectationem noſtri debe-
mus ponere. In vanitate currit, qui ſibi ſucceſ-
ſibus videtur adfluere ſæcularibus, qui tamquam
umbra prætereunt. *Averte* igitur *oculos tuos, ne va-
nitatem videant.*
32. Sed non ſatis eſt ut tu avertas; ne forte ve-
lis & non poſſis, offundat tibi diabolus vanitatum
ſpectacula, incentiva inſerat voluptatum; pete ut
Dominus avertat oculos tuos. Et hæc gratia Dei,
& hoc munus eſt Domini; ut oculos animæ noſ-
træ à negotiis mundi hujus avertat. Beatitudo
enim omnis à Domino eſt. *Beatus* autem *vir, cui* Pſal. 39. 5.
*nomen Domini ſpes ejus, & non reſpexit in vanitates,
& inſanias falſas.* Qui non reſpicit hæc, beatus
eſt: qui autem reſpicit, inſanus atque furioſus eſt.
Et ideo reſipiſcat unuſquiſque à furore ſæcula-
rium cupiditatum, quæ ita mentem animumque
perturbant; ut compos ſui eſſe non poſſit.
33. Si in navigio fluctuante ſis conſtitutus,
avertis à ſentina oculos; ne vomitum moveat ti-
bi. Si in civitate ambulans aliquid fœtidi odoris
offendas, longe refugis atque declinas. Si quid
occurrat quod horreat oculus tuus, clauditur aut
avertitur. In ſalo ſæculi hujus fluctuas, influit ſen-
tina vitiorum. In hoc navigio tui corporis move-
tur æſtus cupiditatum, & non avertis oculos ani-
mæ tuæ; ne videant ſentinam libidinum, ne ad-
ſpiciant mundi hujus ſtercora, ne fœtor immun-
dus nares repleat tuæ mentis, in quibus Spiritus
ſanctus eſſe conſuevit; ut poſſis dicere: *Spiritus di-* Job. 27. 3.
vinus qui eſt in naribus meis. Nares igitur animæ
tuæ à fœtore avertantur criminum diverſorum;
eſt enim in his velut quoddam inſigne judicii. Un-
de dicitur Sponſæ: *Nares tuæ ſicut turris Libani,* Cant. 7. 4.
proſpiciens faciem Damaſci; eo quod unguentum
veri Sacerdotis, quod deſcendit de capite in bar-
bam, hoc eſt, odor ille divinus, odor gratiæ ſpi-
ritalis, qui de Patre in Chriſto erat, & ſacramen-
to incarnationis deſcendit in terras, ut omnia
fuſo replerentur unguento, emineat præcelſi po-
teſtate judicii, & nares repleat animæ, ut bene-
olentia diſcernat & fœtida; ſuavia ſanctorum, qui

a Poſt verba: *Apoſtolus damnat*; ſequebantur illa in edit. *Co-
gnoſce quæ ſit vanitas ſenſuum, quam oculi tui myſtici videre non
debeant* ſed neque in ullis cod. Gallicis reperiuntur, nec ullo
modo ſenſui videntur neceſſaria.
b. Mſſ decem: *& alienati à vita Dei* &c.

c In edit. poſt, *ſed in virtute*; adjicitur: *Non in antiquitate,
ſed in novitate.* Quæ verba in mſſ. deſiderantur. At quidam pro,
in virtute, habent, *in veritate*.
d. Mſſ aliquot: *Ne te ſæculo alligandum præbeas.* Aliquot alii:
Ne te ſæculis alligandum præbeas.

2. Cor. 2. 15. poſſunt dicere: *Chriſti enim bonus odor ſumus Deo;* A & fœtida peccatorum.

34. Hæ ſunt nares ſicut turris Libani præcelſa ſupra mundum; & ideo proſpicit faciem Damaſci, gentilem ſcilicet populum, odorans fidem ejus, cujus gratia delictorum ſuorum detergeret fœtorem. Facies igitur Damaſci fides eſt gentium, nullo obumbrata amictu, nullo adoperta veſtitu, nuda ac libera, cælo magis intenta quam terris. Hanc ſpeculantur & proſpiciunt nares Eccleſiæ, quod ſuave in ea & odorum eſt adB ſpirationis & gratiæ colligentes. Et bene nares ejus ſicut turris Libani; quia in ſacrificiis odor ſuavis Eccleſiæ eſt, in quibus eſt boni odoris hoſtia, remiſſio peccatorum.

35. Sume igitur has nares, ô homo; ut à graveolentibus florulenta ſecernas; & tunc vivificabit te Dominus. Cùm enim adverterit quod de ipſo petis, ut avertat oculos mentis tuæ à vanitate, cooperatur animæ tuæ; ut ſi ſpecie aliqua capitur, aut duritia, aut infirmitate non flectitur, C flectat eam jugo verbi, & habenis ſuis regat; ut voluntate Dei abducatur à vitiis, & vitæ odorem capiat æternæ. Non enim hîc vita perfecta eſt: ſed hæc vita in umbra. Ideo ut homo Chriſtus Jeſus ex Virgine naſceretur, obumbravit virtus Altiſſimi matrem futuram; quia in umbra deſcendit, ab umbra incipiens operari ſalutem hominis, & conſummaturus caritate ſolis æterni. Umbra eſt ergo vita hæc: feſtina ad ſolem, ut te defendat ab umbræ hujus frigore, & calorem tibi profunD
Matth. 24. 20. dat æſtivum. Et ideo ſuadet orandum ne fiat fuga noſtra hyeme vel ſabbato, non tempus diemque ſignificans, ſed frigere nos meritis prohibens, & bonorum operum eſſe jejunos.

36. Diſce nunc quemadmodum avertat oculos ejus, quem miſeratur Dominus, à vanitate. Ex his enim quæ ſequuntur, hoc intelligere poſſumus;
℣. 38. ſubjecit enim: *Statue ſervo tuo eloquium tuum in*
Pſal. 110. 10. *timore tuo.* Initium eſſe ſapientiæ timorem Domini dicit Propheta. Quid eſt autem initium ſapienE tiæ, niſi ſæculo renuntiare? Quia ſapere ſæcularia, ſtultitia eſt. Denique ſapientiam hujus mundi,
1. Cor. 3. 19. ſtultitiam eſſe apud Deum Apoſtolus dicit. Sed & ipſe timor Domini, niſi ſecundum ſcientiam ſit, nihil prodeſt; immo obeſt plurimum. Siquidem Judæi habent zelum Dei, ſed quia non habent ſecundum ſcientiam, in ipſo zelo & timore majorem contrahunt divinitatis offenſam. Quod circumcidunt infantulos ſuos, quod ſabbata cuſtodiunt, timorem Dei habent: ſed quia neſciunt LeF gem ſpiritalem eſſe, circumcidunt corpus, non cor ſuum. Ignem ſabbato adolere formidant, cùm Lex ſanctificationis die libidinum ignem prohibeat accendi.

37. Et quid de Judæis dicam? Sunt etiam in nobis qui habent timorem Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, ſtatuentes duriora præcepta quæ non poſſit humana conditio ſuſtinere. Timor in eo eſt; quia videntur ſibi conſulere diſciplinæ, opus virtutis exigere: ſed inſcientia in eo eſt; quia non compatiuntur naturæ, non æſtimant poſſibilitatem. Non ſit ergo irrationabilis timor. Etenim vera ſapientia à timore Dei incipit, nec eſt ſaA pientia ſpiritalis ſine timore Dei; ita timor ſine ſapientia eſſe non debet. Baſis quædam verbi eſt timor ſanctus. Sicut enim ſimulacrum aliquod in baſi ſtatuitur, & tunc majorem habet gratiam, cùm in baſi ſtatua fuerit collocata, ſtandique acceperit firmitatem: ita verbum Dei, vel [*] rationabile Dei in timore ſancto melius ſtatuitur, fortius radicatur, hoc eſt, in pectore timentis Dominum; ne labatur verbum de corde viri, ne veniant volucres, & auferant illud de incurioſi & diſſimuB lantis affectu. Sed etiam verbo Dei timor ipſe aptari ad utilitatem & conſtabiliri videtur; ut non ſit alienus ſcientiæ, ſicut baſis acceptâ ſtatuâ non eſt aliena gratiæ. Timor ergo verbi eſt locus, ſicut in pace locus ejus. [a] Timor quædam ſtatio verbi: verbum timoris eſt diſciplina; plenus enim diſciplinæ timor non nutat ad lapſum.

38. Et quia baſim verbi timorem diximus; ne quid alienum à Scripturis poſuiſſe nos quiſquam putet, accipiat lectum de Dei verbo in Canticis C canticorum: *Crura ejus columna marmorea fundata* Cant. 5. 15.
ſuper baſes aureas; ſignificans columnas eſſe Eccleſiæ apoſtolos, qui fundati ſunt in timore ſanctorum. Nam ſicut Petrus, Jacobus, & Johannes, & Barnabas columnæ eſſe videbantur Eccleſiæ; & quicumque vicerit hoc ſæculum, fit columna Dei, quam confirmat qui dicit: *Ego confirmavi colum-* Pſal. 74. 4.
nas ejus: ita & baſis aurea timor plenus diſciplinæ, quia initium ſapientiæ eſt. In timore ergo ſapientium apoſtolica prædicatio tamquam ſuper baD ſim auream columna firmatur. Chriſti igitur eloquio & apoſtolico ſermoni tribunal eſt timor juſti, & baſis aurea plena prudentiæ: ſimulacrum autem bonum tamquam effigies veritatis, ſermo ſanctorum. Et vide tamquam baſim auream eſſe ſanctorum timorem. Lege Eſaiam: vide quantis ſubjecerit timorem, ut faceret irreprehenſibilem & bonum timorem: *Spiritus*, inquit, *ſapientia &* Eſai. 11. 2.
intellectus, ſpiritus conſilii atque virtutis, ſpiritus cognitionis atque pietatis, ſpiritus ſancti timoris. QuanE tis timorem ſubjecit; ut haberet quod ſequi poſſet? Informatur per ſapientiam, inſtruitur per intellectum, conſilio dirigitur, virtute firmatur, cognitione regitur, pietate decoratur. Tolle timori Domini iſta, & eſt irrationabilis & inſipiens timor, unus ex illis: *Foris pugna, intus timores,* qui- 2. Cor. 7. 5.
bus afflictus eſſet & Paulus, niſi habuiſſet Dominum conſolantem.

39. Nec otioſum eſt in Proverbiis: *Tunc intelli-* Prov. 2. 5.
ges timorem Domini. Quid eſt, *Tunc?* id eſt, *Cùm ſa-* Ibidem. 3. & 4.
F *pientiam invocaveris, & prudentiæ dederis vocem tuam; & ſi quæſieris illam ut pecuniam, & ut theſauros ſcrutatus fueris eam, tunc intelliges timorem Domini.* Et ideo tamquam ſuper baſim bonam dicit: *Statue ſervo tuo eloquium tuum in timore tuo.* Plena diſciplinæ oratio, per quam docemur quemadmodum debeamus orare: unuſquiſque ſermo doctrina eſt deprecandi. Et quia docuit nos orare, qui ſit iſtius orationis effectus, oſtendit ſeptimus verſus.

40. *Aufer à me opprobrium meum, quod ſuſpica-* ℣. 39.
tus ſum. Subobſcure dictum videtur: ſed explanavit Apoſtolus quod hîc videbatur obſcurum, ubi ait: *Nihil mihi quidem conſcius ſum: ſed non in hoc juſ-* 1. Cor. 4. 4.

[*] *Rationabile*, id eſt, ratio: λόγιν enim ac λόγος & verbum & rationem ſignificant. Eſt autem helleniſmus quo neutrum adjectivum ponitur loco ſubſtantivi.

[a] Scripti cod. nonnulli: *Timor quæddam ſtudium verbi* &c.

tificatus ſum. Sciebat enim ſe eſſe hominem,& ſic A cavebat ut poterat,ne poſt ſuſcepta baptiſmi ſacramenta peccaret; ideoque delicti conſcius ſibi non erat: ſed quia homo erat,peccatorem ſe fatebatur, ſciens unum eſſe Jeſum lumen verum, qui peccatum non fecit, nec eſt inventus in ore ejus dolus; ipſum ſolum juſtificari, qui vere alienus eſſet à lapſu. Similiter ergo & Propheta etſi peccatum declinare cupiebat; tamen quaſi Deum repulſorem peccati eſſe ſui cupiebat. Volebat auferri opprobrium quod ſuſpicatus eſt, vel quia B cogitaverat in corde, & non fecerat: & pœnitentia licet abolitum, ſuſpectus tamen erat, ne fortè adhuc maneret ejus opprobrium; & ideo Deum precatur ut illud auferat, qui ſolus novit quod neſcire poteſt etiam ipſe qui fecit. Denique alibi ipſe dixit Propheta: *Scis opprobrium meum.* Quamquam iſtud opprobrium Chriſti ſit, quod non eſt verum opprobrium, ſed gloria Dei; crux enim Chriſti Judæis ſcandalum, Græcis ſtultitia. Pſal. 68. 20.

41. Illis ergo opprobrium, mihi virtus eſt, per C quam adverſarium repello, ſæculum vinco. Mihi ſapientia, per quam inſipientiæ laqueos evado. Hoc opprobrium theſauris Ægypti Moyſes prætulit. *Majus*, inquit, *æſtimans Ægypti theſauris opprobrium Chriſti.* Si opprobrium tuum gloria eſt, domine Jeſu, quanta eſt gloria tua? Tuæ igitur gloriæ participatione quid [illegible]mus, cujus ſumus opprobrio glorioſi? Dorſum meum poſui in flagella, maxillas meas in palmas, os autem meum non averti à confuſione ſputorum. Ecce opprobrium D tuum, Domine, in quo ſalus eſt univerſorum, in quo mundi redemtio: per quod opprobrium cœpimus non erubeſcere qui erubeſcebamus, non confundi qui confundebamur. Denique ſcriptum eſt: *Accedite ad eum & illuminamini, & vultus veſtri non erubeſcent.* Hoc opprobrium auferri à nobis nolumus, opprobrium crucis domini Jeſu, quo noſtra auferuntur opprobria. Sicut enim maledictum factus eſt, ut noſtra maledicta deleret, homo factus eſt, ut levaret hominis infirmitates: E ita opprobrium factus eſt, ut omnium auferret opprobria. Hebr. 11. 26. Pſal. 33. 6.

42. Non uno tempore, non ſemel abſtulit opprobria: aufert quotidie. Peccatum incidimus, non unum, ſed multa: cooperti ſumus opprobrio & confuſione. Venimus ad baptiſmum, deletum eſt omne peccatum, & cum peccato opprobrium. Abſtulit opprobrium meum dominus Jeſus opprobrio ſuo, quia crucifixus eſt mihi; quia *Quicumque baptizati ſumus in Chriſto, in morte ipſius baptizati ſumus.* F Non habeo quod auferri petam. Sed poſt baptiſmum incidi opprobrium, debeo agere pœnitentiam, ut dicam: *Aufer à me opprobrium meum.* Si non agam pœnitentiam, quomodo dicam: *Aufer à me opprobrium meum*; cùm hoc ipſum peccati opprobrium ſit, quia non ago pœnitentiam? Si autem pœnitentiam, ut oportet, ago, recte dico: *Aufer à me opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum; judicia enim tua* [a] *dulcia.* Rom. 6. 3.

43. Quid timeo confiteri, quid timeo dicere peccata mea? Quid vereor opprobrii mei mentionem facere apud eum, cujus judicia dulcia ſunt? Quod ſeverum in aliis, in Chriſto dulce eſt, in Chriſto ſuave eſt; quia ipſe ſuavis eſt. Denique, *Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.* Dulcia judicia confitenti; quia ipſe dixit: *Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates tuas .... & memor non ero: tu autem memor eſto, & judicemur: dic iniquitates tuas, ut juſtificeris.* Dulcia judicia agenti pœnitentiam; quia ipſe dixit: *Gaudium erit in cælis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam in nonaginta & novem juſtis, qui non indigent pœnitentia.* Si dulcia ſunt igitur judicia Domini, ſuavitatis fructus percipere elaboremus. Pſal. 33. 9. Eſai. 43. 25 & 26. Luc. 15. 7.

44. Vis ſcire quam dulcia judicia Domini? *Non reſurgunt impii in judicio.* Qui autem in judicio reſurgunt, * habent ſpem veniæ; quoniam crediderunt. Impii non ſunt, peccatores eſſe poſſunt: fidem habent, & ſi culpam non declinarunt, per fidem credunt: qui autem credit in ipſo, non judicatur. Dulcia ergo judicia credentibus. Qui autem non credunt, non Chriſti judicio damnati ſunt, qui venit non ut judicet mundum, ſed ut ſalvet & redimat: ſed impietatis ſuæ ſubiere judicium, qui in remiſſionem peccatorum credere noluerunt. Non enim poſſunt ad ejus pertinere beneficium, quem cognoſcere refutarunt. Ergo qui non crediderunt in eo, judicio ejus videntur indigni. Judicium enim ejus quid ſit, agnoſce, dicente ipſo: *Hoc autem judicium eſt, quia lux venit in hunc mundum.* Dulce ergo, quod lux eſt: dulce judicium, quod præcedit miſericordia. Sic enim ſcriptum eſt: *Miſericordiam & judicium cantabo tibi, Domine.* Pſal. 1. 5. Iohan. 3. 18. Ibidem. 19. Pſal. 100. 1.

45. Et quia cognovit dulcia judicia, dicit: *Ecce concupivi mandata tua: in tua juſtitia vivifica me.* Bona judicia auctoritate ait. Ecce amat libertatem fidei, qui libertatem dedit. Diligi ſe gaudet, qui ideo venit in hunc mundum, quia hunc mundum dilexit. Amari ſe exigit, qui omnes amat; quia caritas eſt. Concupivit mandata Dei, ut bonus ſervus, ut cultor ſedulus. Concupivit non ut amator meretriciam copulam, non ut avarus pecuniam, non ut luxurioſus laſciviam. De illis enim Lex dicit: *Non concupiſces.* Dominum autem Deum præcepit diligendum, & tenero quodam atque interno amandum cupiditatis affectu. Et quia amicus eſt qui diligit, ſervus eſt qui timet; quaſi amicus qui omnia fecerit, quæ præcepit ei Dominus: *Vos*, inquit, *amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.* ✝. 40. Deut. 5. 21. Ibidem. 6. 5. Iohan. 15. 14.

46. *In tua juſtitia vivifica me:* audet & dicit; eo quod illa ſit vera vita, quæ vivit ſecundum Dei juſtitiam, quam vivebant apoſtoli; immo quam vivunt. Sunt enim qui viventes mortui ſunt: & qui mortui vivunt. Denique alii deſcendunt in infernum viventes: alii cùm ſint corpore mortui, meritis ſuis vivunt. Sunt enim qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis die judicii revertentem, quando cum gloria ſancti reſurgent.

a. Voci, *dulcia*, edit. vet. & quædam Pariſ. adjungebat: *Quomodo oportet confiteri.* Sed hæc nec in mſſ. Vat. nec in noſtris inveniuntur.

*. Ambroſius paſſim ita diſtinguit inter impios ac peccatores; ut illos eſſe definiat qui numquam in Chriſtum credidere: hos vero, qui ipſius quidem fidem amplexi ſunt, ſed victi concupiſcentiæ illecebris peccata gravia perpetrarunt. Compara hunc locum cum iis quæ S. Doctor in Enarr. Pſalm. 1. ad ✝ 5. num. 56. docet; & vide etiam quæ nos ibidem annotavimus.

SERMO SEXTUS.

ו Vau.

a 1. **S**Exta littera *Vau*,[a] cujus interpretatio, *Ille eſt, & non alius*. Vel cujus interpretatio: *Et ille*.

℣. 41. 2. *Et veniat super me miſericordia tua, Domine, ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum*. Quid ſignificet ioterpretatio litteræ, quoniam ſubobſcura eſt, ex pſalmi ſerie colligendum putavi. Nam cùm Propheta poſtulet: *Veniat ſuper me miſericordia tua, Domine: veniat ſalutare tuum*; non eſt dubium
b [b]quem videre depoſcat, hoc eſt, in quo fructus & miſericordiæ veniat & ſalutis. Denique in
Pſal. 84. 2. ſuperioribus idem popoſcit in pſalmo octogeſimo quarto, in quo evidentius domini Jeſu prophetavit adventum. Nam terram quam benedici poſtulet, ſatis notum eſt, illam videlicet quæ peccatum in Adam contraxerat, cui dicitur:
Gen. 3. 19. *Terra es & in terram ibis*. Maledixerat autem
c Deus [c] non elementum naturæ carnis, ſed carnem prævaricantium. Benedicitur caro igitur in Chriſto, ut maledicto ſuperiore caro ſolvatur. Benedicitur caro, quam benedictus Filius Dei, adſumta hominis conditione, ſuſcepit.

Pſal 84. 7. & ſeq. 3. Et ideo ſubdidit: *Deus tu convertens vivificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus Deus; quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui convertunt ad ipſum cor ſuum. Verumtamen prope timentes eum ſalutare ipſius; ut inhabitet gloria in terra noſtra*. Totus hic locus Jeſum dominom ſonat, qoi vivificavit mortuos: Lazarum ante paſſionem, plurimos tempore propriæ paſſionis. Ipſe eſt miſericordia, ut pote remiſſio peccatorum. Ideo dicit: *Oſtende*, qnem videre poſſit in corpore. Nam Deum in majeſtate ſua videre non
Iohan. 1. 18. poterat; quia *Deum nemo vidit umquam*. Avidus Propheta deſiderat videre, quem ſperat tenere: quem ſi viderit, deſiderat propriis manibus comprehendere. Ideoqne ait: *Et ſalutare tuum da nobis*. Salutare Dei virtus eſt, ſalutare Dei Chriſtus eſt; & ideo prope timentes hoc ſalutare. Longe erat Chriſtus à nobis, longe erat à nationibus: deſcendit in terras, factus eſt prope, cœpimus non timere. Nam qui Chriſtum timet, noo rimori eſt ſubditus, ſed devotioni. Pietaris hic timor, non ioſirmitatis eſt. Deoique nihil deeſt rimentibus eum. Quomodo autem factus ſit prope, audi: *Vt inhabitet*, inqoit, *gloria in terra noſtra*. Quis eſt gloria, niſi dominus Jeſus? Unde & apoſtolus Paulus ait:
2. Cor. 1. 3. *Deus domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater gloriæ*. Meritò complacet in eo Pater; quia Patris gloria eſt. Hunc qui à Patre ſeparat, majorem Patri injuriam facit, quem vult eſſe ſine gloria. Hunc quiſ-

A quis æqualem Patri non putat, inferiorem & Patrem judicat; cùm alio verbo Patrem plus laudare non poſſit, cujus ſumma laus & gloria Chriſtus eſt.

4. Rogatur ergò nt veniat ſalutare Dei. Ille eſt qui rogatur, boc eſt, dominus Jeſus, & non eſt alius; ſicut habet litteræ interpretatio. Et vel ſic non ſolus Pater rogatur: Eſt & ille, hoc eſt, & Filius qui rogatur, & rogatus advenit, & ſalutare mundo dedit. Ideo σωτὴρ, hoc eſt ſalvator; ideo
B Jeſus, ſicut Aogelus dixit: *Quia ſalvum faciet populum ſuum*. Cùm invocaret igitur Propheta, aderat; ut probaret illud, quia adhuc loquentibus nobis dicit: *Adſum*. Matth. 1. 21. Eſai. 58 9

5. Adeſt, quia ſuſcitatus à filiabus Judææ, quaſi reſuſcitatus à filiabus Hieruſalem. Audit Eccleſia ſonum vocis ejus, & dicit: *Vox conſobrini mei. Ecce hic advenit ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles*. Manipularis eſt liber, multas habens perſonas Cant 2. 8.
nobiles, [d] velnt manipulus triumphalis, multoſ- d
C que actus ſignificans, quos intelligere magis, quam expreſſos tenere poſſimus. Nam quaſi advenientem Sponſum audierit cum aliqnibus pariter viaotibus colloquentem, dicit Sponſa: *Vox conſobrini mei*. Dum loquitur cum filiabus Hieruſalem, & rogat ut exciteot & reſuſcitent Sponſum, ſubitò tamqnam de longinquo miſſæ vocis ſonum ſentiens, dicit: *Vox conſobrini mei*, annuntians qoem nuntiari ſibi aote quærebat, quem cupiebat ab aliis ſuſcitari: ſua prece reſuſcitatum à
D Patre venire jam credens, læta dicit: *Vox conſobrini mei*. Bene addidit, *conſobrini mei*; ut ooo aliæ, ſed conſobrina ſola ſibi ejus vindicaret adventum.

6. *Ecce*, inquit, *iſte advenit*. Adhuc ego eum quæro, & ille jam venit: adhuc ego ſuffragia capto ut veniat, & ille jam proximus eſt. Ego ſuſcitari mihi caritatem cupio, ego me vulneratam caritatis puto; & ad me plus caritas ipſa feſtinat. Ego dixi: *Veni*: ille ſalit & tranſilit. Ego rogo eum
E venire cum gratia: ille gratiarum operatur augmenta: & dum venit, incremeota gratiæ ſecum vehit, & veniendo adquirit; quia ſtudet etiam ipſe ſuæ placere dilectæ. Salit ſuper excelſa, ut adſcendat ad Sponſam; Sponſæ enim thalamus tribunal eſt Chriſti. [e] Salit ſuper Adam, tranſilit ſu- e
per Synagogam. Salit ſuper geotes, traoſilit ſuper Judæos. Videamus ſalientem. Salit de cælo in Virginem, de utero in præſepe, de præſepio in Jordanem, de Jordane in crucem, de cruce in
F tumulom, io cælum de ſepolcro. Proba mihi, David, ſalientem, proba currentem; tu enim dixiſti: *Exſultavit tamquam gigas ad currendam viam: à ſummo cælo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus; nec eſt qui ſe abſcondat à calore ejus*. Ergo & nunc ſalit, & nunc currit de cor- Pſal. 18. 6. & 7.

a. Hic mirum quantum varient mſſ. ac edit. Alibi enim: *cujus interpretatio ſonat vel ſit: Non ille: alius interpres. Et non eſt, ait.* Alibi autem.... *non ut ille: alius interpres* &c. Alicubi, *cujus interpretatio eſt: Et ille* (in une edit. *Vt illa*) *alius interpres: Et non eſt, ait.* Alicubi etiam, *cujus interpretatio eſt: Eſt & ille: alius interpres ait: non eſt alius.* Poſtremo in mſſ. aliquot habetur, ut in textu. Quam lectionem eo ſequuti ſumus, quod eam infra num. 4. Ambroſius ipſe confirmat.

b. Mſſ. aliquot: *quem videre depoſcat, in quo fructus eſt miſericordia, venia, & ſalutis.* Aliquot alii.... *fructus eſt miſericordia, & venia ſalutis.* Reliqui ac edit. ut in textu.

c. Sic edit. vet. ac mſſ. niſi quod in horum nonnullis vox, *carnis*, omittitur; & in eiſdem mſſ. habetur, *ſuperiore*, ubi legebatur in edit. *ſuperato*. Edit. autem Rom. ita habet, *non elementum terræ, neque ſubſtantiam, aut naturam carnis, ſed in elemento carnem prævaricatricem. Benedicitur ergo in Chriſto terra, hoc eſt, caro* &c.

d. Edit. & mſſ. non pauci: *velut manipulos triumphales:* Octo tamen ex his: *velut manipulus triumphalis.* Optime. Dicitur autem triumphalis manipulus turma ſenatorum, aliorumque virorum illuſtrium, quibus imperator, dum triumpharet, ſtipatus incedebat. Vide *Joſephi Laurentii Polymathiam*, lib. 3. Syn 81. Item *Iohan. Pruſini antiq. Rom* lib. 10 cap. 19. & alios.

e. Ita mſſ. duodecim. Edit. vero cum aliis: *Salit ſuper Eccleſiam.* Quam mutationem eſſe gratià inductam autumamus; ut Eccleſia Synagogæ, quæ ſequenti membro nominatur, opponeretur. Verum idcirco hic Adami videtur facta mentio, ut oſtenderet innocentiæ, ut vocant, ſtatum, ac legem naturæ à Chriſto non fuiſſe alienam.

de Patris ſuper ſanctos ſuos, de oriente ſuper occidentem, de ſeptemtrione ſuper meridiem. Ipſe eſt qui adſcendit ſuper occaſum, ipſe ſuper cælos cælorum ad orientem. Ipſe adſcendit ſuper montes, ipſe ſuper colles.

7. Utinam ego miſer dicam, dicat anima mea: *Ecce iſte advenit*, & advenit non ſuper terrena, non ſuper valles; ſed advenit *ſaliens ſuper montes*; Deus enim, Deus montium eſt, & non vallium. Ubi ergo ſalit? Super montes ſalit. Si ſis mons, ſalit ſuper te. Salit ſuper Eſaiam, ſalit ſuper B Hieremiam, ſalit ſuper Petrum, Johannem, Jacobum. *Montes in circuitu ejus*: (Pſal. 124. 2.) ſi non potes mons eſſe, nec prævales, eſto vel collis, ut ſuper te Chriſtus adſcendat; & ſi tranſilit, ita tranſiliat, ut te tranſitus ejus umbra cuſtodiat.

8. Diximus de Chriſto & Eccleſia: dicamus de anima & Verbo. Anima juſti Sponſa eſt Verbi. Hæc ſi deſideret, ſi cupiat, ſi oret, & oret aſſidue, & oret ſine ulla diſceptatione, & tota intendat in Verbum, ſubitò vocem ſibi videtur ejus audire C quem non videt, & intimo ſenſu odorem divinitatis ejus agnoſcit: quod patiuntur plerumque qui bene credunt. Replentur ſubito nares animæ ſpiritali gratia, & ſentit ſibi præſenniæ ejus flatum adſpirare quem quærit, & dicit: Ecce iſte ipſe eſt quem requiro, ipſe quem deſidero.

9. Nonne cùm aliquid de Scripturis cogitamus, & explanationem ejus invenire non poſſumus, dum dubitamus, dum quærimus, ſubito nobis quaſi ſuper montes altiſſima dogmata videtur D adſcendere: deinde quaſi ſuper colles apparens nobis, illuminat mentem; ut infundat ſenſibus, quod invenire poſſe difficile videbatur? Ergo quaſi ex abſente fit præſens Verbum in cordibus noſtris. Et rurſus cùm aliquid nobis ſubobſcurum eſt, tamquam ſubducitur Verbum, & tamquam abſentis adventum deſideramus: & iterum apparens oſtendit ſe nobis, tamquam præſens ſit nobis in iis, quæ requirimus, cognoſcendis. Salit ergo in uniuſcujuſque corde frequenter: tranſilit & E exit, & revertitur, ſi ſequaris, ſi requiras, ſi tibi fidelium gratia, diſceptatione doctorum Verbum quod exierat atque tranſierat, poſtules reſuſcitari; ſicut illa quæ quæſivit & invenit, quæ dixit: *Frater meus tranſivit: anima mea exivit in verbo ejus.* (Cant. 5. 6.)

10. Ergo & ſi ſuper montes ſalit, ſequere: et ſi ſuper colles, ſequere. Reperiuntur enim in montibus & in collibus venatores Domini, qui inveſtigant eos qui capiuntur ad vitam. Sic enim dixit F per Hieremiam Deus: (Hier. 16. 16.) *Ecce mitto multos piſcatores, ... & multos venatores, & venabuntur eos ſuper omnem montem, & ſuper omnem collem.* Ibi ergo populus Dei quæratur, & inveniatur in Petri & in Pauli doctrina, gratia, diſciplina; ut non in convalle ſint, ubi fletus: ſed in montibus, à quibus unumquemque Chriſtus illuminat. Et cùm Petrum legimus, Chriſtus illuminat. Et cùm Pau- A lum legimus, Chriſtus illuminat. Curavit Paulus, Chriſtus illuminavit; quoniam invocato domini Jeſu nomine, reſurrexit, cujus ſanatus eſt munere. Suſcitavit mortuam Petrus, Chriſtus illuminavit; & ideo ait: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* (Pſal. 75. 5.)

11. Nos igitur qui montes eſſe non poſſumus, ſtemus in montibus vel in collibus; ut cùm miſerit piſcatores ſuos Dominus, & venatores, ut venentur eos qui ſuper omnem montem ſunt, vel B ſuper omnem collem, id eſt, in Legis & prophetarum præceptis, & novi & veteris Teſtamenti cognitione omnem habentes converſationem, inveniant nos paratos, & velut bonas colligant ſpicas, opportuno miſſi meſſores tempore; quia ſi quis extra montem aut collem fuerit repertus, colligi velut bona ſpica non poterit ab iis, qui (ut comparationis faciamus alterius mentionem) triticum à paleis ſeparare mittentur. Plurimarum igitur operationum ſolertes miniſtros Dominus C habet. Iidem piſcatores, iidem etiam venatores ſunt, atque meſſores.

12. Si in tempore meſſis, [a] quo diriguntur iſti, meriti maturus exſpectes, ſalientem in montibus poteris intueri, & videbis dominum Jeſum ſimilem (Cant. 2. 9.) capreolo, aut hinnulo cervorum ſuper montes Bethel. Salit enim ſuper Eccleſiam, quæ eſt domus panis, eo quod fidelium corda confirmet. Merito ſicut capreola; quia caprea in altis paſcitur. Dorcas dicitur à videndo. [b] Dorcadion enim viſus D acutioris eſt. Quid acutius Chriſto, qui Patrem videt, quem videt nemo? Aut ſi quis vidit in Chriſto, ipſe Filius revelavit. Merito ſicut hinnulus cervorum: hinnulus quaſi filius, cui paternæ inoleverit vis naturæ; ut eum occulta non lateant, ſerpentes fugiant, venena non lædant. Denique eductus de latibulis ſuis ſerpens, qui producebatur ex homine, dicebat: *Quid veniſti ante tempus torquere nos?* (Matth. 8. 29.)

13. Spectemus ergo ſalientem hunc hinnu- E lum, ut non poſſimus timere ſerpentem. Non timebat David. Denique de his dicebat ſerpentibus: *Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum; quia ſperavi in ſermonibus tuis.* (℣. 42.) Quaſi bonus cervus, qui bibiſſet de fontibus aquarum, nequaquam humanorum ſerpentium ſpiras, & maledicorum venena metuebat. Coluber illi non erat noxa, ſed præda. Cibus erat ſerpentini virus alloquii, & cibus laudis de quo dicebat: *Deus, laudem meam ne tacueris; quoniam os peccatoris, & os do-* (Pſal. 108. 2.) F *loſi ſuper me apertum eſt.* Saginabatur venenatorum ſermonibus. * Illi ſibila obtrectationum ora tollebant, & ſermonibus odii circumdabant innocentem. Bonus cervus inter multos colubros poſitus non timebat, cervus amicitiæ, & pullus gratiarum. Simulabant caritatem, ſundebant obtrectationem: *Ego autem*, inquit, *orabam.* (Ibidem.) Bonus cervus in medio viperarum innocuus paſcebatur. Illi triſulcis ora linguis micabant: hunc autem ſancta

a. Rom. edit. ſola, *quo diriguntur iſti metere, maturus exſpectes.*
b. Edit. omnes: *Dorcadon enim viſus acutior eſt.* Miſſ. tres: *Dorcaticon*; totidem: *Dorcation*, quinque: *Dorcaticon*; unus: *Dorcaticon*, non male, ſi ſubintelligatur genus vel animal. Nam omnes habent, *viſus acutioris eſt.* Attamen quin legendum ſit *Δορκάδιον*, id eſt, *capreolus*, dubitet nemo, qui ſeriem paulo attentius inſpexerit. Rurſus ubi edit. ac mſſ. aliquot *Quid hoc aptius Chriſto*, vel ut aliqui, *à Chriſto?* Alii majori numero habent: *Quid acutius Chriſto?*

* Videtur hoc loco Ambroſius noſter adludere ad verſum illum è lib. 3. Georg. de ſerpente:
Tollentemque minas, & ſibila colla tumentem.
Sed infra etiam manifeſtius reddit alium iſtum ex eodem libro:
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.
Micare autem idem eſt ac producere & reducere, ſumta metaphora ex quodam ludi genere, quod extenſis & contractis digitis exercebant, de quo videſis *Eraſmi Adagia* Chil. 1. Cent. 8. adagio 27. *Dignus quicum in tenebris mices.*

paſcebat oratio, immo cibum obtrectantibus of- A ferebat. Reſpondit obtrectantibus ſibi verbum; Matth. 4. 4. verbum enim cibus eſt. Denique *non in pane ſolo* Pſal. 108. 25. *vivit homo, ſed in omni verbo Dei. Viderunt me*, inquit, *& moverunt capita ſua*. Maledicebant, ego autem benedicebam. Maledicebant qui obtrectabant: benedicebam, qui verbum Domini prædicabam.

14. Quam bonum eſt ferre convicium, & convicium non referre? Deum præſulem adquirit, qui convicianti neſcit iraſci. Denique quanta pa- B Ibidem. 2. tientiæ gratia dicentis: *Maledicent ipſi, & tu benedices?* Beatus qui maledicta non ſentit. Beatus quem maledicta non permovent. Non enim poteſt maledicto moveri, qui maledicta hominum divinæ munere benedictionis excludit. Non poteſt ſentire maledictum, qui habet verbum: & non poteſt referre maledictum, cui in ore ſemper eſt verbum.

15. Sed eſt etiam bonus ſerpens, quem iſte cervus non lædat. *Eſtote*, inquit, *aſtuti ſicut ſerpentes*. C Matth. 10. 16. Et: *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto: ita* Iohan. 3. 14. *exaltari oportet Filium hominis*. In ſerpente æreo figuratus eſt meus ſerpens. In ligno illo exaltatus eſt meus ſerpens. Serpens bonus, bonus ſerpens, qui de ore ſuo remedia, non venena fundebat. Poteſt non timere ſerpentes, qui hunc novit adorare ſerpentem. De hoc ſerpente dicit illa quæ Cant. 2. 9. 10. 11. & 12. diligit: *Ecce hic poſt parietem noſtrum, proſpiciens per feneſtras, eminens ſuper retia. Reſpondet conſobrinus meus, & dicit mihi: Surge, veni proxima mea, formoſa* D *mea, columba mea; quia ecce hyems præteriit, imber abiit, diſceſſit ſibi, flores viſi ſunt in terra*. Serpens profecto eſt, qui decurſa hyeme, amictu corporis ſe volebat exuere, ut ſpecioſo decore vernaret. Idem ergo eſt cervus & ſerpens. Cervus habens cornua Legis & gratiæ (cornua ejus duo ſunt Teſtamenta) velox greſſu, impiger inceſſu, qui totum facilè orbem percurrat uno momento, ubique celebrabilis. Serpens quoque bonus, cujus priora dente Legis non mordeant, poſte- E riora non vulnerent Evangelii lenitate. Caput defendit à vulnere, qui Legem venit non ſolvere, ſed tueri ab interpretationibus perfidorum. Caudam in flagella diffundit liberam, cupiens adverſarios magis flagellare, quam perdere. Bonus coluber in gremium dilectæ, atque in ipſum intimæ ſinum mentis facilis illabitur, & adtactu nullo implicans ignem oſſibus, præcordia ipſa depaſcitur.

16. [a] Pulcre lectum eſt hodie: *Ecce ego mitto* a Matth. 10. 16. *vos ſicut agnos in medio luporum*. Celebramus enim F diem ſanctorum quo revelata ſunt populis corpora ſanctorum martyrum, qui velut boni ſerpentes, depoſitis carnis exuviis, tentationum hyemalium rigore ſuperato, & Spiritus ſancti renovati gratia, æſtiva mundo luce fulſerunt, miſſi vere, ut agni, in medio luporum. Lupi ſunt enim perſecutores, lupi ſunt hæretici omnes: docere neſciunt, ululare conſueverunt.

17. Sed nemo moveatur, ſi in medio luporum mittitur. Beneficio Chriſti & lupus ipſe mutatus eſt. Benjamin lupus rapax apoſtolus Paulus factus eſt, non jam inſidiator ovilium Chriſti, ſed defenſor & cuſtos. Cum hoc lupo verſari libet: per hunc lupum, factum eſt ut ſimus tuti in medio luporum. Nemo jam veretur lupos, cum his paſcimur, ſicut ſcriptum eſt: *Tunc lupi & agni ſimul* Eſai. 65. 25. *paſcentur*.

18. Sed jam conſideremus quid ſit quod ait Propheta: *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis uſ-* ℣. 43. *quequaque; quia in judiciis tuis ſuperſperavi*. Viderat Eccleſia vel anima juſti ſalientem ſicut hinnulum ſuper montes, repente proximum adſpiciens poſt parietem domus ſuæ, proſpicientem per feneſtras, eminentem ſuper retia, exſultat & gaudet; quia etiam ipſa amatur à Sponſo: qui tamquam & ipſe vulneratus caritatis decore, dilectæ primò cùm abeſſet, ad oſcula rogatus adfuerit (rogatur enim cùm dicitur: *Oſculetur me ab oſculo oris ſui*) de- Cant. 1. 1. inde preces Sponſæ blanditiaſque non ſpreverit, dilecta ſibi ubera prædicantis, atque in interiora domus eam benignus induxerit; denique tamquam laſcivienti ludens amore, quia velit pertentare ſenſus amantis, ſæpe egreſſus ut quæreretur à Sponſa, ſæpe regreſſus ut invitaretur ad oſcula, adſtiterit poſt parietem, proſpexerit per feneſtras, eminens ſuper retia; ut non totus abeſſet, nec quaſi totus intraret, & ipſe ad ſe Sponſam vocaret, ut veniendi ad ſe invicem fierent gratiora commercia, amoriſque vim mutuis [*] adolerent ſermonibus: *Exſurge*, inquit, *veni proxima mea, for-* Cant. 2. 10. *moſa mea, columba mea*.

19. Et tu ſi habeas fundatum parietem, non illum medium qui domus unius ſeparet membra, ſed ædificatum ſupra fundamentum apoſtolorum & prophetarum; ut compaginata ejus ſtructura creſcat in templum, nec diſterminet ejus interna, ſed muniat: ſi habeas ergo in te ædificationem Dei, & ad orientem pateant ſemper feneſtræ tuæ; venit Verbum, ſtat poſt tuum parietem (*oculi* Pſal. 33. 16. *enim Domini ſuper juſtos*) proſpicit per feneſtras tuas.

20. Quæ ſunt feneſtræ iſtæ? Legimus feneſtras, de quibus dicit Hieremias: *Intravit mors per feneſ-* Hier. 9. 21. *tras*, per quas intravit avaritia, intravit libido. Oculus tuus feneſtra eſt, intravit mors per oculum tuum. Si videris mulierem ad concupiſcendum eam, intravit mors per oculum tuum. Si videris poſſeſſionem viduæ vel minoris, & concupieris invadere, indefenſam putans ætatem eſſe, vel ſexum (ſed non ſunt indefenſi, quos Dominus vult eſſe defenſos) intravit mors per feneſtram. Si videris decorem mulieris, aut theſauros minoris, & tuas excitaveris cupiditates, intravit mors per feneſtram. Sicut ergo per hæc intrat mors, intrat & vita. Si decorem [*] puellæ adſpiciens ſacræ, venereris dominum Jeſum, quod in teneris annis venerit ætas ſenectutis, vita immaculata: & ipſe

a. Cum hæ voces, *Gervaſii & Prothaſii*, tituli inſtar hic in pluribus mſſ. ſuperſcriptæ, tum quæ ſequuntur, *Celebramus enim* &c. ſermonem hunc die revelationi eorumdem SS. Martyrum ſacro pronuntiatum fuiſſe aperte ſignificant. Porro quod paulo ſuperius ait: *Et adtactu nullo implicans ignem* &c. illud Virg. 7. Æneid. de ſerpente in ſinum Amatæ uxoris Latini regis illabente, haud dubie imitatur:

Ille inter veſtes & levia pectora lapſus
Volvitur adtactu nullo, fallitque furentem.

Ubi *adtactu nullo* idem ſonat, ac ſenſim ſine ſenſu. Neque vero minus exprimit quod, quatuor verſibus interjectis, legitur:

Pertentat ſenſus, atque oſſibus implicat ignem

* *Adolerent*, id eſt, magis incenderent, ſive augerent.

*. Puellam ſacram vocat, eam quæ voto publice emiſſo caſtitatem profitebatur. Illa enim à parentibus ſolebat offerri, ut ab Epiſcopo ſacrum capitis velamen, tamquam profeſſionis ſuæ inſigne acciperet. Aliquando tamen invitis etiam parentibus ſolemne illud caſtitatis votum nuncupabat. Sed de hoc vivendi genere quod tanta cura ac ſollicitudine Italiæ Mauritaniæque regionibus invexerit Ambroſius noſter, alius erit dicendi locus.

filiam tuam offeras, ut pio conſecretur velamine: ſi poſſeſſionem minoris non tamquam ſollicitus invaſor adſpicias, ſed quaſi parens ſedulus religioſo tuearis affectu; per has feneſtras proſpicit Chriſtus, ut vocet Sponſam, *eminens ſuper retia*.

21. Bene *eminens*, quia ſolus eſt quem retia non involverint peccatorum. Omnes intra retia erant, immo adhuc intra retia ſumus; quia nemo ſine peccato, niſi ſolus Jeſus, quem non cognoſcentem peccatum, peccatum pro oobis fecit Pater. Etenim tradidit eum laqueis, tradidit eum retibus, mittens eum non in peccato, in quo erant omnes homines, ſed in ſimilitudine carnis peccati; ut de peccato damnaret peccatum in carne. Peccatum erat caro ſecundùm illud, quia hereditario erat damnata maledicto. Peccatum erat illecebra & miniſtra peccati. Venit dominus Jeſus, [a] & in carne peccato obnoxia militiam virtutis exercuit. Facta ſunt membra noſtra jam non arma libidinis, ſed arma virtutis. Namque ubi erant inceotiva libidinis, ibi nunc ſunt domicilia caſtitatis. Hic ergo venit ad laqueos, ſed voluntarius: venit ad retia, ſed ſecurus.

22. Plena erant omnia laqueis, referta retibus.
Pſal 141. 4. Audi dicentem: *In via hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi*. Et in libro Sapientiæ Sy-
Eccli. 9. 20.
rach moneris, ut cognoſcas quia in medio laqueorum ambulas. Quot vitia, tot retia: quot peccata, tot laquei: hereditarii jam te nexus teoebant. Venit ad laqueos Jeſus, ut Adam ſolveret: venit liberare quod perierat. Omnes retibus tenebamur, nullus alium eruere poterat, cùm ſe ipſum non poſſet exuere. Talis ergo neceſſarius fuit, quem vincula generationis humanæ delictis obnoxia non tenerent, non cepiſſet avaritia, non ligaſſet dolus. Is ſolus erat Jeſus, qui cùm hujus carnis ſe circumdediſſet vinculis, captus non erat, non erat alligatus: ſed dirumpens ea atque diſſolvens, ad ſe magis vocavit Eccleſiam, proſpiciens per laqueos, eminens ſuper retia; ut & ipſa diſceret vinculis non teneri. Denique eo uſque non longe à vinculis fuit, ut pro nobis ſubiret & mortem: ſed tamen non ſervus mortis effectus, ſed liber inter mortuos; liber enim erat, qui ſolvendæ mortis poteſtatem habebat. Denique ipſe
Iohan. 2. 19. te doceat, qui ait: *Solvite hoc templum, & in triduo reſuſcitabo illud*.

Cant 2. 10. 23. Audiamus itaque quid dicat: *Exſurge, veni proxima mea*, hoc eſt, ſurge à mortuis, exſurge à vinculis, quibus circumdata tenebaris. *Exſurge*; quia ego reſurrexi tibi: ſolve vinculum iniquitatis; quia ego jam ſolvi tibi. *Veni*; quia jam retia ſoluta ſunt. Virgo peperit, puer natus ex Virgine eſt. Nihil debet muliebri hereditati: quaſi filius mulieris non tenetur. Cerne medium parietem maceriæ jam ſolutum, qui interiorum affectuum concordiam dividebat, & in diverſum excitabat diſſenſiones corporalium paſſionum. Veni ergo ſecura, cupio videre faciem tuam, & audire vocem tuam: veni, ut jam me non per retia videas, ſed facie ad faciem vultibus amatoris dilecta potiaris. Ethice iſta decurſa ſint. Myſtica autem illa, ſi poſſumus, vel * linea intueamur extrema.

24. Sedebat intra domum Sponſa, devota Domino, intra parietem Legis & prophetarum, ſpiritalium lapidum exædificatione fundatum, qui claudebat atque vallabat domum regiam, plenam jucunditatis atque lætitiæ. Mirabatur theſauros regios, & intuebatur ſollicite, cupiens ſapientiam, quæ has ſibi divitias demonſtraret, adſciſcere. In ſecreto erat, ſed ſecreti ipſius interpretem requirebat. Venit dominos Jeſus ſaliens ſuper montes. Nobis ſero videbatur venire; ſed ille properabat. Saliebat denique & tranſiliebat; ut Judæorum corporalia & ſaxoſa dogmata tranſiliret. Adſtitit poſt parietem domus, quæ erat in veteri Teſtamento, proſpiciens per Legis feneſtram, per prophetarum cavernas. Nondum erant domus illius aperta veſtibula: nondum claves ſcientiæ portarum clauſtra patefecerant, quibus Legis claudebantur interna. De ſuperiote tamen hoc eſt, ſpiritali parte proſpectans, Eccleſiam vocat; ut per Legem & prophetas Evangelii vertice ſublimis adſurgens, retia Judaicæ interpretationis & nodos intrepido calcet veſtigio. Ideoque *proxima* vocatur, ut adhæreat Chriſto, mundana non quærat: ideo *formoſa*, ut ſpecioſos evangelizantium pedes proferat: ideo *columba*, ut ſpiritalia petat, terreſtria derelinquat.

25. *Ecce*, inquit, *hyems præteriit: imber abiit, diſ-* Cant. 2. 11. & 12.
ceſſit ſibi, flores viſi ſunt in terra. Ante adventum Chriſti hyems erat: venit Chriſtus, fecit æſtatem. Tunc omnia erant florum indiga, nuda virtutum: paſſus eſt Chriſtus, & omnia cœperunt novæ gratiæ fœcundari germinibus. Imber abiit luxuriæ profluentis, & nubila tetris orta flagitiis, æſtiva jam puræ conſcientiæ ſerenitate laxantur. Ideo non evadunt, quorum fuga hyeme fit; quia non ſequuntur Domioi paſſionem, non tollunt crucem ſuam, & Chriſtum ſequuntur. Imber impedit flores: at nunc flores videntur in terra. Boni flores apoſtoli, qui diverſorum ſcriptorum atque operum ſuorum fuderunt odorem.

26. *Tempus ſecandi advenit*; quoniam matura Ibidem. 12.
in horreis frumenta conduntur: & qui metit, mercedem accipit. *Vox turturis audita eſt*; quia in venit Ibidem.
ſibi nidum, Eccleſia enim domus eſt caſtitatis. Ficus quæ propter infœcunditatem jubebatur excidi, fructus jam ferre cœpit. Vinea tranſlata ex Ibidem. 13.
Ægypto, jam non maceriis deſtructa depoſitis, incurſatur à beſtiis, nec informis ſentibus, ſed odora jam floribus, quæ ſolebat facere ſpinas, fructu curveſcit uvarum.

27. Merito igitur ſanctus David paſcha Domioi celebrans, & ferventi ſpiritu tempora ingreſſus æſtiva, qui in verbo Dei fructus varios colligebat, hyemis adverſa declinans ait: *Et ne auferas ex ore meo verbum veritatis uſquequaque; quia in judiciis tuis ſuperſperavi*. Quantus labor eſt, ut verbum percipias? Quantum iterum peri-

a. Hunc locum Catharinus Opuſc. *De Concept. B. Mariæ*, laudat; ſed ita refert: *Et in carne, quæ peccato in matre fuerat obnoxia* &c. Verum jam viris doctis obſervatum eſt hæc verba *in matre*, nuſquam apud Ambroſium inveniri. Et certe S. Doctor id tantum hoc loco ſignificat, Chriſti carnem ejuſdem ac noſtram, quæ peccato obnoxia eſt, naturæ eſſe: neutiquam vero inficiatur beatæ Virginis immunitatem ab omni peccato, quippe quam non obſcure adſtruat in ultimum hujus ipſius pſalmi verſiculum illis verbis: *Suſcipe me non in carne, quæ in Adam lapſa eſt. Suſcipe me non ex Sarra, ſed ex Maria; ut incorrupta ſit Virgo, ſed Virgo per gratiam, ab omni integra labe peccati.*

*. *Extrema linea*, id eſt, eminus ſeu è remotiori loco. Nam quod in quaque re poſtremum eſt, extremum dicitur. Eſt autem proverbialis locutio è circo, ubi variis gradus & ſpatia lineis diſtinguebantur, tranſlata: de qua vide Adagia Eraſmi Chil. 4. Cent. 5. Prov. 46. & alibi.

culum

1 Tim. 4. 14. Prov. 27. 16. culum ſi amittas? Et ideo tibi dicitur: *Noli negligere gratiam quæ in te eſt. Excole diligenter quaſi bonus agricola, campum tuum; ut paſcantur agni tui, & ſata tua floreant.* Non auferatur ex ore tuo verbum; ne forte factis verba non congruant, & deforment iniquitatis opera magiſterium diſciplinæ. Tollitur ex ore verbum, cùm dicitur peccatori: *Quare tu enarras juſtitias meas?* (Pſal. 49. 16.) Et ipſa obmuteſcit facundia, ſi ægra ſit conſcientia. Veniunt aves cæli; etiam ipſæ tollunt verbum ex ore tuo, [a] quæ tollunt verbi ſemen è ſaxo, ne fructum adferat.

28. Nunc conſideremus, utrum etiam ex corde poſſit auferri verbum veritatis. Radicatum enim verbum atque depreſſum, & infixum mentibus noſtris difficile auferri poteſt. Denique dictum eſt à Domino: *Quare tu enarras juſtitias meas?* (Ibidem.) Non dixit: Quare cogitaſti juſtitias meas? *Et adſumis Teſtamentum meum per os tuum?* Non dixit: Per cor tuum. Sermo cohibetur indigni animi, non obſtruitur pœnitentia: inſolentiam probibet, non excludit correctionem. Cavendum tamen eſt ne & ipſa interius corda turbentur, & offundat tenebras malitia; ut cor vanis cogitationibus obcæcatum lucem veritatis amittat, fulgoremque verbi capere non poſſit. Si igitur David orat, ne auferatur ex ore ſuo verbum, & ſi auferatur, non *uſquequaque*, id eſt, non penitus auferatur: quis tantus eſt, qui in poteſtate ſua gratiam diſputationis eſſe commemoret, præſertim ſi vita redarguat, quod doctrina præſumat, & judicio Dei damnanda committat? Is enim qui in judiciis Dei ſperat, ſervare poteſt verbum veritatis; quia dum veretur pœnam, cuſtodit gratiam.

℣. 44. 29. Ideoque ait: *Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in æternum, & in ſæculum ſæculi.* Duo dixit, cùm unum ſatis eſſe poſſet, ſi unum ſignificare voluiſſet. Sed quia non ſolum in præſenti vitæ bujus tempore, ſed etiam in futuro poſt bujus vitæ curriculum cuſtodienda lex promittitur; ideo arbitror quia & ſecundum eos qui exemplari & umbræ ſerviunt cæleſtium, & ſecundum eos qui in cæleſtibus ſiti ſecundum veram Legem cultus Deo deferunt, pollicetur ſibi eſſe vivendum; ut & hîc & ibi legem cuſtodiat. Hîc in exemplari, in ſpeculo, in ænigmate: illic in ipſa facie veritatis.

30. Poſſumus & illud intelligere, quia διὰ παντὸς non ſolum id ſignificat quod dicitur, ſemper, ſed etiam id quod, per omnia; quia ille per omnia Legem cuſtodit, qui cùm ſit eruditus in Lege, ſub Lege natus, & ſupra Legem devotionis ſuæ gradum promovens, liberatur [b] à Lege (Chriſtus enim nos redemit à maledicto Legis) non ſine lege Dei, ſed in lege factus eſt Chriſti: aut certe ſi per omnia Legem cuſtodiamus, ſi legitimam pueritiæ atque adoleſcentiæ diſciplinam, juventutis converſationem, ſenectutis maturitatem, tramitemque ſingulis præſcriptum ætatibus nequaquam vitæ noſtræ uſus excedat. Similiter etiam animæ noſtræ quædam eſſe videntur ætates, per quas percurrit & tranſit, ut poſſit dicere: *Curſum* (2. Tim. 4. 7.) *conſummavi.* Denique animæ ætas eſt illa, de qua dicitur: *Et ætas ſenectutis vita immaculata.* (Sap. 4. 9.) Per omnia ergo Legem cuſtodit, qui & in his corporis noſtri ætatibus, & in illis animæ noſtræ proceſſibus non deviarit à Lege.

℣. 45. 31. *Et ingrediebar in latitudine; quia teſtimonia tua exquiſivi.* Qui ſecundum mandata anguſtam & arctam graditur viam, ambulat in latitudine. Unde legimus: *In tribulatione dilataſti mihi.* (Pſal. 4. 2.) Et alibi: *In tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudine.* (Pſal. 117. 5.) Sapiens enim in cordis ſui ambulat innocentia, & de ejus fonte ſuperfluunt aquæ ſuper ejus plateas, qui mentem ſuam non intra corporalia & terrena concludit; ſed dirigit ad cæleſtia, ut converſatio ejus in cælo ſit. Audi nullas anguſtias ſentientem: *Preſſuram*, inquit, *patimur: ſed non anguſtamur.* (2 Cor. 4. 9. 2. Cor. 6. 12.) Et quomodo coanguſtari poterat, cujus os ſemper patebat; ne credentes coartarentur? Ipſe exponat quid ſit ingredi in latitudine. Dicit enim: *Quia etſi corpus anguſtatum eſt, cor noſtrum dilatatum eſt. Non anguſtamini in nobis: coartamini autem in viſceribus veſtris.* (Ibidem. 11. & 12.)

32. Coanguſtari in Paulo non poterant, in quo erat altitudo ſapientiæ, & fidei latitudo. Quomodo enim poterant coartari in eo, qui erat vas electionis æternæ? Sed coartabantur in ſemet ipſis, quia improbus in ſe ipſo coartatur, malitiæ ſuæ laqueis ſtrangulatus. Conſtitue mihi avarum, villarum quotidie terminos proferentem, excludentem vicinos; utrum is tibi dilatari, non coanguſtari videtur, quem terra ipſa non capit? Quantacunque ſpatia domus ſuæ porrexerit, clauditur anguſtis opinionis ſuæ finibus, cui quod habet non eſt ſatis. Sed non talis eſt, qui poteſt dicere: *Et ingrediebar in latitudine.* Addidit etiam cauſam: *Quia teſtimonia*, inquit, *tua exquiſivi.*

℣. 46. 33. *Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar.* Grate convenit iſta vox martyri, qui vocatus ad ſacrilegium, exprobrantibus ſibi regibus crucifixum Jeſum, non erubeſcebat: ſed magis gloriabatur in cruce Chriſti, & illam mundi ſalutem eſſe teſtimoniis cæleſtibus adſtruebat. Hos vocat Chriſtus in Sponſa dicens in Canticis canticorum: *Et veni tu columba mea, in tegumento petræ, juxta præmunitionem*; (Cant. 2. 14) hoc eſt, veni juxta Evangelium. Propugnacula fidei tuæ geſta ſunt Chriſti: muri tui ſubſidia verba ſunt Domini: paſſio Dominici corporis tua virtus eſt. *Oſtende mihi faciem tuam, & inſinua vocem tuam; quia vox tua ſuavis eſt, & facies tua pulcra.* (Ibidem.) Suavis eſt vox; quia ore confeſſio fit ad ſalutem: & decora facies, quæ non erubeſcit Auctorem, non confunditur Redemtorem. Oſtendit ergo faciem ſuam, ſignaculum crucis præferens: & inſinuat vocem ſuam, auctoritatem prædicationis adſumens. In tegumento enim corporis Chriſti, quo redemta eſt à peccato, munimentum gratiæ ſpiritalis invenit; ut ſalutaria ſibi & ſentiat & loquatur. Suavis ergo vox quæ in divinis teſtimoniis loquebatur: decora facies, quæ in conſpectu regum non confundebatur.

a. Edit. omnes: *ex ore tuo. Sunt enim tempora tentationum, quæ tollunt verbi ſemen è ſaxo, ne radicem habentes.* Vet. edit. *fructum adferant:* Rom. *nec etiam fructum ferant.* Sed quæ reſecavimus è textu in nullis Gall. mſſ. repertas. Et certe penitius locum inſpicienti, non obſcurum fuerit ſcioli cujuſpiam eſſe paraphraſim. Quò enim, quæſo, *ne radicem habentes*? Nam quod Mſſ. aliquot legunt, *adferant*, id quidem ad *ſemen*, quæ vox collectiva eſt, poteſt referri.

b. Omnes edit. *à Lege. Chriſtus enim nos redemit à maledicto Legis: & ideo non ſine Lege* &c. Sed præterquam quod, *& ideo*, in cunctis mſſ. deſideratur, minus ſibi cohæret ſeries orationis; quocirca lectio mſſ. potior viſa eſt.

34. Poſſumus & illos reges intelligere, quibus A
1. Pet. 2. 9. dicitur à Petro: *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in adoptionem.* Sunt enim reges qui offerunt in Hieruſalem ſapientiæ ſuæ munera, quibus data eſt gratia verbum loqui, & quadam poteſtate regali flectere populos, & animas mulcere ſanctorum: non erubeſcentes in eo; quia nihil alienum ab honeſtate loquerentur, quos nemo redarguat & repellat, quaſi quia non ſint digni, quos idoneos Chriſtus miniſtros novi fecerit Teſtamenti, & jam in illo non erubeſcen- B
tes; eo quod non metuerent ne confunderentur diſceptantium contraria adſertione ſuperati. Rex igitur eſt qui non erubeſcat, ne in actu reprehendatur, redarguatur in ſermonibus; eo quod & vitâ debeat eſſe fundatus & verbo. Itaque quamvis perfectus ita eſſet Propheta, ut non erubeſceret in conſpectu regum; tamen meditabatur in præceptis Dei omni vitæ ſuæ tempore, & opera ſua elevabat, nihil agens quod terrenis cupiditatibus adhæreret. C

℣. 47. 48. 35. Ideoque ait: *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi nimis: & exercebar in juſtificationibus tuis.* Pulcherrimus ordo iſte, ut primo meditemur, & eorum præceptorum quæ diligimus, ſit nobis adſueta meditatio. Meditatione enim mandatorum cæleſtium operis boni uſus inoleſcit. Nam ſicut meditationi verborum finis memoria eſt, ut quæ meditamur verba teneamus: ſic meditationis præceptorum cæleſtium intentio D
vel finis operatio eſt, actuſque directus ad implenda præcepta divina, quæ niſi quis diligat, implere non poterit: nec ſolùm diligat, ſed etiam *nimis* diligat.

36. Ideo prius poſuit: *Et meditabar in præceptis*
℣. 48. *tuis, quæ dilexi nimis.* Et ſubjecit: *Et levavi manus meas ad præcepta tua, quæ dilexi nimis.* Poſt meditationem etenim bonum eſt levare actus noſtros ad præcepta Dei, atque id facere cum caritate, cum gaudio; ut non ex neceſſitate ſit bonum noſ- E
trum, non cum mœrore atque mœſtitia, ſed voluntarium; quia ſervus invitus facit, amicus voluntarius. Nos autem ſtudeamus ut dicatur no-
Johan. 15. 15. bis: *Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos;* quia quaſi amici mandatum Dei ex voluntate feciſtis. Qui autem meditatur & diligit, & actus ſuos levat, ut faciat quæ placeant Deo, is debet non negligere, nec tranſcurrere mandata divina: ſed exerceri in his, immorari plurimùm, juſtificationes Dei crebro revolvens ſollicitæ mentis affectu.

SERMO SEPTIMUS.

.ז Zain.

1. LIttera ſecundum Hebræos *Zain* ſignificat latine, *duc te*: alibi ſignificat, *huc.* Quid ſibi velit iſta interpretatio non ſatis liquet; niſi forte ut unuſquiſque ſe regat, & ipſe ſui ductor ſit. Vel *huc*, id eſt, quo litteræ hujus verſiculi vocant, dirigat iter. Meritoque in primo ſtatim verſu requiem ſuam poſtulat; quia ipſe litteræ ſeptimus numerus eſt quietis. Quæ autem major requies, quàm ut in verbo Dei requieſcat, atque ejus ſe gratia & conſolatione demulceat.

2. *Memento*, inquit, *Domine, verbi tui ſervo tuo,* ℣. 49.
in quo mihi ſpem dediſti. Verbum Dei dejectos nos atque depreſſos ad cæleſtem gratiam provocavit; ut deſideremus æternitatem, [a] deſpiciamus a
præſentia, temporalium incurioſi futura & inviſibilia requiramus. Vocat igitur nos ad ſe Dei Verbum, ſicut habes ſcriptum: *Venite ad me omnes qui* Matth. 11.
B *laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Ideo- 28.
que ſequamur vocantem dominum Jeſum; ut à ſæcularibus ad perpetua tranſeamus, noſque ipſos regere noverimus.

3. [b] Ergo David, quoniam ſæpe reſponſis erat b
invitatus cæleſtibus, quibus remunerationem fidei meritorumque ſperaret fore, ſicut habes ſcriptum, dicente Deo per Nathan prophetam: *Ac-* 2. Reg. 7.
cepi te de ovili ex uno grege; ut ſis in principem in po- 8. & 9.
pulum meum Iſrael; & eram tecum in omnibus qui-
C *bus ingrediebaris; & exterminavi omnes inimicos tuos à facie tua.* Et infra: *Et requiem tibi dabo ab om-* Ibidem. 11.
nibus inimicis tuis. Quo reſponſo accepto, ait David: *Quid ſum ego, domine Deus meus, & quæ domus* Ibidem. 18.
mea; quoniam dilexiſti me in his, & memorata ſunt & 19.
minima in conſpectu tuo, Domine, & locutus es pro domo ſervi tui in longinquo? Et infra ait: *Et nunc, do-* Ibidem. 28.
mine meus, domine, tu es Deus, & verba tua ſunt ve- & 29.
ra, & locutus es pro ſervo tuo bona hæc: & nunc incipe benedicere domum ſervi tui, ut ſim in æternum in con-
D *ſpectu tuo; quoniam tu, domine meus, domine locutus es, à benedictione tua benedicetur domus ſervi tui in æternum:* hoc igitur reſponſo & aliis vocatus David, ſperare non deſinit, & propheticæ fidei auctoritate convenit Dominum; ut meminerit promiſſorum ſuorum, quorum immemor eſſe non ſoleat. Sanctis enim quæcumque ſpoponderit, implere conſuevit, noſtrarum immemor iniquitatum, ſuarum non immemor ſponſionum. Denique ſcriptum eſt: *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates* Eſai. 43.
E *tuas .... & memor non ero: tu autem memor eſto &* 25. & 26.
judicemur. Vult oblivisci quæcumque minitatus fuerit peccatoribus, ſi vias aliquando convertant: vult etiam conveniri, ut ſi quis propoſita ſecutus virtutibus præmia, bene certaverit, fructum remunerationis exſpectet; quin etiam exigat, ſicut habes ſcriptum: *Certamen bonum certa-* 2. Tim. 4.
vi, curſum conſummavi: repoſita eſt mihi corona juſti- 7.
tiæ. Non eſt enim arrogans uſurpatio, ſed fidelis; quia verum Deum non poſſe fallere confitetur. Ideoque admonet & David dicens, ut memine-
F rit Dominus verbi ſui; quo nos ad ſperandum provocat; ut terrenis renuntiemus, inhæreamus cæleſtibus.

4. Dicit ergo David: Certamen certatus ſum, bravium peto verbi tui, quod promiſiſti mihi: memor eſto promiſſorum tuorum, quæ ſpopondiſti ſervo tuo. Non uſurpatorie ſperavi, quæ ut ſperarem, ipſe feciſti. Servus ſum, exſpecto alimentum à Domino: miles ſum, exigo ab imperatore ſtipendium: vocatus ſum, poſtulo ab invitante promiſſum. Verecunde autem auctorita-

a. Edit. Rom. cum duobus mſſ. *Deſpiciamus præſentia, temporalia recuſemus, futura* &c. Antiquæ cum aliis aliquot: *Deſpiciamus præſentia temporalium incurſionum, ſi futura,* &c. Major autem ac potior pars mſſ. ut nos in textu.

b. Edit. omnes: *Ergo David* [*vocatus erat verbo Dei, & ſpem in eo habuit*] *quoniam* &c. Sed incluſa uncinis neque in Vat. neque in Gall. cod. reperire eſt. Addita vero ab aliquo videntur fuiſſe, qui cùm intelligeret voces (*Ergo David*) referri ad inferiores illas: *Hoc igitur reſponſo* &c. putavit ſenſum nimis eſſe ſuſpenſum. Unde ut ei vitio mederetur, voces à nobis raſtreatas adjecit.

tem ſuæ fidei temperavit, dicendò ſe ſervum; quia A
Pſal 122. 2. *Oculi ſervoram in manibus dominorum ſuorum.* Hæc ex perſona David propria bene promta ſunt.

5. Ceterum ſi quis informationem cujuſque hominis conſiderat, poteſt leviris communia pro-
Deut. 33. 8. miſſa librare, ſicut habes: *Date Levi viros ejus, da-*
a *te Levi manifeſtos ejus.* [a] Poteſt etiam populi credentis electis alloquium iſtud aptari: cui per typum Joſeph, primò in typn ejus nominis, deinde per tribum in primæ electionis heredes transfu-
Ibidem. 17. ſa eſt divina promiſſio, dicente Moyſe: *Primogeni-* B
tus tauri decus ejus: cornua unicornus cornua ejus: in ipſis gentes ventilabit ſimul uſque ad ſummitatem terræ. Unicum enim Verbum Dei boc propbetatur oraculo, toto per gentes orbe fundendum. Hoe ergo ſurrecturæ Eccleſiæ promiſſum David verecundus ſui, impatiens vero communis profectus morantis, exigere videtur.

ỷ. 50. 6. Et addidit. *Hac me conſolata eſt in humilitate mea; quoniam verbum tuum vivificavit me.* Hæc eſt ſpes, hæc quæ verbo tuo obvenit mihi, conſolata C
eſt me, ut tolerarem acerba præſentium. Dum facit Paulus contra nomen, non habet ſpei conſo-
b lationem: dum patitur pro nomine, [b] haurit ſpem de conſolatione. Et fidelis factus quomodo nos
Rom 8. 35. & 36. conſoletur, accipe: *Quis nos ſeparabit,* inquit, *à dilectione Christi? Tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an periculum, an gladius? Sicut ſcriptum eſt: Quia propter te morti tradimur tota die, æſtimati ſumus ut oves occiſionis.* Et qua ratione illa patienter
Ibidem. 37. tolerari poſſint, addidit: *Sed in his omnibus ſupera-* D
mus propter eum, qui nos dilexit. Ergo ſi quis vult adverſa ſuperare, ſi eſt perſecutio, ſi eſt periculum, ſi mors, ſi ægritudo gravis, ſi incurſus latronum, ſi facultatum proſcriptio, ſi quidquid eorum quæ putantur in iſto adverſa ſæculo, facile ſuperaotur, ſi ſit ſpes quæ conſoletur. Nam etſi illa acciderint, tamen gravia eſſe noo poſſunt dicenti:
Ibidem 38. *Exiſtimo enim quod indigna ſint paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam.* Quiſquis enim mebora ſperat, oumquam levioribus frangitur. E

7. Io tempore igitur humilitatis oostræ ſpes conſolatoria eſt, quæ non confuodit: tempus autem tentatiooum, tempus bumilitatis animæ noſtræ arbitror. Humihatur enim anima noſtra, dum traditur tentatori, duris examinanda labotibus; ut luctetur & certet, congreſſum contrariæ experiens poteſtatis: ſed in bis tentationibus vivificatur alloquio Dei. Hæc eſt enim animæ noſtræ vitalis ſubſtantia, qua abtur, & paſcitur, & gubernatur. Nec quidquam abud eſt quod vivere fa- F
ciat rationabilem animam, quàm alloquium Dei. Sicut enim augetur ſermo Dei in anima noſtra, dum ſuſcipitur, dum intelligitur, dum comprehenditur; ita etiam vita ejus augetur: & quemadmodum è contrario alloquium Dei deficit in anima oostra, ita & incorrit ejus vita defectum. Itaque ut connexio iſta animæ & corporis oostri ſpiritu vitali animatur, atque abtur, & tenetur: ita verbo Dei & ſpiritali gratiâ anima noſtra vivificatur. Unde omni geoere ſtudere debemus, ut reliqua omnia poſthabentes, congregemos nobis alloquia Dei, & congeramus [*] in principale noſtrum, in ſenſus, in ſollicitudines, conſiderationes, actuſque noſtros; ut alloquiis Scripturarum facta noſtra conveniant, nec à ſerie præceptorum cæleſtium actus noſtri diſcordare videantur, quo poſſimus & oos dicere: *Quoniam eloquium tuum vivificavit nos.*

8. Tertius verſus eſt: *Superbi inique agebant* ỷ. 51.
nimis: à lege autem tua non declinavi. Maximum
B peccatum in homine ſuperbia eſt; quandoquidem inde manavit noſtri origo delicti. Hoc telo nos primum diabolus vulneravit, & perculit. Nam niſi bomo ſerpentis perſuaſione deceptus ſicut Deus eſſe voluiſſet, & verum falſumque cognoſcere, quod penitus diſcernere humana fragilitate non poterat; ideoque quod ſequeretur acceperat, oe temeraria uſurpatione de illa paradiſi felicitate decideret: niſi, inquam, homo ſuis noo contentus finibus interdicta temeraſſet,
C numquam feralis culpæ ad oos tranſiſſet bereditas. Et quid de bomine dicam? Ipſe diabolus per ſuperbiam naturæ ſuæ amiſit gratiam. Denique dum dicit: *Ponam thronum meum ſuper nubes* .... Eſai 14. 13.
& ero ſimilis Altiſſimo, conſortus excidit Angelo- & 14.
rum: cujus criminis digna mercede damnatus, bominem ſibi participem requiſivit, in quem conſortium ſuæ transfunderet offenſæ.

9. Quid igitur hoc peccato poteſt eſſe deterius, quod à Dei cœpit injuria? Ideoque Scriptu-
D ra dicit: *Dominus ſuperbis reſiſtit.* Tamquam ſuæ Prov 3. 34.
contumeliæ propulſator, veluti quoddam ſuſcepit adverſus ſuperbiam ſpeciale certamen; tamquam dicat: Meus iſte adverſarius eſt, qui me laceſſit, mihi debetur iſta congreſſio. Unde & Apoſtolus multiplicis culpæ materiam eſſe ſuperbiam declaravit, dicens de hæretico: *Quia ei qua ſecun-* 1 Tim 6.
dum pietatem eſt, doctrina non adquieſcit: ſuperbit ni- 3. 4. & 5.
hil ſciens, ſed langueſcens circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidia, contentiones,
E *ſacrilegia, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & à veritate alienorum, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem.* Quaotorum itaque expreſſit cauſam eſſe delictorum ſuperbiam? Uode David cummeodare volens devotionem ſuam nulla ſuperborum iniquitate adtentatam, ait: *Superbi inique agebant nimis.* Noo ſolum iniquitatem agentium, ſed etiam nimiam iniquitatem pariter declaravit, quæ conveniret ſuperbis: quorum ne aliquo tentaretur cootagio, audi alibi di-
F centem: *Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc* Pſal 100. 5.
non edebam.

10. Itaque quoniam quanta vis mali in ſuperbia eſſet, expreſſerat; quemadmodum vinceretur debuit nos docere: meritoque quaſi bonus doctor demonſtrat remedium, qui exaggeravit venenum. Audi ergo quomodo excludas virus ſuperbiæ: *A Lege*, inquit, *tua non declinavi.* Lex igitur Dei ſola poteſt ſuperbiæ virus bebetare, quæ informavit virum devotioni deditum, quali ſe regere debeat cautione. Multi enim non ſolum

a. Rom. edit. cum paucis mſſ. *Poteſt etiam populis credentibus, populis electis.* Ant. cum aliis mſſ. . *populi credentis electis* Quod autem in cunctis edit. ſequitur: *Poteſt & ſurrectura Eccleſia convenienter aptari*, deſideratur in mſſ. & ſuperfluum videtur.

b Ita vet edit. Rom vero converſis verbis emendaverat: *de ſpe conſolationem.* Mſſ. autem totum hunc locum exhibent in hæc verba: *Dum facit & fideles futuros* (nonnulli *futuris*, aut etiam *futuri*) *quomodo nos conſoletur, accipe* Non omnino ſpernenda lectio, ſi legas, *futuros*, & verbum, *facit*, ad ſpem referas. Hic tamen præſtare videntur editiones.

*. Id eſt animam partemque noſtram ſpiritalem, de qua proxime ante dixeras: & eo verbo ſæpius utitur S. Præſul eodem ſenſ·

alieni à fide, ſed etiam qui videntur non medio- A criа Scripturarum præcepta guſtaſſe, tentari ſolent proſperis ſuperborum proceſſibus: videntes eos qui prævaricantur legem, impietatis arbitros, arrogantes, contemtores fidelium, extollentes ſe adverſus eos qui humiliant cor ſuum ſecundùm timorem Dei & præcepta cælestia, abundare in hoc ſæculo divitiis, præconio, honoribus, poteſtatibus; eiſque quo graviora commiſerint, eo adfluentiores ſucceſſus commodorum ſæcularium ſecundare: contra autem juſtos viros ple- B rumque laborare inopia, amiſſionibus filiorum, ſterilitatibus conjugum; quo exagitari atque turbati, ſenſum mentis inclinent, ut putent Dei in hoc quodammodo errare judicium: non tenentes caput veritatis, quo evidentiſſime comprehenditur non in hoc ſæculo, ſed in futuro repoſitam noſtrorum remunerationem eſſe meritorum.

11. Sed paucorum eſt iſtud advertere. Denique in principiis etiam David ipſe tentatus eſt; C
Pſal. 72. 12. 13. & 14. ſicut habes ſcriptum: *Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt divitias, & dixi: Numquid ſine cauſa juſtificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die?* Ita igitur & noſtrûm unuſquiſque, qui perfecti non ſumus, hæc videns dicit: Ubi eſt providentia Dei, ubi juſtitia? Superbus iſte abundat, arrogans iſte locupletatur, impius iſte beatus & potens eſt: juſtus autem ille, vides quemadmodum jacet dejectus atque defectus, quemadmodum ipſo victu in- D diget: afficitur contumeliis ab iſto impio, ab iſto inſolente conculcatur, excluditur? Non mediocris utique iſta tentatio eſt, niſi ad ea quæ ſunt ventura proſpicias, niſi præceptis plenius cæleſtibus inſtruaris.

12. Denique & David putabat ſe ante hæc cognoſcere, ſed neſciebat; & ideo anxius fluctuanti
Ibidem 16. & 17. animo laborabat. Unde ait: *Et æſtimabam me ſcire: hoc labor eſt ante me, donec ingrediar in ſanctuarium Dei, & intelligam in novißimis.* In quibus per id E quod ſe extulerunt ſuperbi, vidit prophetico ſpi-
Ibidem. 19. & 20. ritu dejectiores fore, & ait: *Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt, & exterminati ſunt propter iniquitatem ſuam, ſicut ſomnium exſurgentis?* Cognovit igitur impiorum ſucceſſus in hoc ſæculo ſomnii eſſe ſimiles, non veritatis: quorum emolumenta tamdiu videntur eſſe, dum dor-
a miunt. Ubi edormierunt[a] ſomnium ſuum qui videbantur ſibi potare, jam ſitiunt: qui epulabantur, eſuriunt, nihil ſolidum ex iſto ſomnio, perfectum- F que referentes. Et bene ſomnium dormiunt ſæculares viri, qui licet ſæculo vigilent, Deo dormiunt, de quibus bene ſanctus Job, qui eorum ante ad-
Job. 21. 18 & 25. fluentiam mirabatur, ait: *Quia ſicut palea jactantur à vento, & ſicut pulvis turbine diſſipantur . . . . moriuntur autem cum amaritudine animæ ſuæ, nihil manducantes, nihilque boni habentes.* Juſtus autem habens bonæ fiduciam conſcientiæ, in ſuis magis noviſſimis gratulatur, & ſe vitæ hujus exitu à laboribus intelligit liberari, mercedemque boni
2. Tim. 4. 8. operis & factorum requirit dicens: *Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex; non ſolum autem mihi, ſed & iis qui diligunt adventum ejus.*

13. Sed hoc ille ait, qui poterat dicere: *A lege autem tua non declinavi;* in quo non ſolum boni operis elucet gratia, ſed etiam intimæ puritas conſcientiæ. Lex enim non ſolum agendi munus informat: verumetiam ſecretæ emundat mentis affectum. Non enim ſolum in operibus, ſed etiam in ipſis occultis ſecundum legem Domino militamus; quia Lex dicit: *Non ſit verbum injuſtitiæ occultum in corde tuo;* Deut. 15. 9. ut non ſolum nihil opere facti ſque delinquas, cùm ſuperbos videris gloriari, nec ſermone labaris: ſed ne in corde quidem intimo, dum de Dei judicio diſceptas, contrahas iniquitatis offenſam: quæ quo putatur occultior, eo frequentior eſſe conſuevit;[b] quia tuto putat unuſquiſque quod hujuſmodi diſceptationes, velut ſeptus viſceribus ſuis, conſcientiæ ſuæ credat; cùm ipſe ſui accuſator in die judicii ſit futurus; quia revelantur cordis abſcondita, teſtimonium perhibente conſcientia accuſationibus noſtris. b

14. Cujuſmodi igitur ſit propoſitum viri ſancti, hoc evidentius loco exponitur. Primum enim memor eſſe debet promiſſorum cæleſtium: ſecundo quæ viventibus merces ſtatuta debetur. Deinde aliud propoſitum viri ſancti eſt, ut etiamſi in periculis & adverſis poſitus ſit; ſpe tamen quam hauſit ex ſerie Scripturarum, ſe debeat conſolari. Tertium propoſitum, ut etſi impios & ſacrilegos videat, & ſuperbos inique agentes abundare divitiis in hoc ſæculo, non quaſi incredulus declinet à lege; ſed in ejus ſemitis perſeveret, & fugiat ſuperborum contagia. Contaminat enim omnis immundus: immundus autem ſuperbus, de quo ſcriptum eſt: *Immundus ante Deum omnis tumidi cordis.* Prov. 16. 5.

15. Quartum propoſitum viri ſancti, ut memor ſit judiciorum cæleſtium, ſicut David adſerit, qui dicebat: *Memor fui judiciorum tuorum* ✝. 52. *quæ à ſæculo ſunt, & me conſolatus ſum.* Niſi enim unuſquiſque legis inſtructus & informatus exemplis, credat ſemper vera eſſe Dei judicia, cito declinat à lege. Qui autem præterita repetit, & ex ſemet colligit ſeriem vetuſtatis, cognoſcit quod neque peccator pœnam ſuæ improbitatis evadat, neque juſtus æquitatis ſuæ præmiis defraudetur. Retexit enim animo quod ab initio Adam propter mandati cæleſtis prævaricationem de paradiſi ejectus ſit incolatu, & Cain parricidalis ſceleris pretium divinæ ſententiæ auctoritate damnatus exſolverit: quod Enoch propter devotionem raptus ad cælum, terrenæ malitiæ virus evaſerit: quod Noe propter juſtitiam diluvii victor, generis factus ſuperſtes humani ſit: quod Abraham propter fidem ſeminarium poſteritatis ſuæ toto orbe diffuderit: quod Iſrael propter laborum tolerantiam, populum credentium proprii nominis ſignaculo conſecraverit: quod ipſe David propter manſuetudinem regali honore donatus, ſenioribus fratribus antelatus ſit: quod Elias propter zelum Dei, curru eleva-

a. Omnes edit. *ſomnum ſuum*: & ſic deinceps. Et favet quidem is ad quem alluſum videtur, Pſal. 75. verſiculus 6 ὡσεὶ ἐνύπνιον αὐτῶν. Mſſ. tamen prope ad unum repugnant, quorum haud dubie ſenſus eſt hoc loco concinnior.

b. Edit. Rom. ex uno cod. Vat. *quia puto hoc viri ſancti eſſe propoſitum, quo putat* &c. Edit. autem vet. ac mſſ. omnes Gallic. ut nos in corpore: niſi quod vet. edit. cum uno aut altero mſ. legunt: *hujuſmodi diſceptatione*, ubi nos ex aliis repoſuimus . . . *diſceptationes*. Quod aptius ad ſenſum congruere non negabit, qui locum paulo accuratius inſpexerit.

tus in aerem, cæleſtis ſedis hoſpitium novi geoe- A
ris adquiſierit incolatu.

16. Hæc qui novit retexere, habet unde gra-
a tiam ſuæ conſolatioois adquirat: [a] & contra; quia
Pſal. 18. 10. & 11. judicia Dei vera ſunt, ſicut habes: *Iudicia Dei vera, juſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum, & dulciora ſuper mel & favum; etenim ſervus tuus cuſtodit ea.* Cuſtodienti igitur dulcia ſunt divina judicia: negligenti autem ea
b amara eſſe oon dubium eſt; [b] quia advertit in opprobrii turpitudine peccatorum propoſitum B
ſibi divinæ eventum eſſe ſententiæ. Qui autem bene ſibi conſcius eſt, noo turbatur utique, di-
Rom. 8. 17. cens: *Heredes ſumus Dei, cohæredes autem Chriſti; ſi tamen compatiamur, ut & ſimul glorificemur.*

17. Sed quis noſtrûm hujuſmodi, ut ſe divinorum judiciorum ſerie conſoletur? Terribilia ſunt peccatoribns etiam humana jodicia, quaoto magis divioa formidini ſunt? Denique ut hoc illa quæ vere æterna ſunt, colligamus exemplo, videmus in boc ſæculo innocentes lætos ad judicium C
feſtinare, odiſſe moras, celeritatem affectare judicii: reos autem refugere & pavere, differre, vitare, oiœſtificari denique, cùm diem judicii audiennt conſtitutum. Beatus itaque ille qui illud cæleſte judicinm lætus exſpectat. Scit enim ſibi regnum cælorum, Aogelorum cooſortium, coronam quoque bonorum repoſitam eſſe meritorum.

18. Conſideremus nunc qnod ſit aliud propoſitum viri ſancti, & ex ſequentibus æſtimemus. D
℣. 53. *Puſillanimitas*, inquit, *detinuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam.* Noo eſt hoc commune cum multis; nam plurimorum eſt contriſtari, ſi quam ab aliquo patiaotur injuriam, ſi læſi, ſi appetiti, ſi decolorati ſint. Noſtra enim cauſa eſt: nos infirmiores fraudi oobis aliquos dolemus fuiſſe. At vero qui fortior eſt, non propriam contumeliam dolet, ſed alieoa peccata; & in ſua injuria lapſum alterius ingemiſcit, & cauſam ſe fuiſſe deplorat lædentis erroris. Exemplum accipe apoſtolicum; Paulus enim io peccato flebat E
2. Cor. 2. 4. alieno, ſicut ipſe ait: *Nam ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas.* Et cùm ipſe contriſtaretur, eos ipſos quos arguebat,
Ibidem. contriſtari nolebat. Denique addidit: *Non ut contriſtemini, ſed ut ſciatis quam caritatem habeo in vobis abundantius.* Contriſtari enim volebat uſque ad pœnitentiam lapſos, noo uſque ad mœſtitiam profundiorem; tantùm ut eorum qui arguebantur, mœſtitia gaudium fieret arguenti. Unde ait: F
Ibidem. 2. *Si enim ego contriſto vos, quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me?* Arguit itaque ut allevet diuturoitatem mœſtitiæ, quo pœoitentia fieret io ſalutem: damnat, ut abſolvat: excludit, ut recipiat: oon ignoſcit, ut liberet. Ideo talis Paulus, quia bene peritus in lege, cognoverat præceptum dicentis: *Puſillanimitas detinuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam.*

19. Dolebat David, non quia contemnebatur, noo quia ipſe appetebatur: ſed quia lex Dei relinquebatur; & eorum qui hoc faciebant, damnum dolebat, quòd perirent Deo. Sicut bonus pater in phræneſi conſtituti filii, cùm ab eo maledicatur, verberetur, afficiatur injuriis, non ſuam, ſed ægroti deflet ærumnam; & contumeliam dolet, non quo ſibi ſit irrogata, ſed quia per furorem quid faciat, æger ignorat: ita vir bonus cùm videt peccatorem non revereri, non honorare etiam canos ſenioris, quo præſente, faciat aliquid indignum; non agnoſcere quadam peccandi inſaniâ quam iodecora & inhoneſta committat, quaſi moriturum dolet, quaſi deſperatum à medicis ingemiſcit: & ut bonus medicus primò monet, deinde etiamſi gravia patiatur, tamen tamquam ille ægrum, etſi cædatur, ſuſtinet: & ſi maledicatur, noo relinquit: & quidquid poteſt medicinæ adhibere, oon denegat: nec tamquam contumacem deſerit, ſed tamquam bene de ſe meritum omoi ſtudio ſanare contendit, exercens non ſolum artis peritiam, ſed etiam mentis benignitatem.

C 20. Ita ergo etiam juſtus & cùm contemnitur à peccatore, non avertitur: & cùm læditur, furoris illud putat eſſe, non improbitatis; magiſque vulneri ejus medicinam adferre deſiderat, & compatitur, & dolet non propter ſe, ſed propter illum qui deſperato laborat incommodo: & dicit hunc uoum ex fratribus ſic laborare, ſic affici, ut faciat mihi injuriam; qoi ſi agooſceret me, honoraret utique, certe non læderet. Quid enim læſus eſt meo facto, ut habeat lædentis affectum? Ergo
D cùm non ſuppetit cauſa lædendi, non poteſt culpa eſſe propoſiti. Ergo ſi juſtus ſum, afficior propter caritatem, propter dilectionem, propter Eccleſiæ damnum, propter corporis detrimentum. Poſſum etiam illud dolere, quod etiam ſi ego lædentem non læſerim, & ooo ſim mihi conſcius quod eum in me aliquibus injuriis excitaverim; tamen cauſa illi fuerim lapſus ejus, quod innocentem lædendo delinquat, quod factus ſim ei materia peccati.

E 21. Hoc ergo dolet David, & ideo dolet; quia cùm unum membrum patitur, & cetera membra compatiuntur. Ideo fortè & illud poſitum eſt:
Iuſtus in exordio ſermonis accuſator eſt ſui. Nam etſi Prov. 18. 17.
poſſit juſtus [c] habere in ſe quod accuſet, & juſtus c
eſſe (quia oemo ſine peccato præter noum Deum) & poſſit etiam peccator hoc ipſo juſtus eſſe, quia
accuſator eſt ſui, ſecuodùm illud: *Dic iniquitates tuas, ut juſtificeris*; attameo forſitan etiam aliquibus noo videatur abſurdum, nt etiam de illo dic- Eſai. 43. 26.
F tum ſit, quod juſtus ſit qui ſe accuſat pro alio, etiamſi in ſe nihil habeat quod accuſet.

22. Quam igitur in his omnibus ſancto David viri juſti prima perſona conveniat, conſideremus. Accuſavit ſe, nullo accuſante: peccatum confeſſus eſt proprium, quando percuſſus eſt corde, eo quod numeraverit plebem. Qui & dixit ad Dominum. *Peccavi, Domine, quòd fecerim hoc verbum: &* 2. Reg. 24. 10.
nunc, Domine, aufer iniquitatem ſervi tui, quòd deliqui vehementer. Itaque quamvis Scriptura habeat, quod appoſita eſt ira Dei, ut iraſceretur in Iſ-

a. Edit. *Econtra, qui non novit, non habet unde conſoletur Quapropter cuſtodiamus judicia Dei; quia judicia Dei vera.* Cod vero mſſ. magno conſenſu: *Et contra; quia judicia Dei &c.* ut ſupra in contextu. Sed videtur aliquem ſupplere voluiſſe, quod lectori ſuo cogitandum reliquit Ambroſius.

b Ita mſſ Edit. vero, *quia non advertit.* Sed ea negatione ſenſum everti manifeſtum eſt.

c. Edit. Rom. cum paucis mſſ *habere nihil in ſe quod accuſet, & juſtus non eſſe.* Forte quod creditum ſit alluſionem eſſe ad illud Pauli: *Nihil mihi conſcius ſum &c.* Melius tamen ant. edit. ac reliqui mſſ. ut in textu. Hic ſiquidem ſignificatur juſtos, etſi peccata gravia quibus juſtitia amittitur, in ſe non videant, ea ſaltem videre quæ ſufficiant, ut ſe ipſi vere poſſint accuſare: quemadmodum locus è Prov. laudatus ſatis oſtendit.

rael, quo regis prolapſio excuſari videretut: ta- A
men cùm vidiſſet Angelum qui ſtragem plebis
efficiebat, percutientis ictui ſe ipſum objecit di-
Ibidem. 17. cens: *Ecce ego peccavi, & ego paſtor malignum feci:
& hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me, & in
domum patris mei.* Quaſi juſtus ergo accuſatot ſui
fuit in ipſo ſermonis exordio, & peccatum ſuum
agnovit, & iniquitatem ptopriam confitendo,
juſtificatus eſt iu ſemetipſo. Alibi quoque de Uriæ
2. Reg. 12. 13. morte coargutus à Propheta ait: *Peccavi Domino;*
cui reſponſum eſt propter pœnitentiam ablatum B
à Domino ejus eſſe peccatum.

23. Item alio loco cùm Semei malediceret ei,
& lapidaret eum ſeptum bellatoribus, pet quos
vindicare ſe poſſet, patienter ferebat; ne verbo
quidem referens contumeliam: quin etiam cùm
Abeſſa dux ejus caput maledicentis vellet aufer-
2. Reg. 16. 10. re, ait Rex: *Quid mihi & tibi eſt, fili Sarviæ? Quod
maledicit mihi, Dominus dixit ei maledicere David.*
Primum igitur culpam ejus excuſavit, & cauſam
ad Domini retulit voluotatem. Secundo io ſuum C
meritum retorſit, ut oon illum erraſſe, ſed ſe me-
ruiſſe ſignificaret. Tertio maledictionem illius ſi-
bi non ſolum non nocere, ſed etiam prodeſſe me-
Ibidem. 11. moravit, ſicut ſcriptum eſt: *Et Dixit David ad Ab-
eſſa, & ad omnes pueros ejus: Ecce filius meus qui exi-
vit de ſemine meo, quærit aaimam meam; quanto ma-
gis filius Iemiaei?* Granditer impetum infregit ul-
toris. Quomodo enim maledictum extranei pro
regis injuria viodicaret, cùm filii adhuc patrici-
dium inultum maneret? Noo utique extranei ma- D
ledictum, & filii parricidium æqua eſſet lance
Ibidem. 12. penſandum. Et addidit: *Sine illum maledicere; quo-
niam dixit illi Dominus, donec videat humilitatem
meam, & retribuat mihi Dominus bona pro maledic-
to.* Eſt & aliud juſti propoſitum longe omnibus
perfectius & potentius, iotervenire pro perſe-
quentibus, & excuſare peccantes: quod legimus
in Evangelio, dicente domino Jeſu cùm crucifi-
Luc. 23. 34. xus eſſet à petfidis: *Pater, dimitte illis; non enim
ſciunt quid faciunt.* E

24. Liquet igitur his magiſteriis doctrioæ cæ-
leſtis, quod juſtus ſe accuſare malit, quam alium
deformare. Denique de Joſeph, cui deſponſata
Matth. 1. 19. erat Maria mater Domini, ſctiptum eſt quod cùm
eam gravem uteto vidiſſet, cùm eſſet juſtus, no-
luit eam traducete; & ntique nullum adhuc au-
dierat oraculum. Ita non ſolum ab ultionis atro-
citate, ſed etiam ab accuſationis ſeveritate per-
ſona juſti aliena eſt: potiuſque ducit ſuam remiſ-
a ſionem accuſari, quod [a] noo iodicaverit, quam F
alienum crimeo urgere. Sed dices: Quomodo di-
Pſal. 57. 11. xit ipſe David: *Lætabitur juſtus cùm viderit vindic-
tam impiorum?* Mihi videtur quia lætetur, quod
ipſe evaſerit, non quia impii puniantur. Quæra-
mus aliud juſti propoſitum ex ſequentibus.

℣ 54. 25. Itaque dicit: *Cantabiles mihi erant juſtifica-
tiones tuæ iu loco peregrinationis meæ.* Merito pe-
regrinationibus non frangebatur, ſuperbos de-
clinabat, eorumque proſperis ſucceſſibus non
movebatur. Conſulabatur ſe io judiciis cæleſti- A
bus, angebatur in alienis peccatis; quia cantabi-
les habebat juſtificationes Dei. Quæ enim bene
tenemus, cantare coosuevimus: & quæ cantan-
tur, melius noſtris adhærent ſenſibus. Non enim
perfunctorie tranſeamus quæ legimus; ut tunc
tantum cùm legimus ea, in memoriam eorum te-
dire videamur: ſed etiam cùm abeſt codex maoi-
bus, tamqoam animaotia quæ probantut & mun-
da babeotur in Lege, etiam quando non paſcuun-
tut ruminare conſueverunt, ex ſemet ipſis alimen-
B ta ſibi tecondita proferentia: ita & oos de noſ-
træ memoriæ theſauro, de interioribus ooſtris ru-
minandum nobis pabulum ſpiritale promamus.
Hymoi oobis, canticum nobis, pſalmi nobis juſti-
ficationes Domini ſiot. Pſallamus ſpiritu, pſalla-
mus & mente; ne ſi obliti fuerimus, io tempore
oeceſſitatis dicatur nnicuique noſtrûm: *Abjeciſti* Pſal. 49. 17.
ſermones meos poſt te.

26. Ideoque ut expelleretur & eliminaretur
oblivio à domo ſancta ſua, cantatores ſibi fecit
C verus Salomon, qui toto ſpiritu inquirendæ co- 2. Paral. 5. 12.
goitioni divinitatis intenderent; ne pſallentes de-
eſſeot Eccleſiæ ſuæ, quorum cantu nequam ſpi-
ritus fugaretur: ſicut David ſancti docemur 1. Reg. 16. 23.
exemplo, quo pſallente, malus ille ſpiritus expel-
lebatut, qui Saul regis corda vexabat. Prophetæ 4. Reg. 3. 14.
quoque ut propbetareot, pſallendi peritum ju-
bebant pſallere, quo ſuavi invitata dulcedine ſpi-
ritalis infunderetur gratia. Et in Evangelio legi- Luc. 15. 28.
mus in domo patris illius filium recuperantis præ-
D crepuiſſe ſymphoniam, qua epulantes delecta-
bantur fideles, perfidus autem impatienter au-
diebat. Dulcis igitur eſt cantilena, quæ noo cot-
pus effeminat, ſed mentem animumque confir-
mat. Ideoque Canticum dicitur Domini Teſta-
mentum; quia remiſſionem omoium peccatotum,
Dominique juſtitias io Scripturis Evangelii ſua-
vi mentis exſultatione concinimus. Ipſe quoque
Dominus oon dedignatus eſt dicere: *Cantavimus* Luc. 7. 32.
vobis, & non ſaltaſtis. Cantavit oobis in Evange-
E lio veoiam delictorum: debueruot Judæi men-
tem adtollere oon biſtrionico corporis motu, ſed
ſancto Spiritu. Non fecerunt, ideo reprehen-
duntur.

27. Sed etiam & cotporis [a] ſaltario in honorem a
Dei laudabilis babetut. Denique ſaltavit David
ante atcam Domini, & vidit eum Michol filia
Saul ſaltantem, & petcutientem in orgaois bar-
monizatis io conſpectu Domini, & ait ad eum,
poſteaquam ſe domum recepit: *Quid utique ho-* 2. Reg. 20. & ſeq.
F *norificatus eſt rex Iſrael; quia deundatus eſt hodie
in oculis puellarum ſuarum ancillarum, ſicut unus ex
ſaltatoribus?* Et dixit David [b] ad Michol io con- b
ſpectu Domini: *Benedictus Dominus qui elegit me
ſuper patrem tuum, & ſuper omaem domum illius
conſtituere in principem ſuper plebem ſuam Iſrael &
Iudam: ſaltabo in conſpectu Domini, & deuudabor
adhuc ſic, & ero uugax in conſpectu tuo, & cum puel-
lis cum quibus dixiſti me uudatum, glorificabor. Et
Michol,* inquit, *filia Saul non erat filius uſque in diem
mortis ejus.* Evidens itaque exemplum quod &

a. Edit. ant. cum maxima parte mſſ.... *quod non judicaverit.* Rom. cum mſſ aliquot.... *non vendicaverit* Cod. Remig.... *indicaverit*, id eſt, accuſaverit, ſive crimen detulerit, quo ſenſu non ſemel hoc verbi accipitur apud Ciceronem. Et hic quidem optime, uti orationis docet ſeries.

a. Saltatio inter actus religionis habita eſt non ſolum apud Hebræos, verum etiam apud gentiles. Hinc Romæ Salii ſacerdotes Martis atque Herculis. Hinc varia ſaltationum genera in honorem deorum inſtituta; de quibus Lucianus in lib. *περὶ ὀρχήσεως*; nec non in libro *De Orcheſtra* ſuſe Meurſius.

b. Rom. edit. *ad Melchol: Saltabo in conſpectu Domini. Et: Benedictus* &c. Habent quidem LXX. verbum *ὀρχήσομαι*: ſed cùm apud Ambroſium nec in mſſ. nec in ant. edit. inveniatur, veriſimile eſt, illud ab exemplari quo Vir ſanctus uſus eſt, abfuiſſe.

Propheta qui percutiebat in organis, & ſaltavit A ante arcam Domini, juſtificatus eſt: & illa quæ reprehendit eum, ſterilitate damnata eſt.

28. Sed non ſatis eſt ut aliquis cantabiles habeat juſtificationes Dei, niſi terrenarum exuat ſe
Pſal. 38. 13. ſervitio ſollicitudinum. Idcoque addidit: *In loco peregrinationis meæ.* Convenit ſibi; ſiquidem & ali-
Epheſ. 2. 19. bi ait: *Advena ſum ego in terra hac.* Unde & Apoſtolus non vult nos in domo Dei, fideique vocatione advenas eſſe & peregrinos: ſed cives ſanctorum & domeſticos Dei. Qui enim domeſticus B Dei eſt, exſul eſt mundo: qui converſatur in cæleſtibus, peregrinus eſt terris. Peregrinabantur in hoc mundo Hebræi, naturam incendii non ſentientes: cantabiles habebant juſtificationes Dei, cùm hymnum Deo de creaturarum laudatione cantarent.

29. Deinde qui cantat, vacuus eſt, & diverſarum cogitationum curas relegat, ſequeſtrat avaritiam, & non ſolum corporis voce, ſed etiam mentis vivacitate ſe mulcet. Non enim tamquam C mœſtus inopiæ ſollicitudine, ſed tamquam liber ab omnibus corporalium affectibus paſſionum
Pſal. 70. 22 & 23. canebat idem Propheta: *Pſallam tibi, Deus, in cithara, ſanctus Iſrael. Gaudebunt labia mea, cùm cantavero tibi: & anima mea, quam redemiſti.* [a] Cantabat hæc lætus, tamquam bis melioribus epulis paſceretur. Epulabatur enim animus piæ devotionis alimento. Non ſolum itaque hymni & pſalmi, ſed etiam Legis præcepta cantabilia ſanctis ſunt. Denique cantabat Moyſes qui Legem accepit, cùm D prætergreſſus pedibus mare, ſervati populi ductor juſtificationes Domini prædicaret.

30. Supereſt adhuc propoſitum egregium viri juſti, quia omni tempore circa Dei laudes eſſe debet intentus, non ſolum die, ſed etiam nocte.
℣ 55. Idcoque addidit: *Memor fui nocte nominis tui, Domine, & cuſtodivi legem tuam.* Videamus ſi & ille memor eſt, qui vocat Dominum verbo, non cuſtodit autem mandata divina. De quo dictum eſt
Matth. 7. 21. ſatis, quia non quicumque dicit: Domine, Domi- E ne, acceptus eſt Chriſto: ſed qui operibus bonis fidelem ſuum probare potuerit affectum. Fides ergo, probitas, innocentia memorem probant. Quod autem ait: *Memor fui nominis tui,* plena devotio eſt; quia nemo dicit dominum Jeſum, niſi in Spiritu ſancto. Hoc nomen invocetur diebus ac noctibus, nullum tempus precandi vacuum ſinat ſancta devotio præterire.

31. Si ſtudentes igitur doctrinis ſæcularibus perparum ſomno indulgent; quanto magis qui F Deum cupiunt cognoſcere, non debent ſomno corporis impediri, niſi quantum naturæ ſatis eſt? David per ſingulas noctes lectum ſuum lacrymis diluebat: ſurgebat etiam noctis medio, ut Domino confiteretur: & tu totam noctem ſopori exiſtimas deputandam? Tunc magis tibi orandus eſt Dominus, tunc præſidia poſtulanda, culpa cavenda, quando videtur haberi ſecretum: tunc maxime quando tenebræ in circuitu meo, & parietes me operiunt, conſiderandum quia Dominus omnia intuetur abſcondita. Ne dixeris ergo: Circumfuſus ſum tenebris, quis me videt? Et quem A vereor ſeptus parietibus & incluſus? Quia *Vultus Domini ſuper facientes mala.* *Pſal. 33. 17.* Deinde ſi arbitrum non vides, te ipſum non vides? Tuæ conſcientiæ teſtimonium non vereris? Neſcis illam caliginem noctis non opertorium, ſed incentivum eſſe peccati? Cùm ſomno & cibo fervent corpora, tunc etiam vigor mentis ſopore laxatur, ſomno reſolvitur: tunc irrepit impuri libido concubitus: [a] tunc perturbatur cor, ſqualor immunditiæ non videtur, caſtitatis puritas non conſideratur, pu- B dicitiæ gloria non recenſetur. Nox erat quando Judas prodidit, quando Petrus negavit.

32. Illo igitur præcipue tempore juſtificationes Dei animo retexendæ ſunt, relegenda mandata hortatoria. Illa de caſtitate præcepta non abſint: bis occupata mens flagrantiam libidinis, carnis reſtinguat ardorem. Tene illud animo: *La-* *Pſal. 6. 7.*
vabo per ſingulas noctes lectum meum. Quis enim ſtupris deditus, flagitiis involutus, lavat per ſingulas noctes lectum ſuum? Nescit flere qui flen- C da committit; & cùm ſit ipſe lacrymabilis, non habet pœnæ lacrymas ſuæ. At ille qui caſtigat corpus ſuum, & ſui ſollicitus gubernator eſt, atque ingemiſcens & dolens lapſus ſuperioris offenſæ quærit quomodo abluat eam fletibus pœnitentiæ, hic lavat per ſingulas noctes lectum ſuum. Non dormiamus ergo totis noctibus: ſed maximam partem earum lectioni & orationibus deputemus.

33. Audi Eccleſiæ vocem quærentis etiam in D noctibus Chriſtum. *In cubili,* inquit, *meo, in nocti-* *Cant. 3. 1.*
bus quæſivi quem dilexit anima mea. Accipe ſecundum litteram. Quæſivit in noctibus orando, deprecando, etiam lacrymis deplorando. Quæſivit in noctibus; quia poſuit tenebras latibulum ſuum; ut quærere eum ſollicitius diſceremus. Quæſivit igitur in prophetis Eccleſia ex gentibus congregata, & ideo credidit. Denique adventus dominici teſtimonia de prophetis Evangeliſtæ Pauluſque poſuerunt. Unde ſcriptum eſt, quia E *nox nocti indicat ſcientiam.* *Pſal. 18. 3.* Quæſivit in noctibus, in perſecutionibus & adverſis, in tribulationibus & laboribus duris. Nox eſt omnibus quibus non eſt perfecta ſecuritas; unde ait Dominus: *Veniet* *Johan. 9. 4.*
nox, quando nemo poteſt operari; cùm in hoc mundo ſum, lux hujus mundi ſum. Non ergo operemur in tenebris. Si enim lucent opera noſtra, non operamur in tenebris, ſed in lumine. Dies eſt quibus adeſt Chriſtus: nox eſt quibus ſe denegat.

34. Non magnum ergo ſi tunc Domino gra- F tias agas, quando in proſperis & ſecundis es: ſed ſi tunc adhæreas Chriſto, quando te perſecutor exagitat, quando aliqua procella perturbat. Amiſiſti filium? In illo dolore, in illa nocte, in illa deſtitutione memento domini Dei tui; ne quaſi non exauditus, ingratus ſis, & in tua prævaricatoris ærumna. Pulſus es in exſilium? Memento domini Dei tui; ne patriæ interdictæ tibi, caritatem Deo præferas. Alicujus divitis oppreſſus potentia amiſiſti proprias facultates, indiges ſumtu? Memento domini Dei tui; ne nox te egeſtatis abducat à devotionis affectu. Hoc eſt enim mandatum Legis, ut in nocte magis quæras, quando ma-

a Edit. vet. ac mſſ. aliquot: *tunc perturbatur cor, ſqualorem immunditia non veretur.* Alii: *tunc perturbatur cor ſqualore immunditiæ: non videtur caſtitas.* Rom. edit. .... *ſqualor immunditiam non veretur; caſtitatis &c.* Sed omnium optime Remig. cod. & alii nonnulli, quos idcirco hic ſequi nobis viſum eſt.

Pſal. 117.5. gis exaudiaris à Domino, & poſſis dicere: *In tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudine.* A

35. Sed nec quærere perfunctorie abundat ad gratiam, ſed ut inſiſtas & intendas muneri. Denique iſta vel Eccleſia vel anima, quæ requiſivit in cubili, quæſivit in noctibus, primò non invenit; quia fortaſſe in cubili quæſivit: ſed poſteaquam ſurrexit, & abiit in civitatem (videne illam civitatem in quam Dominus celebraturus paſcha, diſcipulos deſtinavit dicens: *Ite in civitatem ad quemdam*) poſteaquam in foro, ut dixi, quæſivit, invenit quem dilexit, ubi oleum venditur, quod exſpectantes Sponſum emere conſuerunt, ubi jus, ubi leges. Si lex ſpiritalis, & forum eſt utique ſpiritale, ubi diſputant periti legis æternæ. Quod forum non litibus tumultuoſum eſt, ſed Chriſti tribunalibus glorioſum. Ubi quæſivit, inquam? In foro: & poſt quæſivit in plateis, de quibus hi qui ad patris familias Evangelici prandium convenirent, colligebantur, qui vocati excuſandum ſe ab hujuſmodi epulis non putarunt. Poſteaquam in foro, inquam, & plateis quæſivit, incidit in eos qui circumeunt civitatem: & tunc demum potuit invenire quod quæſivit, fortaſſe eo quod in tribulatione & metu poſita magis inveniat gratiam. Denique in poſterioribus ait: *Invenerunt me qui circumeunt civitatem.... tulerunt mihi pallium.* Habuit ergo certamen: ſed qua ratione ſupra non tulerint pallium, hæreo reperire; niſi forte quia ibi interrogaſſe ſe dixit: *Numquid quem dilexit anima mea, vidiſtis?* Quæ Chriſtum loquebatur, nec exuta eſt pallio, & quem quærebat, invenit.

Cant. 3. 2. 3. & 4. — Matth. 26. 18. — Matth. 25. 9. — Luc 14. 21. — B — C — Cant. 3. 3. — Cant. 5. 7. — D — Cant. 3. 3.

36. Diſce quemadmodum quæratur Chriſtus. Ab his utique qui non perfunctorie quærunt, ſed violenter retinent, ſicut iſta quæ ait: *Tenui eum, & non dimiſi eum*, fide invenit, meditatione conſtrinxit. Si bonos cuſtodes accipimus, utique Angeli ſunt. Qui ergo Angelos tranſivit, Verbum invenit; ideo non multum intervalli fuit, cùm tranſivit ab his, & invenit Jeſum. Quomodo ergo infra tulerunt pallium; niſi forte [a] quia proceſſu oppreſſæ fidei Eccleſia dum nudatur, à Domino plus amatur, exſpolians ſe veterem hominem, ut novum induat, quem non operiunt indumenta, ſed mentis ſecreta clarificant: aut quia amictum ſapientiæ ſæcularis ad Chriſtum ventura depoſuit? Et Noe exutus eſt pallium poſteaquam cœpit eſſe perfectior.

Ibidem. 4. — E

37. Simus ergo memores juſtificationum cæleſtium; ut dum eas ſecreta mentis voce cantamus, memores ſimus in nocte nominis Domini, & dicamus, ut ſcriptum eſt: *Hæc facta eſt mihi, quoniam juſtificationes tuas exquiſivi*; hoc eſt, hæc memoria facta eſt mihi, ut memor eſſem & in nocte nominis tui, non ebrietate ſopitus, non epulis reſolutus in ſomnum, non curis ſæcularibus occupatus; ut oblivia mihi tuæ venerationis irreperent: ſed quotidiana meditatione membra caſtigans, & intentionem mentis exercens; ut aſſiduitate fiat nobis curſus iſte ſolemnis; ut dominum Jeſum etiam in noctibus toto veneremur affectu, cui eſt gloria, laus, perpetuitas à ſæculis, & nunc, & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

F — ℣. 56.

SERMO OCTAVUS.

.ח Heth.

1. OCtava littera *Heth*, quæ interpretatione latina dicitur *pavor*: ſanctorum pavor eſſe conſuevit. Denique pavor cecidit in Abraham, cùm ſacrificium offerret plenum myſterii ſpiritalis. Ipſe quoque David ait: *Ego dixi in pavore meo, Omnis homo mendax.* Religionis enim reverentiam ſignificat magis, quàm infirmitatem timoris; licet etiam ipſe timor ſecundùm Deum ſanctus ſit: *Initium* enim *ſapientiæ timor Domini*. Ergo qui timent Deum, ſapientes: qui autem ſapientes, beati; *Beatus* enim *quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* Hi quoque qui timent Deum, beati ſunt, ſicut exempli exſtat auctoritas, quia *Beati omnes qui timent Dominum.* Ita colligitur quia timentes Deum, & ſapientes ſunt, & beati. Sanctus igitur timor Domini; quia vere ſanctorum eſt pavor.

Gen. 15. 12. — Pſal. 115. 11. — Pſal. 110. 10. — Pſal. 93. 12. — Pſal. 127. 1.

2. Denique præmiſſâ hac litterâ, ſtatim ſequitur perſona juſti dicens: *Portio mea, Domine: dixi cuſtodire legem tuam.* [°] Codices plerique hunc verſiculum qui primus eſt litteræ octavæ, ultimo loco litteræ habent ſeptimæ: ſed ſecundum Hebræos emendatus apud Græcos pſalmorum liber hunc verſum docuit nos octavæ litteræ copulandum. Deinde ordo ipſe & numerus verſuum ita convenit, ut ab eo incipiat octava littera.

℣. 57.

3. *Portio*, inquit, *mea Dominus.* Quam rarus in terris qui poſſit dicere: *Portio mea Dominus:* quam alienus à vitiis, quam ſegregatus ab omni labe peccati, qui nihil habeat commune cum ſæculo, nihil mundi hujus vindicet ſibi, [b] non ſit corporalium poſſeſſor cupiditatum, quem non inflammet libido, non ſtimulet avaritia, non laſcivia effeminet, non luxuria decoloret, non ſternat ambitio, non maceret invidia, non aliqua negotiorum ſæcularium cura ſollicitet, verus miniſter altaris, Deo non ſibi natus.

4. Levi enim, ut habet interpretatio, ſignificat ipſe mihi adſumtus, ſignificat & ipſe meus, ſignificat & tantum adſumtus, ſignificat & adſumtus mihi. Ipſe idem & mihi Levi, & Deo eſt, quomodo idem & mihi ſacerdos, & Deo eſt: & mihi advocatus, & Domini deprecator: pro me offerens ſacrificium, & idem ſe offerens Domino? Denique & alibi Levi interpretatione dicitur, pro me. Etenim ſi à me nominetur Levi, pro me eſt: ſi pro me offerat, pro me eſt: ſi pro me interveniat, pro me eſt. Sin autem vocetur à Domino, ipſe mihi dicitur, hoc eſt, non alii tributarius, non decima-

a. Edit. Rom. *quaſi proceſſu operis, ſive fides.* Vet. *quia proceſſu operoſa fides.* Mſſ. *quia proceſſu*, alii, *operum*, alii, *operoſa*, multi, *appreſſa*, non pauciores, *oſtenſa fides*. Rurſus eodem loco vet. edit. cum parte mſſ. *Dominus plus amatur.* Rom. cum alia parte: *à Do-Domino plus amatur.*

° Ex toto hujus operis contextu, & ex hoc potiſſimum loco evidentiſſime colligitur talem Ambroſii tempore fuiſſe hujus pſalmi in exemplaribus hebraicis, græcis, ac latinis diviſionem, qualem etiam nunc in eis reperimus. Porro obſervandum obiter verſum Ambroſio idem eſſe ac ſententiam, ſive abſoluti ſenſus comprehenſionem; cùm ſæpius, ubi de ſacris paginis agitur, verſus nihil aliud ſignificet, niſi vocum ſeriem quam nos Galli lineam vocitamus. Hæc autem omnino ſex dictionibus conſtabat, eoque conſilio excogitata fuerat, ne quid Scripturæ aut demi aut adjici poſſet. Vide Criticen vet. Teſtam. cap. 26.

b. Mſſ. tres: *non ſit corporalium poſſeſſionum cupiditas.* Decem cum ant. edit. *Non ſit corporalium poſſeſſio cupiditatum.* A quibus non abit edit. Rom. niſi quod ex uno cod. Vat. habet: *Cui ſit* &c. Sed cùm relativum neque in edit. ant. neque in mſſ. aliis Gall. aperte ſit, lectionem cod. Remig. ac Vind. potiorem duximus.

rius,

rius, non de poſſeſſione munificus: ipſe mihi, hoc eſt, tamquam abundans pro bis omnibus, non ab hoc decimas, non fructus, non dona quæro, non munera, ipſe mihi pro munere eſt, ipſe eſt pro tributo: non in poſſeſſione ſua munificus mihi, ſed ipſe mihi poſſeſſio, ipſe meus fructus, ipſe meus cenſus adſumtus mihi, vel adſumtus à me. Non poteſt hoc ſine divina eſſe gratia. Sicut enim poſſeſſio non poteſt mea eſſe, niſi emero eam; ſic non poteſt eſſe Levi, niſi fuerit adſumtus à Domino; cùm enim adſumtus fuerit, rectè dicitur ipſe meus. Denique cùm Moyſi dictum eſſet ut populo Judæorum per tribus ſingulas divideret incolatus, & diſtribueret ſingulis tribubus portionem, tribum Leviticam excepit Deus dicens: *Filiis Levi non erit portio, neque ſors in medio fratrum ſuorum; quia dominus Deus pars eorum eſt.* Et alibi. *Ego Dominus portio eorum.*

Deut. 10. 9. — Num. 18. 20.

5. Negatur his terrena diviſio, ut ipſi dum ſæcularem ſibi non vindicant portionem, fiant cæleſtis poſſeſſio: vel boc ſolum noverint poſſidere, hoc eſt, fidei & devotionis obſequium; multo ditiores quam qui poſſeſſionum ſuarum ſpatia ampla diffundunt. Quantumlibet enim fines ſuos extendant, & terra deficit, & mare includit inſanas cupiditates, & pendunt tributa majora quam fructus ſunt. At vero iſte nihil ſibi poſſidens, nulli niſi Deo militat, ſupra terram ejus eſt portio, non eum terra deficit, non mari clauditur. Cui PORTIO Deus eſt, rotius poſſeſſor eſt naturæ. Pro agris igitur ipſe ſibi ſatis eſt, habens bonum fructum, qui numquam poſſit petire: pro domibus ſatis eſt ſibi, ur ſit habitatio Domini, & templum Dei, quo nihil poteſt eſſe pretioſius. Quid enim pretioſius Deo? Aut quid deeſt ei viro qui poteſt dicere: *Non contingat mihi gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo?* Non poteſt in hoc princeps mundi hujus ſibi conſortium vindicare, in quo nihil ſuum invenit.

Galat. 6. 4.

6. Ideoque Dominus qui venit docere, ut fieret nobis Deus portio, ait: *Venit enim hujus mundi princeps, & in me invenit nihil.* Meritoque nos imitatores ſui eſſe volens ait: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam.* Unde Petrus oſtendens in Deo portionem ſibi eſſe, non in ſæculo, ait: *Argentum & aurum non habeo, ſed quod habeo, hoc tibi do, In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula:* hæc eſt portio mea: hæc eſt ſors mea: portio mea Chriſtus eſt. *In nomine*, igitur, *Chriſti Ieſu ſurge & ambula*, hoc eſt, in porrione mea dives ſum, in portione mea potens ſum: merito tales præſumo fructus iſtius portionis, ut ſalus & vita donetur; quia hoc eſt iſtius patrimonium portionis quam elegi mihi. Dixit hoc claudo, & ſurrexit qui erat claudus ab utero matris ſuæ. Quomodo ergo Petrus poterat portioois ſuæ damna ſentire, qui naturæ damna reparabat?

Johan. 14. 30. — Matth. 10. 9. — Act. 3. 6.

7. Quare non habeas argentum atque aurum, Petre, dic nobis: dic etiam quid ſit iſtud quod habere te dicis, qui omnia quæ habebas, te reliquiſſe dixiſti. Sic enim locutus es Domino: *Ecce nos omnia reliquimus, & ſecuti ſumus te*, hoc eſt, non quæſivimus quæ ſæculi ſunt, non quæſivimus partem de poſſeſſionibus: ſed te elegimus portionem. Reliquiſti ergo ante omnia, Petre, quæ habebas; unde babes quod habere te dicis? Surgit claudus, & ſono tui ſermonis erigitur. Sanitatem aliis donas, qui indigebas ipſe tuæ ſalutis auxilio. Reliquiſti ergo quæ habebas, & cepiſti quæ non habebas. Chriſtus tibi portio, Chriſtus tibi poſſeſſio eſt. Illius nomen [a] tibi munificum, illius nomen tibi eſt fructuoſum, illius nomen tibi tributa dependit, & bona tributa, non pecuniæ, ſed gratiæ. Portio tua non ariditate ſiccatur, non imbre diluitur, non [b] frigore uritur, non tempeſtate quaſſatur. Per diem ſol non uret te, neque luna per noctem. Serva portionem quam elegiſti; ea eſt enim portio, quam terrenæ partes æquare non poſſunt. Quid enim eſt quod conferri poſſit his, de quibus Deus dicit: *Et inhabitabo in illis?* Quid magnificentius hoſpitio cæleſti? Quid beatius poſſeſſione divina? *Et deambulabo*, inquit, *in his.* Alii queruntur de ſui ruris anguſtiis: in te Deo eſt ampla poſſeſſio, in quo deambulare ſe dicit, hoc eſt, laxa ſpatia habitationis inveniens, qui terram includit manu; ſic enim ſcriptum eſt: *Quis menſus eſt manu aquas, & cælum palmo, & univerſam terram clauſa manu?* Cui mundus anguſtus eſt, tu ei ampla es domus. *Portio*, inquit, *mea Dominus.* Dicit hoc martyr. Ipſi ergo vivamus, cui mori eſt glorioſum. Aliis verbis quam bene dixit hoc Paulus, oſtendens nullam habere ſe in hoc ſæculo portionem; Sic enim ſcriptum eſt: *Uſque ad hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis vapulamus, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus. Tamquam luſtramenta hujus mundi facti ſumus, omnium purgamenta uſque adhuc.*

Matth. 19. 27. — Levit. 26. 12. — 2. Cor. 6. 16. — Eſai. 40. 12. — 1. Cor. 4. 11. 12. & 13.

8. Fortaſſe moveat quod purgamentum ſe eſſe dixit. Non enim eſt. Sed hoc ſæcularibus videtur, qui putant ſummam in divitiis eſſe gloriam, vel decorem. Nonne iſti univerſos purgamenta eſſe putant, quicumque illis obſequuntur propter divitias, & mirantur eos propter opes, timent propter potentiam, laudant propter nobilitatem? Sed hæc omnia Paulus detrimenta magis putabat eſſe, quam commoda. Ideoque ait: *Quæ mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Chriſtum detrimenta eſſe propter eminentem ſcientiam Chriſti Ieſu domini mei, propter quem omnium detrimentum paſſus ſum, & æſtimor ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. Æſtimor*, inquit: non eſt bæc mea, ſed aliena ſententia. Frequenter enim æſtimatur pauper ille irridendus & exſecrandus propter illuviem veſtium, aut vulnerum cicatrices; eo quod in terra nullam habeat portionem; & tamen portio ejus in cælo eſt. Anima ejus ibi ſibi patrimonium collocavit; quia audivit Jeſum dicentem: *Nolite theſaurum vobis condere in terra .... ſed theſaurum*, inquit, *vobis condite in cælo.*

Philip. 3. 7. & 8. — Matth. 6. 19. & 20.

9. Sed hoc divites audire non poſſunt. Clauſas aures babent, & ſono æris obtuſas: nummus magis illis reſonat, quam verba divina. Deni-

a. Mſſ. Rem. Fiſc. & Sorb duo, *tibi munificum. Et ſecuti ſumus te, hoc eſt, quæſivimus Ieſum. Illius nomen tibi* &c.

b. *Urere*, non modo noxiam vim caloris ac frigoris paſſim ſignificat, verum etiam cujuſvis alterius rei. Sic Horat. lib. 1. ep. 10.

ut calceus olim
Si pede major erit ſubvertet, ſi minor uret.

Id eſt, lædet. Hoc etiam modo locutum reperimus B. Hieron. atque alios.

que acceſſit quidam dives ad Dominum, qui portionem Dominum non habebat. Habebat enim multas poſſeſſiones: ſed Dominus non inter multa numeratur, non enim dignatur habere cum ſæculo conſortium. Quæ enim portio juſtitiæ cum
Luc. 18. 18. iniquitate? Dicit ergo hic dives: *Quid faciens vitam æternam poſſidebo?* Reſpondit ei Dominus:
Ibidem. 20. & 21. *Mandata noſti? Non homicidium facies, non adulterabis, non falſum teſtimonium dices:* oſtendens vitam æternam in his eſſe mandatis. At ille juſtificare ſe volens dicit. *Hæc omnia feci, quid mihi reſtat?* Ad quem Dominus ait, volens ei Dominum fieri portionem, non pecuniam, non poſſeſſiones, ſed ve-
Ibidem. 22. rum Deum: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni, ſequere me.* Verùm ille cui portio aurum atque argentum erat, ſine quibus eſſe non poterat, & cum quibus Dominus illi portio eſſe non poterat, contriſtatus eſt. Unde Dominus pronuntiavit impoſſibile eſſe, ut dives intret in regnum cælorum, ſed quod impoſſibile per humanas cupiditates, hoc per divinam gratiam ſolam poſſe eſſe poſſibile.

Matth. 19. 29. 10. Alibi quoque ait: *Quicumque reliquerit patrem aut matrem, domum, aut fratres, aut ſorores . . . . centuplum accipiet in hoc ſæculo, & vitam æternam poſſidebit.* Forſitan autem dicas: Utique qui relinquendo domum (per domum autem totum cenſum intellige) qui relinquendo propinquos Deum ſecutus fuerit, portio Domini eſt, & portio Deus illi eſt; habet etiam vitam æternam: & quia accepto centuplo fit in hoc ſæculo dives, dives, inquies, intrat in regnum cælorum. Deinde ſi centuplum dat Dominus eorum, quæ etiam ſimpla impedimentum adferre conſuerunt ad perceptionem hereditatis æternæ: centum ergo poſſeſſiones reddit pro una poſſeſſione, centum pondo auri pro uno pondere.

11. Multos quidem in hoc ſæculo qui ſua pauperibus donaverunt uberiore theſauro locupletatos fuiſſe cognovimus. Et pulcherrimus locus, ut etiam ad miſericordiam provocentur. Sed non debent à Domino ſæcularem hujuſmodi exigere mercedem, nec ſperare quæ mundi ſunt: ſed magis quia iis qui omnia reliquerint, Deus portio eſt. Ipſe eſt utique merces perfecta virtutum, qui non centupli enumeratione, ſed perfectæ pleni-
Gen. 17. 1. tudinis æſtimatione cenſetur. *Ego*, inquit, *Deus tuus ſum.* Non dixit, ero, ſed jam ſum, jam inhabito, jam poſſideo. Aufert dilationem, ubi inve-
Luc. 23. 43. nit juſti confeſſionem. Sane alibi ait: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Futurum promittit: ſed id quod futurum eſt, unius diei ſpatio non patitur protelari. Denique potuit dicere: *Mecum eris in paradiſo:* ſed addidit, *hodie*; ne dilatione gratia minueretur.

12. Sed non illi ſoli dicit dominus Jeſus: *Hodie mecum eris in paradiſo:* ſed & tibi dicit: *Mecum eris in paradiſo*, ſi confitearis dominum Jeſum, ſi ejus
Ibidem. 42. patrocinium tibi poſcas, ſi & ipſe dicas: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.* Sed tibi non dicit: *Hodie mecum eris:* dicit martyri: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Tibi non dicit, quia adhuc es in hoc febrienti corpore conſtitutus, in hoc concupiſcenti, in hoc terrena adhuc deſideranti: ſed cùm potueris dicere: *Dirupiſti vincula mea*, Pſal. 115. 16.
hoc eſt, ſolviſti curſum iſtius vitæ, liberaſti me ex hoc mortis corpore, tunc tibi dicit: *Hodie mecum eris in paradiſo.*

13. Habes igitur homo inter multa propoſita etiam hujuſmodi portionem. Propoſuit tibi Dominus in portione poſſeſſiones, in portione aurum, in portione argentum, in portione honores, in portione nobilitatem: propoſuit etiam in portione ſe ipſum. Habes plurimas portiones, elige quam putas. Non te numerus perturbet, ſed excitet gratia: non labor avertat, ſed fructus invitet. In portione divina gemitus & labores ſunt. Unde & ſanctus Apoſtolus, cui portio Deus erat,
ait: *Heredes ſumus Dei, coheredes autem Chriſti; ſi tamen compatimur, ut ſimul glorificemur.* Rom. 8. 17. Vides quia ubi hereditas Chriſti eſt, ibi debeat eſſe compaſſio. Qui autem compatitur, non perfunctorie compatitur, ſed ut tribulationes Chriſti in corpore ſuo impleat, ſicut implebat & Paulus, implebat & Hieremias, qui ait ſub hac ipſa litera:
Miſericordia Domini eſt quod non defecimus; [a] *quia* Coloſſ. 1. 24.
non ſunt conſummatæ miſerationes ejus: renovabit illas ſicut lux matutina. Multi ſunt gemitus mei, & Thren. 3. 22. & ſeq.
cor meum defecit. Sors mea Dominus, dixi; ideo ſuſtinebo eum. Qui ergo ſuſtinet Dominum, ſors Domini eſt. Unde & David qui ait: *Suſtinens Dominum, & reſpexit me*, Pſal. 39. 2.
hoc loco portionem ſibi Deum eſſe profitetur.

14. Quam rarus qui iſtud uſurpet ſibi: non nobilitate, non divitiis uſurpatur. Denique rex ille dives ait: *Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis* Sap. 7. 1. & ſeq.
omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro: decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conveniente: & ego natus hauſi communem aerem, & ſimiliter in terram decidi, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans: in involumentis nutritus ſum, & curis magnis. Et addidit: *Nemo enim ex regibus diverſum habuit nativitatis initium. Unus ergo omnibus eſt introitus nativitatis ad vitam, & ſimilis exitus.* Et quia vidit commune eſſe nativitatis exordium, elaboravit eſſe portio Dei, & invocavit, & venit in eum ſpiritus ſapientiæ. Sed luxurioſi aliam par- Ibidem 7.
tem eligunt, qui dicunt: *Vino pretioſo & unguen-* Sap. 2. 7. & 8.
tis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant. Et infra:
Quoniam hæc pars noſtra, & hæc ſors. Ibidem. 9.

15. Quam magnum contemnere divitias: ſed quam rarum hoc ipſum eſt! Utique & Moyſes potuit regis eſſe ſucceſſor, nutritus à regis filia. Potuit ergo eſſe non ſolum [b] quaſi Pharao, ſed etiam Pharao, & Pharao potuit eſſe ſicut Moyſes; uterque enim homo: ſed omnis potentia hominis in affectu eſt. Moyſes noluit rex eſſe, cùm poſſet: ſed opprobrium Chriſti theſauris Ægypti arbitratus eſt præferendum: ſed fugiendo potentiam, potentior factus eſt; factus eſt enim in deum regi Pharao. Rex erat Pharao, ſed deus non erat: Moyſes factus eſt illi deus, hoc eſt, regi ipſi ter-

a Rom. edit. *quia non ſunt conſumtæ miſerationes ejus.* Aliæ & mſſ. ut in textu. Sed utraque lectio exoriri potuit ex LXX. qui ſic ſcribunt, ὅτι οὐ συνετελέσθησαν οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ, quod utroque modo explicari poteſt. Ceterum ſi quis hujus loci verba, prout hic jacent, cum iis quibus exprimitur in ſacris codicibus, conferre voluerit, non minimam inter illa reperiet diſcrepantiam.

b. Ita mſſ. omnes. Edit. vero *quaſi Pharao, ſed ipſe Pharao potuit eſſe. Uterque &c.* Sed lectionem noſtram præſtare manifeſtum eſt.

ribilis, quem rex metueret & timeret. Sed hæc erat potenria ſanctitatis. In talium congregatione deorum Deus ſtat atque diſcernit. [a] Et tu ſi vis deus peccatoribus eſſe, terrori regibus, reverentiæ aliis; ut tamquam Deo tibi videantur eſſe ſubjecti, quia operaris in Dei nomine: contemne quæ ſæculi ſunt, & Dominicæ paſſionis opprobrium contende omnibus præferre divitiis. Opprobrium dico, quòd illis videatur opprobrium, hoc eſt, Judæis ſcandalum, gentibus ſtultitia, nobis autem virtus Dei atque ſapientia. Sed hoc Pharao opprobrium putans, hoc eſt, inopiam, ignobilitatem, contumelias, maluit diaboli eſſe, quàm Dei portio: & ideo qui Deo ſubjectus eſſe nolebat, interceſſioni hominis ſe ipſe ſubjecit. Ergo quia portio Dei erat ſanctus propheta David, rectè ait: *Dixi cuſtodire legem tuum:* ſpiritalem utique legem dicit, ſicut & Paulus oſtendit. Nam qui corporaliter Legem interpretati ſunt, non cuſtodiunt Legem, ſed prævaricantur.

16. Veniamus ad ſecundum verſum, qui ita eſt:
ψ 58. *Deprecabor vultum tuum, Domine, in toto corde meo: miſerere mei ſecundùm eloquium tuum.* Legimus in veteri Teſtamento quod deprecatus ſit Moyſes
Exod. 33. 20. ut vultum Dei videret, & reſponſum ſit ei: *Nemo videbit faciem meum, & vivet.* Myſtice hoc primùm intelligamus. Moyſes Legis figuram accepit: Lex per occulta myſteria nuntiat Chriſtum, non autem facie ad faciem demonſtrat, ſicut Evangelium demonſtravit. In ipſo enim facie ad faciem loqnebatur; licet in Evangelio homo natus ex Virgine apparuerit, Verbum autem ſe per opera demonſtraverit. Et fortaſſe hoc declaratum ſit Moyſi, quod populus Judæorum moriturus eſſet, & quod facie ad faciem Chriſtum vidiſſet, & non credidiſſet. Quod ſi ad Legem referas, etiam finis Legis Chriſtus eſt, ſecundùm illud
Rom. 10. 4. Apoſtolicum: [b] *Finis enim Chriſtus eſt ſecundum Legem omni credenti.* Et mortua eſt Legis interpretatio corporalis, ubi dominus Chriſtus Jeſus ſpiritalem ejus gratiam demonſtravit. Vel certe quia omnes qui Chriſtum vidimus, & baptizati in Chriſto ſumus, mortui ſumus peccato; quia viventes Legis vinculis tenebamur. Ubi autem in Chriſto mortui ſumus, mortificati utique ſumus Legi per corpus Chriſti; ut ſimus alterius qui ex mortuis reſurrexit. Sed hoc myſticum eſt.

17. Morale autem, hiſtoriæ veteris facit nos meminiſſe debere, quæ eſt de ſancto Moyſe, qui rogavit Deum ut ſe demonſtraret ei Deus, & ut facie ad faciem eum videret. Norat utique ſanctus vates Domini quod inviſibilem Deum facie ad faciem videre non poſſet: ſed devotio ſancta menſuram ſupergreditur, & putavit Deo etiam hoc eſſe poſſibile; ut corporeis oculis faceret id quod eſt incorporeum, comprehendi. Non eſt reprehenſibilis hic error, ſed etiam grata cupiditas atque inexplebilis, quod Dominum ſuum velut manu tenere, & obtutu oculorum videre cupiebat. Sciebat ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum eſſe hominem. Quando enim electus à domino Deo eſt ad populum liberandum, impletus eſt ſpiritu ſapientiæ. Viderat Angelum illum & faciem ejus in gloria. Denique fulgente ejus lumine, paveſactus eſt, & vidit rubum uri, & non exuri. [c] Viſum cæpit fulgoremque mirari; acceſſit cupiditate & gratia provocatus; ut diligentius fulgorem illum in rubo conſideraret. Itaque ſi tantùm accepit ardorem, tantam ſubiit cupiditatem, cùm Angelum vidiſſet in flamma ignis de rubo; ut licet pavore apprehenſus conſiderare non auderet, conſiderare tamen vellet: quanto magis vultum Domini corporaliter videre deſiderabat, dicens intra ſe vultum illum plenum lucis, plenum gloriæ, plenum virtutis, plenum divinitatis. [d] Non plus poſſum dicere vel ſentire de Deo; *Cùm enim conſummaverit homo, tunc incipit: & cùm finierit, tunc aporiabitur*, ut ſcriptum Eccl. 18. 6.
eſt; quia incomprehenſibilis eſt Dei æterna majeſtas.

18. Irritus quidem erat poſtulationis effectus, ſed affectus probabilis ſervi; quia ultra naturam ſuam devotione progreſſus de Domini Angelis æſtimabat, quantùm in Domini vultum plus deſideraret, quo cupiditatem ſuam geſtiret explere. Noverat in ipſo homine aliam poſt mortem futuram gloriam, aliam claritatem. Sicut enim ſtella à ſtella in claritate eſt, ita & reſurrectio mortuorum: quæ etſi ſeminatur in corruptione, ſurget tamen in incorruptione, ſurget in gloria, ſurget in virtute, ſurget corpus ſpiritale. Qui ergo hæc ſcire poterat, meritò præſumebat ut vultum Dei videre cuperet, quem eſſet obita corporis morte viſurus. Talem certe etiam formam receperat, talem Dominus jam probabat; ut non diſtaret ab Angelis cæleſtis miniſter & executor oraculi. Et ideo cùm ſciret quia Angeli puſillorum quotidie viderent faciem Patris qui in cælis eſt, putavit quod jam eam videre deberet, tamquam oblitus corporis, & carne depoſita, ſicut ille qui in corpore adhuc poſitus, cùm raperetur 2. Cor. 12.
in paradiſum, utrum in corpore, ſive extra corpus raptus eſſet ad tertium cælum, neſcire ſe dixit. Sancti enim etiam cùm gerunt corpus, non ſunt tamen in carne, ſed in ſpiritu; quoniam qui in cupiditate & converſatione ſunt carnali, Deo placere non poſſunt. [e] Sancti autem converſatio in carne non erat, ſed in cælo, ſicut Paulus oſtendit. Philip. 3. 20.

19. Et quid dicamus de probabili deſiderio vultus divini? Homines etiam ſi quem nobilem, ſi quem fortem, ſi quem ſapientem eſſe audiunt,

a. Am. atque Era. cum maxima mſſ. parte: *Et tu ſi vis deus peccatoribus eſſe terroris.* (mſſ. *terrori*) *regibus reverentia*, ut & e Edit. Gill. ac Rom. *Et tu ſi vis tamquam Deus peccatoribus eſſe terrori, regibus*, Rom. *& regibus reverentia.* Verùm cùm hæc lectio mſſ. ſuffragio deſtituatur, & illa non ſatis plenum offerat ſenſum, magis placuere verba codicum Lat. & Nav. alterius, quæ proinde in contextum tranſcripſimus. Nec tamen diſplicet cod. Reg. ita præferens ..... *regibus terrori ac reverentia.*

b. Rom. edit. *Finis enim Legis eſt Chriſtus ad juſtitiam omni credenti.* Et hic quidem ei favent quotquot nunc exſtant Paulinarum epiſtolarum exemplaria, immo & Ambroſius ipſe ſupra Serm. 5. num. 28. atque alibi; placuit tamen mſſ. ac vet. edit. omnium lectionem non deſerere. Iterum poſt duos verſus mſſ. ſeptem, *qui in Chriſtum credimus.* Sed forſan alios mſſ. & cunctas edit. ſic emendari oportere viſum ſcriptoribus, quod non cogitarent ſuperius poſitum, in Evangelio Chriſtum facie ad faciem demonſtrari. Itaque poſt verba: *qui Chriſtum vidimus*, ſubintellige in Evangelio. Non male tamen Reg. cod. *qui Chriſto vivimus.*

c. Sic mſſ. exceptis duobus, ubi legitur: *Viſu cepit fulgorem, quem mirari acceſſit.* Ab his etiam non diſcrepant edit. niſi quod præferunt, *quem miratus acceſſit.*

d. Edit. omnes hoc loci addebant. *Quem eſſe dicam?* Eleganter quidem, at nihil tale in mſſ. invenias.

e. Edit. *Sancti autem converſatione in carne non ſunt.* Duo mſſ. *non erant.* Alii vero omnes ut ſupra in corpore. Putamus autem vocem, *ſancti*, de Moyſe intelligendam, cujus converſationem in cælo fuiſſe noſter eo probat, quod talem eſſe ſanctorum converſationem doceat Apoſtolus.

ramquam ſupra hominem arbitrantes, concu- A
a piſcunt videre. Procedit imperator, [a] cujus regiæ
poteſtati commiſſa pars eſt orbis terrarum, con-
currunt omnes, & in tanta multitudine illum ſo-
lum adſpicere geſtiunt, & de fulgore purpuræ
plus quiddam eſſe in vultu imperatoris exiſti-
mant. Miraris ſi Dei deſiderabilis vultus eſt, cùm
conſormem ſui hominem humanus omnis mi-
retur affectus? Hinc datur intelligi etiam illud,
quod imperarori unuſquiſque nullius reus cri-
minis geſtit occurrere. Nam etſi crimen habeat B
conſcientia, tegunt illud tamen cordis occulta,
dummodo publico non ſit involutus reatu, nec
ſit aliquod ejus crimen expreſſum: denique ubi
b rei aliqui fuerint [b] advocati, & imperatori ſe &
ipſis judicibus offerre prohibentur: quemadmo-
dum turpes lenonum meretricumque perſonæ à
conſpectu vel judicis, vel imperatoris arceantur;
ne turpiſſimorum viſus offendat vultus regii cla-
ritatem. Qui autem bene ſibi conſcius eſt, nul-
lius criminis reus, quaſi innocens prodit in me- C
dium.

20. Ex his ergo ſancti Moyſis comprebenda-
c mus affectum. Videre Dei vultum [c] quaſi inno-
cens velut quodam vultu conſcientiæ deſidera-
bat: aperire ei faciem mentis internæ, cognoſci
plénius geſtiebat & Moyſes, & ipſe ſanctus Da-
Pſal. 25. 2. vid, qui alibi ait: *Proba me, Domine, & tenta me.*
Non enim vellet probari ſi in ſe crimen agnoſce-
ret: nec tentari, ſi paſſionibus gravibus ſe ſciret
obnoxium. Liber igitur à peccato, Deo ſe cupi- D
dus offerebat. Sed fortaſſe quia adhuc frequen-
tioribus Dei viſitationibus mundus à vitio non
foret, non fuerit in principio perfectus, utpote
Exod. 3. 5. cui ante paululum dictum erat: *Solve calceamen-
tum pedum tuorum*; illud utique calceamentum
quod de Ægypto detulerat, hoc eſt, corporeæ
converſationis involucrum; ideo dicit ei Domi-
nus: *Nemo hominum videbit faciem meam, & vivet.*

21. Quando autem id dictum ſit, conſidera.
Exod. 7. 1. 1. Nondum ei dictum erat: *Faciam te in deum regi* E
d *Pharao*, [d] Adhuc homo erat, & ideo illud ei dicit:
proceſſus ei debebatur, ut in deum fieret; & ideo
dictum eſt ei: De homine dixi, deſiſte hominis ha-
bere peccata, & videbis faciem meam. Qui enim
faciem meam videt, debet eſſe ſine peccato. Sed
quia homo ſine peccato eſſe non poteſt, ideo ut in
dei appellationem poſſit excreſcere, commone-
tur. Et quid de dei appellatione dicam? Eſto an-
gelus, hoc eſt, divini miniſter imperii, obſequere
mandatis Domini. Cùm fueris angelus, videbis F
faciem Domini. Magnum eſt videre Dei vultum.
Lex tibi dicit ut tertiò te offeras in Hieruſalem.
Matth. 5. 8. Ipſe dominus Jeſus ait: *Beati mundo corde; ipſi enim
Deum videbunt.* Advertis quid à te exigatur, ut vi-
deas Deum; cui vitæ propoſita ſit prærogativa vi-
dendi Deum? Emunda igitur cor tuum, ut quaſi
novus creeris renovato ſpiritu. Omnes pollutas
cogitationes de corde tuo abjice, nihil ſit quo
tuus inquinetur affectus: ſimplex mens, pura ſin-
ceritas ſit. Talibus ſe Dominus cùm involucrum
corporis depoſuerint, demonſtrare dignatur.

22. Nunc de reliqua ipſius verſus parte dicamus:
Miſerere, inquit, *mei ſecundùm verbum tuum*. Miſe-
ricordia quidem juſtitiæ portio eſt; ut ſi velis do-
nare pauperibus, hæc miſericordia juſtitia eſt, ſe-
cundùm illud: *Diſperſit, dedit pauperibus: juſtitia ejus* Pſal. 111. 9.
manet in æternum. Deinde quia conformis tuus in-
juſtum eſt ut non adjuvetur à ſocio; cùm præſer-
tim dominus Deus noſter terram hanc poſſeſſio-
nem omnium hominum voluerit eſſe commu-
nem, & fructus omnibus miniſtrare: ſed avaritia
poſſeſſionum jura diſtribuit. Juſtum eſt igitur ut ſi
aliquid tibi privatum vindicas, quod generi hu-
mano, immo omnibus animantibus in commune
collatum eſt, ſaltem aliquid inde pauperibus ad-
ſpergas; ut quibus juris tui conſortium debes, his
alimenta non deneges.

23. Eſt etiam miſericordiæ donare peccatum:
& miſericordiæ eſt, & juſtitiæ eſt. Denique juſti-
tiæ adſcribit ſcriptura divina veniam peccato-
rum, ſecundùm illud quod hodie lectum eſt: *Be-* Sap. 14. 7. & 8.
nedictum lignum [e] *quod fit per juſtitiam: maledictum* e
autem lignum quod fit per manus hominum. Supe-
rius ad crucem Domini retulit, poſterius ad er-
rorem gentilium, qui ligna venerantur. Juſtitia
autem quæ eſt crucis, niſi quod adſcendens illud
patibulum dominus Jeſus Chriſtus, peccatorum
noſtrorum chirographum crucifixit, & totius or-
bis peccatum ſuo cruore mundavit? In quo ergo
juſtus Deus, niſi in eo quia ſcivit quod de limo
terræ hominem figuravit, quæ terra utique cor-
ruptelæ obnoxia eſt, ac vitio lubricæ paſſionis?
Propterea ergo Dominus, qui ſecundum animam
te ad imaginem & ſimilitudinem ſui fecit, hoc
eſt, rationabilem, juſtum, pudicum (in eo enim
ad imaginem Dei es, ſi ſis juſtus, ut ſis imago juſ-
titiæ: ſi ſis caſtus, ut immaculati in te figura præ-
fulgeat) ſciens ergo ſecundum corporis fragili-
tatem corruptelæ patere hominem, quaſi juſtus
fragili lubricæque naturæ delicta conceſſit.

24. Ac ne forte dicat aliquis: Cur ergo Adam
maledicto ſententiæque ſubjacuit? Numquid in-
juſtus Deus? Non utique. Sed quia quaſi fragili
atque infirmo quid caveret ante præſcripſit (in-
firmus enim non uſurpare debet, ſed obedire
mandatis) [f] ideo prævaricationis magis reum te- f
nuit, quàm prolapſioni addixit. In illum igitur
juſta ſeveritatis proceſſit ſententia; quia ſcire vo-
luit, quod ſcire non profuit. Nobis autem qui he-
reditario vinculo tenemur adſtricti, qui in hac
carne ſumus, quæ priorum præjudicio detrita

a. Rom. edit. *cui jus datum eſt regiæ poteſtatis, cui commiſſa* &c.

b. Eadem Rom. edit. *advocati*. Sumitur autem ea vox in jure, potiſſimum duplici modo: primo pro his quos per abſentiam accuſatos præſes requirendos in acta retulit: ſecundo pro illis quos deportandos præſes advocavit, vel de iiſdem deportandis ad principem ſcripſit; ut docet Briſſ. ad hanc vocem. Sed cùm neutram ex his interpretationibus ſatis commode admittat ſeries orationis, cùmque omnes mſſ. ac vet. edit. huic voci refragentur, dicendum eos hoc loco dici advocatos, qui crimen ſuum palam faterentur. Nam advocare interdum uſurpari pro rem factam agnoſcere, & hinc ortum traxiſſe gallicum verbum, *advouer*, ſcriptum reperies in Gloſſario doctiſſimi Cangii ad idem verbum. Ceterum lib. 15. Cod. Theod. tit. 7. *de Scenicis* leg. 12. cautum eſt, ne turpium perſonarum picturas in locis ubi conſecrantur imperatorum imagines, liceat adnotare quod nonnihil Ambr. locum illuſtrat.

c. Ita mſſ. Edit. vero .... *quaſi innocens videbat, velut quodam* ... *mentis internæ. Cognoſci* &c. At potiorem eſſe noſtram ac mſſ. lectionem non diffitebitur, qui locum paulo accuratius examinaverit.

d. Edit. Rom. ſola, *Adhuc homo erat, proceſſus ei debebatur, ut in deum fieret, & ideo dictum eſt ei: Solve calceamentum. De homine dixit:* &c. Ruſſus paucis interjectis eadem etiam ſola, *ut tertio te offeras coram Domino*. Sed utriuſque lectionis unus eſt ſenſus.

e. Rom. edit. *per quod fit juſtitia*. Ex LXX nimirum apud quos legas, δι' οὗ γίνεται δικαιοσύνη. Sed à mſſ. omnibus, & ant. edit. cùm inter ſe conſentiant ægre divellimur.

f. Edit. omnes, & mſſ. aliquot: *ideo prævaricationis reum tenuit, quam* &c. Melius alii, qui & majori numero, ut nos in textu.

jam atque adſuefacta peccatis non poterat emergere; quaſi juſtus indulſit, juſte enim ignovit heredi, qui præjudicio laborabat auctoris.

23 quæſt. 4. cap. Eſt injuſta. Deut. 19. 13. 1. Reg. 15. 9.

25. Eſt ergo juſta miſericordia, ſed eſt etiam injuſta miſericordia. Denique in Lege ſcriptum eſt de quodam *: *Non miſereberis illius*. Et in libris Regnorum legis quia Saul propterea contraxit offenſam; quia miſeratus eſt Agag hoſtium regem, quem prohibuerat ſententia divina ſervari. Ut ſi quis latronis filiis deprecantibus motus, & lacrymis conjugis ejus inflexus, abſolvendum putet, cui adhuc latrocinandi adſpiret affectus: nonne innocentes tradet exitio, qui multorum liberat exitia cogitantem? Certe ſi gladium reprimit, vincula diſſolvit, a cur laxat exſilio? Cur latrocinandi qua poteſt clementiore via non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Deinde inter duos, hoc eſt, accuſatorem, & reum pari periculo * de capite decernentes, alterum ſi non probaſſet, alterum ſi eſſet ab accuſatore convictus, non id quod juſtitiæ eſt, judex ſequatur; ſed dum miſeretur rei, damnet probantem: aut dum accuſatori favet qui probare non poſſit, addicat innoxium. Non poteſt igitur hæc dici juſta miſericordia.

26. In ipſa Eccleſia, ubi maxime miſereri decet, teneri quàm maxime debet forma juſtitiæ; ne quis à communionis conſortio abſtentus, brevi lacrymula, atque ad tempus parata, vel etiam uberioribus fletibus communionem quam plurimis debet poſtulare temporibus, facilitate ſacerdotis extorqueat. Nonne cùm uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapſionis contagium provocari? FACILITAS enim veniæ incentivum tribuit delinquendi. Hoc eo dictum eſt, ut ſciamus ſecundùm verbum Dei, ſecundum rationem, diſpenſandam eſſe miſericordiam debitoribus. Medicus ipſe ſi ſerpentis interius inveniat vulneris cicatricem, cùm debeat reſecare ulceris vitium, ne latius ſerpat, tamen à ſecandi urendique propoſito lacrymis inflexus ægroti, medicamentis tegat quod ferro aperiendum fuit: nonne iſta inutilis miſericordia eſt, ſi propter brevem inciſionis vel exuſtionis dolorem corpus omne tabeſcat, vitæ uſus intereat? Recte igitur & ſacerdos vulnus grave, ne latius ſerpat, à toto corpore Eccleſiæ quaſi bonus medicus debet abſcindere, & prodere virus criminis quod latebat, non fovere; ne dum unum excludendum non putat, plures faciat dignos quos excludat ab Eccleſia.

Rom. 11. 22.

27. Jure ergo Apoſtolus divino nos hortatur exemplo dicens: *Vide ergo bonitatem, & ſeveritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, ſeveritatem: in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate*: oſtendens Judæorum populum jure eſſe à corpore Eccleſiæ ſeparatum, ne perfidiæ virus contaminaret Eccleſiam: populum autem gentium bonitate Domini receptum, & obedientiæ munere gloriari. Jure igitur huic divina bonitas ſuffragatur, quamdiu in divina bonitate permaneat. Si vero & ipſe deſciſcat, pro criminis ſui qualitate damnabitur. Qua gratia Dominus & lux & ignis eſſe deſcribitur, ut in tenebris ambulanti luceat quaſi lumen; ne diutius poſſit errare, qui quærit luminis claritatem: ei autem qui multa fuerit operatus, quæ manere non debeant, ſed ardere, ignis eſt Dominus; ut operis noſtri fœnum ſtipulamque conſumat, atque utili nos faciat ſalvos detrimento, ſicut aurum quod dum excoquitur, plus probatur.

28. Fortaſſe dicat aliquis qua ratione ſcripſerit Propheta: *Miſerere mei ſecundùm verbum tuum?* Verbum enim Dei juſtitia eſt. Si igitur juſtitia fretus erat, cur miſericordiam ante præmiſit: aut ſi miſericordiam requirebat, cur eam ad menſuram juſtitiæ putavit eſſe poſcendam? Qui enim bene agit, & bene vivit, opus non habet miſericordiâ; quia miſericordia à peccato liberat. Denique non divitibus, non fortibus & felicitate ſubnixis miſericordia conferri conſuevit à nobis: ſed egentibus, vel debilibus, vel iis qui ex divitiis in paupertatem, aut captivitatem, aut neceſſitatem aliquam deciderunt. Ergo qui eget miſericordia, peccator eſt: qui autem peccator non eſt, utique juſtus eſt, & non eget miſericordia Dei.

29. Secundùm quid igitur unuſquiſque, hoc eſt, ſecundùm quem ſtatum egeat miſericordia, aut juſtitiam habeat, conſiderandum eſt. Aliter enim eget juſtitia Dei Angelus, aliter homo. Aliter eget miſericordia Archangelus, aliter homo. Angeli enim natura non utique ita corruptelæ obnoxia eſt, ut natura generis humani; & ideo ille eget miſericordia Dei, ne poſſit errare, & averſâ à ſe Dei gratiâ, labatur in vitium: homo autem etſi jam firmiore propoſito eſt, tamen propter contractorum ſeriem peccatorum, miſericordiam Dei quærit. Itaque etſi uterque miſericordia Dei indiget, aliter tamen Angelo miſericordia, aliter homini debetur; leve enim vitium in Angelo judicio graviore cenſetur. Peccatum quoque adoleſcentiæ in homine, mitiore ſententia, quàm peccatum ſenectutis adſtringitur, & citius relaxatur.

30. Propheta igitur in iſto verſiculo dividit cauſas, ut & miſericordiam quaſi homo poſtulet, quia nemo ſine ſorde peccati: & juſtitiam quaſi Propheta depoſcat: vel certe, quoniam licet peccaverit ſicut homo, & quaſi peccator miſericordia egeat; tamen correxit errorem, pœnitentiam geſſit, abſtinuit à temulentia delinquendi, ſobrietate virtutis. Petit ergo juſtitiam ſecundùm verbum Dei, quia verbi Dei ſententia eſt, ut converſis venia donetur; ſi tamen legitime eſt facta converſio. Ezech. 18. 21. & 33. 12.

31. *Cogitavi vias meas, & averti pedes meos in teſtimonia tua*. Dividuus ſenſus: aut quia vias ſuperiores meas cogitavi plenas lapſus atque peccati, & ideo ut remiſſionem peccatorum poſſim mereri, morum converſione, ſtudioque virtutum, *Averti pedes meos in teſtimonia tua*; ut non jam meis greſſibus quibus ante ſum lapſus, ſed teſtimoniorum tuorum itineribus ambularem, quo tuorum ſemitæ mandatorum me errare non ✝ 59.

* Illo nimirum qui proximum ſuum per inſidias interfecerit.

a Edit. Rom ex ant. edit. Gratiani, *laxat exſilium*. Aliæ omnes cum omnibus cod. *laxat exſilio* Solus Fiſc. *laxat exitio*. Eſt autem *laxat exſilio* idem ac liberat exſilio, ſeu non damnat exſilio.

*. *De capite*, hoc eſt de vita, ſive de pœna capitis. Quippe interdum rei atque accuſatoris periculum ita æquabatur, ut non ſolum uterque ſervaretur in cuſtodia; verum etiam idem ſupplicium quod alteri debebatur, ſi fuiſſet convictus, alteri non probanti lege talionis irrogaretur. Cod Theod. l. 9. tit. *de Accuſ.* leg. 10. Item Grat. cit. loco.

ſinerent, nec veſtigium in devia & tortuoſa deflecterem. Frequenter enim ignorantes iter, ſi ſtrata viarum ſequantur, perveniunt quo deſiderant pervenire, & carent erroris amfractu. Sin autem uſurpent ſcire quod neſciunt, & putent aliqua ſequenda compendia, à publici tractûs itinere recedentes erroris labyrinthos frequenter incurrunt; ut eos de itinere deflexiſſe pœniteat: & ideo poſt multa laborum diſpendia ad iter quod reliquerant, redire contendunt.

32. Hic ergo ſenſus unus eſt, alius autem ita: *Cogitavi vias meas*, non ſuperiores, ſed futuras; ut ante meos actus cogitationibus prævenirem, ne incooſulta operatione progreſſus, aliquid [a] in ipſis cogitationibus offenſionis inciderem: ut ſi agere aliquid velim, ante cogitem utrum agendum ſit illud quod deſidero, aut quo agendum modo: ſimiliter ſi alloquendum, utrum alloqui debeam: deinde publice, an ſecreto loqui, præſentibus aliquibus, aut nullis; ſicut illud eſt, ut ſi velis fratrem corripere, primo ſolus corripias, ſecundo præſentibus duobus aut tribus teſtibus, tertio ſi non audierit, coram Eccleſia. Itaque ſi prætermiſſo ordine, velis coram Eccleſia fratrem increpare, quem ante monere debueras, erratum ipſe cognoſcis. Omnia igitur cum cogitatione facito, ut non te pœniteat operis tui. An vero ſi viam ingreſſus, cùm veneris ad compitum aliquod (ita enim appellatur plurimarum velut quidam concurſus viarum) ſi neſcias quod iter ingredi debeas; ſtas tamen & cogitas ipſe tecum, utrum primam, an ſecundam, an tertiam, an quartam, vel certe quintam, ſi ita eſt, viam eligas, quam ſequaris; nec putas prius adoriendum iter, quam animo definieris, & pleniore mentis intentione decideris. Stas igitur cogitans quæ ſit via, quæ in civitatem ducat, ad quam tibi putas eſſe pergendum. (Prov. 14. 12.) Quanto igitur magis animo debes ac mente conſiſtere, qui ad regnum cæleſte contendis, & cogitare tecum, quia non omnis via illò ducit, non omnis via illò dirigit ad Hieruſalem illam quæ in cælo eſt?

33. Sunt viæ quæ malos exitus habent, quas diaboli tentamenta triverunt; & ideo exitus earum, exitus mortis ſunt. Hæ nempe ſunt viæ, de quibus legiſti in Proverbiis: (Matth. 5. 28.) *Quia ſunt viæ quæ videntur viro recta eſſe, ultima autem earum adſpiciunt in profundum inferni*. Eſt autem via anguſtior illa, quæ ducit ad Dei regnum. Volens igitur eam ingredi viam quæ ad Deum ducit, non circumſpicies, non tecum ipſe tractabis, non conſiderabis, ne facile capiaris affectu, ſi viæ latitudine provocatus ingrediaris iter, quod ad inferna deducat? Cogita ergo ante, atque perpende quid facias.

34. *Qui viderit*, inquit, *mulierem ad concupiſcendum eam, jam adulteravit eam in corde ſuo.* Hic utique cogitavit ut videret mulierem, ut videret ad concupiſcendum; ſed mala hæc cogitatio relinquat vias ſuas. Alius non cogitavit quidem, ſed ſubito adſpexit, & captus eſt, & vidit, & concupivit, & ideo lapſus eſt. Quod ſi fragilem ſuum conſideraſſet affectum, & ante timuiſſet, ne cùm vidiſſet mulierem, mente caperetur & animo, utique non proſpexiſſet ad mulierem, ne concupiſceret eam. Videns ergo mulierem non direxit pedem ſuum in teſtimonia Domini, qui ſi ante lapſum ſuum cogitare potuiſſet, [b] forſitan direxiſſet. Unuſquiſque ergo prius cogitet quomodo videat mulierem; ut non videat ad concupiſcendum eam, aut non adtendat in eam. Si autem videns repentè, vel bona cogitatione fundatus, dirigat pedem ſuum ad teſtimonia Domini, ne in captivitate permaneat: utique ei profuit cogitatio. Poſtremo amans [c] mulierem, diligens, & concupiſcens, Chriſtum conſideret, judicium ejus, teſtimonia ejus de præmiis caſtitatis, & relinquat vias concupiſcentiæ, & ſequatur vias Chriſti: habebit laudem in eis, ſi contemplatus dominum Jeſum, contemnat carnis ardorem, flammamque libidinis quaſi quodam fonte reſtinguat, allidat teneras & infirmas cupiditates ad petram Chriſti.

35. Cogitet ergo primùm, ut eadem repetam, quemadmodum videat, quemadmodum loquatur. Bene cogitavit qui dixit: *Pone, Domine, cuſtodiam ori meo*; (Pſal. 140. 3.) ne forte dum mens inflammat ardorem, lingua ſermone labatur, aut multiloquio incauto etiam quod mens non cogitavit, incurrat loquendi facilitate: cogitet quemadmodum pedem ſuum dirigat, manum adferat; ne impetu indignationis impulſus, cùm repellere debeat injuriam, ipſe alteri jactum notabilis cædis illidat. Cogitandum eſt igitur quid geramus; ubi enim præcedit cogitatio, maturitas operationis adhibetur. Itaque pes iſte fidei veſtigium eſt, quem meditatione perpenſa, à corporalibus motibus ad teſtimonia divina deflexit.

36. Quid igitur proſit cogitare ante, quod poſtea facturus ſis, docet verſiculus qui ſequitur: *Paratus ſum, & non ſum turbatus, ut cuſtodiam mandata tua.* (℣. 60.) Ubi cogitatione quis prævenit quod acturus eſt, ſemper paratus ad agendum eſt, ſemper fixus & validus; ut non queat ſubita aliqua accidentium offenſione turbari. Nulla eum flabra ſcopuloſæ nimis ambitionis executiunt, nulla procella atque tempeſtas injuſtæ invaſionis exagitat, non petulantis oculus meretricis illaqueat, oculus enim meretricis, laqueus amatoris eſt. In aliena miſer capitur poſſeſſione, qui improviſo igne præventus poſſeſſionem ſuæ mentis amiſit. Si perſecutio ingruit, invenit jam paratum; ut ubi poſſit eſſe perturbatio ſalutis incertæ, ibi ſperata ſacri corona certaminis provida futuri meditatione demulceat. Si à maledicis obtrectatoribus frequenter obroditur, cogitet quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſervus ſupra dominum. Si ſupra Dei Filium opprobria exprobrantium nefanda ceciderunt, quemadmodum ſervus exſortem eorum ſperare ſe poterit? Ideoque mentem ſuam præparare debet; ut cùm iſta acciderint, turbare ſe non queant. Præparet animum & meditatione componat, ut poſſit dicere, ſi tamen poſſit: *Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an fames?* &c. (Rom. 8. 35.) Quare autem non ſeparetur, adjecit: *Sed in his omnibus ſuperamus*, inquit, *& vincimus propter eum qui dilexit nos*. (Ibidem. 37.) Meritoque confirmatus ait: *Confido enim quia* (Ibidem 38. & 39.)

a. Vet. edit. ac mſſ. nonnulli, *in ipſis conctantibus* Rom. è margine unius Vat. *in ipſis actionibus* Quidam mſſ. *in ipſis concionibus* Reliqui magno numero nobiſcum faciunt.

b Regius cod. ſolus, *forſitan direxiſſet unuſquiſque Cogitavi vias meas, & averti pedes meos in teſtimonia tua. Ergo prius* &c.

c. Ita mſſ omnes Gall. Edit. vero, *mulierem, ſi averterit non tantum pedem, ſed & mentem, ut diligens* &c. Sed quæ in mſſ. deſunt, nihil aliud quam ſenſum pervertunt.

neque mors, neque vita, neque Angeli . . . . neque Poteſtates, neque præſentia, neque futura . . . . ſeparare nos poterunt à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

37. Multa Apoſtolus dixit, contra quæ lucta nobis eſt: ſed alia facilia ſunt, vel certe non hujus temporis aut loci; ut diſcutere omnia debeamus, quæ ſint quæ nos ſeparare poſſint à caritate Dei; niſi diligentius reſiſtamus. Illud nunc quod videtur obſcurius, non prætermittimus, quia ait: *Neque altitudo, neque profundum:* quæ ſunt gravia tentamenta. Denique habes in Eſaia ſcriptum ad regem Achaz: *Pete tibi ſignum à Domino in profundum, aut in altum.* Reſpondit ille: *Non petam, neque tentabo Dominum.* Myſticum illi propoſitum eſt, ſed non intellexit: & veritus eſt ne tentare Dominum videretur, ſi ſignum peteret in altum, aut in profundum. Dominus autem volens gravia tentamenta remedio ſupplantare divino ait: *Ecce Virgo concipiet in utero.* Hoc eſt magnum ſignum, quod altitudinis, & profundi tentamenta deſtruxit. Dominus enim Jeſus non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; neque quæ ſua ſunt, requiſivit, ſed formam ſervi accepit, humiliavit ſe uſque ad mortem. Itaque neque elatus eſt poteſtate, neque mortis quadam dejectione turbatus. Hoc igitur ſignum proponitur regi; ut petat ſibi remedium, per quod nec regiæ poteſtatis extolleretur ſupercilio, nec certe ærumnæ alicujus exceptione perturbaretur, ut erat corde turbatus, cùm bellum ſibi videret ab Aſſyriis inferri. Divini igitur exemplo oraculi volumus oſtendere quàm eſſent hæc gravia tentamenta, quibus remedium ſolus potuit Chriſtus adferre.

Ibidem. 39. · *Eſai. 7. 11. & 12.* · *Ibidem. 14.*

38. Verumtamen & prophetico ſermone facile eſt docere ſarcinam quamdam horum tentamentorum. Hæc enim tentamenta duo maxima ſanctus Salomon oratione propria declaravit, & rogavit ut poſſet excludere dicens: *Divitias autem & paupertatem ne des mihi: ſed ordina mihi quæ opus ſunt, & quæ abundent; ne repletus mendax fiam, & dicam: Quis me videt? aut pauper rapiam, & perjurem nomen Dei.* Potes igitur tu iſta tentamenta contemnere, quæ formidavit Salomon, qui ſapientiam poſtulavit & meruit? Dives erat, timuit extolli: pauper fieri formidavit; ne paupertatis neceſſitate * abſtinentiæ gratiam non teneret. Quam multi qui videbantur ſancti eſſe, ceciderunt ab altitudine cordis ſui? Quam multi aliqua neceſſitate dejecti, non potuerunt contenti eſſe injuria, qui fuerant virtutum exercitio roborati? Rarus Job invenitur in terris, qui & divitias amiſit & filios, [a] & vibicibus corporis exaratus, cùm vermes toto corpore flueret, à Chriſti tamen caritate non potuit ſeparari. Paremus igitur affectum noſtrum; ne imparatum vis repentina perturbet. Denique ſciens Dominus cito nos frangi ſolere, ait etiam apoſtolis: *Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.* Si te cupiditas appetentiaque tentaverit, lege Evangelium, dicat tibi Jeſus Chriſtus: *Non turbetur cor tuum.* Si quis terror ingruerit, dicat tibi Chriſtus: *Non turbetur cor tuum, neque formidet.* Si qua ſupplicia perſecutor inflixerit, lege Evangelium, dicat tibi Jeſus: *Non turbetur cor tuum, neque formidet.* Lege Apoſtolum dicentem: *Indigna enim paſſiones ſunt hujus temporis ad ſuperventuram gloriam.* Si in mari naviganti gravis fluctus inſurgat, tempeſtas atra deſæviat, tibi dicat Jeſus: *Ego ſum, noli turbari.* Veniens igitur in certamen aliquod magnum & grave, dic prius: *Paratus ſum, & non ſum turbatus; ut cuſtodiam mandata tua.*

Prov. 30. 8. & 9. · *Iohan. 14. 27.* · *Rom. 8. 18.* · *Marc. 6. 50.*

39. Et quid de ſæcularibus dicam? Eſto paratus non ſolum adverſus ea quæ vides, ſed etiam adverſus ea quæ non vides. *Foris*, inquit, *pugnæ, intus timores.* In re ipſo tibi bellum eſt: bonum eſt ut in tranquillitate ſit animus tuus, & in quadam ſerenitate: ſed gubernator ille melior eſt, qui in tempeſtate navim gubernat. Rege igitur te ipſum, quando turbatur animus, mens fluctuat. Laudaverim virtutem gubernatoris, qui nullas procellas ſenſerit, & curſum navigii direxerit, nulla tempeſtate jactatus? Sed illum magis laudaverim, qui adverſus ventos renititur, inſurgit adverſum fluctus, non timet vel cùm elevatur undis navigium, vel cùm ad profundi ima deponitur. Ita & ille laudandus eſt gubernator ſui, qui ea quæ adverſa ſunt, vincit patientiâ, virtute ſuperat, ſecundis non extollitur, adverſis non frangitur. Bellum tibi eſt etiam adverſus nequitias ſpiritales. Advertis cum quantis tibi ſit prælium? Et ideo meditare, & ſtatue animo; ut procedens ad prælia dicas: *Paratus ſum, & non ſum turbatus; ut cuſtodiam mandata tua.*

2. Cor. 7. 5.

40. Sequitur verſus quintus: *Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus:* hoc eſt, funibus me circumdederunt peccatores; ut mea implicarent veſtigia, ne poſſem incurſus eorum prævidendi celeritate evitare. Non ergo illi funes ſunt, de quibus ſcriptum eſt: *Funes ceciderunt mihi in præclaris;* ſunt enim funes illi quibus utuntur, qui terminos metiuntur agrorum limiteſque diſtingunt, & poſſeſſionum ſpatia diſterminant. Tenduntur ergo illi funes quoad poſſeſſio uniuſcujuſque diffunditur. Sic factus eſt funiculus hereditatis ſuæ Iſrael. Boni ergo illi funes. Iſti autem funes quibus trahuntur peccata, ut fune longo, & ut loro jugi vitulæ iniquitatis. Vitula enim indomita plus ſe jactat & excutit, cùm tenetur, nec adquieſcit imperio, nec adſtringitur vinculo; ſed magis cum loro retrahitur, exaſperatur. Itaque nec coacta ſe ſubjicit, nec tamen libera vinculorum eſt. Sicut ergo trahit vitula lorum jugi, quæ etſi non tenetur è proximo; tenetur tamen, nec ſe explicat & abſolvit: ita trahit unuſquiſque peccator indomitis moribus iniquitates, qui putat ſe liberum; quia non eſt jugo ſubditus, ſubjectuſque judicio: & neſcit quod non ſit exutus, ſed magis ut illa vitula, & ipſe ſe implicat ſuorum nexibus peccatorum. Hi ſunt igitur funes delictorum noſtrorum, quibus involvimur & ligamur, quemadmodum ſunt & vincula delictorum. Et ideo Salvator qui habet in poteſtate peccatum dimittere, dicit iis qui ſunt in vinculis: *Exite.* Utinam & mihi dicat: Exi de vinculis tuis: exi de nexibus peccatorum tuorum: ſolve funes erroris tui, quibus circumdatus

ꝟ. 6. · *Pſal. 15. 5.*

*. *Abſtinentia*, à rapinis ſcilicet, ut referatur ad ſuperius illud, *aut pauper rapiam*

a Ita mſſ. aliquot, & cunctæ edit. niſi quod Era. Gill. ac Rom. præferunt, *exarabatur.* Mſſ vero alii, *& ulceribus* nonnulli, *& verberibus exaratus.* Sed *vibicibus*, magis Ambroſiana locutio eſt; ut jam obſervari potuit non uno loco.

& ligatus es. Etſi enim nequiſſimus ſim omnium, A [a] & deteſtabiliſſimus peccatorum; illo tamen jubente, liber ero, qui ſub uno momento latrocinii damnatum reum ſupplicio eripuit, conſtituitque in regno ſuo.

41. Sunt ergo vincula quibus conſtringimur, etſi videamur nobis liberi. Beatus qui hæc ſolvit
Pſal. 2. 3. ſibi vincula. Et ideo David ait: *Dirumpamus vincula eorum: & abjiciamus à nobis jugum ipſorum.* Non manu utique viſibilia vincula dicit eſſe rumpenda, ſed inviſibiles criminum nexus morum B converſione, & fidei profeſſione ſolvendos; [b] aut manu, hoc eſt, opere manus tuæ. Eroga pauperibus, debiles elevato, redime captivos; & ſolviſti vincula tua. Eleemoſyna enim à peccato liberat. Eripe eum qui ducitur ad mortem, hoc eſt, eripe eum interceſſione, eripe gratiâ, [*] tu ſacerdos: aut tu imperator, eripe ſubſcriptione indulgentiæ; & ſolviſti peccata tua, exuiſti te vinculis.

42. Vinculis enim peccatorum ſuorum unuſ-
Jacob. 1. 14. quiſque conſtringitur, ſicut ipſe legiſti: ligat C nos vinculis carnis illecebra. Vinculum noſtrum avaritia eſt, vinculum noſtrum ebrietas eſt, vinculum noſtrum concupiſcentia eſt, vinculum noſtrum ſuperbia eſt. Sunt & diaboli vincula. De-
Luc. 13. 16. nique ſcriptum eſt: *Hanc autem filiam Abrahæ, quam ligavit ſatanas decem & octo annis.* Ligat nos etiam diabolus criminum nexu: ligat nos vinculo fornicationis, vinculo adulterii, vinculo perfidiæ qua Chriſtus negatur, vinculo invidiæ qua frequenter etiam frater appetitur, vinculo crude- D litatis qua nonnumquam ſocius & conſormis occiditur. Hæc ſunt vincula quibus ligatus unuſquiſque inclinatur; ut animam ſuam levare non poſſit, nec obtutus ad cælum mentis erigere, niſi
Ibidem 12 dicat ei Dominus: Dimiſſus es ab infirmitate tua; & munere eum ſuæ benedictionis erexerit. Hæc ſunt ſceleratorum vincula [c] quæ dure peccatores ligant, hoc eſt, diabolus & miniſtri ejus: vel certe Nemroth, hoc eſt, amaritudo: vel certe Eſau, hoc eſt, terrenus & callidus. Iſti enim vena- E tores erant, qui feras laqueis captare conſueverant, & muta animantia vinculis illigare. Inutiles venatores, qui capiant beſtias, quæ pompam ſpectaculo populari præbeant, miniſterium crudelitati. Denique nullum invenimus in divinarum ſerie ſcripturarum de venatoribus juſtum.

43. At vero alia vincula ſunt, ut dixi, domini
Oſee 12. 4. Jeſu, quem ſequuntur, inquit, alligari vinculis, hoc eſt, vinculis adſtricti caritatis & amoris, fidei vinculis alligari. Licet ſic poſſit intelligi: Alligati F vinculis Chriſtum ſequuntur, hoc eſt, peccatorum & criminum remiſſorem, fontem indulgentiarum, redemtionis auctorem. Sequamur ergo vincula Chriſti, fugiamus vincula venatorum; ne dum incedimus, dum ignoramus, laqueos eorum pes noſtræ mentis incurrat, nec animæ noſtræ cervicem nexibus inſeramus. Inſidiantur enim quaſi peſſimi venatores: & quando proſperorum A eventu animum relaxamus, ac ſecundis rebus remittimus, nec excubias cautionis habemus intentas, tunc plus jactant laqueos ſuos, aut in via qua ambulamus, abſcondunt; ut cùm fuerint eorum laqueis innexa veſtigia, trahant quo ſecurum ſupplantent viantem, vel collo adſtrictos ſtrangulent commeantes.

44. Noli ergo alta ambulare cervice, ſicut filiæ Judæ; altis enim cervicibus cito laqueus innodatur. Noli ad ſæcularia mentem animumque B defigere: ſed circumſpice oculis animæ diligenter, quia pluit Dominus laqueos ſuper peccatores; ne cadentes illigare te poſſint: quos poteris evitare, ſi legem Domini non obliviſcaris. Etenim etiam qui ligatus eſt, ſi ſibi ſit conſcius libertatis, obliviſci libertatem ſuam non deſinit, & cauſam nonnumquam dicit è vinculis, [d] eamque ſibi legum præſcripto defendit, ac judicio frequenter abſolvit. Ergo & tu ſi peccaveris, memor eſto legis. Si peccaveris, memor eſto Chriſti, qui te li- C berat, dicens: *Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates ſuas .... & memor non ero.* Ipſum diebus ac noctibus tene, ipſi tua confitere peccata. *Eſai. 43. 25.*

45. Docet te Propheta quomodo teneas dominum Jeſum. *Media nocte*, inquit, *ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper judicia juſtitiæ tuæ.* Non ſa- *℣. 62.* tis eſt dies ad deprecandum, ſurgendum eſt & nocte, & media nocte. Ipſe Dominus pernoctavit in oratione; ut te proprio ad deprecandum invitaret exemplo: & utique peccatis tuis ille indul- D gentiam poſtulabat: poſtulabat à Patre, [e] operabatur propria voluntate. Non tibi dicit Propheta, ut tantummodo media nocte ſurgas: ſed ut ſurgas nocte, & maxime nocte media. Nocte enim ſurgendum ante præmiſit dicens: *Memor fui in nocte nominis tui, Domine.* Poteſt unuſquiſque me- *Supra 55.* mor eſſe, & non ſurgere: poteſt unuſquiſque & ſurgere, & cùm ſurrexerit, ea quæ proprio arbitrio ſederint, poſtulare. Addidit: *Media nocte ſurgebam*, docens ſurgendum eſſe media nocte. Nec E otioſum eſt quod adjunxit: *Ad confitendum tibi*, hoc eſt, ut illo maxime tempore deprecari Deum, & propria debeamus deflere peccata: nec ſolum præteritis veniam poſtulare, ſed etiam præſentia declinare, futuris cavere; multa enim illo in tempore tentamenta proſerpunt.

46. Tunc fervet carnis illecebra: tunc tentator illudit: coquitur cibus, potuſque digeritur: ſtomachus æger, mens ſomnolenta, animus occupatus eſt. Itaque aut quieſcenti calor ſoporis F augetur, aut vigilanti nondum plenior refuſus eſt vigor, qui errorum cavere poſſit incurſus. Tunc igitur tentator adſiſtit, tunc retia jacit, quibus turbare poſſit mentem improvidam. Tunc ſpiritales nequitiæ tenebras offundunt: tunc omne nefas ſuadere contendunt, quando nullus arbiter culpæ, nullus criminis conſcius, nullus poteſt eſſe erroris teſtis. Tunc varias diſceptationes pectori dormitantis infundunt; ut primò de ſtatu

a. Omnes edit. cum paucis mſſ. *& deteſtabilis uſu peccatorum.* Reliqui mſſ. nobiſcum faciunt.

b. Rom. edit. è marg. unius cod. Vat. *Aut ſi manu, & tunc opera manus tua eroga* &c. Vet. edit. ac tres mſſ. *Aut manu, hoc eſt, opera* &c. Alii omnes legunt . . . *opere* &c.

*. Inter Epiſcoporum privilegia illud erat olim non minimum, ut poſſent certis diebus in cuſtodia ſervatos adire, atque audita ipſorum cauſa, pro iis apud judices intervenire. Hoc liquet ex lib. 9. Cod. Theod. Tit. 3. leg. 11. & Comm. Godefr. in eamdem legem. Sed illud etiam clarius cognoſcas ex l. 13. Append. Cod. Theod. qua Imp. Hon. & Theod. liberum carceris aditum Epiſcopo viſitanti patere jubent; *ut medicetur agros*, inquiunt, *alat pauperes, conſoletur inſontes & cùm ſingulorum cauſas cognoverit interventiones ſuas apud judicem competentem ſuo jure moderetur*, &c.

c. Edit. Rom. ſola, *quibus dure peccatores ligant diabolus* &c.

d. Mſſ. ſex: *Et ea qua ſibi lege ſunt præſcripta . . abſolvitur.* Alii quatuor: *Et aque ſibi legum præſcripta. . . abſolvitur.* Ceteri, ac edit. nobiſcum faciunt. Hic autem *legum præſcriptio*, idem eſt atque legum definitio, ſeu conſtitutio.

e. Rom. edit. ſola, *operabatur propria poteſtate.*

mentis dejiciant reluctantem, & aliquorum qui A ſancti habentur, proponatur exemplum, quod illi aliquando deliquerint, ſed poſtea veniam ſint adepti, & rexerint ſuperiora delicta. Nam etſi omnem emendationem noſtri inimicus exoſus ſit; tamen ad tempus, ut ſobriæ mentis virum poſſit elidere, prætendit futuram indulgentiam, ut præſentia peccata perſuadeat: & cùm impulerit aliquem ad erroris adſenſum, ſi viderit eum jam non amore virtutis à culpa, ſed pœnæ contemplatione revocari, inſerit varias diſceptationes, ut dicat B ſibi: *Quis me videt? Et tenebræ circumdant me, & parietes .... quem vereor?* (Eccli. 23. 25. & 26.) Non videt Altiſſimus, non ad eum peccata noſtra perveniunt, non dignatur ſpectare quæ turpia ſunt. Hæc utique uſu exemploque cognoſcimus; nemo enim poteſt eſſe expers tentationis.

47. Itaque ut tempus hoc habile eſt tentamentis: ita etiam tempus eſt pœnæ, quod ex lectione divina poſſumus edoceri. Non enim otioſe dominus Deus noſter cùm poſſet quocumque momen- C to primitiva Ægyptiorum extinguere, hoc tamen tempus dolori & luctui peccatoris opportunius judicavit. Sic enim ſcriptum eſt, quia media nocte primogeniti Ægyptiorum liberi ab exterminatore ſint interemti. (Exod. 12. 29.) Ideoque ſanctus Moyſes propheta, ut hoc præveniret tempus, ac ſine Hebræorum fraude tranſiret, agnum ante immolavit, hoc eſt, veſperi; ut manducantes eum, & paſcha Domini celebrantes, non occuparentur exterminatoris inſidiis; ne inermes & vacuos ſpi- D ritalis alimenti nocturna ſpicula tenebroſi hoſtis opprimerent.

48. Hæc diligenter intende, prudenter intellige, ſollicite require. Non perfunctorie iſta dicuntur, ſed divina tibi myſteria declarantur. Præveni & tu inſidias tentatoris, inſtaura prius cæleſte convivium. *Indictum eſt jejunium, cave ne negligas. Et ſi te fames quotidianum cogit ad prandium, aut intemperantia declinat jejunium; tamen cæleſti magis te ſervato convivio. Non epu- E læ paratæ extorqueant, ut cæleſtis ſis vacuus ſacramenti. Differ aliquantulum, non longe finis eſt diei: immo plerique ſunt ejuſmodi dies, ut ſtatim meridianis horis adveniendum ſit in Eccleſiam, canendi hymni, celebranda oblatio. Tunc utique paratus adſiſte; ut accipias tibi munimentum; ut corpus edas domini Jeſu, in quo remiſſio peccatorum eſt, poſtulatio divinæ reconciliationis, & protectionis æternæ. Suſcipe ante dominum Jeſum tuæ mentis hoſpitio: ubi corpus ejus, F ibi Chriſtus eſt. Cùm hoſpitium tuum adverſarius viderit occupatum cæleſtis fulgore præſentiæ, intelligens locum tentamentis ſuis intercluſum eſſe per Chriſtum, fugiet ac recedet: & tu mediam noctem ſine ulla offenſione tranſibis. Admonet etiam ſacrificium veſpertinum, ut numquam Chriſtum obliviſcaris. Non potes obliviſci, cùm lectum adſcendis, ejus Domini, cui in occaſu diei precem fuderis, qui eſurientem te ſui corporis epulis expleverit. Etenim quod veſperi cogitaveris, cito cùm evigilaveris, recenſebis. Excitabit te ipſe dominus Jeſus: admonebit ut ſurgas, & eo tempore arma orationis adſumas, quo ſolet incurſare tentator.

49. Unde non otioſe Paulus apoſtolus & Silas (Act. 16. 25. & 26.) truſi in carcerem, cùm in nervo pedes haberent, media tamen nocte ſurgebant mentis veſtigio, exorabant Dominum, & laudis ſacrificium deferebant. Ideoque ubi non defuit devotionis officium, adfuit etiam abſolutionis remedium. Subito enim media nocte terræ motus factus eſt grandis; ita ut mota eſſent fundamenta carceris, valvæ apertæ, omnium vincula ſoluta ſint. Audis quemadmodum ſi ligatus fueris, quibus manibus, quibus operibus ipſe te ſolvas, quemadmodum cuſtodes timere non poſſis? Surge igitur ad precandum. Ea hora eſt, qua tentator nocere conſuevit, & nequitia conſuevit irruere. Ea hora eſt, qua ſolet adverſus tentationes graves remedium venire cæleſte. Excubandum tibi eſt, ne qua fraude vincaris: providendum ut eo tempore quo potes vincere, nequaquam vincendi tempus amittas.

50. Et quia orationem eſſe ſubeundam media nocte diximus, non minus etiam de hujuſmodi hora diei dicendum videtur; contraria enim diei nox eſt. Quid enim luci commune cum tenebris? Et ideo adverſa ſibi eadem nocturna eſt vel diurna. Sicut enim media nocte primitiva Ægyptiorum tentator occidit [a], & ex eo cognoſcitur quod ea maxime hora operetur adverſarius; ita è contrario quod meridiano tempore virtus divinæ lucis operetur. Unde & Abraham circa meridiem (Gen 18. 1. & 2.) ſobrias tendebat excubias, & boni aliquos exſpectabat eventus, levans oculos ſuos, ac finitima perluſtrans, quod eo tempore advenientem gratiam ſibi quæreret. Illo igitur tempore cum duobus Angelis ſanctis divinus ei hoſpes advenit: illo tempore Chriſtum ſuſcepit hoſpitio: illo tempore illa quæ legis & intelligis, celebrata myſteria ſunt. Quando enim magis debuit fidelem virum divina illuminare præſentia, quàm cùm lux diei plenior refulgeret? Meritoque etiam ſanctus Joſeph (Gen 43. 16.) receptis fratribus, & accerſito juniore germano quem maxime diligebat, meridie inſtaurat convivium. Erat enim meridies in ſancti Joſeph pectore, quando lætas epulas fratribus ſplendentis gratiæ miniſtrabat, ſuaviſſimique cibos alloquii dividebat; ut cùm illi pœnam fratris metuerent appetiti & venditi in ſervitutem, ille divino (Gen. 45. 5. 6 & 7.) judicio ipſis diceret eſſe proviſum, ut in Ægyptum deduceretur, qui famem ſuſtinentibus alimoniam non negaret.

51. Habemus ergo in nobis meridiem. Meridies eſt ei, cui juſtitiæ ſol refulget, & cujus opere

*. Multa ex hoc loco erui poſſunt, quibus illuſtretur Eccleſiaſticæ priſcorum temporum diſciplinæ cognitio. Hinc enim primo jejunii cùm indictum fuiſſet, ad uſque diei finem ſervandi obligatio declaratur. Deinde conſuetudo ſacramenti Euchariſtiæ non niſi ore jejuno recipiendi oſtenditur: tum Mediolanenſis Eccleſiæ uſus innuitur diebus ſabbati ac dominicis non jejunandi; hoc enim colligi poſſe videtur ex illis verbis, *immo plerique ſunt ejuſmodi dies* &c. quæ quidem eo ſenſu melius explicantur, quam ſi de jejuniis ſtationum ea intelligas; cùm maxime veriſimile ſit quadrageſimale jejunium hic deſcribi. Poſtea celebrandæ oblationis fit mentio, quam oblationem nihil aliud eſſe, niſi corporis Chriſti ſacrificium ad Præfat. hujus operis obſervavimus. Ad hæc indidem quoque intelligere eſt moris fuiſſe in Eccleſia latina etiam jejunii diebus ſacrificium offerre, & Euchariſtiam accipere, contra quàm in orientali obtinebat. Poſtmodum memoratur etiam veſpertinum ſacrificium, id eſt, miſſa veſpertinis horis diebus jejunii celebrari ſolita: de qua in Conc. Vaſenſi c. 3. Aurel. 3. c. 19. Matiſcon. c. 9. actum reperimus. Recenſentur denique mirabiles hujus ſacramenti effectus, munimentum ſcilicet adverſus diaboli tentamenta, remiſſio peccatorum. &c.

a. Sic omnes mſſ. atque edit. excepta una Rom. ubi poſitum eſt, *exterminator occidit.*

bono, vel cogitationibus innoxiis, & pura men- A te atque ſincera paſcitur Chriſtus. Diſce igitur
Pſalm 36. 5. & 6. quemadmodum tibi ipſe facias meridiem. *Revela*, inquit, *ad Dominum viam tuam, & ſpera in eum: & ipſe faciet, & educet ſicut lumen juſtitiam tuam, & judicium tuum ſicut meridiem.* Ubi enim vera eſt fides, ibi veri luminis gratia eſt: ubi innocentiæ prolixior cuſtodia, virtutumque longa meditatione proceſſus, ubi plendor bonæ conſcientiæ diu permanens, ibi intelligibilis eſt meridies: ibi & tu Chriſto mentis tuæ epulas exhibebis, & in B divitiis ejus etiam ipſe paſceris; ita ut non præmaturus & velox veri luminis ſequatur occaſus, nec quidam ſtudiis tuis tenebroſus cito veſper incumbat, & opera bona interjectus impediat. Quod ſi tentationum nox advenerit, non immerito media nocte ſurgendum, & orandum diu, & protrahenda pſalmis tempora, donec veniat dies, & illuceſcat tibi Chriſtus.

52. Vide igitur ne & per diem tibi media nox fiat, quo mundi princeps tenebroſus & ſquallidus C plenitudinem tibi tentationis infundat. Surge igitur, & excita tuam mentem: non dormitabit qui cuſtodit te, ſi te non reperiat dormientem: ſed ſurget, ſi & ipſe fuerit tuæ animæ vigiliis excitatus: & imperabit vento, & fiet tranquillitas in tuo pectore, quod diverſarum procellarum turbine fluctuabat. Surgendum igitur nobis. Solet Sponſus media nocte venire: cave ne te dormientem inveniat, cave ne facem tuam non queas ſomnolentus accendere. Surgendum, inquam, & D Domino confitendum eſt, ut gratias agas. Confitenda etiam ejus judicia æterna; ut quidquid nobis boni accidit, ejus juſtitiæ deputemus: ac ſive divites ſumus, ſive ſalubriter valemus, id juſtitiæ Domini deferamus; quia juſtus eſt, ut opus ſuum tueatur ac ſervet, ut quos nudos indotatâ quadam naturæ ſorte in hanc projecit corporis infirmitatem, vigore animi, & miſericordiæ ſuæ dote pauperes veſtire dignetur. Quod utique omni agendum tempore manifeſtum eſt; ut nec die, nec E nocte, nec ullo tempore à gratiarum actione debeamus vacare.

℣. 63. 53. Sequitur verſus ſeptimus: *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.* Habet & Chriſtus participes atque conſor-
Pſal. 44. 5. tes ſui. Denique David probat dicens: *Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Habet participes carnis; quia carnem ſuſcepit: habet
Deut. 18. 18 & 19. prophetiæ; quia *Prophetam*, inquit, *vobis ſuſcitabit dominus Deus veſter de fratribus veſtris tamquam* F *me: ipſum audietis per omnia quæcumque loquetur vobis. Erit autem, omnis anima quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe.* Ipſe eſt verus propheta, qui ſine alterius munere futura cognoſcit: qui ea quæ ventura erant, locutus eſt in prophetis. An non eſt propheta, qui facit alios prophetare? Ipſe eſt qui auditur ſicut Lex; quia
Luc. 16. 31. & Lex eſt ipſius. Denique *Si Moyſen*, inquit, *& prophetas non audiunt: nec ſi quis ex mortuis ad illos abierit, credent.* Ideoque populus Judæorum quia non audivit hunc prophetam, de plebe exterminatus eſt; ut populus Dei eſſe deſineret, qui ante populus Dei dicebatur. Habet conſortes baptiſ- A mi; quia baptizatus pro nobis eſt: habet conſortes juſtitiæ; quia ipſe juſtitia eſt, & nobis de ſuo dedit ſui habere conſortium: habet conſortes veritatis; quia ipſe veritas eſt, & nos tenere voluit veritatem: habet conſortes reſurrectionis; quia ipſe eſt reſurrectio: habet conſortes immaculatæ vitæ; quia ipſe immaculatus eſt. Et quicumque in novitate vitæ ambulaverit, quicumque tramitem juſtitiæ tenuerit, particeps Chriſti eſt. Habet etiam tribulationis ſuæ participes; ideoque B qui particeps ejus eſſe cupiebat, dixit: *Nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore ejus, quæ eſt Eccleſia.* Coloſſ. 1. 24. Sepulturæ quoque ejus participes ſumus; quiſquis enim conſepultus eſt cum ipſo per baptiſmum in mortem, particeps ejus eſt. Ideoque ipſe Apoſtolus adſtruens quam nobis gratiam dederit dominus Jeſus, ait: *Participes enim* Hebr. 3. 14. *Jeſu Chriſti facti ſumus.*

54. Sed & ille particeps Chriſti eſt, qui lugen- C tem mœſto conſolatur affectu: qui in carcere conſtitutum proprio non defraudat officio: qui lecto ægrotantis adſidet, non ut capiendæ hereditatis tendat aucupium; ſed ut morbi vim ſollicito mitiget miniſterio, ut ſedulo feſſum ſermone demulceat: qui nudos veſtiat, eſurientes reficiat. In his enim frequenter eſt Chriſtus, ſicut ipſe ait: [a] *In carcere eram, & non veniſtis ad me: nudus eram, & non operuiſtis me .... Quod enim uni eorum non feciſtis, nec mihi feciſtis.* Matth. 25. 42. & ſeq. Si oderim menda- D cium, particeps Chriſti ſum; quia veritas Chriſtus eſt: ſi fugiam iniquitatem, particeps Chriſti ſum; quia Chriſtus juſtitia eſt. Beatus qui hoc poteſt dicere. Sicut enim membrum particeps eſſe dicimus totius corporis: ſic conjunctum omnibus timentibus Deum, qui non dicat alteri: Non es de corpore meo, hoc eſt, non dicat pauperi dives, non ignobili nobilis, non ægro ſanus, non fortis debili, non imperito ſapiens dicat: Non eſtis mihi neceſſarii; particeps corporis Chriſti E eſt, quæ eſt Eccleſia. Sed qui ſciat quod ii qui videntur in Eccleſia debiles, pauperes, imprudentes, etiam peccatores abundantiori indigeant honeſtate, & majore præſidio fulciendi ſint: qui hoc noverit, ipſe poteſt dicere: *Particeps ego ſum omnium timentium te.* Qui compatiatur magis hujuſmodi hominibus, quam faſtidiat eos: compatiatur infirmis, ut ſciat quia unum corpus omnes ſumus, & membris membra connexa; ut alterum ſine altero eſſe non poſſit: & cùm alterum dolet, F compatiatur alteri. Iſte ergo recte poteſt uſurpare hujus vocis auctoritatem.

55. Vide autem quam verecunde Propheta dixerit: *Particeps ego ſum timentium te.* Non dixit imitantium, ſed *timentium*; initium enim ſapien- Eccli. 1. 16. tiæ eſt timor Domini. Inter rudes ſe conſtituit humilitate, cùm veteranos devotione ſuperaret. Sed tamen & timere virtutis eſt; quia ſcriptum eſt: *Timete Dominum omnes ſancti ejus.* Pſal. 33. 10.

56. Sed ne aliquibus timor iſte non ſanctus videatur (quia ſunt qui ignava formidine pertimeſcunt, & hebeti trepidant metu) addidit: *Et cuſtodientium mandata tua.* Ut oſtenderet ſe ſancti timoris eſſe conſortem. Aut ſic. Poteſt qui-

a. Ita omnes mſſ. Edit. contrà triplicem hujus loci negationem expungunt, ut de juſtis intelligatur. Sed quolibet modo proponatur, tantumdem valet ad probandum intentum.

dem timere corde devotus,ſed opere piger; ut ſit A religioſus affectu,otioſus actu. Non tamen poteſt piger eſſe,qui mandata Domini cuſtodit. Qui ergo timet,cuſtodit. Ergo ejus eſt cuſtodire,qui timeat. Sanctus itaque hoc dicit: ego autem hoc mihi uſurpare non poſſum; quanti enim ſunt qui timeant Deum,& non illis compatior? [a] Quærunt opem,& ferre nolo: miſericordia indigent,ſumtu non adjuvo. Quiſquis autem hæc facit, ipſe poteſt dicere ſe timentium Chriſtum eſſe conſortem. B

℣. 64. 57. *Miſericordia tua,Domine,plena eſt terra: juſtificationes tuas doce me.* Quomodo miſericordiæ Domini plena eſt terra, niſi per paſſionem domini noſtri Jeſu Chriſti, quam futuram prævidens, quaſi promiſſam Propheta concelebrat? Prophetis enim ea quæ ventura ſunt prævidentibus moris eſt,ut quaſi jam decurſa memorentur quæ poſterioris ætatis ſunt. Plena eſt ergo terra miſericordiæ Domini; quia omnibus eſt data remiſſio peccatorum. Super omnes ſol oriri jubetur. Et C hic quidem ſol quotidie ſuper omnes oritur. Myſticus autem ſol ille juſtitiæ omnibus ortus eſt, omnibus venit,omnibus paſſus eſt,& omnibus reſurrexit: ideo autem paſſus eſt,ut tolleret peccatum mundi. Si quis autem non credit in Chriſtum, generali beneficio ipſe ſe fraudat: ut ſi quis clauſis feneſtris radios ſolis excludat, non ideo ſol non ortus eſt omnibus,quia calore ejus ſe ipſe fraudavit: ſed quod ſolis eſt,prærogativam ſuam ſervat: quod imprudentis eſt, communis à ſe gra- D tiam lucis excludit. Super omnes pluvia eſt, & hoc divinæ miſericordiæ deputatur; quia pluit ſuper juſtos & injuſtos. Aut certe ſic interpretandum, quod miſericordiæ divinæ plena ſit terra; Pſal. 23. 1. & 2. quia *Domini eſt terra,& plenitudo ejus .... ipſe ſuper maria fundavit eam,& ſuper flumina præparavit illam.* Etenim per Eccleſiam in omnes gentes diffuſa eſt miſericordia Domini, in omnes gentes diffuſa eſt fides.

58. Fortaſſe dicas: Qua ratione non dictum E eſt, miſericordiæ Domini plenum eſt cælum? Quia ſunt etiam ſpiritales nequitiæ in cæleſtibus: ſed non illæ [b] ad commune jus indulgentiæ Dei,remiſſionemque pertinent peccatorum,quibus ignis ſervatur æternus: & illa quæ cæleſtium vel poteſtatum vel miniſteriorum ſunt, licet auxilio Domini fulciantur; tamen non tanta ejus indigent miſericordia, quantâ ea quæ ſunt inferiora atque terrena; non enim illa carnis involucro veſtiuntur, in qua eſt frequentis erroris ille- F cebra. Ideoque in ſuperioribus ait idem Propheta,quia *Cælum cæli Domino,terram autem dedit filiis hominum.* (Pſal. 113. 16.) Unde & cælum purius & defæcatius ab omni labe peccati eſt,longeque ſemotius ab illo de quo ſcriptum eſt: *Sicut volatilia cæli.* (Matth. 6. 26.) Hoc enim cælum velut medius quidam inter cælum & terram aerius locus dicitur, in quo ſunt etiam ſpiritales nequitiæ in cæleſtibus. Nam in illo non ap- A pellativo,ſed vero cælo,etiamſi diabolum legerimus in conſpectu Dei Angelorum non defuiſſe concilio; puto tamen nulla operari tentamenta nequitiæ. Denique ſcriptum eſt quia angeli amaverunt filias hominum; (Gen. 6. 2.) eo quod terrenis capti detineantur illecebris princeps mundi iſtius ac miniſtri ejus,in quibus nequitia ſpiritalis venenis quibuſdam carnis hujus imbuta, & humanis eſt infecta criminibus. Ideoque Dominus in Evangelio ſuo ait: *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.* (Matth. 6. 10.) B Non eadem eſt illic iniquitas vicinum poſſeſſionis finitimo rure depellere, viduam hereditatis fraudare compendiis,minores [*] conſortii jure detrudere, intra lignum denique & quodcumque argenti atque auri vel æris metallum velut effigiem quamdam cæleſtem includere poteſtatem. Hæc cùm ſint maximi plena ſacrilegii, in cælis vacant, in terris frequentantur. *Verbo enim Domini cæli firmati ſunt,* (Pſal. 32. 6.) non terra firmata eſt.

59. Et ideo juſtificationes Dei ab ipſo Domi- C no vult doceri; quia difficile eſt in terra magiſtrum hujuſmodi reperire,qui ea doceat, quæ ipſe non viderit. Ad illum igitur doctorem intimo Propheta contendit affectu; qui ſolus magiſter eſt verus. Quomodo enim poteſt homo quaſi verum docere quod neſciat, cùm ipſe ſit mendax? Meritoque ait Dominus, ut nemo ſuper terram (Matth. 23. 8.) vocet ſibi quemquam magiſtrum; quia unus eſt magiſter omnium. Et quomodo poſſet David alium doctorem quærere,cùm ipſe de Deo dixe- D rit: *Qui docet hominem ſcientiam?* (Pſal. 93. 10.) Docet autem Deus,& mentes illuminat ſingulorum,& claritatem cognitionis infundit,ſi tu aperias oſtia cordis tui, & cæleſtis gratiæ recipias claritatem. Quando dubitas,diligenter inquiras; qui enim quærit, invenit,& ei qui pulſat,aperitur. Multa obſcuritas eſt in ſcripturis propheticis: [*] ſed ſi manu quadam mentis tuæ Scripturarum januam pulſes, & ea quæ ſunt occulta,diligenter examines, paulatim incipies rationem colligere dictorum,& ape- E rietur tibi non ab alio, ſed à Dei Verbo, de quo legiſti in Apocalypſi,quod Agnus librum ſignatum aperuit, (Apoc. 5. 5.) quem nullus ante aperire poterat, quia ſolus dominus Jeſus in Evangelio ſuo prophetarum ænigmata, & Legis myſteria revelavit: ſolus ſcientiæ clavim detulit, & dedit aperire nobis.

60. Dicunt ſe Judæi habere clavim ſcientiæ, ſed non habent; nam ſi haberent,ipſi ingrederentur, ipſi agnoſcerent penetralia Scripturarum. F Nunc autem *Væ vobis ſcribæ & phariſæi, qui abſtuliſtis clavim ſcientiæ, & ipſi non introiſtis, & introeuntes prohibuiſtis.* (Luc. 11. 52.) Quomodo enim clavim poteſtis habere ſcientiæ, qui ſcientiæ negaſtis auctorem? Et ideo ad ipſum converſus David ait: *Tu me,* inquit, *doce juſtificationes tuas;* quia tu es vera juſtitia. Tu doce quæ ſapienter dicta ſunt; quia tu es ſapientia. Tu aperi cor meum; quia aperuiſti librum. Tu aperi illud oſtium quod in cælo

a Edit. cum mſſ duobus: *Quærunt opem, & ferre nolo miſericordiam: indigent ſumtu, & non adjuvo.* Melius reliqui, ut ſupra in corpore.

b Mſſ aliquot non infimæ notæ, *ad communem ejus indulgentiam, remiſſionemque* &c.

* *Conſortium*, in Cod. Theod. ſumitur aliquando pro vicinia & connexis ædificiis; immo & apud Ciceronem Orat. in Verr. conſortes dicuntur ii, quorum fines contigui ſunt: & hoc ſenſu conſortium ab Ambroſio hic accipitur.

*. Ambroſius in concionibus ſuis frequens adhortabatur auditores, ut ſtudioſe Scripturarum etiam difficiliorum lectioni incumberent. Et ne prophetarum obſcuritate, ſicut Auguſtino contigiſſe ex lib. 9 Conf. cap. 13. cognoſcimus, a tam utili propoſito deterrerentur, docet orationem à lectione atque diligentia numquam ſeparandam. Qua quidem methodo ſi uſus eſſet idem Auguſtinus adhuc catechumenus, prophetiæ Iſaiæ lectionem, quam ſuadente Antiſtite noſtro exorſus fuerat, non ita facile omiſiſſet.

eſt; quia ipſe eſt janua. Per te ſi quis introierit, A regnum illud poſſidebit æternum. Per te ſi quis intraverit, non decipietur; quia falli non poteſt quicumque domicilium fuerit veritatis ingreſſus.

SERMO NONUS.

ט Theth.

1. NOna littera *Theth*, cujus interpretatio eſt, *excluſio*. Quid eſt excluſio? Numquid ſicut domo aliquis excluditur, hoſpitioque B dejicitur: ita qui excluditur à Dei regno, bonis illius fraudatur; ſicut illæ excluſæ ſunt virgines, quæ ſecum oleum non tulerunt; & dum venit Sponſus, extinctæ ſunt faces earum, atque io emendo oleo, inflammandiſque facibus occupatæ fecerunt moram, & ingreſſo jam Sponſo, introire cupientes leguntur excluſæ? Non arbitror. Nam quomodo diceret [a] ſi à bonis ſanctus Propheta eſſet dejectus, atque excluſus à Dei regno: *Jucunditatem feciſti cum ſervo tuo?* Nec Prophetæ C meritum hujuſmodi intellectum videtur admittere, nec ſeries ſubditorum. Audis dicentem: *Suavis es, Domine, & in jucunditate tua doce me juſtificationes tuas.* Audis dicentem: *Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti.* Et potes dicere quod ſit excluſus à regno, qui non eſt excluſus à Lege? Quid ergo intelligemus? Hæret interpretatio, & obſcuritatem ſenſus ſui ſermo videtur offundere.

Matth. 25. 1. 5. & ſeq.

a

Iſaſ. ℣. 68.

Ibidem. 72.

2. Vocant merita Prophetæ, vocat ejus gratia, D vocat ſubjectorum ſeries, ut altioris intellectus aliquid debeamus eruere; & [b] occurrit in tempore quòd interdum excludamur in bono. Scriptum eſt enim: *Perfecta caritas timorem excludit foras.* Et generaliter quidem caritas excludit timorem. Ut miles qui imperatorem diligit, bella pro imperatore ſuſcepta non metuit: ut ſervus amans dominum, quamvis per devia & prærupta mittatur; tamen omnia pericula domini amore contemnit; ac ſi quis dominum petat, ſe ipſum offerre non trepidat: ut qui natos mare poſitos filios E videre deſiderat, non metuit naufragia, liberorum caritate ingreditur maris fluctus, ſubit incerta navigii: ſed metum diſcriminis levant deſideria filiorum. Quam pulcre etiam de martyribus dicitur, qui vere militant Chriſto, qui perſecutiones, ungulas, gladios, inceodia non timentes, infeſtis ſe regibus obtulerunt. Timorem etenim quem poterant habere pœnarum, excluſerunt amore martyrii.

b

1. Johan. 4. 18.

3. Hunc ſenſum autem eſſe interpretationis hujus etiam de Threnis Hieremiæ poſſumus approbare. Nam & ibi ſub hac littera ſcriptum eſt: *Bonus eſt Dominus ſuſtinentibus eum, animæ quæ quærit eum. Bonum eſt ſuſtinere, & ſperare in ſalutare Dei. Bonum eſt viro cùm portaverit jugum grave à juventute ſua: ſedebit ſingulariter, & ſilebit; quia tulit jugum grave.* Hæc utique quid aliud adſtruunt, niſi bonæ excluſionis hanc interpretationem videri? Quis enim ſuſtinet Dominum, niſi ſtudio caritatis? Quis eſt qui ſperat, niſi qui quod ſperat, optat, & diligit? Quod enim ſperamus, per patientiam exſpectamus. Ergo qui ſperat, ſuſtinet: qui ſuſtinet impatientiæ utique excludit affectum. Quis eſt qui portat jugum grave à juventute ſua, niſi qui deliciis renuntiat, luxuriam fugit? Quis eſt qui ſingulariter ſedet, niſi qui ſæcularibus voluptatibus abdicatis, moleſtiarum omnium excludit tumultus? Iſte ergo nihil timere poterit, quia caritatis gratiâ vim timoris abſorbuit.

Thren. 3. 25. 26. & 27.

4. Eſt & alius qui excludatur in bono, ut ille qui Apoſtolica auctoritate ſublatus è medio plebis eſt; qui malum opus fecit, traditus eſt in carnis interitum, ut ejus ſpiritus ſalvaretur. Ex quo intelligimus quia in bono excluditur, qui jubetur agere pœnitentiam; ut humilietur, & compungatur corde. * Hæc enim reconciliationis ſolent eſſe ſuffragia. 1. Cor. 5. 5.

5. Denique etiam in Hieremia ſcripta ſub hac littera id videntur ſignificare. Sic enim legimus de Hieruſalem illa terrena: *Immunditia ejus ante pedes ejus. Non fuit memor noviſſimorum ſuorum, & cecidit invalide: non eſt qui conſoletur eam. Vide, Domine, humilitatem ejus; quia magnificatus eſt inimicus.* Et quia ſic humiliata eſt Hieruſalem, meritò poſtea ei dicitur: *Defecit iniquitas tua, filia Sion.* Et omni qui pœnitentiam egerit, lacrymiſque prorius peccata defleverit, bene dicitur: *Defecit iniquitas tua.* Alibi quoque ſub hac littera dicit Hieremias: *Boni erant vulnerati gladio, quàm vulnerati fame. Abierunt compuncti* [c] *à nativitate agrorum.* Compungimur igitur, quando noſtrorum agimus pœnitentiam delictorum: compungimur etiam recordatione delictorum. Unde ait Propheta David: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.* Qui autem compungitur, utique delectationem excludit erroris: & qui agit pœnitentiam, excludit pudorem, ſequeſtrat verecundiam flagitii confitendi, ut recuperandæ ſpem ſalutis inveniat. Meritoque & ipſe David ubi cognovit errorem: *Peccavi*, inquit, *Domino.* Tantus rex, tantus propheta non erubuit peccatum proprium confiteri; & ideo dictum eſt ei: *Et Dominus abſtulit peccatum tuum.*

Thren. 1. 9.

Thren. 4. 22.

Ibidem. 9

c

Pſal. 4. 5.

2. Reg. 12. 13.

Ibidem.

6. Sublato igitur peccato, ait: *Jucunditatem feciſti cum ſervo tuo, Domine, ſecundùm verbum tuum.* Multa videntur in hoc ſæculo jucunda eſſe, quæ non ſunt, multa ſuavia, bona plurima. Luxuries videtur eſſe jucunda: ſed exhauſto fit amara patrimonio. Dulcis libido, cùm fervet: ſed eadem F horrida & exſecranda, cùm proditur. Suaves epulæ, cùm ſumuntur: ſed fœtidæ, cùm digeruntur. Bona multa in hoc ſæculo, dum vivimus, æſtimantur; quia uſui nobis ſunt, ut pecunia, aurum, argentum, poſſeſſiones: eadem nihil poſſunt prodeſſe defunctis: hic omnia relinquuntur. Quin etiam majori dolore quis moritur, cùm his ſe fraudari copiis ingemiſcit. Non eſt ergo jucunditas vera, niſi illa quæ ſecundùm verbum Dei eſt; ut quis bonorum meritorum atque virtutum ſubſidiis gaudeat ſe eſſe munitum.

℣. 65.

a. Codices Reg. Corb. Nav. unus, Lær. ac Fiſc. *diceret, ſi bonus & ſanctus eſſet Propheta dejectus* Edit. Rom. . . . *diceret bonus ſanctus Propheta, ſi eſſet* &c.

b Quidam mſſ. *Et occurrit interpretatio.* Edit. . . . *in interpretatione.* At mſſ. novem . . . *in tempore*, id eſt, opportune, dum videlicet mihi animus de hoc ipſo inveniendo ſollicitus eſt.

*. Hic & alibi pluribus locis Ambroſius veterem indicat Eccleſiæ morem, quo Epiſcopi impoſitas à ſe pœnitentibus publicis pœnas minuere, nec non excommunicationis tempus breviare conſueverant, habita ratione ipſorum contritionis atque humiliationis, quæ proinde reconciliationis dicuntur eſſe ſuffragia.

c Rom. edit. *à ſterilitate agrorum.* Reliquæ cum mſſ. omnibus, *à nativitate agrorum.* Melius; ſic enim LXX. ἐπορεύθησαν ἐκκεντηθέντες ἀπὸ γεννημάτων ἀγρῶν.

7. Hac David jucunditate vel bonitate Dei A lætatur; quia jugum [l]eve à juventute portavit, & ſuſtinuit, atque exſpectavit Domini in ſe gratiam, non præripuit, qui ſæpe occidendi regis Saul tributâ ſibi copiâ, maluit tamen exſpectare à Domino deferendi tempus imperii, quam occiſo rege præripere. Semper Deus boous eſt; Rom. 11. 22. ideoque & Paulus ait: *Vide ergo bonitatem & ſeveritatem Dei*; bonitas enim in omnes eſt, ſeveritas Ibidem. in paucos. Denique ſubdidit idem Apoſtolus: *In eos quidem qui ceciderunt, ſeveritatem: in te autem* B *bonitatem.* Si enim non cecidiſſent, utique uterentur & ipſi bonitate Dei. Nam & tibi ideo bonus eſt, quia permanes: quod ſi noo permanſeris in bonitate, & tu excideris. Non ergo Deus propterea bonus eſſe deſiſtit, quia tu lapſus es, & in- a diges ſeveritate. [a] Siquidem & ſeveritas Dei in booitatem recurrit; ut unuſquiſque caſtigatus pedem referat à peccatis, & ad virtutum tramitem, bonamque converſationem recurrat. Denique docet de illis qui ceciderunt, Apoſtolus: C Ibidem. 23. *Quia ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur. Potens enim eſt Deus iterum inſerere illos*; ut quemadmodum deſerta virgulta, ita & homines velut caudicibus quibuſdam virtutis inſerti, bonorum fructus poſſint ferre meritorum. Accuſes neceſſe eſt medicum crudelitatis; quia putrefactas vulnerum fibras ferro putaverit exſecandas; quia noxia & ſerpentia ulcera igni aduſſerit, ne virus in ulteriora proſerperet: vel quia magiſter diſcipulum verberaverit negligentem; ut metu D verberum indueret diligentiam? Caſtigare enim amantis eſt, noo exſecrantis; & ideo bonitatis eſt, non crudelitatis. Recte ergo & Dominus ubique eſt bonus, & cùm remittit flagitia, & cùm pecca- Heb 12. 6. ta caſtigat; *Caſtigat enim Dominus quem diligit.*

8. Caſtigatus eſt etiam David. Denique ait: Pſal. 72. 14. *Et fui flagellatus tota die.* Sed vir ſapiens, qui intellexit caſtigationem illam Domini ſibi profuiſſe, ait: *Bonitatem feciſti cum ſervo tuo, Domine, ſecundùm verbum tuum*; hoc eſt, etſi illa mihi ad E tempus amara viſa eſt caſtigatio, mihi ſecundum carnem, mihi ſecundum mœſtitiam corporis: tamen ſecundùm verbum tuum caſtigatio illa fructus bonitatis adtulit. Illam mihi caſtigationem intelligo profuiſſe, illa caſtigatione me à vitiis eſſe revocatum, illa caſtigatione non diu aliquid in me licuiſſe flagitiis, per illam caſtigationem Domini nihil in me adverſario licuiſſe, nihil mor- Pſal 117. 18. ti. Denique, *Caſtigans caſtigavit me Dominus, & morti non tradidit me*, ipſe Propheta memoravit. Caſtigatur enim qui recipitur: qui autem non F Pſal. 72. 5. recipiuntur, ooo flagellantur. *In laboribus enim hominum non ſunt, & cum hominibus non flagella-* Ibidem. 1. *buntur.* Ideoque ſupra ait: *Quam bonus, Iſrael, Deus rectis corde!* Ergo bonus omnibus; quia omnes recto vult eſſe corde. Qui autem cor declinaverit, ipſe à ſe gratiam divinæ booitatis avertit.

ꝟ. 66. 9. Sequitur: *Iucunditatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me; quia in mandatis tuis credidi.* Juxta Apoſtolum χρηστὸν bonum intelligimus; quia di- Rom. 11. 22. xit: *Vide ergo bonitatem Domini.* Juxta Evangelium χρηστὸν ſuave accipimus. Dixit enim: *Tollite* Matth. 11. 29. & 30. *jugum meum .... quia leve eſt, & onus meum, quia ſuave eſt.* Dixit enim, τὸ φορτίον μου χρηστόν. Unde meritò bonitatem Dei ab ipſo quærit doceri, ne forte quis perfunctorie accipiens bonum Deum eſſe, in erroribus perſeveret, quòd per miſericordiam Dei ſciat impunitatem ſuis dari poſſe peccatis; cùm etſi indulgeat Dominus, tamen fœda eſt converſatio in criminibus ſemper hærere. Non ergo bonitas iſta vulgaris eſt: ſed quæ ſemper diſciplinæ exſpectet profectum.

10. Ideoque qui intelligit altam Dei eſſe bonitatem, doceri deſiderat etiam diſciplinam. Nam plerique avertuntur à ſtudio diſciplinæ, dum eam ſeveram & triſtem arbitrantur: ſed perſpicacior ſenſu intelligit, quod diſciplina ſi triſtis ad tempus ſit, poſterioribus fiat jucunda temporibus. Sed eſt diſciplina vel correptio ſeverior: eſt etiam moderatior. Moderatior eſt, de qua dicit Dominus: *Corripiam eos in auditu tribulationis* Oſee. 7. 12. *eorum.* Eſt & ſeverior, quæ eſt in ira & furore correptio. Unde refugiens eam correptionem, dicit David: *Domine, ne in ira tua arguas me, neque in fu-* Pſal 6. 2. *rore tuo corripias me.* Et Hieremias: *Corripe nos, Do-* Hier. 10. 24. *mine, in judicio, & non in furore.* Omnis ergo diſciplina, etſi ad tempus habeat amaritudinem, habeat perturbationem; poſtea tamen pacificos fructus generare conſuevit.

11. Sed qui petit doceri bonitatem & diſciplinam, debet petere etiam ſcientiam doceri. Niſi enim habeat ſcientiam, moleſta eſt diſciplina, moleſta correptio. Quid ſit ſcientia, doceat te Salomon, qui ait de domino Deo noſtro. *Ipſe enim* Sap. 7 17. *mihi dedit eorum quæ ſunt cognitionem veram.* Et alibi hic idem Propheta ait: *Qui docet hominem ſcien-* Pſal 93. 10. *tiam.* Qui autem petit ſcientiam, credit mandatis Dei.

12. Aliud eſt autem in mandatis Dei credere, aliud mandatis credere. Qui enim mandatis Dei credit, cito efficit ut ſit in mandatis Dei, & in ipſis converſetur. Per fidem igitur ſcientia adſumitur, per ſcientiam diſciplina. Quod enim ſcimus placere Deo poſſe, in eo nos converſatio ipſa delectat. Denique ſcriptum eſt: *Noſtra autem con-* Philip 3. 20. *verſatio in cælis eſt.* Præceſſit ſcientia, ſequuta eſt converſatio. De mandatis Dei credere diximus. In mandatis autem Dei credere, hoc eſt in ipſis eſſe, & credere quia vera mandata ſunt. Niſi enim credideris mandatis Dei, eorum utique ſcientiam, quæ per maodata Dei docemur, habere noo poteris.

13. Sequitur verſus tertius: *Priuſquam humi-* ꝟ. 67. *liarer ego deliqui: propter hoc verbum tuum ego cuſtodivi.* Alia editio habet: *Priuſquam humiliarer, ego neſcivi.* Unde putant [*] aliqui quod hominis anima hoc dicat: Priuſquam humiliarer, ut in hoc lutum corporis introirem, tua quæ non legeram, mandata neſcivi. Sed quia Septuaginta virorum ſententias magis ſequitur Eccleſia, & hic ſenſus eſt planior, & nihil offenſionis admittit, quod poſſit aliquibus ſcrupulum commovere; ideo accipiamus, *humiliarer*, ita dictum, eo quod

a Edit. & mſſ quatuor: *Siquidem ... in bonitate, ut recurrat unuſquiſque* &c. Mſſ duodecim ... *in bonitatem recurrit; ut unuſquiſque* &c. in quorum tamen nonnullis habetur, *recurrat*, & conjunctio, *ut*, deſideratur.

*. Non eſt dubium quin hic Origeniſtas, quod ſenſerint animas prius exſtitiſſe, atque peccaſſe, quam in corpora mitterentur, occulte perſtringat Ambroſius. Et inde confirmari poteſt quod ante non ſemel jam diximus, eum has ſolas Origenis opiniones aliquando proponere, quas ab aliquibus aliis Patribus admiſſas fuiſſe intelligebat, neque ab Eccleſia reprobatas.

peccato videatur bumiliatus. Propter peccatum A
Gen 3. 24. enim tentationes ſæpe naſcuntur. Denique Adam
& Eva poſt culpam utique dejecti ſunt. Ergo bu-
militatis noſtræ cauſa peccatum eſt, vel bumilia-
tionis; non enim boc fugio. Poteſt enim de adver-
Infra 71. & 92. ſis plerumque intelligi humilitas, ut eſt illud: *Bo-
num mihi quòd humiliaſti me; ut diſcam juſtificatio-
nes tuas.* Et: *Niſi lex tua meditatio mea eſſet, tunc for-
Pſal. 141. 7. ſitan periſſem in humilitate mea.* Et: *Humiliatus ſum
valde.* Hic ergo oſtendit humilitatem ortam eſſe
de culpa. Et quia culpa præceſſit, ideo humilia- B
tum ſe oſtendit, boc eſt, adtritum tentationibus
& adverſis, & traditum anxietatibus: quemad-
1 Cor. 5. 5. modum & ille qui traditus eſt à Paulo in interi-
tum carnis, humiliatus utique eſt; ut poſtea poſſe
reconciliationem mereri.

14. Sed quamvis bumilitas iſta, hoc eſt, velut
quædam dejectio, perturbationis non virtutis ſit;
virtutem tamen ſæpe generat: & ſit non pœna,
ſed remedium delinquentis. Nam ſi peccatis tuis
tribuas quod humiliatus es, quidquid acciderit, C
in te retorques, & ex reo incipies eſſe juſtus, qui
Prov. 18. 17. te ipſe condemnas. *Juſtus* enim *accuſator eſt ſui in
exordio ſermonis.* Nec potes indignum te judicare
humilitate, qui propria errata cognoſcis, in qui-
bus erubeſcendo non utique extolleris, ſed hu-
miliaris. Vides ergo quia ideo bumiliatus es, quia
deliquiſti, & non ſervaſti eloquia Dei. Unde ſerva
diligentius, ne pecces; ne iterum quia dejectus
es, triſtitia abſorbearis: & fiat tibi dejectio tua in-
crementum iniquitatis, quæ debet correctionis D
eſſe occaſio. Etenim in tentationibus homo, ſicut
aurum in conflatorio comprobatur. Vides Pro-
pheta quid dicat: *Priuſquam humiliarer,* inquit, *ego
deliqui.* Jure ergo tentationibus traditus eſt; quo-
niam delinquebat. Delinquebat autem, quia Dei
eloquium non tenebat. Verùm inde ordinem
emendationis invenit, unde culpa proceſſerat.
Cœpit eſſe ſubjectus eloquio divino, & culpa
deſivit.

℣. 68. 15. Sequitur verſus quartus: *Bonus es, Domine,
& in bonitate tua doce me juſtitias tuas.* Etiam uſus
diſciplinæ ſæcularis accepit, ut unuſquiſque judi-
cem ſuum laudet. Unde Apoſtolus ſequens divi-
narum ordinem ſcripturarum, cùm diceret cau-
Act. 26. 2. ſam, ita cœpit: *De omnibus quibus accuſor, rex Agrip-
pa, à Judæis, de his æſtimo me felicem, apud te inci-
Ibidem 27. piens rationem reddere.* Et infra: *Credis, rex Agrippa,
prophetis? Scio quia credis.* Ergo ſi laudantur homi-
nes, in quibus plerumque aliena laudantur: quan-
to magis unuſquiſque Dei ſibi gratiam conciliare F
debet, ut dicat: *Bonus es, Domine.* Nam ſi hoc di-
cat homini, ut eſſe admoneatur, quod forſitan
non ſit; & bonitatis etiam ipſe prædicatione mi-
teſcit, terroremque immitis deponit affectus:
quanto magis Deo laus ſua eſt deferenda, qui
niſi bonus eſſet, ſuper terram ſtare quis poſſet?
Proprium autem Dei eſt ut bonus ſit. Denique in
Matth. 7. 17. Evangelio habes, quia *Arbor bona fructus bonos fa-
cit.* Fructus ejus Angeli ſunt: fructus ejus homines
ſunt, hoc eſt, rationabiles, ſancti, ſi Domini præ-
cepta cuſtodiunt: fructus ejus ſunt ii qui naſcun-
tur in terris: fructus ejus ſunt virtutes hominum.
Merito ergo arbor bona bonos fructus facit.
Prius igitur radix laudetur, ut fructus poſſit pro-
bari. Sed & alibi ait idem dominus Jeſus: *Et Pa-* Ibidem. 11.
ter veſter, qui bonus eſt, dabit bona data petentibus ſe.

16. Sed quamvis bonus Deus ſit, cujus etiam
amara plus proſunt (non enim inferuntur, ut no-
ceant, ſed ut corrigant) rogatur tamen, ut in
bonitate ſua doceat nos juſtitias ſuas. Conſidera
medicum utilia apponentem medicamenta vul-
neribus; ea tamen quæ mordeant ulceris virus,
aut certe ferro putrefacta reſecantem; cùm in eo
ipſo bonus ſit medicus, quia utilitatem operatur
ægroti, & faciat quod prodeſſe noverit: tamen
quia æger dolorem aut non vult, aut non poteſt
ſuſtinere propter infirmitatem affectus ſui, rogat
ut medicus eum quadam bonitate & ſuavitate
ſua curet, non aſperitatem adhibeat medicamen-
torum, non ferro incidat vulnerum fibras: aut ſi
aliter non poteſt, ut cum moderatione faciat,
& quadam ſubtilitate mitiget vim doloris. Et
ideo in Evangelii bonitate melius docentur juſ-
tificationes Dei, quam in Legis ſeveritate. Opus
autem juſtitiæ juſtificatio eſt. Unde ſcriptum eſt
quia [a] phariſæi ſe juſtificare noluerunt, non bap- a
tizati baptiſmo Johannis. In eo enim juſtificatio- Luc. 7. 30.
nem non fecerunt; quia noluerunt agere pœni-
tentiam delictorum, quam Propheta in bonita-
te vult agere; ut ei fiat peccatorum remiſſio ſine
atrocitate damnationis, cum remiſſionis gratia.

17. Sequitur: *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas* ℣. 69.
*ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor
mandata tua.* Quanto magis quis Deo ſervire de-
ſiderat, tanto magis in ſe excitat adverſarios: &
tamquam athleta fortis coronam juſtitiæ repor-
tare deſiderans, irritat in ſe plurimos & laceſſit,
qui invident noſtro profectui. Quod etiam in
poſterioribus evidenter [b] oſtendit. *Cum odio ha-* b
bentibus pacem, eram, inquit, *pacificus.* Nihil ta- Pſal. 119. 7.
men tranquillitas ejus proficiebat; ut eos qui pa-
cem oderant, ſua tranquillitate componeret, &
eorum ſtudia comprimeret. *Cùm loquebar illis,* Ibidem.
impugnabant me gratis, hoc eſt, cùm cauſas im-
pugnandi non haberent; tamen impugnandi ſtu-
dium non deponebant. Ita ergo multiplicantur
ſive nequitiæ ſpiritales, ſive homines, & multipli-
catur iniquitas eorum ſuper juſtum. Verbi gra-
tiâ, ſi filium juſtus amittat, quod ſæculi uſu ſæpe
contingit: ſi amittat patrimonium, vel diverſis
afficiatur incommodis rerum, vel corporis infir-
mitatibus, tunc dicunt ſuperbi: Ubi eſt juſtitia
ejus? Ubi miſericordia? Ecce quia ſic multatus
eſt: ecce quia ei innocentia ſua nihil prodeſt.
Ideoque ad vitæ hujus ſpecimen extrahendum,
tres illi ſancto Job ſpecie amici, obtrectatione au-
tem inimici, probitatis atque juſtitiæ ejus invidi,
exprobrantes gravia opprobria congerebant; &
qui venerant ad conſolandum, inſultare cœpe-
runt.

18. Sed juſtus his non movetur, ideoque nec
Job frangebatur. Denique in amiſſionibus filio-
rum vel patrimonii dicebat: *Dominus dedit, Domi-* Job. 1. 21.
nus abſtulit .... ſit nomen Domini benedictum. Er-
go & in adverſis poſiti dicamus: *Bonitatem feciſti* Supra 65.

a. Edit. vet. *quia phariſæi ſe juſtificare voluerunt.* Melius Rom cum mſſ. .. *noluerunt*, ut docet id quod poſt alterum verſum dicitur: *quia noluerunt agere pœnitentiam* &c.

b MSſ ſeptem .... *oſtendit dicens: Cum odiosis non habentibus pacem* &c

cum ſervo tuo. Poteſt enim Dominus in melius mu- A
Job. 42. 10. & ſeq. tare quæ facta ſunt, ut Job ſancti habemus exemplum; & quæ amiſſa ſunt, reddere. Poteſt quis & amiſſis filiis, generare meliores. Numquid Deo eſt difficile meliora donare? Poteſt etiamſi nihil donet, hoc ipſo tamen juſto eſſe proſpectum, ſi forte futuri improbi rapti ſunt, ne mutaret malitia cor eorum. Similiter & de patrimonio, quaſi non videamus plurimos propter opes patrimonii, in periculum ſalutis eſſe deductos, plurimis ex divitiarum abundantia ortam eſſe cauſam B peccandi. Qui enim non habet quod donet, adſcribi ei culpa non poteſt, quòd non donaverit: qui autem habet quod donet, & non dat, utique obnoxius eſſe incipit peccato.

℣. 70. 19. Sequitur: *Coagulatum eſt ſicus lac cor eorum: ego autem legem tuam meditabar.* Subtile cor ſanctorum: coagulatum eſt vero cor ſuperborum. Ut enim lac natura ſui purum, ſpecioſum, atque ſincerum eſt, ſed corruptione coaceſcit: ſic mentis & cordis humani natura pura, ſincera, perſpicua eſt C priuſquam vitiorum admixtione coaceſcat. Coagulato enim lacte, fit quædam concretio, nec ſuavitatem habens eamdem, nec gratiam. Ita homines, qui ante ſedulitate, gratia, ſuavitate verborum, lactis ſpeciem præferebant, nulla invidia corruptam: hi ſi cœperint invidere, coagulatur in vitium cor eorum, & fit de ſuavitate amicitiæ amaritudo malevolentiæ, & inſuavis quidam horror invidiæ. Ergo coagulatum eſt cor per ſuperbiam, per invidiam, [a] quæ lenitatem naturæ, D fluentem benevolentia, malitiæ concretione vitiarunt. Iniquorum ergo cor coagulatur: juſtus autem humiliatur, Legis præcepta meditando, qui habet humilitatis magiſterium.

℣. 71. 20. Ideoque ſubdidit: *Bonum mihi quòd humiliaſti me; ut diſcam juſtificationes tuas.* Hoc ſecutus Apoſtolus: 2. Cor. 12. 10. *Placeo mihi*, ait, *in infirmitatibus, in injuriis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis.* Cùm enim complacet in infirmitatibus, & non frangitur animo, nec cedit injuriæ, diſcere E juſtificationes Dei & meruit, & implevit. Ergo hic, *humiliaſti me*, hoc eſt, diverſis tentationibus & incommodis exercuiſti. Quod aperuit & Symmachus ſcribens: *Profuit mihi quod afflictus ſum; ut diſcerem juſtitias tuas.* Ergo qui humiliatur, non dejiciat animum, neque frangat: ſed magis humiliando proficiat; ut ſuperbum humilitate ſua mitiget, inſulentes morum ſeveritate confundat, contumelioſos patientiâ ſuâ frangat, avaros nonnumquam etiam æquanimitate diſpendii à jurgii F intentione deducat. Luc. 7. 35. Sic enim legiſti, quia *juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis*, dum Chriſtus ſe offert ſupplicio, dedit injuriis, non ſubduxit opprobriis, nec à confuſione ſputorum avertit faciem ſuam; & ideo omnes [b] patientiâ ſuâ inſtruxit, & livore ſanavit.

℣. 72. 21. Sequitur: *Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti.* Non quicumque hoc dicit: immo rarus hoc dicit, id eſt, qui legem Dei auro atque argento præferat, qui poteſt propter legem Dei omnia relinquere. Sed nec Chriſtus hunc reperit, niſi de iis quos ipſe docere dignatus eſt. Petrus hoc dixit, & probavit effectu; quia pluris legem, quàm aurum habuit. Ideoque ait; *Aurum & argentum non habeo.* Act. 3. 6 Non avarus hoc dicit, qui defoſſo auro incubat. Non dicit pecunioſus, qui quotidiana emolumenta ſollicito rimatur affectu, qui quotidie opes aggerat, qui hereditatis tendit aucupia, qui circa ægrotantis lectulum indefeſſas exercet excubias.

22. Hic aliqui legem oris Dei tamquam legem Verbi Dei accipiunt, ut ſi dicas legem dexteræ Dei. Bene ergo & hoc convenit Petro dicenti: *Verba vitæ æternæ habes, & nos relinquemus te?* Johan. 6. 69. hoc eſt, *Lex oris tui ſuper millia auri & argenti eſt.* Et poſſumus tantum deſerere bonum, & ſæculi hujus emolumenta captare? Sed & Moyſes lex oris Dei poteſt dici, per quem Dominus loquutus eſt, & dedit Legem.

SERMO DECIMUS.

י Iod.

1. INcipit littera apud Hebræos decima *Iod*, quæ latina ſignificatione *confeſſio* dicitur, vel certe *deſolatio*. Nec diſcors ac diſſonans videtur interpretatio. Siquidem qui deſolati ſunt, citius confitentur; magis enim ſecundis rebus animus extolli ſolet: cùm autem urgetur adverſis, tunc divinum implorat auxilium. Nam & in iis quæ humana ſunt, hunc uſum eſſe cognoſcimus; ut cui ſuccedunt proſpera, animus elatior ſit: cui mundi hujus infeſta ſunt, & potentiâ alicujus adverſa, tunc confugiat, tunc opem quærat; ut vel rogando ſuperioris mitiget poteſtatem, vel ſe viribus armet adjunctis; ne quaſi inferior potentioribus viribus opprimatur.

2. Denique Hieremias ſub hac littera ſic ait: *Manus ſuas extendit qui tribulatur in omnia deſiderια ejus. Vidit enim gentes introeuntes in ſanctificationem ſuam, quibus mandaſti ne introirent in Eccleſiam ejus.* Thren. 1. 10. De Hieruſalem utique hoc dicit Propheta, cujus deplorat ærumnam, cujus præceſſit deſolatio ac deſtitutio; ut poſtea ſequeretur confeſſio. Caſtigat enim Dominus omnem filium quem recipit. Recepturus igitur Hieruſalem, ante captivitatis flagellavit ærumnis. Nimium enim inſoleverat, & inflato ſe corde jactaverat; ut caput tenere non poſſet dominum Jeſum, id eſt, humilitatem, gratiam, juſtitiam, ſapientiam, hoc eſt, veræ fidei magiſterium non teneret. Et ideo Dominus caſtigavit eam, qui moderator omnium novit quemadmodum unumquemque caſtiget. Ut enim medicus graviora vulnera aſperioribus medicamentis curare conſuevit, leviora levioribus: ita & Deus noſter graviora peccata majore ſeveritate caſtigat. Sed ipſa caſtigatio ad ſalutem proficit. Dixit enim Dominus; *Percutiam, & ego ſanabo.* Deut. 32. 39.

3. Denique de Hieruſalem ſpem cœpit Hieremias propheta promittere. Nam in poſterioribus ſub hac littera ait: *Dabis percutienti maxillam ſuam, & ſatiabitur in opprobriis. Dabis in ſepultura os ſuum; ſi tamen eſt ſpes patientiæ.* Thren. 3. 30. & 29. In Evangelio dominus Jeſus docens virtutem atque inſigne pa-

a Ita mſſ. Edit. vero, *quæ lenitate naturæ fluentem benevolentiam &c.* Sed hoc ſignificat B. Doctor, eos qui aliquem benevolentia complectuntur, levitatem adverſus ipſum ſolitos exhibere.

b. Omnes edit. *ſapientiâ ſuâ inſtruxit.* Omnes mſſ. *patientia ſua inſtruxit.* Melius, cùm hoc ſequatur ex ſuperioribus illis, *Chriſtus ſe offert ſupplicio &c.*

Matth. 5. 39. tientiæ, ait: *Qui te percuſſerit in maxillam, præbe ei & alteram.* A Vult enim diſcipulos ſuos & injuriarum eſſe patientes, nec referire facile, [a] nedum ferire. Patientia enim humilitatis indicium eſt. Et ideo quoniam deſolata erat ac deſtitura Hieruſalem: *Dabit*, inquit, *percutienti maxillam ſuam*; ut non ſe ſubducat injuriæ, nec declinet cædis dolorem, ſed percutienti maxillam offerat. Utrumque intelligi poteſt, ſive ei qui percutere incipiat, ſive ei qui jam percuſſerit; ut illud Evangelicum compleatur: *Qui te percuſſerit in maxillam, præbe ei & alteram.* B Et prophetice hoc poſitum eſt, ut doceret Hieruſalem, hoc eſt, plebis Judaicæ Eccleſiam non aliter eſſe ſervandam, niſi per Evangelii diſciplinam; ut cùm cœperit Evangelii præcepta ſervare, & operibus implere mandatum domini Jeſu, tunc jugum captivitatis de ſuæ animæ cervice deponat, cùm ſe ſubdiderit jugo Chriſti.

4. *Et ſatiabitur*, inquit, *in opprobriis.* Non dixit: Subibit opprobrium; facile eſt enim unam aut alteram contumeliam ſuſtinere: ſed addidit: C *Satiabitur in opprobriis*; quo facilius Dominus moveat miſericordiam, opprobriorum complurium deformitate miſerabilis. Quod utique ex libro Regnorum potes intelligere. Quippe cùm conviciaretur Semei filius Gera ſancto David, virum ſanguinarium appellans, & malediceret ei, quando fugiebat filium ſuum Abeſſalon, parricidalia ad tempus bella declinans, tacebat Rex, & ſummum patientiæ inſigne præſtabat. Etenim cùm tentationis ſuæ tempus intelligeret, ut ei D parricidale prælium moveretur, magis humilem ſe volebat videri, quò Domini mitigaret offenſam; quam exaſperandum ejus arbitrabatur in ſua tentatione judicium, ſi forte ſuas injurias ultum iret. Unde & ad populi ducem Abeſſam vin- 2. Reg. 16. 12. & ſeq. dicare cupientem ait? *Quid mihi & tibi eſt, fili Sarvia? Ideo maledicit mihi; quoniam Dominus dixit illi, ut maledicat. . . . . Ecce filius meus, qui exivit de ventre meo, quærit animam meam. Si autem modo extraneus maledicit mihi, dimitte illum, ut* E *maledicat; quoniam Dominus dixit illi, ut videat humilitatem meam: & retribuet mihi Dominus bona pro maledicto hoc.* Quod & prophetico dixit ſpiritu, & probavit eventu. Cùm enim repleta fuerit humilitas, peccatum ſolvitur. Denique & in Eſai. 40. 2. Eſaiæ libro habes quia dixit Dominus: *Sacerdotes, loquimini ad cor Hieruſalem: conſolamini eam, quia repleta eſt humiliatio ejus, ſolutum eſt peccatum ejus; quia accepit de manu Domini duplicia peccata ſua.* Advertis igitur quia ubi deſolatio, ibi humi- F litas. Deſolationem enim ſequitur humilitas juſto ordine, humilitatem patientia, patientiam probatio, probationem conſolatio. Quod habes & in Rom. 5. 3. 4. & 5. Apoſtolo ſcriptum: *Quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem ſpem, ſpes autem non confundit; quia caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum*, qui utique noſtrorum conſolator eſt affectuum.

5. Quod autem ait: *Dabit in ſepultura os ſuum*; Thren. 3. 29. oſtendit quamdam ſupra modum patientiæ taciturnitatem; ut tamquam ſepeliat os proprium, ne loquatur; & velut quodam aggere virtutum obſtruat, ne vocem doloris emittat: tantum pondus adſerens patientiæ quam ſpes foveat; ut vocem ipſam velut buſto quodam ac tumulo ſepeliat, ac includat, quam nulla extorquere, nullave excitare poſſit injuria. Hujus quoque litteræ interpretationem, ut potuimus, explicavimus: veniamus ad pſalmum.

6. Itaque primus verſiculus eſt: *Manus tuæ fecerunt me, & paraverunt me: da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua.* ℣. 73. Magno commendationis exordio uſus eſt, ut opus Dei eſſe ſe diceret; quò facilius circa operis ſui gratiam favor inclinaretur auctoris. Grandis enim prærogativa eſt etiam in rebus humanis, ut aliquis operibus & beneficiis faveat ſuis, nec meritum ſpectet alienum: ſed in ſuæ gratiæ munus intendat; ne videatur abrogare quod ipſe donavit. Itaque etſi de luto corporis noſtri ſubſtantia ſit, & carne induamur, & corpus oſſibus intexatur & nervis; tamen quòd ſimus pretioſiſſimum opus Dei, nemo dubitaverit. Nam & fabricam ipſam humani corporis ſi quis conſiderare velit, nihil poterit in terra pretioſius judicare. Eſt enim homo ſtatu celſus, vultu decorus, cæſarie gratus, non in alvum ceterorum more curvatus animantium, ſed ipſo naturæ jure ſublimis, qui in cælum libero ſpectet obtutu, nulla captivæ ſervitute cervicis depreſſus in terram, ſed tamquam propriæ conſcius libertatis, & locuples ſui teſtis auctoris.

7. Verumtamen in ceteris animantibus membrorum forma laudetur, in quibus præter gratiam corporis nihil eſt aliud quod requiratur. Homo in eo eſt pulcrior quod non videtur, non in corpore quod videtur: in ſe habens æternitatis gratiam, & præſentium venuſtatem. *Quæ enim videntur, temporalia ſunt; nam quæ non videntur* 2. Cor. 4. 18. *æterna.* In hoc terreſtri hoſpitio indutus habitatione cæleſti, cui ſimul competit & in terris videri, & Deo jungi. Magnum ſane munus, ſi ſe ipſe cognoſcat; & quædam forma juſtitiæ, * mundo magis quam ſibi naſci. Unde & Salomon ait: Prov. 20. 6. *Grande homo, & pretioſum opus vir miſericors: virum autem fidelem opus eſt invenire.* Et vere magnus eſt qui & divini operis interpres eſt, & imitator Dei. Homo eſt enim qui potuit dicere: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* 1. Cor. 11. 1. Terram excolit, mari tamquam poſſeſſione utitur, cæli ornamenta gratus miratur adſertor. EVANUERAT rerum natura, niſi qui ea uteretur, divina providentia eſſet adjectus.

8. Denique poſtquam fecit Deus cælum & terram, & maria, poſteaquam omnia reptilia, volatilia, animantia, poſtea hominem fecit, quem animantibus viventibus anteferret: de quo non immeritò cæleſti ſententiâ reſultavit: *Faciamus* Gen. 1. 26.

a. Edit. omnes: *Ne dum ferire potens injuriam faceret, indicium humilitatis non exhiberet.* At ea quæ reſecavimus in mſſ. deſiderantur, & huc intruſa videntur ab aliquo, qui *nedum ferire*, idem eſſe ac *multo minus ferire*, ſive, *aggredi*, non ſatis intelligebat.

*. Hanc ſententiam elegantiſſime expoſitam reperies apud Romanum oratorem lib. 1. *De Officiis*, in hæc verba: *Sed quoniam, ut præclare ſcriptum eſt à Platone, non nobis ſolum nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici: atque, ut placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſa eſſe genitos; ut ipſi inter ſe alius aliis prodeſſe poſſent, in hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes utilitates in medium adferre* &c. Laudat etiam Lucanus Catonem Uticenſem quod ejus ſecta fuerit.

Non ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.

Mirum eſt itaque inventum eſſe chriſtianum hominem, qui præclarum hoc pronuntiatum impugnare auderet. Præcipua ejus argumenta diſploſa reperies Tom. 3. Philoſ. vet. & nov. Tract. 3. diſp. 1. quæſt. 3. art. 6.

hominem

hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. A
Pſal. 148. 5. *Cetera dixit, & facta ſunt: mandavit, & creata ſunt:*
ut homo fiat, ſpecialis quidam Dei accedit horta-
tus; ut tamquam laborantis Dei in hujus munere
creaturæ ſignificaretur operatio. Deus quidem
expers laboris eſt: ſed tamen Scripturæ verba
a quid aliud, [a] niſi ſtudioſam tui operationem ejus
oſtendunt? Ergo ſi Deus majore quodam ſtudio
te creavit, cur ipſe tui ſtudium derelinquas? Si
Deus in te laboravit, qui laborare non novit, cur
ipſe fugitans ſis laboris? B
Pſal. 137. 8. 9. *Manus tuæ*, inquit, *fecerunt me, & paraverunt
me.* Clamat ad Deum Propheta: Opus tuum, Do-
mine, ne deſeras, non derelinquas. Te auctorem
convenio, te teneo conditorem, præſidia aliena
non quæro. In adjumentum accingere, qui ac-
cinctus es ut creares. Dic ipſe David, quid ſenſe-
ris, cur dixeris: *Manus tuæ fecerunt me?* Sed dixiſti
Ibidem. inferius: *Domine, retribues propter me: Domine, miſe-
ricordia tua in ſæculum, opera manuum tuarum non
omittas*; hoc eſt dicere: Beſtias non fecerunt ma- C
Gen. 1. 20. nus tuæ, ſed dixiſti: *Producant aquæ reptilia anima-
rum viventium*, & produxit terra ſecundum ge-
nus quadrupedia, & reptilia, & beſtias terræ. Me
autem, inquit, feciſti, me tuis manibus figuraſti,
hoc eſt, non figuraſti beſtias manibus tuis, non
reptilia, non volatilia: *Me autem fecerunt manus
tuæ, & paraverunt me.*
10. Non mediocre opus eſt, quod paratum eſt:
cum ſapientia unumquodque diſponitur & para-
Prov. 8. 27. tur. Denique Sapientia dicit: *Cùm pararet cælos,* D
cum illo eram. Quod de hominibus dicit idem Pro-
Pſal. 28. 9. pheta: *Vox Domini præparantis cervos.* Quæ vox
Gen. 1. 26. domini Dei eſt, niſi, *Faciamus hominem?* Qui ſunt
iſti cervi, niſi inimici ſerpentibus, qui ſuper aſpi-
des ambulant, & venena non ſentiunt? Non vi-
le igitur, non corporale arbitror, quod paravit
Deus. Noſce te ipſum, homo: tuæ animæ dicitur
Cant. 1. 7. in Canticis canticorum: *Niſi cognoveris te formo-
ſam in mulieribus.* Cognoſce te, anima, quia non
b de terra, non de luto es; [b] quia inſufflavit te Deus, E
Gen. 2. 6. & fecit te in animam viventem. Opus es magni-
Deut. 4. 9. ficum, Dei generatione inſpiratum. *Attende ti-
bi*, ut Lex dicit, hoc eſt tibi, id eſt, animæ tuæ.
Sæcularia te & mundana ne teneant, terreſtria
non morentur. Ad illum tota intentione feſtina,
Prov. 20. 6. ex cujus inſpiratione conſiſtis. *Grande*, inquit,
*homo, & pretioſum opus vir miſericors: virum autem
fidelem opus eſt invenire.* Diſce, homo, ubi grandis,
ubi pretioſus ſis. Vilem te terra demonſtrat: ſed
glorioſum virtus facit, fides rarum, imago pretio- F
ſum. An quidquam tam pretioſum, quam imago
eſt Dei, quæ primò tibi fidem debet infundere;
ut in corde tuo refulgeat quædam auctoris effi-
gies, ne qui mentem tuam interrogat, non agnoſ-
cat auctorem? An quidquam tam pretioſum,
quam humilitas; ut naturam corporis animæque
c perſpiciens, [c] alteri te ſubjicias, alterum regere

A cognoſcas? Prona in vitium carnis illecebra mi-
ſericordiam ſuadet; quia quod alteri contuleris,
tibi ſolvis: quidquid à te procedit, in te recurrit:
& quidquid profueris, tibi proficit.
11. Vivacis animæ vigor ſenſus, rationis, & in-
tellectus capax, atque judicii; ut digna domus
tanto habitatore videatur, non amittat ſuæ præ-
rogativam naturæ, ne hominis nomen amittat.
Scriptura enim eum hominem dicit, qui eſt ad
imaginem & ſimilitudinem Dei: peccantem au-
B tem, non hominem, ſed aut ſerpentem, aut equum
adhinnientem feminis, aut vulpeculam, aut ju-
mentum vocare conſuevit. *Nolite fieri ſicut equus* Pſal. 31. 9.
*aut mulus, quibus non eſt intellectus. In camo & fræno
maxillas eorum conſtringe, qui ad te non appropin-
quant.* Et: *Dicite huic vulpi*; de Herode ait. *Genera-* Luc. 13. 32.
tio viperarum vocatur à Johanne plebs hominum. Luc. 3. 7.
Magnum ergo opus Dei es, homo, magnum eſt
quod dedit tibi Deus; vide ne quod Deus tribuit,
amittas magnum illud munus, quòd es ad ima-
C ginem Dei; & hoc in te puniatur magis. Deus
enim non punit ſimilitudinem ſuam: ſed eum pu-
nit qui ad ſimilitudinem Dei factus, hoc quod
accepit, [d] ſervare non potuit. Punitur ergo illud d
quod ad ſimilitudinem Dei eſſe deſiſtit, hoc eſt,
peccatum tuum. Nam ſuam Deus non damnat
imaginem, nec in illud incendium mittit æter-
num: ſed magis vindicat imaginem ſuam de eo,
qui imagini illi fecit injuriam; ut per malitiam
homo, quod eras, eſſe deſineres, & fieres mulus ex
D homine. Vindicatur ergo imago, non condemna-
tur. Vindicatur quaſi expulſa: non condemnatur
quaſi rea. Poſtquam enim peccaſti, aliud eſſe cœ-
piſti: illud quod eras, eſſe deſiiſti. Quomodo igitur
punitur in te, quod in te non invenitur? Nam ſi
inveniatur in te imago Dei & ſimilitudo, non
ſupplicio incipis dignus eſſe, ſed præmio. Ita ima-
go illa qua ad imaginem & ſimilitudinem Dei
factus es, non condemnatur, ſed coronatur. Con-
demnaris autem in eo, quod ipſe mutatus es; ne
E fieres ex homine ſerpens, mulus, equus, vulpecu-
la. His enim nominibus jam nos Scriptura con-
damnavit; quia exuti cæleſtis imaginis ornamen-
to, etiam nomen hominis amittimus, qui gratiam
hominis non tenemus.
12. In aliquibus tamen codicibus invenimus:
Manus tuæ fecerunt me, & *plaſmaverunt me.* Nec
iſtud alienum; quia & Job dixit: *Manus tuæ plaſ-* Job 10. 8.
maverunt me, & fecerunt me. Unde & hîc edicitur,
ut meminerit Deus quia pulvis ſumus, ut uberio-
F ris gratiæ munus infundat, nec infirmum opus
deſerat. Gubernator fluctuante navigio plus la-
boris impendit, quam cùm [e] ſecundo remigium e
labitur fluctu, aut ventorum flatus, ſuo ſuperante
labore, præcurrit.
13. *Manus tuæ*, inquit, *plaſmaverunt me.* Manus
dicit pluraliter, non manum. At vero alibi ait:
Ego manu mea ſolidavi cælum. Et: *Manus mea fecit* Eſai. 45. 12. Eſai. 66. 2.

a. Rom. edit. *niſi cuſtodiam tui ob gratiam operationum ejus oſten-
dunt.* Vet. edit. *niſi ſtudioſam ob gratiam tui operationem* &c. Sed,
ob gratiam, nec in mſſ. reperitur, nec ſenſus neceſſarium eſt.
b. Cunctæ edit. *quia inſufflavit in te Deus.* Cuncti fere mſſ. non
agnoſcunt præpoſitionem. Ruſus vet. edit. *Opus eſt magnificum.
Dei generatione inſpiratum.* Rom. *Opus magnificum eſt homo, Dei
inſpiratione formatum.* Omnes mſſ. ut in textu; niſi quod ultima
verba tres ſic invertunt ... *inſpiratione generatum.*
c. Edit. ant. ac mſſ. prope omnes hic corrupti ſunt. Edit. Rom.
altero te ſubjicias, altero te recognoſcas. Verum cùm à mſſ. ac vet.
edit. nimium recedat, cod. Vind. & Sorb. lectionem ſequuti ſu-
mus. Ruſus ibidem edit. omnes, *illecebra: miſericordia ſuadet.*
Contra omnes mſſ. *illecebra miſericordiam ſuadet.* Non male.
d. Rom. edit. ſola, *ſervare non voluit.* Sed hîc *potuit*, uti de
eodem verbo jam diximus, liberiori ſenſu eſt interpretandum.
e. Vet. edit. *ſecundo remigio labitur fluctu, & ventorum flatum
ſuo ſuppare ſuperante* (Gill. in marg. *properante*) *procurrit.* Rom.
ſecundo labitur fluctu, aut ventorum flatu ſuppero proſperante &c.
Mſſ. vero, omnes, *ſecundo remigium labitur fluctu*: at hîc diviſi,
aliquot habent: *aut flatu proſperante præcurrit*; plures ac proba-
tiores, ut in contextu.

hac. In hominis conſtitutione videtur non abun- A
daſſe, quod toti mundo, ut fieret, abundavit. Cæ-
lum una firmavit manus, ut ſcriptum eſt: & utra-
que Dei manus hominem figuravit, ut legimus.
Cælum non ad ſimilitudinem, homo ad ſimilitu-
dinem. Angeli ad miniſterium, homo ad imagi-
nem.

14. Eſto ut & Angeli ad imaginem. Scriptura
tamen de homine locuta eſt quod ſit ad imagi-
nem. Habemus enim aliquid quod fortaſſe An-
geli non habeant; ubi enim abundavit peccatum, B
ſuperabundavit gratia. Nobis eſt natus Chriſ-
Eſai. 9. 6. tus ex Virgine. Legimus enim: *Puer natus eſt no-
bis, & filius datus eſt nobis.* Nobis carnem ſuſce-
a pit: immo potius nos in illa carne ſuſcepit,[a] quod
Hebr. 1. 14. filium hominis in Dei ſede conſtituit. Non lego
Apoc. 8. 2. Angelos in Dei ſede niſi ſtantes, niſi miniſterium
Dan. 7. 10. deferentes. Non lego Angelos, ſed homines con-
Rom. 6. 4. & 5. ſepultos Chriſto, & in Chriſto reſuſcitatos. De-
Epheſ. 2. 5. & 6. nique ait Apoſtolus: *Quia convivificavit nos in
Chriſto, cujus gratia eſtis ſalvi facti: & ſimul ſuſcita-* C
vit, ſimulque ſedere fecit in cæleſtibus, in Chriſto Ieſu.
Filius ergo hominis ad dexteram Dei, non An-
gelus, non Archangelus, nec Cherubim, & Sera-
phim. Illa laudant: Filius hominis ſedet. Filius
hominis Angelorum ore laudatur, quòd Ange-
los malos vicerit, de nequitiis ſpiritalibus quæ
ſunt in cæleſtibus, triumphaverit: quòd fecerit ſi-
miles Angelorum homines, in quibus ante erant
contagia mortuorum.

Pſal. 32. 6. 15. *Verbo*, inquit, *Domini cæli firmati ſunt, & ſpi-* D
ritu oris ejus omnis virtus eorum. Homo quoque ſpi-
ritu Domini perfectionem vitæ, conſummatio-
Gen. 2. 7. nemque virtutis accepit. *Inſpiravit in eum Deus
ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viven-
tem.* Vita ergo noſtra cœpit ex inſpiratione divi-
na: ſed vita hæc ſeceſſione animæ, corporiſque
diſſolvitur, inſpiratio autem divina non ſolvitur.
Et ideo intellige aliud eſſe quod figuratum eſt,
aliud quod factum eſt, vel paratum. Meritoque
duplicitet habes ſcriptum de homine. Primùm E
Gen. 1. 26. & 27. enim ſcriptum eſt: *Faciamus hominem ad imagi-
nem & ſimilitudinem noſtram.* Et: *Dominabuntur*,
inquit, *vel principatum habebunt.* Et: *Fecit Deus ho-
minem ad imaginem Dei.* Secundo autem loco ita
Gen. 2. 7. ſcriptum eſt, quia *Accepit Deus pulverem de terra,
& plaſmavit hominem.* Ubi pulvis, ibi plaſmatio:
ubi autem non pulvis, ibi non terra, non materia;
ſed incorporeum, ſed admirabile: ibi non mate-
ria, ſed immateriale. Quod enim ſecundum ima-
ginem Dei eſt, non eſt in corpore, nec in materia, F
ſed in anima rationabili. Ibi operatur, ibi oſten-
ditur homo ad ſimilitudinem & imaginem Dei,
ubi juſtitiæ, ubi ſapientiæ, ubi omnis forma virtu-
tis adſumitur.

16. Si intelligas imaginem, videbis ad imagi-
nem; homo enim non eſt imago Dei, ſed ad ſimi-
litudinem factus eſt. Alius eſt imago Dei inviſibi-
bilis, primogenitus univerſæ creaturæ, per quem
facta ſunt omnia. Ille non ad imaginem, ſed ima-
go: tu non imago, ſed ad imaginem. Habes ergo
in tua ſubſtantia aliquid de imagine & ſimilitu-
dine Dei, quod ſit divinæ ſimile imaginis. Prop-
terea imago ad eum qui eſt ad imaginem, venit:
& quærit imago eum, qui eſt ad ſimilitudinem
ſui, ut iterum ſignet, ut iterum confirmet; quia
amiſeras quod accepiſti. Inſufflaverat enim tibi
Deus, ut inſpirationis ſuæ dono haberes gratiam,
quam tibi tua culpa ſuſtulerat. Factus eras in ani-
mam viventem: audi quid dicat, non in carnem,
ſed in animam viventem. Sed quia peccator ſi-
gnaculum tenere non potuit, & in crimine poſi-
tus non habebat quæ Dei ſunt, ſed quæ homi-
num; propterea venit dominus noſter Jeſus Chriſ-
tus, ut legiſti in Evangelio, & à mortuis reſurgens
cùm clauſos diſcipulos repériſſet, clauſtris in-
greſſus eſt manentibus, & dixit: *Pax vobis. Sicut* Iohan. 20. 21. & 22.
*miſit me Pater, & ego mitto vos. Cùmque hoc dixiſſet,
inſufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum.*

17. Videſne ergo quæ manus fecerint homi-
nem, aut quem hominem fecerint; illum utique
quem ſecundùm Chriſtum induimus: *Exſpoliantes* Coloſſ. 3. 9. 10. & 11.
*veterem hominem cum actibus ejus, & induimus no-
vum, qui renovatur in agnitionem ſecundum imagi-
nem ejus qui creavit eum; ubi non eſt .... ſervus &
liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus.* Chriſtum er-
go induimus, ſicut & alibi dictum eſt: *Chriſtum in-* Galat. 3. 27.
duiſtis. Accepimus Spiritum ſanctum, qui non ſo-
lum noſtra * peccata dimittit: ſed etiam nos fa- *
cit ſacerdotes ſuos aliis peccata dimittere. Ideo
ait Propheta: *Tu finxiſti me, & poſuiſti ſuper me ma-* Pſal. 138. 5.
num tuam. Finxit per lutum, poſuit per gratiam
ſpiritalem; licet plerique hunc pſalmum ex per-
ſona dictum Salvatoris accipiant. Audi quia ma-
nus Domini, etiam Spiritus dicitur. Clamat Job: Iob. 33. 4.
Spiritus divinus, qui fecit me. Iſtæ ſunt ergo manus
quæ hominem paraverunt, Chriſtus & Spiritus.
Ergo dominus Jeſus & corporis auctor eſt noſtri,
qui primùm fecit hominem ad imaginem, & poſ-
tea de luto finxit, & voluit ſervare quod fecerat,
ſalvare quod pſalmaverat; ut totum hominem
ſalvum faceret, ſicut ipſe dixit in Evangelio: *Mihi* Iohan. 7. 23.
*iraſcimini, quia totum hominem ſalvum feci in ſabba-
to.* Quod ſpecialiter [b] Eccleſia docet, quia non ſo- b
lum anima, ſed etiam caro noſtra ſervetur: anima
per cognitionem Dei, caro per reſurrectionem:
quorum alterum docuit divini auctoritate ſer-
monis, alterum propriæ reſurrectionis exemplo.

18. Hic eſt ergo homo geminæ ſubſtantiæ.
Alia eſt enim facti ſubſtantia, [c] alia figurati: iſta de c
Dei Spiritu, illa de limo. Propterea ait Job: *Re-* Iob. 19. 26.
ſuſcitabit corium meum; quia quod de limo eſt, re-
ſuſcitatur; terra enim in terram redit quod au-
tem factum eſt, ut principatum haberet ſuper
ceteras animantes, id præſtantius eſſe intelligis.
Luti enim etiam beſtiis nobiſcum commune con-
ſortium eſt; & ideo animæ ſpecialis prærogativa
donata eſt. Idem tamen quia ceteris animanti-
bus imperat; ut poſſit imperare, debet Deo eſſe
ſubjectus. Docetur igitur ſervire; ut ad regnum
pervenire mereatur. Qui enim ſervit Chriſto,
placuit Deo. Qui ſervit Chriſto, placet unque

a. Ita plerique mſſ. & omnes edit. niſi quod hæ legunt, *quando filium, peu, quod filium.* Reliqui mſſ. *quoe tamen per filium,* &c. Quæ lectio non diſplicerer, niſi vox *tamen* hic inepte poſita, interpolationem aliquam innueret.

*. Adverte hic diſerte doceri ſacerdotes aut epiſcopum in ordinatione ſua & propriorum peccatorum remiſſionem accipere, & poteſtatem remittendi peccata aliorum.

b. Mſſ. non pauci, aut inferioris notæ, *Eccleſiam docet.*

c. Rom. edit. *alia inſufflati.* Sed retinendum cum aliis & cunctis mſſ. *alia figurati.* Hic ſiquidem innuitur, quod ſupra non ſemel traditum eſt, homini non in corpore, ſed in anima impreſſam fuiſſe divinam imaginem.

veritati, & debet neſcire mendacium. Qui ſervit A juſtitiæ, debet repellere iniquitatem. Qui ſervit immaculato, debet tenere caſtimoniæ diſciplinam. Qui ſervit luci, debet odiſſe tenebras peccatorum. Ergo quia corpus infirmum eſt, viſitationem Domini poſtulemus. Unde Propheta ait:
Pſal. 8. 5. *Quid eſt homo, quod memor es ejus; aut filius hominis, quia viſitas eum?*

19. Et nunc in reliqua verſiculi portione ait:
℣. 73. *Da mihi intellectum, & diſcam mandata tua.* Spiritalem igitur ſe eſſe [a] cognoſcens Propheta, petit B gratiam Spiritus ſancti. Etenim intellectum dari à Domino, & inter munera gratiarum primo
1. Tim. 2. 7. Eſai. 11. 2. conſtitui loco, in Apoſtolica lectione didiciſti; quia unicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem: & in Propheta primo loco ſapientiæ & intellectus ſpiritalis gratia poſtulatur. Petitur ergo Dei donum. Deinde vide ordinem: *Da mihi*, inquit, *intellectum; ut diſcam mandata tua.* Intellectus præmittitur, ut ſcientia ſequatur. Nam niſi quis intellexerit, doctus eſſe non pote- C rit. Doctrinam igitur intellectus facit, non memoria. Nihil enim prodeſt multa legiſſe, niſi in-
1. Cor. 12. 7. telligas ipſe quæ legeris. Et in Apoſtolo poſt manifeſtationem Spiritus, ſermonem ſcientiæ legiſti poſtea ſubſtitutum, ut ſcias intellectum memoriæ præferendum, & illum poſſe habere ſcientiam, cui ante intellectus adfulſerit.

20. Simul humilitatem conſidera. Si Propheta intellectum dari ſibi poſtulat, quis tam arrogans, qui profiteatur in ſua poteſtate eſſe intelligen- D tiam? Intellectum petit, ut ipſe ſe noverit, & naturæ ſuæ poſſit ſcire rationem: at illi qui de rerum natura diſputant, cæli ſcrutantur plagas, qui ſe ipſos ſcire non poſſunt, putant intelligentiam ſine Dei dono poſſe concedi. Unde & nos humilitatem debemus adſumere; ne extollamur, ſi forte unam aliquam de Scripturis parabolam cognoverimus: aut quia interdum ſecundum litteram plana legimus; ſi fortè ſecundum litteram aliquid intellexerimus, doctrinæ nobis adſumamus E ſcientiam. Propheta ille qui accepit Spiritum ſanctum, poſtquam unctus eſt in regnum, unctus eſt in Prophetam, centeſimum & octavum decimum pſalmum ſcribens, intellectum ſibi dari poſcit, ut mandata Dei intelligat: & ſcit niſi à Domino acceperit gratiam, intelligere ejus ſe mandata
Matth. 13. 36. non poſſe. In Evangelio quoque lego, quia proponebat parabolas dominus Jeſus, & apoſtoli non intelligebant. Denique explanationem propoſitæ parabolæ poſtulabant. F

21. Ipſe dominus Jeſus cùm diceret, ut legiſti in libro Evangelii ſecundùm Matthæum ſcrip-
Matth. 5. 3. tum: *Beati pauperes ſpiritu*; ſubjecit in [b] poſteriori-
Matth. 7. 24. bus: *Omnis qui audierit mea verba hæc, & fecerit ea, ſimilis erit viro ſapienti.* Non ergo qui audit tantummodo, ſimilis erit: ſed qui facit quæ audierit. A Ergo neque factum ſine auditione, neque auditio ſine facto poteſt eſſe ſapientis: ſed qui audit & facit. Audiamus igitur, ut intelligamus: faciamus, ut intellexiſſe nos quod audivimus, comprobemus.

22. Sequitur verſus ſecundus: *Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur; quia in verba tua ſuperſperavi.* ℣. 74. Fortaſſe aliquibus videatur hoc eſſe contrarium, quia juſtus dicit: *Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur*; multis enim juſtus gravis eſt, B cùm videtur. Denique in Evangelio plerique Luc. 8. 37. dominum Jeſum videre non poterant: ſicut Geraſeni rogabant eum, ut abiret de regionibus eorum: & alii ei tranſitum denegabant, [c] quando tamen per eos tranſire nolebat. Luc. 9. 52. & 53. Unde puto quod ſicut illic Judaicæ forma impietatis exprimitur: ita hîc Eccleſiæ gratia reveletur. Prophetat enim totum orbem replendum eſſe timore divino, & ideo quaſi timentes Deum ſanctorum dicit cognitione lætari; qui enim videt juſtum, & gaudet, etiam C ipſe vult eſſe juſtus. Pulcrum eſt enim ut in aliis delectetur, quod vult in ſe ſervare, [d] ſi ſumſerit. Eſt enim inſitum bonis, ut caſtum, pudicum, prudentem ſapiens affectu pio diligat, miſericors liberalem; & virtutes ſuas in aliis amet. PLERISQUE ENIM juſti adſpectus admonitio correctionis eſt, perfectioribus vero lætitia eſt. Quam pulcrum ergo, ut videaris & proſis? Bonum ergo vir juſtus.

23. Propterea denique Paulus apoſtolus ad- Galat. 1. 18. D ſcendit Hieroſolymam, ut juſtos videret: & cum Petro manſit diebus quindecim; ut ex ejus aliquid cohabitatione proficeret. Propterea ipſe Act. 15. 4. Paulus & Barnabas, cùm Hieroſolymam ingrederentur, magnifice excipiebantur ab Eccleſia, ab apoſtolis, & majoribus natu. Cùm autem abire vellent, ne diſcederent, rogabantur: &, ut poſtea de Paulo legimus, cum lacrymis deducebantur. Act. 20. 38. Nam ſi eſt tanta vis in naturalibus, ut animal viſum proſit ictericis; ita ut mortui quoque [e] cornu E ejus animantis prodeſſe dicatur, ſi fuerit demonſtratum iis, qui hujuſmodi inciderint paſſionem: dubitare poſſumus quod juſti ſanet adſpectus? Ergo vile animal irrationabile tantam virtutem habet, ut ſanare poſſit hominem momento exiguo, quo videtur: homo juſtus, ſi tamen cum fide ab eo adſpiciatur, qui utilitatem ab eo percipere deſiderat, nihil confert? An non vel ipſi oculorum radii virtutem quamdam videntur infundere iis, qui fideliter eum videre deſiderant?

F 24. Sed quemadmodum juſtus lætificat cor innocentium, cùm videtur: ita improbi juſtorum cognitione torquentur; quia vel tacitis ſanctorum moribus arguuntur. Torquet caſtitas incontinentiam, avaritiam liberalitas, impietatem fides. De hoc quoque parile vilis animantis ſumamus exemplum. Nam ſicut prodeſſe diximus mu-

a Ita cod. ſcripti tredecim. Alii autem atque edit. *cognoſcit Propheta per gratiam Spiritus ſancti.* Eorum autem quæ ſequuntur à voce, *didiciſti*, uſque ad *intellectus præmittitur*, ordinem edit. Rom. ſic invertit: *Propheta verò primo loco ſapientia, inde intellectus donum inter munera gratiarum conſtituit. Et quia unicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem; ideo Dei donum petit Propheta: Da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua. Vide ordinem, intellectus præmittitur* &c.

b. Voci, *poſterioribus*, ſubjungit edit. Rom. *qui autem fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum. Et in alio loco. Omnis qui audierit* &c.

c. Ita cuncti mſſ. ac vet. edit. Rom. autem, *quando tantum per eos tranſire volebat.* Planus ſenſus, niſi eſſet omni alio præſidio deſtitutus.

d Edit. Rom *ſi poſſit.* Aliæ cum mſſ. omnibus, *ſi ſumſerit* Videtur autem is ſenſus eſſe, virum juſtum eo bono delectari in aliis, quod ipſe elegerit ac ſuſceperit in ſe conſervandum.

e. Eadem edit. Rom. *corpus ejus animantis.* Nimirum quia cùm Plin lib. 30. Hiſt. Nat. cap. 11. aviculæ virtutem medendi icterico morbo adtribuat, non videbatur vox *cornu* legitimum ſenſum exhibere. Sed cùm eadem vox conſtanter legatur in omnibus & mſſ. & ant. edit. dicendum hunc locum forte de quadrupede quopiam animali intelligendum eſſe; niſi quis malit per cornu ejuſdem avis ungues ac roſtrum ſignificari.

tum animal, cùm videtur: ita obeſſe percipimus A lupum, ſi aliquem videndo prævenerit; vocem enim feruntur amittere, quos priùs lupus viderit. Baſiliſcus quoque, hoc eſt, noxius ſerpens, ſi quodcumque prior viderit animal, fertur occidere: & allegatur ſtatim necari, qui potuerit à ſerpente hujuſmodi prævideri. Ipſe quoque ſerpens mori dicitur, ſi fuerit hominis præventus adſpectu. Ergo ſi tanta virtus, vel in oculis ſerpentis, vel in oculis eſt hominis; ut ſi alter alterum prior viderit, poſſit occidere: oon eſt virtus in B oculis juſti, qui repletus virtutis eſt gratiâ; cùm

Matth. 9. 22. Luc 9 15. & 41.

præſertim taotum operetur fides, ut & illa quæ fimbriam Domini tetigit, ſanaretur, & ille cui intendit domious Jeſus, ſtatim ex ejus oculis gratiam ſanitatis hauriret?

25. Sed qui videt juſtum, debet ſcire quid videat: tioo illum videt in corpore, non io veſtimento, noo in patrimoo1o, ooo1o vultu; ſed intus videt: noo, inquam, illum videt, niſi ejus viderit mentem, niſi ejus ſermonem intenderit, niſi ſenſus il- C lius potuerit comprehendere, ſapientiam de tractatu ejus adſumere. Tuoc igitur lætabitur, cùm iſta perſpexerit, cùm iſta cognoverit. Ita ergo & nos ſicubi audivimus juſtum, feſtinemus videre, ſi-

Luc. 7. 37. & 38.

cut illa mulier quæ audivit in domo phariſæi diſcumbere dominum Jeſum, & ingreſſa eſt, & ejus pedes perfudit unguento. Illius imitatores ſumus; namque Eccleſiam in illa muliere figuratam eſſe quis dubitet? Sicubi ergo juſtus ſedeat, ſicubi accumbat, feſtinemus videre eum. Pretioſum eſt D videre virum juſtum; ut videas eum ſecundum imaginem Dei. Quod foris eſt, nihil prodeſt: quod intus eſt, ſanat. Sane & in eo qui foris eſt, illum qui intus eſt, frequenter adſpicimus; ut ſi viderimus pauperem, illum ad cujus ſimilitudinem factus eſt, honoremus in paupere, de quo

Matth 25. 35. & 40. a

ait: *Dediſtis mihi manducare .... quia quod uni eorum dediſtis, mihi dediſtis.*[a] Qui enim coronat imaginem imperatoris, utique illum honorat, cujus imaginem coronavit: & qui ſtatuam cootemſe- E rit imperatoris, imperatori utique cujus ſtatuam conſputaverit, feciſſe videtur injuriam. Gentiles lignum adorant; quia Dei imaginem putant: ſed inviſibilis Dei imago, non io eo eſt quod videtur: ſed in eo utique quod non videtur.

26. Vides ergo quia inter multas Chriſti imagines ambulamus? Caveamus ne coronam imagini detrahere videamur, quam unicuique Chriſtus impoſuit. Caveamus ne aliquid detrahamus iis quibus debemus adjungere. Sed quod pejus eſt, non ſolum non honeſtamus pauperes; ſed etiam dehoneſtamus, deſtruimus, perſequimur: & ignoramus quod has Dei imagini congeramus iojurias, cùm factos ad imagioem Dei putamus eſſe lædendos. Qui enim irridet pauperem, exacerbat eum qui fecit illum. Sed aderit ille qui dicat: *Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare: ſitivi, & non dediſtis mihi bibere.... æger eram.... & non viſitaſtis me.* *Matth 25. 42. & 43.* Et quaoto iſta leviora ſunt, quam ſi dicat: Injurias mihi feciſtis, nudaſtis me, verberaſtis me? Quem ſi quis interrogaverit: Quando tibi injurias fecimus, quando ſpoliavimus, quando etiam verberavimus? Dicet: *Quamdiu uni horum* *Ibidem. 45.* *minimorum feciſtis, mihi feciſtis.* Propterea caveamus diligentius, ne cui vel minimo contumeliam irrogemus; ne ipſi Domino in illis minimis contumelioſi fuiſſe videamur.

27. Qua ratione autem dixerit: *Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur*, ipſe expoſuit dicens: *Quia in verba tua ſuperſperavi*: hoc eſt dicere: Iotus me viderunt, intus me tetigeruot, iotus me adſpexerunt; ubi ſpem adſumſi de tuis verbis, ubi tua verba percepi. Beati ergo qui videot juſtum, & lætantur; quia ſperant in Dei verba. Quam multi autem ſunt qui oderunt juſtos, qui perſcrutantur Dei verba, qui juſti ſunt: & cùm aliquos doctos audiunt impii, eos propter doctrinam vitare conſuerunt.

28. Sequitur verſus tertius: *Agnovi, Domine,* *℣ 75.* *quoniam juſta judicia tua: & in veritate tua humiliaſti me.* Qui poteſt intelligere quæ ſunt divinæ providentiæ, utitur eo ſermone quo uſus eſt propheta ſanctus David; quia omnia judicio Dei fiunt, ut ægrum corpus aliquis habeat, ut ſalubre, ut dives, ut pauper ſit, ut moriatur juvenis, vel ſenex. Si quis intendat ſcripturis divinis, intelligit hæc fieri judicio Dei; nihil eoim eſt præter Dei ſcientiam. Exemplum quærimus? Non eſt abſconditum; ſiquidem Job numquam amiſiſſet proprias facultates, niſi eſſet traditus adverſariæ poteſtati. Dedit enim Dominus diabolo poteſta- *Iob. 1. 12.* tem in facultates ejus, ut tentaretur qualem, amiſſo patrimonio, haberet affectum: dedit in fi- *Iob. 2. 6.* lios, dedit in corpus ejus; ut probaretur num defunctorum dolore liberorum, aut cruciatu corporis à conſtantia mentis animique deſciſceret. Dominus quidem noverat fortem; ſed io illo docere atque examinare oos voluit, utrum imitatores ejus eſſe poſſemus. Denique & Abraham tenta- *Gen. 22. 2.* vit, quando filium ſenis unicum ſibi petiit immolari. Sciebat utique mentem Abrahæ: ſed ſciens tentat Dominus, ſicut legiſti in Evangelio, quia cum interrogaſſet dominus Jeſus diſcipulos, quot panes haberent; & illi reſpondiſſent, quia quinque tantum haberent panes, ipſe ait:[b] Quid faciemus inter tantos homioes: hoc autem dicebat *Iohan. 6. 5. & 6.* tentans eos; ſciebat enim quid facturus eſſet. Qui

a. MSſ novem: *Qui eum honorat. . . . imaginem honoravit.* Alii & cunctæ edit. *coronat. . . . coronavit.* Melius; ſolebant enim imperatorum imagines floribus coronari, ut obſervat Joſ. Laurentius Polym lib 5 pag 191. Neque vero mirum ejuſmodi honorem etiam chriſtianorum principum ſtatuis redditum eſſe; quandoquidem conſtat eaſdem cùm in oppida inferebantur, à magiſtratu ac populis cum thure, cereis atque adoratione excipi ſolitas. Sed eum cultum tandem prohibuit Theod Jun. Cod. Tit. 4 Leg unica; quam conſule, ſicut & Comm. Gothofr. in eamdem. Liber autem hic adjicere quæ Hilarius Pont. Rom. epiſt. ſecundæ Nic. Syn inſerta refert ex D Chriſoſt. ſunt enim ſimillima iis quæ ab Ambroſio noſtro hic traduntur. Ait igitur [illegible] Obſervatu porro dignum eſt Ambroſium poſt quartum verſum in eo idololatriam ethnicorum conſtituere, non quod idola deus eſſe crederent, ſed quod eadem adorarum exiſtimarent ut alias imaginem Dei ſolidæ, qui cùm ſit incorporeus materiali effigie adſimilari nequaquam poteſt. Hinc autem contraria ratione conſequitur eum Chriſti domini, B. Virginis, martyrum, aliorumque ſanctorum ſacras icones, honoreſque ipſis exhibitos minime improbaſſe. Certe omnis doctrina 7. Conc. Oecum ſupra laudati in eo quaſi cardine vertitur. Etenim paſſim adſerit Dei quidem naturam, ut pote ſpiritalem, pingi non poſſe: qua in re illi prævivetat Greg. 2. ep 1. ad Leonem Iſaurum ſcribens, [illegible]. De Chriſti vero & ſanctorum imaginibus plane contrarium colligunt, atque decernunt iidem Patres. Quin immo cùm angelorum quoque imaginibus ſuffragentur, ea potiſſimum ratione quod [illegible]: eodem argumento evincitur illicitum non eſſe, ſymbolicas divinarum perſonarum imagines ſub quibus ipſæ ſe manifeſtaſſe in Scripturis leguntur, populo venerandas proponere: Sed iſthæc ad controverſiſtas.

b Rom. edit. *Quid ſunt inter tantos homines? Et ſubjicit in Evangeliſta: Nos autem . . . . enimvero juſtitia ſua agnovit quia &c.*

ergo juſtus eſt, examine juſtitiæ ſuæ credit quia A Dei juſta judicia ſunt: vel ſecundùm græcum, quia Dei judicia ſunt ipſa juſtitia.

29. Sed hoc ut agnoſceret, fecit præmiſſa precatio; quoniam intellectum ſibi dari popoſcit, ut mandata Dei diſceret. Accepta eſt ergo intellectus & cognitionis gratia, agnovit juſta eſſe Dei judicia: agnoſcere autem perfecti eſt. Denique aliud eſt credere, aliud agnoſcere. Fides timentis, agnitio eſt ſapientis. Qui enim timet, rationem non quærit: ſapiens autem & agnitionem eorum B
Pſal. 115. 1. inveſtigat, quæcumque percipere deſiderat. *Credidi*, inquit, *propter quod locutus ſum*: cognovit autem intelligens quod locutus eſt.

30. In quo ergo juſta judicia Dei ſunt? Quia per labores, & tribulationes, & afflictiones ad cæleſte præmium pervenitur. Sicut enim certantibus athletis corona defertur juſto judicio hominum: ita legitime certantibus Chriſtianis divino
Apoc. 3. 21 judicio palma decernitur. *Vincenti*, inquit, *dabo ſedere mecum in ſede mea.* Vita ergo noſtra examina- C tur igne, ſicut ſplendor argenti; ut virtus certa-
Pſal. 65. 12. minibus approbetur. *Tranſivimus*, inquit, *per ignem & aquam, & induxiſti nos in refrigerium.* Per hæc igitur vera judicia tua eſſe cognovi. Humiliatus enim ſum, ut hæc viderem; quia ii qui exaltati ſunt corde, oculos ad veritatem aperire non poſſunt. Cùm autem humiliamur, peccata noſtra cognoſcimus, & ipſa humilitate delicta noſ-
Pſal. 114. 6 tra purgamus. *Humiliatus ſum*, inquit, *& ſalvum me fecit.* In veritate ergo humiliatus eſt, qui hu- D miliatus eſt ad ſalutem: nec vane pertulit paſſionem, qui ſalutem veritatis ſecutus eſt.

31. Diſtat igitur inter cognoſcere & timere, ut eo revertamur. Denique Evangelii lectio docere nos debet. Ait enim Dominus ad eos qui
Iohan. 8. 31 & 32. credebant ei ex Judæis: *Si manſeritis in verbo meo, ... cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Si manſeritis, inquit, cognoſcetis. Vides quia non à principio potuit cognoſcere quicumque Deum timens verbum ejus audivit. Non ſolum autem E non idem eſt timor & cognitio; verum etiam non idem eſt fides & cognitio. Siquidem etiam Apoſ-
1. Cor. 12. 8. & 9. tolus docuit diverſa eſſe munera gratiarum. *Alii enim*, inquit, *per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ ſecundùm eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu.* Si ergo alii fides datur, alii cognitio; vides quia ubi fides, non ſtatim cognitio: ubi autem cognitio, & fides eſt & prudentia, nec ab eo poſſumus diligentiam ſeparare.

32. Habuit ergo cognitionem ſanctus David, F utpote propheta perfectus; quandoquidem ita perfecte cognovit, ut humiliaretur in ipſa veritate. Sive ergo in adverſis poſitus, agnovit probationis gratiam, ea quæ laborioſa & adverſa ſunt, ſuſtinenda: juſtum autem eſſe Dei judicium; & ideo bene certantes numquam deſeri, vel relinqui, & coronam his poſt labores poſſe deferri: ſive in ſecundis & proſperis poſitus, cognovit
a etiam [a] divitias regum, diverſoſque ſucceſſus, tentationis cauſa ſolere ſuppetere; ut is qui his utitur, rerum proſperitate tentetur. In eo igitur propheta David laudandus, quia cùm iſta agnoſceret, humiliabatur; ut humilitate ſua, vel proſperorum excluderet tentamenta, vel adverſorum ſubiret conſtanti æquanimitate tolerantiam.

33. Non ergo magnopere laudabilis eſſet Propheta, ſi laudaret judicia Dei, uſus adfluentia ſecundorum. Quid enim magnum facimus, ſi quando in ſecundis ſumus, laudamus Deum, quando in divitiis ſumus, quando nullis vexamur injuriis? Illud eſt magnificum, ſi ſubjectus injuriis, contumeliis, judicium Dei laudes, ſi vexatus ægritudine, judicia Dei prædices: ſi te inopia non revocet, quominus laudes juſtitiam Dei. Ergo ſemper laudanda ſunt judicia Dei, ſicut ſcriptum eſt: *Exſultaverunt filiæ Iudæ propter judicia tua.* Pſal. 47. 12. Quæ ſunt filiæ Judæ, niſi animæ religioſæ, animæ Eccleſiæ quæ Jeſum Chriſtum dominum confitetur, quæ videntes rationem judiciorum tuorum, ſemper exſultant? Qui enim non ex aliquo ſecundorum proventu, ſed ex cognitione rationis induit lætitiam; non niſi in exſultatione perpetua conſtitutus eſt.

34. Sequitur verſus quartus: *Fiat nunc miſericordia tua ut exhortetur me, ſecundùm verbum tuum ſervo tuo.* ℣. 76. Aliqui habent in hoc loco: *Conſoletur me.* Sed etiam in Apoſtolo legimus exhortationem 2. Cor. 1. 4. & 6. pro conſolatione dictam, & conſolationem pro exhortatione. Magna eſt ergo miſericordia Dei, quæ non ſolum remiſſionem tribuit peccatorum; ſed etiam certantibus adhibet exhortationis calcaria, ne ſuſcepti certaminis paſſiones imbelli formidine derelinquant. Non ergo miſericordiam, quaſi is qui victus cedat, [b] aut ut veniæ precator, b implorat; ſed ut Dei miſeratione ſuccinctus, majora viribus tanto munere fultus expediat. Egregiam & ſingularem Prophetæ ſpectato virtutem. Alius enim humiliatus ærumnis poſceret, ut circa eum tentamenta deſinerent, & ſedare Dominus adverſa dignaretur, ne tribulationum procella in eum ſæviret: iſte autem tamquam athleta fortis & patiens, [c] qui exerceri & ungi animam ſuam c tribulationibus noſſet, non triſtia dimovere, non impugnantia declinare deſiderat, non omne illud deſinere, quod fatigationem & laborem adferret, expoſcit; ſed magis in tempore laboris ſui adverſus tentationum procellas dari ſibi verbum conſolationis expoſcit; ut poſſit forti quæ ingeruntur mente tolerare, ne aliqua mœſtitiæ perturbatione laſſetur. In eo igitur obſecrat miſericordiam Dei, ne auxilio deſtitutus expediendi, cœptam militiam derelinquat.

35. Denique adhortationem divinæ eſſe miſericordiæ, evidens teſtimonium docet; Moyſi enim dicit Deus: *Miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo, cui miſericordiam præſtitero.* Rom. 9. 15. & 16. *Igitur non eſt volentis, neque currentis; ſed miſerantis Dei eſt.* Forte dicas: Ergo non debemus, vel velle, vel currere: atqui negligentes Deus deſerere conſuevit. Non ergo hoc dicit: ſed quid dicat, conſideremus. Non volentis, neque currentis hominis perſeverantia eſt; non eſt enim in hominis poteſtate: ſed miſerantis Dei eſt, ut poſſis complere quæ cœperis. Denique iterum Moyſi dicit: *Quia in hoc ipſum te ſuſcitavi, ut oſtendam in te virtutem meam.* Ibidem. 17.

a. Edit. omnes, ac mſſ. aliquot, *divitias rerum, variſque ſucceſſus tentationis cauſas* (nonnulli, *cauſa*) *ſolere ſuppetere.* Alii nobiſcum faciunt, excepto quod Vind. legit, *divitias, regnum*, &c.
b. Sex mſſ. *aut veniam peccator, implorat.*

c. Vet. edit. cum majori ſcriptorum cod. numero. *Qui exerceri & ungi animam ſuam.* Rom. cum reliquis, ut in corpore. Utraque autem lectio ex arena profecta eſt, quod apud Ambroſium familiare.

Colligitur ergo adhortationem divinæ miſeri- A cordiæ deputandam. Unde ſequitur: *Ergo cui vult miſeretur, & quem vult obdurat.* (Ibidem. 18.) Hunc miſeratus hortatur, illum non revocat exſecratus. Et vere miſericordia eſt Dei noſtrarum militia paſſionum, per quam nobis peccata minuuntur. Denique Lazarus pauper, quia in hac vita toleravit mala complurima, in gremio Abrahæ requiem conſolationis invenit: ille autem dives, qui conſolationem habuit in ſæculo, poſt curricula vitæ hujus fructum quietis amiſit. Quem ſi miſeratus B eſſet Deus, caſtigaſſet potius in hoc ſæculo, ut poſtea non flagellaretur. Denique Job licet graviter flagellatus, & quidem flagellis plurimis inopiæ, amiſſionis filiorum, doloribus corporis, opprobriis amicorum; conſolatione tamen fruitur æterna.

36. Ergo quanto majores tribulationes fuerint, tanto uberior conſolatio reſervatur. Et tamen ne cadas atque ſuccumbas, quanto majores tentationes videris, tanto magis roga Verbum Dei, ut C adhortationem tibi adferat: ſicut rogavit, & Paulus qui ait: (2 Cor. 1. 3. 4. & 5.) *Benedictus Deus & Pater domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus omnis conſolationis, qui nos exhortatur in omni anguſtia; ut poſſimus & ipſi conſolari eos, qui ſunt in omni tribulatione, per exhortationem qua & ipſi advocamur à Deo; quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtum abundat etiam conſolatio noſtra.* Tanta vi Apoſtolicæ petitionis rogat, ut conſolationem accipiat à Domino in omni tribulatione, quo non D ſolum ipſe induat tolerantiam, verum etiam alios conſoletur, ut & ipſi poſſint propriæ mentis anguſtias ſuſtinere. Si igitur ipſe in omni tribulatione idoneus fueris approbatus, tunc demum dignus eris, qui conſolationem accipias in omni tribulatione. Et tamen [a] non omnis paſſio digna conſolatione eſt: ſed quæ paſſio per Chriſtum eſt, hæc conſolationem Chriſti meretur.

37. Pulcre autem addidit: *Secundùm verbum tuum ſervo tuo.* Ipſe enim Dominus pro ſuo nomi- E ne præliantibus auxilium pollicetur dicens: (Matth. 10. 19. & 20.) *Cùm ergo tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Pater meus qui loquitur in vobis.* Ergo ne impares ſimus certamini, divinum ſemper oremus auxilium, ut nobis tribuat adhortationem. Si enim habeamus eum qui nos exhortetur, non facile cedimus.

38. Plerique autem habent: *Qui conſoletur nos*, nec abhorret à vero. Inſtigantis enim aliquem F blanda quædam eſt exhortatio, quæ certantem ſtudio laudis accendat, & velut quadam conſolatione demulceat; ne laborum aſperitate revocetur.

(ỳ. 77.) 39. Sequitur verſns quintus: *Veniant mihi miſerationes tuæ, & vivam; quoniam lex tua meditatio mea eſt.* Cui Lex Dei meditatio eſt, huic præſto ſunt miſericordiæ, ut vivat in æternum. Quomodo enim beatus quis poteſt eſſe ſine miſeratione divina? (Pſal. 1. 1. & 2.) *Beatus ..... autem qui in Domini lege die ac nocte meditatur.* Sed qui meditatur in Lege, eruditur in Lege: & quem Lex A erudierit, Dominus erudivit, qui locutus eſt Legem. Ideoque ſcriptum eſt: *Beatus quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* (Pſal. 93. 12.) Diſcamus ergo, & nos in Lege meditari, non avocemur ſæcularibus illecebris, non occupemur impedimentis; ſed ſemper ad legem Dei ſimus adtenti. Scriptum eſt enim: *Os juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium.* (Pſal. 36. 30.) Hoc in veteri Teſtamento: audi dicentem & in novo: *Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo.* (Rom. 10. 8.) Et maxi mehanc medi- B tationem ſacerdotibus neceſſariam oſtendit ad Titum ſcribens, quia debet Epiſcopus amplecti eum, *Qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere.* (Tit. 1. 9.) Quod utique ſollicitæ atque inteotæ meditationis eſt, noo perfunctoriæ lectionis. Et ad Timotheum ſcribens, ait: *Adtendite lectioni, exhortationi, doctrinæ.* (1. Tit. 4. 13.) Lectio enim frequens, nec intermiſſione aliquâ deſtituta, doctrinæ munus operatur.

C 40. Quod autem poſcit ut vivat, frequenter oſtendimus hujus corporis vitam veræ vitæ gratiam non habere; ſed illam veram vitam fore, cujus bona unuſquiſque ſanctorum credit ſe videre in terra viventium. Quod credimus nos viſuros, non præſens utique, ſed futurum eſt.

41. Sequitur verſus ſextus: *Confundantur ſuperbi; quoniam injuſte iniquitatem geſſerunt in me: ego autem exercebor in præceptis tuis.* (ỳ. 78.) Superius ait idem Propheta: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* (Pſal. 7. 5.) D Numquid hîc maledicit iis, qui in ſe iniqua geſſerunt? Non utique. Videbat enim caritatem etiam inimiciſſimis deferendam, cùm veniſſet Evangelii prædicator. Unde arbitror quia quaſi medicus velit eos ipſos ſanare qui læſerint; ut iniquitatis ſuæ contemplatione conventi, de propriis flagitiis erubeſcant: in quo non ſolum propheticam incipiunt probare patientiam, verum etiam emendare ſuam inſolentiam. PUDOR ENIM plerumque corrector eſt noſtri; & dum E incipit nos pudere commiſſi, ne diutius pudeat, deſerere quæ erubeſcenda ſunt, admonemur. Non ergo maledicit Propheta, ſed quaſi bonus medicus vult illos cognoſcere & ſcire quid fecerint; ut cùm ſe in ſuam conſcientiam receperint, quanta ſuorum ſit colluvies delictorum incipiant erubeſcere: erubeſcentes autem poſſint prioribus renuntiare peccatis. Conſidera mihi nunc aliquos fornicantes, inequitantes viduis ac puellis, aliena rapientes; & in his non ſolum non erubeſ- F cere, ſed etiam gloriari ſolere, tamquam vel pulcritudinis, vel potentiæ ſuæ titulos deferentes: de quibus bene dixit Apoſtolus, quod *eorum gloria in confuſione ipſorum*; (Philip. 3. 19.) eo deteſtabiliores ipſis criminibus ſuis, quod cùm tanta committant, non confundantur. Verum eorum ſi quis poſtea veniat in Eccleſiam, credat in dominum Jeſum, audiat Evangelium, compungatur corde: tunc demum incipiet quam atrocia & gravia deliquerit, agnoſcere; & in iis quæ agnoverit, erubeſcere.

42. Quid ſit autem exerceri in [b] præceptis Domini noſtri, quia dixit: *Ego autem exercebor in præceptis tuis*, in Lege didiciſti; hoc eſt, ſi bos adver- (Exod. 23. 5.)

a. Edit. ant ac mſſ haud pauci, *non omnis paſſio, divina conſolatio eſt*. Melius alii aliquot, *non omnis conſolatio, divina conſolatio eſt*. At omnium optime reliqui licet pauciores, quos cum edit. Rom. hic ſecuti ſumus.

b. Edit. vet. *in præceptis Domini, quomodo exiſtimarem, niſi quia dixit*. Rom .... *niſi quia quod dixit*. Mſſ vero nobiſcum faciunt, excepto quod *niſi*, in nonnullis pro *noſtri* reponitur, in nonnullis utrumque deſideratur; unde illic exorta eſt interpolatio.

ſarii eeciderit, vel jumentum; ut non deſerendum exiſtimes, ſed potius elevandum. Qood autem ait: *Injuſte iniquitatem geſſerunt*; in quem hoc dicatur conſidera, niſi in eum qui forte juſte iniquitatem gerat: id eſt, ſi læſus per Legem ſe incipiat vindicare juxta præcepta Moyſis, juſte videtur facere iniquitatem, ſed non ſecundum Evangelii præcepta. Et ideo ait: *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores*; (Matth. 9. 13.) quia Judæi ad vindicandum ſe auctoritate Legis utuntur.

(1. Cor. 15. 34.) 43. Habes hoc & in Apoſtolo: *Sobrii eſtote, & juſte.* Non ſolum ſobrios nos, ſed etiam juſte ſobrios eſſe debere docuit evidenter. Poteſt autem aliquis & ſobrius eſſe, & non juſte ſobrius; ut ſobrius ſit à vino, & non ſit ſobrius æquitate, atque juſtitia; eſt enim crapula iniquitatis. Poteſt & aliquis ebrietati & luxuriæ ſemper indulgens, dum aliena tamen diripere conatur, eo occupatus ſtudio ſobrius eſſe à vino, & non ſobrius à rapinis: nec iſte juſte ſobrius. Ideo Apoſtolus admonet, ut ſit in nobis juſta ſobrietas. Denique addidit: *Et nolite peccare.* (Ibidem.) Qui enim peccat, etſi ſobrius ſit, non poteſt tamen tamquam juſte ſobrius prædicari. *Nolite*, inquit, *ſeduci*, hoc eſt, (Ibidem. 11.) ne alieni erroris ebrietas vos faciat temulentos. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala*; eo quod ore & labiis infidelium tamquam ebrietas quædam moribus audientis infunditur. Meritoque addidit: *Sobrii eſtote juſte, & nolite peccare.* Ignorantiam enim Dei quidam habent; ut ſobrius ille ſit, qui non habet ignorantiam Dei, nec titubat ebrietate perfidiæ: juſte autem ſobrius, in quo operum gratia cum fidei ſobrietate reſplendet.

℣. 79. 44. Sequitur verſus ſeptimus: *Convertantur ad me qui timent te, & qui ſciunt teſtimonia tua.* Alius habet, maxime juxta græcum: *Convertantur mihi*. Si *ad me* legimus: convertantur qui timent Deum, de commiſſis propriis erubeſcant; vel certe luant ſupplicia delictorum: convertantur autem ad Dei ſervulum, propheticamque doctrinam; ut dediſcant pudenda committere, & tanti emendatione doctoris exuant mores ſuos, delictorumque labe deterſa, virtutum induant diſciplinam. Si autem ita legimus: *Convertantur mihi*, hoc eſt, quoniam exercebor in præceptis tuis, mihi convertantur, mihi autem jam non peccanti, jam non erranti. Convertantur, inquit, qui timentes te propriis renuntiavere peccatis; ut conſortio juſtorum Propheta ad uberius provehatur, & ipſe de ea gratia quæ in ipſo eſt, plurimum conferat audientibus. Convertantur igitur jam, non peccante me, juſti ad juſtum. De teſtimoniis autem puto jam non opus eſſe repetere, cùm ante jam dictum ſit.

℣. 80. 45. Sequitur verſus octavus: *Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar.* Quanto excelſior eſt Propheta, vel munere prophetiæ, vel regni gratia, tanto magis ſequitur humilitatem, & docet quid nos debeamus imitari; eo quod Propheta tantum immaculatum cor fieri ſibi depoſcit. Supra poſtulavit: *Cor mundum crea in me Deus.* (Pſal. 50. 12.) Non dixit, fac: ſed *crea*; ut de integro cor ejus inſtauret & mundet. Major quidem in hoc ſermone ambitus eſt. Grande enim cor eſt à Domino creatum, quod recipiat Verbum de cæleſtibus virtutibus, ac poteſtatibus. Grande cor quod recipiat ipſum Dominum dicentem: *Inhabitabo in illis, & deambulabo in ipſis.* (2. Cor. 6. 16.) Ut hæc igitur recipiat, creatorem ſibi cordis ſui non Angelum fieri, ſed ipſum Dominum deprecatur, qui cælum creavit & terram.

46. Et bene ait: *Immaculatum*; quia cor hominis quadam velut indecentium cogitationum colluvione maculatur. Si cogitatio ipſa polluit, quanto etiam facta ipſa contaminant? Noli extraordinariis cogitationibus adverſa naturæ contaminare penetralia; ne id inquinamento gravi polluas, quod putas habere te mundum. Manus lavas quaſi poſſis crimina eluere, cùm mentem tuam [a] immundis cogitationibus inquinatam lavare non poſſis. Et Pilatus manus lavit: ſed cor ſuum lavare non potuit. Manſit ſcelere pollutus, quamvis manus ſuas aquæ infuſione laviſſet. Audi quia & cogitatio inquinat: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod exit de ore.* (Matth. 15. 17. & ſeq.) *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemia. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem.* Si ergo intus coinquinaris, priùs munda quod intus eſt. Si quod intus eſt mundaveris, & exteriora mundaſti: ut ſi [b] aqua turbidùm fluat, fruſtra putes lacum eſſe mundandum, ſi fons profluat cœnulentus; receptacula enim terſiſſe nihil proderit, cùm in fonte ſit vitium. Ipſe tibi ante purgandus es, ut fluat omne quod purum eſt. Cor tuum cogitationum tuarum eſt ſcaturigo. In illo fonte vel turbida aqua importitatis evomitur, vel ſincera pietatis unda prorumpit.

47. Didiciſti cor eſſe mundandum, diſce quemadmodum mundes. Mundat hunc fontem juſtificatio legitima, hoc eſt, confeſſio peccatorum. Denique publicanus ille qui peccata propria fatebatur, juſtificatus magis de templo, quam phariſæus exivit; quia jejunia ſua & munera phariſæus, atque innocentiam præferebat. Munda ergo aquam tuam, illam aquam de qua dictum eſt: *Aqua alta conſilium in corde viri.* (Prov. 20. 5.) Bonam tibi aquam natura dedit, niſi eam cœno tuo polluas: ipſa te diluit, ſi pura, ſi ſimplex, ſi etiam naturalis ſit, ſi nihil habeat ſordidum atque terrenum. Quid mali eſt, ſi ea aqua quæ mundare debeat, polluat? Sed non eſt aqua tua quæ te polluit. Iſta aqua aliena eſt. Denique dictum eſt tibi: Ab aliena aqua (Prov. 5. 15.) abſtine te. Aliena aqua mentitur & fallit, & contrarium naturæ profluit. Ideo ait: *Filii alieni mentiti ſunt mihi*; (Pſal. 17. 46.) nam ſi alieni non fuiſſent, utique non fefelliſſent. Nemo ergo glorietur caſtum ſe habere cor, (Prov. 20. 9.) quemadmodum Salomon dixit: *ſed qui gloriatur, in Domino glorietur*, (2. Cor. 10. 17.) qui ſanctis ſuis cor mundum creare dignatus eſt, & immaculatum facere juſtificationibus ſuis. Quæ ſint juſtificationes, audiſti dicentem: *Dic iniquitates tuas, ut juſtificeris.* (Eſai. 43. 26.) Ergo qui iniquitates ſuas dicit, juſtificatur: qui autem juſtificatur, non confunditur; quia pudorem peccatorum matura confeſſione prævenit.

a. Omnes edit. cum parte mſſ. *vel nudis cogitationibus inquinatum.* Reliqui mſſ. *immundis* &c.

b. Edit. omnes, *aqua turbida influat.* Mſſ. vero, *aqua turbidum fluat*: quod adverbii modo ponitur, non ſecus ac apud Horatium lib. 2. Ode 19
Mens.... turbidum lætatur.

SERMO UNDECIMUS.

כ Caph.

1. INcipit undecima littera *Caph*, quæ latina interpretatione ſignificat, *Curvati ſunt.* Sonus interpretationis ipſe nos docet, quid ſit curvari; qui enim inclinatur in terram, curvari videtur. Unde ait Propheta ſub hac littera: *Paulominus conſummaverunt me in terra.* Curvatur autem qui agit pœnitentiam; eo quod cervicem ſuam curvet, dum humiliatur ad Dominum, & interiorem magis cervicem, id eſt, cervicem mentis & cordis. Nam de hac cervice dictum eſt: *Nec ſi flectas ut circulum collum tuum*; qui enim cor ſuum non flectit, fruſtra cervicem ſuam flexerit.

Inf. ℣. 87. *Eſai 58. 5.*

2. Docet etiam Hieremias propheta humilitatem hac interpretatione ſignari. Ait enim ſub hac littera in Threnis: *Quia non repelles in æternum Dominus, quia cùm humiliaverit, miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ; quia non humiliavit toto corde ſuo, neque repulit filios hominum.* Bonum ergo curvari, ut humiliemur Domino, & Dominus miſereatur. Denique & in ſuperioribus ſub hac littera idem Hieremias propheta oſtendens gemitus, & humilitatem plebis, ait: *Omnis populus ejus ingemiſcentes, quærentes panem, dederunt deſideria ſua in eſcam ut reficiant animum. Vide, Domine, & adſpice, quia facta eſt ſine honore.* Ergo qui animæ ſuæ quærit refectionem, humilitate curvetur, quo poſſit citius ad Domini pervenire miſericordiam.

Thren. 3. 31. 32. & 33. *Thren. 1. 11.*

3. Ideoque tamquam curvatus multo amplius anima ac mente, quam corpore exorſus eſt David, dicens: *Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſperavi.* Non uſitatus ſermo nos capiat, ut tamquam corporeæ fatigationis defectionem hujuſmodi judicemus. Neque enim hoc ſolum dixit: *Defecit anima mea*; ſed, *defecit in ſalutare tuum.* Itaque ut de uſu capiamus exemplum, ſi verbi gratia, dicamus: Defecit ille in illam, videtur exprimi hoc verbo, quod totus in mulieris deſiderium cupiditate tranſierit. Et quidquid eſt quod vehementer expetimus, niſi ejus maturiorem habeamus effectum, id nos videtur longa quadam intenſione laſſare. Amor impatiens die nocteque meretricias fores pulſans, ſi diutius potiendi deſideria differantur, ipſa deficit exſpectatione, dum ſperat: in quo utique non finis amoris, ſed incrementum eſt. Et quidquid eſt deſiderabile, ſi non contingat deſideranti, deficit in illud, & quaſi ipſam deponit animam qui deſiderat. Si tamen ſpes propior adſurgat, dat vires ſpes proxima: ſi autem abſentia ſit dilecti, eo ipſo quod abſentem deſiderat, qui concupivit, animæ ſuæ patitur defectionem. Itaque quanto longius eſt iſtud quod deſideratur, tanto magis deficit qui deſiderat. Id eſt ergo deficere; unumquemque in id toris ſtudiis migrare quod diligat. Illud cogitat, illi adhæret, illud perſonat, quod receperit diligendum, in id quadam animæ defectione transfunditur; ut ſi mater filii exſpectet præſentiam, quemadmodum exſpectabat Tobiæ uxor filium peregrinantem, deficiens à deſiderio, & in anguſtiis conſtituta, & tamquam reſoluta viribus. Quid enim aliud niſi defectum quemdam ejus verba ſignificant? Sed quo magis laſſatur affectus, eo amplius amor creſcit: & quo diutius abeſt qui deſideratur, eo exſpectantis deſideria majore quadam vi amoris igneſcunt. Caro deficit, ſed cupiditas alitur & augetur.

℣. 81. *Tob. 10. 3. 4. & ſeq.*

4. Hinc ergo colligere poſſumus quid ſit: *Defecit in ſalutare tuum anima mea.* Etenim ſpiritui adhærens anima deficit ab eo quod eſt anima, & fit unus ſpiritus; quoniam *qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt.* Itaque ſanctus & timens Deum, neſcit aliud deſiderare, niſi ſalutare Dei, quod eſt Chriſtus Jeſus. Illum concupiſcit, illum deſiderat, in illum totis intendit viribus, illum gremio mentis fovet, illi ſe aperit & effundit: & hoc ſolum veretur, ne illum poſſit amittere. Itaque quanto majore deſiderio exercitata fuerit anima cupiens adhærere ſalutari ſuo, tanto magis deficit. Ergo iſta defectio imminutionem quidem fragilitatis, ſed adſumtionem virtutis operatur. Denique ipſe alibi dicens: *Sitivit in te anima mea*; ſubjecit infra: *Adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.* Qui enim ſitit, cupit ſemper adhærere fonti, nec aliud ſibi niſi aquam expetere & contingere videtur, ut ipſo paſcatur affectu. [a] Suſcipiens ergo dextera animam meam, & de ſuo virtutem impartiens, facit eam eſſe quod non erat, ut dicat: *Vivo autem jam non ego, vivit autem in me Chriſtus.* Diſce autem etiam exemplo defectionem iſtam nimiæ eſſe cupiditatis. *Concupiſcit*, inquit, *& deficit anima mea in atria Domini.* Ante concupiſcens inquit, & quaſi totam ſe effundens in concupiſcentiam, longo fune ſuſpenſa defectione diſſolvitur. Denique quomodo deficiat anima in ſalutare Dei, Hieremias docet. *Et factum eſt*, inquit, *in corde meo ut ignis ardens, flammans in oſſibus meis, & diſſolutus ſum undique, & ferre non poſſum.* Hoc igitur inflammatus deſiderio, ait David: *Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſperavi.*

1. Cor. 6. 17. *Pſal. 62. 2.* *Ibidem. 9.* *Galat. 2. 20.* *Pſal. 83. 3.* *Hier. 20. 9.*

5. Recte ſperavi dixit in verbum; ante enim ſpes præcedit, & ideo ſequitur defectio. Speravit autem in verbum quod prædicatum eſt eſſe venturum, quod poteſt intelligi de Deo Verbo. Aut certe in verbum ſperavit, qui verbo cæleſti credidit, quo domini noſtri Jeſu Chriſti annuntiatur adventus, vel quo ejus gloria declaratur. Ergo Propheta conſiderans quæ legerat, & cernens quod cùm adeſſet corpori, velut quibuſdam ligatus vinculis hujus vitæ, aberat à ſalutare Dei, concupiſcebat, deſiderabat, deficiebat, & toto diſſolvebatur affectu; ut totus illius fieret quod deſiderabat, ſicut etiam in poſterioribus ipſe dicit: *Effundo in conſpectu ejus orationem meam, tribulationem meam ante ipſum pronuntio, in deficiendo ex me ſpiritum meum.* Defecit enim ejus ſpiritus, immo ab eo deficit ſpiritus ſuus, qui ſe ipſum negat, ut adhæreat Chriſto. Unde ſemitæ ejus cognoſcuntur à Domino; quia non ſunt carnis, ſed Chriſti ſemitæ.

Pſal. 141. 3. & 4.

6. Etenim requirentium Deum via Chriſtus eſt. Et nos igitur illud concupiſcamus æternum, illud ſalutare Dei: non concupiſcamus pecuniam,

a. Edit. omnes: *Suſcipiens ergo me Dei dextera, anima mea tabeſcens, & de ſua virtute mihi impartiens.* Mſſ. vero nobiſcum faciunt, excepto quod nonnulli ultima verba habent ſicut edit. *de ſua virtute mihi impartiens.*

quam

quam avariſſimi concupiſcunt, non concupiſca- A mus alienæ uxoris decorem, non ambitionis exagitemur deſiderio, non ſæculari intendamus gloriæ, non fallacis circumſcriptionis ſtudiis occupemur, noo proximum circumvenire iniquitate cupiamus, noo poſtremo partes vulpium ſimus in terrenæ voluptatis interiora demerſi, tamquam exſules æternorum, & de illa ſupernæ ſpei præſumtioue dejecti. Adtollat igitur ſe anima noſtra deficieos viribus ſuis, ut adhæreat ſalutari Dei, qui eſt Chriſtus dominus Jeſus, quod interpreta- B tione dicitur Domini ſalus. Ipſe eſt enim ſalus, veritas, virtus atque ſapientia. Qui igitur deficit ſibi, ut virtuti adhæreat, amittit quod ſuum eſt, accipit quod æternum eſt.

℣. 81. 7. Sequitur: *Defecerunt oculi mei in verbum tuum,*
a *dicentes: Quando conſolaberis me?* [a] Supra eſt ὀρεκτικὸν, hîc θεωρητικόν: ibi in ſalutare deficit anima, eo quod concupiſcit eum, cujus Paſſione ſervata eſt: hîc in verbum Domini Propheræ oculi defecerunt Et videamus ne quemadmodum illic ad- C hærens Chriſto anima deficit io uoum ſpiritum, & fit unus ſpiritus; ita & deficiant oculi, ut fiat una mens. Oculi enim mentis iſti ſuot oculi, ſcilicet interioris hominis, non hi oculi qui miniſterio
b funguntur obtutus. [b] Eſt enim oculus & mens, carnis: ſed ille cæcus eſt oculus, qui non videt quæ divina ſunt, qui fruſtra mente carnis inflatus eſt. Eſt & alius oculus, ſenſus Chriſti, qoo Eccleſia vi-
Cant. 4. 9. det Chriſtum; ſicut ipſe dicit ad Sponſam: *Corde nos cepiſti uno ab oculis tuis.* Merito uno oculo D Chriſtus videtur; quia non videtur oculo carnali: aut quia duos oculos habens Eccleſia, moralem & myſticum, fidei oculo plus videt Chriſtum. Myſticus enim oculus acutior eſt, moralis dulcior.

8. Et fortaſſe iſti oculi ſunt, quibus Paulus videbat æterna, ubi cœpit corporalia oon videre. Denique qui Chriſtum oon videbat, priuſquam oculos amitteret, vidit eum poſteaquam viſum
Act. 9. 5. amiſit oculorum. Vidit enim qui dixit: *Quis es* E *Domine?* Videbat utique Chriſtum, quem etiam
Ibidem. 6. Dominum fatebatur. Et infra: *Domine,* inquit, *quid me vis facere?* Non ergo videbat eum, cujus exſpectabat imperium? Quibus igitur oculis videre Paulus plus cœpit, niſi iis quos nobis ipſe
1. Cor. 14 15. mooſtravit, dicens: *Orabo ſpiritu, orabo & mente?*
Act. 22. 17. & 18. Denique ut ſcias quia vidit orando: *Factum eſt,* inquit, *revertenti mihi in Hieruſalem, cùm orarem in templo, pavorem habui, vidi illum dicentem mihi: Feſtina, & exi citius de Hieruſalem; non enim recipient teſtimonium tuum de me.* F Iſti ergo oculi in verbum Dei deficiunt, & dicunt: *Quando conſolaberis me?* Iſtis oculis prophetæ dicebantur Videotes; quia per revelationem ea quæ erant abſcondita, mente cernebant.

9. Quid eſt oculos deficere? De corporalibus dicamus, ut intelligamus de ſpiritalibus. Noone quando aliquem deſideramus, & ſperamus adfore, eo dirigimus oculos, unde ſperamus eſſe venturum? Itaque contenti diu quotidiana exſpec- A tatione deficimus. Sic Anna circumſpiciens in Tob. 10. 7. viam, ſollicitis adventum filii explorabat excubis. Sic David propheta, [c] currentem de prælio, c
1. Reg. 18. 24. poſitis in turre exploratoribus, interrogare de ſalute filii pater ſedulus geſtiebat. Sic teneræ uxor ætatis de ſpecula littorali, indefeſſa exſpectatione viri præſtolatur adventum; ut quamcumque navim viderit, illic putet conjugem navigare, metuatque ne videndi gratiam dilecti alius antevertat, nec ipſa poſſit prima dicere: Video te, marite;
B ſicut Anna dicebat ad filium: *Video te, fili, amodo libentius moriar;* Tob. 11. 8. mortis videlicet dolorem exoptati conſpectus ſuavitate non ſentiens. Ergo ut illa quæ advenieoti viro ſe optat offerre, ablegatis omnibus domeſticis occupationibus, ſemitas viantis aut pedum veſtigia legit: ſic Propheta curis exutus ſæcularibus, interiorum oculorum in verbum Dei pervigil cuſtos uſque ad defectionem ſui intendebat obtutus, corpus ſuum redigens ſervituti, & animam ſuam ad humilitatis pa-
C tientiam araneæ modo tabeſcentis erudiens. Deſiderabat enim ſicut cervus footes aquarum, & ſitiebat in dominum Deum ſuum, cupiens ejus videre præſentiam, & apparere ante faciem Dei, nimioque deſiderio & vehementi cupiditate deficiens, tunc ſe habiliorem ũs quæ de Domino poſcerit, impetrandis propheticâ gratiâ præſumebat. Et oos igitur intendamus cor noſtrum, ut poſſimus intelligere ſeries Scripturarum, & verbum nobis venire à Domino poſtulemus, atque
D intellectum dari. Si quis de looginquo Verbum Dei obtutu mentis adſpexerit, nondum planum atque diſtinctum, is velut quibuſdam oculis interioribus Verbi navigium appropinquare animæ ſuæ cernit. Quo autem expreſſius videre cœperit, eo magis quaſi ad portum veritatis feſtinat accedere, ut ſit proximus invehendæ.

10. Defecerunt ergo oculi Prophetæ in verbum Dei, dicentes: *Quando conſolaberis me?* Si oculi iſti ſignificati ſunt, quibus cernimus & videmus,
E dicere debuerunt: Quaodo conſolaberis nos; hoc eſt, non ſingulariter, ſed pluraliter? Sed quia oculus mentis & oculus carois unus oculus fiunt, & tunc homo conſolatiooe fulcitur, cùm caro & mens diverſa non cupiunt, ſed unum deſideraut, unum requirunt; ideo inteoti ad eum, qui ait: *Ego* Iohan. 10.
& Pater unum ſumus, iſti quoque oculi unum ſe 30.
eſſe confitentur; quia uno atque eodem deſiderio officioque funguntur.

11. Deficiebat ergo in verbum Propheta. Nos
F autem otioſos nos putamus, ſi verbo tantummodo ſtudere videamur: & pluris æſtimamus eos qui operantur, quam eos qui ſtudium cognoſcendæ divinitatis exercent. Dicunt enim plerique: Ecce homo & opera ejus. Quaſi vero qui verbo ſtudeat, non operetur; cùm majus opus iſtud quam cetera ſint. Si enim opus juſtitia eſt, ſi opus temperaotia, ſi opus fortitudo: utique opus eſt etiam ſapientia; iſtæ enim quatuor principales virtutes habentur. Nam ſi operatur Chriſtus ſecundùm quod juſtitia eſt, utique operatur ſecundùm quod

a. Omnes edit. *Supra ὀρεκτικῶ, hic θεωρητικῶ.* Contra mſſ fere ad unum in emendationem noſtram conſentiunt.

b. Rom. edit. ſola, *Eſt enim oculus & mentis, & carnis.* Bonus ſenſus ſi per ſe ac ſeorſim ſpectetur. Sed eum non convenire huic loco, non ſolum aliarum edit. ac mſſ. conſenſus evincit; verum etiam confirmant voces, quæ ſequuntur, *qui fruſtra mente carnis inflatus eſt.* Intellige igitur mentem carnis etiam oculi vocabulo poſſe nominari, ſed oculum illum cæcum ac ſuperbum eſſe

c. Ita ſcripti cod. Editi vero, *currente de prælio uno poſt alterum qui nuntiaret, poſitis* &c. Qui autem ſequentem comparationem ac epiſtolæ Phillidos Ovidianæ finem inter ſe contulerit, non ægre fatebitur eò reſpexiſſe noſtrum Ambroſium.

vere non poſſumus Deo; quia inimica eſt Deo carnalis iſta ſapientia, & vita ſæcularis.

ỳ. 24. 16. Sequitur verſus quartus: *Quot ſunt dies ſervi tui? Quando facies mihi de perſequentibus me judicium?* Poteſt ſic accipi: *Quot ſunt dies ſervi tui*, quaſi dicat: Quanti ſunt dies humani, quantum tempus, quantum ſpatium? Cur invidetur tam brevi vitæ; ne tranquillo curſu iſtius ſæculi perfruamur? Cur in brevi ſpatio tam multi perſequentium nos laquei tenduntur? Adſit jam judicium, in quo pœna eſt perfidorum, in quo perſecutoribus digna impietatis ſuæ pretia redduntur. Vel ſic: Quouſque inſultare poterunt, quouſque inquietare, qui nos diverſis modis quærunt affligere? Non ſerus erit terminus; etenim quaſi Propheta celeritatem tranſcurrendæ iſtius vitæ non annorum, ſed dierum æſtimatione ſubducit, dicens: *Quot ſunt dies ſervi tui?* Et bene dies dixit; ut non ſolum moras annuas prophetica viſione tranſcurreret: verum etiam ſplendidum ſibi vitæ hujus curriculum virtutum lumine declararet. Meritoque ſecurus ait: *Quando facies mihi de perſequentibus me judicium?* Mihi, inquit, judicium de perſequentibus facies, non de me perſequentibus judicium dabis; quoniam non reſurgunt impii in judicio. Sed mihi, inquit, da judicium; ut cùm remuneras innocentiam, fidem provehis, miſericordiam coronas, impii perſecutores [a] meritorum præmiis propheticorum judicentur.

17. Non abſurdum etiam illud, ut quia breves dies & pauci ſunt iſtius vitæ, non diutius gratiam ſuam Dominus circa Prophetam ſuum differat: ſed ipſi judicium de perſequentibus faciat. Nam hic quoque judicium eſt de perſecutoribus; ſiquidem qui non credit in Chriſto, jam judicatus eſt. Judicium autem hoc eſt, quod dedit ſervulis ſuis dominus Jeſus dicens: *Habebitis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* (Luc. 10. 19.) Et verum judicium, in quo torquetur inimicus, ſicut ipſe confeſſus eſt dicens: *Quid . . . . veniſti ante tempus torquere nos?* (Matth. 8. 29.)

18. Hoc ergo depoſcit virtutum ſtabilitate fundatus Propheta, ut ſubjiciatur ſibi non homo, ſed ille qui locum ſibi in homine vindicavit. Unde & Apoſtolus ipſum magis in hominis peccato putavit eſſe damnandum, ipſum ſubjiciendum, de quo ait: *Conterat Deus ſatanam ſub pedibus veſtris cito.* (Rom. 16. 20.) Ex hoc ergo perſecutore judicium ſibi fieri geſtit; ut fidei propheticæ veſtigiis adverſarius conteratur, & comminuat eum ſub pedibus ſuis Propheta [b] ſicut pulverem: & in hac corporis ſui militia conſtitutus, quamvis dies vitæ breves ſint; triumphum tamen de adverſario adipiſcatur, quo reformati hominis in veterem gratiam, quem ante delictorum vinculis tenebat adſtrictum, & ferventis libidinis laſſabat æſtu, libertatem ingemiſcat, poteſtatem ſentiat. Subjectus eſt igitur adverſarius ſecundum Domini ſententiam. Etenim dominus Jeſus veniens in hunc mundum per Virginis partum ſubjecit animæ noſtræ omnes contrarias poteſtates; ut fide tua, verbo tuo, converſatione tua, & operibus conterantur. Si ergo non conteris adverſarium, tua culpa eſt, qui permiſſa non uteris poteſtate. In nobis eſt igitur, ut aut ſubjiciatur adverſarius, aut reſultet. Si enim actus noſter diſpliceat, incipit adverſarius ſuperbire: ſi autem bonis inhæreamus operibus, exerceamus ſtudia caſtitatis, juſtitiæ, continentiæ, calcamus ſerpentem, & ſcorpionem. Calcamus enim illum pedibus caſtitatis; [c] conterimus & ſcorpionem, ne poſſit excutere: calcamus continentiæ veſtigiis, verecundiæ, juſtitiæque greſſibus. Poſſumus ergo & in hac brevi vita triumphum de adverſariis habere perpetuum.

19. Sequitur verſus quintus: *Narraverunt mihi injuſti exercitationes, ſed non ſicut lex tua, Domine.* ỳ. 25. Bene optat judicium ſibi fieri de perſequentibus, qui non ſolum opera juſti impedire, verumetiam fidem ſuperflua narratione ſubvertere conati ſunt. Etenim quaſi fabulæ cujuſdam nænias narratas ſibi dicit ἀδολεσχίας, hoc eſt, ſuperfluas loquacitates. Narratores enim ſuperflui, ſicut hirundines, diſputationis ſuavitatem nativæ loquacitatis continuatione corrumpunt, ut Ariſtotelis ſententia eſt.

20. Superflua igitur loquitur hæreticus, qui non loquitur veritatem, non loquitur ſecundum legem. Qui autem fundatus in lege eſt, novit à veris falſa diſcernere: ſpiritalis eruditione doctrinæ, hæretica ab Evangelicis dogmata ſeparare. Ideoque ne multi decipiantur, jubetur à Domino tacere peccator: *Peccatori enim dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas?* (Pſal. 49. 17.) Conticeſcat igitur perfidia, quæ tramitem veritatis tenere non novit, quæ Dei præcepta non ſervat. Cur enim per os ſuum adſumunt peccatores Evangelium veritatis, in quorum ore veritas non eſt? Omnia autem præcepta Dei veritas, Chriſtus autem veritas. Non ergo eſt Chriſtus in diſputationibus perfidorum, qui dicit perfido: *Os tuum abundavit nequitiâ, & lingua tua concinnavit dolum*; (Ibidem 20.) lingua enim quæ vult adſtruere mendacium, dolum utique nectit adſertis. Sed hujuſmodi fur eſt, & cum fure concurrens. Multi enim fures ſunt, qui verbum Dei non ad utilitatem ſuam furantur & rapiunt, ſed ad fraudem: & patrimonium quoddam cæleſtium ſcripturarum in ſua furta detorquent, adulterina ſibi compendia colligentes, dolo magis quam veritate quæſita. Sed hi ſunt qui miſcent aquam vino, tamquam caupones peſſimi, adulterantes ſermonem Dei, & inſincerum proferentes quidquid perfido & tamquam ebrio ore depromſerint; & ideo aliena loquuntur à lege. Unde eos bene Propheta refugit atque reprehendit, ſciens quid præſcripto legis acceperit.

21. Recte ergo ait ſequenti verſiculo: *Omnia præcepta tua veritas: injuſte perſecuti ſunt me, adjuva me.* ỳ. 26. Quaſi bonus miles bella non refugit, nec conflictus quamvis gravium præliorum bellator paveſcit adſuetus: ſed fidelis & providus adſpirare ſibi divinitus orat auxilia, & piæ devotionis fidelia ſibi adjumenta depoſcit. Ideoque non petit ut perſecutiones quieſcant: ſed in perſecutionibus ſe poſtulat adjuvari. Sciebat enim quod um-

a. Rom. edit. *meritorum pœnis.* Sed omnino cum aliis atque omnibus mſſ. legendum, *meritorum præmiis*; hæc enim ſunt remuneratio innocentiæ, provectio fidei, miſericordiæ coronatio.

b. Poſt vocem, *pulverem*, in ſola Rom. edit. ſubjungitur, *ante faciem venti*.

c Ita cuncti mſſ ac vet edit. niſi quod Reg. pro *excutere*, legit *exſurgere*. At Rom. edit. verba ſic invertit, *conterimus & ſcorpionem continentiæ veſtigiis, verecundiæ, juſtitiæque greſſibus, ne poſſit excutere. Poſſumus &c.*

nes qui volunt pie vivere in Chriſto Jeſu, perſecutiones patiuntur. Mavult ergo perſecutiones pati; ut pie vivere in Chriſto poſſit. Et bene non unam perſecutionem, ſed multas perſecutiones dixit, nec expreſſit vocabula perſequentium; quia multi perſecutores, non ſolum quos videmus, ſed etiam quos non videmus. Perſequuntur nequitiæ ſpiritales, perſequitur hæreticus, Judæus, gentilis. Omnes ergo ſub perſecutoribus, qui volunt pie vivere; quia ubi multi perſecutores, nullum à perſecutionibus vacat tempus pie vivere geſtienti. Et fortaſſe cùm perſecutiones non patimur, tamquam condemnati habemur; quia nequaquam pie vivere velimus in Chriſto. 2. Tim 3. 12. Nam utique cùm ſit definita ſententia, quod *Omnes qui volunt pie vivere in Chriſto Jeſu, perſecutiones patiuntur*, videtur is qui perſecutiones non patitur, abdicatus, quòd non ſit piæ intentionis in Chriſto; devotionem etenim fidei prælia perſequuntur. Si deſint certamina, vereor ne deeſſe Johan. 15. 20. videatur, qui certare deſideret. *Omnia*, inquit, *præcepta tua veritas*. Quæ præcepta niſi illa: *Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur?* Hæc præcepta David, anterior licet Incarnationis ſacramento, jam tamen audiebat in ſpiritu: & quaſi Chriſti diſcipulus non ſubtrahebat ſe paſſionibus, ſed certaminibus offerebat: ſciebat hoc ſibi ad gloriam fructuoſum, hoc ad cuſtodiam ſalutis tutum; ut frequentibus exercitiis juſti pietas confirmaretur. CITO ENIM fides inexercitata langueſcit, & crebris otioſa tentatur incommodis. Remiſſas excubias callidus inſidiator irrumpit: adſuetum autem bello virum externa fraus inſtruit, & ad glorioſæ provehit palmam victoriæ. Pax ergo, fidei corruptelæ materia eſt.

22. Quam pulcre nobis perſecutionis proceſſere tempora. Intentus erat ſicut mendicus intimæ ad Deum mentis affectus: illi adhærebat, nec ullas cogitationes obſtrepentes ſibi precantis animus ſentiebat: totis viſceribus fundebatur oratio, & quidam miſcebatur ſermo cum Domino: quotidiana meditatio habebat jam contemtum periculi, & uſum calcandæ mortis receperat. Quòd amiſimus exercitium, tentant otia, quos bella non fregerant. Periculoſa igitur & pacis otia. In pace plures perſecutiones eſſe cœperunt. Nullus erat tempore perſecutionis adulator, qui callida mentem adulatione tentaret. Non vacabat animo corporis delectatione diſſolvi, & hujuſmodi quæ ſecundis rebus excitari Act. 5. 41. ſolent, admittere paſſiones. Ideo Apoſtoli cùm cæderentur, includerentur, exſultabant quòd illis injuriis æternæ gloriæ meritum lucrabantur, qui digni fuerant pro Chriſti nomine injurias ſuſtinere. Non illis erat cura de patrimonio, ſtudium de poteſtatibus & honoribus, non de prælatione, quæ etiam juſtos exagitare conſuevit: ſed ille ſe præferri putabat, qui eſſet pluribus verberibus [a] flagellatus.

23. Merito ergò David occaſiones expetit triumphandi, & certandi copiam pro devotionis eruditione non metuit, qui noverat perſecutiones iniquorum proficere ad incrementa virtutis. Non enim dixit: Quia perſecutiones patior, adjuva me: ſed, *Injuſte*, inquit, *perſecuti ſunt me, adjuva me.* Poteſt enim quis & perſecutiones pati, ſed non injuſte; quia eſt etiam juſta perſecutio, ſi oderimus obſcœnos, ſi infeſti ſimus injuſtis, ſi iniquos velimus opprimere, ne pluribus noceant, ſi avarum fraudis ſuæ compendiis exuamus, ſi exſecremur inſolentiam ſuperborum. Qui autem pro fide, pro juſtitia, pro caſtitate perſecutionem patitur, bene is dicit: *Injuſte perſecuti ſunt me, adjuva me.*

24. Sequitur verſus ſeptimus: *Paulominus conſummaverunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.* ℣. 87 Non ſuperfluò divinum quæſivit auxilium, qui ſciebat ſibi adverſus fortes eſſe certamen, pluraque ſibi prælia præparata dimicaturo nunc adverſus nequitias ſpiritales, quæ ſunt in cæleſtibus, nunc adverſus calorem ſanguinis, & innumeras corporis hujus illecebras, quarum nexu vario & diuturna colluctatione laſſatus pudendo corruiſſet certamine, niſi fidei ſe radice tenuiſſet. Diſcamus cavere quem gerimus, hic nobis hoſtis domeſticus, hic inimicus gravis eſt noſtri ipſius uſus corporis. Inflammatur vino, ardet libidine, decore mulieris occurſantis accenditur, ſpe alitur, deſperatione uritur, illecebris exuritur, non evaporat effectu, timore turbatur, metu frangitur, luxuria mollitur, laſcivia diſſolvitur, labore afficitur, ſollicitudine fatigatur, paſſione conteritur. Miraris ſi inter tot adverſarias paſſionum vices ſe etiam juſtus tenere vix poſſit, cùm impares ſimus etiam ſingularum certamini? Quem vel ſola libido non vindicet, quem non ſubjuget avaritia, quem formido non quatiat, quem luxuria non enervet, quem laſcivia non emolliat, quem non ſupplantet ebrietas?

25. Quaſi conſcius igitur carnalis infirmitatis, & explorator perſecutionis hoſtilis, dicit: *Paulominus conſummaverunt me in terra.* In hac utique terra, in qua Adam primus corruit, & pudenda Gen. 3 17. prolapſione dejectus, totius greſſum futuræ poſteritatis inflexit. In hac terra, in qua Cain munera fraterna dolens ſuis eſſe prælata, ruinâ eſt ſtratus invidiæ. Denique vox fraterni ſanguinis cla- Gen. 4. 10. mavit à terra. In hac terra Noe ſanctus quem to- Gen 9. 21. & 22. tius orbis diluvia in tantis procellis & fluctibus pervigilem probaverunt, ubi tamen otioſo curas laxavit corpore, ſomnum ebrietatis [b] offendit, contumeliam paternæ pietatis incurrit, docens periculoſa otia ſecuræ eſſe virtuti. In hac terra Gen. 19. 32. & ſeq. Lot reverendi parentis imitator, quem non luxuriantis Sodomitanæ plebis decoloravit impuritas, non flamma Sodomæ ardentis involvit, venialibis quidem ignorantiæ, pudendæ tamen commixtionis non evaſit inceſtum. Uritur iſte flammis mulierum, quem ſulphurea flamma non uſſit.

26. In hac terra etiam David propemodum conſummatum ſe eſſe dixit. Siquidem pene motos Pſal 72. 2. & ſeq. pedes ſuos & greſſus ſuos paulominus ſenſit effuſos: quia divitias ſæculares & ſucceſſus corporalium proſperorum loco beatitudinis æſtimavit peccatoribus abundare. Propter quod etiam flagellatus eſt: ſed flagella juſto remedia ſalutis ſunt.

a. Voci, *flagellatus*, Cod Aud. & unus Nav adjiciunt: *Time ergo qui ſemper vis eſſe prælatus*. Sed illud gloſſema eſſe quivis facilè judicaverit.

b. Omnes edit. *offendit*, [*quando mediaſtino filio delirante*] *contumeliam* &c. Verum quæ includuntur uncinis, prorſus in nullis cod. reperiuntur.

Heb. 12. 6. *Caſtigat* enim *Dominus omnem filium quem recipit.* A Unde etiam David converſus ad Domini caritatem, atque in ejus eruditus præceptis, non ignorans quod caducis caduca fortuito quodam deferantur eventu, & quia non divitiarum abundantiâ, ſed virtutum gratiâ vitæ probabilis merita penſantur, dilexit magis quam dereliquit mandata Dei, quibus ſolis potuit ingruentes nequitias ſpiritales, & inſurgentes hujus corporis appetitus in hac tam fragilis naturæ infirmitate ſuperare. Magna igitur virtus, quæ ſub tantis perſe- B cutionibus conſtituta, & pene oppreſſa; tamen ſuum non eſt oblita præſidium, nec mandata Domini dereliquit.

27. Ideo quia ſolum ſibi Deum profuiſſe cognovit, preces ad Dominum dirigens, ait verſu

℣ 88. ſequenti: *Secundum miſericordiam tuam vivifica*
ſup. ℣. 37. *me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.* Quam vivificationem ſui poſtulet, ſupra diximus; quia non id precatus eſt quod habebat, ſed quod deſiderabat, id eſt, ut viveret in æternum, intelligens vitæ bea- C titudinem in hoc fluctuanti, & infido nobis corpore eſſe non poſſe, cujus imbecillitas propoſitum animæ derelinquat. Opus eſt ergo miſericordia Dei, ut continua & perpetua ſit in hoc corpore vivificatio; ut quotidie juſtus Deo vivat, peccatoque moriatur. Si enim culpa moriatur in nobis, erit vita Deo vivens, & cuſtodia præceptorum cæleſtium perſeverans, quam utique ille cuſtodit, qui vivificatur à Domino.

28. Denique vivificari ſe ante poſcit à Do- D mino, & poſtea cuſtodiam teſtimoniorum cæleſtium pollicetur; non enim communis hæc vita cuſtodit cæleſte mandatum, ſed illa quæ munere fulcitur æterno per operationem gratiæ ſpiritalis. Poſſumus etiam ſic intelligere: quia jam Propheta quæ erant Legis agnoverat, optat adventus Dominici miſericordiam, ut accipiat præcepta, quibus Lex adimpleatur, ut non ſolum adulterium ſciret eſſe vitandum, ſed etiam concupiſcentiam adulterii declinandam. Os enim Patris E

Matth. 5. 28. Jeſus dominus locutus eſt in Evangelio, eum qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, in corde ſuo adulterium perpetraſſe. Quantum Evangelio profecerunt ſtudia caſtitatis, quo non ſolum turpioris facti, ſed etiam ſtudii degeneris ablegatur opprobrium!

29. Qui ſunt autem de quibus dicit quod panlominus conſummaverunt eum in terra, niſi perſecutores? De quorum uno ait Dominus Jeſus:

Luc. 13. 32. *Ite, dicite vulpi illi,* hoc eſt, de Herode. Et alibi cùm F

Matth. 8. 20. ſe fraudulenter interrogari adverteret, dixit: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos ubi requieſcant;* eo quod fraudulenter in terreſtrium paſſionum quibuſdam laribulis demorentur. Unde

Judic. 15. 4. & 5. etiam Samſon binas vulpes ſibi nexuit, ad quarum caudas alligavit faces, & dimiſit eas per meſſes allophylorum: per hanc figuram ſignificans quod improbi ac fraudulenti homines, & maxime hæretici, liberam linguam habeant ad latran-

a dum, ſed exitus impeditos: [a] aut litigioſa principia, finem verò fraudis ſuæ incendio deputatum. Ideoque & trecentas vulpes dimiſit, eo quod per-

a Sic mſſ. omnes. Contra vero edit. *aut religioſa principia.* Minus bene; licet enim religionis ſpeciem ſeceſſioni ſuæ obtendere ſoleant hæretici, non tamen abſolute dici debent, maxime in concione ad populum, eorum *religioſa principia.*

fidi crucis quidem ſe prædicatione commendare deſiderant, ſed myſterium ejus tenere non poſſunt, qui hac prædicatione compoſita & falſa atque ſimulata urere magis fructus conantur alienos; cùm utique vera crux Domini non exurat aliena merita, ſed fœcundet. Meritoque ſcriptum eſt in Canticis canticorum: *Prendite nobis vul-* Cant. 2. 15 *pes puſillas exterminantes vineas; ut vinea noſtra floreant.* Quo oſtenditur, quod vel dominus Jeſus, vel Eccleſia, fraudulentorum dolos à vineis ſuis exterminandos eſſe præcipiant; ne puſillulis vineis noceant, quia adultis jam vitibus nocere non poſſunt. HÆRETICUS enim imperfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplantare perfectum.

SERMO DUODECIMUS.

ל Lamed.

1. LAmed littera duodecima incipit, cujus interpretatio, *cor*, vel ut alia interpretatio habet, *ſervo.* Unde videtur admonere, vel prudenter hæc intelligenda, vel ſollicite ſervanda præcepta. Nam hoc primus ſtatim verſiculus admonet. Cor etenim ſibi mundum creari in ſuperioribus hic Propheta, ut legimus, poſtulavit. Cor ſibi Pſal. 50. 12. prudens dari oravit à Domino filius hujus Salo- 3. Reg. 9. 9. mon. Qui ergo habet cor mundum, qui habet cor prudens, ipſe intelligit ſeriem ſubditorum verſuum, atque virtutem. Unde & alibi invenimus [b] cor ſolum, id eſt, vel ſingulare, vel quod b nulla illecebra hujus ſæculi impediat, & carnis poſſit interturbare ſapientia. Qui autem habet cor, ſervat mandata Dei: quemadmodum legiſti Luc. 2. 51. de Maria, quæ conſervabat omnia domini Salvatoris in corde ſuo vel dicta, vel geſta.

2. Circumcidamus ergo cor noſtrum: nihil corporeum, nihil vile quæramus: vile autem omne terrenum. Nihil ergo terrenum, nihil ſæculare, nihil corporeum, nihil leve atque mutabile in eloquiis conſtituamus cæleſtibus. *Eloquia* enim Pſal. 11. 7. *Domini, eloquia caſta;* ut his myſteriorum cæleſtium immaculata & pudica ſinceritas ſpiritali interpretatione reſplendeat. Non adulterina quadam opinione miſceamus terrena divinis, & illud inviolabile ſacramentum propheticæ viſionis, aut perennis oraculi naturæ noſtræ æſtimatione violemus. Ideo enim addidit: *Argentum igne exa-* Ibidem. *minatum, purgatum terra, probatum ſeptuplum;* ut tamquam boni nummularii ſpiritu examinemus prophetici ſermonis argentum, ſecernentes Domini pecuniam, atque ab omni labe terrena ſalutaris fontis infuſione purgantes; ut Chriſto digna ſentire videamur, qui ait: *Nolite theſaurizare vobis* Matth. 6. 19. & 20. *in terra, ubi ærugo & tinea exterminant... ſed theſaurizate vobis in cælo.*

3. Theſaurus tuus eſt fides, pietas, miſericordia: theſaurus tuus Chriſtus eſt. Noli eum æſtimare de terris, hoc eſt, de creaturis; quia Dominus totius creaturæ eſt. *Maledictus*, inquit, *homo* Hier. 17. 5. *qui ſpem habet in homine:* ſed mihi ſalus per hominem venit. Vide tamen quid Scriptura vetus dixerit: *Et homo eſt, & quis cognoſcet eum?* Ille igitur Ibidem 9. homo non humana mihi, ſed divina poteſtate

b Rom. edit. ſola, *cor unum, vel cor aliud, quod nulla* &c. Nimirum ut Ambroſii verba magis accederent ad illud Ezech. 11. 19. Καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν ἑτέραν. Sed bene vir ſanctus reſpexerit, non ita liquet.

omnia peccata donavit, Deus in corpore domi- A nus Jeſus, mundum reconcilians ſibi, quem redimebat à culpa.

4. Theſaurus noſter pretioſus intellectus eſt. Si terrenus intellectus fuerit, ſi fragilis, hæretica eum tinea, & impietatis ærugo conſumet. Levemus ergo & erigamus ſenſus noſtros, nec impoſſibile judicemus, ut hæc humani corporis infirmitas ad cognitionem myſteriorum cæleſtium provehatur; cùm jam ad nos dominus Jeſus, in quo abſconditi erant ſcientiæ ſapientiæque theſauri, B divina ſua miſeratione deſcenderit; ut clauſa reſeraret, aperiret latentia, revelaret occulta. Veni ergo, domine Jeſu, aperi nobis & illius prophetici ſermonis januam; multis enim clauſa eſt, etſi prima ſpecie aperta videatur.

ỳ. 89. 5. *In æternum*, inquit, *Domine, permanet verbum tuum in cælo.* Vides etiam in te permanere debere, quod etiam in cælo permanet ac perſeverat. Serva ergo verbum Dei, & ſerva in corde tuo, & ita ſerva, ne obliviſcaris. Serva legem Do- C mini, & meditare; ne juſtificationes Domini de tuo corde labantur. Docet te litteræ interpretatio, ut ſerves diligenter. Docet te Propheta in
Inf. ỳ. 92. & 93. ſubditis, dicens: *Niſi quia lex tua meditatio mea eſt, tunc forſitan periiſſem in humilitate mea. In æternum non obliviſcar juſtificationum tuarum.* Legis ergo meditatio facit, ut tempora tribulationis, tempora quibus humiliamur aliquibus adverſis, ſuſtinere & tolerare poſſimus; ut neque humiliato nimis, neque dejecto frangamur affectu. De- D nique Dominus non frangi nos humilitate uſque ad deſperationem vult, ſed uſque ad correptionem.

6. Unde & Hieremias propheta ſub hac lit-
Thren. 3. 34. & ſeq. tera in Threnis ait: *Ut humiliaret ſub pedibus omnes vinctos terræ, & declinaret judicium viri contra faciem Altiſſimi, ad condemnandum hominem, cùm*
a Ibidem. 38. *judicatur*, [a] *Dominus non dixit.* Et infra. *De ore Altiſſimi non exibunt mala.* Humilitas ergo quæ à Domino eſt, plena juſtitiæ, plena eſt æquitatis; E quia non exeunt mala de ore Domini. Denique
Pſal. 114. 6. qui humiliabatur à Domino, dicebat: *Humiliatus ſum, & ſalvum me fecit.*

7. Ergo ſicut prudenter conſiderandum eſt, quando humilitas à Domino ſit cauſa probationis, quando etiam ipſa ab homine inferendæ humilitatis impreſſio, quæ tamen ipſa ſolet patientiâ & magnanimitate tolerari: ita etiam ſapienter conſiderandum quid ſit, in æternum in cælo verbum Domini permanere: vel ſicut aliqui co- F dices habent, *in ſæculum*; quia græcus εἰς τὸν αἰῶνα poſuit, quod diverſe interpretati ſunt tranſlatores: Alii *in æternum*, alii *in ſæculum. In ſæculum* ergo *permanet, Domine, verbum tuum in cælo.*
Matth. 24. 35. Et quomodo ipſe dixiſti: *Cælum & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt?* In ſæculum permanet verbum, non ultra ſæculum & ſæcula; ſæcula enim temporis ſunt. Cælum ergo & terra, id eſt, illius mundi opera præteribunt, & tempora permanebunt. Alius qui ſpiritalis eſt, & dijudi- A cat verba legis: *In æternum*, inquit, *Domine, permanet verbum tuum in cælo.* Æternitas enim verbi manentis opinionem verbi prætereuntis excludit. Quomodo autem permanet verbum in cælo, ſi ipſum cælum præterit? Et quomodo poſſunt ſtare culmina, ſi cedant fundamenta? Aut quomodo poteſt permanere habitator in habitatione ſua, niſi & habitatio perſeveret? Sed fortè illud occurrat, quia ſcriptum eſt: *Erit cælum novum.* Ve- Eſai. 65. 17.
rùm nec ſic abſolubile; quia nec in hoc poteſt per- B manere quod præterit, nec illud poteſt dici manſiſſe, quod cœperit. Tinea intellectum tuum ſcindet, ſi putes verbum ſicut cælum, vel incipere, vel præterire.

8. Unde ſi virtutem prophetici ſenſus cognoſcere volumus, primùm in his quæ viſibilia & ſenſibilia ſunt, [b] ethicum conſideremus; ut ex eo quæ b
ſunt intelligibilia manifeſtemus. Si verbum Dei in cælo permanet, imitemur cælum ubi permanet verbum, permanet ordo ſolemnis cæleſtium C ſtatutorum, & beneficiorum Domini crebræ vices ſolemnibus muneribus perſeverant. Supernis nempe vel pluviis, vel calore, vel fotu aeris hujus infunditur terris atque alitur larga fœcunditas. Cælo annus labitur per dies, ac menſes, & tempora autumni atque hyemis, veris quoque & puræ digeſtus æſtatis. De cælo vitæ tuæ imaginem cape. Etiam quando non germinas fructum, ſere tamen ſemen ad fructum. Sunt ſemina quæ de cælo ſunt, & ſeruntur in terris. Eſt etiam ſuperna D vindemia, unde ait Propheta: *Serite vobis ad juſti-* Oſee. 10. 12.
tiam, vindemiate ad fructum. Et quando non florent opera tua, fove tamen ſemina tua, ne laſciviendo luxurient. Quod luxuriat in flore ſermonis, tenuatur & hebetatur in fructu. Fructus ipſos uſque ad maturitatem decoque.

9. Imitatores etiam ipſius cæleſtis ſimus elementi: non ſemper ſole fervet ardenti, frequenter nubibus texitur, pluviis vehementibus inhorreſcit, jactis nivibus tegit terram. Non ergo ſit in te E quoque diuturna laſcivia, ſuccedant mœſta ſenilium curarum tempora, & tamquam incana maturitas agrum hunc tui corporis reprimat. Utilior ſæpe triſtitia eſt, quæ comitem ſolet habere gravitatem. Numquid ulla in ipſo eſt ſole prævaricatio? Nonne quotidianos curſus ſuos ſervat? Numquid continuos novit luna defectus, & commiſſi munus deſerit miniſterii? Iiſdem nempe vicibus annus redit, eodem ſtatu reparantur tempora, iiſdem obſequiis reformantur. Sol diem F illuminat, tempora ſtatuta cuſtodiens. Fulget ſplendoribus luna nocturnis, & lux ejus in tenebris micat. Stellarum nitentium rutilat globus, ſolemnique ſtatione & converſione ac demutatione funguntur. Lex una diverſis, conſtitutorum ſemel vices curſuum cuſtodire, nec fines tranſire præſcriptos. Manet ipſa immutabilis demutatio, & converſio vertere ordinem ſuum neſcit. Una omnium obedientia, diſcretis muneribus indiſcretam præſcriptæ conſtitutionis tenere concordiam.

a. *Dominus non dixit*, quod habent edit. omnes, in mſſ. nonnullis prætermittitur: in majori autem numero ita legitur, *cùm judicatur Dominus. Nam dixit & infra* &c. Verum integritas ſenſus ac teſtimonii prophetici cum aliis, atque edit. facit.

b. Edit. vet. *& hic cum locum conſideremus.* Rom. *cum conſideremus.* Mſſ. nonnulli, *& hic cum loco conſideremus.* Alii verò ſequentes, ut in contextu. Et eam lectionem germanam eſſe illud confirmat, quod extemplo ad ſenſum moralem ſermo convertitur, à quo deinde tranſitus fit ad intelligibilem, ſeu myſticum. Porro hæc varietas non aliunde orta videtur, quàm ab ignorantia Amanuenſium qui unicam vocem *ethicum* in duas vel tres præpoſtere diviſerunt.

10. In cælo ergo permanet Verbum quia ſatanas de cælo cecidit: non babebat in cælo locum, propterea cecidit. Quo cecidit niſi in terras? Ideo hìc adulreria, bomicidia, ebrietates abundare cœpeſunt. Inde excluſus acrior ad nos venit, & tentationes ſolito aſperiores tamquam iratus exercet. In cælo igitur permanet Verbum; quia inde dejectus eſt diabolus: in terra non permanet; quia huc totus advenit. Et vide utrum hìc permanere Verbum poſſit in nobis, ubi tantos laqueos diabolus adſperſit, qui dum eſſet in cælo, nec ibi Verbum poterat permanere. Denique quia & ipſe Verbum non tenuit, cecidit è cælo.

11. In cælo ergo Verbum permanet, & quod ſecundùm Verbi diſpoſitionem regitur & gubernatur. Sed quia & ipſum cælum præterit, ideo non dixit in ſæcula permanere, ſed *in ſæculum*: quamquam prætereat, ut fiat novum cælum, & nova terra, novum teſtamentum; ut facie ad faciem gloriam Domini videre poſſimus.

12. Verumtamen quia & in cælo fuit vitiis locus (nam utique non cecidiſſet inde adverſarius, niſi in criminibus deprebenſus, nam & ſtultus ſicut luna mutatur, & cælum ipſum tenebris obducitur) videtur utique non de elemento dictum, ſed de Virtutibus Poteſtatibuſque cæleſtibus. Sunt enim ſanctæ Virtutes in cælo, in quibus nihil lubricum atque terrenum ſit. Sunt etiam in terris cæli, qui enarrant gloriam Dei. Qui ſunt iſti cæli?
1. Cor. 15. 49. Audi dicentem: *Sicut portavimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem hujus cæleſtis.* Iſti igitur ſunt cæli, qui etiam in terris poſiti audent
Philip. 3. 20. dicere: *Noſtra autem converſatio in cælis eſt.* Iſti ſunt cæli, in quibus fides, gravitas, continentia, doctrina, vita cæleſtis eſt. Nam quemadmodum terra dictus eſt, qui lapſus ex illa prævaricatione cæleſtis gratiæ, & in hæc terrena vitia dejectus, prævaricationis ſuæ ſe vinculis ligavit: ita è contrario cælum dicitur, qui vitam Angelorum cuſtodiâ integritatis exercet, & corpus ſuum continenti ſobrietate moderatur, mentem quoque ſuam miti tranquillitate componit, pecuniam pauperibus miſericordi liberalitate diſpenſat. Eſt ergo & in terris cælum, in quo poſſunt virtutes eſſe cæleſ-
Eſai. 66. 1. tes. *Cælum mihi thronus*, ego magis juſti affectum quam elementum intelligo. Illum puto cælum, ad cujus animam venit Chriſtus, & pulſat januam, & ſi aperueris, ingreditur. Nec ſolus ingreditur;
Johan. 14. 23. ſed etiam cum Patre, ſicut ipſe ait: *Ego & Pater veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*

13. Vides igitur quòd Verbum Deus & otioſum provocat, & dormientem excitat. Qui enim venit, & januam pulſat, vult ſemper intrare. Sed in nobis eſt quòd non ſemper ingreditur, non ſemper manet. Pateat advenienti janua tua, aperi animam tuam, expande gremium mentis tuæ; ut videat divitias ſimplicitatis, theſauros pacis, ſuavitatem gratiæ. Dilata cor tuum, occurre ſoli lucis æternæ, quæ illuminat omnem hominem. Et illud quidem verum lumen omnibus lucet: ſed ſi quis feneſtras ſuas clauſerit, æterno lumine ſe ipſe fraudabit. Excluditur ergo & Chriſtus, ſi tu mentis tuæ januam claudas: etſi poſſit intrare, non vult tamen importunus irruere, non vult invitos cogere. Ortus ex Virgine proceſſit ex alvo, univerſa totius orbis irradians; ut luceret

A omnibus. Capiunt, qui deſiderant fulgoris perpetui claritatem, quam nox nulla interpolat. Soli enim huic quem quotidie cernimus, nox tenebroſa ſuccedit: ſol autem juſtitiæ numquam occidit; quia ſapientiæ non ſuccedit malitia.

14. Beatus ergo ille, cujus pulſat januam Chriſtus. Janua noſtra fides eſt, quæ totam domum, ſi fuerit robuſta, communit. Per iſtam januam Chriſtus ingreditur. Unde & Eccleſia dicit in Canticis: *Vox fratris mei pulſat ad januam.* Audi Cant. 5. 2.
B pulſantem, audi introire cupientem: *Aperi mihi, ſoror mea Sponſa, columba mea, perfecta mea; quia caput meum repletum eſt rore, & crines mei guttis noctis.* Ibidem.
Conſidera quando maxime pulſat januam tuam Deus Verbum: cùm repletum eſt caput ejus rore nocturno. In tribulatione etenim & tentationibus poſitos viſitare dignatur, ne quis forte ſuccumbat victus ærumnis. Repletur ergo caput ejus rore, vel guttis, quando corpus ejus laborat. Tunc ergo vigilandum; ne cùm Sponſus venerit,
C recedat excluſus. Si enim dormias, & cor tuum non vigilet, diſcedit antequam pulſet: ſi cor tuum vigilet, pulſat, & aperiri ſibi januam poſcit. Habemus ergo animæ noſtræ januam, habemus & portas, de quibus dictum eſt: *Tollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Eſt ergo & cælum in his, in quibus portæ ſunt æternales. Si has fidei tuæ portas velis adtollere, intrabit ad te Rex gloriæ, triumphum portans propriæ paſſionis. Habet etiam juſtitia Pſal. 23. 7.
D portas. Nam etiam de his legimus ſcriptum, dicente domino Jeſu per Prophetam ſuum: *Aperite mihi portas juſtitiæ.* Et infra ait propheta David: *Lauda Hieruſalem Dominum: lauda Deum tuum, Sion; quoniam confortavit ſeras portarum tuarum.* Pſal. 117. 19. Pſal. 147. 12. & 13.

15. Eſt ergo anima quæ habet januam, eſt quæ habet portas. Ad hanc januam venit Chriſtus & pulſat: pulſat & portas. Aperi ergo illi: vult introire, vult Sponſam invenire vigilantem. Noli bono amatori facere moras, cito recedit: & tu
E ſomno corporis tui videris excluſiſſe pulſantem. Excludis enim eum, cùm deſidioſus es, cùm piger, cùm ſomnolentus: his repagulis Chriſtus excluditur; etſi caſtus, etſi ſobrius ſis, cave ne negligens ſis. Majorem Chriſto facit injuriam, qui advenientem repellit.

16. Nonnumquam etiam, ſi moraris, mittit manum ſuam per feneſtram, ſicut ait Sponſa: *Frater meus miſit manum ſuam de proſpectu, & venter meus conturbatus eſt ſuper eum. Exſurrexi ego aperire* Cant. 5. 4. & 5.
F *fratri meo. Manus meæ diſtillaverunt myrrham: digiti mei myrrha pleni.* Primum ergo tamquam à proſpectu mittit manum ſuam, quando Deus eſſe operibus æſtimatur. Unde ait: *Si mihi non creditis, vel operibus credite.* Deinde augetur amor, & intimis viſceribus conceptus inoleſcit. Inde intelligibili utero, in quo eſt receptaculum verbi, ſeminibus ejus infuſis, plenitudinem ejus corporaliter inhabitantem haurire anima noſtra deſiderat. Non enim turbatur uterus feminarum, niſi quæ fuerint alvo graves. Johan. 10. 38.

17. Surgit igitur anima, ut aperiat Dei Verbo, ſed dum ſe expandit atque aperit; ut opera mundi hujus verbi receptione mortificet, ſicut ille qui ait: *Mortificationem domini Ieſu in corpore noſtro circumferimus.* Ergo dum aperit, tranſivit Spon- 2. Cor. 4. 10.

ſus. Vult enim ſemper quæti, frequentius ioveniri: & ſi clauſam invenerit januam, pulſat: & ſi per moram fuerit excluſus, recedit. Sed cito redit, & iterum pulſat; ut vel poſtea Spooſam inveniat [*Cant. 5. 6.*] præparatam. Poteſt quidem & ſic accipi: *Frater meus tranſivit*, ſicut legimus, quòd penetravit dilectæ intima medullarum, & quemadmodum [*Luc. 2. 35.*] ad Mariam dictum eſt: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius; ut revelentur multorum cordium co-* [*Cant. 5. 6.*] *gitationes*. Deoique addidit Sponſa animam ſuam exiiſſe in verbo ejus, quod fit quando anima pere- B grinatur à corpore, & Deo præſens eſt.

18. Explanavimus igitur, ut potuimus, quid eſſet: *In æternum, Domine, permanet verbum tuum in cælo*. Poſſumus tamen & ſic intelligere, quia in cælo magis permanet io æternum, ubi Angeli & Archangeli, Cherubim & Seraphim; quoniam homines quamvis ſancti ſint, tamen affectus eorum ſæpe mutatur. Nunc gaudemus, cootinuò mœremus, iraſcimur, ingemiſcimus. Io ipſa pœ- [*2. Cor. 2. 7.*] nitentia non vult oos ſatis contriſtari Apoſto- C lus, ne triſtitia abſorbeamur. Ubi ergu iracuodia, ubi triſtitia gravis, non permaner ibi Verbum. Denique de ſolo domino Jeſu dictum eſt à Johan- [*Marc. 1. 10.*] ne, quia *Vidit .... Spiritum ſanctum deſcendentem de cælo ſicut columbam, & manentem ſuper eum*. Nam & prophetæ non ſemper prophetabant, ſed cùm [*2. Reg. 12. 5. & ſeq.*] infunderet his gratiam ſpiritus prophetandi. Deniquenec David præſcivit quid annuntiaret Nathan miſſus à Domino: & utique inferior Nathan propheta cognovit quod David præſtan- D tior neſciebat. Et alius dixit propheta: [*4. Reg. 4. 27.*] *Celavit me Dominus*. Unde & plerique accipiunt in cælo permanere Dei Verbum, in Poteſtatibus cæleſtibus, in quibus non ſunt affectuum varietates. Alii qui autem de ipſa accipiunt Trinitate, quæ ſola immutabilis ſit; & ideo in cælo permanet Ver- [*Johan. 14. 10.*] bum, id eſt, in Patre, quia Verbum dixit: *Ego in Patre, & Pater in me*.

[*ꝟ 90.*] 19. *In generationem & generationem veritas tua*. Multi ſunt qui dicuntur dii, ſed oon ſunt. Ergo E io gentibus mendacium eſt, in Eccleſia veritas. Haoc tamen veritatem habuit primo Synagoga, quæ habebat eloquia Dei; eſt enim veritas & in veteri Teſtamento, quæ fuit aote in populo Ju- [*Pſal. 75. 1.*] dæorum. *Notus* enim *in Judæa Deus*: Deus autem veritas eſt: ergo in Judæa veritas. Fuit igitur veritas in patribus, Moyſe, & Jeſu Nave, in Samuel, in David, Elia, Eliſæo, & in illis ſeptem millibus virorum, qui oon curvaveruot genua Baal. Sed quia poſterior ſoboles Judæorum à patrum mo- F ribus deviavit, receſſit ab illis veritas, & ad Eccleſiam venit. Receſſit enim ab illis, qnando di- [*Johan. 19. 15.*] xerunt de domino Jeſu: *Tolle, tolle, crucifige eum*; tradiderunt eoim veritatem, & elegerunt iniquitatem. Omnes ergo aliæ generationes veritatis exſortes, omnium hæreticorum generationes non tenent veritatem: ſola Eccleſia veritatem pio affectu poſſidet; quia generatio Judæorum, quæ ante eam poſſidebat, amiſit. Populus ergo Judæorum prior fidei generatio; & ideo infantior, & infirmior, qui lubrico adoleſcentiæ ſtare oon potuit: populus autem Chriſtianus fidei ſecunda generatio; ideo robuſtior, & venerabili maturior ſenectute. Illa generaoo Legis, hæc gratiæ. Unde & alibi ait: *In generationem & generationem an-* [*Pſal. 88. 2.*] *nuntiabunt veritatem tuam*.

20. Sequitur verſus tertius: *Fundaſti terram, & permanet. Diſpoſitione tua permanet dies*. Quomodo fuodaverit Deus terram Scriptura nos docuit, dicente Propheta: *Deus ſapientiâ fundavit terram:* [*Prov. 3. 19.*] *paravit autem cælos in intellectu*. Terra ergo tamquam fundamenrum eſt, in qua conſiſtimus; licet [a] ipſam in hemicyclo cæli eſſe, & is qui foris eſt ſermo concelebret, & Scriptura ſignificare videatur, dicente Job: *Suſpendens terram in nihilo*. [*Job. 26. 7.*] Includitur ergo orbe cæleſti; & ideo ſol noctibus non videtur, quia gyrando in inferiore invenitur orbis parte cæleſtis. Sed non eſt cura ſanctis axem cæli, & elementorum ſpatia philoſophico more, numeroſque deſcribere (quid enim hoc prodeſt ſaluti) quia ſancti ſpiritalibus ſemper intendunt, & vitæ æternæ profutura vel cogooſcere geſtiunt, vel docere.

21. Denique hunc locum pulcre nobis aperuit Eccleſiaſtes ſpiritalem eſſe, non materialem, dicens: *Quæ abundantia homini in omni labore ſuo quo* [*Eccle. 1. 3. & 4.*] *laborat ſub ſole? Generatio vadit, & generatio venit, & terra ſtat in ſæculum*; hoc eſt, quæ abundantia ſpiritali homini laboranti ſub ſole juſtitiæ? Et ſubjecit: *Generatio vadit, & generatio venit*. Vadit generatio, quia *divites eguerunt & eſurierunt*. Qui ante [*Pſal 33. 11.*] abundabant gratia, poſtea tamen propter perfidiam ſuam egere cœperunt. Qui autem pauperes erant populi natiooum, jam per fidem Chriſti ſatiantur & abundant, ſicut ſcriptum eſt: *Edent pau-* [*Pſal. 21. 27.*] *peres, & ſaturabuntur*. Audierunt enim dicentem: *Abundantes .... in omni verbo*, non in pecuniis uti- [*1. Cor. 1. 5.*] que, oon in auro & argento, ſed *in omni verbo*, [*Ibidem.*] inquit, *& cognitione*. Et alibi ait: *In divitiis ſim-* [*2. Cor. 8. 2.*] *plicitatis*. Hæ divitiæ ſunt ſalubres; nam copiæ ſæculares ſalutem adferre non poſſunt. Qui autem habuerit abundaotiam ſpiritalem, hujus terra fructifera ſtat in ſæculum, bene fundata radice virtutum, vel anima bonos utique germinans fructus, vel caro nullis cupiditatibus mobilis ad prolapſionem.

21. Hanc terram circuit ſol juſtitiæ ſalutaris, de quo ſcriptum eſt: *Et oritur ſol, & occidit, & in* [*Eccl. 1. 5. & 6.*] *locum ſuum trahit. Ipſe oriens illuc vadit ad auſtrum, & gyrat ad aquilonem:* [b] *gyrando gyrat Spiritus, & in gyros ejus convertitur Spiritus*. Oritur ſol juſtis, occidit autem injuſtis: oritur tranquillitati piæ mentis, occidit iracundiæ. Unde ait: *Sol non occidat* [*Epheſ. 4. 26.*] *ſuper iracundiam veſtram*. Hinc poteſt colligi quia iiſdem oriatur & occidat, quorum & vitia ſepeliat, & illuminet gratiam. Mortuus eſt enim peccato, ut Deo viveret; hoc eſt, peccato ſumus in illo mortui, ut Deo in perpetuum viveremus. Vide ipſum myſterium prænuntiatum. *Et oritur*, inquit, *ſol & occidit & in locum ſuum trahit*. Hoc eſt quod ait Dominus: *Cùm exaltatus fuero .... omnia tra-* [*Johan. 12. 32.*] *ham ad me ipſum*. Traxit enim ad ſe omoium ſtudia, ut vel peccata noſtra crucifigeret, vel bo-

a Edit Rom. *licet ipſam in meditullio cæli* &c. Vet ac mſſ. ... *in hemicyclo*, nonnulli, *in hemicyclio*. Nihil autem aliud vult ſanctus noſter, niſi terram, *in qua conſiſtimus*: hoc eſt, hemiſphærium noſtrum mediæ tantum parti orbis cæleſtis reſpondere; ideoque ſolem, ubi ad aliam tranſierit, à nobis non poſſe videri. Ceterum per ea quæ ſubjungit verba, *& is qui foris eſt ſermo*, philoſophicas ratiocinationes deſignari ab Ambroſio jam non ſemel licuit advertere.

b. Ita edit omnes, quibus accedunt mſſ non pauci. Octo tamen probatæ manus legunt. *gyrando gyrat Chriſtus*, ſeu 19 11 & c.

num ingenium ad juſtitiam provocaret. Adverte quemadmodum trahat ad ſe: *Pater ... volo ut ubi ego ſum, & iſti ſint mecum.* (Johan. 17. 24.) Et ad latronem ait: *Hodie mecum eris in paradiſo.* (Luc. 23. 43.) Adverte quomodo omnia trahat. Exaltatus eſt cruce, & totus credidit mundus.

23. *Ipſe oriens*, inquit, *vadit ad auſtrum, & gyrat ad aquilonem.* Ille utique oriens, qui ait: *Oriens nomen eſt mihi*: (Zach. 6. 12.) qui ſemper oritur piis, numquam occidit. Ipſe orieos populo Hebræorum ad auſtrum ivit, ad molliorem populum, luxuria magis ferveotis corporis lubricum, quam impietatis immanitate prædurum: aut certe ad nobiliorem plebem, quæ erat genus electum, vindicans ſibi patriarcharum proſapiam. Sed quia perſeverabat in vitiis, nec emendabat errorem; ideo ſol juſtitiæ gyravit ad gentes, quæ ante eloquiis cæleſtibus defraudatæ, immanes & ignobiles babebantur; aquilo enim gravis veotus, ut populus nationum. Sed qui eraot graves aore perfidia, ounc ſuper aquilas leviores facti ſuot fide, atque pietate, poſteaquam venit qui diceret: [a] Ab aquilone adduc. (Eſai. 43. 6.) Et in Evangelio: *Venient ab oriente & occidente, & ab aquilone, & auſtro, & recumbent cum Abraham in regno Dei.* (Luc. 13. 29.) Et ecce ſunt noviſſimi, qui erant primi: & ſunt primi, qui eraot noviſſimi. (Matth. 20. 16.) Denique & ipſe Pſalmiſta ait: *Mons Sion, latera aquilonis, civitas regis magni*; (Pſal. 47. 3.) boc eſt, qui erant aquilonis latus, populus factus eſt Regis æterni, qui ſolus eſt magnus Domious.

24. Sed fortè dicas: Quomodo io Canticis eſt: *Exſurge aquilo, & veni auſter.* (Cant. 4. 16.) Plerique enim accipiunt quaſi projiciatur aquilo, & invitetur auſter. Quod ſi ita accipiuot: exturbatur ab Eccleſia perfidiæ glacialis aſperitas; *Ne fiat fuga noſtra hyeme, vel ſabbato*, (Matth. 24. 20.) & invitatur auſtralis verna temperies. Aut certe: *Exſurge aquilo*, hoc eſt: *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis.* (Epheſ. 5. 14.) Populus natioоum, qui diu ante dormiſti, evigila aliquando, & illuceſcet tibi Cbriſtus. Poſtremo omnes invitantur ad Eccleſiam, & Syoagogæ populus, & gentilium: ſed prius Synagogæ; quia priores ex Judæis apoſtoli crediderunt, per ipſos poſtea nationum populi congregati ſunt.

25. Vide ergo venientem ſolem noſtrum ad auſtrum, poſtea gyrantem ad aquilooem. *Hieruſalem, Hieruſalem* (veoit utique ad eam, quam etiam vocare dignatus eſt. Sed bæc Hieruſalem terrena eſt, quæ occidit propbetas, boc eſt, Synagoga Judæorum) *quoties*, inquit, *volui congregare filios tuos, ſicut gallina pullos ſuot, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* (Matth. 23. 37. & 38.) Gyravit igitur ſe ad gentes: gyrando autem gyravit Spiritus Dei, & in gyro ſuo converſus eſt; ut fieret Deus omnia, & in omnibus. Ideo ſanctus cælum dicitur, quia vicinior eum claritas ſolis ſemper illuſtrat. Habet ſpleodorem ſuum domeſticum; ut teoebras noctis non ſentiat. Ideo Eccleſia & cælum dicitur, & mundus, quod habeat ſanctos Angelis & Arcbangelis comparandos, habeat etiam pleroſque terrenos. Dicitur & orbis terrarum, qui eſt fundatus ſuper maria, & ſuper flumina præparatus. Denique quaſi orbis terrarum dicit Eccleſia: *Nolite adſpicere me, quoniam fuſca ſum; quia non reſpexit me ſol*; (Cant. 1. 5.) eo quod velut pruinis hyemalibus, geluque conſtrictam gentilis erroris congregationem gentium Sol juſtitiæ diu indignam æſtimaverit, quam ſerena vultus ſui luce luſtraret. Nonne tibi videbatur biberni rigor temporis, quando notus erat io Judæa tantummodo Deus? Nunc autem plenitudo lucis effulget æſtivæ, quando omoia & in omnibus Chriſtus. Nonoe terra Domini, & plenitudo ejus? Et vere orbis terrarum in Eccleſia, in qua non Judæus tantummodo aut Græcus, oon Barbarus aut Scytha, noo ſervus aut liber: ſed omnes in Cbriſto unum ſumus. Sol omoibus fulget, dies omnibus lucet.

26. Ideoque ait: *Diſpoſitione tua permanet dies.* (℣. 91.) Nam niſi ita accipias, quomodo permaoet dies; cùm poſt breve momeotum diei ſequatur occaſus, & fiat noctis ſucceſſio? Sed ſunt quibus ſemper dies eſt, illis utique quibus Cbriſtus adeſt, qui dicit: *Ambulate, dum lucem habetis.* (Johan. 12. 35.) Hic eſt dies quem vidit Abraham, (Johan. 8. 56.) dies remiſſionis peccatorum, de quo legis: *Hic eſt dies quem fecit Dominus, exſultemus & lætemur in eo.* (Pſal. 117. 24.) Sunt ergo ſancti, quibus ſol oumquam occidit; quia Dominus lux eorum eſt, ſicut ſcriptum eſt: *Et erit illis Dominus lumen æternum.* (Eſai. 60. 19.)

27. Et expreſſit cauſam permanentis diei, atque ſubtexuit: *Diſpoſitione tua permanet dies; quoniam univerſa ſerviunt tibi.* Videtur itaque ſignificare futurum illud, quaodo *Nox non erit amplius, & non indigebitur lucerna, vel ſolis lumine; quoniam Dominus illuminabit eos.* (Apoc. 22. 5.) Qui ſint illi ſupra ait, dicens: *Et ſervi ejus ſervient ei*, (Ibidem 3.) hoc eſt, Domini facient voluntatem. Nunc enim noo omnes ſervimus: *Cùm* autem *tradiderit regnum Deo & Patri .... tunc ſubjecta erunt omnia ei*, (1. Cor. 15. 24. & 28.) qui ſibi univerſa ſubjecit, adquirens omoium fidem per unigeniti paſſionem. Subjectio igitur mentium facit ſedulam ſervitutem. Ergo cùm omnes credideriot in domioum Jeſum, tunc univerſa Deo ſervieot; ut ſit Deus omnia, & in omnibus: nunc autem non omnes ſervi Dei; quia plerique ſervi peccati. *Qui* eoim *peccatum facit, ſervus eſt peccati.* (Johan. 8. 34.) Dominus autem oon vult cum aliis conſortium habere dominatus. Permanet ergo dies immutabilis. Potuit ergo dicere, permanebit: ſed propbetis futura pro præſentibus præſto eſſe videntur in ſpiritu.

28. Sequitur verſus quartus: *Niſi quia Lex tua meditatio mea eſt, tunc forſitan periiſſem in humilitate mea.* (℣. 92.) Lucebat Propheta ut dies, cui meditatio Lex erat; etenim oleum luminis accipiebat ex Lege. Denique ne corpore mortis lux diei poſſet extiogui, ambulabat in Lege; ideo ambulabat in lumine. *Alioquin*, inquit, *periiſſem in humilitate mea.* Humilitas oon ſemper virtutis eſt, ſed etiam afflictionis; hoc eſt, noo ſemper voluntaria, ſed quæ etiam ex oeceſſitate ſuſcipitur, quando aliqua afflictione tentamur. Alioquin oemo perit in bumilitate, quæ magis ſervare conſuevit. Ergo quando in afflictionis tempore ſumus, & quatimur adverſis, meditatio oobis in lege ſit; ne imparatos procella tentationis affligat. Athleta oiſi

a. Rom. edit. ſola, *Ab oriente adducam ſemen tuum, & ab occidente congregabo te · dicam aquiloni, adduc, & africo, ne prohibeas.* Verum ut maxime probabile ſit eo reſpexiſſe Ambroſium noſtrum, videtur tamen non tam ipſa prophetæ verba voluiſſe proferre in medium, quam locum veluti extremo digito indicare

exercitio palæſtræ prius fuerit adſuefactus, non A audet ſubire certamen. Ungamus igitur oleo lectionis noſtræ mentis lacertos. Sit nobis tota die ac nocte exercitii uſus in quadam cæleſtium ſcripturarum palæſtra, artuſque animorum noſtrorum ſalubris ſpiritalium ferculorum eſca confirmet; ut cùm adverſarius adſiſtere cœperit, & *pulvere nos ſuæ tentationis adſperſerit, ſtemus intrepidi, nitamur non ut in incertum, nec ut aera cædentes. Melius percutimus verberati, ſi percutienti maxillam alteram præbeamus, ſi vindictam B non requiramus: ſed ei qui dixit: *Mihi vindictam, & ego retribuam*, (Rom. 12. 19.) cauſam vindictæ integram reſervemus. Cædimus aerias poteſtates, ſi nos ipſos caſtigare noverimus. (1. Cor. 9. 27.) Caſtigabat carnem ſuam Paulus, ut adverſarios verberaret: & ſervituti redigebat corpus ſuum, ut dominaretur inimicis. Exerceamur igitur indefeſſo meditationis uſu, exerceamur ante certamen; ut ſimus certamini ſemper parati: & cùm frequentior adverſarii ictus ingruerit nunc inopia, nunc rapina, nunc C orbitate, nunc corporis ægritudine, nunc mœrore animi, nunc terrore mortis, & acerbitate pœnarum; dicat unuſquiſque noſtrum, qui potuerit ſuſtinere ac perpeti: *Niſi quia lex tua meditatio mea eſt, tunc forſitan periiſſem in humilitate mea.*

29. Quanta ſimul coacervata ſunt; ut in illa afflictione Job ſanctus periret? Sed quia patriarcharum moribus informatus, oraculorumque cæleſtium, & naturalis legis erat inſtitutione formatus, ideo in tentationibus tantis perire non D potuit. Denique cùm amiſiſſet tam amplas ſubito facultates, cariſſimos filios, quaſi is cui meditatio quotidiana eſſet in lege divina, ait: (Iob. 1. 21.) *Nudus exivi de utero matris meæ, nudus ibo eò. Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.* Perfuſus etiam corporis totius ulceribus, cùm tentaretur uxoris alloquiis, qui meminiſſet Adam ſic eſſe dejectum, dum propriæ credidit uxori, reſpondit: (Iob 2. 10.) *Sicut una ex inſipientibus mulieribus locuta es.* Quod ſi illam E quaſi ſapientem voluiſſet audire, ipſe ſapiens non fuiſſet. (Iob. 19. 5.) Tentatus etiam diverſis alloquiis amicorum, cùm fidei ſtabilis, immobiliſque patientiæ præmia meruiſſet à Domino, nonne dicebat: *Niſi quia Lex tua meditatio mea eſt, tunc forſitan periiſſem in humilitate mea?*

30. Quam grate hoc dicit hodie, qui in martyrio plurima flagella ſuſtinuit, equuleo & ungulis, plumbo, laminis ardentibus, gladio comprobatus? Potuit enim perire, niſi meditatus in Le- F ge, graviora præſentibus futura ſupplicia crediſſet.

31. Quanta ſanctus Joſeph pertulit, quam acerba, quam dura? (Gen. 37. 25.) Primo fratrum odia, degeneris ſervitutis ærumnas, parentibus defraudatus, ablegatus exſilio, negotiatorum vernula, & Ægypti ignobilis vile mancipium. Quæ potuit nobilis proſapiæ puero gravior eſſe tentatio, quàm ut tanto familiæ ſplendore dejectus, ſerviret apud Ægyptios? Est consolabilis ſervitus, ſervire vel juſtis. Æquitate domini levatur injuria ſervitutis. Tanto igitur genere dejectus, ſatis gratum habebat, ſi miniſtro regio ſuum obſequium probaretur. Ne hoc quidem ſatis fuit ad tentationis acerbitatem: redit adverſarius ad ſuas artes, notaſque vires ſuas omni fraude commovit; ut per mulierem laqueos innoxiæ necteret conſcientiæ. Concitavit in eum libidinis ſtimulis uxorem domini ſui, (Gen. 39. 12.) quæ adulterinos à ſervulo concubitus flagitaret; ut ſi adquieſceret, crimen impleret: ſi recuſaret, incideret offenſam, nexum calumniæ non evaderet. Denique truſus in carcerem, & innocens inter noxios æſtimatus, (Ibidem. 20.) ab eo amplius cœpit urgeri, cui fidem ſuam cum periculis præſtitiſſet. Sed quia contumeliæ virum frangere nequiverunt, mutata eſt tentatio, [a] longe aſperior ſpecie proſperorum. Plurimos enim ſupplantaverunt ſecundæ res, quos ſupplicia acerba non fregerant. Producitur è carcere nutu regio, interpretatur ſomnium, (Gen. 41. 14. 5 & ſeq.) eligitur ut honore præſtantior eſſet omnibus Ægyptiis, regi ſecundus, eſurientibus populis alimenta divideret. Objiciuntur ei fratres, (Gen. 42. 6. & ſeq.) qui eum ad ſervitutis injuriam non fraterno amore vendiderant; ut vel contumeliæ & appetitæ ſalutis dolore tentatus excuteret germanitatis affectum. Sed vir juſtus oblitus eſt contumeliam, (Gen 44. 2. & ſeq.) cumulavit gratiam, eoque ſe magis fratrem voluit exhibere, quo fratres ipſe non fuiſſet expertus. Denique hoc munere [b] & fratres recepit, & patrem pia fraude D quæſivit. Quid igitur aliud melius diceret ſanctus Joſeph, quam iſtud ad Dominum: *Niſi quia lex tua meditatio mea eſt, tunc forſitan periiſſem in humilitate mea?*

32. Fertur prophetæ cuidam (& plerique *ferunt quod Eſaiæ in carcere poſito) cùm mole imminentis urgeretur exitii, dixiſſe diabolum: Dic quia non à Domino locutus es quæ dixiſti, & omnium in te mentes affectuſque mutabo; ut qui indignantur injuriam, abſolutionem conferant. E Sed ille gratius judicavit pro veritate ſupplicium, quam pro adulatione beneficium. Quod utique non feciſſet, niſi meditatione Legis fuiſſet exercitatus.

33. Sit ergo nobis quotidiana lectio pro exercitio, ut quæ legimus, meditemur imitari. In hac deſudemus virtutum palæſtra; ut cùm increpuerint tentamenta, non tamquam inexercitatos, non tamquam expertes ſpiritalium ciborum, & adtenuatos jejunio lectionis, tentationum tem- F pus inveniat. Quod ſi *athleticis epulis paſtam animam noſtram potuerit invenire: ſi ſit Evangelicus ſuccus in nobis: ſi apoſtolicis eſcis maturitas noſtræ mentis toros, animæ robuſta ſolidaverit: ſi frequenti meditatione memoria tenax præceptorum cæleſtium parata ad tempus exempla depromſerit, nulla tentationum poterit nos perturbare congreſſio.

34. Sequitur verſus quintus: (℣. 93.) *In æternum non obliviſcar juſtificationum tuarum; quoniam in ipſis vivificaſti me.* Lex ſecundùm Apoſtolum pæda- (Galat. 3. 24.)

*. Tranſlatum ex arena: de quo vide notam ad calcem col. 560.
a. Mſſ. ſex haud malæ notæ: *longe aſperior acie proſperorum.* Non abſurde. Diabolus enim primo adverſa, dein proſpera quaſi diverſas acies inſtruere in electos ſolet.
b. Sic edit. omnes, ac mſſ. aliquot. Alii vero plures, neque deteriores: *Et patrem recepit, & fratrem pia fraude quæſivit.*

*. Hic evidenter innuit Ambroſius communem ſcriptorum ſui temporis fuiſſe opinionem, Eſaiam juſſu Manaſſis regis in duas partes ſectum occubuiſſe. Sed huic ſententiæ quidam cum Toſtato refragantur, quibus proinde relata ab Ambroſio diaboli verba de alio propheta explicanda ſunt.
*. De victu athletico diximus ad Pſal. 43. num. 1. col. 553.

gogus eſt parvulorum, donec ad perfectæ fidei A maturiorem quamdam veniamus ætatem. In Lege autem mandata ſunt, juſtificationes, teſtimonia, juſtitiæ, præcepta. Vivificamur ergo in Lege; unde & ait Apoſtolus: *Lex autem non eſt ex fide: ſed qui facit illam, vivet in ea.* (Ibidem. 12.) Sed quia idem ſupra ait: *Quoniam in Lege nemo juſtificatur,* (Ibidem. 11.) intelligis utique quia juſtificatio Legis ſpecies eſt & imago, non veritas. Secundum veritatem ergo ad perfectionem nemo juſtificatur in Lege, ſecundum ſpeciem juſtificatur. Ergo ſanctus Prophe- B ta, qui adhuc in Legis juſtificationibus vivebat, [a] videbat autem fulgorem Evangelii; quaſi memor veteris diſciplinæ, Legi tamquam pædagogo utili gratiam reſervabat. Conſidera aliquem excedentem ex ephebis in divitiis & honoribus conſtitutum, pædagogo ſuo honorificentiam reſervantem, cujus officiis informatum ſe eſſe cognoſceret; ut maturiorem regere poſſet ætatem.

(Exod. 12. 28.) 35. Monet ſiquidem etiam ipſa Lex, ut his qui C nobis aliquando profuerint, nequaquam eſſe debeamus ingrati. Nam ſicut habemus in veteri Teſtamento, paſcha celebratum eſt in Ægypti finibus, cùm adhuc ſub rege Pharao poſiti patres noſtri deplorarent miſeræ ſervitutis injuriam: & poſtea liberati rurſus [b] in terra repromiſſionis (Ioſue. 5. 10.) paſcha celebrarunt: ſuperius ad commonitionem, poſterius ad recordationem. Si quis ergo interroget Hebræum qua ratione in Ægypto, paſcha celebratum eſt, reſpondebit: Quia regi D Pharao adhuc ſervitutis vinculo obnoxii tenebamur, ille agnus patrum populum liberavit, ille agnus vocavit ad libertatem, ille agnus maris profunda ſolidavit; ut Ægyptum tranſire poſſemus. Quoties ergo paſcha celebramus, meminiſſe debemus veteris ſervitutis, & novæ libertatis: quid fuerimus, & quid acceperimus. NON ENIM poteſt plene quis intelligere quid acceperit, niſi meminerit ante quid fuerit.

36. Non ergo obliviſcamur quia dominus Je- E ſus, agnus Dei, mundi hoſtia ſolvit nos gravium nexibus delictorum, quibus Pharao ille teterrimus non unius Ægypti, ſed ſæculi iſtius princeps vinculo ſervitii gravis nos tenebat adſtrictos. Non obliviſcamur in æternum; ut cùm venerimus in illam vere terram repromiſſionis, ubi eſt regio vivorum, meminerimus quanta hîc nobis Pharao dirus intulerit, quot perpeſſi in hoc ſæculo ſimus, quibus tandem erepti malis; & agamus gratias eripienti nos domino Jeſu, qui per- F turbatorem omnium fecit eſſe captivum.

(℣. 94.) 37. Sequitur verſus ſextus: *Tuus ſum ego, ſalva me, Domine; quoniam juſtificationes tuas exquiſivi.* Facilis vox, & communis videtur, ſed paucorum eſt. Satis rarus eſt enim qui poteſt dicere Deo: *Tuus ſum.* Ille enim dicit, qui adhæret Deo totis ſenſibus, qui aliud cogitare non noverit. Ille hac voce utitur, qui poteſt dicere: *Oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* (Iohan. 14. 8.) Numquid hac voce utitur avidus pecuniæ, honoris, poteſtatis? Multis non eſt ſatis Deum ſcire, & quidem pluribus. Tanti populi, A tantæ nationes, tanti divites paupertatem putant Domino ſervire: & qui ſupra omnes eſt, illis exiguus & anguſtus eſt: illis non eſt ſatis Dei filius, in quo ſunt omnia. Denique ille dives in Evangelio, cui dictum eſt: *Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus,* (Matth. 19. 21.) Deum ſibi non ſufficere judicavit. Denique & contriſtatus eſt, quaſi (Ibidem. 22.) quod plus eſſet relinquere juberetur: quod minus eſſet, eligere. Ille ergo dicit: *Tuus ſum,* qui poteſt dicere: *Ecce omnia reliquimus, & ſequuti ſu-* (Ibidem. 27.) B *mus te.*

38. Apoſtolorum itaque vox iſta eſt, nec omnium tamen apoſtolorum. Nam & Judas apoſtolus fuit, & in convivio Chriſti inter apoſtolos recumbebat. Dicebat & ipſe: *Tuus ſum,* ſed voce, non corde. Venit, & *introivit in eum ſatanas,* & (Iohan. 13. 27.) cœpit dicere: Non eſt tuus, Jeſu, ſed meus eſt. Denique ea quæ mea ſunt, cogitat; quæ mea ſunt, in pectore ſuo volvit: tecum epulatur, & mecum paſcitur: à te panem accipit, à me pecuniam: te- C cum bibit, & mihi tuum ſanguinem vendit: tuus eſt apoſtolus, & meus eſt mercenarius.

39. Non poteſt dicere ſæcularis: *Tuus ſum;* plures enim dominos habet. Venit libido, & dicit: Meus es; quia ea quæ ſunt corporis, concupiſcis: in illius adoleſcentulæ amore te mihi vendidiſti, in illius concubitu meretricis pretium pro te annumeravi. Venit avaritia, & dicit: Argentum & aurum quod habes, ſervitutis tuæ pretium eſt: poſſeſſio quam tenes, juris tui emtio, venditio li- D bertatis tuæ eſt. Venit luxuria, & dicit: Meus es, unius diei convivium, pretium tuæ vitæ eſt: ille ſumtus epularum, [c] tui capitis licitatio, tui eſt ſumma contractus; & quod pejus eſt, caro emtus es, vilior cibo es tuo: pretioſior eſt unius diei menſa tua, quàm totius temporis vita. Inter calices te redemi, inter epulas adquiſivi. Venit ambitio, & dicit tibi: Plane meus es. Neſcis quod ideo imperare aliis te feci, ut mihi ipſe ſervires? Neſcis quod ideo poteſtatem in te contuli; ut meæ te E ſubjicerem poteſtati? An ignoras ipſi domino Salvatori dictum eſſe ab hujus mundi principe, cùm ei oſtendiſſet omnia regna mundi: *Hæc omnia dabo tibi, ſi procidens adoraveris me.* (Matth. 4. 9.) Ante ergo ipſe ſubjicitur, qui alios vult habere ſubjectos. Veniunt omnia vitia, & ſingula dicunt: Meus es. Quem tanti competunt, quam vile mancipium eſt!

40. Quomodo ergo tu qui hujuſmodi es, potes Chriſto dicere: *Tuus ſum?* Reſpondebit tibi ille: F *Non quicumque dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum:* (Matth. 7. 21.) non quicumque dicit mihi: *Tuus ſum,* meus eſt. Meus plane es, ſi vocem non redarguat conſcientia, ſi ſermonem tuum animus aut opera non refutent. Ego non nego meum eſſe eum, qui ipſe ſe non neget, aut certe ſi pro me ſe ipſum ſibi abneget. Nolo habere ſervulum pluribus dominis ſervientem. Nam quomodo meus eſt, ſi mihi dicat verbo: *Tuus ſum,* & operibus neget, & factis ſe diabolo adjudicet & obſtringat? Non eſt meus quem libido ſuccendit, quia mea eſt caſtitas. Non eſt meus quem cura ſpoliandi mi-

a. Pariſ. quædam edit. *vivebat autem fulgore Evangelii.* Aliæ ac mſſ. omnes, *videbat* &c. Iterum cunctæ edit. *veteris diſciplina legis, tamquam* Et infra, *honorificentiam reſervatam habere.* Contra omnes mſſ. utrobique, ut nos in textu.

b. Cod. Aud. Vind. Colb. unus, & Nav. item unus, *in terra reſurrectionis.* Quam locutionem Ambroſio novam non eſſe jam advertimus.

c. Edit. Am. & Era. cum mſſ. aliquam multis, *tui capitis litatio,* quidam, *licitatio.* Et poſt pauca mſſ. ſeptem, *carne emtus es, vilior cibo* &c. Melius alii & edit. ut nos ſupra: ubi ſubintellige, *pretio.*

a nores exagitat; [a] quia mea integritas eſt. Non eſt meus quem ira mobilis inquietat; quia mea tranquillitas eſt. Non eſt meus vini crapula temulentus in lucem, ambitione gloriæ ſæcularis ebrius, qui in periculum non poſſit ſobriæ moderationis ſervare veſtigium. Pax ſum ego, litigare non novi. Quid mihi ad eum de quo veniat diabolus, & dicat: Meus eſt; nam mihi ſua colla curvavit, mea in illo plura reperio: nomen ſibi tuum vindicat, & meum munus?

41. Non eſt ergo Chriſti, niſi qui eſt alienus à crimine: non eſt Chriſti, niſi qui poteſt ſemper ſe Chriſti ſervulum demonſtrare. Nam ſi quis mutabilis eſt, [b] ut ego aut mœrore mutor, aut indignatione, venit ira, & dicit: Meus eſt: ante horam meus erat, ſpero quod iterum meus fiat. Venit triſtitia, & dicit: Meus eſt: ante horam in mea poſſeſſione fuit, in meo jure: erigere animum præ mœrore non poterat, nec oculos levare; & ſi triſte aliquid acciderit, ad me illico revertetur. Quis ergo eſt Dei, niſi qui poteſt dicere: *Nihil mihi conſcius ſum*? (1. Cor. 4. 4.) Ideo dicebat Paulus apoſtolus Jeſu Chriſti, quia nulli alii obnoxius tenebatur. Ego autem nunc Dei mei ſum, nunc triſtitiæ, nunc iracundiæ, nunc verbi otioſi; & ideo qui plures dominos habet, non poteſt uni dicere: Domine Jeſu, *Tuus ſum*. Unde arbitror etiam de hujuſmodi dominis dixiſſe Paulum: *Nam etſi ſunt qui dicantur dii ſive in cælo, ſive in terra.... nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus dominus Ieſus, per quem omnia, & nos per ipſum.* (1. Cor 8. 5. & 6.) Verbi igitur totus erat apoſtolus Paulus; ideo dicebat: *Quoniam experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus.* (2. Cor. 13. 3.) Ille ergo dicebat, Chriſti ſum; & reſpondebat ei Dominus: Meus es. Qui vere dicit: *Tuus ſum*, audit à Domino: Meus es. Denique de ipſo Dominus ad Ananiam, cùm mitteret eum ad ſanandum Paulum, ait: *Vade, quoniam vas electionis eſt mihi.* (Act 9. 15.) Et quia perſeveravit Chriſti eſſe, quaſi impleto certamine, coronam meruit invenire juſtitiæ.

42. Recte ergo propheta David dixit: *Tuus ſum*, qui ſemper in Domino manſit. Et qua ratione dixerit: *Tuus ſum*, addidit: *Iuſtificationes tuas exquiſivi*, hoc eſt, nihil aliorum quæſivi, ſed id ſolum quod tuum eſt deſideravi. Alii quærunt monilia pretioſa, ego ſolas juſtificationes tuas quaſi quædam ſerta juſtitiæ: alii domum ad domum, villam ad villam jungunt, quaſi ſoli habitare poſſint in terra hac, & elementum volunt occupare commune, alii poſſeſſionem aeris ipſius vindicare: mihi in tuis juſtificationibus omne patrimonium eſt. Neſcio poſſidere niſi quod tui juris eſt. In tuis eloquiis ſpiritalis mihi cura refulſit argenti. Mihi portio Deus eſt. *Tuus ſum ego*; quia pars mihi hereditatis non in auro, non in argento eſt, ſed in Chriſto Jeſu.

℣. 95. 43. Sequitur verſus ſeptimus: *Me exſpectaverunt peccatores, ut perderent me: teſtimonia tua intellexi.* Poteſt vox iſta convenire martyrio, in quo poſitus ſanctus jam de judicio perſecutoris egreſſus dicat: *Me exſpectaverunt peccatores, ut perderent me*, hoc eſt, adhibuerunt omnia genera pœnarum, omnes artes perſuaſionum: ſed de propoſito abducere nequiverunt. Vicit fides vitæ hujus illecebram, corporiſque cruciatum. Exſpectaverunt peccatores, ut de me triumphum referrent: ſed gratias Chriſto, qui mihi dedit de perſecutoribus triumphare. Redite victi, qui ſperabatis vos eſſe victores: redite dejecti, qui veneratis ſuperbi. *Ubi eſt, mors, victoria tua? Ubi eſt, mors, aculeus tuus?* (1. Cor. 15. 55.) Non tua jam, ſed noſtra [c] cœpit eſſe victoria; quia in te vincimus, in qua antea vincebamur. Bene ergo dicit martyr: *Me exſpectaverunt peccatores, ut perderent me.* Poſt momentum, immo in corpore adhuc ſitus videt deducentium choros, Angelorum gaudia. Qui enim ſuper unius peccatoris converſione lætantur, quanto magis in paſſione juſtorum? Videt gloriam, & ait: Me exſpectaverunt juſti, ut deducerent me. Videt dominum Jeſum, & ait: Me exſpectavit Chriſtus, ut coronaret me.

44. Aliter qui vult intelligere: Multi, inquit, peccata perſuadere, [d] atque extorquere conati ſunt mihi: alius adulterium, alius hominis necem, alius oppreſſionem viduæ vel pupilli, alius aliud; & putabant me ſuis retibus eſſe capiendum. *Exſpectaverunt me, ut perderent* contagione peccati: ſed ego non illecebris peccatorum mentem à ſtudio divinæ cognitionis averti, nec intentionem meam, Domine, à mandatorum tuorum ſerie declinavi: ſed *intellexi teſtimonia tua*. Si enim non intellexiſſem, peccatores me utique illi perdidiſſent. Quæ intellexi utique ſenſu, etiam operibus ſecutus ſum; neque enim nudus intellectus eſt, ſed quem etiam facta teſtantur. Denique *Beatus qui intelligis ſuper egenum & pauperem.* (Pſal. 40. 1.) Ille utique intelligit ſuper pauperem, qui largitur pauperi. Nam quid prodeſt miſereri inopis, niſi alimoniam eidem largiaris?

45. Sequitur verſus octavus: *Omnis conſummationis vidi finem: amplificum mandatum tuum valde.* (℣. 96.) Non poſſumus in omnibus vim græci ſermonis exprimere: major in græco plerumque vis & pompa ſermonis eſt. Τέλος dicitur græce, quod nos latine & finem dicimus & conſummationem: τέλος autem & conſummationis ipſius finis eſt, ſicut finis Legis eſt Chriſtus ad juſtitiam omni credenti. (Rom. 10. 4.) Habes ſcriptum: *Ecce ego vobiſcum ſum .... uſque ad conſummationem ſæculi.* (Matth. 28. 20.) Conſummatio ergo ſæculi finis ſæculi eſt: finis autem omnium Chriſtus. Conſummationes autem multæ. Eſt conſummatio, quando reſurrectio eſt ad ſalutem. Conſummatum quoque opus dicitur perfectum opus. Conſummata malitia dicitur, id eſt plena, cui nihil deſit ad ſtudium & artem nocendi. Eſt conſummatio hominis, & multæ conſummationes, donec ad perfectum veniat.

46. Legimus ergo & conſummationem ſæculi, legimus & finem. De conſummatione ſæculi ſupra poſuimus exemplum, quam ſequitur reſurrectio: *Sicut enim in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.* (1 Cor. 15. 22.) Poſt reſurrectionem

a. Ita cuncti mſſ. Edit. vero, *quia mea largitio eſt. Non eſt meus quem auri mobilitatis inquietat ..... illuvie ambitionis imputrus, gloriæ ſæcularis cupidus, ebrius in periculum, quo non poteſt* &c. Solus Reg. cod. *quia mea largitio eſt*, cetera cum aliis convenit.

b. Edit. omnes, *ut ego qui aut mœrore .... non eſt Chriſti. Venit* &c. Cod. manu exarati, ut in corpore.

c. Mſſ. octo, *quod cœpiſti eſſe victoria.* Unus, *quia cœpiſti eſſe, eſt victoria.* Et poſt. tres voces pro, *in qua antea*, mſſ. duo legunt *qui antea* &c.

d. Edit. omnes, *atque ex pectore fidem extorquere*. Sed verba, *ex pectore fidem*, in ſcriptis cod. prætermittuntur, nec videntur contextui neceſſaria.

Ibidem. 23. & 24. conſummatio: *unuſquiſque autem in ſuo ordine:* A *primitiæ Chriſtus, deinde ii qui ſunt Chriſti, qui in adventum ejus crediderunt: deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri, dum evacuaverit omnem principatum & poteſtatem.* Ergo conſummationem ſæculi ſequitur finis juxta Apoſtolum. Unde colligitur quod ſequatur finis omnem conſummationem.

1. Johan 5. 19. 47. Mundus in maligno poſitus eſt, ut dixit Johannes: ergo & ſæculum in maligno eſt, mundus plenus peccati. Conſummaverat malitiam B ſuam mundus, ſicút conſummaverat Saul, cujus 1 Reg 20. 38. videns conſummatam malitiam Jonathas filius in David prophetam, eidem nuntiavit ut declinaret & fugeret. Eſt ergo conſummatio malitiæ, conſummatio peccatorum. Venit agnus Dei, qui tulit peccatum mundi, qui eſt Chriſtus Jeſus, finis Legis, principium & finis, & remiſſio peccatorum. Hunc finem conſummationis vidit Propheta in ſpiritu, qui conſummatum ſæculi aboleret errorem: vidit ſanguine ejus diverſa omnium pec- C cata mundari. Bene ergo dixit: *Omnis conſummationis vidi finem*; hoc eſt, vidi conſummati adulterii remiſſorem, vidi conſummatæ luxuriæ atque laſciviæ, conſummatæ crudelitatis atque ſævitiæ, omnis poſtremò flagitii per crucem ſuam delicta donantem.

48. Eſt etiam conſummata virtus, conſummata ſapientia, conſummata juſtitia, ſed habet finem. Rom. 10. 4. Finis omnium virtutum Chriſtus, qui *finis eſt Legis ad juſtitiam omni credenti.* Vides quia finis eſt D fidei? Bene ergo ait: *Omnis conſummationis vidi finem.*

49. Nunc quia conſummationis finem agnovimus, agnoſcamus quid ſit: *Latum mandatum* Matth. 7. 14. *tuum valde.* Legimus quod anguſta ſit porta per quam ingrediantur, qui æternæ vitæ fructum adipiſcuntur. RARA ENIM virtus & difficilis paſſionum tolerantia. Plures ſunt qui ſæculi hujus ſpacioſa ſectentur, qui dicant: Anguſta & arcta nobis eſt via, quæ ad Dominum ducit, conteri- E mur in illa, relinquamus eam. Quomodo ergo dicit Propheta latum mandatum Dei, & valde latum? Ideo quia anguſtæ viæ latum mandatum neceſſarium eſt. Denique hic ipſe Propheta ait: Pſal. 4. 2. Pſal. 117. 5. *In tribulatione dilataſti mihi.* Et iterum: *In tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudine.*

50. Hæc latitudo mandatorum cæleſtium cor Prophetæ dilatabat & Apoſtoli. Denique & ipſe 2. Cor. 6. 11. dicebat: *Os noſtrum patet ad vos, ô Corinthii, cor* F *noſtrum dilatatum eſt.* Diſpenſando enim cæleſtia mandata, cor ſuum dilataverat: & quod ante perſecutionis perfidia coartabat, hoc Chriſti amplificavit gratia. Et qua ratione latum mandatum? Ne nos coartemur anguſtiis mandatorum. Unde Ibidem 12. ait: *Non anguſtiamini in nobis.* Si hoc Paulus, quanto magis Chriſtus, qui clauſa reſeravit? Ergo dicit: Nolo coartetur in me populus meus; In anguſto virtutum tramite debet latitudo præcepti mei viantibus eſſe ſolatio; ne quis deficere poſſit, aut conteri.

51. Ambulemus ergo in Dei mandato, quia ſatis latum eſt. Eſt enim latum mandatum ſapientiæ, quæ in exitu canitur, in plateis autem fiducialiter agit; πλατεῖα enim græci ſermonis eſt, quæ latine dicitur latitudo. Dilatemus igitur cor noſtrum; ut recipiamus apoſtolicæ vim ſententiæ, quæ ait: *Capite nos.* Recipiamus ergo ejus 2 Cor. 7. 2. ſermones in cor noſtrum; induamus viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam. O homo, quam latus es, ſi ad amplitudinem præceptorum cæleſtium ſinum mentis tuæ expandas! Quam latum mandatum eſt caritatis! *Diligite*, inquit, *inimicos veſtros.* Omnes utique in Matth. 5. 44. affectu caritatis incluſit, qui non excluſit inimicos. Quis enim videtur exceptus, cùm recipiatur inimicus? Unde Apoſtolus, *Si fieri*, inquit, *poteſt* Rom. 1. 18. *...cum omnibus hominibus pacem habentes.* Non poteſt hoc Judæis dici, non gentibus, ut cum omnibus pacem habeant. Illi vix ſuos diligunt: Chriſtiano etiam inimicos non licet non amare. CHRISTIANUM cùm dico, perfectum dico; in Chriſto enim plenitudo divinitatis eſt, cujus nomen uſurpas. Qui vocabulum geris, interpretationem vocabuli perfectionemque cur refugis? Audi latum mandatum: *Benedicite eos qui perſequuntur vos* ... Ibidem. 14. *& nolite maledicere.* Iſte ipſe qui latum dicit eſſe mandatum, probavit ſupra dicens: *Illi quidem* Pſal 108. 4 *detrahebant, ego autem orabam.* Quid orabas, David, dicito nobis ipſe. Sed dixiſti, legi enim dicentem: *Maledicent illi, & tu benedices.* Ibidem 28.

SERMO DECIMUS-TERTIUS.

מ Mem.

1. [a] M*Em* littera tertia-decima ſignificat in alio interprete *viſcera*, in alio *ex ipſis*: & utrumque non diſcordat à textu. Nam ſtatim primus verſus internorum viſcerum caritatem exprimit, quæ utique ex intimis procedit medullis, & quodam nexu caloris implicatur oſſibus.

2. Denique in Threnis Hieremiæ textus litteræ hujus hoc continet: *Ex alto ſuo miſit ignem in* Thren. 1. 13. *oſſibus meis.* Bonus ergo Deus qui nobis immittit unde diligentes eum, meritum ſub conſpectu ejus invenire poſſimus. Quem mittat ignem, ipſe nos doceat: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo,* Luc 12. 49. *niſi ut accendatur?* Bonus ignis quem deſiderat omnium Salvator accendi; cùm præſertim ipſum Deut. 4. 24. Deum legerimus ignem eſſe, qui noſtra peccata conſumat, intimiſque pectoribus noſtris ſuæ divinæ cupiditatem cognitionis infundat, atque ardeat in nobis cor noſtrum, cùm legimus divinarum ſeriem ſcripturarum; ſi forte aliquid quo aperiantur propheticæ lectionis occulta, intellectu adſumimus ſpiritali. Hoc igne Cleophas cor ſuum Luc 24. 32. dicebat ardere, cùm ipſi & ſocio ejus Chriſtus Scripturas aperiret. De hoc igne dixit Dominus in libro [b] Ezechiel: *Ecce proficiſcar in Ieruſalem, &* b Ezech. 22. 19. & 20. *exſufflabo in vos ignem ira mea, ut tabeſcatis à plumbo, & ferro, & reliquis materialibus.* Profunda in verbis uſitatis videmus myſteria. Totum hoc ſpiritale. Quibus precibus emereamur ut veniat

a. Ita mſſ. omnes, paucis exceptis, in quibus legas tituli inſtar: *Incipit de littera decima-tertia, quæ dicitur Mem, quod ſonat in latinum, ex intimis, & ut alii, ignis ex ultimis. Et Hieronymus, ex ipſis.* quod additum fuiſſe obſcurum non eſt. Edit. vero præferebant: *Mem littera* (Rom. edit. *Hebræa tertia-decima*) *ſonat in latinum, ex intimis; vel ut alii, ignis ex ultimis.* Et utrumque &c.

b Rom. edit. Ezechiel: *Ego recipiam vos in medio Hieruſalem, ſicut recipitur argentum, æs, & ferrum, & plumbum in medio &c.* Et. *Inſufflabo ſuper vos in igne iræ meæ, & conflabimini in medio ejus, ſicut conflatur argentum in medio fornacis.*

Dei verbum, intret in Eccleſiam, fiat ignis conſu- A
mens, ut exurat fœnum & ſtipulam, & quidquid
eſt ſæculare, conſumat: grave plumbum iniqui-
tatis, quod in pleriſque eſt, liquefiat igne divino,
& ferreus quidam peccati rigor ſuperno molleſ-
cat incendio: meliorentur vaſa aurea & argen-
tea; ut omnis ſapientium ſenſus, omnis ſermo pru-
deotium, flagrantium paſſionum calore decoc-
tus, incipiat eſſe pretioſior. Bonus ignis caritatis,
quo corpus omne Eccleſiæ in mutuam adoleſcit
gratiam. Bonus ignis dilectionis, quo unuſquiſque B
ſanctus ad reverentiam ſui auctoris accenditur.
Sed qui Deum diligit, non perfunctorie diligit:
ſed diligit legem ejus, præcepta cuſtodit, juſtificat
cor ſuum, non dictorum ſonora prædicatione,
ſed ſtudioſa imitatione factorum. Doceat igitur
nos Deus quemadmodum à ſanctis ſuis diligatur.

℣. 97. 3. Sic inquiens Propheta ſubjungit: *Quomodo
dilexi mandatum tuum, Domine: tota die meditatio
mea eſt.* Diligentis circa ſtudium cognoſcendæ
Legis hæc vox eſt, quæ inſtruit perfectionem bo- C
minis, quam totus hic pſalmus informat. Et quo-
niam maximum mandatum in Lege eſſe cogno-
vit, ut diligamus dominum Deum noſtrum ex to-
to corde noſtro, & ex tota anima noſtra, ſui imi-
tatione nos quoque, quos erudire ſtudet, vult eſ-
ſe perfectos, dicens: *Quomodo dilexi mandatum
tuum, Domine.* Hoc ipſo caritas creſcit affectu,
quod ipſum teſtem advocat, cui munus dilectio-
nis impenditur: nec ſpeciem, ſed plenitudinem
caritatis tali conventione reſtatur. Hac uſus eſt D
Johan. 21. 15. Petrus: *Tu ſcis*, inquit, *Domine, quia diligo te.* Sed
qui diligit Dominum, legem ejus diligit, ſicut Ma-
Luc. 2. 51. ria diligens Filium, omnia verba ejus in corde ſuo,
Eſai. 48. 14. materno conferebat affectu. *Diligens te, feci volun-
Johan. 21. 18. tatem tuam*, ſcriptum eſt. Ideo commiſit & Chriſ-
tus Petro, ut paſceret gregem ſuum, & Domini
faceret voluntatem; quia caritatem ejus agnovit.
Qui enim diligit, ex voluntate facit quæ ſibi ſunt
imperáta: qui timet, ex neceſſitate. Itaque Do-
minus operationes ſervulorum ſuorum ſponta- E
neas probat potius, quam coactas. Ideo ex ſer-
vis liberos facit; ut magis voluntatum noſtrarum
munera, quam neceſſitatum obſequia conferа-
mus.

4. Non poteſt dicere Marcioniſta: *Quomodo di-
lexi Legem tuam*, qui Legem non ſuſcipit. Non po-
teſt dicere Judæus, qui Legem ſpiritalem ignorat:
& litteram Legis nudam, non ſenſum Legis intel-
lectumque meditatur. Solus ergo dicit Chriſtia-
nus, qui multum jam Legis cognitione profecerit, F
qui non pœnam Legis pavido corde formidet:
ſed divina myſteria veri Hebræi, veri ſabbati, ve-
a ræ remiſſionis[a] intrepido timetur affectu. Vere er-
go diligit, qui ſine triſtitia, ſine timore, voluntario
potius ſtudio quam coacto præcepta conſervat.

℣. 98 b 5. Alius verſus: *Super inimicos meos*[b] *intellige-
re me feciſti mandata tua; quia tu es.* Cito proba-
vit diuturnæ meditationis effectum, quando in-
tellexit ſuper inimicos ſuos Domini mandatum.
Sed quos habet inimicos Propheta, qui aut ſui

A populi viros legitima debet caritate complecti,
aut alienigenas Evangelica prædicatione invita-
re ad Dei gratiam? Feræ conſortem naturæ ſuæ
diligunt: quomodo dilectionem conformis ſui
Propheta reſpueret? Eſſe igitur juſtam aliquam
cauſam oportet, qua ii quos ſignificat, jure vi-
deantur inimici. Ea quæ ſit poſſumus inveſtigare,
ſi meminerimus quia alibi idem iſte dixit: *Et ſuper* Pſal. 118.
inimicos tuos tabeſcebam, & juſto odio oderam illos. 21. & 22.
Iſtos ergo Evangelica auctoritate ſuos inimicos
B dicit eſſe, qui inimici ſunt Dei. Nam ſi is qui non
relinquit parentes propter Dei nomen, non eſt
Deo dignus: quanto magis qui diligit ejus inimi-
cos, acceptus Deo eſſe non poterit? Quos ergo
inimicos habet? Si gentiles:[c] quomodo, quos pro- c
phetico credituros ſpiritu prævidebat? Denique
ut benedicant & ipſi Dominum, in ſuperioribus Pſal. 66. 4.
adhortatus eſt. Et quæ magna laus ſuper eos in-
telligere, qui metalla & ſaxa venerando, ſimilem
rigorem ſtuporis adtraxerint?

C 6. Quos igitur habet inimicos, niſi hæreticos? Ip-
ſi enim ſunt impugnatores fidei, veritatis inimici.
Quos, niſi Judæos? Ipſi enim graviores inimici, qui
ex amicis facti ſunt inimici. Super eos intelligit,
qui Legem ſpiritalem eſſe intelligit. Quid ergo
prodeſt Lex, ſi finem Legis ignores, ſi myſterium
neſcias, ſi ſacramenta non noveris? Judæis ex ovi-
bus agnus occiditur pro celebritate paſchali: no-
bis pro redemtione mundi unigenitus Dei, partus
Virginis immolatur. Quid proficiunt Judæi, quod
D ſanguine agni domos & poſtes ſuos illiniunt? Ni-
hil utique; quoniam ligna his aut ſaxa prodeſſe
non poſſunt. Nobis proficit omne myſterium,
qui abhorrere credimus à gratia ſpiritali; ut ha-
bitationes noſtras ſanguine pecudis cruentemus,
ora noſtra cruore tingamus: ſed corpora noſtra
[*] ſacramento crucis Dominicæ conſecramus, & *
confeſſione mortis Domini noſtri Jeſu Chriſti
ſanctificamus oris alloquia. *Corde* enim *creditur ad* Rom. 10.
juſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Quid 10.
E prodeſt quod Hebræi aurem ſervuli pertundunt
ſubula, & præputia ſui circumcidunt corporis?
Non intelligunt penitus quid Lex divina diſcer-
nat. Signa ſunt iſta, non veritas. Sed ille intelligit,
qui cor ſuum ſpiritali circumciſione caſtificat;
ut colluviem omnem corporeæ labis emundet.
Ille intelligit, qui ſubulam & aurem, mentis vigo-
re tranſcendit, & illam animam quam pertranſ-
ivit gladius ad revelanda cordis occulta, perpe-
tuæ præmio libertatis adtollit: vel examinandis
F ſermonibus ſollicite ſerviens, quoſcumque virtu-
tis ſuæ aure ſuſceperit, myſterio ſanctificat ſpiri-
tali. Azyma ſibi Judæus quotannis facere con-
ſuevit, & neſcit ſe malitiæ eſſe fermentum. Sed
qui intelligit quid ſit vetus expurgare fermen-
tum, ne totam maſſam corrumpat; veterem ho-
minem cum actibus ſuis expurgat, ut fiat no-
va conſperſio veritatis. Judæo iſta dicta ſunt, &
Chriſtianus audivit; quia dum aurem ſuam ille
ſubula pertundit, audire non potuit: vulneratam
aurem gerens, non Legis, ſed ſtultitiæ ſuæ ſubula

a Mſſ plurimi, & cum his cunctæ edit. *intrepido miretur affectu*. Melius alii, *intrepido timetur* &c

b Vet edit. ad marginem, *prudentem me feciſti mandato tuo; quia in æternum mihi eſt.* Huc accedunt mſſ aliquot. Alii autem, *edocuiſti me mandatum tuum, quia in æternum.* Alii denique cum edit. ut nos in textu.

c. Edit. *Quomodo ſuper inimicos intellexit, quos* &c Non male. Melius tamen mſſ. cod. *quomodo, quos* &c. Hic enim ſubintelligitur, *inimicos habet*, poſt verbum, *prævidebat*.

*. *Sacramento*, id eſt, baptiſmo, vel forte ſigno crucis. Namque ejus uſum priſcorum Chriſtianorum pietati familiariſſimum fuiſſe paſſim legimus in ſanctorum Patrum monumentis.

cruentavit aurem ſuam. Ille audiendo quæ ſpiri- A
taliter revelantur, perforavit aurem ſuam ferro;
maluit enim in ferrum quam in Verbum crede-
re. Ideo ſervit, ideo liber eſſe non meruit, ideo
nec completi temporis ei gratia ſuffragatur; quia
plenitudinem temporis non recepit, quo Filius
Dei miſſus eſt ad ſalutem, & venit ad redemtio-
tionem, factus ſub Lege, natus ex Virgine, victor
mortis, largitor reſurrectionis. Manet ergo vul-
nus illi, cui Chriſtus non ſurrexit. O vulnus quod
ſarciri non poſſit, niſi forte relinquat ſubulam, B
a & ſumat ſibi [a] gladium quem pro Chriſti nomine
non refutet, vel quo corporalia à ſpiritalibus,
umbram à veritate diſtinguat: ſumat Dei ver-
bum, gladium bis acutum, & ex illo divioo ore
doceatur mandatum Domini, præſcriptum Le-
gis agnoſcere, quod non temporalis habeat ob-
ſervantiam celebritatis, ſed ſalutaria & ſempi-
terna remedia ſocco gratiæ ſpiritalis infundat.

7. Tota ergo die io Lege meditare: non per-
functoria tibi debet eſſe tranſcurſio. Si agrum C
emere velis, ſi mercari domum, prudentiorem ad-
hibes, & quid juris ſit, diligeoter conſideras: & ne
in aliquo forte fallaris, tibi ipſe non credis. At
nunc tu ipſe emendus es tibi: de tuo pretio trac-
tatur, conſidera quid ſis, quod nomen habeas,
quid adquiras tibi, non agrum, nnn pecuniam,
non gemmarum monilia: ſed Chriſtum Jeſum,
cui nulla poſſunt pretia, nulla ornamenta con-
ferri. Adhibe tibi conſiliarios Moyſen, Eſaiam,
Hieremiam, Petrum, Paulum, Johannem, ipſum D
magnum conſiliarium Jeſum Dei Filium; ut ad-
quiras Patrem. Cum his tractandum, cum his to-
ta conferendum eſt tibi, tota meditandum die;
ſicut meditabatur David, & hæc erat illi ſola me-
ditatio. Non ſæcularibus animus traducebatur
illecebris, ooo pecuniatia coacervandi patrimo-
nii cupiditate flagrabat: non proferendi limitis,
excludendique finitimi anxius curarum æſtus
ſtudio meditatioois intentum reflectebat affec-
tum: quidquid poterat temporis dies habere, hoc E
totum ſola ſibi io Lege meditatio vindicabat.

8. Sed etiam hoc parum eſt diligenti, qoi velit ad
beatitudiois gratiam pervenire. Beatus enim die
ac nocte meditatur in Lege. Anguſtior dies eſt
meditatione doctrinæ. Non tantus dies in tem-
b pore, [b] quantus meditator in Lege. Uode vide ne
illud magis videatur ſignificare, quod ei qui in
Lege meditatur, ſemper dies eſt, & lumen ſine
defectu, quod nullæ tenebræ noctis interpolent.
Alioquio quomodo negligentiorem in proceſſu F
operis declararet, quem diligentiorem in ipſis
operis ſui Propheta principiis eſſe voluiſſet? In die
ergo meditator Legis, & Evangelii prædicator.

* 9. Et fortaſſe illi * qui oovum non recipiunt Teſ-
tamentum, in nocte legerunt, & ideo neſcierunt
neque intellexerunt. Unde Salvator, ne etiam nos
Johan. 12. 9. & 10. legeremus in tenebris, admonet dicens ambulan-
dum in die, quia non offendit qui in die ambulat;
videt enim gratiam lucis. Qui autem ambulat in A
tenebris, ſcopulom offenſionis incurrit.

10. Sequitur: *Super omnes docentes me intellexi;* ℣. 99.
quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Doctrinam
profitentur ſcribæ Judæorum; quia Legem &
prophetas ipſi priores habere meruerunt. Sed illi
profitentur docere, ſed non docent. Ei autem po-
pulo qui ex gentibus credidit, competit dicere:
Super omnes docentes me intellexi; quia illi non in-
tellexerunt. Reſpondet Judæus: Unde habuiſti
intelligere? Scriptum eſt: *Interroga patrem tuum, &* B Deut. 32. 7.
annuntiabit tibi: ſeniores, & dicent tibi. Ego ſum
Pater tuus, me interroga. *Sed etſi interrogavero, non* Luc. 22.
reſpondebitis mihi, dixit Jeſus: [c] & ex illo reſpoo- 68.
dere oon poſſunt, & ex illo ſupra illos intelligo c
qui non intelligebam; quia teſtimnoia didici, quæ
ille non oovit. Didici: *Qui ſequitur me . . . tollat* Matth. 16.
crucem ſuam. Didici: *Diligite inimicos veſtros.* Et 24.
ideo optat anathema eſſe Paulus pro fratribus Matth. 5. 44.
genere, inimicis fide. Rom. 9. 3.

11. Videretur inconveniens eſſe verecundiæ C
prophetali hujuſmodi uſurpatio; eo quod præ-
ſumſerit dicere quod ſuper omnes docentes in-
tellexerit, cùm vel Legem Moyſes acceperit à Exod. 19. 7.
Domino, & populo ejus inſtituta tradiderit, Aa- Exod. 28.
ron, ſacrificiorum omnium decurſo ritu, ſacerdo- 1. 2. & ſeq.
talem docuerit diſciplinam, Jeſus Nave ſignifica- Joſue 5. 2.
verit quemadmodum circumciſio poſſit iterari, 3. & ſeq.
Samuel unctionis propheticæ pariter ac regiæ ſa- 1. Reg. 16.
cramenta monſtraverit. Videretur, ioquam, in- 13.
congrua præſumtio, niſi præmiſiſſet ſuperiora, D
quibus non immerito ſuper doceotes intellexiſſe
ſe comprobaret. Debuit hanc adſumere confi-
dentiam, qui docebatur à Domino: & mandatum Sup. ℣. 2.
quod docebatur, Domini erat, & ipſe Dominus
qui docebat. Merito ſuper omnes intellexit,
quem docebat ipſa Sapientia. Unde & alibi ait:
Beatus quem tu erudieris, Domine, & de lege tua Pſal. 93.
docueris eum. 12.

12. Oſtendit igitur quod divinum eſt homines
docere noo poſſe: & ideo qui docere præſumunt, E
neſciunt; ſed agnoſcit diſcipolus qui docetur. [d] In d
quo præter donum ſcientiæ quod de Spiritu ſanc-
to fuerat conſecutus: moralis quoque ſuavis lo-
cus eſt, quod multi docentes ſunt qui quod non
intelligunt, docere ſe dicunt: & plurimi ſuot diſ-
cipuli qui ſtudio ſuo adſequuntur & induſtria
quod oon didicerunt à magiſtris. Denique ante
nos quidam intereſſe dixit inter doceotes atque
doctores; fortaſſe hoc arbitratus quia doctores
ſunt aliorum judicio ad hoc munos electi: docen- F
tes autem qui propria uſurpatiooe hoc ſibi mu-
nus adſumſerint. Sed cedant neceſſe eſt ei docto-
res quoque, quem teſtimoniorum meditatione
cæleſtium doctrina Dei doceotis imbuerit.

13. Sequitur: *Super ſeniores intellexi; quia præ-* ℣. 100.
cepta tua exquiſivi. Nec hoc quidem difficile, ut
is quem Dominus docuerit, ſuper ſeniores intel-
ligat: [e] ſiquidem Dei gratiâ ad doctrinam, & ma- e

a. Sic mſſ. At editiones, *gladium quo Chriſti nomen non refutet.*
b. Omnes edit. ac mſſ. aliquot; *quantus meditatus in Lege.* Et infra, *meditatur Legis & Evangelii prædicator.* Sed mſſ. plures ac potiores utrobique habent, *meditator.*
*. Nempe Judæi, quos hic ſubinde vir ſanctus exagitat.
c. Edit. omnes cum mſſ. nonnullis, *& ex illo non reſpondere, & ex illo ſupra illos intelligo, quod non intelligebant.* Alii majori numero, ut in textu; ubi poſt vocem, *illo*, ſubintelligendum videtur, tempore, quo Chriſtus hæc verba Judæis dixit. Rurſus edit. Rom. *quæ illi non noverant.* Aliæ cum mſſ. *quæ ille non novit:* quod referendum ad ſuperiora: *Reſpondet Judæus* &c.
d. Superiores edit. *In quo? Propter donum ſcientiæ, quod . . . . conſecutus. Moralis* &c. Mſſ. autem magno conſenſu, ut in corpore; niſi quod loco præpoſitionis *præter*, pauci legunt, *præeſt*; non male, ſi punctum transferatur poſt vocem *conſecutus.*
e. Ita mſſ. prope ad unum. Ver. autem edit. *Siquidem Dei gratia erogata ad doctrinam, maturitatem ætatis ſupergreditur ſenilis.* Rom. edit. .... *doctrina, maturitatem ætatis ſupergrediatur ſenilis.*

Sap. 4. 19. turitatem ætatis progrediatur ſenilis. Cùm enim A
ætas ſenectutis vita immaculata ſit, utique doc-
trina vitæ immaculatæ ſenilem præſtat ætatem.
Denique excuſanti Hieremiæ quod juvenis eſ-
Hier. 1. 7. ſet, reſponſum eſt: *Noli dicere, juvenis ſum*; eo quod
non æſtimaretur juvenis definitione divina, qui
canam haberet prudentiam, quæ ſanctificationis
cæleſtis gratiâ reluceret.

14. Verumtamen non mihi videtur ſe ipſum
laudare Propheta, & præferre ſenioribus, cùm
Eccli. 8. 11. legerit: *Non te prætereat narratio ſeniorum: & ipſi* B
enim didicerunt à patribus. Nam & alibi dixit Si-
Eccli. 32. 13. rach Sapientia: *Ubi ſunt ſenes, non multum loquaris.*
Sed novit quibus ſe præferat ſenioribus, invete-
ratis ſcilicet in peccato, & veterno impietatis, at-
que ſenio perfidiæ delirantibus. Iſti ſunt ſeniores
plebis de quibus dictum eſt qui dominum Jeſum
Pilato præſidi tradiderunt: *Convenerunt* enim *ſa-*
Marc. 14. 53. *cerdotes, & ſcribæ, & ſeniores*, ut ait Marcus. Et ite-
Marc. 15. 1. rum: *Fecerunt ſacerdotes concilium cum ſenioribus; ut*
Act. 4. 1. & ſeq. *eum traderent*. Et adverſum apoſtolos in Actibus C
eorum, quod ſeniores Iſrael convenerint, Petrus
ſanctus, & Lucas Evangeliſta teſtantur. Non er-
go ſenili derogavit ætati: ſed voce populi ſenioris
indocibilem Dei vetuſtum illum dierum Judæo-
rum fore populum prophetavit, qui quod in ju-
ventute ſua non adquiſierat, & in ſenectute inve-
nire non potuit. Namque à principio frequenti-
bus Dominum exaſperavit offenſis. Cujus igitur
gratiam cùm eſſet juvenis, non potuerat emere-
ri, hujus adventum ſenex non meruit agnoſcere, D
a donum tenere non potuit. [a] Senſus autem in cani-
tie, indicium ſenectutis in ſenſu eſt, & veterani
conſilii ſcientia intellectus maturitate, non vitæ
longævitate præfertur.

15. Exquiramus ergo mandata Dei; ut ſuper
ſeniores intelligamus. Fugiamus viam lubricam
peccatorum; ut poſſimus præcepta cuſtodire cæ-
leſtia. Hoc enim declarant ſequentia. Super ſe-
Gen. 25. 32. niores intellexit Jacob junior frater; quia cùm
ſenior frater Eſau prærogativam ſibi benedictio- E
b nis privilegio ætatis expoſcit, reliquit epulas mi-
Gen 27. 15. & ſeq. tiores, dum quærit agreſtes. Profecto illo in ve-
nationem, junior frater veſtimenta ejus accepit,
& mihi tradidit populo nationum, materno uſus
conſilio. Illam ergo ſapientiæ ſtolam quam ha-
buit antea populus Judæorum, induit me Rebec-
ca. Stola ejus bona Lex & prophetæ. Hac ſtola
ille populus eſt nudatus, nos induti ſumus. Induit
nos mater illa Hieruſalem, quæ in cælo eſt. Ac-
cedimus ergo ad Patrem, offerimus illi epulas F
mitiores, patientiæ cibos, miſericordiæ lenita-
tem, intellectus ſuavitatem. Accipio benedictio-
nem, præripio fratri ſeniori gratiam ſpiritalem.
Venit ille, iraſcitur: non invenit quod accipiat.
Mater occurrit, & pio nos hortatu informat. Re-
ſidet penes me ſtola illa bonis intexta mandatis.

℣. 101. 16. *Ab omni*, inquit, *via maligna prohibui pe-*
des meos; ut cuſtodiam verba tua. Vere dignus qui A
ſuper ſeniores intelligeret; quandoquidem divi-
no eſt honoratus ſpiritu, ut ſeniores doceret non
ſolum intellectus veritatem, verumetiam pecca-
ti fugam, culpæque cautelam. Itaque cùm fragi-
litas humana prona ſit, ut ad imum affectibus,
[b] & currente veſtigio feratur in vitium, docet b
quemadmodum viæ iſtius lubricum & itineris
hujus amfractus viantem implicare non poſſit.
Prohibui, inquit, *pedes meos à maligna via*, hoc eſt,
ab iſtius ſæculi vanitate; quia ſæculum in mali- B
gno poſitum eſt. Dubium quidquid eſt, & anci-
pitis [c] effectus, hoc malignum eſt; ut lux dubia, c
maligna dicitur: ita malignum eſt quidquid ad-
miſcet malitiæ tenebras veritati. Revoca ergo
ab iſtius mundi lubrico pedes animi tui, & men-
tis inceſſum. Prohibe, inquam, reſiſte cupiditati-
bus, obſiſte motibus qui videntur irruere, ſicut
beſtiæ atque jumenta, ut teneros fructus, & nova
ruris hujus noſtri culta depaſcant.

17. *Prohibui*, inquit, *pedes meos*. Non utique cor- C
poris pedes prohibent, qui mentis piæ plerum-
que obſequuntur arbitrio. Neque enim prohi-
bendi ſunt, cùm prodeunt ad Dei templum, vi-
duæ opem ferre feſtinant, impium prævenire,
ſupplantare aliquem fraudulentum. Alius igitur
eſt pes qui jure prohibetur. Quis ille ſit, ipſe Pro-
pheta nos doceat: *Non veniat*, inquit, *mihi pes ſu-* *Pſal. 35. 12.*
perbiæ. Eſt etiam pes iniquitatis, qui cito labitur,
& ſtare non poteſt, ſicut pes perfidorum eſt, de
quibus ſcriptum eſt: *Ibi ceciderunt omnes qui ope-* D *Ibidem. 13.*
rantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.
Prohibe ergo pedes tuos, ne cadas; ſunt enim non
ſolum criminum, ſed etiam infirmitatis pedes. Et
videndum ne cadas. Et videaris tibi forſitan bene
ſtare: ſed dicit tibi Paulus: Et tu qui ſtas, vide ne *1. Cor. 10. 12.*
cadas. Diligenter adtende viam tuam, ut audias:
Tu autem hic ſta mecum. Stans enim cum Deo, lap-
ſum timere non poteris. Stans cum Deo poteris
dicere: *Eruit . . . . pedes meos à lapſu*: ſed ita eruit *Deut. 5. 31.*
Dominus pedes tuos ab omni lapſu, ſi cognove- E
rit quod tu prohibeas pedes tuos à lapſu. Ideo
hoc meruit David, ut Deus à lapſu pedes ejus
erueret; quoniam pedes ſuos ipſe prohibebat, ne
præcipiti atque incauto peccatorum laberentur
veſtigio: unde & potuit verba cuſtodire divina.
Non enim cuſtodire quis poterit, niſi potuerit d
prius ſtare. Cùm autem cuſtodierit, ipſi incipit
Dei Verbum ferre cuſtodiam. Prohibitos pedes
ſuos à via maligna bene dicit, qui Chriſtum viam
eſſe novit. F

18. *A judiciis tuis non declinavi; quoniam tu le-* *℣. 102.*
gem poſuiſti mihi. Expoſuit quid eſſet à via malı-
gna prohibere pedem; à judiciis utique non de-
clinare divinis, & firmum atque immobile perſe-
verantis innocentiæ tenere veſtigium, non de-
flectere gradum, nec de curriculo avertere diſci-
plinæ, ſed ſemitis non ſolum veteris in Sina, ſed

a. Vet. edit. *Specioſum autem in cana judicium ſenectutis ſenſu eſt*. Rom . . . . *incana judicium ſenectutis, & veteranus* &c. Mſſ. tres: *Sponſum* (id eſt promiſſum) duo. *Promtum autem incana judicium ſenectutis in ſenſu eſt*. Ceteri denique, ut in contextu; niſi quod nonnulli habent, *judicium ſenectutis*.

b. Edit. ant. *prona ſit ut labatur non ad unum affectibus malum, & currentem cunctis in præceps ſuſcipiant probra, atque toto à veſtigio feratur in vitium: docet quemadmodum vita iſtius lubricam declinans ſemitam, itineris* &c. Rom. edit. poſt voces, *affectibus malum*, ita repoſuit: *ſed univerſum toto veſtigio feratur in vitium, & currentem cuncta in præceps ſuſcipiant probra. Docet* &c. Mſſ. vero omnes ad locum reſtituendum concurrunt; niſi quod in duobus legitur, *prona ut ad imum affectibus, & currente veſtigio feratur in vitium, docet* &c. Non male, ſi vocula *ut* expungeretur. In quibuſdam aliis habetur etiam *unum*, pro *imum*: ex quo errore totius loci corruptio ſecuta eſt.

c. Mſſ. complures, *& ancipitis affectus*, id eſt, quod ancipiti modo nos movet & afficit. Alii tamen non pauci, ac edit. omnes, *& ancipitis effectus*. Quod autem de maligna luce adjicitur, id procul dubio deſumtum eſt ex illo Virg. lib. 6. Æneid.

Quale per incertam lunam ſub luce maligna
Eſt iter in ſilvis.

etiam

etiam novæ Legis inſiſtere ſecundum Evangelii A claritatem.

19. Eſt etiam Evangelii lex, de qua dicit in ſupetioribus hic Propbeta : *Pſal. 9. 21.* *Conſtitue, Domine, legiſlatorem ſuper eos : ſciant gentes quoniam homines ſunt.* Adventum utique Domini intelligimus a prophetati, & vocationem gentium quæ ante in lutum quoddam corporis hujus videbantur infixæ, voluptati corruptionis ſuæ tamquam fæci, & libidini inhærentes ; quia Dominum neſcierunt. *Ibidem. 18.* Et ideo iratus : *Avertantur*, inquit, *peccatores in* B *infernum*; ut non viderent deſcendentem & adſcendentem animam domini Jeſu, & converterentur ad Dominom, qui converti cùm viverent, noluerunt. *Ibidem.* Sed de illis dicit gentibus, quæ obliviſcuntur Dominum.

20. Scierunt ergo & obliti ſunt: tamen prophe- *Ibidem. 20.* tica benignitate orat, ut exſurgat Dominus, non prævaleat homo; ut cogitationes terrenæ, & motus omnes ferventes hujus corporis conquieſcant. *Iudicentur gentes* ; quoniam tunc cognoſ- C citur Dominus, cùm timentium convertitur affectus, gravis terrore judicii : *Et diſcant gentes quoniam homines ſunt*, luti corruptione reſolubiles, & limo dureſcente formati : quod ante qui Legem non aeceperant, neſciebant. Unde Propbeta quaſi & ipſe turbatus terrenæ fragilitatis *Ibidem. 22.* contemplatione, ait: *Ut quid, Domine, diſceſſiſti longe?* Bene timet, qui hominem ſe eſſe cognoſcit : ſed quia plus timet nobis, qui ſumus ex gentibus peccatores, precatur ne longe fiat à ſuis gentibus; D ut qui longe eramus, incipiamus eſſe propiores, & ſciamus quia homines ſumus, ad imaginem ſcilicet & ſimilitudinem Dei facti, qoibus per Virginis partum etiam Chriſtus conformis eſt factus. Recte ergo & ad infirmitatem accipitur, & ad gratiam: *Sciant gentes quoniam homines ſunt :* altero per commune quoddam atque carnale conſortium beſtiarum, altero per imaginem Dei, & carnis Dominicæ ſacramentum dignitas eſſe cœpit, quæ ignobilitas videbatur.

21. Merito ergo non declioavit à judiciis Dei E populus nationum, qui poteſt dicere : *Quoniam tu legem poſuiſti mihi.* Non pet Moyſen, non per prophetas, ſed ipſe per te, Jeſu, *legem poſuiſti mihi*, hoc eſt, Evangelium. Ideo non declinavi à via ; quia te adſpexi, te cognovi, tua itinera ſequutus veram cognovi viam.

22. Itaque prædicationem audiens Evangelii quam propheticus ſpiritus præcinebat, ait : *℣. 103.* *Quam dulcia faucibus meis verba tua, ſuper mel &* F *favum ori meo!* Et bene *dulcia*, quibus prædicatur remiſſio peccatorum, vitæ perennitas, reſurrectio etiam defunctorum, quæ perpetuæ mortis & acerbæ amatitudinem temperarunt. Per hæc motrem cœpimus non timere, qui eœpimus di- *1 Cor. 15. 55.* cere : *Ubi eſt, mors, victoria tua?* Et bene *faucibus dulcia* ; eo quod intimis infuſa viſceribus gratia ſpiritalis ſit.

23. *Super mel & favum*, inquit, *ori meo dulcia.* Et ideo quia dulcia nobis verba tua eſſe cœpe- *Cant. 4. 11.* runt, dicis ad Eccleſiam : *Favum diſtillant labia tua, Sponſa.* Quid ſit favus, doce nos, Salomon? Tu A enim dixiſti: *Favi mellis, ſermones boni.* *Prov. 16. 24.* Et vere bonus favus, quem manducat Eccleſia, multorum prophetarum velut apum ſpiritali ubertate congeſta mella redolentem. Hoc eſt mel de quo ait: *Manducavi panem meum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo.* *Cant. 5. 1.* Myſticus ſermo cæleſtium ſcripturarum ſicut panis eſt, qui confirmat cor hominis, velut fortior cibus verbi. Suaſorius autem ethicus, dulcis, & mollior ; eo quod ethicæ prædicatione mentis interna b mulcentur : ama- B ra febtibus, id eſt, pœnitentiâ delictorum, miti corda ſermone dulceſcunt. Stillant mel labia prædicantis, quando colliſa dutis caſibus vel ruinis, lapſæ animæ membra refoventur.

24. Eſt etiam vis ferventior verbi, ſicut vini. Eſt etiam in lactis ſpecie ſermo lucidior. *Edite*, inquit: *proximi mei, & bibite, & inebriamini.* *Ibidem.* Bona ebrietas, quæ ad meliora atque jucunda facit quemdam mentis exceſſum; ut immemor ſollicitudinum animus noſter vino jucunditans hilare- C tur. Bona menſæ ſpiritalis ebrietas. Denique, *Poculum inebrians quam præclarum eſt!* *Pſal. 22. 5.* Sed & alibi habes : *Rivos ejus inebria, multiplica generationes ejus ;* *Pſal. 64. 11.* eo quod ebrietas terræ cùm infuſa fuerit imbre cæleſti, ſuſcitate ſemina, fructus multiplicare conſueverit. Itaque verbum Dei quod ſicut pluvia deſcendit de cælo, ubi venas terræ noſtræ, vel animæ ac mentis inebriavit prædicatione divina, excitavit virtutum ſtudia diverſarum, fructuſque fidei & caſtæ devotionis adulevit; merito- D que ei dicitur : *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam.* *Ibidem. 10.* Suſceptione etenim corporis viſitavit; ut ſanaret infirmos : inebriavit gratia ſpiritali; ut anxios jucunditate mulceret.

25. Recte ergo Sponſæ dicitur : *Favum diſtillant labia tua, Sponſa : mel & lac ſub lingua tua.* *Cant. 4. 11.* Os enim juſti diſtillat ſapientiam : de ore juſti ſuavitatis & miſericordiæ mella procedunt: in ore juſti nullus dolus, nulla fallacia, nulla eſt amatitudo peccati. Audit Eeclesia verba juſti, audit plebs E Dei præcepta ſapientis, delectatur alloquii ſuavitate, moralis diſputationis jucunditate mulcetur, dicens: *Quam dulcia faucibus meis verba tua, ſuper mel & favum ori meo!* quia mel apum ad boram delectat, ſed cito ſapor ejus evaneſcit, & plerumque viſceta vitioſa læduntur : verborum autem moralium etſi pungunt mella, non lædont. Cognoſce tamen cui illa credantur ; ſcriptum eſt enim : *In aurem inſipientis nihil dicas ; ne quando irrideat prudentes ſermones tuos.* *Prov. 23. 9.* Evomet F enim, & rejiciet ſermonem tuum ſtultus, qui ejus non poteſt ſentire ſuavitatem.

26. Sequitur : *A mandatis tuis intellexi : propter hoc odio habui omnem viam iniquitatis.* *℣. 104.* Conſequens huic verſiculo eſt : *Concupiſcens ſapientiam, ſerva mandata.* *Eccli. 1. 33.* Sed nemo poteſt ſervare, niſi qui intelligit. Denique redduntur quotidie omnia verba Legis à quibuſdam ſenioribus Judæorum, & nemo eorum poteſt cuſtodire mandatum. Neque enim arborem dixerim cuſtodire fœcunditatem naturæ, quæ luxuriat in foliis, vaneſcit in fructu : nec terram illam dixerim cuſtodire fructus ſuos, quæ filicem inviſam parit

a. Mſſ. aliquot, *prophetari vocatione gentium.* Rurſus ubi omnes edit cum Reg. cod. *tamquam fæci & libidini* : alii cod. magno numero, *quam fecerant* (tres, *quam fecerunt*) *& libidini.*

b. Ita cuncti mſſ. & vet. edit. Rom. vero : *Sicut enim erit amara, quæ febribus vel aliis acciderunt ægritudinibus, mel mitigat ; ita triſtia delictorum pœnitentia* &c.

agricolis,edere frumenta non ſoleat: nec paſtor A cuſtodire videtur pecus, qui eligere pabula profutura non noverit,lupos cavere, caoibus vallare ovilia ſua, neſciat potum, cùm opus ſit, miniſtrare. Nam producere taotummodo ſine ulla cura mutum pecus, tantumdem eſt quantum Scripturas legere tantùm populum Judæorum. Ubi ſint ſpiritalis paſcua ſacramenti, ubi littera occidat, ubi intelligibiles incurſent lupi, ubi ſit requies refectionis, ubi ſpes reſurrectionis, qui ſiot canes qui pro gregis poſſint latrare cuſto- B dia,populus & ipſo grege magis mutus ignorat.

27. Itaque ſi dicat: Mandata cuſtodio; reſ-
Pſal. 49. 17. 18. 19. & 20. pondetur ei: *Tu vero odiſti diſciplinam,& projeciſti ſermones meos poſt te. Si videbas furem,ſimul currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit nequitiâ, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens adverſus fratrem tuum detrahebas.* Non eſt hoc cuſtodire mandata, ſed prævaricari: ſtatutis facere contraria,non eſt intelligere, ſed ignorare. Quomodo poſſunt verba Dei C dulcia eſſe in faucibus tuis,in quibus eſt amaritudo nequitiæ? Quomodo mel & lac ſub lingua tua? cùm dolum lingua tua componat; ut aliud pectore concipias,aliud forenſi ſermone prætendas,ut decipias incautum: cùm tibi Petrus apoſtolus dicat, ut deponas omnem malitiam, & fu-
1. Pet. 2. 2. cum ſimulationis abjicias, dicens: *Sicut nunc geniti infantes, rationabiles, & ſine dolo,lac concupiſcite.* Oſtendit enim nobis quid ſit mel & lac habere ſub lingua; ut non maledicere maledicenti- D bus, ſed benedictionem referre noverimus: neſciamus odiſſe niſi viam iniquitatis,ut facere quod exſecramur, reluctanti caveamus affectu. Ideo
Rom. 7. 15. Paulus cavebat in carne ſua malum; quia oderat.
1. Iohan. 2. 16. Ideo Johannes monet in epiſtola ſua ne diligamus ſæculum: *Quia omne quod in ſæculo eſt, concupiſcentia eſt carnis, & concupiſcentia oculorum, & jactantia vitæ.*

28. Eſt ergo in nobis ut & bene aliquid oderi-
Matth. 5. 44. mus,& bene aliquid diligamus. Sicut enim bene E amare poſſumus ſervos Dei,& bene diligere poſſumus inimicos noſtros ſecundùm verbum Domini:ita bene odiſſe poſſumus inimicos Dei,odiſſe iniquitatem,odiſſe perfidiam,odiſſe turpitudines,odiſſe mundi iſtius vanitates.Odio igitur eſſe debent quæ ſæculi ſunt; ne ſecuris affectibus & otioſis blanditer conciliatricula voluptatis irrepat illecebra. Facile capit oculos petulantis forma meretricis,niſi eos odia premant juſta, & impuritatem indignatus avertat affectus.Inflat ple- F
a rumque homines, & [a] tumido reſupinat faſtidio nobilitatis jactantia, & rerum adfluentia ſæcularium;niſi pudeat in te aliena magis,quam propria laudari. Chriſtus cùm dives eſſet, pauper factus eſt: in paupere, non in divite te redemit. Confitentibus Dei filium imperabat tacere; ut operibus magis quam ſermonibus Deus agnoſceretur: & tu nobilem te dicis,qui es factus è terra? Da-
Pſal. 102. 14. vid rex dicit: *Memento*, Domine, *quia pulvis ſumus:* & tu in hoc caduco atque limoſo genere gloriaris, & divitem te putas, qui ætas potes eſſe mendicus; cùm vita tua non in abundantia tua, ſed in Dei ſit miſericordia? Cui honor, gloria, laus,perpetuitas à ſæculis, & nunc, & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

SERMO QUARTUS-DECIMUS.

נ Nun.

1. **N**Un littera hebræa eſt quarta-decima cujus interpretatio eſt, *Unicus*: vel in alia interpretatione:*Paſcua eorum*.Ecce ipſæ Hebræorum litteræ teſtificantur dominum Jeſum eſſe unicum Patris Filium, Verbum Dei. Denique primo ſtatim verſu David de unico Filio Dei dicit:*Lucerna pedibus meis Verbum tuum,& lumen ſemitis meis.* Unde intelligimus ideo per litteras Hebræorum pſalmum hunc eſſe digeſtum; ut homo noſter tamquam parvulus, & ab infantia per litterarum elemeota formatus, quibus ætas puerilis adſuevit, uſque ad maturitatem virtutis excreſcat. Litteræ autem ſingulæ velut tituli ſunt eorum verſuum, qui ſub iiſdem litteris adſcribuntur, ſeriem & continentiam declarantes, ſicut hîc *unicum* ſignificat littera, & de unigenito Dei Filio, atque ejus æterni luminis claritate pſalmi hujus portio prophetat.

2. Nec ſane ab iſta abhorret etiam illa in alio reperta codice litteræ hujus [b] interpretatio. Quæ b ſunt enim paſcua noſtra, hoc eſt, fidelium, niſi Chriſtus? In cujus paſcuis ſe locatum Propheta lætatus eſt, dicens: *In loco paſcua ibi me collocavit.* Pſal. 22. 2. Ipſe enim nos paſcit,& reficit.Bona paſcua divina ſacramenta ſunt. Carpis illic novum florem, qui bonum odorem dedit reſurrectionis. Carpis lilium, hoc eſt, ſplendorem æternitatis. Carpis [*] roſam, hoc eſt, Dominici corporis ſanguinem. * Bona etiam paſcua libri ſunt ſcripturarum cæleſtium, in quibus quotidiana lectione paſcimur, in quibus recreamur ac reficimur; cùm ea quæ ſcripta ſunt, deguſtamus, vel ſummo ore libata frequentius ruminamus. His paſcuis grex Domini ſaginatur.

3. [c] Bona etiam Chriſti paſcua, qui paſcit in liliis, in ſplendore ſanctorum: bona paſcua etiam c montes convallium. Nam & in his paſcitur Chriſtus,ſicut capreolus,aut hinnulus cervorum. Montes ſunt convallium, ſicut luminaria iſtius mundi ſedula humilitate fulgentes, qui virtutum diverſarum præſtant cacumine,& ſupra mundum meritis ſuis eminent. Iſti ſunt de quibus dicitur: *De hoc mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de hoc mundo*; quia ſupra mundum ſunt qui Chriſtum ſequuntur. Convallis autem mundus eſt: ideoque Iohan. 17. 14. diſpoſuit in convalle fletus; eo quod in hoc mundo fletus ſint lacrymæque. Et providens Dominus diſpoſuit in hoc mundo Teſtamentum ſuum; ut magis hîc fleamus peccata noſtra, quam flenda ſervemus.

a. Edit. vet. *tumido ore ſupinat faſtigium nobilitatis, jactantia* &c. Rom. & duo mſſ. *tumido reſupinat faſtigio nobilitatis jactantia*. Alii magno numero, *tumido ore ſupinat faſtigio* &c. Quatuor tantum, ſed, noſtro quidem judicio, hîc præferendi, legunt, ut in corpore.

b. Omnes edit. *interpretatio, quæ eſt, paſcua eorum, hoc eſt, fidelium. Quæ ſunt paſcua, niſi Chriſtus?* Mſſ. ad unum, ut in textu.

*. *Roſam*, eo forte Dominicum ſanguinem vocat, quod frequentius è vino rubei coloris conſecraretur maxime ob ſimilitudinem. Conſule ſuper ea re lib. 4. *De Sacram.* cap. 4. & lib. 1. *De Liturgia Gall.* cap. 5. num. 9. pag. 40.

c. Ita ſex mſſ. melioris notæ: in aliis vero, & ant. edit. omittuntur, *Nam & in his* .. *montes ſunt convallium*. At Rom. edit. verba ſic invertebat: *Bona etiam Chriſti paſcua montes convallium* (*nam & in his paſcitur Chriſtus, ſicut capreolus, aut hinnulus cervorum*) *hoc eſt, in ſplendoribus ſanctorum, ſicut* &c.

4. Paſcua noſtra etiam iſti verſiculi ſunt, de [A] quibus hodie tractaturi ſumus, in [a] quibus David [1. Reg. 17. 14.] dicit: Paſcebam oves patris mei, oſtendens veram lucernam, docens humilitatem. In paſcuis talibus verus David, verus humilis, & manu fortis, qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemet ipſum exinanivit, & homo natus per Virginis partum humiliavit ſe uſque ad mortem, oves Patris ſui divina prædicatione paſcebat; [Luc. 4. 22.] cùm ſecundum Scripturas ſuum probaret adventum, [Johan. 6. 9. & ſeq.] cùm quinque panibus & duobus piſci- [B] bus hominum millia multa ſaturaret.

5. Hæc ergo noſtra ſunt paſcua, hæc eorum [Sup. ℣. 103.] qui poſſunt dicere: *Quam dulcia faucibus meis verba tua!* [℣. 105.] Hæc eorum paſcua qui dicunt: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine.* Paſcitur enim os noſtrum verbo, cùm loquimur mandata Dei Verbi. Paſcitur & oculus noſter interior lucernæ ſpiritalis lumine, quæ nobis in hac mundi nocte prælucet; ne ſicut in tenebris ambulantes, incertis titubemus veſtigiis, & viam veram invenire ne- [C] queamus. Intelligibilis igitur pedum greſſus, intelligibilis & lucerna; quia Verbum Dei lucerna eſt. Nonne hoc in principio erat Verbum apud Deum: quomodo ergo lucerna eſt? Nonne hoc erat verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: quomodo er- [Eſai. 9. 2.] go lucerna dicitur? Eſaias clamat: *Populus qui ſedebat in tenebris, lucem vidit magnam:* quomodo hîc dicitur lucerna?

6. Sed videamus ne fortè idem Verbum Dei [D] aliis magna lux ſit, aliis lucerna. Mihi lucerna, [Act. 12. 7.] Angelis lux eſt. Petro lux erat, quando adſtitit ei Angelus in carcere, & lumen circumfulſit eum. Paulo lux erat, quando euntem ad perſequendum populum Chriſtianum circumfulſit eum lux [Ibid. 9. 4.] de cælo, & audivit dicentem ſibi: *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Et magna quidem lux. Denique lucernæ Pauli lumen evanuit, ubi divinæ ſplendor lucis emicuit.

7. Et vere lucerna eſt mihi Chriſtus, quando [E] iſto noſtro ore recenſetur. Lucet in limo, fulget in vaſe fictili theſaurus ille, quem habemus in vaſis [b] fictilibus. Mitte oleum, ne deficiat tibi; quia lumen lucernæ eſt oleum, non oleum terreſtre, ſed illud oleum miſericordiæ cæleſtis & gratiæ, quo ungebantur prophetæ. Oleum tuum humilitas eſt, quo cervicis noſtræ dura molleſcunt: oleum tuum miſericordia tua eſt, quo etiam colliſa ſco- [Luc. 10. 33. & 34.] pulis peccatorum foventur corpora. Hoc oleum vulnerato illi à latronibus, deſcendenti ex Hie- [F] ruſalem Evangelicus ille Samaritanus infudit, qui videns eum, miſericordia motus eſt, & alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum. Hoc oleum ſanat ægrotos; miſericordia enim à peccato liberat. Hoc oleum lucet in tenebris, ſi opera noſtra luceant coram hominibus. Hoc oleum [Matth. 25. 10. 11 & 32.] lucet in Eccleſiæ ſolemnitatibus. Denique quibus oleum non defuit, nec lumen fidei defecit; ſed cum lampadibus in locum nuptiarum introire meruerunt: quæ autem in vaſis ſuis oleum non [A] tulerunt, hoc eſt, non habuerunt fidem, non prudentiam, non miſericordiam, animæ in hoc conſtitutæ corpore, merito infidelitatis excluſæ ſunt. Ideo & tu habeto ſemper lucernam ardentem, vel lucentem facem. Si enim neque lucerna, neque lampas tua luceat, ſtulta virgo diceris, nec introibis in thalamum Sponſi tui ſuperioris: ſed remanebis in tenebris cæcitatis, quaſi qui oderis lucem; ne opera tua flagitioſa prodantur. *Omnis* [Johan. 3. 20.] *enim qui male agit, odit lucem.* Habeto fidem, ha- [B] beto prudentiam, ut ſemper habeas in vaſis tuis oleum miſericordiæ, devotionis gratiam; quia prudentes acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus ſuis. Ungite, ô homines, lampades veſtras: cùm jejunatis, ungite caput veſtrum. Infundamus mentibus noſtris oleum; ut corpus noſtrum lucidum ſit. Luceat tibi ſemper lucerna Verbum Dei: luceat & lucerna corporis tui oculus tuus. Conſcientia tua lucens, bene in hoc corpore lucernæ lux eſt; quia ipſa eſt oculus tuus. Sit [C] purus oculus tuus. Si conſcientia tua munda ſit, munda eſt caro tua: ſi autem tenebroſa eſt conſcientia tua, etiam corpus tuum conſcientiæ tuæ nocte tenebroſum eſt. Lucernæ ergo & nos ſumus toto operti corpore, vix aliquid exiguum habentes unde lucere poſſimus.

8. Denique & Johannes lucerna erat, ſicut dixit Dominus de eo: *Ille erat lucerna ardens, & illuminans.* [Johan. 5. 35.] Bona lucerna, quæ lumen accipiebat à Chriſto; ut lucere poſſet in hoc ſæculo: meritò [D] ardens, meritò illuminans; quia erat nuntius Chriſti, illuminans prædicatione fidei pectora ſingulorum. Sed & iſtis lucernis dedit, ut lux mundi eſſent, dicens ad apoſtolos: *Vos eſtis lux mundi.* [Matth. 5. 14.] Ergo ſi gloria ſanctorum nunc ſicut lucerna, nunc ſicut lux mundi fulgebat in hoc ſæculo, quid dicimus de Verbo Dei, quod & lucerna eſt pedibus meis?

9. Et fortaſſe ubi non ſunt tenebræ, non eſt lucerna Verbum Dei, ſed ſupra lucernam; quia lux [E] eſt. Tenebræ iis non ſunt qui vident lucem. Denique, *tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui.* [Matth. 13. 43] Et fortaſſe ſecundum Legem lucerna eſt Verbum Dei, ſecundùm Evangelium lux magna eſt. Judæis lucerna eſt, & lucerna ſub modio. Lucet Lex, ſed non videtur; quia operta eorum doctrina eſt & [c] cogitatione vitiorum, & cæcitate perfidiæ: populo autem ex nationibus lux eſt. Denique, *populo qui ſedebat in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis.* [Eſai. 9. 2.] Aperi igitur feneſtras tuas; ut ſplendor [F] tibi magnæ lucis introeat. Paratum fac candelabrum tuum; ut lux tua non operiatur integumento corporis tui, & menſura terrenæ hujus fragilitatis: ſed ſupra menſuram corporeæ infirmitatis animæ tuæ virtute præfulgeas. [d] Aut ſi ad menſuram teneris, vide ne ſuper efficiant ipſæ menſuræ, ne ſupereffluant: ſed bonis ſeminibus ſint contentæ. Non ſit otioſus ſermo tuus, non ferietur & vacet verbum tuum; ne fiat lucerna ſub modio. Potens eſt Deus qui ſuper candelabrum conſtituat lucernam tuam; ut luceat omnibus qui in domo

a. Mſſ ſeptem, *in quibus David paſcebat oves patris ſui.*

b. Omnes edit. ac non pauci mſſ. *fictilibus. Lumen lucernæ eſt, mitte oleum ne deficiat tibi lumen lucernæ. Et oleum non olea terreſtris* &c. Septem alii mſſ. melioris notæ, ut nos in textu.

c Sic pleriique mſſ Alii nonnulli, & cunctæ edit. *contagione vitiorum.* Non male: ſed tamen alluſio videtur hîc fieri ad opinionem ſacerdotum Judaici populi, qui cogitationes ac deſideria Legi contraria non condemnabant.

d. Rom. edit. *Aut ſi menſuram tenueris, vide ne deficiant ipſa menſura, nec ſuperefflaant* &c. Vet cum cunctis mſſ *Aut ſi ad menſuram teneris.* In reliqua vero parte mſſ inter ſe diviſi partim voci *teneris*, continuo ſubjungunt, *ſupereffluat ipſa menſura, ſupereffluat, ſed bonis ſit conferta ſeminibus*: partim cum vet. edit. lectionem præferunt, quam ſecuti ſumus.

ſunt, ut qui ingrediuntur lumen videant. Candelabrum principale noſtrum eſt. Pone ſermonem in principali tuo, & omnibus luceat qui ingrediuntur in Eccleſiam. Accipe & aliud candelabrum. Conſidera os tuum, conſidera & ſermonem tuum. Nonne os tuum candelabrum eſt, & verbum tuum lucerna eſt, cùm de ore tuo profertur? Hæc lucerna ſemper tibi luceat, hoc eſt, verbum tuum luceat, & numquam extinguatur.

10. Quæris ut doceam quomodo non poſſit extingui? Scriptum eſt: Lumen juſti ſemper inextinguibile eſt: *lumen* autem *impiorum extinguetur*. (Iob. 18. 5.) Hoc lumen erat lucernæ, quæ lucebat in tabernaculo Teſtimonii, & hodieque lucet in Eccleſia, vir ſapiens. Hic eſt oculus Eccleſiæ, qui non dicit manibus, hoc eſt, [a] operantibus, ſed non acutis ad intelligendum: Non eſtis mihi neceſſarii. Ergo ſuper candelabrum lucebat, qui dicebat: *Noſtra autem converſatio in cælis eſt*. (Philip. 3. 20.) Nam & David tota mente jam converſabatur in cælo, & adhuc tamen dicebat: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*. Aut fortaſſe quaſi bonus magiſter mihi præire cupiebat; ut lumen ſequi diſcerem, & illius pedibus ambularem. Oſtendit ergo mihi [b] hanc lucernam ſequi diſcere in iſtius ignorantiæ, in iſtius operimenti corporei tenebris conſtituto; ut Chriſtum ſequens, nullum lapidem offenſionis incurram. Errabat Petrus in tenebris ignorantiæ, negabat Chriſtum eſſe moriturum; quia adhuc non videbat moriturum & reſurrecturum eſſe pro nobis. Converſus ad eum Dominus ait: *Vade retro poſt me*. (Matth. 16. 23.) Oſtendit illi lucernam quam deberet ſequi, *poſt me*, dicens. Sequutus verbum Dei confirmatus eſt: poſtea cœpit inhærere Chriſto, timens ne iterum aliquo laberetur errore. Nonne & ipſe qui dicebat: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*, ad hanc lucernam feſtinavit, cùm diceret in mari: *Domine .... jube me venire ad te ſuper aquam*: (Matth. 14. 28.) ſed quia non ſequebatur lucernam, motus eſt, atque titubavit, * naturæ vehementioris mole turbatus.

11. Sequamur ergo lucernam hanc: & ſicut in nocte ambulemus ad lumen. Multæ foveæ, multi ſcopuli in iſtius ſæculi caligine non videntur. Præfer tibi lucernam quam Propheta monſtravit: vide quo debeas transferre veſtigium, contuere ubi pedem ponere mentis internæ: per ſingulos cura ſit greſſus: nulli credas tuum, niſi præeunte lucernæ iſtius luce, proceſſum. Nam ubi putas quod luceat, gurges eſt: videtur lucere ſed polluit: & ubi putas ſolidum eſſe vel ſiccum, ibi lubricum eſt. Sed & ſi lucerna * tibi, iter longius ſit. Sit ergo fides tibi itineris tui prævia, ſit tibi iter ſcriptura divina. Bonus eſt cæleſtis ductus eloqui. Ex hac lucerna accende & tu lucernam; ut luceat interior oculus tuus, qui lucerna eſt tui corporis. Multas habes lucernas, accende omnes; quia dictum eſt tibi: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ veſtræ ardentes*. (Luc. 12. 35.) Quia multæ ſunt tenebræ, multæ ſunt lucernæ neceſſariæ; ut meritorum noſtrorum in tantis tenebris lumen eluceat. Iſtas lucernas Lex ſignificavit ſemper lucere debere in tabernaculo Teſtimonii, (Exod. 27. 26.) non illas quas Judæi accendunt quotidie. Illæ ſub umbra lucent, & extinguuntur quotidie; quia quod faciunt, non vident: quod legunt, neſciunt, accipientes ſecundum litteram quod præcipitur ſecundùm ſpiritum. Tabernaculum enim Teſtimonii corpus hoc noſtrum eſt, in quo Chriſtus advenit, per amplius & perfectius tabernaculum, ſicut ſcriptum eſt; (Heb. 9. 11. & 12.) ut per ſanguinem ſuum intraret in ſancta, & conſcientiam noſtram ab omni opere mortuorum & labe mundaret; quo in corporibus noſtris, quæ ſuorum teſtimonio & qualitate factorum cogitationum noſtrarum abſcondita & occulta teſtantur, lucernarum modo luceat noſtrarum lux clara virtutum. Iſtæ ſunt lucernæ ardentes, quæ die ac nocte in templo Dei lucent. Si templum Dei in corpore tuo ſervas, ſi membra tua membra ſunt Chriſti, lucent virtutes tuæ, quas nullus extinguit, niſi eas tuum crimen extinxerit. Hoc lumine caſtæ mentis & piæ devotionis ſolemnitatis noſtræ feſta reſplendeant.

12. Luceat ergo ſemper lucerna tua. Arguit Chriſtus etiam eos qui utuntur lucerna, ſi non ſemper utantur, dicens: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes*. (Luc. 12. 35.) Non ad horam exſultemus in lumine. Ad horam exſultat, qui audit verbum in Eccleſia, & gaudet: egreſſus autem obliviſcitur quod audivit, & negligit. Iſte eſt qui ſine lucerna in domo ſua ambulat; ideoque in tenebris ambulat, qui opera tenebrarum facit, in comeſſationibus & ebrietatibus, in cubilibus & impudicitiis, in contentionibus & æmulationibus, indutus veſtimenta diaboli, non Chriſtum. Hæc fiunt quando verbi lucerna non lucet. Numquam ergo negligamus verbum Domini, ex quo nobis omnium origo virtutum eſt, univerſorumque operum quidam proceſſus. Si membra corporis noſtri ſine luce operari recte non queunt (nam pedes vacillant ſine lumine, & manus errant) quanto magis ad verbi lumen dirigenda ſunt animæ noſtræ veſtigia, atque mentis inceſſus? Sunt & manus animæ quæ bene tangunt (ut tetigit Thomas Dominicæ reſurrectionis indicia) (Iohan. 20. 27.) ſi verbi præſentis nobis lumen luceat. Hæc lucerna accenſa ſit in omni verbo, in omni opere. Ad hanc lucernam greſſus noſter forenſis internuſque moveatur.

13. Sed jam progrediamur ad cetera, & fiat pedibus meis lucerna verbum Dei, & ſemitis meis lux. Pedibus lucerna ſatis eſt ad ambulandum, ſemitis non eſt ſatis ad illuminandum: idem Verbum tamen & pedibus lucerna eſt, & ſemitis lux eſt; quia idem unigenitus Dei Filius & delinquentibus advocatus, & remunerator eſt fortibus, peccatorum remiſſor, præmiorum largitor.

14. Itaque cui lucerna fuerit Verbum Dei, huic quocumque pergit, lucent ſemitæ, ſicut lucebant ſancto David; & ideo quaſi in lumine ambulans dicit: *Iuravi, & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ. Humiliatus ſum uſquequaque*. (ꝟ. 106.) Vox ambulantis in lumine eſt cum auctoritate dicere: *In-*

a. Cunctæ edit. *operantibus (cùm ſit quidem anguſtius opertus, ſed non anguſtus ad intelligendum) Non eſtis* &c. Mſſ pleique, *operantibus ad intelligendum Non eſtis* &c. Optime omnium Navarraeus, Vind. Aud Ebr. & Fiſc. ut ſupra in contexto.

b Edit. vet & mſſ aliquot, *lucernam hanc ſequar in iſtius ignorantia operimento, in iſtius corporis tenebris conſtitutus*. Rom. *in iſtius ignorantia tenebris, in iſtius corporea fragilitatis operimento conſtitutus*. Aliorum mſſ quatuor, *hanc lucernam. Sequar diſcere* &c. Unus, *hanc lucernam, ut diſcerem ſequi* &c. Sex denique ut ſupra in contextu. Duriuſcula ſane locutio, & quam credibile eſt vitare voluiſſe eos, qui tot varietates induxere. Sed eam tamen confirmant ſuperiora, *ut lumen ſequi diſcerem*.

*. *Naturæ*, id eſt, elementi, ſcilicet maris.

*. Poſt vocem *tibi*, ſubintellige ſubſtantivum, *eſt*.

ravi,& ſtatui. Qui enim ſtatuit,non movetur, non A
metuit ne cadat;quia plus eſt ſtatuere,quam ſta-
re. Stat igitur David mentis ſtatione fundatus,
nec timet ne in his mundi hujus tenebris poſſit
errare; ſi enim metueret,non juraret: ſi trepida-
ret, utrum divina poſſet cuſtodire judicia, non
cum jorisjurandi ſtatueret ſacramento.Nemo be-
ne jurat, niſi qui poteſt ſcire quod jurat. JURARE
igitur,indicium ſcientiæ, teſtimonium conſcien-
tiæ eſt. Et bene jurat, qui ad lucernam verbi pe-
des ſuos dirigit, qui lucem in ſemitis ſuis cernit. B
Lux tibi præeat, ſi jurare diſponis,id eſt,cognitio
veritatis præcedat; ut vinculum ſacramenti tibi
non poſſit oocere. UBI RELIGIO ſanctior,ibi fides
veritatis eſt plenior.Denique ideo Dominus, qui
a venit docere parvulos, imbuere novos, [a] firmare
Matth. 5. 34. perfectos,ait in Evangelio:*Non jurandum omnino*;
quia infirmis loquebatur. Denique non ad ſolos
apoſtolos loquebatur,ſed ad turbas; voluit enim
Ibidem. 34. 35. & 36. te non jurare, ne perjures. Et addidit non jurare
omnino neque per cælum,neque per terram,ne- C
que per Hieroſolymam, neque per caput tuum,
per hæc videlicet quæ ſubjecta non ſunt tuæ po-
Pſal. 109. 4. teſtati. *Iuravit Dominus, nec pœnitebit eum.* Juret
ergo ille quem ſacramenti ſui pœnitere non po-
Ibidem. terit.Et quid juravit Dominus? Quia Chriſtus in
æternum ſacerdos eſt. Numquid iocertum,num-
quid impoſſibile erat quod juravit Domious?
Numquid poterat eſſe mutabile?Noli ergo uſur-
pare exemplum ſacramenti, qui implendi ſacra-
menti non habes poteſtatem. D

15. Quid igitur juravit David? *Cuſtodire judi-
cia juſtitia Domini.* In nullo videlicet jam perfec-
tum, jam inſtructum divinæ juſtitiæ movebant
judicia. Quanti moventur, cùm vident juſtum
aliquem orbatum liberis,diſpendiiſque frequen-
tibus ad ultimæ egeſtatis deductum neceſſitatem,
ut ipſa alimentorum ſubſidia habere non poſſit:
fractum ægritudine gravi,& perpetua debilitate
vexatum, ut obire nequeat communis officia na-
turæ?Sed qui firmus eſt,noo movetur,& is magis E
intelligit juſtitiam Dei prædicandam; quia cor-
ripit Dominus quem diligit. Numquid non fre-
quentius corripitur filius,quam ſervulus? Injuſta
ergo pietas patris, magis quàm domini ſeveritas?
Aſperioribus exercet pater filium, quam domi-
nus vernaculum.Sed dura patris non æſtimantur
impertita flagella;quia vult filium meliorem eſſe,
* quam ſervulum.* Eruditio ergo plena juſtitiæ eſt.

16. Orbatus eſt ſanctus Job liberis ſuis, in quos
Dominus poteſtatem diabolo dedit. Numquid F
iniquus Deus? Abſit: immo juſtus; quia probatu-
rus juſtum ſuum, per hujuſmodi exercitia in qui-
b bus ejus eſt [b] probata patientia, magis dignum
qui probaretur, effecit. Quo enim clarius meri-
tum coronati, hoc uberior juſtitia coronantis.
Nudatus eſt facultatibus cùm dives eſſet, & hæc
Deo ſubiit permittente diſpendia.Non erant pe-
cuniæ jam damna, ſed vitæ; cùm deeſſet alimo-
nia,ademtis omnibus.Quis accuſet juſtitiam Dei,
cùm Job ſi non omnem amiſiſſet pecuniam, non
tantam inveniſſet gratiam? Athletam ſuum nu-
c dum ungere voluit Deus [c] oleo pænitentiæ;ut &
ſubeundo faceret certamini fortiorem, & eme-
rendo præmio digniorem. Perfuſus totum cor-
pus vulnere gravi, ſedebat in ſtercore, radens
ſaniem ſævis ulcerum vibicibus defluentem: &
hoc permiſſu Domini diabolus iotulerat juſto
viro. Videretur viciſſe ſibi diabolus,niſi acceptâ,
quam popoſcerat, poteſtate eſſet etiam ipſe ſu-
peratus. Quid igitur fuit illa tentatio, quid ino-
pia facultatum, deſtitutio filiorum, tolerantia
vulnerum,niſi exercitium fidei,inſigne patientiæ,
eruditio glorioſa virtutis, confeſſio plena victo-
riæ; ut qui ante contradicentem habebat dia-
bolum, poſtea non haberet? NEMO ERGO dura
putet eſſe quæ juſta ſunt. Non videbantur dura
ei, qui poterat dicere: *Nudus natus ſum,nudus exi-* Iob. 1. 21.
*bo: Dominus dedit, Dominus abſtulit .... ſit nomen
Domini benedictum.* BENEDICIT enim Dominum
juſtus cùm laborat, peccator cùm [d] luxuriat. d
Non ergo ex infirmitate noſtra vis æſtimanda
juſtitiæ eſt.

17. Quid durum putamus eſſe quidquid per
imbecillitatem animi ferre non poſſumus? Tolle
perſecutiones, & martyres deſunt. Sed & perſe-
cutores Deus, id eſt, poteſtates ſæculi eſt paſſus
adſurgere; ne deeſſent qui vincerent Chriſto.
Quis tunc non dixit infirmus: Domine cur dediſ-
ti plebem tuam in poteſtatem perſequentium?
Sed quis hodie neget beatiores illos eſſe qui paſſi
ſunt, quam illos quos nulla vexarunt ſupplicia
perſecutorum?

18. Juſtus ergo optat probari, tentari non ti-
met; qui enim ſtatuit cuſtodire judicia Dei, non
timet tentationes. Ubi ſtatuit,niſi in corde? Illic
enim radicati & fundati eſſe debemus, non flui-
tantes,neque mobiles omni vento doctrinæ. In-
tus ergo ſtatuamus in corde noſtro,in pectore, in
animo;ut nobis fiat illud propheticum:*Cogitatio-* Prov. 12. 5.
nes juſtorum ſemita. In his ſemitis bene ambulat
juſtus;ideoque dicit:*Proba me,Domine,& tenta me.* Pſal. 25. 2.
Denique hoc quoque loco auctoritati reſpon-
dens ſuæ,qui juraverat,& ſtatuerat cuſtodire ju-
dicia juſtitiæ Domini, probari ſe voluiſſe dicit,
qui humilitatem ſubeundam credidit eſſe pro
Chriſto.

19. Ideoque ait: *Humiliatus ſum nimis.* Non ſo- ꝟ. 107.
lùm humiliatum, ſed etiam nimis humiliatum ſe
eſſe gaudet. Beatus qui gloriatur humilitate ma-
gis,quam poteſtate. POTESTAS decipit, humilitas
non deſtituit. Bona humilitas,quæ etiam in Chriſ-
to laudem virtutis invenit. Hanc in illo plus ve-
neror, quàm creationem;quia creati ad laborem
ſumus,redemti ad quietem. Denique ipſe advo-
cans populos ad miſericordiam ſuam,de humili-
tate propria gloriatur, dicens: *Palam factus ſum* Eſai. 65. 1.
*non quærentibus me: apparui iis qui me non interro-
gabant.* Et alibi: *Scapulas meas dedi in flagella, ma-* Eſai. 50. 6.
*xillas meas in palmas: faciem autem meam non aver-
ti à confuſione ſputorum.* Recte ergo David humi-
liare ſe voluit; ut tribulationum Chriſti in ſe
ipſo, quod deeſſet, impleret.

20. Poteſt & ipſe hoc ex ſua perſona per os
David locutus dixiſſe: *Humiliatus ſum nimis*, qui
dixit in Evangelio: *Venite ad me omnes qui labora-* Matth. 11. 28. & 29.

a. Mſſ. novem, *firmare imperfectos.* Reliqui, & cunctæ edit. *fir-
mare perfectos.* Quid ſi legendum, *formare imperfectos?*
*. *Eruditio* hic idem ſonat, ac verberum caſtigatio.
b. Mſſ. non pauci, ac veteres edit. *probata ſapientia.* Melius
tamen alii mſſ. ac Rom. edit. *probata patientia.*
c. Rom. edit. *oleo patientia.* Sed aliæ,ac mſſ omnes refragantur.
d. Cod. Nav. alter, *luxuriat* (hoc eſt, abundat) *Nonne ergo ex
infirmitate noſtrâ viſa ſunt dura mandata juſtitia.*

tis, & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Tollite jugum A
meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, &
humilis corde, & invenietis requiem animabus veſ-
tris. Diſcamus ergo ab eo, qui docere nos voluit
quod proficeret ad ſalutem, & nobis dicit: *Diſcite*
à me. Non eſt mediocre quod dicit, *Diſcite*: & ad-
didit, *A me diſcite.* Non facile poteſt quiſquam hu-
a militatem [a] docere inflatus: quamvis ſit humana
præditus ſapientia, mens tamen inflatur, quam ſu-
perbia carnis extollit. Et qui paupertate conten-
tus eſt, non eſt contentus injuria: & qui poteſt fer- B
re verberum pœnas, exagitatur verborum con-
tumeliis: & qui poteſt adminiſtrationes contem-
nere, dolet ſibi aliquem honorificentia eſſe præ-
latum. Grande eſt in omnibus humilitatis tene-
re menſuras. Superbia hominem prima dejecit.
Dum plus volumus, etiam quod minus eſt ſole-
mus amittere. Bona humilitas, quæ nihil appe-
tendo, totum quod contemnit, adipiſcitur. Ipſe
dominus Jeſus ſe humiliavit, ut nos elevaret: &
Philip. 2. 9. & 10. humiliavit ſe uſque ad crucem, *Propter quod exul-* C
tavit, inquit, *illum, Deus.... ut in nomine ejus omne*
genu flectatur. Quanta fecit Dominus audeo dice-
re, & non flexi ei genu? Sed flexi ei poſtquam ſe
humiliavit. Sic enim, hoc eſt, per humilitatem, per
crucem ſibi Eccleſiam congregavit.

Pſal. 50. 8. 21. David rex erat, incerta & occulta ſapien-
tiæ ſibi patefacta teſtatur: ſed ideo ſe magis hu-
miliabat. At vero Ezechias cecidit ab altitudine
cordis ſui. Ille laudabilis rex, ille qui de obſidio-
ne, de ægritudine beneficiis Domini & mirabili- D
bus liberatur, cecidit per ſuperbiam, & gratiam
meriti ſuperioris imminuit. Quid fuiſſet Joſeph, ſi
humilis non fuiſſet? Scivit ſibi obfuiſſe, quod præ-
latus erat fratribus: etiam pius amor miſeriam
prælationis invenerat. Prælatio armavit fratres,
humilitas conciliavit extraneos: prælatio conci-
tavit germanos, humilitas regem ſubditum fecit;
ut vere quaſi ex perſona Joſeph dictum putemus,
Pſal. 114. 6. quod hic ipſe ſupra dixit: *Humiliatus ſum, & ſal-*
vum me fecit; quamquam ſi conſideremus quæ ille E
toleravit, ex perſona ſua eum dixiſſe reperiemus.

22. Golia ſuperato, occurrerant juvenculæ
1. Reg. 18. 7. pſallentes: *Saul in millibus, David in decem milli-*
bus: commotum eſt fel regis, & quærebat eum
occidere: & humiliavit ſe David ante Jonathan
filium regis, & convertit ejus affectum; ut quem
ſucceſſorem patrii regni potuerat habere ſuſpec-
tum, eumdem adverſum ſtudia paterna ſervaret,
1. Reg. 19. 5. dicens patri: *Quid peccas in ſanguinem innocentis?*
& id vocem extorqueret invito, quod non me- F
Pſal. 114. 7. reretur occidi David. Recte ergo ait: *Humiliatus*
ſum, & ſalvum me fecit. Et iterum cùm ad eum pro-
pheta veniſſet, & indignationem Domini in cau-
ſa Bethſabee mulieris denuntiaſſet, humiliavit ſe,
& ait: *Peccavi Domino.* Et dixit Nathan ad eum:
2. Reg. 12. 13. *Quoniam pœnituit te, abſtulit Dominus peccatum*
tuum: non morte morieris. Bona igitur humilitas.
Denique humiliatus eſt, & ſalvus factus eſt. Et
alio loco, cùm propter numeratum populum
Dominus eſſet offenſus, & miſiſſet prophetam
Gad, qui regi David diceret: *Elige tibi quid velis* 2. Reg. 24. 13.
fieri, triennio famem ſuper terram, aut tribus menſibus
fugere te à facie inimicorum tuorum perſequentium te,
aut fieri triduo mortem in terra. Reſpondit David:
Anguſtia ſunt mihi hæc tria: ſed magis incidam in Ibidem. 14.
manum Domini, quoniam magna eſt miſericordia
illius valde, quàm in manus hominum incidam. Et
cùm dediſſet Dominus mortem in Iſrael à mane
uſque ad horam prandii, ſeptuaginta millibus ho-
minum mortuis, reſpexit David ad Dominum, &
cùm vidiſſet Angelum ferientem populum, dixit:
Ecce ego peccavi, & ego paſtor male feci: & iſti in hoc Ibidem. 17.
grege quid fecerunt? Fiat manus tua in me, & in do-
mum patris mei. Et propitius factus eſt Dominus,
cùm ſacrificium reconciliationis Domino eſſet
oblatum. Bona ergo humilitas, quæ regem ple-
bemque ſervavit. Itaque, reconciliato Domino,
ait David: *Bonum mihi eſt, quòd humiliatus ſum.* Sup. ✝ 71.

23. Bona ergo humilitas, præſertim ſi adjunga-
tur ei devotio voluntaria. Ideoque ſe vivificari
ſecundùm verbum petit; ut ſecundùm verbum
vivat, & omnia cum ratione faciat, non ſecundum
carnis voluntatem. Unde [*] myſticum illud etiam *
moraliter accipi poteſt: *In principio erat Verbum, &* Johan. 1. 1. 2. & 3.
Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc
erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta
ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et tu imitator eſto
Dei. Quomodo imitator? Numquid cælum potes
facere, aut terram, aut mare? Non utique: ſed ut
omnia per verbum facias, nihil ſine verbo: omnia
cum ratione, nihil ſine ratione; quia non es irra-
tionabilis, ô homo, ſed rationabilis.

24. Sequitur verſus quartus: *Voluntaria oris* ✝ 108.
mei comproba, Domine, & judicia tua doce me. Qui
ſe humiliat, vivificatur ſecundùm promiſſum Do-
mini: qui vivificatur ſpiritu Dei, voluntarius eſt
miniſter; plurimum enim refert utrum ex volun-
tate quid facias, an ex neceſſitate, quod placeat
Deo. Denique voluntarius miniſter habet præ-
mium, coactus diſpenſat obſequium, ſicut Apo-
ſtolo docente cognovimus. Scripſit enim: *Væ enim* 1. Cor. 9. 16. & 17.
mihi eſt ſi non evangelizavero! Si enim volens hoc
ago, mercedem habeo: ſi autem invitus, diſpenſatio
mihi credita eſt. Vide voluntarium exſecutorem
cæleſtis arbitrii. Liber erat ex omnibus, [b] & om- b
nium ſervus eſt factus, voluntate utique, non ne- Ibidem. 19. 20. 21. & 22.
ceſſitate; ut plurimos lucraretur. Iis quoque qui
Legis vinculo tenerentur quaſi ſub Lege eſſet, ſe
exhibuit, cùm ſub Lege non eſſet; ut eos ſervaret
qui ſub Lege vivebant. Infirmis infirmus factus
eſt; ut infirmos adſumtione infirmitatis propriæ
ſuſtineret. Omnibus omnia factus eſt, non [*] legiti- *
ma neceſſitate, ſed voluntatis obſequio. Aperuit

a. Ita edit. cum paucis mſſ. Alii autem partim, *humilitatem docere: inflat quamvis humana ſapientia, mens carnis extollit* &c. partim, *humilitatem docere inflatus; quamvis humana mens ſapientiâ carnis extollatur.* Vel etiam, *humanâ ſapientiâ mens carnis extollitur.*

*. *Myſticum*, hoc loco neutiquam opponitur litterali; quandoquidem ubique litteralem hujuſce textus Evangelici ſenſum conſtantiſſime propugnat Ambroſius: atque adeo interpunctionem ab Alexandrinis & Ægyptiis nec non & à Photino eò inductam, ne vel minima hæreſi arrianæ daretur occaſio, rejiciendam contendit, ut videre eſt Enar. in Pſal. 36. num. 35. & Comm. in cap. 1. Lucæ. Hic ergo teſtimonium illud ideo *myſticum* dicitur, quia rem minime corpoream, ſed à ſenſibus, immo ab ipſo humano intellectu remotiſſimam exponat, æternam ſcilicet Verbi divini generationem. Moralitas autem in eo eſt, quod Λόγος græci codices latine verbum & rationem ſignificet. Porro cùm ex memoratis verbis morali ſenſu haudquaquam excludi litteralem nobiſcum confiteri cogantur novi hæretici, quamobrem etiam non confitebuntur, ſicubi ſacrum illud effatum: *Hoc eſt corpus meum*, à Patribus myſtice ac ſpiritaliter expoſitum videant; inde tamen naturalem & litteralem interpretationem non excludendam.

b. Mſſ. quinque: *Et in omnibus ſervus eſt factus.*

*. *Legitima neceſſitas* eſt ea, quam lex imponit.

mihi hujus altitudinem conſilii in epiſtola ad A
Philemonem ſcripta; quia quod ipſe eſſet, alium
eſſe vellet, ut voluntate potius quàm neceſſitate
detuliſſe Domino videretur. Itaque pro Oneſimo
Philem. 12. 13. & 14. interveniens ſic ait: *Tu autem illum ut mea viſcera*
ſuſcipe, quem ego volueram mecum detinere; ut pro te
mihi miniſtraret in vinculis Evangelii: ſed ſine conſi-
lio tuo nihil facere volui; ne velut ex neceſſitate bonum
tuum eſſet, ſed voluntarium. Quam ſedulus ſuaſor,
qui cùm eſſet vas electionis divinæ, conſortium
conſilii non dedignabatur alieni; ne alterum B
fructu voluntatis propriæ defraudaret. Rectè er-
go David ait quaſi propheta: *Voluntaria oris mei*
comproba, Domine, oris ſui offerens Domino ſacrifi-
cium voluntarium; eo quod ut apis illa propheti-
ca bonos flores colligere ore conſueverit, favos
ore fingere, mella ore componere, & ex herbis
a ſuavibus [a] ore filios legere: quæ *cùm ſit*, inquit,
Prov. 6. 8. *robore infirma, ſapientia prædicatione ſubſtantia ſua*
producit ætatem. Quod ſit iſtud voluntarium oris
Pſal. 49. 14. ſacrificium, recognoſce: *Immola*, inquit, *Deo ſa-* C
crificium laudis.

25. Exſpectat Dominus voluntarios miniſtros.
Eſai. 6. 8. Denique in libro Eſaiæ dicit Dominus: *Quem mit-*
tam? Utique ſervulo ſuo poterat imperare, quem
dignum qui mitteretur, invenerat: ſed maluit eum
ſpontaneæ oblationis non fraudare mercede, qui
ut ipſe ſe offerret, præſtolatus eſt. Et quamvis ejus
ſciret affectum, exſpectavit tamen vocem; ut cu-
Ibidem. mularet gratiam. Unde ſe offerens Eſaias ait: *Ecce*
ego, mitte me: & ſic poſtea miſſus eſt ad populum. D
Rom. 10. 20. Ideo de eo dictum eſt: *Quia Eſaias audet, & di-*
cit. Etenim quaſi voluntarium organum uberiore
ſpiritus ſui gratia Chriſtus implevit.

26. Nec otioſe hoc poſitum puto; quia volun-
taria oris ſui placere deſiderat Domino. Multi
prophetæ, ſed in omnibus oris voluntaria pla-
Hier. 1. 6. & 7. cent. Excuſabat Hieremias, dicens: *Quis es domi-*
nator Domine? Ecce neſcio loqui, quia juvenior ſum
ego. Et dixit ei Dominus: Noli dicere, quia juvenior
ſum ego; quia ad omnes ad quoſcumque miſero te, abi- E
bis: & ſecundum omnia quæcumque mandavero tibi,
loqueris. Verecunde propheta ætatem corporis
prætendebat; ne exſequendis cæleſtibus impe-
ratis impar eſſe adoleſcentia deprehenderetur.
Sed Deus ut qui morum magis quam annorum
judicaret ætatem conſiderandam, & in juvenili
corpore maturitatem robuſtæ ſapientiæ in ſuo
ſervulo prævideret, ait: *Noli dicere, juvenior ſum*
ego, hoc eſt, prohibuit eum juvenilis ætatis con-
templatione vires ſuas perpendere, cui fides cani- F
tiem ſapientiæ miniſtraret. Et iterum in poſte-
Hier. 20. 7. & 9. rioribus cùm dixiſſet idem propheta: *Seduxiſti me,*
Domine, & ſeductus ſum. . . . Et dixi: Non nominabo
nomen ejus, & non loquar in nomine ejus ultra; ad-
didit: *Et factus eſt in corde meo, ut ignis ardens, flam-*
mans in oſſibus meis: & diſſolutus ſum undique, &
ferre non poſſum. Advertimus igitur quod iis etiam
qui aut excuſandum officium ſuum, aut certa ali-
qua cauſa negandum putaverint, Dominus ta-
men noſter aut ratione perſuadeat, aut cupidi-

A tate propheticæ revelationis inſpiret; ut ad ſub-
eundum officium voluntate concurrant, non ne-
ceſſitate conſcendant; quo merces ad eos inte-
græ devotionis poſſit plenior pervenire. Prophe-
tavit & Caiphas, *Quia expedit unum hominem* Johan. 11.
mori pro populo: ſed hoc voluntarium oris miniſ- 50.
terium non erat; quia loquebatur invitus. Deni-
que quid diceret, neſciebat.

27. Quæ ergo voluntaria oris ſui Domino Da-
vid placere deſiderat? *Elegi abjectus eſſe in domo* Pſal. 83.
B *Domini, magis quam habitare in tabernaculis pecca-* 11.
torum. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Pſal. 84. 9.
Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones Pſal. 77. 2.
ab initio ſæculi. Paravi lucernam Chriſto meo. Cor- Pſal. 131.
pus ſuum quod erat ante limoſum, & cœno he- 17.
reditariæ colluvionis obſtructum, [b] ut oleum ſpi- b
ritale recipere non poſſet, Chriſto paravit, ut lu-
ceat. Chriſto lucet, cujus opera in Chriſti lucent
lumine. Chriſto lucebat Petrus, cùm diceret: *In* Act. 3. 6.
nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.
C Chriſto lucebat ille qui dicebat: *Sanet te dominus* Act. 9. 34.
Ieſus. Chriſto lucebat martyrum lucerna, qui pro
Chriſto ſubiere martyrium. Chriſto lucebat Da-
vid, qui poterat dicere: *Cor meum, & caro mea* Pſal. 83. 3.
exſultaverunt in Deum vivum. Chriſto paraverat
mentem, cùm de eo, à quo frequenter ad mor-
tem fuerat appetitus, diceret: *Non mihi contingat* 1 Reg. 24.
à Domino, ſi fecero hoc verbum, domino meo, chriſto 7.
Domini injicere manum meam. Cùm majorem ha-
beret cauſam tuendæ ſalutis ſuæ, ut occideret
D perſequentem, etiam alios qui ſuadebant inimico
non eſſe parcendum, quem Dominus juxta pro-
miſſum ſuum, in manus ipſius tradidiſſet, ab ejus
necandi cupiditate revocabat. Chriſto lucebat
Propheta, cùm de eo qui patris domum turpi ma-
culaverat inceſtu, qui patris ſalutem parricidali-
bus præliis appetebat, pius tamen pater diceret
ad prælium profecturis: *Parcite filio meo Abeſſalon.* 2 Reg. 18.
Tacebat improbitatis ſcelus: pietatis autem gra- 5.
dum, & nomen neceſſitudinis præferebat; ut pu-
E gnaturi non adverſarium regis, ſed filium cogi-
tantes, dolorem læſæ pietatis inhiberent. Et poſt
mortem ejus operuit faciem ſuam, & voce magna
clamabat, dicens: *Filius meus Abeſſalon, filius meus.* Ibidem. 33.
Hanc vocem parricida non meruit: ſed Chriſti
prophetabat gratiam. Didicerat Propheta de
Chriſto bonus eſſe pater, qui bono filio ſerviebat.

28. Denique ideo dicebat: *Et judicia tua doce*
me; quia judicia Dei ſicut abyſſus multa, & inſcru-
tabilia, ut Apoſtolus dicit. Ideo non poterat ea, Rom. 11. 33.
F niſi Chriſto docente, cognoſcere; quia unus ma- Matth. 23.
giſter omnium Chriſtus eſt. Hæc autem Chriſti 8.
judicia ſunt; ut iis qui nobis inſidiati fuerint, no-
verimus non vicem injuriæ rependendam, ſed
pro injuria magis deferendam gratiam. Denique
maledicentibus non remaledixit, percutientes
non repercuſſit: ſed magis etiam crucifixus pro
perſequentibus ſe piæ interceſſionis apud Patrem
auxilium deferebat dicens: *Pater dimitte illis; non* Luc. 23. 34.
enim ſciunt quid faciunt. Hæc igitur [c] quiſquis tece- c
ritlegis judicia, remuneratione donatur à Chriſto.

a. Ita mſſ. ſex. Reliqui vero & ant. edit. *ore flores legere.* Rom. *ore natos legere.* Scilicet quia adverterant editores Ambr. alludere ad Virgilianum illud e lib. 4. Georg.

Verum ipſa è foliis natos, & ſuavibus herbis
Ore legunt.

Vide hæc ipſa de re lib. 5. Hexaem. cap. 21. num. 67.

b. Edit. *ut oleum ſpiritale recipere poſſet.* Mſſ. . . . . *non poſſet.* Melius; ſi quidem hoc loci ante *ut*, ſubintelligendum eſt, *ita*; quæ dicendi forma bonis auctoribus eſt familiaris.

c Omnes edit. *quiſquis ſpiritaliter intellexerit, & fecerit* Omnes mſſ. ut in textu. Sed à multis etiam abſunt ſequentes duæ voces, *legis judicia.*

a 29. Sed quis judicia Dei [a] doceri poteſt, niſi qui A animam ſuam ſemper intenderit ad Dominum? ✝. 109. Qui poteſt dicere: *Anima mea in manibus tuis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus.* Aliqui ha- * bent: *Anima mea * in manibus meis ſemper*, hoc eſt, in actibus meis, hoc eſt, in operibus meis. Quamvis in periculis poſitus dicit juſtus ad Dominum: Propter te quotidie morior, quotidie periclitor: periclitor ab inſidiatore, periclitor ab obtrectatore, periclitor ab iis quos arguo, quos revinco, periclitor pro veritate atque juſtitia: ego tamen B nec periculis territus, tuæ legis oblitus ſum; propterea, *in manibus meis anima mea.* Sed quia plerique habent: *Anima mea in manibus tuis ſemper*; hoc latius explanandum arbitror.

30. Scit Propheta, ſcit ubi animæ ſuæ præſidium locet, unde opem ſperet: in manibus Dei conſti- *Prov. 21. 1* tuere vult animam ſuam; quia cor regis in manu Dei eſt. Quicumque proprium corpus ſubegerit, nec ejus paſſionibus turbari animam ſuam rector ſui congrua vivacitate permiſerit, is bene regia C quadam poteſtate ſe cohibens rex dicitur; quod regere ſe noverit, & arbiter ſui juris ſit: non captivus trahatur in culpam, nec præceps feratur in vitium. Hujus anima non perit in æternum, nec quiſquam rapit eam de manu Patris omnipotentis aut Filii. MANUS ENIM Dei quæ ſolidavit cælum, quos tenuerit, non amittit.

31. Quæ ſint igitur iſtæ manus, conſideremus. *Cant. 2. 6.* In Canticis habes: *Læva ejus ſub capite meo, & dextera ejus complectetur me.* Hæc loquitur Sponſa de D Chriſto, anima de Verbo Dei. Chriſtus autem idem eſt Verbum Dei, atque ſapientia: beata ergo anima, quam complectitur ſapientia. Magna eſt ſapientiæ manus, magna dextera totam complectitur animam, tota enim munita eſt, quæ deſponſata Dei Verbo eſt; plenitudo enim ſapientiæ, timere Deum. Quæ ergo Deum timet anima, pleno ſe munit ipſa præſidio: mittit ſapientia lævam ſuam ſub collum ejus, dexteram autem in complexum ejus. Utrumque quidem brachium E ejus ad utilia extenditur; habent tamen proprietates ſuas ſingulæ manus. Sapientia in dextera, & longitudo vitæ eſt: in ſiniſtra autem divitiæ & gloria. Bonis utique manus utraque dotata eſt dotibus: in eo tamen habent varietatem ſui muneris, quod & præſentia & futura tempora comprehendunt; ut læva præſentium remuneratrix, dextera futurorum ſit.

32. Poſſumus hoc etiam de prophetia ſancti patriarchæ Iſrael cognoſcere. Nam cùm dexteram F ſuam poſuiſſet ſuper Ephræm, ſiniſtram autem ſuper Manaſſen: & convertere eas Joſeph ætatum conſideratione voluiſſet; ut dexteram patris ſuper caput Manaſſe ſenioris filii collocaret: noluit *Gen. 48. 19.* & dixit: *Scio, fili; & hic erit in populum, & hic exaltabitur: ſed frater junior major illo erit.* In quo major? In eo utique quia benedictione prælatus eſt, *Ibidem. 20.* dicentibus poſteris: *Faciat vobis Deus ſicut Ephram & Manaſſen*: vel quia ſemen ejus multitudo gentium ſit, quæ in hoc ſæculo laborem elegit, credens in dominum Jeſum; ut conſolationem habeat futurorum. Manaſſes autem ſemen eſt populus oblivionis, qui proprium oblitus auctorem, exaltatus ad tempus in hoc ſæculo eſt, daturus in reliquum pœnas graves; quia Deum ſuum & Dominum denegavit.

33. Hoc ideo diximus, ut probaremus ea eſſe potiora, quæ futura ſunt. Denique læva ſapientiæ ſub capite Sponſæ eſt: dextera autem ſuperior; qua totam complectitur Sponſam. Itaque illa quaſi fulcrum eſt quietis præſentis, quo anima innixa requieſcit. Habet ubi reclinet caput ſuum; quia læva ſapientiæ ſunt divitiæ & gloria. Ad tempus hæc demulcent, & ex parte ſolatio ſunt. Et ideo *Filius hominis non habebat ubi caput ſuum* *Matth. 8. 20.* *reclinaret; qui a cùm dives eſſet, pauper factus eſt*: nec *2. Cor. 8. 9.* gloriam aliquam iſtius ſæculi requirebat; quia venerat non ut in portione, ſed ut univerſo humano generi ſubveniret dicens: *Mihi iraſcimini,* *Johan. 7.* *quia totum hominem ſanum feci in ſabbato*; hoc eſt, *23.* totum, non ut facultatum collatione ditaret, non ut bonorum inſignibus, non ut gloriæ ſæcularis cumularet augmento; hæc enim non habent beatitudinis & gratiæ plenitudinem: ſed totum hoc eſt; ut longitudinem vitæ complecteretur æternæ. Neque enim communis vitæ ſimilis vita in dextera eſt ſapientiæ: ſed longitudo vitæ eſt; ut qui accipit vitam à ſapientia, non exiguitatem vitæ, ſed perpetuitatem, & æternitatis longitudinem adipiſcatur.

34. Bonus amictus æternitas vitæ. Hoc pallium Sponſæ cuſtodes murorum voluerunt auferre, quo primus homo fuerat exutus: ſed anima Deo devota quæſitum diu tenendo, & non dimittendo dilectum, pretioſo caritatis divinæ ſe veſtivit involucro. Beati igitur qui tali pallio veſtiuntur, & amictum hujuſmodi, legis obſervatione meruerunt; quia non ſunt legis obliti: ſed quæ erant legis, operati ſunt. Nam qui præter legem agit, legis oblitus eſt. Et ideo hæc anima candida adſcendit è terris; quia fulget amicta veſte ſapientiæ: & dicunt de ea virtutes illæ quæ portas cæli cuſtodiunt. *Quæ eſt quæ adſcendit candida, in-* *Cant. 8. 5.* *nitens ſuper fratrem ſuum?* Cùm ea quæ poſuit caput ſuum ſuper lævam ſapientiæ, ut aperiret manus pauperi ad ſubveniendum inopi: [b] paratis aut b derelictis ſibi, non invaſis atque direptis divitiis uteretur, quæ gloriæ cupida bonis eam operibus adquiſivit, non inanes ſæcularis jactantiæ dignitates ambivit. Hoc eſt enim caput ſuum, & quoddam ſenſuum principale ſupra manum conſtituere ſapientiæ. Ea, inquam, anima meritis adſcendit albentibus * ex iſto vitæ hujus, ut habent ple- * rique, deſerto, ad illum florentem ſemper locum jucunditatis æternæ. Iſtæ ſunt virtutes quæ & in Eſaiæ libro dicunt: *Quis eſt iſte qui advenit ex* *Eſai. 63. 1.* *Edom, rubor veſtimentorum ex Boſor, ſic pretioſus in ſtola?* Iſtæ, inquam, ſunt quæ mirantur ex iſto confragoſo ſcopuloſoque deſerto aliquam adſcendere animam poſſe ſine magnorum labe vitiorum; & ideo gratulantur repertam, quæ veſtimenta

a. Omnes edit. cum mſſ. aliquot, *docere poteſt*: alii mſſ. melioris notæ, *doceri poteſt*. Optime, hoc enim aptius cohæret cum ſuperioribus, *ideo non poterat ea, niſi Chriſto docente, cognoſcere* &c.

*. Hieron. epiſt. ad Sunniam apud LXX. alioſque omnes interpretes legi teſtatur, *in manibus meis.* Noſtræ tamen edit. eorumdem LXX. immo & cod. ſcripti, quibus adde Hilar. atque Auguſt. nec non antiquiſſima pſalteria manu exarata, cujuſmodi ſunt Germ. Carn. & alia præferunt, *in manibus tuis.*

b. Edit. omnes: *partis, aut derelictis . . . . non inanis ſæcularis jactantiâ ambivit dignitates.* Mſſ. nonnulli, *partis, ac derelictis . . . non inanis jactantiam ſæcularis dignitatis ambivit.* Alii majori numero, & auctoritate, ut in textu.

*. Voces, *ex deſerto*, apud LXX. editionis Romanæ ac Veteris deſiderantur: ſed reperiuntur in Complutenſi.

innocentiæ

innocentiæ naturalis non pollu&rit atramento A
inſipientiæ ſæcularis:ſed magis ſapientiæ ſpirita-
lis, & gratiæ candore mundarit.

35. Dicit ergo ea anima jam ſecura, jam læta:
℣. 110. *Poſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis
tuis non erravi.* Digna vox relinquentis hoc ſæ-
culum, eo quod retia perſequentium, & inſidia-
torum laqueos evaſerit. Vox digna martyribus,
quibus multa ſupplicia proponebantur, multa
etiam offerebantur præmia; ut à martyrii ſtudio
vel terrore pœnarum, & ſævæ mortis borrore, B
vel præmiorum revocarentur illecebra. Gravis
laqueus proſcriptionis, qui ſæpe frangit ſanctos
inopiæ deformitate, quos mortis formido non
fregerit: laqueus alius incendii, laqueus carceris,
diuturnique ſupplicii: grandis laqueus, cùm divi-
tiæ promittuntur, cùm bonores, cùm amicitiæ
tyrannorum. Qui ergo hæc evaſerit, & ad mar-
tyrium pervenire potuerit, recte dicit: *Poſuerunt
peccatores laqueum mihi: ſed à tuorum mandatorum
non declinavi ſemitis;* cui deſpicienti præſentia, C
a futura quærenti, regnum cæleſte [a] divinitatis tuæ
promiſſione reſeratum eſt.

36. Qui ſunt iſti peccatores qui poſuerunt la-
queos? Aperuit tibi Apoſtolus auctorem omnium
1. Tim. 6. 9. peccatorum, & demonſtravit dicens: *Qui volunt
divites fieri, incidunt in tentationem & laqueum
diaboli.* Advertis igitur laqueum diaboli eſſe di-
vitias, quem tetendit etiam Salvatori: ſed ille qui
nihil babuit quod poſſet princeps iſtius mundi
veniens ſuum dicere, laqueorum ejus vincula diſ- D
ſolvit. Ac ne mediocrem bunc laqueum putes, hic
laqueus Judam apoſtolum ſtrangulavit. Qui mi-
ſer, cùm eſſet illaqueatus ut proderet Dominum,
ubi advertit quantum ſceleris eſſet admiſſum,
laqueo ſe ipſe ſuſpendit. Sed & ipſe laqueus dia-
boli fuit, ut non ageret pœnitentiam, ſed laqueo
ſe ſuffocaret. Deus enim etiam in ipſos pius eſt
proditores, ut ad pœnitentiam provocentur, at-
que à flagitioſo propoſito reflectantur, & reſipiſ-
cant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad E
ipſius voluntatem. Jam non ærumna eſt incidiſſe,
ſed crimen: qui non ſolum ſe dedêre capiendos,
ſed etiam ad voluntatem diaboli tenentur ad-
Pſal. 2. 3. ſtricti; cùm poſſint dicere: *Dirumpamus vincula
ipſorum.* Dedit enim tibi ſcriptura divina ut non
ſolùm caveas diaboli laqueum: ſed etiam per pœ-
nitentiam ejus vincula dirumpas.

37. Quid tibi, bomo, cum deliciis ac volupta-
tibus? Non capit laqueus, niſi ante eſca te cœpe-
rit. Dum prædam petis, laqueo ipſe te nectis. Eſca F
laquei avaritia eſt: eſca diaboli luxuries eſt, qui-
bus nos vult ineſcare, non paſcere. Et ideo cla-
Coloſſ. 2. 21. & 22. mabat Apoſtolus: *Ne adtaminaveritis, ne guſtave-
ritis, quæ ſunt omnia ad corruptelam ipſo uſu.* Noli
ergo adtaminare luxuriam, & illa te contamina-
re non poterit. Noli guſtare avaritiæ corrupte-
lam, & eris immunis à laqueo. Quid tibi poſtre-
mò cum terris, qui cum Chriſto reſurrexiſti?
Coloſſ. 3. 1. & 2. *Quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt .... quæ
ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* Mortui ſu-
mus terris, vitam noſtram cum Chriſto abſcon-
dimus in Deo noſtro: non jam nos vivimus, ſed
Chriſtus vivit in nobis. Quid iterum ad terrena
remeamus? *Ecce elongavi fugiens*, dicit ſanctus. Pſal. 54. 8.
Vidi laqueos iniquitatis & contradictionis in civita- Ibidem 10.
te. Laquei ſunt enim ubi eſt uſura & dolus. Elon-
gavit ille fugiens terrena dedecora; ideo ad cæle-
ſtia pervenit præmia.

38. Quid, inquam, te reflectis in terram, ſi in
Enoch raptus ad cælum es, in Elia levatus es cur-
ru, in Paulo raptus es ad paradiſum, converſa-
tus in cælis, in David exauditus; ut pennas co-
lumbæ adſumeres, & volares: in Chriſto exalta-
tus, volucris factus in Spiritu; quando ſicut co-
lumba deſcendit, illas tibi alas dedit; ut tu diſce-
res evolare de terris? Neque vero cunctandum
putes quomodo tibi volandum ſit, quibus alarum
remigiis. Dixit quidem David: *Quis dabit mihi* Ibidem. 7.
pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Et
quaſi dubitaſſe viſus eſt à quo pennas poſſet ac-
cipere; licet ſic ſoleat divina gratia declarari, quæ
in terris non poteſt inveniri: idem tamen in poſ-
terioribus, quæ ſint iſtæ pennæ, docuit eviden-
ter dicens: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ co-* Pſal 67. 14.
*lumbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi ejus in ſpe-
cie auri.* Etſi dormias, exſurgunt tamen pen-
næ tuæ. Sunt enim qui vigilant dormientes, ut
vigilabat illa quæ dixit: *Ego dormio, & cor meum* Cant. 5. 2.
vigilat. Etſi nox eſt, vigilat ſpiritus, de quo ſcrip-
tum eſt: *De nocte vigilat ad te ſpiritus meus.* Tunc Eſai. 26. 9.
tibi pandentur alæ ex eloquiis ſpiritalibus, pre-
tioſâque auri prudentiâ volatus adſurget. Ubi
ergo laqueos poteris pertimeſcere, cui remigium
præſto ſpiritale eſt? Si ſinceritas animi, ſi puritas
mentis adfulgeat, columba es. Ideo tibi dictum
eſt: *Eſtote .... ſimplices ſicut columbæ.* Si majora de- Matth. 10. 16.
ſunt remigia, vel minora ne ſpernas. Eſto vel paſ-
ſer; ut laqueos ſagaci indagine prævideas, & pene
captus illecebris peccatorum, tamen aliquando
revocatus poſſis dicere: *Anima noſtra ſicut paſſer* Pſal. 123. 7.
*erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt,
& nos liberati ſumus.* De quo quoniam alibi pu- Lib 3. in
tavimus eſſe tractandum, nunc alio tranſeundum Luc. c. 12.
videtur.

39. Satis eſt tibi ut avem te eſſe noveris, adſum-
tum in naturam volandi, dicente Domino per
Prophetam: [b] *Liberate vos ex laqueo venatorum, &* Pſal. 90. 3.
à verbo conturbationis; non enim injuſte tendun-
tur retia avibus. Avis es, ô homo, qui ſicut avis
in quamdam aquilæ renovatus es juventutem.
[c] Et ideo non injuſte tenduntur retia avibus. Quid
enim te in terram dejicis, qui jam cælum pete-
bas? Non enim injuſte renovato tenduntur re-
tia; quia jam Chriſti eſſe cœpiſti, venantium eſſe
deſiiſti. Adtende laqueos venatorum. Ante quaſi
prædam ſuam diabolus ſuo jure capiebat: nunc
Dominicæ crucis mercem cur alienus incurſat?
Potes tamen etiam bos laqueos evitare, ne dicas;
venantes ceperunt me ſicut paſſerem; ſi laqueum
cordis evadas, quem miſit diabolus in cor Judæ,
& ita eum in facinus proditionis armavit. A ver-

a Cod. Lat. & Nav. unus, *divina ſatiate promiſſione reſera-
tum eſt.* Alii aliquot, *divinitatis tuæ promiſſione reſervatum eſt.*

b. Ita omnes mſſ. atque edit. vet. cum ant. edit. B. Hilarii. Edit. autem Rom. ex ſacrorum codicum, aliorumque Patrum auctoritate, *liberabit te ex laqueo venatorum.*

c. *Et ideo non injuſte tenduntur retia avibus*, deſunt in ſuperioribus edit. At in mſſ. reperiuntur. Iterum omnes edit. cum multo majori parte mſſ. *venantium eſſe deſiiſti*; ubi cod. Gem. Fiſc. Ebrulph habent, *venantium eſſe deſiſte* Poſtremo ubi cunctæ edit. ac mſſ quatuor, *Ante te laqueo venator, ante quaſi prædam*, ibi quatuor legunt. *Habes qui te liberet de laqueo. Venator ante quaſi prædam.* Reliqui omnes lectionem noſtram conſtituunt.

tar à nobis Deus hos laqueos, quos ſuper pecca- A
Pſal. 34. 8 tores pluit. Et ideo dicit Propheta: Dabis illis,
a Domine, laqueum cordis eorum, [a] quem paraſti
eis. Nobis autem da, Domine, auxilium; ut poſt te
ſequamur, tuis alligati vinculis. Nulla enim ve-
hementiora, nulla ſunt gratiora, quam vincula
caritatis. Qui tibi ligatus eſt, ſolutus eſt mundo.

℣. 111. 40. *Hereditavi teſtimonia tua in æternum; quo-
niam exſultatio cordis mei ſunt.* Etiam iſta vox mar-
tyrum eſt, dicentium quod hereditatem accepe-
rint cæleſtium teſtimoniorum. Dicit ergo Pro- B
pheta: Heres ſum mandatorum tuorum, ſucceſ-
ſionem tuam fidei pietatiſque jure quæſivi. Non
poteſt dicere iſtud, niſi qui mandata cuſtodit,
cælo & terra teſtibus, adquiſita. Dixit enim Do-
Eſai. 1. 2. minus: *Audi cælum, & auribus percipe, terra.* Teſta-
tur elementa Dominus ad redarguendos eos, qui
noluerint præcepta divina ſervare; ut refugia
omnia excuſationis obſepiat. Teſtatur & homi-
Eſai. 43. 10. nes, dicens: *Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit Do-
minus.* Mandata ergo Domini plena ſunt teſtimo- C
niis, & ipſa ſunt teſtimonia, quorum ſatis idoneus
teſtis eſt, qui non mentitur Deus, apud quem &
conſcientia tua teſtis eſt, cogitationibus accu-
ſantibus, aut etiam defendentibus, ſatis fidelis
etiam in infido pectore; quoniam arbitrum om-
nium quæcumque commiſſa ſunt, latere non poſ-
ſunt. Nam ſi in judicio terreſtri etiam is qui ad
mentiendum venerit ſubornatus, tamen ſi teſti-
monio fuerit convictus alterius, ſolet prodere
veritatem; quanto magis in judicio cæleſti apud D
dominum Jeſum neceſſe habet quæ vera ſunt
confiteri, quem novit ſcire quod factum eſt?

41. Et bene ait: *Hereditate quæſivi teſtimonia tua*;
quoniam ſicut ante heredes fuimus peccatoris:
ita nunc heredes ſumus Chriſti. Illa fuit crimi-
num, hæc eſt virtutis hereditas: illa nos obliga-
b vit, hæc ſolvit: [b] illa obæratos fœnore delictorum
adjudicavit inimico, hæc redemtos titulo Domi-
nicæ paſſionis Chriſto adquiſivit. Mala Evæ ſuc-
c ceſſio [c] totum hominem devorabat: præclara E
Chriſti hereditas totum hominem liberavit. Non
ad unum quidem, non ad paucos: ſed ad omnes
Teſtamentum ſuum ſcripſit Jeſus. Omnes ſcripti
heredes ſumus non pro portione, ſed pro univer-
ſitate. Teſtamentum commune eſt, & jus om-
nium, hereditas univerſorum, & ſoliditas ſin-
gulorum. Novum Teſtamentum ſinguli adeunt,
& omnes poſſident: nec minuitur heredi, quid-
quid à coheredibus vindicatur. Manet emolu-
mentum integrum, & eo magis ſingulis creſcit, F
quo pluribus fuerit adquiſitum. Alia conditio eſt
hereditatis humanæ. Si diviſa fuerint emolumen-
ta, minuuntur: & heredis eſt damnum deſcriptio
coheredis. Indiviſum regnum Chriſti eſt, indiviſa
hereditas. Quomodo fieri poterat, ut diviſa eſſet
hereditas, cùm hereditatis fructus ſit indiviſus,
quod eſt regnum cælorum? Aurum, argentum,
prædium ab homine pluribus derelictum diſtri-
buitur ac ſecatur: ſolida ad ſingulos Chriſti dona
perveniunt: omnes habent, & nemo fraudatur.

42. Audiamus igitur commoda hereditaria.
Remiſſio peccatorum hereditas Chriſti eſt. Cer-
te ſolida per ſingulos, & in commune eſt lucrati-
va; quibuſcumque enim collata fuerit, nulli dece-
dit, accedit omnibus. Corpori adquiritur, quid-
quid unicuique relaxatur. Nam ſi Angeli ſuper
uno peccatore pœnitentiam agente lætantur;
quia lucrum ſuum putant hominis redemtionem:
quanto magis lucrum eſt generis, quod eſt lu-
crum naturæ? Hereditas Chriſti eſt reſurrectio.
Hanc quiſquam damnum ſuum dixerit, quæ in
uno communis gratiæ nomen invenit? Chriſtus
enim ſurgens, omnibus reſurrexit; quoniam per
hominem reſurrectio mortuorum. Quomodo igi-
tur poteſt ſingulorum eſſe diſpendium, quæ eſt
totius corporis & humani generis reformatio?
Recitetur itaque Teſtamentum, & inſtitutiones
ejus conſideremus. *Teſtis autem nobis & Spiritus* *Hebr. 10.*
ſanctus. Cùm enim [d] *dixerit: Hoc autem teſtamentum* *15. & ſeq.*
quod teſtabor ad illos, dicit Dominus. Dabo leges meas
in cordibus eorum, & in ſenſibus eorum ſcribam eas, a
& peccati & injuſtitiæ eorum non memorabor. O vere
teſtator æternus, qui noſtris cordibus leges affi-
git ſuas, & ſcribit in ſenſibus; ut nihil aliud cogi-
tare, niſi divina præcepta poſſimus, nihil aliud
ſentire, niſi Dei oracula debeamus. Dedit gra-
tiam, reformavit naturam, ſibique qui oblivisci
nihil ſolet, memoriam meorum abſtulit peccato-
rum, [e] mihi dedit præceptorum ſuorum.

43. Noli ergo tollere de corde tuo legem Dei,
& affigere legem peccati. Noli ſcribere in ſenſi-
bus tuis diaboli illecebras, & Dei delere manda-
ta. *Ecce ego*, inquit, *pinxi muros tuos, dicit Dominus* *Eſai. 49.*
ad Hieruſalem; hoc eſt, ad animam ſtudioſam *16.*
tranquillitatis & pacis, quam fecit ad imaginem
ſuam. Noli, inquam, auferre imaginem cæleſtem,
& imaginem mortis imponere. Recuſaſti here-
ditatem ſæculi: ſerva Chriſti teſtimonia; quoniam
in his exſultatio atque lætitia eſt, quandoquidem
omnis fletus delebitur, & mors non erit amplius,
neque luctus, neque fletus, neque clamor. Paſſio
Chriſti imago fuit regni cæleſtis. Nemo audivit
in plateis vocem ejus; quia illo ſilentio paſſionis
ſuæ clamorem omnem in poſterum impiæ vocis
abolebat. Nolebat fleri, qui dicebat ad filias Hie-
ruſalem: *Filiæ Hieruſalem nolite me flere, ſed vos ip-* *Luc. 23. 28.*
ſas flete. Ablaturus enim omnes lacrymas ſuæ be-
neficio crucis, in paſſione propria futuræ inſtar
beatitudinis exhibebat; ut nemo fleret, niſi qui
Chriſti beneficia non teneret.

44. Merito ergo vir Evangelicus dicit: *Heredi-
tate quæſivi teſtimonia tua in æternum; quoniam
exſultatio cordis mei ſunt.* Quis non exſultet, qui
cælum & terram hereditate quæſivit (quæ duo
elementa conteſtatus eſt etiam Deus, cùm legem
daret) quia quæſivit Deum, de quo dicit Sanctus:
Portio mea Dominus: quæſivit dominum Jeſum,
quæſivit Spiritum ſanctum; & poſt illa quæſivit
Angelos, & cum illis vivit, non hodie tantum

a. Rom. edit ſola, *quem paraverunt nobis.*
b Mſſ Navar. unus. Colb. Gem. & Aud. *illa obærhavit fœnore delictorum* &c.
c. Rom edit ſola, *totum hominem devoravit.*
d. Poſt verbum *dixerit*, ſubjungunt omnes edit. *Teſtis ſum teſtamentorum meorum, qua teſtificatus ſum in vobis, tunc teſtimonium perhibebit quod teſtatus ſit dicens Hoc autem* &c. Sed illa neque in mſſ. ullis Ambr. aut Scripturæ edit. reperimus, neque omnino alia eſſe judicamus, quam inepti cujuſdam nugatoris gloſſemata.
e. Edit. Rom ſola, *mihique dedit legem præceptorum ſuorum* Sed vocem, *legem*, neque in mſſ ullis, neque in vet. edit. invenias. Hic ergo ſubintellige *memoriam*, quæ in ſuperiore membro exprimitur. Iterum mſſ omnes, & edit ant. *futura inſtar beatitudinis exhibebat.* Rom. edit. ſola .... *lætitiam exhibebat.* In caſſum; quandoquidem ſenſus in priori lectione ſatis conſtat, cùm vox *inſtar* exemplum, ſive imaginem ſignificet.

& cras, ſed in æternum: nec ullis pro nomine Do- A
mini contriſtatur injuriis? Denique gaudebant
apoſtoli cùm verberarentur, cùm in carcerem
truderentur.

45. Exſultans igitur in teſtimoniis Domini ju-
℣. 112. re dicebat: *Inclinavi cor meum ad faciendas juſti-*
tias tuas in æternum, propter retributionem. Qui re-
tributionem bonorum operum ſperat à Deo, &
ad eum feſtinat, inclinat cor ſuum, ut faciat Chriſ-
Matth. 3. 15. ti juſtitias. Quæ eſt Chriſti juſtitia? Sine nos, in-
quit, implere omnem juſtitiam, qua peccatum B
minuitur, culpa laxatur. Et bene ait, *Inclinavi*;
ut non ſit tibi arduum atque difficile, cùm men-
tem tuam quaſi ad humilia & plana convertas.
Aut certe, quoniam ſapientia carnis legi Dei non
eſt ſubdita, videtur inclinare cor ſuum, qui legi
facit eſſe ſubjectum extollentem ſe corporis ſen-
ſum, contuituque religionis inflectit. Atque ille
dudum extollens ſe fruſtra, & inflatus mente car-
nis ſuæ, cùm ſe humiliat, inclinat.

46. Humiliavit enim & ipſe ſe Chriſtus, ut no- C
vum conderet Teſtamentum. Cùm lego Evan-
Matth. 1. 16. gelium, audio Filium Dei carnem ſumſiſſe de
Maria, videor mihi cum Chriſto ipſe deſcendere.
Philip. 2. 6. & 7. Lego enim eum, qui cùm in forma Dei eſſet, ſe-
met ipſum exinanivit. Exinanivit autem, ut for-
mam ſervi acciperet: & ſpecie inventus ut homo,
humiliavit ſe uſque ad mortem. Lego enim di-
Matth. 11. 28. & 29. centem: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onera-*
ti eſtis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum ſu-
per vos & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis D
corde. Non dixit: Diſcite à me quia potens ſum;
non dixit: Diſcite à me quia glorioſus ſum: ſed
diſcite à me quia humilis ſum, quod poteſtis imi-
a tari. Nolite extollere vos, [a] nolite exaltare cor
veſtrum. Docuit ergo me humiliari, & inclinare
cor meum ad faciendas juſtitias; non ad iniqui-
tatem, ſed ad æquitatem inclinare, *propter retri-*
butionem. Retributio regnum cælorum, & para-
diſi eſt incolatus.

SERMO DECIMUS-QUINTUS.

ס Samech.

1. Incipit *ſamech* littera decima-quinta, quæ
interpretationem habet, *Audi.* Eſt & alia
ejus interpretatio, quæ dicitur, *Firmamentum.*
Quid eſt, *Audi?* Non otioſe dicitur quod com-
mune eſt omnibus, & ſuppetit univerſis ipſo jure
naturæ. Et ideo non eſt otioſum quod admone-
ris ut audias; cùm etiam inviti, & aliud agentes, F
ſonum tamen, aut vocem audire ſoleamus. Sed
quia non eſt ſolum audire hoc quod ſuppetit of-
ficio naturæ: ſed etiam illud quod majus eſt, ut
audias non uſu tantum corporis, quantum intel-
lectu mentis; ideo diligentius conſidera iſtius lit-
teræ interpretationem, ſeriemque verſuum qui
ſequuntur.

2. Ut noveris autem myſticum eſſe audire, ut
audias & intelligas myſteria, de Judæis ſcriptum
Eſai. 6. 9. eſt: *Aure audietis*; quia myſteria legis audierunt,
ſed non intellexerunt. Unde ait Dominus: *Audi* Pſal. 49. 7.
populus meus, & loquar. Lex utique ſpiritalis eſt,
audi ergo ſpiritaliter. Denique qui ſcivit audire,
ait: *Audiam quid loquatur in me dominus Deus*, id Pſal. 84. 9.
eſt, cognoſcam quid locutus in me fuerit Deus.
Ideoque alibi ait: *Quanta audivimus, & cognovi-* Pſal. 77. 3.
mus ea; ut comprehenderet non ſolùm audiſſe ſe,
ſed etiam intellexiſſe. Nemo enim cognoſcit, niſi
prius intellexerit. Audi ergo, ne ſi te videat ne-
gligentem, veniat Petrus arripiat gladium, ab-
ſcindat auriculam tuam; quod ſuperfluo habeas
aurem corporis, qui audire & examinare non no-
veris. Et fortaſſe virtutem animæ qua exami-
nantur quæcumque audiuntur, habeant ampu-
tatam, qui ea altitudine qua ſcriptum eſt, audire
non poſſunt.

3. Meritoque hanc litteram *firmamentum* alii
interpretati ſunt: quod cum ſuperiore interpre-
tatione concurrit; niſi enim unuſquiſque audie-
rit quid ſequi debeat, nemo firmatur. In officio
igitur audiendi omnium firmamentum eſt.

4. Dicit igitur tibi in Threnis Hieremias pro-
pheta per litteram, *audi.* Et ut ſcias myſticum
eſſe quod audire debeas, ſubjecit hujuſmodi ſe-
riem huic litteræ: *Abſtulit omnes fortes meos Do-* Thren. 1. 15.
minus de medio mei. Vocavit in me tempus; ut conte-
reret in me electos meos. Lacum calcavit Dominus vir-
gini filiæ Juda. Non tunc abſtulit omnes Judææ
fortes Dominus, quando in Babyloniam regio-
nem captivus ductus eſt populus Judæorum, ſed
quando Chriſtus advenit, & libertatem animæ
ſuæ captiva non vidit, neſciens gravibus incur-
vatam peccatis mentis ſuæ erigere cervicem, &
quædam fidei colla ad lucem cognitionis adtol-
lere. Ideo lacus factus eſt Judæis paſſio Salvato-
ris, quæ gentibus portum ſalutis oſtendit; quia
crux Domini non credentibus præcipitium eſt,
vita credentibus. Hac ratione præmiſit, *audi*, ut
futura cognoſceret.

5. Alio quoque loco litteræ huic iſta ſubjecit:
E [b] *Tenuerunt ſuper te manus omnes tranſeuntes per* Thren. 2. 15. b
viam: ſibilaverunt & moverunt caput ſuum ſuper fi-
liam Hieruſalem. Hæc eſt civitas, dicentes, corona glo-
riæ, & jucunditas univerſæ terræ. Paſſionem Salva-
toris prophetari liquet, & defleri ab Hieremia
[c] excidium Judæorum, quod cum ex aliis, tum ex c
illo intelligi poteſt; quia in poſterioribus habet:
Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus dominus, com- Thren. 4. 20.
prehenſus eſt in interitu noſtro, ſub cujus umbra, dixi-
mus, vivemus inter gentes. Quid hoc manifeſtius,
quando & nomen expreſſum eſt, & comprehen-
ſio inter manus perſequentium perfidorum eſt
declarata, & umbra vivificans, & gratia gentibus
conferenda deſcripta eſt?

6. Sed etiam ipſa verba ſignificant quæ in Evan-
gelio de paſſione Domini legimus, quia hoc loco
mors ejus annuntiata eſt per Prophetam. Sic
enim Matthæus ſcripſit: *Tranſeuntes autem blaſ-* Matth. 27. 39. & 40.
phemabant eum, moventes capita ſua, & dicentes:
Vah qui deſtruebat templum Dei, & in triduo illud
reædificabat! Libera te, ſi filius Dei es. Vulgus po-

a. Ita mſſ. omnes. Edit. autem: *Nolite exaltare cornu veſtrum.*

b. Sic omnes mſſ. & vet. edit. Rom. autem, *Sonuerunt ſuper te manus*; ubi omnium Scripturæ textuum ac verſionum ſuffragio defendi poteſt. At forte pro ἐκρότησαν ἐπὶ σὲ χεῖρας, ut habetur apud LXX. Ambroſius legerit ἐκράτησαν &c. niſi malis ſcripſiſſe Doctorem noſtrum, *Tenuerunt ſuper te manus* &c.

c. Omnes edit. *non excidium Judæorum.* Sed negatio abeſt ab omnibus mſſ. neque adeo neceſſaria eſt, cùm videatur Ambroſius id ſignificatum voluiſſe, Hieremiam & Chriſti paſſionem prædixiſſe, & deflevîſſe illud Judæorum excidium, quod ex eadem paſſione conſecutum eſt. Cui quidem lectioni videntur ea ſuffragari, quæ infra uſque ad num. 11. diſſeruntur.

puli cùm inſultat alicui, ſibilare conſuevit. Simul A
quia vocem non habebant, qui Verbum nega-
bant, ſicut irrationabilia animalia ſibilabant. Et
ideo tranſibant viam, qui in via ſtare debuerant.
Non ſtabant ergo quaſi conſtantes: ſed tranſi-
bant quaſi mobiles. Juſti autem pedes ſtabant in
atriis Hieruſalem, in quibus perfidi ſtare non po-
Marc. 15. 29. terant; & ideo prætëribant, ſicut Marcus ſignifi-
cavit. Præterit umbra, non veritas. Dies ejus ſi-
a cut umbra præterit, [a] qui obliviſcitur, qui dere-
linquit. Sed & tranſire infideles legimus, ſicut eſt B
Pſal. 79. 13 illud: *Et vindemiant eam omnes tranſeuntes viam.*
Quis enim niſi perfidus deſpoliat vineam Chriſti?
Pſal. 128. 8. Sed & alibi ſcriptum eſt: *Et non dixerunt tranſeun-
tes viam: Benedictio Domini ſuper vos.* Stantibus
Pſal. 133. 1. enim dicitur: *Ecce nunc benedicite Domino.* Tamen
& in bono legimus tranſire; ut eſt illud Moyſis:
Exod. 3. 3. *Tranſiens videbo hoc viſum magnum.* Et qui vidit
Pſal. 36. 36. impium exaltatum ultra cedros Libani, *Tranſi-
vi*, inquit, *& ecce non erat.* Et nemo dicit ſervo:
Luc. 17. 7. *Tranſi, recumbe.* C

7. Quæ ergo diſtinctio ſit conſideremus; niſi
forte illa, quia ubi in bono accipitur tranſire, ab-
ſolute lectum eſt: non dixit, hoc aut illud tran-
ſiens, ſed tantummodo tranſiens. Ubi in malo:
Pſal. 79. 13. *Tranſeuntes*, inquit, *viam.* Via enim bona eſt, quæ à
commeantibus frequentatur, non facile incurſa-
tur à latronibus, qui averſa viarum obſidere con-
ſuerunt: regale iter munitum eſt. Moyſes au-
tem non tranſivit viam, ſed in via ſtetit, cui di-
Deut. 5. 31. ctum eſt: *Tu autem hic ſta mecum.* Stetit enim illo D
Iohan. 14. 6. qui ait: *Ego ſum via, & veritas, & vita.* Hanc qui
viam tranſit, labitur. Moyſes autem non lapſus
eſt: ſed pertranſivit à ſæcularibus ad ſpiritalia, à
Pſal. 36. 36. temporalibus ad æterna. Et qui vidit impium, nec
remanſit, ſed pertranſivit, evaſit; quia non adhæ-
ſit impio, ne fieret unum corpus: ſed ſe ab eodem
Luc. 17. 7. ſeparavit. Et cui dicitur: *Tranſi, recumbe*, evadit
utique laborioſam præſentium ſervitutem, ut ha-
beat glorioſam futurorum quietem. Et Sponſæ
Cant. 4. 8. dicitur: *Ades huc à Libano, Sponſa, ades huc à Li-* E
bano, tranſibis & pertranſibis à principio fidei. Tran-
ſit & pertranſit, quæ feſtinat ad Sponſum. Per-
tranſit ſæculum, & feſtinat ad Chriſtum.

8. Nunc diſcutiamus quid ſit movere caput.
1. Cor. 11. 3. Quis eſt populi caput, niſi Chriſtus? *Caput enim
mulieris vir, caput autem viri Chriſtus.* Sed etiam
Lex caput intelligibilis mulieris. Denique mulier
ſub Lege tamquam ſub viro fuit. Mortificato au-
tem ritu Judaico qui erat ſecundum litteram Le-
gis, innupſit ei mulier qui à mortuis reſurrexit. F
Unde quidam myſtice interpretati, mortificato
b ritu Judaico, [b] tamquam fratri defuncti ritus ve-
teris Evangelio mulierem illam intelligibilem
nubere ex Lege voluerunt; quia Lex Evange-
lium fraterna quadam prædicatione præceſſit.
Ergo Synagogæ caput mortuum eſt, hoc eſt, ca-
put ejus Lex mortua eſt, obſervatio videlicet
Legis: evacuata eſt Legis littera, ſpiritalis ejus
intellectus adſtruitur. Hujus commotionis me-
minit David in quadrageſimo tertio pſalmo, di-
Pſal. 43. 15. cens: *Poſuiſti nos in parabolam gentibus, commotio-
nem capitis in populis*; eo quod à Lege in Evan-
A gelium ſit facta commotio, quaſi tranſitus qui-
dam. In viceſimo autem & primo pſalmo, in quo
totius prophetatur ſeries paſſionis, ſic habet:
Omnes qui conſpiciebant me, adſpernabantur me, & Pſal. 21. 8. & 9.
*locuti ſunt labiis, & moverunt caput. Speravit in
Domino, eripiat eum: ſalvum faciat eum; quo-
niam vult eum.* Moverunt ergo Legem, quæ im-
mobilis videbatur; & ideo finis Legis Chriſtus
intravit.

9. Qui moverunt capita phariſæi fuerunt, id
B eſt, à veritate diviſi; unde & in veritatem non
crediderunt. Sed & ſic poteſt accipi: Moverunt
caput ſuum Chriſtum, qui in ſua venerat: ſed mo-
verunt eum, quia ſui eum non receperunt. Move-
runt autem, dicentes: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Et Iohan. 19. 15.
moverunt caput ſuum, qui onera ſua movere no-
lebant; cùm ligarent onera gravia, & aliis impo-
nerent: *Ipſi autem digito*, inquit, *ea movere nolunt.* Matth. 23. 4.
Quod eſt myſticum; quia corporalis ritus obſer-
vationem numquam mutare voluerunt, & intro-
C ducere intellectum ſpiritalem. Digitum enim
pro ſpiritu legimus, ut Lex digito Dei ſcripta eſt, Deut. 9. 10.
& ideo Lex ſpiritalis eſt. Noluerunt ergo onera
ſua movere, quæ ſunt gravia, & leve Chriſti ju-
gum atque onus ejus ſuave ſuſcipere.

10. Verum quia paſſio Salvatoris omnes rede-
mit, non abſurdum eſt intelligere ita hos moviſſe
capita ſua, ſicut prophetabat princeps ille Syna-
gogæ: *Expedit unam hominem mori pro populo.* Aliud Iohan. 11. 50.
dicere volebat, aliud ſignificabat. Et iſti aliter
D movebant caput quaſi inſultantes, & aliud an-
nuntiabant; quia ipſe erat qui venit, ut pigrum
illud atque terrenum principale hominum com-
moveret, quo evacuata obſervatione litteræ,
myſterium quæreremus in verbis. Unde ait: *Po-* Pſal. 43. 15.
*ſuiſti nos in parabolam gentibus, commotionem capi-
tis in populis.* Quod in bono utique accipitur;
quia præmiſit: *Et in nationes diſperſiſti nos.* Diſper- Ibidem. 12.
ſi ſunt enim Judæi; ut reliquiæ eorum ſalvæ fie-
rent ſecundum electionem gratiæ: in parabolam
E autem poſiti; ut ea quæ per parabolam dicta ſunt,
revelata eſſe illorum exitu diſceremus, vel eorum
exemplo admoneremur cavere perfidiam. Tunc
enim cognovit magis Hieremias Judæam eſſe
deflendam, & ideo Hieruſalem captam eſſe tunc
temporis prophetavit, quando Redemtorem
proprium non recepit. Illi igitur inſultatur, de
qua dicent, inquit: *Hæc eſt, civitas .... univerſa* Thren. 2. 15.
terra; eo quod ubi erat ante fidei jucunditas, ibi
nunc ſit amaritudo perfidiæ: vel certe movendo
F caput ſuum, & de corporalibus ad ſpiritalia
tranſeundo mereatur audire; cum crediderit in
Chriſtum, quod corona ſit gloriæ.

11. Quæ eſt autem corona gloriæ, niſi Eccle-
ſia, quæ caput ſuum Chriſtum coronat? Quæ ju-
cunditas univerſæ terræ, niſi domus populi Chriſ-
tiani, aula ſanctorum, de quibus ſcriptum eſt:
In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines or- Pſal. 18. 5.
bis terræ verba eorum? Ergo quia corona gloriæ eſt
Eccleſia; ideo dicitur in Canticis: *Egredimini ....* Cant. 3. 11.
*& videte regem Salomonem in corona, qua coronavit
eum mater ejus in die ſponſalium ejus, & in die ju-
cunditatis cordis ejus.* Ad animas dicitur ut è gur-

a. Omnes edit. & pauci mſſ.: *qui obliviſcitur quod delinquit*, vel *qui delinquit*. Mſſ. novem: *qui obliviſcitur, qui derelinquit.* Unus aut alter .... *qui relinquit*; ubi ſubintellige *Chriſtum*, vel *Hieruſalem*.

b. Edit. *tamquam fratres defuncti, ritu veteri, Evangelico* (Am. *Evangelio*) *mulierem illam* &c. Melius cod. ſcripti, quos ſecuti ſumus.

guſtis & clauſtris exeant corporalibus, extra A corporis cogitationes exeant, egrediantur à cupiditatibus, & à curis, & à ceteris carnis iſtius affectibus, & lubricis paſſionibus, ſupra mundum adſcendant, de hoc mundo exeant, Chriſto occurrant, paratæ adſint facibus ardentibus relucentes. Quaſi Angeli Chriſti hæc loquuntur: Non poteſtis videre claritatem ejus, gloriam ejus, niſi egrediamini humanæ fragilitatis curas, filiæ Hieruſalem. Quaſi dicant: Quid viventem inter mortuos quæritis? Non intra hunc mun- B dum quæritur Chriſtus, qui ſupra mundum ſuos voluit eſſe diſcipulos. Quæ eſt corona qua coronatur Chriſtus, niſi corona gloriæ? Joſeph coronam habuit caſtitatis, Paulus juſtitiæ, Petrus fidei. Singularum virtutum coronæ ſunt. Solus Chriſtus habet coronam gloriæ, qua eum Eccleſia coronavit. In hac corona omnes coronæ ſunt; quia gloria non portio unius coronæ, ſed præmium omnium coronarum eſt.

12. Tertia traditione moverunt caput ſuum, C hoc eſt Chriſtum, qui eſt caput ſuæ plebis. *Caput ejus aurum cephas.* (*Cant. 5. 11.*) Unde & Aquila petram aurum dixit: Symmachus lapidem aureum, quod ſignificat ſtabilem, eminentemque ſapientiam. Corpus Chriſti Eccleſia eſt. Hujus *caput aurum*, id eſt, ſapientia pretioſa ſanctorum eſt, hoc eſt, viri juſti atque prudentes. *Crines ejus abietes nigra, ſicut corax* (*Ibidem.*); de quo alibi ait: *Capillamentum tuum, ut grex tonſurum.* (*Cant. 6. 4.*) Ideo capillamentum, quia virtus omnium ſenſuum in capite eſt. *Oculi* enim *ſapien-* D *tis in capite ejus.* (*Eccleſ. 2. 14.*) Profunda igitur doctorum prudentia, quæ poteſt ea quæ obſcura ſunt revelare, & alta aperire ſenſuum. Et hujuſmodi diſputatores crines Eccleſiæ ſunt, ſicut pulli corvorum, quibus Dominus eſcam dat, ſicut dedit ſancto Jacob à juventute ejus, & eum pavit. Hos alios ac profundos ubertate doctrinæ paſcit Dominus cæleſtibus ſacramentis.

13. *Oculi quoque ejus ſicut columbæ:* (*Cant 5. 12.*) oculi ſunt viri, videlicet ſpiritalibus ornati ſenſibus, qui ad vi- E denda myſteria ſunt acuti, & parati ad penetranda ſcripturæ ſecreta divinæ, rationabili lacte fulgentes, in quibus non ſit aliqua doli maculoſa confuſio, ſed ſimplicis affectus pura & immaculata ſinceritas. Ideo in aquarum abundantia lotas has columbas in lacte memoravit. (*Ibidem.*)

14. Jam certe dentes, & genas, & ſicut coccinum reſticulum labia ſponſæ, (*Cant. 6. 5.*) intelligimus animæ eſſe virtutes, doctorumque diverſitates: qui vel ſpiritalem menti alimoniam diſpenſatione ſedula F ſubminiſtrent: vel prædicatione Dominicæ crucis, ſicut verbi quadam linea alligent audientem: vel modeſti ac verecundi, & juventutis flore gratiſſimi [a] etſi à tractatu pudore revocentur, redoleat tamen in his odor Chriſti, & ſicut in genas quaſi de capite ſacerdotali deſcendit unguentum, eluceat pulcritudo doctrinæ. Et hoc caput movit Synagoga; & ideo abſtulit Dominus mirabilem conſiliarium, & prudentem architectum, & ſapientem auditorem: *Caput*, inquit, *& caudam;* (*Eſaia 9. 14.*) quoniam qui caput non tenuerunt, noviſſima habere non poſſunt. Sed jam ea quæ annexa ſunt, conſideremus.

15. *Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.* (*ỷ 113.*)

[b] Quanto erga Dominum ſe protendat affectu ſanctus propheta David hoc verſiculo declaravit; quia cùm ſuos inimicos nequaquam ſit perſecutus (ut pote qui & regis Saul, à cujus inſidiis periculum ſalutis cavere vix poterat, nec vitam putaverit appetendam, & mortem æſtimaverit vindicandam, & parricidæ filii ingemuerit interitum, & multorum perſequentium ſe flagitiis appetitus ignoverit, ut ipſe ait, quia vicem injuriæ lædentibus non rependerit) (*Pſal. 7. 5.*) prævaricatores tamen divinæ legis exoſos horreſcat: in quo utique & clementia morum ejus, manſuetudoque pietatis, & vehemens devotionis aperitur intentio, evangelici præcepti conveniens diſciplinæ, quam prophetico ſpiritu prævidebat. Etenim dominus Jeſus & noſtrorum inimicorum dilectionem nobis expetendam eſſe præcepit, (*Matth. 5. 44.*) & Dei hoſtes, etiamſi nobis aut parentum, aut filiorum, aut conjugii germanitatiſque neceſſitudine copulentur, odio proſequendos. Sic enim ſcriptum eſt: *Si quis venerit ad me, & non oderit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc etiam & animam ſuam, non eſt me dignus.* (*Luc. 14 26.*)

16. Quod ſi quis otioſis accipiat auribus, fortaſſe dicat: Tu domine Jeſu, legem dediſti dicens: *Dilige dominum Deum tuum, dilige proximum tuum;* (*Deut 6. 5. Levit. 19. 18.*) & ut impleres hanc legem, veniſti: dixiſti per Legem: *Honora patrem & matrem;* (*Matth. 15. 4.*) & in Evangelio jubes ut parentes oderim. Quomodo ſibi conveniunt iſta præcepta? Sic mitis & humilis corde veniſti? Non poſſum ſalvo pietatis jure odiſſe patrem, cui debeo quod creatus ſum, [c] matrem longo decem menſium faſtidio pii fœtus onera portantem, cui in abſolutione plus periculi, in dilatione plus tædii eſt. Quid dulciſſimi merentur filii, ut à paterno excludantur amore; cùm ſit impium mori nolle pro liberis? Quid uxor cariſſima quædam vitæ coheres, & conſortium commune naturæ? Quid fratres iiſdem concreti viſceribus, atque formati eodem naturæ hoſpitio in hunc uſum lucis emiſſi? Oderim ergo pignora caritatis? Ita Evangelii lenitate rigorem prædurae Legis inflectis, ut quorum Lex condemnat injurias, eorum tu Evangelio tuo condemnes gratiam?

17. Video iſtiuſmodi adſertioni me reſpondere non poſſe: ſed tu, Domine, reſponde; nec enim indiges ut excuſeris, qui non eguiſti ut diceres. Reſpondebit igitur: Egone condemno pietatem, qui odi iniquitatem? Ego parentes præcipio non amandos, qui inimicos ſuadeo diligendos? Sed non legiſti: *Tempus amandi, & tempus odio habendi, & tempus belli, & tempus pacis?* (*Eccleſ. 3. 8.*) De quo hoc dicit Eccleſiaſtes? Nonne de eo quod ratione temporis fiat; ut aliquos pie & amare & odiſſe poſſimus: & quos dilexeris, odiſſe; & quos ode-

a. Rom. edit. *etſi à tactu pudore revocentur.* Melius aliæ ac mſſ. *etſi à tractatu* &c. Tractare ſiquidem ab antiquis Patribus uſurpabatur, pro ſacram ſcripturam ad populum exponere.

b. Edit. omnes: *Quanto Dominus noſter perpendat affectum, ſanctus* &c. Mſſ. aliquot: *Quanto ergo Dominus noſter pendat* (omnis, *non perpendat*) *affecta, ſanctus* &c. Optime alii decem, ut in textu.

c. In quibuſdam mſſ. legitur, *novem menſium.* Perperam. Clarum enim eſt alludi ad illud Virg. egl. 4.

Matri longa decem tulerant faſtidia menſes

Quamvis autem hunc Poetæ verſum de lunaribus menſibus intelligendum eſſe nonnulli velint; tamen partus legitimi tempus eſſe non ſolum nonum menſem, ſed & decimum atque undecimum docet Hippocrates lib. de partu ſeptimeſtri & octomeſtri, ac poſt eum alii innumeri. Immo Plin. lib. 7. cap. 5. atque Agell. lib. 3. cap. 16 tradunt menſe decimo tertio partum quandoque in lucem edi. Vide quoque Ulyſſem Aldrovandum, *De Monſtris*, pag. 50.

ris, amare conveniat? Non ergo parentum infudi odia pectoribus filiorum: nec conjugum ſuaſi faſtidia mentibus maritorum. Naturam interroga quid exegerim, quæ utique auctoris arbitrium genitali ſingularum neceſſitudinum teſtatur affectu. Amare patribus filios lex naturæ eſt: maritis conjuges, lex divina eſt, quæ conjugii caritatem in naturam vertit; ut fiat una caro & unus ſpiritus. Diligere fratribus fratres naturæ prærogativa eſt, quæ eodem domicilio diu fotos adſuefacit ad gratiam caritatis.

18. Non ergo neceſſitudinum inteſtina bella mandavi, ſed illecebram ſuſpectam habui. An non jure ſuſpectam; cùm ſerpens ille callidus & aſtutus ad conſtruendas nequitiæ ſuæ artes, quo incorruptæ ac rudis naturæ dote fundatum primogeniti Adam labefactaret affectum, femineis magis illecebris quam ſuis commiſit venenis? Itaque femina virum, quem ſerpens tentare non auſus eſt, cibo oris & vi amoris inflexum, molli quadam & conciliatricula uxoriæ ſedulitatis affectione traduxit. Et adhuc Eva liberos non habebat, quorum gratia, ut dulcis ad amorem, ita facilis ad lapſum, plurimos à martyrii conſummatione ſæpe revocavit? Denique ſæpe cognovimus, quoniam quem formidoloſa carnificum pompa non terruit, nec diviſi lateris ſulcus infregit, nec ardentes laminæ à triumphalis fortitudinis rigore deducere potuerunt, eum inter ſacra jam præmia conſtitutum uxor teneræ ſobolis oblatione miſerabilis unius lacrymæ miſeratione decepit. Samſon captus eſt per uxorem, numquid tu fortior? Salomon captus eſt in uxore, numquid tu ſapientior? Ille igitur cujus ſapientia totis celebratur ſæculis, factus eſt inſipiens; quia nimium amavit uxorem.

19. Quid de fratribus dicam? Experta eſt in liberis & Prophetæ domus [a] deteſtabiliora oſcula, quam odia eſſe fraterna. Itaque parricidium pater quidem flevit, ſed magis eſt indignatus inceſtum. Denique licet parricidam, percuſſorem tamen inceſti revocabat.

20. *Tempus* igitur *amandi*, *tempus odio habendi*, hoc eſt, tempus martyrii, quando ea quæ divina ſunt, omni caritati neceſſitudinum præferenda ſunt. *Tempus belli*, quo etiam bellum pro Chriſti nomine perfidis pignoribus inferamus. *Tempus pacis*; quia *in pace locus ejus*. (Pſal. 75. 3.) Denique ipſe in Evangelio evidenter expoſuit qua ratione noſtros debeamus odiſſe, dicens: *Qui diligit patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus.* (Matth. 10. 37.) Non dixit indignos eſſe, qui parentes ſuos diligunt: ſed eos indignos ait, qui plus parentes quam Chriſtum diligunt. Si enim ideo deferimus parentibus amorem, quia noſtræ generationis auctores ſunt: quanto magis Chriſtum amare debemus qui ipſorum eſt auctor parentum? Iſti dederunt quod non poteſtatis eſt, ſed miniſterii ſui: Chriſtus donat ſalutem, qui parentum beneficia conſervat.

21. Pulcre autem dixit: *Iniquos odio habui, legem autem tuam dilexi*; quia ſi legem amamus, odiſſe debemus adverſarios legis, qui operibus ſuis præ- A cepta legis impugnant. Græcus melius eos & proprie nuncupavit dicens, παρανόμους: παράνομος exlex vocatur; quia extra legem eſt. Hos ergo odit, qui in lege Chriſti eſt; quia legis mandata non ſervant. Non ſolum enim qui legem neſcit, ſed etiam ille qui non agit ſecundum legem, exſors legis eſt; quia *Non auditores legis.... ſed factores legis juſtificabuntur.* (Rom. 2. 13.) Redarguit me ipſe David ſi aliter intelligam. Quomodo iniquos homines oderat, qui parricidam filium commendabat B prælatoribus, ne eum aliquis occideret? Qui Saul regis mortem etiam vindicavit in eum, qui à ſe nuntiavit occiſum?

22. Ergo non iniquos homines, ſed iniquos ſermones oderat. Denique *Iniquos*, dixit, *odio habui*, non addidit, viros. Deinde cùm dicat Jeſus in Evangelio: *Diligite inimicos veſtros*; (Matth. 5. 44.) dicat Apoſtolus: *Benedicite eos qui perſequuntur vos, & nolite maledicere*: (Rom. 12. 14.) quomodo excuſaretur iſte vir ſub evangelica vivens diſciplina, ſi iniquos homines C odiſſet? Niſi intelligas quod iniquitatem odio habuit, non eos qui etſi operarentur iniquitatem, poſſent tamen evangelica prædicatione converti. Aut certe niſi ita accipiamus: quia ſicut ille qui non honorat patrem, iniquus eſt, idem tamen ſecundùm illud exoſus patrem quod ſcriptum eſt: *Qui non odit patrem, aut matrem.... aut fratres, aut ſorores, aut animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, (Luc. 14. 26.) etiam laudabilis habetur: ſic & iſte iniquos odio habuit. Eodem modo & eos oderat, D quo patrem prævaricantem, aut animam ſuam: præferens videlicet vitæ hujus ſuavitati gratiam Chriſti.

23. Sequitur: *Adjutor, & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſpero.* (℣. 114.) Adjutor per Legem, ſuſceptor per Evangelium. Quos Lege adjuvit, in carne ſuſcepit; quia ſcriptum eſt: *Hic peccata noſtra portat; & ideo in verbum ejus ſpero.* (Eſai. 53. 4.) Græcus tamen ἐπήλπισα habet, quod eſt *ſuperſperavi*: quod de eo dicitur qui ſemper addit ad ſperandum; & cùm E ſperaverit aliquid, iterum ſperat, & ſpe proficit, extendens ſe ſemper ad ſuperiora, [b] & ea quæ præterit obliviſcens.

24. Pulcre autem ait: *In verbum tuum ſperavi*, hoc eſt, non in prophetas ſperavi, non in Legem: ſed *in verbum tuum ſperavi*, hoc eſt, in adventum tuum; ut venias & ſuſcipias peccatores, delicta condones, ovem laſſam tuis in cruce humeris bonus paſtor imponas. Si quis ſperat in Chriſtum, ſeparare ſe debet à conſortio perfidorum.

F 25. Ideoque dicit: *Diſcedite à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei.* (℣. 115.) Cujus verſiculi teſtimonio ſignificatur quia ubi malignitas eſt, ibi cuſtodia mandatorum cæleſtium eſſe non poſſit; *In malevolam* enim *animam non intrat ſapientia.* (Sap. 1. 4.) Et alibi: *Quærent me mali, & non invenient.* (Prov. 1. 28.) Simplicem mentem, purum ac defæcatum animum diligit Chriſtus, nec poteſt immaculatæ virtuti ullum cum maculoſis [c] contubernium eſſe flagitiis. Odit, refugit, adſpernatur contagia, qui dicit: *Diſcite à me quia mitis ſum.* (Matth. 11. 29.) Malignos repellit, laborantes vocat. Dicit illis Jeſus: *Diſcedite à me om-* (Matth. 7. 23.)

a. Edit. omnes: *deteſtabiliora inimici oſcula.... Itaque fratricidium* Mſſ. *deteſtabiliora oſcula.. Itaque parricidium* Optime, ſiquidem hic inceſti Ammonis exſecranda oſcula deſignantur. At paucis interjectis, mſſ. novem: *Denique parricidam luget, percuſſorem tamen revocat inceſti.* Melius alii atque edit. *Denique licet parricidam* &c. Senſus enim eſt Abſalonem quamvis fratrem parricidio ſuſtuliſſet, tamen quia inceſtum necaverat, in aulam eſſe revocatum.

b. Nonnulli mſſ. *& ea quæ præterrunt, obliviſcens.*

c. Edit. Am. Er. & Rom cum duobus omnino mſſ. *contubernium eſſe: flagitia odit*, &c. Gall. cum aliis, ut in textu.

Matth. 11. 28. *nes qui operamini iniquitatem*; iſtis ait: *Venite ad* A *me omnes qui laboratis & onerati eſtis*, non utique malignitate mentis, ſed infirmitate carnis onerati: onerati, inquam, alieni hereditate peccati. Laborantibus ſubvenio: fraudulentis prodeſſe non debeo, ne pluribus noceant. Hos pœna compeſcat: illos emendet gratia. MALITIA enim fons peccati eſt: culpa infirmitatis eſt lapſus. Illi debeo ſubvenire, qui laborat: illum etiam odiſſe qui decipit. Malas igitur operationes repellit. Nam niſi ita accipias, videtur dicere: Diſ- B cedite à me; quia mundus ſum, quia purus ſum. Hoc phariſæus dicebat, ſed reprehenſus à Chriſto eſt. Non ergo Propheta dicit: Mundus ſum, ſed, Pſal. 50. 12. *Cor mundum crea in me Deus.*

26. Ideoque relegato conſortio malignorum, quaſi qui ante permixtus illis ſuſcipi non poſſet à ℣. 116. Domino, dicit: *Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & vivam: & non confundas me ab exſpectatione mea.* Si vivit qui in ſinu eſt patriarchæ Abrahæ, ut ille Lazarus pauper; quanto magis vivit qui ſuſcipi- C tur à Chriſto? Quomodo enim poteſt non in æternum vivere, quem ſempiterna vita ſuſcepit, quem totum ſibi Chriſtus adſumſit, qui totus Verbi eſt, cujus vita abſcondita eſt in Chriſto Jeſu? Sed & qui in ſinu Abrahæ ſedet, ſuſceptus à Chriſto eſt. Intolerandæ autem præſumtionis videretur dicere Deo: *Suſcipe me*; niſi promiſſum ejus adjungeret, hoc eſt: Ut hoc auderemus, ipſe feciſti, tuo te chirographo convenimus, qui noſtrum chirographum ſuſtuliſti. Nos fecimus chirographum D mortis, tu ſcripſiſti chirographum vitæ.

27. Ergo non confundas ab exſpectatione ſua ſervulum tuum, quia in te ſpero; ſpes enim non confundit. Et ſi tribulamur, patientiam ſubminiſtras, ut ferre poſſimus; ut quia te exſpecto, non opprimar infirmitatibus, non ſuccumbam tentationibus, non affligar procellis, in quibus eſt probanda patientia, ut probatio conſequatur, quæ ſpem confirmat & roborat, quæ non confundit; hoc eſt: Frangimur frequenter laboribus, fati- E gamur: ſi ſpes deſit, confundimur, & tota mente turbamur. Sed eſto, ſint aliqui duri ad labores, firmi ad injurias perferendas: ſi ſpem auferas, non poteſt perpetua eſſe patientia. Ipſa patientia non probatur, ſi fides deſit, cujus radix ſpes eſt. Quæ enim poteſt probatio eſſe, niſi pro Chriſti nomine vel incommoda, vel pericula univerſa ſuſtineas? Ideo ſpes eſt ſola quæ noſtrum non confundit affectum. Ubi eſt ſpes, apoſtolicum illud, 2. Cor 7. 5. *Foris pugnæ, intus timores*, nocere non poſſunt. F

a 28. [a] Alia interpretatio habet: *Non erubeſcere facias.* Non erubeſcet qui ſperat in Chriſtum. Pſal. 24. 2. Ideo qui bene ſperat, dicit: *In te confido, non erubeſcam.* Et bene ait, *Confido*; robur enim ſpei noſtræ, & quædam ſperantis auctoritas confidentia eſt. Spera igitur ſemper, & nemo te ab exſpectatione confundit. Exſpectatio noſtra, vita æterna eſt. Exſpectatio noſtra, regnum Dei, Angelorum conſortium, benedictiones ſunt ſpiritales. Spera quotidie. Finem iſta res non habet, A neſcit inducias. Spera etiam poſitus in adverſis. Si quis dicat tibi aliqua fortè neceſſitudinum amiſſione percuſſo: Quid tibi prodeſt juſtitia tua; tu tamen ſpera, non deficiat fides tua. Si quis dicat tibi: Quid tibi quotidiana profuere jejunia, quid caſtitas corporis, pudor mentis? Ecce ſicut injuſtus & impius vulneratus es. Non deficiat fides tua. Nam etiamſi infirmus es, fidelis tamen ſollicitus eſt pro te Chriſtus. Dicit ad diſcipulos ſuos: *Date* Matth. 14. 16. B *illis vos manducare*; ne deficiant in via. [*] Habes apoſtolicum cibum, manduca illum, & non deficies. Illum ante manduca; ut poſtea venias ad cibum Chriſti, ad cibum corporis Dominici, ad epulas Sacramenti, ad illud poculum quo fidelium inebriatur affectus; ut lætitiam induat de remiſſione peccatorum, curas ſæculi hujus, metum mortis, ſollicitudineſque deponat. Hac ergo ebrietate corpus non titubat, ſed reſurgit: animus non confunditur, ſed conſecratur.

C 29. Sequitur: *Adjuva me*, inquit, *& ſalvus ero: &* ℣ 117. *meditabor juſtificationes tuas ſemper.* Qui ſperat, præſumit juvari: ubi autem adjumentum Dei, ibi certum ſalutis auxilium. Supra dixit: *Adjutor &* Sup. ℣ 112. *ſuſceptor meus es tu*: hîc iterum juvari petit, quaſi dicat: Sine ceſſatione me adjuva. Non mihi ſatis eſt quod popoſci, iterum peto ut ſalvus fiam. Hîc non magna, non vera eſt ſalus: tunc ſalvus ero, cùm fuero in paradiſo, cùm vivere cœpero inter electos tuos Angelos, cùm laqueos terræ hujus D evaſero.

30. Sed ne forte adjuti in neceſſitatibus, poſtea in proſperis poſiti negligamus, docet nos immemores beneficiorum cæleſtium nequaquam eſſe debere, ſed meditari juſtificationes Domini; ut & cùm boni operis aliquid fecerimus, ſemper tamen ei noſtra peccata fateamur; hæc enim eſt juſtificatio Domini. Denique phariſæi non juſti- Luc. 7. 30. ficaverunt Deum, qui baptizari baptiſmo pœnitentiæ noluerunt. [b] Ergo ille juſtificat, quem ſuo- b E rum pœnitet delictorum. Quem enim pœnitet, confitetur, ut eſt illud: *Tibi ſoli peccavi, & malum* Pſal. 50. 6. *coram te feci; ut juſtificeris in ſermonibus tuis.* Ideoque Publicanus magis juſtificatus exivit è tem- Luc. 18. 14. plo; quia Phariſæus ſe juſtificabat, ſuas juſtitias prædicando: Publicanus autem juſtificabat Deum, iniquitates proprias confitendo. Ergo qui meditatur juſtificationes Domini, ſemper humiliatur. Non hodie humiliatur, & cras exaltatur: ſed ſemper humilis corde & mitis affectu eſt. F Plus eſt autem ſemper, quam die ac nocte, vel tota die; hoc enim ſupra tempus eſt. Ergo vel inter Angelos annumeratus dicas oportet juſtificationes Dei ſemper, & illam quam adeptus es gloriam, non tuis meritis arroges, ſed divinæ miſerationi ſemper adſcribas; ne tibi dicatur: *Quid* 1. Cor. 4. 7. *autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Omnis enim creatura quæcumque bona habet, accepit à Chriſto; qui totius eſt auctor creaturæ.

a. Mſſ. ferme ad unum: *Alia interpretatio: Non erubeſcet qui ſperat in Chriſtum.*

*. *Apoſtolicum cibum* vocat Ambroſius lectiones ſacræ Scripturæ quas Euchariſtiæ ſumtioni præmittendas monet. Ex his porro quæ ſubdit verbis: *infirmus es . . . . metum mortis ſollicitudineſque deponat . . . . corpus non titubat, ſed reſurgit*; non inviti adducimur, ut ſanctum Doctorem de Euchariſtia tamquam viatico loquutum fuiſſe ſuſpicemur. Nec male forſitan in ſuſpicionis confirmationem adduci poteſt is, qui ab eo laudatus Evangelii locus, quem alios etiam PP. de viatico interpretatos conſtat. Sic enim Hieron. in Matth. cap. 15. *Non vult Jeſus dimittere jejunos, ne deficiant in via. Periclitatur ergo, qui ſine cæleſti pane ad optatam manſionem pervenire feſtinat* &c.

b. Omnes edit. *Ergo ille juſtificatur.* Omnes mſſ. *Ergo ille juſtificat.* Commode, ſi mente ſuppleveris vocem, *Deum*, quæ ſuperiori periodo exprimitur.

℣. 118. 31. *Spreviſti*, inquit, *omnes qui diſcedunt à juſtificationibus tuis; quia iniqua cogitatio eorum.* Omnis ſuperbus immundus eſt in conſpectu Domini; quia non poteſt per ſuperbiam ſuam mundare peccata, qui arroganti ſpiritu coacervat errorem. Ideoque ſpernitur atque deſpicitur; quia deſpectui habet divina mandata. Bene autem cæleſtis ſervatur prærogativa clementiæ; quia nullum repellit, ſed quicumque noluerint peccata propria confiteri, ipſi diſcedunt à domino Deo noſtro. Denique ille diſceſſit, qui peregre profectus, omne quod acceperat à patre, fidei & gratiæ patrimonium diſſipavit. Et quia eum diſceſſiſſe pœnituit, poſtea eſt regreſſus ad patrem, quem reliquerat cùm peccatum proprium nollet confiteri. Non ergo intervallo locorum Deus relinquitur, ſed pravitate motum, & deformitate geſtorum. Diſcedit à Domino, qui ſe elongat ab eo, quemadmodum audita præſentia Dei, Adam latere cupiebat. Sed diſcedens à Domino ſalutem habere non poterat; quoniam ſcriptum eſt:
Pſal. 27. 72. *Ecce qui elongant ſe abs te, peribunt.* Unuſquiſque igitur ſuis ſtudiis ſe ſe aut jungit aut ſeparat. Denique quàm pleroſque nec locorum intervalla ſecernant, vel finitima & vicina connectant, indicio eſt quia ſunt plerique in corpore ſiti, qui peregrinantur à corpore, & adſunt Deo; ut ille
Eſai. 6. 8. qui dicenti Deo: *Quem mittam?* reſpondit: *Ecce ego, mitte me.* Audet & Paulus adeſſe Deo, quia nihil in ſe præter carnis materiam videbat eſſe corporeum. Exivit & Cain à facie Dei, poſtquam commiſſo parricidio, gerendam peccatorum ſuorum pœnitentiam non putavit.

a 32. [a] Recte autem ait: *Ad nihilum deduxiſti prævaricatores.* Non peccatores dixit, ſed prævaricatores. Nam quæ nobis ſpes foret, quando omnes ſub peccato ſumus? Etiam illud pulcre: *Omnes ad nihilum deduxiſti prævaricatores.* Sive ille dives ſit, nihil illi divitiæ ſuæ proſunt: ſive honoratus, nihil dignitas: ſive potens, nihil potentia. Sed aliud eſt prævaricatorem eſſe diſcedentem à juſtificationibus Dei: aliud prævaricatorem eſſe terræ. Illud gravius, hoc levius.

b 33. Ideoque [b] ſubjecta ne te turbent, vide; nam
℣. 119. ſubjecit his: *Prævaricatores æſtimavi omnes peccatores terræ: propterea dilexi teſtimonia tua ſemper.* Recte prævaricator dicitur, qui diſcedit à Domino. Denique græce à diſcedendo apoſtata nominatur.
Eccli. 19. 2. Unde & ille: *Vinum & mulieres faciunt*, inquit, *apoſtatare.* Cavenda ergo incentiva & lenocinia delictorum; ne in ſcelus vergant. Prævaricator autem latine & tranſgreſſor vocatur; eo quod à lege Domini tranſeat ad errorem, & tranſgrediatur mandata cæleſtia, cui dictum eſt ut adhæ-
Deut. 10. 20. reat domino Deo ſuo. Adhæreto igitur individuo ſemper affectu; ne te ab eo vis ulla poſſit evellere. Si quid ratum, ſi quid intermiſſum adverſarius viderit, ſtatim ſe immittit in pectus & cor tuum; ut te laqueo teneat ſuæ fraudis, & hoſtilis vinculo poteſtatis innexus, à devotione retraharis. Sed non ſolus ille prævaricator eſt, qui poſthabitâ Eccleſiâ, ad cultus tranſgreditur idolorum: ſed etiam quicumque Legis mandata non ſervat. Omnis ergo peccator, prævaricator. Unde illud: *Omnis prævaricatio.... juſtam accipit remunerationem.* Hebr. 2. 2. Nomen commune, ſed diverſa merita delictorum; & pretia ergo diverſa culparum.

34. Quid ſibi vult quod ait: *Peccatores terræ.* Sunt ergo & cæli peccatores, ſicut ille qui ait: *Pater peccavi in cælum, & coram te.* Luc. 15. 21. Sunt qui dicant quia is qui cæleſtia non ſervat oracula, prævaricator eſt cæli. [c] Sed ſive hoc, ſive quia minuit c gratiam quam accepit è cælo, quam Spiritus ſanctus infudit: ſive quia avis cæli factus, non debes in terram redire de cælo. In cælum ergo peccas, ſi cæli incola cælum relinquas. Diverſitas igitur eſt eorum. Alii peccatores cæli, alii peccatores terræ ſunt.

35. *In matutinis*, inquit, *interficiebam omnes peccatores terræ.* Pſal. 100. 8. Quomodo unus omnes interficere poterat peccatores terræ? Sed ſi conſideres juſtum, cui nox præceſſit, dies appropinquavit; potes videre quomodo exoriente tibi ſole juſtitiæ, de luce vigilans interficias fomenta omnia delictorum. Utinam mihi adſpiret hæc gratia; ut gladio ſpiritali, qui eſt verbum Dei, ab Eccleſia Domini incentiva univerſa poſſim abolere vitiorum, & terrena auferre delicta, quibus in foveam quamdam lubrici præcipitamur erroris; ut de civitate Dei expellatur iniquitatis operator. Civitas Dei Eccleſia eſt: Eccleſia corpus eſt Chriſti. Peccat in cælum, qui cæleſtis civitatis jura contaminat, & immaculati corporis violat ſanctitatem ſuorum colluvione vitiorum.

36. Et vide ne forte ſint qui cæli & terræ peccatores ſint. Nam utique Adam cùm in paradiſo eſſet, cæleſtis erat: poſt lapſum autem terrenus eſt factus, & de paradiſo expulſus eſt & ejectus. Unde & Apoſtolus ait: *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis.* 1. Cor. 15. 47. Abjiciatur ergo à nobis imago terreni, ſuſcipiatur imago cæleſtis, non ſuco expreſſa, non ceris, non coloribus adumbrata, ſed moribus, in qua Chriſtus ſe agnoſcat.

37. *Confige clavis à timore tuo carnes meas; à judiciis enim tuis timui.* ℣. 120. Qui diligit Domini teſtimonia, configit clavis carnes ſuas, ſciens quia vetus homo ſuus cum Chriſto confixus cruci luxuriam deſtruat carnis; ne cupiditates ejus indomito fervore laſciviant, ne radix avaritiæ [d] ſerpentibus ſe d fundat radicibus. Confige ergo clavis, & deſtrue fomenta peccati: moriatur in carne tua omnis illecebra delictorum: libertatem vagandi cupiditas voluptatum cruci affixa non habeat. Eſt quidam clavus ſpiritalis, qui patibulo crucis Dominicæ affigat has carnes. Et fortaſſe ſint carnes quædam animæ, ſicut corpus eſt animæ. Carnes animæ ſunt carnales cogitationes. Configat has carnes timor Domini & judiciorum ejus, & ſervituti redigat. Quod ſi carnes iſtæ rejiciunt clavos divini timoris, haud dubie dicitur: *Non permanebit ſpiritus meus in his hominibus; quoniam carnes ſunt.* Gen. 6. 3. Niſi igitur affigantur cruci hæ carnes, &

a. Rom edit ſola: *Recte autem ait: Spreviſti omnes qui diſcedunt à juſtificationibus ſuis: vel ut alii. Ad nihilum*, &c.
b. Eadem edit. Rom. *ſuperiora ne turbent, vide quid* &c. Vet. autem, ac mſſ. ut in textu, niſi quod in edit. & aliquot mſſ. *te*, omittitur, nec non *quid*, pro *nam*, exhibetur.

c. Edit. omnes: *Sed ſive hoc, ſive illud ſit, è diverſo unum ſignificamus peccatorem, alterum prævaricatorem, quia* &c. Verum quam reſecuimus laciniam, ea in omnibus mſſ. deſiderantur.
d. Octo mſſ. *ſerpentinis ſe fundat radicibus.* Totidem alii, & cunctæ edit. nobis congruunt.

configantur

configantur clavis à timore Dei noſtri, non per- A manebit in his ſpiritus Dei.

38. Sicut ſunt aculei timoris, quibus compungimur: ita ſunt clavi timoris, quibus configimur. Qui compungitur, excitatur: qui configitur, mortificatur; ut peccato deficiat, Deo vivat. Ut ſciamus autem clavos ſpiritales eſſe, etiam ſtimuli Act. 9. 5. ſpiritales ſunt, de quibus ſcriptum eſt: *Durum tibi eſt adverſus ſtimulum calcitrare.* Hoc ſtimulo Paulus ſtimulatus ſurrexit è terra, & ſe levavit, ut converſaretur in cælo. Confixus eſt clavis apoſ- B Johan. 20. 25. tolus Thomas, ut diceret: *Niſi videro in manibus ejus fixuras clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum.* Clavi erant bonæ cupiditatis: clavi erant etſi non perfectæ fidei, tamen fidei incrementa quærentis.

39. His configitur clavis, qui Chriſto commoritur, ut cum Chriſto reſurgat. His configitur clavis, qui mortificationem domini Jeſu in corpore ſuo portat. His clavis configitur, qui mere- Cant. 8. 6. tur audire, dicente Jeſu, *Pone me ut ſignaculum in* C *cor tuum, ut ſigillum in brachium tuum; quia valida eſt ut mors caritas, durus ſicut inferi zelus.* Infige ergo pectori tuo & cordi tuo hoc ſignaculum crucifixi, infige & brachio tuo; ut opera tua peccato mortua ſint. Nihil in his criminis reviviſcat, nihil erroris reſurgat. Fortaſſe hanc imaginem clavi non ſolum timoris, ſed etiam caritatis affigunt; quia valida eſt ut mors caritas, durus ſicut inferi zelus. Non te ergo offendat duritia clavorum; quia eſt duritia caritatis: nec D validus clavorum rigor; quia valida eſt etiam caritas ſicut mors. Caritas enim culpam & omnia peccata mortificat: caritas ſicut mortis ictus interimit. Denique morimur flagitiis atque peccato, dum Domini mandata diligimus. Caritas eſt Deus, caritas Dei verbum eſt, quod eſt validum, & acutius omni gladio acutiſſimo, uſque ad diviſionem quidem animæ, ac ſpiritus, artuſque, & intima penetrans medullarum. Eſt durus ergo zelus caritatis, qui non cedat inferis; cùm E pro Dei zelo unuſquiſque nec ſuis parcat. His clavis caritatis configatur anima noſtra & caro Cant. 5. 8. noſtra, ut & ipſa dicat: *Quia vulnerata caritate ego ſum.* Habet ergo clavum ſuum caritas: habet gladium ſuum, quo anima vulneratur. Felix qui hoc gladio meruerit vulnerari. Hæc ſunt Prov. 27. 6. vulnera quæ oſculis præferuntur: *Utiliora vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici.*

40. His nos vulneribus offeramus, quibus quicumque mortuus fuerit, mortem guſtare non po- F terit. Talis enim eorum mors, qui Dominum ſe- Matth. 16. 28. quebantur, [*] de quibus dictum eſt: *Sunt aliqui de iſtis adſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo.* Merito Petrus non timebat hanc mortem; non time- Matth. 26. 35. bat enim qui dicebat, quia etſi oporteret eum pro Chriſto mori, non eum relinqueret aut negaret. Tollamus ergo crucem Domini, quæ configat carnes noſtras, peccatum deſtruat. Eſt ti- Matth. 10. 38. mor qui configit carnes: *Niſi quis tulerit crucem ſuam, & ſecutus me fuerit, non eſt me dignus.* Ille enim dignus qui habet Chriſti timorem; ut crucifigat carnale peccatum. Hunc timorem ſequitur caritas, quæ conſepulta cum Chriſto non divellatur à Chriſto, moriatur in Chriſto, adtumuletur Chriſto, reſurgat cum Chriſto.

SERMO DECIMUS-SEXTUS.

ע Ain.

1. INcipit littera decima-ſexta *Ain*, cujus interpretatio eſt, *Oculus*, ſive *fons*. [a] Oculus utitur B videndi munere: ſed ſæpe videmus ea quæ complacent, & ſæpe quæ diſplicent: nec in eo oculi eſt vel culpa vel probitas pro eorum qualitate quæ viderit; oculi eſt enim officium nuntiare quod viderit. Eſt ſane vel offenſa vel gratia, ſi aut delectetur ſuavibus, aut offendatur adverſis. Ideo frequenter oculus ſuppliciorum dicitur, oculus tentationis, oculus hœdi, oculus vitulæ, oculus generationis, aut fons generationis.

2. Legimus in Evangelio quia baptizabat Jo- Johan. 3. 23. C hannes in Ennon. Ennon oculum ſuppliciorum interpretati ſunt. Itaque nemo venit ad baptiſmum, niſi qui deſiderat ſibi propria peccata dimitti, quorum ſupplicia corde provido perhorreſcat. Itaque licet oculus ſuppliciorum dicatur; prævidentis eſt tamen ſupplicia, non ſuſtinentis: licet baptiſmum pœnitentiæ habeat aliquam de ſuppliciorum ſuſceptione tolerantiam. Oculi eſt ut intuendi officio fungatur: tuum eſt cavere quod videris.

D 3. Denique & oculus tentationis dicitur; quia per oculum ſæpe tentamur. Oculus meretricis laqueus amatoris. Sed oculus nihil delinquit; ideoque Salvatoris ſententia plena juſtitiæ eſt, dicentis: *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum* Matth. 5. 28. *eam, jam adulteravit eam in corde ſuo.* Non dixit: Qui viderit mulierem, ſed *ad concupiſcendum* viderit. Oculum abſolvit, mentem ligavit. Nec dixit: Adulteravit eam in oculo, ſed *in corde.* In oculo viſus eſt, in corde peccatum.

E 4. Oculus hœdi qui ad ſiniſtram eſt; quod ea quæ dextra ſunt, peccator videre non poſſit. Sanctus autem dicit: *Providebam Dominum in con-* Pſal. 15. 8. *ſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.* Et Petro ſancto apoſtolo, cùm tota nocte nihil cepiſſet, ut legimus in Evangelio, à Salvatore dictum eſt: *Mitte in dexteram partem* Johan. 21. 6. *navigii retia.* Itaque fretus imperatis cæleſtibus, miſit retia, & plurimum piſcium congregavit. In ſiniſtra nox erat: in dextera divini ſermonis F [b] claritudo fulgebat diurna. b

5. Eſt & oculus vitulæ: quod æque ad peccatores refertur; quia ſicut jugi loro vitulæ adtrahunt iniquitates, non dirumpentes neque abſcindentes proprium, ſed longo trahentes fune peccatum. Indomita enim vitula ſero manſueſcit, & trahit lora, non ſuſcipit; quia impatiens eſt tenendi: & quo diutius traxerit, eo amplius impeditur.

6. Oculus quoque generationis, aut fons generationis dicitur; quia ex oculorum conſpectu aut bona, aut adverſa generantur. Vidiſti mulieris pulcritudinem, laudaſti artificis opus, venuſtatem

[*]. Petrus ſcilicet, Jacobus & Johannes, qui Chriſti Transfigurationi interfuere, ut plenius explicatur infra in Luc. 9. 27.

a. Sic omnes mſſ. Contra vero edit. *Oculo utimur videndi munere.*

b. Mſſ. *claritudo diuturna*, quæ lectio defendi poteſt, *ſi diuturna*, pro conſtanti ac perenni uſurpetur: hic tamen præſtare videntur editiones, ut cum priori membro fiat antitheſis.

naturæ: generatio fidei, devotionis eſt partus. A Contentus fuiſti formæ decore, [a] non cenſus ambitione, ſumſiſti in uxorem, genuit filios liberalioris gratiæ: oculus tibi fuit generatio proſperorum. Contemplatus es ſacram puellam, preſſit oculos tuos auguſtæ reverentia caſtitatis: prædicaſti dominum Jeſum, qui ſenilem dediſſet in adoleſcentula ætate gravitatem, immaculatamque vitam inter infirmas tam lubricæ bujus carnis illecebras bumanis infudiſſet affectibus: fons bonorum eſt. Vidiſti poſſeſſiones pupillorum, B non ad invadendum, ſed ad tuendum: & paternis ingemuiſti viſceribus, ſi quid advertiſti de minoris commodis eſſe neglectum: repuliſti eum qui fines ejus volebat invadere: judicaſti pupillo: oculus tuus fons tibi fuit & origo juſtitiæ. Judicaſti viduæ (ſicut enim mala dracbma, non dracbma: ſic malum judicium, non utique judicium) judicaſti ergo ſicut juſtus & bonus judex: vidiſti uſurpatorem improbum, qui maritali auxilio deſtitutam, ſuam prædam putaret: iniquitatem C non paſſus es: tuliſti indefenſæ opem, quo adjuta præſidio, inoffenſa opera caſtitatis exercuit, nec auxilium quærere maritale compulſa eſt; dicit

Eſaia 1. 18. tibi Dominus: *Venite diſputemus*. Quia judicaſti viduam, oculus tuus fons gratiæ tibi factus eſt. Vidiſti nudum corpus inopis jacere defuncti, non

Luc. 10. 31. & 32. præteriſti, ut ille qui exponitur in Evangelio, ſacerdos atque levita: ſed continuo miſeratus, ſepulturæ ſolatius tradidiſti: generavit tibi oculus materiam redemtionis.

7. Contra, ſi adſpiciens agrum pupilli vineis conſitum, lætum ſegetibus, nemoribus umbroſis, aut fluvüs decurrentibus, aut fontibus ſcaturientibus, aut riparum berboſis amœnum tboris, & avaritiæ facibus accenſus tranſtuliſti patrum limites, atque in poſſeſſionem indefenſam improbus irruiſti: oculus tuus tibi mortis perpetuæ acerba generavit. Vicinæ viduæ jura temeraſti: coegiſti eam quæ aut dolorem ſuum, aut pudorem ſecretis clauſa parietibus fovere debe- E ret, proſilire in publicum, inverecundius quam injuſtius litigare: oculus tuus partus iniquitatis eſt factus. Vidiſti inopem ſuperbo oculo, & inſatiabili corde: deſpexiſti precem pauperis: & quem miſereri debueras, cum faſtidio præteriſti: oculus tuus fons tibi fuit & origo peccati.

8. Ideoque oculi tui non lupi oculi ſint, & inſidiantis ad prædam, ſed ſicut Sponſæ dicitur:

Cant. 7. 4. *Oculi tui ſtagna in Eſebon, in portis filia multorum: nares tua ſicut turris Libani*. Stagna in Eſebon F quid eſt, niſi in cogitationibus rationabilibus abundantia, quæ eſt in portis Eccleſiæ, cui meritò defertur multitudo doctrinæ? Filia enim multorum, plurimarum doctrinarum poſteritas effecta eſt, cujus nares odor eſt ſacrificiorum floribus omnibus præſtans. Quid enim Chriſti odore ſublimius, qui abolebat thuris flagrantiam? Oculus ergo iſte provideat quæ futura ſunt: & ſi adverſa imminere præviderit, fletu lacrymiſque emollire ac mitigare non deſinat.

9. Ideo Hieremias in captivitate gentis Judææ poſitus, futuram prævidens perpetuæ captivitatis ærumnam, quam perfidiæ pretio Judæorum populus habebat exſolvere, dicebat in Tbrenis ſub hac eadem littera: *In hoc ego fleo, oculi mei caligaverunt à fletu; quia elongavit à me qui me conſolabatur*. Threni. 1. 15. & 16. Non igitur abductum ſe eſſe de terris ſuis dolebat, ſed à Chriſto populum relinquendum, B conſolationemque futuræ vitæ cernebat amiſſam. Hæc eſt vere dolenda captivitas, quæ æternæ ſpei libertate privata videbatur. Alio quoque loco ſub hac eadem littera repetivit in Threnis, dicens: *Dominus qua cogitavit, conſummavit, verbum ſuum quod mandavit à diebus antiquis. Deſtruxit, & non pepercit, & lætificavit ſuper te inimicum, & exaltavit cornu tribulantis te*. Threni. 2. 17. Nonne evidenter futurum judicium Chriſti annuntiatur, ſicut in pſalmo quoque præſenti declarari certum eſt. C Oculus ergo prævideat quæ ventura ſunt, & ea aut profuſione lacrymarum, aut erroris correctione detorqueat. Denique Hieremias flebat; quia malam cauſam impiæ plebis ſuſceperat, quæ perfidiæ pertinaciâ proprium negabat auctorem.

10. David autem propbetico ſpiritu judicium prævidens Chriſti, in quo nemo innocens periclitabitur, nemo ſceleratus eludet, bonâ fretus conſcientiâ dicit: *Feci judicium & juſtitiam: ne tradas me nocentibus me*. ℣. 121. Non quaſi glorioſus ac D inſolens ſe ipſe laudat, cùm utique peritus legis, alterius magis quam proprio ore unumquemque laudandum eſſe non ignoraret. Non, inquam, [b] prædicatarum jactantia eſt hîc ulla virtutum, ſed vitæ innocentis adſertio jure præſumta; ne dignus æſtimaretur qui propter gravia peccata à Domino relinqueretur, & nocentium poteſtati traderetur. Defenſio eſt igitur, non arrogantia, quando non excellentia aliqua bonoris adſumitur, ſed formidabilis ærumna propulſatur. Deni- E que Petrus boc genere defenſionis utitur dicens: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* Matth. 19. 27. Ibidem. 28. In quo ſi dicti arrogantis decolor aliquis nævus fuiſſet, non tantum gratiæ de domini Salvatoris ſententia retuliſſet; ut non ſolum minime ſubdendus ipſe judicio, ſed etiam judicaturus de aliorum meritis ipſe nuntiaretur. Neque enim in judicio, ſi quis innocentiæ ſuæ tuendæ gratiâ, quid feciſſet aperiret, ad jactantiam potius quàm ad defenſionem cauſæ dictum æſtimare- F tur. Aliud eſt dignum ſe præmio dicere, aliud indignum injuria.

11. Et tamen ille ipſe Philoſopbiæ ſummus, ut aiunt, magiſter, cùm accuſaretur, interrogatus qua tandem pœna ſe dignum putaret, reſpondiſſe fertur, [c] ut in Prytaneo publico quotidie convivio ſuſciperetur. Ille honorem uſurpavit, [d] bic præcavit ærumnam: ille gloriam arrogavit, bic bumilitatem ſervavit. Nam quæ major eſſe

a. Scripti codices magno numero: *non accenſus ambitione*. Melius alii, ac edit. *Non cenſus ambitione*. Eſt enim hoc loco *cenſus*, proventus quem quiſque annuatim è poſſeſſionibus percipit.

b. Edit. omnes, *prædicatoris jactantia eſt hic ulla virtutum*. Mſſ. complures, *prædictarum jactantia*, &c. Melius tamen alii quinque, ut in contextu.

c. Mſſ. aliquot: *ut in prandio publico*. Alii, atque edit. *ut in Prytaneo*. Pulcre id quidem; erat enim Prytaneus locus Athenis, ubi ſumtu publico de Rep. benemeriti, ac publicorum certaminum victores alebantur. Hoc autem reſponſum apud Platonem in apologia Socratis ita legere eſt: εἰ δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι, τούτου τιμῶμαι, τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως. Adiſis etiam Ciceronem lib. 1. de Oratore.

d. Edit. Am. *ærumnam precatus eſt*. Era. & alii emendarunt... *deprecatus eſt*. Non male, ſi vel unus è mſſ. adſtipularetur. Sic etiam infra ſermone XVII. ℣. v. ſub finem edit. habent, *Quàm jure precatus eſt*, ubi mſſ. *Quàm jure præcavit*. Quod utroque loco concinne dici nemo non videat.

humilitas poteſt, quàm ut conſcins ſibi judicii & A
juſtitiæ reſervatæ, tradi poteſtati diaboli verere-
tur? Hominem ſe eſſe cognovit, impar ſibi bel-
lum adversùm ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibns:
raptum novit Enoch eſſe, ne malitia mutaret cor
ejus: Noe inebriatum, Lot inceſtatum, ſacerdo-
tem primum ipſum Aaron cum Maria ſorore ten-
tatum, lepræ maculis adſperſam Mariam pri-
mùm, poſt, abſolutam: Moyſen pene interneca-
tum, niſi circumciſione filii, & ejuſmodi ſangui-
nis fuſione Sephora mulier ejus omne ab eo peri- B
culum depuliſſet. His igitur commonitus exem-
plis oequaquam ſe fortitudini ſuæ credit: ſed
cauta humilitas divinum ſibi precando adſciſ-
cit auxilium, petens ne tradatur nocentibus.

12. Scit enim anctorem eſſe principem mundi
omnium delictorum. Ipſe individuos proximo-
rum irarum ſtimulis excitatos ſcindit affectus:
ipſe flammam accendit libidinis: ipſe adolet ava-
ritiæ cupiditates; ut quo plus rapuerimus, am-
plius requiramus: ipſe ſoggerit & miniſtrat fo- C
menta luxuriæ: ipſe odia exaſperat, & immodicæ
ſtudium ambitionis inflammat. Quod vitium
blandum in exordio, ſævum in proceſſu, nec fra-
ternæ germanitatis potuit contemplatione revo-
cari. Dum dolet ſibi gratiæ cæleſtis ambitor fra-
trem eſſe prælatum, de ſacrificio proceſſit ad
parricidium. Auctorem igitur incontinentiæ dia-
1. Cor. 7. 5. bolum eſſe Apoſtolus docet: *Ne tentet vos propter*
incontinentiam veſtram. Incentorem quoque ava-
1. Tim. 6. 9. ritiæ ipſum eſſe legimus, dicente Paulo: *Qui vo-* D
lunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in la-
Coloſſ. 3. 5. *queum diaboli.* Et alibi: *Mortificate ergo membra*
veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immun-
ditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & ava-
ritiam, quæ eſt idololatria. In his enim diaboli vo-
luntatem facimus, & exſequimur poteſtatem, qui
per carnis iſtius deſideria incentivum ſuæ fraudis
operatur.

13. Quemcumque ergo in vitiorum ſuorum
poſſeſſione repererit, tamquam obnoxium ſuo E
juri vindicat. Adulterium quis facit, luxuriam
exercet, aliena diripit; portio diaboli eſt: pudi-
cus autem, & continens, & miſericors, Chriſti
portio eſt. Chriſti ergo ſervum ſibi non poteſt
vindicare, niſi forte illapſum in vitia deprehen-
derit: nec tunc quidem vindicat, ſed tamquam
ſuum ſibi tradi poſtulat. Ideo ergo dicit David:
Feci judicium & juſtitiam, non ut arroget, ſed ex-
cuſet; ne quaſi peccator deſeratur à Chriſto.
Exemplo ſit nobis apoſtolica lectio quam ob rem F
1. Cor. 5. 4. & 5. unuſquiſque tradatur. Illum enim qui uxorem
patris habuit, quia ſic operatus eſt, [a] tradidi ſa-
tanæ, dicit Apoſtolus: non ergo eſſet traditus,
niſi opera feciſſet diaboli. Unde non immerito
recuſat Propheta nocentibus tradi, qui allegat
non diaboli opera ſe feciſſe, ſed Chriſti; Chriſ-
Eſai. 1. 17. tus enim dicit: *Iudicate pupillo, & juſtificate vi-*
duam. Hoc eſt ergo: *Feci judicium & juſtitiam,* in
judicio non contempſi pauperem, non oppreſſi
viduam, perſonam divitis non recepi, in omni-
bus operibus juſtitiam reſervavi.

14. Judicii finis juſtitia eſt. In altero veritatis
cuſtodia, in altero fructus eſt æquitatis: utraque
tamen non privata virtus, ſed publica. Nam im-
maculatum corpus à virili permixtione ſervare,
& palmam caſtimoniæ limoſo in corpore uſque
ad Angelorum converſationem cuſtodiâ inte-
gritatis evehere, utilitas privata, laus publica eſt.
Frugi eſſe ac modeſtum, & ſobriæ parcitatis te-
nere menſuram probatur à pluribus, ſed ſibi ſoli
proficit. Fortitudo in præliis eminet, in otio fri-
get: cujus opus in tempore neceſſarium, in voto
adverſum; malunt enim homines non pugnare,
quam vincere. Sola juſtitia eſt quæ omnibus tem-
poribus, aliis potius nata quàm ſibi, quotidiano
uſu, & fructu publico, ſuo damno alienas cuſto-
dit utilitates: quæ nihil habeat utilitatis, & plu-
rimum laudis. Hanc igitur Propheta prætendit
ad ſui meriti commendationem, dicens: *Feci judi-*
cium & juſtitiam: ne tradas me nocentibus me. Ubi
juſtitia, ibi miſericordia. Miſericordia à peccato
liberat. Quomodo ergo peccatoribus tradar?
Simile illud in Canticis: *Exui tunicam meam, quo-* Cant. 5. 3. & 4.
modo induam eam? Lavi pedes meos, quomodo in-
quinabo eos? Exui tunicam peccatoris, velamen-
que terreni: cur quaſi peccator atque terrenus
adjudicor? Lavi pedes meos, ne qua delicti ſors
poſſet adhærere veſtigio: cur das in me delin-
quentibus poteſtatem?

15. Sequitur: *Suſcipe ſervum tuum in bono: non* ℣. 122.
calumnientur me ſuperbi. Quaſi judicii & juſtitiæ
conſcins, auctoritate prophetica progreditur; ut
ſervum Domini ſe dicere non reformidet: ſer-
vus enim Domini nihil debet alienis. Pretioſa
hæc eſt ſervitus, quæ virtutum conſtat expenſis.
Cur autem timet nocentibus tradi, aperit evi-
denter; quia calumniatores ſunt, qui oderint ve-
ritatem: impugnent innocentiam, quia ſuperbi
ſunt. Qualis enim adverſum ſervulos Dei poteſt
ſuperbus eſſe, qui adverſus Deum ſe exaltat, &
dicit: *In cælum adſcendam: ſuper ſidera cæli ponam* Eſai. 14. 13. & 14.
ſedem meam: ſedebo in monte excelſo, ſuper montes
altos qui ſunt ab Aquilone: adſcendam ſuper nubes,
& ero ſimilis Altiſſimo? Quid igitur mirum, ſi gra-
vare homines poſſit, qui pervicaci ſpiritu nec
Deo cedit? Quomodo menſuram veritatis, & fi-
dem in hominem reſervabit, qui ſacrilego, im-
pudentique mendacio omnipotenti ſe Domino
adæquandum eſſe promittit? Quomodo calum-
niatur ſingulis, qui totam irritavit terram, con-
cuſſit reges, poſuit univerſum orbem deſertum,
& civitates deſtruxit: eos qui in abductione erant,
non ſolvit?

16. Caveamus ergo ne muros animæ noſtræ
deſtruat, ne propugnacula noſtræ mentis diruat,
ne ſuper ſidera thronum ſuum ponat. Ponit ſu-
per ſidera, quando electum decipit, quando juſ-
tum circumvenit, cujus opera luceat ſicut ſtellæ
in cælo. Nonne & Judas proditor inter ceteros
audiebat: *Vos eſtis lux hujus mundi?* Nonne dia- Matth. 5. 14.
bolus lumen ejus extinxit? Quinetiam quos non
potuerit circumvenire, calumniatur, invidens
regni cæleſtis gloriam; ut quos illecebris ſuis à
Chriſto non potuit ſeparare, eos calumniis ſuis
debiti honoris fructu fraudare conetur. Fugia-
mus ergo malos calumniatores, qui peccatum
operantur in nobis, & ipſi nobis calumnias infeſ-

a. Omnes edit. *tradidit ſatanæ Apoſtolus.* Mſſ. non pauci . . . . *ut dicit Apoſtolus.* Alii partim, *tradi ſatanæ dicit Apoſtolus:* partim, *tradidi* &c. quorum lectionem hic arbitramur anteponendam.

tiſſima accuſatione componunt, id quod ipſi fe- A
cerint arguentes. Ecce manus Domini parata
eſt, quæ te fugientem ab adverſariis tueatur ac
protegat. Pharao te in patribus tenebat ſuper-
bus, immitis: fugiſti ab eo, ſuſcepit te manus
Domini, & de periculis liberavit. Non dimiſiſſet
te Pharao, niſi tu ad Dominum confugiſſes. Di-
Exod. 5. 2. cebat Pharao: *Dominum neſcio, & Iſrael non di-*
mitto. Vides quam ſuperbus? Meritò ergo ſuſcep-
tus in bono eſt, qui malum fugit. Non patitur
ergo Deus in malo nos eſſe: ſuſcipit in bono; nec B
patitur ſuos calumniis ſubjacere.

℣. 123. 17. *Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum, & in*
eloquium juſtitiæ tuæ. Qui ſint iſti oculi conſidera,
qui in Chriſtum deficiunt, dum ejus præſtolan-
tur adventum: animæ videlicet oculi non cor-
poris, tota fidei intentione defixi; in eo enim
quem diligimus, totis oculis occupamur, nec
quidquam aliud videre delectat. Non poteſt hoc
dicere niſi qui à mundanis ſollicitudinibus & ſæ-
cularibus voluptatibus intentionem omnem ſuæ C
mentis avertit. Nam quomodo hoc dicit, qui
theatralibus ludibriis occupatur? Sed ille hoc
Serm. 5. dicit, qui ſupra dixit: *Averte oculos meos, ne videant*
℣. 17. *vanitatem.* Qui autem ſunt oculi qui deficiunt in
eloquium Dei, niſi oculi interioris hominis, ob-
tutuſque animæ, qui tenduntur ut videant Dei
verbum, & nimia intentione & exſpectatione de-
ficiunt in ſalutare Dei, defectum ſui patientes, ut
adſumant quod verbi eſt?

18. Et quia eloquium Dei pleroſque movere D
poteſt, ideo addidit: *Eloquium juſtitiæ*; ut movere
non debeat. Movere autem poterat, quia ſcrip-
Gen. 25. 23. tum eſt: *Major ſerviet minori.* Nam niſi ad myſte-
Ezech. 20. 25. rium accipias, naturæ injuria eſt. Et, *Dedi vobis*
præcepta non bona. Ergo Deus mala dat præcepta.
Eſai. 45. 7. Et, *Ego Dominus creans mala.* Sed & de præceptis
ſic ſolvitur; quia infirmis non dare debuit per-
fecta præcepta, quæ ſuſtinere non poſſent. Quan-
Matth. 19. 21. do audiret Judæus: *Dimitte omnia tua.... & ſequere*
Matth. 10. 38. *me?* Quando audiret Judæus: *Qui non tulerit cru-* E
cem ſuam, & ſecutus me fuerit, non eſt me dignus?
Sed hæc perfectiora præcepta Evangelio reſer-
vata ſunt. Et mala non creavit Deus, ſed hæc quæ
videntur nobis auſtera, verbera, mors, & hujuſ-
modi alia quæ propter emendationem præſcrip-
ta ſunt noxiorum; juſtis enim non eſt lex poſita,
ſed injuſtis. NAM SI noxii nihil timerent, inno-
centes ſemper timerent.

19. Qui ſunt igitur iſti oculi qui deficiunt in
ſalutare Dei? Diximus oculum ſuppliciorum eſſe, F
qui prævidens futura ſupplicia peccatorum, ge-
rendam annuntiet pœnitentiam. Demonſtravit
Luc. 3. 7. & 8. hunc oculum Baptiſta Johannes dicens: *Genera-*
tio viperarum, quis oſtendit vobis fugere ab ira ven-
tura? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Ad bap-
tiſmum enim Johannis veniebat, qui habebat
oculum ſuppliciorum: ad Chriſti autem baptiſ-
mum venit, qui videt gratiam. Hic enim oculus
eſt quem Dominicæ paſſionis umbra tuetur &
protegit. Aliud ergo Ennon, aliud Ain. In Ennon
baptizatur conſcius gravium delictorum: qui au-
tem purum oculum habet, gratiam ſuſcipit ſpiri-
talem. Et imperfectæ fortaſſe animæ oculus ſup-
A pliciorum eſt: perfectæ autem oculus gratiarum
eſt purior atque ſincerior, qui ſignificatur hac
littera, ad quam juſti forma dirigitur; quia im-
perfecta peccati tantummodo judicium decli-
nare deſiderat, perfecta vero meritum regni
cæleſtis adquirere. Præſumimus tamen quod
utrumque oculum una anima habeat, & oculum
ſuppliciorum, & oculum gratiæ: lævum oculum
ſuppliciorum, dexterum gratiæ; quia non à primo
homines poſſunt eſſe perfecti, ſed per proceſſum
B virtutis adſcendunt. Ante igitur unaquæque ani-
ma quaſi ad baptiſmum Johannis venit; ut præ-
mittat pœnitentiam delictorum: & in proceſſu
paulatim ubi peccata ſua defleverit, ſpiritali ab-
luta baptiſmate, Chriſti accipit ſacramentum.
Unde videtur & in Canticis canticorum Eccleſia
prædicari, cui dicitur: *Cor noſtrum cepiſti, ſoror mea* Cant. 4. 9.
Sponſa, cor noſtrum cepiſti uno ab oculis tuis; ut iſte
oculus gratiæ ſit, qui Chriſti ſibi pleniorem ad-
quiſiverit caritatem.

C 20. Plerique tamen hoc loco accipiunt duos
oculos Eccleſiæ: unum qui myſtica videat, alte-
rum qui moralia; eo quod ſancta Eccleſia non
ſolum moralium teneat diſciplinam, ſed etiam
cæleſtis doceat ſecreta myſterii. Unde dictum eſt
de ea: *Oculi tui ſicut columbæ, extra taciturnitatem* Ibidem 1.
tuam, quòd & ſpiritaliter videat, & noverit tem-
pus tacendi eſſe, & tempus loquendi; ut in tem-
pore ſermonem ſuum proferat, ne importunita-
te loquendi peccatum poſſit incurrere.

D 21. Habet ergo oculos columbæ ad ſimilitu-
dinem Chriſti; quia & de ipſo lectum eſt: *Oculi* Cant. 5. 12.
tui ſicut columbæ ſuper abundantiam aquarum lotæ
in lacte, ſedentes ſuper plenitudinem. Baptizat in
lacte Dominus, id eſt, in ſinceritate. Et iſti ſunt
qui vere baptizantur in lacte, qui ſine dolo cre-
dunt, & puram fidem deferunt; ut immaculatam
induant gratiam. Ideo candida Sponſa adſcendit
ad Chriſtum; quia in lacte baptizata eſt. Inde
mirantur eam Virtutes & Poteſtates, dicentes:
E *Quæ eſt hæc quæ adſcendit dealbata?* Ante paululum Cant. 8. 5.
dicebat, *Nigra ſum*: nunc dealbata cernitur, & Cant. 1. 4.
adſcendit ad cælum, & innixa Dei Verbo, alta
jam penetrat. Nec immerito illic aquarum abun-
dantia, ubi Chriſtus; ut mens humana repleri
cupiat. Has ſitit aquas cervus, quas cùm biberit,
ſitire non poſſit. Has aquas ſitivit Propheta, cùm
dixit: *Sitivit in te anima mea.* Sedet ergo Chriſ- Pſal. 41. 3.
tus ſuper abundantiam aquarum, & ſuper pleni-
tudinem. [a] Et ideo qui baptizatur in lacte, dicit: a
F *Et nos omnes de plenitudine ejus accepimus.* Unde & Johan. 1. 16.
oculus ſuppliciorum non alienus eſt ab Eccleſia;
quia etſi baptizabat Johannes in Ennon, bapti- Johan. 3. 23.
zabat juxta Salim, ubi erat aquarum abundan-
tia, duodecim fontes, & ſeptuaginta Palmarum
arbores.

22. Hos fontes habet Eccleſia, hoc eſt, in ve-
teri Teſtamento duodecim patriarchas, & in no-
vo duodecim apoſtolos. Ideoque dictum eſt: *In* Pſal. 67. 27.
Eccleſiis benedicimus dominum Deum de fontibus Iſ-
rael. His fontibus ante perfunditur quicumque
Chriſti myſteria ſacroſancta conſequitur; iſti
enim fontes ex æterno fonte manantes, toto or-
be fluxerunt. Ubi iſti fontes, ibi adſcenſio ani-

a. Ita mſſ. quatuordecim. Editio Rom. ſola: *Et ideo qui bapti-*
zat in aqua. Aliæ edit. & duo mſſ. utraque omiſſa lectione voci
plenitudinem, ſubjungunt: *Unde & nos omnes de plenitudine ejus*
accepimus.

marum. Denique Salim interpretati ſunt, *Ipſum adſcendentem.* Ille enim vere adſcendit, qui propria peccata deponit. Hoc igitur verbo purificatoriæ ſanctificationis uſus exprimitur. Unde etiam bene in Canticis Chriſtus dicit ad Eccle-
Cant. 4. 2. ſiam: *Dentes tui ſicut grex tonſarum, quæ adſcenderunt à lavacro, quæ omnes gemellos creant, & infœcunda non eſt in eis.* Quod ſpecie tenus de capris dicitur, myſtice autem de Eccleſiæ grege.

23. Nec vilia tibi videantur iſta animalia. Denique audi quæ de his ſanctus loquitur Spiritus:
Cant. 6. 4. & 7. *Capillamentum tuum ut grex tonſarum, quæ revelata ſunt à monte Galaad. Dentes tui ut grex tonſarum, quæ adſcenderunt de lavacro.* Vides quod in altis grex iſte paſcitur, audax in monte. Itaque ubi aliis præcipitia, ibi capris nullum periculum: ubi aliis periculum, ibi gregis hujus alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior. Spectantur à paſtoribus ſuis dumoſa de rupe pendentes; ibi luporum incurſus eſſe non poſſunt, ibi fœcundæ arbores fructum integrum ſubminiſtrant. Cernere licet uberi lacte diſtentas ſuper teneram ſobolem materna pietate ſollicitas. Ideo elegit eas Spiritus ſanctus quibus cœtum venerabilis Eccleſiæ compararet.

24. Et ut myſtice audias: capillamentum Verbi eſt altitudo & eminentia quædam juſtarum animarum; quoniam ſenſus ſapientis in capite ejus. In altitudine enim cogitationis humanæ certum eſt eſſe ſapientiam. Et quemadmodum tondentur capræ, ut ſuperflua deponant: ita etiam tonſarum animarum gregem, hoc eſt, multarum animarum virtutes habet ſancta Eccleſia, in quo grege nihil poſſis * inſenſibile reperire, nihil ſuperfluum; quoniam fides ſapientes fecit, ſpiritalis autem gratia ab omni ſuperfluorum labe mundavit.

25. Merito igitur revelatæ ſunt animæ juſtorum, & revelatæ à monte Galaad, hoc eſt, à tranſmigratione teſtimonii; eo quod à Synagoga ad Eccleſiam teſtimonium cæleſte migravit. In hoc itaque monte naſcitur thymiama, reſina, & ceteri
Gen. 37. 25. odores, quos negotiatores illi Iſmaelitæ, ut habes in primo libro Teſtamenti veteris, deferebant. Hos odores habet Eccleſia, quos mercatores ex gentibus congregati, fide & devotione vexerunt. Itaque ſicut capræ bonis refectæ cibis, & ſolis calore vernantes, lavantur in flumine, & exſultantes mundæ reſurgunt de flumine: ita animæ juſtorum adſcendunt ab ſpiritali lavacro.

26. Iſtæ ſunt vere quæ geminos creant, in quibus non eſt infœcunditas aliqua virtutum, ſterilitas ulla meritorum. Bene geminos creant, quia congeminant ſenſus ſuos. Unde habes in Prover-
Prov. 22. 20. bius ſcriptum: *Et tu ſcribe hæc tibi tripliciter, in conſilio, & in cognitione.* Triplicem præmiſit ſcriptionem, & duo ſubdidit, conſilium, & cognitionem: ſed cognitio gemina eſt: una incorporalium, altera corporalium.

27. Diximus de fœcunditate: dicamus de dentibus. Nam & navigantes plerique, & properantes itinere terreno, ubi viderint ſpecioſum aliquem locum, delectationis gratia demorantur, paſcunt oculos, animumque allevant; nec mora ulla commeandi putatur, ſed gratia: ita & nobis pulcherrimos dentes juſtarum animarum conſiderare cordi eſt. Docuit enim Scriptura pulcherrimos dentes eſſe juſtorum, dicens ſecundum litteram quidem de patriarcha Juda, ſpiritaliter autem de Chriſto: *Hilares oculi ejus à vino, & den-* Gen. 49. 12.
tes ſicut lac. In quo non utique carnis humanæ officia, ſed divinæ gratiæ munera prædicavit. Docet igitur exemplum, dentes non eſſe prætereundos, ubi de oculis dixerimus.

28. Qui ſunt igitur juſtarum dentes animarum, niſi qui informem ac durum accipientes cibum, vel frigidum plerumque, vel ſupra modum calentem nunc comminuunt, nunc fovent, nunc temperant, prout qualitas fuerit alimentorum? Dura comminuunt, ne aſperitas litteræ in veteri Teſtamento, & ſæcularis intellectus rigor, niſi fuerit ſpiritali dente reſolutus, vitalia ipſa interclusis ciborum ſalutarium meatibus, & gulam quamdam animæ incurioſa edacitate ſuffocet. Par eſt igitur ut dividas primum, ſi ſolida tibi videtur eſca quæ ſumitur, & diſtinguas eam, atque emollitam ſine noxa aliqua, animæ in omnia ejus membra naturali diviſione transfundas; ut vitalem ſuccum omne ejus corpus epuletur. Nihil cadaveroſum, nihil mortuum ore tuo ſumas, ne dicatur: *Sepulcrum patens eſt guttur eorum:* ſed vivum Pſal. 13. 3.
haurias verbum; ut in tuæ mentis viſceribus poſſit operari.

29. Hi dentes ſuper lac candidiores, quia dentes juſtorum ſunt. Denique cùm omnes in Moyſe baptizati in nube & in mari patres noſtri fuerint, non otioſe tamen ſcriptum eſt, quia *Omnes* 1. Cor. 10. 3. & 4.
eamdem eſcam ſpiritalem manducaverunt, & omnes eumdem potum ſpiritalem biberunt; ut iſtis ſanctorum dentibus major quidam fulgor accederet, quos poſt tranſitum maris Rubri, myrrhæ fontis Exod. 15. 25. & 27.
amaritudine per ligni gratiam temperatâ, cognoſcimus eſſe mundatos, deinde duodecim fontium potu, poſtremò petræ ſpiritalem undam vomentis irriguo; petra enim erat Chriſtus. Ideo Num. 20. 11.
& manna manducaverunt; ut toties abluti manducarent panem, ut ſcriptum eſt, Angelorum. Pſal. 77. 25.
Nunc quoque in Evangelii myſteriis a recognoſcis, quia baptizatus licet toto corpore, poſtea tamen eſca ſpiritali potuque mundaris.

30. Merito ergo David & oculos interiores purificatos, & dentes tamquam illuminatos ſpiritalium dentium candore ſermones profert dicens:
Feci judicium & juſtitiam. Ille eſt enim verus den- Sup. ỷ 121.
tium fulgor, ubi bene ſibi conſciæ mentis reſonat canora confeſſio. Ille mundus oculus, quem peccatorum gravium trabes nulla depreſſerit: quem purgamentorum levium feſtuca nulla turbaverit. Iſte oculus in verbum juſtitiæ defecit.
Qui enim Chriſto adhæret, unus eſt ſpiritus. Et 1. Cor. 6. 17.
Balaam petebat, ut anima ſua deficeret in animis Num. 23. 10.
juſtorum, id eſt, ut proprii oblivisceretur erro-

*. *Inſenſibile*, id eſt, à ſenſu ſapientis alienum, ut tota ſeries orationis declarat.

a. Edit. *recognoſcis baptizatus licet . . . . mundari.* MSſ. vero nobis concinunt exceptis paucis, ubi pro, *toto corpore*, legitur, *multo corpore*. Poteſt autem utrolibet modo hæc ultima pars admitti; potior tamen videtur prima lectio. Etenim non ſolum ea baptiſmum per immerſionem adminiſtrari ſolitum ſignificat: ſed etiam opponitur ineptiæ quorumdam hæreticorum, qui cunctas corporis partes inficiabantur eſſe abluendas; ut Theodoretus lib. 4. *Hæret. fabul.* auctor eſt. De immerſione vero fuſius Tom 2. Ambroſius lib. *De Myſteriis* cap. 3. & Auctor tractatus *De Sacramentis* lib. 2. cap. 7. quos conſule.

ris: quod ſuum erat, deponeret: quod juſtitiæ A
& æquitatis, adſumeret. Sed progrediamur ad
cetera.

℣ 114. 31. Sequitur: *Fac cum ſervo tuo ſecundum miſeri-
cordiam tuam, & juſtitias tuas doce me.* Præſtruxit
viam, & commendationis ſuæ incrementa præ-
Sup ℣ 121. ſumſit. Supra popoſcit ne nocentibus traderetur:
& 122. iterum petit ut ſuſciperetur in bono; ne calum-
niarentur ei ſuperbi, hoc eſt: Non declino judi-
cium, ſed calumniam perfidorum; illi enim ju-
dicare neſciunt, calumniari ſciunt. Ad te confu- B
* gio, qui noſti * repræſentare judicium. Et bene
non vult calumniatoribus tradi; multa enim Job
paſſus eſt juſtus, poſtquam traditus eſt nocenti.
Iob. 2. 6. Sed difficile fuit illud & grande certamen, quod
niſi Job nimiâ patientiâ haud facile quiſquam
ſuperare potuiſſet; tamen ille non totus eſt tra-
ditus, ſed meliore exceptus eſt portione. Qui
Sup. ℣ 121. dicit: *Non tradas me*, quæ majora ſunt compre-
hendit. Plus autem in anima, quàm in carne ſu-
Rom. 8. 9. mus; juſtis enim dicitur: *Vos autem non eſtis in* C
Pſal. 38. *carne, ſed in ſpiritu.* Tradi ergo animam ſuam re-
12. cuſat, qui corpore ſicut aranea tabeſcebat.

32. Hoc igitur loco, majore quodam familiari-
tatis uſu potiora præſumens, ait: *Fac cum ſervo
tuo ſecundum miſericordiam tuam, & juſtitias tuas
doce me.* Miſericordiam ſibi deferri poſcit, juſtitias
doceri. Alibi quoque, hoc eſt, in poſterioribus
Pſal. 142. habes hunc ſenſum: *Et ne intres in judicium cum
2. ſervo tuo.* Etenim noſtrorum conſcii peccatorum,
miſericordiam magis petere Dei noſtri, quàm D
a juſtitiam implorare debemus. [a] Alia veniam lar-
gitur: alia examen impertit. Quæ ſpes homini-
bus certandi apud eum, quem occulta non fal-
lunt, quem latere peccata non poſſunt? Ideoque
ſciens ejus potentiam, qui hominem non timeret,
Pſal. 50. 6. ait: *Tibi ſoli peccavi.* Non poteſt hoc juſtus ne-
gare; quia nemo ſine peccato: non poteſt rex;
quia etſi leges in poteſtate habet, ut impune de-
linquat; [b] Deo tamen ſubditus eſt: immo plus
ipſe debet, cui plus commiſſum eſt. E

33. Hoc ergo dicit: *Fac cum ſervo tuo ſecundum
miſericordiam tuam*; quia etſi quid boni feci, plu-
ra debeo quaſi ſervus. Non uno facto ſervus ab-
ſolvitur; quia nemo ſervum habens arantem,
Luc. 17. 7. aut oves paſcentem, dicit illi: *Tranſi, recumbe; ſed
& 8. dicit illi: Para quod cœnem, & præcinge te, & mi-
c niſtra mihi.... [c] Numquid gratiam habet ſervus,
ſi fecit quod imperatum eſt ei?* Ergo & cùm feceri-
mus quod nobis imperatum eſt, non ſtatim nos
exaltare debemus, ſed magis humiliare; quia non F
ſtatim ſi aliquid fecimus, implevimus omnia ſer-
vitutis obſequia. Quis tanta naturæ munera, vitæ
ſalutiſque ſervatæ divina beneficia digno poſſit
æquare ſervitio? Quis poteſt ſolvere quod acce-
pit? Ideoque ſciens omnia, miſericordiam petit
d potius [d] quàm audientiam: *Quoniam*, inquit, *non*
Pſal. 142. 2. *juſtificabitur in conſpectu tuo omnis homo vivens.*

34. Quintus verſiculus ſequitur: *Servus tuus ſum* ℣ 125.
ego: da mihi intellectum, & ſcibo teſtimonia tua.
Intellectus ſpiritale munus eſt; & ideo quod Dei
eſt, à Domino poſtulatur. Nec quaſi extraneus
poſcit, qui ſervum ſe confitetur. Bene ait: *Servus
tuus ſum.* Servus enim voluntatem domini ſui fa-
cit. Servus quærit ſervitutis ſtipendia [e], remune- e
rationem ſperat. Servus Domini non poteſt idem
eſſe ſervus peccati: & ideo intellectum ſibi dari
poſcit, ut ſciat cavere peccatum. Habebat qui-
dem intellectum, ſed non ut redundare ſibi cre-
deret: uberiorem requirit.

35. Eſt autem & intellectus naturæ, & eſt intel-
lectus non bonus. Ideo & Salomon ait: *Intellectus* Prov. 13.
autem bonus dat gratiam. Nam ſi omnis intellectus 15.
bonus eſſet, non opus fuiſſet additamento. Jure
gratiam Domini ſui quærit, aliter enim ſcire non
poteſt ſecreta Domini, niſi intellectus ſpiritalis
munus acceperit. Habes hoc in Hieremia: *Notum* Hier. 11.
mihi fac, Domine, & ſcibo; quia niſi Deus notum 18.
fecerit hominibus myſterium ſuum, ſcire non
poſſumus.

36. Sequitur verſiculus ſextus: *Tempus faciendi,* ℣. 126.
Domine: diſſipaverunt legem tuam iniqui. Bene ait
tempus faciendi eſſe; *Eſt* enim *tempus tacendi, &* Eccleſ. 3. 7.
tempus loquendi. Sed loquendi tempus advenit:
ac per hoc Dominici adventus tempus jam eſſe
memorat; ut quia Legis facta eſt prævaricatio;
veniat finis Legis, & conſummatio ejus, & pleni-
tudo dominus Jeſus, qui donet hominibus uni-
verſa delicta: & abolito chirographo debitorum,
abſolvat omnes & liberet peccatores. *Tempus eſt
faciendi*, ut ſi ingraveſcente ægritudine alicujus
incommodi, curras ad medicum, ut citius veniat;
ne poſtea ſubvenire non poſſit. Medicus enim
tunc amplius deſideratur, cùm gravis incubue-
rit ægritudo languenti. Ergo cùm videat in Spi-
ritu ſanctus Propheta prævaricationes populi,
luxuriam, delicias, dolos, fraudes, avaritiam, te-
mulentiam, quaſi pro nobis interveniat, currit
ad Chriſtum, quem ſolum tantis ſciebat ſubve-
nire poſſe peccatis: urget ut veniat, nec patitur
fieri moras. *Tempus*, inquit, *faciendi, Domine*, hoc
eſt, ut pro nobis crucem adſcendas, mortem ſub-
eas. Totus in periculum ultimum mundus urge-
tur: veni ut tollas peccatum mundi. Veniat vita
morientibus: veniat reſurrectio jam ſepultis. Fac-
tum tuum ſubveniat; quoniam nec tua præcepta
prodeſſe potuerunt. In Lege præceptum eſt, [f] in f
Evangelio miniſterium.

37. Cæcus omnis populus proprium non vide-
bat auctorem. Claudus erat mundus, & tituban-
te veſtigio fidei fluctuabat. Non erat malagma
imponere, neque oleum, neque alligaturam. Om- Luc. 8. 43.
ne patrimonium ſuum in medicos erogaverat mu-
lier illa Evangelica, ſpeciem habens congrega-

*. *Repræſentare judicium* idem eſt atque exhibere, ſeu in præ-
ſenti ferre judicium. 8. Cod. Theod. Tit. 18 Lege 42.

a. Edit. *Alia veniam largitur, alia examen impertit.* Mſſ. ali-
quot: *Alii ... alii* &c. Ceteri magno numero, ut in textu.

b. Ita mſſ. At edit. adjiciunt, *Deo tamen ſubditus eſt*, poſt voces,
qui nulli debet, immo &c.

c. Edit. & pauci mſſ. *Numquid gratiam habet ſervo*, cui lectioni
græcus textus, & latinæ verſiones ſuffragantur. Alii mſſ. ... *ſer-
vus.* Non male; ſi *gratiam* hic idem eſſe ac meritum animadver-
tas. Et hoc modo eum Evangeliſtæ locum reddidit interpretatio
perſica atque æthiopica, quas in *Polygl. Angl.* conſulas licet.

d. Mſſ. aliquot, *quàm ſapientiam.* Rom. edit. *quàm excuſatio-
nem.* Melius alii mſſ. & vet. edit *quam audientiam*; hoc eſt,
quam locum ſibi dari ad cauſam defendendam.

e. Superiores edit. *remunerationem non ſperat.* Melius cod. mſſ.
remunerationem ſperat. Etenim ſervus præter diaria, peculium &
alia ſtipendia ſervitutis, ad manumiſſionem quoque adſpirat. Infra
vero ubi mſſ. *ſed non ut redundare.* Edit. inde negationem detra-
xerant. Minus commode id quidem, ut patebit locum attentius
conſideranti.

f. Edit. omnes, & mſſ. non pauci: *in Evangelio myſterium.* Me-
lius cod. Rem. Corb. Vind. & Nav. unus.... *miniſterium.* Si-
gnificatur enim in Evangelio exhibitum ſive impletum fuiſſe à
Chriſto, quod in Lege fuerat præceptum.

tionis humanæ, quæ coibat ex gentibus: nec A fluentem ſanguinem, & inveteratæ paſſionis lethale profluvium poterant ſæculi hujus medici reſtringere. Principis populi poſteritas interierat, & omnis occiderat ejus hereditas. Videns hæc Propheta, dicit ad Chriſtum: *Tempus faciendi, Domine:* non jubendi, inquit, ſed *faciendi*; quia non legatus neque nuntius, ſed Dominus ſalvaturus erat populum ſuum. Et ille quidem tempus ſciebat, & non differebat: ſed nos neſciebamus quo melius tempore [a] ſubveniret.

38. Aut fortaſſe vult à nobis admoneri, vult rogari: immo ſi rogatus fuerit, ante tempus venit. Venit ad ficulneam: & ante horam venit, ut dicit ad matrem. Illa rogabat pro nobis, illa feſtinabat, dicens: *Vinum non habent, fili.* Reſpondit Jeſus: *Quid mihi & tibi eſt, mulier? Nondum venit hora mea.* Et mater quæ ſciebat ejus affectum, dicit miniſtris: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Jeſus quoque qui horam ſuam veniſſe negaverat, fecit quod ante differebat; nam omnia Deus ſuo tempore fecit. Quidquid facit, non eſt extra tempus: ſed totum opportunum eſt, quod fecerit: [b] & mihi tempore ſuo advenit; omne enim tempus opportunum ſaluti, nihil præproperum pro ſalute periclitantium: ſed volebat exſpectare adhuc Synagogæ correctionem. Ideo ante tempus ad ficulneam venit, hoc eſt, cito Judæis venit, opportune gentibus: cito venit perituris, commode credituris.

Joan. 2. 3. & 4. — *Ibidem. 5.* — *Marc. 11. 13.*

✝. 127. 39. Sequitur verſus ſeptimus: *Propter hoc dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazion.* Lex annuntiatrix Chriſti eſt: præcepta ergo Legis ſpem futurorum bonorum deferunt; mandatum eſt enim Domini: *Attende tibi, ne derelinquas levitem per omne tempus quo vixeris ſuper terram.* Quis eſt iſte levites? Intelligis ſi conſideres quis ſit ille qui venit miniſtrare, qui ſacerdos eſt in æternum. Aliud mandatum ait: *Cuſtodi menſem novorum, & facies paſcha domino Deo tuo.* Et infra: *In loco quem elegerit dominus Deus tuus invocari nomen ſuum, ibi occides paſcha veſpere ad occaſum ſolis in tempore quo exiſti de Ægypto.* Ergo mandata Dei habent futuræ redemtionis indicia, reſurrectionis inſignia; ideo ſuper aurum & topazion memorat ſibi eſſe dilecta. Quid enim ſalute gratius, reſurrectione pretioſius?

Deut. 12. 19. — *Deut. 16. 1.* — *Ibidem. 6.*

40. Vel quia quæ ſtulta ſunt mundi, Chriſtus elegit; ut quoniam per ſapientiam mundus non cognovit Deum, per ſtultitiam prædicationis ſalutem adferret credentibus; ideoque ait: Super F ſapientiam operationis cæleſtis, & mundanæ conſtitutionis, & ſuper ornamenta ſolis & lunæ, ſtellarumque pretioſa monilia, dilexi obaudientiam Dominicæ paſſionis. Plus enim redimendo mihi contulit, quam creando; tunc enim ſine ſenſu natus ſum, nunc cum voluntate ſervatus. Sed non quicumque dicit: *Dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazion.* Non dicit avarus, qui auro incubat, divitiis inhiat, ornamenta deſiderat: ſed ille dicit, qui poteſt dicere: *Argentum & aurum non habeo;* quoniam non requiro, quoniam nihil mihi aurum prodeſt: præceptum autem & mandatum cæleſte me redemit. *Act. 3. 6.*

41. Diximus continentiam ſenſus, nunc de Topazio lapide exprimamus hiſtoriam. De quo invenimus ſcriptum in hiſtoria Xenocratis, qui ſcripſit [c] quaſi lithoſnomon, naſci eum vel inveniri circa Thebaidis civitatem Alabaſtrum, vel Topazion, ut aliqui putant; unde & nominatus eſt ab eo in quo gigneretur loco. Sunt autem qui putaverint inſulam nuncupari Topazion ad quam appulſos Troglodytas: orta ſubito commotione maritima, eo quod návium uſum non haberent, regredi nequiviſſe. Deinde plurimo immorantes tempore, in inſula inveniſſe lapidem, & delectatos colore ejus repetiiſſe domum, & Arabis negotiatoribus advenientibus vendidiſſe: ab illis emiſſe Philonem, & ad matrem Ptolomæi ſecundi, cui nomen erat Berenice, ab ipſo eſſe perlatum: illam autem quamvis regalibus ornamentis abundaret; ſupra modum tamen colore ejus ſtupefactam, elaboraſſe ut diutius ſpecies tam pretioſi lapidis non lateret: ideoque ſtudio ejus quæſitum lapidem, in uſus frequentiores veniſſe.

42. Diximus quomodo innotuerit Topazion lapis, nunc expreſſius de ejus qualitate dicamus. [d] Duorum colorum eſt in hoc lapide χρῶσις, hoc eſt, quædam temperata permixtio. πρασοειδὴς, & chryſopa ſimilis chryſopraſo, ſecundùm utrumque velut quaſdam extendens colorum figuras, & plenius quidem à peritis fertur extendere. Eſt autem parichtus, & ſatis purus: & chryſochrus, & pinguis, reſplendenti ſimilis, maxime cùm ſolis ſplendore percutitur. Eſt etiam pulcherrimus & mirabilis ſuper omnes chryſopraſos magnitudine, & ut dixi, viſu pinguior. Natura hujuſmodi, ut ſi polire & levigare eum velis, aſperetur magis, & uſu minuitur. Eſt autem quodam genitali operæ naturæ euglyphus, hoc eſt, [e] bene inſignitus, atque mirabilis: & ut ſummo ſtudio dignus haberetur, difficile invenitur: & repertus, raro tamen in uſu hominum eſt, quaſi is quem dives regina mirata ſit.

43. Sed jam ſicut Troglodytæ illi quaſi pretio ſuæ remanſionis invento, repetierunt domum: ita & nos emolumento moræ hujus recepto redeamus eo unde divertimus. Nec par eſt nos ornamentis regiis diutius ſermonis noſtri quædam

a. Edit. poſt verbum *ſubveniret*, addebant: *Et jam venit, & abiit, & iterum vult venire, & tempus neſcire.* Gloſſema inſulſum, quod in mſſ. nullis reperitur eſt.

b. Pariſ. quædam edit. *Et nihil niſi tempore ſuo advenit.*

c. Mſſ. aliquot: *Quaſi lithognomon.* Lectio non contemnenda. Quis autem fuerit ille Xenocrates, cùm ejus nominis plures extiterint, non omnino liquet: veri tamen videretur ſimilius hic agi de Platonis diſcipulo, quem Diog. Laertius ſex libros de Natura ſcripſiſſe commemorat: quos hiſtoriæ titulo deſignare potuiſſet Ambroſius. Verum cùm Plinius recentioribus hanc opinionem lib. 37. Nat. hiſt. cap. 8. tribuat, putamus eam hiſtoriam Xenocrati medico, qui circa illa tempora floruit, attribuendam. Quod autem de Troglodytis ſubditur, id etiam ex Plinii citato loco petitum eſt; ubi tamen non *Philo*, ſed Philemo eumdem lapidem emiſſe memoratur. Porro *Troglodytas* ex eodem Plin. l. 5. c. 8. diſcimus Æthiopiæ populos fuiſſe admodum barbaros, qui in ſpecubus non longe à Rubro mari habitarent.

d. Sex mſſ. *Duorum colorum eſt ſimilitudo in hoc lapide, χρῶσις &c.* Ubi autem omnes mſſ. ac vet. edit. *& chryſopa* Rom. ex Plinio emendavit, *chryſolitheron:* ſed pro *ſimilis chryſopraſo*, ut habetur in edit. & mſſ. pleriſque reponendum ex eodem fuerat, *ſimilis chryſopaſſo.* Et hanc lectionem vehementer ſuſpicamur germanam eſſe, cùm in mſſ. quibuſdam legamus, *ſimilis chryſopaſſo:* ſed interim ab aliis, atque edit. non diſcedimus. Infra vero ubi edit. *parychros*, ſcribimus cum mſſ. *parichrus*, ut ſit color *parius*, ſive albus à marmoribus inſulæ Pari ita dictus.

e. Rom. edit. ſola, *bene figurabilis.* Et cum aliis, ac mſſ. aliquot, *at ſummo ſtudio dignus habetur. Difficile invenitur.* Sed mſſ. meliores manus, ut in contextu. Quod autem habent omnes edit. *Et repertus inſignitur*, nullus mſſ. verbum, *inſignitur*, agnoſcit.

admovere brachia; cùm babeamus in manibus crucem Cbriſti, quam admooet Propheta ſuper aurum & topazioo præferendam: quæ ab omni errore culpaque revocat & corrigit. Quis enim juſtorum noo ambiat Chriſti in motte ſolatium, in reſurrectiooe cooſortium? Quis non reflectat gradum, quaodo audiat ſibi ſuperiora omnia peccata donari? Propter hoc enim plerique [a] à converſionis ſtudio revocari ſolebant, quod delictorum ſuorum cooſcii, oullam ſpem veniæ præſumerent: & in Eccleſia quaoto ſaoctiora præcepta, tanto ſioe venia putarent eſſe peccata.

℣. 128. 44. Ideoque ait octavo verſiculo: *Propterea ad omnia mandata tua corrigebar: omnem viam injuſtam odio habui.* Merito corrigebatur, quooiam diligebat; *caritas* enim *operit multitudinem* (1. Pet. 4. 8.) *peccatorum.* Vide quanta operiat, quaota corrigat. (1. Cor. 13. 4. & ſeq.) *Caritas patiens eſt, benigna eſt. Caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Caritas numquam excidit.* In (Ibidem. 13.) inferioribus tria perfecta poſuit, ſpem, fidem, caritatem: majorem autem dixit caritatem, & recte; *Caritas* eoim *omnia ſperat, omnia credit.* Cùm igitur ſpes & fides in caritate ſint, non eſt dubium quod major caritas ſit. Et bene ſibi reſ- (Pſal. 18. 8.) pondit Propheta. Supra enim dixit: *Lex Domini irreprehenſibilis, convertens animam.* Si Lex animam convertit; utique qui diligit, Legis dilector eſt. Deinde in boc ipſo centeſimo decimo octavo (Sup. ℣. 1.) pſalmo primum poſuit: *Beati immaculati in via, qui ambulant in Lege Domini.* Si immaculatus eſt qui in lege Dei ambulat; utique coovertitur, qui diligit Dei legem. Ergo ſi Lex immaculatum facit, recte caritas multitudioem operit peccatorum; quia plenitudo Legis caritas eſt.

45. *Omnem*, inquit, *viam injuſtam odio habui.* Si is qui præcepta juſtitiæ diligit, facit illa quæ diligit; utique is qui odit ioiquitatem, non facit quod exoſus eſt. Nec immerito ad omnia præcepta Domini corrigitur, qui omnem viam odit iniquitatis. Nam niſi omoem viam iniquitatis oderis, noo potes io omnibus præceptis Dei corrigi. Poteſt enim fieri ut aliquis ſe temperet à crudelitatis horrore; lubrico tameo deceptus amore meretricis, & ſemitas incontinentiæ juvenilis iogreſſus, impreſſum ſemel non queat revocare veſtigium. MULTOS enim vitia blandiora decipiunt, & contra avertit à ſe plurimos triſtis & nimium ſevera crudelitas. Sed juventus ad amorem liberior, ad lapſum iocautior, ad infirmitatem fragilior, ad correctionem durior eſt. Alius ſe reſtringit à luxuria: ſed avaritiæ cupiditate raptatur. Plerumque enim peccata bujuſmodi ſunt, ut ſi alterum declines, iocurras alterum: & naturæ uſus adjuvat infirmitatem. Odiſti luxuriam quaſi frugi, ſed frugalitatis ſtudio babendi cupiditas frequeoter irrepit. Avaritiæ ipſi rapina eſt ſubdita. Et quanto tolerabilius eſt propria profundere, quam aliena diripere! Sunt qui metueotes aliquid proprio minuere de cenſu, etiam ioopi ſumtum negent, & miſericordiam detrimeotum putent. Sunt qui degenerem vitantes ignobilitatem, flabro ſæcularis ambitionis agitenrur, & ſicut quaſſatæ arundines huc atque illuc ferantur incerti. Sunt etiam qui dum majorum ſuorum ſtatum ſequuntur, veluti digna converſatione contenti, oe errores quidem patrios exiſtiment declinandos; ut fide mutandam perfidiam non arbitrentur: cùm io melius mutare propoſitum oon levitas, ſed virtus; neque culpa, ſed gratia ſit. Alius circenſibus ludis, aut theatralibus ſollicitatus voluptatibus, aut ceteris vanitatibus occupatus, Eccleſiam oon frequentat: alium ruris quieta delectant, eâque cauſâ ad Eccleſiam rarus acceſſus eſt. Itaque diverſo uſu in eumdem iodevotionis errorem uterque concurrit. Sed qui omnem viam iniquitatis odit, ad univerſa corrigitur & emendatur. Et bene poſuit, *Viam iniquitatis*; ille enim facilius iniquitatem declinat, qui vias ejus noo fuerit ingreſſus.

SERMO DECIMUS-SEPTIMUS.

פ Phe.

1. PHe littera decima-ſeptima, quæ latine ſignificat, *Erravi*, ſive, *Os aperui.* Merito ergo hæc lacrymabilis ſeries pſalmi ſubjecta eſt huic litteræ: *Reſpice in me, & miſerere mihi.... & non dominetur mei omnis iniquitas. Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum*; ut ei qui erat in umbra (Infra. 132. 133. & 135.) mortis, populo cæleſtis miſericordiæ lumen oriretur, adveniret Chriſtus remiſſio peccatorum, captivorum redemtio, ſubſidium laborantium. Sed quia venire tardius deſiderantibus videbatur: *Exitus*, inquit, *aquarum deduxerunt oculi mei.* (Infra. 136.)

2. In Hieremiæ quoque Threnis lacrymabilior ſeries ſub hac littera eſt: *Expandit Sion manus* (Thren. 1. 17.) *ſuas: non eſt qui conſoletur eam.* Dignam remunerationem recepit; ut quæ expandentem manus audire neglexit, & ſub alas ejus ſuccedere, ipſa poſtea expanderet manus, & conſolantem invenire non poſſet. Nam etſi ante adventum Domini Hieremias captivitatem Judæorum à Babyloniis illatam deflere videatur; tamen prophetico ſpiritu iſtam magis captivitatem prævidens, qua eos iotelligibilis Babylonius in perpetui erroris vincula ſubjecit, & domeſticæ virtutis extorres de ſtatu paternæ devotionis eliminans, longinquæ affecit peregrinationis exſilio, miſerabili dolore deplorat. Nulla eoim patria verior quàm fides, quæ eos qui longe erant, prope eſſe fecit, [b] & advenis atque peregrinis civitatis ſupernæ [b] jura conoexuit, ſicut ſcriptum eſt: *Ergo jam non* (Epheſ. 2. 19.) *eſtis advenæ, atque peregrini: ſed eſtis cives ſanctorum & domeſtici Dei.*

3. Alibi quoque Hieremias dicit ſub hac littera: *Aperuerunt in te os ſuum omnes inimici tui, ſibilave-* (Thr. 2. 16.) *runt, fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deglutivimus eam; tamen hæc eſt dies quam ſperabamus, invenimus eam, vidimus eam.* Et hîc ſicut Judæorum populus os aperuit in Cbriſtum, quemadmodum

a. Edit. Am & Gill. *ad converſionis ſtudium revocare* (Gill. *revocari*) *ſolebant.* Melius Rom.... *revocari ſolebant.* Optime autem omnium Era. quem ſimul & majorem mſſ. partem ſumus ſecuti. Alii vero mſſ. partim his, partim illis edit. patrocinantur. Hic porro Novatiani obiter perſtringuntur, quos de induſtria impugnat ſanctus Præſul in lib. *De pœnitentia*, qua de re illic à nobis dicetur uberius.

b. Cunctæ edit. *& advenas atque peregrinos civitatis ſupernæ jura connexuit.* Mſſ. ut in contextu, niſi quod nonnulli habent: *& ex advenis &c.*

in vigeſimo

Pſal. 21. 24 in vigeſimo primo pſalmo de ejus paſſione legiſti, A quod aperuerunt os ſuum maledicentes: dignæ ſortem remunerationis agnoſcis; ut ipſi ab inimicis ſuis talia ſuſtinerent, & fremeret in eos dentibus intelligibilis ille peccator diabolus, ſicut leo rugiens, & requirens quem devoraret. Iſti igitur
Pſal. 123. 6. non dixerunt: *Benedictus Dominus qui non dedit nos in capturam dentibus eorum;* quia ſperandum de Domino non putaverunt. Ergo excidium eorum diabolus quod præſumebat, invenit. Deglutivit eos; quoniam deerat paſtor offenſus, qui B
a extraheret de ore leonis crura ovis, [a] aut cartilaginem.

4. Sequi noluerunt, audire noluerunt: ideo decedente paſtore, veſtigia eorum atque aures ſuis
Thren. 4. 16. faucibus occupavit; quia *faciem ſanctorum non receperunt, & nobilibus miſericordiam non dederunt,* ut tertiò Hieremias ſub hac littera dicit in Threnis: Qui erant nobiles, niſi qui non ſecundum obſcuram hanc vitam, ſed in lumine ſanctitatis egerunt. Et omnibus quidem miſericordia inopi- C bus jure debetur: ſed major quidam, cùm ex divitibus atque nobilibus in ultimum ſtatum, atque egeſtatis neceſſitatem aliquos ærumna dejicit, miſerationis pulſat affectus.

5. Hieremias ergo flebiliter ſatis dolet, utpote qui perpetuæ aculeo mortis deploraret amiſſos: David verò moderate, quaſi qui obreptionem doleret erroris, remedium non deſperaret correctionis; ut contriſtaretur, non abſorberetur.

6. Denique confirmatus ſobrietate pœniten- D
℣. 129. tiæ, & ſpe veniæ provocatus, ſic cœpit: *Mirabilia teſtimonia tua, propterea ſcrutata eſt ea anima mea.* Moralis oratio, ut quoniam eum puderet erroris; Deum tamen propriæ miſerationis teſtimoniis conveniret. Hoc eſt dicere: Ego in exordio ſermonis loquens mea peccata, non audeo levare oculos meos ad te Deum vivum: ſed tu, Domine, me ad ſperandam veniam, tantarum indulgentiarum titulis provocaſti. *Mirabilia teſtimonia*
b *tua:* [b] cùm in Abraham non lapſu incuriæ juve- E nilis offenſus es: dum monuiſti ut Chaldæorum errores, patriam, cognationem relinqueret, & evocatum virtutis exercitiis erudiſti. Cùm Hebræorum populum à paternæ ſtudio nobilitatis averſum, & viles eſcas Ægypti ſuper divina munera præferentem, non ſolum ſolidatis Rubri maris fluctibus liberaſti: verum etiam triumphis plurimis evexiſti ad gloriam, & uberis terræ poſſeſſione donaſti ad quietem. Te fotus ſecuritate deſeruit: te bellorum acerbitate depreſſus invoca- F vit; & ut injurias tuas obliviſcereris, emeruit. Te Jeſus Nave ducem ſibi cæleſtis militiæ veniſſe cognovit. Te populus triumphator ut Madian ſibi dominaretur, offenderat: te ut Madian vinceretur, oravit. Tibi in Saul rege non obtemperavit; ut de eo alienigenæ triumpharent: tibi, David præeunte, ſervivit, ut de alienigenis victoriam reportaret. Ego quippe paſtor malignum feci, & confeſſione peccati veniam reportavi. Pulcherrimus itaque verſiculus ad martyrum cohortationem. Denique prophetica anima ſic proficit in melius, dum mirabile credit Dei teſtimonium: & quia credidit, diligenti indagine quæſivit. Profectum quæris, agnoſce ex his verſiculis qui ſequuntur.

7. *Manifeſtatio ſermonum tuorum illuminat me, & intellectum dat parvulis.* *℣. 130.* In Evangelio, cùm mitteret diſcipulos ſuos Johannes ad dominum Jeſum, dicebat: *Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus?* *Matth. 11. 3.* Reſpondit Jeſus cæcos videre, claudos ambulare, audire ſurdos; hoc enim adventus ſui teſtimonium fore, per Eſaiam prophetam ſignificaverat. *Eſaia. 61. 1.* Hæc ergo quæ annuntiavit per prophetas, in Evangelio manifeſtavit: & quod ipſe locutus eſt per prophetas, in Evangelio ipſe complevit. Ipſius ergo ſermo erat propheticus ſermo, ſicut habes ſcriptum: *Audi cælum, & percipe auribus, terra; quoniam Dominus locutus eſt.* *Eſaia 1. 2.*

8. Intellectus ergo datus eſt etiam his qui perfectam ſapientiam non haberent, dum muti loquuntur, mortui reſuſcitantur. His enim ſignis intellectum eſt ab iis qui rudes erant, & adhuc quaſi in cunabulis fidei conſtituti, ut erat populus nationum, ipſum veniſſe qui exſpectabatur. Illuminat igitur fidei claritate, reſurrectionis ſuæ gloria, & divinorum operum poteſtate: *Et intellectum dat parvulis.* Quibus utique, niſi de quibus in Evangelio gratias agit Patri, in eo quod ipſe *Matth. 11. 25.* operabatur Filius, quod myſteria ſua Deus abſcondiſſet à ſapientibus, & parvulis revelaſſet: oſtendens citius plebem ex gentibus, vel ſtatus inferioris viros, quam ſcribas & principes Judæorum, & divites hujus ſæculi credituros? Ideo, *Divites egnerunt & eſurierunt:* *Pſal. 33. 11.* pauper autem clamavit, & exauditus eſt.

9. Sequitur tertius verſiculus: *Os meum aperui, & duxi ſpiritum; quoniam præcepta tua concupiſcebam.* *℣. 131.* Habemus in Evangelio quòd dominus Jeſus *Matth. 5. 2.* aperuit os ſuum, cùm benedictiones ediceret. Sed ille os aperuit, ut daret aliis ſpiritum: David aperuit, ut acciperet. Denique Jeſus dicit: *Accipite Spiritum ſanctum;* *Johan. 20. 22.* [c] Jeſus dicit: *Dilata os tuum, & adimplebo illud:* *Pſal. 80. 11.* hoc homini dicit; plenitudo enim Chriſtus eſt. Qui implet omnia, implet os tuum. Scribe ergo quæ dicit in latitudine cordis tui, hoc eſt, os tuum clamet ad Dominum. Clamat os tuum, & cùm tacet: ſicut & Moyſes cùm taceret voce, clamabat ſpiritu. *Exod. 14. 15.* Ab hominibus non audiebatur, apud Deum perſonabat; eſt enim interioris clamor affectus, qui auditur è cælo. Anna *1. Reg. 1. 13.* quoque cùm oraret, tacita clamabat: labia non movebat, & interiori voce piæ mentis excitabat Jeſum. Denique cum effectu rediit, quæ cum ſilentio precabatur; quia clamabat in ea Spiritus Dei, qui etiam tacentibus nobis clamat: *Abba pater.* *Rom 8. 6.*

10. Intellige ergo quid os ſit: utrum cor, an interioris hominis habitus. Habet os anima, quæ habet membra. Hoc os aperi non ſolùm Chriſto: ſed etiam Chriſti diſcipulo, qui os ſuum Chriſto implendum præbuit; & ideo dicit: *Os noſtrum pa-* *2. Cor 6. 11.*

a. Rom. edit. *aut auris cartilaginem*: & certe vox, *auris*, in aliis, & mſſ. ſubintelligitur, cùm aperte alludatur ad Amos 3. 12 ἐκσπάσῃ ὁ ποιμὴν ἐκ στόματος τοῦ λέοντος δύο σκέλη, ἢ λοβὸν ὠτίου. Et infra ubi aliæ, ac mſſ. omnes, *faciem ſanctorum*, eadem è ſacris cod. repoſuit; *faciem ſacerdotum*: verum eadem ratione mutandus fuerat totus locus, cùm ejus ultima pars in iiſdem ſacris cod. ita legatur, *& prophetis* (alibi etiam *ſenibus*) *miſericordiam non dederunt.*

b. Ita mſſ. complures: Alii cum edit. *Cùm in Abraham collapſu incuria .... dum ut Chaldæorum errores, patriamque cognationem relinqueret, evocatum &c.*

c. Rom. edit. ſola, *David dicit: Dilata &c.* Perperam; docet enim ſeries, hunc verſum non Davidis, ſed Chriſto convenire.

Philip. 3. 17. *tet ad vos, ô Corinthii: cor noſtrum dilatatum eſt.* Ideo A
imitatores nos ſui eſſe debere admonet, ſicut ipſe
Chriſti eſt. Qui ſanctior eſt, Chriſto aperuit os
ſuum: qui inferior, Apoſtolo. Prius propheta legitur,
& apoſtolus, & ſic Evangelium, in quo
verba lucida, ſed validiora præcepta. Lex dicit:
Levit. 19. 18. *Diliges proximum tuum*; & Evangelium dicit tibi:
Matth. 5. 44. *Diliges inimicum tuum.*

11. David ergo quaſi perfectus propheta os
Pſal. 77. 2. ſuum Chriſto aperuit; & ideo in parabolis aperuit
os ſuum. Aperuit os, duxit ſpiritum. Merito ergo B
Sup. ℣ 103. ait: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel
& favum ori meo!* Sponſa Chriſti os ſuum Sponſo
aperuit: percepit omni melle dulciora præcepta.
Cant. 5. 16. Et ideo teſtata eſt, dicens: *Fauces ejus dulcedinis,
& totus deſiderium.* Delectata igitur tenuit eum,
Cant. 3. 4. & non dimiſit eum. *Et introduxi*, inquit, *eum in
domum matris meæ, & in ſecretum ejus, quæ me concepit.*
Fortaſſe domus eſt, in qua præfulget moralium
diſciplina; ſecretum autem illud eſt, in quo
ſunt altiora myſteria. Merito ergo concupiſcebat C
præcepta Domini, in quibus divinæ gratiæ mella
redolebant. An non omni melle dulcior peccatorum
remiſſio? Nonne omni flore gratior reſurrectio
mortuorum?

℣ 132. 12. Quartus verſiculus: *Reſpice in me, & miſerere
mei, ſecundùm judicium diligentium nomen tuum.*
Pulcre addidit: *Reſpice in me, & miſerere mei*; quia
Exod. 14. 24 & 25. reſpicit & iratus, ut reſpexit ſuper caſtra Ægyptiorum,
& ligatis axibus curruum, omnes eos dejecit
Gen. 19. 24. in fluctus. Reſpexit ſuper Sodomam & Go- D
morrham, quarum utraque peccatorum ſuorum
luitura ſupplicium, divinæ pretium ſolvit offenſæ.
Pſal. 103. 32. Scriptum eſt etiam: *Adſpicit ſuper terram, &
Gen. 4. 4. & 5. facit eam tremere.* Et contra, *Reſpexit ſuper munera
Abel: ſuper Cain autem munera non reſpexit.* Quo
exaſperatus Cain, parricidali crimine cruorem
fratris effudit.

13. Quid ſit autem reſpicere Deum, evidentiſ-
Pſal. 101. 18. ſime illo teſtimonio declaratur: *Quia reſpexit
ſuper filios pauperum, & non deſpexit preces eorum*; E
oculus enim Domini non adſpernatur juſtorum
munera. Denique oculos noſtros cùm in aliquem
movemur, avertimus; quaſi indignum eum adſpectu
judicemus, quem oderimus affectu.

℣. 133. 14. Sequitur verſus quintus: *Greſſus meos dirige
ſecundùm verbum tuum: & non dominetur mihi om-
a nis iniquitas.* [a] Greſſus pro profectibus animæ accipiendos
frequentibus Scripturarum teſtimoniis
admonemur. Nam quis tam ſtolido ingenio
eſt, qui putet David de pedum ſuorum corporali F
greſſu eſſe ſollicitum, & his divinæ directionis auxilium
poſtulare? Ille vero, ut ſanctus, vitæ ſuæ
curſum dirigi geſtiebat; ſicut & alibi Scriptura
Prov. 20. 24 teſtatur, dicens: *A Domino diriguntur greſſus viri.*
Denique ipſius utamur teſtimonio, qui ait in ſu-
Pſal. 72. 2. & 3. perioribus: *Paulo minus effuſi ſunt greſſus mei; quia
zelavi in peccatoribus pacem.* Animi itaque ſui oſ-
tendit claudicaſſe veſtigium, dum pacem peccatorum
putat eſſe mirandam. Videntur quidem
habere tranquillitatem, videntur quiete frui: ſed
non eſt quies, ubi animus inquietus eſt: non eſt
tranquillitas mentis, ubi animus exagitatur obnoxiæ
ſtimulis conſcientiæ. Quomodo ſecuritas, ubi
diverſarum pugna eſt paſſionum, ubi conflictus
gravium cogitationum? Unde Dominus definiens
quid ſit pacem habere, ait: *Pacem meam do vobis,* Johan. 14. 27.
*pacem meam relinquo vobis: non ſicut mundus dat,
ego do vobis,* oſtendens pacem quam mundus dat,
veræ pacis gratiam non habere. Ideoque non in
homine eſſe pacem volens docere, addidit: *Pacem
meam relinquo vobis.* Et iterum: *Pacem meam do
vobis.* Denique Propheta dicebat: *Pax, pax, &* Hier. 6. 14.
ubi eſt pax? Manifeſtum eſt igitur eum de titubatione
ſuæ dixiſſe ſententiæ, in qua animi, non
corporis titubaverat greſſus.

14. Et Moyſes ait: *Tranſiens videbo hoc viſum* Exod. 3. 3.
magnum. Etenim ut Deum videret, progreſſione
quadam virtutis ad ulteriora proceſſit. Paſtor
erat ovium, & dux factus eſt civium. Et ad Sponſam
dicitur in Canticis: *Speciosi facti ſunt greſſus* Cant. 7. 1.
*tui in calceamentis, filia Aminadab: moduli femorum
tuorum ſimiles torquibus opere artificis.* Non
eſt dubium greſſus hîc quoque Eccleſiæ, vel animæ
profectus ſignificari: *Quam ſpecioſi pedes ſunt* Eſaiæ 52. 7.
evangelizantium pacem, evangelizantium bona!
Utique ſpecioſos dicit Evangelicæ prædicationis
& diſputationis progreſſus, ut alibi dicitur: *Tranſ-* Eſai. 47. 2.
gredere flumina: hoc eſt, fluentia, & lubrica iſtius
mundi tranſcurre ſtabili mentis inceſſu. [b] Quod b
de animæ greſſu dici in poſterioribus hic ipſe
David evidenter oſtendit, adſerens quod tor- Pſal. 123. 5.
rentem iniquitatum ſua anima tranſiſſet.

15. Sed revertamur ad Sponſæ greſſus. Quid ſibi
vult quod addidit in calceamentis ſpecioſos eſſe
greſſus Eccleſiæ? Legimus itaque dictum ad
Moyſen: *Solve calceamentum pedum tuorum*; quo Exod. 3. 5.
videtur admonitus, ne corporalibus vinculis teneretur
adſtrictus. Ergo ſpecioſam ſignificat in
Canticis animæ pulcritudinem, quæ carne tamquam
calceamento utitur, & in ipſo calceamento
impedimentum non patitur: ſed inceſſus decore
præcellit. [c] Calceat ergo ſe carnem anima, c
vel Eccleſia gratiam; ut curſum vitæ hujus &
tranſitum cum decore prætereat. Quod fit, ſi calceamentum
ſuum non inquinet luto corporali,
nec in vitiorum merſet voragine: ſi caſtiget carnem
ſuam; ne moretur ad curſum, & arvinæ pinguis
pondere degravetur. Bonum calceamentum
animæ pudicitia eſt. Bonus greſſus eſt in veſtigio
caſtitatis. Sapientia autem amictus eſt animæ;
unde ſcriptum eſt: *Honora eam, & amplectetur te.* Prov. 4. 8.
Utamur ergo corpore tamquam calceamento, ad
inferioris opera virtutis: ad miniſterium, [d] non d
ad præceptum: ad obſequium, non ad delectationem:
ad obedientiam, non ad diſſenſionem: &
in via ſapientiæ veſtigium collocemus; ne greſſus
noſtros vis torrentis aliqua concludat.

a. Plures mſſ. *pro affectibus animæ.* Alii, ac edit. *pro profectibus animæ.* Magis commode; ut ex ſequentibus intelligitur. Vide etiam quæ in lib. *De Iſaac & anima*, cap 6. de variis profectibus animæ diſputantur.

b. Vet. edit. *Quod de animæ greſſibus dicit in poſterioribus, hic ipſe David.* &c. Edit. Rom. *Quod de animæ greſſibus hic dicit, in poſterioribus ipſe David* &c. Nec alia hujus inverſionis cauſa, quam quod articulum, *hic*, pro adverbio poſitum, atque eo pſalmum noſtrum 118. cui Pſal. 123. in marg. edit. ejuſdem adnotatus poſterior eſt, ab Ambroſio deſignari falſo putarunt. Quare melius mſſ. ut in corpore.

c. Edit. *Calceat ſe ergo carnis anima Eccleſiaſticâ gratiâ.* Mſſ. aliquot hoc loco nihil ſani habent. Alii magno numero: *Calceat ergo ſe anima Eccleſiaſticam gratiam.* Non male. Melius tamen Reg. & Corb. quos hic ſequimur.

d. Omnes edit. ac pauci mſſ. *non ad præcipitium*: Alii magno numero magis concinne, *non ad præceptum*, id eſt, *non ad imperium.*

16. Ideo ad Moyſen dictum eſt: *Solve calceamentum.* (*Joſue* 5. 16.) Dictum eſt & ad Jeſum Nave: ad Chriſtum autem non eſt dictum, ſed magis ſcriptum eſt, dicente Baptiſta: (*Matth.* 3. 11.) *Poſt me venit vir.... cujus non ſum dignus calceamenta portare*; quia illi bene admonentur, ut ſolvant calceamentum ſuum, qui ſine peccato eſſe non poterant. [a] Hic autem non ſolùm calceamentum non ſolvit, ſed etiam calceamenta aliorum abſolvit; quia non ſolum corpus ſuum peccati immune ſervavit: ſed etiam omnium dedit indulgentiam peccatorum. Ergo Eccleſia ad imitationem Chriſti ſpecioſa eſt, & in calceamentis omni abluta delicto.

17. Et fortaſſe quando ſapientiam inter perfectos loquitur, ſpecioſa eſt in ſuperioribus membris: quando autem etiam inferioris ſtatus, aut doctrinæ homines verbum ſequuntur, fidei ſeriem non obliviſcuntur, ſacerdotis præcepta cuſtodiunt; ſpecioſa eſt in calceamentis. Plerumque clerus erravit, Sacerdos mutavit ſententiam, divites cum ſæculi iſtius terreno rege ſenſerunt: populus fidem propriam reſervavit. Unde etiam de domino Jeſu bene poſſumus dicere, quia & in his quæ corporalia ſunt, ſpecioſos greſſus Verbum habeat, cùm de moralibus diſputatur. (*Matth.* 10. 10.) Et apoſtoli ideo fortaſſe nudis mittuntur pedibus; ne obumbraretur eorum diſputatio, ſed eluceret. Itaque Eccleſia filia Aminadab, hoc eſt, voluntatii vel beneplaciti; quia voluntarius eam & beneplacitus congregavit, & in calceamentis ſpecioſa eſt.

18. (*Cant.* 7. 1.) Meritoque additum eſt in Canticis: *Moduli femorum tuorum ſimiles torquibus opere manuum artificis*; ut poſteritatis Eccleſiæ ornamenta canerentur. Per femur enim inſigne generationis agnoſcimus, juxta illud: (*Pſal* 44. 4.) *Accingere gladium tuum circum femur, potentiſſime*: quo ſignificatur quod Filius Dei cùm ſemet ipſum exinaniſſet, Verbi accinctus divinitatem, & generationem calceatus humanam, prodiret ex Virgine, omnibus daturus ſalutem. Moduli autem dicuntur ornamenta pretioſa quæ ſuſpendi matronarum cervicibus ſolent. Tantus ergo proceſſus Eccleſiæ ſignificatur, ut ornamentis pretioſiſſimis comparatus ſit, & torquibus triumphantium; hæc enim ornamenta ſunt bellatorum. Unde & Symmachus ἐπιτραχήλια dicit, hoc eſt, quæ ſunt circa collum. Sive ergo generatio Chriſti ex Virgine, ſive Eccleſiæ propagatio, ſpecie quidem tamquam manu artificis torquibus adornatis, veræ autem virtutis inſignibus ſpiritalibus cervices fidelium coronavit.

19. Denique tota iſta deſcriptio membrorum Eccleſiæ plena decoris & laudis eſt. Nam & umbilicus ejus tamquam crater tornatilis prædicatur, (*Cant.* 7. 2.) mixto non deficiens; eo quod in omni doctrina tornatus, plenitudine cognitionis, & potu non deficiat ſpiritali: & venter ejus non ſolum acervo tritici, id eſt, cibis fortioribus cæleſtis myſterii ſaginetur, verumetiam tamquam liliis quibuſdam, moralium ſuavitate repleatur.

20. Unde & ipſa tamquam benemerita regina Chriſti ſanguine coronatur, ſicut ſcriptum eſt: *Et ornatus capitis tui ſicut purpura.* (*Ibidem.* 5.) Sanguis Chriſti purpura eſt, qui inficit ſanctorum animas, non ſolum colore reſplendens, ſed etiam poteſtate; quia reges facit, & meliores reges, quibus regnum donet æternum.

21. Meritoque ad tantum Eccleſiæ decorem, cui Chriſti ſanguis irrutilat, Spiritus ſanctus exclamat: *Quam pulcra & ſuavis facta es, caritas, in deliciis tuis!* (*Ibidem.* 6.) Pulcra decore virtutis, ſuavis jucunditate gratiæ, remiſſione vitiorum, quam nulla vexat amaritudo peccati: & ipſa jam caritas, quæ diligendo Deum, ipſius & nomen acceperit; quia *Deus caritas eſt.* (1 *Johan.* 4. 16.)

22. Recte ergo David petit greſſus ſuos dirigi ſecundùm verbum Dei; ut fiant & ipſi ſpecioſi, & non dominetur ei iniquitas: quam jure præcavit. Sciebat enim & Abraham greſſus ſuos ſecundùm præcepta Domini dirigentem, & appetito ſpecioſæ uxoris pudore tentatum, ſed non confuſum: [b] & in unici immolatione filii poſtulatâ, patriæ mentis pietate luctatum, ſed coronatum: ſe quoque in furore Saul, inceſtu Ammon, Abeſſalon parricidio, iniquitatis improbæ feralibus tentationibus appetitum, hoc ſolo evaſiſſe, quod dirigens greſſus ſuos ſecundum pietatem Domini, à paterno non receſſit affectu: intra ſe gemens crimen inceſti, à ſe relegans odia parricidæ. *Filius meus Abeſſalon, filius meus*, inquit, *Abeſſalon, quis dabit mihi mortem pro te*, (2. *Reg.* 18. 33.) memor naturæ pietas, offenſæ immemor, de quo ante quæſivit: *Puer ne vivit?* (*Ibidem* 29.)

23. Et fortaſſe quærendum ſit, qua ratione ante puerum dixit, poſtea filium nominavit: cur non in utroque, aut puerum dixit, aut filium? Si viveret, puer erat; quia parricidio petebat patrem. Non ergo pietatis nomen accipere debebat, ſed infirmitatis. Ideoque vir juſtus quod religionis fuit, tacuit: quod infirmitatis, adſperſit. Ubi vero eſt mortuus, apud pium patrem perſonæ crimen defecit, naturæ nomen remanſit.

24. Sequitur: *Libera me à calumnia hominum; ut cuſtodiam mandata tua.* (℣. 134.) Non unum genus eſt noſtræ afflictionis: eſt & tentatio, eſt & calumnia: ſed tentatio levior, calumnia gravior; ſiquidem tentatio poteſt eſſe calumnia, calumnia in ſe & tentationem habet. Eſt & humana tentatio, quam ferre poſſumus: calumnia autem gravis eſt. Et ideo Dominus, quæ ſunt graviora ſuſcepit, & calumniis appetitus ſilentium detulit triumphale. (*Matth.* 26. 63.) Calumnia autem eò gravior eſt, quia non ſolum falſa componit: verumetiam quæ pie geſta ſunt, decolorat: ut Joſeph non ſolum adulterii oblatione tentatus eſt, & [c] invitamento herilis illecebræ: (*Gen* 39. 10. 11. & *ſeq.*) verumetiam tentatus calumniis, compoſito, quod ipſe adulterium dominæ ſuæ inferre voluiſſet, comprehenſuſque exuerit veſtem; [d] ne fraudis indicium, atque inſigne criminis teneretur: cùm utique amictum ideo fugiens reliquerit,

a. Mſſ. duodecim: *Hic autem non ſolum calceamentum, ſed etiam calceamenta non ſolvit; quia* &c. Aliorum tamen ac edit. lectio cum orationis ſerie magis congruit. Infra vero pro, *omnium dedit*, mſſ. aliquot habent, *omnibus dedit.* Non incommode.

b. Ita mſſ. Edit. vero: *& in unici immolatione filii, poſtlatâ patria mentis pietate, luctatum.*

c. Edit. ant. *& invitatus ad crimen herilis illecebra.* Rom. ... *herilis illecebra.* Mſſ. nonnulli: *& incitamento puerilis illecebra.* Alii frequentes, ut in textu. Quod autem voci, *compoſito*, in quibuſdam edit. adjectum eſt, *eloquio*, hoc fruſtra fuit, ſubintelligitur enim *mendacio*, vel *crimine*, id eſt, accuſatione.

d. Edit. Rom. *ne ipſe ut fraudis indicium, atque inſigne criminis teneretur: amictumque ideo* &c. Nos vero in lectione mſſ. ac vet. edit. nihil mutamus. Sed ut perſpicuus ſit ſenſus, poſt, *ne fraudis indicium*, ſubintellige, *in ipſo comprehenſo, & non elapſo.*

ut laqueos vim inferentis, & nexus illecebroſæ A
a artis evaderet. [a] Ipſe David ſenſerat, quod time-
bat. Quibus enim Saul regis calumniis laboravit;
b [b] Perterritis omnibus, allophyli impetum luſit,
& ſingulari certamine ſummam belli, & totius
prælii pondus excepit, virtute ſua ſolus commu-
ne crimen refellens, & totius retorquens in hoſ-
tem plebis opprobrium; & tamen quia juvencu-
1. Reg. 18. læ dixerunt: *Saul triumphavit in millibus, David*
7. *in decem millibus*, gloriâ in invidiam verſâ, odio
Dan. 13. cœpit urgeri. Et ut de poſterioribus loquamur: B
14 & ſeq. Suſanna bene ſibi conſcia erat; & apud homines
ſibi adeſſe non poterat. Duo presbyteri ſenes fal-
ſum teſtimonium deferebant, numerus ſacerdo-
tum atque ſenectus vocem auferebant puellæ:
ſola conſcientia erat apud Deum libera. Deni-
que hominum damnata judicio, nutu eſt abſo-
luta divino.

25. Ideo ait Propheta: *Libera me à calumnia ho-
minum; ut cuſtodiam mandata tua:* qui enim op-
primitur calumnia, non facilè poteſt cuſtodire C
mandata divina. Triſtitiæ neceſſe eſt plerumque
aut timori cedat, & affligatur vel metu calum-
niæ, vel dolore.

℣ 135. 26. Sequitur ſeptimus verſus: *Vultum tuum illu-
mina ſuper ſervum tuum: & doce me juſtitias tuas.*
Illuminat Dominus ſanctos ſuos, & lucet in cor-
de juſtorum. Itaque cùm ſapientem videris, co-
gnoſce quia deſcendit ſuper eum Dei gloria, illu-
minavit ejus mentem ſcientiæ fulgore, cognitio-
Exod. 34. niſque divinæ. Illuminavit autem etiam corpora- D
29. 30. & liter faciem Moyſi, & transfigurata eſt gloria vul-
ſeq. tus ejus, quam videntes Judæi trepidaverunt: &
ideo factum eſt ut Moyſes velamen imponeret ſu-
per faciem ſuam; ne in eam filii Iſrael intende-
rent, & perturbarentur. Simul declarabatur myſ-
terium, quod illud velamen quod in facie Moyſi
corporaliter ponebatur, in cordibus Judæorum
myſtice poneretur; eo quod veram Legis clarita-
tem videre non poſſent. Vultus enim Moyſi ful-
gor eſt Legis: fulgor autem Legis non in littera, E
ſed in intellectu eſt ſpiritali. Itaque quamdiu vi-
xerat Moyſes, & alloquebatur Judæorum popu-
lum, velamen habebat in facie ſua: mortuo autem
Joſue 1. 10. Moyſe, Jeſus Nave jam non per velamen, ſed
facie revelatâ, & presbyteros alloquebatur &
Ibidem. 5. populum, & nemo trepidabat: cùm utique & ipſi
dixerit Deus, quod cum ipſo ita eſſet futurus, ut
fuit cum Moyſe, & eum ſimiliter illuminaret,
geſtorum utique, non vultus gloriâ: hoc ſignifi-
cante Spiritu ſancto, quod venturus eſſet verus F
Jeſus, ad quem ſi quis converteretur, & eum vel-
let audire, de corde ſuo velamen auferret, & re-
velatâ facie verum Salvatorem videret.

27. Ergo Deus omnipotens Pater, qui in Moyſi
facie excæcavit populum Judæorum, non duritiâ,
ſed præſcientiâ: nec malitiâ, ſed æquitate atque
juſtitiâ; ipſi enim ſibi velamen poſuerunt, qui
Rom. 7. 4. Legem intelligere noluerunt: *Lex* enim *ſpiritalis
eſt*, ſicut dixit Hebræus. Is utique ſecundùm il-
lud quod dat unicuique noſtrum, in quo non tri-
buentis, ſed non diligentis eſt culpa; iſte, inquam,
Dominus illuminavit eos populi nationum in fa- A
cie Chriſti Jeſu, per ejus adventum: quod evi-
denter Apoſtolico declaratur exemplo, ſicut
ſcriptum habemus: *Quoniam Deus qui dixit de te-* 2. Cor. 4.
nebris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris 6.
*ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie
Chriſti Jeſu.*

28. Ideo ergo dicit David ad dominum Jeſum:
Vultum tuum illumina ſuper ſervum tuum. Faciem
Chriſti videre cupiebat; ut mens ejus illuminari
poſſet. Et ſecundum Incarnationem poteſt acci- B
pi. *Multi enim prophetæ & juſti videre voluerunt*, ut Luc. 10.
ipſe Dominus declaravit. Quod autem negatum 24. Exod. 33.
Moyſi fuerat, non quærebat; ut corporaliter Dei 20.
vultum videret incorporei: ſi tamen & Moyſes,
tam ſapiens & eruditus hoc potuerit ſimpliciter
magis, quam in myſterio poſtulare; humanum ta-
men eſt deſideria ſupra nos extendere. Nec im-
merito faciem ejus advenientis ex Virgine quæ-
rebat videre; ut illuminaretur in corde, ſicut illu-
minabantur etiam illi qui dicebant: *Nonne cor noſ-* C Luc. 24.
trum ardebat in nobis.... cùm aperiret nobis Scriptu- 32.
ras? Quod ſi quis ad Deum Patrem dictum vult
videri, poteſt accipi vultus Patris, Filius; qui
enim videt Filium, videt & Patrem.

29. Illuminat tamen vultus Dei ſecundùm
quod oculi ejus ſuper juſtos habentur. Quod cùm
ſpiritaliter ſit probandum; tamen quia incidit il-
luminationis vultus Moyſi hiſtoria, ne quis non
putet corporaliter id fieri potuiſſe, cognoſcat.
Etenim uſu ſolis multis etiam pallore confectis D
totius corporis figura mutatur, & ignis vapo-
re calefactis ſpecies vultus rutilantis oſtenditur.
Oriente die, rubent terræ croceo colore perfuſæ,
[c] imaginem de beneficio mutuatæ, gemmarum c
quoque monilia coruſcantia transfundunt finiti-
mis, quod ipſa radiaverint; & miraris ſi Moyſis
vultus divinæ infectus ſit claritate præſentiæ?
Miraris ſi refulgente Dei gratiâ juſti vaporetur
ingenium? Non dubitavit Propheta, qui popoſ-
cit illuminari prius; ut juſtitias Domini poſſet E
addiſcere.

30. Sequitur verſus octavus: *Decurſus aquarum* ℣. 136.
deſcenderunt oculi mei; quia non cuſtodivi legem tuam.
Granditer affectum pœnitentiam gerentis ex-
preſſit, dicens quod aquarum decurſus oculi ſui
deſcenderint: ſive quia per eos tamquam meatus
undantium fluentorum, ita exuberantium lacry-
marum ſe quidam ductus effuderit, & fletus irri-
gui continuum quoddam & juge profluvium: ſi-
ve quod ipſi deſcenderint oculi. Habet enim hoc F
vis ſummi doloris, ut cum lacrymis oculi quo-
dammodo ipſi videantur deſcendere; eo quod
tanta vis lacrymarum ſit, ut putentur oculi in
fletus reſolvi, & in lacrymas effundi.

31. Oculi ergo ipſi tamquam in decurſus deſ-
cenderunt aquarum, quo verbo impetus deplo-
rantium vehemens expreſſius declaratur, ſecun-
dùm illud quod in Canticis ſcriptum eſt: *Fons* Cant. 4. 15.
*hortorum, puteus aquæ vivæ, & impetus deſcendens à
Libano.* [d] Hos impetus Eccleſia deduxit à Libano: d
hoc impetu diluuntur peccata: hoc impetu puri

a. Rom. edit. *Ipſe David ſenſerat quod timebat Saul, & quibus calumniis laborabat.* Sed qui ita correxit, ſenſum auctoris mini-me intellexit. Tu vero eumdem interpretare ad eum modum. *Ipſe David expertus erat calumnias, quas timebat dum diceret: Libera me à calumnia* &c.

b. Mſſ. non pauci, *præteritis omnibus.* Bene, ſi mente ſuppleas, *aliis calumniis.*

c. Mſſ. aliquot, *imaginem Dei beneficio mutuata.* Melius alii, ac edit. *de beneficio*; nam ſubintelligendum, *orientis diei*, vel *lucis*.

d. Scripti cod. ſeptem: *Hic impetus Eccleſiam deduxit* &c.

fontis, & Spiritus ſancti adfluit à Libano Sponſa, A & à principio fidei tranſivit ſæculum, & pertranſivit ad regnum. Aliis fons eſt, aliis puteus pro captu noſtro gratia ſpiritalis: aliis hortus clauſus, fons ſignatus: aliis hortorum fons, qui in Eccleſiæ dote numeratur: aliis impetus deſcendens à Libano, & magnus impetus qui numquam
Hier. 18. 14. deficit. Non enim deficiunt de petra ubera, neque nix à Libano, neque aqua quæ fertur valido vento virginis Hieruſalem. Deſcendit impetus à Libano, quando collectis in unum apoſtolis & B
Act. 2. 2. & 3. plurimis credentibus, factus eſt ſubito de cælo ſonus, tamquam vi magna Spiritus ferretur, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto diverſitates donante linguarum. Bonus impetus, qui lædere neſciat, norit implere.

32. Si quis igitur hunc impetum ſupervenientis è cælo gratiæ vult mereri, deſcendat etiam ipſe oculis in decurſus aquarum. Qui hunc primum impetum fuderit, illum merebitur. Deſcendit oculis ſuis in hos ductus aquarum, quæ lacrymis C
Luc. 7. 38. Luc. 8. 44 irrigavit in Evangelio Domini pedes: & ideo fidei ſuæ pretio emit animæ ſuæ, & corporis ſanitatem jam non ſanguinis profluа, ſed gratiæ ſpiritalis.

33. Deſcendit ergo David propheta; ideo de peccato gratiam retulit. Deſcendit in aquarum ductus, hoc eſt, replevit eos, & decurrentium aquarum lacrymis ſuis fluenta cumulavit: aut inanes & vacuos ductus ſolis replevit fletibus: aut quod elocutionis motalis quidam ſenſus oſten- D dit, deſcendit in aquarum ductus, tranſivit eos. Et poſſemus dicere: Tranſcendit eos, & ſupergreſſus eſt: ſed minuitur vis eloquii, quo vis major adfluentiæ deſcendentis, quàm adſcendentis exprimitur. Vide, rogo, quid de uſu verba habeant, ut impetum ſuum ſermo propheticus non amittat; licet uſus ipſe ſcriptorum ſenſui ſervire majore decore conſueverit. Diverſe hoc & ſæpe ſignificavit, & propemodum incrementa ſemper ad-
Pſal. 6. 7. ſumſit. Dixit enim primò: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis ſtratum meum rigabo.* Di- E
Pſal. 41. 4. xit iterum: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes.* Dixit
Pſal. 101. 10. etiam: *Et potum meum cum fletu miſcebam.* Hìc addidit dicens: *Decurſus aquarum deſcenderunt oculi mei.*

34. Hoc ſecutus in Threnis Hieremias, affectum doloris expreſſit, vim oculi deſcendentis imi-
Thren. 2. 11. tatus; ſic enim habes: *Defecerunt in lacrymas oculi mei: [a] conturbatum eſt cor meum.* Tamquam deſcendunt oculi, qui deficiunt in lacrymas. Et alibi: F
Thren. 3. 49. *Oculus meus abſorptus eſt.* Sed plus eſt aquas lacrymis vincere, quam oculos abſorberi fletibus. Et
Thren. 2. 18. alibi idem Hieremias: *Exclamavit cor eorum ad Dominum: muri filiæ Sion deducant torrentes, fluant lacrymas die ac nocte. Noli dare tibi requiem, non ſileat pupilla oculi tui.* Oculi igitur qui torrentes deducunt lacrymis ſuis, ipſi ductus aquarum deſcendunt, hoc eſt, cumulantur; ut faciant eos ſuis augentes fletibus impetu exundare torrentium.

35. Sunt tamen codices qui habeant: διεξόδους ὑδάτων κατεβίβασαν οἱ ὀφθαλμοί μου, hoc eſt, *Ductus aquarum direxerunt oculi mei.* Sed ego in græco codice meo * κατέβησαν legi, hoc eſt, *deſcenderunt:* in quo poteſt fieri, ut in utramlibet partem duarum adjectione aut diminutione litterarum ſcriptor erraverit.

36. Et habuit quidem multa quæ fleret, vel inceſtum filiæ, vel interitum filiorum: ſed hìc non hoc fleviſſe ſe dicit, ſed quia non cuſtodivit legem Domini. A ſancto viro plus culpa, quàm ærumna
2. Reg. 12. 16. & ſeq. defletur. Flevit itaque quando ei Nathan de Uriæ morte indignationem Domini nuntiavit: & peccatum ſuum de prævaricatione legis agnovit. Denique filio in ægritudine conſtituto, neque cibum ſumſit, neque regium thronum aut cubile conſcendit: ſed ſtratus in terra, jejuna ora lacrymis diluebat, non tam filii mortem, quàm peccati ſui pœnam in illo levare deſiderans. Flevit, quando numerato populo, repente corde percul-
2. Reg. 24. 10. ſus eſt. Denique *Peccavi*, inquit, *graviter, peccavi ſtulte.* Flevit igitur primò, quia elatus regia poteſtate, quærendo numerum plebis, menſuram egreſſus eſt conditionis humanæ: deinde quia ſui erroris pretio vindicabatur in plebem. Sed à Domino hæc propoſita pœna fuerat, non à Rege eſt poſtulata. Domini tamen ſe committendo miſericordiæ, electionis cauſam probavit: ſimul quia propter eum populus laborabat, ipſe ſe offerendo pro populo, elationis ſolvit injuriam, pietatis probavit affectum.

SERMO DECIMUS-OCTAVUS.

צ Sade.

1. SEquitur *Sade* littera decima-octava, quæ latina interpretatione dicitur *conſolatio.* Poſt more torrentium lacrymas profluentes, & graves fletus doloris, oportebat conſolationem ſequi. Nam & qui in doloribus ſunt, conſolatione indigent: & qui gravibus ærumnis pœnas commiſſorum luerunt criminum, ſperant indulgentiam: & qui fletibus & lacrymis propria delicta laverunt, requiem promerentur.

2. Hæc omnia in ſcripturis divinis qui quærit, invenit. Nam primum illud ut in dolore poſitos conſolemur, docet illa quæ in libro Hieremiæ flebiliter clamat ad captivos & exſules Judæo-
Baruc. 4. 19. & ſeq. rum: *Ite, proficiſcimini, filii; ego enim derelicta ſum deſerta. Exui me ſtolam pacis: indui autem ſtolam precationis meæ, & clamabo ad Excelſum in diebus meis. Animo æquo eſtote, filii, clamate ad Dominum; & extrahet vos de manu principum inimicorum. Ego enim ſperavi in illo æterno ſalutem veſtram.* Credentibus igitur in Dominum, eſt in Domini miſericordia conſolatio. Eſt etiam aliud conſolationis genus iis qui graves ſolverint pœnas, ut habes
Eſai. 40. 1. & 2. ſcriptum in Eſaiæ libro: *Conſolamini, conſolamini populum meum, dicit Dominus: Sacerdotes loquimini in cor Hieruſalem, conſolamini eam; quoniam repleta eſt humilitatio ejus, ſolutum eſt peccatum ejus; quoniam accepit de manu Domini duplicia peccata ſua.* Etiamſi fides deerat, pœna ſatisfecerat. Relevantur ſolutione pœnarum, qui abſolvuntur commendatione meritorum. Tertium eſt, cùm lacrymis crimen
Pſal. 6. 9. abluitur; ut eſt illud: *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem; quoniam exaudivit Dominus*

a. Decem mſſ. *oculi mei caligaverunt.* Alii, & omnes edit. cum ſacris cod. *conturbatum eſt cor meum.*

*. Edit. Aldina, & Complutenſis habent κατέβησαν ſenſu non multum diverſo.

vocem fletus mei. Quod etiam hoc loco, & pleriſ- A
que locis in libro pſalmorum facile repetitur.
De pœnit. diſt. 3 cap. Prima conſolatio. 3. Conſolatio igitur prima ordine, quoniam
non obliviſcitur Deus facere miſericordiam, ne-
que in æternum projicit, quos putaverit coercen-
dos. Secunda, quod decurſis ſuppliciis, quæ prop-
ter peccata noſtra toleravimus, ad veniam perti-
* nemus. Unde nonnulli * philoſophi diſputave-
runt obeſſe improbis abſolutionem, prodeſſe
mortem: quòd in illa ſit incentivum delinquen-
di, in morte autem finis delicti. Quod aſſumtum B
eſſe de noſtris cui dubium, cùm in Proverbiis Sa-
Prov 13. 24. lomonis ſit: *Qui parcit baculo, odit filium ſuum:*
Prov 3 12. *caſtigat autem Dominus quem diligit?* Et infra: *Fla-*
Prov. 26 3. *gellum equo, & ſtimulus aſino impertit: virga autem*
nationi imprudenti; pœna enim corrigit, & emen-
dat errantem. Si talis eſt qui emendari non queat,
aufertur è medio, ne graviora committat; mor-
tuus enim jam neſcit errare. Ideoque Eccleſiaſtes
Eccl. 4. 2. & 3. ait: *Et laudavi ego mortuos magis quam viventes:*
& optimus ſupra hos qui nondum natus eſt, qui non C
vidit hoc opus mali. Mortuus præfertur viventi;
quia peccare deſivit. Mortuo præfertur qui na-
tus non eſt; quia peccare neſcivit.

4. Nunc dicamus etiam de iis, qui pœnas ſce-
lerum ſolverunt ſuorum. Nonne iſti tulerunt cul-
pæ pretium, & jam non integra his pœna debe-
Eſai. 40. 1. & 2. tur? Clamat per Eſaiam Dominus: *Conſolamini,*
populum meum.... quia recepit de manu Domini du-
* *plicia peccata.* Diſcite unde * Plato hæc ſumſerit.
Eruditionis gratiâ in Ægyptum profectus, ut D
Moyſis geſta, Legis oracula, prophetarum dicta
cognoſceret; audivit conſolationem populi, qui
ſupra peccati modum videbatur fuiſſe punitus: &
hunc locum quadam adopertum dote verborum
in Dialogum tranſtulit, quem ſcripſit de Virtute.
Quem locum tamen Dominus in Evangelio ple-
nius comprehendit, & apertius declaravit, dicens
per Abrahæ perſonam ad illum divitem ſæculi
Luc 16. 25. & 26 hujus: *Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua,*
& Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſola- E
tionem habet, tu vero cruciaris: & in his omnibus in-
ter nos & vos chaos magnum firmatum eſt; ut ii qui
volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque inde
huc tranſmeare. Sed jam audiamus quid juſtus in
conſolando ſe loquatur.

ψ 137. 5. *Juſtus es, Domine, & rectum judicium tuum.*
Mandaſti juſtitiam teſtimonia tua, & veritatem tuam
nimis. Vere juſtus vir, qui lacrymis profluens, in-
volutus ærumnis, gravi ſupplicio delicta perſol-
vens, non tædio vincitur, non metu frangitur, F
non labore laſſatur, non ingratus, aut triſtis eſt.
Plerumque enim vulgus hominum ſua delicta
non reputans, injuſte ſe putat tolerare quæ pati-
tur: at vero vir juſtus qui ſe ipſum ſtatim in exor-
dio ſermonis accuſat, juſtitiam Domini prædi-
cat, quod meritis ſuis digna patiatur. Dicendo
autem juſtum Deum, de ſua quidem injuſtitia an-

A te pronunciat: ſed de juſtitia Domini ſperat &
veniam. Juſtus enim non ſemper iraſcitur; ſicut
enim ultor culpæ, ita moderator eſt pœnæ: ſicut
vindex peccatorum, ita remunerator eſt virtu-
tum, optimorumque meritorum. Qui vult dare
præmium, debet ſpectare certamen; quia nemo
ſine certamine coronatur. Sinit ergo nos ſæpe
tentari, volens juſte præmia dare luctanti utique,
non dormienti. NON DECET redimitos floribus
corona, ſed pulverulentos: nec molles deliciis,
B ſed duros labore exercitii ornat victoria.

6. Juſtus ergo in adverſis ſuis juſtitiam Dei lau-
dat. Sed non hoc ſentit amiſſis teneris parens li-
beris, non immaturo nuptæ viduatus conſortio,
non æger in dolore, non naufragus in periculo,
non reus in judicio, non captivus in laqueo. Cla-
mabat tamen Hieremias, cùm futuræ annuntians
populis captivitatis ærumnam, in luti voraginem
turpi necandus illuvie mergeretur: *Juſtus es, Do-* Hier. 12. 1.
mine: Clamabat iterum cùm victæ plebis miſe-
C randis ſervitiis angeretur: *Juſtus eſt Dominus;* a *quia* Thren. 1. 18. & 20.
os ejus irritavit.... A foris ſine filiis fecit, & ab intus a
mors. Clamabant Hebræi cùm propter virtutem
devotionis, & fidei gratiam fornacis ardentis
ambirentur incendiis: *Juſtus es, Domine, in omni-* Dan 3. 27.
bus quæ feciſti; & ideo meruerunt ut illæſi ignibus,
Domini juſtitias prædicarent. Daniel quoque Dan. 6 22.
propheta ſecundò in lacum miſſus leonum, &
immanium ferarum ſævitia atque horrore cir-
cumdatus, recta omnia in conſpectu eſſe Domini
D imperterrito clamore jactabat. Jonas incluſus Jona. 2. 10.
utero beſtiali, anhelandi ſpiritus vix habens com-
meatum: juſtus injuſtorum ſorte damnatus, cla-
mabat de ventre ceti in mari: *Cum voce laudis &*
confeſſionis ſupplico tibi. David cùm fugeret à facie
Abeſſalon parricidalibus armis & terris pulſus, &
regno egreſſus; cùm pro totius populi ſe offerret
excidio, dicebat: *Juſtus es, Domine, & rectum judi-*
cium tuum. Grex innocens iſte quid fecit? Ego
paſtor feci malignum, apud juſtum Deum, pœna
E de culpæ auctore ſumatur. Ipſe pater fidei Abra-
ham, cùm ad immolandum unicus à ſene filius
poſceretur, paternæ pietatis affectum divinæ con-
feſſione juſtitiæ temperabat, dicens: *Juſtus es, Do-*
mine; non enim poſcis alienum, ſed tuum repoſ-
cis: ipſum tibi reſtituo, quem dediſti. Hunc imi-
tatus Job, extinctis liberis, patrimonioque nuda-
tus amiſſo, amictum ſui corporis ſcindens ait:
Nudus natus ſum, nudus, inquit, & moriar. Domi- Iob 1 21. & 22.
nus dedit, Dominus abſtulit ... Sit nomen Domini be-
F *nedictum.*

7. Omnes ergo juſtum Dominum prædicemus:
& qui moribunda ſepulcro ſua membra compo-
nit, & qui damno feritur, aut funere filiorum, di-
cat: *Juſtus es, Domine.* Quid enim noſtrum amitti-
mus? Clamat Apoſtolus: *Quid habes quod non ac-* 1. Cor. 4. 7.
cepiſti? Quod habemus ergo, accepimus: quod
igitur amittimus, reddimus, non amittimus. Juſtus

* Hac de re fuſe diſputat Plato in Gorgia, ubi agens contra Polum inter alia ſcribit: [illegible] Ad quæ verba reſpexiſſe Ambroſium credibile eſt.

*. De hac Platonis profectione in Ægyptum, præter Diogen. Laertium lib 3 loquuntur Juſtinus *Paræn. ad gentes.* Hieron epiſt ad Paulin Auguſt. lib. 8 De Civit. Dei, & alii Strabo autem lib. 17. eumdem iſtic annis 13. cum Ægyptiis ſacerdotibus verſatum eſſe adſeverat. Id vero quod ab eodem philoſopho in Dial. de virtute tranſlatum eſſe ait Ambroſius, non aliò commodius referas, quam ad illa verba: [illegible] in quibus verbis [illegible] Platonianæ veritatur fundamentum.

a. Ita mſſ. Edit. vero multa hic inſeruerunt in eum modum: *Quia os ejus ad iracundiam irritavi.* Et ſub alia littera: *Ita foris ſine filiis fecit, ut ab intus mors: Hoc eſt, ſicut in paradiſo fecit: ita & in hujus ſæculi ærumnam deſævit. Invidia enim Diaboli mors introivit in orbem terrarum. Juſtus es Domine.* Clamabant &c.

Dnminus in periculis, juſtus in damnis, juſtus in ulrionibus eſt, non ſolùm quia unuſquiſque juſte culpæ ſuæ pretium luit; verumetiam quia dum unus punitur, plurimi corriguntur. Ananias in Act. 5. 1. & ſeq. Actibus apoſtolorum fraudati pretii quod de agri ſui venditione perceperat, crimen admiſit; qui potuerat nihil offerre, & crimen evadere. Verum ne quis impune circumſcribendos apoſtolos arbitraretur, aut miſericordiæ ſuæ munus fraude contaminaret perfidiæ, [a] morti addictus æternæ, univerſos ad fidei ſtudium juſto terrore compoſuit. Pharao cum populo ſuo fluctibus merſus, mundanæ converſationis exemplum eſt; ne quis Dei populum perſequatur. Denique potuit eum Deus voluntati ſuæ facere obedientem: ſed ejus pœnâ omnes voluit emendari. Ideoque Exod. 9. 16. dicit ad eum Dominus: *Quia ad hoc ipſum te ſuſcitavi; ut oſtendam in te virtutem meam: & annuntietur nomen meum in univerſa terra.* Non utique Dominus ſuæ laudis, ſed noſtræ correctionis incrementa quærebat.

8. Omnes ergo ſapientes dicunt: *Juſtus es, Domine, & rectum judicium tuum*; neque enim tradimur adverſatus ſine judicio ipſius, neque ſine ipſius judicio in tribulationes venimus. Hæc juſtorum eſt conſolatio: hoc eſt Domini judicium. Denique & ſupra habes (Sup. ℣. 52.): *Memor fui judiciorum tuorum, quæ à ſæculo ſunt, & me conſolatus ſum.* Advertis ergo quia judicia Domini conſolationes ſunt.

℣ 138. 9. *Mandaſti juſtitiam teſtimonia tua, & veritatem tuam nimis.* Utrum nimis mandaſti, an nimiam veritatem? Sed & nimia veritas plena laudis, & nimium mandare providentiæ atque cautelæ eſt. Etenim infirmos noverat; ideo ſæpius admonebat, ut non obliviſcerentur.

℣. 139. 10. Sequitur verſus tertius: * *Exquiſivit me zelus domus tuæ; quoniam obliti ſunt verborum tuorum inimici mei.* Eſt zelus ad vitam, & eſt zelus ad mortem. Ad vitam zelus eſt divina præcepta ſervare, & amore Domini ejus cuſtodire mandata, ut fecit Phinees, de quo legimus in Numeris, dicente Num. 25. 11. & ſeq. Domino ad Moyſen: *Phinees filius Eleazar filii Aaron ſacerdotis ſedavit furorem meum à filiis Iſrael, in eo quod æmulatus eſt zelum meum in illis: & non conſummavi filios Iſrael in zelo meo, ſicut dixi. Ecce ego do ei teſtamentum pacis, & erit illi & ſemini ejus poſt eum teſtamentum ſacerdotii æternum, propter quod æmulatus eſt Deum ſuum, & non* [b] *exoravit pro filiis Iſrael.* Cæſa jacebant viginti quatuor millia populorum: tendebat pœna in omnes, nec ullus finis exitii. Arripuit ſiromaſten Phinees, duos occidit interdicta ſibi conſuetudine copulatos, redemit omnes, indignationem Domini mitigavit, dedit victoriam quibus negabat ſalutem. Quam ſalutaris eſt igitur Dei zelus?

11. Non unius temporis illud vitium fuit: & nunc Madianitis miſcetur Judæo. Madianitis eſt, quæ nullo eſt uxoris legitimæ copulata conjugio, nullo fidei juncta conſortio. Madianitis eſt hæreticorum perfidia, cùm populum Dei tentat. Quàm multis populis meretrix iſta feralis irrepſit, quæ publico funere totum populum communi morte tumulavit? Veni & nunc, Phinees, arripe gladium verbi, interfice perfidiam, jugulato hæreſim; ne propter eam populus univerſus intereat. Urget ira cæleſtis, percute ipſam vulvam impietatis, generatoriumque perfidiæ; ne partus formetur infelix, ne adulterina conceptio diffundat ſeminarium prævaricationis & ſceleris; ut Dominus tecum ſtatuat teſtamentum pacis, & teſtamentum gratiæ, teſtamentum promiſſionum cæleſtium. Zelum habere debet ſacerdos, qui incorruptam ſervare ſtudet Eccleſiæ caſtitatem; Et ideo Princeps ſacerdotum dicit: *Zelus domus tuæ* [c] *devoravit me.* (Johan. 2. 17.) Et Phinees ſacerdos erat, & nepos ſacerdotis, & filius ſacerdotis. Bonus zelus, & utilis in ſacerdote: præcipue ne negligens, ne remiſſus ſit. MELIUS EST ut unius, aut duorum damnatione plurimi liberentur, quàm duorum abſolutione plures periclitentur.

12. *Exquiſivit*, inquit, *me zelus domus tuæ.* Vides quia zelus Dei gratia eſt, qui exquirit, qui ſupervenit, qui ſe juſti infundit pectori. Zelus Dei vita eſt. Denique Dominus ait: *Zelus domus tuæ devoravit me.* Sicut enim ante in Adam devoraverat hominem mors prævalens: ita zelus devoravit, quem vivificavit in Chriſto. Zelum habuit Elias, & ideo raptus ad cælum eſt. *Zelans*, inquit, *zelavi Dominum.* (3. Reg. 19. 10.) Zelum habuit [d] Matathias Butanus, qui adverſus ſacrilegia Antiochi excitavit Dei plebem. Zelum qui habent, omnes ſibi inimicos ſuos putant qui ſunt hoſtes Dei, quamvis patrem, fratres, ſorores. De omnibus dicit: *In hoſtes facti ſunt mihi*, (Pſal. 138. 22.) ſicut David ait. Quid multa? Apoſtolus quoque Domini hoc declaratus eſt nomine, ut Judas Zelotes diceretur, ſicut legimus in Evangelio. (Luc. 6. 15.)

13. Zelo fidei populus gentilium vitam ſibi adquiſivit æternam, quam negligentiâ atque deſidiâ Judæorum populus amiſit. Ideo ſcriptum eſt: *Zelus apprehendit populum ineruditum*; (Eſaiæ. 26. 11.) quoniam populus qui erat eruditus in Lege, nullum fidei habebat ardorem. Contulit ſe zelus ad gentes: cujus tanta eſt gratia; ut electionis prærogativam vicerit, & eruditionis induſtriam. Denique apprehendens populum ineruditum, fecit eſſe meliorem. Itaque ea gratia operata eſt in populo nationum; ut hereditatem Domini mereretur, qua operatus eſt Dominus, ut Eccleſiam ſibi ex nationibus copularet. Zelus ergo caritas eſt.

a. Edit. vet. *morti addictos æterna perfidos.* Rom. *morti addictis æterna perfidis.* Verum ſatis apparet id ita concinnatum fuiſſe ab iis qui poſt nomen Ananiæ Saphiram quoque, cujus nulla in mſſ. mentio fit, quo jure quave injuria in edit. intrudere voluerunt. Nos locum ex mſſ. omnium fide repræſentamus. Quod vero iiſdem conjugibus quorum ibi crimen, nullibi vero pœnitentia declaratur, mortem æternam fuiſſe inflictam adſerit Ambroſius, in eo quidem ab Origene, aliiſque nonnullis Patribus diſſentit pœnam hanc non niſi temporalem extitiſſe affirmantibus. Certe Auguſtinus & quidam alii ea de re dubitanter loquuntur. Plura videas licet apud Baron. ad an. 34. num. 169. & interpretes in hunc locum.

* Ita mſſ. & edit. omnes magno conſenſu. Attamen non ſolum varii Scripturæ textus, ac verſiones refragantur, ſed etiam græci ac latini Patres, à quibus citatur idem verſiculus. Eſt autem ſatis veriſimile in cod. Ambr. pro ἐξέπιξέ με ὁ ζῆλος &c. librarii lapſu ſcriptum fuiſſe ἐξεζήτησέ με &c.

b. Rom. edit. *& exoravit*, in quo et textus Hebr. Syr. & omnes verſiones Scripturæ patrocinantur. Cùm tamen in mſſ. & ant. edit. legatur, *& non exoravit*, vel ut in quibuſdam mſſ. *& non deprecatus eſt*, ſatis probabile ſit pro ᾗ ἐξιλάσατο ſcriptum in codice Ambroſii fuiſſe, ᾗ οὐχ ἱλάσατο; ubi facilis admodum mutatio.

c. Cod. Vind. & Colb. annorum, ut minimum, 800. *comedit me.* Et ſic etiam infra.

d. Rom. edit. *Mathathias bar Johannis.* Sed præterquam quod abhorret à conſuetudine Ambroſii ab Hebræo & Syro iſtiuſmodi nomina compingere, omnes mſſ. & vet. edit. refragantur. Itaque lectionem antiquam repoſuimus, tametſi utrum ea etiam ſincera ſit, ſubdubitemus.

Cant. 8. 6. Denique *valida eſt ſicut mors caritas: durus ſicut* A *inferi zelus.* Durus zelus, quem vitæ hujus nulla vincit illecebra. Durus ſicut inferi, per quem peccato morimur; ut vivamus Deo.

14. Angeli quoque ſine zelo nihil ſunt, & ſubſtantiæ ſuæ amittunt prærogativam, niſi eam zeli ardore ſuſtenrent. Denique in Apocalypſi Johan-
Apoc. 3. 15. 16. 17. & 18. nis Dominus ad Angelum Laodiciæ dicit: *Scio opera tua: neque frigidus es, neque calidus. Utinam frigidus eſſes, aut calidus: ſed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo; quia dicis: Dives ſum,* B *& ditatus, & nullius egeo: & neſcis quod tu es miſer, & miſerabilis, & mendicus, & nudus, & cæcus. Conſulo tibi, ut emas à me aurum igne probatum.* Hic eſt Dei zelus, hic eſt fidei vapor, devotioniſque fervor, qui nus velut ſuavem cibum in Chriſto remollit & format. Quanta Domini gratia, ut nos in ſuo ore conſtituat, & quaſdam meritorum noſtrorum epuletur dapes; ac, ſi meremur, devoret, ſi noſtri cibi ſuavitatibus delectetur. Beatus quem ſapientia devoraverit, quem virtus hauſe- C rit, quem juſtitia receperit: culpa in eo habere non poteſt portionem, quem abſorbuerit remiſſio peccatorum; ubi enim error inveniet, quem integritas immaculata ſuſceperit?

15. Et quid miremur ſi Angeli eum habent?
Zach. 8. 2. Ipſe Deus Pater ait: *Zelans zelabo Hieruſalem zelo magno.* Quia Deus magnus, ideo & zelus ejus magnus eſt: & pro uniuſcujuſque potentiæ qualitare; ita zelus aut mediocris, aut magnus eſt. Zelo vindicatur Hieruſalem, zelo Eccleſia congregatur, D zelo fides adquiritur, zelo pudicitia poſſidetur.
Iohan. 2. 17. Dominus quoque Jeſus ait: *Zelus domus tuæ comedit me;* increpans Judæos quod domum orationis fecerint ſpeluncam latronum, fecerint & domum negotiationis.

16. Sed non ſolùm locum Eccleſiæ zelare debemus, ſed hanc quoque interiorem in nobis domum Dei; ne ſit domus negotiationis, aut ſpelunca latronum. Si enim lucra, quæſtus, pecuniæ emolumenta aucupemur, domum negotiationis E fecimus. Si invadamus alienas poſſeſſiones, fines viduæ vel minorum, fecimus ſpeluncam latronum. Veniat ergo Verbum Dei, & de hac domo projiciat fures, direptores, caupones; ut mundum ſit cor tuum, pectus tuum.

17. Sed eſt zelus ad culpam, eſt & zelus ad gra-
Pſal. 72. 2. tiam. Nam & ipſe David ait: *Zelavi in peccatori-*
Eccli. 9. 1. *bus pacem.* Et in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: *Non zeles mulierem ſinus tui; ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam.* Et mulier zelotypa in mu- F lierem fidelem jure reprehenditur. Advertimus ergo quod menſura quædam & diſciplina ſit zeli, ſicut diſciplina virturis. Et ideo beatus qui zeli noverit diſciplinam, & oderit eos qui Domini gratiam relinquentes, ſalutem propriam deſerant, errores ſibi fraudis adſciſcant.

18. Ideoque ait: *Quoniam obliti ſunt verborum tuorum inimici mei.* Qui ſunt iſti inimici? Si populus Judæorum: quomodo inimici erant ſub ejus imperio conſtituti? David enim Judæos omnes regno proprio gubernabat. Si gentiles: quomo- A do obliti verborum Dei, qui legem Domini neſciebant? Nemo enim niſi id quod acceperit, oblıviſci poteſt. Illi ergo inimici mei, qui inimici tui, qui Dominum in propria ſua venientem non erant recepturi. Hos graves hoſtes, hos inimicos ſuos Propheta teſtatur; non qui ſibi eſſent, ſed qui Chriſto rebelles. Denique alibi dicit: *Et ſuper ini-* Pſal. 138. 21 & 22.
micos tuos tabeſcebam: & juſto odio oderam illos; graviora putans arma perfidiæ eſſe, quàm pugnæ. Nemo enim gravior hoſtis omnium, quam qni B omnium lædit auctorem. Ideo ergo zelo magno adquiſitus eſt popolus nationum; quoniam à ſuo Deus populo negabatur. Nec enim poterant aut fidei devotionem, aut diſciplinam tenere virtutis, qui memoriam præceptorum cæleſtium non tenebant. Sic Adam de paradiſo ejectus: ſic populus Judæorum de prærogativa electionis excluſus eſt.

19. Sequitur: *Ignitum eloquium tuum nimis, &* ℣. 140.
ſervus tuus dilexit illud. Ignem quidem Dominus C miſit in terram, non ut eam ſodomitano rurſus, ſicut ſcriptum eſt, arderet incendio: nec ut eam Gen. 19. 24.
donatæ munere fœcunditatis, aut uſu vel flore viriditaris exueret. Opus enim ſuum Dominus probare magis atque augere, quam minuere aut damnare conſuevit. Neque vero digoum erat, ut elementa innoxia noſtri luerent ſceleris ultionem. Quid natura deliquerat, ſi adulta jam ſoboles erravit? Non erat partus in virio, ſi devio lapſa eſt errore [a] progenies: ſed uſus in culpa. a
D Quem ergo Dominus ignem in novo ſparſit Teſtamento? Qui ſecretos mentium divinæ ardore cognitionis inflammaret affectus, qui vaporem fidei & devotionis adoleret, qui cupiditatem virtutis accenderet. Hoc igne calefactus dicit Hieremias: *Et erat ignis flammigerans in oſſibus meis.* Hier. 20. 9.
Hoc ſermonum igne cæleſtium vaporari Cleophas, & ille alius qui ſimul cum Domino ab Hieruſalem uſque in caſtellum confecerant iter, dicebant: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis....* Luc. 24. 32.
E *cùm aperiret nobis Scripturas?*

20. Ignis ergo hic, ſermo Chriſti eſt. Et bonus ignis, qui calefacere novit, neſcit exurere, niſi ſola peccata. Hoc igne ſuper bonum fundamentum [b] poſitum illud apoſtolicum aurum probatur: hoc igne illud merum operum examinatur 1. Cor 3. 12. & 13.
argentum: hoc igne pretioſi illi lapides illuminantur, fœnum autem & ſtipula conſumitur. Mundat ergo hic ignis animum, conſumit errorem. Unde & Dominus ait: *Iam vos mundi eſtis* Iohan. 15. 3.
F *propter ſermonem quem locutus ſum vobis.* Hic eſt Levit. 6. 12.
ignis qui ardet ante Dominum; niſi enim quis flagrantiam devotionis adſumſerit, præſentiam Domini habere non poterit. Accende hunc prius ignem in mentibus tuis; ut Chriſti tibi lumen effulgeat. Hoc igne urebatur rubus, & non exure- Exod 3. 2.
batur. Urit enim ſermo divinus, ut corrigat conſcientiam peccatoris: non exurit, ut perdat. [c] Hic ignis hebetare, hic ignis extinguere materialium ſæva flammarum conſuevit incendia. c
Denique Hebræi hoc igne ſuccenſi, fornacis ar- Dan 3. 50.
dentis vaporem nec timere, nec ſentire potue-

a. Poſt vocem, *progenies*, ſubjungebatur in edit. *non eſt hic natura.* Quod in omnibus omnino ſcriptis cod. prætermittitur.

b. Edit. omnes, *poſito.* Melius mſſ. *poſitum*, ut referatur ad vocem, *aurum.* Et continuo poſt, cunctæ edit. cum duobus mſſ. *illud merum vel operum.* Mſſ. vero ceteri, ut in textu; paucis exceptis ubi legas, *illud bonorum operum* &c.

c. Vet. edit. & recentiores nonnullæ, *Hic ignis habitare Chriſtum per fidem facit.* Rom. cum mſſ. omnibus nobiſcum legit. Et certe prior lectio non aliunde inducta eſt, quàm ab aliquo qui neſciebat, *hebetare*, idem hic eſſe, ac retundere vel minuere.

runt.

runt. Merito ergo bonus ſervus diligit ignitum A
Domini eloquium, quo induitur caritas, quæ excludit timorem.

21. Pulcre autem addidit, *nimis*; quia omnis quidem doctor inflammat audientis affectum: ſed ſupra omnes eſt ſermo Dei, diviſiones artuum & intima penetrans medullarum. Tripliciter ergo deſcribe tibi ignitum eloquium Dei, vel quod mundat, vel quod accendit, vel quod illuminat
Sophon. 1. 12. audientes. Ideo ait Dominus: *Scrutatus ſum Hieruſalem ad lucernam*. Sed neminem in ea vel qui B
mundaretur, vel qui accenderetur, aut illuminaretur, invenit; ideo eam in tenebris dereliquit.

22. Nec mireris ſi ſervus diligit ignitum Domini alloquium, quod & Sponſa dilexit, quæ ait:
Cant. 4. 3. *Sicut reſticula coccinea labia tua*; in cocco enim ſpecies ignis, & crucis Dominicæ ſanguis irrutilat. Coccinea labia Domini, quæ paſſionem propriam loquebantur. Denique in Exodo [a] coccum pro igne collocatum eſt. Non enim ex cocco mundus, ſed ex quatuor conſtat elementis: ſed in C
cocco figura ignis expreſſa eſt, cujus vapor niſi cælum, atque aerem, maria, terraſque penetraret, omnia tamquam effœtis viribus ſolverentur. Per reſticulam igitur vinculum perſuaſionis agnoſcimus: per coccum, vel cupiditatis ardorem qui ſcintillet in animis audientium, vel indicium paſ-
Cant. 5. 13. ſionis. Unde & alibi ait Sponſa: *Labia ejus lilia diſtillantia myrrham plenam*. Per myrrham enim paſſionis unguentum, & reſurrectionis gratia declaratur, quæ redivivum vitæ odorem ſuſcitatis D
mortuorum viſceribus infundit. Merito igitur alloquii ejus accipiens ſuavitatem, exclamans
Ibidem. 16. Sponſa teſtatur: *Fauces ejus dulcedines, & totus deſiderium*.

℣. 141. 23. Sequitur verſus quintus: *Juvenis ſum ego, & deſpectus: juſtificationes tuas non ſum oblitus*. Multis ſanctorum qui à prima adoleſcentia exercitati ſunt duris laboribus, poteſt hic verſiculus convenire. Nam & Joſeph cùm à fratribus junior
in Ægyptum venderetur, junior erat, & deſpec- E
tus, qui ad ſervitutis injuriam vendebatur: & poſtea cùm productus è carcere, præpoſitus Ægypto, populis frumenta divideret, fratribus vicem injuriæ non referret, ſed refuſo pretio alimenta donaret, ſenilem patris à fame atque jejunio vindicaret ætatem, curruque ſummiſſo, obvius, & famulantibus ceteris amplæ poteſtatis inſignibus, adoraret, jure dicebat: *Junior ego ſum, & deſpectus: juſtificationes tuas non ſum oblitus*.

24. Ipſe David quoque junior fratribus, cùm F
patris oves paſceret tamquam vili ablegatus obſequio, non oblatus eſt ſacerdoti, quaſi indignus qui ungeretur in regnum: ſed à ſacerdote quæſitus, & accerſitus à paſcuis, prærogativam regiæ unctionis accepit. Poſtea quoque progreſſus ad bellum, cùm Golias totum populum Judæorum corporis ſui mole deſpiciens, ſingulari certamine provocaret, timentibus ceteris, popoſcit à rege, ut congrediendi ſibi permitteret facultatem. Necdum quidem tanto certamini habilis æſtimatus eſt, rege dicente: *Non potes ire ad allophylum, & pugnare cum eo; quoniam tu puer es, & ille vir bellator eſt à juventute ſua*. Neque eſſet admiſſus, niſi 1. Reg. 17. 33.
feciſſet fidem, quod in ſua adoleſcentia leonem ſuis manibus ſtrangulatum, extractis raptæ ovis cruribus peremiſſet. Ipſe etiam deſpectus ab allophylo, quòd adverſus armatum præliatorem cum virga & lapidibus proceſſiſſet, retulit non viribus ſe fretum eſſe, non armis: ſed in nomine Domini confidentem ad prælium eſſe progreſſum; ut laceſſitæ plebis auferret opprobrium. Hic ergo juvenis, atque deſpectus ſtravit allophylum, potituſque victoria, in decem millibus juvencularum pſallentium teſtimonio triumphavit.

25. Gerebat enim typum ejus qui quaſi deſpectus venturus eſſet in terras, & ſine legato, ſine adjutore, ſine nuntio totum populum mundi hujus crucis ſuæ prælio liberaret: cui applauderent animæ ſanctorum, per baptiſmatis ſacramentum renovatæ, quod verum illum Goliam revelatum nobis, ac proditum verbi ſui gladio trucidaſſet. Jacet igitur verus Golias humilitate Filii Dei ſtratus: amiſit caput quod in multas artes vertebat & fraudes. Pſallunt ſecuræ jam animæ, quæ ante peccatorum ſuorum tormenta deflebant. Dicunt tympanis, hoc eſt, corporibus ſuis peccato mortuis reſultantes: *Saul triumphavit in millibus: David in decem millibus*. Rex ille durus 1. Reg. 18. 7.
indignatur, & iraſcitur diabolus; eo quod canerent juvenculæ quia duritiæ filius paucos decepit, Chriſtus totum mundum redemit. Dicit ergo Chriſtus natus ex Virgine: *Juvenis ego ſum, & deſpectus: juſtificationes ſuas non ſum oblitus*.

26. Dicit etiam populus nationum, ille in prima electione deſpectus, rudis adhuc in fide, & ſtudio primævæ devotionis adoleſcens, vel certe renovatus aquilæ juventutæ per baptiſmatis ſacramenta: *Juvenis ego ſum, & deſpectus: juſtificationes tuas non ſum oblitus*. Ille ego deſpectus ante, jam præferor, jam anteponor electus. Ille ante deſpectus populus peccatorum, habeo cæleſtium ſacramentorum veneranda conſortia. Jam menſæ cæleſtis honore ſuſcipior: epulis meis non pluvia undatur, non terræ partus laborat, non arborum fructus. Potui meo non flumina quærenda, non fontes: Chriſtus mihi cibus, Chriſtus mihi potus: caro Dei cibus mihi, & Dei ſanguis potus eſt mihi. Non jam ad ſanetatem mei annuos exſpecto proventus, Chriſtus mihi quotidie miniſtratur. Non verebor, ne qua mihi eum cæli intemperies, aut ſterilitas ruris imminuat, ſi pii cultus diligentia perſeveret. Non jam coturnicum pluvias mihi opto deſcendere, quas ante mirabar: non manna quod ante cibis omnibus præferebam; quia qui manna manducaverunt patres eſurierunt. Meus cibus eſt, quem ſi quis manducaverit, non eſuriet. Meus cibus eſt, qui non corpus impinguat, ſed confirmat cor hominis.

27. Fuerat mihi ante mirandus panis de cælo; ſcriptum eſt enim: *Panem de cælo dedit eis manducare*: ſed non erat verus ille panis, ſed futuri um- Joan. 6. 31.

a. Mſſ. aliquot, *coccus pro igne collatus eſt*, aut *coccum .... collatum eſt*. Reliqui, ac edit. ut in textu. Videtur autem Ambr. reſpicere ad locum Fl. Joſephi è lib. 3. *Antiq. Judaic.* cap. 8. ubi colorum quibus Tabernaculi vela intexebantur, myſtica ſignificatio ita exponitur: [illegible] Hanc interpretationem Origenes primus ſecutus eſt Hom. 13. in cap. 25. Exodi atque alii poſt eum.

bra. Panem de cælo illum verum mibi ſervavit A Pater. Mihi ille panis Dei deſcendit de cælo, qui vitam dat buic mundo. Non Judæis deſcendit, non Synagogæ deſcendit: ſed Eccleſiæ deſcendit: ſed populo Dei juniori deſcendit. Nam quomodo Judæis deſcendit panis qui vitam dedit; cùm omnes qui illum panem manducaverunt, hoc eſt, manna, quem putaverunt Judæi verum panem, in deſerto mortui ſunt? Quomodo Synagogæ deſcendit; cùm Synagoga omnis interierit, & æterno jejuoio fidei macerata defecerit? De- B nique ſi accepiſſent panem verum, non dixiſſent:
Ibidem. 34. *Domine, da nobis ſemper panem hunc.*

28. Quid petis, Judæe; ut tribuat tibi panem, quem dat omnibus, dat * quotidie, dat ſemper? In te ipſo eſt, ut accipias bunc panem: accede ad hunc panem, & accipies eum. De boc pane dic-
Pſal. 72. 27. tum eſt: *Omnes qui elongant ſe abs te, peribunt.* Si te elongaveris ab eo, peribis: ſi appropinquaveris ad eum, vives. Hic eſt panis vitæ: qui ergo vitam manducat, mori non poteſt. Quomodo enim mo- C rietur, cui cibus vita eſt? Quomodo deficier, qui babuerit vitalem ſubſtantiam? Accedite ad eum, & ſatiamini; quia panis eſt: accedite ad eum, & potate; quia fons eſt: accedite ad eum, & illuminamini; quia lux eſt: accedite ad eum, & libera-
2. Cor. 3. 17. mini; quia *ubi ſpiritus Domini, ibi libertas:* accedite ad eum, & abſolvimini; quia remiſſio peccatorum eſt. Quis ſit iſte quæritis? Audite ipſum
Johan. 6. 35. dicentem: *Ego ſum panis vitæ: qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet umquam.* Au- D diſtis eum, & vidiſtis eum, & non credidiſtis ei; ideo mortui eſtis: vel nunc credite, ut poſſitis vivere.

29. Sed miramini Moyſen, quia patres veſtros per mare ſiccis duxit veſtigiis Moyſes non imperavit, ſed impetravit: non juſſit mari, ſed ſervivit jubenti fluctibus. Moyſen laudatis, quia regem Pharao cum exercitu ſuo merſit: Moyſes orabat, & alius imperabat. Moyſes precabatur, Chriſtus operabatur. Moyſes fugiebat, Chriſtus E inſequebatur. Moyſes columnam ſequebatur, ut nocturnas tenebras declinaret: Chriſtus illuminabat. Moyſen agnoſcitis, quia aquæ amaritudinem temperavit. Moyſen agnoſcitis, quia aquam produxit de petra: Chriſtum non agnoſcitis, qui veri illius Ægypti regis ſtravit exercitum, & abyſſi merſit profundo: qui nos liberat quotidie de mundi hujus fluctibus; ne nos ſæculi bujus procella demergat. Quid profuit patribus tranſire per mare Rubrum, quibus ad terram repro- F miſſionis non licuit pervenire? Quicumque enim exierunt de Ægypto, perierunt in deſerto. Mortuus eſt Aaron, mortua eſt Maria, mortuus eſt & ipſe Moyſes: ſolum Jeſum Nave nominis ſacri ſimilitudo ſervavit. Plaudat Judæus; quia ſitienti illi undam ſaxa vomuerunt: mihi de corpore Dei fons fluxit æternus: meas amaritudines bibit Chriſtus; ut mihi ſuæ donaret gratiæ ſuavitatem.

30. Dicit ergo populus Chriſtianus: *Iuvenis* A *ego ſum, & deſpectus: juſtificationes tuas non ſum oblitus.* Bene boc dicit, qui juſtificavit Deum baptiſmatis ſacramentis. Qui enim baptizatur, juſtificat Deum; quia peccata propria confitetur, & à Domino ſuorum ª præſtolatur indulgentiam a peccatorum. Juſtificavit David, qui ait: *Tibi ſoli* Pſal. 50. 6. *peccavi, & malum coram te feci; ut juſtificeris in ſermonibus tuis.* Non juſtificaverunt phariſæi, qui baptizari Johannis baptiſmo noluerunt, ut in Evangelio legiſti. Nec ſolùm juſtificare ſatis eſt, Luc. 7. 30. B ſed etiam non oblivíſci juſtificationum Dei, id eſt, ut intemerata gratiæ ſpiritalis dona cuſtodiat, & ſacræ remiſſionis munera illibata atque inoffenſa conſervet.

31. Hæc generalia: ſed etiam ſpecialis ſingulis Chriſtianis ſuppetit prærogativa dicendi: *Iuvenis ego ſum, & deſpectus*; ſi humilis corde ſit, ſi mitis atque manſuetus. Dicat ergo: *Iuvenis ego ſum, & deſpectus.* Præmittat ætatis generalem jactantiam, quo plus commendet humilitatis ſuæ gratiam. C Non mirabilis bumilitas in ſenectute, quæ effœta viribus, fracta debilitatibus, triſtis doloribus, anbela ſuſpiriis, cocta curarum æſtibus, & ipſo vivendi mœſta faſtidio, alacritatem eſt oblita jactantiæ. Rara ſane in juvenibus eſt bumilitas, ideoque miranda. Dum ætas viget, dum vires ſolidæ, dum ſanguis exæſtuat, dum ſollicitudo neſcitur, dum ignoratur debilitas, dum lætitia frequentatur: tunc fervet jactantia; tunc ſe juventutis ſuperbus extollit affectus: tunc bumili- D tas quaſi vileſcit, abjecta contemnitur: tunc ſubjectio degeneris conſcientiæ æſtimatur infirmitas. Grandis igitur morum adſuefacienda maturitas, quæ vincat naturam.

32. Denique ſi conſideremus, in paradiſo defecit bumilitas; & ideo venit è cælo. In paradiſo orta eſt inobedientia; & ideo obedientia cum Salvatore deſcendit. Inflabatur caro, unde ſubjectio manſuetudinis inveniri non poterat in terris. Intumuerat omnis prævaricatoris hæreditas. E Veniens Dominus Jeſus primùm ſe exinanivit, Philip 2. 6. 7. & 8. non rapinam arbitratus eſſe ſe æqualem Deo, formam ſervi ſibi accipiens, & ſpecie inventus ut homo: humiliavit ſemet ipſum, factus obediens uſque ad mortem. Non te moveat, quia ſcriptum eſt, *ut homo*; non enim ſimilitudinem ſuſcepit hominis, ſed veritatem. Nam & ipſe Apoſtolus ait alibi: *Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus.* 1. Tim. 2. 5. Et ut de Evangelio adferamus exemplum: *Vidimus*, inquit Johannes, *gloriam ejus, gloriam quaſi* Iohan. 1. 14. F *unigeniti à Patre, plenum gratia & veritatis.* Numquid quia dixit, *quaſi unigeniti*; ſimilitudinem magis unigeniti, quàm veritatem voluit æſtimari?

33. Non ergo ſupervacuò Chriſtus advenit. Jam poteſt dicere homo: *Iuvenis ego ſum, & deſpectus*; qui erat ante in populo priore ſenex ſuperbus. Dicit: *Iuvenis ſum, & deſpectus*, quomodo dicit Eccleſia: *Nigra ſum, & decora.* Præmiſit ni- Cant. 1. 4. gram, ut augeret decorem. Sic & hic præmiſit juvenem, ut augeret humilitatem. Non dixit:

*. Perſeverabat adhuc in Eccleſia Mediol antiqua fidelium conſuetudo qua quotidie ſacræ communionis participes fieri ſolebant. Hinc in lib 5 de Sacram. cap. 4. *Accipe quotidie, quod tibi quotidie proſit* &c. Sed monet idem Auctor Græcos tum ſemel in anno Eucharistiæ communione contentos. In pleriſque vero Occidentis Eccleſiis mos quotidianæ communionis in deſuetudinem abierat, adeo ut epiſcopi aliique doctiores viri ſuum nec reprehenderent, nec laudarent. Hieron. epiſt. 50. ad Pammach. & Auguſt. epiſt. ad Januar.

a. Cod. Lat. & Navar. unus, *præſtatur indulgentia peccatorum.* Alii cum edit. ut in corpore, niſi quod loco verbi, *præſtolatur*, miſſ. aliquot habent, *ſperat*, quod ſignificatu non eſt diverſum.

Nigra ſum decora; ne quod nigrum eſt, decorum A æſtimaretur. Nec dixit: Juvenis ſum deſpectus; ne juventus deſpicabilis putaretur; ſed ait, *Juvenis*, & quod mireris, humilis, non ſuperbus, dejecto propior quam tumenti. Sic & ibi: Nigra ſum ſuperiore peccato, ſed decora confeſſione peccati, & correctionis ſtudio, atque amore virtutis. Quamvis ergo, &, ſyllaba, ut grammatici appellant, conjunctiva ſit; babet tamen diſtinctiunem quâ confuſio disjungitur ac ſeparatur: ut ſi dicas Ambroſium Baſſum intus eſſe, unus putatur: ſin B autem adſeras Ambroſium, & Baſſum intus eſſe, duo utique intelliguntur.

34. Dicat ergo: *Juvenis ſum, & deſpectus*; quia Chriſtus in paupere atque deſpecto mundum redemit, quia Chriſtus bumilitate diabolum vicit. Dicat: *Deſpectus ſum*; quia cor humiliatum Deus non ſpernit; quia deſpectus ille Lazarus in Abrabæ nuoc requieſcit ſinu, & dives ille jactantior affligitur in inferno. Deſpectus erat Moyſes, nec ſibi idoneus videbatur, cùm ad liberandum He- C bræorum populum mitteretur. Deſpectus erat

Hier. 1. 6. Hieremias, qui dicebat: *Dominator Domine, ecce neſcio loqui; quia juvenis ſum ego.* Sed facilius iſte

Ibidem. 7. & 8. deſpectus eligitur. Denique dicitur ei: *Noli dicere quia juvenis ſum ego; quia ad omnes ad quoſcumque miſero te, abibis: & per omnia, quacumque mandavero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum; quia ego tecum ſum, dicit Dominus, ut liberem te* Deſpectus erat ille Publicanus, qui oculos ad cælum non audebat levare: & ideo facilius quam ille Pbariſæus D

Luc. 18. 14. exaudiebatur; *Omnis* enim *qui ſe exaltat, bumiliabitur: & qui ſe bumiliaverit, exaltabitur.*

℣. 142. 35. Sequitur: *Juſtitia tua, juſtitia in æternum: & lex tua veritas.* Poſſunt quidem ſinguli facere opera juſtitiæ, ſed non in æternum manentia. Dives ille cui abundaverunt divitiæ in hoc ſæculo, fortaſſe fecerit aliqua opera juſtitiæ, quorum

a remuocrationem in præſenti vita [a] acceperit; quod non magna fueriot opera illa, nec remuneratione digna perpetuâ. Quid quod, etiam ſi E facimus opera aliqua juſtitiæ; facimus tamen non continua, ſed rara. Plerique non rapiunt aliena, ſed neſciunt de proprio largiri. Alii invadentes indelitas ſacultates, quo ſpeciem juſtitiæ ſibi adquirant, ſolent conferre pauperibus. Non eſt iſta in æternum juſtitia. Multi juſti plerumque graviter deliquerunt, non habentes æternæ fructum juſtitiæ. Soli Deo ſupperit in perpetuum per omnia poſſidere juſtitiam, qui paſcit juſtos & injuſ-

b tos; non enim [b] beneficis ſolis referenda juſtitia F eſt: ſed illa vera juſtitia eſt, quæ ipſis quoque de-

Matth. 5. 44. fertur inimicis. Meritoque ait Juſtitia Dei: *Diligite inimicos veſtros.*

36. Ergo ſicut in æternum eſt juſtitia ſolius Dei, ita lex Dei veritas. Sed quomodo iſtud accipimus? Utrum quia lex Dei veritas, boc eſt, vera: & quod ſtatuit Deus, omne verum, ſicut infra ait: *Omnia præcepta tua veritas?* An quia veritas lex Dei eſt; quia non mentitur Deus? Apud eum igitur veritas lex eſt, fallacia prævaricano eſt. Sed & ſic poteſt intelligi, lex Dei veritas eſt: apud Judæos ergo non eſt lex Dei, quia non recipiunt veritatem. *Lex* Dei *ſpiritalis eſt*, ſicut Apoſtolus Rom. 7. 14.

dixit: non babent ergo veram legem, qui eam non acceperint ſpiritaliter. Quod autem non verum, mendax eſt: quod mentitur, occidit. Littera ergo quæ occidit mentitur: ſpiritus qui vivificat, verus eſt.

37. Accipiamus & ſic: Lex Dei non typus, non umbra, non exemplar cæleſtium; ſed ipſa cæleſtia. Unde & ſcriptum eſt, quia *finis Legis eſt Chriſ-* Rom. 10. 4.

tus. Non defectus utique, ſed plenitudo Legis in Cbriſto eſt; quia venit Legem non ſolvere, ſed implere. Sicut enim [c] Teſtamentum eſt vetus, ſed c

omnis veritas in novo eſt Teſtamento: ita & lex per Moyſen data figura legis eſt. Vere ergo illa Lex veritatis exemplar eſt; in exemplari enim agni ſanguis effunditur, in veritate Cbriſtus immolatur. Meritoque Apoſtolus cùm præmiſiſſet vitulorum immolationem ſecundum Legem, adjecit: *Neceſſarium itaque eſt exemplaria cæleſtium his* Hebr. 9. 23. & 24.

mundari: nam ipſa cæleſtia melioribus hoſtiis; non enim in manufacta ſancta intravit Chriſtus exemplaria verorum, ſed in ipſum cælum: & nunc apparet vultus Dei pro nobis. Ut cognoſcamus autem quia legem novam dedit dominus Jeſus, habes dicentem Spiritum ſanctum: *Hoc autem teſtamentum* Hebr. 10. 16 & 17.

quod teſtabor ad eos, dicit Dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in ſenſibus eorum ſcribam eas, & peccati, & injuſtitia eorum non ero memor. Ubi ergo remiſſio, jam non oblatio pro peccatis. Quo evidenter oſtenditur omnem veritatem in Evangelio contineri; quia lex Dei in ſenſibus hominum, & in cordibus eorum ſcribitur, non in tabulis lapideis (qui ergo præcepta Dei non habent in cordibus ſuis, non babent legem) ſive quia inveteratur in Judæis, renovatur in nobis.

38. Umbra eſt, non veritas; ut cùm fiat oblatio pro peccatis ſecundum Legem, non fiat remiſſio peccatorum. *Impoſſibile eſt enim ſanguine taurorum* Hebr. 10. 4.

& hircorum peccata mundari. Mendax ergo erat illa remiſſio, donec remiſſionis veritas adveniret. Quid deinde manifeſtius, quam Jobannis Evangeliſtæ ſententia, qui ait: *Quia Lex per Moyſen da-* Joban. 1. 17.

ta eſt: gratia autem & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt? κατ' ἀντιδιαστολὴν legis retulit veritatem. Nam cùm ſit, *autem*, disjunctio, intelligendum eſt disjunctionem ideo interpoſitam; quia ſi veritas fuiſſet in Lege, [d] non fuiſſet facta per d

Chriſtum.

39. Poſſumus & ſic intelligere: Veritas Chriſtus eſt; ergo veritas lex eſt. Et ſi mandatum Domini lex eſt, multo magis vivum & operatorium Verbum Dei lex eſt.

40. Sequitur verſus ſeptimus: *Tribulatio & ne-* ℣. 143.

ceſſitas invenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt. Quærunt tribulationes & neceſſitates juſtum,

a. Voci, *acceperit*, connectebant omnes edit. *quo ad vitam æternam non pertinuerint.* Sed iſthæc in cunctis mſſ. deſiderantur.

b. Omnes edit. ac multi mſſ. *beneficiis ſolis.* Elegantius Reg. Sorb. Remig. ac Navar. unus, *beneficis ſolis*; ut iis opponantur *inimicis*, & utrique ad *juſtos & injuſtos*, de quibus ante dictum eſt, referantur.

c. Ita cuncti mſſ. excepto quod in fine pauci habent: *Vera ergo illa lex.* Cunctæ vero edit. *Teſtamentum vetus venit non ſolvere, ſed implere; ita novum certificare. Sed ſicut omnis veritas in novo eſt Teſtamento; ita & lex .... legis eſt vera. Ergo illa lex &c.* Sed qui locum eo modo conſarcinarunt, Ambroſii ſenſum nequaquam videntur adſecuti; eum autem putamus eſſe hujuſmodi: Quemadmodum licet vetus Teſtamentum fuerit, veritas tamen, hoc eſt, figurarum ejus impletio, in novo eſt: ita licet lex per Moyſen data ſit, ea tamen impleta, niſi in lege nova nequaquam fuit.

d. Edit. omnes, *non fuiſſet gratia facta per Chriſtum.* Mſſ. contra prætermittunt vocem, *gratia.* Concinnius; vox enim, *facta*, referenda eſt ad ſuperiorem, *veritas*, de qua hic præcipue agitur.

& inrerdum inveniunt, interdum non inveniunt A
eum. Invenitur, cui corona debetur: non inveni-
tur, qui idoneus certamini non probatur. Tribu-
latio igitur velut quædam gratia eſt. Denique
Pſal. 50. 19. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* An non eſt
gratia, quæ operatur patientiam? Qui ergo no-
verat tribulationis profectum eſſe, quæſitus à
tribulatione inventus eſt, nec refugit.

Prov. 1. 28. 41. Dicit Sapientia: *Quærent me mali, & non
invenient*; non quia Dominus nolebat inveniri ab
hominibus, qui ſe omnibus etiam non quærenti- B
bus offerebat: ſed quia bis operibus quærebatur,
Luc. 2. 25. & ſeq. ut indigni eſſent qui quærerent, invenire. Cete-
rum Simeon qui eum exſpectabat, invenit. Inve-
Joban. 1. 41. nit Andreas. Denique ait ad Simonem: *Invenimus
Meſſiam, quod interpretatur Chriſtus.* Philippus quo-
Ibidem 45. que dicit ad Nathanael: *Quem ſcripſit Moyſes in
Lege, & propheta, invenimus Ieſum filium Ioſeph, qui
eſt à Nazareth.* Et ut oſtenderet quemadmodum
Ibidem 46. Chriſtus inveniretur, ait: *Veni, & vide.* Qui ergo
Chriſtum quærit, veniat non corporis greſſu, ſed C
mentis veſtigio: videat eum non exterioribus
oculis, ſed internis. Æternus enim corporalibus
2. Cor. 4. 18. non videtur adſpectibus; quoniam *quæ videntur,
temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna.*
Chriſtus igitur non temporalis, ſed ex Patre an-
te tempora, quaſi Deus, verus Dei Filius, & quaſi
virtus ſempiterna ſupra tempora, quem nullus
temporum finis includat: quaſi vita ſupra tem-
Rom. 6. 10. pora, quem numquam dies mortis inveniat; *Quod
enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod au- D
tem vivit, vivit Deo.*

42. Audis quid dixerit hodie Apoſtolus? *Peccato*,
inquit, *mortuus eſt ſemel.* Semel tibi peccatori mor-
tuus eſt Chriſtus: noli iterum peccare poſt bap-
tiſmum. Omnibus in commune ſemel mortuus
eſt, & ſingulis ſemel moritur, non frequenter.
Peccatum es, ô homo; ideo peccatum fecit Chriſ-
tum ſuum omnipotens Pater. Hominem fecit,
qui peccata noſtra portaret. Mihi ergo peccato
2. Cor. 5. 21. mortuus dominus Jeſus; *Ut nos in illo eſſemus juſti- E
tia Dei.* Mihi eſt mortuus, ut mihi reſurgeret. Se-
mel eſt mortuus, ſemel reſurrexit. Et tu cum illo
mortuus, cum illo ſepultus, cum illo in baptiſ-
mate reſuſcitatus, cave ne cùm mortuus fueris
ſemel, moriaris iterum. Jam non peccato morie-
ris, ſed veniæ: ne cùm reſurrexeris, moriaris ſe-
Rom. 6. 9. cundò; *Chriſtus* enim *reſurgens ex mortuis, jam non
moritur, mors in eum jam non dominabitur.* Ergo
mors dominata eſt ei? In eo utique quod dixit,
jam non dominabitur, oſtendit eſſe dominatam. F
Noli tantum amittere beneficium, ô homo. Pro-
pter te Chriſtus dominationi mortis ſe ſubdidit;
ut te jugo dominationis exueret. Ille ſuſcepit
mortis ſervitutem, ut tibi tribueret vitæ æternæ
libertatem.

43. Qui quærit ergo Chriſtum, quærit & tri-
bulationem ejus, nec refugit paſſionem. Denique
David qui dignus erat, ut à tribulatione quære-
retur, tribulationem & ipſe quæſivit. Nam niſi
quæſiſſet, non inveniſſet. Quod invenerit autem,
Pſal. 114. 3. & 4. ipſe teſtatur, dicens: *Tribulationem & dolorem in-
veni, & nomen Domini invocavi.* Et alibi: *In tri-* Pſal. 117. 5.
*bulatione invocavi Dominum, & exaudivit me in
latitudine.* Bona ergo tribulatio, quæ dignos fa-
cit nos, qui in latitudine exaudiamur à Domi-
no. Gratia eſt autem exaudiri à domino Deo
noſtro.

44. Qui quærit igitur tribulationem, non re-
fugit: qui non refugit, invenitur. Non enim [a] re- a
fugit, qui mandata Dei ſenſu operibuſque medi-
tatur. Nam utique illum athletam certamina in-
veniunt, qui in uſu exercitu fuerit conſtitutus:
qui vero exercitium dereliquerit, ſine dubio non
poterit reperiri; qui indignus eſt, ut quæratur.
David ergo quaſi bonus athleta dicit: *Tribulatio
& neceſſitas invenerunt me*; quia paratum ſemper
habuerunt, non refugientem neceſſitatum & tri-
bulationum prælia, ſed petentem.

45. Sequitur: *Juſta teſtimonia tua in æternum:* ℣. 144.
intellectum da mihi eorum, & vivifica me. Quis tan-
tus, qui poſſit intelligere Domini teſtimonia? Et
ideo intellectus à Domino poſtulandus eſt, cujus
tanta eſt vis, ut initium ejus ſit plenitudo virtutis.
Denique ſcriptum eſt: *Pietas autem in Deo ini-* Prov. 1. 7.
tium intellectus, quæ virtutum omnium funda-
mentum eſt juxta humanarum rerum & cæleſ-
tium diſciplinam. Pietas amica Deo, parentibus
grata, Dominum conciliat, neceſſitudines fovet,
Dei cultura, merces parentum, filiorum ſtipen-
dium. Pietas, inquam, juſtorum tribunal, egeno-
rum portus, miſerorum ſuffugium, indulgentia
peccatorum.

46. Qui babet intellectum, ipſe vere eſt pius;
intelligit enim humanæ lubricum fragilitatis, &
citò ignoſcit erranti. Intelligit commune nobis
datum naturæ uſuſque conſortium; & ideo pau-
peribus tamquam debitum ſolvit, non inficiatur
tamquam indebitum. Intelligit vices eſſe cala-
mitatum; & ideo tamquam naufragiis mundi
iſtius portu quodam ſuæ humanitatis occurrit.
Hæc perfecta virtus in hominibus, hæc plena
in Deo laus eſt.

47. Meritò intellectum ſibi etiam Salomon,
magiſterium ſecutus paternum, à Domino poſtu-
lavit, dicens: *Ego ſum puer humilis, & ignoro introi-* 3 Reg. 3. 7. 8. & 9.
*tum meum, & exitum meum, & ſervus tuus in me-
dio populi tui, quem elegiſti, populum multum ſicut
arenam maris, quæ dinumerari non poteſt præ multi-
tudine: & dabis ſervo tuo cor prudens, audire & ju-
dicare cum juſtitia populum tuum, & intelligere inter
bonum & malum.* Unde complacuit Domino; quia
non ſibi longævitatem vitæ, & regalium divitia-
rum copias, ſed ſapientiam ad intelligenda Do-
mini judicia & juſtitias depopoſcit: & ideo tan-
tum populum regno pacifico gubernavit; quia
non uſurpavit, ut Adam, boni & mali ſcire diſtan-
tiam: ſed intelligendæ ejus gratiam [b] oravit à b
Chriſto. Quod enim ſcire divinum eſt, hoc à do-
mino Deo tuo, ut poſſis cognoſcere, promeren-
dum eſt. Si petiſſet & Adam [c], ſicut petivit David, c
nequaquam illos inextricabiles erroris laqueos
incidiſſet, quibus omnis ejus hereditas ſtrangu-
latur. Ideoque mortuus eſt, & quod gravius eſt,

a. Cod. Navar unus, *refugit mandata Dei, ſed ſenſu* &c. Me-
lius alii, & edit. ut in textu; ubi poſt verbum, *refugit*, ſubin-
telligendum *tribulationem*.
b Rom. edit. *oravit à Domino.* Sed non inſolens eſt Ambroſio,
et quæ propriè Verbo conveniunt, ea Chriſto domino propter
unitatem perſonæ attribuat. Sic ſerm. 15. num. 30. de Chriſto
dicitur, *qui totius auctor eſt creaturæ.* Sic & alibi paſſim.
c. Omnes edit. *ſicut petivit Salomon.* Omnes mſſ. *ſicut petivit
David.* Non male, cùm ipſe David in hoc ipſo verſu à Domino
poſtulet intellectum.

morte peccati; quia ante uſurpavit ſcire, quam intellectum quo vivificaretur, acciperet.

48. Vivificat ergo intellectus, ut Spiritus; quia ipſe intellectus gratia ſpiritalis eſt: ideoque intellectum munere ſuo Spiritus ſanctus operatur. *Intellectus* autem *bonus eſt omnibus, qui eum faciunt*; quo docemur quia non ſolùm ſenſu complecti, ſed etiam factis, id quod intelligimus, exſequi debeamus. Pſal. 110. 10.

SERMO DECIMUS-NONUS.

ק Koph.

1. INcipit littera decima-nona *Koph*, cujus interpretatio eſt, *Concluſio*; & ſicut alibi invenimus, *Adſpice*. Diſtat littera, congruit ſenſus. Nam qui concluditur, circumſpicere ſe debet, & cauſam periculi non diſſimulare; maxime cùm lethale diſcrimen ſit. Concluditur unuſquiſque tumeſcentibus viſceribus, internisve faucibus, cùm intercluſo ſpiritus commeatu, ſpirandi ac reſpirandi commercia coartantur. Concluditur femina, cùm fit peridrome matricis, qua pectoris ipſius premitur principale; unde graves oriuntur anguſtiæ, & niſi in locum ſuum illa recipiendorum ſeminum aula revocetur, vitam conſuevit excludere. Ita etiam qui animo angitur, & quibuſdam adverſis imminentibus perurgetur, concludi dicitur non minoribus anguſtiis mentis, quàm corporis. MAJORES ENIM animæ æſtus, fervoreſque ſunt animorum, quam corporum.

2. Concluſus igitur viſcerum tumore, medicum quærit; ut poſſit propulſare periculum, & conſtricta laxare. Veniens medicus tentat omnia, explorat interna. Et tu ergo concluſus animi fervore, adſpice te ipſum interiori oculo. Morbi vis urget, fervet noxia conſcientia, moles peccatorum premit, intercipiunt ſenſum mentis anguſtiæ: cognoſce te ipſum, & orationis quære medicinam: poſce ut veniat medicus ille qui deſcendit de cælo, qui maxime ægrotos requirit, ſicut ipſe ait: *Non opus eſt ſanis medicus, ſed iis qui male habent.* Habes vulnera? Ne differas: non eſt apud eum ulla comperendinatio ſanitatis. Habes ulcera? Ne timeas: verbo, non ferro curare conſuevit. Adſpice igitur illis oculis, quibus David auxilium quæſivit & meruit. *Levavi*, inquit, *oculos meos ad montes: quæſivi unde mihi veniret auxilium.* Non inveni niſi à Domino; qui enim mundum condidit, tuetur accolas mundi. Adſpice ergo, & ſemper adſpice; quia juſti oculi ſemper ad Dominum. Matth. 9. 12. Pſal. 120. 1. & 2.

3. Hoc monet te etiam Hieremias in Threnis ſub hac ipſa littera, dicens ad Hieruſalem: [a] *Surge & expergiſcere in nocte, in principio vigiliæ tuæ effunde ſicut aquam cor tuum ante faciem Domini: extolle ad Dominum manus tuas pro animabus parvulorum tuorum, qui deficiunt fame in plateis omnium itinerum.* Nonne & aperte concluſionis oſtendit anguſtias, & monet ut intentione cordis, in quo eſt oculi melioris obtutus, remedium tibi ſalutare provideas? Denique etiam infra, iterum ſub hac littera ait: *Appropinquavit enim tempus noſtrum, repleti ſunt dies noſtri, advenit finis noſter. Leves facti ſunt qui perſecuti ſunt nos, ſuper aquilas cæli. In montibus accenſi ſunt: in deſerto inſidiati ſunt nobis.* Thren. 2. 19. Thren. 4. 18. & 19.

4. Demonſtravit ſummam concluſionem, nec ullum remedium niſi in adventu domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſolus deſperatis poſſit adferre medicinam. Et quaſi oſtendens eum, dicit: *Spiritus ante faciem noſtram, Chriſtus dominus comprehenſus eſt in interitu noſtro..... In umbra ejus vivemus inter gentes.* Et infra: *Bibes*, inquit, *& inebriaberis.* Adhuc: *Viſitabit iniquitates tuas, revelabit ſuper peccata.* Quàm breviter adventum & paſſionem ejus expreſſit, remiſſionemque omnium peccatorum: quàm aperte congregationem futuram gentium declaravit! Hinc illud apoſtolicum: *Quia cæcitas ex parte Iſrael contigit, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret.* Ibidem. 20. Ibidem. 21. Ibidem. 22. Rom. 11. 25. & 26.

5. Veni domine Jeſu: ſed jam non in umbra, ſed in ſole juſtitiæ. Si umbra profuit, ſi paſſionis tuæ umbra protexit, ſi corporis umbra ſalvavit; quantum conferre poterit claritas aperta virtutis? Per umbram lepra curata eſt: per umbram quoque illius feminæ quæ fimbriam veſtis Dominicæ adtigit, ſanguis ſtetit: per umbram te vidimus, quando non habebas ſpeciem neque decorem. Umbra tua caro fuit, quæ noſtrarum æſtus refrigeravit [b] cupiditatum, quæ reſtrinxit ignes libidinum, quæ avaritiæ, diverſarumque paſſionum incendia temperavit. Et quid dicam de umbra Domini, quando & apoſtolorum umbra ſanabat? Veniente etenim Petro unuſquiſque offerebat ægros ſuos, quos tranſeuntis apoſtoli umbra reddidit ſanitati. Matth. 8. 3. Luc. 8. 44. Act. 5. 15.

6. Audi quia caro Domini umbra erat: *Ecce Dominus ſedet ſuper nubem levem, & veniet in Ægyptum.* Et David dicit: *Sub umbra alarum tuarum protege me.* Factus eſt igitur exinanitus umbra nobis, quos ſol iniquitatis exuſſerat. Vidimus ergo in umbra eum, cùm adhuc fides prima procederet. Sed nunc jam totum illuminat mundum: & tamen adhuc eum per ſui corporis, quæ eſt Eccleſia, umbram videmus, nondum facie ad faciem; neque enim oculi corporis divinitatis poſſunt recipere fulgorem. Hæc quoque umbra totum quotidie protegit orbem terrarum. Profuit igitur concluſio; *Concluſit enim Deus omnia in incredulitate; ut omnium miſereatur.* Sed jam conſideremus quid in concluſione dicendum eſt, & unde incipiendum. Eſai 19. 1. Pſal. 16. 8. Rom. 11. 32.

7. *Exclamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine: juſtitias tuas exquiram.* Cùm impreſſiones patimur corporales, exclamare conſuevimus; ut alios ad præſidium nobis vocare poſſimus. Premebatur ſanctus Propheta, appropinquantibus ſibi perſecutoribus. Saul primò infeſtus armato eum inſequebatur exercitu: poſtea parricida filius imminebat: non contentus fugientis exſilio, vitam patris quærebat eripere. Sed ab illis minus pati poterat quos in præſenti videbat, quam ab illis quos non videbat; eſt enim colluctatio ſanctis non ſolum adverſus carnem & ſanguinem, ℣. 145.

a. Rom. edit. *Surge meditari in nocte*: forte ut magis locus accederet ad Vulg. ubi legitur, *Conſurge, lauda in nocte.* Omnes vero mſſ. & vet. edit. nobiſcum faciunt. Et certe noſtra lectio magis congruit cum LXX, apud quos legas, ἀνάστα, ἀγαλλίασαι ἐν νυκτὶ &c. *Surge, exſulta in nocte.*

b. Ita mſſ. magno conſenſu: cunctæ vero edit. poſt vocem, *cupiditatum*, illa ſubnectunt, *quæ compeſcuit inſolentiam vitiorum.*

ſed etiam adverſus principatus & poteſtates iſtius mundi, rectoreſque tenebrarum, qui latronum modo in iſtius ſæculi nocte humanis inſidiantur affectibus. Horum igitur ſanctus David cùm graves adversùm ſe videret fieri incurſus, exclamavit in toto corde ſuo. Etenim adverſus diabolum non vocis magnitudine, ſed magnanimitate cordis utendum eſt.

8. Eſt tamen & vox cordis; quia eſt & vox ſanguinis, quæ ad Deum pervenit. Denique Deus
Gen. 4. 10. dicit: *Vox ſanguinis fratris tui de terra clamat ad me.* Clamat ergo cor noſtrum non ſono corporis, ſed cogitationum ſublimitate, concentuque virtutum. Grandis fidei clamor. Denique in ſpiritu adoptionis clamamus, Abba pater, & ipſe Spiritus Dei clamat in nobis. Magna vox juſtitiæ, magna eſt caſtitatis, per quam & mortui loquuntur; nec ſolum loquuntur, ſed etiam ſicut Abel clamant. At vero injuſti anima nec viventis clamat; quia Deo mortua eſt. Nihil in illa ſublime, nihil magnificum eſt: quale eorum, quorum ſonus in omnem terram exivit, & verba
a in fines orbis terrarum. [a] Gracili voce Moyſes loquebatur, & plus omnibus audiebatur. Quotidie auditur in Eccleſia: ab illis ſolis, hoc eſt, Judæis non auditur, qui aure audiunt, ſed non
Eſai. 58. 1. exaudiunt. Prophetæ dicitur alteri: *Exalta viribus vocem tuam.*

1. Reg. 1. 15. 9. Anna tamen non clamabat in corde ſuo, ſicut Moyſes, ſed loquebatur: fortaſſe quia filios poſtulabat, hoc eſt, bona quidem, ſed privata non publica, non clamabat. Sed quia à Domino poſtulabat, quia Domino eum, ſi quem ſuſciperet, offerebat, loquebatur Deo: clamabat autem Moyſes; quia non pro ſe, ſed pro omni populo pre-
Exod. 14. 15. cabatur. Unde dictum eſt ei à Domino: *Quid clamas?* Clamabat affectu pio, & ſenſu profundo, & perſonabat in cælo, miraculis petens digna cæleſtibus; ut mundi elementa mutaret.

10. Denique ut ipſius loci ſeriem recenſeamus: inſtabat Pharao, & innumeris Ægyptiorum ſtipatus curribus, urgebat Hebræos: hinc circumfuſus hoſtis, inde interfuſum mare plebem Dei clauſerat. Nulla in armis fiducia, ſpes nulla in viribus. Strepebat tantummodo querela miſerabilis, quòd commodius ſibi foret dura in Ægypto ſervitutis onera ſubire, quàm acerba in deſerto morte conſumi: querela nihil præſidii offerens, plurimum offenſæ adferens. Stabat ergo Moyſes mœſtus, ſollicitus, anxius populi & periculis & querelis, exſpectans fidem cæleſtium promiſſorum: & tacitus ſecum ipſe volvebat qua tandem Dominus ope, injuriæ immemor, memor gratiæ, ſubveniret. Dicit ad eum Dominus: *Quid clamas ad me?* Sonum ejus non audio, vocem ejus agnoſco: ſilentium ejus lego, clamorem ejus in operibus deprehendo. Clamabat populus, & non audiebatur: tacebat Moyſes, & audiebatur. Non populo dictum eſt: *Quid clamas ad me?* Non enim ad Deum clamabat populus, qui injuſta, & viris indigna clamabat. Sed Moyſi dictum eſt: *Quid clamas ad me?* hoc eſt: Tu ſolus ad me clamas, qui de me ſperas: tu ſolus ad me clamas, qui virtutem meam excitas: tu ſolus ad me clamas, qui per univerſam terram annuntiari meum nomen exſpectas.

11. Clamabat ergo Moyſes in corde ſuo, & omnis ſapiens in corde ſuo clamat. Denique ſapientia cum altiſſima prædicatione convocat ad crateram, dicens: *Relinquite inſipientiam .... & quærite ſapientiam.* Prov. 9. 6. Magnæ ſublimitatis, magnæ vocis hæc prædicatio eſt, quæ ſtultis ſapientiam pollicetur. Et Jeſus dominus exclamabat: *Si quis ſitit, venias ad me, & bibat.* Iohan. 7. 37. [b] Et vere magna clamabat, b qui vocabat homines ad regnum cælorum, ad illum venerabilem potum quo vitæ æternæ fluctus infunditur. Et tu cùm oras, magna ora, id eſt, ora quæ æterna ſunt, non quæ caduca. Ora quæ divina ſunt atque cæleſtia; ut ſis ſicut Angeli in cælo. Noli orare pro pecunia, quia ærugo eſt: noli pro auro, quia metallum eſt: noli pro poſſeſſione, quia terra eſt: iſta oratio ad Dominum non pervenit. Non audit Deus, niſi quod dignum ſuis ducit eſſe beneficiis: ſed audit piam vocem, plenam devotionis & gratiæ.

12. Non ſolùm ergo clamandum in corde, ſed etiam in toto corde clamandum eſt. Sicut enim corporaliter tunc bene clamatur, cùm toto ore clamatur: ita ſpiritaliter toto eſt clamandum corde, ſi volumus magna referre, & à Domino quæ poſcimus, impetrare. Hanc Dominus vocem exigebat à populo, quam populus neſciebat. Ideoque dixit Dominus: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt à me.* Eſai. 29. 13. Qui ergo appropinquaverit corde, ipſe auditur à Domino. Cor ergo priùs clamet, ut ſermo poſſit audiri.

13. Sed non ſatis eſt clamare ad Dominum, ſed etiam juſtitias ejus exquirere. Exquirit autem juſtitias, qui id quod in omnibus creaturis, & maxime in animantibus rationalibus, vel etiam irrationabilibus [c] juſtum eſt, providentiæ adſcri- c bit divinæ. Unde turturi ſtudium pudicitiæ, quæ compare amiſſo, concubitui indulgere non novit: quod homines ſervare non poſſunt? Unde pleriſque animantibus, tam ſobria partus cura ſervandi; ut ubi conceptionis munus agnoverint, ibi coitum non putent eſſe repetendum; ne receptorum ſeminum fiat adulterina permixtio? Phœnix coitus corporeos ignorat, libidinis neſcit illecebras, ſed de ſuo reſurgit rogo: ſibi avis ſuperſtes, ipſa & ſui heres corporis, & cineris ſui fœtus. Aquila ne degeneres partus nutriat, diligenti librat examine: & adhuc teneros fœtus pio ungue ſuſpendit, ſoliſque offert radiis; ut ſi forte oculos ſuos vi fulgoris inflexerint, tamquam degeneres laxato in præceps ungue dimittat: ſin

a. Rom edit. ſola, *Gracili voce erat Moyſes, non loquebatur: plus omnibus tamen audiebatur.* Et paulo poſt, ubi eadem edit. *& corde non intelligunt.* Vet .... *non audiunt.* Mſſ. omittunt vocem, *corde*, ex quibus duo ſolum pro, *ſed non audiunt.*, exhibent, *ſed non exaudiunt.* Haud male, idem enim eſt, ac non conſentiont.

b Omnes edit. *Et voce vere magna clamabat.* Sed cùm, *voce*, in nullis reperiatur mſſ *magna*, hic videtur eſſe in eodem caſu, quo infra dicitur, *magna ora* &c. Ruſus edit. Rom. cum parte mſſ. *fructus infunditur.* Aliæ edit. cum reliquis mſſ *fluctus infunditur.* Melius, cùm videatur alludi ad illud Scripturæ, *Et torrente voluptatis tua potabis eos*

c. Sic omnes mſſ ac vet. edit. in corpore Fra. autem & Gill. in marg. *inſitum eſt*, quod in textum tranſtulit Rom edit. Sed recta eſt noſtra lectio; cùm hic uſque doceamus, quomodo Dei juſtitiæ in animantibus omnibus inveſtigandæ ſint: quod tum fieri declaratur, quando ad eum referimus, quidquid juſti in illis deprehendimus. Confer autem, ſi vacat, quæ continuò traduntur, cum lib. 5. Hexaem. cap. 18. 19. & 22.

vero naturæ vigorem conſtanti adverſum radios A ſolis obtutu potuerint vindicare, dignæ indolem ſobolis onere grato reportet.

14. Volatilia cæli omnia non ſerunt, neque metunt, & Deus paſcit illa: quia juſtitias Domini cuſtodiunt, nihil ſibi proprium vindicando: ſed ligno fructifero, quod Domini judicio communem ad eſcam datum eſt, famem relevare contenta. Ex his igitur nos cognoſcimus, quam divinæ ſubſidia providentiæ hominibus non deeſſent, ſi Dei juſtitiam ſervare vellemus. Qui alit aves, B non aleret homines, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſui fecit? Nonne pluris ſumus illis? Naturæ prærogativa pluris ſumus, ſed inferiores [a] devotionis gratia, & prævaricationis injuſtitia.

(ℽ. 146. — Deut. 30. 19.) 15. Sequitur verſus ſecundus: *Clamavi ad te, ſalva me: & cuſtodiam mandata tua.* Repetit quod ad Dominum clamaverit, & cuſtodem ſe promittit cæleſtium ſtatutorum, quæ cælo terraque teſtibus dominus Deus ſanxit; ut prævaricatores C elementorum teſtimoniis arguantur. Quomodo cælum adſpiciant prævaricationis ſuæ conſcium? Quomodo fructus de terra exſpectent, quæ novit ingratos? Vide igitur quam non parva promittat Propheta. In clamando fidelis & promtus affectus exprimitur: in cuſtodiendo teſtimonia, continentiæ virtus, obſequii ſedulitas declaratur.

(ℽ. 147.) 16. Sequitur verſus tertius: *Anticipavi in maturitate, & exclamavi: in verba tua ſperavi.* Græ- D cus ἐν ἀωρίᾳ dixit, quod eſt, ante horam, ante tempus. Qui ergo Dominum deprecatur, non velut præſcripta præcipua tempora præſtoletur, neſciens in obſecrationibus Domini tempus eſſe aliquod, ſed ſemper in ipſis ſit. Sive manducamus, ſive bibimus, Chriſtum annuntiemus, Chriſtum rogemus, Chriſtum cogitemus, Chriſtum loquamur: in corde noſtro ſemper, ſemper in ore ſit Chriſtus.

17. Sed forte dicas: Quomodo ſcriptum eſt: E (Eccl. 3. 1.) *Tempus omnibus, & tempus omni rei ſub cælo eſt?* Sed dominus Jeſus ſupra cælum eſt, nullo circumſcriptus eſt tempore. Claudat os ſuum arriana perfidia. *Tempus*, inquit, *omni rei ſub cælo*: quanto magis ſub Deo tempus, non ſupra Deum? Generatio ex Patre non habet tempus; neque enim opus ante auctorem, ſed auctor ſupra operis exordium. (Johan. 7. 6.) Fortaſſe objiciant quia dixit: *Tempus meum nondum advenit.* (Johan. 17. 1.) Et iterum dixit: *Pater, venit hora.* Sed hæc hora eſt paſſionis. Eſt etiam F (Eſai. 7. 14.) tempus virginalis conceptionis: *Ecce virgo in utero accipiet*: quia virgo ſub tempore, & ideo præſcripta ætate concepit.

18. Qui rogat itaque, ſemper roget: & ſi non ſemper precatur, paratum ſemper habeat pre(Luc. 6. 12.) cantis affectum. Pernoctabat in oratione dominus Jeſus, non indigens precationis auxilio, ſed ſtatuens tibi imitationis exemplum. Ille pro te rogans pernoctabat, ut tu diſceres, quomodo pro te rogares. Redde igitur ei quod pro te detulit. (Serm. 8. ℽ. 62.) Audi ſupra dicentem Prophetam: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* Et tu ſurge vel meA dia nocte, ſi non potes tota ſemper nocte vigilare; ut dum oras nocte, veri ſolis pectori tuo ſplendor irradiet; quia omnis anima quæ Chriſtum cogitat, in lumine [b] ſemper eſt: dies lucet, tibi ſemper Chriſtus adſpirat. Sed quia ſequens verſiculus de tempore precandi evidenter expreſſit, in iſto verſiculo actuum magis, operumque arbitror, quam orationis tempus intelligendum.

19. Præcurrit ætatis maturitatem quiſquis in adoleſcentia poſitus ſenilem gravitatem induit, B & juveniles annos veteranâ quadam continentiâ regit, fervoremque virentis corporis incanâ morum maturitate componit. Nam quid poteſt habere laudis, ſi effœtum corpus voluptatibus, & jam ſenectutis gelu frigidum, ad ſera devotionis officia, depoſito jam ſegnior vigore, convertat? Non eſt corona, niſi ubi fuerit difficilioris lucta certaminis: ad quam rari adtingere poſſunt, non omnes qui ingreſſi fuerint ſtadium, pervenire. Ille laudabilis, cui eſt in ſe ipſo ante certamen, C qui carnem ſuam reluctantem ſibi mentis coercet imperio, parca frugalitate caſtigat, & ſervituti redigit; ne effrenata libertate luxuriet, atque indomita fervens cupiditate, habenas animi regentis abrumpat. In hora eſt ergo ſenex, ſi munia ſobriæ maturitatis exerceat: ante horam præcurrens juvenis, ſi ſenili pondere incentiva comprimat voluptatum, ac ferventis illecebras cupiditatis extinguat: *Bonus eſt* enim *Dominus ſuſtinentibus*, Hieremias dicit. (Thren. 3. 25.) Et, *Bonum eſt viro, qui grave D portavit jugum à juventute: ſedebit ſingulariter, & ſilebit; quia tulit jugum verbi.* (Ibidem. 27.) Qui enim à juventute jugum portaverit, & habenis maturi moderaminis teneriora volens colla ſubdiderit, ſedebit ſingulariter, remotus à ſtrepitu interpellantium paſſionum, & quietus ſilebit: cui neceſſe jam non ſit jurgari cum corpore, decertare cum variis cupiditatibus; quia tulit jugum verbi anima quæ quærit Deum, quæ captivas ſibi fecit omnes delitias juventutis. Unde fortaſſe & illud DoE minicum: *Non clamabit, neque contendet, neque audiet quiſquam in plateis vocem ejus*, (Matth 12. 19. ex Eſai. 42. 2.) non ſolùm ad defenſionis ſilentium, abſolutioniſque contemtum, & tolerantiam paſſionis, ſed etiam ad compreſſiones omnium accipere poſſumus corporalium voluptatum. Unde & alibi ſcriptum eſt; *Quia peccatum non fecit.* (1. Petr. 2. 22.) Recte igitur tacebat in mortis periculo conſtitutus, qui mortis aculeum non timebat.

20. *In verba*, inquit, *tua ſperavi.* Græcus ἐπήλF πισα dixit, quod eſt ad ſperandum ſemper creſcere, & ſpem ſpei adjungere. Juſtus ſemper ſperat, & in adverſis poſitus, & frequentibus afflictus ærumnis deſperare non novit: ſed quo graviora toleraverit, magis ſperat, & ſperandi ſumit profectum, ſecundùm illud oraculum: *Conſolamini, conſolamini populum meum, dicit Dominus: Sacerdotes, loquimini juſtitiam in cor Hieruſalem, conſolamini eam; quia repleta eſt dejectio, & ſolutum eſt peccatum ejus; quia recepit de manu Domini duplicia peccata ſua.* (Eſai 40. 1. & 2.) Quam citò dixit plenitudinem dejectionis ſolutionem eſſe peccati, & repetivit cauſam conſolationis eo majus eſſe reconciliatio

a. Omnes edit. ac duo mſſ. *diminutione gratia.* Unus, *diminutionis gratia.* Reliqui, *devotionis gratia*; id eſt, obedientia, quæ ſane in brutis major eſt, quàm in homine.

b. Rom. edit. *ſemper eſt: Nam dies lucem tibi Chriſtus adſpirat.* Duo mſſ. *ſemper eſt dies. Lucem tibi* &c. Vet. edit. & reliqui mſſ. ut in textu.

nis inſigne, quo numeroſior fuerit pœna, quàm A
culpa.
Job. 18 5. 21. Joh tot gravatus incommodorum acerhita-
tibus, pio ſpem cumulahat affectu, diſcretam à
piis cauſam adſerens impiorum, quorum lumen
Prov 13. 9. extinguetur. *Lux* autem, ſecundùm Salomonem
ſemper eſt juſtis. Unde colligitur quia juſtus ſem-
per in verba Dei ſperat, & ſpem adjicit ſpei.
Eſai. 28. 10. Quod evidentius expreſſit Eſaias, dicens: *Tri-*
a *bulationem ſuper tribulationem* [a] *exſpecta, ſpem ſuper*
ſpem. Ad perlactatos & ahductos ab uberibus lo- B
quehatur, hoc eſt, ad eos qui prima infantiæ ali-
menta tranſiſſent, ciho jam hahiles fortiori.
Gen. 21. 10. Exemplo ſit, quod ablactatus Iſaac patriarcha
tantus evaſerit; ut adhuc inter rudimenta pri-
mævæ poſitus ætatis, nequaquam tamen gladium
Gen. 22. 8. feriturì parentis hortuerit. Plures filios habuit
Abraham, nullum ahlactavit alium, ſed in hoc
ſolo feciſſe legitur epulum magnum. Et hene
magnum epulum Scriptura dixit, quia typus erat
ejus, quem ſemper epulantur corda ſanctorum. C
℣. 148. 22. Sequitur verſus quartus: *Prævenerunt oculi*
Sup. ℣. 147. *mei mane meditari verba tua*. Supra ait: *Præveni*
ἐν ἀωρίᾳ, hoc eſt, ante horas, ante tempus; hîc
air, *mane*: alıud ſignificans tempus orandi, atque
pſallendi Domino; ut ſit illud prius, ſecundùm
Serm 8. ℣. 63. quod ait: *Media nocte ſurgebam*; hoc autem juxta
illud: *Præveni orientem ſolem*, grave eſt enim, ſi te
otioſum in ſtratis radius ſolis orientis inverecun-
do pudore conveniat, & lux clara feriat oculos
ſomnolento adhuc torpore depreſſus. Arguit nos D
tanti temporis ſpatium ſine ullius devotionis
munere, ac ſacrificii ſpiritalis ohlatione, feriata
nocte tranſmiſſum. An neſcis, ô homo, quod pri-
mitias tui cordis, ac vocis quotidie Deo debeas?
Quotidiana tibi meſſis, quotidianus eſt fructus.
Occurre ergo ad ſolis ortus, ut te oriens inveniat
jam paratum; ne lumina tua madido adhuc ſo-
pore mergentia primus diei fulgor exagitet.
Cant 3. 1. b 23. [b] *In cubili meo, in noctibus quæſivi quem dilexit*
anima mea, dicit Eccleſia. Ideo meruit eum in- E
venire, ideo ejus gratiam promereri; quia etiam
in cuhili quæſivit, quæſivit in noctihus. Propterea
copiam ejus adepta in poſterioribus loquitur ad
Cant. 7. 11. Sponſum: *Veni, frater meus, exeamus in agrum, re-*
quieſcamus in caſtellis, diluculo ſurgamus in vineas.
Advertis quemadmodum Sponſa Verhum invi-
tet Dei; ut veniat in terras, & tollat peccata
mundi? Ager hic erat ante deſertus, ſentibus
noſtrorum ſqualidus delictorum, horridus ſpinis.
Caſtellum erat, in quo relegatus Adam perpe- F
tuo ſuæ poſteritatis heredes ſtringebat exſilio.
Illo ergo ducit Eccleſia Chriſtum, ut Adam libe-
ret. Deinde exſulihus abſolutis, cœpit mundi
iſtius ager idoneos hahere cultores: & qui erat
ante jejunus, factus eſt vitis æternæ plantatione
fœcundus Nec tamen ſic ſpiritalibus læta pal-
mitihus evagatur: ſed ad has vineas vocat Chriſ-
tum, ubi pſallentes ſint, & orantes, ubi noctihus
ac diebus fructus innoxius perſeveret.

24. *Ibi*, inquit, *dabo ubera mea tibi: dederunt man-* Ibidem. 13.
dragoræ odorem. [*] Plerique diſcernunt quemdam *
inter mandragoras ſexum, ut & mares putent eſſe
& feminas, ſed feminas gravis odoris. Significat
ergo gentes quæ ante fœtebant, cùm eſſent in-
firmiores evirata quadam imhecillitate perfidiæ,
honi odoris fructum ferre cœpiſſe, poſtquam in
adventum Domini crediderunt. Legimus etiam Gen. 30.
quod mandragoras acceperit ſancta Rachel à ſo- 14. & ſeq.
rore ſua Lia; ut concederet ei illa nocte dormire
cum ſancto Jacob. Mandragoras Ruben primo-
genitus adtulerat matri ſuæ Liæ, quæ lippienti-
bus oculis, Synagogæ figuram [c] accepit; quia c
Chriſti gratiam videre non potuit, hebetato de-
hilis mentis ohtutu. Quo declaratur quod fructus
quos ante Synagoga à primogenito Dei filio ſuſ-
ceperat, Eccleſiæ conceſſit: ſed quia illius noctis
potita concuhitu genuit Lia ſuæ poſteritatis he-
redem, implevit myſterium; quoniam credenti-
hus apoſtolis, reliquiæ Judæorum per electionem
gratiæ, ſalvæ factæ ſunt.
25. Unde ait Eccleſia: *Nova & vetera, frater* Cant. 7.
meus, ſervavi tibi. Quis dabit te fratrem lactentem 13.
ubera matris meæ? Inveniens te foris, oſculabor te, & Cant. 8.
quidem non ſpernent me. Adſumam te, & inducam in 1. & 2.
domum matris meæ, & in ſecretum ejus quæ concepit
me: ibi docebis me. Hahens igitur informationem
novarum & veterum Scripturarum, nec deſpica-
hilem ſe eſſe ſentiens, non ſolùm orationibus in
ſecreto cordis Verhum tenet, verum etiam pſal-
lentibus chori vocihus velut quibuſdam eum oſ-
culis gratiæ oſculatur.
26. Itaque malorum granatorum, hoc eſt, di-
verſorum & innumerabilium fructuum, & præci-
pue [d] fidei odoribus, gratiæ, ſapientiæ, & gloriæ, d
vitæque æternæ ſuhnixa divitiis, quæ ſunt circa
ſiniſtram & dexteram Sponſi, per animas ſanctas
laudantium congregationum plauſibus excitat
Chriſtum, dicens: *Adjuravi vos, filiæ Hieruſalem,* Ibidem 4.
ne ſuſcitetis & reſuſcitetis dilectionem, uſquequo vo-
luerit.
27. Unde eam mirantur filiæ Hieruſalem, ſan-
ctæ animæ patriarcharum, & prophetarum, ve-
terumque juſtorum, vel cæleſtes potentiæ, dicen-
tes: *Quæ eſt hæc quæ adſcendit dealbata, innitens* Ibidem. 5.
ſuper fratrem ſuum? hoc eſt, talihus ſolemnitati-
bus fulget Eccleſia: & quæ ante per diem fuſca
erat, jam ſplendet in noctihus & relucet.
28. Ipſe quoque Dominus tanto munere pſal-
lentium delectatus ait: *Pone me ut ſignaculum in* Ibidem. 6.
cor tuum, ut ſigillum in brachium tuum, quia valida & 7.
eſt ut mors caritas, durus ſicut inferi zelus. Alæ ejus,
alæ ignis & flammæ: aqua multa excludere non pote-
rit caritatem, & flumina non inundabunt eam. Quia
vidit tantam devotionem Eccleſiæ, idoneos pu-
tat eſſe jam populos qui in corde noſtro & in
brachio ſignaculum ejus portare poſſimus. Ipſum
enim Pater ſignavit Deus: & qui teſtimonium
ejus accepit, ſignavit; quia Deus verax eſt: &
ideo operantes cibum permanentem in vitam

a. Nullæ edit. agnoſcunt vocem, *exſpecta*, quam tamen mſſ. omnes exhibent, exceptis paucis ubi legitur, *exſpectat*. Perperam; LXX. enim conſtanter legunt, θλῖψιν ἐπὶ θλῖψιν προσδέχου &c. Verum in textu hebræo, & aliis verſionibus non parva eſt hoc loco diverſitas, quam in Bibliis polygl. videre eſt.

b. Edit. omnes, *in cubiculo meo*. Mſſ. *in cubili meo*, quod melius reſpondet græco, ἐπὶ κοίτην μου, apud LXX.

*. Sequitur hoc loco Sanctus noſter impreſſis ſententiam Dioſcoridis lib. 4. cap. 7. ita tamen ut aliorum non rejiciat. Has videre licet apud Mathiolum in eumdem lib. & cap. Dioſc. Sed & Critici ſacri de mandragoris nonnihil etiam tradunt in cap. 30. Gen. ℣. 14. quos conſule.

c. Poſt verbum, *accepit*, irrepſerat in edit. quaſdam Pariſ. *quia Chriſti gratiam accepit*, quod nos ut adulterinum abdicavimus.

d. Ita edit. ac multi mſſ. Alii tamen nec ipſi pauci, *fidei odoribus grata, ſapientia* &c.

æternam,

æternam, ſignati ſunt ad imaginem & ſimilitudinem Chriſti, qui eſt imago inviſibilis Dei. Sicut ergo Deus verax eſt, & tu ſigna in tuo ſenſu & operè veritatem; ut os tuum non loquatur mendacium, manus tua non operetur opera hominum, quæ ſunt fallacis iſtius mundi, ſed illa quæ Dei ſunt; ut pauperibus largiatur, debiles ſublevet, mortuos honoret tumuli ſepulturâ. His operibus caritas quæritur, ut nemo poſſit à Chriſ-
Rom. 8. 35. to vel periculo mortis avelli. Unde ille ait: *Quis*
Ibidem. 38. *nos ſeparabit à Chriſto? Tribulatio, an anguſtia.... an perſecutio?* Et infra: *Confido enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli.*

29. Ea ſpecie etiam zelus durus eſt caritatis, & alæ ejus, alæ ignis. Habet alas ſicut columba; ſunt enim pennæ columbæ deargentatæ, quibus
Pſal. 54. 8. evolat qui diligit, dicens: *Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine:* ſed alæ caritatis, alæ ignis, quibus dilectionis inflammat ardorem. Hoc vapore ferventes fecit Dominus Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem, ſed non exu-
Matth. 4. 5. reotem. Legimus & alam templi, ſupra quam diabolus tentans fecit adſcendere Salvatorem, quæ erat in templi culmine. Sunt ergo [a] faſtigia pinnæ, ſunt culmina caritatis, quæ vaporem gratiæ pectoribus humanis adolere conſueveruot; ut multa aqua extinguere atque excludere non queat caritatem, & flumina eam ſæcularium tempeſtatum nulla conclndant.

30. Cùm ergo tanta Eccleſiæ gratia, tanta nos præmia devotionis invitent, præveoiamus orientem ſolem, occurramns ad ejus ortus, antequam
Eſai. 58. 9. dicat: *Ecce adſum.* Vult ſe præveniri Sol juſtitiæ, & ut præveniatur, exſpectat. Audi quemadmo-
Apoc. 2. 12. & 16. dnm exſpectet, & cupiat præveniri: *Dicit Angelo Pergami Eccleſia.... Age pænitentiam: ceterum ve-*
Apoc. 3. 14. 19 & 20. *niam tibi citò. Dicit Angelo Laodiceæ .... Æmulare ergo, & pænitentiam age: Ecce ſto ad jannam, & pulſo; & ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit*
Johan. 20. 19. *jannam, intrabo ad eum.* Poterat intrare: denique nec reſurgentem eum cum corpore ulla clauſarum valvarum repagula retinere potuerunt, ſubito ſe apoſtolicis penetralibus improviſus infudit; ſed ſtudia devotionis tuæ deſiderat experiri; apoſtolos jam probatos habebat. Aut fortè, in perſecutione prævenit: ubi tranquillitas eſt, præveniri cupit. Præveni certe hunc quem
Epheſ. 5. 14. vides ſolem. *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis; ut illuceſcat tibi Chriſtus.* Si hunc ſolem præveneris antequam iſte ſurgat, adſpicies Chriſtum illuminantem. Ipſe prius in tui cordis illuceſcit
Eſai. 26. 9. arcano; ipſe tibi dicenti: *De nocte vigilat ad te ſpiritus meus*, matutinum lumen temporibus faciet ſplendere nocturnis, ſi mediteris verba Dei. Dum enim meditaris, lux eſt: & videns lucem non tem-
Ibidem. poris ſed gratiæ, dices quia *Lux præcepta tua.* Cum autem te meditantem verba divina dies invenerit, & tam gratum opus orandi, atque pſallendi delectaverit tuam mentem, iterum dices
ad dominum Jeſum: *Exitus matutinos, & veſpere* *Pſal. 64. 9.*
delectabis.

31. An vero Moyſe magiſtro [b] uſus populus Ju- *Exod. 18. 14 & ſeq.*
dæorum, quotidie in ſenioribus ſuis, qui ad hoc munus electi ſunt, noctibus ac diebus ſine ulla ceſſatione recenſet ſcripturas divinas: & ſi quid aliud ſeniorem interrogaveris, neſcit niſi ſcripturæ divinæ ſeriem reſultare. Vacat illic ſermo de ſæculo, ſola illic Scriptura contexitur, ſingulorum ſibi per vices ora ſuccedunt, ne quando ſacer ille ſonus mandatorum cæleſtium ferietur: & tu Chriſtiane, dormis, cui magiſter eſt Chriſtus, & non vereris ne de te dicatur: Populus iſte nec labiis me honorat? Judæus vel labiis, tu vero nec labiis. Si illius qui vel labiis honorat, cor longe eſt à Deo: quomodo poteſt cor tuum prope eſſe, qui etiam labiis non honoras? Quamdiu te ſomnus, quamdiu te ſæcularia tenent, quamdiu ſollicitudines iſtius vitæ, quamdiu terrena?

32. Divide ſaltem Deo & ſæculo tempora tua: vel quando non potes agere in publico quæ ſunt iſtius mundi, & tenebræ prohibent noctis, Deo vacato, indulge orationibus; & ne obdormiſcas, pſallito: ſomnum tuum bona fraude fraudato. Mane feſtina, & ad Eccleſiam defer primitias pii voti: & poſtea ſi vocat ſæcularis neceſſitas, non excluderis dicere: *Prævenerunt oculi mei mane, meditari verba tua:* ſecurus procedes ad tuos actus. Quam jucundum inchoare ab hymnis & canticis, à [c] beatitudinibus quas in Evangelio legis?
Quam proſperum ut te ſermo Chriſti benedicat, *c Matth. 5.*
& dum recantas Domini benedictiones, ſtudium alicujus virtutis adſumas; ut etiam in te benedictionis divinæ meritum recognoſcas.

33. Sequitur verſus quintus: *Vocem meam exau-* *℣. 149.*
di ſecundum miſericordiam tuam, Domine: & ſecundùm judicium tuum vivifica me. Semper homo, etiamſi ſanctus, & juſtus ſit, debet orare; ut exaudiat eum Dominus ſecundum miſericordiam ſuam, non ſecundum merita virtutis alicujus; quia rara virtus, multa peccata: & ſecundùm judicium ſuum, ut infirmis opem ferat. Et maxime hoc debemus orare cùm aliquibus urgemur adverſis. Unde non otioſe à ſancto David præmiſſa eſt divinæ miſericordiæ poſtulatio.

34. Sequitur enim: *Appropinquaverunt perſequen-* *℣. 150.*
tes me inique: à lege autem tua elongaverunt. Græcus ſic poſuit: *Appropinquaverunt perſequentes me iniquitate,* hoc eſt, qui cum iniquitate me perſequebantur. Quanto magis mihi appropinquaverunt, tanto amplius ſe à lege tua ſeparaverunt; quoniam qui fratrem ſuum perſequitur, à lege ſe-
cernitur. Lex enim dicit: *Diliges dominum Deum* *Deut. 6. 5.*
tuum.... diliges proximum tuum. Non ergo oderim fratrem, ne dicatur mihi: *Si fratrem tuum* *1. Johan. 4. 20.*

a. Omnes edit. & pauci mſſ. *faſtigia pietatis.* Alii non multo plures, *faſtigia pia.* Reliqui demque, *faſtigia pinna.* Optima lectio, cum referatur ad illud ſupra poſitum, *legimus & alam templi* quam partem pinnaculum vocat Vulgata verſio.

b. Sic omnes mſſ. Edit. autem, *uſus eſt populus Judæorum quotidie in ſermonibus ſuis, à mane uſque ad veſperam judicium Dei offerendo. Quod videns cognatus ejus eſſe intolerabile, conſilium dedit negotii conſummandi, partito cum aliis onere, qui ad hoc munus electi ſunt.* Merum gloſſema.

c. *Beatitudines*, ſeu *benedictiones* vocat Ambroſius priorem imprimis partem ſermonis illius quem Chriſtus ad diſcipulos ſuos in monte habuit, immo & aliquando totam illam diviniſſimam concionem, ut ex ejus in Lucam præfat. obſervare eſt. Illas autem beatitudines iis etiam diebus quibus Chriſtiani ſæcularibus vacabant negotiis, in prima Eccleſiæ ſynaxi recantari conſueviſſe, ut inde ſtimularentur ad exercenda miſericordiæ opera, ex hoc loco non male conjicere nobis videmur. Et forte peculiaris ea fuerit Eccleſiæ Mediol. conſuetudo; in aliis ſiquidem bene multis hanc matutinam Chriſtianorum congregationem legimus: ſed an ibi Evangelicæ beatitudines tam ſæpe recitarentur, nullum uſquam deprehendimus veſtigium. Ceterum quod addit Ambroſius, *ut te ſermo Chriſti benedicat*, eo ſenſu dicitur, quo in Luc. 6. de Chriſto eum ſermonem incipiente: *Et benedictionem de theſauro divinitatis prompturus* &c.

non diligis, quem vides: quomodo potes Deum diligere, quem non vides? Neſcis fratrem tuum mercem eſſe ſanguinis Chriſti? Mercem ergo non diligis Chriſti, ſi fratrem non diligis.

35. Ergo perſecutor mihi appropinquat, ut noceat: ſed is ſe à lege diſterminat; quæ enim portio juſtitiæ cum iniquitate? Qui autem à lege Dei ſe ſeparat, ſeparat ſe ab æterna vita; lex enim
Levit. 18. 5. vita eſt. Denique oſtendens Propheta legem Dei, ait: Ecce iſta eſt vita, quoniam qui facit quæ legis ſunt, vivet in eis: quod legi convenit utique ſpiritali. Et fortaſſe qui mihi appropinquat; ut noceat mihi, dum ſeparatur à lege, ſeparatur à Chriſto; quia Chriſtus eſt vita. Ego autem ſi adhæream Chriſto, nec mihi appropinquat; quia etiamſi corporis mei habeat poteſtatem, animæ tamen meæ nocere non poterit. Denique perſecutores martyrum, quam longe ab eorum meritis ſeparati ſunt!

36. Sed forte dicas: Quomodo ſancti adhærent
℣. 151. Deo? Et ideo ſequitur: *Prope es tu, Domine, & omnia præcepta tua veritas.* Prope eſt Dominus omnibus, qui ubique adeſt: nec fugere eum poſſumus, ſi offendimus: nec fallere, ſi delinquimus: nec amittimus, ſi colamus. Spectat omnia Deus,
Hier. 23. 23. omnia videt, adſiſtit ſingulis, dicens: *Deus appropinquans ego ſum.* Et quomodo poteſt deeſſe alicubi
Sap. 1. 7. Deus, cùm de Spiritu Dei legeris: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum?* Quia ubi Domini Spi-
Hier. 23. 24. ritus, ibi Dominus Deus. *Cælum & terram ego compleo, dicit Dominus.* Ubi igitur deficit qui implet omnia? Aut quomodo de plenitudine ejus nos omnes accepimus, niſi omnibus appropinquet?

37. Denique David ſciens illum ubique eſſe, &
Pſal. 138. 7. 8. 9. & 10. implere cælum, & terram, & maria, ait: *Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si adſcendero in cælum, tu ibi es: ſi deſcendero in infernum, ades: ſi ſumſero pennas meas ante lucem, & habitem in noviſſimo maris; etenim ibi manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Quam citò ſignificavit ubique Deum eſſe, [a] & ubi eſt Deus, ibi ſpiritum ejus eſſe præſentem, & ubicumque eſt Dei ſpiritus, ibi Deum eſſe. Quo loco individuæ copula Trinitatis expreſſa eſt. Siquidem hæc per os Prophetæ locutus eſt Dei Filius, in perſona hominis locutus, qui per incarnationem deſcendit in terras, per reſurrectionem adſcendit in cælum, per corporis mortem penetravit infernum, ut ſolveret alligatos. Aut ſi ad Prophetam referas, advertis expreſſum quod ubique manus & dextera Dei Chriſtus adſiſtat, ubi Pater Deus, & ſanctus Dei Spiritus.

38. An cùm de ſole dubitare nequeamus, quod procedente die toto orbe radios diffundat ſuos, & omnibus lumen infundat, quem etiam illi qui videre non poſſunt, ſentiunt tamen aeris ipſius fotu eſſe præſentem? Ubi enim deeſt calor illius? Quo radii ejus non perveniunt, cùm diſcuſſis noctis, aut nubium tenebris, illuminat terras? In cælo fulget, in mari rutilat, fervet in terris. De ſole ergo non dubitas, quod ubique reſplendeat: de Deo dubitas, quod ubique fulgeat ſplendor gloriæ ejus, & imago ſubſtantiæ? Quid non penetret Verbum Dei, ſplendor æternus, qui etiam occulta mentis illuminat, quæ non poteſt iſte ſol penetrare; Verbum enim Dei gladius ſpiritalis eſt, uſque ad diviſiones animæ, atque artuum, medullarumque perveniens. De quo dicit Simeon juſtus ad Mariam: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius; ut revelentur multorum cordium cogitationes.* Luc. 2. 35.

39. Penetrat ergo animam, & quaſi candor æternæ lucis illuſtrat. Sed quamvis diffuſe per omnes, & in omnes, & ſupra omnes poteſtates ſit; quia omnibus ortus ex Virgine eſt, & bonis & malis (ſicut & ſolem ſuum oriri jubet ſuper bonos & malos) illum tamen fovet qui appropinquat ſibi. Sicut enim à ſe fulgorem ſolis excludit, qui feneſtras domus ſuæ clauſerit, locumque tenebroſum in quo diverſetur, elegerit: ita qui ſe averterit à ſole juſtitiæ, non poteſt ſplendorem ejus adſpicere: in tenebris ambulat, & in omnium luce ipſe ſibi cauſa eſt cæcitatis. Tuas igitur illi aperi feneſtras; ut tota domus tua veri fulgore ſolis illuceat: aperi oculos tuos, ut videas orientem tibi ſolem juſtitiæ. Sed cave ne eos ulla ſtipulæ feſtuca perturbet. Si quid ſordis in oculo fuerit mentis tuæ, non poteris intueri: ſi quid ægritudinis, plus gravabit; confuſam oculorum aciem lux ferit, majoremque dolorem excitat. Sit ergo ſimplex oculus tuus; ne incipiat totum corpus tuum eſſe tenebroſum, & vacillet in lumine, ſicut ſunt cæcorum veſtigia.

40. Numquid ſi quis oſtia domus ſuæ claudat, ſolis eſt culpa quòd non illuminet domum ejus? Ergo ſi quis peccatorum ſuorum repagulis obſerandam mentem propriam judicaverit, & Verbi à ſe ſplendorem ſtultus avertat, ac ſibi inferat inſipientiæ cæcitatem; cauſari poterit quod ſol juſtitiæ noluerit intrare, aut infirmitatem luminis cæleſtis arguere? Pulſat januam tuam Dei Verbum. *Si quis.... mihi aperuerit,* inquit, *intrabo.* Si Apoc. 3. 20.
quis ergo non aperuerit, numquid non ingredientis, & non magis non aperientis eſt culpa? Nihil quidem Deo eſt obſeratum, nihil clauſum æterno lumini: ſed portas malitiæ dedignatur aperire, conclavia non vult penetrare nequitiæ.

41. An vero cùm animæ noſtræ vigor putrem corporis refugiat portionem, quod ejus gratiam corrupti artus ſentire non poſſint; Deus corruptæ animæ membra quædam dignatur habitare? Animæ tamen vigor per corpus omne diffunditur, ſive manus, ſive pes, ſive digitus particeps ſenſus eſt: Dei poteſt alicubi deeſſe ſapientia, alicubi ejus deeſſe majeſtas? Sane fugientes non retinet, non cogit invitos: ſed neque faſtidit appropinquantes: & illius quidem virtus, illius Verbum
Deus omnibus prope eſt: *In ipſo* enim *conſtant* Coloſſ. 1.
omnia, & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, in quo omnis 17. & 18.
inhabitat [b] *plenitudo.* Sed pleroſque ab eo peccata Coloſſ. 2. 9.
ſecernunt, de quibus dictum eſt: *Ecce qui elongant* Pſal. 72.
ſe à te, peribunt. Unde ſanctus Propheta ait: *Mihi* 27.
autem adhærere Deo bonum eſt. Et Apoſtolus oſten- Ibidem. 28.
dens non eſſe longe Deum ab unoquoque noſ-
trum: *In ipſo,* inquit, *vivimus, & movemur, & ſu-* Act. 17.
mus. Vitalem etenim omnibus gratiam ſubminiſ- 27. & 28.

a. Omnes edit. *& ubi eſt Dei ſpiritus, ibi Deum eſſe, & ubi eſt Deus, ibi ſpiritum Dei eſſe præſentem.* MSS. aliquot non nimis præpoſtere: ſed alii plures ac potiores, ut in textu.

b. Omnes edit. *plenitudo divinitatis.* Sed vox, *divinitatis*, ab omnibus mſſ. abeſt, nec magnopere videtur ambroſiano ſenſui neceſſaria.

trans, omnibus præſto eſt munere bonitatis ſuæ: A ſed propior eſt illis qui contrito ſunt corde.

42. Quod vetus quoque per ænigmata hiſtoria Exod. 19. 20. & ſeq. docet. Moyſes in montis Sinai ſupercilio erat, & ſolus erat: populus in valle, in imo monris: presbyteri in parte montis ſupra merita plebis, ſed plurimo intervallo à Moyſi meritis ſeparati. Non omnes in vertice, neque in imo omnes, ſed populus: Moyſes ſolus in vertice Sina montis, qui latina interpretatione dicitur, *tentatio*. Et tu ſi ſupra tentationes adſcenderis, & contrito corde B detuleris precem, Deo proximus eris: ſi mundo Matth. 5. 8. corde fueris, & tu Deum videbis; *Beati* enim *mundo corde; quia ipſi Deum videbunt.*

43. Qui ergo Deo proximus eſt, dicit: *Prope es, Domine, & omnia præcepta tua veritas.* Judæus hoc non poteſt dicere, qui non recipit dominum Jeſum; ſeparavit enim ſe, nec in veritatem, ſed in umbram credit. Quomodo dicit: *Præcepta tua veritas*; cùm gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta ſit; cùm eum non agnoſcat, qui veritate C & plenitudine circumciſionis ſuæ totum mundum redemit?

℣. 152. 44. Octavus verſus eſt: *Initio cognovi de teſtimoniis tuis; quia in æternum fundaſti ea.* De teſtimoniis, inquit, tuis ab initio cognitionem & fidem adſumſi, quod in æternum fundata ſunt; teſtimonium enim fidele eſt, & præſtat parvulis ſapientiam. Si cognoviſſent Adam & Eva quod quaſi parvulis data eſſent cautiora præcepta; ne uſurparent ſibi ſcientiam boni & mali, quam D recto diſcrimine definire non poſſent, paradiſi incolatum in perpetuum vindicare potuiſſent. Si conſiderent homines quia ſanguis hominis ad Deum clamat, manus proprias à nece hominis abſtinebunt. Si cuſtodiant præcepta quæ dedit a Dominus coram cælo & terra [a] teſtibus, dicens: Eſai 1. 2. *Audi cælum, & auribus percipe terra*: ſcientes quia quidquid flagitii commiſerint, adverſus legem Domini feciſſe, Angelorum, & Poteſtatum, ſanctorum quoque hominum teſtimoniis arguan- E tur; ſupra hæc teſtimonia fundamentum ſibi conſtituent, quia æterna ſunt atque perpetua. Et nos ergo opus noſtrum ædificemus ſupra fundamentum teſtimoniorum cæleſtium; ut non ardeat ſicut lignum aut ſtipula: ſed ſicut aurum probetur; ut æterno maneat nixum fundamine.

SERMO VIGESIMUS.

ר Res.

1. INcipit littera vigeſima *Res*, quæ latina interpretatione *caput* dicitur, vel *primatus*. Caput eſt, ut formam generis humani conſideremus, quod fovet membra omnia, & dirigit atque Eccl. 2. 14. implet ſenſibus. *Senſus* enim *ſapientis in capite ejus*. Inde ductus venarum, meatuſque ſpiritus, ſanguinis vires in totius partes corporis derivantur. Luſtrat omnia, ornat omnia. Sublato capite, corpus ſine nomine eſt, non agnoſcitur, nec ulla ſupereſt uſura vivendi. Propterea qui in aliquo damnantur crimine, eo quod ornamentum eſt totius corporis, [*] capite abdicantur: & quia turpi vel ſceleſto reatu belluinæ fœditatis illuviem, vel beſtialis immanitatis horrorem commiſiſſe detecti ſunt, tamquam ii qui propoſito humanæ moderationis exciderint, formam quoque humanæ conditionis jubentur exuere. Reciſo enim capite, reliqui corporis truncus beſtiarum corpori comparatur, & ſapientiæ arce fraudatur; quia ſapientiæ non potuit tenere rationem. Sepelitur igitur ſine decore ſuo corpus; in capite etenim vigor vitæ, in capite eſt gratia venuſtatis.

2. Fertur coluber, cùm urgetur periculo, caput ſemper abſcondere, & in orbem ſe colligens, objecta reliqui parte corporis, hoc ſolum tueri; [b] quod illiſa feratur membra cetera, ſalvo capitis b vigore, reparare. Hoc & tu moraliter caput ſerva, hoc ſervato & myſtice. Myſticum caput Chriſtus eſt; quia *Omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt* Coloſſ. 1. 17. & 18. *caput corporis Eccleſiæ.* Hoc caput qui amiſerit, vivendi uſum habere non poterit. Hoc ſolo diſtamus à beſtiis, ad imaginem Dei & ſimilitudinem virtutum vigore formari. Fides nos ab irrationabilium pecudum comparatione ſecernit. Hoc caput humani ſervate ſerpentes; etiamſi omnia membra cædantur, totum uratur corpus incendiis, mergatur profundo, eviſceretur à beſtiis, hoc tamen capite cuſtodito, vita integra, ſalus tuta eſt; nemo enim poteſt perire, cui non ſublatus eſt Chriſtus.

3. Eſt & caput ſumma ſtudii atque operis noſtri, ſumma negotii, ſumma ſpei, ſumma virtutum. Omnis autem ſumma eſt ſtudii noſtri; ut ſimus humiles, veritatem ſequamur, *quam non videt ex-* Coloſſ. 2. 18. & 19. *tollens ſe, fruſtra inflatus mente carnis ſuæ, & non tenens caput.* Quod ſit hoc caput evidenter expreſſit dicens: *Ex quo omne corpus per compaginationes* Ibidem. 19. *& colligationes ſubminiſtratum & copulatum creſcit in incrementum Dei.* Et in Eſaiæ libro dicit Dominus per Prophetam: *Auferam à Iudæa caput & cau-* Eſai 9. 14. *dam, initium & finem.* Hoc caput Judæa quod tenebat amiſit, quæ Jeſum dominum non recepit. Ubi fides eſt, & initium, & finem habemus. Ubi perfidia, nec initium nec finis eſt. Eccleſia principium habet, quæ Chriſtum habet; Chriſtus enim Eccleſiæ principium eſt, primogenitus ex mortuis. Habet & finem; quia ipſe eſt primus & noviſſimus. Ipſe eſt finis Legis ad juſtitiam omni credenti. Synagoga nec initium nec finem habet; quia nec in principio invenit quod ſequatur, nec F in fine quod ſperet. Inflatus ergo caput non tenet, hoc eſt, illam Chriſti humilitatem qua deſcendit uſque ad crucem, deſcendit uſque ad inferos. Ideo Judæus non credidit; quia contemſit dicentem: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis* Matth. 11. 29. *corde.* Hæc humilitas virtutum omnium caput eſt, quæ totum velut quoddam noſtrorum actuum fovet corpus.

4. Quamvis infirmus aliquis ſit, pauper, ignobilis; tamen ſi non ſe extollat & præferat, ipſa ſe humilitate commendat. Sit aliquis prædives &

a. Rom. edit. ſola, *teſtibus* (*unde dixit Propheta: Audi cælum . . . terra.*) Verum non ſatis apparet cui bono ea mutatio inducta ſit; cùm Deum in Propheta locutum quivis intelligat.

*. Alia quidem erant præter capitis pœnam extrema ſupplicia, ut venarum ſectio, venenum, beſtiæ, laqueus: verum omiſſis reliquis hic illam tantum Vir ſanctus commemorat, vel quia in rem ſuam magis faciebat, vel forte quia id temporis aliis erat frequentior, vel tandem quia non ſolum mortis, ſed & exſilii ac ſervitutis pœna, capitalis nomine cenſebatur. Vide Briſſon de Verb. ſignif. lib. 3. ad vocem, *Capitalia crimina.*

b. Mſſ. aliquot, ac vet. edit. *quod illæſa feratur . . . reparare.* Rom. ſola, *quod læſa feratur . . . reparari.* Alii mſſ. majori numero, & melioris notæ, ut in textu. Confer autem hunc locum cum Enar. in Pſal. 37. num. 19.

nobilis, idem ſi nobilitatem generis & divirias A
ſuas jactet, inſolentiâ ſui vilis eſt. Sit aliquis facundus & fortis, qui tumore facundiæ ac virtutis elatus plurimum ſibi arroget: nonne ei propter verecundiam, & inſipiens plerumque & invali-
Luc. 18. dus antefertur? Denique Phariſæus in Evangelio
10 & ſeq. a cùm abſtemius & parcus eſſet alieni, liberalis
a ſui, non refugus jejunii, ut ipſe dicebat; tamen propter jactaotiam, etiam illa quæ habere poterat, amiſit. Nihil ei tot genera virtutum uno vitio decolorata prodeſſe potuerunt. Publicanus B
qui nihil enumerare poterat quod poſſet probari; propter humilitatem tamen juſtificatus magis, quam ille Phariſæus deſcendit è templo, ſe-
Pſal 33. 19. cundùm quod ſcriptum eſt in Propheta: *Quia humiles ſpiritu ſalvabit.*

5. Hoc autem eſſe caput quod hæc littera exprimat, evidenter etiam in Hieremiæ Threnis docemur. Nam prælata hac littera ait Propheta:
Thren. 4. 20. *Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus..... ſub umbra ejus in gentibus vivemus.* Hoc ergo ca- C
put vere eſt, quod omnium caput eſt.

6. Diximus de capite, dicamus & de primatu, quod licet ſermone diſtet ac littera, ſenſu tamen
Gen. 25. 33. in eamdem concurrit intelligentiam. Primatus enim legimus in veteri Teſtamento, quos in primogenitis Eſau fratri ſuo ceſſit; & ideo vocatum eſt nomen ejus Edom, hoc eſt, terreous & callidus. Iſti ſunt autem fratres, de quibus rogatus eſt Dominus ab Iſaac patre eorum, ut daret ei ſuæ poſteritatis hæredes de Rebecca uxore ſua, quæ D
per viginti annos nullum dederat generationis inſigne. Exaudivit eum, & concepit Rebecca, &
b rogavit Dominum, b cùm jactare ſe parvuli viderentur in utero ejus, & reſponſum accepit:
Ibidem. 23. *Duæ gentes in utero tuo ſunt, & duo populi ab utero tuo ſeparabuntur, & populus populum ſuperabit, & major ſerviet minori.* Nonne apertum eſt myſterium, duos ſignificari populos, hoc eſt, populum Judæorum ſeniorem, & Chriſtianum populum juniorem, qui propter cocturam lentis primatus E
fratris accepit ſenioris? Quo indicio evidenter exprimitur quod populus ſenior ille terrenus propter intemperantiam gulæ, primatus quos habuit, amiſit: populus autem Eccleſiæ per ſobrietatem & continentiam, primatus quos ordine non habebat ætatis, & conceſſione fraterna, & pio furto paternæ benedictionis eripuit. Quid eſt igitur quod populus rapuit Chriſtianus, niſi Dominum Jeſum? A diebus enim Johannis Baptiſtæ regnum cælorum cogitur, & cogentes diri- F
Matth. 11. 12. piunt illud, ſicut ipſe Dominus declaravit. Bona fraus, quæ vitam furatur æternam. Sed quoniam ſatis dictum de litteræ hujus interpretationibus arbitramur, conſideremus ea quæ huic litteræ Propheta ſubjecit.

℣. 153. 7. Primus itaque verſus eſt: *Vide humilitatem meam, & erue me; quoniam legem tuam non ſum oblitus.* Fortaſſe dicat aliquis: Gloriatur de ſe Propheta. Et ſi gloriatur, gloriatur in infirmitatibus ſuis, in quibus & Apoſtolus gloriatur, di-
2. Cor. 12. 5. cens: *Gloriabor in infirmitatibus meis.* Alius in vitiis, alius in titulis nobilitatis ac proſapiæ ſuæ, alius in adminiſtrationibus & honoribus gloriatur: juſtus in humilitate gloriatur; bona enim gloria, Chriſto eſſe ſubjectum. Ut ſcias autem quia jactare non ſe cupiat, ſed Domini in ſe gratiam provocare, alibi idem Propheta ait: *Vide humilitatem meam, & laborem meum.* Ergo quaſi is qui humiliaverit cor ſuum, quaſi is qui plurimum laboraverit, ibi ſibi dimitti peccata deſiderat, hîc erui ſe precatur.

8. Conſtitue aliquem ſacerdotem pro miniſtri ſalute ſollicitum, quem probatum advertat Deo: aliquem patrem pro filio in ægritudine conſtituto gravi: aliquam feminam vel pro filio, vel pro viro mœſtam, orationibus incubantem, fundentem uberes lacrymas noctibus ac diebus, humiliantem ſe ac ſternentem ſolo, multiplicantem jejunia, & quod bis gravius eſt, mentis atque animi dolore confectam, morbi ac periculi dilatione torpentem dicere ad Dominum: *Vide humilitatem meam, & erue me.*

9. Conſidera etiam quia ſpiritali quodam oleo cæleſtium præceptorum ungit nos atque exercet quotidie ſcriptura divina, & Dominus noſter plurimos ad ſubeunda certamina geſtiens provocare, diverſa poſuit præmia coronarum. Conſidera, inquam, Chriſti athletam innumeris contentionibus fatigatum, ac prope jam laſſatis viribus reſiſtentem, periculi mole turbatum; cùm videat ſibi non ſolum adverſus carnem & ſanguinem, ſed etiam adverſus ſpiritales nequitias, quæ ſunt in cæleſtibus, eſſe luctamen, dicere: *Vide humilitatem meam, & erue me; quoniam legem tuam non ſum oblitus;* non enim potuit oblivisci, qui ſecundum ejus præcepta certavit.

10. Contuere etiam aliquem in martyrio conſtitutum, frequentibus afflictum ſuppliciis, retruſum in tenebras, gravi fractum pondere catenarum, nervis crura diſtentum, eviſceratum equuleo, exaratum ungulis, aduſtum candentibus laminis, perſeverantis fidei virum, ſed jam tædiantis animi quod diutius differatur ſacræ mortis corona, dicentem: *Vide humilitatem meam, & erue me; quoniam legem tuam non ſum oblitus.* Non ſolum enim in ſtudiis atque propoſitis, ſed etiam in tentationibus humilitatem dici poſſe, teſtimoniis Scripturarum docemur. Siquidem lectum eſt: *Homines acceptabiles in fornace humilitatis;* ταπει- Eccli. 2. 5.
νώσεως enim græcus dixit, quod eſt, *humilitatis.* Hoc ideo poſui quia plurimi habent latini, *in fornace afflictionis.* Latinus diſcernit, græcus non ſeparat: ταπείνωσις & humilitas virtutis dicitur, & humilitas afflictionis. Nihil impedit ſi latinus ſeparat; non enim græcus ex latino tranſtulit, ſed latinus ex græco.

11. Denique & Hebræi quamdiu in Ægypto erant, in fornace erant ferrea, hoc eſt, in fornace tentationis, in fornace afflictionis, cùm duris affligerentur imperiis. Unde & ſcriptum eſt: *Quia* Hier. 11. 4.
eduxit eos Deus de fornace ferrea, ex Ægypto. Fornax erat ferrea; quia nullius adhuc in Ægypto opera virtutum plena lucebant, nullius aurum illic

a. Era. & ſeq. edit. *cùm abſtinens.* Am. & mſſ. *cùm abſtemius.* Non male, ſæpe enim *abſtemius* idem ſimpliciter ſonat, atque abſtinens, ut patet ex illo Horatii:

Et tutto in medio poſitorum abſtemius herbis
Vivas & urtica.

Unde nobis valde ſuſpecta eſt illa Varronis originatio, qua dicitur *abſtemius*, fieri ab *abſtinentia temeti*, id eſt, vini; præſertim cum inveniatur apud probatos auctores, *vini abſtemius*.

b. Era. & ſeq. edit. *cùm luctari inter ſe.* Am. & pauci mſſ. *cùm luctaro ſe.* Alii magno numero, *cùm jactare ſe.*

fuerat comptobatum, nullius plumbum iniquita- [A] tis exuſtum. Dura fornax, frnax mortis perpetuæ: quam fornacem nullus poterat evadere, quæ omnes conſumeret, in qua ſolus dolor eſſet [Dan. 3. 51.] & luctus. At vero fornax in qua Ananias, Azarias, Miſael hymnum Domino canebant, fornax aurea illa, non ferrea: per quam toto orbe ſapientia fide devotionis illuxit. Erat quidem etiam hæc fornax in Babylonia, nbi aurum non erat [Epheſ. 4. 8.] ſpiritale, niſi fortè captivum; *Captivam* enim *Dominus duxit captivitatem*. Hoc erat aurum in Dei [B] ſanctis, qui caprivi erant apud Babylonios corpore: ſpiritu autem liberi apud Deum, ſoluti vinculis captivitaris humanæ, jugo gratiæ ſpiritalis innexi. Et fortaſſe eadem fornax ferrea fragilibus eſt, anrea perſeveranribus.

12. Omnes oportet per ignem probari, quicumque ad paradiſum redire deſiderant; non enim [Gen. 3. 24.] otioſe ſcriptum eſt, quod ejectis Adam & Eva de paradiſi ſede, poſuit Deus in exitu paradiſi gladium ignenm verſarilem. Omnes oportet tranſi- [C] re per flammas, ſive ille Johannes Evangeliſta ſit, quem ita dilexit Dominus, ut de eo diceret ad [Johan. 21. 22.] Petrum: *Sic eum volo manere.... quid ad te? Tu me ſequere* De morte ejus aliqui dubitaverunt, de tranſitu per ignem dubitare non poſſumus; quia in paradiſo eſt, nec ſeparatur à Chriſto. Sive ille ſit Petrus, qui claves accepit regni cælorum, qui [Pſal. 65. 12.] ſupra mare ambulavit, oportet ut dicat: *Tranſivimus per ignem & aquam, & induxiſti nos in refrigerium*. Sed Johanni cito verſabitur igneus gla- [D] dius; quia non invenitut in eo iniquitas quem dilexit æquitas. Si quid in eo virii humani fuit, [Cant. 8. 6.] caritas divina decoxit; *Ala* enim *ejus ſicut ala ignis*.

13. Qui habuerit hîc caritatis ignem, illic ignem gladii timere non poterit. Ipſi Petro qui toties [Luc. 17. 7.] mortem ſuam pto Chriſto obtulit, dicet: *Tranſi, recumbe*. Sed ille dicet: Igne nos examinavit, ſicut igne examinatur argentum; etenim in quo aqua multa excludere non potuit caritatem, quomo- [E] do eum ignis excludet? Sed ille examinabitut ut argentum, ego examinabor ut plumbum: donec plumbum tabeſcat, ardebo. Si nihil argenri in me inventum fuerit, heu me! in ultima inferni detrudar, aut ut ſtipula totus exurar. Si quid inventum in me fuerit auri vel argenti, non pet meos actus; ſed per miſericordiam & gratiam Chriſti, per miniſterium ſacerdotii, dicam fot- [Pſal. 24. 3.] taſſe ego: *Etenim qui ſperant in te, non confundentur*.

14. Illo igitur igneo gladio iniquitas exuretut, quæ ſedet ſuper talentum plumbeum. Ideo unus ignem illum ſentire non potuit, qui eſt juſtitia Dei Chriſtus, quia peccatum non fecit; nihil enim ignis in eo quod exurere poſſet, invenit. Denique ſoli elevatæ ſunt portæ æternales, ut introiret rex gloriæ, non reus cauſæ. Et hîc quidem mortem caro illius guſtavit; neque enim aliter poſſet reſurgere. Quod legi, præſumo: quod non legi, veneratus ſcientibus derelinquo: unum confitens, quia quidquid caro illa ſubiit, ideo ſubiit; ut viam ceteris vel triumphandi pet martyrii paſſionem, vel tranſeundi in paradiſum ſuis veſtigiis informaret. Nemo ergo ſibi arroget, nemo de meritis, nemo de poteſtate ſe jactet: ſed omnes

ſperemus per dominum Jeſum miſericotdiam invenire; quoniam omnes ante tribunal ejus ſtabimus. De illo veniam, de illo indulgentiam poſtulabo; quæ enim ſpes alia peccatoribus?

15. Et qui ſe hîc aurum putat, habet plumbum: & qui putat ſe granum tririci, habet ſtipulam quæ poſſit exuri. Sed hîc ſibi multi aurum videntut. Non illis invideo: ſed tamen aurum examinabitur, nretur ut poſſit probari. Sic enim ſcriptum eſt: *Sicut aurum in conflatorio probabo illos*. [Zach. 13. 9.] [B] Ergo advertant, quia examinabuntur omnes. Multi ergo qui ſe aurum putant, & ipſi humilitatem ſequantut; ut viria ſua decoquant. Sed hîc inanis jactanria eſt; ideo mulris qui ſe maſſas putant auri, dicit ſapienrior auri maſſa: Omnes nos fornax probabit. Ergo quia examinandi ſumus, ſic nos agamus; ut judicio probari mereamur divino. Teneamus hîc poſiri humilitatem; ut cùm unuſquiſque noſtrum venerit ad judicium Dei, ad illos ignes quos tranſituri ſumus, dicat: [C] *Vide humilitatem meam, & erue me*; nam ſi ſuperbus fuerit, ſi arrogans, ſi contumax, non poterit hoc dicere. Nemo autem dicet: Vide ſuperbiam meam: ſed, *Vide humilitatem meam*; ut ejus gratiâ erui ab illo igne mereatur.

16. Eſt ergo humilitas laboris & farigationis: eſt & humilitas virtutis atque propoſiti, quam in ſecundis & proſperis, & in otio poſitus tenet juſtus. Nullo licet fractus labote, nullius certaminis dubius eventu, humilem omnibus affectum [D] exhibet, nec ſua extollere ſtudet: ſed magis minuere operis ſui pretium, & meriti ſui grariam. Audi juſtum humiliantem ſe: *Ego ſum*, inquit, *minimus apoſtolorum*. [1. Cor. 15. 9.] Ille vas electionis divinæ, ille gentium doctot minimum eſſe ſe dicit, indignum ejus officii nomine, qnod ſuis operibus præferebat; nihilque ſibi arrogat, ſed totum gratiæ Dei deputat. Hoc utique decet juſtum.

17. Hac humilitate Abraham pater fidei nun- [Gen. 18. 27.] cupatus eſt: qui cùm divino participaretur allo- [E] quio, terram ſe eſſe dicebat, & limum. Ipſe quoque Dominus ait: *Ego autem ſum vermis, & non* [Pſal. 21. 7.] *homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis*, cùm de ſui corporis paſſione loqueretur: qui non quæ ſua ſunt quæſivit, ſed quæ aliornm. Cujus nos imitatores vult fieri Apoſtolus, atque hortatur dicens: *Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto* [Philip. 2. 5. 6. & 7.] *Ieſu: qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemet ipſum exinanivit formam ſervi accipiens*. Nec nos igitur nobi- [F] litatem generis, nec divitias requiramus, ſi volumus Chriſtum ſequi. Exinanivit ſe, cùm eſſet in Dei forma: cùm dives eſſet, pauper factus eſt. Noli & tu contemnere plebeium, quia nobilis es; noli deſpicere ſervum, quia potens es; noli pauperem faſtidire, quia dives es. Numquid nobilior, numquid potentior, numquid ditior, Chriſto es? Ille pro te ſuſcepit illa, quæ tu deſpicis. Ille pro te humiliavit ſe uſque ad mortem, & mortem crucis; nt tuæ lapſum aboleret ſuperbiæ; ut quod per nnins Adæ inobedientiam perdideramus, per unius domini Jeſu obedienriam reciperemus: *Propter quod Deus*, inquit, *illum exaltavit, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen;* [Ibidem 9. 10. & 11.] *ut in nomine Ieſu omne genu flectatur..... quoniam dominus Ieſus in gloria eſt Dei Patris*.

18. Conſidera, ô bomo, quid legas. Non laboravit Apoſtolus potentiam Chriſti probare: ſed obedieutiam prædicare; ſed demonſtrare quanta ſit humilitatis gratia, quantus ejus profectus. Si ſimplicibus accipias auribus, & Cbriſtum exaltavit. Sed Chriſtus non quæ ſua, ſed quæ tua erant, illa humilitate quærebat. a [a] Accipe ergo argutis auribus: moraliter, tibi profuit; myſtice, tuam redemit ſalutem. Quomodo vis intellige; ſalus eſt tua. Si putas quod Chriſto profuit humilitas ſua; cui ergo non proderit? Si illum exaltavit; quem non augebit? Factus eſt miniſter omnium Dominus, & auctor omnium vapulavit, pedes lavit, crucifixus eſt, mortuus eſt. Sed in bis omnibus detrimeutum nullum video divinitatis ejus, profectum operationis agnoſco. Qui nihil habebat, quod ad poteſtatem ſuam adderet, habuit quod ad cultum ſuæ majeſtatis adjungeret. Audeo dicere: operationis ſuæ munus amiſerat, niſi id humilitas recepiſſet. Itaque nos quidem redemit, ſed etiam ſibi adquiſivit. Nihil ergo humilitas affert diſpendii. Ille qui ſe exinanivit, plenus eſt. Ille qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, formam ſervi accipiens, in gloria eſt Dei Patris. Suſcepi quem neſciebam, agnovi quem non cognoſcebam, confiteor quem negabam. Ipſi genu corporis flecto, ipſi genu mentis inflecto, ipſum adoro, quem ante fugiebam.

19. Gratias tibi agimus, domine Jeſu, quod creaſti nos, ſed creatos feris, beſtiis, mutis animantibus præfeciſti. Majora ſunt viſitationis tuæ munera. Viſitatos majeſtatis tuæ conſortiis honoraſti, dicens: *Narrabo nomen tuum fratribus meis;* (Pſal. 21. 23.) ſuſcepto enim corpore frater es factus, nec Dominus eſſe deſiſti. b [b] Major redemtionis gratia: periclitantes morte propria redemiſti, ſicut ſcriptum eſt: *Expedit unum hominem mori pro populo.* (Johan. 18. 14.) Suſcitaſti mortuos, dicens: *Solvite templum hoc, & in triduo ſuſcitabo illud;* (Johan. 2. 19.) in illo enim templo Dominici corporis omnibus jus reſurrectionis adcrevit. Reſurgentes adæquaſti Angelis, ſicut dixiſti: *Quoniam quæ non nubunt, & ii qui non ducunt uxores, erunt ſicut Angeli in cælo.* (Matth. 22. 30.) Poſtremò ad dexteram Dei in illo Filii hominis ſolio collocaſti, ſicut ipſe dignatus es dicere: *Ex hoc autem erit Filius hominis ſedens ad dexteram virtutis Dei.* (Luc. 22. 69.)

20. Unde Apoſtolus admirans divinæ dona pietatis, ſimul oſtendens unam Patris & Filii eſſe liberalitatem, ait: *Deus autem qui dives eſt in miſericordia, propter multam caritatem qua dilexit nos.* (Epheſ. 2. 4.) Audis in quo debeas, bomo, dives eſſe, quas habere c [c] virtutes, amare in Deo, in te probare: imire beneficia miſericordiæ caritatiſque cæleſtis. Et addidit: *Et cùm eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos in Chriſto, cujus gratia eſtis ſalvati: & ſimul ſuſcitavit, ſimul fecit ſedere in cæleſtibus, in Chriſto Ieſu.* (Ibidem. 5. & 6.) In Cbriſto utique bonoratur & caro. Ille igitur qui ad dexteram Dei ſedet, propter nos A humiliatus eſt. Ideoque dicit nobis: *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* (Matth. 11. 29.) Non dixit: Diſcite à me, quia potens ſum, ſed quia humilis corde; ut tu illum imiteris, ut tu ei dicas: Domine audivi vocem tuam, implevi præceptum tuum. Dixiſti ut à te diſceremus humilitatem: didicimus non ſolum ſermone tuo, ſed etiam actu tuo: feci quod imperaſti: *Vide humilitatem meam.*

21. Athleta bonus membra ſua monſtrat; ut converſationis ſuæ approbet diſciplinam. Monſ- B trat etiam tunc membra ſua, quando poſt aliqua certamina graviora, iterum certare compellitur; ut judex videns feſſum corpus, nequaquam eum certare compellat. Et tu oſtende cordis tui humilitatem; ut titulos virtutis oſtendas. Oſtende & corporis tui certamina; ut dicas: *Certamen bonum certavi, curſum conſummavi:* (2. Tim. 4. 7.) & videns ſpiritalis judex d [d] certaminis, coronam juſtitiæ decernat; quoniam legem agonis impleſti.

22. Sequitur verſus ſecundus: *Judica judicium* (℣. 154.) C *meum, & libera me: propter verbum tuum vivifica me.* Feſtinant innoxii ad judicium, & propriæ innocentiæ arbitris deſiderant citius comprobari. Habet hoc uſus etiam in ſæculo, quod eſt commune cum ſanctis. Verùm is qui apud Deum juſtus eſt, habet aliam cauſam judicii non timendi; quia apud miſericordem judicem ſibi cauſa eſt, apud redemtorem ſuum vult cito & ſperat abſolvi. Abſolutio enim matura ſanctorum eſt. Unde & Dominus ait per Ezecbielem ad Angelos (Ezech. 9. 6.) D qui miniſtri ſunt ultionum: *A ſanctis meis incipite.* Non vult Dominus commune ſanctis cum diaboli ſociis conſortium eſſe judicii; diabolus enim & miniſtri ejus cum hominibus non flagellabuntur. Separata eſt pœna, ubi diſtat & culpa. Ideoque alio loco Scriptura ait: *Tempus eſt incipere judicium à domo Dei* (1. Pet. 4. 17.) Quos miſeratur enim, cito caſtigat; ut non diutius afficiantur futuri exſpectatione judicii, non prolixius miſera reatus ſorte macerentur; ut unuſquiſque reddat etiam duplicia peccata E ſua, quo tandem poſſit abſolvi. POENA ENIM reorum, quædam abſolutio delictorum eſt.

23. Videmus in hoc ſæculo inſertos nexibus catenarum reos in ſpecie pompæ miſerabilis duci: & nonnumquam boc patiuntur inſontes; ut tolerabilius ſit mori, quam talia ſubire ſupplicia. Optant utique audiri bene ſibi conſcii: optant etiam hi qui gravibus flagitiis urgentur, pœnam mortis celeritate tranſigere; ut aliquanta compendia pœnarum lucrentur. Spes eſt etiam de ju- F dicis miſericordia. Ipſo exſilio clauſtra carceris duriora ſunt, nec reditus in perpetuum omnibus intercluditur relegatis. Si bæc operatur humanum examen, quanto magis Chriſti eſt omnibus expetendum. Differtur diaboli judicium; ut ſit ſemper in pœnis reus, ſemper improbitatis ſuæ innexus catenis, conſcientiæ ſuæ, in perpetuum ſuſtineat ipſe judicium. Ideo e [e] dives ille in Evan-

a Voci, *Accipe*, præmittebant ſuperiores edit. *Ego, inquit, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Sed ea in mſſ omnibus deſiderantur. Et ſane de verbis Pauli adhuc agitur.

b. Vet. edit. *Majorem redemtionis gratiam præſtitiſti; quia periclitantes.* Rom. edit. & mſſ. inter ſe congruunt, niſi quod illa habet, *quia periclitantes*: horum autem aliqui, *Majori redemtionis gratia periclitantes.* Nec ipſi male

c. Edit. ant. *virtutes. Amorem Dei te probato imitari, beneficia miſericordiæ caritatiſque cæleſtis.* Rom. *virtutes. Amorem Dei te habere probans, imitare cæleſtis caritatis dulcedinem.* Mſſ. autem ut in texta, niſi quod plures præferunt, *imitari*; ſatius tamen eſt legere cum aliis, *imitare*, ut ſit quaſi concluſio verborum ſuperiorum.

d. Poſt vocem, *certaminis*, edit. ſubnectunt, *agonem*: quæ vox deeſt in mſſ omnibus, nec admodum neceſſaria eſt, cùm participium, *videns*, referri poſſit ad illud antecedens: *Oſtende & corporis tui certamina.*

e. Si quis contendat hîc indicari divitem illum epulonem de quo Luc. 8 parabola inſtituitur, hoc dictum intelligat in ſententia eorum, de quibus Enar. in Pſal. 1. ad num. 54. nonnihil obſervavimus. Quod vero negatur diabolus judicium adhuc ſubiiſſe, aut omnino in pœnis eſſe, hæc fuit omnium ant. Patrum opinio, quorum ſeriem texit Maldon. *De Angelis, q. 7. de Pœnis dæmonum.*

Luc. 12. 10. gelio, licet peccator pœnalibus urgetur ærumnis, ut citius poſſit evadere: Diabolus autem nequaquam perveniſſe ad judicium demonſtratur, nequaquam adhuc pœnis eſſe ſubjectus; niſi quas ipſe tantorum conſcius ſcelerum ſolvit timore perpetuo, ne aliquando ſecurus ſit. A

24. Immo ut verius dicam, ſanctus ad judicium
Pſal. 1. 5. venit, impius non venit: *Quoniam non reſurgunt impii in judicio.* Hic petit ut abſolvatur, alius ut
a coercitus dimittatur.[a] Qui autem non judicatur, non credidit, ſed impietatis ſuæ judicio ipſe punitur. B Apud imperatores iſtos non puniuntur ſceleris rei barbari, quod in ſua gente commiſerint; quia non ſunt ſibi ſubditi, ſed graviore nomine hoſtes habentur, qui ſine interrogatione privati ſceleris puniuntur. Ita & Chriſtus ſuos caſtigat quos diligit, alienos tamquam generali damnatione impietatis adſtrictos pœnæ donat æternæ;
1. Cor. 15. 26. *Noviſſima enim..... deſtruetur mors*: & tamen verecunde docet Propheta exemplo ſui; ut etiam qui diffidit operibus ſuis, propter verbum tamen C Dei clementiorem ſperet ſententiam.

25. Alius propter divitias vivere cupit, alius propter filios: hic propter verbum Dei vivificari petit, ſicut Symeon Domini exſpectavit adven-
b tum; [b] vidit enim Dominum in templo, & ait:
Luc. 2. 29. & 30. *Nunc dimittis ſervum tuum..... in pace; quia viderunt oculi mei ſalutare tuum*: adſerens vivendi ſibi cupiditatem aliam non fuiſſe, niſi ut Chriſtum videret. Denique vidit, & vinculis ſolvi corporis poſtulavit.

26. Poſſumus etiam intelligere: *Judica judicium meum*, quaſi gravior à nobis cauſa ſit de judicio noſtro, quam de errore dicenda. Erranti enim facilius datur venia, quam improbe in alium judicanti: NECESSE EST enim eam formam in te redire judicii, quam in alium ipſe decernendam putaveris.

℣. 155. 27. Sequitur verſus tertius: *Longe eſt à peccatoribus ſalus; quoniam juſtitias tuas non exquiſierunt.* Quorum ſerum eſt judicium, eorum ſalus longe E eſt: ſed ipſi ſunt ſui auctores periculi, qui Domino non appropinquarunt. Ideo facti ſunt longe, quia voluntate ſua à ſalutis ſe gratia ſeparaverunt. Non refugit eos ſalus, ſed ipſi ſalutem, qui ſe elongaverunt. Venit ad Judæos, ſed ipſi ſalutem non receperunt. Quomodo non receperunt? Audi, Jeſus ſalus eſt, Jeſus filius hominis nuncupa-
Luc. 19. 10. tus eſt: *Venit enim Filius hominis quærere, & ſalvum facere quod perierat*: ſed Judæi dimitti ſibi la-
Johan. 18. 10. tronem poſtulaverunt, Jeſum repudiaverunt.

28. Quis autem eſt qui ſe longe facit à Domino, niſi qui non exquirit juſtitias ejus? Qui verò juſtitias exquirit, prope eſt, adhæret Deo. Et ideo
Epheſ. 2. 13. juſtitias Dei quærentibus dicit Apoſtolus: *Vos qui eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti.* Sanguis Chriſti juſtitia eſt. Denique ipſe ait ad Jo-
Matth. 3. 15. hannem: *Sine..... nos implere omnem juſtitiam.*

℣. 156. 29. Sequitur verſus quartus: *Miſerationes tuæ multæ nimis, Domine: ſecundùm judicium tuum vivifica me.* Etſi longe eſt à peccatoribus ſalus, tamen nemo deſperet, quia multæ ſunt miſericordiæ Domini. Qui enim ſuo peccato pereunt, miſeri-
Exod. 33. 19. cordia Domini liberantur. *Miſerebor*, inquit; *cui* A *miſertus ero.* Palam apparuit non quærentibus, vocavit refugientes, congregavit ignaros, pro omnibus ſe obtulit paſſioni. Num ergo multum miſericors? Miſericordia enim hominis in proximum ſuum: miſericordia Domini in omnem carnem; ut omnis caro ad Dominum adſcenderet, illâ Domini miſeratione donata.

30. Sed cùm dixerit multas eſſe Domini miſerationes, quomodo ſecundum judicia ejus vivificari petit; maximè cùm alibi ipſe dicat: *Et non* Pſal. 142. 2.
B *intres in judicium cum ſervo tuo?* Sed aliud eſt illud judicium beneficiorum Chriſti, cui reſpondere non poſſumus (quis enim poteſt debitum referre naturæ, debitum ſalutis & gratiæ) aliud judicium, quo fragilitatis noſtræ æſtimatione cenſemur. In hoc ipſo tamen judicium cum miſericordia copulatum eſt; ut veritas judicii miſeratione Domini temperetur.

31. Aut fortaſſe, quia dixerat: *Judica judicium* Sup. ℣. 154
meum; ideo ſubrexuit miſerationes Domini ni-
C mium multas eſſe; grave eſt enim de altero judicare. Unde etiam ſcriptum eſt: *Nolite judicare, ut* Luc. 6. 37.
non judicemini. Cùm enim unuſquiſque ſit ſuorum conſcius peccatorum, quomodo poteſt de alterius judicare peccato. Judicet de alterius er- 1. quæſt. 7. cap. Iudicet.
rore, qui non habet quod in ſe ipſe condemnet: judicet ille, qui non agat eadem quæ in alio putaverit punienda; ne cùm de alio judicat, in ſe ferat ipſe ſententiam: judicet ille qui ad pronuntiandum nullo odio, nulla offenſione, nulla levitate
D ducatur. Audiſti hodie quid judex verus & juſtus locutus ſit: *Non poſſum*, inquit, *ego à me facere* Iohan. 5. 30.
quidquam.

32. Nonnulli hæretici ſolebant hinc facere quæſtiones, quaſi infirmus eſſet Filius, qui à ſe nihil faceret; quaſi ſecundum divinitatem quoque ſubditus, & paterno ſubjectus imperio: nec advertunt quod hoc quoque magis poteſtatis divinæ unitas comprobetur, ubi putant inter Patrem & Filium eſſe diſtantiam poteſtatis. Nihil à
E ſe facit Filius, quia per unitatem operationis nec Filius ſine Patre facit, nec ſine Filio Pater. Denique Pater dicit ad Filium: *Faciamus hominem ad* Gen. 1. 26.
imaginem & ſimilitudinem noſtram, communem adſerens operationem eſſe, ubi commune conſilium eſt. Quid ſine Sapientia facit, qui omnia in Sapientia fecit, ut lectum eſt: *Omnia in Sapientia* Pſal. 103. 24.
feciſti? Denique Sapientia dixit: *Cùm faceret cælos, cum illo eram..... ego eram cui applaudebat.* Et Prov. 8. 27 & 30.
Evangeliſta ait: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine* Iohan. 1. 3.
F *ipſo factum eſt nihil*; ut duceret non ſolùm operatorem omnium Filium, ſed etiam paternæ operationis conſortem eſſe.

33. Ego tamen arbitror, quod hic locus ad judicii formam videatur eſſe referendus; Evangelium etenim non ſolùm fidei doctrina, ſed etiam morum eſt magiſterium, & ſpeculum juſtæ converſationis. Invenio in Evangelio, quòd dominus Jeſus multorum affectus, & officia ſuſceperit; ut doceret quomodo nos in his converſari oporteret officiis. Suſcepit perſonam paſtoris, & ait:
Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ovibus ſuis. Iohan. 10. 11.
Ideoque pro rationabili grege ſe ipſum paſſioni corporis non negavit; ut ovem laſſam crucis ſuæ

a. Rom. edit. *Qui autem non credit, non judicatur.* Haud incommode, niſi ab aliarum, & mſſ. conſenſu deficeret.

b. Omnes edit. *Vado & Dominum accipiens in templo, ait: Nunc dimittis &c.* Mſſ. vero ut in textu.

humeris ſuperponens, pii oneris functione re- A
crearet.

1. Iohan. 2. 1. 34. Suſcepit advocati perſonam: *Ipſum enim*
Luc. 6. 12. *advocatum habemus apud Patrem.* Pernoctabat in
oratione pro nobis; ut nos ſuo informaret exem-
plo quemadmodum veniam noſtris debeamus
exorare peccatis. Non enim ideo pernoctaret,
quaſi 'qui aliter Patrem nobis reconciliare non
poſſet: ſed ut qualis advocatus eſſe debeat, de-
monſtraret: qualis Sacerdos, ut non ſolum die-
bus, ſed etiam noctibus pro grege Chriſti debeat B
precator adſiſtere. An impetrandi egebat auxilio,
qui facere ipſe poterat quod rogabat, quemad-
Iohan. 14. 12 & 13. modum ipſe dicebat: *Ego ad Patrem vado: & quod-*
cumque ab eo petieritis in nomine meo, hoc faciam?
Denique alibi ait, cùm Lazarum reſuſcitaret:
Iohan 11. 42 *Sciebam quod ſemper me audis.* Hic quaſi infirmus
pernoctabat, qui ſciebat quod ſemper auditur, &
Ibidem. 44. clamavit: *Lazare, veni foras.* Locuta eſt reſurrec-
tio, mors receſſit.

35. Suſcepit etiam affectum rei, & ſtetit ante C
judicem tamquam reus: nec dedignatus eſt Do-
Ibidem. 19. 9. minus omnium, præſidis vilitatem. Inrerrogatus
tacebat, oſtendens non in clamore vocis, nec in
forenſis adſertione patrocinii, ſed in conſcientiæ
integritate eſſe innocentiæ defenſionem: nec ſa-
lutem corporis ambiendam, ſed animi puritatem.
Denique qui Suſannam abſolvit taeentem, ſe
obtulit morti. In illa cauſa oſtendit, ut nemo
deſperaret: in hac, ut redimendæ univerſiratis
ſacrificium non negaret. Cæſus poſtremò, non D
conviciatus eſt, non repercuſſit: & Dominus cæ-
li atque terrarum ſtudium depoſuit ultionis, vo-
Iohan. 18. 23. cem humilitatis emiſit, dicens: *Si male locutus ſum,*
teſtimonium perhibe de malo: ſi bene, quid me cadis?
Quaſi infirmus, cædis deplorat injuriam; & cùm
ſe poſſet ulciſci, queri maluit quam vindicare.

36. Ergo & hîc perſonam judicis, propoſitum-
Iohan. 5. 30. que ſuſcepir, dicens: *Non poſſum à me facere quid-*
3 quaſt. 7. cap. Iudicet. §. Bonus. *quam.* Bonus enim judex nihil ex arbitrio ſuo
facit, & domeſticæ propoſito voluntatis: ſed E
juxta leges & jura pronunciat, ſcitis juris ob-
temperat, non indulget propriæ voluntati: ni-
hil paratum & meditatum domo defert: ſed ſi-
cut audit, ita judicat; & ſicut ſe habet negotii
natura, decernit. Obſequitur legibus, non ad-
verſatur: examinat cauſæ merita, non mutat.

37. Diſcite, judices ſæculi, quem in judicando
tenere debeatis affectum, quam ſobrietatem,
quam ſinceritatem. Dominus omnium dicit: *Non*
2. Tim. 2. 13. *poſſum ego à me facere quidquam.* Alibi lego: *Negare* F
ſemet ipſum non poteſt. Non poteſt utique, non per
infirmitatem, ſed per inregritatem: non per im-
poſſibilitatem faciendi, ſed per obſervantiam ju-
dicandi. QUID NON poteſt qui omnia poteſt,
a [a] niſi quod poſſe nolit? Non vult poſſe quod
damnet, non vult poſſe adverſus fidem, non
vult poſſe adverſus veritatem. Audi poſtremò
ipſum dicentem cur non poſſit à ſe facere quid-
Iohan. 5. 30. quam: *Sicut audio*, inquit, *& judico*, hoc eſt, non
ex mea poteſtate decerno quod libitum, ſed ex

judicandi religione, quod juſtum eſt: & ideo
judicium meum verum eſt; quia non voluntati
meæ indulgeo, ſed æquitati. Audite quid judex
dicat cæleſtis. *Non poſſum à me facere quidquam:*
ſed ſicut audio, & judico.

38. Et Pilatus dicebat ad dominum Jeſum:
Poteſtatem habeo dimittendi te, & poteſtatem habeo Iohan. 19. 10.
crucifigendi te. Uſurpas, ô homo, poteſtatem quam
non habes; cùm Deus neget ſe habere, qui ha-
bet ſuper omnia poteſtatem? Audi quid juſtitia
dicat: *Non poſſum à me facere quidquam.* Audite
quid judex æquitatis adſerat: *Sicut audio, & ju-*
dico. Audite quid judex iniquitatis loquatur:
Poteſtatem habeo dimittendi te, & poteſtatem habeo
crucifigendi te. Tua, Pilate, voce conſtringeris,
tua damnaris ſententia. Pro poteſtate igitur,
non pro æquitate crucifigendum Dominum tra-
didiſti: per poteſtatem abſolviſti latronem, auc-
torem vero vitæ interfeciſti. Sed nec iſtam à te
habuiſti, quam habere te adſeris, poteſtatem.
Denique dicit tibi dominus Jeſus: *Non haberes* Ibidem 11.
poteſtatem adverſus me ullam, niſi data tibi eſſet
deſuper. MALA POTESTAS [b] licere quod non li- b
ceat. Poteſtas iſta tenebrarum eſt, verum non
videre, ſed ſpernere.

39. Audite quid verus judex loquatur: *Non* Iohan. 5. 30.
quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui
miſit me. Quaſi homo loquitur, quaſi judex do-
cet quoniam qui judicat, non voluntati ſuæ 3 quaſt 7. cap Iudicet. § Qui.
obtemperare debet, ſed tenere quod legum eſt.
Conſtitue judicem de hoc ſæculo: numquid po-
teſt adverſum imperialis formam [c] venire reſ- c
cripti? Numquid poteſt normam auguſtæ defi-
nitionis excedere? Quanto magis divini formam
debemus ſervare judicii? Chriſtus dicit: *Non quæ-*
ro voluntatem meam, hoc eſt, hominis, quæ vel
odio dirigitur, vel ſtudio intenditur, vel gratiâ
inflectitur, vel aliorum mendacio depravatur;
Omnis enim *homo mendax. Sed voluntatem*, inquit, Pſal. 115. 2.
ejus qui me miſit; hoc eſt, divinæ cognitionis
formam veni docere; ut in judicando magis cor- 3. quaſt 7. cap. Iudicet. § In judicando.
di ſit veriratis cuſtodia, quàm obedientia volun-
tatis. Non ergo hîc quoque infirmitas potentiæ,
ſed forma eſt expreſſa juſtitiæ.

40. Juſtum igitur eſt judicium Filii Dei; quia
eſt ſecundum voluntatem Dei, non ſecundùm
hominis affectum; Deus enim miſericordiarum
plenus eſt: & miſericordia ejus cum judicio, &
judicium cum miſericordia; neque ſine judicio
miſeretur, neque ſine miſericordia judicat. De-
nique ſcriptum eſt: *Miſericordia ejus in ſtateris.* Eſai. 28. 17.
Filii autem *hominum mendaces in ſtateris, ut deci-* Pſal. 61. 10.
piant. Examinat ergo & trutinat Deus merita
ſingulorum, & quemadmodum pro menſura dat
gratiam; ne ſupra menſuram ſit: ita pro menſu-
ra dat miſericordiam. Unde ait: *Menſuram bo-* Luc. 6. 38.
nam, confertam, commotam, ſupereffluentem dabunt
in ſinum veſtrum. Eadem menſura qua menſi fueri-
tis, reddetur vobis. Similiter in ſtatera ſingulorum
facta penſantur; ut ſi bona opera malis præpon-
derent, remuneratio præmii deferatur: ſi pec-

a. Plerique mſſ. *niſi quod poſſit, nolit.* Non male. Alii tamen aliquot, & omnes edit. *niſi quod poſſe nolit*: quod quidem videtur confirmari ex verbis ſequentibus: *Non vult poſſe* &c.

b. Mſſ. non pauci, ac vet. edit. *licere, quod noceat.* Alii tamen plures, ac Rom. edit. ut in textu, excepto quod pro, *licere*, hæc repoſuit, *poſſe*.

c. Pauci mſſ. *venire decreti.* Reliqui, ac omnes edit. *venire reſcripti.* Melius, *reſcriptum* enim imperialis conſtitutio erat, quæ variis nominibus ſolebat appellari. Hæc in vet. Gloſſario dicitur [illegible], in jure, *ſacri afſatus*, & hic ab Ambroſio ipſo, *auguſta definitio.* Vide Cod. Theod. leg. 1. tit. 2. & Gotofr. Briſſ. &c.

eata

cata virtutibus, triſtior reum pœna conſtringat: A
quod expreſſum habes ad Timotheum, dicente
1 Tim. 5. 24. apoſtolo Paulo: *Quorumdam hominum peccata
manifeſta ſunt præcedentia ad judicium, quoſdam
autem & ſubſequuntur.* Similiter & facta bona
manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent, abſcon-
di non poſſunt.

41. Omnia ergo à domino Deo noſtro men-
Eſai. 40. 11. ſura quadam, & pondere fiunt. *Quis poſuit....*
Ibidem. 12. inquit, *rupes in ſtatera?* Et ſupra: *Quis menſus
eſt manu aquas, & cælum palmo?* Qui noſtra exa- B
minat, ſua utique examinata largitur, & ſalvo
omnia decernit examine. Ponderat miſericor-
diam, ponderat ultionem; in utroque certum
pondus, habiliſque menſura eſt. Unde & David
Pſal. 79. 6. ait: *Et potum dabis illis in lacrymis, in menſura;*
ne ſine moderatione menſuræ pœnæ cumulo
gravarentur, & ſuſtinere non poſſent. Et alibi
Pſal. 74. 9. idem ait propheta: *Calix in manu Domini vini
meri plenus eſt mixto. Et inclinavit ex hoc in hoc;
verumtamen fæx ejus non eſt exinanita.* Et Hiere- C
Hier. 51. 7. mias ait: *Calix aureus Babylon in manu Domini,
à quo inebriatæ ſunt gentes:* hoc eſt, pœna à na-
a tionibus perſoluta eſt; [a] ne diutius inſultarent,
quod Dei populum acerbiſſima populatione ve-
xarent. Senſus igitur verſus Davidici hic eſt:
Parata & plena eſt pœna quæ debetur impiis,
quam Dominus declinat in perfidos: ſed tamen
miſeratione ſua non uſque ad fæcem dignatur
effundere; ne plenitudinem ſupplicii ferre non
poſſint. Inclinat ergo calicem, non evacuat. D
Quod inclinat, cenſuræ eſt: quod non evacuat,
miſericordiæ.

42. Ergo judicium quoque miſericordiâ tem-
perat dominus Deus noſter. Quis enim noſtrum
ſine divina poteſt miſeratione ſubſiſtere? Quid
poſſumus dignum præmiis facere cæleſtibus?
Quis noſtrum ita adſurgit in hoc corpore; ut
animum ſuum elevet, quo jugiter adhæreat
b Chriſto? Quò tandem hominum [b] meritum de-
fertur; ut hæc corruptibilis caro induat incor- E
ruptionem, & mortale hoc induat immortalita-
tem? Quibus laboribus, quibus injuriis poſſu-
Rom. 8. 18. mus noſtra eluere peccata? *Indignæ ſunt paſſiones
hujus temporis ad ſuperventuram gloriam.* Non
ergo ſecundum merita noſtra, ſed ſecundum
miſericordiam Dei, cæleſtium decretorum in
homines forma procedit.

℣. 157. 43. Sequitur verſus quintus: *Multi perſequen-
tes me, & tribulantes me: à teſtimoniis tuis non
declinavi.* Non eſt magnum, ſi tunc à Dei teſti- F
moniis non declines; cùm te nullus affligit, nul-
lus perſequitur. Quis enim inoffenſe ſibi proſ-
perorum eventuum ſecundante ſucceſſu, fieret
ingratus? Quis divitiis adfluens, jugi ſalute ro-
buſtus, non ad Dei gratiam referat quod ſibi
illa conceſſa ſint? Denique cùm ſanctum Job
Job 1. 9. 10. & 11. prædicaret Dominus, ait adverſarius. *Numquid
gratis colit Job Dominum? Nonne tu vallaſti eum?*
A .... *Mitte manum tuam in omnia quæ habet, ſi
non in faciem te benedicit.* Tunc igitur plus pro-
batus eſt, quando amiſſis opibus & filiis, à Do-
mini cultu & gratia non receſſit. Sed non unus
perſecutor eſt: multos miniſtros habet; ſed non
te terreant: *Per multas* enim *tribulationes, opor-* Act. 14. 21.
tet nos introire in regnum Dei. Si multæ perſecu-
tiones, multæ probationes, ubi multæ coronæ,
multa certamina: tibi ergo proficit, quod multi
perſecutores ſunt; ut inter multas perſecutiones
B facilius invenias quemadmodum coroneris.

44. * Utamur exemplo Sebaſtiani martyris, cu- *
jus hodie natalis eſt. Hic Mediolanenſis oriun-
dus eſt. Fortaſſe aut jam diſceſſerat perſecutor,
aut adhuc non venerat in hæc partium, aut mi-
tior erat. Advertit hic aut nullum eſſe, aut te-
pere certamen. Romam profectus eſt, ubi pro-
pter fidei ſtudium perſecutionis acerba ferve-
bant: ibi paſſus eſt, hoc eſt, ibi coronatus. Ita-
que illic, quo hoſpes advenit, domicilium im-
C mortalitatis perpetuæ collocavit. Si unus per-
ſecutor fuiſſet, coronatus hic martyr utique non
fuiſſet.

45. Sed quod pejus, non hi ſolum perſecuto-
res ſunt qui videntur, ſed etiam qui non viden-
tur; & multo plures perſecutores? Sicut enim
unus perſecutor rex multis perſecutionis præ-
cepta mittebat, & per ſingulas vel civitates,
vel provincias erant diverſi perſecutores: ita
etiam diabolus multos miniſtros ſuos dirigit, qui
D non foris tantummodo, ſed etiam intus faciant
perſecutiones in animis ſingulorum. De his dic-
tum eſt perſecutionibus: *Omnes qui volunt pie vi-* 2. Tim. 3. 12.
vere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiuntur. Om-
nes dixit, nullum excepit. Quis enim exceptus
poteſt eſſe, cùm ipſe Dominus perſecutionum
tentamenta toleraverit? Perſequitur avaritia,
perſequitur ambitio, perſequitur luxuria, perſe-
quitur ſuperbia, perſequitur fornicatio. Unde 1. Cor. 6. 18.
& Apoſtolus ait: *Fugite fornicationem.* Nam qua
E cauſa fugeres, niſi illa te perſequeretur? Eſt enim
malus ſpiritus fornicationis, eſt malus ſpiritus
avaritiæ, malus ſpiritus ſuperbiæ.

46. Iſti ſunt perſecutores graves, qui ſine
gladii terrore mentem hominis frequenter eli-
dunt, qui illecebris magis, quam terroribus ani-
mos expugnant fidelium. Hi tibi hoſtes caven-
di, hi graviores tyranni, per quos Adam captus
eſt. Multi in perſecutione publica coronati, oc-
culta hac perſecutione ceciderunt. *Foris,* inquit, 2. Cor. 7. 5.
F *pugnæ, intus timores.* Advertis quam grave cer-
tamen ſit, quod eſt intra hominem; ut ſecum ipſe
confligat, cum ſuis cupiditatibus prælietur. Ipſe Rom. 7. 23. 24. & 25.
Apoſtolus fluctuat, hæret, adſtringitur, captivari
ſe adſerit in lege peccati & mortis corpore de-
bellari, nec potuiſſe evadere, niſi eſſet Domini
Jeſu gratia liberatus.

47. Verum ut multæ perſecutiones, ita multa
martyria. Quotidie teſtis es Chriſti. Tentatus

a Mſſ. aliquot bonæ manus, *ne diutius exſultarent.*

b Edit. Era. & ſeq. *merito defertur*; ut nimirum congrueret cum ſuperiore vocula, *Quo*: ſed credibilius eſt hanc ubi adverbii vices pro, *uſquequo*, ſive, *uſque ad quem gradum*; quandoquidem Amerb. & mſſ. omnes nobiſcum faciunt.

* Vides eam diem qua habitus ab Ambroſio fuit hic ſermo, in Eccleſia Mediolanenſi Sebaſtiano martyri ſacram exſtitiſſe. De cujus quidem martyris patria etſi tam diſtincte pronunciare videatur ſanctus Præſul, ejus tamen verba in diverſos ſenſus traxerunt hiſtorici. Namque à Baron. ad an. 284. num. 12. dicitur *Narbone oriundus, Mediolani vero educatus*: vel ut ſanctus Ambroſius (hoc ſcilicet loco) & alii tradunt, *patre Narbonenſi: matre Mediolanenſi natus Mediolani.* Sauſſaius autem patre Gallo, matre Mediolanenſi Narbone natum fuiſſe ſcribit. Ceteri paſſim huic, partim illi opinioni facile adſentiuntur. Denique Acta ejuſdem martyris à Bollando noviſſime ſub Ambroſii nomine ex veteribus mſſ. edita hæc ſecundum plures mſſ. habent: *Sebaſtianus Mediolanenſium partibus educatus*: at ſecundum quoſdam alios, *Mediolanenſium partium civis*, quod quidem cum textu noſtro optime congruit.

es ſpiritu fornicationis; ſed veritus Chriſti futurum judicium, temerandam mentis & corporis caſtimoniam non putaſti: martyr es Chriſti. Tentatus es ſpiritu avaritiæ, ut poſſeſſionem minoris invaderes, indefenſæ viduæ jura temerares; & tamen contemplatione cæleſtium præceptorum opem magis ferendam, quàm inferendam injuriam judicaſti: teſtis es Chriſti. Denique tales vult teſtes Chriſtus adſiſtere, ſecundùm quod
[Eſai. 1. 17. & 18.] ſcriptum eſt: *Iudicate pupillo, & juſtificate viduam: & venite, diſputemus, dicit Dominus.* Tentatus es ſpiritu ſuperbiæ; ſed videns inopem atque egenum, pia mente compaſſus es, humilitatem magis quam arrogantiam dilexiſti: teſtis es Chriſti; & quod eſt amplius, non ſermonis tantummodo, ſed etiam operis [a] teſtimonium perhibuiſti. Quis enim locupletior teſtis eſt, quam qui confitetur dominum Jeſum in carne veniſſe, cùm Evangelii præcepta cuſtodit? Nam qui audit & non facit, negat Chriſtum: etſi verbo fateatur, operibus
[Matth. 7. 22.] negat. Quam multis dicentibus: *Domine, domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, & dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus,* in illo die reſpon-
[Ibidem. 23.] debit: *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Ille ergo teſtis eſt, qui adſtipulantibus factis, domini Jeſu præcepta teſtatur.

48. Quanti ergo quotidie in occulto martyres Chriſti ſunt, & Jeſum dominum confitentur? Novit hoc martyrium Apoſtolus & teſtimonium
[2. Cor. 1. 12.] Chriſti fidele, qui dixit: *Hæc eſt enim gloriatio noſtra, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Quanti foris confeſſi ſunt, & intus negaverunt! Namque uxoris ducendæ gratia, [a] quæ gentili viro à Chriſtianis parentibus negabatur, ſimulata ad tempus fide, plerique produntur quod foris confeſſi ſunt, intus negaſſe. An fornicationis cauſa tantummodo putamus dominum Deum noſtrum in populum Ju-
[Num. 25. 9.] dæorum tam ſevere eſſe commotum; ut viginti tria millia de populo necarentur, propterea quod Madianitæ gentis feminis concubitu miſcerentur: ac non eo quod per illos concubitus alienigenarum deſciſcere à fide, negare Dominum cogerentur?

[1. Johan. 4. 12.] 49. *Nolite*, inquit, *omni ſpiritui credere*: ſed à fructibus eorum cognoſcite, quibus credere debeatis. Venit quis in Eccleſiam, dum honorem affectat ſub imperatoribus Chriſtianis, ſimulato metu orationem ſe fingit deferre: [a] inclinatur, & ſolo ſternitur, qui genu mentis non flexerit: videt illum homo, Chriſtianum putat: videt homo orantem ſuppliciter, & credit; ſed Deus audit negantem. Diſcedit probatus ab homine, ſed condemnatus à judice. Quanto tolerabilius fuerat homini negaſſe, & Deo eſſe confeſſum? Licet hoc quoque reprehenſibile; perfecta enim confeſſio & animi quærit devotionem, & vocis pro-
[Rom. 10. 10.] feſſionem: *Corde enim creditur ad juſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem.*

50. Ergo in perſecutionibus interioribus eſto fidelis & fortis; ut & iſtis forenſibus perſecutionibus approberis. Et in intimis perſecutionibus ſunt reges, & præſides, terribiles judices poteſtate. Dabis exemplum in Domini tentatione quam pertulit: demonſtrata ſunt ei omnia regna, & dictum eſt ei: *Tibi dabo hæc omnia, ſi procidens ado-* [Matth. 4. 9.]
raveris me. Lectum & alibi: *Non regnet peccatum in* [Rom. 6. 12.]
veſtro mortali corpore. Vides ante quos reges ſtatuaris, ô homo, ante quos præſides peccatorum, ſi culpa regnat? Quot peccata, quot vitia, tot reges. Et ante hos adducimur, & ante hos ſtamus. Habent etiam iſti reges tribunal in mentibus plurimorum: ſed ſi quis Chriſtum fateatur, ſtatim regem illum facit eſſe captivum, dejicit de ſolio ſuæ mentis. Quomodo enim poterit diaboli tribunal manere in eo, cui Chriſti tribunal adſurgit?

51. *Multi ergo perſequentes, & tribulantes me.* Et fortaſſe Chriſtus hoc dicit, & dicit in vocibus ſingulorum; ipſum etenim adverſarius perſequitur in nobis. Si declinas perſequentem, Chriſtum abjicis, qui ſe tentari patitur, ut vincat. Ubi illum viderit diabolus, ibi parat inſidias, ibi tentationum machinas admovet, ibi dolos nectit; ut illum, ſi poſſit, excludat. Ubi autem diabolus præliatur, ibi Chriſtus adſiſtit. Ubi diabolus obſidet, ibi Chriſtus includitur, ibi murorum ſpiritalium ſepta defendit. Ergo qui perſecutorem refugit, rejicit etiam defenſorem. Sed cùm audis: *Multi* [Rom. 8. 31.]
perſequentes, & tribulantes me, noli timere, qui potes dicere: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Verùm hoc dicit ille, qui à teſtimoniis Domini nullo vitiorum declinat amfractu.

52. Sequitur verſus ſextus: *Vidi non ſervantes* [℣. 158.]
pactum, & tabeſcebam; quoniam verba tua non cuſtodierunt. Beatus vir qui in caritate Dei tabeſcit; quia videt non ſervantes pactum. Alius propter vitioſos amores tabeſcit, qui diſtillat dum eſt dilatus amore dilectæ: & dum protelatur flagrantis cupiditatis effectus, animus deficit, vires corporis quadam deformitate palloris, feſſorumque artuum tabe minuuntur. Alius qui pecuniam concupiſcit, donec potiatur eâ, avaro miſer tabeſcit affectu. Alius immodice capeſſendi honoris impatiens, ſi deſideria longa ſuſpiret, non mediocri mentis tabe conficitur. Non talis qui dicit:
Quàm diſtabuit caro mea in terra deſerta, in invia, [Pſal. 62. 2. & 3.]
& ſine aqua; hic enim caſtigabat carnem ſuam, & tabeſcere faciebat, dum indefeſſo deſiderio divinæ cogitationis intentus, & lucem diei ſollicita exſpectatione præveniens, antelucanum ſolvere Domino canticis & hymnis geſtiebat obſequium.

53. Tabeſcit ergo vir pacificus, quando alios videt pacta reſcindere, conſenſuum abolere concordiam, jurgia de pace reparare, in tumultus tedire de gratia. Quod utique non facit, qui Domini præcepta cuſtodit: non facit qui audit dicentem: *Pacem meam do vobis, pacem meam* [Johan. 14. 27.]
relinquo vobis. Ergo qui pactum ſervat, is Chriſti obedit imperiis: qui autem non ſervat, ille Cbriſti præcepta contemnit; & quod pejus eſt, comperta faſtidit, & negligit.

a Cunctæ editi *teſtimonium perhibuiſti: teſtis es Chriſti*: ſed hæc ultima verba mſſ. omittunt; & ſupervacanea eſſe intelliget, quiſquis locum paulo attentius expenderit.

a. Ambroſius cum antiquis PP. conjugia inter fidelem ac infidelem numquam non improbavit: at vero contracta ea diſſolvi vo uerint, ſi eſt veteres inter ac recentiores Theologos. Id enim illi Gratianum, Magiſtrumque ſententiarum ſecuti, ohnixe adfirmant, quod poſtea alii penitus negavére. Sed de his fuſius ad epiſt. ad Vigilium.

a. Obſerva ex hoc loco moris fuiſſe apud veteres Chriſtianos in Eccleſia inter orandum non ſolùm caput inclinare, ac genua flectere; verum etiam totum ſe in terram proſternere. Hic namque non de catechumenis & pœnitentibus, ſed de fidelibus agi manifeſtum eſt.

℣. 159. 54. Sequitur verſus ſeptimus : *Vide quia præcep-* A
ta tua dilexi, Domine : in miſericordia tua vivifica
me. Hîc quoque invitat Dominum, ut plenum
caritatis ſuæ ſpectet affectum. Nemo dicit, *Vide*,
niſi qui judicat ſe, ſi videatur, eſſe placiturum.
Et pulcre dicit, *Vide*, & ſecundum Legem dicit;
Exod. 23. quia Lex præcepit, ut unuſquiſque ter in anno ſe
17. offerat in conſpectu Domini. Quotidie ſe ſanctus
offert, quotidie apparet, & non vacuus apparet;
non eſt enim vacuus, qui de plenitudine ejus ac-
Pſal. 125. cepit. Non erat vacuus David, qui ait : *Repletum* B
2. *eſt gaudio os noſtrum*; quia gaudium fructus eſt
Iohan. 1. Spiritus ſancti. Et ſicut de plenitudine Verbi nos
16. omnes accepimus, quemadmodum dixit Johan-
nes : ita etiam Spiritus ſanctus de plenitudine ſua
Luc. 1. 67. replevit orbem terrarum. Non erat vacuus Za-
charias, qui repletus eſt Spiritu ſancto, & pro-
Epheſ. 5. 2. phetabat adventum domini Jeſu. Non erat Pau-
lus vacuus, qui evangelizabat in abundantia : &
repletus erat, accipiens odorem bonæ ſuavitatis
1. Cor. 1. 7. ab Epheſiis, placentem Deo hoſtiam. Non erant C
Corinthii vacui, in quibus abundabat Dei gratia,
juxta ejuſdem Apoſtoli teſtimonium.

55. Offerebat ſe ergo David quotidie Deo, &
Sup ℣. 131. non vacuus offerebat, qui poterat dicere : *Os*
meum aperui, & duxi ſpiritum. Ideo ergo dicebat :
Vide quia præcepta tua dilexi. Audi in quo te of-
ferre debeas Chriſto. Non in his quæ videntur,
ſed in occultis, & in abſcondito; ut pater tuus
qui videt in abſcondito, reddat tibi, & fidelem
remuneret affectum. *Præcepta*, inquit, *tua dilexi.* D
Non dixit, ſervavi : non dixit, cuſtodivi; nam
imprudentes non cuſtodierunt præcepta Domi-
ni. Aliqui enim * codices habent ἀσυνετοῦντας,
hoc eſt, inſipientes, non intelligentes. Ergo qui
non intelligunt, non ſapiunt; hi non cuſtodiunt.
Qui autem perfectus eſt intellectu, perfectus ſa-
pientia, diligit : quod eſt amplius quam cuſto-
dire; cuſtodire enim neceſſitatis plerumque eſt,
& timoris : diligere caritatis. Cuſtodit qui evan-
gelizat : ſed qui volens evangelizat, mercedem E
accipit; quanto magis qui diligit, mercede do-
natur? Poſſumus enim non amare quod volu-
mus : non poſſumus nolle quod amamus. Sed
quamvis mercedem perfectæ caritatis exſpectet,
& miſerationis divinæ ſuffragium poſcit, ut in ea
vivificetur à Domino. Non ergo arrogans debi-
tæ mercedis exactor, ſed verecundus miſericor-
diæ divinæ eſt deprecator.

℣. 160. 56. Sequitur verſus octavus : *Principium verbo-*
rum tuorum veritas : in æternum omnia judicia juſti- F
tiæ tuæ. Cùm principium verborum Dei veritas
ſit, veritas utique fidei fundamentum eſt. Pri-
mùm etenim oportet ut credamus vera eſſe Dei
ſummi, quæ in divinis ſcripturis legimus, ora-
cula. Secundum eſt, ut virtutem eorum pleniore
Pſal. 110. cognitione diſcamus. Sicut enim *Initium ſapien-*
9. *tiæ timor Domini* : plenitudo autem ſapientiæ
dilectio; lex enim ſapientia, plenitudo autem
legis dilectio : ita plenitudo verborum Dei ſa-
pientia, cognitioque juſtitiæ. Nam ſicut à ti-
more Domini proceſſus quidam eſt ad gratiam
caritatis : ita à veritate ad judicium juſtitiæ divi-
næ quidam videtur fieri proceſſus.

57. Veniſti ad Eccleſiam : audiſti unum Deum
dici, unde Lex incipit, ſicut habes ſcriptum : *Audi,* Deut. 6. 4.
Iſrael, dominus Deus tuus, Deus unus eſt : crede unum
Deum eſſe, non plures deos. Cùm autem cœperis
legere dominum Jeſum Dei Filium in carne ve-
niſſe propter totius mundi redemtionem, diſtin-
gue ſapienter unum Deum Patrem eſſe, ex quo
omnia, & nos in illum : & unum dominum Jeſum,
per quem omnia, & nos per ipſum. Cognoſce
quia ideo venit, ut virtutis ſemitis noſter infor-
metur affectus, ut morum manſuetudinem con-
verſationis ejus diſceremus exemplo, ut abole-
retur culpa per gratiam : & tunc à veritatis con-
feſſione ad cognitionem juſtitiæ proceſſiſti. Fi-
des principium chriſtiani eſt : plenitudo autem
chriſtiani juſtitia eſt. Fides in confeſſione popu-
lorum, juſtitia in martyrum paſſione.

58. Scientes igitur in æternum manſura judicia
omnia juſtitiæ Dei, caveamus ne opera noſtra
diſpliceant, & æternum incipiamus ſubire judi-
cium : nec ſi aliquid boni fecimus, reſupino ſolva-
mur affectu. *Omnes oportet nos ante tribunal Chriſti* 2. Cor. 5.
adſiſtere; ut recipiat unuſquiſque quod geſſit, ſive bo- 10.
num, ſive malum. Vides quia & Paulus adſiſtet, ut
ipſe commemorat. Cave ligna, cave ſtipulam, ne
ad judicium Dei tecum deferas, quæ ignis exurat.
Cave ne cùm in uno aut duobus habeas quod
probetur, in pluribus operibus deferas quod of-
fendat. *Si cujus opus arſerit, detrimentum patietur;* 1. Cor. 3.
poteſt tamen & ipſe per ignem ſalvari. Unde colligi- 15.
tur quia idem homo & ſalvatur ex parte, & con-
demnatur ex parte. Cognoſcentes itaque multa
eſſe judicia, opera noſtra examinemus omnia. In
viro juſto grave eſt detrimentum, grave operis
alicujus incendium : in impio pœna miſerabilis.
Sint magis omnia judicia plena gratiæ, plena flo-
rentium coronarum; ne forte dum trutinantur
facta noſtra, culpa præponderet.

SERMO VIGESIMUS-PRIMUS.

ש Scin.

1. INcipit littera vigeſima-prima *Scin*, quæ la-
tine dicitur, *Super vulnus.* Super vulnus quid
eſt, niſi medicamentum, quo vulneris acerbitas
mitigatur? Super vulnus oleum infunditur; ut
omnis vulneris emolliatur aſperitas. Super vul-
nus malagma, ſuper vulnus alligatura, quibus
omne vulnus fovetur. Ubi ergo ſpes refundendæ
eſt ſanitatis, ibi adhibentur medicamenta vulne-
ribus. Ubi autem omne caput in dolore, & omne Eſai. 1. 5.
cor in mœſtitia, non eſt vulnus, neque cicatrix, & 6.
non plaga cum fervore : hoc eſt, ubi non portio
ſed univerſitas periclitatur, [a] & quædam corrup-
tio totius corporis tabe conſumitur : ibi non eſt
malagma imponere, neque oleum, neque alliga-
turam. Multo igitur commodius, ut ſit vulnus
quod foveas, atque conſtringas, quàm ſine vul-
nere mors ſerpat interior.

2. Sed eſt non ſolùm corporis vulnus, ſed etiam
mentis, quod oleo quodam mollioris alloquii, &

*. Omnes edit. LXX. Interp. ἴδον ἀσυνετοῦντας, καὶ ἐξετηκόμην; quibus accedit verſio Arabica. Sed Vulg. lat. ex Hebræo, *vidi prævaricantes & tabeſcebam.*

a. Edit. Rom. *& quædam totius conſtitutio corporis tabe conſumitur.* Haud male, niſi recederet ab omnibus aliis edit. & mſſ. quorum lectio etſi minus uſitata, poteſt tamen etiam defendi; cùm *quædam corruptio totius corporis*, idem omnino ſit, ac corpus quodammodo corruptum. Rurſus ubi cuncti mſſ. ac vet. edit. *mors ſerpat interior*, eadem Rom. *morbus ſerpat interior.* Sed ea mutatione nihil opus eſt.

pacifici ſermonis ſuavitate miteſcit. Sunt fomen- A ta verborum, ſunt medicamenta cæleſtium præceptorum, quibus omne nequitiæ virus abolетur. Sunt legis vincula quæ non adurant, ſed magis liberent alligatos: eſt malagma ſpiritale, quo colliſa animæ quædam membra ſolidentur.

3. Conſideremus igitur quid ſit vulnus, quid ſupra vulnus. *Principes perſecuti ſunt me gratis*, vulnus eſt. *Exſulto ego in verbis tuis, ſicut qui invenit ſpolia multa*, ſuper vulnus eſt; quia verbis Dominicis vulneris dura curantur. B

4. In Threnis quoque Hieremiæ habes ſub hac

Thren 3. 61 & 63. littera ſcriptum: *Audiſti opprobrium eorum, Domine, omnia conſilia eorum adversùm me, labia inſurgentium mihi, & meditationes eorum adversùm me tota die, ſeſſionem eorum, & reſurrectionem eorum*, vulnus

Ibidem. 64. eſt. Sed ſubjecit: *Adſpice in oculos eorum: redde illis retributionem, Domine, ſecundum opera manuum ipſorum*, ſuper vulnus eſt; quia vindicta plerumque ſolet dolorem vulneris mitigare. Et infra

Thren. 4. 21. idem Hieremias ait: *Gaude & lætare, filia Idumæa,* C

a *[a] quæ habitas in Geth: & quidem ad te pertranſibit calix: bibes, & inebriaberis adhuc*, ſuper vulnus eſt; calix enim Domini remiſſio peccatorum eſt, quo ſanguis effunditur, qui totius mundi peccata redemit. Hic calix inebriavit gentes; ne proprii meminiſſent doloris, ſed veterem oblivíſcerentur errorem. Bona igitur ebrietas ſpiritalis, quæ tur-

b bare neſcit corporis inceſſum, [b] levare mentis novit veſtigium. Bona ebrietas poculi ſalutaris, quæ mœſtitiam peccatricis abolet conſcientiæ, D jucunditatem vitæ infundit æternæ. Ideo Scrip-

Pſal. 22. 5. tura dicit: *Et poculum tuum inebrians quam præclarum eſt!*

5. Medicamentum igitur ſuper vulnus eſt; quia dominus Jeſus ipſe medicus, qui vulnera noſtra curavit, infundens vinum & oleum, & alligans vulnera Adæ illius, qui deſcendens ab Hieruſalem, à latronibus vulneratus eſt. Caveat ergo unuſquiſque ne deſcendat ab Hieruſalem; peccatis enim ſuis unuſquiſque deſcendit, & meritis E adſcendit. Aut quia fragiles ſumus; qui deſcendit, currat ad illum Samaritanum, cuſtodem

c [c] operis ſui, cuſtodem Legis & gratiæ; ut vulneri ſuo poſſit invenire medicinam: qui alligaturam verborum cæleſtium ſuper vulnus imponat,

Matth. 3. 2. dicens: *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cælorum*. Bona alligatura, quæ fracta animæ tuæ oſſa connectat, & ſoliditate reparatâ, in priſtinas vires reformet, ac diſciſſos artus ſine ulla ſibi cicatricis offenſione reſtituat. F

6. De litteræ interpretatione ſatis pro captu noſtro dictum putamus: adoriamur ſancti Prophetæ verſus conſiderare, quos Spiritu ſancto re-

℣. 161. velante ſubjecit. *Principes perſecuti ſunt me gratis, & à verbis tuis trepidavit cor meum*. Si veterem repetamus hiſtoriam, & Saul, & Abeſſalon, & multi alienigenæ principes ſanctum David perſecuti ſunt: ſed nemo potuit de eo triumphare. Sunt & A principes mundi, rectoreſque tenebrarum, qui te in tuo pectore conantur opprimere, & perſecutionum ſæva intus operantur, promittentes regna terrarum, honores atque divitias, ſi fragili mente ſuccumbas, & obediendum eorum imperiis arbitreris. Iſti principes interdum gratis perſequuntur, interdum non gratis. Gratis eum perſequuntur, apud quem nihil ſuum inveniunt, & eum ſubjugare contendunt: non gratis perſequuntur eum, qui ſe eorum dederit poteſtati, & B in poſſeſſionem ſæculi totus intraverit; in ſuos enim ſibi jure dominatum vindicant, atque ab iis mercedem iniquitatis efflagitant.

7. Bene hoc martyr dicit, quòd injuſte perſecutionum tormenta ſuſtineat, qui nihil rapuerit, nullum violentus oppreſſerit, nullius ſanguinem fuderit, [d] nullius thorum putaverit eſſe violan- d dum: qui nihil legibus debeat, & graviora latronum ſuſtinere cogatur ſupplicia: qui loquatur juſta, & non audiatur: qui loquatur plena ſalu- C tis, & impugnetur, ut poſſit dicere: *Cùm loquebar illis, impugnabant me gratis*. Pſal. 119. 7. Gratis igitur perſecutionem patitur, qui impugnatur ſine crimine: impugnatur ut noxius, cùm ſit in tali confeſſione laudabilis: impugnatur quaſi veneficus, quia in nomine Domini gloriatur; cùm pietas virtutum omnium fundamentum ſit. Vere fruſtra impugnatur, qui apud impios & infidos impietatis arceſſitur, cùm fidei ſit magiſter.

8. Verum is qui gratis impugnatur, fortis de- D bet eſſe & conſtans. Quomodo ergo ſubtexuit: *Et à verbis tuis trepidavit cor meum?* Trepidare infirmitatis eſt, timoris atque formidinis. Sed eſt etiam infirmitas ad ſalutem: eſt etiam timor ſanctorum. *Timete Dominum ſancti ejus*; & : *Beatus vir* Pſal. 33. 10. *qui timet Dominum*. Qua ratione *Beatus?* Quia *in* Pſal. 111. 1. *mandatis ejus cupiet nimis*. Pone ergo martyrem inter pericula conſtitutum; cùm inde immanitas beſtiarum ad incutiendum terrorem infremat: aliunde ſtridor candentium laminarum, & flam- E ma fornacis ardentis exæſtuet: ex parte alia perſonent tractus gravium catenarum; hinc carnifex cruentus adſiſtat: pone, inquam, circumſpectantem omnia plena ſupplicii, deinde cogitantem mandata divina, illum ignem perpetuum, illud ſine fine incendium perfidorum, illam pœnæ recrudeſcentis ærumnam; trepidare corde, ne dum præſentibus cedit, perpetuis ſe dedat exitiis; perturbari animo, dum futuri judicii rhomphæam illam terribilem [e] quadam con- e F ſpectus ſui acie contuetur. Nonne hanc trepidationem fiduciæ viri conſtantis æquabis? In eumdem concurrit effectum confidentia cupientis æterna, & divina trepidantis. Sit tamen fortior ille qui ſperat: ſit fortior qui præſumit.

9. Utinam ego talis eſſe merear; ut ſi forte perſecutor ingruerit, non conſiderem ſuppliciorum meorum acerbitates; non metiar tormenta, non pœnas; non cogitem ullius atrocitatem do-

a Ita cuncti mſſ. atque edit. vet. Rom. vero, *quæ habitas in terra Hus*. Et certe hic ei favet textus Hebræus, atque omnes verſiones, excepta LXX. Interp. hi enim vocem *Hus*. non admittunt, ſed locum exhibent in hæc verba, ὁ κατοικῶν ἐπὶ γῆς: ubi pro γῆς, quin Ambr. legerit γὲθ, non eſt dubium.

b Rom. edit. cum parte mſſ. *levare mentis non novit veſtigium*. Melius aliæ cum reliquis mſſ. omittunt negationem.

c. Omnes edit. *corporis ſui*. Omnes mſſ. *operis ſui*, duobus exceptis, in quibus utrumque prætermiſſum eſt.

d. Mſſ. bene multi, *nullum juſtorum*. Sed ea varietas inde profecta eſt, quod in quibuſdam mſſ. vox, *nullius*, ita dividebatur, ut poſteriores litteræ voci ſequenti adhæreſcerent, unde in nonnullis etiamnum legimus, *nulli juſtorum*: quod cùm aperte vitioſum ſit, alii proprio marte repoſuerunt, *nullum juſtorum*.

e. Sic mſſ. complures: Alii autem, & omnes edit. *quadam conſpectus ſpecie contuetur*. Utrumque non male. Quod vero eædem edit. conſequenter legunt: *Nonne ad hanc trepidationem fiducia viri conſtantis, æqualis in eumdem concurrit effectum* &c. Hinc ſane aut nullus, aut multum confuſus ſenſus erui poteſt; quapropter locum ex mſſ. reſtituimus.

loris; ſed hæc omnia levia ducam: trepidem autem; ne Chriſtus me neget, ne Chriſtus excludat, ne me repellat de concilio ſacerdotum, ſi indignum eo collegio judicaverit; videat magis licet permotum corporalium terrore pœnarum, plus tamen trepidantem futura judicia. Et ſi dixerit Matth. 14. 31. mihi: *Modicæ fidei, quare dubitaſti?* porriget tamen dexteram, & inſurgentis hujus ſæculi fluctus mole turbatum, fida mentis ſtatione firmabit.

℣. 162. 10. Sequitur verſus ſecundus: *Exſulto ego in verbis tuis, ſicut qui invenit ſpolia multa.* Bona igitur B trepidatio à verbis Dei, ſi exſultationem generat; qui enim trepidat à verbis Dei, poſtea exſultat in verbis Dei. Ergo qui habet in aula ſua, corde videlicet ſuo, verba Dei, excludit ſermones principum à corde ſuo: excludit timor timorem. Si enim ingreſſus quis balneas, ſolis deponit æſtus, & calor excludit calorem: quanto magis divini judicii terror hunc terrorem excludit humanum: fervorem gratiæ ſæcularis, gratiæ fervor æternæ?

11. Exſultat ergo qui habet verbum Dei; habet enim ſpolia multa, quæ Judæis abſtulit: habet 1. Reg. 17. 51. proſtrati hoſtis exuvias. Sicut David abſtulit Goliæ gladium, & ipſius gladio caput ejus exſecuit: ſic verus David humilis atque manſuetus dominus Jeſus, intelligibilis Goliæ caput armis ipſius amputavit. Arma enim diaboli gentes erant: fide autem gentium vulneratus caput quod habebat, amiſit. Detracta ſunt ſpolia proſtrato, vaſa ejus direpta; quia alligatus eſt fortis. Vas diaboli caro D erat hominis peccatoris: ſed poſteaquam in Chriſtum credidimus, caro noſtra cœpit eſſe vas electionis; ut habes de apoſtolo Paulo, qui ad gentes miſſus eſt, dictum à domino Jeſu ad Ana- Act. 9. 15. niam: *Vade, quoniam vas electionis mihi eſt.* Merito Eſai 8. 3. & 4. ergo vocatum nomen eſt Chriſti: *Velociter ſpolia detrahe,* [a] *divide cito; quia priuſquam ſciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ contra regem Aſſyriorum.* Ergo rex E Aſſyriorum, eorum ſcilicet quos vanos ſua perfidia fecerat, amiſit ſpolia quæ tenebat. Et ut iterum cognoſcas, quia ſpolia Chriſtus à diabolo, quæ in Adam ille invaſerat, vindicavit: [b] & Sabain viri excelſi ad dominum Jeſum alligati vinculis tranſierunt, atque ipſum adorare cœperunt, quia captivam duxit captivitatem. Ideo caput ejus abſtulit; ut ipſe caput eſſet corporis interemti. Meritò nunc gentes toto orbe caput regale circumferunt; quia membra ſunt Chriſti.

12. Cognoviſti de nationibus, cognoſce etiam F de Judæis, quibus dominus Jeſus abſtulit ſpolia; hoc eſt, regnum cælorum abſtulit, & dedit genti Eſai. 3. & ſeq. facienti fructum ejus. Abſtulit virtutem panis, & virtutem aquæ, prophetam, & admirabilem conſiliarium, & prudentem architectum, & ſapientem auditorem. Illis abſtulit, nobis dedit. Merito *exſulto..... ſicut qui invenit ſpolia multa.* Sine labore meo inveni ſpolia quæ non habebam. Inveni [*] Heptateuchum, inveni Regnorum libros, inveni prophetarum ſcripta, inveni Eſdram, inve- A ni Pſalmos, inveni Proverbia, inveni Eccleſiaſten, inveni Cantica canticorum, inveni admirabilem conſiliarium Chriſtum, inveni Paulum prudentem architectum, inveni ſapientem auditorem populum Chriſtianum, qui novit ea quæ leguntur, audire; ille enim audit, qui ea quæ audit, intelligit. Lex ſpiritalis eſt. Non illam audit Judæus, qui audit corporaliter: ſed ille audit, qui audit in ſpiritu. Habent illi libros ſed ſenſum librorum non habent. Habent prophetas, ſed non B habent quem illi prophetaverunt. Quomodo enim habent, quem non receperunt? Ideo cum Moyſe & Elia mihi apparuit; quia ab illis receſſit. Multa habet ſpolia, qui habet Dei Verbum. Habet reſurrectionem, habet juſtitiam, virtutem atque ſapientiam, habet omnia; quia in ipſo conſtant omnia. Hebræi ſpoliaverunt Ægyptios, & Exod. 12. 36. vaſa eorum abſtulerunt: Judæorum ſpolia habet populus Chriſtianus, & totum habemus quod illi habere ſe neſciebant. Illi aurum & argentum ma- C teriale abſtulerunt, nos aurum mentis accepimus, nos adquiſivimus cæleſtis ſermonis argentum.

13. Sequitur verſus tertius: *Injuſtitiam odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.* ℣. 163. Merito odit injuſtitiam, qui habet arma juſtitiæ. Hebræus cùm haberet hæc arma, hoc eſt, Legem & prophetas, murem abominabatur mortuum; quia Lex dicit: *Omnis qui tetigerit mortuum..... immundus erit;* Num. 19. 11. & humanitatis ſuprema negabat officia defunctis: ſed Legi non eſt mortuus, niſi qui D injuſtus eſt. Hæc eſt immunditia juſti, quæ iniquitas. Quid enim immundius, quàm mentem, qua nihil homini pretioſius eſt datum, turpibus commaculare criminibus, & atrocibus efferare commentis? Quid illis prodeſt quod mortuum hominem viſere reformidant? [c] Utinam vita eorum non pollueret appropinquantem, quorum mors contaminare neminem poteſt. Mors nemini nocet, utinam vita non noceat. CONTAGIUM enim colluvionis, conſortium iniquitatis eſt. Quomo- E do ergo contaminare poteſt, qui iniquus eſſe jam non poteſt; cùm etiamſi fuit, tamen eſſe deſivit? Fuge ergo iniquitatem, ne te comprehendat. Fuge injuſtitiam, quæ viventes adhuc mortuos facit.

14. Sed nemo fugit iniquitatem, niſi qui diligit æquitatem; & ideo ait: *Legem tuam autem dilexi.* In lege æquitas eſt, ſi ſpiritalem accipias legem, ſi conſurgas cum Chriſto, & ibi altare ſacro-ſanctum illud cæleſte conſideres, non altare terre- F num, quod hoſtili depopulatione deſtructum eſt. Si illam Hieruſalem ſpectes, quæ in cælo eſt, non iſtam quæ à populo Judæorum frequentabatur in terris, quæ propter incolarum perfidiam à Romano exercitu triumphata, injecto flagravit incendio. Si intuearis in illum principem ſacerdotum, de quo ſcriptum eſt: *Habentes itaque magnum ſacerdotem egreſſum de cælis, Jeſum Filium Dei,* Heb. 4. 14. *teneamus confeſſionem fidelem:* qui quotidie advocatus pro nobis eſt apud Patrem; ut pro quibus in diebus carnis ſuæ miſericordi eſt compaſſus

a. Nonnulli mſſ. cum textu Hebr. & pleriſque verſionibus, *cito prædare.* Sed alii magno numero, & cunctæ edit. *divide cito:* quibuſcum faciunt LXX, apud quos legas, ὀξέως προνόμευσον.

b. Omnes edit. *& Saba dona adduxit viri excelſi* &c. Sed veriſimile eſt verba quæ in mſſ. deſunt, addita fuiſſe, ut alluſio fieret ad Pſal. 71. 10. cùm forte ad Eſai 45. 14. tantum alludatur.

*. Per *Heptateuchum* intellige priores 7. vet. Teſtam. libros, ita tamen ut *Judices ac Ruth* unico libro comprehendantur. Eteuim hunc illi tamquam partem aut appendicem ab Hebræis adjungi ſolitum docet Joſeph lib. 2. *contra Appionem.* Origenes *Philoc.* cap. 3. & alii poſt ipſos.

c. Ita mſſ omnes, & Rom edit. quod etiam cum ſequentibus bellè congruit. Edit. tamen vet. *Utinam vitia eorum non polluerent.*

affectu, pro his operetur remiſſionem quotidie A peccatorum. Quæ enim ſpes alia generi humano, niſi omnium viventium delicta donentur? Ille ergo princeps ſolus eſt ſacerdotum, cui adſtant pii ſacerdotes, in cæleſtium ſacrarium illud altiſſimum merito proprii cruoris ingreſſi. Illa ergo lex diligenda, in qua verus Hebræus liber ab omni ſervitute vitiorum eſt, in qua magnum ſabbatum, & inoffenſa requies defunctorum, in qua mortui populi ſemen reſuſcitatur non commixtione, ſed redemtione fraterna. Secundum hanc B ergo legem odio habet ſanctus injuſtitiam, non injuſtum qui poteſt ſæpe converti: nec mortuorum reliquias, ſed mortuam iniquitatem exſecratur, & refugit.

℣. 164. 15. Sequitur verſus quartus: *Septies in die laudem dixi tibi, ſuper judicia juſtitiæ tuæ.* Et numero quidem ſtudium ſanctæ devotionis exprimitur; ſed puto magis quod purus, & quietus, ac vacuus ab omni onere delictorum declaretur affectus; ut ſine ullo iracundæ imprecationis, aut flagitioſæ C cupiditatis incendio deferatur oratio; nihil quod alii noceat poſtulemus; nihil quod nos ſæcularibus petitionibus decoloret. Laudemus in hymnis & canticis, vera ſemper & juſta ea quæ de divinis canimus laudibus, confitentes. Non ſit anceps & dubia ſententia: non diſcolor mentis intentio, non materialibus negotiis occupata à propoſiti ſpiritalis exſecutione deflectat. Juſtificetur ſemper juſtitia Dei tranquillo animo, non otio feriato.

℣. 165. 16. Sequitur verſus quintus: *Pax multa diligentibus nomen tuum: & non eſt illis ſcandalum.* Supra
Sup ℣ 162. diximus quia caritas excludit timorem: nunc dicimus quia excludit omnem perturbationem.
Etenim qui Deum diligit, profunda eſt in eo con-
Cant 8. 7. firmatæ mentis tranquillitas. *Aqua*, inquit, *multa excludere non poterit caritatem, & flumina non inundabunt eam.* Multa aqua diverſatum eſt paſſionum, & flumina ſæcularium cupiditatum corpo-
a ralibus motibus incitata,[a] quæ tamen murum caritatis ſubvertere non poſſunt. Ideoque caritate
Pſal 123 5. fundatus dicit: *Torrentem pertranſivit anima noſtra.* Numquid aqua maris excludere Moyſis potuit caritatem? Et ut ſecundum litteram tibi pſalmorum ſeries ſuffragetur, nempe diligens Deum, tutum ſibi credidit iter eſſe per maria. Qui autem non dilexerunt Deum, hi demerſi fluctibus dignum ſacrilegiis ſuis exitum pertule-
4 Reg. 2. 8. runt. Elias atque Eliſæus Jordanem tranſmiſerunt pede; & hæc fuit nimiæ merces & gratia F caritatis. Hi igitur ut tranſirent aquas fluvii Jordanis, paſſionum fluenta noſtratum mentis prius veſtigio tranſierunt. De hac aqua dicit Dominus:
Eſai 43 2. *Si tranſeas per aquam, tecum ſum; & flumina non inundabunt te.* Adeſt ſuis juſtis ſemper cùm ali-
b quibus[b] teruntur adverſis; ſi tamen tranſeant mente conſtanti, non dubitanti, non fidei turbentur incerto.

17. Tranſi ergo & tu fidelis animi directione, ſi divinam vis tibi adeſſe præſentiam: ſi non ſolum pax, ſed etiam multa pax ſit in animo tuo, nulla A te prælia diverſæ cupiditatis impugnent, non iracundia ſtimulet, non libido: & ſi eſt pugna, tamen foris, non intus ſit. Præliare adverſus perſequentes, licet & ipſis ſilentio ſæpe cedendum ſit, quia tibi vincunt. Illorum potentia, tua victoria eſt. Tunc denique triumphantur, cùm ſe viciſſe crediderint. Non ergo te impugnet avaritia, non cupiditas exagitet, non triſtitia dejiciat, non inflammet libido, non reſupinet ſuperbia, non curvet ambitio, non formido conſternat. Pax multa B abundet tibi, quæ exſuperat omnem mentem, Philip. 4. 7.
ſecundum Apoſtoli ſententiam: quo nihil pulcrius dici potuit. SUMMUS ENIM ſapientiæ finis eſt, ut ſimus mente tranquilla: non commentitiis poetarum fabulis lubricus turbetur affectus. Summus finis eſt juſtitiæ, ut iniquitas mentem juſti movere non poſſit. Virtutis totius hic finis,
[c] & corporeæ ipſius fortitudinis, ut confecto bello, pacem reformet. Paci ergo & ipſa plerumque militat fortitudo bellandi: nemo ergo pacificum C turbet affectum. c

18. Multa generantur ad perturbationem hominis: & uxor plerumque decepta ſerpentis inſidiis animum viri exagitare conatur: & pater fidem filii frequenter irridet: & vir conjugis ſuæ mentem tentat opprobriis. Sed in his omnibus
ſuperat juſtus, & dicit: *Quis nos ſeparabit à caritate Christi? Tribulatio, an anguſtia, ... an perſecutio?* Rom. 8. 35.
Quoties ipſa benefacta crimini dantur? Quoties virtus opprobrio ducitur? Quoties ipſa ingrata D eſt gratia? Vendidit juſtus facultates ſuas, diſpenſavit pauperibus, nihil ſibi reliquit: contemnitur plerumque in ipſa Eccleſia; quia dives eſſe
deſivit, ſicut ſcriptum eſt: *Si dederit vir omnes facultates ſuas in caritate, contemtu contemtus erit.* Cant 8. 7.
Non ergo moveatur, non enim mercedem hujus ſæculi, nec gratiam, ſed vitæ quæſivit æternæ.
Non indignetur, quia homines pecuniis magis quam operibus bonis deferunt. Nam ſi ei propter bonum opus in hoc ſæculo deferatur, & hu- E jus ſtudii fructum hîc adipiſcatur, dicitur de eo:
Percepit mercedem ſuam. Habet quidem opus Matth 6. 2.
bonum, & hîc gratiam: ſed brevis portio emerendæ ſalutis eſt. Serva futuris mercedem tuam: & iſtius ſæculi opprobria incrementa mercedis tuæ judica. Cogita ſemper Apoſtolicum illud, quod
Indigna ſint paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram gloriam. Rom. 8. 18.
Nullis ergo juſtus frangatur injuriis, nullis moveatur periculis, nullis tentetur procellis; ſive mors ingruat, ſive vita, ſive An- F geli cælorum. Neque dejiciatur adverſis, neque extollatur ſecundis. Nuſquam ſit ejus infirmus affectus. Et mors tentat, & vita tentat: cave ſcandalum.

19. Qui pacem habet, quæ omnem mentem ſuperat, magnus eſt: non eſt de puſillis iſtis. Ideo ſcandalum pati non debet; quia puſillorum eſt
exagitari ſcandalo. Unde & Dominus ait: *Quicumque ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis minimis.* Matth. 18. 6.
Non ſolum puſillos, ſed etiam minimos dixit, quos perturbant ſcandala, & ideo gravi obnoxius pœnæ eſt, ut legiſti, quicumque turbaverit

a. Sex mſſ. *murum tamen caritatem ſubvertere non poſſunt.*

b. Ita vet. edit. & cuncti mſſ. Rom. edit. ſola, *terrentur adverſis.* Minus bene. Infra vero edit. vet. & quædam Pariſ. *ſed etiam multa ſit in animo tuo dilectio.* Rom. cum mſſ. omnibus, *ſed etiam multa pax* &c.

c. Edit. vet. & Pariſ. quædam, *ut corporea ipſius fortitudinis efficiat miles bello.* Rom. cum mſſ. in lectionem noſtram conſentiunt; niſi quod illa vocem, *miles*, tranſtulit in membrum ſequens hoc modo, *miles pacem reformet.* ſed ea mutatio non admodum ſenſui neceſſaria eſt.

infirmæ mentis infantiam. Sicut enim graviori A dignus ſupplicio eſt, qui perſuaſerit crimen infantulo, & incautam præcipitarit ætatem: ita qui invalidum, & inſipientem, & improvidum circumſcripſerit perſuaſione erroris, aut exagitatione cordis affectum. Vis ſcire quam infirmus ſit qui 1. Cor. 8. 13. ſcandalizatur? *Non manducabo*, inquit, *carnem..... ne fratrem meum ſcandalizem*. Quanta infirmitas, & quædam infantia animi; ut eum etiam eſca fratris exagitet? Unde non poteſt homini eſſe præcipitium, quando etiam hinc eſt periculum? B

20. Et quod pejus eſt, infirmitas hujuſmodi ſerpit in multos. Vides inopem juſtum, tentaris: vides divitem iniquum, tentaris: vides ſine liberis ſanctum, tentaris: vides liberis, honoribus, laudibus ſæculatibus abundantem injuſtum, tentaris. Qoantæ foveæ, quanti laquei, & quod eſt gravius, qui plurimos ſtrangulent? In Sodomitana urbe vix unus Lot qui non tentaretur inventus eſt, cujus tamen uxor non potuit tentationis laqueos evadere. Hebræorum populus maria tran- C ſivit: ſed non potuit tentamenta tranſire. Tentati ſunt omnes præter Jeſum, & Caleb, qui ideo de ſenioribus terram repromiſſionis introire meruerunt; quia fuerunt tentationis expertes. Nec Aaron introivit, nec Maria; quia & ipſi tentati ſunt. Nec Moyſes introivit; quia dux erat populi qui tentabatur: typus Legis quæ excludere tentamenta non poterat, non poterat in terram reſurrectionis inducere; quia iſta Evangelio gratia debebatur. Lex pacem non potuit dare; ideo D Moyſes quoad vixit, ſemper præliatus eſt: ſemper Legis populus in ancipiti bellorum eſt: Jeſus autem Nave plebis animos profunda pace compoſuit; quoniam qui ſub Lege eſt, agitatur incertis: Johan 14 27. qui ſub Evangelio, audit dicentem: *Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis*. Ideoque diligentibus non eſt ſcandalum.

21. Accipe aliter: crux Domini Judæis ſcandalum, Græcis ſtultitia eſt. Scandalum eſt perfido; quia dicit Judæus: Ergo hic Deus eſt, qui homo E viſus eſt, hic Deus eſt qui jejunavit, hic Deus eſt qui vapulavit, hic Deus eſt qui crucifixus eſt, hic Deus eſt qui de cruce deſcendere, & ſe liberare non potuit? Denique hoc dicebant tempo- Matth. 27. 42 & 43. re Dominicæ paſſionis: *Deſcendat de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo, liberet nunc eum, ſi vult.* Non te iſta tentent, non te iſta perturbent, non in animom tuum hujuſmodi ſe ingerant cogitationes. Ubi pax, & multa pax: ibi crux Chriſti non opprobrio, ſed ſaluti eſt. Non fuit oppro- F brio Petro crux Chriſti, quæ tantum ei gloriæ dedit; ut inverſis Chriſtum honoraret veſtigiis: metuens ne ſi ea ſpecie crucifixus eſſet, qua Dominus, affectaſſe Domini gloriam videretur. Crux ergo opprobrium perfido: fideli autem gratia, fideli redemtio, fideli reſurrectio eſt; quia pro nobis paſſus eſt Dominus; quia illo nos redemit ſanguine, illa ad paradiſum reſurrectione revocavit. Qui hæc credit, quomodo poteſt turbari, cui ſpes regni cæleſtis adſurgit?

ỷ 166. 22. Sequitur verſus ſextus: *Exſpectabam ſalutare tuum, Domine: & præcepta tua feci.* Qui exſpectat, ſperat. Caritatem ergo ſpes præcedit, ſequitur ſalus. Spes igitur præcurrit effectum; ideo qui exſpectavit ſalutem à Domino, præcepta Domini fecit. Unde & Dominus appellat amicos in Johan. 15. 14. & 15. Evangelio, non ſervos, qui ſua præcepta fecerunt. Qui diligit enim, facit: & qui fecerit, merito dilectionis remuneratione donatur.

23. Sequitur verſus ſeptimus: *Cuſtodivit anima* ỷ. 167. *mea teſtimonia tua: & dilexit ea nimis.* Plus eſt diligere, quam cuſtodire: & ſupra diximus quia ỷ. 159. num. 15. cuſtodire, interdum neceſſitatis eſt, vel timoris: diligere caritatis. Ideo cùm hîc dixiſſet: *Cuſtodivi*, adjecit: *Dilexi*; ut cuſtodia amantis fuerit, B non timentis. Qui nimium diligit, nimium cuſtodit.

24. Sequitur verſus octavus: *Servavi præcepta* ỷ. 168. *tua & teſtimonia tua; quoniam omnes viæ meæ ante te, Domine.* Beatus qui poteſt dicere: *Omnes viæ meæ ante te:* qui nolit abſcondere omnes cogitationes ſuas, omnes actus ſuos: abſcondebat Adam viam ſuam, abſcondebat Eva poſt culpam, abſcondebat Cain necem fratris. In affectu habemus abſcondere, non in effectu. Plena abſcon- C dentis perfidia, etſi apud Deum nulla ſit latebra. Ideo Eccleſia in Canticis ſua ei ſecreta monſtrabat, dicens: *Adſumam te, & inducam te in domum* Cant. 8. 2. *matris meæ, & in ſecretum ejus quæ concepit me.* Nam etſi Deus omnia videat cordis occulta; bonum tamen eſt ut unuſquiſque animam ſuam ei aperiat & expandat, & tamquam lumini, vel calori ejus occurrat. Nec immerito gloriatur Eccleſia, dicens: *Ego eram in oculis ejus tamquam inveniens* Ibidem 10 *pacem*; quoniam vias ſuas prodere non timebat. D Juſti ergo eſt iſta vox: *Oculi* enim *Domini ſuper juſ-* Pſal. 33. 16. *tos.* Itaque domino Jeſu Chriſto, qui eſt via & veritas, bene hoc dicitur ab iis qui illam veram viam fide, moribus, actuque deſiderant convenire: *Omnes viæ meæ coram te, Domine.* Nulla enim poteſt via eſſe bona, niſi quam tu illuminandam tui viſitatione luminis judicaveris: cui eſt honor, gloria, laus, perpetuitas à ſæculis, & nunc, & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

SERMO VIGESIMUS-SECUNDUS.

ת Tau.

1. INcipit littera *Tau*, quæ latina interpretatione ſignificat, *Erravit*: alia interpretatio habet, *Conſummavit.* Quid eſt erravit? Vigeſima ſecunda littera eſt, quæ apud Hebræos eſt ultima. Pſalmo autem iſto, hoc eſt, centeſimo octavo Sup. in prolog. hujus Pſal. decimo profectum hominis diximus ſignificari, qui doctrinæ moralis magiſteriis eruditus, deponeret omnem inexercitatæ mentis infantiam: ad- F ſumeret autem veterani conſilii ſcientiam, & prudentiæ ſenilis ætatem. Ubi autem error eſt, culpa ſignatur. Hic ergo eſt profectus finis, ut etiam culpæ ſit. Sed vide quid interpretetur. *Erravit*, inquit; non errat, ſed *erravit.* Erraſſe, præteriti eſt temporis: errare, præſentis. Qui erravit, deſivit errare, & veterem condemnat errorem. De eo enim dicitur, erravit, qui in errore jam non ſit; nam is qui adhuc in errore permaneat, non erraſſe dicitur, ſed errare, errare enim permanentis in vitio eſt: erraſſe, corrigentis eſt lapſum.

2. Denique emendator motum ait: *Eramus* Tit. 3. 3. *enim aliquando inſipientes, increduli, errantes in deſideriis, & voluptatibus.* Non dixiſſet utique: *Eramus aliquando inſipientes*, niſi qui adeptus eſſet poſtea ſapientiæ diſciplinam. Neque dixiſſet:

Eramus errantes, niſi qui ſuperiorem depoſuiſſet A
errorem. Denique ut abolitum lapſum doceret,
nec ullum offenſionis reſediſſe veſtigium, ait:
Ibidem. 4. *Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit ſal-*
& 5. *vatoris noſtri Dei, non ex operibus juſtitiæ, quæ feci-*
mus nos: ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos
nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis
Spiritus ſancti. Veteri igitur errore depoſito, &
Spiritu ſancto, atque omni morum emendatione
renovatus dicit: *Eramus enim aliquando erran-*
tes. Vides ergo quia errori renuntiaſſe non vitii, B
ſed profectus eſt.

3. Poſtremo ipſe te doceat dominus Jeſus, ſi hu-
manis conſiliis vel ſententiis non putas eſſe cre-
Lucæ 15. 4. dendum. Namque in Evangelio ſuo ipſe adſeruit
quod paſtor reliquit nonaginta & novem oves,
& unam requirit quæ erravit. Centeſima ovis eſt
quam dicit erraſſe: perfectio & plenitudo nume-
ri ipſa te inſtruat & informet. Non immerito ce-
teris antefertur; QUIA PLUS EST à vitio ſe
revocaſſe, quam prope vitia ipſa neſciſſe. Imbu- C
tos enim vitiis animos exuere frænis cupiditatum
atque emendaſſe, non ſolum perfectæ virtutis, ſed
etiam cæleſtis eſt gratiæ. Emendare etenim futura
a adtentionis humanæ eſt: [a] præterita damnare
Ibidem. 5. divinæ eſt poteſtatis. Denique inventam paſtor
ovem humeris impoſuit ſuis. Agnoſcis utique
myſterium, quomodo ovis laſſa reficiatur; quia
non poteſt aliter humana conditio laſſa recreari,
niſi ſacramento Dominicæ paſſionis, & ſanguinis
Eſai. 9. 6. Jeſu Chriſti, *cujus principatus ſuper humeros ejus*; D
in illa enim cruce infirmitates noſtras portavit,
ut ibi omnium peccata vacuaret. Merito gau-
dent Angeli; quia is qui erravit, jam non errat,
jam ſuum eſt oblitus errorem.

4. Non error igitur, ſed conſummatio eſt, ut
altera docet interpretatio. Conſummatio autem,
perfectio diſciplinæ eſt. Unde & Hieremias in
Thren. 4. ſuis Threnis ſub hac littera ait: *Defecit iniquitas*
22. *tua, filia Sion: non adjiciet te expellere adhuc. Viſi-*
tavit iniquitates tuas, filia Edom: revelavit ſuper E
peccata tua. Advertis quoniam iniquitas non po-
tuit ſine Dei viſitatione deficere, nec plena eſſe
correctio, niſi per gratiam domini Salvatoris?
Quomodo autem deficiat iniquitas, audi dicen-
Cant. 5. 3. tem Eccleſiam: *Exui tunicam meam, quomodo in-*
duam eam? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos?
Veteris igitur hominis veſtimentum vitiis erroris
intextum, in lavacri regeneratione depoſitum
neſcit quomodo poſſit induere; ſtudio enim cor-
rectionis inoleverat oblivio peccatorum. Tanta F
vis conſummatæ emendationis eſt; ut in quam-
dam pueritiæ redeat ſpiritalis ætatem, quæ vias
erroris ignoret, crimen etiamſi velit, non poſ-
ſit admittere; quia deſueverit uſum noſſe pec-
candi. Et jam de hujus litteræ interpretatione
ſatis dictum arbitror: nunc cognoſcamus ex ſub-
b ditis, [b] quæ ſit viri conſummati ſententia.

℣ 169. 5. Itaque ſic ait: *Appropinquet oratio mea in con-*
ſpectu tuo, Domine: ſecundum verbum tuum mihi tri-
bue intellectum. Volare facit orationem bona vita,
& dat alas precibus ſpiritales, quibus ſanctorum
ad Deum evehatur oratio. Sed & ſpiritus quo
oramus, ſublevat precem juſti; maximè ſi corde
contrito compatiens eam commendet affectus.
Conſummati autem viri iſta eſt confidentia. De-
nique ipſe David in ſuperioribus iſtius Pſalmi lu-
cernam ſuis pedibus requirebat; ne in hoc itine- Sup. ℣. 105.
re terreno ambulans poſſet errare. Nunc autem
quaſi jam in fine & proceſſu poſitus, conſumma-
to viandi munere, totus adſurgit. Et orationem
ſuam dirigit in cæleſtia: mittit eam in conſpectum
domini Salvatoris, dans illi flabra juſtitiæ, ſapien-
tiæ flamina, remigia devotionis & fidei, innocen-
tiæ puritatiſque ſubſidia; peccato enim graveſ-
cit oratio, & longe fit à Deo. Tanto autem plus
gravatur, quanto improbabilior eſt vita depre-
cantis. Innocentium autem adſcendit oratio, &
gemitus compatientis affectus, ſi Ægyptium lu-
tum oderint, & operari terrena declinent. De-
nique ſic legiſti, quod Hebræorum qui dura Exod. 2.
Ægyptiorum imperia ferre non poterant; & ut 23.
gravia, ita & lutulenta opera indigna ſui nobili-
tate generis recuſabant, gemitus & vox adſcen-
derit ad dominum Deum noſtrum. Adſcendit
enim oratio; quia etſi operabantur, tamen ope-
rabantur inviti. Deſcendebat itaque ad illos Dei
miſericordia; quia illorum ad Deum adſcende-
bat devotio.

6. Adſcendebat itaque non corporaliter; ne-
que enim propheta tantus precationem ſuam pe-
tebat Deo corporaliter appropinquare: nam qui
ita putat, utique is Deum certo in aliquo loco ac
ſede concludit, ut diffuſiorem locum in quo
Deus ſit arbitretur; cùm utique inviſibilis, inef-
fabilis, incomprehenſibilis impleat omnia, & di-
vinitatis in eo habitet plenitudo. Legi Moyſen Exod. 24.
appropinquaſſe Deo, cùm Legem acciperet: ſed 18.
ſolitâ David verecundiâ non ſemet ipſum, ſed
orationem ſuam Deo appropinquare poſtulat;
ut videatur ordo quidam eſſe diſtinctus, quod ii
qui perfectiores ſunt, ipſi appropinquent Deo,
ſequentis autem ordinis juſti viri ſatis habeant ſi
eorum appropinquet oratio.

7. Ex uſu autem noſtri ſermonis conſideremus
quid ſit appropinquare. Conſtitue magiſtrum,
atque diſcipulum: ſi diſcipulus ſtudioſius magiſtri
vel hauſit ingenium, vel præcepto intendit, ita ut
ad ſimilitudinem operis ejus atque doctrinæ pro-
xime videatur accedere; nonne dicere ſolemus
quòd appropinquavit magiſtro? Ergo & tu ſi imi-
tatorem te præbeas Chriſti ſicut ille qui ait: *Imi-* 1. Cor. 4.
tatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti: ſi dolum neſ- 16.
cias, mendacium oderis, veritatem ſequaris, juſti-
tiam non refugias, diligas caſtimoniam, appro-
pinquaſti Chriſto, & per Chriſtum Deo. Ipſe
enim eſt via, qua pervenitur ad Patrem, qui apud
Patrem ſemper eſt.

8. Didicimus quid ſit appropinquare oratio-
nem, hoc eſt, elevetur actibus noſtris. Si elevas
actus tuos, elevaſti orationem tuam. Qui novit
elevare manus ſuas, dirigit orationem ſuam in
conſpectu Dei, ſicut infra legiſti: *Dirigatur oratio* Pſal. 140.
mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Elevatio manuum 2.
mearum ſacrificium veſpertinum. Hæc utique ora-
tio ad vitam, alia oratio in peccatum: *Et oratio* Pſal. 108.
7.

a. Edit. vet. *præterita donare*. Rom. *præterita damnare*. Et rurſus infra, vet. edit. *conditio lapſa recreari*. Rom. *conditio laſſa recreari*. Mſſ. vero utrobique partim huic, partim illis accedunt.

b. Septem mſſ. *quæ ſit viri conſummati fiducia*. Pro hac lectione facit, quod paulo poſt in omnibus mſſ. & edit. habetur: *conſummati autem viri iſta eſt confidentia*.

ejus

ejus fiat in peccatum. Et tu ſi ſæcularia petas, ſi flagitioſa poſtules, oratio tua non ad Deum dirigitur, ſed in peccatum. Ideoque intellige quæ petas.

9. *Secundùm*, inquit, *verbum tuum mihi tribue intellectum.* Adverte quid poſtulet. Non intellectum generaliter dixit, ſed intellectum ſecundùm verbum Dei; eſt enim intellectus ad mortem, Luc. 16. 8. ſicut eſt prudentia ad interitum. *Filii hujus ſæculi prudentiores ſunt quam filii lucis in hac generatione.* Sed prudentia iſta quæ ſæculi eſt, ad vitam non B ſuffragatur æternam. Circa honores, circa lucella eſt, quæſtibus coacervandis intenta, non meritis comparandis. Poſtremo circa elementa mundi eſt phalerata magis quam vera ſapientia; ut eſt philoſophia omnis quæ aliena quærit, cùm ſua neſciat: ſcrutatur cæli plagas, mundi ſpatia rimatur, quæ ſibi prodeſſe nihil poſſunt: Deum ignorat, quem ſolum deberet inquirere.

1. Cor. 3. 18. & 19. 10. Ideo verus ſapiens dicit: *Si quis videtur ſapiens eſſe inter vos in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens; ſapientia enim hujus mundi, ſtultitia eſt apud Deum.* C Elaborandum eſt igitur ut in hoc ſæculo ſtulti ſimus, nihil nobis cum philoſophia; ne quis fidem noſtram per elementa mundi hujus traducat à vero; ne quis adſertionem noſtram per philoſophiam deprædetur. Sic enim Arrianos in perfidiam ruiſſe cognovimus, dum Chriſti generationem putant uſu hujus ſæculi colligendam. Reliquerunt Apoſtolum, ſequuntur Ariſtotelem. Reliquerunt ſapientiam quæ apud Deum eſt: D elegerunt diſputationis tendiculas, & ancupia verborum ſecundum dialecticæ diſciplinam, cùm Coloſſ. 2. 8. clamet Apoſtolus: *Ne quis vos deprædetur per philoſophiam, & inanem ſeductionem, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa hujus mundi, & non ſecundùm Chriſtum.*

11. Utinam poſſim imitari illam ſtultitiam, qua ſim ſapiens: illum virum habentem amplas poſſeſſiones, ſed negligentem fructuum, intentum Deo illum virum, qui honores etiam delatos ſibi E reſpuat, doctrinam philoſophiæ non requirat; etiamſi ante cognovit, tamen ſcire diſſimulet, non requirendo dediſcat: non quærat quæ ſua ſunt, ſed aliis ſua conferat, ſibi adquirat æterna. Hic poteſt dicere: *Secundùm verbum tuum mihi tribue intellectum*, id eſt, non ſecundum philoſophos, non ſecundum cauſidicos, non ſecundum mercatores hujus ſæculi, non ſecundum architectos domorum: ſed ſecundùm verbum tuum, quod eſt veræ ſapientiæ bonorumque operum F fundamentum; ut ſuper illud conſtituat propheta aurum cordis ſui, argentum ſermonis ſui, lapides pretioſos operationum ſuarum; ut opus ſuum labi & perire non poſſit.

℣. 170. 12. Sequitur verſus ſecundus: *Intret poſtulatio mea coram te: ſecundùm verbum tuum libera me.* Vide ordinem. Primùm dixit: *Appropinquet oratio mea:* poſtea intellectum popoſcit, *ſecundùm verbum:* tertiò ait, *Intret poſtulatio mea coram te.* Nonne quodam Dominus nos invitat uſu, & ſuſA cipere dignatur affecto? Nonne cùm aliquem de primariis viris deſideras convenire, primùm ad ejus domum appropinquas: poſtea quæris informari atque inſtrui, ut cognoſcas mentem patrisfamilias: deinde ut ejus domum ingrediaris, imploras; ne quis te abjiciat & excludat? Pulſa ergo & tu regiam illam cæleſtem: pulſa non manu corporis, [a] ſed quadam orationis tuæ dextera. Non ſola manus corporis pulſat: pulſat & vox; ſcriptum eſt enim: *Vox fratris mei pulſat ad januam.* Cant. 5. 2. Pulſamus & digito. Denique & Thomas digito meruit januam reſurrectionis aperire. Et tibi dicit Jeſus: *Infer digitum tuum huc.....* [b] *& mitte manus tuas in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Iohan. 20. 27. Pulſa ergo digito, ſi non potes tota manu. Pulſa januam. Chriſtus eſt janua, qui ait: *Per me ſi quis introierit, ſalvabitur.* Iohan 10. 9.

13. Cùm hanc igitur januam pulſaveris, vide quomodo ingrediaris; ne forte & jam ingreſſus, extra conſpectum regis ſis. Multi ingrediuntur palatia, & non ſtatim regem iſtum terrenum vident; ſed frequenter obſervant, ut aliquando videre mereantur. Nec præſumunt videndi copiam: ſed juſſi repræſentantur, & precem fundunt; ut cum benevolentia ſuſcipiantur. Primus ſui ſermonis ingreſſus eſt, ne quid titubet, ne quid offendat. Quanto magis rogandus eſt Deus, ut oſtium miſericordiæ ſuæ noſtra ingrediatur oratio? Denique & Paulus rogat ut aperiatur ſibi Coloſſ. 4. 3. oſtium verbi ad loquendum myſterium Chriſti.

14. Sed quia Græcus habet, Εἰσελθέτω ἀξίωμά μου, hoc eſt: *Intret dignitas mea*; licet potuerit & ſcriptor errare, & fecerit ἀξίωσις, hoc eſt, *deprecatio:* tamen hoc quoque explanemus, ut poſſumus. [c] Nempe cùm hominem regem rogas, dicis ut contemplationem habeat honoris tui, tangat eum tuæ contemplatio dignitatis; ut aut miſereatur, ſi venia eſt poſtulanda: aut deferat pro ordine dignitatis. [d] Et quid dicam, rogas? Sic unuſquiſque ingreditur, ut dignitatibus deferatur. Rectè ergo & devotus Deo dicit: *Intret dignitas mea coram te.* Habet & Chriſtianus dignitatem ſuam, qui tanto imperatori militat.

15. Sunt maximæ & veræ fidei dignitates, ſunt honorum diverſi & apud Chriſtum ordines. *Poſuit Deus in Eccleſia primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores.* 1 Cor. 12. 28. Sed iſtæ adminiſtrantium dignitates. Sunt etiam privatorum, ut eſt pietas, juſtitia, ſobrietas, caſtimonia, diſciplina. Sunt etiam orationis dignitates: ſi pro vidua roges, ſi roges pro pupillo, ſi roges pro miſericordi, ſi roges pro nimium devoto ac fideli: ſi roges in tribulatione, roges cum dolore, ſi mœſto & ipſe qui rogas compatiaris affectu, intrat oratio tua Dei gratiam: intrat domum ejus, ſi tecum Eccleſia deprecetur, ſi populus univerſus imploret; ut Domini inclinet favorem.

16. Quid autem rogat? Ut eruatur, ut liberetur; eo quod jam diu adverſus nequitias ſpiritales, adverſus tentamenta hujus ſæculi prælietur; eo quod [e] grave eſt ſatis longævo curſu iſtius vitæ

a. Omnes edit. *ſed quadam rationis tua dextera.* Melius omnes mſſ. . . *orationis tua dextera.*

b. Mſſ. non pauci, *& mitte in manus meas, & latus meum.*

c. Edit. omnes, *Nempe cùm hominem rogas, regem te dicis.* Senſus abſurdus. Itaque legitimum è cunctis mſſ. reſtituimus. Corruptio autem non aliunde exorta eſt, niſi ex eo quod pauci mſſ. dictionem, *regem*, poſt verbum, *rogas*, tranſpoſuerint, quod intrudendi voculam, *te*, ſciolo cuipiam dedit occaſionem.

d. Mſſ. aliquot, *Et quid dicam? Rogans unuſquiſque ſic ingreditur* &c. Non ita male.

e. Ita quinque mſſ. Alii autem, ac vet. edit. dictionem, *vita*, prætermittunt: quod ſi placeat, referendum erit relativum, *iſtius*, ad vocem *ſæculi*, prius poſitam. Sed Rom. edit. proprio marte ſic emendavit: *grave eſt ſatis longævo, curſus iſtius diuturnam* &c.

diuturnam ſuſtinere militiam. Denique & infra A
Pſal. 119. 5. dicit: *Heu me quod incolatus meus prolongatus eſt!* Ingemiſcit enim quod indefeſſas jugi labore tendat excubias; & ideo petit à tot adverſantibus liberari, nec cum terrenis hominibus vult habere conſortium.

ỳ. 171. 17. Sequitur verſus tertius: *Eructabunt labia mea hymnum; cùm docueris me juſtificationes tuas.*
2. Cor. 2. 15. Eructavit hymnum, qui poteſt dicere: *Bonus enim odor Chriſti ſumus Deo.* Et bene eructat, qui plurima & ſuavia præcepta Domini guſtaverit. Eruc- B tat hymnum, qui eructaverit verbum. Denique
Pſal. 44. 2. & David ante eructavit verbum bonum, hîc eructat hymnum. Bonum enim panem guſtavit, qui de cælo deſcendit: bonum panem, quem ſi quis manducaverit, non morietur in æternum. Habet verbum Dei epulas ſuas: alias fortiores, ut eſt Lex, & Evangelium: alias ſuaviores, ut ſunt pſalmi, & Cantica canticorum. Eructabat hymnum Eccleſia, vel anima pia, cui dicebat Deus
Cant. 2. 14. Verbum: *Inſinua mihi vocem tuam; quia vox tua* C
Cant. 4. 11. *ſuavis eſt.* Eructabat hymnum, cui dicebat: *Favum diſtillant labia tua, ô ſponſa: mel & lac ſub lingua tua.*

18. Sed non poteſt quis ante eructare hymnum, niſi didicerit juſtitias Dei, & didicerit ab ipſo domino Deo ſuo. Ideo ſpecialiter hoc David petit, ut eum doceat Deus; audierat enim & co-
Matth. 23. 10. gnoverat in ſpiritu, *Quia unus magiſter eſt*; & ideo ubique ipſum ſibi doctorem fieri poſtulabat, ut ab ipſo diſceret juſtificationes ejus. Quomodo enim D cantare poteſt quis in metu poſitus, & timore pœnarum? Quomodo cantare poteſt gravium ſibi conſcius delictorum, niſi prius fiat veniæ ſecu-
Pſal. 136. 4. rus? Denique in poſterioribus habes: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena*, in qua impugnetur, in qua captivetur in lege peccati, in qua defleat atque deploret ſuæ captivitatis ærumnam?

19. Et tu ergo ede ſcripturarum cæleſtium cibos, & ede ut permaneant tibi in vitam æternam, E & ede quotidie, ut non eſurias, ede ut replearis, ede ut verborum cæleſtium eructes ſaginam. Spiritales epulæ non obeſſe ſolent, ſed prodeſſe ſatiatis; ideoque repleri volebat Propheta qui
Pſal. 78. 8. dicit: *Repleatur os meum laude; ut cantem gloriam tuam.* Qui cantat Dei gloriam, hymnum Domino cor ejus eructat.

ỳ 172. 20. Sequitur verſus quartus: *Loquetur lingua mea verbum tuum; quoniam omnia mandata tua juſtitia eſt.* Qui didicerit juſtitias Dei, loquitur verbum F Dei: & qui verbum Dei loquitur, otioſum verbum non loquitur. Otioſum verbum eſt, loqui
Pſal. 16. 4. opera hominum. Ideo Sanctus dicit dari ſibi à Domino gratiam, ut non loquatur os ſuum opera hominum; quia otioſum verbum eſt: nec ſolùm otioſum, ſed etiam periculoſum, pro quo
Matth. 12. 36. rationem ſumus reddituri. Omne enim verbum otioſum quodcumque locuti fuerimus, reddemus pro eo rationem. Non enim mediocre periculum eſt, cùm habeas tanta eloquia Dei, & Dei opera quæ fecit in Geneſi, fecit in Exodo, fecit A in Levitico, Numeris, Deuteronomio, Jeſu Nave, Judicum libro, Regnorum, atque Eſdræ libris, fecit in Evangelio, vel in Actibus apoſtolorum, illis prætermiſſis, loquaris quæ ſæculi ſunt, audias quæ ſæculi ſunt. [b] *Sepi aures tuas ſpinis*: uti- Eccli. 28. 28.
nam & linguam tuam obſepias. Sed quod pejus a eſt, circumdata eſt lingua tua ſpinis, quæ compungunt, & vulnerant loquentem quæ mundi ſunt. Ideo adverſarius etiam orantibus frequenter ſæculares offundit cogitationes. Si ergo non B debemus audire aliena, vel ſuperflua: quanto magis non debemus obloqui; cùm dicat unicuique noſtrum Scriptura venerabilis: *Argentum &* Ibidem. 29.
aurum tuum alliga: & ori tuo fac jugum & pondus? Alliga ſenſum tuum fida taciturnitate: alliga ſermones tuos, impone jugum ori tuo; ne indomita cervice verborum ſe jactet. Impone pondus, ut cauto omnia quæ loquimur trutinemus examine. Quibus tamen ſpinis ut ſepias aures tuas Scriptura tibi dicit; niſi contrito corde, & timo- C re judicii? Salubriter iſta compungunt; ſtimulant iſta, non vulnerant; licet & vulnera utilia ſint amici.

21. *Omnia*, inquit, *mandata Dei juſtitia eſt*; quia ſunt mandata juſtitiæ, & ideo ſine juſtitia eſſe non poſſunt. Mandatum Dei eſt, ut diligas Deut. 6. 5.
Deum tuum. Unde ait Paulus: *Qui diligit proxi-* Rom. 13. 8.
mum ſuum, legem implevit; ſcriptum eſt enim: Non & 9.
adulterabis, non occides, non furaberis, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſ- D *taaratur.* Si in ipſo verbo inſtauratur omne mandatum, quod verbum juſtitia eſt (quid enim tam juſtum, quam ut diligas Deum tuum, & diligas fratrem tuum) utique omnia Dei mandata juſtitia eſt. Sicut enim [b] qui occidere poteſt fratrem, b
utique non diligit: qui adulterat fratris uxorem, utique non diligit fratrem: qui furatur: qui concupiſcit alienum, utique non diligit eum quem fraudare deſiderat: ita qui ſuperbe deſpicit fratrem, qui eum deformare conatur, qui paſcitur E ejus injuriis, à conſortio caritatis alienus eſt.

22. Sequitur verſus quintus: *Fiat manus tua* ỳ 173.
ſalvum facere me; quoniam mandata tua elegi. Adventum Domini videtur orare; quia manus Dei Chriſtus eſt. Ipſum legimus dexteram Dei, de quo ſupra ait: *Dextera Domini fecit virtutem:* Pſal. 117.
dextera Domini exaltavit me. Cur ergo hîc ma- 16.
num dixit; niſi forte non ſolum propter diverſitatem gratiæ, quam ſcriptores non prætermittere ſolent: ſed etiam propter quamdam proprieta- F tem manuum dictum eſt; ut ibi dextera dicatur, ubi ſcribitur quod exaltavit eum virtute: hîc manus, ubi intelligi oporteat, quod eum humilitate ſervavit? Poteſt & ſic intelligi manus Domini, ſicut dicitur in uſu: Magna eſt manus illius regis, hoc eſt, magnus exercitus: & illius inferior eſt manus, ut etiam hîc intelligamus: Fiat adjumentum tuum atque ſubſidium, ut mittas Angelos tuos, opem tuam, ſubſidia potentiæ tuæ ad liberandum populum tuum. Hæc eſt manus Dei, de qua ſcriptum eſt: *Nonne omnes miniſtri ſpiritus,* Hebr. 1. 14.
qui mittuntur in miniſterium propter eos, qui futuri

a. Plures mſſ. *Sepis aures tuas ſpinis.* Haud male. Alii tamen & omnes edit. *Sepi* &c. Quod autem poſt verbum, *obſepias*, cunctæ edit. adjiciunt, *ne loquaris quæ ſæculi ſunt, audias quæ ſæculi*; hæc in mſſ. nullis reperias; & certe mera eſt repetitio ſuperiorum.
b. Cod. Corb. *qui occidere vult fratrem.* Sorb. unus, *qui occidere petit fratrem.* Sed ea mutatio non aliunde quam è ſcriptorum ignorantia promanavit. Non viderunt ſiquidem *poteſt occidere*, hîc idem eſſe ac re vera occidere, ut Virgilianum illud:
potuiſti linquere ſolam!
perinde eſt ac *quomodo ſolam dereliquiſti?*

erunt heredes ſalutis? Qui ergo elegit mandata A Dei, utitur confidentiâ; ut cum auctoritate depoſcat ſibi divina ſubſidia.

℣. 174. 23. Sequitur verſus ſextus: *Concupivi ſalutare tuum, Domine: & lex tua meditatio mea eſt.* Alius longævitate vitæ iſtius delectatur, & concupiſcit uſque ad depoſitæ ſenectutis finem corporis hujus vitam producere. Alii franguntur ægritudinis infirmitate, de quibus nemo poteſt dicere:
2 Cor. 12. 10. *Cùm infirmor, tunc potens ſum.* Beatos ſe putant, ſi inoffenſa valetudinis commoditate potiantur, B quibus non eſt infirmitas ad ſalutem. Horum quoque nemo poteſt dicere: *Concupivi ſalutare tuum, Domine;* ſuam enim magis ſalutem, quàm ſalutare Dei quærunt, medicis potius quàm
De conſ. diſt. 5. Contraria. Scripturis obedientes. Contraria autem ſtudioſis divinæ cognitionis præcepta ſunt medicinæ. A jejunio revocant, lucubrare non ſinunt, ab omni intenſione meditationis abducunt. Itaque qui ſe medicis dederit, ſe ipſum ſibi abnegat. Qui autem quærit ſalutare Dei, Chriſtum ſequitur, qui C
a dicitur [a] ſalus Dei: non quæ corporis, ſed quæ æterna ſunt quærens, cùm hoc in corpore converſetur. Qui autem ſalutem Dei quærit, die utique & nocte meditatur in lege. Jugis illi meditatio eſt divinorum decretorum, neque aliquâ curâ corporis hujus avertitur à ſtudio diſciplinæ.

℣. 175. 24. Sequitur verſus ſeptimus: *Vivet anima mea, & laudabit te: & judicia tua adjuvabunt me.* Futuræ utique vitæ, non præſentis ſibi remuneratione blanditur; hæc enim vita quomodo diei po- D
Pſal. 21. 16. teſt, de qua ſcriptum eſt: *Et in pulverem mortis deduxiſti me?* Quam multi viventes in inferno ſunt? Ipſe Paulus cupiebat de corpore mortis hujus liberari, qui vere concupivit ſalutare Dei,
Philip. 1. 23. dicens: *Diſſolvi enim cupio, & cum Chriſto eſſe multo melius: permanere autem in carne magis neceſſarium*, quam voluntarium. Quomodo ergo vivit anima operta mortis involucro: aut quæ eſt vita, quæ in umbra eſt? In regione umbræ mortis ſumus: abſcondita eſt vita noſtra, non libera; erit E enim libera in regione vivorum, in qua fiduciam
Pſal. 114. 9. complacendi juſtus adſumit, ut placeat Domino in regione vivorum. Ibi ergo vivit anima noſtra, ubi nihil mortale, nihil infirmum amicta ſit, nihil debitum pœnæ.

25. Ibi laudabit Dominum, ubi depoſito infirmitatis corpore, conformis eſſe cœperit gloriæ corporis Chriſti. Nam dum in peccato ſumus,
Pſal. 49. 16. plene laudare quî poſſumus? *Peccatori enim dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas?* In umbra F ſumus hic poſiti: in umbra vivimus: in umbra laudamus: perfecte in umbra laudare non poſſumus. In terra aliena ſumus: denique audiſti in
Pſal. 136. 4. poſterioribus dicentes: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?*

26. Adjuvant autem judicia Dei ſanctos, cùm bonis operibus remuneratio vitæ confertur æternæ. Beatus qui dicit: *Et judicia tua adjuvabunt me.* Ego infirmus, ego peccator timeo judicia Dei propter conſcientiam delictorum: mihi terrorem adferunt, me exagitant: ſanctos adjuvant. Sed

A tamen juvabunt etiam peccatorem, licet diverſo modo. Sanctus adjuvabitur, dum probatur: peccator adjuvabitur, dum humiliatur, dum caſtigatur; ut peccata ſolvat duplicia: dum opus ejus exuritur, ut ipſe ſalvus fiat, ſic tamen quaſi per ignem. Fortaſſis etiam ſic convenit ſenſus: Si dignus fuero judicio, dignus ero ut exuar à conſortiis impiorum; quoniam *non reſurgunt impii in judicium.* Pſal. 1. 5. Et juvabunt me judicia; quoniam qui credit in Domino, non judicatur. Proderit illi fi-
B des, & ſuffragabitur ad veniam, etiam ſi qua in operibus offenſa ſit.

27. Sequitur verſus ultimus: *Erravi ſicut ovis quæ perierat: vivifica ſervum tuum; quoniam mandata tua non ſum oblitus.* ℣. 176. Græcus habet: *Quære ſervum tuum*, hoc eſt, ζήτησον: & potuit falli ſcriptor, ut ſcriberet ζῆσον, quod eſt vivifica. Senſus quidem uterque conſtat, ſed opportunior eſt huic loco: *Quære ſervum tuum*; quoniam ovis quæ erravit quærenda eſt à paſtore, ne pereat.
C Ideo dicit, *Erravi. Dic & tu iniquitates tuas, ut juſtificeris.* Eſai. 43. 26. Quòd lapſum fateris, in eo tibi cum omnibus commune conſortium eſt; quia nemo ſine peccato: negare hoc, ſacrilegium eſt; ſolus enim Deus ſine peccato eſt. Confiteri hoc Deo, impunitatis remedium eſt. *Erravi*, inquit: ſed qui erravit, in viam poteſt redire, in viam revocari poteſt. Et pulcre addidit: *Sicut ovis quæ perierat*; non enim perit qui agnoſcit errorem.

28. *Quare*, inquit, *ſervum tuum; quoniam man-*
D *data tua non ſum oblitus.* Veni ergo, domine Jeſu: quære ſervum tuum, quære laſſam ovem tuam: veni paſtor, quære ſicut oves Joſeph. Erravit ovis tua, dum tu moraris, dum tu verſaris in montibus. Dimitte nonaginta novem oves tuas, & veni unam quærere quæ erravit. Veni ſine canibus, veni ſine malis operariis, veni ſine mercenario, qui per januam introire non noverit. Veni ſine adjutore, ſine nuntio: jamdudum te exſpecto venturum. Scio enim venturum; *Quoniam man-*
E *data tua non ſum oblitus.* Veni non cum virga, ſed cum caritate, ſpirituſque manſuetudine.

29. Noli dubitare relinquere in montibus nonaginta novem oves tuas; quia in montibus conſtitutas lupi rapaces incurſare non poſſunt. In paradiſo ſemel nocuit ſerpens: amiſit ibi eſcam, poſtquam Adam inde depulſus eſt: illic jam nocere non poterit. Ad me veni, quem luporum gravium vexat incurſus. Ad me veni, quem ejectum de paradiſo [b] ſerpentis diri ulceris venena b
F pertentant; quia erravi à gregibus tuis illis ſuperioribus: nam & me ibidem collocaveras, ſed ab ovilibus tuis lupus nocturnus avertit. Quære me; quia ego te requiro. Quære me, inveni me, ſuſcipe me, porta me. Potes invenire quem tu requiris: [c] dignaris ſuſcipere, quem inveneris, im- c ponere humeris, quem ſuſceperis. Non eſt tibi pium onus faſtidio: non tibi oneri eſt vectura juſtitiæ. Veni ergo, Domine; quia etſi erravi, tamen *mandata tua non ſum oblitus:* ſpem medicinæ reſervo. Veni, Domine; quia & ovem erraticam ſolus es revocare qui poſſis: & quos reliqueris,

a Rom. edit. hic & paulo inferius, *ſalutare Dei.* Infra vero ubi poſt vocem, *quærens*, ant. edit. addunt, *cùm hoc in corpore converſetur, quod ſalus quæritur*; hoc totum eadem Rom. reſecaverat. Verum ſatis fuiſſet reſecaſſe, *quod ſalus quæritur*; hæc enim verba in mſſ. non inveniuntur.

b. Ita plerique mſſ. à quibus hoc tantum diſcrepant edit. quod vet. habent, *ſerpentinus diri ulceris.* Rom. *ſerpentis diri ulceris.* Alia vero pars mſſ. voces, *diri*, ſive, *diri ulceris*, non exhibent.

c. Edit. *dignare*, Amerb. *dignaris*, *ſuſcipere quem inveneris: impone* &c. Sed mſſ. ferme ad unum lectioni noſtræ adſtipulantur.

non mœſtificabis; & ipſi enim peccatoris reditu gratulabuntur. Veni, ut facias ſalutem in terris, in cælo gaudium.

30. Veni ergo, & quære ovem tuam jam non per ſervulos, non per mercenarios, ſed per temet ipſum. Suſcipe me [a] in carne, quæ in Adam lapſa eſt. Suſcipe me non ex Sarra, ſed ex Maria; ut incorrupta ſit virgo, ſed virgo per gratiam ab omni integra labe peccati. Porta me in cruce, quæ ſalutaris errantibus eſt, in qua ſola eſt requies fatigatis, in qua ſola vivent quicumque moriuntur.

31. Pulcre autem etiam *vivifica*, poteſt dici; eo quod mori non poſſit, quem humeris ſuis virtus portaverit.

32. Dicit ergo & anima, dicit & Eccleſia: *Erravi ſicut ovis quæ perierat.* [Cant. 3. 1.] Sed dicit: *Quæſivi quem dilexit anima mea*; hoc eſt enim dicere: *Vivifica ſervum tuum; quoniam mandata tua non ſum oblitus.* Ego te quæſivi, ſed invenire non poſſum, niſi tu volueris inveniri. Et tu quidem vis inveniri: ſed vis diu quæri, vis diligentius indagari. Novit hoc Eccleſia tua; quia non vis ut te dormiens quærat; non vis ut te jacens inveſtiget. Denique pulſas ad januam, ut excites dormientem; exploras ſi cor vigilat, & caro dormit. Vis jacentem levare, dicens: *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis.* [Epheſ. 5. 14.] Mittis manum per cavernam, ut ſurgat: & ſi tardius ſurrexerit, derelinquis. Vis ut quærat iterum, & quærat à multis, & non obliviſcatur quærere, non obliviſcatur ſermones tuos: & ſi tenet eos, offeras te videndum, non refugias & teneri.

33 Quæ cùm te meruerit amplecti, oſtendet fructus ſuos, docebit non oblitam ſe mandatorum tuorum, dicetque tibi: *Veni, frater meus: exeamus in agrum..... & in foribus noſtris omnis fetus arborum: nova & vetera, frater meus, ſervavi tibi.* [Cant. 7. 11. & 13.] Hoc eſt dicere: Teneo mandata tua omnia novi & veteris Teſtamenti. Sola hoc dicere Eccleſia poteſt. Non dicit alia congregatio: non dicit Synagoga, nec ſecundum litteram nova tenens, nec ſecundùm ſpiritum vetera. Non dicit hæreſis manichæa: Vetera ſervavi tibi, quæ [b] Prophetas non ſuſcipit. Merito dealbata cernitur, quæ utriuſque fulget gratiâ Teſtamenti.

34. [Cant 8. 6.] Reſpondit ei Sponſus: *Pone me ut ſignaculum in cor tuum, ut ſigillum in brachium tuum*, quæ nova & vetera ſervaſti mihi. Signaculum meum es, ad imaginem meam es, & ſimilitudinem. Fulget in te imago juſtitiæ, imago ſapientiæ, imago virtutis. Et quia imago Dei in corde tuo eſt, ſit & in operibus tuis: ſit effigies Evangelii in tuis factis; ut in tuis moribus mea præcepta cuſtodias. Effigies Evangelii erit in te, ſi percutienti maxillam, alteram præbeas, ſi diligas inimicum tuum, ſi crucem tuam tollas, & me ſequaris. Ideo crucem [c] ego pro vobis portavi; ne tu pro te portare dubitares.

35. Audierunt hoc filiæ Hieruſalem, quod jam dominus Jeſus ſibi Eccleſiam copulabat: & quia conſiderantes magnitudinem Verbi, imparem tantis nuptiis æſtimabant; ne fortè tantæ copulæ pondus ſuſtinere non poſſet, excuſant dicentes: *Soror noſtra parva, & ubera non habet.* [Ibidem 8.] Sic enim qui volunt differre nuptias, excuſare conſuerunt; ut prætendant immaturæ ætatis infirmitatem, & adſtruant quod ubera non habeat, quæ nubilis ſignificant tempus ætatis. Hoc ſolet ſymbolum commune omnibus virginibus eſſe nupturis; ut cùm ubera cœperint eminere, tunc conjunctioni habiles judicentur.

36. Turbatæ igitur quod ſtudio dilectionis urgeat nuptias Sponſus, dicunt: *Quid faciemus ſorori noſtræ in die qua loquetur in ea?* [Ibidem.] vel, ut Symmachus, *qua loquetur ei*; hoc eſt, ſponſalium celebritate ſolet fieri collocutio, & confirmatio nuptiarum. Quid ergo faciemus, dicunt turbatæ, quia urgetur conjunctio ſpiritalis? A tantis nuptiis excuſare non poſſunt; nemo enim eſt qui copulam vel animæ & Spiritus, vel Chriſti & Eccleſiæ non beatam putet. Sed quia plenitudo Verbi vel Spiritus ſancti vibrat & fulget, & nihil eſt quod illis poſſit æquari; ideo differre deſiderant; ut illa dilatione vel anima, vel Eccleſia poſſit eſſe perfectior.

37. Dicunt ergo: *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum receptacula: & ſi janua eſt, ſculpamus ſuper eam tabulas cedrinas.* [Ibidem. 9.] Murus eſt anima ſancti. Habet & Eccleſia muros ſuos, quæ jam perfectior dicit: *Ego civitas munita.* [Eſai. 27. 3.] Hic eſt murus, qui habet duodecim portas apoſtolicas, per quas populo nationum patet ingreſſus in Eccleſiam. Sed murus quamvis ambitum totius urbis includat, tunc tamen eſt munitior, cùm receptacula habuerit præparata, in quibus propugnatores urbis tutum ſpeculandi ac tuendi poſſint habere ſubſidium. Sed quia rationabilis hæc civitas eſt, & omnis ſpes ejus in Dei verbo eſt: non ferrea, ſed argentea ei propugnacula requiruntur, eloquiis cæleſtibus magis quam corporis voluptatibus hoſtiles impetus repulſare conſueta. Eo fulta præſidio, eo ſplendore refulgens habilior Chriſti copulæ judicatur.

38. Et quia janua Chriſtus eſt, qui ait: *Per me ſi quis introierit, ſalvabitur*; [Iohan. 10. 9.] & Eccleſia janua nuncupatur; quia per ipſam patet populis aditus ad ſalutem. Ne hæreticorum corrumpatur tineis aut vermibus, dicunt filiæ Hieruſalem, vel Angeli, vel animæ juſtorum: *Ædificemus ſuper eam tabulas cedrinas*, hoc eſt, fidei ſublimis bonum odorem; eſt enim ſuavis hujus materiæ odor, quam non vermis, non tinea corrumpat. Ideo hujus materiæ uſus eligitur tectorum faſtigiis elevandis, formandiſque litterarum elementis, quibus ætas puerilis ad ſtudium liberalis eruditionis imbuitur. Eſt ergo materia iſta ſublimis ad gratiam, levis ad onus, ſuavis ad odorem, utilis ad inſtrumentum ſcientiæ, habilis ad miniſterium cognitionis æternæ.

39. Sed quemadmodum Sponſam ſuam diligens Chriſtus urgebat ad copulæ ſpiritalis ſolemnitatem: ita & Eccleſia Verbi decore jam capta feſtinabat ad nuptias. Ideoque morarum & dilationis impatiens, quas filiæ Hieruſalem innecte-

a Pariſ. edit. *non in carne, quæ in Adam lapſa eſt.* Sed aliæ omnes, & cuncti mſſ reſpuunt negationem. Et optime id quidem; neque aliud hic ſignificatur, niſi quod Chriſti caro ejuſdem naturæ fuerit atque Adæ caro, unde per generationis ſucceſſionem propagata eſt; licet ejuſdem peccato nequaquam maculata.

b. Per *Prophetas*, totum vetus Teſtamentum hic intellige, quod integrum à Manichæis rejiciebatur. Epiphan. Hæreſi 66. Auguſtin de Hæreſ. cap 46.

c. Sic mſſ magno numero. Nonnulli tamen cum edit. omnibus, *ego pro te portavi, ne tu propter me portare dubitares.* Non male.

Cant. 5. 10. re geſtiebant, dicit: *Ego murus, & ubera mea turres*, hoc eſt: Nolite dubitare utrum murus ſim (illæ enim dixerant: *Si murus eſt*) ego, inquit, murus ſum, & non parva ubera habeo, ſed ut turres ubera mea ſunt. Quomodo dicitis, quia non habeo ubera? Senſus, ut turres, habeo ſapientiæ, in quibus eſt abundantia, ſicut ſcriptum eſt: *Pſal. 121. 7.* *Et abundantia in turribus tuis*. His uberibus, id eſt, ſenſibus habilem ſe tantis nuptiis æſtimabat: ſed filiæ Hieruſalem adhuc non poterant æſtimare; quia ſenſuum ejus abundantiam non videbant.

Cant. 5. 10. 40. Et addidit: *Ego eram in oculis ejus tamquam inveniens pacem*, hoc eſt: Deliberatis de meis ſenſibus, cùm pacem Dei invenerim, quæ exſuperat omnem mentem, [a] & cuſtodit corda & ſenſus in Chriſto Jeſu. Talis, inquit, eram in oculis Sponſi, qualis quæ habet pacem. Scriptum eſt enim: *Prov. 12. 20.* Qui rectè [b] quærunt pacem, habebunt eam teſtimonium. Feſtinantibus igitur dilecto atque dilectâ, celebrata conjunctio ſpiritalis eſt, mutuo expetita conſenſu.

41. Ideoque tamquam nuptiale canens carmen, *Cant. 8. 11.* exſultavit Spiritus in Propheta, dicens: *Vinea facta eſt Salomoni in Beelamon: dedit vineam ſuam iis qui ſervant*. Clamat ergo Spiritus: Plantata eſt congregatio populorum, & viris æternæ fundata radice, & ſpiritalia ſub jugum Verbi corde manſueto colla ſubjecit. Plantata autem eſt in multitudine nationum; hoc enim eſſe intelligendum *Beelamon* Symmachus, Aquila, [c] aliæque tranſlationes græco ſermone docuerunt. Repudiata eſt D vetus copula, quæ fructum adferre non poterat: data eſt vinea novis fidelibuſque cultoribus, qui non ſolùm facere fructum poſſent, ſed etiam cuſtodire. Una igitur ovis erravit: ſed revocata, totius ſpatia orbis implevit. Unam ovem error abduxerat: ſed multitudinem populorum Domini gratia congregavit. Erravit homo: ſed Eccleſia jam murus eſt, & murus validus. Erravit Adam: murus eſt David, qui mandata Dei oblitus non eſt.

42. Cuſtodita igitur & vallata hæc vinea munimine ſpiritali, mille fructus dat Chriſto, ducentos autem fructus cuſtodibus. Ideoque ait Eccle- *Ibidem 12.* ſia: *Vitis mea in conſpectu meo, mille Salomoni, & ducenti ſervantibus fructum*. Perfectio & plenitudo Chriſti eſt portio ſervulorum. Habes hoc myſ- *Gen. 43. 34.* terium in Geneſi, ubi quinque partes Benjamin fratri juniori tribuit Joſeph, ſingulas reliquis fratribus. Domino igitur quinque ſenſuum portio A & prærogativa defertur, quam illi utique tribuit ipſe quem diligit: ſicut dilexit & Paulum, cui de- *Act. 22. 21.* dit ad evocandas gentes ſapientiæ principatum.

43. His igitur fructibus delectata Eccleſia dicit ad Chriſtum: *Qui ſedes in hortis, amici intendentes* *Cant. 8. 13.* *ſunt voci tuæ: vocem tuam inſinua mihi*. Delectabatur enim quod in hortis Chriſtus ſedebat: & in hortis poſiti amici intendebant voci ejus. Sed quia amici illi de cæleſtibus erant Archangeli, vel Dominationes, & Throni (homines enim ex- B pulſi de paradiſo fuerant propter inobedientiam cæleſtium mandatorum, atque ideo adhuc Eccleſia vocem ejus non poterat, quam cupiebat, audire) ideo ait: *Vocem tuam inſinua mihi*. Unde & nos ſi volumus eum in nobis ſedere, ſimus horti clauſi atque muniti, ſeramus virtutum flores, gratiæ ſuavitatem; ut diſputantem cum Angelis dominum Jeſum audire poſſimus.

44. Sed quia futurum erat, ut cùm ad plenitudinem Eccleſia perveniſſet, perſecutionibus va- C riis tentaretur; ideo cùm Verbi gratiâ delectaretur, ſubito cernit inſidias perſecutorum: & quæ plus Sponſo quam ſibi timeret, aut quia à perſecutoribus Chriſtus magis appetitur in nobis, ideo ait: *Fuge, frater meus, & ſimilis eſto tu capreolæ, aut hinnulo cervorum ſuper montes aromatum*. *Ibidem. 14.* Propter infirmos fugit, qui tentamenta graviora ferre non poſſent. Ideo ſcriptum eſt ut de civi- *Matth. 10. 23.* tatibus ad civitates fugiamus: & ſi nos in hac civitate fuerint perſecuti, fugiamus in aliam. Propter infirmos igitur, ut diximus, fugiat perſequentes: [d] aut fugiat ab infirmis, & tranſeat ad montes aromatum, qui pro martyrio odorem poſſint beatæ reſurrectionis adferre. Montes aromatum ſancti ſunt. Ad eos confugit Chriſtus, quia *Fundamenta ejus in montibus ſanctis*. *Pſal. 86. 1.* Ad eos igitur confugit, qui ſunt ejus ſtabilia fundamenta. In nobis fugit, in illis fida ſtatione conſiſtit. Mons igitur aromatum Paulus eſt, qui poteſt dicere: *Bonus* *2. Cor. 2. 15.* enim *odor Chriſti ſumus Deo*. Mons aromatum Da- E vid, cujus orationis odor adſcendebat ad Dominum; & ideo dicebat: *Dirigatur oratio mea, ſicut* *Pſal. 140. 2.* *incenſum in conſpectu tuo*.

45. Symmachus tamen & Aquila interpretati ſunt, quod Chriſtus dicat ad Eccleſiam: *Quæ ſedes in hortis*, hoc eſt, jam in hortis ſedes, ſuperno digna paradiſo; & ideo *Vocem tuam inſinua mihi*, cui amici intendunt. Ego quoque eam audire deſidero. Cœpit in hortis eſſe Eccleſia, poſtquam [e] in hortis paſſus eſt Chriſtus.

a. Mſſ. non pauci, *& cuſtodit corpora & ſenſus*.
b. Rom. edit. *quærunt pacem, gaudebunt*. Ubi ad marginem adnotavit Prov. 12. 20. qui locus eo modo in Hebr. & omnibus verſionibus conſtanter legitur. Attamen à cunctis mſſ. ac vet. edit. hic recedere nobis religio eſt.
c. Omnes pœne ſcripti cod. *aliæque traditiones*.

d. Ita pleriſque mſſ. Alii tamen aliquot, & edit. omnes, *aut fugiat ab infimis*, ut nempe infimi per antitheſin montibus opponantur: ſed melius opponuntur infirmi martyribus.
e. Rom. edit. ſola, *in hortis captus eſt Chriſtus*. Sed præterquam quod poteſt id de Chriſti agonia intelligi, etiam extra pomœria urbium, ubi erat mons calvariæ ſitus, conſiti horti conſueverunt.

IN EXPOSITIONEM EVANGELII SECUNDUM LUCAM

ADMONITIO.

HOc opus ſermonibus quibus Evangelium Lucæ Ambroſius populo enodavit, conſtare extra controverſiam eſt. Illud enim non modo ex orationis forma, citatiſque [a] Scripturæ in Eccleſia priuſquam vir ſanctus aggrederetur ad dicendum, recitatæ locis intelligitur: ſed multo magis ex eo declaratur, quod illum diebus [b] dominicis aliiſque [c] celebrioribus, verba feciſſe deprehendimus. Immo vero non difficulter animadvertimus Evangelicum textum quem exponere ille cogitabat, publice recitatum fuiſſe: quandoquidem complures ejuſdem Evangelii locos, textu [d] non citato, ita explicat; ut quæ [e] tractabantur, niſi materia orationis præ-

a Lib. 7. in cap. 10. & 14. & alibi.
b Lib. 8. in cap. 19.
c Lib. 4. in cap. 5. &c.
d Lib. 2. in cap. 3.
e Lib. 5. in c. 7. l. 7. in c. 9. & alibi ſæpius.

lecta fuiſſet, ab auditoribus capi minime potuiſſent. Quod incommodum ne lector quoque pateretur, curarunt editores Romani, ut Evangelicus omnis contextus, & is etiam in quem Ambroſius nihil dixerat, exhiberetur. Verùm cùm id præſtare illi nequiverint, quin non ſolum ſæpe Ambroſianam orationem interſcinderent, ſed & illic haud pauca partim inverterent, partim adjicerent, ſatius viſum eſt ubi verſus qui exponitur, deſideratur in manuſcriptis illum in margine editionis indicare.

Quamvis ſolum Evangelium Lucæ enarrandum ſibi propoſuiſſet Ambroſius, ſubinde tamen aliorum etiam locos[a] *exponit: quoties videlicet ii vel aliquid habere*[b] *videntur peculiaris difficultatis, vel à beato Luca fuere prætermiſſi; cùm alioquin eorum cognitionem populo utilitati futuram cenſet. Deſudat potiſſimum in conciliandis quæ apud Evangeliſtas apparent*[c] *contraria, & ſicubi durior littera nodus inciderit, ad ſpiritualem confugit interpretationem,*[d] *in qua mirifice illos convenire demonſtrat. Multus eſt in enarrando ſenſu naturali atque hiſtorico; frequenter tamen orationem convertit ad myſticum: ſed inde ſæpe ſapius præclara, quibus paſſim commentationem ſuam illuſtrat, morum præcepta ducit. Præcipuas quoque temporis ſui hæreſes, quibus Chriſti divinitas impetebatur, oppugnat, hoc eſt, Manichæos, Photinianos, Arrianos, & hos præ ceteris, ut pote Catholicorum ea tempeſtate hoſtes infenſiſſimos; unde haud injuria liceat affirmare, hanc ei potiſſimam fuiſſe cauſam, cur Evangelium Lucæ interpretari apud ſe ſtatueret.*

Hos omnes ſermones redegit in unum opus, illudque inſcriptum voluit titulo expoſitionis Evangelii ſecundùm Lucam: quomodo ipſum ſemel atque iterum ab Auguſtino[e] *citatum reperias, cui non pauci quoque mſſ. hac in re ſavent. At vero falſus eſt Sixtus Sen. cùm eamdem hanc commentationem ab auctore ſuo in libros non fuiſſe diſtinctam adſerit hoc argumento, quod*[f] Auguſtinus nuſquam libri alicujus numerum citat. *Non legerat profecto primum ejuſdem Patris librum* de Gratia Chriſti; *in ejus enim cap.* XLIV. *&* XLV. *plerique operis, de quo agimus, libri numero indicato ad decimum uſque memorantur. Gravius adhuc peccat Poſſevinus*[g], *qui Sixti judicium contra Auguſtini auctoritatem ſecutus, memoratam partitionem negat. Quippe dubium non eſt, quin exemplaribus, quæ idem Auguſtinus lectitavit, multum fides ſit habendum, non ſolum propter temporum vicinitatem, ſed multo magis propter illius Doctoris artiſſimam cum Ambroſio conjunctionem. Fatemur quidem ab illo librum ſextum loco ſeptimi ſemel nominari: ſed niſi poſtremis operum Auguſtini ſcriptoribus hunc lapſum tribuendum putes, forte dicendum fuerit in hoc erratum eſſe ab iis qui Ambroſii expoſitionem deſcripſere, ut ibi ſeptimi libri initium ponerent, quo ſexti limites extendi oportebat.*

a Lib. 5. in cap. 7. lib. 6. in cap. 9.
b Lib. 2. in cap. 2. & 3.
c Lib. 3. init. lib. 5. in c. 5. & 6. lib. 7. in cap. 7. & alibi ſæpius.
d Lib. 5. in cap. 7. lib. 10. in cap. 23.
e Lib. 1. de Grat. Chriſ. cap. 44. Lib. 2. de Peccat. orig. c. 41. lib. 2. cont. Julian. c. 3. & lib. 2. cap. 5.
f Biblioth. lib. 4.
g In Apparat.

Scriptos anno CCC LXXVI *hos libros auctor eſt Baronius*[h], *unico nimirum perſuaſus loco, ubi Vir ſanctus Alanorum*[i], *aliorumque barbarorum bella, neque non famem quamdam ac peſtem in animalia omnia ſævientem memorat. Sed magnus Cardinalis ſecum ipſe non ſatis conſentit, cùm tradit Apologiam David non niſi poſt annum* CCC LXXXIII *lucubratam eſſe; conſtat ſiquidem eam*[k] *citari in hac ipſa expoſitione, ac proinde hanc dici debere illâ poſteriorem. Quapropter ut aliquid firmius ſtatuatur, obſervandum eſt ſanctum Ambroſium antequam in Evangelium Lucæ ſcriberet, multos libros, quorum ibidem mentionem facit, in lucem emiſiſſe, v. g.* De Viduis[l] *poſt an.* CCC LXXVII, De Fide[m] *poſt* CCC LXXIX, De Spiritu sancto[n] *an.* LXXXI, *denique* Apologiam David[o] *poſt* CCC LXXXIII *compoſitam. Quin etiam nec ſuum in Iſaia prophetiam*[p] *commentarium ſilet. Quæ cùm ita ſint, ſi Baronius tot libros huic expoſitioni præmiſſos expendiſſet, haud ægre animadvertiſſet, tot opera ab eo, qui ad Epiſcopatum à præfectura anno tantum* CCC LXXIV *traductus fuerat, intra duos annos elucubrari non potuiſſe. Sed quæ Sanctus noſter de Juſtinæ in ſe perſecutione ſcribit*[q], *ea tantam cum illis quæ in ſcriptione* De Baſil. non trad. *leguntur, præferunt affinitatem; ut inde conſtet commentationem de qua loquimur, non niſi elapſis difficillimis illis temporibus, id eſt, non ante annum* CCC LXXXVI *abſolutam eſſe; quandoquidem alibi*[r] *pacem, quam deinceps conſecuta eſt Eccleſia, memorari obſcurum non eſt. Porro quod ad Baronii argumentum, ei non abſurde quivis reſpondeat, de incurſionibus barbarorum iſtorum, aliiſque calamitatibus tamquam de rebus præteritis locutum Ambroſium.*

h Ad ann. 376.
i Lib. 10. in cap. 21.
k Lib. 3. in cap. 3.
l Lib. 2. in c. 2. lib. 4. in cap. 4.
m Lib. 3. in cap. 3.
n Lib. 6. in cap. 6.
o Lib. 2. in cap. 2. & alibi.
p Lib. 3. in cap. 3.
q Lib. 7. in cap. 9.
r Lib. 9. in cap. 20.

Multum temporis dum is expoſitioni huic operam daret, exactum eſt. Enim vero cùm ſub finem libri quarti ſignificet Epiphaniæ feſta[s] *paucis ante diebus celebrata eſſe, ſuperiores libros per aliquot anni proxime elapſi menſes ad populum pronuntiatos fuiſſe oportebat: cùm autem ex libro octavo*[t] *ſermonem habuerit anniverſariis conſecrationis ſuæ encæniis, quæ in Eccleſia tum Græca tum Latina*[u] *numquam niſi* VII. *Idus Dec. renuntiantur; hanc materiam ferme per biennium tractatam eſſe manifeſtum eſt. Nihil tamen hic admiramur, cùm ex Auguſtino*[x] *cognoverimus, Ambroſium Dominicis tantum diebus verba facere conſueviſſe: nec illud etiam ignoremus ipſum ab argumento ſuo quandoque avocatum eſſe propter majores ſolemnitates, quemadmodum uſu veniebat in ſacro Paſcha, quo tempore ipſe per ſe Catechumenos inſtituebat. Sed fortaſſis etiam contigerit, ut intermiſſum opus propter Juſtinæ perſecutionem, reddita demum tranquillitate perfecerit.*

s Lib. 4. in cap. 5.
t In cap. 18.
u Baron. in Martyrol. &c.
x Confeſſ. lib. 6. c. 3.

In prioribus libris nonnulla mutuatus eſt ab Origene[y]. *Utrum autem illum quoque in ſequentibus ſubinde imitari perrexerit, cùm non omnia doctiſſimi illius Patris opera ad nos pervenerint, definiri certo non poteſt. Verum ex Ambroſii oratione ſatis intelligas ipſum nemini homini privatim adhærentem variorum auctorum*[z] *opiniones, prout in rem ſuam eſſe videbantur, proponere, nec non multa Eccleſiæ ſuæ, illiſque temporibus congruentia dicere, quæ cum Origenis doctrina minime cohærebant. Ceterum ſi quid ex illius ſcriptis aliorum Patrum ad inſtar hauſit, non dubitarunt etiam poſteriores ex hac pulcherrima commentatione plurima decerpere. In primis falcem immiſit in hanc ſegetem S. Maximus; adeo ut ejus nomine quædam ex hoc Ambroſiano tractatu ſumta Laufrancus*[a] XI. *ſæculo citaverit.*

Porro, ſi Rufino credimus[b], *erat hoc ipſum opus unum è duobus illis commentariis*, è quibus alter, *ut ex Paulæ atque Euſtochii judicio refert Hieronymus*[c], & ſenſibus hebes eſſet, & verbis: alter in verbis luderet, in ſententiis dormitaret. *Sed etſi conſtaret ea de re, varie admodum de lucubrationibus ſancti Ambroſii locutum Hieronymum, & à ſummis interdum laudibus ad contemtum haud ſatis æquum deſcendiſſe, in confeſſo eſt. Hujus varietatis alibi rationem*[d] *aperuimus. Interim expoſitionis Ambroſianæ utilitas & excellentia abunde vindicatur, tum quod toties ab Auguſtino*[e], *Caſſiodoro*[f], *atque aliis non ſine laude memorata eſt, tum quod ejuſdem auctoritate Synodum Hiſpal. ſecundam anno* DC XIX *& Sextam*[g] *generalem* DC LXXX *habitam, uſas comperimus. Sed nec Hieronymus ipſe uſque adeo pro* contemnendis nugis *habuit hanc expoſitionem, ut non ad illam lectores ſuos*[h] *aliquando remiſerit.*

y Homil. in Luc.
z Lib. 7. in cap. 14. 16. & alibi ſæpius.
a Lib. de celebranda confeſſ.
b Lib. 2. Invect.
c Epiſt. ad Paul. & Euſtoch.
d Præfat.
e Loc. cit.
f Lib. de Inſtit. divin. litt. cap. 7.
g Act. 10.
h Epiſt. 151. quæſt. 6.

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI EXPOSITIO EVANGELII SECUNDUM LUCAM

LIBRIS X. COMPREHENSA.

PROLOGUS.

1\. SCRIPTURI in Evangelii Librum, quem Lucas ſanctus pleniore quodam modo rerum Dominicarum diſtinctione digeſſit, ſtylum ipſum prius exponendum putamus; eſt enim hiſtoricus. Nam licet ſcriptura divina mundanæ evacuet ſapientiæ diſciplinam, quod majore fucata verborum ambitu quàm rerum ratione ſubnixa ſit: tamen ſi quis in ſcripturis divinis etiam illa quæ miranda illi putant, quærit, inveniet.

2\. Tria ſunt enim quæ philoſophi mundi iſtius præcellentiſſima putaverunt, * triplicem ſcilicet eſſe ſapientiam, quod aut naturalis ſit, aut moralis, aut rationabilis. Hæc tria jam & in veteri Teſtamento potuimus advertere. Quid enim aliud ſignificant tres illi putei, quorum unus eſt Viſionis, alius Abundantiæ, tertius Juramenti: niſi triplicem iſtam in Patriarchis fuiſſe virtutem? Rationabilis puteus Viſionis; eo quod ratio viſum mentis acuat, & animi purget obtutum. Ethicus puteus Abundantiæ; eo quod cedentibus allophylis, quorum ſpecie vitia corporis figurantur, vivæ Iſaac liquorem mentis invenit. Purum enim profluunt boni mores, & bonitas ipſa popularis abundat aliis, ſibi reſtrictior. Tertius puteus Juramenti, hoc eſt, ſapientiæ naturalis, quæ ea quæ ſupra naturam, vel naturæ A ſunt, comprehendat. Quod enim affirmatur, & quaſi Deo teſte juratur, etiam divina complectitur; cùm Dominus naturæ, fidei teſtis adhibetur. Quid etiam tres libri Salomonis, unus de Proverbiis, alius Eccleſiaſtes, tertius de Canticis canticorum, niſi trinæ hujus oſtendunt nobis ſapientiæ ſanctum Salomonem fuiſſe ſolertem? Qui [a] de rationabilibus, & ethicis in Proverbiis ſcripſit, de naturalibus in Eccleſiaſte; quia *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, quæ in hoc mun- Eccle. 1. 2.
B do ſunt conſtituta, *Vanitati enim creatura ſubjecta eſt*: de moralibus autem, & rationabilibus in Canticis canticorum; eo quod cùm animæ noſtræ amor Verbi cæleſtis infunditur, & rationabili mens ſancta quadam ſocietate connectitur; admiranda myſteria revelantur. Rom 8. 20.

3\. Evangeliſtis quoque quam putas defuiſſe ſapientiam; quorum alii cùm variis generibus ſint referti, ſinguli tamen diverſo genere præſtant? Eſt enim vere ſapientia naturalis in libro Evan-
C geliſtæ ſecundùm Johannem. Nemo enim, audeo dicere, tanta ſublimitate ſapientiæ majeſtatem Dei vidit, & nobis proprio ſermone reſeravit. Tranſcendit nubes, tranſcendit Virtutes cœlorum, tranſcendit Angelos, & Verbum in principio reperit, & Verbum apud Deum vidit. Quis autem moralius ſecundùm hominem ſingula perſecutus, quam ſanctus Matthæus, qui edidit no-

*. Hanc Philoſophiæ diviſionem vulgo Platoni attribuunt; qua de re ita ſanctus Auguſtinus lib. 8 de Civit. Dei, cap 4. *Plato .... philoſophiam perfeciſſe laudatur, quam in tres partes diſtribuit: unam moralem quæ maxime in actione verſatur: alteram naturalem, quæ contemplationi deputata eſt: tertiam rationalem qua verum diſterminatur à falſo.* Idem tradunt Cicero lib. 1. Acad. quæſt. Laert. in Vita Platonis. Euſeb. de Præpar. Evang. lib. 11. cap. 2. Plutarchus & alii. Sunt tamen qui Philoſophiam in duo tantum membra diſtribuant, naturalem ac moralem, quod non abhorret ab Auguſtini ſententia, ubi loco citato ſubjungit rationalem philoſophiæ partem utrique, id eſt, actioni & contemplationi neceſſariam.

a. Mſſ. Carn. & Taur. *de moralibus, id eſt, ethicis.* Sed præterquam quod hic non obſcurum, ſed clarum explicarent per obſcurius, & duo hi cod. recentiores ſunt, quam ut aliorum & edit. conſenſui præſtantur: communis lectio etiam confirmari poteſt his verbis è Prol. expoſ. in Pſal. 118. n. 3. *Et in Proverbiis myſtica pleraque reperias.* Et infra ubi omnes edit. cum majori parte mſſ. *de moralibus autem & rationalibus*, ſive ut habent pleríque mſſ. & *rationabilibus*: Cod. Corb. & alii ſeptem pro, *moralibus*, legunt, *mirabilibus*. Verum etſi videatur hiſce mſſ. favere, quod legimus in fine periodi, *admiranda myſteria revelantur*: tamen receptam lectionem defendit illud ex eodem loco memoratæ expoſ. *Hocque in Canticis lucet tam myſticum, quam morale.*

bis præcepta vivendi? Quid rationabilius illo A
a admirabili copulato, quam quod ſanctus Mar-
Marc. 1. 2. & 3. cus in principio ſtatim locandum putavit? *Ecce*,
inquit, *mitto Angelum meum*: &, *Vox clamantis in*
deſerto; ut & admirationem moveret, & doceret
hominem humilitate atque abſtinentia & fide
placere debere, ſicut ille ſanctus Johannes Bap-
tiſta his ad immortalitatem gradibus adſcendit,
veſtimento, cibo, nuntio?

4. At vero ſanctus Lucas velut quemdam hiſto-
ricum ordinem tenuit, & plura nobis geſtorum B
Domini miracula revelavit; ita tamen ut omnis
ſapientiæ virtutes Evangelii iſtius complecte-
tur hiſtoria. Quid enim præcellentius ad ſapien-
Luc. 1. 35. tiam naturalem, quàm quod Spiritum ſanctum
creatorem etiam Dominicæ incarnationis exſti-
b tiſſe reſeravit? b Docet ergo naturalia, ſi creat
ſpiritus. Unde & David docens ſapientiam natu-
Pſal. 103. 30. ralem: *Emitte*, inquit, *Spiritum tuum & creabun-*
tur. Docet moralia in eodem libro, cùm me in
Luc. 6. 27. & ſeq. illis beatitudinibus docet mores: quemadmodum C
amare inimicum debeam: quemadmodum non
referire, & non repercutere verberantem: quem-
admodum benefacere, mutuum dare cum deſpe-
ratione recuperationis, aut remunerationis &
mercedis. Merces enim facilius ſequitur non ex-
ſpectantem. Docuit etiam rationabilia, cùm lego,
Luc. 16. 10 quoniam *Qui fidelis eſt in minimo, etiam in majo-*
re fidelis eſt. Quid adhuc de naturalibus dicam,
Luc. 21. 26. quod docuit virtutes cælorum moveri, Domi-
num ſolum eſſe unigenitum Dei Filium, in cujus D
Luc. 23. 44. paſſione tenebræ per diem factæ ſunt, terra ob-
ſcurata eſt, ſol refugit?

5. Ergo omnem quem mundana ſibi pruden-
tia falſo vindicat principatum, ſapientia vere
poſſidet ſpiritalis: præſertim cùm, audacius ut
aliquid uſurpemus, ipſa fides noſtra, ipſum myſte-
rium Trinitatis ſine hac triplici ſapientia eſſe non
poſſit; niſi credamus & illum naturaliter Patrem,
qui nobis genuit Redemtorem: & illum ethicum
Filium, qui Patri uſque ad mortem ſecundùm E
hominem obediens, nos redemit: & illum ratio-
nabilem Spiritum, qui rationem colendæ divini-
tatis, & vitæ regendæ, humanis pectoribus infu-
dit. Nec quiſquam putet nos poteſtatis aut vir-
tutis feciſſe diſtantiam, cùm hæc calumnia etiam
Paulum poſſit inceſſere. Neque enim diſtantiam
1 Cor 12. 4. 5. & 6. fecit ille, cùm dixit, *Diviſiones gratiarum ſunt,*
idem autem Spiritus: & diviſiones miniſteriorum
ſunt, idem autem Dominus: & diviſiones operatio-
num ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in F
omnibus. Operatur enim omnia, & in omnibus
Coloſſ. 3. 11. Filius, ſicut habes alibi, quia *Omnia, & in omni-*
bus Chriſtus. Operatur & Spiritus ſanctus, quia
1 Cor. 12. 11. *Omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens*
ſingulis prout vult. Nulla ergo operationum diſ-
tantia, nulla diſcretio eſt, ubi vel in Patre, vel
in Filio, vel in Spiritu ſancto, nulli ſecunda ple-
nitudo virtutis eſt.

6. Hæc igitur cùm legimus, diligenter conſi-
deremus, ut in ipſis locis nobis poſſint melius
elucere. *Qui enim quærit, inveniet: & qui pulſat,* Matth. 7. 8.
aperietur ei. Aperit ſibi diligentia januam verita-
tis, & ideo præceptis cæleſtibus pareamus. Ne-
que enim otioſe dictum eſt homini, quod nulli
aliorum animantium: *In ſudore vultus tui mandu-* Gen 3. 19.
cabis panem tuum. His enim animalibus quæ na- Gen. 1. 30.
turâ irrationabilia ſunt, juſſu Dei terra pabulum
miniſtrare præcepta eſt: ſoli autem homini, ut
rationabile quod accepit, exerceat, vitæ curſus
in labore præſcribitur. Qui enim non eſt con-
tentus animalium pabulo cæterorum, cui non
ſatis eſt lignum fructiferum in commune omni-
bus ad eſcam datum: ſed delicias ſibi variarum
exquirit epularum, delicias ſibi tranſmarinis ar-
ceſſit è terris, delicias verrit è fluctibus, recuſa-
re non debet, qui labore victum requirit, bre-
vem ſi laborem pro vita ſubeat æterna. Itaque ſi
quis in hæc ſacratarum diſputationum certamina
veniens, exuat ſe vitæ hujus expoſita ad errorem
ſollicitudine, & nodus malitiæ, athleta pietatis
oleo ſpiritali velut quædam animæ membra per-
fuſus, ſuſcipiat certamina veritatis, haud dubie
perpetua promerebitur ſacratarum præmia co-
ronarum. Bonorum enim laborum nobilis
fructus eſt: & quanto plura certamina, tanto
præcellentior corona virtutum.

7. Sed ad propoſitum revertamur. Hiſtorico
enim ſtylo diximus hunc Evangelii librum eſſe
digeſtum. Denique deſcribendis magis rebus,
quam exprimendis præceptis, ſtudium uberius
comparatione aliorum videmus impenſum. Et
ipſe Evangeliſta hiſtorico more à narratione ſum-
ſit exordium. *Fuit*, inquit, *in diebus Herodis regis* Luc. 1. 5.
Judææ ſacerdos quidam nomine Zacharias, eamque
hiſtoriam plena digeſtione perſequitur. Unde
etiam ii qui quatuor animalium formas quæ in
Apocalypſi revelantur, quatuor Evangelii libros Apoc. 4. 7.
intelligendos arbitrati ſunt, hunc librum volunt
vituli ſpecie figurari; vitulus enim ſacerdotalis
eſt victima. Et bene congruit vitulo hic Evange-
lii liber, quia à ſacerdotibus inchoavit, & con-
ſummavit in vitulo, qui omnium peccata ſuſci-
piens, pro totius mundi vita eſt immolatus; ſa-
cerdotalis enim eſt ille vitulus. Idem quippe &
vitulus & ſacerdos: ſacerdos, quia propitiator eſt
noſter; advocatum enim ipſum habemus apud
Patrem: vitulus, quia ſuo ſanguine nos diluit, &
redemit. Et bene accidit, ut quoniam Evange-
lii librum ſecundùm Matthæum diximus eſſe
moralem, opinio hujuſcemodi non prætermitte-
retur; mores enim proprie dicuntur humani.

8. Plerique tamen putant ipſum Dominum
noſtrum in quatuor Evangelii libris, quatuor for-
mis animalium figurari, quod idem homo, idem
leo, idem vitulus, idem aquila eſſe comprobatur.
Homo, quia natus ex Maria eſt: leo, quia fortis
eſt: vitulus, quia hoſtia eſt: aquila, quia reſurrec-
tio eſt. Atque ita in libris ſingulis forma anima-
lium figuratur, ut uniuſcujuſque libri ſeries pro-
poſitorum videatur animalium aut naturæ, aut
virtuti, aut gratiæ, aut miraculo convenire. Quæ

a. Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *admirabili copulatu*. Plures & potiores, *copulato*. Et certe nihil vetat, quin ut dicitur *actus*, & *actum*; ita etiam dicatur *copulatus* & *copulatum*. Rurſus edit. Rom. *quem ſanctus Marcus*: at edit. vet. & mſſ. *quàm quod ſanctus Marcus*. Quæ verba non incommodum ſenſum efficient, modo interpreteris rationabilem quidem eſſe illum copulatum, ſed adhuc rationabilius id eſſe, quod illum ſtatim initio duxerit collocandum.

b Edit. Rom. hæc rejecerat poſt verba, *Et creabuntur*, contra vet. edit. & mſſ. omnium fidem. Sed nec ad hoc ulla cogebat neceſſitas, cùm ſit ſuperioris ſententiæ, *quam quod Spiritum ſanctum creatorem* &c. concluſio, cujus ſequens illa: *Unde & David* &c. confirmatio eſt. Ceterum tres mſſ. sed ævi recentioris pro, *ſi creat Spiritus*, habent, *ſecreta Spiritus*.

licet

licet omnia in omnibus ſint; tamen plenitudo quædam in ſingulis virtutum eſt ſingularum. *Matth.* Ortum hominis alius deſcripſit uberius, mores quoque hominis præceptis uberioribus erudivit. *Marcus.* Alius à potentiæ cœpit expreſſione divinæ, quod ex Rege Rex, fortis ex forti, verus ex vero, vivida mortem virtute contemſerit. *Lucas.* Tertius ſacrificium ſacerdotale præmiſit & ipſam vituli immolationem ſtylo quodam pleniore diffudit. Quartus copioſius ceteris divinæ miracula reſurrectionis expreſſit. Unus igitur omnia, & unus in omnibus, ſicut lectum eſt: *Coloſſ. 3. 11.* non diſſimilis in ſingulis, ſed verus in cunctis. Sed jam ipſum ſermonem adoriamur Evangelii.

LIBER PRIMUS.

Cap. 1. ꝟ. 1. **Q***Voniam*, inquit, ***multi conati ſunt ordinare narrationem rerum.***

1. Pleraque noſtrorum, quemadmodum veterum Judæorum, paribus & generibus formantur & cauſis: atque exemplorum ſimilium pari uſu, exituque conveniunt: principioque rerum & fine concordant. Nam ſicut multi in illo populo divino infuſi Spiritu prophetarunt: alii autem prophetare ſe pollicebantur, & profeſſionem deſtituebant mendacio (erant enim pſeudo-prophetæ potius quam prophetæ, ſicut Ananias filius Azor) *Hier. 28. 1.* erat autem * populi gratia diſcernere ſpiritus, ut cognoſceret quos referre deberet in numerum prophetarum; quos autem quaſi bonus nummularius improbaret, in quibus materia magis corrupta ſorderet, quàm veri ſplendor luminis refulgeret: ſic & nunc in novo Teſtamento multi Evangelia ſcribere conati ſunt, quæ boni nummularii non probarunt. Unum autem rantummodo in quatuor libros digeſtum ex omnibus arbitrati ſunt eligendum.

a 2. Et aliud quidem fertur Evangelium, a quod duodecim ſcripſiſſe dicuntur. Auſus eſt etiam Baſilides Evangelium ſcribere, quod dicitur ſecundùm Baſilidem. Fertur etiam aliud Evangelium, quod ſcribitur ſecundùm Thomam. Novi aliud ſcriptum ſecundùm Matthiam. *Diſt. 37. cap Legimus aliqua.* Legimus aliqua, ne legantur: legimus, ne ignoremus: legimus non ut teneamus, ſed ut repudiemus; & ut ſciamus qualia ſint in quibus magnifici iſti cor exaltant ſuum. Sed Eccleſia, cùm quatuor Evangelii libros habeat, per univerſum mundum Evangeliſtis redundat: hæreſes, cùm multa habeant, unum non habent: *Multi enim conati*, ſed Dei gratia deſtituti ſunt. Plerique etiam ex quatuor Evangelii libris in unum * ea quæ venenatis putaverunt aſſertionibus convenientia, referſerunt. Ita Eccleſia quæ unum Evangelium habet, unum Deum docet: illi autem qui alium Deum veteris Teſtamenti, alium novi adſerunt, ex multis Evangeliis non unum Deum, ſed plures fecerunt.

3. *Quoniam multi*, inquit, *conati ſunt*. Conati utique illi ſunt, qui implere nequiverunt. Ergo multos cœpiſſe, nec impleviſſe, etiam ſanctus Lucas teſtimonio locupletiore teſtatur, dicens plurimos eſſe conatos. Qui enim conatus eſt ordinare, ſuo labore conatus eſt, nec implevit. Sine conatu ſunt enim donationes & gratia Dei, quæ ubi ſe infuderit, rigare conſuevit; ut non egeat, ſed redundet ſcriptoris ingenium. Non conatus eſt Matthæus, non conatus eſt Marcus, non conatus eſt Johannes, non conatus eſt Lucas: ſed divino Spiritu ubertatem dictorum rerumque omnium miniſtrante, ſine ullo molimine cœpta complerunt. Et ideo dicit:

Quoniam multi conati ſunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completæ ſunt, vel * *quæ in nobis redundant.* *

4. Quod enim redundat, nulli deficit: & de completo nemo dubitat, cùm fidem effectus adſtruat, exitus prodat. Itaque Evangelium completum eſt, & redundat omnibus per univerſum orbem fidelibus, & mentes omnium rigat, animumque confirmat. Ergo fundatus in petra, & qui omnem fidei ſumſerit plenitudinem, firmamentumque conſtantiæ, rectè dicit: *Quæ in nobis completæ ſunt*; quoniam non ſignis & prodigiis, ſed verbo vera & falſa diſcriminant, qui ſalutaria Domini geſta deſcribunt, vel qui animum mirabilibus ejus intendunt. Quid enim tam rationabile, quam ut credas, cùm legis ea geſta quæ ſupra hominem ſunt, potioris eſſe naturæ? At vero cùm legis ea quæ ſunt mortalia, ſuſcepti

*. Cave credas hanc Ambroſii mentem fuiſſe, ut ſingulis è populo Judæorum eam gratiam adtribuerit; cum ejus partem multo maximam toties à pſeudo-prophetis deceptam tradant ſacri codices. At credibilius eſt ipſum hanc prærogativam et ſacerdotum [illegible] gio, quod *ſynedrium* vocabant, adſcripſiſſe; cum ad eorum [illegible] cium in gravibus controverſiis recurrere populus jubeatur Deut. 17. 9. & ſeq. Forſan etiam hoc tantum ſignificatum voluit, benignitate divina fuiſſe proviſum, ne unquam univerſus populus à falſis prophetis perverteretur, ut Reg. 3. 19 tempore Achab factum legimus.

a. Rom. edit *quod duodecim apoſtoli*: quo etiam vocabulo adulterinum hoc Evangelium ab Hieronymo nominatur Proemio in Matth. ſed vox, *apoſtoli*, ſubpreſſa in vet edit. ac mſſ ſatis à lectore intelligitur. Infra vero ubi omnes edit. & plures mſſ. *ſecundùm Baſilidem*. mſſ. quinque meliores notæ legunt, *ſecundùm proprium nomen* De hoc Baſilidis Evangelio loquitur Hieronymus citato loco, & in Iſai. cap 34 ubi alia nonnulla hujuſmodi apocrypha Evangelia recenſet. Evangeliorum quoque Thomæ ac Mathiæ idem Hieronymus memorato Proem. in Matth mentionem facit, ſicut & Evangelii ſecundum Bartholomæum Denique hæretici eo uſque amplificarunt numerum pſeudo-evangeliorum, ut ſuum etiam Judæ proditori adſcriberetur, quemadmodum ab Epiphanio hæreſi 38 ac Theodoreto lib. 1. *hæret. fabul.* diſtere eſt. Origenes Hom 1. in Luc. Athanaſius in Synopſi, & alii nonnulla ex his inſanorum evangeliſtarum commentis memorant, quæ omnia configit decreto ſuo Gelaſius, & Innocentius I. epiſt. 3. ad Exuper. Notandum porro quod hic dicitur, *Legimus aliqua, ne legantur*, innuit enim his verbis S Doctor bonorum epiſcoporum munus eſſe, ut pravos libros ipſi pervolventes detecto eorum veneno illos refellant, & plebi ſuæ hac peſtifera lectione interdicant.

* Ea temeritate corrumpendi ſacras paginas Martionem in Evangelio B Lucæ uſum teſtantur Tertul. in libris adverſus eumdem hæreticum, & Epiphan. hær. 4. De manichæorum autem in conſpurcandis libris divinis audacia hic aperte Ambroſius noſter non ſecus ac Leo papa ſerm 4 de epiph. conqueruntur. Ad extremum Gelaſius citato decreto Evangelia Luciani atque Heſicii apocrypha declarat. Ceterum hoc loco liceat obiter admonere hoc decretum de libris apochryphis, quod recentiores quidam Hormiſdæ pontifici adſcribunt, a nobis ſub conſueto Gelaſii titulo allegari, quia illud in mſſ. ante mille annos exaratis eadem inſcriptione prænotatum reperitur. Vide Mabill. noſtrum in *Diſſert. de Curſu Gallic.* § 1. num 9

*. Græce [illegible], quod etiam nonnulli vertunt, *quæ nobis abunde probata ſunt* Vide annot. Corderii in Catenam græc. Patrum ad hunc verſum.

credas eſſe corporis paſſiones? Ita verbo atque A
ratione, non ſignis fides noſtra fundatur.

℣ 2. *Sicut tradiderunt*, inquit, *nobis qui ab initio ipſi
viderunt, & miniſtri fuerunt Verbi.*

a 5. Non congruit iſta locutio, ut [a] magis miniſte-
rium verbi viſum quam auditum eſſe credamus.
Sed quia non prolativum verbum, ſed ſubſtantia-
le ſignatur Verbum illud quod caro factum eſt,
& habitavit in nobis: non vulgare verbum, ſed
illud cæleſte intelligamus, cui Apoſtoli miniſtra- B
Exod. 20. 18. runt. Et tamen in Exodo lectum eſt, quia popu-
lus videbat vocem Domini: & utique vox non
videtur, ſed auditur. Vox enim quid eſt, niſi ſonus
qui non oculis cernitur, ſed aure percipitur? Ve-
rùm altiſſimo ingenio voluit declarare Moyſes,
quia vox videtur Dei; interioris enim mentis
videtur obtutu. In Evangelio autem non vox,
ſed illud quod voce præſtantius eſt, Verbum vi-
detur. Unde & Johannes ſanctus Evangeliſta:
1 Johan. 1. 1. & 2. *Quod erat*, inquit, *ab initio, quod audivimus, &* C
*quod vidimus, & oculis noſtris perſpeximus, & manus
noſtræ ſcrutatæ ſunt de Verbo vitæ: & vita apparuit,
& vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis de
vita, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.* Vides
ergo quod Verbum Dei & viſum eſt apoſtolis, &
S. Auguſt. Epiſt. nunc 148 al. 111. auditum. Non ſolùm enim ſecundùm corpus vi-
derunt Dominum, ſed etiam ſecundùm Verbum;
Viderunt enim Verbum, qui cum Moyſe & Elia
viderunt gloriam Verbi. Iſti enim viderunt Je-
ſum, qui in ſua viderunt gloria: alii non viderunt, D
qui corpus tantummodo videre potuerunt; non
enim corporalibus, ſed ſpiritalibus oculis Jeſus
videtur.

6. Denique Judæi non viderunt eum; quia non
videbant in ſpiritu. Vidit eum Abraham; quia
Johan. 8. 56. ſcriptum eſt: *Abraham diem meum vidit, & gavi-
ſus eſt.* Vidit ergo eum Abraham, qui Dominum
utique in corpore non videbat: ſed qui vidit in
ſpiritu, vidit in corpore: qui autem vidit in cor-
pore, & non vidit in ſpiritu; nec in ipſo vidit cor- E
pore, quod videbat. Vidit eum Eſaias: & quia vi-
Eſai. 53. 2. dit in ſpiritu, vidit & in corpore. Denique *Non
habebat*, inquit, *ſpeciem ſuam neque decorem.* Non
viderunt eum Judæi; obcæcatum enim erat inſi-
piens cor eorum. Ipſe quoque non ſe poſſe à Ju-
Matth. 23. 24. dæis videri teſtificatur dicens: *Duces cæci, liquan-
tes culicem, camelum autem glutientes.* Non vidit
eum Pilatus: non viderunt illi, qui clamabant:
Johan. 19. 6. *Crucifige, crucifige eum;* ſi enim vidiſſent, num-
quam Dominum majeſtatis crucifixiſſent. Qui F
ergo Deum vidit, vidit Emmanuel, hoc eſt,
vidit nobiſcum Deum: qui autem nobiſcum
Deum non vidit, non potuit videre quem virgo
peperit. Denique qui non crediderunt Dei Fi-
lium, nec Filium virginis crediderunt.

7. Quid eſt ergo Deum videre? Nolo me inter-
roges, Evangelium interroga, ipſum Dominum
Johan. 14. 9. & 10 interroga, immo docentem audi: *Philippe, qui vi-
det me, videt & Patrem qui me miſit. Quomodo tu
dicis: Oſtende nobis Patrem? Non credis quia ego in*
A *Patre, & Pater in me eſt?* Utique non corpus vide-
tur in corpore, nec ſpiritus videtur in ſpiritu: ſed
ſolus ille Pater videtur in Filio, aut iſte Filius vi-
detur in Patre. Non enim diſſimiles in diſſimilibus
videntur: ſed ubi unitas operationis eſt atque vir-
tutis, & Filius in Patre, & Pater videtur in Filio.
Quæ ego, inquit, *opera facio, & ille facit.* In ope- Johan. 5. 19.
ribus Patris Jeſus videtur, in operibus Filii &
Pater cernitur. Vidit Jeſum qui Galilæum illud Johan. 2. 9.
myſterium, [b] id eſt, ex aqua vinum factum vidit; b
B quòd nemo poſſet, niſi mundi Dominus elemen-
ta convertere. Video Jeſum, quando lego quia cæ- Johan. 9. 6.
co linivit oculos luto, & reddidit viſum. Ipſum Gen. 2. 7.
enim recognoſco, qui de luto finxit hominem, &
ei vivendi ſpiritum, & videndi lumen infudit. Vi-
deo Jeſum, quando peccata condonat; nemo Marc. 2. 6. & 7.
enim poteſt peccata dimittere, niſi ſolus Deus.
Video Jeſum, quando Lazarum ſuſcitat: & non Johan. 11. 44.
viderunt, qui viderunt. Video Jeſum, video etiam
Patrem, quando oculos ad cælum erigo, ad ma-
C ria converto, ad terram retorqueo: *Inviſibilia* Rom. 1. 20.
*enim ejus, per ea quæ perfecta ſunt intellectu, conſpi-
ciuntur.*

8. *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio viderunt,
& miniſtri fuerunt Verbi.* Gemina virtus eſt in
homine perfecto, ut & intentio ſit, & actio.
Utramque igitur virtutem ſanctus Evangeliſta
apoſtolis defert; non ſolùm enim viderunt, ſed
etiam *miniſtri*, inquit, *Verbi fuerunt.* Intentio vi-
ſionis, actionis eſt miniſterium: finis autem in-
D tenſionis eſt actio: principium actionis intentio.
Atque ut proprio apoſtolorum utamur exemplo,
intentio eſt quod Petrus & Andræas audita Do-
mini voce dicentis: *Faciam vos fieri piſcatores ho-* Matth. 4. 19.
minum, ſine ulla comperendinatione reliquerunt
ſcalmum, Verbum ſecuti ſunt. Sed non ſtatim
in intentione actiò: nec ibi quidem adhuc actio,
ſed intentio, ubi dicit Petrus: Domine, *Quare* Johan. 13. 37.
*non poſſum te ſequi modò? Animam meam pro te po-
nam.* Erat enim intentio paſſionis, ſed nondum
E erat actio; licet in jejuniis jam eſſet actio, eſſet
in vigiliis, eſſet in contemtu corporalium vo-
luptatum; hæc enim eſt actio Chriſtiani. Neque
enim in omnibus rebus ſimul & intentio, & actio
eſt: ſed cùm ſit rei alterius actio, alterius adhuc
intentio eſt. Nam & ipſe Petrus [c] cùm multa c
apoſtolica virtute perpeti peregiſſet; poſtea ta-
men quando dixit ei Dominus: *Tu me ſequere*, Johan. 21. 22.
tulit crucem ſuam, & ſecutus eſt Verbum, atque
actionem ſubiit paſſionis. Sed fuerat in Petro,
F Andrea, Johanne, & ceteris apoſtolis & inten-
tionis, & actionis æqualitas.

9. Eſt autem nonnumquam plus in intentione
quàm in actione, aut plus in actione quàm in in-
tentione; ut in Evangelio cernimus inter ſanctam
Mariam, & Martham fuiſſe diſtantiam. Alia enim
Verbum audiebat: alia feſtinabat circa miniſte-
rium, quæ ſtetit, & ait: *Domine, non eſt tibi cura,* Luc. 10. 40. 41. & 42.
*quod dereliquit me ſoror mea ſolam miniſtrare. Dic
ergo illi, ut me adjuvet. Et dixit illi Dominus: Mar-
tha, Martha..... Maria optimam partem elegit, quæ*

a. Sic edit. omnes, & mſſ. aliquot. Novem tamen non infimæ notæ legunt: *ut magis*, e quibus quatuor *magis, miniſterium verbi, quam auditum*: ex quo etiam numero quidam forte calami lapſu, *quam auditum*. Sed in illis omnibus deeſt, *viſum*.

b. *Id eſt, ex aqua vinum factum.* Hæc verba quæ non niſi in tribus mſſ. & in edit. Rom. reperiuntur, è gloſſa in textum irrepſiſſe haud improbabile eſt.

c. Rom. edit. & pauci mſſ. *cum multa apoſtolicâ virtute perpeti prælegiſſet*: duo mſſ. *perlegiſſet*. Aliæ edit. & cod. ſcripti: *cùm multa apoſtolica virtute perpeti* (quidam, *perpetis*, quidam vero utrumque omiſerunt) *peregiſſet*. Atqui ſenſus docet ultimam hanc lectionem optimam ac retinendam eſſe. Non enim vox, *apoſtolica*, in ſexto caſu, ſed in quarto, ſicut nec *perpeti* pro verbo, ſed pro adjectivo, ſumenda eſt.

non auferetur ab ea. Ergo in altera intenrionis ſtu- A dium, in altera actionis miniſterium redundabat: utrique tamen utriuſque virtutis ſtudium ſuppetebat. Siquidem & Martha, niſi audiſſet verbum, miniſterium non ſubiiſſet, cujus actio intentionis
Johan. 12. 3. indicium eſt: & Maria tantum gratiæ de utriuſque retulit perfectione virtutis, ut ungeret pedes Jeſu, & tergeret capillis, & totam domum ſuæ fidei odore compleret. Eſt etiam nonnumquam maxima intentio, caſſa actio; ut ſi medicinæ animum aliquis intendat, & cùm omnia medendi B præcepta cognoverit, non exſequatur officia: atque ita fit ut quia caſſa actio, caſſa etiam intentio ſit. Eſt etiam in nonnullis uberior aliquando actio, exilior intentio; ut ſi quis baptiſmi ſalutaris ſacramenta percipiat, & cognoſcendis variarum virtutum præceptis animum nolit intendere, fit plerumque ut per intenrionis iocuriam fructum actionis amittat. Ideo ergo utriuſque virtutis plenitudo quærenda eſt, quam conſequi potuerunt apoſtoli, de quibus dicit: *Qui ab ini-* C *tio viderunt, & miniſtri fuerunt Verbi*; ut per id quod viderunt, divinæ cognitionis intelligatur intentio: per id quod miniſtri fuerunt, eorum actio declaretur.

℣. 3. *Viſum eſt*, inquit, *& mihi.*

10. Poteſt etiam non ſoli viſum eſſe, quod viſum ſibi eſſe declarat. Non enim voluntate tantum humana viſum eſt: ſed ſicut placuit ei qui in me,
2. Cor. 13. 3. inquit, loquitur Chriſtus; qui ut id quod bonum D eſt, nobis quoque boaum videri poſſit, operatur; quem enim miſeratur, & vocat. Et ideo qui Cbriſtum ſequitur, poteſt interrogatus cur eſſe voluerit Chriſtianus, reſpondere: Viſum eſt mihi. Quod cùm dicit, non negat Deo viſum; à Deo enim præparatur voluntas bominum. Ut enim Deus hooorificetur à ſancto, Dei graria eſt. Denique plurimi voluerunt ſcribere Evangelium: ſed quatuor tantummodo, qui divinam meruerunt gratiam, ſunt recepti.

Viſum eſt, inquit, *& mihi adſecuto à principio*
a *omnia* [a] *diligenter ex ordine.*

11. Prolixiorem hunc Evangelii librum quam ceteros eſſe nemo dubitaverit. Et ideo non ea quæ falſa ſunt, ſed quæ vera, ſibi vindicat. Denique etiam à ſancto apoſtolo Paulo teſtimonium meruit diligenriæ. Sic enim laudat Lucam:
2. Cor. 8. 18. *Cujus laus*, inquit, *eſt in Evangelio per omnes Eccleſias*. Et vere laudabilis eſt, qui meruit à tanto F gentium doctore laudari. Adſecutum itaque ſe non pauca dicit, ſed omnia: & adſecuto omnia viſum eſt ſcribere non omnia, ſed ex omnibus. Non enim ſcripſit omnia, ſed adſecutus eſt om-
Johan. 21. 25. nia; quia quæ fecit, inquit, Jeſus, ſi ſcribantur omnia, nec ipſum capere mundum arbitror. Advertis enim quod conſultò etiam ea quæ ab aliis ſunt ſcripta, prætereūt; ut diverſa in Evangelio gratia refulgeret, & propriis quibuſdam ſinguli A libri myſteriorum geſtorumque miraculis eminerent. Diviſerunt enim ſibi veſtimenta Domini milites Chriſti, quod ſuo loco plenius explanabitur. Infra lib. 10 in cap. 23. 14.

12. Scriptum eſt autem Evangelium ad Theophilum, hoc eſt, ad eum [b] quem Deus diligit. Si Deum diligis, ad te ſcriptum eſt: ſi ad te ſcriptum eſt, ſuſcipe munus Evangeliſtæ: pignus amici in penetralibus animi diligenter adſerva. *Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum, qui* 2. Tim. 1. 14.
B *datus eſt nobis*: frequenter inſpice, ſæpius diſcute. Fides pignori prima debetur: fidem ſequitur diligentia; ne commiſſa tibi pignora aut tinea, aut ærugo conſumat. Quod enim tibi commiſſum eſt, conſumi poteſt: Evangelium conſumi non poteſt. Evangelium bonum pignus eſt: ſed vide ne vel in animo tuo illud aut tinea aut ærugo conſumat. Conſumit tinea, ſi quod bene legeris, male credas.

13. Tinea hæreticus eſt, tinea Pbotinus eſt, ti-
C nea tua Arrius eſt. Scindit veſtimentum, qui ſeparat à Deo Verbum. Scindit veſtimentum Photinus, cùm legit: *In principio erat Verbum, &* Johan. 1. 1.
Verbum erat apud Deum, & Deus erat. Integrum enim veſtimentum eſt, ſi legas: *Et Deus erat Verbum*. Ibidem. Scindit veſtimentum qui ſeparat à Deo Chriſtum. Scindit veſtimentum qui legit: *Hæc* Johan. 17. 3.
eſt autem vita æterna; ut cognoſcant te ſolum verum Deum; niſi cognoſcat & Chriſtum. Non enim ſolum Patrem vere Deum cognoſcere vita æter-
D na eſt: ſed etiam [c] Chriſtum cognoſcere verum Deum, verum de vero, Deum de Deo, vita eſt ſempiterna. Tinea eſt Chriſtum cognoſcere ſine divinitatis fide, aut corporis ſacramento. Tinea eſt Arrius, tinea eſt Sabellius. Patitur has tineas ſpiritus fluctuantium: patitur has tineas ſpiritus qui non credit quia Pater & Filius divinitate unum ſunt. Scindit quod ſcriptum eſt: *Ego &* Johan. 10. 30.
Pater unum ſumus, qui unum per diſcretas ſubſtantias dividit. Patitur hanc tineam ſpiritus,
E qui Jeſum Chriſtum in carne veniſſe non credit: & ipſe eſt tinea; ipſe eſt enim antichriſtus. Qui autem de Deo ſunt, fidem tenent; & ideo tineam pati non queunt, quæ dividit veſtimentum. Omne enim quod inter ſe dividitur, ſicut ſatanæ regnum, non poteſt eſſe perpetuum.

14. Eſt etiam ærugo animi, cùm ſæcularium ſordibus cupiditatum religioſæ acies intentionis obducitur, aut fidei puritas decoloratur nube perfidiæ. Ærugo mentis eſt rei cupiditas fami-
F liaris: ærugo mentis incuria eſt: ærugo mentis eſt ambitio dignitatum, ſi in his ſumma ſpes vitæ præſentis locetur. Et ideo ad divina converſi, acuamus ingenium, exerceamus affectum; ut gladium illum, quem vendita veſte, emi Domi- Luc 22. 36.
nus jubet, paratum ſemper & lucidum tamquam in vagina mentis reconditum habere poſſimus. Arma enim ſpiritalia & fortia Deo ad deſtruendas munitiones militibus Chriſti debent ſemper eſſe præſentia; ne cùm venerit dux cæleſtis mili-

a. Sic mſſ omnes. Addunt vet. edit. *tibi ſcribere*. Rom. autem locum ita decurtaverat: *omnia diligenter. Et ideo* &c.

b. Edit. Rom. *qui Deum diligit*: quod quidem cum hoc ſequenti, *ſi Deum diligis*, videtur melius convenire: ſed huic lectioni vet. omnes edit. ac mſſ refragantur. Ceterum videtur hoc loco Ambroſius per Theophilum non certi cujuſpiam hominis nomen intelligere, ſed quamdam omnium Chriſtianorum appellationem. Communior tamen opinio certum ac definitum hominem eo ſignificari contendit; & hoc imprimis nititur argumento, quod honoris gratia *optimus* ſalutetur, qui titulus non niſi viris illuſtribus tribui conſueverat. Vide Baron. ad an. 58 num. 35. & interpretes in hunc locum, nec non in Acta apoſt. cap. 1 ℣. 1 cap. 23. ℣ 26 & alibi.

c. Ita vet. edit. quibus ſcripti cod. conſentiunt. Edit. vero Rom. locum interpolaverat hoc modo: *Chriſtum cognoſcere Deum de Deo, verum de vero, vita eſt ſempiterna.*

tiæ, ſitu noſtrorum offenſus armorum, à legionum ſuarum nos ſocietate ſecernat.

℣. 5. *Fuit*, inquit, *in diebus Herodis regis Judææ, ſacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia: & uxor ejus de filiabus Aaron, & nomen ejus Elizabeth.* ℣. 6. *Et erant ambo juſti, incedentes in omnibus mandatis, & juſtificationibus Domini ſine querela.*

15. Docet nos Scriptura divina non ſolum mores in iis qui prædicabiles ſunt, ſed etiam parentes oportere laudari; ut veluti tranſmiſſa immaculatæ puritatis hereditas in iis quos volumus laudare, præcellat. Quæ enim alia intentio hoc loco ſancti Evangeliſtæ, niſi ut ſanctus Johannes Baptiſta nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere, paſſione? Sic etiam ſancti Samuel mater Anna laudatur: ſic Iſaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam poſteris dereliquit. Sacerdos itaque Zacharias, nec ſolum ſacerdos, ſed etiam de vice Abia, id eſt, nobilis inter ſuperiores familias.

16. *Et uxor*, inquit, *ejus de filiabus Aaron.* Non ſolum igitur à parentibus, ſed etiam à majoribus ſancti Johannis nobilitas propagatur; non ſæculari poteſtate ſublimis, ſed religionis ſucceſſione venerabilis. Tales enim majores habere debuit prænuntius Chriſti; ut non repente conceptam, ſed à majoribus acceptam, & ipſo infuſam jure naturæ prædicare fidem Dominici videretur adventus.

17. *Erant*, inquit, *ambo juſti, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela.* Quid ad hoc referunt qui peccatis ſuis ſolatia præferentes, ſine peccatis frequentibus hominem putant eſſe non poſſe, & utuntur verſiculo; quia ſcriptum eſt in Job (Job 14. 4. & 5.): *Nemo mundus à ſorde, nec ſi una die vita ejus ſit in terra, numeroſi menſes ejus ab ipſo?* Quibus reſpondendum eſt, prius ut quid ſit hominem ſine peccato eſſe definiant: utrum numquam omnino peccaſſe, an deſiiſſe peccare? Si enim hoc putant ſine peccato eſſe, [a] deſiiſſe peccare: & ipſe conſentio; (Rom 3. 23.) *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei.* Sin autem eum, qui veterem errorem correxerit, & in eam ſe vitæ transformaverit qualitatem, ut temperet à peccato, negant abſtinere à delictis, non poſſum in eorum convenire ſententiam; cùm legamus (Ephes. 5. 25. & 27.): Quia *ſic Dominus dilexit Eccleſiam .... ut exhibeat ſibi ipſe glorioſam, & non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ejuſmodi: ſed ut ſit ſancta, & immaculata.* Nam cùm Eccleſia ex gentibus, hoc eſt, ex peccatoribus congregata ſit, quomodo ex maculatis immaculata poteſt eſſe; niſi primò per Dei gratiam, quod abluta à delicto ſit: deinde quod per qualitatem non peccandi abſtineat à delictis? Ita nec ab initio immaculata; humanæ enim hoc impoſſibile eſt naturæ: ſed per Dei gratiam & qualitatem ſui, quia jam non peccat, fit ut immaculata videatur.

18. Nec otioſe juſtos ante Deum dixit, *incedentes in mandatis & juſtificationibus Domini*: in quo Patrem omnipotentem, & Filium comprehendit. Filium eſſe qui legem tulerit, mandata præſcripſerit, etiam ſanctus Lucas Evangeliſta declarat (Luc. 6. 47.). Et bene juſtos ante Deum; non enim omnis qui juſtus eſt ante homines, juſtus eſt ante Deum. Aliter vident homines, aliter videt Deus: homines in facie, Deus in corde. Et ideo fieri poteſt ut aliquis, affectata bonitate populari, juſtus videatur mihi: juſtus autem ante Deum non ſit, ſi juſtitia non ex mentis ſimplicitate formetur, ſed adulatione ſimuletur; abſcondita enim in ea homo non poterit deprehendere. Perfecta igitur laus eſt, ante Deum juſtum eſſe. Unde & Apoſtolus: *Cujus laus*, inquit, *non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.* (Rom. 2. 29.) Beatus plane ille qui in conſpectu Dei juſtus eſt. Beatus ille, de quo Dominus dignatur dicere: *Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt*; (Johan. 1. 47.) verus enim Iſraelita, qui Deum videt, & videri ſe novit à Deo, & ipſi exhibet cordis occulta. Solus enim perfectior, qui ab eo probatur, qui non poteſt falli: *Judicia* enim *Domini vera*: (Pſal 18. 10.) judicia autem hominum ſæpe falluntur; ut & injuſtis juſtitiæ gratiam frequenter adſcribant, & juſtum aut odio perſequantur, aut mendacio decolorent. *Novit* autem *Dominus immaculatorum vias*; (Pſal. 36. 18.) nec pro peccatore laudabilem, nec pro laudabili peccatorem: ſed unumquemque pro competentium judicat ratione meritorum; idem eſt enim arbiter mentis & facti. Divina namque judicia meritum juſti ex mentis habitu, non aliquo factorum exitu metiuntur. Plerumque enim aut bona mens facti reprehenſibilis exitu deformatur: aut improba cogitatio facti alicujus decore velatur. Sed etiam quod bene feceris, ſi male cogitaveris, divino judicio non poteſt comprobari. Scriptum eſt enim: *Juſtè quod juſtum eſt perſequeris.* (Deut. 16. 20.) Nam niſi eſſet ut juſtum injuſtè faceres, numquam dictum eſſet: *Juſtè quod juſtum eſt perſequeris.* Et certe poſſe juſtum injuſte fieri docuit nos ipſe Salvator dicens: *Cùm feceris eleemoſynam, noli tuba canere ante te.* Et, *Cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ.* (Matth 6. 2. & 5.) Bonum eſt enim miſericordia, bonum eſt oratio: ſed poteſt injuſte fieri, ſi jactantiæ causâ aliquis pauperi largiatur, ut videatur ab hominibus.

19. Unde ſanctus Evangeliſta non ſolum juſtos ante Deum, & incedentes in mandatis omnibus, & juſtificationibus Domini: ſed etiam ſine querela incedentes ait. Quod mire cum prophetico congruit dicto, quo ſanctus Salomon in Proverbiis uſus eſt dicens: *Provide bona ſemper coram Deo, & coram hominibus.* (Prov. 3. 4.) Nulla ergo querela eſt, ubi & mentis bonitas concordat, & facti. Et plerumque juſtitia durior hominum querelam excitat.

20. Quam verò congruat verborum ipſa diſtinctio, & ordo conveniat, diligenter adverte. *Incedentes*, inquit, *in omnibus mandatis, & juſtificationibus Domini.* Prius enim mandatum, ſecunda eſt juſtificatio. Itaque cùm mandatis cæleſtibus obedimus, in mandatis incedimus Domini:

a. Rom. edit. *numquam omnino peccaſſe.* Ceteræ, ac mſſ. omnes, *deſiiſſe peccare*, ex quibus verbis ut depellatur ambiguitas locum intellige iſto ſenſu: Si dicant eum eſſe ſine peccato, qui peccare deſierit, de hac definitione ipſis adſentior, cùm alia in homines quadrare nequeat. Sed ſi prætereà contendant qui receſſerit à prioribus peccatis, ut poſteà ab iiſdem aut aliis abſtinere non poſſe, id vero penitus inficior. Ceterum non levia & quotidiana, ſed gravia peccata, qualia ſunt quæ ſanctificantem gratiam excludunt, hîc intelligenda eſſe manifeſtum eſt; cùm ipſe miſeram hanc peccandi, quoad iſto corpore mortis liberemur, neceſſitatem paſſim agnoſcat. Et certe quam pulcre ipſi cum Auguſtino hac in parte conveniat, à nobis jam fuit obſervatum.

cùm judicamus, & congrue judicamus, tenere A Domini juſtificationes videmur.

21. Plena igitur laudatio eſt quæ genus, mores, officium, factum, judicium comprehendit. Genus in majoribus, mores in æquitate, officium in ſacerdotio, factum in mandato, in juſtificatione judicium.

℣. 5. *Factum eſt autem, cùm ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante dominum Deum,*
℣. 9. *ſecundum conſuetudinem ſacerdotii, ſorte exiit ut in-*
℣. 10. *cenſum poneret ingreſſus in templum Domini: & B omnis populus foris orabat hora incenſi.*

22. Videtur hîc ſanctus Zacharias ſummus deſignari ſacerdos; quia, ſicut lectum eſt [a] de prio-
Hebr. 9. 6. & 7. re tabernaculo in quod ſemper intrabant ſacerdotes miniſteria conſummantes, non nno tantum anni tempore intrabant in templum: in ſecundo autem ſemel in anno ſingularis ſummus ſacerdos non ſine ſanguine, quem offerret pro ſe, & populi delictis. Hic eſt ille ſummus ſacer- C dos, qui adhuc ſorte quæritur; quia verus adhuc ignoratur: qui enim ſorte legitur, humano judicio non comprehenditur. Ille igitur quærebatur, & alius figurabatur. Ille quærebatur verus
Pſal. 109. 4. in æternum ſacerdos, cui dicitur: *Tu es ſacerdos in æternum:* qui non hoſtiarum cruore, ſed proprio ſanguine Patrem Deum generi reconciliaret humano. Sed tunc ſanguis fundebatur in ſpecie, & in ſpecie ſacerdos ordinabatur: nunc quia veritas venit, relinquamus ſpeciem, veri- D. tatem ſequamur. Et tunc quidem vices erant, nunc autem eſt perpetuitas. [b] Erat ergo, & certe erat cujus vices etiam gerebantur.

23. Sorte ergo legebatur, ut introiret in templum ſacerdos. Si igitur in typo nullus poterat teſtis adhiberi, quid aliud ſignificabatur, niſi eum ſacerdotem eſſe venturum, cujus ſacrificium non eſſet commnne cum ceteris: qui denique non in manufactis templis ſacrificaret pro nobis, ſed in ſui corporis templo noſtra peccata vacuaret. E
Joban. 19. 24. Sorte ergo quærebatur ſacerdos. Ideo fortaſſe & milites veſtimenta Domini ſortiebantur, ut quoniam in templo ſuo pro nobis Dominns deferre ſacrificium præparabat, circa ipſum quoque ſortis agitatio præceptum Legis impleret.
Matth. 5. 17. Propter quod ait: *Non veni Legem ſolvere, ſed adimplere.* Certe ut ipſe eſſet, qui & exſpectatus in veteri Teſtamento, & mandato Dei videretur electus. Denique & ſuper apoſtolum Matthiam Act. 1. 26.
* ſors cecidit, ne apoſtoli electio à mandato diſcrepare legis veteris videretur.

Apparuit autem illi Angelus Domini ſtans à dextris altaris incenſi. ℣. 11.

24. Non immerito Angelus videtur in templo; Aug. epiſt. 148 al. 1. & alibi.
quia veri Sacerdotis jam nuntiabatur adventus, & celeſte ſacrificium parabatur, in quo Angeli miniſtrarent. Et bene apparuiſſe dicitur ei, qui eum repente conſpexit. Et hoc ſpecialiter aut de Angelis, aut de Deo Scriptura divina tenere conſuevit; ut qnod non poteſt prævideri, apparere dicatur; ſic enim habes: *Apparuit Deus* Gen. 18. 1.
Abrahæ ad ilicem Mambre. Nam qui ante non præſentitur, ſed repentino videtur adſpectu, apparere memoratur. Non enim ſimiliter ſenſibilia videntur, & is in cujus voluntate [c] ſitum eſt videri, & cujus naturæ eſt non videri, voluntatis videri. Nam ſi non vult, non videtur: ſi vult, videtur. Apparuit enim Deus Abrahæ, quia voluit: alii, quia noluit, non apparuit. Viſum eſt etiam Stephano, cùm lapidaretur à populo, ape- Act. 7. 55.
riri cælum: viſus eſt etiam Jeſus ſtans ad dexteram Dei; & non eſt viſus à populo. Vidit Eſaias Eſai. 6. 1.
dominum Sabaoth, ſed alius videre non potuit; quia cui placuit, apparuit.

25. Et quid de hominibus loquimur, cùm etiam * de ipſis cæleſtibus virtutibus & poteſtatibus legerimus, quia *Deum nemo vidit umquam?* Et ad- Johan. 1. 18.
didit, quod ultra cæleſtes eſt poteſtates: *Unigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit.* Ibidem.
Aut adquieſcatur igitur neceſſe eſt, ſi Deum Patrem nemo vidit umquam, Filium viſum eſſe in veteri Teſtamento; & deſinant hæretici ex Virgine ei principium dare, qui antequam naſceretur ex Virgine, videbatur: aut certe refelli non poteſt, vel Patrem, vel Filium, vel certe Spiritum ſanc- Aug. loco citato.
tum ([d] ſi tamen eſt Spiritus ſancti viſio) ea ſpecie videri, quam voluntas elegerit, non natura formaverit; quoniam Spiritum quoque viſum ac- Matth. 3. 16.
cepimus in columba. Et ideo Deum nemo vidit umquam; quia eam quæ in Deo habitat plenitudinem divinitatis nemo conſpexit, nemo mente aut oculis comprehendit. *Vidit* enim ad utrum-

a. Rom. edit. *In priore tabernaculo ſemper intrabant ſacerdotes miniſteria conſummantes: in ſecundo autem* &c. Ant. edit. atque mſſ. addunt .... *conſummantes, uno tantum anni tempore intrabant in templum* &c. Mſſ. nonnulli.... *intrabat in templum.* Denique unicus Clarom. poſt vocem, *conſummantes*, negationem habet, quem licet recentiorem ſequi viſum eſt, cùm ſenium præ ſe ferat expeditiorem. Non tamen omnino diſplicent qui legunt, *intrabat*, &c. ut referatur ad ſummum ſacerdotem: ſed ſic etiam videtur inferenda negatio. Tandem ſi de ſacerdotibus inferioribus intelligas, & malis amandare negationem, dicendum erit Ambroſium in ea ſententia fuiſſe, vicem cujuſque familiæ ad miniſtrandum in templo ſemel tantum in anno rediſſe; cùm tamen poſt 168. dies rediret, ut ex J. Scalig. obſervat Grotius in hunc locum.

b. Edit. Rom. in texta jugulaverat ſequentia: *Erat ergo, & certe erat cujus vices etiam gerebantur* quæ nos in ſuum locum vet. edit. & mſſ. omnium auctoritate reſtituimus.

*. Sortium uſum in veteri Teſtamento frequentem fuiſſe ignorat nemo. Sed nec ab Auguſt. epiſt. al. 180. nunc 228. idem uſus in novo plane repudiatur, & in Conc. Barcel. ann. 599. can. 3. comprobatur. At forte mirabitur aliquis ſcripſiſſe Ambroſium noſtrum ſortem idcirco illic adhibitam eſſe, *ne apoſtoli electio à mandato diſcrepare legis veteris videretur.* Difficultas autem inde oritur, quod jam tunc hujuſmodi legales obſervationes in deſuetudinem abiiſſe cenſeantur. At relato hoc ipſo loco Venerabilis Beda in Acta apoſtolorum objectioni occurrit ad eum modum: *Matthias ante pentecoſten*, inquit, *ordinatus ſorte quæritur; quia ſcilicet nondum erat plenitudo Spiritus ſancti effuſa.* Unde ſic colligit: *Donec veritas compleretur, figuram licuit exerceri. Inde eſt quod Matthias qui ante pentecoſten ordinatur, ſorte quæritur.* Et hoc in poſterioribus eo confirmat, quod poſtea in electione diaconorum nulla ſors memoretur interveniſſe. Addi etiam poteſt id forte eo modo peractum eſſe, ut ne Judæis recens ad fidem converſis offenſionis daretur occaſio, quam ipſam ob cauſam Actuum 16. narratur Apoſtolus Timotheum patre gentili natum circumcidiſſe. Adi ſis Thomaſſinum Diſcipl. Eccl. lib. 2. cap. 14.

c. Sic omnes mſſ. ac vet. edit. Rom. vero locum contraxit in hanc formam, *ſitum eſt videri, natura vero eſt non videri.*

*. Cùm nemo catholicus ambigere poſſit, quin beati Angeli ſemper videant faciem Patris, intelligendus hic locus de viſione, ut vocant, comprehenſiva. Quod quidem ipſe Doctor ſatis aperte ſignificat, dum infra ſubdit, *plenitudinem divinitatis nemo conſpexit, nemo mente aut oculis comprehendit.* Neque vero aliter accipiendum eſt quod ait Chryſoſtomus: ὅτι αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς οὐ μόνον προφῆται, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελοι εἶδον οὔτε ἀρχάγγελοι. Nam in ſequentibus haud ambiguis verbis ſe ipſe exponit, ubi dicit, ἀλλ' οὕτως εἶδεν οὐδεὶς ὅ ἐστιν. Et infra eidem Filio tribuit ſoli, ἀκριβῆ τὴν περὶ αὐτοῦ κατάληψιν.

d. Rom. edit. ſola, *ſi tamen & Spiritus ſanctus viſus eſt.* Id autem autumamus eo ſenſu intelligendum quo S. Thom. 1. part. quæſt. 43. ar. 7. ad 6. negat in vet. Teſtamento factam fuiſſe Spiritus ſancti viſibilem miſſionem. Alioquin enim tres perſonas Ss. Trinitatis Abrahamo apparuiſſe liquido in libris de eodem Patriarcha, & alibi tradit hic noſter Ambroſius.

que referendum eſt. Denique cùm additur: *Unigenitus Filius ipſe enarravit*, mentium magis quam oculorum viſio declaratur; ſpecies enim videtur, virtus vero narratur: illa oculis, bæc mente comprehenditur.

Eſai. 6. 6. 26. Sed quid de Trinitate dicam? Seraphim quando voluit, apparuit, & vocem ejus Eſaias ſolus audivit. Apparuit Angelus, & nunc præſto eſt, ſed non videtur; neque etiam in poteſtate noſtra eſt videre, ſed in poteſtate illius apparere. Tamen, etſi poteſtas non eſt videndi, eſt gratia promerendi ut videre poſſimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia Deum videndi gratiam non babemus.

27. Et quid mirum ſi in præſenti ſæculo, niſi quando vult, Dominus non videtur. In ipſa quoque reſurrectione non facile eſt Deum videre, niſi iis qui corde ſunt mundo. Et ideo ait: *Beati mundo corde; ipſi enim Deum videbunt.* (Matth. 5. 8.) Quantos beatos jam numeraverat, & tamen videndi bis Deum non promiſerat facultatem? Si ergo ii qui mundo ſunt corde, Deum videbunt; utique alii non videbunt. Neque enim indigni Deum videbunt, neque is qui Deum videre noluerit, poteſt Deum videre. Nec in loco Deus videtur, ſed mundo corde: nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circumſcribitur viſu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec ſentitur inceſſu. Et cùm abſens putatur, videtur: & cùm præſens eſt, non videtur. Denique nec apoſtoli omnes Cbriſtum videbant; & ideo ait: *Tanto tempore vobiſcum ſum, & adhuc me non cognoviſtis!* (Johan. 14. 9.) Qui enim cognovit quæ ſit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum, & ſupereminentem ſcientiæ caritatem Chriſti, vidit & Chriſtum, vidit & Patrem. Nos enim jam ſecundum carnem non novimus Cbriſtum, ſed ſecundùm ſpiritum; ſpiritus enim ante faciem noſtram Chriſtus Dominus, qui nos in omnem plenitudinem Dei miſericordia ſua implere dignetur; ut videri poſſit à nobis. Ideo ergo apparuit Zachariæ Angelus à dextris altaris incenſi, quia apparuit cum voluit, non apparuit quamdiu noluit.

28. Apparuit autem à dextris altaris incenſi; quia divinæ inſigne miſericordiæ deferebat: *Dominus* enim *à dextris eſt mihi, ne commovear.* (Pſal. 15. 8.) Et alibi: *Dominus protectio tua ſuper manum dexteræ tuæ.* (Pſal. 120. 5.) Atque utinam nobis quoque [*] adolentibus altaria, ſacrificium deferentibus adſiſtat Angelus, immo præbeat ſe videndum. Non enim dubites adſiſtere Angelum, quando Cbriſtus adſiſtit, quando Cbriſtus immolatur. *Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* (1. Cor. 5. 7.) Nec verearis ne turbetur cor tuum Angeli viſione (perturbamur enim, & à noſtro alienamur affectu, quando præſtringimur alicujus ſuperioris poteſtatis occurſu) idem enim Angelus qui occurrerit nobis, confirmare nos poterit, ſicut turbatum ante Zachariæ firmavit animum, dicens:

ỳ. 13. *Ne timeas Zacharia, quoniam ecce oratio tua exaudita eſt: & uxor tua Elizabeth pariet filium, & vocabis nomen ejus Iohannem: & erit gaudium tibi: & multi in nativitate ejus gaudebunt.* ỳ. 14.

29. Plena ſemper, & redundantia ſunt divina beneficia: non exiguo conſtricta numero, ſed uberi bonorum coacervata congeſtu; ut bîc primo precationis fructus, deinde ſterilis partus uxoris, tum lætitia plurimorum, & magnitudo virtutis. Altiſſimi quoque Propbeta promittitur: quin etiam, ne qua eſſet dubitatio, futuri quoque vocabulum deſignatur. Tantis igitur ſupra votum fluentibus, non immerito diffidentiæ pœna ſilentium eſt: quod in poſterioribus explanabimus. Solemnis autem lætitia eſt in ortu & generatione ſanctorum; ſanctus enim non ſolum parentum gratia, ſed etiam ſalus eſt plurimorum. Unde admonemur boc loco ſanctorum generatione lætari.

30. Admonentur etiam parentes gratias agere non minus pro ortu, quam pro meritis filiorum; non enim mediocre munus eſt Dei, dare liberos propagatores generis, ſucceſſionis beredes. Lege Jacob duodecim filiorum generatione gaudere. (Gen. 49. 28) Abrabæ filius datur. (Gen. 21. 2.) Zacbarias exanditur. Divinum igitur munus, fœcunditas eſt parentis. Agant itaque patres gratias, quia generaverunt: filii, quia generati ſunt: matres, quia conjugii præmiis honorantur; ſtipendia enim militiæ ſuæ filii ſunt. Vernet in Dei laudem terra, quia colitur: mundus, quia cognoſcitur: Eccleſia, quia devotæ numero plebis augetur. Nec otioſe in principio ſtatim geneſis Dei juſſu conjugium copulatur, (Gen. 2. 24.) niſi ut hæreſis deſtruatur. Sic enim Deus conjugium probavit, ut jungeret: ſic remuneratus eſt, ut quibus ſterilitas filios denegaſſet, pietas divina concederet.

Et erit magnus coram Domino. ỳ. 15.

31. Non corporis hîc, ſed animæ magnitudinem declaravit. Eſt coram Domino magnitudo animæ, magnitudo virtutis: eſt etiam parvitas animæ, & pueritia virtutis. Juxta enim animæ & corporis numeramus ætates, non pro ratione tempóris, ſed pro qualitate virtutis; ut vir perfectus ille dicatur, qui careat errore pueritiæ, & lubricum adoleſcentiæ animi maturitate non ſentiat: puſillus autem, qui nullum adhuc virtutis videatur babuiſſe proceſſum. Unde illud in Hieremia, cùm miſereretur Dominus deflentis Epbræm, [a] & peccata propria deprecantis: *A juventute*, inquit, *mea dilectus mihi eſt filius Epbram, puer in deliciis.* (Hier. 31. 20.) Si enim non fuiſſet puer in deliciis, numquam peccaviſſet. Et bene utrumque dixit, & in deliciis, & puerum; eſt enim puer, qui non peccat: *Ecce puer meus, quem elegi.* (Eſai. 43. 10.) Per delicias itaque peccavit, [b] qui ita erat informatus à Domino, ut neſcius eſſet erroris. Ergo & ſi puer in deliciis non fuiſſet, & ſi in virum perfectum virtutis proceſſiſſet ætate, numquam lapſus fuiſſet; ut illi neceſſe eſſet veniam ſuorum petere

*. Hujus loci teſtimonio utitur Card. Bona. *Rerum Liturg.* lib. 1. cap. 25. num. 9 ut Thurificationis antiquitatem probet. Sed eo non minus demonſtrari poteſt admiſſum ab antiquis Patribus in Eccleſia verum ſacrificium, qua de re Ambroſii extant loci complures, ut jam alibi obſervavimus.

a. Ita edit. Amerb. in corpore. Era. & Gill. in marg. cum mſſ. fere omnibus. Edit. autem Era. Gill. ac Rom. in corpore cum pauciſſimis mſſ *peccata propria deplorantis*.

b. Omnes edit. *qui non ita erat informatus à Domino*. Omnes mſſ. *qui ita*, vel, *quia ita erat* &c. Negationem autem hic ſuperfluam eſſe videtur ſatis indicare ſequens concluſio: *Ergo & ſi puer in deliciis* &c.

delictorum, cùm magis meritorum præmia ſpe- A rare deberet. Quod etiam Dominus noſter in
Matth. 18. 10. Evangelio videtur exprimere, cùm dicit: *Nolite contemnere unum de puſillis iſtis.* Sed loco ſuo plura ſerventur. Ergo puſillus contrarius eſt magno. Et ſi, juxta Apoſtolum, parvulus ſub elementis
Galat. 4. 20. eſt: *Cùm* enim *eſſemus parvuli, ſub elementis hujus mundi eramus*: ergo magnus ſupra elementa mundi eſt.

32. Erit itaque Johannes magnus non virtute corporis, ſed animæ magnitudine. Denique non B fines alicujus propagavit imperii, non triumphos aliquos bellici certaminis adoreis præoptavit: ſed quod eſt amplius, in deſerto prædicans, delicias hominum, corporiſque laſciviam magna animi virtute depreſſit. Parvulus ergo in ſæculo, magnus in ſpiritu. Denique quaſi magnus, nec vitæ captus illecebris, ſententiæ conſtantiam vivendi deſiderio mutavit.

ỿ. 15. *Et Spiritu*, inquit, *ſancto replebitur adhuc in utero matris ſuæ.* C

33. Non eſt dubium, verum hoc Angeli eſſe promiſſum; ſiquidem ſanctus Johannes, antequam naſceretur, matris adhuc in utero poſitus, Spiritus accepti gratiam deſignavit. Nam cùm & pater ejus aut mater nulla ante mirabilia feciſſent, in utero parentis exſiliens, parenti Domini evangelizavit adventum; ſic enim habes, quod cùm adveniſſet mater Domini ad Elizabeth, ait illa:
Luc. 1. Infra 44. *Ecce ut facta eſt ſalutatio tua in auribus meis, exſultavit infans in utero meo.* D Nondum enim erat illi
* * ſpiritus vitæ, ſed ſpiritus gratiæ. Denique & alibi vivendi ſubſtantiæ præcurrere ſanctificandi gratiam potuimus advertere, cùm dicit Domi-
Hier. 1. 5. nus: *Priuſquam exires de vulva, ſanctificavi te, & prophetam in gentibus poſui te.* Alius enim eſt ſpiritus vitæ hujus, alius gratiæ: ille naſcendo ſumit exordium, moriendo defectum: iſte non temporibus, non ætatibus coercetur, non obitu extin-
Luc. 1. Infra 41. guitur, non alvo matris excluditur. Denique & E ſancta Maria plena ſancto Spiritu prophetavit:
4 Reg. 13. 21. & Eliſæus mortuus defunctum cadaver hominis
1. Reg. 28. 17. & ſeq. tactu ſui corporis ſuſcitavit: & Samuel poſt mortem, ſecundùm Scripturæ teſtimonium, futura non tacuit.

34. *Et Spiritu*, inquit, *ſancto replebitur.* Cui enim adeſt Spiritus gratiæ, nihil deeſt. Et cùm Spiritus ſanctus infunditur, magnarum plenitudo virtutum eſt. Denique

ỿ 16. *Multos*, inquit, *filiorum Iſrael convertet ad dominum Deum ipſorum.*

35. Non egemus teſtimonio quod plurimorum ſanctus Johannes corda converterit, in quo nobis propheticæ ſcripturæ & evangelicæ ſuffra-
Eſai 40. 3. gantur. *Vox* enim *clamantis in deſerto: Parate viam*
Matth. 3. 6. *Domino, rectas facite ſemitas ejus*: & baptiſmata populis frequentata declarant converſæ plebis non mediocres factos eſſe proceſſus; quia dum creditur Johanni, creditur Chriſto. Non enim de ſe, ſed de Domino prædicabat prænuntius Chriſti. Et ideo

Præibit in conſpectu Domini in ſpiritu & virtute Eliæ. *ỿ. 17.*

36. Bene iſta junguntur; numquam enim ſine virtute ſpiritus, nec ſine ſpiritu virtus eſt. Et ideo fortaſſe in ſpiritu & virtute Eliæ; quia ſanctus Elias & virtutem magnam habuit & gratiam: virtutem, ut ad fidem animos populorum à perfidia retorqueret: virtutem abſtinentiæ atque patientiæ, & ſpiritum prophetandi. In deſerto Elias, in deſerto Johannes: ille corvis paſcebatur, hic dumis; & calcatâ omni voluptatis illecebrâ, parcimoniam prætulit, luxumque contempſit: ille Achab regis gratiam non quæſivit, hic ſprevit Herodis: ille Jordanem diviſit, hic ad lavacrum ſalutare convertit: hic cum Domino verſatur in terris, ille cum Domino apparet in gloria: hic prioris, ille ſequentis Dominici præcurſor adventus: ille poſt triennium areſcentem pluviis terram rigavit, & hic poſt triennium noſtri corporis humum fidei imbre perfudit. Quæris quod triennium ſit? *Ecce*, inquit, *anni tres ſunt, ex quo* *Luc 13. 7.*
venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio; myſticus enim numerus debebatur, ut ſalus populis redderetur. Unus in Patriarchis annus: denique de hominibus tunc anni proventus fuit, qualis non fuit poſtea ſuper terram. Alius in Moyſe, & prophetis ceteris. Tertius in domini Salvatoris adventu: *Ecce*, inquit, *annum Domini* *Luc. 4. 19.*
acceptum, & diem retributionis. Et ille paterfami- *Matth. 21.*
lias qui plantavit vineam, non ſemel exactores *31 & ſeq.*
fructuum, ſed ſæpius deſtinavit: primùm ſervulos, ſecundo alios ſervulos deſtinavit, tertio autem Filium ſuum miſit.

37. Venit ergo Johannes in ſpiritu & virtute Eliæ; alterum enim ſine altero non poteſt eſſe, ſicut etiam in ſequentibus reperitur, cùm dicitur: *Spiritus ſanctus ſuperveniet te, & virtus Altiſſimi* *Luc 1. Infra 35.*
obumbrabit te. Sed fortaſſe hoc ſupra nos, & ſupra apoſtolos [a] videatur exemplum. Nam & ille ſub Elia diviſo amne fluvialium recurſus undarum in originem fluminis (ſicut dicit Scriptura: *Iordanis converſus eſt retrorſum*) ſignificat ſalutaris *Pſal. 113. 5.*
lavacri futura myſteria, per quæ in primordia *S. Auguſt.*
naturæ ſuæ, qui baptizati fuerint parvuli à mali- *lib. 2. contr. Jul. Pelag.*
tia reformantur. Quid quod etiam apoſtolis ſuis *cap. 2.*
ipſe Dominus virtutem Spiritus eſſe tribuendam promiſit, dicens: [b] *Accipietis virtutem advenientе* *Act. 1. 8.*
in vos Spiritu ſancto. Deinde in ſequentibus: *Fac-* *Act. 2. 2.*
tus eſt, inquit, *ſubito ſonus de cælo, tamquam vi magna ferretur Spiritus.* Bene *vi magna*, quia *Spiritu* *Pſal. 32. 6.*
oris ejus omnis virtus eorum. Et virtus eſt illa, quam à ſancto Spiritu apoſtoli conſecuti ſunt.

*. *Spiritus vitæ*, hîc non eſt accipiendus pro rationali anima, ſed tantum pro aeris reſpiratione, ut Doctor Angelicus acute expoſuit 3 parte quæſt. 27. art. 2. Et hac etiam ratione intelligamus neceſſe eſt quod ait, *vivendi ſubſtantiæ præcurrere ſanctificandi gratiam*. etenim per vivendi ſubſtantiam deſignari eamdem reſpirationem ſatis declarat Ambroſius, cùm ei ſpiritum gratiæ opponens de priore dicit, *ille naſcendo ſumit exordium*: de poſteriore autem *non alvo matris excluditur*. Et confirmari ex eo poteſt, quod illa verba: *Priuſquam te formarem in utero, novi te*, à quibus Hier. locus in cunctis edit. ac mſſ. aliquot exordium ducit, in antiquiſſimis mſſ. prætermittuntur. Confer etiam, ſi lubet, hunc locum cum iis quæ in *Apologia David*, cap. 11. num. 56. tradit idem ſanctus Ambroſius.

a. Rom. edit. *videatur expletum*. Sed haud dubie aliarum, ac mſſ. omnium lectio præponenda eſt.

b. Plures & antiquiores mſſ. *Accipietis virtutem advenientem in vos Spiritus ſancti*. Duo . . *Spiritum ſanctum*. Nonnulli tamen, ac omnes edit. nobiſcum legunt. Quod quidem magis convenit cum ſacro textu, in quo conſtanter exhibetur: ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ᾽ ὑμᾶς.

38. Bene etiam præibit ante faciem Domini A ſanctus Johannes, qui prænuntius natus eſt, & prænuntius mortuus eſt. Et fortaſſe hoc myſterium in hac vita noſtra bodieque celebratur. Præcurrit enim animæ noſtræ quædam virtus Johannis, cùm credere paramus in Chriſtum; ut paret ad fidem animæ noſtræ vias, & de vitæ iſtius tramite tortuoſo, rectas ſemitas noſtri faciat commeatus, ne amfractu labamur erroris; quo omnis vallis animæ noſtræ, virtutis fructibus poſſit impleri, & omnis ſæcularium altitudo B meritorum Domino ſe humili magis timore proſternat, ſciens nihil ſublime poſſe eſſe, quod fragile eſt.

℣. 18. *Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & uxor mea proceſſit in diebus*
℣. 19. *ſuis. Et reſpondit ei Angelus dicens: Ego ſum Gabriel Angelus, qui adſiſto ante Deum, & miſſus ſum*
℣. 20. *hæc annuntiare tibi. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui uſque in diem quo hæc fiant; propterea quod non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo.*

39. Condemnatur ſilentio incredulitas ſacerdotis, & fides prophetarum probatur oraculo.
Eſai. 40. 6. *Clama*, inquit. *Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum*, Vides jubentis impetum, obtemperantis obſequium: interrogantis affectum, obſequentis oráculum. Credidit enim, qui quid clamaret expoſcit: & quia credidit, propbetavit. At vero Zacharias qui non credidit, non potuit loqui: ſed D

℣. 22. *Erat annuens illis, & remanſit mutus.*

40. Non unius myſterium, nec unius ſilentium eſt. Tacet ſacerdos, tacet propheta. Niſi fallor, in uno vox totius plebis obmutuit; quia in uno totus ad Dominum per Moyſen populus loquebatur. Ceſſatio ſacrorum, & ſilentium prophetarum, taciturnitas prophetæ, & taciturnitas ſacer-
Eſai. 3. 1. & 2. dotis eſt. Auferam, inquit, validam virtutem, prophetam, & conſiliarium. Et vere abſtulit pro- E phetas, à quibus abſtulit verbum quod loqui in prophetis ſolebat. Et vere his abſtulit virtutem, à quibus Dei virtus receſſit. Abſtulit his conſi-
a liarium, [a] quem magni conſilii Angelum declaravit. Abſtulit vocem; quia vox verbi, non vocis eſt verbum. Nam niſi Verbum illud operetur in nobis, nullus eſt ſonus vocis. Vox Johannes eſt;
Luc. 3. 4. vox enim clamantis eſt in deſerto: Chriſtus eſt Verbum, boc Verbum operatur; & ideo ubi de-
b ſivit operari, muta repenre, [b] carens ſpiritu veluti F quædam animæ lingua conticuit. Tranſivit enim ad nos Dei Verbum, & in nobis non tacet. Denique jam non poteſt Judæus dicere, quod poteſt
2. Cor. 13. 3. dicere Chriſtianus: quia *Experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus?*

41. *Et ipſe erat annuens illis.* Remanſit ergo
c mutus Zacharias & erat innuens illis. [c] Quid eſt nutus, niſi quidam ſine verbo corporalis actus, indicare moliens, nec exprimens voluntatem: quidam, ſuprema morte, voce ſuppreſſa, mutus ſermo morientium? Nonne tibi videtur huic ſi- A milis eſſe populus Judæorum, ita irrationabilis, ut actuum ſuorum non poſſit præſtare rationem: qui in ultimo ſpei vitalis obitu conſtitutus, vocem quam habebat, amiſerit; quæ titubantis actu corporis ſignum verbi cupiat explicare, non verbum? Mutus ergo populus ſine ratione, ſine verbo. Cur enim tibi magis videatur mutus eſſe qui ſunum, quam qui myſterium neſcit? Et eſt profecto vox operum, fideique clamor, ſicut lectum eſt: *Sanguis fratris tui clamat ad me.* Et ille cla- Gen. 4. 10.
B mat, qui in corde ſuo clamat per diem. Qui ergo cordis clamorem perdidit, perdidit etiam linguæ. Nam qui diſtinctiunem fidei non tenet, quomodo poteſt tenere verborum? Et ante qui- Exod. 4. 10.
dem Moyſes dixerat quia loqui non poterat: ſed poſteaquam dixit, verbum accepit, & bonorum operum edidit claritatem. Ergo ſicut Moyſes typus populi fuit, & typus Legis: ita etiam Zacharias tacuit.

42. Singula itaque ut concurrant, conſide- C randum eſt. Verbum in utero, Lex in ſilentio. Johannes appellatur, & Zacharias loquitur. Verbum editur, Lex abſolvitur: ſed Legis abſolutio, Verbi eſt explicatio. Et ideo qui dixerit verbum, loquitur, etiamſi ante non ſit locutus. Ab Angelo jubetur tacere Zacharias, ab Angelo vox premitur Judæotum. Non enim humanæ, ſed divinæ hoc poteſtatis imperium eſt; ut nnn loquatur Deo, qui non credidit Chriſto. Et ideo credamus, ut loquamur. Credat Judæus, ut lo- D qui poſſit. Loquamur in ſpiritu myſteria, intelligamus rationem ſacrificiorum veterum, ænigmata prophetarum. Mutus eſt qui non intelligit Legem, mutus eſt qui non intelligit divinatum ſeriem ſcripturarum. Vox enim noſtra fides eſt;
& ideo *malo in Eccleſia quinque verba mente mea* 1. Cor. 14.
loqui ut alios inſtruam, quàm decem millia in lin- 19. & 22.
gua .... Linguæ enim *in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus*: prophetia autem non infidelibus, ſed fidelibus.

E *Poſt hos autem dies concepit Elizabeth uxor ejus,* ℣. 24.
& occultabat ſe menſibus quinque dicens: Quid mihi ℣. 25.
ſic fecit Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines?

43. Magna ſanctis cura eſt verecundiæ, ut ple-
rumque [d] in ipſis pudor votis ſit; ſicut hoc loco d
advertimus ſanctam Elizabeth, quæ utique filios habere cupiebat, occultantem ſe menſibus quinque. Quæ cauſa occultationis, niſi pudoris? Eſt F enim unicuique officio præſcripta ætas: & quod tempore decet, tempore non decet; ævique mutatio, facti uniuſcujuſque mutat ſæpe naturam. Sunt etiam ipſi quædam tempora præſcripta conjugio, quando dare operam liberis ſit decorum: dum anni vigent, dum ſuſcipiendorum liberotum ſpes eſt. Dum generandi uſus eſt in exemplo, copulæ quoque uſus in ſtudio eſt: at vero ubi matura ævi ſenectus ſucceſſerit, & ætas regendis liberis habilior quàm creandis, pudor eſt legitimi licet coitus indicia geſtare, & gravati alienæ ætatis onere, & tumeſcere alvum non

a Sic plures probatioreſque mſſ. Attamen aliqui, & omnes edit. præferunt, *quos*, vel, *à quibus magni conſilii Angelus declinavit.*
b. Rom. edit. ſola, *carens ſpiritu veluti quadam animâ* &c.
c. Vet. edit. cum mſſ. aliquot, *Quid eſt mutus* Rom. cum aliis pluribus ac probatioribus magis commode, *Quid eſt nutus.* At infra è converſo vet. edit. & cuncti mſſ. *ſpei vitalis obitu conſtitutus* Rom. ſola, *ſpiritus vitalis* &c.
d. Mſſ. nonnulli, omneſque edit. *in ipſis pudor voti ſit* Alii mſſ. majori numero atque auctoritate . . . *votis ſit*, id eſt, in rebus quas ſummo ſtudio expetierunt.

ſui

ſui temporis fructu. Senes enim ab ipſa concln-duntur ætate, & juſto intemperantiæ pudore[a] revocantur facere opera nuptiarum. Adoleſcentes ipſi plerumque filiorum vota prætendunt, & excuſandum arbitrantur ætatis calorem, generationis affectu. Quanto magis ſenibus agere turpe eſt, quod adoleſcentibns pudor eſt confiteri? Quinetiam ipſi juvenes, ſobria timore divino corda qui temperant, ſuſcepta plerumque ſobole, renuntiant operibus juventutis.

44. Et quid mirum de hominibus, ſi pecudes quoque muto quodam opere loquuntur generandi ſibi ſtudium, non deſiderium eſſe coeundi? Siquidem ubi ſemel gravem alvum ſibi ſenſerint &[b] genitali arvo ſemen receptum, jam nec concubitu indulgent, nec laſciviam amantis, ſed curam parentis adſumunt. At vero homines nec conceptis, nec Deo parcunt: illos contaminant, hunc exaſperant. *Priuſquam te*, inquit, *formarem in utero, novi te: & in vulva matris ſanctificavi te.* [Hier. 1. 5.] Ad cohibendam petulantiam tuam, manus quaſdam tui Auctoris in utero hominem formantis advertis. Ille operatur, & tu ſacri uteri ſecretum inceſtas libidine? Vel pecudem imitare, vel Deum verere. Et quid de pecudibus loquor? Terra ipſa à generandi opere ſæpe requieſcit: & ſi impatienti hominum ſtudio jactis frequenter ſeminibus occupetur, impudentiam multat agricolæ, & fœcunditatem ſterilitate commutat. Ita quidam in ipſis elementis, ac pecudibus ab uſu non ceſſare generandi, naturæ pudor eſt.

45. Merito ergo etiam ſancta Elizabeth erubeſcebat gratiam, etſi non agnoſceret culpam. Nam etſi de viro conceperat (neque enim aliter de hominis ortu fas eſt credere) tamen partus ſui erubeſcebat ætatem. Et rurſus caruiſſe ſe gaudebat opprobrio; pudor eſt enim feminis nuptiarum præmia non habere, * quibus hæc ſola eſt cauſa nubendi. [12. q. 2. c. Pudor.] Hoc igitur opprobrium conſolatur ſui pudore ſublatum, eo pudore, ut dixi, quod pudebat eam propter ætatem. Unde intelligi poteſt quia jam non conveniebant inter ſe concubitu conjugali; neque enim ea quæ ſenilem non erubeſceret coitum, erubeſceret partum: & tamen erubeſcit onus parentis, quamdiu neſcit myſterium religionis.

46. Illa quæ occultabat ſe, quia conceperat filium, jactare ſe cœpit quia generabat prophetam. Et quæ erubeſcebat ante, benedicit: & quæ dubitabat ante, firmatur. *Ecce enim*, inquit, *ut vox ſalutationis tuæ facta eſt in auribus meis, exſultavit in gaudio infans in utero meo.* [Luc. 1. Infra 44.] Itaque magna voce clamavit, ubi Domini ſenſit adventum; quia religioſum credidit partum. Nulla enim cauſa erat pudoris, ubi Prophetæ ortus datæ, non affectatæ fidem generationis adſciſceret.

a. Rom. edit. *revocantur ab opere nuptiarum.* Optime, niſi reliquæ, & cuncti mſſ. diſſentirent. Intellige igitur, *revocantur facere*, hic per helleniſmum poni pro, *revocantur à faciendo.* Quod autem eadem edit. Rom poſt duos verſus repoſuit, *ætatis calore, generationis affectum*. hoc non ſolum ab aliis, & mſſ omnibus abhorret, verum etiam ab Auctoris noſtri ſententia; quemadmodum ſeries pateſaciet intuenti.

b. Omnes edit ac mſſ non pauci, *genitali alvo.* Cod. Corb & alii aliquot melioris notæ, *genitali arvo.* Melius; eadem quippe metaphora uſum etiam reperimus Virgil. lib. 3. Georg.

*. *Quibus hæc ſola eſt cauſa nubendi. Sola*, inquit Gloſſa Decreti, *id eſt præcipua* Nec ſane credendum eſt mentem Ambroſio fuiſſe alias duas cauſas, quas proli adjungunt Theologi poſt Aug. ſcilicet fidem & ſacramentum, excludere Præſertim cum infra verum conjugium inter Mariam ac Joſeph interceſſiſſe defendat: quæ etiam fuit Auguſtini ſententia lib 2. *De conſenſu Evang* cap 1. lib. 23 *cont. Fauſtum*, cap. 8. & lib *De Nupt. & Concupiſ.* cap 11. Adi quoque B. Tho. 3. part. quæſt. 29. art. 2. & alios. Forte etiam ſimplicius explicari poſſit, *ſola cauſa*, ſubintelligendo, *ut plurimum*, id eſt, cauſa maxime ordinaria.

LIBER SECUNDUS.

[Cap 1. ℣ 26.] *EOdem autem tempore miſſus eſt Angelus Gabriel à Domino in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro cui* [℣. 27.] *nomen erat Ioſeph, de domo David: & nomen Virginis, Maria.*

1. Latent quidem divina myſteria, nec facilè juxta Propheticum dictum quiſquam hominum poteſt ſcire conſilium Dei: ſed tamen ex ceteris factis atque præceptis domini Salutaris poſſumus intelligere & hoc perpenſioris fuiſſe conſilii, quod ea potiſſimum electa eſt ut Dominum pareret, quæ erat deſponſata viro. Cur autem non antequam deſponſaretur, impleta eſt? Fortaſſe ne diceretur quod conceperat ex adulterio. Et bene utrumque poſuit Scriptura, ut & deſponſata eſſet, & virgo: virgo, ut expers virilis conſortii videretur: deſponſata, ne temeratæ virginitatis adureretur infamiâ, cui gravis alvus corruptelæ videretur inſigne præferre. Maluit autem Dominus aliquos de ſuo ortu quam de matris pudore dubitare; ſciebat enim teneram eſſe virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris: nec putavit ortus ſui fidem matris injuriis adſtruendam. Servatur itaque ſanctæ Mariæ ſicut pudore integra, ita inviolabilis opinione virginitas; oportet enim ſanctos & ab his teſtimonium habere qui foris ſunt: nec decuit ſiniſtra virginibus opinione viventibus velamen excuſationis relinqui, quod infamata mater quoque Domini videretur.

2. Quid autem Judæis, quid Herodi poſſet adſcribi, ſi natum viderentur ex adulterio perſecuti? Quemadmodum autem ipſe diceret: *Non veni Legem ſolvere, ſed adimplere*; [Matth. 5. 18.] ſi videretur cœpiſſe à Legis injuria, cùm partus innuptæ Lege damnetur? [Deut 23. 17.] Quinetiam locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur? Qui poſſet & dolere injuriam, & vindicare opprobrium, ſi non agnoſceret ſacramentum. Quid quod etiam fides Mariæ verbis major adſciſcitur, & mendacii cauſa removetur? Videretur enim culpam obumbrare voluiſſe mendacio innupta prægnans. Cauſam autem mentiendi indeſponſata habuit, deſponſata non habuit; cum conjugii præmium & gratia nuptiarum partus ſit feminarum.

3. Non mediocris quoque cauſa eſt, ut virginitas Mariæ falleret principem mundi: qui cùm deſponſatam viro cerneret, partum non potuit habere ſuſpectum. Fallendi autem principis mundi fuiſſe conſilium, ipſius Domini verba declarant, cùm apoſtoli jubentur tacere de Chriſ- [Matth 16. 20]

Matth. 8. 4 to, cùm ſanati prohibeotur gloriari de remedio, A
Luc. 4. 35. cùm dæmones præcipiuotur ſilere [a] de Dei Filio.
a Fallendi, ut dixi, principis mundi fuiſſe conſi-
1. Cor. 2. 7. & 8 lium etiam Apoſtolus declaravit dicens: *Sed lo-
quimur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam. . . . .
quam nemo principum iſtius ſæculi cognovit Si enim
cognoviſſent, numquam Dominum ma eſtatis crucifi-
xiſſent*, hoc eſt, numquam me redimi Domini
morte feciſſent. Fefellit ergo pro nobis, fefellit
ut vinceret, fefellit diabolum cùm teotaretur,
cùm rogaretur, cùm Dei Filius diceretur, ut nuſ- B
quam divinitarem propriam fateretur. Sed ta-
men magis fefellit priocipem ſæculi; diabolus
Matth. 4. 6. enim etſi aliquando dubitavit, cùm diceret: *Si
filius Dei es, mitte te deorſum*; tamen vel ſero cog-
novit, & diſceſſit ab eo. Cognoverunt & dæ-
b mones qui dicebant: [b] *Novimus qui ſis Ieſu Filius
Matth. 8. 29. Dei. Quid veniſti ante tempus torquere nos?* Et ideo
veniſſe cognoverunt, quia præcognitum habe-
bant eſſe venturum. Principes autem ſæculi noo
cognoviſſe, quo majore poſſumus quam Apoſto- C
licæ ſententiæ probare documento: *Si enim cog-
noviſſent, numquam Dominum majeſtatis crucifixiſ-
ſent?* Dæmonum enim malitia facile etiam occul-
ta deprehendit: at vero qui ſæcularibus vanita-
tibus occupantur, ſcire divina non poſſunt.

4. Bene autem ſibi diviſerunt Evangeliſtæ,
ut ſanctus Matthæus Joſeph ab Angelo moneri
Matth. 1. 20. induceret [c] Mariam conjugem accipere: Lucas
c illic Evangeliſta teſtimonium ferret quòd non
conveniſſeot: hîc ipſa Maria fateretur, cùm D
Luc. 1. 34. dicit Angelo: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum
non cognovi?* Et ipſe ſanctus Lucas virginem de-
claravit dicens: *Et nomen Virginis Maria*. Et Pro-
Eſai. 7. 14. phera edocuit, qui ait: *Ecce virgo in utero accipiet.*
Matth. 1. 19. Et Joſeph deſignavit, qui quooiam prægnantem
videbat quam non cogooverat, dimittere geſtie-
bat. Et Dominus ipſe in cruce poſitus manifeſta-
Iohan. 19. 26 & 27. vit, cùm dixit matri: *Mulier, ecce filius tuus. Dein-
de Diſcipulo: Ecce mater tua* Etiam uterque teſta-
ibidem. 27. tus eſt, Diſcipulus & mater, quia *Ex illa hora ſuſ- E
d cepit eam Diſcipulus* [d] *in ſua.* Utique ſi conveniſſet,
numquam virum proprium reliquiſſet, oec vir
eam juſtus paſſus eſſet à ſe diſcedere. Quomodo
autem Domious divortium præcepiſſet, cùm
Matth. 5. 32. ipſius ſit ſenteotia, quia oemo dimittere debet
uxorem, exceptâ causâ foroicationis?

27. quaſt. 2. c. Quod autem. §. Item ſi conjuges. 5. Pulcre autem docuit ſanctus Matthæus quid
facere debeat juſtus, qui probrum conjugis de-
prehenderit, ut incruentum ab homicidio, caſ-
1. Cor. 6. 16. tum ab adulterio præſtare ſe debeat; *Qui enim F
conjungitur meretrici, unum corpus eſt.* Ergu ubique
in Joſepb juſti gratia & perſona ſervatur, ut teſtis
ornetur; os enim juſti meodacium neſcit, & lin-
gua ejus loquitur judicium, judicium ejus loqui-
tur veritatem. Nec te moveat quod frequenter
A Scriptura coojugem dicit; non eoim virginitatis
ereptio, ſed cunjugii teſtificatio, nuptiarum cele-
bratio declaratur. Denique quam non accepit,
nemo dimittit; & ideo qui volebat dimittere, fa-
tebatur acceptam.

6. Simul etiam movere non debet quod ait
Evaogeliſta: *Non cognovit eam, donec peperit filium*; Matth. 1. 25.
illud enim vel idioma Scripturæ eſt, ſicut habes
alibi: *Et donec ſeneſcatis, ego ſum.* Numquid poſt Eſai. 46. 4.
illorum ſenectutem Deus eſſe deſivit? Et in Pſal-
B mo: *Dixit dominus Domino meo: Sede à dextris meis:* Pſal. 109. 1.
donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.
Numquid poſtea noo ſedebit? Vel quoniam qui
cauſam agit, ſatis putat quod cauſæ eſt dicere,
redundantia non requirit; ſatis enim eſt ei ut
cauſam ſuſceptam adſtruat, iocidentem differat.
Et ideo qui Incarnationis incorruptum ſuſcepe-
rat probare myſterium, non putavit uberius pro-
ſequendum virginitatis Mariæ teſtimonium; ne
defenſor magis Virgiois, quam adſertor myſte-
C rii crederetur. Certe quando juſtum docuit Jo-
ſeph, ſatis declaravit quod ſancti Spiritus tem-
plum, uterum myſterii, matrem Domini violare
ooo potuit.

7. Didicimus ſeriem veritatis, didicimus con-
ſilium: diſcamus & myſterium. Bene deſponſata,
ſed virgo; quia eſt Eccleſiæ typus, quæ eſt im-
maculata, ſed nupta. Coocepit nos virgo de
Spiritu, parit nos virgo ſiue gemitu. Et ideo
fortaſſe ſancta Maria alii nupta, ab alio repleta;
D quia & ſingulæ Eccleſiæ Spiritu quidem replen-
tur & gratiâ; [e] juoguntur tameo ad temporalis e
ſpeciem ſacerdotis.

Et ingreſſus ad eam Angelus dixit: Ave gratia ℣. 28.
plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres.
Ipſa autem ut vidit eum, mota eſt in introitu ejus. ℣. 29.

8. Diſce virginem moribus, diſce virginem ve-
recundiâ, diſce virginem oraculo, diſce myſterio.
Trepidare virginuin eſt, & ad omnes viri ingreſ-
E ſus pavere, omnes viri affatus vereri. Diſcant
mulieres propoſitum pudoris imitari. Sola in pe-
netralibus, quam nemo virorum videret, ſolus
Angelus reperiret: ſola ſine comite, ſola ſine
teſte; ne quo degeneri depravaretur affatu, ab
Angelo ſalutatur. Diſce, virgo, verborum vi-
tare laſciviam: Maria etiam ſalutatiooem An-
geli verebatur.

Erat tamen, ioquit, *cogitans, qualis eſſet hæc* Ibidem.
F *ſalutatio.*

9. Et ideo cum verecuodia; quia pavebat: cum
prudentia; quia benedictionis novam formulam
mirabatur, quæ nuſquam lecta eſt, nuſquam ante
comperta. Soli Mariæ hæc ſalutario ſervabatur.
Bene enim ſola gratiâ pleoa dicitur, quæ ſola

a. Rom. edit. vocibus aliquot reſecatis ita poſuit, *de Dei Filio: quod etiam Apoſtolus declaravit* &c

b Omnes edit *Novimus te, quia es Ieſus Dei Filius* Mſſ. vero, *Novimus qui ſis Ieſu Filius Dei* · paucis exceptis, quorum alii habent, *quis ſis Ieſus*. alii, *quod ſis* &c

c. Ita vet. edit. ac pleriique mſſ. excepto quod edit. omittunt, *illic*, mſſ autem, *accipere*. Quidam alii legunt, *induceret, ne dimitteret Mariam* &c Unicus, *induceret. Maria Lucas illic teſtimonium ferret. Quod non cognoviſſent* (Matthæus & Lucas videlicet) *hoc ipſa Maria fateretur*. Quam lectionem vehementer ſuſpicamur germanam eſſe, & potiſſimum, quod in aliquot mſſ pro, *non conveniſſent*, *hoc ipſa*, legatur etiam, *non cognoviſſent, hoc ipſa* Ceterum edit Rom totum locum emendare conata eſt hoc pacto, *induceret, ne Mariam conjugem timeret accipere, quo teſtimonium ferret quod non conveniſſent: quod hic ipſa* &c

d. Mſſ nonnulli, ac poſtremæ Pariſ. edit. *in ſuam*. Reliqui & mſſ & edit cum ſacris cod. *in ſua*, græce εἰς τὰ ἴδια, id eſt *in propria*, ſive *in res ſuas*, ſive, ut alii volunt, in domicilium: qua de re vide Guill. Eſtium in eadem verba Quod vero Doctor noſter adfirmat Joſephum tempore paſſionis etiam tunc ſuperſtitem exſtitiſſe, in hoc quidem conſentit cum D. Cypriano Tract. *De Paſſione Domini*: ſed diſſentit ab Epiph. Hereſ. 78. num. 10. quem recentiores magis ſequendum exiſtimarunt. Conſule Card. Bar. ad annum Chriſti 12 num 9. Eſtium loco cit & alios.

e. Ita edit ant. & potiores mſſ. Rom. autem & Vat. cod. *junguntur tamen temporali ad ſpeciem ſacerdoti*. Reliqui . . . . *ad temporis ſpeciem ſacerdoti*, vel, *ſacerdotis* Lectionem vero noſtram interpretare hoc ſenſu, *ſacerdoti externus apparenti junguntur.*

gratiam quam nulla alia meruerat, conſecuta eſt, A
* ut gratiæ repleretur auctore. * Erubeſcebat ergo
Maria, erubeſcebat etiam Elizabeth; & ideo
cognoſcamus quid interſit inter mulieris & vir-
ginis verecundiam. Illa de cauſa erubeſcebat,
hæc per verecundiam: in muliere modus pudo-
ris adhibetur, in virgine pudoris augetur gratia.

℣. 30. *Et ait Angelus ad eam: Ne timeas, Maria, in-*
℣. 31. *veniſti enim gratiam apud Deum, & ecce concipies*
in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus B
℣. 32. *Ieſum. Hic erit magnus.*

10. Dictum eſt quidem etiam de Johanne ab An-
Luc. 1. 15. gelo, quia *erit magnus*: ſed ille quaſi homo mag-
Pſal. 144. 3. nus, hic autem quaſi Deus magnus; *Magnus enim*
Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus
Luc. 7. 28. *non eſt finis.* Et vere eſt ille magnus; quia *major*
inter natos mulierum propheta Iohanne Baptiſta ne-
Ibidem. *mo eſt.* Habet tamen majorem; quia *qui minor eſt*
in regno Dei, major eſt illo. Magnus autem Johan-
a nes; ſed coram Domino [a] magnus. Et Johannes C
vinum & ſiceram non bibit, hic cum publicanis
& peccatoribus manducat & bibit. Ille abſtinen-
tia meritum colligat, cui potentia nulla naturæ:
* Chriſtus autem cui * naturaliter ſuppetebat de-
licta donare, cur eos declinaret, quos abſtinen-
tibus poterat præſtare meliores.

11. Simul myſtice non dedignatur eorum con-
vivium, quibus daturus eſt ſacramentum. Hic
b ergo manducat, ille jejunat: [b] utriuſque populi
typus in illo jejunat, in hoc paſcitur. Sed jeju- D
* navit & Chriſtus, ne * præceptum declinares:
manducavit cum peccatoribus, ut gratiam cer-
neres, agnoſceres poteſtatem. Magnus ergo &
Johannes, ſed hujus magnitudo habet princi-
1. Tim. 6. 16. pium, habet finem: dominus autem Jeſus idem
eſt finis atque principium, idem primus & no-
viſſimus. Nihil ante primum, nihil ultra noviſ-
ſimum.

12. Neque te generationis humanæ conſuetu-
do in vitium trahat, ut putes non primum eſſe, E
quia filius eſt. Sequere Scripturas, ut errare non
poſſis. Primus Filius dicitur. Lectum eſt etiam
1. Tim. 1. 17. quia & ſolus Pater, *qui Solus habet immortalita-*
tem, & lucem habitat inacceſſibilem; ſicut legiſti:
Et immortali ſoli... Deo: ſed neque primus ante
Patrem, neque ſolus ſine Filio. Si alterum negas,
c [c] alterum adſtruis, utrumque ſequere, & utrum-
que confirmas. Non dixit: Ego prior, & ego
Apoc. 1. 17. & 22. 13. poſterior, ſed: *Ego primus, & ego noviſſimus.* Pri-
mus eſt Filius, & ideo coæternus; habet enim F
Patrem, cum quo ſit æternus. Audeo dicere. Pri-
mus eſt Filius, ſed ſolus non eſt; & bene dico, &
religioſè dico. Quid erigitis ad impietatem, hæ-
retici, aures? In laqueos quos tenditis, incidiſtis.
Primus eſt Filius, & ſolus non eſt: primus, quia
cum Patre ſemper: ſolus non eſt; quia ſine Patre
numquam eſt. Non ego hoc dico, ſed ipſe dixit:
Iohan. 16. 32. *Et non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt.* Solus Pater,
quia unus Deus: ſolus Pater, quia ſola divinitas
Patris & Filii & Spiritus ſancti. & quod unum eſt,
ſolum eſt. Solus Pater, ſolus Unigenitus, ſolus &
Spiritus ſanctus, neque enim qui Filius, & Pater:
aut qui Pater, & Filius: aut qui Spiritus ſanctus,
& Filius. Alius Pater, alius Filius, alius Spiritus
ſanctus; legimus enim: *Rogabo Patrem, & alium* Iohan. 14. 16.
Paraclitum dabit vobis. Solus Pater, quia unus
Deus, ex quo omnia: ſolus Filius, quia unus Do-
minus, per quem omnia. Solum divinitas facit,
generatio & Patrem teſtificatur & Filium; ut
nuſquam Filius ſine Patre, aut Pater eſſe videa-
tur ſine Filio. Ergo nec ſolus, quia non ſolus im-
mortalis: nec ſolus lucem habitat inacceſſibilem;
quia *Deum nemo vidit umquam, niſi unigenitus Fi-* Iohan. 1. 18.
lius qui eſt in ſinu Patris, qui ſedet ad dexteram
Patris. Et hinc quidam audent dicere inacceſſi-
bilem lucem eſſe quam habitat Pater. Numquid
lux melior Patre? Quæ autem lux inacceſſibilis
ei, cui non eſt inacceſſibilis Pater? Et ipſe lux
vera, & genitor lucis æternæ, de qua dictum eſt:
Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem ve- Iohan. 1. 9.
nientem in hunc mundum. Vide ne illa ſit lux inac-
ceſſibilis quam habitat Pater, habitat & Filius;
quia Pater in Filio, & Filius in Patre.

13. Bene ergo magnus; late enim funditur Dei
virtus, late cæleſtis ſubſtantiæ magnitudo porri-
gitur. Nihil præſcriptum, nihil circumſcriptum,
nihil emenſum, nihil dimenſum Trinitas habet.
Non loco clauditur, non opinione comprehen-
ditur, non æſtimatione concluditur, non ætate
variatur. Dedit quidem dominus Jeſus homini-
bus magnitudinem: *In omnem* enim *terram exivit* Pſal. 18. 5.
ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; non
in fines tamen mundi, non in fines cæli, non ultra
cælos. At verò in domino Jeſu *omnia condita ſunt* Coloſſ. 1. 16. & 17.
in cælis & in terra, viſibilia & inviſibilia... & ipſe
eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Cælum
adſpice, Jeſus illic eſt: terram intuere, Jeſus adeſt:
adſcende * verbo in cælum, deſcende verbo in in- *
fernum, Jeſus adeſt. Etenim ſi adſcenderis in cæ-
lum, Jeſus illic eſt: ſi deſcenderis in infernum,
adeſt. Hodie cùm loquor, mecum eſt, intra hoc
punctum, intra hoc momentum. Et ſi in Arme-
nia nunc loquitur Chriſtianus, Jeſus adeſt: *Nemo* 1. Cor. 12. 3.
enim *dicit dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto.*
Abyſſos opinione ſi penetres, illic quoque Jeſum
videbis operari; ſcriptum eſt enim: *Ne dixeris in* Rom. 10. 6. & 7.
corde tuo: Quis adſcendit in cælum? id eſt Chriſtum
deducere: aut quis deſcendit in abyſſum? hoc eſt Chriſ-
tum à mortuis reducere. Ubi ergo non eſt, qui cæ-
leſtia, inferna, & terrena complevit? Bene ergo
magnus, cujus virtus mundum replevit, qui ubi-
que eſt, & erit ſemper; quia *regni ejus non erit*
finis.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet ℣. 34.
iſtud; quoniam virum non cognovi?

14. Videtur hic non credidiſſe Maria, niſi dili-
genter advertas; neque enim fas eſt ut electa ad
generandum unigenitum Dei Filium, fuiſſe vi-

* Hic ſequentem Evangelii textum ponunt nonnulli mſſ. ſed non antiquiſſimi.

a. Quod hoc loco legitur in edit. Rom. *Magnus hic, ſed Dominus*, optimum quidem ſenſum efficit; ſed nulla alia edit. vel mſſ. confirmatur.

* *Naturaliter*, nimirum ad miniſtrorum differentiam indicandam.

b. Mſſ. aliquot non infimæ notæ, *utriuſque populi ſpiritus*.

*. Obſerva præceptum jejunii, ac ejus obligationem novum inventum nequaquam eſſe in Eccleſia.

c Edit. Amerb. & Era. *Alterum deſtruis*: Gill. & Rom. cum potiſſima parte mſſ. *Alterum adſtruis*. Reliqui: *Alterum non adſtruis*. Et ruſius nonnulli habent, *& utrumque confirma*. Sed totus locus obſcuritate non caret.

*. *Verbo*, id eſt, ratione & cogitatione; ut infra, *Abyſſos opinione ſi penetres*, & alibi frequenter.

deatur incredula. Quo autem modo fieri poſſet A (licet ſalva prærogativa ſit matris, cui profectò fuit amplius deferendum : ſed ut prærogativa major, major etiam fides ei debuit reſervari) quo ergo modo fieri poſſet, ut Zacharias qui noo crediderat, ſilentio condemnaretur : Maria autem ſi non credidiſſet, Spiritus ſancti infuſione exaltaretur? Sed oeque ooo credere Maria, neque tam temere debuit uſurpare : non credere Angelo, nſurpare divina. Neque enim facile erat ſcire myſterium abſconditum à ſæculis in B Deo, quod nec ſuperiores Poteſtates ſcire potuerunt. Et tamen non fidem renuit, non officium refutavit : ſed accommodavit affectum, ſpopondit obſequium. Etenim cùm dicit : *Quomodo fiet iſtud;* non de effectu dubitavit, ſed qualitatem ipſius quæſivit effectus.

15. Quanto temperatior iſta reſponſio, quàm verba ſunt ſacerdotis? Hæc ait: *Quomodo fiet iſtud?* Sup. ℣. 18. Ille reſpondit : *Unde hoc ſciam?* Hæc jam de oegotio tractat : ille adhuc de nuntio dubitat. Ne- C gat ille ſe credere, qui negat ſcire; & quaſi fidei adhuc alium quærit auctorem : iſta ſe facere profitetur, nec dubitat eſſe faciendum, quod quomodo fieri poſſit, inquirit; ſic enim habes : *Quomodo fiet iſtud; quoniam virum non cognovi?* Incredibilis & inaudita generatio ante audiri debuit, ut crederetur. Virginem parere, divini eſt ſigoum Eſai. 7. 14. myſterii, non humaoi. Denique, *Accipe*, inquit, *tibi ſignum : Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium.* Legerat hoc Maria, ideo credidit futurum: D ſed quomodo fieret, ante non legerat; non enim quemadmodum fieret, vel tanto prophetæ fuerat revelatum. Tanti namque mandati myſterium non homiois fuit, ſed Angeli ore promendum. Hodie primum auditur : *Spiritus ſanctus ſupervenset in te.* Et auditur, & creditur. Denique:

℣. 36. *Ecce*, inquit, *ancilla Domini, contingat mihi ſecundùm verbum tuum.*

16. Vide humilitatem, vide devotionem. An- E cillam ſe dicit Domini, quæ mater eligitur. nec repentino exaltata promiſſo eſt. Simul ancillam dicendo, nullam ſibi prærogativam tantæ gratiæ viodicavit, quæ faceret quod juberetur. Miteio enim humilemque paritura, humilitatem debuit etiam ipſa præferre. *Ecce ancilla Domini, contingat mihi ſecundùm verbum tuum.* Habes obſequium, vides votum. *Ecce* enim *ancilla Domini*, apparatus officii eſt : *contingat mihi ſecundùm verbum tuum*, conceptus eſt voti. F

* 17. Quam cito ergo etiam [a] de impari conceptione credidit Maria! Quid enim tam impar quam Spiritus ſanctus, & corpus? Quid tam inauditum, quam virgo prægnans contra legem, contra conſuetudinem, contra pudorem, cujus carior cura eſt virgini? Zacharias autem non de impari cooditione, ſed de ſenili ætate noo credidit; nam conditio congruebat. Ex viro & femina ſolemnis eſt partus : nec incredibile debet videri, ubi natura concordat. Cùm enim ætas naturæ ſit, noo oatura ætatis, fit plerumque ut ætas impediat oaturam; non eſt tamen irrationabile ut minor cedat cauſa majori, & potior prærogativa naturæ uſum inferioris excludat ætatis. Huc accedit quod Abraham & Sarra filium in ſenectute ſuſceperant : & Joſeph filius ſenectutis eſt. Quod ſi, quia riſit Sarra, reprehenditur : juſtius Gen. 18. 13. condemnatur qui nec oraculo credidit, nec exemplo. Maria autem cùm dicit : *Quomodo fiet iſtud; quoniam virum non cognovi?* oon videtur Supra 34. dubitaſſe de facto, ſed de facti qualitate quæſiſſe. Liquet enim quia faciendum eſſe crediderat, quæ quomodo fieret, interrogavit. Unde & meruit audire : *Beata quæ credidiſti.* Et vere beata, Infra 45. quæ ſacerdote præſtantior, cùm ſacerdos negaſſet, virgo correxit errorem. Nec mirum ſi Dominus redemturus mundum, * operationem * ſuam inchoavit à Maria; ut per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore.

18. Et bene quæſivit quomodo fieret; legerat enim quia virgo generaret, ſed non legerat quemadmodum generaret. Legerat, ut dixi : *Ecce* Eſai 7. 14. *virgo in utero accipiet :* quomodo autem acciperet, io Evangelio primum Angelus eſt locutus.

Exſurgens autem Maria in diebus illis, abiit in ℣. 39. *montana cum feſtinatione in civitatem Iuda, & intravit in domum Zachariæ, & ſalutavit Elizabeth.* ℣. 40.

19. Morale eſt omnibus, ut qui fidem exigunt, fidem adſtruant. Et ideo Angelus cùm abſcondita ouotiaret, ut fides adſtrueretur exemplo, ſenioris feminæ ſterilisque cooceptum virgini Mariæ nuntiavit; ut poſſibile Deo omne quod ei placuerit, adſereret. Ubi audivit hoc Maria, oon quaſi incredula de oraculo, nec quaſi incerta de nuotio, nec quaſi dubitans de exemplo : ſed quaſi læta pro voto, religioſa pro officio, feſtina pro gaudio, in montana perrexit. Quò enim jam Deo plena, niſi ad ſuperiora cùm feſtioatione contenderet? Neſcit tarda molimina ſancti Spiritus gratia.

20. Diſcite & vos, ſanctæ mulieres, ſedulitatem quam prægnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam, quæ ante ſola io intimis peoetralibus verſabatur, non à publico virginitatis pudor, non ab ſtudio aſperitas montium, noo ab officio prolixitas itineris retardavit. In montana virgo cum feſtinatione, virgo officii memor, [b] iojuriæ immemor, affectu vigeore, non ſexu, relicta perrexit domo. b

21. Diſcite, virgines, non circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſeria, feſtina in publico, manſit apud cogna-

a. Ita cuncti mſſ. & vet. edit. in corpore. Era. autem ac Gill. in marg. & Rom. in corp. *de impari conditione :* quod etiam videtur eo confirmari, quod infra mſſ. & edit. legunt, *non de impari conditione*, uno tantum cod. excepto, ubi pro, *conditione*, habetur *conceptione*.

*. Ex hoc loco manifeſtum eſt non minus Chriſtum cùm peccata ne fiant, gratiæ præſidio impedit, quam cùm dimittit perpetrata, redemtorem eſſe. Namque à matre dicitur inchoaſſe redemtionem, quoniam ne incredula eſſet Angeli verbis, ipſe prohibuit. Quo quidem cuneo eorum qui immaculatam Deiparæ conceptionem impugnant, nodoſiſſimum, ut ipſi putant, argumentum facili negotio diffringitur atque disjicitur.

b. *Injuria*, qua nimirum virginis pudor afficitur, dum cogitur prodire in publicum. Conſequenter autem Rom. edit. *affectu urgente*. Aliæ, ac mſſ. omnes, *affectu vigente*. Aptius ſane, ut caritatis vigor puellari debilitati opponatur. Infra vero omnes edit. cum majori parte mſſ. legebant, *Maria in domo ſera :* ubi è cod. Vat. Corb. & aliis nonnullis repoſuimus, *Maria in domo ſeria*. Corb. quidem in gloſſa indicans legendum eſſe *ſera*, addit, *id eſt tarda*, quam correctionem alii forte ſecuti ſunt. Sed tamen magis placet, *ſeria*, hoc eſt, gravis; nam gravitati etiam contraria ut plurimum cenſetur feſtinatio.

tam ſuam tribus menſibus. Etenim quæ propter A officium venerat, inhærebat officio. Manſit ergo menſibus tribus, non quod domus eam delecta-ret aliena, ſed quia frequentius videri in publi-co diſplicebat.

22. Didiciſtis, virgines, pudorem Mariæ: diſ-cite humilitatem. Venit propinqua ad proxi-mam, junior ad ſeniorem: nec ſolum venit, ſed etiam prior ſalutavit; decet enim ut quantu caſ-tior virgo, tanto humilior ſit. Noverit honorem deferre ſenioribus. Sit magiſtra humilitatis, in B qua eſt profeſſio caſtitatis. Eſt & cauſa pietatis, eſt etiam norma doctrinæ. Contuendum eſt enim quia ſuperior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur: Maria ad Elizabeth, Chriſtus ad Jo-hannem. Denique etiam poſtea, ut ſanctificaret baptiſmum Johannis, Dominus venit ad baptiſ-mum. Cito quoque adventus Mariæ, & præ-ſentiæ dominicæ beneficia declarantur.

℣. 41. *Simul enim ut audivit ſalutationem Maria Eli-* C *zabeth, exſultavit infans in utero ejus. Et repleta eſt Spiritu ſancto.*

23. Vide diſtinctionem, ſingulorumque verbo-rum proprietates. Vocem prior Elizabeth audi-vit, ſed Johannes prior gratiam ſenſit: illa naturæ ordine audivit, iſte exſultavit ratione myſterii: illa Mariæ, iſte Domini ſenſit adventum: femi-na mulieris, & pignus pignoris. Iſtæ gratiam lo-quuntur, illi intus operantur, pietatiſque myſte-rium maternis adoriuntur profectibus; duplici- D que miraculo prophetant matres ſpiritu parvu-lorum. Exſultavit infans, repleta eſt mater. Non prius mater repleta, quàm filius: ſed cùm filius eſſet repletus Spiritu ſancto, replevit & matrem. Exſultavit Johannes, exſultavit & Mariæ ſpiri-tus. Exſultante Johanne, repletur Elizabeth: Mariam tamen non repleri Spiritu, ſed ſpiritum ejus exſultare cognovimus; incomprehenſibilis enim incomprehenſibiliter operabatur in matre. Et illa poſt conceptum repletur, iſta ante con- E ceptum.

℣. 42. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus*
℣. 43. *ventris tui. Et unde hoc mihi ut veniat mater Do-mini mei ad me?*

24. Novit ſermonem ſuum Spiritus ſanctus, nec umquam obliviſcitur. Et prophetia non ſolum rerum completur miraculis, ſed etiam proprie-tate verborum. Quis eſt iſte fructus ventris, niſi

Pſal. 126. 3. ille de quo dictum eſt: *Ecce hereditas Domini fi-* F *lii, merces fructus ventris?* Hoc eſt, hereditas Do-mini filii ſunt, qui merces ſunt fructus illius, qui de Mariæ ventre proceſſit. Ipſe fructus ventris eſt, flos radicis, de quo bene prophetavit Eſaias

Eſai. 11. 1. dicens: *Exiet virga de radice Ieſſe, & flos ex radi-ce ejus adſcendet;* radix enim eſt familia Judæo-rum, virga Maria, flos Mariæ Chriſtus: qui ve-luti bonæ arboris fructus pro noſtræ virtutis proceſſu nunc floret, nunc fructificat in nobis, nunc redivivâ corporis reſurrectione reparatur.

Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?

25. Non quaſi ignorans dicit; ſcit enim eſſe Spiritus ſancti gratiam & operationem, ut mater Prophetæ à matre Domini ad profectum ſui pi-gnoris ſalutetur: ſed quaſi non humani hoc me-riti, ſed divinæ gratiæ munus eſſe cognoſcat, ita dicit: *Unde hoc mihi?* Hoc eſt, [a] quantum bonum mihi accidit; ut mater Domini mei ve-niat ad me? Non cognoſco meum. *Unde hoc mihi*, qua juſtitia, quibus factis, pro quibus me-ritis? Non uſitata hæc officia feminarum ſunt; *Ut veniat mater Domini mei ad me.* Miraculum ſentio, cognoſco myſterium: mater Domini Ver-bo fœta, Deo plena eſt.

Ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in au-ribus meis, exſultavit gaudio infans in utero meo: ℣. 44.
& beata quæ credidiſti. ℣. 45.

26. Vides non dubitaſſe Mariam, ſed credidiſſe; & ideo fructum fidei conſecutam. *Beata*, in-quit, *quæ credidiſti.* Sed & vos beati, qui au-C diſtis, & credidiſtis; quæcumque enim credide-rit anima, & concipit & generat Dei Verbum, & opera ejus agnoſcit. Sit in ſingulis Mariæ ani-ma, ut magnificet Dominum: ſit in ſingulis ſpi-ritus Mariæ, ut exſultet in Deo. Si ſecundum carnem una mater eſt Chriſti; ſecundum fidem tamen omnium fructus eſt Chriſtus. Omnis enim anima accipit Dei Verbum, ſi tamen immacu-lata & immunis à vitiis, intemerato caſtimoniam pudore cuſtodiat.

D 27. Quæcumque igitur talis eſſe potuerit ani-ma, magnificat Dominum, ſicut anima Mariæ magnificavit Dominum, & exſultavit ſpiritus ejus in Deo ſalutari. Magnificatur enim Domi-nus, ſicut & alibi legis: *Magnificate Dominum* Pſal. 33.
mecum; non quod Domino aliquid humana vo- 4.
ce poſſit adjungi, ſed quia magnificatur in no-bis. Imago enim Dei Chriſtus eſt; & ideo ſi quid juſtum fecerit anima aut religioſum, illam imaginem Dei, ad cujus eſt ſimilitudinem crea-E ta, magnificat. Et ideo dum magnificat eum, magnitudinis ejus quadam participatione ſubli-mior fit; ut illam imaginem ſplendido bono-rum colore factorum, & quadam æmulatione virtutis in ſe videatur exprimere. Magnificat au-tem anima Mariæ Dominum, & exſultat ſpiritus ejus in Deo; eo quod & animâ & ſpiritu Patri Filioque devota, unum Deum ex quo omnia, & unum Dominum per quem omnia, pio venere-tur affectu.

F 28. [b] Sequitur Mariæ, quo perſona melior, eo prophetia plenior. Nec otioſum videtur quod & ante Johannem Elizabeth prophetat, & Ma-ria ante Domini generationem; ſerpunt enim jam tentamenta ſalutis humanæ. Nam ſicut pec-catum à mulieribus cœpit: ita etiam bona à mu-lieribus inchoantur; ut feminæ quoque mulie-bria opera deponentes, infirmitati renuntient: & anima quæ non habet ſexum, ut Maria quæ neſcit errorem, religioſo imitetur ſtudio caſti-tatem.

Manſit autem Maria cum illa menſibus tribus: ℣. 56.
& reverſa eſt in domum ſuam.

a Edit. Rom ſola, *quo tantum bonum mihi accidit* &c.
b. Edit. omnes: *Sed Maria quo.* Mſſ. aliquot: *Sequitur enim ut Maria, quo.* Alii, qui & melioris ætatis: *Sequitur Maria, quo* &c. ut nos in textu.

29. Bene inducitur ſancta Maria, & exhibuiſſe officium,[a] & myſticum numerum cuſtodiſſe. Non enim ſola familiaritatis eſt cauſa quòd diu manſit, ſed etiam tanti vatis profectus. Nam ſi primo ingreſſu tantus proceſſus exſtitit; ut ad ſalutationem Mariæ exſultaret infans in utero, repleretur Spiritu ſancto mater infantis: quantum putamus uſu tanti temporis ſanctæ Mariæ addidiſſe præſentiam? *Manſit autem Maria cum illa menſibus tribus.* Ungebatur itaque, & quaſi bonus athleta exercebatur in utero matris propheta; ampliſſimo enim virtus ejus certamini parabatur. Denique tamdiu manſit Maria, quamdiu Elizabeth pariendi tempus impleret. Quod ſi diligenter advertas, invenies hoc nuſquam poſitum, niſi in generatione juſtorum. Denique impleti ſunt dies, ut pareret Maria: impletum eſt tempus, ut pareret Elizabeth: impletum eſt vitæ tempus, cùm ſancti viri ex hoc vitæ curriculo demigrarunt. PLENITUDINEM juſti vita habet, inanes autem dies ſunt impiorum.

30. Peperit ergo filium Elizabeth, & congratulabantur[b] vicini. Habet ſanctorum editio lætitiam plurimorum, quia commune eſt bonum; juſtitia enim communis eſt virtus. Et ideo in ortu juſti, futuræ vitæ inſigne præmittitur, & gratia ſecuturæ virtutis exſultatione vicinorum præfigurante ſignatur. Pulcre autem tempus quo fuit in utero Propheta, deſcribitur; ne Mariæ præſentia taceatur: ſed tempus[c] ſiletur infantiæ, eo quod præſentiâ Domini, matris in utero roboratur, qui infantiæ impedimenta neſcivit. Et ideo in Evangelio nihil ſuper eo legimus, niſi ortum ejus, & oraculum, exſultationem in utero, vocem in deſerto. Neque enim ullam infantiæ ſenſit ætatem, qui ſupra naturam, ſupra ætatem in utero ſitus matris, à menſura perfectæ cœpit ætatis plenitudinis[d] Chriſti.

✝. 60. *Et reſpondit mater ejus, & dixit: Non, ſed voca-*
✝. 61. *bitur Iohannes. Et reſponderunt ad illam: Nemo*
✝. 62. *eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. An-*
nuebant ergo patri ejus, quem vellet vocari eum.
✝. 63. *Et accepit pugillares, & ſcripſit, dicens: Iohannes*
✝. 64. *eſt nomen ejus. Et mirati ſunt omnes. Continuò autem reſoluta eſt lingua ejus, & apertum eſt os ejus, & loquebatur benedicens Deum.*

31. Mire ſanctus Evangeliſta præmittendum putavit, quod plurimi infantem patris nomine Zachariæ appellandum putaverint; ut advertas matri non nomen alicujus diſplicuiſſe degeneris, ſed id ſancto infuſum Spiritu quod ab Angelo ante Zachariæ fuerat prænuntiatum. Et quidem ille mutus intimare vocabulum filii nequivit uxori; ſed per prophetiam Elizabeth didicit, quod non didicerat à marito: *Iohannes eſt*, inquit, *nomen ejus*, hoc eſt, non nos ei nomen imponimus, qui jam à Deo nomen accepit. Habet vocabulum ſuum quod agnovimus, non quod elegimus. Habent hoc merita ſanctorum, ut à Deo nomen accipiant. Sic Jacob Iſrael dicitur, quia Deum vidit. Gen. 32. 28. Sic dominus noſter Jeſus nominatus eſt, antequam natus: cui non Angelus, ſed Pater nomen impoſuit. *Revelabitur enim*, inquit, 4 Eſdr 7. 28 29. & 30. *filius meus Ieſus cum iis qui cum eo jucundabuntur, qui relicti ſunt in annis quadringentis. Et erit poſt annos hos, & morietur Filius meus Chriſtus Ieſus.... & convertetur ſæculum.* Vides Angelos, quæ audierint, non quæ uſurpaverint, nuntiare. Nec mireris ſi nomen mulier quod non audivit, adſeruit; quando Spiritus ei ſanctus qui Angelo mandaverat, revelavit. Neque poterat Domini ignorare prænuntium, quæ prophetaverat Chriſtum.

32. Et bene additur quia nemo in cognatione ejus vocabatur hoc nomine; ut intelligas nomen non generis eſſe, ſed vatis. Zacharias quoque nutu interrogatur: ſed quia incredulitas ei affatum eripuerat & auditum, quod voce non poterat, manu & litteris eſt locutus; ſcripſit enim dicens: *Iohannes eſt nomen ejus.* Et hoc nomen non imponitur, ſed adſtruitur: meritoque continuò reſoluta eſt lingua ejus; quia quam vinxerat incredulitas, fides ſolvit. Credamus & nos igitur, ut loquamur, ut lingua noſtra quæ incredulitatis vinculis eſt ligata, rationis voce ſolvatur. Scribamus ſpiritu myſteria, ſi volumus loqui: ſcribamus prænuntium Chriſti non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Johannem loquitur, Chriſtum prophetat. Loquamur Johannem, loquamur & Chriſtum, ut noſtrum quoque os poſſit aperiri, quod in ſacerdote tanto irrationabilis modo pecudis fræna nutantis fidei coercebant.

Et Zacharias pater ejus impletus eſt Spiritu ſancto, & prophetabat dicens. ✝. 67.

33. Vide quam bonus Deus, & facilis indulgere peccatis: non ſolum ablata reſtituit, ſed etiam inſperata concedit. Ille dudum mutus prophetat; hæc enim gratia Dei maxima, quod eum[e] qui negaverant, confitentur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conſcius delictorum præmia divina deſperet. Novit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noveris emendare delictum. De pœnit. diſt. 1. cap. Novit Dominus.

Et tu puer propheta Altiſſimi vocaberis. ✝. 76.

34. Pulcre cùm[f] de Domino prophetaret, ad prophetam ſua verba convertit; ut hoc quoque beneficium eſſe Domini deſignaret; ne cùm publice enumeraret ſua, quaſi ingratus tacuiſſe quæ acceperat beneficia videretur, quæ agnoſcebat in filio. Sed fortaſſe aliqui quaſi irrationabilem mentis exceſſum putent, quod octo dierum alloquitur infantem. Verum ſi teneamus, intelligimus profectò quod potuit vocem patris natus

a Albin. codex: *& impleſſe myſterium; ut & parentem* (forte parientem vel parturientem) *non deſereret, & myſticum numerum cuſtodiret*

b. Vict. cod. *vicini. In illo tempore Elizabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Habet ſanctorum* &c.

c. Rom. edit. *ſiletur infantia, quia infantiæ impedimenta neſcivit.* Cur tamen interjectæ voces jugulentur, nihil cauſæ eſt.

d. Unus è Corb. *Chriſti. Et nota quod de Johannis vocabulo erat vicinorum hæſitatio. Unde indubitanter ſcimus, quia cujus nomen Angelo nuntiante in templo cognoverat ejuſdem vocabulum Spiritus prophetia Elizabeth matri revelaverat. Unde conquerentes dicunt, quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Et reſpondit* &c. Sed hæc non tam auctoris verba, quam paraphraſis.

e Edit. Era. & ſeq. ac pauci mſſ. *qui*, alii plures, *quem negaverat, confitetur* Ameib. & cod. Corb. cum aliis probatioris notæ, *qui negaverant, confitentur.* Et hoc ſane non tam dicitur de Zacharia, quam ejus occaſione univerſim colligitur.

f. Mſſ Corb. *de domo* alii aliquot: *de dono.* Reliqui cum ant. edit. in lectionem noſtram conſentiunt: niſi quod in uno è Vat. cod. & Rom. edit. deſiderantur, *quæ acceperat beneficia.* Quidam edit. Pariſ. ſiven. loci hujus ita immutaverant: *& quæ acceperat beneficia, videretur agnoſcere in filio.*

audire, qui Mariæ ſalutationem antequam naſ- A
ceretur, audivit. Sciebat propheta alias eſſe aures
prophetæ, quæ Spiritu Dei, non corporis
ætate reſerantur. Habebat intelligendi ſenſum,
qui exſultandi habebat affectum.

35. Simul illud adverte quam paucis Elizabeth,
quam multis Zacharias prophetet; & uterque
ſancto impletus Spiritu loquebatur: ſed diſciplina
ſervatur, ut mulier diſcere magis quæ divina
ſunt, ſtudeat, quam docere. Nec facile ullam
propheteſſe uberius quàm matrem Domini re- B
Exod. 15. 20. & 21. Num. 12. 1. & ſeq. perimus. Propheteſſa ipſa Maria ſoror Aaron
quàm cito Cannei verba concluſit! Eademque
ubi prolixius eſt locuta cum fratre, nequaquam
ſui pœnam ſermonis evaſit.

Cap. 2. ℣. 1. *FActum eſt autem, in diebus illis exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut cenſum profiteretur univerſus orbis terra.*

36. De ortu Salvatoris dicturi, non putamus
alienum ut quo natus ſit tempore, requiramus. C
Quid enim profeſſio ſæcularium ad generationem
Domini pertineret, niſi ut advertamus hoc
quoque divinum eſſe myſterium; quia dum profeſſio
ſæcularis obtenditur, ſpiritalis impletur,
a non terrarum regi dicenda, ſed cæli? [a] Profeſſio
iſta fidei, cenſus eſt animorum; abolito enim Synagogæ
cenſu vetuſto, novus cenſus Eccleſiæ parabatur,
qui tormenta non exigeret, ſed auferret:
& ſpiritaliter in typo plebs ſua jam Chriſto
nomina conferebat. Non hic ſpatia terrarum, D
ſed mentium animorumque cenſentur: nec deſcribuntur
limites, ſed proferuntur: nec ætas ulla
* diſtinguitur, ſed omnis adſcribitur; * nullus enim
ab hoc immunis eſt cenſu, quia omnis ætas munifica
Chriſto eſt, quem vagientes pueri martyrio
confitentur, quem intra uterum poſiti exſultatione
teſtantur. Nihil in hoc cenſu vereare
terribile, nihil immite, nihil triſte; ſola unumquemque
fides ſignat. Vis Chriſti audire cenſo-
b Matth 10. 9. & 10. res? [b] Jubentur cenſere ſine virgis: nec terrore, E
ſed gratiâ plebem quærere: recondere gladium,
non poſſidere aurum. Talibus cenſoribus adqui-
a ſitus eſt orbis.

37. Denique ut ſcias cenſum non Auguſti eſſe,
ſed Chriſti, totus orbis profiteri jubetur. Quando
naſcitur Chriſtus, omnes profitentur: quando
mundus concluditur, omnes periclitantur.
Quis ergo poterat profeſſionem totius orbis exigere,
niſi qui totius habebat orbis imperium?
Non enim Auguſti, ſed *Domini eſt terra, & plenitudo* Pſal. 23. 1.
*ejus, orbis terrarum, & univerſi qui habitant
in eo.* Gothis non imperabat Auguſtus, non imperabat
Armenis: imperabat Chriſtus. Acceperunt
utique Chriſti cenſorem, qui Chriſti martyres
ediderunt. Et ideo fortaſſe nos vincunt,
ut præſentia docent; quoniam quem illi oblatione
ſanguinis fatebantur, huic arriani quæſtionem
generis inferebant.

Hæc, inquit, profeſſio prima facta eſt. ℣. 2.

38. Atqui plerasque jam partes terrarum ſæpe
fuiſſe deſcriptas loquuntur hiſtoriæ. Hæc eſt ergo
profeſſio [c] prima, ſed mentium: cui omnes c
profitentur, quia nullus excipitur, non præconis
evocatione, ſed vatis qui multò ante prædixit:
Omnes gentes plaudite manibus: jubilate Deo Pſal 46. 1. 2. 3.
*in voce exſultationis, quoniam Deus ſummus, terribilis,
rex magnus ſuper omnem terram.* Denique
ut ſcias cenſum eſſe juſtitiæ, veniunt ad eum Joſeph
& Maria, hoc eſt, juſtus & virgo: ille, qui
Verbum ſervaret: iſta, quæ pareret. Ubi profitentur
juſtus & virgo, niſi ubi naſcitur Chriſtus?
Omnis enim ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum 1 Iohan 4. 2. 3.
in carne veniſſe, de Deo eſt. Ubi autem ſecundum
altiorem rationem naſcitur Chriſtus, niſi in corde
tuo, & in pectore tuo? *Prope eſt enim Verbum* Rom. 10. 8.
in ore tuo, & in corde tuo.

39. Pulcre autem quod & præſidis nomen addidit,
ut ſeriem temporis deſignaret. *Præſide*, inquit,
Syria Cyrino facta eſt hæc prima profeſſio. Ut
quaſi conſulem quemdam, ſigni gratiâ, huic libro
Evangeliſta adſcripſiſſe videatur. Nam ſi conſules
adſcribuntur tabulis emtionis, quanto magis
redemtioni omnium debuit tempus adſcribi?
Habes ergo omnia quæ in contractibus eſſe conſueverunt:
vocabulum ſummam illic poteſtatem
gerentis, diem, locum, cauſam. Teſtes quoque
adhiberi ſolent: hos quoque nativitati ſuæ, &
generationi ſecundum carnem Chriſtus adhibuit,
qui ſignarent Evangelium, dicens: *Vos eritis* Act. 1. 8.
mihi teſtes in Hieruſalem.

Factum eſt autem, cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies ℣. 6.
ut pareret. Et peperit filium primogenitum, & pannis ℣. 7.
eum involvit, & poſuit in præſepio; [d] quia non d
erat locus in eo diverſorio.

a. Rom edit. poſt voces, *Profeſſio iſta*, loco moverat dictionem *fidei*, quæ tamen omnium vet. edit. ac mſſ auctoritate propugnatur. Iterum eadem edit pro, *qui tormenta non exigeret*, repoſuerat, *qui tributa non exigeret*. Perperam; etenim obſcurum non eſt alluſionem fieri ad cenſoriam Romanorum diſciplinam, quam conſtat fuiſſe longe ſeveriſſimam. Ipſeque Ambroſius hoc infra ſatis aperte indicat, cùm illi opponens Chriſti cenſuram dicit: *Nihil in hoc cenſu vereare terribile, nihil immite, nihil triſte, ſola unumquemque fides ſignat* &c. His autem ultimis verbis innuitur ille vetus cenſorum ritus, quo nonnullos ignominiæ cauſa Ceritum ceris ſive tabulis adſcribebant: quò ſpectat illud Horatii epiſt. 6. lib. 1.

Quid deceat, quid non, obliti: Cerite cera
Digni &c

Qua de re paroemia exſtat apud Eraſ. Chil 1 cent. 10. ada. 82.

*. Mares ante annum 14 feminæ ante 12 non cogebantur apud cenſores profiteri, cùm ante illam ætatem tributum ab eiſdem non exigeretur. Confule ſuper hoc J. Lipſium lib. 2. de Mag. Rom cap. 3.

b. Sic omnes mſſ Contra vero cuncta edit. *jubentur cenſere, ſed non virgis* Minus bene, cùm manifeſta fiat alluſio ad Luc 9. 3. ubi prohibentur apoſtoli, ne virgam ferant, ad proſeminandum Evangelium proficiſcentes.

c. Edit omnes, *profeſſio prima, non terrarum, ſed mentium*. Apertus ſenſus. Verum quia in cunctis & Gallic. & Vat. cod. deſunt, *non terrarum*, & alioqui poteſt ſententia conſtare illis expunctis, in hoc mſſ conſenſum ſequi maluimus Dicitur autem, *profeſſio prima*, non abſolute, ſed prima ſub Cyrino, ut opponatur ſecundæ ſub eodem peractæ; ut docet Baronius *Appar. ad Annales eccleſ* pag 19 Janſ. Gand. aliique interpretes in hunc locum Sed litteralem ſenſum unde parum utilitatis redire poterat ad ſuos lectores, hoc loco non excutit B Ambroſius. Quod porro ſubditur, *non præconis evocatione*, hoc ſatis declarat ſuos præcones fuiſſe cenſoribus, licet hoc negetur à nonnullis. Qui de cenſura, ejuſque officio plura volueris, adeat lib 13 Cod. Theod. Tit 10. *de Cenſu*, & Tit. 11. *de Cenſit.* Roſin. *Antiq. Rom.* lib. 7. cap. 10. Laur. Polym. lib. 3. Syn. 4. § 4. & alibi.

d. Omnes edit. ac recentiores mſſ. *quia non erat ei locus in diverſorio.* Reliqui, *quia non erat locus in eo diverſorio:* quæ lectio etiam eo confirmatur, quod infra mſſ & edit. magno conſenſu præ ſe ferant, *ille alium locum in eo diverſorio non habuit.* Unde intelligas Ambroſium in græcis vocibus ἐν τῷ καταλύματι accepiſſe particulam τῷ non pro articulo, ſed pro demonſtrativo, ut non raro etiam à probatis auctoribus uſurpatur Hinc præterea advertas licet eumdem ſanctum Ambroſium ab opinione Euſebii *Demonſt. Evang.* lib. 7. cap. 5. Epiphan. Hæreſi 20 Hieronymi epiſt. 18. ad Marcellam, & aliorum diſſentire; quandoquidem hi omnes Chriſtum non in ſtabulo domus cujuſpiam, ſed in ſaxea ſpelunca natum volunt. Neque tamen deſunt qui Doctori noſtro patrocinentur, quos videre potes apud interpretes.

40. Breviter ſanctus Lucas & quomodo, & A
quo tempore, & quo loco ſecundum carnem
Chriſtus natus ſit, explicavit. At vero de cæ-
leſti generatione ſi quæris, lege Evangelium
ſancti Johannis, qui à cæleſtibus exorſus ad ter-
rena deſcendit. Illic invenies & quando erat, &
quomodo erat, & quid erat, quid egerat, quid
agebat, & ubi erat, & quò venerit, & quomodo
venerit, quo tempore venerit, quâ cauſâ vene-
Joban. 1. 1. rit. *In principio*, inquit, *erat Verbum*; babes quan-
do erat: *Et Verbum erat apud Deum*; habes quo- B
modo erat. Habes etiam quid erat: *Et Deus*, in-
Ibidem. 3. quit, *erat Verbum*. Quid egerat: *Omnia per ipſum*
Ibidem. 9. *facta ſunt*. Quid agebat: *Erat lux vera quæ illu-
minat omnem hominem venientem in hunc mundum.*
Ibidem. 10. Et ubi erat: *In hoc mundo erat*. Quò venerit: *In*
Ibidem 11. *Ibidem. 14.* *ſua propria venit*. Quomodo venerit: *Verbum ca-
ro factum eſt*. Quando venerit, Johannes teſtimo-
Ibidem 30. nium perbibet de ipſo dicens: *Hic eſt de quo dixi,
qui poſt me venit, ante me factus eſt; quia prior me
erat*. Quâ cauſâ venerit, Jobannes ipſe teſtatur. C
Ibidem. 29. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Si igi-
tur generationem utramque cognovimus, &
[a] utriuſque munus unum, & cauſam qua venit
advertimus; ut pereuntis mundi peccata ſuſci-
piens, peccati labem, & omnium mortem in ſe,
qui vinci non poſſet, aboleret: conſequens eſt
ut nunc quoque ſanctus Lucas Evangeliſta nos
doceat, & vias Domini ſecundum carnem creſ-
centis oſtendat.

41. Nec quemquam movere debet quod altio- D
ri conſilio Jobannis infantiam diximus præter-
miſſam, Chriſti vero infantiam adſerimus eſſe
1. Cor. 9. 22. deſcriptam; non enim omnium eſt dicere: *Factus
ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaciam: om-
nibus omnia factus ſum:* neque de quoquam alio
Eſai 53. 5. ita dici poteſt, quia *Vulneratus eſt propter iniqui-
tatem noſtram, & infirmatus eſt propter peccata noſ-
tra.* Ille igitur parvulus, ille infantulus fuit; ut
tu vir poſſis eſſe perfectus: ille involutus in pan-
nis; ut tu mortis laqueis ſis abſolutus: ille in præ- E
ſepibus; [*] ut tu in altaribus: ille in terris; ut tu
in cælis: ille alium locum in eo diverſorio non
habebat; ut tu plures baberes in cæleſtibus ſe-
2. Cor 8. 9. dibus manſiones. *Qui cùm dives*, inquit, *eſſet,
propter vos pauper factus eſt; ut illius inopia vos di-
taremini.* Meum ergo paupertas illa patrimonium
eſt; & infirmitas Domini mea eſt virtus. Maluit
ſibi egere, ut omnibus abundaret. Me illius in-
fantiæ vagientis abluunt fletus, mea lacrymæ
illæ delicta laverunt. Plus igitur, domine Jeſu, F
injuriis tuis debeo quòd redemtus ſum, quam
operibus quòd creatus ſum. Non prodeſſet naſ-
ci, niſi redimi profuiſſet.

42. Sed nemo intra uſum corporis formam
omnem divinitatis includat. Alia natura carnis
eſt, alia divinitatis gloria. Propter te infirmitas,
in ſe potentia: propter te inopia, in ſe opulen-
tia. Noli boc æſtimare quod cernis, ſed quòd
redimeris, agnoſce. Quia in pannis eſt, vides:
quia in cælis eſt, non vides: infantis audis va-
gitus, non audis bovis Dominum agnoſcentis
mugitus: *Agnovit* enim *bos poſſeſſorem ſuum, &* *Eſai. 1. 3.*
aſinus præſepe domini ſui; immo *præſepium* dixe-
rim, ſicut ſcripſit qui tranſtulit; nihil enim apud
me diſtat in verbo, quod non diſtat in ſenſu.
Nam ſi orator illorum qui phaleras ſermonum *Demoſt.*
ſequuntur, neget in hoc poſitas eſſe fortunas *Orat. pro*
Græciæ, hoc an illo verbo uſus ſit; ſed rem ſpec- *Cteſipb.*
tandam putat: ſi ipſi philoſophi eorum qui totos
dies in diſputatione conſumunt, minus latinis &
receptis uſi ſermonibus ſunt; ut propriis uteren-
tur: quanto magis nos negligere verba debemus,
ſpectare myſteria, quibus vincit ſermonis vilitas,
quod operum miracula divinorum nullis venuſ-
tata ſermonibus, veritatis ſuæ lumine refulſe-
runt? Denique aſinam illam irrationabilem [b] non
fuco deliciarum, ſed ſucco naturalis alimoniæ
præſepia ſancta paverunt.

43. Hic eſt Dominus, boc præſepe, quo no-
bis divinum myſterium revelatum eſt: irrationa-
biles gentes, pecudum intra præſepia more vi-
ventes, alimoniæ ſacræ ubertate paſcendas.
Agnovit ergo aſina, ſpecies ſcilicet, & forma
gentilium, præſepe domini ſui. Et ideo dicit: *Do-* *Pſal. 22. 1.*
minus paſcit me, & nihil deerit. An mediocribus
ſignis Deus probatur, quod Angeli miniſtrant,
quod Magi adorant, quod martyres confiten-
tur? Ex utero funditur, ſed coruſcat è cælo: ter-
reno in diverſorio jacet, ſed cæleſti lumine vi-
get. Nupta peperit, ſed virgo concepit: nupta
concepit, ſed virgo generavit. Docuit enim nos
ſanctus Matthæus non mediocre myſterium,
quod ſanctus Lucas, quia plene jam erat expoſi-
tum, ſilendum putavit, ſatis ſe divitem fore cre-
dens, ſi præſepe Domini ſibi ex omnibus vindi-
caſſet.

44. Iſtum igitur parvulum, quem tu quaſi *Matth. 2. 1. & ſeq.*
vilem, qui infidelis es, arbitraris, Magi ex orien-
te venientes, tam longo ſpatio ſequuntur, &
procidentes adorant, & regem appellant, &
reſurrecturum fatentur, offerentes de theſauris
ſuis aurum, thus, & myrrbam. Quæ ſunt iſta
veræ fidei munera? Aurum regi, thus Deo, myr-
rha defuncto; aliud enim regis inſigne, aliud di-
vinæ [c] ſacrificium poteſtatis, aliud honor eſt ſe-
pulturæ, quæ non corrumpat corpus mortui, ſed
reſervet. Nos quoque qui hæc audimus & legi-
mus, de theſauris noſtris talia, fratres, munera
proferamus: *Habemus* enim *theſaurum in vaſis* *2. Cor. 4. 7.*
fictilibus. Si igitur in te ipſo quod es, non ex te
debes æſtimare, ſed ex Chriſto: quanto magis
in Chriſto non tua debes æſtimare, ſed Chriſti.

45. Ergo Magi de theſauris ſuis offerunt mu-
nera. Vultis ſcire quam bonum meritum ha-
beant? Stella ab his videtur: & ubi Herodes eſt,
non videtur: ubi Chriſtus eſt rurſus videtur, &
viam monſtrat. Ergo ſtella hæc via eſt, & via

a. Sic mſſ. aliquot melioris notæ. Alii nonnulli prætermittunt dictionem, *munus*, quod haud dubie in quibuſdam recenſionibus emendare conati ſunt qui repoſuerunt, *& utriuſque unam eſſe cauſam* &c. quam lectionem ſecutæ ſunt omnes edit.

*. *Ut tu in altaribus*, nempe ad accipiendum corporis Dominici ſacramentum. Quo illud ſimiliter pertinet, quod lib. de Init. cap. 8. dicitur, *Hæc abluta plebs . . . contendit ad altaria*. Et non multo poſt: *venit igitur, & videns ſacroſanctum altare compoſitum*. Ubi plura dicendi de ritu quo in priſca Eccleſia diviniſſimum illud ſacramentum adminiſtrabatur, locus erit opportunior.

b. Cunctæ edit. ac mſſ. non pauci, *non ſucco deliciarum*. Cod. vero melioris ævi, *non fuco deliciarum*, id eſt, laute ac opipare conditis cibis. Quidni enim delicatas illas cupedias, ciborum fucum non liceat appellare?

c. Omnes edit. *ſacramentum eſt poteſtatis*. omnes mſſ. *ſacrificium poteſtatis*. Utrumque commode. Ceterum myſtica illa munerum à Magis allatorum interpretatio decantata fuit à tot Patribus, ut non videatur in iis recenſendis immorandum.

Chriſtus,

Chriſtus; quia ſecundùm Incarnationis myſte- A rium Chriſtus eſt ſtella: *Orietur* enim *ſtella ex* Num. 24. 17. *Iacob, & exſurget homo ex Iſrael.* Denique ubi Chriſtus, & ſtella eſt; ipſe enim eſt ſtella ſplendida, & matutina. Suâ igitur ipſe luce ſe ſignat.

46. Accipe aliud documentum. Aliâ venerunt viâ Magi, aliâ redeunt; qui enim Chriſtum viderant, Chriſtum intellexerant, meliores utique quàm venerant, revertuntur. Duæ quippe ſunt viæ: una quæ ducit ad interitum, altera quæ ducit ad regnum: illa peccatorum eſt, quæ B ducit ad Herodem: hæc via Chriſtus eſt, qua reditur ad patriam; hic enim temporalis eſt incolatus, ſicut ſcriptum eſt: *Multum incola facta eſt* Pſal. 119. 6. *anima mea.* Caveamus igitur Herodem mundanæ ad tempus præſulem poteſtatis; ut patriæ cæleſtis æternum conſequamur habitaculum.

47. Non electis tantum præmia iſta propoſita ſunt, ſed etiam omnibus; quoniam *Omnia, & in* Coloſſ. 3. 11. *omnibus Chriſtus.* Vides enim quia non otioſe, vel de Chaldæis, qui peritiores in numeris ha- C bentur, Abraham Deo credidit: vel Magi qui licet [a] magicis artibus, cùm reconciliandæ ſibi a divinitati ſtudium impendunt, ortum in terris Domini crediderunt: non, inquam, otioſe, ſed ut ex adverſariis gentibus ſanctæ religionis teſtimonium ſumeretur, & divini timoris exemplum.

48. Sed tamen qui ſunt iſti Magi, niſi qui, ut hiſtoria quædam docet, à Balaam genus ducunt, à quo prophetatum eſt: *Orietur ſtella ex Iacob?* Iſti ergo ſunt non minus fidei, quàm ſucceſſionis he- D redes. Ille ſtellam vidit in ſpiritu, iſti viderunt oculis, & crediderunt. Viderunt novam ſtellam, quæ non erat viſa à creatura mundi. Viderunt novam creaturam, & non ſolum in terra, ſed etiam in cælo gratiam novi hominis requirebant, ſecundùm quod Moyſes prophetice poſuit, quia *Orietur ſtella ex Iacob, & exſurget homo ex Iſrael.* Et cognoverunt hanc eſſe ſtellam, quæ hominem Deumque ſignificat. Adoraverunt parvulum: utique non adoraſſent, ſi parvulum E tantummodo credidiſſent. [b] Magus ergo intelli- b git ſuas ceſſare artes, tu non intelligis tua dona veniſſe? Ille fatetur alienum, tu non agnoſcis promiſſum? Ille contra ſe credit, tu pro te non putas eſſe credendum?

49. Natum ergo Magi nuntiant regem: perturbatur Herodes, congregat ſcribas & principes ſacerdotum, & interrogat ubi Chriſtus oriatur. Magi tantummodo regem nuntiant: Herodes Chriſtum requirit. Ipſum igitur regem de F quo interrogat, confitetur. Deinde cùm ubi naſci haberet inquiritur, utique prænuntiatus oſtenditur; neque enim quæri poterat, qui non erat nuntiatus. O amentes Judæi, veniſſe non creditis, quem videtis: veniſſe non creditis, quem dicitis eſſe venturum! Nuntiate, inquit, mihi, ut Matth. 2. 8 veniam, & adorem puerum. Inſidiatur quidem Herodes, ſed Deum non negat, quem memorat adorandum. Deinde infantes occidi jubet. Cui Ibidem. 16. alii niſi Deo talis victima debebatur? Expers licet ſenſus infantia, Deum tamen pro quo interimitur, confitetur. Hæc de Matthæo pauca libavimus; ut clareret infantiæ tempora à divinitatis operibus non vacaſſe. Quod ſi ætas carnis [c] ignava operis fuit, profectò Deus erat, qui di- c vinitatis operibus exercebat carnis ætatem: qui etiam paſtores faciebat in illa regione vigilare, cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregem ſuum.

50. [d] Videte Eccleſiæ ſurgentis exordium: d Chriſtus naſcitur, & paſtores vigilare cœperunt, qui gentium greges, pecudum modo ante viventes, in aulam Domini congregarent; ne quos ſpiritalium beſtiarum per offuſas noctium tenebras paterentur incurſus. Et bene paſtores vigilant, quos bonus paſtor informat. Grex igitur populus, nox ſæculum, paſtores ſunt ſacerdotes. Aut fortaſſe etiam ille ſit paſtor, cui dicitur: *Eſto vigilans, & confirma;* quia non ſolum Apoc 3. 2. epiſcopos ad tuendum gregem Dominus ordinavit, ſed etiam Angelos deſtinavit.

Ecce Angelus Domini ſtetit ante illos. ℣. 9.

51. Videte quemadmodum cura divina fidem adſtruat: Angelus Mariam, Angelus Joſeph, Angelus paſtores edocet. Non ſatis eſt ſemel miſſum; duobus enim vel tribus teſtibus ſtat omne verbum.

Et facta eſt cum Angelo multitudo exercitus cæ- ℣. 13. *leſtium laudantium Deum, & dicentium: Gloria in* ℣. 14. *altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

52. Bene Angelorum nominatur exercitus, qui ducem militiæ ſequebantur. Cui igitur laudem Angeli, niſi Domino ſuo dicerent, juxta quod ſcriptum eſt: *Laudate Dominum de cælis,* Pſal 148. *laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes Angeli* 1 & 2. *ejus?* Impleta igitur prophetia eſt. Laudatur de cælis Dominus, & videtur in terris. De quo ſanctus Marcus ait, quia *Cum beſtiis erat, & An-* Marc. 1. *geli miniſtrabant ei;* ut in altero miſericordiæ in- 13. ſigne, in altero divinæ indicium poteſtatis agnoſcas. Tuum eſt quod beſtias patitur, ſuum quod ab Angelis prædicatur. Et aiunt:

Tranſeamus uſque Bethlehem, & videamus hoc ℣. 15. *Verbum quod factum eſt, ſicut Dominus oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes.* ℣. 16.

53. Vides feſtinare paſtores; nemo enim cum deſidia Chriſtum requirit. Vides paſtores Angelo credidiſſe: & tu Patri, Filio, Spiritui ſancto,

a. Edit. omnes, ac major numerus mſſ. *magicis artibus conciliandæ ſibi divinitatis.* Rom. edit. *divinitati.* Cod. vero Corb. Prat. Carn. ac Gem. ut in textu. Melius, cùm ſuperior lectio æquivocatione non careat. Ceterùm quod illi Magi ortum à propheta Balaam duxiſſe memorantur, hoc non obſcure deſumtum eſt ex Orig. Hom. 13. *in Numeros:* quod autem magicis artibus imbuti ſignificantur, hoc non ſolùm videtur petitum ex ejuſdem Adamantii loco citato; ſed etiam manifeſte legitur ipſius lib. 1. *cont. Celſum:* in quo illum ſecuti ſunt Juſtinus martyr *Dial. cont. Tryph.* Ignat. *epiſt. ad Epheſios.* Hier. *in Iſaiam* cap. 19. & 47. nec non alii. Quod vero ad cognitionem numerorum, quam proxime ante Chaldæis adjudicat ſanctus Doctor, id intelligi oportet de numeris aſtrologicis, ex quibus genethliaci futura prædicere poſſe ſibi videbantur: unde eſt illud Flacci lib. 1. Ode 11.

Nec Babylonios tentaris numeros,

Hanc ſcientiam ab Abrahamo ad Ægyptios illatam ſcribunt: nos tamen non ſuperſtitioſam illam à Patriarcha traditam autumamus, ſed tantum rectam atque honeſtam ſyderum diſciplinam, quam poſtmodum inquieta hominum curioſitas ad pravas artes detorſit ac traduxit.

b. Codex Remig. *Magus ergo intelligit per ſuas artes, tu* &c.

c. Edit. Rom. cum uno aut altero mſſ. *ignara operis fuit.* Aliæ, ac reliqui mſſ. *ignava* &c. Concinnius; ſic enim ſignificatur infantia non modo quid agatur, ignorare; ſed etiam agendi virtute deſtitui.

d. Hic pauci mſſ. iique recentiores inſerunt textum Scripturæ: *Et paſtores erant* &c. quem Rom. edit. paulo ſuperius exhibet, cùm in omnibus ant. edit. & aliis mſſ. deſideretur.

a Angelis, propbetis, & apoſtolis [a] crede. Vide A quam ſignatè Scriptura ſingulorum libret momenta verhorum: Feſtinant, inquit, Verbum videre. Etenim cùm caro Domini videtur, Verbum videtur, quod eſt Filius. Non mediocre fi-
b dei tibi hoc videatur exemplum, [b] non vilis perſona paſtorum. Certe quo vilior ad prudentiam, eo pretioſior ad fidem. Non gymnaſia choris referta ſapientum, ſed plebem Dominus ſimplicem requiſivit, quæ phalerare audita, & fucare neſciret. Simplicitas enim quæritur, non am- B bitio deſideratur. Nec contemnenda putes qua-
c ſi vilia [c] verba prophetarum: à paſtoribus etiam Maria fidem colligit: à paſtoribus populus ad Dei reverentiam congregatur; *mirati* enim *ſunt de iis, quæ dicebantur à paſtoribus ad ipſos.*

℣. 19. *Maria autem conſervabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.*

54. Diſcamus ſanctæ Virginis in omnibus caſtitatem, quæ non minus ore pudica quàm cor- C pore, argumenta fidei conferebat in corde. Si Maria à paſtoribus diſcit, cur tu declinas diſcere à ſacerdotibus? Si Maria ante præcepta apoſtolica tacet, cur tu poſt apoſtolica præcepta magis cupis docere, qnam diſcere? Diſce vitium eſſe perſonæ, non ſexus; ſexus enim ſanctus. Denique Maria præceptum non accepit, exemplum edidit.

55. Circumciditur itaque puer. Quis ille puer,
Eſai. 9. 6. niſi ille de quo dictum eſt: *Puer natus eſt nobis, Filius datus eſt nobis?* Factus eſt enim ſub Lege; nt eos qui ſub Lege eſſent, lucrifaceret.

d 56. [d] Siſtitur autem in Hierufalem. Quid ſit autem in Hieruſalem ſiſti Domino, dicerem; niſi in Eſaiæ commentis ante dixiſſem. Circumciſus enim vitiis, Dominico dignus judicabatur obtu-
Pſal. 33. 16. tu; quia *Oculi Domini ſuper juſtos.* Vides omnem legis veteris ſeriem fuiſſe typum futuri; nam & circumciſio purgationem ſignificat delictorum. Sed quoniam prona quadam cupiditate peccandi humanæ carnis & mentis fragilitas inextricabilibus vitiis implicatur, eo per octavum circumciſionis diem culpæ totius futura purgatio reſurrectionis præfigurabatur ætate; hoc eſt enim illud: *Quia omne maſculinum adaperiens vulvam, ſanctum Domino vocabitur;* verbis enim Legis pro- Exod. 13. 2.
mittebatur Virginis partus. Et vere ſanctus, quia immaculatus. Denique ipſum eſſe qui Lege ſignetur, in eumdem modum ab Angelo repetita verba declarant: *Quia quod naſcetur*, inquit, Luc. 1. 35.
ſanctum, vocabitur Filius Dei. Non enim virilis coitus vulvæ virginalis ſecreta reſeravit: * ſed *
immaculatum ſemen inviolabili utero Spiritus ſanctus infudit; ſolus enim per omnia ex natis de femina ſanctus dominus Jeſus, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus novitate non ſenſerit, & cæleſti majeſtate depulerit.

57. Nam ſi litteram ſequamur, quomodo ſanctus omnis maſculus, cùm multos ſceleratiſſimos fuiſſe non lateat? Numquid ſanctus Achab? Numquid ſancti pſeudo-propbetæ, quos ad Eliæ preces ultor cæleſtis injuriæ ignis abſumſit? Sed ille ſanctus, [e] per quem figuram futuri myſterii e
pia legis divinæ præſcripta ſignabant; eo quod ſolus ſanctæ Eccleſiæ virginis ad generandos populos Dei immaculatæ fœcunditatis aperiret genitale ſecretum. Hic ergo ſolus aperuit ſibi vulvam. Nec mirum; qui enim dixerat ad Propbetam: *Priuſquam te formarem in utero, novi te: &* Hier. 1. 5.
D *in vulva matris ſanctificavi te.* Qui ergo vulvam ſanctificavit alienam, ut naſceretur Propbeta, hic eſt qui aperuit matris ſuæ vulvam, ut immaculatus exiret.

Et ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomen Symeon: & homo iſte juſtus, & timoratus, exſpectans conſolationem Iſrael. ℣. 25.

58. Non ſolum ab Angelis & prophetis, à paſtoribus & parentibus, ſed etiam à ſenioribus &

a. Ita omnes mſſ. At ex adverſo edit omnes, *credere non vis?*

b. Edit. Rom. ſola, *quod vilis ſit perſona paſtorum.* Certe non eſſe neceſſariam hanc mutationem patebit locum attentius conſideranti. At poſt tria verba cod. Corb. & Mich. legunt, *eo prudentia pretioſior*; ubi alii & edit. *eo pretioſior* &c.

c. Cod. Reg. & Rom. edit. *verba paſtorum*: ſed hic mutato nihil eſt opus, cum non ambiguè ipſi paſtores à S. Doctore prophetæ vocitentur.

d. *Siſtitur autem in Hieruſalem*, hæc verba quæ in ant. edit. exſtant, ſed abſunt ab omnibus mſſ. Rom. edit. ſuſtulerat, repoſueratque eorum loco textum Scripturæ, qui in mſſ. & vet. edit. æque deſideratur: ſed cùm illa paſſim id juris ſibi arroget, ſemel hoc obſervaſſe ſufficiat. Quod vero commentariorum ſuorum in Eſaiam meminit ſanctus Præſul, ea quidem reperimus ab Aug. non ſemel allegata, ſed eo magis dolemus illa interiiſſe, quod in pretiò fuiſſe apud tantum Doctorem intelligimus.

* His verbis non ſolum cuncti mſſ. atque edit. hunc locum exhibent, verum etiam Auguſt. lib. 2. *De peccato orig.* cap. 41 & lib. 2. *cont. Jul. Pelag.* cap. 5. Garnerius tamen in appendice ad 1. partem Marii Mercatoris pag. 379. a. contendit inſerendam voculam, *ſe*, ante verbum, *infudit*; *ſit enim*, inquit, *alluſio ad vocem Angeli: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te.* Verum ea minime evincitur additione ulla hic opus eſſe, cùm videatur Ambroſius noſter eam Spiritus ſancti operationem ſignificare, qua effectum eſt, ut puriſſimum Virginis ſemen in ejus vulvam deflueret. In conjecturæ ſuæ confirmationem addit idem Auctor receptam loci hujus lectionem à *malevolo interprete*, in eorum gratiam trahi poſſe, qui teſte eodem Mario, *ſceleratiſſime opinantur Spiritum ſanctum fuiſſe pro ſemine.* At ſi ita eſſet, huic malo non hiſum remedii adferret additio illa; immo vero lectionem calumniæ redderet magis obnoxiam, ut fatebitur quiſquis locum paulo diligentius expenderit. Ergo potius recurrendum eſſet ad ſolutionem quam ſimilibus Patrum locis adhibendam docet S. Th. 3. part. quæſt. 32. art. 2. ad 1. *Sed hoc*, inquit, *de facili ſolvitur; quia ſecundùm quod in ſemine intelligitur virtus activa comparatur ſemini Spiritum ſanctum, vel etiam Filium* &c.

e Omnes edit. *quem in figura futuri myſterii* &c. Contra omnes mſſ. *per quem figuram futuri myſterii.* Nec male. Vult enim ibi ſanctus Doctor, Chriſtum virginalem matris uterum immaculato partu reſerantem, ſui ipſius ſpiritalem Eccleſiæ vulvam ad generationem fidelium aperientis figuram eſſe. At enim vere-ne & phyſicè aperta fuit in partu vulva caſtiſſimæ Virginis? Negantem ſententiam amplectuntur theologi, eo freti quod inniten-tes quod fidei dogma ſit, PP. omnium, Nicæni Conc. 6. ſequentium, quot quot fuere, auctoritate munitum, Mariam in partu quoque virginem exſtitiſſe, quod cum apertione uteri conſiſtere nequaquam poſſe exiſtimant. Ipſe quidem Ambroſius opinionem quorumdam negantium parentem Domini, quam Virginem concepiſſe non diffitebantur, virginem generaſſe, in Aquileienſi Concilio damnandam curavit, ut intelligitur ex ejus ad Siricium papam epiſtola, ubi collectis pluribus antiqui fœderis exemplis ac figuris, partus virginei poſſibilitatem adſtruit. Hoc ipſum præſtat lib. *De Inſtit. Virg.* cap. 8. Et, *in hymno de Nat. Domini*, & ubi non. Eraſmus tamen *Annot. in Luc.* allatis his quæ infra leguntur, verbis: *Hic eſt qui aperuit matris ſuæ vulvam; ut immaculatus exiret*, adſerit Doctorem noſtrum cum Origene *Hom.* 14. *in Luc.* docuiſſe Chriſtum naſcendo reſeraſſe vulvam maternam. Et certe hic locus non omni difficultate immunis eſt: ſed eam expedit B. Th. 3. part. quæſt. 28. art. 2. ubi propoſito in hanc rem Ven. Bedæ teſtimonio ita concludit, *unde illa adapertio non ſignificat reſerationem communem clauſtri pudoris virginei, ſed ſolum exitum prolis de utero matris.* Quam interpretationem nec Eraſmus ipſe repudiat. Aliam quoque alii ſuppeditant perinde accipientes, *adaperiens vulvam*, ac ſi ſcriptum eſſet, *fœcunditate donans* quemadmodum *concludere vulvam* pro eo dicitur, quod eſt, *ſterilem reddere.* Forte etiam addi poſſit non omni uteri patefactione violari virginitatem, ſed eâ quæ fit actu aliquo venereo, vel ſaltem ex eo conſequatur. Id non obſcure docet Auguſt. lib. 1. *De Civit. Dei.* cap. 18. Immo & hoc ipſum poſt D. Thom. 2. 2. quæſt. 152. art. 1. in corp. & ad 5. tenentur ſcholaſtici agnoſcere; ibi enim ait: *quod ſi aliquo caſu membri integritas corrumpatur, non magis præjudicat virginitati, quam ſi corrumpatur manus, aut pes.*

juſtis generatio Domini accipit teſtimonium. A Omnis ætas, & uterque ſexus, eventorumque miracula fidem adſtruunt. Virgo generat, ſterilis parit, mutus loquitur, Elizabeth prophetat, Magus adorat, utero clauſus exſultat, vidua confitetur, juſtus exſpectat. Et bene juſtus, qui non ſuam, ſed populi gratiam requirebat: cupiens ipſe corporeæ vinculis fragilitatis abſolvi, ſed exſpectans videre promiſſum; ſciebat enim quia beati oculi qui eum viderent.

℣. 29. *Nunc*, inquit, *dimitte ſervum tuum.*

59. Vide juſtum velut corporeæ carcere molis incluſum velle diſſolvi, ut incipiat eſſe cum Chriſto; diſſolvi enim, & cum Chriſto eſſe, multo melius. Sed qui vult dimitti, veniat in templum, veniat in Hieruſalem, exſpectet Chriſtum Domini, accipiat in manibus Verbum Dei,[a] complectatur quibuſdam ſuæ fidei brachiis. Tunc dimittetur, ut non videat mortem, qui viderit vitam.

60. Vides uberem in omnes gratiam Domini generatione diffuſam, & prophetiam incredulis negatam eſſe, non juſtis. Ecce & Symeon prophetat in ruinam & reſurrectionem plurimorum veniſſe dominum Jeſum Chriſtum; ut juſtorum iniquorumque merita diſcernat, & pro noſtrorum qualitate factorum judex verus & juſtus aut ſupplicia decernat, aut præmia.

℣. 35. *Et tuam*, inquit, *ipſius animam pertranſibit gladius.*

61. Nec littera, nec hiſtoria docet ex hac vita Mariam corporalis necis paſſione migraſſe; non enim anima, ſed corpus materiali gladio tranſverberatur. Et ideo prudentiam Mariæ haud ignaram myſterii cæleſtis oſtendit. (Heb. 4. 12.) *Vivum enim verbum Dei, & validum, & acutum omni gladio acutiſſimo, penetrans uſque ad diviſionem animæ, & ſpiritus, artuumque & medullarum, cogitationes cordis, & ſecreta ſcrutatur animorum*; quia nuda E mentium, & aperta ſunt omnia Dei Filio, quem conſcientiæ ſecreta non fallunt.

62. Prophetavit itaque Symeon, prophetaverat Virgo, prophetaverat copulata conjugio, debuit etiam vidua; ne qua aut profeſſio deeſſet, aut ſexus. Et ideo Anna & ſtipendiis viduitatis, & moribus talis inducitur; ut digna plane fuiſſe credatur, quæ redemtorem omnium veniſſe nuntiaret. Cujus merita cùm alibi deſcripſerimus, cùm viduas hortaremur, hoc loco quoniam F (Lib. de viduis cap. 2.) ad alia properamus, non putamus iteranda. Non otioſe tamen annos octoginta quatuor viduitatis ejus expreſſit; quia & ſeptem dodecades, & duæ quadrageſimæ ſacrum videntur numerum deſignare.

℣. 42. *Et cùm facti eſſent illi anni duodecim.*

63. A duodecimo anno, ut legimus, Dominicæ ſumitur diſputationis exordium; hic enim prædicandæ fidei Evangelizantium numerus debebatur. Nec otioſe immemor ſuorum ſecundum carnem parentum, qui ſecundum carnem utique ſapientiâ Dei implebatur & gratiâ, poſt triduum reperitur in templo; ut eſſet indicio quia poſt triduum triumphalis illius paſſionis in ſede cæleſti, & honore divino fidei noſtræ ſe reſurrecturus offerret, qui mortuus credebatur.

B *Quid eſt quod me quærebatis? Neſciebatis quia in propria patris mei oportet me eſſe?* ℣. 49.

64. Duæ ſunt in Chriſto generationes: una eſt paterna, materna altera: paterna illa divinior, materna vero quæ in noſtrum laborem uſumque deſcendit. Et ideo quæ ſupra naturam, ſupra ætatem, ſupra conſuetudinem fiunt, non humanis adſignanda virtutibus, ſed divinis referenda ſunt poteſtatibus. Alibi eum [b] ad myſterium mater impellit (Iohan. 2. 3.): hîc mater arguitur; quia adhuc quæ humana ſunt, exigat. Sed cùm hîc duode- C cim deſcribatur annorum, illic diſcipulos habere doceatur; vides matrem didiciſſe de Filio, ut exigeret à validiore myſterium, quæ ſtupebat in juniore miraculum.

Et venit Nazareth, & erat ſubditus illis. ℣. 51.

65. Quid enim magiſter virtutis, niſi officium pietatis impleret? Et miramur ſi Patri defert, qui ſubditur matri? Non utique infirmitatis, ſed pietatis eſt iſta ſubjectio; adtollat licet ſævis D emiſſus latebris coluber perfidiæ caput, & ſerpentinis evomat venena pectoribus. Cùm dicit ſe Filius miſſum, majorem hæreticus appellat Patrem (Iohan. 8. 29.); ut imperfectum Filium dicat, qui poteſt habere majorem; ut alienis auxiliis adſerat eum qui mittitur, indigere: numquid & humano egebat auxilio; ut materno ſerviret imperio? Deferebat homini, deferebat ancillæ (ipſa enim dicit: *Ecce ancilla Domini*) deferebat ſimulato patri (Luc 1. 38.): & miraris ſi Deo detulit? An homini deferre pietas eſt, Deo deferre infirmitas eſt? Vel ex humanis divina perpende,[c] & quid patri amoris debeatur, agnoſce. Pater honorificat Filium (Iohan 8. 54 & 49.), non vis ut Filius honorificet Patrem: Pater voce cæleſti in Filio ſe complacere profitetur (Luc. 3. 22.), non vis ut Filius humanæ carnis indutus amictu, cùm humana voce, humano loquatur affectu, Patrem dicat eſſe majorem (Iohan 14. 28.)? Nam ſi *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis* (Pſal. 144. 3.): utique magnitudo quæ finem non habet, nec augmentum habet. F Sed cur non accipiam religioſis auribus Filium Patri in ſuſceptione corporis obedientem, cùm religioſe accipiam Patrem Filio deferentem?

66. Diſce potius tuæ utilitatis præcepta, & exempla pietatis agnoſce. Diſce quid parentibus tuis debeas, cùm legis à Patre Filium non voluntate, non opere, non tempore diſcrepare: etſi perſonis duo, poteſtate unum ſunt. Et utique nullum Pater ille cæleſtis laborem genera-

a Vet. edit. *complectatur velut quibuſdam ſua fidei brachiis, operibus ſuis*: Rom. inverſa phraſi, *complectatur operibus ſuis velut* &c. Mſſ. vero, ut in textu.

b. Edit. Era. Gill. ac Rom. cum mſſ. aliquot: *miniſterium*. Ita etiam eadem illæ infra. Edit. autem Ameth. in corpore, Era. & Gill. in marg. utroque loco habent cum tredecim optimis mſſ. *myſterium*, & cetera ut nos in textu, niſi quod in ſolis mſſ. pro, *à filio*, legitur, *de filio*. Quod autem hîc legimus, *mater arguitur*, noli hinc inferre cum Calvino S. Præſulis hanc mentem eſſe, ut Deiparam peccaſſe indicaret: quo nihil à B. viro magis alienum, ut jam non ſemel licuit advertere. Intellige ergo, *arguitur*, lato modo poſitum pro *docetur*, aut alio conſimili verbo: quod à communi uſu non abhorret.

c. Rom. edit. ſola, *& quid honoris patri debeamus*. Sed nihil mutandum, cùm amor in parentes ſemper honori conjunctus intelligatur.

tionis expertus eſt: tu matri debes pudoris injuriam, virginitatis diſpendium, partus periculum, matri longa faſtidia, matri longa diſcrimina, cui miſeræ in ipſis votorum fructibus majus periculum eſt; & cùm ediderit quod optavit, partu abſolvitur, non timore. Quid anxios patres loquar pro filiorum profectu, & multiplicatos alienis uſibus cenſus, jactaque agricolæ ſemina poſterorum ætatibus profutura? Nonne pro his obſequia ſaltem oportet rependi? Cur impio patris vita prolixior, & communitas patrimonii videtur anguſtior, cùm Chriſtus non refugiat cohæredes?

Cap. 3. ℣. 2. *Factum eſt verbum Domini ſuper Iohannem Zachariæ filium in deſerto.*

67. Congregaturus Eccleſiam Dei Filius, ante operatur in ſervulo. Et ideo bene poſuit ſanctus Lucas factum eſſe verbum Domini ſuper Johannem Zachariæ filium in deſerto; ut Eccleſia non ab homine cœperit, ſed à Verbo. Ipſa enim eſt deſertum, quia (Eſai. 54. 1.) *Plures filii deſertæ, magis quàm ejus quæ habet virum.* Denique ipſi dicitur: (Ibidem.) *Lætare ſterilis,* &c, (Eſai. 52. 9.) *Exſulta deſertum*; quia nullis adhuc convenæ plebis operibus colebatur, neque ullum adhuc arbores illæ, quæ fructum ferre non poterant, meritorum ſuorum verticem præferebant. Nondum venerat qui diceret: (Pſal. 51. 10.) *Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Domini.* Nondum vitis illa cæleſtis fructus palmitibus ſuis, verborum quodam ſuorum traduce, miniſtrabat. Factum eſt ergo verbum, ut quæ erat ante deſerta, fructum nobis terra generaret. Factum eſt verbum, vox ſecuta eſt; verbum enim prius intus operatur, ſequitur vocis officium. Unde & David dicit: (Pſal. 115. 1.) *Credidi propter quod locutus ſum.* Prius credidit, ut loqui poſſet.

68. Factum eſt autem verbum, ut ſanctus Baptiſta Johannes pœnitentiam prædicaret. Et ideo plerique ſancto Johanni typum Legis imponunt; eo quod Lex peccatum denuntiare potuit, donare non potuit. Lex enim unumquemque qui viam gentium ſequebatur, revocat ab errore, reſtringit à crimine: pœnitentiam ſuadet; ut gratiam conſequatur. (Luc. 16. 16.) *Lex autem & Prophetæ uſque ad Iohannem*: Johannes vero præcuntius Chriſti. [a] Ita Lex & Eccleſiæ prænuntia, & gratiæ pœnitentia eſt. Bene itaque ſanctus Lucas compendio uſus eſt, ut Johannem declararet prophetam, dicens factum eſſe ſuper eum verbum Domini: alia non adderet; nullus enim eget indicio ſui, qui verbo Dei abundat. Unum itaque dixit, & omnia declaravit.

69. (Matth. 3. 4. Marc. 1. 6.) At vero ſanctus Matthæus & Marcus veſtitu, & cinctu, & cibo Prophetam declarare voluerunt; eo quod veſtitum de pilis camelorum habuit, & zonam pelliceam ſuper lumbos ſuos: locuſtas autem, & mel ſilveſtre edebat. Prænuntius enim Chriſti non patiebatur immundarum perire exuvias beſtiarum: ipſo quoque veſtitus indicio deſignans Chriſtum eſſe venturum, [b] qui belluina, illuvieque contexta pro noſtrorum deformitate meritorum, gentilitatis immundæ peccata ſuſcipiens, in illo trophæo crucis, amictu quodam ſe noſtræ carnis exueret.

70. Quid autem ſibi vult cinctus zonæ pelliceæ, niſi quod caro iſta quæ mentem prius gravare conſueverat, ea poſt adventum Domini non impedimento cœpit eſſe, ſed cingulo? Scilicet juxta David: (Pſal. 136. 2.) *In ſalicibus .... organa noſtra ſuſpendimus*; & juxta Apoſtolum (Philip. 3. 3.) confidentiam non habemus in carne, & confidentiam habemus in corpore: non habemus in voluptatibus, habemus in paſſionibus; quoniam in ſpiritu fervens vigeat affectus, & ad omne accingamur obſequium cæleſtium præceptorum, devotione mentis intenti, atque apparatu corporis expediti.

71. Cibus quoque propheticus index officii, nuntiuſque myſterii eſt. Quid enim tam otioſum ad hominis officium, quam locuſtas quærere: & quid tam plenum ad vatis myſterium? Nam quo magis ad fructum inutiles, [c] ad uſum laboris inertes, ad tactum fugaces, vagæ ſaltu, ore ſtridulæ ſunt locuſtæ; eo convenientius his populi figura gentilis aptatur, qui nullo uſu laboris, nullo operis ſui fructu, ſine gravitate, ſine voce ſonum querelæ ederet, verbum vitæ ignoraret. Hic igitur populus cibus eſt prophetarum; nam quo numerus major populi congregatur, eo uberior prophetici oris uſus augetur. Eccleſiæ quoque gratia præfiguratur in melle ſilveſtri, non intra alvearium legis plebis Judaicæ fœtu reperta, ſed in campis, & folus ſylvæ gentilium errore diffuſa, juxta quod ſcriptum eſt: *Invenimus eam in campis ſylvæ.* (Pſal. 131. 6.)

72. Et hic quidem mel ſilveſtre edebat, annuntians populus de petræ melle ſaturandos, ſicut ſcriptum eſt: *Et de petra mellis ſaturavit eos.* (Pſal. 80. 17.) Sic etiam Eliam corvi [d] cibo advectitio, & (3. Reg. 17. 6.) lucrativo potu inter deſerta paverunt; ut indicio foret populos nationum tetro ſqualentes colore meritorum, qui ante cibum fœtidis in cadaveribus requirebant, nunc de ſe advectitiam prophetis alimoniam præbituros. Cibus enim prophetarum, divinæ voluntatis effectus eſt, ſicut ipſe Dominus declaravit dicens: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus qui me miſit.* (Iohan. 4. 34.)

Vox clamantis in deſerto. ℣. 4.

73. Bene vox dicitur Johannes Verbi prænuntius. Nam interrogatus ipſe Johannes: *Quid dicis de te ipſo? Ait: Ego vox clamantis in deſerto.* (Iohan. 1. 22. & 23.)

a. Ita vet. edit. cum pleriſque atque optimis mſſ. Et recta eſt ea lectio, nihil enim ea ſignificatur, niſi Legem cujus typus erat Johannes, Eccleſiæ quaſi viam paraſſe: & pœnitentiam quam idem Johannes prædicabat, ad gratiam aditum aperuiſſe. In quibuſdam tamen cod. deeſt vox, *pœnitentia*: & in aliis locus legitur in hæc verba: *Ita Lex Eccleſiæ prænuntiat gratiam pœnitentia.* Rom. autem edit. ſic mutavit. *Itaque Lex Eccleſiæ prænuntia, & gratia prævia eſt.*

b. Edit. omnes: *qui belluinis induviis, quæ contexta ſunt noſtrorum* &c. Contra vero mſſ. Vaticani Gallicanique magno conſenſu lectionem noſtram ſtabiliunt, niſi quod in quibuſdam lapſu calami, pro *illuvie*, ſcribitur *ingluvie*: in uno, *ſorde, illuvieque.*

c. Mſſ. non pauci nec infimæ notæ, *ad uſum inertes*, omiſſa dictione, *laboris.* Hic porro Doctor noſter diſſentit ab opinione eorum, quibus ἀκρίδες non locuſtæ ſunt, ſed fruticis aut herbæ cujuſdam genus, immo, ſi Deo placet, etiam piſces delicati. Sed cum Ambroſio pars multo maxima Patrum ac interpretum conſentiunt. Neque ſane alia opinio videtur aliunde introducta, niſi quod locuſtæ animalcula non crederentur eſui eſſe; cùm tamen certos populos illis & olim victitaſſe, & etiam num victitare prodant hiſtorici. Quæ de re adiri poſſunt Eraſmus atque Druſius in hunc locum.

d. Cunctæ edit. ac mſſ. non pauci, *cibo adventitio ... de ſe adventitiam.* Reliqui, & iidem antiquiſſimi, *cibo advectitio* &c. Quod vero edit. Rom. reſecarat, *& lucrativo potu*, in hoc refragantes habet omnes & mſſ. & ant. edit.

Ibidem. 30. Et ideo ait: *Qui poſt me venit, ante me factus eſt;* A
quia vox præcedit inferior, verbum ſequitur,
quod præcellit. Ideo & à Johanne baptizari vo-
luit; quia in hominibus verbum conſecratur
voce doctoris. Ideo fortaſſe Zacharias vocem
recepit, quia vocem locutus eſt.

℣. 7. *Generatio viperarum, quis oſtendit vobis fugere*
℣. 8. *à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœniten-*
tia. Et ne cœperitis dicere: Pater noſter eſt Abraham.
Dico autem vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus
iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

74. Argui quidem videtur malitia Judæorum,
eo quod vario noxiæ mentis veneno, ſerpenti-
nos lapſus, & terrena cubilia, non divinæ ali-
quod myſterium cognitionis operentur: ſed ta-
men cùm dicitur: *Quis oſtendit vobis fugere à ven-*
tura ira? oſtenditur his Dei miſeratione infuſa
prudentia, ut gerant ſuorum pœnitentiam de-
lictorum, futuri terrorem judicii provida devo-
tione metuentes. Ad generationem ergo, non ad C
ſucceſſionem referenda eſt comparatio vipera-
Matth. 10. 16. rum. Aut fortaſſe juxta quod ſcriptum eſt: *Eſtote*
prudentes ſicut ſerpentes, oſtenduntur habere pru-
dentiam naturalem, qui profutura videant, &
ſponte depoſcant: ſed adhuc noxia non relin-
quant.

75. Et ideo admonentur claritatem ſibi ma-
gis operis, quàm nobilitatem generis vindicare;
quod nulla in ſucceſſione prærogativa ſit, niſi
fidei adſtipuletur hereditas, quam Dei nutu ad D
populos gentilium transferendam, ſermone pro-
phetico revelavit, dicens: *Potens eſt Deus de lapi-*
dibus his ſuſcitare filios Abrahæ. Nam licet Deus
poſſit diverſas convertere & commutare natu-
ras; tamen quia mihi plus myſterium quam mi-
raculum prodeſt, in prænuntio Chriſti nihil ma-
gis quam ædificationem Eccleſiæ debeo ſurgen-
tis agnoſcere: quæ non rupeis ſaxis, ſed vivis la-
pidibus extructa, in habitaculum Dei & faſti-
gium templi converſione noſtrorum ſurrexit E
animorum. Etenim parabat Deus mentium noſ-
trarum dura mollire, & de lapidibus offenſionis
excitare cultores religionis. Quid enim aliud
quam lapides habebantur, qui lapidibus ſervie-
bant, ſimiles utique iis qui facerent eos? Pro-
phetatur igitur ſaxoſis gentilium fides infunden-
da pectoribus, & futuros per fidem Abrahæ fi-
lios oracula pollicentur, quibus per duritiam
mentis ſaxeus quidam inſenſibilis, irrationabiliſ-
que naturæ uſus inoleverat. Nam ſi lapidibus F
a vivis[a] firmatos viros fidei robore ſententia apoſ-
1. Petr. 2. 5. tolica comparavit, juxta quod ſcriptum eſt: *Et*
vos tamquam lapides vivi ædificamini domus ſpiri-
talis, in ſacerdotium ſanctum, offerentes hoſtias ſpi-
b *ritales:* [b] multo altius hîc videntur voce prophe-
tica lapidibus homines comparati, qui ita hu-
manæ ſenſum mentis amiſerant; ut dum lapi-
dibus putant divinitatis alicujus ineſſe rationem,
ipſi in naturam lapidum non uſu corporis, ſed
Eſai. 2. 20. mentis habitu verterentur. Denique ex Abra-

A hæ ſecundum carnem ſucceſſione manantes, & Matth. 23. 27.
principes Sodomorum appellantur, & parietes Act. 23. 3.
dealbati: ita ſibi prærogativam generis morum
magis ſimilitudo vindicat, quàm ordo majorum.
Quinetiam ut ſcias quia lapidibus comparati
ſunt homines, arboribus quoque homines com-
paravit ſubjiciens Propheta:

Quia jam ſecuris ad radices arborum poſita eſt. ℣. 9.

76. Exempli autem ideo facta mutatio eſt; ut
B illo comparationis proceſſu quidam intelligatur
hominis clementior jam profectus. Nam illi ante
deformes ad uſum, nudi ad ornatum, ſteriles ad
fructum, irrationabiles ad profectum, jam in ar-
borum ſpeciem figurantur, quæ rationabili quo-
dam naturæ munere decoræ ad uſum, ad ad-
ſpectum venuſtæ, ad fructum opimæ, ſurgunt
cacuminibus, funduntur brachiis, replentur
fructibus, frondibus veſtiuntur. Atque utinam
nos fœcundarum uſum arborum poſſimus imi-
C tari, meritiſque creſcentibus longævæ humili-
tatis radice fundati, ſublimes ab humo, decori
ad ſpeciem adultos fructuoſorum operum ver-
tices erigamus; ne Evangelica ſecuris agricolæ
trunci radicem ſylveſtris excidat. *Væ enim mihi* 1. Cor. 9. 16.
eſt, ſi non evangelizavero. Sed vox iſta Apoſtoli-
ca eſt. Væ mihi eſt, ſi non peccata deflevero:
væ mihi eſt, ſi non media nocte ſurrexero ad
confitendum tibi: væ mihi eſt, ſi dolum proxi-
mo meo fecero: væ, ſi locutus non fuero verita-
D tem. Ad radicem ſecuris eſt poſita, faciat fruc-
tum qui poteſt gratiæ, qui debet pœnitentiæ.
Adeſt Dominus qui fructum requirat, fœcun-
dos vivificet, ſteriles reprehendat. Anni tres
ſunt ex quo venit, & fructum in Judæis invenire
non potuit: utinam inveniat in nobis. Juſſurus
eſt ſuccidi infructuoſos, ne terram occupent.
Sed qui adhuc non habet fructum, conetur ut
adferat in futurum. Bonus ille cultor agri inter-
veniet pro nobis infœcundis, pro nobis infruc-
E tuoſis; ut detur ſpatium, patientia deferatur; ne
forte & nos aliquem fructum ferre Deo poſſi-
mus.

77. Singulis quoque generibus hominum con- Diſt. 86. cap. In ſingulis.
veniens tribuit ſanctus Johannes Baptiſta reſ-
ponſum, unum omnibus: ita publicanis, ne ultra
præſcriptum exigant: militibus, ne calumniam
faciant, ne prædam requirant: docens idcirco
ſtipendia conſtituta militiæ; ne dum ſumtus quæ-
ritur, prædo graſſetur. Sed hæc & alia officio-
F rum præcepta propria ſingulorum: [c] miſericor- c
dia communis eſt uſus, ideo commune præcep-
tum: omnibus officiis, omnibus ætatibus neceſ-
ſaria, & ab omnibus deferenda. Non publica-
nus, non miles excipitur, non agricola vel ur-
banus, dives & pauper, omnes in commune ad-
monentur, ut conferant non habenti. Miseri-
cordia enim plenitudo virtutum eſt. Et ideo
omnibus eſt propoſita perfectæ forma virtutis;
ne veſtimentis alimentiſque ſuis parcant. Miſe-
ricordiæ tamen ipſius pro poſſibilitate condi-

a. Rom. edit. ſola, *formatos viros fidei robore.* Non tam com-
mode, ut ipſe orationis contextus declarat.

b. Ita vet. edit. in corpore, ac mſſ. longe plurimi. Eadem vet.
edit. in marg. *multo altius.* Rom. & cod. Corb. in gloſſa cum
paucis aliis, iiſque recentioribus, *multo aptius.* Non male: ſed
tamen alia lectio non rejicienda; namque hic *altius* idem ſonat,
atque altiori, ac profundiori ſenſu.

c. Mſſ. non pauci, nec infimæ notæ, *miſericordia communis eſt*
uſus . . . . ætatibus neceſſaria, quidam, *neceſſario*, *tamen omnibus*
deferenda. Alii quatuor, *miſericordia . . . neceſſarium & ab om-*
nibus deferendum eſt. Reliqui, ac edit. ut in textu.

tionis humanæ menſura ſervatur ; ut non ſibi unuſquiſque totum eripiat : ſed quod habet, cum paupere partiatur.

℣. 15. *Æſtimante autem populo & cogitante in cordibus*
℣. 16. *ſuis de Iohanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus ; reſpondit dicens : Ego quidem vos baptizo in aqua, in pœnitentia.*

78. Videbat ergo Johannes cordis occulta. Sed conſideremus cujus hæc gratia. Quemadmodum autem prophetis palam fiant cordis oc-
1. Cor. 14. 25. culta, Paulus oſtendit dicens : *Occulta quoque cordis ejus manifeſta fient : & procidens in faciem adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus eſt in vobis.* Dei ergo munus eſt qui revelat, non virtus hominis qui divino magis adjuvatur beneficio, quam naturali cernit officio. Quo autem proficit iſta cogitatio Judæorum, niſi ut ſecundum Scripturas veniſſe Chriſtum probetur ? Erat enim qui exſpectabatur : & ipſe utique qui exſpectabatur, non is qui non exſpectabatur, advenit. Quid autem ineptius quam quod is qui in alio æſtimatur, in ſe ipſo eſſe non creditur ? Quem per mulierem venturum putabant, per virginem veniſſe non credunt. Quæ Deo ſecundum carnem dignior generatio, quàm ut immaculatus Dei Filius immaculatæ generationis ſervaret etiam in ſuſcipiendo corpore puritatem ?
Et utique divini adventus * ſignum in virginis partu, non in mulieris conſtitutum eſt.

79. *Ego*, inquit, *vos aqua baptizo*. Cito probavit non eſſe ſe Chriſtum, qui viſibili operetur officio.[a] Nam cùm ex duabus naturis homo, id eſt, ex anima ſubſiſtat & corpore, viſibile per viſibilia, inviſibile per inviſibile myſterium conſecratur. Aquâ enim corpus abluitur, ſpiritu animæ delicta mundantur. Aliud agimus, aliud invocamus ; licet etiam in ipſo fonte ſanctificatio divinitatis adſpiret. Non enim aqua omnis ablutio eſt, ſed hæc inter ſe diviſa eſſe non poſſunt ; & ideo aliud fuit baptiſma pœnitentiæ, aliud gratiæ eſt. Iſtud ex utroque, illud ex uno ; nam cùm communia delicta ſint mentis & corporis, purificatio quoque debuit eſſe communis. Et bene ſanctus Johannes ſe intellexiſſe ſignificans quid in cordibus cogitarent, & quaſi non intellexerit, declinans majeſtatis invidiam, non verbo, ſed opere declaravit non eſſe ſe Chriſtum. Opus enim hominis eſt gerere pœnitentiam delictorum : Dei munus eſt gratiam implere myſterii.

Ibidem. *Venit autem fortior me.*

80. Non comparationem fecit, ut ipſo ſe tantùm fortiorem dixerit Chriſtum (neque enim inter Dei Filium & hominem ulla poterat eſſe collatio) ſed quia multi fortes ; nam & diabolus for-
Marc. 3. 27. tis : *Nemo* enim *poteſt vaſa fortis .... diripere, niſi prius alligaverit fortem.* Multi ergo fortes, fortior nemo niſi Chriſtus. Denique euſque non fecit comparationem, ut addiderit : *Cujus non ſum dignus calceamenta portare*, Evangelicæ prædicationis oſtendens in apoſtolos gratiam eſſe collatam, qui ſunt calceati in Evangelium.

81. Videtur tamen ideo hoc dicere, quòd plerumque Johannes perſonam accepit populi Judæorum. Unde ad hoc referunt quod ait : *Illum* Iohan. 3. 30.
oportet creſcere, me autem minui, quod oporteret minorem fieri populum Judæorum, creſcere in Chriſto populum Chriſtianum. Denique & Moyſes accepit perſonam populi : ſed ille calceamentum non Dominicum portabat, ſed pedum ſuorum. Et iſti calceati ſunt calceamento fortaſſe
non ſuorum pedum : ille autem ſolvere calcea- Exod. 3. 5.
mentum pedum jubetur ſuorum ; ut animi ejus greſſus & mentis, corporei nexus vinculis abſo-
lutus, iter ſpiritale gradiatur. Apoſtoli autem cal- Luc. 10. 4.
ceamentum depoſuerant corporale, quando miſſi ſunt ſine calceamento, ſine virga, ſine pera, ſine zona : ſed non ſtatim Domini calceamenta por-
tarunt. Fortaſſe poſt reſurrectionem portare cœ- Luc. 8. 56.
perunt ; ante enim ne cui geſta Domini dicerent,
monebantur. Denique poſtea his dicitur : *Ite* Marc. 16. 15.
in orbem univerſum, & prædicate Evangelium ; ut evangelicæ prædicationis veſtigium proferentes, toto Dominicorum ſeriem circumferrent orbe geſtorum. Eſt igitur calceamentum nuptiale
evangelica prædicatio. Sed de hoc opportunius Inf. cap. 10.
aliquid in aliis explicabimus.

Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni :
habens ventilabrum in manu ſua, & purgabit aream ℣. 17.
ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum : paleas autem igni comburet inextinguibili.

82. *Habens ventilabrum in manu.* Ventilabri indicio diſcriminandorum Dominus declaratur jus habere meritorum ; eo quod dum frumenta in area ventilantur, plena à vacuis, ab inanibus fructuoſa veluti quodam auræ ſpirantis examine ſeparantur. Per hanc igitur comparationem oſtenditur quod Dominus judicii die ſolidæ merita fructuſque virtutis ab inanis jactantiæ, exiliumque factorum infructuoſâ levitate diſcernat : perfectioris meriti viros locaturus in manſione cæleſti. Ipſe enim perfectior fructus eſt, qui meruerit ejus eſſe conformis, qui ſicut granum tritici cecidit ; ut plurimos fructus adferret in nobis, inviſus paleis, inanibus meritis non amicus. Et ideo non eum ignis ardebit, non naturâ ſui noxius ; utpote qui mala improbitatis exurat, ſplendorem probitatis accumulet.

Factum eſt autem, cùm baptizatus eſſet omnis po- ℣. 21.
pulus, & Ieſu baptizato & orante, apertum eſt cælum,
& deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut co- ℣. 22.
lumba in ipſum : & vox de cælo facta eſt : Filius meus es tu, in te complacui.

83. Baptizatus eſt ergo Dominus non mundari volens, ſed mundare aquas ; ut ablutæ per carnem Chriſti, quæ peccatum non cognovit, baptiſmatis jus haberent. Et ideo qui ad Chriſti lavacrum venerit, peccata deponit. Pulcre autem in iis quæ à ceteris dicta ſunt, ſanctus Lucas

*. Scilicet Iſai. 7. 14. *Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium* &c. Rectè autem Ambroſius Judæos arguit, qui Chriſtum ex muliere venturum putantes, hebraicam Iſaiæ vocem עלמה pro qualibet muliere, non pro virgine, quæ virginitatem in concepta & partu ſervaverit accipiendam eſſe pertinacius contendebant. Vide Huet. *Demonſt. Evang.* cap. 9.

a. Sic omnes edit. ac propemodum cuncti mſſ. Corb. tamen & alii pauculi : *Nam cùm ex duobus naturalis homo* &c. Rurſus eodem loco edit. omnes, ſed cum mſſ. omnino duobus : *viſibile per viſibile, inviſibile per inviſibile* &c. Mſſ. octo : *viſibile per inviſibile, inviſibile per viſibile* &c. Verum alii itidem propius ab editis recedentes : *viſibile per inviſibilia* &c. & hoc ſatis appoſite ad propoſitum.

Evaogeliſta compendium ſumſit, & intelligen- A dum magis quod à Johanne Domious baptizatus eſt, quam expreſſum reliquit. Quæ autem Dominici cauſa bapriſmatis, Dominus ipſe declarat [Matth. 3. 15.] dicens: *Sine modo; ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam.*

84. Cùm igitur tanta ad ædificationem Eccleſiæ ſuæ divino Deus favore conceſſerit; ut poſt patriarchas, prophetas, Angelos, unigenitus deſcenderet Dei Filius, & ad lavacrum veniret; nonne vere atque divine de Eccleſia cognovimos B [Pſalm. 126. 1.] dictom: *Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam?* Nec mirum ſi homo ædificare non poteſt, qui non poteſt cuſto- [Ibidem.] dire: *Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, in vanum vigilaverunt qui cuſtodiunt eam.* Hæc de quodam pſalmo. Audeo tamen etiam ego dicere, quod homo viam noo poſſit adoriri, niſi Dominum ha- [Deut. 13. 4.] beat præviaotem. Unde ſcriptum eſt: *Poſt dominum Deum tuum ambulabis:* [Prov. 20. 24.] Et, *A Domino diriguntur via viri.* Denique ille perfectior, qui intelli- C [Pſal. 24. 4.] geret ſe ſine Domino ambulare non poſſe: *Vias,* inquit, *tuas edoce me.* Et ut ad hiſtoriam veniamus (non enim ſimplicem tantùm rei geſtæ ſeriem debemus haurire, ſed etiam actus noſtros ad æmulatiooem ſcriptorum referre) ex Ægypto populus exivit, neſciebat viam quæ ad terram [Exod. 13. 21.] duceret ſanctam. Miſit Deus per noctem columnam ignis; ut per columnam populus viam diſceret. Miſit etiam per diem columnam nubis; ut neque ad ſiniſtram, neque ad dexteram declina- D ret. Sed oon es talis homo, ut merearis & tu ignis columnam: non habes Moyſen, non accipis ſignum; nunc enim poſt adventum Domini fides exigitur, ſigna conduntur. Time Deum, & præ- [Pſal. 33. 8.] ſume de Domioo: *Immittit* eoim *Angelos Dominus* [a Auguſt. lib. de gratia Chriſti cap. 44.] *in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Vides itaque quia ubique Domini virtus ſtudiis cooperatur humanis; ut nemo poſſit ædificare ſine Domino, nemo cuſtodire ſine Domioo, nemo quidquam incipere ſine Domino. Et ideo juxta Apoſ- E [1. Cor. 10. 31.] tolum: *Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.* In duabus enim epiſtolis: [Coloſſ. 3. 17.] alibi *in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti:* alibi *in gloriam Dei* facere te præcipit; ut ſcias eamdem eſſe Patris & Filii gloriam, eamdemque virtutem: nec in aliqoo circa ſui divinitatem Patrem & Filium diſcrepare, qui circa præſidia noſtra [Pſal. 126. 1.] non diſcrepant. Docuit igitur me David quod nemo ſine Domino ædificet domum, cuſtodiat F civitatem.

[Gen. 1. 1.] 85. Docuit me etiam Moyſes quod nemo niſi Deus fecerit mondum: *In principio* enim *fecit Deus* [Gen. 2. 7.] *cælum & terram.* Docuit etiam quod hominem Deus opere ſuo fecerit; oec otioſe poſuit: *Finxit Deus hominem de limo terra, & inſufflavit in faciem ejus flatum vita;* ut actum quemdam Dei circa ædificationem hominis uſu quodam corporalis operationis advertas. Docuit etiam quia & mulie- [Ibidem 21. & 22.] rem fecit Deus: *Immiſit* enim *Deus ſoporem in Adam, & dormivit, & ſumſit unam coſtam de latere* A *ejus,* [a] *& replevit carnem ejus: & ædificavit dominus Deus coſtam quam ſumſit ab Adam, in mulierem.* Non fruſtra, ut dixi, corporalibus quibuſdam manibus circa Adam & Evam Moyſes Deum inducit operantem. Muodum Deus fieri juſſit, & factus eſt, & uno verbo opus mundi Scriptura indicat [Pſal. 148. 5.] abſolutum: ad hominem venitur, & maous ipſas quodammodo ſtuduit tibi Propheta Dei laborantis oſtendere.

86. Plus neſcio quid in his intelligere, quam B lego, opera Dei elaborata me cogunt. Subveoit Apoſtolus æſtuanti, & quod ego noo intelligebam quid eſſet: *Os de oſſibus meis, & caro de carne* [Ibidem. 23.] *mea:* Et, *Hæc vocabitur mulier; quoniam de viro ſuo adſumta eſt,* divino mihi ſpiritu revelavit dicens: *Sacramentum hoc magnum eſt.* Quod ſacramentum? [Epheſ. 5. 32.] *Quia duo erunt in carne una:* Et, *Quia relinquet* [Ibidem 31.] *homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ:* Et, *Quoniam membra ſumus corporis ejus, de carne* [Ibidem. 30.] *ejus, & de oſſibus ejus.* Quis eſt iſte vir propter C quem mulier parentes relinquat? Relinquit parentes Eccleſia, quæ de gentilibus populis congregata eſt, cui prophetice dicitur: *Obliviſcere po-* [Pſal. 44. 11.] *pulum tuum, & domum patris tui.* Propter quem virum, niſi fortè illum de quo dicit Johannes: *Poſt* [Johan. 1. 27.] *me venit vir, qui ante me factus eſt?* De cujus latere dormientis coſtam Deus ſumſit; ipſe enim eſt qui dormivit, & quievit, & reſurrexit; quoniam Dominus ſuſcepit eum. Quæ eſt hujus coſta,[b] niſi [b] virtus? Quia tunc quando miles latus ejus ape- [Johan. 19. 34.] D ruerit, continuò aqua & ſanguis exivit, qui effuſus eſt pro ſæculi vita. Hæc ſæculi vita, coſta Chriſti eſt: hæc coſta ſecundi eſt Adam. Primus enim Adam in animam vivcotem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem: noviſſimus Adam Chriſtus eſt, coſta Chriſti vita Eccleſiæ eſt. Nos ergo membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, & de oſſibus ejus. Et fortaſſe hæc eſt coſta de qua dixit: *Sentio de me virtutem exiſſe.* Hæc eſt coſta [Luc. 8. 46.] quæ de Chriſto exivit, nec corpus ejus immiouit; E non enim corporalis, ſed ſpiritalis eſt coſta: ſpiritus autem non dividitur ipſe: ſed dividit ſingulis prout vult. Hæc eſt Eva mater omnium viventium. Si enim [c] intelligas viventem com mor- [c] tuis quæri, iotelligis eos mortuos eſſe, qui ſine Chriſto ſunt, qui participes vitæ non ſunt; hoc eſt enim Chriſti non eſſe participes, quia Chriſtus eſt vita. Mater ergo viventium Eccleſia eſt, quam ædificavit Deus in ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu, io quo omnis ſtructura com- F paginata creſcit in templum Dei.

87. Veniat ergo Deus, ædificet mulierem, illam quidem adjutricem Adæ, hanc vero Chriſti. Non quia Chriſtus adjumeotum requirit, ſed quia nos quærimus & deſideramus ad Chriſti gratiam per Eccleſiam pervenire. Et nunc ædificatur, & nunc formatur, & ounc mulier figuratur, & nunc creatur. Et ideo novo verbo uſa eſt Scriptura; quia [Epheſ. 2. 20.] ſoperædificamur ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum. Et ounc domus ſpiritalis ſurgit in ſacerdotium ſanctum. Veni, domine Deus, ædifica mulierem iſtam, ædifica civitatem;

a. Sic mſſ. undecim optimæ notæ. Alii partim: *replevit eam carne;* partim cum edit. *replevit locum ejus carne* quibus verbis non male redduntur græca illa LXX. Senum, ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς, ſed præpoſitionem ἀντ' abfuiſſe a cod. Ambroſiano credibile eſt.
b. Rom. edit. *niſi vita:* reliquæ, & cuncti mſſ. *niſi virtus.* Et hæc lectio inde confirmatur, quod citatur infra: *Sentio de me virtutem exiſſe*
c. Mſſ. ſeptem: *intelligas viventium, quid cum mortuis quæris?* Alii tres, *intelligas viventem, cum mortuis non quæris.* At potior videtur aliorum atque edit. lectio.

Eſai. 45. 13. veniat & puertuus; tibi enim credo diceoti: *Ipſe* A
adificabit civitatem mibi.

88. Ecce mulier omnium mater, ecce domus
ſpiritalis, ecce civitas quæ vivet in æternum;
quia mori oeſcit. Ipſa enim eſt civitas Hieruſa-
lem, quæ ouoc videtur in terris: ſed rapietur ſu-
pra Eliam; Elias enim unus fuit. Transferetur
ſuper Enocb, cujus mors oon invenitur. Ille enim
raptus eſt, ne malitiâ mutaretur cor ejus: bæc
autem diligitur à Chriſto quaſi ſponſa glorioſa,
ſancta, immaculata, ſine ruga. Et quanto melius B
totum corpus adſumitur, quam unus adſumtus
eſt? Hæc enim eſt ſpes Eccleſiæ. Rapietur pro-
fectò, adſumetur, transferetur ad cælum. Ecce
curru igneo raptus eſt Elias: rapietur & Eccleſia.
Non mihi credis? Crede vel Paulo, in quo Chriſ-
1 Theſ. 4. 16. tus locutus eſt: *Rapiemur*, inquit, *in nubibus ob-
viam Chriſto in aera, & ita ſemper cum Domino
erimus.*

89. Ad banc igitur ædificandam mittuotur
quidem plures, mittuntur patriarchæ, mittuotur C
prophetæ, mittitur Gabriel Archangelus, innu-
meri Angeli diriguntur, & multitudo cæleſtis
exercitus Deum laudat; quia civitatis bujus ædi-
ficatio propinquat. Mittuntur plures ad eam, ſed
Chriſtus eam ſolus ædificat: verùm noo eſt ſo-
lus; quia Pater præſens eſt. Et ſi ſolus ædificat;
gratiam tamen tantæ ædificationis non ſolus
2. Par. 2. 2. uſurpat. Scriptum eſt de templo, quod ædifica-
a vit Salomon, in quo typus Eccleſiæ fuit, [a] quia
ſeptuaginta millia erant qui in bumeris porta- D
rent, & octogiota millia lapidum cæſores, & tria
millia ſexceoti operum præpoſiti. Veniant Ange-
li illi, veniant lapidum cæſores: cædantur ſuper-
flua lapidum noſtrorum, aſpera levigentur. Ve-
niant & qui in humeris portant; ſcriptum eſt
Eſai. 49. 22. enim: *Super humeros tollentur.*

Matth. 3. 13. 90. Venit ergo ad Johannem, quoniam cætera
comperiſtis. Venit ad Johannis baptiſma: ſed
Johannis baptiſma babebat pœnitentiam delic-
torum. Et ideo prohibet eum Johannes, dicens: E
Ibidem. 14. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Cur
venis ad me, qui peccatum oon habes? Ille enim
baptizaodus eſt à me, qui peccatum habet: qui
autem peccatum non fecit, lavacrum pœniten-
Ibidem. 15. tiæ cur requirat? *Sine*, inquit, *modo*: boc eſt, dum
Eccleſia ædificetur, *decet nos implere omnem juſti-
tiam.* Quæ eſt juſtitia, niſi miſericordia? *Diſperſit*
Pſal. 111. 9. enim, *dedit pauperibus: juſtitia ejus manet in ater-
num.* Dedit mihi pauperi, dedit mihi inopi gra-
tiam quam ante non habui. *Juſtitia* ergo *ejus* F
manet in aternum. Quæ eſt juſtitia, oiſi ut quod
alterum facere velis, prior ipſe incipias, &
tuo alios horteris exemplo? Quæ eſt juſtitia, niſi
ut qui carnem ſuſcepit, non quaſi Deus ſenſum
aut miniſterium carnis excluderet: ſed quaſi bo-
mo carnem vinceret; ut vincere me doceret?
Docuit enim me qua ratione poſſim terrenis
concretam vitiis obnoxiæ carnis illuviem ſepeli-
re criminibus, reoovare virtutibus.

A 91. O vere divinam io ipſa humilitate Domini
proſpicientiam! Quanto enim abjectior humili-
tas, tanto divinior providentia. Injuriarum ſua-
rum acerbitate Deus proditur: & remediorum
ſuorum uſu, qui nullis remediis indigeret, Deus
probatur. Quid enim tam divinum ad populos
provocandos, quam ut nemo refugiat lavacrum
gratiæ, quaodo Chriſtus lavacrum pœnitentiæ
noo refugit? Nemo ſe dicat exſortem eſſe pec-
cati, quando Chriſtus venit ad remedium pecca-
B torum. Si pro nobis Chriſtus lavit, immo nos in
corpore ſuo lavit: quanto magis oos noſtra de-
licta lavare debemus? Quo igitur magis opere,
quo magis myſterio Deus (quamquam Deus in
omnibus) quàm boc probatur; quando per to-
tum mundum, qua generis bumani conditio diſ-
fuoditur, per ſeparatarum divortia tractuſque
regionum, uno momento in uno corpore Deus
fraudem vetuſti erroris abolevit, gratiam regni
cæleſtis effudit? Unus enim merſit, [b] ſed elevavit b
C omnes: unus deſcendit, ut adſcenderemus om-
nes: unus omnium peccata ſuſcepit, ut in illo
omnium peccata morerentur. Purificate igitur
vos, ut Apoſtolus dicit; quia purificavit ſe ille Jacob. 4. 8.
pro nobis, qui purificatione oon eguit. Hæc de
oobis.

92. Nunc conſideremus myſterium Trinitatis.
Unum Deum dicimus: ſed Patrem confitemur,
& Filium Deum confitemur. Nam cùm ſcriptum
ſit: *Diliges dominum Deum tuum, & ipſi ſoli ſervies.* Deut. 10. 20.
D negavit Filius eſſe ſe ſolum, dicens: *Sed non ſum* Johan. 16. 32.
ſolus; Pater enim mecum eſt. Nec ounc ſolus eſt;
Pater enim ſe adeſſe teſtatur. Adeſt & Spiritus
ſanctus; numquam enim poteſt à ſe Trinitas ſe-
parari. Denique *Apertum eſt cælum, & deſcendit Spi-
ritus ſanctus corporali ſpecie, ſicut columba.* Quomo-
do ergo hæretici dicunt quia ſolus in cælo eſt,
qui oon eſt ſolus in terris? Advertamus myſte-
rium: quare ſicut columba? Simplicitatem enim
lavacri requirit gratia; ut ſimus ſimplices ſicut
E columbæ. Pacem lavacri requirit gratia, [c] quam c
in typo veteri columba quondam ad illam arcam Gen. 8. 11.
quæ ſola fuit diluvii immunis, advexit. Docuit
me cujus typus columba illa fuerit, qui nunc deſ-
cendere dignatus eſt in ſpecie columbæ. Docuit
in illo ramo, in illa arca typum fuiſſe pacis Eccle-
ſiæ, quòd inter ipſa mundi diluvia Spiritus ſanc-
tus ad Eccleſiam ſuam pacem adferat fructuo-
ſam. Docuit etiam David, qui propbetico ſpiritu
cernens baptiſmatis ſacramentum, ait: *Quis dabit* Pſal. 54. 7.
F *mibi pennas ſicut columba?*

93. Venit ergo Spiritus ſanctus: ſed adtende
myſterium. Venit ad Chriſtum. *Omnia* enim *per* Coloſſ. 1. 16. & 17.
ipſum..... facta ſunt..... & in ipſo conſtant. Sed vide
benevolum Dominum, qui ſolus ſe injuriis ſubdi-
dit, ſolus gratiam non quæſivit. Et ubi ædifica-
vit Eccleſiam? *Rogabo*, inquit, *Patrem, & alium* Johan. 14. 16. & 17.
*Paracletum dabit vobis, ut vobiſcum ſit in aternum,
ſpiritum veritatis, quem bic mundus non poteſt acci-
pere; quia non videt eum, nec agnoſcit eum.* Meritò

a. Vet edit. ac mſſ ſeptem: *quia tria millia ſexcenti erant qui portabant in humeris: & ſeptuaginta millia lapidum caſores*, vel *lapides*, vel etiam, *lapidi-caſores*: *& octoginta millia tollentes ontra. Veniant* &c. Alii cum edit. Rom ut nos in corpore, niſi quod in pleriſque deſiderantur hæc verba: *Et tria millia ſexcenti operum prapoſiti.* Alii denique ordine paululùm inverſo eumdem ac in textu ſenſum retinent.

b. Edit. Eraſ. Gill. & Rom. *ſed lavit omnes*: Am. *Sed levavit*: Mſſ ad unum: *ſed elevavit*: At Ful. & Colb. duo pro *omnes*, legunt, *multos*.

c. Rom edit. *quam in typo oliva*. Certum quidem eſt vocibus, *in typo veteri*, deſignari olivam, ut ex ſequentibus intelligitur: ſed non ideo ea vox in textum intrudenda. Porro in prophanis etiam auctoribus oleam pacis ſymbolum eſſe notius eſt, quàm ut vel à tenuiter docto poſſit ignorari. Hanc autem ejus rei cauſam reddunt, quod artibus, quæ maxime in pace florent, oleum uſui ſit-

ergo

ergo ſe in corpore demonſtravit; quoniam divi- A nitatis ſubſtantia non videtur.

94. Vidimus Spiritum ſed in ſpecie corporali: videamus & Patrem. Sed quia videre non poſſumus, audiamus. Adeſt enim benevolus Deus, non derelinquet templum ſuum. Vult omnem exædificari animam: vult eam ad ſalutem informare: vult lapides vivos à terra ad cælum transferre. Diligit templum ſuum: & nos diligamus eum. Si diligimus Deum, præcepta ejus ſervemus. Si dili-
1. Iohan 2. 4. gimus eum, noverimus eum. *Qui enim dicit quia* B *novit eum, & præcepta ejus non ſervat, mendax eſt.* Quomodo enim poteſt Deum diligere, qui non diligit veritatem, cùm Deus veritas ſit? Audiamus ergo Patrem; inviſibilis enim Pater: ſed & Filius inviſibilis ſecundum divinitatem; Deum enim nemo vidit umquam. Cùm ergo [a] Filius Deus, in eo utique quod Deus Filius, non videtur; ſed demonſtrare ſe voluit in corpore: & quia Pater corpus non gerebat, ideo probare voluit Pater nobis in Filio ſe eſſe præſentem, C dicens: *Filius meus es tu, in te complacui.* Si vis diſcere Filium cum Patre ſemper eſſe præſen-
Pſal. 138. 8. tem, lege Filii vocem dicentis: *Si adſcendero in cælum, tu ibi es: ſi deſcendero ad infernum, ades.* Si Patris teſtimonium quæris, audiſti à Johanne. Crede igitur ei, cui ſe baptizandum credidit Chriſtus, cui Pater Filium cæleſti voce commiſit, dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo complacui.* Matth. 3. 17.

95. Ubi ſunt arriani, quibus non placet Filius, in quo complacuit Pater? Hoc non ego dico, neque hominum quiſquam locutus eſt; neque enim per hominem Deus, neque per Angelos, neque per Archangelos: ſed ab ipſo Patre vox de cælo miſſa ſignavit. Deinde alibi idem Pater repetit, dicens: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo* Matth. 17. 5.
complacui: ipſum audite, dicentem utique audite: *Ego & Pater unum ſumus.* Qui ergo [b] Filio non Iohan. 10. 10.
credit, non credit Patri. Teſtis eſt ille de Filio: ſi dubitatur de Filio, paterno non creditur teſtimonio. Deinde cùm dicit: *In quo complacui*; non aliena in Filio, ſed ſua laudat. Quid eſt enim dicere: *In quo complacui*; [c] niſi quia omnia quæ habet Filius, & Pater habet: ſicut & quæ Patris ſunt, Filii ſunt? Filius dixit: *Omnia quæ habet Pater, mea* Iohan. 16. 15.
ſunt; indifferentis enim divinitatis potentia non ſecernit inter Patrem & Filium, ſed unam Patri Filioque participat poteſtatem. Credamus Patri, cujus vocem elementa ſonuerunt: credamus Patri, cujus voci elementa obſequium præbuerunt. Credidit mundus in elementis, credat in hominibus: credidit in exanimis, credat in viventibus: credidit in mutis, credat in loquentibus: [d] credidit in iis quæ non habent ſenſum, credat in iis qui ſenſum, ut Deum cognoſcerent, conſecuti ſunt.

a. Rom. edit. *Filius Dei in eo utique quod Deus eſt, non videatur, demonſtrare* &c. Vet. *Filius Dei.. Deus eſt, non videtur, ſed demonſtrare* Ab his propius recedunt ſcripti cod. quos ſequimur.
b Edit. ac pauci mſſ. *Filium non credit.* Alii plures, & potiores, *Filio non credit.* quod quidem aptius cohæret cum ſuperioribus.
c Ita edit. omnes: at contra omnes mſſ. *niſi omnia quæ habet Filius, mea ſunt, ſicut Filius dixit: omnia quæ habet Pater, mea ſunt. Indifferentis* &c. In uno vel altero omittitur: *ſicut Filius* &c. & pro, *Indifferentis*, ponitur, *Indifferenter*, aut *Indifferens*
d. Deſiderantur in mſſ. ſeptem, neque illis quidem infimæ notæ; *credat in iis quæ non habent ſenſum* quæ verba cùm ad ſententiam non ſint abſolute neceſſaria, potuerunt in ſequioris ævi cod. irrepere. Cùm autem exſtent in multis mſſ. & omnibus edit. ea loco movere viſum non eſt.

LIBER TERTIUS.

Et ipſe Ieſus erat incipiens fere annorum triginta, qui putabatur eſſe filius Ioſeph.

1. De generationibus dicturi, quarum nonnullam videmus in Evangelio ſecundùm Matthæum, vel in hoc cujus interpretationem habemus in manibus, eſſe diſtantiam; quoniam non eſt credibile adverſantia ſibi ſanctos viros potuiſſe dicere, [a] de geſtis præſertim domini Salvatoris, quanto ſtudio poſſumus, non dixiſſe eos diſcrepantia demonſtremus.

2. Et primùm omnium neminem movere debet quod ita ſcriptum eſt: *Qui putabatur eſſe filius Ioſeph.* Bene enim putabatur, quia naturâ non erat: ſed ideo putabatur; quia eum Maria, quæ Joſeph viro ſuo erat deſponſata, generaverat;
Matth. 13. 55. ſic enim habes: *Nonne hic eſt filius Ioſeph fabri?* Diximus ſupra qua ratione per virginem: diximus etiam qua ratione per deſponſatam, & quare cenſus tempore naſci voluerit dominus Salutaris: non alienum etiam videtur ut qua ratione [*] fabrum patrem habuerit, declaremus. Hoc enim typo eum patrem ſibi eſſe demonſtrat qui fabricator omnium condidit mundum; juxta D quod ſcriptum eſt: *In principio fecit Deus cælum &* Gen. 1. 1.
terram. Nam etſi humana non ſunt comparanda divinis; typus tamen integer eſt quod Pater Chriſti igne operatur & Spiritu, & tamquam bonus animæ faber vitia noſtra circumdolat, cito ſecurim admoveos arboribus infœcundis, ſecare doctus exigua, culminibus ſervare ſublimia, rigida mentium ſpiritus igne mollire, & in varios uſus omne humanum genus diverſa miniſteriorum qualitate formare.

E 3. Cur autem Joſeph magis quam Mariæ generatio deſcribatur, cùm Maria de Spiritu ſancto generaverit Chriſtum, & Joſeph à generatione Domini videatur alienus, dubitare poſſemus, niſi conſuetudo nos inſtrueret Scripturarum, quæ ſemper viri originem quærit. Sic enim habes: Phares fuit filius Judæ principis Tribus: *Hic ge-* Matth. 1. 3. & ſeq.
neravit Heſron, & Heſron generavit Aram, & Aram generavit Hamminadab, & Hamminadab generavit Nabaſſon, & Nabaſſon generavit Salmon, & Salmon F *generavit Booz, & Booz generavit Hobed, & Hobed generavit Ieſſe, & Ieſſe generavit David.* Viri enim perſona quæritur, qui etiam in ſenatu & reliquis [*] curiis civitatum generis adſerit dignitatem,

a. Rom. edit. ſola, *de generationibus præſertim* &c.
*. Cujuſmodi faber fuerit S. Joſeph in controverſo eſt. Alii volunt fuiſſe ferrarium, quidam cæmentarium, plures lignarium; unde illud eccleſiaſtici viri dictum ad Julian. apoſt. ὅτι ὁ τέκτονος υἱὸς θήκην αὐτῷ ξυλίνην πρὸς ταφὴν κατασκευάζει. Videtur autem ab Ambr. ſignificari ſimul & ferrariam & lignariam artem Joſephum exercuiſſe, ut ſequentia clare oſtendunt.
*. Curiæ apud Romanos triginta fuerunt, in quas Romulus univerſum populum diviſit, quem morem aliæ quoque civitates imitatæ ſunt. Indicat itaque Doctor noſter viros in ſuæ quemque curiæ tabulas referri atque adſcribi ſolitos, non feminas. Alias quoque ſignificationes habet ea vox, quas colligere eſt ex Cod. Theod. lib. 16. Tit. 2. lib. 2. 3. 28. & alibi. Nonnullas etiam Roſinus lib. 6. *Antiq. Rom.* cap. 2. refert, atque alii.

Quam deforme autem ſi relicta viri origine, A origo feminæ quæreretur, ut videretur patrem non habuiſſe ille totius mundi populis prædicandus?

4. Sed etiam alibi diverſo ordine generationem doceamus eſſe decurſam; ne hîc quoque Evangeliſtæ diſcrepare videantur, qui veterem 1. Reg. 1. 1. ordinem ſunt ſecuti. Sic enim habes: *Fuit homo* [a] *ex Arath, & nomen ejus Elcana, filius Heremiel, filius Heli, filius Ozi de monte Ephraim.* Vides & à patribus ad filios, & à filiis ad patres originis de- B ſcriptionem veteri more contextam. Vides ubique familiam per virorum generationes eſſe de- Matth. 1. 2. curſam. Noli mirari ſi Matthæus ab Abraham uſque ad Joſeph, Lucas à Joſeph uſque ad Adam, & ad Deum generationum ordinem percurrit. Noli mirari quod Joſeph origo deſcripta eſt. Etenim ſecundum carnem natus, uſum debuit ſequi carnis: & qui in ſæculum venit, ſæculi debuit more deſcribi; maxime cùm in Joſeph origine etiam origo ſit Mariæ. Nam cùm vir juſtus C fuerit Joſeph, utique ex tribu ſua, & ex patria ſua accepit uxorem: nec potuit juſtus facere contra id quod Lege præſcriptum eſt. Sic enim habes, Num. 36. 6. 7. & 8. quia unuſquiſque in hereditatem tribus ſuæ patriæ adhærebunt filii Iſrael, nec de tribu ad tribum tranſibunt: & omnis filia quæ habet hereditatem tribuum filiorum Iſrael, uni ex populo, & Luc. 2. 4. & 5. ex tribu patris ſui erit uxor. Itaque & cenſus tempore adſcendit Joſeph de domo & de patria David, ut profiteretur cum Maria uxore ſua. Quæ D ex eadem domo, & ex eadem patria profeſſionem defert, utique ejuſdem tribus, & ejuſdem patriæ ſe eſſe deſignat.

Luc. 1. 36. 5. Cognata quoque Mariæ inducitur Elizabeth: primo quod omnes Judæi cognati, quem- Rom. 9. 3. & 4. admodum te Apoſtolus docuit dicens: *Optabam enim anathema eſſe ipſe.... pro fratribus meis, cognatis ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ.* Cognatæ ergo, quia ambæ Iſraelitæ erant: ſimul & cognatæ, quia ambæ erant ex tribu Juda. Didiciſti E ex tribu Juda Mariam, diſce & Elizabeth. Nam Luc. 1. 39. & 40. *Exſurgens Maria in diebus illis, abiit in montana cum feſtinatione, in civitatem*, inquit, *Juda. & in-* Num. 2. 2. *travit in domum Zachariæ.* Cùm enim intra tribus ſuas Moyſes habitare unumquemque præſcripſerit: utique cùm in civitate Judæ manſerit, erat & in tribu Juda; maxime cùm ex genere Elizabeth fuerint ſacerdotes, quorum Deus portio eſt. Simul quam pulcrum, ut cùm illa prænuntium Chriſti, Chriſtum iſta generaverit: & alte- F ra de Spiritu ſancto conceperit, altera ſancto repleta Spiritu prophetaverit; ſecundum carnem quoque videantur fuiſſe cognatæ, quæ ſecundùm Deum ſpiritalis cognationis conſortio non Epheſ. 5. 23. carebant? Quod ſi omnis feminæ caput vir ſecundùm ſanctum Apoſtolum, & ſunt duo in car- Gen. 2. 24. ne una ſecundum legem divinam: utique ii qui una caro erant, & unus ſpiritus, quomodo poterat fieri ut viderentur patriam & tribum habere diviſam? Accedit illud quod etiam Angelus Ga- Luc. 1. 32. briel de Domino prænuntiaverat, quod *Dabit illi Deus ſedem David patris ſui.* Certum eſt igitur etiam Mariam de David generatione manaſſe. Simul etiam diſcimus nihil referre quo ordine generationis ſeries exprimatur, cùm iter hinc atque inde ſit pervium.

6. Cur autem ſanctus Matthæus ab Abraham generationem enumerare cœperit Chriſti, ſanctus verò Lucas à Chriſto uſque ad Deum perduxerit, explanandum videtur. Sed prius cur ſanctus Matthæus cùm ab Abraham cœperit generationis ordinem, non ita poſuerit: Liber generationis Abrahæ: ſed, *Liber generationis Jeſu* Matth. 1. 1. *Chriſti filii David, filii Abraham.* Et cur hos duos potiſſimum nominaverit, nequaquam prætereundum puto. Non enim otioſe fideliſſimi auctores generis eliguntur; ut intelligamus quod in ipſa generatione carnis, ſpiritalis magis ſucceſſio requiratur. Duo ſunt enim iſti viri in quos manaverunt promiſſa divina.

7. Prior Abraham qui ante Moyſi legem, & ante populum Judæorum propria derelinquens, & cognoſcens Deum, meruit fidei teſtimonium; quia *Credidit Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam:* Gen. 15. 6. qui etiam à Deo accepit oraculum, dicente ſibi: *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo* Gen. 12. 1. 2. & 3. *patris tui, & vade in terram quam tibi monſtrabo, & faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, & benedicam benedicentes te, & maledicam maledicentes te, & benedicentur in te omnes tribus terræ.* Vides igitur congregationes gentium, & ſacroſanctum Eccleſiæ cœtum oraculo divino huic eſſe primò promiſſum. Et ideo is auctor generis debuit deſignari, qui inſtaurandæ Eccleſiæ ſponſionem primus emeruit.

8. David quoque meritò & ipſe auctor generis declaratur; quia cum jurejurando reſponſum, quod ex ipſo ſecundum carnem Chriſtus futurus eſſet, accepit; ſic enim ſcriptum eſt: *Juravit Do-* Pſal. 131. 11. *minus David veritatem, & non pœnitebit eum: Ex fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Et alibi: *Semel juravi in ſancto meo, ſi David mentiar, ſemen* Pſal. 88. 36. 37. & 38. *ejus in æternum manebit, & ſedes ejus ſicut ſol in conſpectu meo.* [b] Et in Paralipomenis: *Et erit cùm* 1. Par. 17. 11. 12. & 13. *completi fuerint dies tui, & dormies cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, qui erit de ventre tuo, & parabo regnum ejus. Ipſe mihi ædificabit domum, & erigam ſedem ejus in ſæculum. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium, & miſericordiam meam non diſpergam ab eo, ſicut diſperſi ab iis qui ante te fuerunt.* Per Eſaiam quoque idem Domi- F nus Deus generationem Domini revelavit, dicens: *Exiet virga de radice Jeſſe, & flos ex radice* Eſai. 11. 1. & 2. *ejus adſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ & intellectus.* Et infra: *Et erit* Ibidem. 10. *radix Jeſſe, & qui exſurget imperare gentibus: in ipſo gentes ſperabunt.* Et alibi: *Puer natus eſt nobis,* Eſai. 9. 6. *filius datus eſt nobis, cujus principium ſuper humeros ejus, & vocabitur nomen ejus, magni conſilii Angelus. Adducam enim pacem ſuper principes & ſalutem: & magna poteſtas ejus, & pacis ejus non erit finis, in ſede David, & in regno ejus.* In quo juxta Aquilæ quoque interpretationem non quaſi de homine, ſed de eo qui ultra hominem eſſet,

a. Rom. edit. *ex Aramathaim Sophim.... filius Hierehum, filii Helm, filii Sophi.* Mſſ. Carn. Gem. Prat. *ex Ramath* &c. Rurſus Gem. Prat. *filius Jeremiel.* Carn. *Heromel, filius Heli, filius Zoi.* Quibus accedit Corb. niſi quod habet, *ex Arath*, & ſcribit, *Iheremiel.* Reliqui vero cum ant. edit. noſtram exhibent lectionem.

b. Edit. ac pauci mſſ. *Et in Paralipomenon.* Aliquot alii, *Et in Paralipomenenis.* Melius Corb. alii nonnulli, *in Paralipomenis*, ex græco ἐν [illegible].

vidimus exſtitiſſe promiſſum. Idem enim interpretatus eſt: [A] *Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & factu eſt menſura ejus in humero ejus, & vocabitur nomen ejus, admirabilis conſiliarius, Deus fortis, potens, pater ſaculi, princeps pacis. Ejus impleta eſt diſciplina, & pacis ejus non eſt finis, ſupra ſedem David, & ſupra regnum ejus.*

9. Omnia convenire de Chriſto evidentibus ſignatur oraculis, nec poſſe divinæ fructum potentiæ ad Salomonis gratiam derivari, qui David filius fuit, cujus finis haud dubie cognoſcitur. [B] Finis enim fuit regni Salomonis, & pacis, ut Regnorum lectionibus demonſtratur. Unus eſt Chriſtus, cujus regnum non habet finem. Deinde nullis Salomon gentibus imperavit, Chriſtus vero Eccleſiam de nationibus congregavit univerſis. Poſtremò vivente David, & natus eſt Salomon, & regnum eſt conſecutus. Hic autem qui promittitur, poſt mortem David ſurrecturus eſſe monſtratur, ſicut habes: [*1. Par. 17. 11. & 12.*] *Quia cùm completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo de* [C] *ſemine tuo, qui erit ex ventre tuo, & parabo regnum ejus. Ipſe mihi ædificabit domum, & erigam ſedem ejus in ſæculum.* Numquid in ſæculum regnavit Salomon, qui annis tantummodo quadraginta regnavit? [*Ibidem. 13.*] *Ego ero*, inquit, *ei in patrem, & ille mihi in filium.* Quis eſt iſte proprius Dei Filius, niſi cui dictum eſt: [*Pſal. 2. 7.*] *Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Et, [*1. Par. 17. 13. & 14.*] *Miſericordiam meam non diſpergam ab eo ... & fidelem eum ſervabo in domo mea, & in regno ejus in ſæculum?* At vero Salomonem fortaſſe ideo erraſſe [D] tam graviter, ne errarent homines, & ad ipſum crederetur manaſſe promiſſum, divinarum ſerie cognovimus lectionum. [*3. Reg. 11. 4. 5. & ſeq.*] Ædificavit enim templum Aſtartæ idolo propter amorem mulieris, & indignatus eſt Dominus in Salomonem. Si igitur, vivente David, regnare cœpit (ſic enim habes, quod cùm eſſet nuntiatum David regnare Salomonem, adoravit rex David in cubili ſuo, & dixit: [*3. Reg. 1. 48.*] *Benedictus dominus Deus Iſrael, qui dedit mihi hodie de ſemine meo ſedentem in throno meo,* [E] *& oculi mei videns*) ſi erravit, ſi offendit, vides quoniam promiſſi ſeries Chriſtum ſpopondit.

10. Et ideo iſtos duos generis auctores Evangeliſta delegit: unum, qui promiſſum accepit de congregatione populorum: alterum, qui de generatione Chriſti oraculum conſecutus eſt. Et ideo licet ordine ſit ſucceſſionis poſterior, prior tamen quam Abraham in Domini generatione deſcribitur; quia plus eſt promiſſum accepiſſe de Chriſto, quàm de Eccleſia; quoniam Eccleſia [F] ipſa per Chriſtum. Ergo unus princeps generis ſecundum carnem, alter princeps generis ſecundum ſpiritum: alter ſecundum ſeminis gratiam, alter ſecundum populorum fidem; potior enim qui ſalvat eo qui ſalvatur. Et ideo David filius dicitur: [*Matth. 1. 1.*] *Liber generationis Ieſu Chriſti, filii David.* Ejus enim primo loco debuit filius dici, cui dari filius eſt promiſſus; licet Apoſtolus etiam Abrahæ Chriſtum dicat eſſe promiſſum: [*Galat. 3. 16.*] *Abrahæ enim dicta ſunt promiſſiones, & ſemini ejus. Non dicit: Et ſeminibus, tamquam in multis, ſed ſicut in uno: Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus*; ut alteri proprietas generationis, principatus alteri deferatur. Illi delatum eſt, ut Jeſus ejus filius diceretur: huic quaſi principi, familiæ gentiumque prærogativa [A] ſervatur; ut ab Abraham generationis Dominicæ manaret exordium. Qui enim fidei auctor eſt, ipſum adſerere Scriptura quoque debuit divinæ generationis auctorem.

11. Unde & Lucas ad Deum putavit originem ejus eſſe referendam; quod verus Chriſti generator Deus ſit, vel ſecundum veram generationem parer, vel ſecundum lavacri regenerationem myſtici muneris auctor. Et ideo non à primo generationem ejus cœpit deſcribere: ſed poſtea [B] quam baptiſmum ejus explicuit, auctorem omnium Deum per baptiſmum cupiens demonſtrare, Chriſtum quoque à Deo ordine manaſſe ſucceſſionis adſeruit: univerſa contexens, ut & ſecundum naturam, & ſecundum gratiam, & ſecundum carnem Dei Filium demonſtraret. Quod autem evidentius divinæ generationis indicium, quam quod de generatione dicturus, ipſum Patrem præmiſit loquentem: [*Luc. 3. ſup. 22.*] *Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui?*

[C] 12. Hìc quoque aliqui ſolent inſerere quæſtiones, quod Matthæus ab Abraham uſque ad Chriſtum quadraginta duas generationes enumeraverit, Lucas vero quinquaginta; & quod per alias perſonas Matthæus, per alias Lucas generationem manaſſe deſcripſerit: in quo jam potes illud probare quod diximus, quia cùm alios Matthæus majores Dominici generis, alios verò Lucas in ordine generationis texuerit; ab Abraham tamen & David reliquos auctores generis [D] uterque ſignavit.

13. Quod vero per Salomonem Matthæus generationem derivandam putavit, Lucas vero per Nathan: alter regalem, alter ſacerdotalem Chriſti familiam videtur oſtendere. Quod non ita accipere debemus, quòd alterum altero verius: ſed alter alteri pari fide & veritate concordet. Fuit enim vere & ſecundum carnem regalis, & ſacerdotalis familiæ: rex ex regibus, ſacerdos ex ſacerdotibus, licet oraculum non de [E] carnalibus, ſed de cæleſtibus exprimatur; quoniam & rex in Dei virtute lætatur, cui judicium à Patre rege defertur, & ſacerdos eſt in æternum, ſecundùm quod ſcriptum eſt: [*Pſal. 109. 4.*] *Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Bene igitur uterque tenuit fidem; ut Matthæus per reges ductam originem comprobaret, & Lucas per ſacerdotes à Deo tranſmiſſam in Chriſtum ſeriem generis deducendo, ſanctiorem ipſam originem declararet. Simul in hoc quoque vituli fi- [F] gura ſignatur, quòd ubique ſacerdotale myſterium putat eſſe ſervandum.

14. Nec mireris ſi ab Abraham plures ſecundùm Lucam ſucceſſiones uſque ad Chriſtum ſunt, pauciores ſecundùm Matthæum; cùm per alias perſonas generationem fatearis eſſe decurſam: poteſt enim fieri ut alii longævam tranſegerint vitam, alterius vero generationis viri immatura ætate deceſſerint; cùm videamus complures ſenes cum ſuis nepotibus vivere, alios vero viros ſtatim filiis obire ſuſceptis.

15. Illud quoque advertimus quod ſanctus Matthæus, Jacob qui fuit pater Joſeph, filium [*Matth. 1. 15.*] Mathan eſſe memoraverit: Lucas vero Joſeph [*Luc. 3. 24.*] cui deſponſata erat Maria, filium Heli: Heli autem filium Melchi eſſe deſcripſerit. Quomodo

unius duo patres, id eſt, Heli & Jacob? Quomodo etiam duo paterni avi, Mathan & Melchi? Sed ſi vere quæris, invenies quod juxta præſcriptum legis veteris duo fratres diverſos filios uterinos ex una uxore generaverint. Traditur enim Mathan, qui à Salomone genus duxit, Jacob generaſſe filium, & uxore ſuperſtite, deceſſiſſe, quam poſtea Melchi accepit uxorem, ex qua generatus eſt Heli: rurſus Heli fratre ſine liberis decedente, copulatus eſt fratris uxori, & generavit filium Joſeph, qui juxta Legem Jacob filius dicitur; quoniam ſemen fratris defuncti frater juxta legis veteris ſeriem ſuſcitabat. Ita duorum filius dictus eſt, non ab utroque generatus: ſed quia alterius ſecundum generationem, alterius ſecundum Legem factus eſt filius. In quo præſcripto Legis futuram perpetuitatem defunctorum ſeminis nobis eſſe promiſſam non intellexit populus Judæorum: ſed ſecundum litteram accipiens, gratiam corrupit oraculi. Alius enim erat frater, qui defunctorum fratrum ſemen reſuſcitaret, non frater ſecundum carnis germanitatem, ſed ſecundum gratiæ puritatem. Et ideo fortaſſe, *Frater non redimit, redimet homo*; quia non germanus frater ille, ſed Dominus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus reſurrectionis gratiam propagavit. Licet ſit verſiculi iſtius & alia interpretatio, quam ſuo dicemus loco.

Deut. 25. 5.
Euſeb. Caſ. Eccl. hiſt. lib. 1. c. 7.
A
B
C
Pſal. 48. 8.
In Enarr. in Pſal. 48.

16. Non abſurdum autem videtur quod, geminato myſtico numero, quater denas generationes dividendas ſanctus Matthæus putavit, ab Abraham uſque ad David, à David uſque ad tranſmigrationem Babylonis, à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum: in quo vices mutationum pariter deſignavit. Ab Abraham enim uſque ad David tempora ſine regibus fuit populus Judæorum; regnum enim juſtum à David cœpit: deinde per reges actum genus omne eſt Judæorum, & intemerata uſque ad tranſmigrationem eorum regna manſerunt. Poſt tranſmigrationem vero in occaſum degenerantis populi nobilitas circumciſa vergebat. De quinquaginta vero ſucceſſionibus quas ab Abraham Lucas contexendas putavit, numeri myſtici ſervata gratia ſatis claret. Nam & decimus & ſeptimus numerus myſticus eſt, & tertiò uterque repetitus myſterium ſignat. Et pentecoſte, cujus Lucas, & teſſeracoſte, cujus Matthæus ſecutus eſt gratiam, ſatis ſuperque numerum myſticum prodiderunt.

D
E
F

17. Plerique etiam mirantur cur Thamar mulieris famoſæ, ut illis videtur, Matthæus commemorationem in Dominica generatione contexendam putaverit. Cur etiam Ruth, cur ejus quoque mulieris quæ Uriæ uxor fuit, & occiſo marito, in David nuptias commigravit, cùm præſertim Sarræ, & Rebeccæ, & Rachel ſanctarum feminarum nuſquam fecerit mentionem. Sic enim habes: *Abraham genuit Iſaac, Iſaac genuit Jacob, Jacob genuit Judam & fratres ejus: Judas autem genuit Phares & Zaram ex Thamar.* Non otioſe itaque hujus mulieris Evangeliſta nomen inſeruit, de qua diviſe interim tractandum videtur.

Matth. 1. 2. & 3.

18. Primùm enim ſi veris intendas animum, hæc mulier non tam famoſa, quàm juſta; non enim temporalis uſum libidinis requiſivit, ſed ſucceſſionis gratiam concupivit. Erat enim * deforme liberos non habere: quod etiam legum civilium fuit auctoritate mulctatum. Promiſerat eam filio ſuo Judas, & diu pactarum fœdera diſtulerat nuptiarum. Per moram promiſſi defunctus eſt ſponſus. Nondum virginitatis, nondum viduitatis ante Chriſti adventum vernabat gratia. Dolens ſe ſine filiis remanſiſſe, dolum ſtudio generationis commenta eſt, & Judam conſilio prævertit, ut ſe eidem offerret ornatam, poſteaquam defunctam ejus cognovit uxorem. Vides utique mulieris vitam probari, quod non alienum præripuit thorum, non meretricio ſtudio quaſi meretrix adornata eſt; non enim vagam captavit libidinem, ſed diu ſoceri fraudata promiſſis, ex ea familia quam delegerat, converſo dolo, fructum voluit ſucceſſionis adipiſci. Quis itaque caſtior, illa quæ tamdiu exſpectavit promiſſum, an ille qui amorem ferre non potuit oblatum? Illa quæ ſponſi familiam non refugit, an iſte qui meretricem putavit? Illa quæ horam ſui corporis volentibus non permiſit ad copulam, an iſte qui quod ſtudio cœpit erroris, ad ſucceſſionis gratiam caſtitate mulieris conſummavit? Illa quæ filios non habebat, & tempus conceptionis morâ conjugii timebat excludi: illa quæ gravitatem maturioris elegit, an iſte qui ætatem adoleſcentioris adamavit? Denique ipſe confeſſus eſt dicens: *Juſtificata eſt Thamar magis quam ego; propter quod non dedi eam Selom filio meo.* Itaque illa experiri exactorem ipſum ſuæ voluit caſtitatis. Denique numquam poſtea virum experta eſt, amictum viduitatis ſumſit à coitu: iſte unius horæ impatiens, qui annos à puella exegerat caſtitatis, luctum expulit, * veſtem mutavit, comam totondit, rogum deſeruit, thorum amator adſcendit.

Gen. 38. 26.

19. Sed non ita illam defendimus, ut iſtum accuſemus: immo utrumque excuſemus; non autem nos, ſed myſterium quod copulæ illius fructus expreſſit; generavit enim mulier Phares & Zaram filios, generavit geminos. Unde non otioſe Matthæus utrumque ſignavit, cùm Phares tantummodo commemorationem cauſa de-

*. Quam turpe fuerit ante partum virgineum conjugatos liberis carere, declarat Rachel Gen. 30. 1. ubi Jacob marito, *Da mihi liberos*, inquit, *alioquin moriar*. Idem etiam cognoſcimus tum ex dolore Annæ matris Samuelis, Reg. 1. tum ex verbis Annæ matris Johannis Baptiſtæ, Luc. 1. 25. Leges quoque civiles apud Romanos latæ ſunt contra *cœlibes & orbos*, nimirum *Lex Papia*, & *Lex Julia* quarum pœnas Auguſtus, ut à Suetonio ac Tacito proditum eſt, auxit. Verum eas demum ſuſtulerunt Chriſtiani imperatores, cùm Conſtantinus Magnus & Theodoſius Junior eaſdem jam magna ex parte minuiſſent, ut intelligitur è Cod. Theod. lib. 8 Tit. 16 L. unica, *De infirm. pœnis cœlib.* &c. Et Tit. *De jure liberorum* &c. L. 2. & 3. in quas, ſicut & *in Papiam*, ac *Juliam* conſule Godofr. Porro quod additur, *nondum virginitatis, nondum viduitatis ante Chriſti adventum vernabat gratia*, ſic interpretare, ut non abſolute negentur exſtitiſſe, qui has virtutes colerent ante Domini adventum; cùm contrarium Elias, Eliſæus de virginitate, Judith, & Anna Propheteſſa de viduitate convincant: ſed indicatur eaſdem illas virtutes, nec admodum frequentes, nec magno in pretio fuiſſe ante Chriſti tempora.

*. *Veſtem mutavit*, lugubrem videlicet, ſeu viduitatis. Quod autem etiam dicitur, *comam totondit*, innuitur mos priſcus orientalium præſertim populorum qui in luctu barbam ponebant, crines promittebant. Quod vero ſubjungitur, *rogum deſeruit*, rogus, late ſumitur pro tumulo. Nam Hebræi, ſicut & Ægyptii mortuos non urebant.

Matth. 1. 3. poſceret: *Phares enim genuit Eſron, Eſron genuit* A *Aram*: deinde per ordinem ſinguli. Cur autem, cùm Iſaac duos generaverit, Jacob plures, ſingulorum tantummodo quos ſucceſſionis Dominicæ cauſa poſcebat, fecit Scripturæ ſeries mentionem, horum autem utrumque memoravit; niſi quia hîc in utroque myſterium eſt?

20. Tractavimus moralem locum, quia non opera meretricis exercuit, ſed munera fœcunditatis elegit; tractemus hiſtoricum, & myſticum ventilemus. Neque enim ſine myſterio po- B teſt eſſe quod annulum, & monile accepit, & virgam. Non vilis perſona quæ meretur accipere ornamentum, ſignaculum, poteſtatem: factorum ſignaculum, pectoris ornamentum, regiæ libertatis inſigne. Ergo ut ordiamur hiſtoriam, cùm generaret Thamar, legiſti quia unus de utero ejus præmiſit manum, quam corripiens obſte-
Gen. 38. 28. trix, coccum ligavit dicens: *Hic exiet prior.* Ut autem manum revocavit puer in matris uterum, ſtatim exivit frater ejus. Dixit autem obſtetrix: C
Ibidem 29 & 30. *Quid inciſa eſt per te ſepis? Et vocavit nomen ejus Phares. Et poſt ipſum exivit frater ejus, in cujus manu erat coccum, & vocavit nomen ejus Zaram.* Vides quanta ænigmata myſterium prodant? Manus præmiſſa, coccum ligatum, reducta manus, vox obſtetricis gemina, quod prior alter exiret, ſepem alter incideret.

21. Cur autem alter manum præmiſit ex utero, alter genitali præceſſit exortu; niſi quia per geminorum myſterium gemina deſcribitur vita D populorum: una ſecundum Legem, altera ſecundum fidem: una ſecundum litteram, altera ſecundum gratiam? Prior gratia quam Lex: prior fides quam littera. Et ideo gratiæ typus manum ante præmiſit; quia gratiæ actus ante præceſſit, qui fuit in Job, Melchiſedech, Abraham, Iſaac,
Gen. 15. 6. & Jacob, qui per fidem ſine Lege vivebant: *Credidit* enim *Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad*
Gen. 14. 18. *juſtitiam.* Melchiſedech quoque ſancti gratiam præcedens ſacrificii figura monſtravit; præve- E nientes enim Legem patriarchæ ſancti, præſcriptorum vinculis abſoluti, libera & conſimili nobis Evangelii gratia refulſerunt.

22. Junior horum frater, ſecundus ordo pietatis; primus enim in patriarchis, ſecundus in regibus & ſacerdotibus eſt. Utraque enim vita ſecundùm Deum; quia illi quoque qui ſecundum legem Moyſi religioſam & piam militiam militabant, non ſunt gratiæ & honoris exſortes: ſed prior pietatis fructus in auctoribus, quam in he- F redibus. Prior enim Zara, qui interpretatione ſignificat oriens; lux enim pietatis veri ſplendor
Zach. 6. 12. orientis eſt, illius utique qui dixit: Oriens nomen eſt mihi: cujus in patriarchis primitus radius lucis illuxit. Hi enim primi vitæ ſuæ actum in hoc ſæculo præmiſerunt, in quorum manu noſtri quoque actus tamquam plenioris corporis, qui adhuc naturæ quodam generantis utero tenebamur, figura præceſſit. Sed media tamquam ſepis objecta Legis eſt obſervatio, & quodammodo vita majorum videtur inciſa, de qua in typo illa obſtetrix, fortaſſe juſtitia, quæ nos emiſſos alvo naturæ matris excepit, dixiſſe proditur:

A *Hic exiet prior*, Et revera mirabilis ille erat ordo pietatis, non à Moyſe, nec ab aliquo homine, nec per hominem, ſed munere quodam ſapientiæ ſponte ſe infundentis impreſſus.

23. Prima igitur diſciplina pietatis ſecundùm Evangelium; quia per crucem & ſanguinem credimus Chriſti, cujus Abraham diem vidit, & Johan. 8. 56.
gaviſus eſt: cujus Noe gratiam in typo Eccleſiæ Gen 22. 10.
figuratam, ſpiritali cognitione præſenſit: cujus Gen 32. 25.
Iſaac vicem in ſacrificio non recuſavit: quem
B Jacob cùm vinceret, adoravit: cujus Eſaias ru- Eſai. 63. 2.
borem vidit veſtimentorum (nam ſecundùm Evangelium vita etiam prophetarum eſt) in cujus ſanguine inter excidia mundi publicæ futurum ſalutis inſigne Rhaab illa typo meretrix, Joſue. 2. 1.
myſterio Eccleſia indicavit: quæ multorum convenarum copulam non recuſat, & quo conjunctior pluribus, eo caſtior: [a] immaculata virgo, ſine a
ruga, pudore integra, amore plebeia, caſta meretrix, vidua ſterilis, virgo fœcunda. Meretrix,
C quia à pluribus amatoribus frequentatur cum dilectionis illecebra, & ſine colluvione delicti: *Qui* 1. Cor. 6. 16.
enim adhæret meretrici, unum corpus eſt. Vidua ſterilis, quæ viro parere non novit abſente: venit vir, & hunc populum plebemque generavit. Virgo fœcunda, quæ hanc genuit multitudinem cum fructu amoris, ſine uſu libidinis.

24. Sed ut ad hiſtoriam revertamur: quid ſibi volunt obſtetricis eloquia dicentis: *Hic exiet prior*; niſi quia ejus typum gerebat, qui ortu corporis
D poſterior, virtute & veritate primus exiſtens, principatum ſibi omnium vindicavit? Inde & Johannes: *Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt.* Johan. 1. 27.
Quid ſibi vult quod coccum in manu ejus ligavit, niſi quia typus ejus erat, qui crucis indicio ſuæ, & ſanguinis effuſione actum illuſtravit humanum? Itaque poſteaquam manum reduxit, quaſi inciſione factâ ſepis, exivit frater ejus, quem quaſi medium parietem ſepis vel maceriæ Apoſtolus Epheſ. 2. 14.
nominavit, atque ipſe de inciſione nomen acce-
E pit; Phares enim diviſio eſt: unde & Phariſæi nuncupati, eo quod à multorum ſe conjunctionibus ſepararent. Beatius autem & multo melius fuiſſet non incidi ſepem, ſed unam eamdem & indiviſam permanere. Quod fieri potuit, ſi ei vitæ quæ prior manum miſit, hoc eſt, actum oſtendit ſuum, conſequens fuiſſet ejus vitæ militia quæ ſecuta eſt. Multo enim melius, ſi circumciſus populus vitam majorum voluiſſet imitari; ſic enim fuiſſet una ſepis, una maceria, una ædifica-
F tio priorum ac ſequentium. Sed quia primum illum vitæ actum poſterioris infirmitas non potuit implere, inciſione ſine dubio factâ ſepis ejus ſive maceriæ, quæ ſecundùm Deum ædificata erat, tamquam medius paries interjectus eſt, ut illa ſepis, hoc eſt, perpetua atque continua bonorum morum ædificatio rumperetur. Sepis enim eſt qua ager circumdatur fructuoſus, furis removetur incurſus, quæ culta concludit, deſerta ſecernit. Maceria quoque domum claudit: hæc ſi maneat, domus tuta eſt. Denique, *Auferam*, inquit, *maceriam ejus, & erit in direptionem.* Eſai. 5. 5.

25. Optemus ut hæc integra ſit maceria domus noſtræ, domus ſpiritalis quæ in nobis eſt, non

a. Cod. Mich. & Colb. unus, *intemerata genitrix.* Et poſt tria verba ubi edit. *amore repleta*, pauci mſſ. *amore plebeio caſta*, longe plurimi, *amore plebeia, caſta.* Melius; idem enim eſt, atque amore popularis, quod non male aptatur Eccleſiæ

enim ab homine exædificari poteſt, ſed à Deo A
Eſai. 5. 2. vivo, qui ait: *Et maceriam circumdedi.* Perdide-
runt igitur ſalutem qui maceriam perdiderunt.
Maneat ergo maceria, maneat hæc ſepis. Vis
Eccli. 28. 28. ſcire quam ſit utilis ſepis? *Sepi aures tuas ſpinis
& tribulis, & noli audire linguam nequam.* Sepis
enim iſta te defendit à culpa.

26. Ergo dominus Jeſus qui poſtea ſecundum
carnem venit in lucem, veteris illius munitionem
ſepis inſtaurans, in majorum nos actum & anti-
quam ſimpliciratem fidei reformavit. Unde de B
Eſai. 58. 12. eo & Propheta dixit: *Vocaberis ædificator ſepis.*
Tulit enim illum obicem qui unitatem mentis &
corporis, ſeriemque vitæ ſimplicis dividebat;
atque ipſe factus eſt pax noſtra, qui fecit utraque
unum, & medium parietem ſepis ſolvit. Quem
Epheſ. 2. 14. parietem exponit Apoſtolus inimicitias eſſe in
carne. Has ergo inimicitias tulit Dominus, &
pacem refudit, legemque mandatorum in decre-
tis evacuavit; ut duos conderet in uno novo ho-
mine: in quo non ſolùm exteriorem & interio- C
rem, ſed etiam Judæum ſignificat & Græcnm;
nt eſſet omnia & in omnibus Chriſtus. Dominus
enim ſabbati, ſuperſtitionem tulit ſabbati cor-
poralis, & quaſi medium ſolvit Legis parietem:
qui nos ab ea pietate quæ ſecundùm Deum eſt,
decretorum difficultate prohibebat; eo quod
a juxta Moyſi legem non erat [a] facile atque poſſibi-
le gentibus militare Deo, cùm inanis ſuperſtitio
Judæorum pnrum affectum gentium à ſubeun-
da obſervatione revocaret. Quid ergo? Lex inu- D
tilis? Abſit: ſed utilis incredulis, infirmis neceſ-
ſaria, quæ lubricos & errantes præcepti ſaluta-
ris auſteritate cobiberet, & obſervationum ad-
tentione concluderet. Bona autem Lex eſt, quia
ſpiritalis. Ei ergo non bona, qui non putat ſpiri-
talem: qui mente exiguus humiliſque factus, eam
quæ ſuper Legem eſt, majeſtatem ſcilicet Chriſti
videre non potuit. Quam utique tamquam ſupra
illum parietem reſpiciens ille mente ſublimis
Eſai. 6. 1. Eſaias gloriam Dei vidit, quæ videtur in monti- E
bus, non in collibus.

27. Docuit itaque nos Eccleſia in Canticis can-
ticorum, quod iſte paries domino noſtro Jeſu
Chriſto obſtare non potuit, nec ei qui ſecutus eſt
Cant. 2. 8. 9. 10. 11. & 12. Chriſtum, dicens: *Vox fratris mei: ecce hic venit
ſaliens ſuper montes, & tranſiliens ſuper colles, ſimilis
frater meus capreæ vel hinnulo cervorum in montibus
Bethel. Ecce hic retro poſt parietem noſtrum, proſpi-
ciens per feneſtras, proſpiciens per retia. Reſpondit fra-
ter meus, & dixit mihi: Surge, veni proxima mea,* F
*ſpecioſa mea, columba mea; quoniam ecce hyems tran-
ſivit, pluvia abiit, diſceſſit ſibi, flores viſi ſunt in ter-
ra, tempus ſecandi advenit, vox turturis audita eſt.*
Flores, apoſtoli: tempus meſſis, fructus eſt Chriſ-
ti: vox turturis, vox Eccleſiæ. Jure igitur Dei
Filius poſteaquam terrenos homines nec gra-
dientes ad ſuperna, & corporalibus inſpexit an-
Pſal. 13. 3. guſtiis coartatos (non enim erat qui faceret bo-
num, non erat uſque ad unum) deſcendere in
terras ipſe dignatus eſt; ut parietem illum Legis,
hoc eſt, molem quamdam & ſuperſtitionem in-
tellectus corporalis auferret, quæ quaſi preme-
ret & obumbraret corda populorum. Melior
igitur maceria, quàm paries. Denique non bonus
paries dealbatus. Quod non otioſe dictum eſt
principi ſacerdotum, eo quod medii parietis im- Act. 23. 3.
pedimenta ſervabat, quem dominus Jeſus abſtu-
lit quaſi duram militiam, quo clariorem obſer-
vantiam religionis infunderet; ut jam non unum
Judæorum genus quaſi corporali quodam præ-
ſcripto Legis incluſum, ſed omnes gentes ad Dei
cultum per Evangelium vocarentur.

28. Duo igitur gemini duæ geminæ vitæ, duæ
geminæ ſunt militiæ; ita ut prior melior ſit ſe-
quente. Et ideo quod eſt melius reformatum
eſt. Quis autem neget Evangelium præſtare Le-
gi? Bona tamen Lex, ſi ſupra litteram mentem
erigas: *Littera enim occidit.* Quid autem haberet 2. Cor. 3. 6.
hæc hiſtoria gratiæ, niſi lucem tanti myſterii vi-
deremus? Docuit enim nos Apoſtolus ſanctus in
ſimplicitate hiſtoriæ ſecretum quærere veritatis,
& in quaſdam non intelligibiles ſecundum litte-
ram diſputationes ſenſum referre, ſcribens: [b] *Di-* b
cite mihi qui Legem legiſtis, Legem non audiſtis? Galat. 4. 21. 22. 23. & 24.
*Scriptum enim eſt quia Abraham duos filios habuit,
unum ex ancilla, & unum de libera: ſed qui ex
ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de
libera, ſecundum promiſſionem. Quæ ſunt,* inquit,
per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo Teſtamenta.
Et infra: *Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem, libe-* Ibidem. 26.
ra eſt.

29. Ad illam igitur quam medius paries inci-
dere & dividere non potuit, mentis ſublimitate
tendamus. Solutus eſt enim ſecundùm intellec-
tum corporalem ille paries veteris Teſtamenti:
expulſa eſt ancilla, tenetur libera. Ex libera ſu-
mus liberi; libera eſt enim Eccleſia, expulſa eſt
Synagoga. Serviebat enim populus Judæorum,
remotum eſt ſervitutis jugum, quod noſtræ ani-
mæ quædam colla reprimebat; ne ultra parietem
vitæ prioris poſſemus adſpicere. Habemus jugum
bonum ac leve, quod habenis pacis, & gratiæ
vinculis magis erigat, quam deprimat copulatos.
Hic eſt Dominus, cujus in Zara typus ante præ-
ceſſit; eo quod ex tribu & ex ſemine illius Zaræ
dominus Jeſus ſecundum carnem non ſolum à
femina, ſed etiam ſub Lege generatus eſt; ut eos
qui ſub Lege erant, redimeret pretio ſanguinis
ſui. Cujus figura ideo in manu illius Zaræ præ-
ceſſit; ut promitteret nobis quia venturus erat,
qui veteris vitæ revocaret uſum, & libertatem
quam tribuerat primo illi Adæ, in Adam noviſ-
ſimo reformaret; ut jam genus hominum ſine le-
ge ſit ſervitutis.

30. [c] Si igitur Thamar cognovimus propter myſ- c
terium inter Dominicas generationes eſſe de-
ſcriptam: Ruth quoque ſine dubio pari ratione
minime prætermiſſam æſtimare debemus: de qua
ſenſiſſe videtur Apoſtolus ſanctus, cùm alienige-
narum vocationem gentium ſpiritu prævideret
per Evangelium eſſe celebrandum, dicens quod 1. Tim. 1. 9.
Lex nnn ſit juſtis poſita, ſed injuſtis. Quomodo
enim Ruth, cùm eſſet alienigena, Judæo nupſit?
Et qua ratione in Chriſti generatione ejus puta-
vit Evangeliſta copulæ commemorationem eſſe

a. Rom. edit. contra ceterarum, ac mſſ. fidem eliſerat, *atque poſſibile.* Sed jam advertimus, *non poſſibile,* ſæpe pro difficile, uſurpari.
b. Ita cuncti mſſ. Edit. vero, *Dicite mihi ſub Lege volentes eſſe, Legem* &c. His accedit Apoſtoli textus atque omnes verſiones, excepta Æthiopica, ubi ſecundùm interpretem legitur: *Dicitis mihi: In præcepto Legis ſumus, & non audiſtis Legem.*
c. Rom. edit. ſola, *Sic igitur ... deſcriptam Qui fuit Obed, qui fuit Booz.* &c. *Cur etiam Ruth mentionem fecit Matthæus.*

Deut. 23. 3. faciendam, quæ Legis ſerie vetabatur? [a] Non er- A go ex legitima Salvator generatione manavit? Videtur eſſe deſorme, niſi ad Apoſtolicam ſententiam revertaris, *quia Lex non eſt juſtis poſita, ſed injuſtis.* Hæc enim cùm ſit alienigena & Moabitis (præſertim cùm lex Moyſi prohiberet has nuptias, Moabitaſque excluderet ab Eccleſia; ſic *Ibidem.* enim ſcriptum eſt: *Moabita non introibunt in Eccleſiam Domini uſque ad tertiam & quartam generationem, & uſque in ſaculum*) quomodo intravit in Eccleſiam, niſi quia ſancta & immaculata mori- B bus ſupra legem facta eſt? Si enim Lex impiis & peccatoribus poſita eſt, utique Rnth, quæ definitionem Legis exceſſit, & intravit in Eccleſiam, & facta eſt Iſraelitis, & meruit inter majores Dominici generis computari, propter cognationem mentis electa non corporis, magnum nobis exemplum eſt; quia in illa noſtrûm omnium qui collecti ex gentibus ſumus, ingrediendi in Eccleſiam Domini figura præceſſit. Hanc igitur æmulemur; ut quia hæc moribus hanc prætogativam C meruit adſciſcendæ ſocietatis ſnæ, ſicut hiſtoria docet: nos quoque propter morum electionem in Eccleſiam Domini, meritis ſuffragantibus, adlegemur.

31. Etenim cùm Iſtaelitas in diebus Judicum ſuperiotibus fames temporibus urgeret, à Bethlehem civitate Judeæ, in qua natus eſt Chriſtus, abiit vir colere in agro Moab cum uxore & duobus filiis, Elimelech viro nomen, mulieri Noemi. Filii ejus acceperunt ſibi uxores Moabitidas, no- D men uni Orpha, & nomen ſecundæ Ruth: & inhabitaverunt illic quaſi decem annis, & mortui ſunt. Sed derelicta mulier, duobus filiis & viro proprio deſtituta, cognito quod Deus viſitaret Iſrael, regredi domum parans, cœpit ſuadere ut domum propriam repeterent uxores filiorum ſuorum. Una conceſſit: Ruth verò cum ſocru *Ruth. 1. 15. 16. & 17.* manſit. Cui cùm diceret ſocrus: *Ecce jam conſponſa tua ad populum ſuum regreſſa eſt, & ad deos ſuos: & tu revertere pariter cum conſponſu tuu*, reſpondit E *Ruth: Non contingat mihi dimittere te, &* [b] *redire ad deos meos; quia quocumque tu ieris, ibo tecum, & ubi tu habitaveris, habitabo. Populus tuus, populus meus: Deus tuus, Deus meus. Et ubi mortua fueris, moriar: & ubi ſepulta fueris, ſepeliar.* Atque ita duæ pervenerunt Bethlehem. Hos igitur mores, atque hanc ſanctitatem erga ſocrum, pietatem erga defunctum, religionem erga Deum cùm cogno- *Ruth 4. 13.* viſſet Booz proavus David, juxta legem Moyſi, F ut ſemen defuncti proximi ſuſcitaret, eam ſibi elegit uxorem.

Ruth 2. 17. 32. Refert antem advertere quod & in agro pleno meſſis reperta, manipulos, ſicut ſcriptum eſt, colligens, & ſocrui fructus reſervans, & non poſt juvenem abiit, ſed virum perfectum ſecuta A eſt, unde & meruit audire: *Quia mulier virtutis es tu; vel quia bene feciſti miſericordiam tuam noviſſimum, plus quàm primum.* *Ruth. 3. 10.* Noviſſima enim miſericordia Eccleſiæ congregatæ [c] præſtat priori. Quod brevius hîc dicimus, quia plenius in libris *Lib. 3. de fide ad Gratian. c. 5.* digeſſimus quos de Fide ſcripſi. Appropinquavit autem qui longe erat; quia elongavit qui proximus erat, & calceamentum proximi, muliere adquiſivit acceptâ. Mos enim erat ut qui proxi- *Ruth 4. 7.* mus erat, ſi nollet accipere in conjugium pro- B pinquam ſuam, calceamentum ſuum ſolveret, & alii cederet: in quo non mediocre myſterium, eo quod is qui alienigenam in typo ſumſit, evangelizandi accepit facultatem.

33. Denique in typo has fuiſſe nuptias teſtatur benedictio ſeniorum dicentium: *Det Dominus mu-* *Ibidem. 11. 12. & 13.* *lierem qua intrat in domum tuum, ſicut Rachel, & ſicut Liam, qua ædificaverunt domum Iſrael, & facere virtutem in Ephrata: & ſit nomen in Bethlehem: & fiat domus tua ſicut domus Phares, quem peperit* C *Thamar Iuda. De ſemine tuo det tibi Dominus ex hac puella. Et accepit Booz Ruth, & facta eſt ei in matrimonium*, & peperit Obed patrem Jeſſe, avum David. Recte igitur ſanctus Matthæus per Evangelium gentes ad Eccleſiam vocaturus, auctorem ipſuin Dominnm gentilis congregationis, alienigenarum generationem ſecundum carnem adſumſiſſe memoravit; ut jam tunc eſſet indicinm quod illa generatio ederet gentium vocatorem, quem ſequeremur omnes ex alienigenis D congregari, relinquentes paterna, & dicentes ei qoi nos ad Dei cultum vocaret, verbi gratiâ Paulo, aut cuicumqne epiſcopo: *Populus tuus, populus meus: & Deus tuus, Deus meus.* *Ruth. 1. 16.* Ergo Ruth, ſicut Lia & Rachel, oblita populum ſuum, & domum patris ſui, ſolvens vinculum Legis, ingreſſa eſt in Eccleſiam.

34. Solvit autem calceamentum, qui non accepit Eccleſiam. Et Moyſi dicitur: *Solve calceamentum pedum tuorum;* *Exod. 3. 5.* ne ipſe ſponſus Eccleſiæ cre- E deretur. Solus ille non ſolvit, qui verus eſt ſponſus. Et ideo dicit Johannes: *Cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamenti ejus.* Ergo & hic typus eſt, & ædificavit domum Iſrael.

35. Quàm vero commemoratio ejus Dominicæ proſapiæ fuerit inſerenda, declarat myſterii altioris expreſſio, qua prophetatum eſt ex genere ejus in Ephrata Chriſtum eſſe generandum, cùm dicitur: *Det tibi Dominus...... facere virtutem in* *Ruth. 4. 11.* F *Ephrata, & ſit nomen in Bethlehem.* Quæ eſt enim virtus, niſi quæ per Chriſtum gentium populos congregavit? Quod autem nomen, niſi illud quòd Bethlehem patria Domini ſecundum carnem naſcentis eſt facta? Unde per Prophetam dictum eſt: *Es tu* [d] *Bethlehem Iudea non es minima inter principes Iuda; ex te enim exies princeps qui* *Mich. 5. 2.*

a. Edit. Amerb. atque Era. *Non ergo quod ex legitima* &c. Gill. cum paucis mſſ. *Non ergo quod non ex legitima Salvator generatione manavit videtur* &c. Nullo ſenſu. Edit. Rom. *Non ergo ex non legitima Salvatorem generatione manaſſe videtur* &c. Non melius, licet illi unus è Vat. cod. adſtipuletur, niſi quod ante, *legitima*, deeſt, *non*. Germana lectio eſt, quam ex mſſ. decem optimæ notæ reſtituimus.

b. Mſſ. non pauci, *redire ad Deum meum*. Alii, & edit. *redire ad Deos meos*. Sed in ſacris cod. neutrum invenias; ut veriſimile ſit meram eſſe verborum Noemi repetitionem ab aliquo librario ſcriptore in Ambroſianum textum inductam.

c. Ita mſſ. ſex probatiſſimi, neque ab his recedunt edit. niſi quod pro, *dicimus*, legunt, *comprehendi*, non ſecus ac multi ex mſſ. Aliorum vero nonnulli, *præſtat priori: in quo non mediocre myſterium*. quidam, *præſtat priori. Et non mediocre myſterium* &c. Quidam etiam omittunt, *non*. At certe hæc verba: *in quo non mediocre myſterium*, incuriâ amanuenſium vel loco mota, vel ſuperaddita videntur, cùm eadem paulo poſt repetantur.

d. Rom. edit. *Bethlehem Ephrata non es minima in millibus Iuda* nimirum ex LXX. apud quos, [illegible]. Ubi tamen vides negationem deeſſe, quam nec ulla biblia aliorum idiomatum agnoſcunt. Vet. autem edit. *Bethlehem Iuda . . . inter principes Iuda.* Cui lectioni ſuffragantur ſcripti cod. niſi quod optimi habent, *Bethlehem Iudaa;* & alii nonnulli, *nequaquam minima es;* quo modo etiam repetitur apud Matth. 2. 6.

regat populum meum Iſrael. Videmus igitur mulie- A rum [a] commemorationi hiſtoriam, mores, myſterium convenire.

36. Neque tamen abnuo cùm Thamar & Ruth defendo, peccatores quoque inter majores Dominici generis computatos: quorum commemorationem ſanctus Lucas declinare deſiderans, alium quemdam ſucceſſionum ordinem tenuit: neque Acbab, neque Jechoniam, neque poſtremò Uriæ uxorem nominandos putavit; ut immaculatam ſacerdotalis generis ſeriem declararet. B Sed ut [b] illi conſilii ſui ratio ſubſiſtit: ita etiam ſancti Matthæi conſilium à rationis juſtitia non abhorret. Nam cùm evangelizaret Dominum ſecundum carnem eſſe generatum, qui omnium peccata ſuſciperet, ſubjectum injuriis, ſubditum paſſioni; ne hujus quidem putavit exſortem adſerendum eſſe pietatis, ut maculatæ quoque originis non recuſaret injuriam: ſimul ne puderet Eccleſiam de peccatoribus congregari, cùm Dominus de peccatoribus naſceretur. Poſtremo ut C beneficium redemtionis etiam à ſuis majoribus inchoaret; ne quis putaret originis maculam impedimento poſſe eſſe virtuti: nec ſe inſolens de ſui ſe generis nobilitate jactaret, neve parentum crimina verecundior erubeſceret, cui obumbrandæ originis facultas daretur flore virtutis.

37. An vero ſanctus David, licet multa ejus in myſterium figurentur, non eo præcelſior, quod hominem ſe eſſe cognovit, & commiſſum ſuper D abrepta Uriæ uxore peccatum pœnitentiæ putavit lacrymis abluendum, oſtendens nobis neminem virtuti propriæ debere confidere? Habemus enim adverſarium magnum, qui vinci à nobis ſine Dei favore non poſſit. Et plerumque in illuſtribus & beatis viris gravia peccata fuiſſe reperies, ut quaſi homines tentationi patuiſſe cognoſcas, ne virtutibus egregiis pluſquam homines crederentur. Si enim David quia præſumtione virtutis Pſal 7. 5. elatus dixerat: *Si reddidi retribuentibus mihi mala:* E Pſal. 29. 7. & alibi, *Ego autem dixi in mea abundantia, non movebor in æternum*; ſtatim inſolentiæ hujus pœ- Ibidem. 8. nam ſubiiſſe ſe memoravit, dicens: *Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus:* ſi ipſe Dominici generis auctor inſolentiæ excepit offenſam; quanto magis nos ceteri peccatores, quibus nulla ſuffragatur prærogativa meritorum, inſolentiæ ſcopulum timere debemus, in quo naufragium ſit bonorum; præſertim cùm tantus vir nobis & magiſterii auctor ſit & exem- F pli, qui quaſi palinodiam quamdam ad repropitiandum Dominum in poſterioribus canendam Pſal. 130. 1. putavit, dicens: *Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque in altum elati ſunt oculi mei:* & Do- Pſal. 15. 8. minus *à dextris meis, ne commovear*; ſcivit enim quando ſe ſibi credidit, eſſe ſe lapſum. Denique nihil aliud eſſe in homine deſignavit, niſi quia Deum novit. Sic enim habes: *Quid eſt homo, quod innotuiſti ei: aut filius hominis, quia computas eum?* Pſal. 143. 3. Si ergo David inſolentiam damnat, humilitatem induit, rectè in hiſtoria uxoris Uriæ magiſterium iſtud affectandæ humilitatis adſciſcitur.

38. Et tamen ſi ex ea natus eſt ille pacificus Salomon, videamus ne forte myſterium ſit, quòd ſublato eo de medio, qui ante conjugio ſuo plebem gentium vindicabat, alii Eccleſia viro nupſerit, vero David. David enim vocatus eſt Chriſtus, in parentis nomen adſcitus, juxta quod ſcriptum eſt: *Inveni David ſervum meum*; cui nupſit Pſal. 88. 21. Eccleſia, quæ Verbi ſemine, & Spiritu Dei plena, Chriſti corpus effudit, populum ſcilicet Chriſtianum. Eſt ergo mulier, quæ vivente viro alligata eſt legi: & ideo mortuus eſt vir ejus, ut non eſſet adultera, ſi eſſet cum alio viro. Myſterium igitur in figura, peccatum in hiſtoria: culpa per hominem, ſacramenta per verbum. De qua hiſtoria quoniam alibi plenius diximus, hîc tranſ- Apolog. David. cap. currendum videtur. Meritoque ſanctus David de hac hiſtoria myſticum pſalmum quinquageſimum ſcripſit propter Berſabee nuptias, dicens: *In plurimum lava me ab injuſtitia mea, & à delicto* Pſal. 50. 4. *meo munda me.* Si iniquitatem ſuam Dei amicus agnoſcit, & meritis ſuis obſtare delictum: ſi denique Deo ſe peccaſſe confitetur; cur tu de confeſſione criminis erubeſcas, cùm criminis commentum, non confeſſio ſit pudori?

39. Ergo cùm David Berſabee hiſtoriam non D prætermiſerit in ſuis Pſalmis; ut in ea vel myſterium, vel actum perfectæ pœnitentiæ nos doceret, jure videmus etiam in generationibus Dominicis non prætermiſſam; quia & ipſe David qui eam accepit in uxorem ſibi, generationis Dominicæ ſecundum carnem præceſſor adſeritur. Cujus ſpeciale, ut diximus, meritum, ut Eccleſiæ in hoc myſterio videret exortum, & acciperet oraculum quod ex ſuo Chriſtus genere naſceretur. Alterum enim ad Eccleſiam perti- E net, quod dixit: *Ecce audivimus eam in Ephrata:* Pſal. 131. 6. *invenimus eam in campis ſylvæ.* Alterum ſpecialiter ad Dominici corporis ſponſionem, quod oraculo manifeſtiſſimo revelatur, cùm dicitur: *Ex* Ibidem. 11. *fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Noli tamen tanto negligens eſſe promiſſo; non enim [c] ſine definitione datum eſt. Sed ſi cuſtodieris teſtamentum, & teſtimonia ſervaveris Domini, quæ in Evangelio ſe pollicetur eſſe dicturum, tibi quoque copia ſedis patebit æternæ. Hæc de uxo- F re Uriæ.

40. De Acbab autem ſatis claret, cui uxor Je- 3. Reg. 16. 31. zabel: & de Jechonia de quo ſatis idoneus auctor eſt Hieremias, maximi reum eſſe delicti: cui etiam quod habuit nomen, eripuit. Et ideo qui Joachim in Regnorum libris dicitur, Jechonias 4. Reg. 24. 1. ab Hieremia eſt nominatus, dicente eo, *Abjectus* Hier. 22. 28. 29 & 30. *eſt Iechonias ut vas, [d] non eſt uſus in eo; propter quod*

a Rom. edit. *commemorationem hiſtoria, moribus myſterium convenire.* Vet. cum paucis mſſ. *commemorationi hiſtoriam, moribus &c.* Alii vero cod. magno numero & auctoritate, ut in textu.

b. Ita edit. ac mſſ. omnes tribus exceptis, qui legunt: *Ille conſilii ſui ratione ſubſiſtit.* Contra vero mſſ. quatuordecim optimæ notæ in fine loci habent, *à rationis juſtitia adhorret*; ubi edit. & ſoli quatuor mſſ. *à ratione juſtitia &c.* Denique ubi edit. *de Zara eſſe generatum* in memoratis quatuordecim mſſ. non invenias, *de Zara*, quod videtur abſurde ſuperadditum, cum Ambroſius ipſe non de Zara, ſed de Phares Chriſtum deſcendere ſupra num. 29. obſervaverit. Nam quod idem ait num. 29. Dominum ex tribu & ſemine Zaræ generatum eſſe, hoc perinde interpretamur ac ſi ſcriptum eſſet: ex eadem tribu & ſemine, quibus editus fuit Zara, Chriſtum eſſe propagatum.

c. Rom. edit. *ſine conditione.* Aliæ ac mſſ. omnes, *ſine definitione.* Sed hic utriuſque eadem plane ſignificatio eſt.

d. Rom. edit. cum duobus aut tribus omnino mſſ. *cujus non eſt uſus in eo*; unus aut alter: *cui non eſt uſus in eo.* Paulo poſt Corb. ſolus: *& ſemen ejus à terra. Audi &c.* Fal. *& ſemen ejus in terra. Terra audi &c.* Poſtremo major ac potior pars mſſ. *princeps. Adhuc eo enim regnante*; Tres *in Iudæa regnante &c.*

projectus

projectus eſt ipſe, & ſemen ejus. Terra, terra, audi A *verbum Domini, ſcribe virum iſtum abdicatum; quia non exſurget ex ſemine ejus ſedens in throno David, princeps adhuc in Juda.* Eo enim regnante, Judæam Babylonii vaſtaverunt, neque poſtea umquam de ſemine ejus regnum quiſquam in Judæa potuit obtinere. Poſtea enim populus de captivitate dimiſſus, ſub ſacerdotibus & tetrarchis fuit. Unde etiam uſque ad Chriſti generationem manſere tetrarchæ, ne ipſi quidem, quantum hiſtoria docet, regalis dignitatem generis reſervantes. B

41. Fertur enim ab his, qui ſive argumentati, ſive ſimpliciter docentes, ſive vere adſtruentes tradiderunt nobis, quia Idumæi latrones Aſcalonem urbem Paleſtinæ ingreſſi, de fano Apollinis quod vicinum muris erat, Antipatrum Herodis cujuſdam * Hieroduli filium inter alios abduxere captivum, quem pater redimere propter paupertatem nequivit. Is igitur imbutus diſciplinis & myſteriis Judæorum, Hyrcano Judææ regi amicitiâ copulatur, quem pro ſe ad Pompeium C Hyrcanus legatum direxit: & quia legationis fructu potitus eſt, per eam gratiam partem regni affectavit. Occiſo autem Antipatro propter felicitatis invidiam, filius ejus Herodes poſtea ſub Antonio ſenatuſconſulto Judæis regnare præceptus eſt. Cujus Herodes filius & alii tetrarchæ. * Quod ideo ex Græcorum hiſtoriis putavimus transferendum, ut clareat Herodem nullo affinem generi Judæorum, regnum adulterina fraude quæſiſſe. Denique conſcius ignobilitatis ſuæ, D ne qua poſteris ſuis vel de præſcripto veteri quæſtio moveretur, ſcripturas eorum incendit, exiſtimans quod ſi indicia de publico ſuſtuliſſet, nullis aliis teſtimoniis clarere poſſet, quin de patriarcharum vel proſelytorum veterum genere demanaret. Sed ut pleraque curæ humanæ ſunt, cognitioni hoc & indagini veritatis præjudicare non potuit.

42. Ne nobis tamen poſſit præjudicare videamus, qui veri regaliſque generis dicimus Chriſ- E tum, & per veros & nobiles reges actum Domini genus. Sed ubi adulterina regnum affectavit propago, ſucceſſionem nobilitatis ſuæ, non potentiæ, ſed generationis ordo ſervavit. Tamen ipſum regem ſecundùm honorem ſæculi non acPſal. 131. 11. cepimus Chriſtum. Quomodo ergo *Ex fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam?* Quomodo & Luc. 1. 32. Angelus de eo dicit, quod *Dabit illi dominus Deus ſedem David patris ſui, & regnabit in domo Iacob?* Quomodo regnare promittitur, nec oſtenditur? F Aut quomodo ex ſemine Jechoniæ nullus regnaturus dicitur per Prophetam? Si enim Chriſtus regnavit, ex ſemine autem Jechoniæ Chriſtus eſt, Propheta mentitus eſt, mentita ſunt & Oracula. Sed illic futuros ex ſemine Jechoniæ poſteros non negatur; & ideo de ſemine ejus eſt Chriſtus: & quod regnavit Chriſtus, non contra prophetiam eſt; non enim ſæculari honore regnavit, nec in Jechoniæ ſedibus ſedit: ſed regnavit in ſede David.

43. Verum cùm ipſe Jechonias David ſederit ſedem, quemadmodum ſolvitur quod dictum eſt, quia David ſedem Jechoniæ poſteri non ſedebunt, cùm eadem ſedes fuiſſe videatur amborum? Itaque & nos ſedem David fuiſſe negare non poſſumus; non eamdem tamen regis David ſedem Chriſtus, quàm Jechonias ſedit: immo nec quiſquam alius ex genere David ſedem ejus potuit ſedere, quàm Chriſtus; quia nec in alio ſemen ejus æternum eſt, ſed in Chriſto, ſicut Deus ipſe juravit dicens: *Semel juravi in ſancto meo, ſi David mentiar, ſemen ejus in æternum manebit, & ſedes ejus ſicut ſol in conſpectu meo.* Pſal. 88. 36. 37. & 38. Quem igitur dicit hic? Non Salomonem utique, non Roboam, non Nathan, ſed illum de quo ſolo poteſt dicere: *Ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus. Ipſe invocabit me, Pater meus es tu, &c.* Ibidem 26. & 27. *Ponam in ſæculum ſæculi ſemen ejus, & thronum ejus ſicut dies cœli.* Ibidem. 30. Non utique hunc thronum Salomon ſedit, non Roboam, non Jechonias. Vis ſcire quis ſederit? Hic eſt de quo dicit Angelus ad Mariam: *Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Ieſum. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur: & dabit illi dominus Deus ſedem David patris ſui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis.* Luc. 1. 31. & 32. Si Angelo non credis, ipſi ſaltem Domino crede dicenti: *Tu dicis, quia ego ſum rex.* Iohan. 18, 37. Numquid ergo & ipſe mentitus eſt, quia regnare ſe dixit, qui non regnavit in terris? Quomodo Scriptura ſolvitur, quæ regnare eum dicit, & regnare non adſtruit?

44. In abruptum diſputationis venimus, hæremus in vado, & quodam veritatis naufragio fluctuamus. Excitemus igitur Chriſtum, ipſum interrogemus, ipſe reſpondeat. Interrogemus Scripturas. Invenimus quia regnum Domini non eſt de hoc mundo; ipſe enim dixit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Ibidem. 36. Qui dicit non eſſe de hoc mundo regnum ſuum, oſtendit eſſe ſupra mundum. Ita & erat regnum ejus, & non erat: non erat in ſæculo, erat ſupra ſæculum. Erat ergo regnum aliud veri David, quod ſolus Chriſtus accepit: & erat ſemen aliud David, quod in æternum manet, de quo ſolus generatus eſt Chriſtus, qui ſolus verus filius David, cujus etiam ſolus nomen accepit, juxta quod ſcriptum eſt: *Inveni David ſervum meum, in oleo ſancto meo unxi eum.* Pſal. 88. 21. Quod utique non de propheta David, ſed de Domino dici præmiſſa declarant; ſcriptum eſt enim: *Poſui adjutorium ſuper potentem, & exaltavi electum de populo meo.* Ibidem 20. Solus enim potens, ſolus electus eſt Chriſtus. Sanctorum enim majus in fide, quàm in generatione ſemen eſt. Et ideo Apoſtolus: *Si enim qui ex fide ſunt, hi filii ſunt Abrahæ.* Galat. 3. 7.

45. Illud quoque non prætermittendum putamus, quod à David temporibus uſque ad Jechoniam, hoc eſt, uſque ad captivitatem, cùm decem & ſeptem fuerint reges Judææ, quatuordecim generationes ſanctus Matthæus poſuerit: & rurſus ab Jechonia uſque ad Joſeph [a] cùm viritim

*. *Hierodulo*, hoc eſt, ſervi ſeu miniſtri cujuſdam ædis ſacræ, puta cuſtodis, ut interpretantur cod. Colb. unus, & Ful.

*. Hæc iiſdem pene verbis leguntur apud Euſebium lib. 1. hiſt. cap. 7. iſque ea ex Africano deſumſiſſe ſe teſtatur: ſed narratio illa ut potius fabuloſa & commentitia rejicitur; neque omnino probatur Ambroſio. Ceterùm cur hic tanto ſtudio de Chriſti genealogia diſputetur, non alia videtur eſſe cauſa, quàm ut Judæi & gentiles, qui cum Juliano apud Cyril. lib. 8 & aliis locis Evangeliſtarum diſſenſionem Chriſtianis numquam non objiciebant, revincerentur.

a. Mſſ. non pauci, *cùm varietate.* Melius alii, aliqui omnes edit. *cùm viritim.*

generationes duodecim computentur, poſtea A quatuordecim generationes deſcriptas eſſe memoraverit. Sic enim habes: *Omnes generationes, ab* (Matth. 1. 17.) *Abrahum uſque ad David generationes quatuordecim: & à David uſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum generationes quatuordecim.* Et primùm oportet cognoſcere, quod ante jam diximus, poſſe plures eſſe ſucceſſiones, & pauciores generationes. Poſſunt enim diutius vivere aliqui, & ſerius generare, aut certe peni- B tus exſortes generationis exiſtere. Itaque non quæ regum, eadem generationum tempora. Unde & Matthæus eos quos ad generationem non putavit pertinere, præteriit. Nam ſi propoſitum eſſet ei ſucceſſiones deſcribere, rationabiliter moveremur, cur cùm in Regnorum libris & Paralipomenis conveniat, quod poſt Joram Ochozias regnaverit, & Jodam, & Amaſias: Amaſiæ (4. Reg. 8 & deinceps 2. Par. 22. & deinceps.) autem ſucceſſerit Ozias; ſanƈtus Matthæus tres illos reges prætericrit, Ochoziam, Jodam & C Amaſiam, [a] & poſt Joram Joſaphat ſubjecerit. Sed non eum in regum ſucceſſione, ſed in generatione ſubjecit. Denique generationum relatorem ſe fuiſſe memoravit: potuit autem fieri ut & Joram tardius generaverit, & Joſaphat ſerius perceperit regnum; atque ita Joram patri ſuo, cui in poteſtatem non ſucceſſit, in generatione ſucceſſerit.

46. Quod vero poſt Jechoniam duodecim generationes enumeraſſe videtur Evangeliſta, ſi di- D ligenter advertas, hîc quoque quatuordecim generationum poteris invenire rationem. Duodecim enim uſque ad Joſeph numerantur, non uſque ad Chriſtum. Tertiuſ-decimus eſt Chriſtus. Sed nihil refert utrum in duabus generationibus, an in una mendacium ſit. [b] Tamen ne hîc quidem cæcum aliquem ſcopulum aut naufragium invenias veritatis. Duos Joachim, hoc eſt, duos Jechonias fuiſſe hiſtoria indicat: unum ante tranſmigrationem, alterum in ipſa tranſmigratione E generatum, id eſt, patrem & filium. Ergo pater inter generationes ſuperiores eſt computatus, qui ſucceſſit Joſiæ: filius inter poſteriores, qui ſucceſſit patri, id eſt, nepos Joſiæ. Duos autem fuiſſe Regnorum libri indicant. Sic enim ſcriptum eſt. [c] (4. Reg. 23. 34. & 16.) *Et imperavit Pharao ſuper Iſrael, Ioachim filio Ioſiæ regnante in Iudæa pro Ioſia patre ſuo; & convertit nomen Ioachim in regnando. & undecim annos regnavit in Hieruſalem.* Quibus ſubjecit: *Et* (4. Reg. 24. 5. & ſeq.) *reliqua verborum Ioachim, & omnia quæ fecit, nonne ſcripta ſunt in libro verborum, & in diebus eorum, qui regnaverunt in Iudæa? Et dormivit Ioachim cum patribus ſuis; & regnavit Ioachim filius ejus pro eo.... Filius decem & octo annorum erat Ioachim, & cùm regnaret, tribus menſibus regnavit in Hieruſalem: nomen matris ejus Meſola.... & omnia quæ fecit ſub oculis Domini pater ejus, & ipſe fecit: & in diebus ejus aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Hieruſalem.* Vides igitur quod alius fuerit Joſiæ filius, alius nepos: filius ille, cui Hieremias nomen impoſuit, nepos iſte qui patris vocatus eſt nomine. Et bene ſanƈtus Matthæus à Propheta noluit diſcrepare; ut non Joachim, ſed Jechoniam nominaret. Simul, ut ſupra diximus, majorem fruƈtum Dominicæ pietatis adſtruxit, ſi generis nobilitatem non in omnibus Dominus requiſivit: ſed de captivis & peccatoribus congrue naſci voluit, qui remiſſionem veniebat prædicare captivis. Non igitur ſuppreſſit alterum Evangeliſta, ſed utrumque ſignavit; quod uterque Jechonias diƈtus ſit. Ita addito juniore Jechonia, generationes quatuordecim computantur. Ergo illa Matthæus.

47. Pulcre autem Lucas quoniam filios Jacob plures non poterat comprehendere, ne extra generationes evagari ſuperfluâ ſerie videretur; licet in aliis, id eſt, longe poſterioribus, patriarcharum tamen nequaquam nomina prætermittenda arbitratus ſit, ſed præ ceteris eligenda, Joſeph, Judæ, Symeonis, & Levi. Quatuor enim (Luc. 3. 30.) genera in his quorum iſti poſteri ſunt, cognoſcimus (Gen. 49. 11.) fuiſſe virtutum. In Juda, id eſt, illo ſuperiore, Dominicæ per figuram paſſionis myſterium fuiſſe (Gen. 39. 7.) prophetatum: in Joſeph præceſſiſſe caſtitatis (Gen. 34. 25.) exemplum: in Symeon vindiƈtam læſi pudoris: in (Num. 3. 6.) Levi officium ſacerdotis. Per Nathan quoque (2. Reg. 12. 1.) expreſſam advertimus prophetiæ dignitatem; ut quia unus omnia Chriſtus Jeſus, in ſingulis quoque majoribus genera virtutum diverſa præcederent.

48. Noe quoque juſti inter Dominicas generationes commemoratio non debuit prætermitti; ut quia ædificator Eccleſiæ naſcebatur, eum ſui (Gen. 6. 14.) generis auƈtorem præmiſiſſe videatur, qui eam in (Gen. 5. 27.) typo ante fundaverat. [a] Nam de Mathuſala quid dicam, cujus ultra diluvium numerantur anni; ut quoniam ſolus eſt Chriſtus, cujus vita nullam ſenſit ætatem, in majoribus quoque ſuis non ſen-

a. Omnes edit. *& poſt Ioram Oziam ſubjecerit.* Mſſ è contrario, *& poſt Ioram Ioſaphat ſubjecerit.* Quæ quidem vera leƈtio eſt, cùm iſta in omnibus omnino mſſ & edit. hoc ipſum nomen inveniatur. Quocirca nihil abſurdi diƈturum eum putamus, qui affirmarit, Oziam Ambroſio trinominem fuiſſe, ac non modo Oziam atque Azariam, quibus vocabulis in ſacris paginis nuncupatur, appellatum, ſed & Avi nomine Joſaphat. Nec vero deſunt exempla Hebræorum qui ſimiliter triplici nomine vocitati ſint, ut videre eſt apud Corn. Janſ. Comment. in Conc. Evang. parte 1. cap. 6

b Hîc trifariam dividuntur mſſ. Etenim Corb. Mich. & alii ſex optimæ notæ præferunt: *Tamen ne hic quidem eum capere aliquem ſcopulum, aut* (quidam, *&*) *naufragium invenias* (vel ut nonnulli, *invenies*) *veritatis.* Reliqui vero partim cum ant. edit. legunt: *Tamen ne hic quidem capere aliquem ſcopulum aut naufragium poſſis, invenies veritatem*: partim cum edit. Rom. ut ſupra in corpore. Et hi cod. quamquam pauciores, nobis tamen videntur hoc loco potiores, cùm ſenſum clariorem, atque elegantiorem phraſim exhibeant.

c. Ita mſſ. & vet. edit. magno conſenſu. Non tamen diffitemur ab hiſtoria ſacra prout in Bibliis omnibus exhibetur, hunc locum diſſidere haud mediocriter. Itaque Rom. edit. eum emendare conata eſt in hanc formam: *Et conſtituit Pharao ſuper Iudam & Hieruſalem Eliachim filium Ioſiæ regem pro Ioſia patre ejus, & convertit nomen ejus Ioachim .... in libro ſermonum dierum regum Iuda .... Ioachim cùm regnaret, & tribus menſibus ... matris ejus Neſtha.* Et rurſus paucis interjeƈtis, *filius ille, cujus Pharao nomen convertit: nepos iſte, cui Hieremias* &c. Porro conſenſus ille ant. edit. & mſſ. Ambroſianorum illud confirmat, quod jam alibi annotavimus, græcum vet. Teſtamenti codicem, quo utebatur Antiſtes noſter, ab iis quos nunc habemus, in multis diſcrepaſſe.

a. Quo tempore Mathuſala mortuus ſit, *famoſiſſima* (ut ait Hieron. lib. de Quæſt. Hebr.) *quæſtio, & diſputatione omnium Eccleſiarum ventilata.* Non pauci enim quibus hîc ſubſcribit Ambroſius quibuſdam corruptis 70. Interp. codicibus nimium confiſi eum 14 poſt diluvium annos vixiſſe crediderunt; & ne ipſis objici ea poſſent quæ de diluvio Scriptura commemorat, eumdem dixerunt eum temporis cum patre ſuo Enoch è terris tranſlatum vitam produxiſſe. Verum Auguſt. lib. 15 de Civit. cap. 11. & Quæſt. 2. in Gen. & Hieron. loc. cit. falſitate codicum illorum ex aliis Hebraicis deprehensâ, Mathuſalam vel ſexto ante diluvium, ut ille: vel ipſo, ut alter contendit, diluvii anno diem obiiſſe demonſtrarunt; atque in hanc poſteriorem ſententiam alii deinum frequentes tum Chronologiſtæ, tum Interpretes pedibus ivere.

Ibidem. 5. ſiſſe diluvia videretur. Enoch vero nonne mani- A
feſtum & pietatis Dominicæ & divinitatis indi-
cium eſt, eo quod nec mortem ſenſerit Dominus,
& ad cælum remeaverit, cujus generis auctor rap-
tus ad cælum eſt? Unde manifeſtum eſt, & Chriſ-
a tum potuiſſe non mori [a], ſed noluiſſe; ut nobis
mors illa prodeſſet. Et ille quidem raptus eſt, ne
malitia mutaret cor ejus: Dominus autem quem
malitia ſæculi mutare non poterat, eo unde vene-
rat, naturæ ſuæ majeſtate remeavit. Siletur ſane
parricida fratris; neque enim rationabile erat B
Gen. 4. 8. ut eum qui percuſſerat fratrem, inter Domini
numeraret auctores; cùm ſervulos iſte ſervave-
b rit, ut fraterni eos nominis honore [b] donaret: iſte
non ſervaverit, nec fratri pepercerit. Sed nec
Gen. 5. 3. illud otioſum, quod Seth præteritus non eſt,
quem poſteriore Adam generatione ſuſcepit; ut
cùm duæ ſint populi generationes, ſignaretur
in typo dominum Jeſum Chriſtum in poſteriore
potius quam priore generatione numerandum.

Rom. 5. 14. 49. Jam de ipſo Adam qui juxta Apoſtolum C
figuram accepit Chriſti, quid pulcrius potuit
convenire, quam ut ſacro-ſancta generatio à Dei
Filio inciperet, & uſque ad Dei Filium deduce-
retur: creatuſque præcederet in figura, ut natus
Gen. 1. 27. in veritate ſequeretur: ad imaginem factus præi-
ret, propter quem Dei imago deſcenderet? Et ſi
myſterium primi diſcutiamus erroris, lignum
Gen. 3. 6. ſcientiæ boni & mali; fallente diabolo, Eva ſua-
dente, ille guſtavit; ut iſte nobis priuſquam ſci-
ret malum, eligeret bonum, dirique ſerpentis in- D
ſidias Eccleſia ſuadente, evacuaret, juxta quod
Eſai. 7. 16. ſcriptum eſt: *Quoniam priuſquam ſciat puer bonum
aut malum, non credet malitia; ut eligat quod bonum
eſt.* Et, *Priuſquam ſciat vocare patrem aut matrem,* Eſai. 8. 4.
accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ. Hic Matth. 2. 11.
enim eſt puer cujus incunabula Magi ſpoliis
orientalibus referſerunt; quia gens ante Chriſ-
tum incredula, de exuviis idolorum, mutata jam
fide, manubias obtulit Domino triumphales.

50. Hæc tibi, frater, de generatione Chriſti
non incognita putavi prolixius proſequenda; ne
quis cùm iſta in Evangelio minus adtento animo
recenſeret, aliquatenus fluctuaret: quæ ſancti
Evangeliſtæ ad majora miracula, & diviniora
Domini geſta properantes, perſtringenda bre-
vius, quam diffundenda uberius putaverunt. Eo-
rum igitur more, qui ſatis putant ignaris viarum
quaſi notas quaſdam itineris & ſemitas demonſ-
trare, ſpiritalis viæ ſemitas colligentes, videro
utrum ſecundo veritatis eventu, certe religioſo
fidei ductu in myſteriorum ſecreta contendimus:
verentes ne quis iſta cùm legerit, quod prover-
bialiter dicitur, quaſi puer machæram, tractare
per infantiam fortia arma neſciret, magiſque vul-
nus ex imprudentia, quàm ſalutem ex lectione
ſentiret. INFIRMOS enim tela ſua vulnerant,
nec poteſt bene uti armis, qui ea ferre non no-
verit. Et ideo circa fidem vir perfectus exigitur,
in quo non per humum ſcientiæ repet infantia,
non debilis quædam, nec carens ſenſibus myſti-
cæ cognitionis titubet ætas, quæ virtute juven-
tutis amiſſâ, coronam glorioſi certaminis non
requirat, & ſeneſcentis aquilæ modo, quæ prius
aut leporem rapere pedibus conſuerat, aut anſe-
rem, ævo feſſa minorum avium implumes fœtus
requirat, qui ſolidiorem cibum adferre non poſ-
ſint.

a. Edit. omnes cum parte mſſ. *ſed voluiſſe*, reſpicientes nimi-
rum ad ſequentia illa, *ut nobis mors illa prodeſſet.* Mſſ. vero Corb.
ac decem alii melioris notæ: *ſed noluiſſe.* Optima lectio. Subin-
telligitur enim: *non mori*, quod præcedit.

b In edit omnibus ac mſſ aliquot deſiderabantur ſequentia:
iſte non ſervaverit, nec fratri pepercerit: quæ verba ex mſſ decem
remotioris ævi reſtituimus; cùm alioquin ut plenior oppoſitio
reddatur, non ſint omnino ſuperflua.

LIBER QUARTUS.

1. NOn abſurdum, opinor, de generatione E
Domini confecimus opus: certe infruc-
tuoſum non fuit Dominicis diutius inhærere ma-
joribus. Nam ſi ii qui magnum mare littorali pa-
rant navigatione tranſmittere, altioris compen-
a dium curſus, [a] itidem ut nos, fiduciæ infirmitate
vitantes, agros & urbes littore deductas, capti
locorum decore frequenter inviſunt: quanto
magis nos in tanto non elementorum, ſed geſto-
rum cæleſtium ſiti profundo, viciniores legere
portus, & frequentes amare debemus excurſus; F
ne quis longæ navigationis tædio fatigatus, faſ-
b tidii vomitum tenere non poſſit. [b] Certe ſi quis
intutæ ratis vitia infida perſpexerit, tamquam
frequenti librorum portu objecto, licet ut au-
rium vela deponat, & lectionis anchoram figat.
Non videtur deſeruiſſe navigium, ſed confeciſſe
curſum, qui deſcendit in portum.

2. Et pleriſque in locis fortaſſe amœnitas ipſa
locorum invitet prætermeantem. Nam ſi Ulyſſem
illum, ut fabulæ ferunt (licet & Propheta dixe-
rit: *Habitabunt in ea filiæ Sirenum:* etſi non dixiſ- Eſai. 13. 21.
ſet Propheta, nemo tamen jure reprehenderet;
cùm & gigantes, & vallem Titanum Scriptura 2. Reg. 5. 22. & 23.
comprehenderit) [c] ſi ergo Ulyſſem illum poſt 31. c
decem annorum exſilia quibus bellatum in Ilio
eſt, decemque erroris annos feſtinantem ad pa-
triam Lotophagi ſuavitate baccarum tenere po-
tuerunt: ſi horti Alcinoi retardarunt: ſi poſtre-
mo Sirenes cantu vocis illectum, ad illud famo-
ſum voluptatis naufragium pene deduxerant, niſi
adverſus illecebroſæ ſonitus cantilenæ insertâ
cerâ ſociorum clauſiſſet aures: quanto magis re-
ligioſos viros cæleſtium factorum decet admira-
tione mulceri? Atque hîc jam non baccarum
ſuavitas haurienda, ſed panis ille qui deſcendit
de cælo: non olera Alcinoi ſpectanda, ſed ſacra-
menta ſunt Chriſti. Nam *Qui infirmus eſt, olera* Rom. 14. 2.
manducet. Non claudendæ igitur aures, ſed re-
ſerandæ ſunt; ut Chriſti vox poſſit audiri, quam
quiſquis perceperit, naufragium non timebit.
Non corporalibus, ut Ulyſſes, [*] ad arborem vin- *

a. Rom. edit. hinc reſciderat, *itidem ut nos:* quæ tamen verba
nec in ulla alia edit. vel mſſ. prætermittuntur, nec ſane ineptam
ſententiam efficiunt.

b. Ita cuncti mſſ & vet. edit. Rom. vero, *Certe ſi quis infida
ratis vitia perſpexerit . . . . portu objecto, aurium vela deponat.*

c. *Si ergo Ulyſſem illum*, hæc omiſſa fuerant in Rom. edit. cùm
tamen poſt parentheſim longiuſculam prima periodi verba iterè
repeti frequentiſſimus ſcriptorum uſus palam faciat.

*. *Ad arborem*, navis ſcilicet, id eſt, ad malum. Vide Homer.
Odyſſ. M. ubi fabulæ hujus ſeriem fuſe deſcriptam reperies.

culis alligandus, ſed animus ad crucis lignum A ſpiritalibus nexibus vinciendus; ne laſciviarum moveatur illecebris, curſumque naturæ detorqueat in periculum voluptatis.

3. Figmentis enim poeticis fabula coloratur; ut quædam puellæ ſcopuloſo in littore maris habitaſſe prodantur: quæ ſi quos deflectere navigium propter aurium ſuavitatem dulci voce pepuliſſent, in vada cæca deductos, & infida ſtatione deceptos, naufragii miſerabilis ſorte conſumerent. Compoſitum hoc ſpecie, & ambitioſa B comparatione fucatum eſt; ut mare, vox, feminæ, litora vadoſa fingantur. Quod autem mare abruptius quam ſæculum, tam infidum, tam mobile, tam profundum, tam immundorum ſpirituum flatibus procelloſum? Quid ſibi volt puellarum figura, niſi eviratæ voluptatis illecebra, quæ conſtantiam captæ mentis effeminet? Quæ autem illa vada, niſi noſtræ ſcopuli ſunt ſalutis? Nihil enim tam cæcum, quam ſæcularis ſuavitatis periculum: quæ dum mulcet animum, vitam C obruit, & corporeis quibuſdam ſcopulis ſenſum mentis illidit.

4. Meritò igitur dominus noſter Jeſus Chriſtus jejunio ſuo nos atque deſerto adverſus voluptatum informat illecebras, & tentari ſe à diabolo Dominus omnium patitur; ut in illo omnes vincere diſceremus. Advertamus igitur quia tria non otioſe à Domino principaliter ordinata Evangeliſta deſcripſit. Tria ſunt enim quæ ad uſum proficiunt ſalutis humanæ, ſacramentum, D
2. Tim. 2. 5. deſertum, jejunium: *Nemo enim niſi qui legitime certaverit, coronatur*: nemo autem ad certamen virtutis admittitur, niſi prius ab omnibus ablutus maculis delictorum, gratiæ cæleſtis munere conſecretur.

5. Venit igitur Dominus ad lavacrum; ut myſterii gratia nobis [a] & viſu probaretur & ſenſu. Et quoniam Lex, cælo & terris teſtibus, promulgatur; ut myſterium divinitatis abſconditum à ſæculis in Deo plus crederes eſſe quam Legem: E non jam ad teſtimonium cælum vocatur, ſed utitur teſtis officio, cùm vox Dei defertur è cælo. Simul ne fidei myſterium dubio mentis offendas, inviſibilia tibi viſibiliter declarantur operari.

6. Venit Dominus ad lavacrum; omnia enim pro te factus eſt. Iis qui ſub Lege ſunt, quaſi ſub Lege eſſet, cùm ipſe ſub Lege non eſſet: circumciſus eſt; ut eos qui ſub Lege ſunt, lucrifaceret: his qui ſine Lege erant, convivii communitate ſo- F ciatus eſt; ut lucraretur eos, qui ſine Lege vivebant. Factus eſt infirmis infirmus per corporis paſſionem; ut infirmos lucrifaceret. Omnibus poſtremò omnia factus eſt, pauper pauperibus, dives divitibus, flens flentibus, eſuriens eſurientibus, ſitiens ſitientibus, profluus abundantibus. In carcere cum paupere eſt, cum Maria flet, cum apoſtolis epulatur, cum Samaritana ſitit: in deſerto eſurit; ut cibus primi hominis, quem in prævaricatione guſtaverat, jejunio Domini ſolveretur. Noſtro periculo Adam ſcientiæ boni & ma- A li famem ſolvit, noſtro emolumento famem iſte ſuſcepit.

[b] *Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum ab Spiritu, ut tentaretur à diabolo.* b Cap. 4. ℣. 1.

7. Convenit recordari quemadmodum de paradiſo in deſertum Adam primus ejectus ſit; ut Gen. 3. 24. advertas quemadmodum de deſerto ad paradiſum Adam ſecundus reverterit. Videte enim quemadmodum ſuis nodis præjudicia reſolvan- B tur, & ſuis divina beneficia veſtigiis reformentur. Ex terra virgine Adam, Chriſtus ex virgine: Gen. 2. 7. ille ad imaginem Dei factus, hic imago Dei: ille Gen. 1. 27. omnibus irrationabilibus animalibus, hic omni- Ibidem. 28. bus animantibus antelatus. Per mulierem ſtultitia, Gen. 3. 6. & 7. per virginem ſapientia. Mors per arborem, vita per crucem. Ille ſpiritalium nudus, arboreis ſe texit exuviis: hic ſæcularium nudus, corporis non deſideravit exuvias. In deſerto Adam, in deſerto Chriſtus; ſciebat enim ubi poſſet inveni- C re damnatum, quem ad paradiſum, reſoluto errore, revocaret. Sed quoniam ſæcularibus indutus exuviis redire non poterat, nec paradiſi incola poteſt eſſe, niſi nudus à culpa; exuit veterem hominem, novum induit; ut quia ſolvi non queunt divina decreta, perſona magis quàm ſententia mutaretur.

8. Sed qui in paradiſo ſine duce iter amiſit acceptum, quemadmodum de deſerto ſine duce iter repetere poſſet amiſſum, ubi tentationes plu- D rimæ, niſus ad virtutem difficilis, lapſus facilis ad errorem: cùm eadem ſit virtutis natura, quæ nemorum; ut ſi adhuc exigua de terrenis ad ſuperna ſe ſubrigunt, dum teneris ætas adoleſcit frondibus, ſævi veneno dentis obnoxia facilè aut ſuccidi poſſit, aut uri: ſi vero altâ ſe radice fundaverit, & ramorum ſublimitate ſuſtulerit, fruſtra jam vel ferarum morſibus, vel lacertis agreſtium, vel diverſorum flatuum procellis arbor robuſta tentetur.

E 9. Quem igitur opponeret ducem contra tot illecebras ſæculi, contra tot verſutias diaboli; cùm ſciret nobis primo contra carnem & ſanguinem, deinde contra poteſtates, contra rectores mundi tenebrarum harum, adverſus ſpiritalia nequitiæ quæ ſunt in cæleſtibus, eſſe luctamen? Angelum opponeret? Et ipſe lapſus eſt, & legiones Angelorum vix ſingulis profuerunt. Seraphim dirigeret? Et ipſum deſcendit in terras in Eſai. 6. 6. medium populi immunda labia habentis, & & 7. F unius tantum prophetæ labia, appoſito carbone, mundavit. Alius dux requirendus fuit, quem ſequeremur omnes. Quis tantus eſſet dux, qui prodeſſet omnibus, niſi ille qui ſupra omnes eſt? Quis me ſupra mundum conſtitueret, niſi qui major eſt mundo? Quis tantus eſſet dux, qui poſſet maſculum & feminam, Judæum & Græcum, Barbarum & Scytham, ſervum & liberum uno regere ductu; niſi ſolus qui eſt omnia & in omnibus Chriſtus?

10. Multi enim laquei quacumque progredimur. Laquei in corpore, laquei in Lege, [*] laquei

a. Rom. edit. ſola, *& uſu probaretur & ſenſu*. Infra vero eadem invectis verbis, *ſed vox Dei utitur teſtis officio, cùm defertur è cælo.*

b. Conſtat quidem hic textus Matthæi verbis, pro quibus Lucæ verba ſuppoſuit Rom. edit. Sed aliarum tamen ac mſſ. auctoritati ſtandum duximus, præſertim cùm nulla ſit in ſenſu diverſitas.

*. Non obſcura videtur alluſio fieri ad illud Eccli. 9. 20. [illegible]

in pinnis templorum, in crepidinibus parietum tenduntur à diabolo. Laquei in philoſophis, laquei in cupiditatibus; oculus enim meretricis laqueus eſt peccatoris: laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus in ſtudio caſtitatis. Exiguis enim momentis mens inclinatur humana, & huc atque illuc per verſutias ſuadentis frequenter impellitur.
* * Videt aliquem diabolus religioſum virum, Deo venerabiliter deferentem, & quod ſacro-ſanctum eſt æſtimantem, nullius capacem injuriæ; in ipſa eum religione ſupplantat, ut faciat non credere quod Dei Filius vere hanc noſtram ſuſceperit carnem, hoc noſtrum corpus, hanc noſtrorum membrorum fragilitatem; cùm utique paſſio corporis fuerit, divinitas exſors injuriæ manſerit. Ita de religione fit culpa;
2. Iohan. 7. omnis enim qui negat Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, de Deo non eſt. Videt integrum & illibatæ caſtimoniæ virum, ſuadet ut nuptias damnet; quo ejiciatur ab Eccleſia, & ſtudio caſtitatis à caſto corpore ſeparetur. Audivit alius quia
1. Cor. 8. 6. *Unus Deus, . . . ex quo omnia*, adorat, atque veneratur. Inſidiatur ei diabolus, claudit aures ne au-
Ibidem. diat, quia *Unus Deus per quem omnia*: ita nimia pietate impium eſſe compellit; ut dum Patrem à Filio ſeparat, Patrem Filiumque confundat, & perſonam unam putet eſſe, non poteſtatem. Ita, que dum menſuram fidei neſcit, perfidiæ incurrit ærumnam.

11. Quomodo igitur hos laqueos evitabimus;
Pſal. 123. 7. ut poſſimus & nos dicere: *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus?* Non dicit: Ego contrivi laqueum: non auſus eſt hoc dicere David; ſed:
Ibidem. 8. *Adjutorium noſtrum in nomine Domini*; ut oſtenderet unde laqueus ſolveretur; ut prophetaret quod venturus eſſet in hanc vitam, qui contereret laqueum fraude diaboli præparatum.

12. Sed non potuit melius conteri laqueus, niſi prædam aliquam diabolo demonſtraſſet; ut dum ille feſtinat ad prædam, ſuis laqueis ligaretur, &
Pſal. 56. 7. ego poſſem dicere: *Laqueos paraverunt pedibus meis, & ipſi inciderunt in eos.* Quæ potuit eſſe præda, niſi corpus? Oportuit igitur hanc fraudem diabolo fieri, ut ſuſciperet corpus dominus Jeſus, & corpus hoc corruptibile, corpus infirmum; ut crucifigeretur ex infirmitate. Si enim fuiſſet cor-
Matth. 26. 41. pus ſpiritale, non dixiſſet: *Spiritus promtus eſt, caro autem infirma.* Audi igitur utramque vocem,
Ibidem 39. & ſpiritus promti, & carnis infirmæ: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*: hæc carnis eſt vox.
a *Sed non quod ego volo, ſed quod tu vis*: [a] habes devotionem ſpiritus & vigorem. Quid repudias dignationem Domini? Dignationis eſt quod ſuſcepit corpus meum, dignationis eſt quod ſuſcepit injurias meas, ſuſcepit infirmitates meas: quas utique natura Dei ſentire non potuit; cùm etiam natura hominis contemnere didicerit, vel ſuſtinere ac perpeti. Et ideo ſequamur Chriſtum,
Deut. 10. 20. & 13. 4. juxta quod ſcriptum eſt: *Poſt dominum Deum tuum ambulabis, & ipſi ſoli adhærebis.* Cui adhærebo,
1 Cor. 6. 17. niſi Chriſto, ſicut Paulus dixit: *Qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt?* Illius igitur, de deſerto ut ad paradiſum redire poſſimus, veſtigia perſequamur.

13. Et videte quibus itineribus reducamur. Nunc in deſerto Chriſtus eſt, agit hominem, inſtruit, informat, exercet, ungit oleo ſpiritali: ubi videt robuſtiorem, per ſata & fructuoſa tranſ
ducit, quando querebantur Judæi quod diſcipuli Matth. 12. 1.
ejus ſabbato de ſegete ſpicas vellerent (jam enim apoſtolos ſuos in agro culto, & fructuoſo opere collocaverat) poſtea in paradiſo conſtituit tem-
pore paſſionis; ſic enim habes: *Hæc cùm dixiſſet* Iohan. 18. 1.
Ieſus, cum diſcipulis ſuis tranſivit trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipſe cum diſcipulis ſuis. Agro enim fœcundo hortum eſſe potiorem docet Propheta in Canticis canticorum dicens: *Hortus clauſus ſoror mea ſponſa, hortus* Cant. 4. 12. & 13.
clauſus, fons ſignatus, emiſſiones tuæ paradiſus. Illa eſt enim animæ pura & immaculata virginitas, quæ nullo terrore pœnarum, nullis à fide ſæcularis voluptatis illecebris, nullo vitæ amore tranſducitur. Denique virtute Domini hominem eſſe revocatum præ ceteris hic Evangeliſta teſtatur, qui ſolus inducit Dominum dicentem latroni: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.* Luc. 23. 43.

14. Plenus igitur Jeſus Spiritu ſancto agebatur in deſertum: conſilio, ut diabolum provocaret; nam niſi ille certaſſet, non mihi iſte viciſſet: myſterio, ut Adam illum de exſilio liberaret: exemplo, ut oſtenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus invidere; & tunc magis eſſe cavendum, ne myſterii gratiam deſerat mentis infirmitas.

Quadraginta autem *dies*. ℣. 2.

15. Myſticum numerum recognoſcis. Tot enim
diebus aquas abyſſi effuſas eſſe meminiſti, & tot Gen. 7. 11.
jejunio dierum ſanctificato Prophetâ, refuſam 3. Reg. 19. 8
cæli ſerenioris eſſe clementiam. Tot jejunio die- Exod. 34. 28
rum ſanctus Moyſes perceptionem Legis emeruit. Tot annos in eremo conſtituti patres pa- Num. 14. 32
nem Angelorum & cæleſtis alimoniæ gratiam conſecuti ſunt: nec antequam myſtici numeri tempus explerent, terram repromiſſionis intrare meruerunt. Tot jejunio dierum Domini nobis in Evangelium pateſcit ingreſſus. Unde ſi quis Evangelii gloriam, fructumque reſurrectionis optat adipiſci, myſtici jejunii prævaricator eſſe non debet: quod & in Lege Moyſes, & in Evangelio ſuo Chriſtus utriuſque Teſtamenti auctoritate præſcripſit fidele virtutis eſſe certamen.

16. Quid verò ſibi vult quod Evangeliſta Dominum eſuriſſe ſignificavit, cùm de Moyſi atque Eliæ jejunio nihil tale videamus expreſſum? Numquid hominum patientia Deo fortior eſt? Sed qui quadraginta diebus eſurire non potuit, oſtendit non cibum eſuriſſe ſe corporis, ſed ſalutem: ſimul ut adverſarium laceſſeret jam timentem, qui quadraginta dierum fuerat jejunio vulneratus. Et ideo fames Domini pia fraus eſt; ut in quo diabolus majora metuens jam cavebat,
[b] famis ſpecie lactatus tentaret ut hominem, ne b

*. Hic potiſſimum triplex indicatur error in quem pietatis ſpecie non pauci miſere præcipitantur. Primus autem ac ſecundus ad errorem Manichæorum pertinet, tertius ad Sabellianorum.

a. Edit. Amerb. cum tribus mſſ. iiſque recentioris manus. *Habes quemadmodum devotionem doceamus ſpiritum.* Mſſ. *ſpiritus* &c.

b. Mſſ. aliquot, *famis ſponte jactatus*. Malunt nonnulli alii, *lætatus*. Optime autem reliqui cum edit. *lactatus*. Et poſt pauca edit. Era. & ſeq. cum duobus mſſ. *Spiritus opus, hoc eſt, dominum* &c. Edit. Amerb. cum aliis ſcriptis cod. ut in textu.

impediretur triumphus. Simul illud diſce myſterium, ſanćti Spiritus opus hoc divinum fuiſſe judicium; ut tentandum ſe diabolo Chriſtus offerret.

ŷ. 1. *Dixit autem illi diabolus : Si Filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat.*

17. Tria præcipue docemur eſſe tela diaboli, quibus ad convulnerandam mentem hominis conſuevit armari : gulæ unum, aliud jaćtantiæ, ambitionis tertium. Inde autem cœpit, unde jam vicit. Et ideo inde incipio in Chriſto vincere, unde in Adam vićtus ſum; ſi tamen mihi Chriſtus imago Patris, virtutis exemplum ſit. Diſcamus igitur cavere gulam, cavere luxuriam, quia telum eſt diaboli. Laqueus tenditur cùm menſa regalis convivii præparatur, quæ conſtantiam ſæpe mentis inclinat. Non ſolum enim cùm audimus verba diaboli, ſed etiam cùm videmus ejus copias, laqueum vitare debemus. Didiciſti igitur diaboli telum, ſume ſcutum fidei, loricam abſtinentiæ.

18. Sed quid ſibi vult talis ſermonis exorſus : *Si Filius Dei es*; niſi quia cognoverat Dei Filium eſſe venturum : ſed veniſſe per hanc infirmitatem corporis non putabat? Aliud explorantis, aliud tentantis eſt; & Deo ſe profitetur credere, & homini conatur illudere.

19. Sed vide arma Chriſti quibus tibi non ſibi vicit. Nam qui majeſtate ſua lapides in panem poſſe converti naturæ alterius transfuſione monſtravit, docet nihil tibi pro diaboli arbitrio, nec declarandæ virtutis contemplatione faciendum. Simul in ipſa tentatione artificem diaboli diſce verſutiam. Sic tentat, ut exploret : ſic explorat, ut tentet. Contrà Dominus ſic fallit, ut vincat : ſic adhuc vincit, ut fallat. Nam ſi convertiſſet naturam, prodiderat creatorem. [a] Medie ergo reſpondit dicens :

ŷ. 4. *Scriptum eſt quoniam non in pane ſolo vivit homo, ſed in omni verbo Dei.*

20. Vides quo genere utatur armorum, quo hominem à ſpiritalis nequitiæ incurſione defendat, adverſus irritamenta gulæ ſeptum atque munitum? Non enim quaſi Deus utitur poteſtate (quid enim mihi proderat) ſed quaſi homo commune ſibi arceſſit auxilium; ut divinæ pabulo lećtionis intentus famem corporis negligat, alimentum verbi cæleſtis adquirat. Huic intentus Moyſes panem non deſideravit : huic intentus Elias famem prolixioris non ſenſit jejunii. Non enim poteſt qui verbum ſequitur, panem deſiderare terrenum, cùm ſubſtantiam panis cæleſtis accipiat; humanis enim divina præſtare non dubium eſt, & corporalibus ſpiritalia. Et ideo qui vitam veram deſiderat, [b] illum panem expetat, qui per inſenſibilem ſubſtantiam humana corda confirmat. Simul cùm dicit : *Non in pane ſolo vivit homo*, oſtendit hominem eſſe tentatum, hoc eſt, ſuſceptionem noſtram, non ſuam divinitatem.

21. Sequitur jaćtantiæ telum, quo proclive delinquitur; quia dum homines gloriam virtutis ſuæ jaćtare deſiderant, de loco meritorum ſuorum & ſtatione decedunt.

Et duxit illum, inquit, *in Hieruſalem, & ſtatuit eum ſupra pinnam templi.* ŷ. 9.

22. Ita eſt enim jaćtantia, ut dum ſe putat unuſquiſque ad altiora conſcendere, ſublimium uſurpatione faćtorum ad inferiora trudatur.

Et dixit illi : Si Filius Dei es, mitte te deorſum. Ibidem.

23. Vere diabolica vox, quæ mentem hominis de gradu altiore meritorum præcipitare contendit. Quid enim tam proprium diabolo, quam ſuadere ut unuſquiſque ſe mittat deorſum?

24. Diſce ergo & tu diabolum vincere. Agit te ſpiritus, ſequere ſpiritum. Non te revocet carnis illecebra, ſpiritu plenus diſce contemnere voluptates. Iejuna, ſi vis vincere. Conſequens eſt ut per hominem diabolus te putet eſſe tentandum : Chriſtus quaſi fortior, facie ad faciem tentatur, tu per hominem. Et illud diaboli verbum eſt, [c] cùm dicit homo : Fortis es, manduca & bibe, & ſimilis mane. Noli te tibi credere, non erubeſcas egere præſidiis, quibus non egebat Chriſtus; & tamen ea non negligebat, ut te doceret dicens : *Cavete ne gravetur cor veſtrum in vino & crapula.* Non erubuit Paulus, qui ait : *Sic certo, non ut aera cædens.* Aera quidem non cædebat Apoſtolus : ſed Poteſtates aeris verberabat. *Sed caſtigo*, inquit, *corpus meum, & ſervituti redigo; ne forte cùm aliis prædicaverim, ipſe reprobus inveniar.* Luc. 21. 34. 1 Cor. 9. 26. Ibidem. 27.

25. Simul infirmitatem ſuam diabolus malitiamque deſignat; [d] quia nemini poteſt nocere diabolus, niſi ipſe ſe miſerit. Nam qui relićtis cæleſtibus, eligit terrena, voluntarium quoddam præcipitium vitæ labentis incurrit. Simul quoniam telum ſuum diabolus vidit obtuſum, qui omnes homines propriæ ſubjecerat poteſtati, plus cœpit quam hominem judicare. Sed Dominus rurſus nec ea quidem quæ de ſe fuerant prophetata ad arbitrium diaboli putavit eſſe facienda : ſed divinitatis propriæ aućtoritate ſervata, verſutiæ ejus occurrit; ut quia Scripturarum exemplum prætenderat, Scripturarum vinceretur exemplis. Poteſtas enim Deo vincere, [e] qui mihi vincit.

26. Diſce hìc quoque quia ſatanas transfigurat ſe velut Angelum lucis, & de ſcripturis ipſis divinis ſæpe laqueum fidelibus parat. Sic hæreticos facit, ſic eviſcerat fidem, ſic jura pietatis impugnat. Ergo non te capiat hæreticus; quia poteſt de Scripturis aliqua exempla proferre, nec ſibi arroget quod dośtus videtur. Utitur & diabolus teſtimoniis Scripturarum non ut doceat, ſed ut circumſcribat & fallat. Cognovit aliquem adtentum religioni, virtutibus clarum, ſignis & operibus præpotentem : jaćtantiæ tendit laqueum, ut hujuſmodi virum inflet tumore;

a. Edit. quædam Pariſ. *Merito ergo reſpondit.* Aliæ & cunćti mſſ. commodius, *Medie &c.* id eſt, reſponſionem ſic temperavit; ut & diabolum vinceret, nec ſuam aperiret divinitatem.

b. Mſſ. bene multi, *illum panem exſpectat*, nonnulli .... *exſpectet.* Alii, ac edit. .... *expetat*

c. Omnes edit. ac mſſ. nonnulli, *cùm dicit : Homo fortis eſto, & ſimilis mane*, ultimæ Pariſ. edit. *& ſi molis mane.* Sed mſſ. de melioti nota & majori numero, *cùm dicit homo : Fortis es &c.* Melius; hoc enim refertur ad ſuperius illud : *Conſequens eſt ut per hominem diabolus te putet eſſe tentandum*

d. Rom. edit ſola, *quia neminem poteſt mittere deorſum.*

e. Omnes edit. ac mſſ. non pauci, *Scriptura mihi vincit.* At mſſ. melioris notæ, *qui mihi vincit.*

quò pietati ſe non credat, ſed credat jactantiæ: A nec Deo deputet, ſed ſibi arroget. Ideoque apoſtoli non in ſuo, ſed in Chriſti nomine dæmoniis imperabant; ne arrogare ſibi aliquid viderentur. Sic Petrus[a] paralyticum curat dicens: (Act 3. 6.) *In nomine Ieſu Nazareni ſurge, & ambula.* Diſce etiam de Paulo jactantiam fugere. (2. Cor 12. 3 4 & 5.) *Scio*, inquit, *hominem, ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit, quoniam raptus eſt in paradiſum, & audivit verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Pro hujuſmodi gloriabor, pro me autem non gloriabor*, B *niſi in infirmitatibus meis.*

27. Ergo & hîc diabolus, quoniam fortem ſenſit, jactantiam prætendit, quæ etiam fortes decipit: ſed Dominus reſpondit ei: *Non tentabis dominum Deum tuum.* In quo & Dominum & Deum Chriſtum: & Patrem & Filium poteſtatis unius (Iohan. 10. 30.) eſſe cognoſcis, juxta quod ſcriptum eſt: *Ego & Pater unum ſumus.* Et ideo ſi *Unum* obtendit diabolus, occurre ei quia ſcriptum eſt: *Ego & Pater unum ſumus.* Et diſtingue *Unum*, [b] ne po- C teſtatem diſcernas: diſtingue *Unum*, ne Patrem Filiumque ſecernas.

(℣. 5.) *Et duxit illum diabolus iterum in montem altiſſimum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.*

28. Bene in momento temporis ſæcularia & terrena monſtrantur. Non enim tam conſpectus celeritas indicatur, quàm caducæ fragilitas poteſtatis exprimitur; in momento enim cuncta illa D prætereunt, & ſæpe honor ſæculi abit antequam venerit. Quid enim ſæculi poteſt eſſe diuturnum, cùm ipſa diuturna non ſint ſæcula? Docemur hîc inanis ambitionis flabra deſpicere, quod omnis dignitas ſæcularis diabolicæ ſubjaceat poteſtati: ad uſum fragilis, & inanis ad fructum.

29. Sed quomodo hîc dat diabolus poteſta- (Rom 13 1.) tem: & alibi legitur, quia *Omnis poteſtas à Deo eſt?* Numquid poteſt quis duobus dominis ſervire, E aut à duobus accipere poteſtatem? Numquid ergo contrarium eſt? Minime. Sed vide quia omnia à Deo; neque enim ſine Deo mundus; quia (Iohan. 1. 10.) *Et mundus per ipſum factus eſt*: ſed licet à Deo factus ſit; tamen opera ejus mala, quia ſæculum (1. Iohan. 5. 19.) in maligno poſitum eſt; & ordinatio mundi à Deo, opera mundi à malo. Ita etiam à Deo poteſtatum ordinatio: à malo ambitio poteſtatis. (Rom 13. 1.) Denique: *Non eſt*, inquit, *poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt*; non datæ, ſed F (Ibidem. 2.) ordinatæ: &, *Qui reſiſtit poteſtati, Dei*, inquit, *ordinationi reſiſtit.* Hîc quoque licet dicat dare ſe diabolus poteſtatem, omnia tamen illa ad tempus permiſſa ſibi eſſe non abnuit. Itaque qui permiſit, ordinavit: nec poteſtas mala, ſed is (Ibidem. 3.) qui male utitur poteſtate. Denique, *Vis non* A *timere poteſtatem? Fac bonum, & habebis laudem ex illa.* Non ergo poteſtas mala, ſed ambitio. Denique eouſque à Deo ordinatio poteſtatis; ut Dei miniſter ſit, qui bene utitur poteſtate: *Dei*, (Ibidem. 4.) inquit, *miniſter eſt tibi in bonum.* Non ergo muneris aliqua culpa eſt, ſed miniſtri: nec Dei poteſt ordinatio diſplicere, ſed adminiſtrantis actio. Nam ut de cæleſtibus ad terrena derivemus exemplum, dat honorem imperator, & habet laudem. Quod ſi quis male honore uſus fuerit, B non imperatoris eſt culpa, [c] ſed judicis. Habent reum ſuum crimina, non quia poteſtas unumquemque, ſed malitia ſua implicat.

30. Quid ergo? Bonum eſt uti poteſtate, ſtudere honori? Bonum ſi deferatur, non eripiatur. Diſtingue tamen hoc ipſum bonum. Alius enim bonus in ſæculo, alius perfectæ virtutis uſus; bonum eſt enim cognoſcendæ divinitatis ſtudium, nullis occupationibus impediri. Nam etſi multa bona, una tamen eſt vita æterna: *Hæc eſt autem* (Iohan. 17. 3.) C *vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Et ideo vitæ æternæ maximus fructus, & ſolus Deus vitæ remunerator æternæ eſt. Solum Deum & Dominum noſtrum adoremus, & ipſi ſoli ſerviamus; ut ſolus ipſe nos fructu remuneret ampliſſimo. Fugiamus omnia quæ diabolicæ ſubjacent poteſtati; ne tamquam malus tyrannus in eos, quos intra ſuum regnum invenerit, acceptæ ſævitiâ poteſtatis utatur.

D 31. Non ergo à diabolo poteſtas eſt, ſed obnoxia tamen inſidiis diaboli. Nec tamen ideo mala ordinatio poteſtatum, quia malo obnoxiæ poteſtates. Bonum eſt enim Deum quærere, ſed quidam ipſius inquiſitionis amfractus & error obrepit. Nam ſi inquiſitor in ſacrilegium ſæva interpretatione vertatur, in deterius vertitur quærentis [d] offenſa, quàm ſi non quæſiſſet: nec tamen inquiſitionis, ſed quæſitoris eſt culpa: nec inquiſitio obnoxia malo, ſed quærentis affectus. E Quod ſi is qui Deum quærit, propter fragilitatem carnis, & mentis anguſtias ſæpe tentatur; quanto magis qui ſæculum quærit obnoxius eſt? Atque hoc ipſo perniciosior ambitio, quod blanda quædam eſt conciliatricula dignitatum; & ſæpe quos [e] vitia nulla delectant, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia ſubvertere, facit ambitio criminoſos. Habet enim forenſem gratiam, domeſticum ſcelus: & ut dominetur aliis, prius ſervit. Curvatur obſequio, ut honore F donetur: [f] & dum vult eſſe ſublimior ſimulata humilitate, fit vilior, & fit remiſſior; cùm in ipſa poteſtate, quod præcellit, alienum ſit; legibus enim imperat, ſibi ſervit.

32. Dicet fortaſſe aliquis, quia ſolus qui malum fecerit, timet; tamen qui mare navigat, plus timet. Et contra in immobili terrarum ſtatione

a. Sic omnes mſſ. ac vet edit. Rom. vero, *claudum curat.* Sed quid ſi eum ex paralyſi, ſeu reſolutione nervorum claudicaſſe ratus eſt noſter Ambroſius?

b. Edit. Rom *non ut poteſtatem diſcernas, ſed ut Patrem Filiumque ſecernas.* Perſpicuus ſenſus, ſi quo mſſ aut aliarum edit. præſidio firmaretur. Veterem igitur lectionem interpretamur in hunc modum: Accipe vocem, *unum*, eo conſilio poſitam, ne Patris ac Filii poteſtatem diſtinguas, vel aliam perſonam ab alia ſepares; nam ut ait Hilar. 7. de Trinit. *In diverſis perſonis nihil diverſum .... nihil ſeparabile* &c. cùm Pater in Filio, & Filius in Patre ſit unitate naturæ. Quæ fuſius explicat ipſemet Ambroſius lib. 1. de fide cap. 2.

c. Rom edit. ſola, *ſed utentis.* At hic agi de judiciaria poteſtate liquidò probant ſuperiora.

d. Hæc verba, *Quàm ſi non quæſiſſet* & inferiora illa, *obnoxius eſt*, edit. Rom. rejecerat: ſed cum in vet edit. ac mſſ omnibus inveniantur, eadem non reſtituere in integrum religio fuit.

e Eadem Rom. edit. ſola, *vitia nulla deflectunt*: & poſt pauca cum reliquis edit. ac paucis mſſ *domeſticum periculum*: ſed mſſ. plures & potiores, *domeſticum ſcelus.* Magis appoſite ad antecedentia, *facit ambitio criminoſos.*

f. Edit. omnes ac mſſ aliquot: *Et dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior.* Quæ vero interjiciuntur, è novem optimis codicibus reſtituta ſunt

conſiſtens, non ſolet timere naufragium: at ſi mo- A bile conſcendat elementum, frequentioribus obnoxius fit periculis. Fuge ergo ſæculi mare, & naufragium non timebis. Et ſi frequenter arborum vertices ſpirantium verberent flabra ventorum; ſolidatis tamen radicibus nullus occaſus eſt: at in mari furentibus ventis, etſi non omnium naufragium, omnium tamen periculum eſt. Ita enim adverſis flatibus nequitiæ ſpiritalis, nullus in arena vel in ſalo tutus eſt, & naves Tharſis vehementi ſæpe ſpiritu conteruntur. Hæc mo- B raliter.

33. Ceterùm quod ad myſticum ordinem ſpectat, cernis vetuſti erroris vincula ſuis reſoluta veſtigiis; ut primo gulæ, [a] ſecundo facilitatis, tertio ambitionis laqueus ſolveretur. Pellectus eſt enim Adam cibo: [a] & in locum interdictæ arboris ſententiæ facilitate tranſgreſſus, temerariæ quoque ambitionis crimen incurrit, dum ſimilitudinem divinitatis affectat. Et ideo prius Dominus veteris nexus ſolvit injuriæ; ut nos jugo cap- C tivitatis excuſſo, vincere crimina Scripturarum præſidio diſceremus.

34. Quod ſi dominus Jeſus propria non deſideravit, tu aliena cur quæras? Si creator omnium ſæculi gloriam, ſubeundæ paupertatis virtute contemſit: cur tu faſtidias quod natus es, appetas quod indebitum eſt? Cur ea quæ ad uſum tibi diuturna eſſe non poſſunt, ad ſupplicium diuturna depoſcas? Cave inſidias, cave fraudes. Et hoc ipſo quod ad ſubruendum hominem to- D tum verſuta diabolus mundum fraude concutiat, totius ſæculi pugnet illecebris, ejus tibi blanditia plus cavenda eſt. Non Evam cibus inflexerat, non mandatorum oblivio deſtituerat: ſed promiſſi honoris ambitio illecebroſa decepit. Quæ ſi ſolum Dominum adorare voluiſſet, indebita non quæſiſſet. Et ideo remedium datur quo telum ambitionis obtundas, ut ſoli Domino ſerviamus; caret enim ambitione religioſa devotio.

℣. 13. *Et conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo uſque ad tempus.*

35. Prope omnium criminum fontes hæc tria genera demonſtrantur eſſe vitiorum. Neque enim conſummatam omnem tentationem Scriptura dixiſſet; niſi in his tribus eſſet omnium materia delictorum, quorum ſemina in ipſa origine ſunt cavenda. Finis ergo tentationum, finis eſt cupiditatum; quia cauſæ tentationum cauſæ cupiditatum ſunt. Cauſæ autem cupiditatum ſunt carnis oblectatio, ſpecies gloriæ, aviditas potentiæ. Quàm religioſum videtur ut [b] commorationem chriſtianæ feminæ non recuſes! Sed crebra inde tentatio. Si adtentos Deo viderit diabolus, ſuggerit ut decipiat: ſed tu quamvis de propoſito præſumas, cave tentationem, ſciens naturam. Hæc tria, ſi recorderis, etiam Paulus cavenda præſcribit, deſignans tres eſſe ſpecies peccatorum, à quibus liber exſpectat juſtitiæ coronam. *Neque enim*, inquit, *in verbo adulationis fuimus, neque in occaſione avaritiæ, Deus teſtis* 1. Theſſ. 2. 5. & 6. A *eſt, neque gloriam quærentes ab hominibus*; & ideo diabolum vicit, coronam petivit.

36. Vides ergo ipſum diabolum non eſſe in ſtudio pertinacem, cedere ſolere veræ virtuti. Et ſi invidere non deſinat, tamen inſtare formidat; quia frequentius refugit triumphari. Audito itaque Dei nomine, *Receſſit*, inquit, *uſque ad tempus*; poſtea enim non tentaturus, ſed aperte pugnaturus advenit.

37. Docet igitur te ſcriptura divina non tibi Epheſ. 6. 12. B contra carnem & ſanguinem, ſed contra inſidias ſpiritales eſſe certamen. Vides magnificentiam chriſtiani viri, qui certat cum rectoribus mundi: & licet conſtitutus in terris, adverſus ſpiritalia nequitiæ quæ ſunt in cæleſtibus, animi virtute decernit. Non enim de terrenis contendimus, ut dimicemus in terra: ſed ſpiritalibus propoſitis præmiis, de regno Dei & Chriſti hereditate neceſſe eſt ſpiritalia prius impedimenta ſuperentur. Corona propoſita eſt, ſubeunda certamina ſunt. C Nemo poteſt, niſi vicerit, coronari: nemo poteſt vincere, niſi ante certaverit. Ipſius quoque coronæ major eſt fructus, ubi major eſt labor: *Arcta enim & anguſta eſt via, quæ ducit ad vitam.... lata vero & ſpatioſa, quæ ducit ad mortem.* Et ideo Matth. 7. 14. & 13. tentationem neutiquam timere debemus; eſt enim cauſa victoriæ, materia triumphorum.

38. Dives ille, qui tentationem non ſenſit in Luc. 16. 22. ſæculo, in pœnis eſt apud inferos: pauper ille Lazarus qui ita paupertate morboque afflictus D eſt & adtritus, ut vibices ejus à canibus lamberentur, vitæ iſtius labore miſerabilis, coronam gloriæ quæſivit æternæ. *Multæ* enim *tribulationes*, Pſal. 33. 20. non quorumcumque, ſed *juſtorum*. Denique quos Hebr. 12. 6. diligit Dominus, ſæpe caſtigat. Petrus tentatus Luc. 22. 57. & ſeq. eſt, ut negaret: negavit, ut fleret. Et quid de ceteris dicam? Nempe Job erat probatus Deo: ſed Job. 1. 12. & 2. 6. licet probatus erat; victor tamen non erat. Probata erat devotio; virtutis tamen præmium non habebat. Et ideo tentandus offertur, ut glorioſior E redderetur.

39. Illius quoque certaminis refert ut gradum ſpectes. Non unum telum diabolus habet, frequentat ſpicula; ut aut præmio vincat, aut tædio. Primò cupiditate vulnerat, ſecundò pietate, tertiò ſanitate; mentis enim pariter & corporis pugnat ulceribus. Diverſitas quoque ipſa tentationum pro diverſitate certantium eſt. Avaritiæ damno dives urgetur, pater diſpendio filiorum, homo doloribus, corpus ulceribus. Quanta hæc F tela! Unde Dominus noluit habere quod perderet; & ideo pauper huc venit, ne haberet diabolus, quod auferret. Vis ſcire quam verum ſit? Ipſum Dominum dicentem audi: *Venit hujus* Johan. 14. 30. *mundi princeps, & in me invenit nihil.* Noluit etiam paucorum eſſe pater, ut eſſet omnium. Fruſtra autem corporis tentaretur ulceribus, qui contemneret omnes corporis paſſiones: ſimul ut oſtenderet nobis quod immaculata, corporis hoſte depulſo, victoria ſibi deberetur. Sed ille quaſi homo ſuis tentatur, hic publicis: illi patrimonium aufertur, huic regnum orbis offertur. Nec totus

a. *Secundo facilitatis.* per facilitatem deſignari jactantiam ac vanitatem ex ſuperioribus manifeſtum eſt: nec immerito ſane, cùm hoc vitium è quadam animi facilitate levitateque oriatur.

a. Ita mſſ. atque ant. edit. in corpore ſummo conſenſu. Rom. autem *& in uſum interdictæ arboris* &c. quod illa è margine edit. Era. ac Gill. tranſtulit in textum.

b. Mſſ. nonnulli cum edit. Amerb. Era. & ultima Pariſ. *commemorationem chriſtianæ feminæ.* Commodius reliqui cod. ſcripti ac editi, *commorationem*, id eſt, frequentiora & longiora colloquia, nimiamque familiaritatem.

fine

ſine fraude diabolus, qui exaſperare Dei Filium A vereretur: illum injuriis tentat, hunc præmiis. Iob. 1. 21. Ille quaſi ſervulus dicit: *Dominus dedit, Dominus abſtulit:* hic naturæ ſuæ diſpoſitioniſque conſcius Ibidem 14. 15. & ſeq. ſua ſibi ridet offerri. Et ut ad illud revertamur, ingruit nuntius ſuper nuntium, congeminant vulnera: nec tamen fortis athleta mente turba- Iob. 2. 9. tur. Adhibetur mulier primæ fraudis illecebra: hic per virginem natus errori obnoxiam non habebat. Amici adbibentur qui pravis conſiliis Ibidem. 10. opprimant reluctantem. Sed *in omnibus quæ acci-* B *derunt ei, nuſquam peccavit Iob labiis ſuis in conſpectu Dei.*

Iob. 3. 3. 40. Nam quod maledicit diei, dicens: *Pereat* Ibidem. 8. *dies illa in qua natus ſum;* & infra: *Et maledicat ei is qui maledixit diem illam, qui habet magnum cetum opprimere*, ad prophetiam pertinet; eo quod diabolum tamquam proceloſi ſæculi iſtius cetum dominus noſter Jeſus Chriſtus oppreſſit: & generationis ſuæ carnalis diem perire deſiderat; ut dies ejus in regeneratione numeretur. Pereat, C inquit, dies ſæcularis, ut dies ſpiritalis oriatur. Ergo in tentatione ſanctus Job myſteria loquebatur; qui enim vincebat ſæculum, Chriſtum videbat.

41. Nos igitur non timeamus tentationes, ſed 2. Cor. 12. 10. magis tentationibus gloriemur, dicentes: Cùm infirmamur, tunc potentes ſumus; tunc enim nectitur corona juſtitiæ. Sed illa Paulo fortaſſis accommoda: nos autem quia plures coronæ ſunt, quamcumque ſperare debemus. In ſæculo D • laurus corona eſt, * corona eſt ſcutum. At verò Prov. 4. 9. tibi propoſita eſt corona deliciarum: *Corona* enim Pſal. 5. 13. *deliciarum obumbrabit te.* Et alibi: *Scuto bonæ vo-* Pſal. 8. 6. *luntatis ſuæ circumdabit te.* Gloria quoque & honore quem dilexit Dominus, coronavit. Ergo qui vult coronam dare, tentationes ſuggerit. Et ſi quando tentaberis, cognoſce quia paratur corona. Tolle martyrum certamina, tuliſti coronas: tolle cruciatus, tuliſti beatitudines.

42. Nonne tentatio Joſeph virtutis eſt conſe- E cratio? Nonne injuria carceris corona eſt caſtitatis? Quemadmodum regni in Ægypto conſortium potuiſſet adipiſci, niſi venditus fuiſſet à fratribus? Quod Dei factum arbitrio, ut juſtus pro- Gen. 50. 20. baretur, ipſe monſtravit, dicens: *Quemadmodum fieret in hodierno, ut paſceretur populus multus?* Non debemus igitur tentationes ſæculi pro malis timere, quibus bona præmia comparantur: ſed magis rogare contemplatione conditionis humanæ; ut eas tentationes ſubeamus, quas ferre F poſſimus.

℣. 14. *Et egreſſus eſt Ieſus in virtute Spiritus, in Galilæam.*

43. Completur hoc loco prophetia Eſaiæ di- Eſai. 9. 1. & 2. centis: *Regio Zabulon, & terra Nephtalim, & ceteri paraliam inhabitantes, & qui ſecus maritima, &* A *trans Iordanem Galilea gentium, populus qui ſedebat in umbra mortis, lucem viderunt magnam.* Quis eſt enim lux magna, niſi Chriſtus qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum?

44. Deinde librum accepit, ut oſtenderet ſe ℣. 17. ipſum eſſe qui locutus eſt in prophetis: & removeret ſacrilegia perfidorum, qui alium Deum dicunt veteris Teſtamenti, alium novi: vel qui initium Chriſti dicunt eſſe de virgine: quomodo enim cœpit ex virgine, qui ante virginem B loquebatur?

Spiritus Domini ſuper me. ℣. 18.

45. Vides Trinitatem coæternam atque perfectam. Ipſum loquitur Scriptura Jeſum Deum hominemque, in utroque perfectum: Deum loquitur & Patrem, & Spiritum ſanctum. Spiritus enim ſanctus cooperator oſtenditur, quando corporali ſpecie ſicut columba deſcendit in Chriſtum; cùm Dei Filius baptizaretur in flu- C vio, Pater loqueretur è cælo. Quod igitur majus quærimus teſtimonium, quam quod ſe fuiſſe qui loquutus eſt in prophetis, propria voce ſignavit? Ungitur oleo ſpiritali, & virtute cæleſti; ut paupertatem conditionis humanæ theſauro reſurrectionis rigaret æterno, captivitatem mentis averteret, cæcitatem illuminaret animorum, annum Domini perpetuis diffuſum temporibus prædicaret, qui redire in orbem laboris neſciat, continuationem fructus hominibus & quietis in- D dulgeat. Atque ille ita ad omnia ſe curvavit obſequia, ut ne lectoris quidem adſpernaretur officium: nos vero impii, qui divinitatis fidem miraculis operum colligendam contemplatione corporis negabamus.

Amen dico vobis quod nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. ℣. 24.

46. Non mediocriter invidia proditur, quæ civicæ caritatis oblita, in acerba odia cauſas E amoris inflectit. Simul hoc exemplo pariter & oraculo declaratur quod fruſtra opem miſericordiæ cæleſtis exſpectes, ſi alienæ fructibus virtutis invideas; adſpernator enim Dominus invidorum eſt, & ab iis qui divina beneficia in aliis perſequuntur, miracula ſuæ poteſtatis avertit. Dominicæ quippe carnis actus divinitatis exemplum eſt: & inviſibilia nobis ejus per ea quæ ſunt viſibilia demonſtrantur.

47. Non otioſe itaque ſalvator excuſat quod F nulla in patria ſua miracula virtutis operatus ſit; ne fortaſſis aliquis viliorem patriæ nobis eſſe debere putaret affectum. Neque enim cives poterat non amare, qui amaret omnes: ſed ipſi ſe caritate patriæ, qui invident, abdicarunt; *Caritas* 1. Cor. 13. 4. enim *non æmulatur..... non inflatur.* Nec tamen exſors beneficiorum patria divinorum eſt. Quod enim majus miraculum, quam quod * in ea natus •

*. Quidam interpretes in Pſal. 5. ℣. 13. tradunt poſt D. Thomam in more antiquis fuiſſe, ut in curru victores ſcuto capiti ſuperpoſito coronarentur, antequam coronarum uſus inoleviſſet. Sed cùm rara hujus rei exſtent veſtigia, quomodo ſcutum corona dicatur, multis hæret aqua. Et certe Hieronymus in eumdem locum diſerte, *apud ſaculum*, inquit, *aliud eſt ſcutum, aliud corona.* Unde tum ipſe tum alii poſt Origenem ad ſpiritalem ſenſum confugiunt. Ambroſius tamen non ſolum hoc loco, ſed & lib. 5. Hexaem. cap. 14. num. 60. ſcutum coronis, hoc eſt, victoriæ præmiis, annumerat. Illic enim poſteaquam vitis folium ſcuti ſimilitudine deſcripſit, ſubdit deinde: *Etenim bravii ſpeciem videtur effingere .... innaſcitur ſpecies & prærogativa victoriæ. Scutum igitur habet bravium ſuum quo & munimen ſibi præbetur &c.* Et huc etiam facit, quod in eumdem citati Pſalmi verſum dicit Caſſiodorus, *Clypeus impoſitus capiti corona eſt, aptatus cordi defenſio.* Nec forte aliam ob cauſam ſcuta in columna Trajani coronis inſignita viſuntur, licet hujus rei rationem nonnihil diverſam reddat Lipſius in Anal. ad lib. de Magn. Rom.

*. Quod Chriſtus de patria in qua educatus fuerat, dicit, id etiam ad patriam quæ ipſum naſcentem ſuſceperat, extendit Ambroſius. Nec ſane injuria, quando illic etiam nullum à Chriſto miraculum legamus perpetratum.

eſt Chriſtus? Videte igitur quid mali invidia ad- A
ferat. Indigna propter invidiam patria judica-
tur, in qua civis operetur, quæ digna fuit in qua
Dei Filius naſceretur.

℣. 25 *In veritate dico vobis: Multa viduæ fuerunt in diebus Eliæ.*

48. Non quia Eliæ dies fuerunt, ſed in quibus
Elias operatus eſt: aut quia dies faciebat illis, qui
in ejus operibus lucem videbant gratiæ ſpiritalis,
& convertebantur ad Dominum. Et ideo aperie- B
batur cælum videntibus æterna & divina myſte-
ria: claudebatur quando fames erat; quia nulla
Lib. de Viduis. erat cognoſcendæ divinitatis ubertas. Sed de hoc
plenius ſcripſimus, cùm de Viduis ſcriberemus.

℣. 27. *Et multi leproſi erant in Iudæa temporibus Eliſæi propheta: & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus.*

49. Evidenter hic ſermo nos Domini ſalutaris
informat, & ad ſtudium venerandæ divinitatis C
hortatur, quod nemo ſanatus oſtenditur, & ma-
culoſi morbo corporis abſolutus, niſi qui religio-
ſo officio ſtuduit ſanitati. NON ENIM dormien-
tibus divina beneficia ſed obſervantibus deferun-
tur. Et bene apto comparationis exemplo arro-
gantia civium retunditur invidorum, Domini-
cumque factum Scripturis docetur veteribus
4. Reg. 5. 14. convenire; quod in libris quoque Regnorum le-
gimus gentilem virum Naaman prophetico ora-
culo lepræ maculis abſolutum, cùm plurimos Ju- D
dæorum lepra corporis pariter & mentis abſu-
meret. Siquidem quatuor illos qui cogente fame,
4. Reg. 7. 3. in caſtra regis Syriæ primi tetenderunt, tradit
hiſtoria fuiſſe leproſos. Cur igitur non curabat
fratres, non curabat cives, non ſanabat Prophe-
ta conſortes; cùm ſanaret alienos, ſanaret eos
qui obſervantiam Legis, & religionis conſortium
non habebant: niſi quia voluntatis eſt medicina,
non gentis; & divinum munus votis eligitur, non
naturæ jure defertur? Diſce, chriſtiane, rogare E
quod cupias impetrare: faſtidioſos viros cæleſ-
tium profectus munerum non ſequuntur.

50. Sed quamvis ſimplex expoſitio moralem
informet affectum; gratia tamen non eſt occulta
myſterii. Etenim cùm poſteriora à ſuperioribus
deriventur, tum etiam ſuperiora poſterioribus
Lib. de Viduis. adſtruuntur. Diximus enim in libro alio, in vidua
illa ad quam Elias directus eſt, typum Eccleſiæ
a præmiſſum. [a] Populus Eccleſiam congruit, ut ſe-
quatur. Populus ille ex alienigenis congregatus, F
populus ille ante leproſus, populus ille ante ma-
culoſus prius quam myſtico baptizaretur in flu-
mine, idem poſt ſacramenta baptiſmatis maculis
corporis & mentis ablutus, jam non lepra, ſed im-
maculata virgo cœpit eſſe ſine ruga. Merito ergo
magnus Naaman in conſpectu Domini ſui, & ad-
mirabilis facie deſcribitur; quoniam in ejus typo
b ſalus futura gentibus declaratur, [b] qui ſolutæ con-
4. Reg. 5. 2. ſilio puellæ, quæ fractis viribus civium, in hoſti-
lem captiva venerat poteſtatem, à Propheta ſa-
lutem ſperare commonitus, non terreni regis im-
perio, ſed divinæ miſericordiæ liberalitate ſa-
natur.

51. Cur myſtico numero mergere jubetur? Cur
Jordanis fluvius eligitur? *Nonne boni*, inquit, *Aba-* Ibidem 12.
na & Pharphar fluvii Damaſci præ Iordane? Sed ira-
tus hos prætulit, Jordanem meditatus elegit;
neſcit enim ira myſterium, fides novit. Diſce
baptiſmatis gratiam ſalutaris: qui leproſus mer-
ſerat, fidelis emerſit. Diſce ſpiritalia ſacramenta
ſignari: corporis remedium petitur, mentis adqui-
ritur. Abluitur caro, affectus abluitur. Non enim
magis corporis quàm mentis lepram video fuiſſe
mundatam; quando poſt baptiſmum, veteris
erroris colluvione deterſa, negat ſe diis alienis
hoſtias, quas ſpoponderat Domino, litaturum.

52. Diſce etiam congruæ præcepta virtutis; Ibidem. 16.
probavit fidem, qui præmia recuſavit. Diſce
utroque dictorum factorumque magiſterio quid
ſequaris. Habes Domini præceptum, vatis exem- Matth. 10. 8.
plum, gratis accipere, gratis dare: nec vendere
miniſterium, ſed offerre. Non enim pretio taxa-
tur Dei gratia, nec in ſacramentis lucrum quæ-
ritur, ſed obſequium ſacerdotis.

53. Non tamen ſatis eſt ſi lucrum ipſe non
quæras: familiæ quoque tuæ cohibendæ ſunt
manus: nec hoc ſolum expoſcimus, ut te ſolum
caſtum immaculatumque cuſtodias. Non enim
dixit Apoſtolus, te ſolum: ſed, *Te ipſum caſtum* 1. Tim. 5.
cuſtodi. Quærantur ergo non ſolùm tua ab hujuſ- 22.
modi nundinis, ſed etiam domus tuæ caſtitas:
Oportet enim *irreprehenſibilem eſſe ſacerdotem*..... 1. Tim. 3.
ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos, 2. 4. & 5.
*cum omni caſtitate. Si quis autem domui ſuæ præeſſe
neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?*
Inſtrue ergo familiam tuam, hortare, cuſtodi: &
ſi te fellerit ſervulus (humanam enim non exci-
pio facultatem) prophetico deprehenſus repu-
dietur exemplo. Cito turpem ſequitur lepra mer- 1. q. 1. cap. Cito.
cedem, & pecunia corpus animumque male
quæſita commaculat. *Accepiſti*, inquit, *pecuniam,* 4. Reg. 5.
& poſſidebis ex ea agrum, & vineam, & oliveta, & 26. & 27.
greges: [c] *& lepra Naaman applicabit ſe in te, & ſe-* c
mini tuo uſque in æternum. Vides quia facto aucto-
ris ſucceſſio damnatur heredis. INEXPIABILIS EST
enim venditi culpa myſterii, & gratiæ vindicta
cæleſtis tranſit ad poſteros. Denique Moabitæ & Deut. 23. 3.
ceteri non intrabunt in Eccleſiam Dei uſque ad
tertiam & quartam generationem: tamdiu videli-
cet (ut ſimplicius interpretemur) donec culpam
auctorum multiplicis ſucceſſio generationis abo-
leret.

54. Sed cùm illi qui in Deum idololatriæ erro-
re deliquerunt, in quartam generationem vi-
deantur eſſe multati: profectò durior videtur
eſſe ſententia, qua Giezi ſemen uſque in æter-
num pro cupiditate habendi, prophetica auctori-
tate damnatur, præſertim cùm dominus noſter
Jeſus Chriſtus per lavacri regenerationem omni-
bus remiſſionem dederit peccatorum; niſi ut vi-
tiorum magis quam generis ſemen intelligas.

a. Edit. omnes cum mſſ. quatuor infimæ ætatis: *Populus Eccleſiam congregavit.* Alii magno numero . *congruit.* Melius. Non enim populus Eccleſiam congregaſſe recte dici poteſt, cùm ex populo congregata ſit Eccleſia. Sed *Populus Eccleſiam congruit, ut ſequatur*, ſenſum expeditum præferet, ſi trajectis verbis ita explicetur, *congruit ut populus Eccleſiam ſequatur.*

b. Rom. edit. ſola: *quæ ſancta conſilio puellæ.* Vet. edit. ac mſſ. undecim: *qui ſanata* &c. Optimi vero codices Corb. Mich. & alii ſex probatiores: *qui ſolutæ* &c. id eſt nullis conjugii vinculis adſtrictæ, vel ſi mavis, paternarum ceremoniarum jugo liberæ. Quo utroque nomine Eccleſiæ poteſt figuram ac ſimilitudinem præ ſe ferre.

c. Ita manu exarati codices magno conſenſu. Edit. autem omnes: *Et lepra Naaman adhærebit tibi* &c.

Sicut enim qni filii promiſſionis ſunt, æſtimantur A in ſemen bonnm: ita etiam qui filii erroris ſunt, æſtimantur in ſemen malum. Nam & Judæi ex patre diabolo, non utique carnis ſucceſſione, ſed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes avari Giezi lepram cum divitiis ſuis poſſident; & male quæſita mercede, non tam patrimonium facnltatum, quam theſanrum criminum congregarunt æterno ſopplicio, & brevi fructu. Nam cùm divitiæ ſint caducæ, pœna perpetua eſt; quia neqne avarus, neqne ebrioſus, neque idolis ſerviens B regnum Dei poſſidebit.

℣. 28. ℣. 29. *Et repleti ſunt ira omnes in Synagoga, hæc audientes: & ſurrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem.*

55. Sacrilegia Judæorum, quæ multo ante Dominus prænuntiaverat per propbetam, & pſalmi verſiculo declaraverat quæ paſſurus eſſet in corpore conſtitutus, dicens: *Retribuebant mihi mala pro bonis*, (Pſal. 34. 12.) in Evangelio docet eſſe completa. Nam C cùm ipſe per populos beneficia diffunderet, illi injurias irrogabant. Nec mirum ſi perdiderunt ſalutem, qui ejecerunt de ſuis finibus Salvatorem: moralis enim Dominns; & qui docuerat exemplo ſui apoſtolos ſuos omnibus omnia fieri, nec volentes repudiat, nec invitos alligat, nec ejicientibus relnctatur, nec rogantibus deeſt. Sic Geraſenos alibi (Luc. 8. 37.) cùm virtutes ejus ſuſtinere non poſſent, quaſi infirmos & ingratos reliquit.

56. Simul intellige noo ex neceſſitate fuiſſe, D ſed voluntariam corporis paſſionem: nec captum à Judæis, ſed à ſe ipſo oblatum. Etenim quando vult capitur, quando vult elabitur, quando vult ſuſpenditut, qnando vult non tenetur. Et hîc in ſupercilium montis præcipitandus adſcenderat: & ecce per medinm illorum, mutata ſubito vel obſtupefacta furentium mente, deſcendit; nondum enim hora venerat paſſionis. Quinetiam malebat adbnc Judæos ſanare quam perdere; ut inefficaci furoris exitu deſinerent velle, E quod implere non poſſent. Vides igitur & hîc divinitatis eſſe [a] quod operatus eſt, & illic voluntatis eſſe quod captus eſt. Nam quemadmodum à paucis teneri potuit, qui à populo non tenetur? Sed noluit ſacrilegium eſſe multorum; ut in auctores culpæ crucis invidiam retorqueret; atque à pancis quidem affigeretur, ſed pro toto orbe moreretur.

℣. 33. ℣. 38. *Et in Synagoga erat homo habens ſpiritum immundum.* Et infra: *Surgens autem de Synagoga introivit in domum Simonis & Andreæ. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* F

57. Vide clementiam domini Salvatoris: nec indignatione commotus, nec ſcelere offenſus, nec injuria violatus Judæam deſerit: quin etiam immemor injuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc liberando, nunc ſanando, infidæ plebis corda demulcet. Et bene ſanctus Lucas virum ab ſpiritu nequitiæ liberatum ante præmiſit, & ſubſtituit feminæ ſanitatem. Utrumqne enim ſexum Dominns curaturus advenerat: & prior ſanari debuit, qni prior creatus eſt; nec prætermitti illa quæ mobilitate magis animi, quàm pravitate peccaverat.

58. Sabbato medicinæ Dominicæ opera cœpta (℣. 31.) ſignificat; ut inde nova creatura cœperit, ubi vetus ante deſivit: nec ſub Lege eſſe Dei Filium, ſed ſupra Legem in ipſo principio deſignaret: nec ſolvi Legem, ſed impleri. Neque enim per Legem, ſed Verbo factus eſt mundus, ſicut legimus: *Verbo Domini cæli firmati ſunt.* (Pſal. 32. 6.) Non ſolvitur ergo Lex, ſed impletur; ut fiat renovatio hominis jam labentis. Unde & Apoſtolus ait: *Exſpoliantes vos veterem hominem..... induite novum qui ſecundùm Chriſtum creatus eſt.* (Epheſ. 4. 22. & 24. Coloſſ. 3. 9. & 10.) Et bene ſabbato cœpit; ut ipſum ſe oſtenderet creatorem, qui opera operibus intexeret, & proſequeretur opus quod ipſe jam cœperat: ut ſi domum faber renovare diſponat, non à fundamentis, ſed à culminibus incipit ſolvere vetuſtatem. Itaque ibi prius manum admovet, ubi ante deſierat.

59. Deinde à minoribus incipit, ut ad majora perveniat. Liberare à dæmone & homines, ſed in verbo Dei poſſunt: reſurrectionem mortuis imperare divinæ ſolius eſt poteſtatis.

60. Nec quemquam movere debet, quòd Jeſu (℣. 34.) Nazareni nomen in hoc libro diabolus dixiſſe primus inducitur. Nec enim ab eo Chriſtus nomen accepit, quod de cælo Angelus ad Virginem (Luc. 1. 31.) detulit. Eſt enim bujus impudentiæ, ut inter homines aliquid primus uſurpet, & ad homines quaſi novum deferat, quo terrorem ſuæ poteſtatis incutiat. Denique & in Geneſi primus Deum homini nuncupavit; ſic enim habes: *Et dixit ſerpens mulieri: Quid utique dixit Deus ne edatis ab omni ligno?* (Gen. 3. 1.) Uterque igitur deceptus à diabolo eſt, ſanatus à Chriſto.

61. Sequere cetera, & Evangelicæ lectionis diſce myſteria, atque in duorum ſanitate publicæ ſacramentum ſalutis agnoſce. *Sicut* enim *in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.* (1. Cor. 15. 22.) Quis eſt ille qui in Synagoga ſpiritum dæmonii habebat immundum, niſi populus Judæorum, qui quaſi ſerpentinis ſpiris revinctus, & innodatus diaboli laqueis, ſimulatam corporis munditiam interioris mentis ſordibus inquinabat? Et bene: *In ſynagoga homo erat qui ſpiritum immundum habebat*; quia Spiritum ſanctum amiſerat. Introierat enim diabolus, unde Chriſtus exierat. Simul oſtenditur [b] natura diaboli non improba, opera iniqua. Nam quem per ſuperiorem naturam Dominum confitetur, opere negat. Et in boc apparet [c] ejus nequitia, & improbitas Judæorum, quod ita populo veſanæ cæcitatem mentis offudit, ut populus neget, quem dæmones confitentur. O pejor magiſtro diſcipulorum hæreditas! Ille verbo Dominum tentat, hi facto: ille dicit, *Mitte te:* iſti adoriuntur, ut mittant. (Luc 4. Supra 9.)

62. Si altiore conſilio iſta penſamus, animi debemus intelligere & corporis ſanitatem; ut prius animus qui ſerpentis laborabat inſidiis, abſolutus ſit. Anima enim numquam à corpore vincere-

a. Omnes edit. *quod non captus eſt.* Omnes mſſ. *quod operatus eſt*; nempe mutationem in mente furentium.

b. Mſſ. aliquot, *natura diaboli non improbari*, quidam, *non improbare, opera iniqua.* Sed potiorem eſſe aliorum, ac edit. lectionem patet ex iis quæ ſequuntur.

c. Edit Rom. ſola: *ejus nequitia & improbitas, quod ita populo Judæorum* &c. Vet edit. cum tribus omnino mſſ ut in textu. Ceteri cod. *ejus nequitia improbitas Judæorum* &c Non ita male, ſi *nequitia*, ſumatur in ſexto caſu, pro *per nequitiam*.

tur, niſi prius à diabolo tentaretur. Nam cùm anima corpus agat, vivificet, & gubernet; quemadmodum in ejus illecebras captiva raperetur, niſi & ipſa ſuperioris alicujus poteſtatis vinculis ſtringeretur? Denique non prius Eva eſurivit, quàm ſerpentis eam verſutia tentavit: & ideo adverſus ipſum auctorem peccati prius debuit medicina ſalutis operari.

63. Fortaſſis etiam in typo mulieris illius ſocrus Simonis & Andrææ variis criminum febribus caro noſtra languebat, & diverſarum cupiditatum immodicis æſtuabat illecebris. Nec minorem febrem amoris eſſe dixerim, quàm caloris. Itaque illa animum febris, hæc corpus inflammat. Febris enim noſtra avaritia eſt, febris noſtra libido eſt; eo quod ignitæ ſint cupiditates. Unde & Apoſtolus ait: *Si non ſe continent, nubant; melius eſt enim nubere quam uri.* (1. Cor. 7. 9.) Febris noſtra luxuria eſt, febris noſtra ambitio eſt, febris noſtra iracundia eſt. Quæ licet corporis vitia ſint; ignem tamen oſſibus implicant, mentem, animum, ſenſuſque pertentant. Hæc prior diaboli ſollicitatur arte. Etenim ager bonus, veſtis, monile, ſuadela ſerpentis eſt. Honorum gratia, ſublimitas poteſtatum, epularum ſuavitas, forma meretricis laqueus eſt diaboli, & quaſi quidam nequitiæ ſpiritalis illecebroſus afflatus, qui per carnis illecebram quæ cito feminea quadam levitate mollitur, animum quoque de gradu dejicit. Neque enim formam mulieris animus prius quam corporis oculus concupiſcit. Denique quod non videris, non amabis: ſed ubi caro concupierit, compatientis quoque animi conſtantia defatiſcit, & mens conſortio amoris inflectitur (duo enim in carne una ſunt) atque ita mors irrepit ſceleris effectu, tentante diabolo, carne ſuadente.

64. Vehementior tamen eſt animi, quàm corporis febris: & ideo pro animi voluptate corporis ſalus plerumque contemnitur, nec à periculis abſtinetur. Unde non alienum videtur repetere quemadmodnm Theotimus cùm gravi oculorum incommodo laboraret, & amaret uxorem, interdictâ ſibi à medico facultate cocundi, cupiditatis impatiens, atque impetu libidinis raptus, ſe moderari nequiverit. Sciens enim prudenſque quod eſſet oculos amiſſurus, priuſquam conveniret uxori, in ipſo æſtu ferventis cupiditatis, & conſuetudinis apparatu: Vale, inquit, amicum lumen. Sic febre libido flagrantior eſt, graviuſque præcipitat & inflammat.

65. Sed ubi quis reſipuerit à furore, tunc conſcientiæ interioris aperitur viſus, factique pœnitentia ſuccedit, & pudenda ſui unuſquiſque facinoris conſcientia erubeſcit. Tunc Deus timetur, & peccator ſe cupit celare, ſed non poteſt: tunc caro arguitur, diabolus accuſatur: hæc quaſi lena vitiorum, ille quaſi auctor erroris. Pateſcit deformitas; nudum eſt enim Deo omne ſecretum, nec illius ficus foliis, hoc eſt, tegmine corporali, vel jactantiâ ſæculari flagitiorum ſecreta velantur. Et unuſquiſque divinum peccati conſciâ formidat mente judicium dicens: Qui ſuper me montes cadent: in quibus me abſcondam ſciſſuris petrarum, cùm venerit confringere terram? Tunc tribulos & ſpinas animo caro, hoc eſt, curarum morſus ſollicitudinumque generat, æſtuſque, quos ſibi per concupiſcentiam carnis animus ipſe circumdedit. Etenim quaſi clavis quibuſdam ſuffigitur anima corporeis voluptatibus: & cùm ſemel adhæſerit cupiditatibus demerſa terrenis, difficile in altum poteſt unde deſcendit, ſine Dei favore revolare. Actuum enim ſuorum vincta laqueis, & deliciarum ſæcularium illecebris obnoxia jam tenetur.

66. Hunc ergo Adam, hanc Evam Dominus liberaturus advenit: quorum alter ad imaginem Dei factus, altera virtutem ſui accipiens viri, quamdiu fuit ſubdita fortiori, unam gerebant in uno ſpiritu Deo placitam voluntatem: & in paradiſo Dei poſiti, vitæ cæleſtis operabantur alimoniam. Poſtea vero quàm caro ſuadere diverſum, [a] & legem cœpit propriam non tenere, paradiſi exſules facti, in hunc inferiorem demerſumque locum peccati merito reciderunt. Nec quiſquam putet incongruum eſſe, ſi Adam atque Eva in typo animæ & corporis æſtimentur; cùm in typo Eccleſiæ æſtimentur & Chriſti. Nam cùm duo eſſe in carne una Apoſtolus diceret, adjecit: *Sacramentum*, inquit, *hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* (Epheſ. 5. 32.) In quo ergo superni Dei, in eo multo magis animi noſtri poteſt eſſe myſterium.

67. Sed hæret, ſuffixus eſt, captus eſt, & corporeis ſuccenſus febribus, compaſſione carnis ægreſcit. Quærendus eſt medicus. Sed quis iſte tantus eſt, qui ſauciæ mentis medeatur ulceribus? Quis tantus eſt homo, qui poſſit aliis ſubvenire, cùm ipſe ſibi non poſſit? Quis aliis poſſit vitam reddere, cùm ipſe mortem non poſſit evadere? Omnes enim in Adam mortui; quia *Per unum hominem in hunc mundum peccatum introivit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertranſivit, in quo omnes peccaverunt.* (1. Cor. 15. 22.) Illius igitur culpa mors omnium eſt. (Aug lib. 2. cont. Jul. Pelag. c. 3.) Denique miſſi ſunt ſancti, miſſi ſunt & prophetæ, qui oracula divina loquerentur; nec quidquam promovere potuerunt. Quæramus ergo aliquem de Angelis aut Archangelis medicum. Sed quemadmodum mihi poſſunt præſidium ferre, ne peccem; cùm ipſe Archangelus à peccato non potuerit abſtinere? Quemadmodum ad paradiſum Angelus revocare me poterit; cùm ipſe ſatanas & angeli ſui ſedem quam acceperunt, ſervare non poſſint?

ADſcendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit ut inducerent à terra aliquantulum. (Cap 5. ℣. 3.)

68. Ubi Dominus multis impertivit varia genera ſanitatum, nec tempore, nec loco cœpit ab ſtudio ſanandi turba cohiberi. Veſper incubuit, ſequebantur: ſtagnum occurrit, urgebant. Et ideo adſcendit in Petri navim. Hæc eſt illa navis quæ adhuc ſecundùm Matthæum fluctuat, (Matth. 8. 24.) ſecundùm Lucam repletur piſcibus; ut & principia Eccleſiæ fluctuantis, & poſteriora exuberantis agnoſcas; piſces enim ſunt, qui hanc ena-

[a] Edit. Am. atque Era. cum mſſ. tribus, *legem cœpit propriam non timere*. Gill. cum duobus mſſ. *legem cœpit primam*, Rom. ſola: *primo non timere*. Denique mſſ. undecim, in quibus Corb. & alii melioris notæ, ut in textu.

vigant vitam. Ibi adhuc diſcipulis Chriſtus dormit, hîc præcipit. Dormit enim trepidis, perfectis vigilat. Sed quemadmodum dormiat Chriſtus, audiſti dicentem in Propheta: *Ego dormivi, & cor meum vigilat.* *Cant. 5. 2.*

Matth. 8. 26. 69. Et ſanctus Matthæus recte non prætermittendum putavit æternæ indicium poteſtatis, ubi imperat ventis. Non eſt enim humana doctrina, *Luc. 4. 36.* ſicut audiſtis Judæos dicere, verbo imperat ſpiritibus: ſed cæleſtis majeſtatis inſigne. Quòd turbatum ſedatur mare, & divinæ vocis imperio obſequuntur elementa, atque inſenſibilia ſenſum accipiunt obſequendi; divinæ myſterium gratiæ revelatur. Quod fluctus miteſcunt ſæculi, verbo immundus ſpiritus conquieſcit; non alterum altero refellitur, ſed utrumque celebratur. Habes miraculum in elementis, habes documentum in myſteriis.

70. Ergo quia ſanctus Matthæus illa prælibaverat, ſanctus Lucas eam ſibi navim, in qua Petrus piſcaretur, elegit. *14. quæſt. cap. Non turbatur.* Non turbatur iſta quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Judam habet. Etſi multa illic diſcipulorum merita navigabant; tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraque Petrus: ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem; ne per unum plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur hæc navis in qua prudentia navigat, abeſt perfidia, fides ſpirat. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo Eccleſiæ firmamentum eſt? Illic ergo turbatio, ubi modica fides: hîc ſecuritas, ubi perfecta dilectio.

71. Denique etſi aliis imperatur ut laxent retia ſua; ſoli tamen Petro dicitur: *Duc in altum*, *℣. 4.* hoc eſt, in profundum diſputationum. Quid enim tam altum, quàm altitudinem divitiarum videre, ſcire Dei Filium, & profeſſionem divinæ generationis adſumere? Quam licet mens non queat humana plenæ rationis inveſtigatione comprehendere; fidei tamen plenitudo complectitur. Nam etſi non licet mihi ſcire quemadmodum natus ſit; non licet tamen neſcire quod natus ſit. Seriem generationis ignoro, [a] ſed auctoritatem generationis agnoſco. Non interfuimus cùm à Patre Dei Filius naſceretur: ſed interfuimus cùm à Patre Dei Filius diceretur. Si Deo non credimus, cui credimus? Omnia enim quæ credimus, vel viſu credimus, vel auditu: viſus ſæpe fallitur, auditus in fide eſt. An adſerentis perſona diſcutitur? Si viri boni dicerent, nefas putaremus non credere: Deus adſerit, probat Filius, refugiens ſol fatetur, tremens terra teſtatur. In hoc altum diſputationis Eccleſia à Petro ducitur; ut videat hinc reſurgentem Dei Filium, inde Spiritum ſanctum profluentem.

Ibidem. 72. Quæ ſunt autem apoſtolorum quæ laxari jubentur retia, niſi verborum complexiones, & quaſi quidam orationis ſinus, & diſputationum receſſus qui eos quos cœperint, non amittant? Et bene apoſtolica inſtrumenta piſcandi retia ſunt, quæ non captos perimunt, ſed reſervant, & de profundo ad lumen extrahunt: fluctuantes de infimis ad ſuperna traducunt.

73. Eſt & aliud apoſtolicum piſcandi genus, *14 q. 1. c. Eſt aliud.* quo genere ſolum Petrum piſcari Dominus jubet dicens: *Mitte hamum, & eum piſcem qui primus adſcenderit, tolle.* *Matth. 17 26* Magnum quidem eſt & ſpiritale documentum, quod chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubjecti; *11. q. 1. c. Magnum quidem* ne quis conſtitutionem regis terreni putet eſſe ſolvendam. Si enim cenſum Dei Filius ſolvit, quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſolvendum? Et ille cenſum ſolvit qui nihil poſſidebat: tu autem qui ſæculi ſequeris lucrum, cur ſæculi obſequium non recognoſcas? Cur te ſupra ſæculum quadam animi arrogantia feres, cùm ſæculo ſis miſera cupiditate ſubjectus.

74. Penditur igitur didrachma, quod erat [b] pretium noſtræ redemtionis & corporis, in Lege promiſſum, in Evangelio perſolutum, non otioſe in ore piſcis inventum: *Ex ore enim tuo juſtificaberis.* *Matth. 12. 37.* Etenim pretium immortalitatis eſt nobis noſtra confeſſio; quia ſicut ſcriptum eſt: *Ore confeſſio fit ad ſalutem.* *Rom. 10. 10*

75. Et fortaſſe primus hic piſcis primus eſt martyr, in ore habens didrachma, hoc eſt, pretium cenſus. Didrachma noſtrum Chriſtus eſt. Habebat igitur primus ille martyr, Stephanus ſcilicet, in ore theſaurum, cùm Chriſtum in paſſione loqueretur. Sed revertamur ad propoſitum locum, & diſcamus apoſtolicam humilitatem.

Præceptor, inquit, *per totam noctem laborantes nihil cepimus: ſed in verbo tuo laxabo retia.* *℣. 5.*

76. Et ego, Domine, ſcio quia nox mihi eſt, quando non imperas. Nemo adhuc nomen ſuum dedit, [c] adhuc noctem habeo. Miſi jaculum vocis per Epiphania, & adhuc nihil cœpi. Miſi per diem, exſpecto ut jubeas: in verbo tuo laxabo retia. O vacua præſumtio, ô humilitas fructuoſa! Qui nihil antea cœperant, magnam in verbo Domini concludunt piſcium multitudinem. Non hoc humanæ facundiæ opus, ſed ſupernæ vocationis eſt munus. Cedunt diſputationes hominum: fide ſuâ plebs credit.

77. Rumpuntur retia, nec labitur piſcis. *℣. 6. & 7.* Vocantur ad adjumentum ſocii, qui erant in alia navi. Quæ eſt illa alia navis, niſi forte Judæa, ex qua Johannes & Jacobus eliguntur? *Facta eſt*, enim *Iudæa ſanctificatio ejus.* *Pſal. 113. 2.* Hi igitur de Synagoga ad navem Petri, hoc eſt, ad Eccleſiam convenerunt; ut implerent ambas naviculas. Omnes enim in nomine Jeſu genu flectunt, ſive Judæus, ſive Græcus: *Omnia & in omnibus Chriſtus.* *Coloſſ. 3. 11.* Sed mihi cumulus iſte ſuſpectus eſt, ne plenitudine ſui naves pene mergantur; oportet enim & hæreſes eſſe, ut probentur boni.

78. Poſſumus tamen & aliam Eccleſiam intelligere, navem alterius; ab una enim plures Ec-

a. Sic vet. edit. ac plures mſſ. Rom. autem edit. cum mſſ. aliquot, *ſed auctorem generationis agnoſco.*

b. Rom. edit. *pretium redemtionis noſtræ animæ, & corporis.* Sed in cunctis aliis, atque mſſ. deeſt, *animæ*: quæ vox omnino neceſſaria non videtur, cùm *noſtra redemtio* idem ſit ac *redemtio animæ noſtræ*. Namque hominem in anima potiſſimum conſiſtere paſſim teſtatur Ambroſius.

c. Eadem edit. ſola, *adhuc per noctem laboro.* Quod autem addit S. Præſul jaculum (eſt id retis genus à jaciendo dictum) abs ſe per epiphania feſta miſſum fuiſſe, indicat intitiſſe ſe non baptiſatis, ut nomen in album catechumenorum referri poſtularent. Et hinc non male conjicias illos bis nomen ſuum dediſſe. 1. cùm catechumeni fierent. 2. & ſolemnius cùm inter competentes deſcriberentur ut alibi jam notavimus. Inde etiam rurſus colligere eſt hunc ſermonem circiter ſacræ quadrageſimæ initia eſſe pronuntiatum.

cleſiæ derivantur. Ecce alia ſollicitudo Petri, A cui ſua jam præda ſuſpecta eſt. Sed novit perfectus quemadmodum ſervare poſſit reconditos, qui ſcit quemadmodum capere poſſit diſperſos. Quos in verbo capit,[a] Verbo credit: negat ſuam prædam, negat ſuum munus.

ỳ. 8. *Exi*, inquit, *à me, Domine; quia homo peccator ſum.*

79. Admirabatur enim dona divina: & quo plus meruerat, hoc præſumebat minus. Dic & tu: *Exi à me, Domine; quia homo peccator ſum*; ut reſpondeat tibi Dominus: [b] *Noli timere*. Indulgenti Domino peccatum fatere. Noli timere etiam quæ tua ſunt Domino deferre; quia quæ ſua ſunt nobis ille conceſſit. Neſcit invidere, neſcit eripere, neſcit auferre. Vides quam bonus Dominus, qui tantum tribuit hominibus; ut vivificandi habeant poteſtatem.

a. Rom. edit. *Verbo reddit*. Haud abſurdus ſenſus. Attamen non male etiam aliæ ac mſſ. *Verbo credit*, quidam mſſ *credidit*; idem enim eſt ac *Verbo ejuſque præſidio committit*.
b. Ita edit. Amerb. cum mſſ. fere omnibus: in quorum tamen nonnullis ſcribitur.... *peccatum fateri*. Et hoc in cauſa fuit cur Era. & ſeq. edit. interpunctionem immutarent hoc modo. *Noli timere indulgenti Domino peccatum fateri*. quod minus belle quadrat cum ſuperioribus.

LIBER QUINTUS.

ỳ. 12. *Et factum eſt cùm eſſet in una civitatum, ecce B vir plenus lepra, procidens in faciem, rogavit eum dicens: Domine, ſi vis, potes me mun-*
ỳ. 13. *dare. Et extendens manum ſuam, tetigit illum, dicens: Volo, mundare.*

1. Bene ubi leproſus mundatur, certus non exprimitur locus; ut oſtendatur non unum populum ſpecialis alicujus civitatis, ſed omnium populos fuiſſe ſanatos. Bene autem & ſecundùm Lucam quarto ſigno, ex quo in Capharnaum C
Gen. 1. 14. Dominus venit, iſte ſanatur; nam ſi quartum diem ſole illuminavit, & clariorem ceteris fecit diebus, cùm illuceſcerent elementa mundi: &
Matth. 8. 3. hoc clarius opus æſtimare debemus. Et ſecundùm Matthæum primus hic poſt benedictiones à Domino ſanatus inducitur; ut quia dixerat
Matth. 5. 17. Dominus: *Non veni ſolvere Legem, ſed adimplere*;
Levit. 13. 3. ille qui excludebatur à Lege, purgari ſe Domini poteſtate præſumens, non ex Lege, ſed ſupra Legem eſſe gratiam judicaret, quæ leproſi ma- D culam poſſet abluere.

2. Verum ut in Domino poteſtatis auctoritas, ita in illo fidei conſtantia declaratur. Ille in faciem procidit, quod humilitatis eſt & pudoris; ut unuſquiſque de ſuæ vitæ maculis erubeſcat: ſed confeſſionem verecundia non repreſſit. Oſtendit vulnus, remedium poſtulavit: & ipſa religionis & fidei plena confeſſio eſt. *Si vis*, inquit, *potes me mundare*. In voluntate Domini tribuit poteſtatem: de voluntate autem Domini non E quaſi pietatis incredulus dubitavit, ſed quaſi colluvionis ſuæ conſcius non præſumſit. Cui morali quadam Dominus ſanctitate reſpondit: *Volo, mundare.*

ỳ. 13. *Et continuò lepra ejus diſceſſit ab eo.*

3. Nihil enim medium eſt inter opus Dei, atque præceptum; quia in præcepto eſt opus. De-
Pſal. 32. 9. nique *dixit, & facta ſunt*. Videtis igitur quod dubitari non poteſt, quia voluntas Dei poteſtas eſt. Si ergo voluntas ejus poteſtas eſt; qui unius voluntatis Trinitatem adſerunt, unius utique adſerunt poteſtatis. Itaque ſtatim lepra diſceſſit; ut intelligas medentis affectum, qui veritatem operi addidit.

4. Denique ſecundùm Marcum miſeratus eſt Marc. 1. 41.
eum Dominus: quod pulcre eſt poſitum. Et pleraque talia poſuerunt Evangeliſtæ, qui nos in utroque fundare voluerunt, deſcribentes ſigna virtutis ad fidem, exprimentes opera virtutis ad imitationem. Unde & tangit non dedignatus, & imperat non diffiſus; hoc enim eſt indicium poteſtatis, quia quaſi habens poteſtatem ſanandi, & jubendi auctoritatem, operandi teſtimonium non refugit.[a] *Volo*, ergo dicit propter Photinum, imperat propter Arrium, tangit propter Manichæum.

5. Nec unius tantum lepra curatur, ſed om- Iohan. 15. 3.
nium quibus dicitur: *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis*. Si igitur lepræ medicina verbum eſt: contemtus utique verbi lepra mentis eſt. Sed ne lepra tranſire poſſit in medicum, unuſquiſque Dominicæ humilitatis exemplo jactantiam vitet. Cur enim præcipitur nemini dicere, niſi ut doceret non vulganda noſtra beneficia, ſed premenda; ut non ſolum à mercede abſtineamus pecuniæ, ſed etiam gratiæ? Aut fortaſſe etiam illa ſilentii cauſa eſt imperati, quòd meliores putabat qui fide magis ſpontanea, quàm qui ſperatis beneficiis credidiſſent.

6. Offerre autem juxta Legem ſe præcipitur ſacerdoti, non ut alium deferat: ſed ut ſe ipſum Deo offerat ſpiritale ſacrificium; ut actus præteriti colluvione deterſa, per cognitionem fidei & ſapientiæ diſciplinam placitura Deo hoſtia
conſecretur: *Omnis* enim *victima ſale ſalietur*. Marc. 9. 49.
Unde & Paulus ait: *Obſecro ergo vos, fratres, per* Rom. 12. 1.
miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam acceptabilem, placentem Deo.

7. Simul illud mirabile, quod eo ſanavit genere quo fuerat obſecratus. *Si vis, potes me mundare. Volo*, inquit, *mundare*. Habes voluntatem, habes etiam pietatis effectum. *Et extendens ma-*
num, tetigit illum. Lex tangi leproſos prohibet: Levit. 13. 3.
ſed qui Dominus Legis eſt, non obſequitur Legi, ſed Legem facit. Non ergo tetigit, quia ſine tactu mundare non poterat: ſed ut probaret

a. *Volo .... propter Photinum*: Photinus enim etſi Marcelli Ancyrani Arrianis partibus addicti diſcipulus in multis tamen cum Sabellio ſentiebat: hunc autem negaſſe conſtat eamdem in Patre ac Filio poteſtatem reperiri, ut Ambroſius ſupra lib. 4. num. 10. indicavit. Igitur cùm in Deo voluntas ac poteſtas unum ſint, apte colligitur Chriſtum oſtendendo voluntatem ſuam ejuſdem efficacis eſſe ac Paternam, ſimul oſtendiſſe utriuſque eamdem habendam poteſtatem; proindeque eamdem etiam ſubſtantiam atque omnimodam ſimilitudinem; quod idem Photinus pernegabat. *Imperat propter Arrium*, qui videlicet cùm Chriſto divinitatem abjudicaret, eadem operâ illum imperandi auctoritate ſpoliabat. *Tangit propter Manichæum*; is quippe tangendi facultatem eidem Chriſto adimebat, quando veram ac naturalem carnem ab illo adſumtam inficiabatur.

quia ſubjectus non erat Legi, nec contagium ti- A mebat, ut homines: ſed quia contaminari non poterat, qui alios liberabat: ſimul è contrario lepra tactu Domini fugaretur, quæ ſolebat contaminare tangentem.

℣. 14. 8. Oſtendere autem ſe ſacerdoti jubetur, & offerre pro emundatione ſua; ut dum offert ſe ſacerdoti, intelligeret ſacerdos non Legis ordine, ſed Dei gratia ſupra Legem eſſe curatum: & dum mundato jubet offerre ſacrificium ſecundùm præceptum Moyſi, oſtenderet Dominus B quia Legem non ſolveret, ſed impleret: qui ſecundum Legem gradiens, ſupra Legem ſanare eos quos remedia Legis non ſanaverant, videre-
Rom. 7. 14. tur. Et bene addidit: *Sicut præcepit Moyſes; Lex enim ſpiritalis eſt*; ideoque videtur ſacrificium ſpiritale mandaſſe.

9. Denique addidit: *Ut ſit in teſtimonium hoc vobis*, hoc eſt, ſi Deo credatis, ſi impietatis lepra diſcedat, ſi occultorum cognitor ſit ſacerdos, ſi puri teſtis affectus: unde poteſt ille magis ſacer- C dos videri quem occulta non lateant, cui dici-
Pſal. 109. 4. tur; *Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.*

℣. 15.
Et ecce viri portantes in lecto hominem qui fue-
rat paralyticus, & quærentes eum inferre, & ponere
℣. 19. *ante eum, & non invenientes qua parte illum inferrent præ turba, adſcenderunt ſuper tectum, & per tegulas ſubmiſerunt illum in lecto, in medium, ante Ieſum.*

10. Non otioſa hujus paralytici, nec anguſta medicina eſt, quando Dominus & oraſſe præmittitur, non utique propter ſuffragium, ſed propter exemplum; imitandi enim ſpecimen dedit, non impetrandi ambitum requiſivit. Et convenientibus ex omni Galilæa, & Judæa, & Hieruſalem Legis doctoribus, inter ceterorum remedia debilium, paralytici iſtius medicina deſcribitur. Primùm omnium quod ante diximus, unuſquiſque æger petendæ precatores ſalutis E debet adhibere, per quos noſtræ vitæ compago reſoluta, actuumque noſtrorum clauda veſtigia verbi cæleſtis remedio reformentur. Sint igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis, quamvis exterioris corporis debilitate torpentem, ad ſuperiora erigant. Quorum rurſus adminiculis & adtollere, & humiliare ſe facilis, ante Jeſum locetur, Dominico videri dignus adſpec-
Luc. 1. 45. tu. Humilitatem enim reſpicit Dominus: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* F

℣. 20. *Quorum fidem*, inquit, *ut vidit.*

11. Magnus Dominus qui aliorum merito ignoſcit aliis, & dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cùm apud Dominum ſervus & interveniendi meritum, & jus habeat impetrandi? Diſce qui judicas, ignoſcere: diſce qui æger es, impetrare. Si gravium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Eccleſiam quæ pro te precetur, cujus contemplatione quod tibi Dominus negare poſſet, ignoſcat.

12. Et quamvis hiſtoriæ fidem non debeamus ℣. 21
omittere; ut verè paralytici iſtius corpus credamus eſſe ſanatum: cognoſce tamen interioris hominis ſanitatem, cui peccata donantur, quæ cùm Judæi adſerunt à ſolo Domino poſſe concedi, Deum utique eum confitentur, ſuoque judicio perfidiam ſuam produnt; ut opus adſtruant, perſonam negent. Itaque ab ipſis & operis ſui Dei Filius accipit teſtimonium, & vocis ſuffragium non requirit; perfidia enim confiteri poteſt, credere non poteſt. Itaque teſtimonium non deeſt divinitati, fides deeſt ſaluti. Nam & validius eſt ad fidem quod confitentur inviti: & pernicioſius ad culpam quod negant, qui ſuis adſertionibus revincuntur. Magna itaque infidæ plebis amentia; ut cùm confeſſa fuerit ſolius Dei eſſe donare peccata, non credat Deo peccata donanti. Dominus autem ſalvos volens facere peccatores, & ℣. 22.
occultorum cognitione Deum ſe eſſe demonſtrat, & admiratione factorum, adjiciens:

Quid eſt facilius dicere, Dimiſſa ſunt tibi pecca- ℣. 23
ta tua: aut dicere, Surge, & ambula?

13. Quo loco plenam ſpeciem reſurrectionis oſtendit, qui mentis vulneribus corporiſque ſanatis, peccata donat animorum, debilitatem carnis excludit; hoc eſt enim totum hominem eſſe curatum. Quamvis igitur magnum ſit hominibus peccata dimittere (quis enim poteſt peccata dimittere niſi ſolus Deus, qui per eos quo-
D que dimittit,* quibus dimittendi tribuit poteſta- *
tem) tamen multo divinius eſt reſurrectionem donare corporibus; quandoquidem ipſe Dominus reſurrectio eſt.

14. Hic lectus qui tolli jubetur, quid eſt aliud, ℣. 24.
niſi quia humanum jubetur corpus adtolli? Ipſe
eſt qui per ſingulas noctes [a] lavatur à David, ut a
legimus: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum:* Pſal. 6. 7.
lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Hic eſt lectus doloris, in quo anima noſtra gravi conſcientiæ
E ægra cruciatu jacebat. Sed ſi quis ſecundum Chriſti præcepta ſe geſſerit, jam non lectus doloris eſt, ſed quietis. Miſeratione etenim Domini cœpit quies eſſe quod mors erat: qui nobis ſoporem mortis vertit in gratiam voluptatis. Nec ſolùm levare lectum, ſed etiam domum ſuam repetere, hoc eſt, ad paradiſum redire cenſetur; ea eſt enim vera domus, quæ hominem prima ſuſcepit: non jure amiſſa, ſed fraude. Merito ergo reſtituitur domus; quoniam venerat qui nexum
F fraudis aboleret, jus reformaret.

15. Nec mora ulla ſanitatis intervenit: unum ℣. 25.
dictorum remediorumque momentum eſt. Spectant ſurgentem increduli, mirantur abeuntem: & divini operis miracula malunt timere quam credere. Nam ſi credidiſſent, non timuiſſent utique,
ſed dilexiſſent; perfecta enim dilectio timorem 1 Iohan. 4. 18.
excludit foras. Et ideo iſti, quia non diligebant, calumniabantur. Calumniantibus autem dicit:
Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quis hoc Luc. 5. 22.
dicit? Sacerdos magnus. Lepram videbat in cordibus Judæorum, oſtendit eos pejores eſſe leproſo. Ille ſacerdoti eſt ſe juſſus offerre purgatus:

*. Non poterat Ambroſius clarioribus verbis poteſtatem dimittendi peccata miniſtris Eccleſiæ à Chriſto datam prædicare.

a Quidquid inter voces, *lavatur à David*; & illas, *lectus doloris*, continetur, deerat in cunctis edit. Verum in omnibus Gall. mſſ. reperitur, excipimus tamen Reg. & Clarom. Sed uterque recentior, & hic non tam Ambr. expoſitio eſt, quam ejus epitome.

bos ſacerdos repudiat; ne alios quoque eorum A lepra contaminet.

a ℣. 27. 16. [a] Sequitur myſtica evocatio publicani, quem ſequi jubet non corporis greſſu, ſed mentis af-
* fectu. Itaque ille prius avara [*] de mercedibus, dura de laboribus periculiſque nautarum emolumenta convertens, verbo vocatus, propria dereliquit, qui rapiebat aliena: ac vile illud ſedile deſtruens, toto poſt Dominum veſtigio mentis incedit. Convivii quoque magni exhibet apparatum; qui enim domicilio Chriſtum recipit in- B terno, maximis delectationibus exuberantium paſcitur voluptatum. Itaque Dominus libenter ingreditur, & in ejus qui crediderit, recumbit affectu.

17. Sed rurſus accenditur invidia perfidorum, & futuræ pœnæ ſpecies præfiguratur. Epulantibus enim fidelibus, & in illo cælorum recumbentibus regno, perfidia jejuna torquebitur. Simul oſtenditur quantum interſit inter æmulos Legis & gratiæ, quòd illi qui Legem ſequun- C tur, jejunæ mentis famem patiantur æternam: qui vero verbum in interioribus animæ receperunt, alimenti cæleſtis & fontis uberate recreati eſurire & ſitire non poſſunt. Et ideo qui animo jejunabant, murmurabant dicentes:

℣. 30. b *Quare cum publicanis & peccatoribus* [b] *manducat & bibit?*

Gen. 3. 1. 18. Serpentina vox iſta eſt. Denique hanc primam vocem ſerpens emiſit, dicens Evæ: *Quid* D *utique dixit Deus: Nolite manducare ex omni ligno?* Ergo patris ſui venena diffundunt, qui dicunt: Quid utique cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit? Unde Dominus cum peccatoribus manducando, etiam cum gentilibus non prohibet nos inire convivium, dicens:

℣. 31. *Non egent qui ſani ſunt, medico; ſed qui male habent.*

19. Novum medicamentum novus magiſter E advexit. Hoc de terra non pullulavit; imprudens enim eſt omnis creatura hujus confectionis. Venite omnes qui incurriſtis peccatorum varias paſſiones, utimini peregrino medicamento, quo venenum ſerpentis excluditur: quod non ſolùm paſſionum abſtulit cicatricem, ſed etiam cauſam diri vulneris amputavit. Hoc medicamentum non famem indicit, ſed cibum animæ ſubminiſ-
Luc 7. 34 trat. *Venit enim Filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Dæmonium habet*; & ideo mens F noſtra non eſt jejuna: jejunant hi quibus abeſt Chriſtus, bonorumque meritorum copiis egent.
c [c] At verò cui virtus ſuæ voluntatis ſufficit, qui ſua domo recipit Chriſtum, convivium magnum exhibet, hoc eſt, bonorum operum ſpiritale convivium, quo dives populus eger, pauper epulatur.
Et ideo, inquit, jejunare non poſſunt filii ſponſi, ℣ 34.
quamdiu cum illis eſt ſponſus.

Venient autem dies, cùm auferetur ab illis ſponſus. ℣ 35.

20. Qui ſunt illi dies, quibus nobis Chriſtus auferetur, maxime cùm ipſe dixerit: *Vobiſcum ero...* Matth. 28.
uſque ad conſummationem mundi: ipſe dixerit: *Non* 20.
relinquam vos orphanos? Certum eſt enim quod ſi Johan. 14. 18.
nos relinquat, ſalvi eſſe nequeamus. Nemo tibi Chriſtum poteſt auferre, niſi te illi ipſe auferas. Non te auferat jactantia tua, non te auferat arrogantia, nec tibi de Lege præſumas; non enim vocare juſtos venit, ſed peccatores.

21. Quomodo igitur Dominus juſtitias dilexit, Pſal. 10. 8.
neque David vidit juſtum derelictum? Aut quæ Pſal. 36. 25.
iſta æquitas Dei ſi juſtus relinquitur, & peccator adſciſcitur; niſi intelligas quod eos juſtos dicit, qui ex Lege præſumunt, & Evangelii gratiam non requirunt? Nemo autem juſtificatur ex Lege, ſed redimitur ex gratia. Eſt igitur in Lege juſtitia, ſed non eſt per Legem juſtitia; nam ipſe Apoſtolus ait, Hebræus ex Hebræis, ſecundum Philip. 3. 5.
Legem Phariſæus, ſecundum juſtitiam quæ in Le- 6.
ge eſt, converſatus ſine quærela, qui gloriatur ex Lege: *Quæ mihi*, inquit, *lucra fuerunt, hæc* Ibid. 3. 7.
duxi propter Chriſtum detrimenta eſſe, hoc eſt, abjeci juſtitiam & gloriam Legis; juſtitia enim Legis ſine Chriſto vacua eſt, quia plenitudo Legis Chriſtus eſt. Et ideo etſi eſt in Lege juſtitia, non eſt tamen per Legem juſtitia: *Si enim per Legem* Galat. 2.
juſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt; mortuus 21.
eſt enim Chriſtus, ut impleret juſtitiam. Denique Johanni dicenti: *Ego à te debeo baptizari, &* Matth. 3.
tu venis ad me, reſpondit: *Sine modo; ſic enim decet* 14. & 15.
nos implere omnem juſtitiam. Ergo non gratis mortuus; ſed pro nobis mortuus eſt Chriſtus, ut juſti fulgerent ſicut ſol in regno Patris ſui. Sed non Judæi juſti, quibus dicitur: *Cùm videritis* Luc. 13. 28.
juſtos intrare in regnum cælorum. Iſti ſunt juſti qui percutientem non repercutiunt, qui inimicum diligunt.

22. Si ſic non accipimus, invenitur contrarium;
Non veni vocare juſtos. Sed illos non vocat, qui ℣. 32.
ſe juſtos eſſe dicunt: *Ignorantes enim Deum, &* Rom. 10. 3.
ſuam juſtitiam quærentes ſtatuere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti. Ergo uſurpatores juſtitiæ non vocantur ad gratiam; nam ſi gratia ex pœnitentia, utique qui faſtidit pœnitentiam, abdicat gratiam. [d] Sitierunt vulnerati, qui ſe ſanctificant; d
iſtis ſponſus auferetur: nobis autem non Caiphas, non Pilatus Chriſtum abſtulit, nec poſſumus jejunare; quia Chriſtum babemus, & Chriſti carnem epulamur & ſanguinem. Quomodo enim

a. Edit. Gill. intruſerat in textum: *Sequitur de publicano & de eo quod non venit juſtos vocare, ſed peccatores. Myſtica vocatio &c.* Sed manifeſtum eſt hæc titulum, non textus rationem ac formam habere. Rom. autem, omiſſo verbo, *ſequitur*, ſic repoſuit: *Myſtica hæc eſt &c.*

*. Quid ſi legeres cum mſ. Reg. *de mercibus?* Certe quæ ſequuntur non obſcure indicant Matthæum Ambroſio fuiſſe ex eo genere publicanorum, qui tributum è portoriis, id eſt, è mercibus importatis, exportatiſque exigerent. Sed contra fidem tot mſſ. atque edit. omnium nihil audemus; cùm præſertim tributa non ſolum mercibus mercatorum, ſed etiam mercedi nautarum mercatoribus operam ſuam locantium imponi potuerint.

b. Rom. edit. hîc & infra, *manducatis & bibitis.* Huic ſuffragatur textus Evangeliſtæ, atque omnes ejuſdem verſiones, Æthiopicam tamen excipimus; hæc enim cum ant. edit. cunctiſque mſſ. Ambroſianæ lectioni noſtræ patrocinatur: cui etiam favet loci ſeries, ſi modo non perfunctorie examinetur.

c. Ita mſſ. complures: alii vero & ant. edit. *At verò cui virtus ſua voluntate ſufficit.* Sed reponere placuit Rom. *At verò cui virtus ſuppetit.* Eadem edit. pro verbis, *Et ideo . . . cum illis eſt ſponſus*, ut in aliis, & cunctis mſſ. habetur, longum locum ex Lucæ Evangelio, ſuo more ſubſtituerat.

d. Mſſ. non pauci cum ant. edit. *Iſti erunt vulnerati*: alii aliquot in quibus Corb. *Sitierunt vulnerati.* Et hæc vera lectio eſt. Hîc enim ii qui jejunant, non jejunantibus opponuntur: cùm autem de ultimis infra ſcriptum ſit: *Quomodo videtur jejunare, qui non ſitit*, ſatis intelligimus jejunare illos, de quibus dicitur, *Sitierunt.* Nam hîc, *vulnerati*, idem eſt ac *pœnitentes non ſanati*: vel forte, *ardentes ſitientes*; ſiquidem vulneribus confoſſi ſolent maximo ſitis æſtu ob exhauſtum ſanguinem laborare.

videtur

videtur jejunare, qui non eſurit? Quomodo vi- A detur jejunare, qui non ſitit? Quomodo autem ſitire poteſt, qui bibit Chriſtum; cùm ipſe dixerit: *Qui biberit de aqua quam ego dabo, non ſitiet in æternum?* *Iohan. 4. 13.* Denique de animi dictum jejunio, etiam ſequentia declarant.

✝ 36. *Dixit enim ſimilitudinem ad illos: Quia nemo commiſſuram de veſtimento novo immittit in veſtimentum vetus.*

23. Dixerat filios ſponſi, hoc eſt, filios Verbi, B qui per lavacri regenerationem in jus divinæ generarionis adſumti ſuot, quamdiu cum illis eſt ſponſus, jejunare non poſſe. Non utique hoc jejunium relegatur, quo conficitur caro, & corporalis luxuria caſtigatur; hoc enim jejunium nos commendat. Nam quemadmodum diſcipulos hîc jejunare prohiberet, cùm ipſe Dominns jejunaret: *Luc. 4. 2.* cùm poſtremò diceret nequiſſimos ſpiritus nonniſi jejuniis & orationibus ſolere ſuperari? *Matth. 17. 21.* Denique etiam hoc loco jejunium veſtimentum C appellavir vetus, quod exuendum Apoſtolus æſtimavit dicens: Exſpoliate vos veterem hominem cum actibus ejus; & induite eum qui baptiſmatis ſanctificatione renovatur. *Coloſſ. 3. 9. & 10.* In eamdem igitur formam ſeries convenit præceptorum, ne actus veteris & novi hominis miſceamus; cùm ille corporalis exterior opera carnis operetur, & hic interior qui renaſcitur, non verſicoloram ſpeciem veterum novorumque debeat habere geſtorum, ſed concolor Chriſto illum ſtudio mentis imitari, D cui renatus eſt in lavacro. Abſint igitur decolora mentis velamina, quæ diſplicent ſponſo; diſplicet enim ei, qui veſtem non habuerit nuptialem. Sponſo autem quid poteſt placere, niſi pax animi, puritas cordis, caritas mentis?

24. Bonus ſponſus dominus Jeſus, hîc novo partu naturam initiavit. Huic deſponſata corruprelis carnis abſolvitur: non filios mortales requirit, non Evæ delectatur doloribus, non virum obnoxium culpæ, non hereditatem condemnati E patris reqnirit. Vidit enim carnis ulcera, quam antea concupiſcebat: advertit non eſſe pulcritudinem veram, quæ vitiorum habeat deformitatem. Et ideo quid tibi cum tali ſponſo, femina? Require diligenter, & in omni corpore invenies cicatricem. Cognoſce alium magis ſponſum, qui circumdatur luce, cujus ſpecies non poteſt interire. Hunc tolle in animo tuo, conſecra in templo tuo, tolle in corpore tuo; ſicut ſcriptum eſt: *Tollite Dominum in corpore veſtro.* *1. Cor. 6. 20.* Hujus thala- F mos ingredere novos, hujus ſpectato peregrinum decorem, hunc indue, hunc vide ad dexteram Parris, & gaude qnia talem habes ſponſum: hic te veſtiet benedictionem, ne qua noceat ſciſſura peccati.

25. Servemus igitur veſtem, quam nos ſacro Dominus emergentes fonte veſtivit. Cito ſcinditur veſtis, ſi facta non congruant: cito tineis carnis adteritur, & veteris hominis errore maculatur. Ergo hîc nova veteribus copulare: in Apoſtolo autém etiam novis vetera ſuperveſtire prohibemur, *2. Cor. 5. 2. 3. & 4.* ſed exuere vetus, novum ſumere; ut exſpoliati, non nudi inveniamur. Exſpoliamur enim meliora ſumpturi: nudamur antem cùm indumentum nobis aliena fraude detrahitur, non noſtra volunrate deponitur.

Et nemo mittit vinum novum in utres veteres. *✝ 17.*

26. Fragilitas humanæ conditionis aperitur, cùm corpora noſtra exuviis defunctorum animalium comparantur. Atque utinam honorum utrium uſum poſſimus implere; ut ſacramentum quod accepimus, reſervemus. Levat injuriam induſtria, ſi renovatis utribus nova vina credantur. Et ideo utres hos plenos ſervare ſemper debemus; vacuos enim cito tinea & ærugo conſumit, gratia ſervat impletos.

27. Pulcre autem operi huic talia præcepta conveniunt; ſextum eſt enim opus, quo Levis *Luc. 5. 27.* novâ quadam figuratur formâ. Sexto autem die *Gen. 1. 26.* factus eſt homo: ſexto igitur Chriſti opere reformatur jam non vetus, ſed nova creatura, & quædam forma peregrina. Et ideo tamquam nova creatura Chriſto convivium exhibet; eo quod & in ipſo Chriſtus delectaretur, & ipſe partem delectationis mereretur habere cum Chriſto. Ad hunc igitur informandum præcepta dat Dominus; ſequebatur enim jam lætus, alacer, & exſultans, dicens: Jam non publicanum gero, jam non porto Levin. Exui Levin, poſtquam Chriſtum indui. Odi genus meum, fugio vitam meam priorem; ſolum te ſequor, domine Jeſu, qui ſanas vulnera mea. Quis enim me ſeparat à caritate Dei, quæ in te eſt? Tribulatio, an anguſtia, an fames? Ligatus ſum fidei clavis quibuſdam, & bonis compedibus caritatis innexus ſum. Omne mandatum tuum ſicut cauterium impreſſum tenebo. Et ſi urit cauterium mandati; tamen putrefacta carnis exurit, ne ad vivum ſerpat contagio: & ſi mordet medicamentum, tamen vitium ulceris tollit. Aufer igitur, domine Jeſu, potenti machæra tua meorum putredines peccatorum: dum me habes ligatum caritatis vinculis, ſeca quodcumque vitioſum eſt. Veni cito incidens occultas & latentes, variaſque paſſiones: aperito vulnus, ne noxius ſerpat humor. Emunda omne quod fœtidum eſt peregrino lavacro. Audite me, terreni homines, qui peccatis veſtris cogitationes ebrias geritis. Et ego Levis talibus eram paſſionibus ſauciatus. Inveni medicum qui in cælo habitat, & in terris ſpargit medicamenta. Hic ſolus poteſt ſanare vulnera mea, qui ſua neſcit: hic auferre cordis dolorem, palloremque animæ, qui novit occulta.

Factum eſt autem in ſabbato ſecundo-primo, cùm tranſiret per ſeminata, vellebant diſcipuli ejus ſpicas, & manducabant, confricantes eas manibus ſuis. *Cap. 6. ✝. 1.*

28. Nec ſolum comprehenſione verborum, ſed etiam uſu ipſo, ſpecieque geſtorum incipit hominem dominus Jeſus veteris obſervatione Legis exuere, novoque indumento gratiæ veſtire. Itaque eum jam in ſabbato per ſeminata traducit, hoc eſt, [a] admovet fructuoſis. Quid ſibi ſabbatum velit, quid ſeges, quid ſpicæ non mediocre myſterium eſt. Ager enim eſt omnis hic mundus:

a. Omnes edit. *admovet fructuoſis itineribus.* MSS vero non habent, *itineribus*: quæ vox introducta videtur ab aliquo, qui non putaret ſcite dici poſſe, *admovet fructuoſis*, ſubintelligendo, *operibus*, vel, *actionibus*.

agri ſeges in ſatione humani generis fœcunditas numeroſa ſanctorum: ſpicæ agri fructus Eccleſiæ, quos operibus diſcutientes ſuis apoſtoli paſcebantur, noſtro ſe alentes profectu.

29. Stabat igitur ſeges jam fœcunda virtutum, pullulantibus ſpicis, quibus noſtri fructus meriti comparantur; æque enim aut imbre marceſcunt, aut ſole torrentur, aut pluviis humeſcunt, aut tempeſtatibus eliduntur, aut à meſſoribus intra horreorum felicium receptacula reconduntur. Receperat ergo terra jam Dei verbum, & cæleſti ſemine ſatus divites fœtus ager almus effuderat. Eſuriebant diſcipuli ſalutem hominum, & tamquam è folliculis corporum mentium fructus ad fidei lucem præclaris operum ſuorum miraculis eruebant. Sed hoc putabant Judæi ſabbato non licere: Chriſtus autem novæ gratiæ munere deſignabat otium Legis, opus gratiæ.

30. Nec ſine myſterio hoc ab Evangeliſta ſecundùm Matthæum & Marcum [a] ſabbata pure
Matth. 12. 1. & Marc. 2. 23. poſita puto; quoniam ſabbata perpetua feriæ ſunt reſurrectionis æternæ. Vel in hoc igitur ſæculo feriatis ac vacantibus ſuperſtitionibus Judæorum, vel in futuro ſerias ipſi perpetua ſolemnitate celebrantes, quæ bona ſunt terræ mandu-
Eſai. 65. 13. cabimus, juxta quod ſcriptum eſt: Illi manducabunt, vos vero eſurietis.

31. Mire tamen ſecundùm Lucam, ſecundo-primum, non primo-ſecundum ſabbatum dixit; δευτερόπρωτον enim ſcriptum eſt. Præferri enim
Exod. 31. 14. debuit quod præcellit. Secundum ideo, quia primum ante ex Lege præceſſit, in quo etiam pœna præſcripta eſt, ſi quis operetur: primum autem ideo, quia ſabbatum illud ex Lege ſolutum eſt, quod erat primum; & hoc primum factum eſt, quod ſecundò eſt conſtitutum. Nam & cùm operari ſabbato liceat, & operantis nulla ſit pœna; ſabbati utique ex Lege cujus vis ſoluta eſt, nec nomen hærebat: ſed tamen fuerit illud primum ordine, hoc primum munere; nec ideo minus hoc, quia ſecundum; nam & Adam primus,
1. Cor. 15. 45. & 47. nec comparandus ſecundo Adam: *Primus enim Adam in animam viventem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem.... Et primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis.* Prælatus utique ſecundus primo; ille enim cauſa mortis, hic vitæ. Sic & ſecundo-primum ſabbatum dicitur: ſecundum juxta numerum, primum juxta operationis gratiam; melius eſt enim ſabbatum quo impunitas datur, quàm quo pœna præſcribitur. Prima Lex, ſecundum Evangelium; inferior tamen formido quàm gratia. Aut fortè & primum hìc in prædeſtinatione conſilii, & ſecundum in ſanctione decreti.

℣. 3. & ſeq. 32. Bene autem Dominus in Lege typum futuri hoc quoque demonſtrat loco, & defenſores Legis arguit neſcire quæ Legis ſunt, exemplum
1. Reg. 21. 1. & ſeq. adferens quòd David, cùm eſuriret ipſe cum ſociis, intravit in domum Dei, & panes propoſitionis ſumſit, & manducavit, & dedit iis qui cum ipſo erant. Magnum & vere exemplum propheticum, quo primùm non inania Legis, [b] ſed ſolida utilitatis nobis ſequenda produntur. Deinde quia David cum ſociis ſugiens à facie regis Saul hîc præfiguratus in Lege Chriſtus eſt, qui cum apoſtolis principem mundi lateret.

33. Quomodo autem ille obſervator Legis, atque defenſor panes & ipſe manducavit, & dedit iis qui ſecum erant, quos non licebat manducare niſi tantummodo ſacerdotibus; niſi ut per illam demonſtraret figuram, ſacerdotalem cibum ad uſum tranſiturum eſſe populorum? Sive quod omnes vitam ſacerdotalem debemus imitari: ſive quia omnes filii Eccleſiæ ſacerdotes ſunt; ungimur enim in ſacerdotium ſanctum, offerentes noſmet ipſos Deo hoſtias ſpiritales.

34. Legi igitur jam ſupereffluit doctrina Chriſti, nec Legem ſolvit, ſed implet; quia nec ſabbatum ſolvit. [c] Si enim ſabbatum propter homines factum eſt: utilitas autem hominis poſtulabat eſurientem hominem qui diu fuerat terræ fructibus abdicatus, veteris famis jejunia vitare; non utique Lex ſolvitur, ſed impletur. Quomodo igitur Domino ad crimen objicitur, quod in ſervo pro crimine non tenetur?

35. Quid autem evidentius hac figura, quæ per totam currit hiſtoriam? Intravit David in *1. Reg. 21. 1.*
domum Achimelech ſacerdotis: ſed nec periculo mortis propoſito, hoſpitem recuſat, nec declinat exſulem ſancti animus ſacerdotis. Tanta hoſpitalitatis eſt gratia, ut libenter in nos aliena pericula transferamus.

36. Verùm hoc [d] in hiſtoria morale, in myſterio prophetatum eſt, quod nec præſumto futuræ mortis exitio, verum illum David hoſpitio ſuæ mentis religioſi excluderent ſacerdotes. Nec ſolum in cujuſque domo vatis reperturus docetur Chriſtus hoſpitium: ſed etiam per figuram nequitiæ ſpiritalis manubias & arma ſumturus; nam qui Chriſtum hoſpitio recipit, intelligibilem illum Goliam ſpoliat ſuis telis.

37. Quid verò evidentius quam quod in Achi- *Ibidem 5. & 6.*
melech domo quinque panes petit David, & unum accipit: demonſtrare typo quod jam non [*] quinque libris, ſed Chriſti corpore cibus fidelibus pararetur; ut Chriſtus corpus adſumeret, ne quis de fidelibus eſuriret? Nec Doech figurâ va- *Ibidem. 7.*
cat, qui erat cuſtos mulorum; eo quod nemo alius niſi infructuoſi gregis cuſtos Judæ typum proditoris impleret.

38. Jam illud quod pro David receptione om- *1. Reg. 22. 20.*
nem Achimelech domum præter Abiathar principem tunc temporis ſacerdotum Saul perſecutus eſt, oſtendit prophetia nobis quod nemo poſſit nocere vero principi ſacerdotum, qui ſolus eſt Chriſtus.

39. Hinc ad alia progreditur dominus Jeſus. *℣. 7.*
Nam qui totum hominem ſalvum facere diſpo-

a Edit. vet. cum paucis mſſ. *ſabbatum ſecundum* (Rom. *ſecundo-primum*) *poſitum puto; quoniam ſabbatum perpetua feria* &c. Ceteri cod. magno numero, & meliori ævo ſcripti, ut in textu. Sic porro interpretare, *ſabbata pure poſita*, quaſi eſſet, ſimpliciter, atque, ut aiunt, ſine addito poſita; quam lectionem germanam eſſe inſpectis utriuſque Evangeliſtæ locis facile deprehendes.

b Edit. vet. ac mſſ. nonnulli, *ſed ſolius utilitatis.* Rom. *ſed ſolida veritatis.* Mſſ. pleriſque, *ſed ſolida utilitatis.* Conſequenter autem ubi omnes mſſ. & vet. edit. *Deinde quia David* &c. Rom. ſic immutavit: *Deinde quia in David cum ſociis fugiente à facie regis Saul, præfiguratus cum apoſtolis Chriſtus eſt, ut principem* &c.

c. Rom. edit. ſola, *ſabbatum enim propter homines factum eſt: ſi vero utilitas* &c.

d Ita mſſ. omnes, quibuſdam exceptis, ubi *morali*, ſcribitur pro *morale*, & pro *in myſterio*, *in myſterium*, duo, *propheticum*, unus, *prophetica allegoria eſt.* Omnes autem edit. à noſtra eo diſſentiunt, quod illæ habent, *propheticum eſt.*

*. *Quinque libris*, Moyſis videlicet, id eſt, Pentateucho.

fuerat, [a] per ſingula membra currebat; ut vere diceret: *Mihi iraſcimini, qui totum hominem ſanum feci in ſabbato.* (Johan. 7. 23.) Itaque hoc loco manum illam quam extendit Adam, & interdictæ arboris poma decerpſit, (Gen. 3. 6.) ſuccis bonorum factorum ſalutaribus irrigavit; ut quæ crimine aruerat, bonis operibus ſanaretur. In quo Judæos redarguit Chriſtus, qui malis interpretationibus Legis præcepta violarent, æſtimantes ſabbato etiam à bonis operibus feriandum; cùm Lex in præſentibus formam præfiguraverit futurorum: in quibus utique malorum feriæ futuræ ſunt, non bonorum. Nam licet ſæcularia opera conquieſcant, non otioſus tamen boni operis actus eſt in Dei laude requieſcere.

℣. 10. 40. Audiſti igitur Domini verba dicentis: *Extende manum tuam.* Communis iſta generaliſque medicina eſt. Et tu qui putas manum habere te ſanam, cave ne avaritia, cave ne ſacrilegio contrahatur. Extende ſæpius eam, extende ad illum pauperem, qui te obſecrat: extende, ut proximum juves, ut viduæ præſidium feras, eripias injuriæ, quem vides injuſtæ contumeliæ ſubjacere: extende ad Deum pro peccatis tuis. Sic manus extenditur, ſic ſanatur. Sic Hieroboam (3 Reg. 13. 4. & 6.) manum, cùm idolis ſacrificaret, contraxit: & rurſus cùm Deum rogaret, extendit.

℣. 12. *Factum eſt autem in illis diebus, exiit [b] in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.*

41. Non omnis qui orat, adſcendit in montem (eſt enim oratio quæ peccatum facit) ſed qui bene orat, à terrenis ad ſuperiora progrediens, verticem curiæ ſublimis adſcendit. At ille non adſcendit in montem, qui de ſæculi divitiis, aut de honore ſollicitus eſt: non adſcendit in montem, qui fundi jus optat alieni. Adſcendit ille qui Deum quærit, adſcendit ille qui curſus ſui Dominica adjumenta depoſcit. Omnes magni, omnes ſublimes montem adſcendunt; non enim cuicumque Propheta dicit: (Eſai. 40. 9.) *Adſcende in montem excelſum, qui evangelizas Sion: exalta in virtute vocem tuam, qui evangelizas Hieruſalem.* Non veſtigiis multis corporalibus, ſed factis ſublimioribus [c] in hunc montem adſcendas. Sequere Chriſtum; ut ipſe eſſe mons poſſis: (Pſal. 124. 2.) *Montes enim in circuitu ejus.* Quære in Evangelio, invenies ſolos cum Domino montem adſcendiſſe diſcipulos.

42. Orat ergo Dominus non ut pro ſe obſecret, ſed ut pro me impetret; nam etſi omnia poſuerit Pater in poteſtate Filii, Filius tamen ut hominis formam impleret, obſecrandum Patrem putat eſſe pro nobis; quia advocatus eſt noſter. Noli inſidiatrices aperire aures, ut putes Filium quaſi infirmum rogare, ut impetret quod implere non poſſit poteſtatis auctor. Obedientiæ magiſter ad præcepta virtutis ſuo nos informat exemplo. *Advocatum*, inquit, *habemus apud Patrem.* (1. Johan. 2. 1.) Si advocatus eſt, debet pro meis intervenire peccatis. Non ergo quaſi infirmus, ſed quaſi pius obſecrat. Vis ſcire quoniam omnia quæ velit, poſſit? Et advocatus, & judex eſt. In altero pietatis officium, in altero inſigne eſt poteſtatis.

43. *Et erat*, inquit, *pernoctans in oratione Dei.* Species tibi datur, forma præſcribitur quam debeas æmulari. Quid enim te pro ſalute tua facere oportet, quando pro te Chriſtus in oratione pernoctat? Quid te facere convenit, cùm vis aliquod pietatis officium adoriri; quando Chriſtus miſſurus apoſtolos, oravit prius, & ſolus oravit? Nec uſquam alibi, ſi non fallor, oraſſe cum apoſtolis reperitur: ubique ſolus obſecrat. Dei enim conſilium humana vota non capiunt, [d] nec quiſquam interiorum poteſt eſſe particeps Chriſto. Vis ſcire quoniam mihi, non ſibi oraverit?

℣. 13. *Vocavit*, inquit, *diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis:*

44. Quos ad propagandum auxilium ſalutis humanæ per terrarum orbem ſatores fidei deſtinaret. Simul adverte cæleſte conſilium, non ſapientes aliquos, non divites, non nobiles: ſed piſcatores & publicanos, quos dirigeret, elegit; ne traduxiſſe prudentiâ, ne redemiſſe divitiis, ne potentiæ nobilitatiſque auctoritate traxiſſe aliquos ad ſuam gratiam videretur; [e] ut veritatis ratio, non diſputationis gratia prævaleret.

℣. 16. 45. Eligitur & Judas, non per imprudentiam, ſed per providentiam. Quanta eſt veritas, quam nec adverſarius miniſter infirmat! Quanta moralitas Domini, qui periclitari magis apud nos judicium ſuum quam affectum maluit! Svſceperat enim hominis fragilitatem; & ideo nec has partes recuſavit infirmitatis humanæ. Voluit deſeri, voluit prodi, voluit ab apoſtolo ſuo tradi; ut tu à ſocio deſertus, à ſocio proditus, moderate feras tuum erraſſe judicium, periſſe beneficium.

℣. 17. *Et deſcendit*, inquit, *cum illis, & ſtetit in loco pede-plano.*

46. Adverte omnia diligenter, quomodo & cum apoſtolis adſcendat, & deſcendat ad turbas. Quomodo enim turba niſi in humili Chriſtum videret? Non ſequitur ad excelſa, non adſcendit ad ſublimia. Denique ubi deſcendit, invenit infirmos; in excelſis enim infirmi eſſe non poſſunt. Sic etiam Matthæus docet, (Matth. 8. 9.) in inferioribus debiles eſſe ſanatos; prius enim unuſquiſque [f] ſanatus eſt, ut paulatim virtutibus procedentibus, adſcendere poſſet ad montem. Et ideo unumquemque in inferioribus ſanat, hoc eſt, à libidine revocat, injuriam cæcitatis avertit. Ad vulnera noſtra deſcendit, ut uſu quodam [g] & copiâ ſui, naturæ comparticipes nos faciat eſſe cæleſtis. Et ſanabat hos quidem, ſed in inferioribus relinquebat.

a. Omnes edit. & quidam mſſ. *per ſingula membra curabat.* Alii plurimi elegantius .... *currebat*; hoc enim reſpondet verbo ſuperiori, *progreditur*.

b Sic omnes edit. ac duo mſſ. Alii vero omnes, *in nocte orare.* Minus appoſite ad ſequentia.

c Vet. edit. & pauci mſſ. *in hunc montem ſi adſcendas, ſequeris Chriſtum.* Rom. .... *adſcende, & ſequere Chriſtum* Mſſ. alii multo plures ac potiores, ut in textu, niſi quod legitur in quibuſdam, *adſcendes.* Et rurſus infra edit. Era. ac ſeq. cum mſſ. aliquot, *Quære in Evangelio invenies*: Amerb. cum aliis multis, *Quære* &c.

d. Edit. ultimæ Pariſ. *nec quiſquam inferiorum.* Mſſ. nonnulli, *nec quiſquam exteriorum.* Commodius alii, ac vet. edit. .... *interiorum.*

e. Mſſ. aliquot, *ut veritatis ratione, diſputationis gratia prævaleret*

f. Rom. edit. & cod. Clarom. *ſanandus eſt, ut .... adſcendere poſſit* Aliæ, ac reliqui mſſ. ut in textu, niſi quod horum aliquot legunt, *poſſit*, pro *poſſet*.

g. Omnes edit. *& copiâ ſua naturæ comparticipes nos faciat eſſe regni cæleſtis.* E contrario omnes mſſ. in lectionem noſtram conveniunt.

[Matth. 5. 1.] 47. *Videns autem turbas*, ut legiſti, *adſcendit in montem. Et cùm ſediſſet, adſcenderunt ad eum diſcipuli ejus.* [a] Evangelizaturus enim, & benedictionum de theſauro divinitatis promturus oracula, incipit eſſe ſublimior. Hîc autem etſi in humili ſtabat, tamen oculos alte levavit. [Johan. 11. 33.] Sic enim etiam cùm Lazarum ſuſcitaret, infremuit ſpiritu: ſic [Johan. 8. 10.] etiam caput levavit, cùm mulieri adulteræ peccata donaret. Quid eſt enim levare oculos, niſi interius lumen aperire?

[Matth. 5. 2.] 48. Denique ſanctus Matthæus: *Aperuit*, inquit, *os ſuum*, theſauros ſcilicet ſapientiæ & ſcientiæ Dei [b] reclusis adytis templi ſui. Ora reſeravit: ergo & tu aperi os tuum, ſed priùs ut aperiatur implora. [Epheſ. 6. 19.] Si enim Paulus in apertione oris ſui implorat auxilium, multo magis implorare te convenit. Oſtendit etiam tibi clavem ſcientiæ, qua os aperire tuum debeas, dicens Propheta: [Prov. 31. 9.] *Aperi os tuum verbo Dei.* Verbum Dei clavis tui oris eſt: clavis ſcientiæ oris tui clavis eſt, qua laxatis ſilentii catenis, imperitiæ clauſtra reſerantur.

[℣. 20.] *Beati pauperes ſpiritu; quia veſtrum eſt regnum Dei.*
[℣. 21.] *Beati qui nunc eſuriunt & ſitiunt, quia ſaturabuntur.*
[℣. 22.] *Beati qui nunc fletis; quia ridebitis. Beati eritis, cùm vos oderint homines.*

49. Quatuor tantum beatitudines ſanctus Lucas Dominicas poſuit, octo vero ſanctus Matthæus: [Matth. 5. 3. & ſeq.] ſed in his octo illæ quatuor ſunt, & in illis quatuor illæ octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus eſt cardinales: ille in illis octo myſticum numerum [c] reſervavit. Pro octava enim [Pſal. 6. 1. & 11. 1.] multi ſcribuntur pſalmi, & mandatum accipis [Eccleſ. 11. 2.] octo illis partem dare fortaſſe benedictionibus; ſicut enim ſpei noſtræ octava perfectio eſt: ita octava ſumma virtutum eſt.

50. Sed prius quæ ſunt ampliora videamus. [Matth. 5. 3.] *Beati*, inquit, *pauperes; quoniam veſtrum eſt regnum cælorum.* Primam benedictionem hanc uterque Evangeliſta poſuit. Ordine enim prima eſt, & parens quædam generatioque virtutum; quia qui contemſerit ſæcularia, ipſe merebitur ſempiterna: nec poteſt quiſquam meritum regni cæleſtis adipiſci, qui mundi cupiditate poſſeſſus, emergendi non habet facultatem.

[Ibidem 4.] 51. Secunda benedictio: *Beati*, inquit, *mites.* [Ibidem. 5.] Tertia, *Beati qui lugent.* [Ibidem. 6.] Quarta, *Beati qui eſuriunt.* [Ibidem. 7.] Quinta, *Beati miſericordes.* [Ibidem. 8.] Sexta, *Beati mundo corde.* [Ibidem. 9.] Septima, *Beati pacifici.* Et bene ſeptima; quoniam eo die ab omnibus mundi operibus requie- [Gen. 2. 2.] vit Deus; dies enim quietis, & pacis eſt. Octava, *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam.* [Matth. 5. 10.]

52. Veni, Domine Jeſu, doce nos ordinem beatitudinum tuarum; neque enim ſine ordine dixiſti, primò beatos pauperes ſpiritu, ſecundò beatos mites, & tertiò qui lugent. Nam etſi cognoſco aliquid, tamen ex parte cognoſco. [1. Cor. 13. 9.] Si enim Paulus ex parte cognovit, quantum ego poſſum cognoſcere? Paulo quantum vita, tantum etiam verbo inferior ſum; vita enim verbum exigit & adquirit: ſermo autem ſine vita non eſt ſermo Dei. Quanto me ſapientior Paulus? [2. Cor. 12. 5. & 7.] Ille gloriatur in periculis, ego in ſucceſſibus: ille gloriatur, quia revelationibus non extollitur; ego ſi quæ revelationes mihi contingerent, gloriarer. Sed tamen poteſt Deus de lapidibus homines ſuſcitare, & verbum proferre de clauſis, vocem elicere de mutis. [Num. 22. 27.] Quod ſi aſinæ oculos aperuit, ut videret Angelum; potens eſt & nobis quoque aperire oculos, ut poſſimus Dei videre myſterium.

53. *Beati*, inquit, *pauperes*. Non omnes beati pauperes; paupertas enim media eſt: poſſunt & boni & mali eſſe pauperes. Niſi forte ille intelligendus pauper beatus, quem Propheta deſcripſit dicens: [Prov. 19. 1.] *Quia melior pauper juſtus, quam dives mendax.* Beatus pauper qui clamavit, & Dominus exaudivit eum: pauper à crimine, pauper à vitiis, pauper in quo mundi princeps nihil invenit: pauper illius æmulus pauperis, qui cùm dives eſſet, propter nos pauper factus eſt. Unde plene Matthæus aperuit, dicens: [Matth. 5. 3.] *Beati pauperes ſpiritu*; pauper enim ſpiritu non inflatur, non extollitur mente carnis ſuæ.

54. Prima ergo iſta benedictio eſt: cùm depoſuero omne peccatum, & exuero omnem malitiam, & ſimplicitate contentus fuero, inops malorum, ſupereſt ut & mores meos temperem. Quid enim mihi prodeſt carere ſæcularibus, niſi fuero mitis atque manſuetus? Nam qui ſequitur viam rectam, ſequitur utique illum qui ait: [Matth. 11. 29.] *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* Depone igitur quæ improba ſunt, [d] egeto vitiis ſecundum bonam paupertatem, mitiga affectum tuum; ut non iraſcaris, aut certe iratus ne peccaveris, juxta quod ſcriptum eſt: [Pſal. 4. 5.] *Iraſcimini, & nolite peccare.* PRÆCLARUM eſt enim motum temperare conſilio: nec minoris virtutis ducitur, cohibere iracundiam, indignationemque compeſcere, quàm omnino non iraſci; cùm plerumque illud lentius, hoc fortius æſtimetur.

a. Ultima edit. Pariſ. *Evangelizaturus enim, & benedictionem de theſauro divinitatis promturus, oraculo incipit.* &c. Mſ. Clarom. *Evangelizaturus Dominus benedictionem, & promturus oracula, incipit* &c. Ceteri cod. ſcripti atque edit. nobiſcum faciunt.

b. Mſſ. prope omnes, non ſecus ac edit. ante hunc locum iiſdem quibus nos, verbis exhibent. Verum cùm in his periodus tantum poſt verbum, *reſeravit*, notato puncto, terminaretur, nullus hinc erui poterat legitimus ſenſus. Quare ut huic malo afferretur aliquid remedii, ſcriptor unius è mſſ. Colb. repoſuit, *aro*, pro *ora*, quæ voces omnino in mſ. Clarom. prætermiſſæ ſunt. In hoc Rom. edit. etiam cum Clarom. convenit, ſed præterea addidit vocem, *veteris*, ante vocem, *templi*. Nos vero quò & ſenſui conſuleremus, & communem lectionem retineremus, interpunctionem exiſtimavimus reſtituendam, ut eam cernis.

c. Omnes edit. *reſeravit*. E contra in omnes propemodum mſſ. *reſervavit*; id eſt, *ſervavit*, compoſitum pro ſimplici. Porro ut hunc locum cui offuſæ tenebræ pluſquam cimmeriæ multis videntur, pro noſtra virili illuſtremus, lector advertat octonarium numerum duplici de cauſa myſticum dici. Prima eſt quia *de octava multi ſcribuntur pſalmi*: per octavam autem beatam reſurrectionem intelligi tum frequenti PP. Græcorum Latinorumque teſtimonio cognoſcimus; ut puta Gregor. Nyſſ. Dydim. in Pſal. 6. Hilar. Prolog. in Pſal. & in Pſal. 118. Hieron. Auguſt. Caſſiod. in Pſal. 6. &c. tum ex verbis ipſius Ambroſii ſup. lib. 1. in cap. 3. & inf. lib. 6. in cap. 9. *octava enim dies facta eſt reſurrectio; unde & plerique pſalmi pro octava ſcribuntur*, intelligere eſt. Unde idem ſubdit octavam eſſe ſpei noſtræ perfectionem, id eſt, terminum & coronidem. Secundam vero cauſam reddit, quod nobis præcipitur Eccleſ. 11. 2. *octo partem dare*: atqui per vocem *octo*, univerſalitatem deſignari Hieron. in Mich. 5. & alibi. Vatab. Eſtius aliique obſervarunt. Quapropter hîc idem eſt, *octo benedictionibus partem dare*, atque *univerſis virtutibus operam dare*. Et hinc eſt quod additur, *ita & octava ſumma virtutum eſt*; ſumma enim dicitur per allegoriam ad numeros, quibus collectis ſumma conficitur. Nec ob aliud ponitur adverbium, *fortaſſe*, niſi ut indicet hujus loci qui ad litteram de eleemoſyna accipitur, nativam non eſſe interpretationem, vel etiam myſtice de veteri novoque Teſtamento poſſe intelligi, ut alibi ſæpius ipſe interpretatus eſt. Senſus ergo eſt, per octavam & reſurrectionem futuram, & virtutum univerſitatem ex æquo ſignari.

d. Rom. edit. cum unico mſ. Reg. *Egeto divitiis.* Minus appoſite ad contextum.

55. Cùm boc feceris, memento quia peccator A es; lugeto peccata tua, lugeto delicta. Et bene tertia benedictio eſt peccata deflentis; quia Trinitas eſt quæ peccata condonat. Ablue igitur te lacrymis tuis, & fletibus lava. Si tu ipſe te fleve- *1. Reg. 15. 35.* ris, alius te non flebit; nam ſi Saul defleviſſet peccata ſua, Samuel eum noo defleviſſet. Habet unuſquiſque quos fleat mortuos ſuos. Mortui ſumus, quando peccamus, quando implemur oſſibus mortuorum. Mortuus eſt ſermo malus, qui *Pſal. 5. 11.* exit de ore; exit enim de ſepulcro malo: *Sepulcrum* B *autem patens eſt guttur eorum*. Ideo dicit Apoſto- *1. Cor. 4. 16.* lus: *Imitatores mei eſtote*. Vult nos delictorum meminiſſe noſtrorum. Paulus non habebat quod lugeret, ex quo in Chriſtum credidit, & tamen prio- *1. Cor. 15. 9.* ra deflebat dicens: *Quia non ſum dignus vocari apoſtolus; quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei*. Ille igitur peccator ante fidem, nos vero adbuc peccamus poſt fidem. Qui peccator eſt, defleat ſe, & ar- *Prov. 18. 17.* guat ſe; ut fiat juſtus: *Juſtus*, enim, *accuſator eſt ſui*.

56. Ordinem igitur perſequamur, quia ſcriptum C *Cant. 2. 4* eſt: *Ordinate in me caritatem*. Depoſui peccatum, temperavi mores, delicta deflevi: eſurire incipio & ſitire juſtitiam? Æger enim cùm in gravi morbo eſt, non eſurit; quia ægritudinis dolor famem excludit. Sed quæ eſt iſta fames juſtitiæ? Qui ſunt iſti panes quos eſurit juſtus? Ne forte panes illi *Pſal. 36. 25.* de quibus dictum eſt: *Juvenis fui, & ſenui, & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem*. Qui eſurit, utique virium quærit augmentum. Quod autem majus virtutis incrementum, D quam norma juſtitiæ?

Matth. 5. 7. 57. Poſt bos: *Beati*, inquit, *miſericordes*; juſtitiam enim ſequitur miſericordia. Unde dictum *Pſal. 111. 9.* eſt: *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in æternum*. Sed etiam qui miſericordiam defert, mercedem amittit, niſi mundo corde miſereatur; nam ſi jactantiam quærat, nullus eſt fructus. Emunda igitur interiora mentis tuæ: & ſi diligenter pectoris tui ſecreta mundaveris, compatere iis qui impugnantur: & intellige quanti homi- E num, quanti fratrum tuorum auxilium tuum quærant.

58. Sed niſi tu prius interiora tua vacuefeceris ab omni labe peccati, ne diſſenſiones contentioneſque ex affectu tuo prodeant, non potes aliis ferre medicinam. A te igitur pacem incipe; ut cùm fueris ipſe pacificus, pacem aliis feras. Quomodo enim potes aliorum corda mundare, niſi tuum ante mundaveris?

59. Profuiſti igitur aliis, tuliſti auxilium pluri- F bus: feſtina, contende ad finem. Multi cùm eſſent exitus vitæ, unus Domino competebat; nam quod natum erat ſecundum carnem, oportebat ſecundum carnem mori. Elegit paſſionem ut moreretur pro nobis: & tu dic de omnibus quæ re- *Pſal. 115. 13.* tribuit tibi Dominus: *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo*, hoc eſt, paſſionem. Unde etiam illis qui ad dexteram vel ad ſiniſtram *Matth. 20. 22.* ſedere cupiebant, ait: *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* Uſque ad finem re ducit, uſque ad martyrium proſequitur, & conſtituit beatitudinum palmam.

60. Vide igitur ordinem. Oportet te fieri pauperem ſpiritu; humilitas enim ſpiritus divitiæ virtutum ſunt. Niſi pauper fueris, mitis eſſe non poteris. Qui mitis eſt, poteſt lugere præſentia: qui inferiora luget, poteſt deſiderare meliora: qui ſuperiora quærit,[a] inferiora devitat, ut & ipſe à ſuperioribus adjuvetur: qui miſeretur, cor ſuum mundat. Quid eſt enim mundare animum, niſi ſordem mortis abolere? *Eleemoſyna* enim *à morte* *Tob. 4. 11.* *liberat*: patientia vero perfectio eſt caritatis. Qui autem patitur perſecutionem, in ultimo certamine conſtitutus probatur adverſis; ut cùm legitime certaverit, coronetur. Hos quidam gradus volunt eſſe virtutum, per quos ab ultimis ad ſuperiora poſſimus adſcendere.

61. Denique ſicut incrementa virtutum, ita etiam ſunt incrementa præmiorum; plus eſt enim Dei eſſe Filium, quam poſſidere terram, & conſolationem mereri. Sed quia & primum præmium regnum cælorum eſt, & ultimum præmium regnum cælorum eſt: numquid æquale præmium incipientibus atque perfectis eſt? Ne forte myſtice docemur quia eſt primum regnum cælorum illud apoſtolicum: *Diſſolvi & eſſe cum Chriſto*. *Philip. 1. 23.* Habes primum regnum, quando ſancti rapiuntur in nubibus obviam Chriſto in aera; multi enim dormientium ſurgent: iſti in vitam æternam, illi in opprobrium. Primum ergo regnum cælorum ſanctis propoſitum eſt in abſolutione corporis: ſecundum regnum cælorum eſt poſt reſurrectionem eſſe cum Chriſto. Cùm fueris in regno cælorum, tunc proceſſus eſt manſionum: etſi unum regnum, diverſa tamen merita ſunt in regno cælorum. Poſt reſurrectionem terram tuam incipies poſſidere, abſolutus à morte. Ille enim cui dicitur: *Terra es, & in terram ibis*, non *Gen. 3. 19.* poſſidet terram ſuam; non enim poteſt eſſe poſſeſſor, qui non capit fructum. Abſolutus igitur per dominicam crucem (ſi tamen intra jugum Domini fueris inventus) conſolationem in ipſa poſſeſſione reperies: conſolationem ſequitur delectatio, delectationem divina miſeratio. Quem autem Dominus miſeratur, & vocat: qui vocatur, videt vocantem: qui Deum viderit, in jus divinæ generationis adſumitur: tuncque demum quaſi Dei Filius, cæleſtis regni divitiis delectatur. Ille igitur incipit, bic repletur. Nam & intra hoc ſæculum multi in imperio Romano ſunt: ſed majorem imperii gratiam qui propiores imperatori ſunt, conſequuntur.

62. Nunc dicamus quemadmodum in quatuor benedictionibus ſanctus Lucas benedictiones ſit octo complexus. Et quidem ſcimus virtutes eſſe quatuor cardinales, temperantiam, juſtitiam, prudentiam, fortitudinem. Qui pauper eſt ſpiritu, avarus non eſt. Qui flet, non ſuperbit: ſed mitis eſt & pacatus. Qui luget, bumiliatur. Qui juſtus eſt, non negat[b] quod ſcit omnibus ad uſum communiter datum. Qui miſeretur, largitur de ſuo. Qui ſuum donat, non quærit alienum, nec dolum proximo ſtruit.

63. Connexæ igitur ſibi ſunt concatenatæque virtutes; ut qui unam habet, plures babere videatur.

a. Reg. cod. ſolus, *inferiores adjuvet*; nimirum ut cum ſequenti membro fiat antithesis: ſed non ideo communis lectio deſerenda. Et paulo poſt, omnes edit. *niſi ſordem mentis abluere*, ſic etiam mſſ. aliquot, excepto quod cum aliis legunt, *abolere*. Ceteri plures potioreſque, *niſi ſordem mortis* &c. id eſt, corruptionem. Et hoc melius quadrat cum verbis ſequentibus

b. Ita edit. Amerb. & Era. cum maxima parte mſſ. Gill. autem ac Rom. cum aliis mſſ. *quod ſit omnibus* &c

deatur: & ſanctis una competit virtus, ſed ejus A
Gen. 18. 2. quæ fuerit uberior, uberius eſt præmium. Quanta hoſpitalitas in Abraham; quanta humilitas;
a [a] quanta ſanctitas, ut fratris filium ab hoſte ſer-
Gen. 14. 16. varet: & quanta abſtinentia, ut nihil de præda
Ibidem. 21. quæreret: Sed quia fide præſtitit, fidei præ cete-
Gen. 15. 2. ris meruit principatum. Ergo unicuique plura præmia, quia plura incentiva virtutum: ſed quod in aliquo merito copioſius, hoc etiam in præmio redundantius.

64. *Beati* igitur *pauperes ſpiritu*. Habes temperantiam, quæ à peccato abſtinet, ſæculum calcat, illecebroſa non quærit. B

65. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt*; qui enim eſurit, eſurienti compatitur, compatiendo largitur,
Pſal. 111. 9. largiendo fit juſtus; quia *Juſtitia ejus manet in æternum*. Unde in Matthæo ſitim & famem in-
b telligimus ſpiritalem, qua [b] cibus juſtitiæ deſideratur aut potus; quia virtus quaſi materia quædam virtutum eſt, ut juſtus æqualem ſe inferioribus præſtet, dolum excludat, veritatem requirat. C

66. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis*. Habes prudentiam, cujus eſt flere occidua, & ea quæ
c æterna ſunt quærere: lugere ſæcularia, [c] quæ ſe-ipſa compungunt: Deum pacis inquirere, qui ſtulta mundi elegit, ut confundat ſapientes: & qui ea quæ non ſunt deſtruat, ut quæ ſunt, poſſit adipiſci.

67. *Beati eritis cùm vos oderint homines*. Habes fortitudinem, ſed eam quæ non odium mereatur ex crimine; ſed perſecutionem patiatur ex D fide; ſic enim ad paſſionis pervenitur coronam, ſi gratiam hominum negligas, divinam ſequaris. Denique ut ſcias conſummationem eſſe for-
℣. 23. titudinis paſſionem: *Secundum hæc*, inquit, *faciebant prophetis patres eorum*; quia prophetas Judæi uſque ad mortem corporis perſecuti ſunt. Eſt etiam fortitudinis iram vincere, indignationemque cohibere: ac per hoc fortitudo animum juxta corpuſque confirmat, nec perturbari ſinit timore aliquo vel dolore: quibus velut pravis in- E terpretibus plerumque percellimur.

d 68. Ergo temperantia [d] cordis habet animique munditiam, juſtitia miſericordiam, pacem prudentia, manſuetudinem fortitudo.

℣. 24. * *Væ vobis divitibus, qui habetis conſolationem veſtram.*

69. Licet in pecuniariis copiis multa ſint lenocinia delictorum; pleraque tamen ſunt etiam incentiva virtutum. Quamquam virtus ſubſidia non requirat, & commendatior ſit collatio pauperis, quàm divitis liberalitas; tamen non eos qui habeant divitias, ſed eos qui uti his neſciant, ſententiæ cæleſtis auctoritate condemnat. Nam ut ille pauper laudabilior, qui promto largitur affec- A tu, nec impendentis egeſtatis repagulis inhibetur, inopemque ſe non putat, qui habet quod naturæ ſatis eſt: ita hic dives criminoſior, qui vel Deo referre gratiam de eo debuit quod accepit, nec cenſum ad communem uſum datum ſine uſu abdere, defoſſiſque terræ incubare theſauris. Non cenſus igitur, ſed affectus in crimine eſt. Et quamquam tota ætate cuſtodiæ miſerabilis ſolli-
citas avara mens tendat excubias, [e] quo nulla e
pœna gravior eſt, ſucceſſorum profutura com-
B pendiis anxio timore ſervare; tamen quoniam avaritiæ ſtudia, & deſideria congerendi, inani quadam voluptate paſcuntur: qui conſolationem vitæ præſentis habuerunt, remunerationem perpetuam perdiderunt.

70. Poſſumus hîc tamen divitem intelligere populum Judæorum, vel hæreticos, vel certe mundi philoſophos, qui ubertate verborum, & quodam ambitioſæ facundiæ patrimonio delectati, ſimplicitatem veræ fidei ſupergreſſi, theſauros
C inutiles condiderunt. Nonne tibi videtur hæreticus aliquis, cùm audis eum de generatione Domini juxta uſum ſæculi diſputantem, dives in verbis, pauper in viribus? Qui putat ſe in hoc tempore locupletes habere divitias: ſed in futuro egeſtatem ſuæ fidei recognoſcet; cibumque
perfidiæ, [f] quem præſenti ætate ructaverit, æter- f
no fidei commaceratus jejunio, cauſam tanti ſciet eſſe ſupplicii. Eritque tempus, ut riſus ſuos
lugeant, [g] qui dicta noſtra nunc rident. Quibus g
D bene dicetur:

Væ cùm bene vobis dixerint omnes homines. ℣. 26.

71. Nonne tibi videtur his dicere, qui dudum
in * Ariminenſi concilio perfidæ prævaricationis *
auctores, dum imperatoris gratiam ſequuntur, Dei gratiam perdiderunt? Qui cùm placere potentibus aucupantur, maledicto ſe perpetuo ſubdidere.

72. Ergo ſanctus Matthæus præmiis ad virtu-
E tem & fidem populos provocavit: hîc etiam à criminibus atque peccatis futurorum ſuppliciorum denuntiatione deterruit, qui non otioſe plurimorum factorum cæleſtium enumeratione progreſſus, ad benedictionum locum ſerius venit; ut populos divinorum miraculis roboratos, ultra Legis tramitem virtutum progredi veſtigiis edo-
ceret. [h] Fuerit cavendum illic, ubi adhuc infirmæ h
plebis corda nutabant: hîc tubæ clangore excitanda virtus fuit. Docet hoc libri hujus, quæ in prooemiis, & quæ in proceſſu ſermonis aperitur oratio. Illic qui infirmi ſunt, adhuc quodam Legis lacte potantur; & ideo per Legis tramitem ducuntur ad gratiam: audiunt quæ Legis ſunt, ut ultra Legem, Legem ſequendo procedant: hîc Eccleſia fundatior non lacte imbuitur, ſed cibo

a. Edit. Rom. *quanta caritas*: ſed pietas in conſanguineos ſanctitatis nomine non tam impropriè deſignatur, ut propterea videatur ab aliis edit. cunctiſque mſſ. deſcendendum.

b. Sic mſſ. omnes ac edit. ant. niſi quod nonnulli mſſ. & edit. Era. & Gill. habent, *qua*, pro, *quia*. Rom. vero eliſa dictione, *virtus*, verba tranſpoſuit in hunc modum, *cibus aut potus deſideratur juſtitia, quæ quaſi* &c.

c. Mſſ. aliquot, *quæ ſe ipſa compungunt*. Haud ita male.

d. Mſſ. aliquammulti, *carnes habet animique munditiam*.

e. Rom. edit. *& quo nulla pœna .... anxio timore reſervet.* Aperta quidem lectio, ſed omni cum aliarum edit. tum mſſ. patrocinio deſtituta. Reatur itaque hoc loco ineſſe helleniſmum, ac verbum *ſervare*, ſumi debere pro ad conſervandum τῷ φυλάσσειν, ubi præpoſitio ſupprimitur.

f. Cod. Gem. & Prat. *quem præ ſatietate ructaverit*.

g. Mſſ. non pauci, nec infer. notæ, *qui dicta noſtra non credunt*.

* Celebre illud eſt Ariminenſe Concilium anno Chriſti 359. celebratum, cui interfuere ex arrianis octoginta, ex catholicis trecenti quinquaginta epiſcopi. Hi cùm initio Nicænam fidem ſtrenue propugnaſſent, ab ea tandem ſeu vi, ſeu minis, ſeu dolis, aut majoribus Conſtantii imperatoris promiſſis allecti, ad arrianas partes miſerè defecerunt. Verum de his fuſius epiſt. ad Marcell. & de Baſilicis non tradendis.

h. Ita mſſ. & edit. Amerb. niſi quod in hac, duobuſque mſſ. legitur, *Fuit*, pro *Fuerit*. Edit. vero Era. Gill. & Rom. *Fuit cavendum illic*. Forte ut opponerentur inter ſe cantus ac tubæ clangor. At *cavendum* eò ponitur, quod ſuperius dictum eſt populos a Matthæo præmiis ad fidem eſſe invitatos.

veſcitur; cibus enim validior eſt caritas. Denique inter tria maxima, fidem, ſpem, caritatem, major eſt caritas.

ỷ. 27. & ſeq. 73. Ordinatur igitur caritas, cùm dicitur: *Diligite inimicos veſtros*; ut compleatur illud Eccleſiæ, Cant. 2. 4. quod ante jam dictum eſt: *Ordinate in me caritatem.* Ordinatur enim caritas, cùm caritatis præcepta formantur. Vide quam ab altioribus cœperit, & Legem poſt benedictionis Evangelicæ Exod. 21. 24. terga rejecerit. Lex viciſſitudinem imperat ultionis, Evangelium inimicitiis caritatem, benignitatem B odiis, vota maledictis, ſubſidia perſequentibus, patientiam eſurientibus, & gratiam remunerationis impertit. Quanto athleta perfectior, qui non ſentit injuriam?

74. Et ne videatur Dominus Legem diſſolvere, in beneficiis vicem ſervat, quam negligit in ỷ. 31. injuriis. Sed tamen dicendo: *Prout vultis ut faciant vobis homines, facite & vos illis ſimiliter*, viciſſitudo ipſa cumulatior eſt, quando votis actus æquatur. NESCIT ENIM virtus menſuram gra- C tiæ: nec contenta referre quod acceperit, vult cumulare quod ſumſit; ne inferior ſit beneficio, licet æquetur officio. Non enim cumulo tantum, ſed ordine & tempore beneficia penſantur; cùm in beneficio pari prior ſit, qui prior cœpit; beneficus enim eſt qui gratiam cœperit, debitor qui retulerit. Aliud itaque beneficium eſt * beneficii principatus; nam ſi qui pecuniam reddidit, non ſolvit gratiam, manetque debitor gratiæ, etſi jam non ſit pecuniæ: cur gratiam referendo pu- D tamus poſſe vacuari, cujus relatio acceptæ magis eſt teſtimonium, quàm abſolutæ?

ỷ. 32. 75. Bono itaque exemplo imbuitur chriſtianus; ut non contentus jure naturæ, gratiam ejus requirat. Si enim commune eſt omnibus, etiam peccatoribus, redamare: cui genus profeſſionis excelſius, ſtudium quoque debet eſſe virtutis uberius; ut diligat etiam non amantes. Nam etſi nulla merita diligendi uſum amoris excludant; non tamen virtutis excluſerint. Sicut enim in eo E qui te diligit, pudet gratiam non referre; & gratiæ amore referendæ amor tibi ejus inoleſcit quem antea non amabas: ita etiam in eo qui non amat, debes amare virtutem; ut dum virtutem amas, incipias eum amare quem non amas: cùm rara & caduca remuneratio ſit amantis, ſempiterna virtutis.

ỷ. 29. 76. Quid autem tam mirum, quam percutienti maxillam præbere alteram? Nonne omnis indignantis frangitur impetus, ira ſedatur? Nonne F fit per patientiam, ut ſua amplius pœnitentia reverberes verberantem? Ita erit ut & injuriam repellas, & gratiam quæras. Ac ſæpe maximæ cauſæ amoris exiſtunt, cùm patientia inſolentiæ, gratia refertur injuriæ. Equidem, ut audire me D. Laert. in vita Plat. memini, vel hoc ſolo preſſum philoſophiæ ſupercilium putamus; quod in tres partes illa ſibi videtur diviſiſſe juſtitiam: unam in Deum, quæ pietas vocatur: alteram in parentes, vel reliquum humanum genus: tertiam in mortuos, ut his exſequiarum juſta ſolvantur. A At vero dominus Jeſus Legis oraculum, ac philoſophiæ faſtigium ſupergreſſus, in eos quoque qui læſerint, pietatis porrexit officium. Etenim ſi hoſtis qui tecum bello armiſque certaverit, depoſitis armis, miſericordiam ſuæ ſalutis adipiſcitur, idque plerumque vel contemplatione naturæ, vel ipſius belli jure defertur, ut ſubjectis vita tribuatur: quanto amplius meliore religionis intuitu deferendum eſt? Nam cùm præliatorem appetitæ ſalutis cauſa B non moveat, quid movere debet * militem pacis?

77. Itaque illud Apoſtolicum, quia *Caritas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur..... non inflatur,* 1. Cor. 13. 4. in his præceptis conſummatum videmus. Si patiens eſt, debet patientiam verberanti: ſi benigna eſt, non debet reſpondere maledictis: ſi non quærit quæ ſua ſunt, non debet reſiſtere diripienti: ſi non æmulatur, odiſſe non debet inimicum. Et tamen apoſtolicis divinæ ſuperfluunt præcepta pietatis; plus eſt enim donare, quam cedere: plus C eſt amare inimicos, quam non æmulari. Quæ omnia Dominus & dixit, & fecit. Qui cùm malediceretur, non remaledixit: cùm percuteretur, non repercuſſit: cùm deſpoliaretur, non reſtitit: cùm crucifigeretur, ipſis perſecutoribus veniam poſtulavit, dicens: *Pater, dimitte illis peccatum, quia neſciunt quid faciunt.* Luc. 23. 34. Criminatores ſuos excuſabat à crimine. Illi crucem parabant, hic ſalutem & gratiam rependebat.

78. Et tamen quoniam ſtudia ipſa virtutum ſi- ỷ. 35. D ne remuneratione torpeſcunt, & exemplum nobis adtulit, & mercedem ſpopondit è cælo, filios Dei futuros pollicens, qui fuerint imitatores ejus. Qui enim feſtinat ad præmium, faſtidire non debet exemplum; quia quanto præcellentius præmium, tanto impenſius officium. Quanta autem miſericordiæ merces, quæ in jus divinæ adoptionis adſciſcitur? Sequere igitur miſericordiam, ut merearis gratiam.

79. Late patet benignitas Dei: ſuper ingratos ỷ. 36. E pluit, malis fœcunda non negat terra proventus. Idem mundi ſol ſacrilegos religioſoſque pariter illuminat. Aut ut myſtice iſta pendamus: propheticis populum Judæorum Dominus pluviis irrigavit, & ſolis æterni refulſit radiis, etiam non merentibus. Sed quoniam illi mundano rore maduerunt, Eccleſia Dei ad cæleſte lumen adſciſcitur; ita tamen ut illis quoque miſericordiæ, ſi credant, prærogativa ſervetur.

80. Addidit, non temere judicandum; ne cùm ỷ. 37. F ſis tui conſcius ipſe [a] delicti, in alterum cogaris ferre ſententiam.

81. Magna etiam diſciplina; ut de infructuoſis ỷ. 44. fructuoſa non quæras, nec de incultis proventum fœcunditatis exſpectes. Unicuique enim ſua cultura dat fructus. In ſpinis iſtius mundi ficus illa non poteſt reperiri, quæ quia fœcundis fructibus melior eſt, bene ſpecies ei reſurrectionis aptatur: vel quia ut legiſti: *Ficus dederunt groſſos ſuos*; quod Cant. 2. 13. immaturus, & inutilis, & caducus in Synagoga fructus ante præceſſit: vel quia immatura vita

*. *Principatus*, ponitur hic pro principio, ſive initio, quemadmodum alibi principium pro principatu, ſive imperio poſitum reperimus. Vult igitur S. Ambroſius eum qui prior beneficium confert, dupliciter benemereri.

*. Per *militem pacis*, intellige hominem chriſtianum. Nam hic loci totius ſenſus eſt: ſi præliator ad victum hoſtem interficiendum non eo impellitur, quod ſua ipſius vita ab eodem oppugnata ſit, nihil eſſe debere quod chriſtianum commoveat ad ultionem.

a. Rom. edit. *delicti, dum alterum judicas, in te ipſum cogaris ferre ſententiam.* Optime, ſi ſenſum ſpectes. At vero diſſentiunt omnes mſſ. ac vet. edit. Nobiſcum autem conſentiunt, excepto quod pro, *cogeris*, ut habetur in mſſ. præferunt edit. *cogitaveris*.

noſtra eſt in corpore, matura in reſurrectione. A Et ideo procul à nobis debemus ſæculares ſollicitudines abdicare, quæ mordeant animum, mentemque adurant; ut maturus fructus culturæ diligentis poſſimus adipiſci: quod in incultis iſtius mundi reperire non poſſumus; *Quia non legunt de ſpinis ficus, neque de tribulis vindemiant uvam.* Alterum ad mundum & reſurrectionem, alterum ad animam & corpus refertur: vel quia nemo peccatis fructum adquirit animæ ſuæ, quæ ſicut uva proxima terris corrumpitur, in ſuperiori- B bus maturatur: vel quia nemo poteſt damnationem carnis evadere, niſi quem Chriſtus redemerit, qui ſicut uva pependit in ligno. Procul igi-
Gen. 3. 18. tur ab illa carne, quæ damnato homini tribulos generare præcepta eſt, levemus oculos ſpiritales, tendamus manus, ut Chriſtum vindemiare poſſimus.

℣. 46. 82. Omnium autem fundamentum docet eſſe virtutum obedientiam cæleſtium præceptorum, per quam domus hæc noſtra non profluvio vo- C luptatum, non nequitiæ ſpiritalis incurſu, non imbre mundano, non hæreticorum poſſit nebuloſis diſputationibus permoveri.

Cap 7 ℣ 1. & ſeq. 83. Pulcre autem ubi præcepta complevit, ſummum præceptorum formam exſequi docet; nam ſtatim gentilis centurionis ſervus Domino curandus offertur, in quo populus nationum, qui mundanæ ſervitutis vinculis tenebatur æger lethalibus paſſionibus, beneficio Domini ſanandus exprimitur. Quod autem moriturum dixit, in eo D Evangeliſta non fefellit; moriturus enim erat, niſi fuiſſet ſanatus à Chriſto. Implevit igitur præceptum caritate cæleſti, qui ſic dilexit inimicos, ut morti eriperet, atque ad perpetuæ ſpem ſalutis adſciſceret.

℣. 6. 84. Quantum autem divinæ humilitatis inſigne, ut cæli Dominus nequaquam dedignaretur centurionis ſervulum viſitare? Elucet fides in operibus, ſed plus operatur humanitas in affectibus. Quod utique non ideo faciebat, quia abſens cu- E rare non poterat: ſed ut formam tibi daret imitandæ humilitatis, qua juxta humilioribus deceret ac ſuperioribus deferendum. Denique alibi
Johan. 4. 50. regulo dicit: *Vade, filius tuus vivit*; ut ſcias & potentiam divinitatis, & humilitatis gratiam. Ibi noluit pergere, ne in reguli filio videretur magis divitias detuliſſe: hîc ipſe perrexit, ne videretur in centurionis famulo conditionem deſpexiſſe ſervilem; omnes enim, ſervus & liber, in Chriſto unum ſumus. F

85. Sed vide fidem prærogativam eſſe medicinæ. Adverte etiam in ipſo populo gentili perſpicaciam eſſe myſterii. Dominus pergit; excuſat centurio, militarique depoſito tumore, reverentiam ſumit, & ad fidem facilis, & ad honorificentiam promtus. Et bene Lucas etiam in occurſum amicos dicit eſſe à centurione tranſmiſſos; ne præſentiâ ſuâ gravare Domini verecundiam videretur, & officium officio provocaſſe. Hæc moraliter.

86. Myſtice autem, quem Judæorum populus crucifixit, inviolatum ab injuria manere deſide-

A raret populus nationum: & quod ad fidem pertinet, ſermoni credidit, hoc eſt, non hominis, ſed Dei poteſtate conjiciens dari à Chriſto hominibus ſanitatem: quod vero ad myſterium ſpectat, vidit in pectora adhuc gentilium non eſſe penetrabilem Chriſtum. Et ideo quia necdum cogitationis prætéritæ maculas abluiſſet, gravari ſe magis Domini dignatione putavit, quàm juvari. Sic illa vidua Sareptana indignam ſe prophetico 3. Reg. 17. 18.
judicavit hoſpitio. Ideoque Dominus in uno iſto
B fidem gentium præferebat.

87. Et quidem ſi ſic legas: *In nullo tantam fidem inveni in Iſrael*, ſimplex intellectus & facilis eſt. ℣. 9.
Sin vero juxta Græcos: *Nec in Iſrael tantam fidem inveni*, fides hujus etiam electioribus, & Deum videntibus antefertur.

88. Videte autem œconomiam: probatur fides domini, & ſervi ſanitas roboratur. Poteſt ergo meritum domini etiam famulis ſuffragari non ſolum fidei merito, ſed etiam ſtudio diſciplinæ.
C Spectate etiam alteram [a] œconomiam Dominicæ ℣. 10. a
humilitatis: quæ non ſpondet, operatur; namque etſi nondum imperaverat ſanitatem, tamen ſervi qui miſſi fuerant, ſanum ſervulum repererunt.

Cùm autem appropinquaret portæ civitatis, ecce efferebatur defunctus filius unicus matris ſuæ: & hæc erat vidua: & turba multa civitatis cum illa. ℣. 12.
Quam cùm videret Dominus, miſericordia motus, dixit illi: Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculum. ℣. 13. ℣. 14.

D 89. Et hic locus ad utramque redundat gratiam, ut & cito flecti divinam miſericordiam matris viduæ lamentatione credamus, ejus præcipue quæ unici filii vel labore, vel morte frangatur; cui tamen viduæ gravitatis meritum exſequiarum turba conciliat: & hanc viduam populorum turba ſeptam, plus videri eſſe quam feminam, cuæ reſurrectionem unici adoleſcentis filii ſui lacrymis meruerit impetrare; eo quod ſancta Eccleſia populum juniorem à pompa fu- E neris, atque à ſupremis ſepulcri ſuarum revocet ad vitam contemplatione lacrymarum: quæ flere [b] prohibetur, cùm ei reſurrectio debeatur. b

90. Qui quidem mortuus in loculo, materialibus quatuor ad ſepulcrum ferebatur elementis: ſed ſpem reſurgendi habebat; quia ferebatur in ligno. Quod etſi nobis ante non proderat; tamen poſteaquam Jeſus id tetigit, proficere cœpit ad vitam; ut eſſet indicio ſalutem populo per crucis patibulum refundendam. Audito igitur
F Dei verbo, ſteterunt acerbi illius funeris portitores, qui corpus humanum lethali fluxu naturæ materialis urgebant. Quid enim aliud, niſi quaſi in quondam feretro, hoc eſt, ſupremi funeris inſtrumento jacemus exanimes, cùm vel ignis immodicæ cupiditatis exæſtuat, vel frigidus humor exundat, vel pigra quadam corporis habitudine vigor hebetatur animorum, vel concreta noſter ſpiritus labe, puræ lucis vacuus mentem alit? Hi ſunt noſtri funeris portitores.

91. Sed quamvis ſuprema mortis ſpem vitæ omnis abolueriat, & tumulo proxima corpora jaceant defunctorum; verbo tamen Dei jam mo-

a. Rom. edit. ſola, *œconomiam: Dominus quæ non ſpondet, operatur &c.*
b. Omnes edit. ac mſſ. non pauci, *prohibetur cum cui reſurrectio debebatur.* Alii tamen plures ac potiores nobiſcum faciunt. Illic ergo ſignificatur ipſi Eccleſiæ filiorum ſuorum deberi reſurrectionem: quod concinnius reſpondet antecedentibus.

ritura

ritura reſurgunt cadavera, vox redit, redditur A
filius matri, revocatur à tumulo, eripitur à ſepul-
cro. Quis iſte eſt tumulus tuus, niſi mali mores?
Tumulus tuus perfidia eſt, ſepulcrum tuum gut-
Pſal. 5. 11. tur eſt: *Sepulcrum enim patens eſt guttur eorum*,
unde verba mortua proferuntur. Ab hoc ſepul-
cro te liberat Chriſtus, ab hoc tumulo reſur-
ges, ſi audias verbum Dei.

* 92. Et ſi grave peccatum eſt *quod pœniten-
tiæ tuæ lacrymis ipſe lavare non poſſis, fleat pro
te mater Eccleſia, quæ pro ſingulis tamquam B
pro unicis filus vidua mater intervenit; compa-
titur enim quodam ſpiritali dolore naturæ, cùm
ſuos liberos lethalibus vitiis ad mortem cernit
a urgeri. [a] Viſcera ſumus de viſceribus ejus; ſunt
enim & ſpiritalia viſcera, quæ habet Paulus di-
Philem. 20. cens: *Ita, frater, ego te fruar in Domino, reficе viſ-
cera mea in Chriſto*. Nos ergo viſcera ſumus Ec-
cleſiæ; quoniam membra ſumus corporis ejus,
de carne ejus, & de oſſibus ejus. Doleat igitur
pia mater, adſiſtat & turba: non ſolum turba, C
ſed etiam multa compatiatur bonæ parenti. Jam
reſurges à funere, jam liberaberis à ſepulcro:
ſtabunt illi miniſtri tui funeris, incipies vitalia
loqui, timebunt omnes; unius enim exemplo
plurimi corrigentur. Laudabunt etiam Deum,
qui tanta nobis remedia vitandæ mortis indul-
ſerit.

℣. 19. *Et convocavit duos de diſcipulis ſuis Iohannes; & miſit ad eum dicens; Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus?* D

93. Non ſimplex intellectus in ſimplicibus eſt
verbis; alioquin præſentibus ſuperiora compu-
Luc. 3. 22. gnant. Quomodo enim Johannes, quem in ſupe-
rioribus, Deo Patre demonſtrante, cognovit, hîc
neſcit? Quomodo & ibi quem ante neſcivit,
agnovit: & hîc quem jam ante ſciebat, ignorat?
Iohan. 1. 33. *Neſciebam*, inquit, *eum: ſed qui miſit me baptizare,
ipſe mihi dixit: Supra quem videris Spiritum ſanc-
tum deſcendentem*. Et dicto credidit, & demonſtra- E
tum agnovit, & baptizatum adoravit, & venien-
Ibidem. 34. tem prophetavit. Denique, *Ego*, inquit, *vidi*,
b *& teſtimonium perhibui, quoniam* [b] *hic eſt electus Dei*.
Quid ergo fieri poſſet ut ſic propheta tantus erra-
Ibidem. 29. ret; ut de quo dixerat: *Ecce qui tollit peccata mundi*,
adhuc eum Dei Filium eſſe non crederet? Aut
enim inſolentiæ eſt divina ei tribuere quem neſ-
cias: aut de Dei Filio dubitaſſe perfidia eſt. Non
cadit igitur in talem Prophetam tanti erroris
ſuſpicio. F

94. Itaque ſi intellectus ſimplicis forma com-
In Luc. c. 3. pugnat, ſpiritalem quæramus figuram. Et quia
ſupra jam diximus in Johanne typum eſſe Legis,
quæ prænuntia fuit Chriſti; recte Lex quæ pec-
toribus perfidorum, tamquam æternâ carceribus
luce vacuatis, corporaliter tenebatur incluſa,
quam viſcera fœcunda pœnarum, & fores amen-
tiæ coercerent, plenum exitum teſtimonii Do-
minicæ diſpenſationis ſine Evangelii nequit ad-
Exod. 14. 19. ſtipulatione perferre. Prophetavit quidem Lex
in Exodo baptiſmatis gratiam per nubem & ma-
re: ſpiritalem in agno prænuntiavit eſcam: fon- Exod. 12. 3.
tem perennem deſignavit in petra: remiſſionem Exod. 17. 6.
peccatorum in Levitico revelavit: regnum cælo- Levit. 25. 10.
rum annuntiavit in pſalmis: terram repromiſ-
ſionis in Jeſu Nave manifeſtiſſime declaravit.

95. Hæc omnia cum Johannis quoque con-
grunnt teſtimonio: ſed tamen tyrannicis mundi
iſtius poteſtatibus quominus lucem Dominicæ
reſurrectionis effunderet, incluſa cohibetur. Mit-
tit ergo diſcipulos ſuos ad Chriſtum Johannes, ut
ſupplementum ſcientiæ conſequantur; quia ple-
nitudo Legis Chriſtus eſt: ut quoniam nutant ple-
rumque dicta ſine factis, & fides plenior geſto-
rum teſtificationibus, quàm verborum ſponſioni-
bus exhibetur, quæ tunc in pectoribus Judæo-
rum velut obſerata Lege nutabat, ipſo ſpectacu-
lo Dominicæ crucis, & pleno reſurrectionis teſti-
monio panderetur.

96. Et fortaſſe iſti diſcipuli ſunt duo populi,
quorum unus ex Judæis credidit, alter ex genti-
bus, [c] qui ideo credidit, quia audivit. Voluerunt c
ergo iſti videre propter illud: *Veſtri autem beati* Matth. 13. 16.
oculi qui vident, & aures veſtræ quæ audiunt. Sed
etiam nos vidimus in Johanne: oculis noſtris
perſpeximus in apoſtolis: & manibus noſtris per-
ſcrutati ſumus in Thomæ digitis. *Quod* enim *erat* 1 Iohan 1. 1. & 2.
*ab initio, quod audivimus, & quod vidimus, oculis
noſtris perſpeximus, & manus noſtræ ſcrutatæ ſunt de
Verbo vitæ, & vita apparuit*. Quando apparuit?
Quando vidimus. Non ſic apparebat antequam
videretur. Gratias ergo Domino, qui crucifixus
eſt pro fide noſtra, crucifixus eſt pro cupiditati-
bus noſtris. Mens mea in illo crucifixa eſt.

97. Itaque & nunc qui vetus Teſtamentum re- *
cenſent, antequam cognoſcant Evangelium, &
quaſi quædam Dominici corporis legunt veſti-
gia, venturum putant, & requirunt utrum ipſe
ſit Chriſtus Dei Filius, qui venturus eſt. Et cùm Gen. 18.
legunt quando cum Abraham locutus eſt, vel 20. & ſeq.
quando ſe dux militiæ cæleſtis oſtendit, dicunt & 22. 1. Ioſue 5. 14.
utique: *Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus?*
Cùm autem venerint ad Evangelium, & cogno-
verint illuminari cœcos, ambulare claudos, au-
diſſe ſurdos, mundatos eſſe leproſos, mortuos re-
ſurrexiſſe, tunc dicunt: *Vidimus eum, & oculis
noſtris perſpeximus*, & in veſtigia clavorum ejus
digitos noſtros inſeruimus. Videmur enim nobis
vidiſſe quem legimus, ſpectaſſe pendentem, &
vulnera ejus, ſpiritu Eccleſiæ ſcrutante, tentaſ-
ſe; ſi enim digito Dei ejiciuntur dæmonia, fides
quoque digito Eccleſiæ reperitur. Aut fortaſſe in
parte quadam operatrice corporis noſtri omnes
videmur inveſtigaſſe Dominicæ ſeriem paſſionis;
fides enim per paucos ad plures pervenit. Lex
ergo Chriſtum venturum annuntiat: Evangelii
ſcriptura veniſſe confirmat.

98. Nonnulli etiam de ipſo Johanne ſic intelli-
gunt, magnum quidem ita prophetam, ut Chriſ-
tum agnoſceret, annuntiaret remiſſionem pec-
catorum futuram: ſed tamen non tamquam du-
bium, ſed tamquam pium vatem, quem ventu-
rum crediderat, non crediſſe moriturum. Non

*. Hæc confer, ſi lubet, cum iis quæ habentur lib. 2. de Pœnit. cap. 2. ubi multa quæ variis ab auctoribus de peccatis canonicis, publicaque eorum pœnitentia ſolent explicari, iſtis plane ſimilia ac pene eadem reperies.

a. Ita edit. ac pauci mſſ. Alii autem partim, *Viſcera Dei ſumus*, *viſcera Eccleſiæ*: partim, *Viſcera ſumus ejus Eccleſiæ*.

b. Rom. edit. cum paucis iiſque recentioribus mſſ. *hic eſt Filius Dei*. Cui lectioni favet etiam ſacer textus. Reliquæ tamen edit. cum ceteris mſſ. *hic eſt electus Dei*.

c. Mſſ. aliquot, *qui Deo credidit* &c.

igitur fide, ſed pietate dubitavit. Dubitavit & A Matth. 16. 22. Petrus dicens: *Propitius eſto, Domine, non fiet hoc.* Ibidem. 16. Ille fidei princeps (cui ſe Chriſtus nondum Dei Filium dixerat, & tamen ille crediderat) de morte Chriſti nec Chriſto credidit. Pietatis affectus, Johan. 13. 8. non indevotionis eſt lapſus. Denique alibi lavari ſibi pedes recuſat, ubi myſterium non agnoſcit, dum Dominico gravatur obſequio. Ergo moritu- 1. Cor. 2. 9. rum Chriſtum nec ſancti crediderunt: *Quod enim oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit, hæc præparavit Deus diligentibus eum.* B a Religioſis itaque lapſus amoris fidem non impedit.

99. Denique Dominus ſciens neminem ſine Evangelio plene credere poſſe; quia ſicut fides à veteri incipit Teſtamento, ita impletur in novo: interrogatus de ſe, non verbo aliquo, ſed factis ſe eſſe ſignavit.

℣. 22. *Ite*, inquit, *nuntiate Johanni quæ audiſtis, & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant, ſurdi audiunt,* C *leproſi mundantur, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur.*

100. Plenum ſane teſtimonium quo Dominum Propheta cognoſceret; de ipſo enim, non de Pſal. 145. 8. & 9. alio fuerat prophetatum: quia *Dominus dat eſcam eſurientibus, Dominus erigit alliſos, Dominus ſolvit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus diligit juſtos, Dominus cuſtodit advenas, orphanum & viduam ſuſcipiet, & viam peccatorum exterminabit.* Ibidem. 10. Qui iſta, inquit, faciet: *Regnabit Dominus in æternum.* D Ergo non humanæ iſta, ſed divinæ virtutis inſignia ſunt, cæcis perpetuæ noctis tenebras aperire, defoſſorumque oculorum vulnera infuſâ luce ſanare, auditum in aures inſinuare ſurdorum, laxatis ſoluta membra reformare compagibus, in lucem quoque refuſo vigore vivendi revocare defunctos.

101. Hæc ante Evangelium vel rara, vel nulla. Tob. 11. 13. Receperit Tobias oculos, unus eſt in exemplo; & tamen Angeli fuit illa medicina, non hominis. E 3. Reg. 17. 20. Elias mortuum ſuſcitaverit; ille tamen rogavit 4. Reg. 5. 14. & flevit: hic juſſit. Eliſæus leproſum mundari fecerit; non tamen illic valuit præcepti auctori- 3. Reg. 17. 16. tas, ſed figura myſterii. Non defecerit ad eſcam viduæ eſurientis, propheticis ſe multiplicans farina præceptis; unam tamen viduam farina illa, vel potius eamdem quoque ſacramenti ſpecies præfigurata ſervavit. Sed tamen parva adhuc iſta Dominicæ teſtificationis exempla ſunt: plenitudo fidei, crux Domini, obitus, ſepultura eſt. Et F ideo cùm illa ſuperiora dixiſſet, addidit:

℣. 23. *Beatus*, inquit, *qui in me non fuerit ſcandalizatus.*

102. Crux enim etiam electis ſcandalum poſſet adferre: ſed nullum hoc majus divinæ perſonæ eſt teſtimonium: nihil eſt quod magis eſſe ultra humana videatur, quam toto unum ſe obtuliſſe pro mundo; hoc vel ſolo plene Dominus decla- Johan. 1. 29. ratur. Denique ſic deſignatus eſt à Johanne: *Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi.* Verùm hoc non duobus illis viris Johannis diſcipulis, ſed nobis omnibus reſpondetur; ut ita credamus in Chriſtum, ſi facta conveniunt. Veniet enim qui A hoc ſibi nomen uſurpet, quem licet hominis non queas appellatione ſecernere; factorum tamen conſideratione diſcernas.

Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento moveri? ℣. 24.

103. Ubi præmonuit diſcipulos Johannis in crucem Dominicam eſſe credendum, redeuntibus illis, converſus ad turbas cœpit ad virtutem pauperes provocare; ne exaltati corde, mente inſta- B biles, conſilio infirmi, ſpecioſa utilibus, æternis caduca præferrent: ſed humili ſpiritu crucem potius tollerent, quàm phaleras mundi hujus extollerent: & quaſi beati pauperes, qui nihil haberent ſæculi quod amitterent, libenter corporis vitam cum immortali gloria commutarent. Non otioſe igitur ſancti Johannis hîc perſona laudatur, qui vitæ amore poſthabito, juſtitiæ formam nec mortis terrore mutavit.

104. *Quid*, inquit, *exiſtis in deſertum videre?* C Deſerto mundus hic comparari videtur, adhuc incultus, adhuc ſterilis, adhuc infœcundus, in quem negat nobis ita Dominus prodeundum, ut mente carnis inflatos vacuoſque virtutis internæ viros, & fragili ſe gloriæ ſæcularis ſublimitate jactantes, pro exemplari quodam & imagine nobis putemus imitandos: quos procellis mundi hujus obnoxios vita mobilis inquietat, jure arundini comparandos: in quibus ſolidæ juſtitiæ nullus eſt fructus: qui forenſibus criniti phaleris, D nodis obſiti, vacuo oris ſtrepitu ſonori, nulla ſui utilitate, frequenti etiam offenſione, intus inania, foris ſpecioſa ſectantur. Arundines ſumus, nulla validioris naturæ radice fundati. Et ſi levis adſpiraverit proſperioris aura ſucceſſus, vago motu proximos verberamus: inopes ad ſuffragandum, faciles ad nocendum. Arundines fluvios amant, & nos labentia mundi caducaque delectant.

105. Tamen hanc arundinem ſi quis de terræ E evellat plantariis, & ſuperfluis exuat, exſpolians ſe veterem hominem cum actibus ejus, & ſcribæ velociter ſcribentis manu temperet, incipit non arundo eſſe, ſed calamus, qui præcepta cæleſtium ſcripturarum penetralibus imprimat mentis, tabulis cordis inſcribat. De quo calamo habes dictum: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis:* Pſal. 44. 2. quod ad Chriſtum alii referre volunt. Uno igitur loco & Verbum, & calamus legitur, & ſcriba. Verbum, quia de genitali Patris proceſſit arca- F no: *Eructavit cor meum Verbum bonum.* Calamus, Ibidem. quia caro Chriſti paternæ ſeriem voluntatis expreſſit, & linguæ mandata divinæ ſacri effuſione cruoris implevit. Scriba, quia calamo ſuo individua quadam diſtinctione, novi & veteris Teſtamenti, vel divinitatis & carnis, paternæ nobis diſpoſitionis myſteria revelavit.

106. Hunc calamum imitare tuæ carnis temperamento. Et calamum tuum, hoc eſt, carnem tuam tinge non attramento, ſed ſpiritu Dei vivi; ut quod ſcribis, æternum ſit. Tali calamo Paulus illam epiſtolam ſcripſit, de qua dicit: *Epiſtola noſtra vos eſtis..... ſcripta non atramento, ſed ſpiritu* 2. Cor. 3. 2 & 3. *Dei vivi.* Tinge carnem tuam in Chriſti ſanguine, ſicut ſcriptum eſt: *Ut tingatur pes tuus in ſanguine.* Pſal. 67. 24.

a. Edit omnes, ac mſſ. nonnulli, *Religioſus itaque.* Alii multo plures, *Religioſis itaque.* Duo, ſed recentiores addunt, *viris.*

ne. Et tu ergo veſtigium animi tui, & mentis in- A
ceſſum indubitata confeſſione crucis Dominicæ
tinge. Tinge carnem tuam in Chriſti ſanguine,
ſi vitia diluas, peccata detergas, mortem Chriſti
in tua carne circumferas, ſicut Apoſtolus ait:
2. Cor. 4. 10. *Mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circum-*
ferentes. Noli ad terrena inflecti, ne tuam arun-
dinem frangas. Et ideo de Chriſto, quia non
erat ad terrena curvandus, prophetatum eſt:
Eſai 42. 3. *Arundinem quaſſatam non confringet*; quoniam car-
nem quam peccata quaſſaverant, reſurrectionis B
virtute ſolidavit. Bona arundo caro Chriſti, quæ
ſerpentis diaboli caput, & mundanæ cupiditatis
illecebras patibulo crucis affixit.

℣. 24. *Sed quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem*
℣. 25. *vento moveri? Quid exiſtis videre? Hominem molli-*
bus veſtimentis indutum?

107. Non hîc Domini ſermo de veſtibus; quam-
quam pleroſque mollioris cura veſtis effeminet,
qui quaſi lanæ onus ferre non poſſint, ſericas C
veſtes tectis per terram verrunt veſtigiis, uſuque
faciunt ut amictus oneri ſit. Sed tamen alia vide-
tur hîc indumenta ſignare, & niſi fallor, humana
corpora quibus anima noſtra veſtitur. Denique
Gen. 37. 31. & Joſeph tunica ad ſpeciem Dominici corporis
cruentata eſt. Et Apoſtolus ait: [a] *Exuens ſe carnem,*
Coloſſ. 2. 15. *principatus & poteſtates omnes traduxit*. Quid aliud
oſtendit, niſi vice indumenti corpus fuiſſe, quo
ſe ita exſpoliavit Dominus in paſſione, ut divi-
nitas libera immuniſque maneret injuriæ? Totus D
igitur hic locus exemplo nos prophetico ad vir-
tutem ſubeundæ paſſionis hortatur. Denique
addidit:

℣. 25. *Ecce qui in veſte pretioſa ſunt in domibus regum*
ſunt.

108. Sunt etiam mollia indumenta delicioſi actus
& mores: propter quod nos hortatur Apoſtolus,
Coloſſ. 3. 9. & 10. ut exſpoliantes veterem hominem cum actibus
ejus, induamus novum, in quo non dulcis ille- E
cebra ſit, luduſque laſciviæ, ſed uſus laboris &
fructus; eo quod tenera corporis cura, luxuque,
& laſciviarum cupiditate mollitos nequaquam
cæleſtis aula ſuſcipiat, ad quam duris laborioſæ
gradibus virtutis adſcenditur. Hi vero quibus
fluida deliciis membra ſolvuntur, regni cæleſtis
extorres, intra mundi hujus habitacula conſeneſ-
b cunt, quos rectores hujus mundi [b] atque tene-
Epheſ. 16. 21. brarum incolas eſſe non dubium eſt. Hi (ſunt F
enim reges, quia ſæculari quadam poteſtate do-
minantur) ſuorum æmulos operum receperunt.

℣. 26. *Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Utique dico*
vobis, & plus quam propheta hic eſt.

c 109. [c] Quomodo igitur in deſerto Johannem
videre cupiebant, qui erat clauſus in carcere?
Quem nobis Dominus imitandum proponit, qui
viam Domino non ſolum naſcendi ſecundum
carnem ordine fideique nuntio, ſed etiam præ-
curſu quodam glorioſæ paraverit paſſionis. Ma-
jor ſane prophetâ, in quo finis eſt prophetatum.
Major prophetâ, quia multi cupierunt videre
quem iſte prophetavit, quem iſte conſpexit,
quem iſte baptizavit.

110. Sed tamen numquid & illo major, de quo
Moyſes dixit, quia *Prophetam..... vobis ſuſcitabit* Deut. 18. 15.
Dominus noſter? Et de quo dixit: *Erit autem omnis* Ibidem. 19.
anima quæ non audierit prophetam illum extermina-
ta de plebe? Si igitur Chriſtus propheta, quomodo
major hic omnibus? Numquid Chriſtum prophe-
tam negamus? [d] Immo & dominum propheta- d
rum confitemur: Johannem autem prophetam
adſero, & hunc omnibus dico eſſe majorem, ſed
inter mulieris, non virginis natos. Major enim ℣. 28.
fuit iis quibus æqualis eſſe poterat ſorte naſcen-
di. Alia iſta natura eſt, nec cum humanis genera-
tionibus comparanda. Non poteſt homini cum
Deo eſſe ulla collatio; ſuis enim quiſque præfer-
tur. Denique eouſque cum Dei Filio non poterat
Johannis ulla eſſe collatio, ut & infra Angelos
æſtimetur.

Nam qui minor eſt, inquit, *in regno cælorum, ma-* Ibidem.
jor eſt eo.

111. Etenim quoniam Angelum dixerat, homi- ℣. 27.
nibus jure prælatus eſt: & quia inter natos mulie-
rum declaraverat potiorem, ideo addidit: *Nam*
qui minor eſt in regno cælorum, major eſt eo; ut Ange-
lis ſcires eſſe cedendum. Meritò autem Johannes
ſuis præfertur æqualibus, à cujus diebus *Regnum* Matth. 11. 12.
cælorum cogitur. Quæ ſubobſcura videtur eſſe lo-
cutio, & ideo eam de alio libro Evangelii puta-
vimus derivandam. Nam ſi litteram ſequamur,
utique inferior à potiore cogitur: regnum autem
cæli præſtat humanis. Sed cùm ſint aliqua quæ
cogendo denſari feruntur, non eſt abſurdum
quia cogitur regnum, quando à pluribus fre-
quentatur.

112. *Cogenteſque diripiunt illud.* Si repetamus Ibidem
Dominicum illud quod ſcriptum eſt, dicente Fi-
lio Dei: *Regnum Dei intra vos eſt*; advertimus in Luc. 17. 21.
nobis regnum cæleſte ſolidari, cùm Chriſtus ex-
ploſo mundani principis regno, fugatiſque deli-
ciis ſæcularibus, intra noſtrorum ſecreta regnat
animorum. Vis igitur menti adfertur humanæ,
quæ diverſis illecebris delinita laborem fugit, vo-
luptatem expetit; cùm vel metu ſupplicii coerci-
ta, vel præmio provocata, vincere ipſa ſe nititur:
& tamquam exantlatis laboribus, palmam quæ
ſibi plurimis adverſantibus, ſubtrahebatur, con-
tendit eripere. Rapimus enim ex hoc mundo pal-
mam ſalutis, & quaſi excubantibus obſeſſos ſer-
pentibus fructus pervigili labore decerpimus; ita
tamen ut non furtiva ſublatio, ſed direptio ſit
triumphalis. Eſt & aliud direptionis genus, quan-
do aliis ſublata diripimus. Qui ſint igitur rapto-
res illi, non laboramus intelligere, cùm de Ben- Gen. 49. 27.
jamin lupi rapacis genere nos manare noverimus.
Præceſſerat Johannes, ut juſtificaret populum
Judæorum: ipſe Dominus venerat ad oves perdi-
tas domus Iſrael: apoſtolos deſtinaverat, ut fidem

a. Rom. edit. ſola, *Exuens principatus*. In quo ei patrocinatur textus Apoſtoli, atque omnes verſiones, Syriaca excepta, quæ nobiſcum facit.

b. Ita mſſ. ſeptem melioris notæ. Alii nonnulli, *atque tenebra-rum receperunt. Hi ſunt.* &c. Reliqui demum & edit. *atque tene-brarum vocat Apoſtolus. Hi ſunt enim reges.* Rom. expunxit *ſunt enim*.

c. Reſecaverat edit. Rom. *Quomodo igitur .... clauſus in car-cere?* Quæ quidem verba non eſſe hoc loco plane ſupervacanea ex eo intelligitur, quod infra de præcurſu paſſionis ſubjicitur.

d. Amerb. ac Era. cum mſſ. probatioribus *Immo & dominum prophetarum* (mſſ. *prophetam*) *adſero, & hunc omnibus* &c. Quod minime diſplicet. Gill. tamen, ac Rom. edit. cum aliis mſſ. ut non in textu.

populi Judæorum vel diſputatione, vel ſignis, mi- A
raculiſque fundarent: ſed cùm illi munera ſibi
oblata defugerent, publicani & peccatores in
Deum credere, in fidem coire cœperunt. In his
igitur apoſtolica prædicatione regnum cælorum
cogitur, & fidelis populi adſpiratione ſolidatur.
Luc. 8. 44. 113. Diripit regnum illa quæ fluxu ſanguinis
laborabat; nam cùm Dominus ad filiam princi-
pis Synagogæ tenderet, furtivo quodam tactu
a ſanitatis remedium [a] prælibavit. Diripit regnum
illa Chananæa, quæ à ſuis finibus egreſſa clama- B
Matth. 15. 22. bat dicens: *Miſerere mei, Domine, Fili David:*
filia mea male à dæmonio vexatur. Vere hæc re-
gnum coegit, pertinax in precibus, ſapiens in
reſponſis, fidelis in verbis. Prætereuntem revo-
cat, tacentem rogat, excuſantem adorat, ne-
gantem inclinat. Nonne tibi videtur eripere,
cùm elicit quod negatur, præripere quod aliis
reſervatur? Negaverat enim Dominus panem
filiorum dari canibus oportere: at illa conſenſit,
Ibidem. 27 & conſentiendo diripuit dicens: *Utique, Domi-* C
ne; nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de
menſa dominorum ſuorum.

114. Didiciſti quemadmodum regnum cæleſte
rapiatur. Cogamus igitur & nos, diripiamus illud;
Exod. 12. 11. nemo enim niſi feſtinans paſcha manducat. Sed
quæ eſt iſta quæ rapit regnum? Non improbitas,
non laſcivia, non voluptas: ſed illa de qua dicitur:
Matth. 15. 28. *Magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.* Ecce rapuit,
quæ quod voluit, impetravit: quod rogavit, ex-
Luc. 18. 3. torſit. Rapuit & illa vidua, quæ frequenter oran- D
do, ſi non propter innocentiam, ſaltem propter
importunitatem ut exaudiatur, extorquet.

115. Rapuit igitur Eccleſia Synagogæ regnum.
Regnum meum Chriſtus eſt: rapio illum Judæis
miſſum ſub Lege, natum in Lege, nutritum jux-
ta Legem; ut me qui eram ſine Lege, ſervaret.
Rapitur Chriſtus, cùm aliis promittitur, aliis
prædeſtinatur: rapitur Chriſtus, cùm aliis naſci-
tur, aliis ſuffragatur: rapitur Chriſtus, cùm ab
aliis occiditur, ſepelitur à nobis: rapitur inſi-
diantibus, rapitur dormientibus. Habes ubi ipſi
confeſſi ſunt nos rapuiſſe, ſe dormiſſe, dicentes;
Dicite quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati Matth. 28. 13.
ſunt eum, nobis dormientibus. Surge igitur qui
dormis; ne & tu dum dormis, Chriſtum amittas.
Surge qui dormis, & exſurge à mortuis. Vides mor- Epheſ. 5. 14.
tuos eſſe qui dormiunt? Et ideo non invidemus
aliis, ſed providemus nobis; non enim mortui
poterant ſervare viventem.

116. Exſurgant vel ſero qui dormierunt, etiam
qui Chriſtum perdiderunt. Non ſic amittitur
Chriſtus, [b] ut non revertatur, ſi tamen requira- b
tur: ſed vigilantibus regreditur, & exſurgenti-
bus præſto eſt: immo omnibus adeſt, qui ubique
ſemper eſt, quia complet omnia. Nulli enim de-
ficit, nos deficimus: nulli, inquam, deficit, ſu-
perabundat omnibus; ſuperabundavit enim pec-
catum, ut ſuperabundaret gratia. Gratia Chriſtus
eſt, vita Chriſtus eſt, Chriſtus eſt reſurrectio:
qui ſurgit igitur, invenit eſſe præſentem.

117. Rapitur ergo regnum cælorum, cùm
Chriſtus à domeſticis denegatur, à gentilibus
adoratur: rapitur cùm ab illis repudiatur, à no-
bis colitur: rapitur cùm per hæreditatem non
agnoſcitur, per adoptionem adquiritur.

a. In cod. Fal. & duobus Colb. poſt verbum, *prælibavit*, interpolantur ſequentia: *Dæmones, inquit, ejicite, & diſcite quis in ea dignus ſit, atque ibi manete. Itaque nec his mandatum videtur ut Chriſtum Dei Filium prædicarent. Ordo igitur diſputationis eſt ordo tractans; & ideo ſi hic diripit regnum* &c. Sed hæc omnia alicunde in textum tranſlata eſſe manifeſtum eſt.

b. Sic omnes mſſ. è contrario omnes edit. *ut non reperiatur.*

LIBER SEXTUS.

℣. 29. Et omnis populus audiens, & publicani juſtifi-
caverunt Deum, baptizati baptiſmo Iohannis:
℣. 30. phariſæi autem & legiſperiti conſilium Dei ſpreve-
runt in ſe, non baptizati.

1. Aperuit ſanctus Lucas ſpecialibus additis,
quod quaſi generalibus ſanctus Matthæus ſub-
Matth. 11. 19. obſcurum reliquerat; ille enim ait: *Et juſtificata*
eſt ſapientia à filiis ſuis. Primùm quæ ſit illa ſa-
pientia, hîc videmus expreſſum; ait enim: *Iuſti-*
ficaverunt Deum. Deus ergo ſapientia eſt; quia F
ſapientia Dei Filius eſt: ſapientia per naturam,
non per profectum. Alia eſt ſapientia Dei Pa-
a tris virtus, alia ſapientia virtus animæ: [a] illa na-
ta eſt, hæc creata. Alia ſapientia auctor ope-
rum, alia opus; opus enim mentis ſapere pru-
denter, ſentire vivaciter. Hæc dona naturæ
ſunt: operator autem non creatura eſt, ſed crea-
tor, hoc eſt, non naturæ munus, ſed munerator
naturæ.

2. Juſtificatur itaque Deus ipſe per baptiſ- E
mum, dum ſe homines peccata propria confi-
tendo juſtificant, ſicut ſcriptum eſt: *Dic tu ini-* Eſai. 43. 26.
quitates tuas, ut juſtificeris. Juſtificatur in eo, quia
non per contumaciam refutatur, ſed per juſti-
tiam Dei munus agnoſcitur: *Iuſtus enim Domi-* Pſal. 10. 8.
nus, & juſtitiam dilexit. In eo ergo juſtificatio
Dei eſt, ſi non ad indignos & obnoxios, ſed ad
innocentes per ablutionem factos videatur &
juſtos ſua munera tranſtuliſſe. Juſtificemus igitur
Dominum, ut juſtificemur à Domino.

3. Quid ſit juſtificari Deum, impenſiùs requi-
ramus. Apoſtolus dicit: *Sit autem Deus verax,* Rom. 3. 4.
omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt: Ut
juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judica-
ris. David quoque dicit: *Tibi ſoli peccavi, & ma-* Pſal. 50. 6.
lum coram te feci; ut juſtificeris in ſermonibus tuis,
& vincas cùm judicaris. Ergo is qui peccat, & con-
fitetur Deo peccatum, juſtificat Deum cedens ei
vincenti, & ab eo gratiam ſperans. In baptiſ-
mate igitur juſtificatur Deus, [*] in quo eſt confeſ- *
ſio, & venia peccatorum.

a. Rom. edit. ſola, *illa genita eſt.* Sed quorſum iſta mutatio, cùm Chriſtus paſſim in ſcriptis Patrum, variiſque Symbolis quæ & recipit, & quotidie cantat Eccleſia, non modo *genitus*, verum etiam *ex Patre natus* dicatur.

* Hanc primis Eccleſiæ temporibus conſtat obtinuiſſe conſuetudinem, ut ſacro baptiſmate abluendi non modo jejuniis atque orationibus ſe ſe ad ſacramentum regenerationis præpararent, verum etiam confeſſione peccatorum. Hujus moris teſtis Cyrillus, Hieroſ. Catech. 1. Greg. Nyſſ. Orat. 40. in ſacrum lavacrum. Chryſoſt. Hom. 10. in c. 13. Matth. & Socrates Hiſt. Eccl. l. 5. c. 17. Tertul. lib. de Baptiſ. c. 19. & alii. Verum hanc confeſſionem ſacramentum non fuiſſe, ſed tantum ad baptiſmum religioſius ſuſcipiendum diſpoſitionem prudenter admonuit Menardus noſter *In Sacram. Greg.* pag. 138. quem conſule.

4. Non contemnamus igitur ſicut phariſæi A conſilium Dei. Conſilium Dei eſt in baptiſmate Johannis: quis igitur dubitet Dei eſſe conſilium in Chriſti lavacro? Hoc eſt conſilium quod magni conſilii Angelus reperit, quod nemo cognovit: Rom. 11. 34. *Quis enim cognovit ſenſum Domini?* Hominis conſilium nemo contemnit, Dei conſilium quis refutet? Ergo quaſi filii matrem juſtificemus, matrem ſequamur. Scimus quia mater pro filiis ſe offert periculo. [a] Matris ſapientiæ conſilio, matris obediamus imperio. B

℣. 32. *Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentavimus, & non ploraſtis.*

5. Etſi non incongrua hæc puerorum videantur eſſe perſonæ, qui levem corporis motum imprudentiâ adhuc maturioris gravitatis exercent; tamen ad altiorem ſenſum referri poſſe præſumo, eo quod videantur Judæi, nec pſalmis primò, nec threnis poſtea propheticis credidiſſe: pſalmis ad præmia provocati, threnis ab errore revoca- C ti. Pſal. 136. 2. Cantavit David, ut in ſalicibus noſtra ſuſpenderemus organa. 2. Reg. 6. 14. Cantavit ipſe, & ante arcam Domini non pro laſcivia, ſed pro religione ſaltavit. Ergo non hiſtrionicis motibus ſinuati corporis ſaltus, ſed impigra mentis, & religioſa corporis agilitas deſignatur. Sed non in triumphis, non in excidiis Judæorum ſecuta correctio eſt, qui divinæ indulgentiæ muneribus provocati, levare mentem, corpus adtollere, terrena deſerere, cæleſtia quærere debuerunt; & injuriis cap- D tivitatis adtriti, deflere peccatum, quòd culpa eſſet auctor injuriæ.

℣. 35. 6. *Juſtificata eſt* ergo *Sapientia ab omnibus filiis ſuis.* Bene ab omnibus, quia circa omnes juſtitia ſervatur; ut ſuſceptio fiat fidelium, rejectio perfidorum. Unde plerique græci ſic habent: *Juſtificata eſt Sapientia ab omnibus operibus ſuis*; quod opus juſtitiæ ſit, circa uniuſcujuſque meritum ſervare menſuram.

7. Bene ergo dicit: *Cantavimus vobis, & non* E Exod 15. 1. *ſaltaſtis.* Cantavit enim Moyſes quando in mari Rubro ad tranſitum Judæorum fluctus obriguit, unda circumſtetit, eademque equos Ægyptiorum, adſcenſoreſque refuſa demerſit. [b] Cantavit Eſai. 5. 1. Eſaias dilectæ vineæ ſuæ canticum, ſignificans aſperam flagitiis fore plebem, quæ fœcundis Dan. 3. 24. priùs erat virtutibus fructuoſa. Cantaverunt Hebræi, cùm veſtigia eorum tactu flammæ rorantis humeſcerent, & intus extraque ardentibus omnibus; ſolos tamen ignis innoxius lamberet, F Habac. 3. 2. nec aduReret. Abacuc quoque cantico publicam doctus mulcere mœſtitiam, prophetavit dulcem Domini fore fidelibus paſſionem. Cantaverunt ergo prophetæ ſpiritalibus modulis publicæ ſalutis oracula reſultantes. Fleverunt prophetæ threnis flebilibus dura Judæorum corda mulcentes.

Pſal. 46. 8. 8. Docuit nos Scriptura cantare graviter, pſallere ſpiritaliter. Docuit etiam ſaltare ſapienter, Ezech. 6. 11. dicente Domino ad Ezechiel: *Plaude manu, & percute pede*; neque enim [c] hiſtrionicos fluxi corporis motus Deus morum cenſor exigeret, aut indecoros crepitus viris, plauſuſque femineos imperaret; ut tantum prophetam deduceret ad ludibria ſcenicorum, & mollia feminarum. Non congruunt reſurrectionis revelata myſteria, & opprobria ſaltationis exacta. Sane eſt quidam proprius bonorum actuum factorumque plauſus, cujus ſonus in orbem exeat, & bene geſtorum reſultet gloria. Et honeſta ſaltatio, qua tripudiat animus, & bonis corpus operibus elevatur; quando in ſalicibus organa noſtra ſuſpendimus.

B 9. Jubetur ergo propheta plaudere manu, & percutere pede: jubetur pſallere; quia ſponſi nuptias jam videbat, in quibus deſponſatur Eccleſia, Chriſtus adamatur. Et bonæ nuptiæ, quando Verbo anima, ſpiritui caro nubit. In his propheta David nuptiis ludere nos voluit, ad has invitavit; quia ſuos poſteros copulabat: & ideo lætior quàm ceteri, quaſi in ipſo actu nuptiarum poſitus, nos ad celebritatem feſti muneris adhortatur dicens: *Exſultate Deo adjutori noſtro, jubilate* Pſal. 80. 2. & 3. C *Deo Jacob. Sumite pſalmum, & date tympanum, pſalterium jucundum cum cithara.* Nonne actum quemdam prophetæ ſaltantis advertis? Denique alibi: *Pſallam tibi in cithara ſanctus Iſrael. Gaudebunt la-* Pſal 70. 22. & 23. *bia mea cùm cantavero tibi, & anima mea quam redemiſti.* Audis citharizantium voces, audis ſaltantium crepitus? Nuptias crede.

10. Sume & tu citharam, ut pulſata ſpiritus plectro interiorum chorda venarum, boni operis ſonum reddat. Sume pſalterium, ut harmonia D dictorum factorumque tuorum concinat. Sume tympanum, ut organum tui corporis ſpiritus moduletur interior, factiſque operantibus dulcis morum tuorum ſuavitas exprimatur. Sic pſallebat Propheta, cùm diceret: *Veni huc à Libano ſponſa,* Cant. 4. 8. *veni huc à Libano.*

11. Hoc canticum cecinerunt pueri, nec auditi ſunt. Qui pueri? De quibus dicit: *Ecce ego, & pueri* Eſai 8. 18. *quos dediſti mihi.* Sed hoc canticum non in foro, non in plateis canebatur: ſed in Hieruſalem; ipſa E eſt enim Dominicum forum, in quo præceptorum cæleſtium jura conduntur.

Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix. ℣. 37.

12. Hoc loco plerique pati videntur ſcrupulum, & ſerere quæſtiones, utrumnam videantur Evangeliſtæ duo diſcordaſſe de fide: an vero aliquam in dictorum diverſitate diverſitatem ſignare voluiſſe myſterii? Habes enim in Evangelio ſecundùm Matthæum, quia *Jeſus cùm veniſſet in Betha-* Matt 26. 6. & 7. F *niam, in domum Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & recumbente illo, fudit ſuper caput ejus.* Deinde iſtic: *Phariſæus intra ſe dicit, quod ſi eſſet propheta, ſciret peccatricem, & unguentum ejus vitare deberet.* Illic Ibidem 8. unguento effuſo diſcipuli conqueruntur. Utrumque igitur explicandum eſt, ſed ante quod ſcriptorum ordine prius eſt, priorem quoque ordinem interpretationis accipiat.

13. Venit ergo Dominus Jeſus in domum Simonis leproſi. Apparet œconomia, quod leproſum non refugit, non vitat immundum; ut maculas humani corporis poſſit abolere. Domus autem

a Mſſ. non pauci, *Matris ſapienti conſilio.* Unus, *Matris ſapientia, matris conſilio.* Melius alii, atque edit. *Matris Sapientiæ conſilio*; ut nempe referatur ad ſuperius illud: *Et juſtificata eſt Sapientia à filiis ſuis.*

b. Rom. edit. ſola, *Cantavit Eſaias dilecto dilecti vineæ* &c.

c. Vet. edit. *hiſtrionicos fluxu corporis motus.* Rom cum paucis mſſ. . . . . *fluxu corporis* &c. non male. Plures tamen ac potiores, *fluxi* &c. hoc eſt, mollis & effeminati.

leproſi erat in Bethania, quæ per interpretatio- A nem domus obeditionis dicitur. Omnis igitur locus Bethania, portio autem totius loci domus Simonis. Nonne tibi videtur Bethania mundus hic eſſe, in quo ſervitii obedientis debemus obſequium, domus autem Simonis leproſi terra eſſe, quæ mundi portio eſt? Princeps autem ſæculi hujus quidam leproſus eſt Simon. Ergo Dominus Jeſus Chriſtus ex illis ſuperioribus locis venit in hunc mundum, & deſcendit in terram. Non erat in hoc mundo, ſed obediente pietate, miſſus B eſt in hunc mundum. Ipſe dicit: Sicut miſiſti me in hunc mundum. *Johan. 6. 57.* Audivit ergo mulier iſta veniſſe Chriſtum, intravit in domum Simonis; neque enim ſanari potuiſſet hæc mulier, niſi Chriſtus veniſſet in terram. Et fortaſſe ideo etiam ipſa ingreditur domum Simonis, quod ſpeciem cujuſdam habeat ſuperioris animæ ſcilicet, vel Eccleſiæ, quæ deſcendit in terram; ut bono odore ſibi populum congregaret.

Matth. 26. 7. 14. Hanc ergo mulierem inducit ſanctus Mat- C thæus ſupra caput Chriſti effundentem unguentum: & ideo forte noluit dicere peccatricem; *℣. 38.* nam peccatrix ſecundùm Lucam ſupra Chriſti pedes effudit unguentum. Poteſt ergo [a] non eandem eſſe; ne ſibi contrarium Evangeliſtæ dixiſſe videantur. Poteſt etiam quæſtio meriti & temporis diverſitate diſſolvi; ut adhuc illa peccatrix ſit, jam iſta perfectior. Etſi enim perſonam non mutet Eccleſia, vel anima; tamen mutat profectum. Itaque ſi conſtituas animam fideliter appro- D pinquantem Deo, non peccatis turpibus & obſcœnis, [a] ſed pie ſervientem Dei Verbo, habentem immaculatæ fiduciam caſtitatis, advertis quod ad ipſum Chriſti adſcendit caput (*caput autem Chriſti Deus eſt*) *1. Cor. 11. 3.* & odorem meritorum ſpargit ſuorum: *Chriſti* enim *bonus odor ſumus Deo.* *2. Cor. 2. 15.* Deum quippe honorat bonum flagrans odorem vita juſtorum.

Matth. 26. 13. 15. Si hæc intelligas, videbis hanc feminam valde beatam, ubicumque prædicatum fuerit hoc E Evangelium, nominari, nec ejus unquam memoriam exoleſcere; eo quod ſuper caput Chriſti bonorum flagrantiam morum, juſtorumque factorum effudit unguenta. Qui accedit ad caput, neſcit extolli; ſicut ille fruſtra inflatus mente carnis ſuæ, & non tenens caput. Sed qui caput non tenet Chriſti, vel pedes teneat; *Coloſſ. 2. 19.* quia corpus unum copulatum & ſubminiſtratum creſcit in incrementum Dei.

16. Altera eſt illa vel perſonâ vel profectu, quæ F propinqua nobis eſt. Nondum enim peccatis noſtris renuntiavimus. Ubi ſunt noſtræ lacrymæ, ubi gemitus, ubi fletus? *Venite adoremus, & procidamus ante Deum, & ploremus ante Dominum noſtrum, qui fecit nos*; *Pſal. 94. 6.* ut ſaltem ad pedes Jeſu venire poſſimus. Nondum enim poſſumus ad caput venire; quia peccator ad pedes, [b] juſtus ad caput.

17. Habet tamen & quæ peccavit unguentum. Defer mihi & tu poſt peccata pœnitentiam. Quocumque vel [c] in domum indigni, vel in domum phariſæi audieris juſtum veniſſe, contende: præripe hoſpiti gratiam, præripe regnum cælorum: *A diebus* enim *Johannis Baptiſtæ..... regnum cælorum cogitur, & cogentes diripiunt illud.* *Matth. 11. 12.* Ubicumque audieris Chriſti nomen, accurre: in cujuſcumque interiorem domum Jeſum intraſſe cognoveris, & ipſe feſtina. Cùm repereris ſapientiam, cùm repereris juſtitiam in alicujus penetralibus recumbentem, accurre ad pedes, hoc eſt, vel extremam partem quære ſapientiæ. Noli faſtidire pedes; fimbriam illa tetigit, & ſanata eſt. *Luc 8. 44.* Lacrymis confitere delicta, dicat de te quoque juſtitia illa cæleſtis:

Lacrymis ſuis rigavit pedes meos, & capillis ſuis terſit. *℣. 44.*

18. Et fortaſſe ideo non lavit pedes ſuos Chriſtus; ut eos lacrymis nos lavemus. Bonæ lacrymæ, quæ non ſolùm noſtrum poſſunt lavare delictum, ſed etiam Verbi cæleſtis rigare veſtigium; ut greſſus ejus in nobis exuberent. Bonæ lacrymæ, in quibus non ſolum redemtio peccatorum, ſed etiam refectio eſt juſtorum; juſti enim vox eſt: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* *Pſal. 41. 4.*

19. Et ſi ad caput Chriſti accedere non potes, tangat pedibus ſuis caput tuum Chriſtus. Et fimbria ejus curat, & pedes curant. Expande capillos, ſterne ante eum omnes tui corporis dignitates. Non mediocres capilli ſunt, qui poſſunt tergere pedes Chriſti. Teſtatur hoc ille, qui quamdiu capillos habuit, vinci nequivit. *Jud. 16. 5. & ſeq.* Denique & mulierem decalvatam orare non decet. *1. Cor. 11. 5.* Habeat plane capillos quibus Chriſti circumvolvat veſtigia, [d] quibus ſuæ criniculis pulcritudinis & decoris ſapientiæ pedes tergat; ut extremo ſaltem rore divinæ virtutis humeſcant, figat juſtitiæ pedibus oſcula ſua. Non mediocris hæc meriti eſt, de qua poteſt dicere Sapientia:

Ex quo intravi, non ceſſavit oſculari pedes meos. *℣. 45.*

20. Ut aliud niſi ſapientiam loqui neſciat, ut aliud niſi juſtitiam diligere neſciat, ut aliud niſi caſtitatem libare neſciat, ut aliud niſi pudicitiam oſculari neſciat. OSCULUM ENIM mutui amoris indicium eſt: oſculum pignus eſt caritatis.

21. Beatus qui poteſt & oleo ungere pedes Chriſti: denique adhuc Simon non unxerat. *℣. 46.* Sed beatior quæ unxit unguento; multorum enim florum in unum collecta gratia ſpargit odorum varias ſuavitates. Et fortaſſe iſtud unguentum non alius poſſit niſi Eccleſia ſola deferre, quæ diverſi ſpiraminis innumerabiles flores habet: quæ meritò ſpeciem accipit peccatricis; quia Chriſtus quoque formam peccatoris accepit.

22. Et ideo nemo tantum poteſt diligere, quantum illa quæ in pluribus diligit. *℣. 47.* Nec Petrus ipſe qui dixit: *Domine, tu noſti quia diligo te* *Johan. 21. 17.* Nec Petrus

a. Utrum mulier peccatrix, Maria ſoror Lazari, ac Maria Magdalene plures perſonæ fuerint, an una tantum, & jam olim controverſum eſt, & hodieque controvertitur. Primam opinionem propugnare videntur pleríque Græci Patres, ab altera vero ſtare multi Patres Latini. Hos Sorbona alumnis ſuis ſequendos propoſuit; nec tamen deſunt qui calculum ſuum tribuant oppoſitæ ſententiæ: immo & noviſſime prodiit libellus in publicum, quo plures fuiſſe multis certatur argumentis. Quid ergo nos in tanta controverſia? Ambroſii noſtri in re minime perſpicua nihil definientis exemplum nobis credimus imitandum.

a. Mſſ. non pauci, nec infimæ notæ, *ſed pie ſervientem Dei verba.* Potior tamen videtur aliorum atque edit. lectio.

b. Mſſ. aliquot melioris ævi, *juſtus ad caput habet unguentum. Defer* &c. Minus bene, videtur enim hic lacuna eſſe, quam forte traxerunt ab exemplari, ex quo deſcripti ſunt.

c. Rom. edit. ſola, *in domum immundi.* Eadem vero cum aliis omnibus, ac paucis mſſ. *contende præripere hoſpitis gratiam, præripere* &c. Sed mſſ. plures ac probatiores, ut in textu.

d. Mſſ. non pauci, nec inferioris notæ, *quibus pulcros ac decoros ſapientiæ pedes tergeat.*

Ibidem. ipſe qui doluit quia interrogatus eſt: *Amas me?* A Quod enim manifeſtum erat, nolebat quaſi incognitum quæri. Ergo nec Petrus ipſe, [a] quia Eccleſia dilexit in Petro. Nec Paulus ipſe, quia Paulus quoque ejus eſt portio. Et tu plurimum dilige; ut & tibi plurimum remittatur. Multum peccavit Paulus, qui etiam perſecutor fuit: ſed multum dilexit, qui uſque ad martyrium perſeveravit. Remiſſa ſunt ei peccata multa; quia & ipſe dilexit multum, qui ſanguini proprio pro Dei nomine non pepercit.

23. Vide œconomiam: in domo Phariſæi peccatrix glorificatur: in domo Legis & prophetæ non phariſæus, ſed Eccleſia juſtificatur; phariſæus enim non credidit, iſta credebat. Denique ille
℣. 39. dicebat: *Si eſſet hic propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum.* Domus autem [b] Legis Judæa, quæ non in lapidibus ſcribitur, ſed in tabulis cordis. In hac juſtificatur Eccleſia jam Lege major; Lex enim peccatorum neſcit remiſſionem: Lex myſterium non habet quo oc- C culta mundantur; & ideo quod in Lege minus eſt, conſummatur in Evangelio.

℣. 41. *Duo*, inquit, *debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.*

24. Qui ſunt iſti debitores duo, niſi populi duo: unus ex Judæis, alter ex gentibus fœneratori illi theſauri cæleſtis obnoxii? *Unus*, inquit, *debebat denarios quingentos, alius quinquaginta.* Non me- D diocris eſt iſte denarius, in quo regis imago formatur, qui trophæum habet imperatoris expreſſum. Non materialem fœneratori huic debemus pecuniam, ſed meritorum examina, æra virtutum: quarum meritum gravitatis pondere, juſtitiæ ſpecie, ſono confeſſionis expenditur. Væ mihi ſi non habuero quod accepi: aut quia difficile quiſquam eſt qui fœneratori huic integrum debi-
Matth. 6. 12. tum poſſit exſolvere, væ mihi ſi non petiero: Concede mihi debitum: Non enim nos ita Dominus E orare docuiſſet, ut peteremus dimitti nobis noſtra debita, niſi ſciret difficile aliquos fore idoneos debitores.

25. Sed quis eſt populus iſte qui amplius debet, niſi nos, quibus amplius creditum eſt? Illis credita ſunt eloquia Dei, nobis creditur partus Virginis. Habes talentum Virginis partum: habes fidei centeſimum fructum. Creditus eſt Emmanuel nobiſcum Deus, credita Domini crux, mors, reſurrectio. Et ſi Chriſtus pro omnibus paſſus eſt, F pro nobis tamen ſpecialiter paſſus eſt; quia pro Eccleſia paſſus eſt. Itaque non eſt dubium quod
S. Aug. lib. 1. de gratia Chriſti cap. 44. plus debeat qui plus accepit. Et ſecundum homines plus fortaſſe offendit, qui plus debuerit: ſed per miſericordiam Domini cauſa mutatur, ut amplius diligat qui amplius debuit; ſi tamen gratiam conſequatur. GRATIAM ENIM & qui reddit, habet: & qui habet in eo ipſo quod habet, ſolvit; [c] nam & reddendo habetur, & habendo redditur.

26. Et ideo quoniam nihil eſt quod digne Deo referre poſſimus (quid enim referamus pro ſuſ- A ceptæ carnis injuria? quid pro verberibus? quid pro cruce, obitu, ſepultura) væ mihi ſi non dilexero! Audeo dicere: non reddidit Petrus, & ideo plus dilexit. Non reddidit Paulus? Reddidit quidem mortem pro morte, ſed alia non reddidit; quia multa debebat. Audi ipſum dicentem quia non reddidit: *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Rom. 11. 34. Reddamus licet crucem pro cruce, funus pro funere, numquid reddimus quod ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo habemus omnia? Reddamus er- B go amorem pro debito, caritatem pro munere, [d] gratiam pro ſanguinis pretio; plus enim diligit cui donatur amplius.

27. Sed revertamur ad illam ſuperiorem, cujus conſilium adhuc nec apoſtoli intelligunt, quod erat abſconditum à ſæculis in Deo: *Quis enim cognovit ſenſum Domini?* Ibidem. Conquerebantur ergo diſcipuli quia mulier ſuper caput effudit unguentum, & quærebantur dicentes: *Quare hoc ſic periit? Potuit enim venumdari pretio, & dari pauperibus.* Matth. 26. 8. Quid utique diſplicuerit Chriſto in eorum ſermonibus, non poteris deprehendere, niſi myſterium intelligas; luxurioſi enim hominis, vel potius non hominis eſt olere unguentum. Certe & ipſi qui olent, ungere ſe, non perfundere ſolent. Quid ergo diſplicuit quia dictum eſt: *Potuit hoc venumdari pretio, & dari pauperibus?* Matth. 25. 40. Certe & ipſe ſupra dixerat: *Quidquid uni minimorum horum feciſtis, & mihi feciſtis.* Sed ipſe mortem ſuam pro pauperibus offerebat.

28. Non eſt igitur ſimplex figura; & ideo reſpondit illis Dei Verbum: *Quid moleſti eſtis huic mulieri? ..... Semper pauperes habetis vobiſcum, me autem non ſemper?* Matth. 26. 10 & 11. Semper ergo tecum pauperem habes, & ideo benefac. Num igitur differre pauperem debes; quia ſemper tecum eſt, cùm tibi Propheta dicat: *Ne dixeris pauperi..... Cras dabo?* Prov. 3. 28. Sed ille de ſola miſericordia locutus eſt: hic autem miſericordiæ fidem prætulit, quæ tunc habet meritum, ſi fide præcedente, conferatur. *Mittens enim unguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.* Matth. 26. 12. Non ergo unguentum Dominus, ſed caritatem dilexit, fidem ſuſcepit, humilitatem probavit.

29. Et tu ſi deſideras gratiam, caritatem auge: mitte in corpus Jeſu fidem reſurrectionis, odorem Eccleſiæ, communis caritatis unguentum; & ita progrediens pauperi dabis. Plus tibi pecunia illa proderit, ſi non tamquam affluentem tribuas, ſed tamquam profuturam Chriſti nomine largiaris: ſi ita eam conferas pauperi, ut deferas Chriſto. Non ergo juxta litteram tantummodo accipias ſuperfuſum capiti unguentum: *littera enim occidit*; 2. Cor. 3. 6. ſed ſecundùm ſpiritum, quia ſpiritus vita eſt.

30. Quod ergo iſtius mulieris unguentum eſt? Quis hoc audire poteſt? Quis tales aures habet, ut dicente Jeſu verbum quod accepit à Patre, immo qui ipſe Verbum eſt, poſſit tantam myſterii altitudinem capere? Et diſcipuli ex parte intelligunt, etſi non totum intelligant. Unde & quidam putant dixiſſe diſcipulos unguenti pretio

a Omnes edit. *quia Eccleſiam dilexit in Petro.* Contra ſcripti cod. prope ad unum, *quia Eccleſia dilexit in Petro*: quam lectionem manifeſte ſenſus ac ratiocinatio exigit.
b. Poſt vocem, *Legis*, Rom. edit. vocem, *Judæa*, omiſerat, quam tamen ſenſui neceſſariam eſſe obſcurum non eſt.

c Nonnulli mſſ. *nam & credendo habetur, & habendo redditur*, quidam, *redimitur*.
d. Iidem. mſſ. *gratiam pro ſanguine, pro pretio pecuniam.* Alii nonnulli, *gratiam pro pecunia.*

emi fidem gentium debuiſſe, quæ ſanguinis Dominici tantum pretio debebatur; quod videtur veriſimile. Denique Johannes Evangeliſta inducit ſermone Judæ Iſcariotis æſtimatum trecentis denariis illud unguentum, ſicut habes: *Potuit enim venumdari trecentis denariis, & dari pauperibus.* [Johan. 12. 5.] Trecenta autem æra crucis inſigne declarant: ſed Dominus non perfunctoriam myſterii præſcientiam quærit, ſed conſepeliri in ſe fidem credentium mavult.

31. Id tamen de ceterorum apoſtolorum vocibus intelligimus: Judas autem condemnatur avaritiæ, qui pecuniam Dominicæ prætulit ſepulturæ, qui etiamſi de paſſione ſenſit, erravit tam cara auctione: vili vult æſtimari ſe Chriſtus, ut ab omnibus ematur, ne quis pauper deterreatur. *Gratis*, inquit, *accepiſtis, gratis date.* [Matth. 10. 8.] Pecuniam non quærit divitiarum altitudo, ſed gratiam. Ipſe nos pretioſo ſanguine redemit, non vendidit. De quo plenius diceremus, niſi à nobis ipſis tractatum alibi recordaremur. [Lib. 3 de Spiritu ſancto cap. 12.]

32. Ergo ſecundum dicta Domini, *In quo ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi,* [Coloſſ. 2. 3.] quos nemo potuit prævidere, operari me oportet in ſepulturam ejus; ut caro ejus requieviſſe, non corruptionem vidiſſe credatur: & mors corporis ejus ita domum noſtram odore ſui compleat, ut credamus quia in manus Patris commendavit ſpiritum ſuum, & à morte ſequeſtrata divinitas corporalium non ſubiit conſortium paſſionum.

33. Intellige quemadmodum corpus filii unguentum oleat. Corpus illud eſt quod exutum eſt, non quod amiſſum eſt. Corpus ejus traditiones ſunt Scripturarum. Corpus ejus Eccleſia eſt. Corporis ejus odor ſumus; & ideo decet ut mortem corporis ejus ornemus. Etſi noſtros illa non requirat ornatus, ſed requirunt pauperes. Ornabo corpus ejus, ſi fiam ſermonum ejus prædicator, & poſſim gentibus crucis aperire myſterium. Ornavit ille qui dixit: *Quia prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis vero vocatis Judæis atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* [1. Cor. 1. 23. & 24.] Ornatur crux, cùm id quod per imperitiam ſtultum putatur, per Evangelium ſapientius æſtimatur; ut poſſimus docere quemadmodum virtus adverſaria per crucem Domini deſtruatur. Miſi in Domini corpus unguentum, ſpirare incipit quod mortuum putabatur.

34. Ideo unuſquiſque adoriatur emere labore ſuo, niſuque virtutum alabaſtrum unguenti, non vile aliquod atque commune, ſed pretioſum unguentum alabaſtri, & unguentum piſticum. Si enim quis fidei congreget flores, & prædicet Jeſum Chriſtum crucifixum: in omnem Eccleſiam, quæ Chriſti Corpus eſt, mundo mortua, requieſcens Deo, fidei ſuæ transfundit unguentum. Olere incipit tota domus Domini paſſionem: olere incipit mortem: incipit olere reſurrectionem; ut poſſit unuſquiſque ex hoc ſacræ plebis numero dicere: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti.* [Galat 6. 14.] Spirat odor, redolet unguentum in corpore, ſi quis poſſit (atque utinam ego poſſim) confidenter loqui: *Mihi autem mundus crucifixus eſt.* [Ibidem.] Non amanti divitias, non amanti honores ſæculi, non amanti quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti: non amanti quæ videntur, ſed quæ non videntur: non cupido vitæ, ſed ei qui feſtinat diſſolvi, & cum Chriſto eſſe, crucifixus eſt mundus. Hoc eſt enim crucem tollere, & ſequi Chriſtum; ut & nos commoriamur & conſepeliamur cum eo; ut unguentum quod iſta mulier in ſepulturam ejus miſit, olere poſſimus. Non mediocre iſtud unguentum eſt, quo Chriſti longe lateque diffunditur nomen. Unde etiam prophetice dictum eſt: *Unguentum exinanitum eſt nomen tuum.* [Cant. 1. 2.] Ideo exinanitum, ut majore fides odore flagraret.

35. Ex hac ergo muliere intelligimus illud Apoſtolicum quid ſit: Superabundavit peccatum, ut ſuperabundaret gratia. [Rom. 5. 20.] Nam ſi in iſta muliere non ſuperabundaſſet peccatum, non ſuperabundaſſet gratia; agnovit enim peccatum, & detulit gratiam. Et ideo Lex neceſſaria; per Legem enim peccatum agnovi. Si Lex non fuiſſet, peccatum lateret. Agnoſcendo peccatum, veniam peto. Per Legem ergo genera peccatorum, prævaricationis quoque crimen agnoſco, curro ad pœnitentiam, gratiam conſequor. Lex ergo auctor eſt boni, quæ mittit ad gratiam.

Mater & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. [Cap 8. ℣. 21.]

36. Moralis magiſter qui de ſe ceteris præbet exemplum, atque ipſe præceptor, ipſe etiam ſuorum exſecutor eſt præceptorum. Præſcripturus enim ceteris quoniam qui non reliquerit patrem & matrem ſuam, non eſt Filio Dei dignus, [Luc. 14. 26.] ſententiæ huic primus ipſe ſe ſubjicit: non quo maternæ refutet pietatis obſequia (ipſius enim præceptum eſt, *Qui non honoraverit patrem aut matrem, morte moriatur*) [Exod. 20.] ſed quia [a] paternis ſe myſteriis amplius quam maternis affectibus debere cognoſcat. Neque tamen injurioſe refutantur parentes, ſed religioſiores copulæ mentium docentur eſſe, quam corporum.

37. Ergo non debuerant foris ſtare, qui Chriſtum videre quærebant: *Prope eſt* enim *verbum in ore tuo, & in corde tuo.* [Rom. 10. 8.] Intus igitur verbum, intus eſt lumen. Unde & ille ait: *Accedite ad Dominum, & illuminamini.* [Pſal. 33. 6.] Si enim foris adſtantes nec ipſi agnoſcuntur parentes, & propter noſtrum fortaſſe non agnoſcuntur exemplum: quemadmodum nos agnoſcemur, ſi foris ſtemus?

38. Nec putet aliquis offendiculum eſſe pietatis, ubi mandatum Legis impletur: ſi enim relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una, recte ſacramentum hoc in Chriſto ſervatur & Eccleſia. [Epheſ. 5. 31. & 32.] Et ideo parentes corpori proprio non potuit anteferre. Ergo hîc non (ut quidam [*] hæretici tendiculas aucupantur) mater negatur, quæ de cruce etiam agnoſcitur, [Johan. 19. 26.] ſed neceſſitudini corporali præſcriptorum cæleſtium forma præfertur. Illud quoque intelligere non abhorret, quia per figuram parentum demonſtrat Judæis, ex quibus eſt

a. Rom. edit. ſola, *paternis ſe miniſteriis.*

*. Qui fuerint hæretici illi, & cur matrem à Chriſto negatam eam impudenter adſeruerint, luculenter declarat Hieronymus in cap. 12. Matth. *Non ergo*, inquit, *juxta Marcionem & Manichæum matrem negavit; ut natus de phantaſmate putaretur: ſed apoſtolos cognationi prætulit* &c. His ſimilia habes apud Epiphanium Hæreſ. 42. & Chriſoſtomum in cap. 12. Matth. &c.

Chriſtus ſecundum carnem, Eccleſiam quæ cre- A didit, præferendam.

39. Itaque qui ſe intelligeret propter divinum in terras veniſſe myſterium, Eccleſiæque conventum, relictis navem adſcendit parentibus. Neque enim quiſquam poterat hunc mundum enavigare ſine Chriſto quando eos quoque quibus Dominus adeſt, tentationum ſæcularium ſæpe procella perturbat. Et œconomia ſervatur in apoſtolis, ut advertas ſine tentatione neminem poſſe ex hoc vitæ curriculo demigrare, quia exercitium fidei B tentatio eſt.

40. Subjecti igitur ſumus nequitiæ ſpiritalis procellis: ſed quaſi pervigiles nautæ gubernatorem excitemus. Verùm & ipſi periclitari ſolent. Quem igitur gubernatorem requiramus? Illum utique qui non ſerviat, ſed imperet ventis, de quo ſcriptum eſt:

℣. 24. *At ille ſurgens, increpavit ventum.*

41. Quid eſt *ſurgens?* Quieſcebat enim: ſed C quieſcebat corporis ſomno, cùm intenderet divinitatis myſterio; ubi enim ſapientia, ubi verbum, nihil ſine verbo fit, nihil ſine prudentia.

Luc. 6. 12. 42. Supra habes, quia pernoctabat in oratione: quomodo hîc in tempeſtate dormiret? Sed exprimitur ſecuritas poteſtatis, quòd omnibus timentibus, ſolus intrepidus quieſcebat. Non eſt ergo conſors naturæ, qui non eſt conſors periculi. Et ſi corpus dormit, operatur divinitas, operatur Matth. 8. 26. fides. Denique dicit: *Modicæ fidei; quare dubi-* D *taſtis?* Et bene arguuntur qui præſente Chriſto timebant, cùm utique qui ei adhæret, perire non poſſit.

43. Ergo confirmavit fidem, refudit tranquillitatem. Ventum ceſſare præcepit, non aquilonem, non africum; ſed illum utique ventum, cui dictum eſt ab angelo Michaele * in epiſtolâ Judæ: *Imperet* Juda 9. Matth. 8. 26. *tibi Dominus.* Unde etiam ſanctus Matthæus: *Imperavit*, inquit, *vento & mari.* Atque utinam in nobis flatus ejus aſperos cohibere dignetur, ut E fluctuanti vitæ refuſa tranquillitas naufragii metum demat. Et ſi jam non dormiat ſui corporis ſomno, caveamus tamen ne noſtri corporis ſomno nobis dormiat, & quieſcat.

a 44. Et [a] quoniam quæ loco ſuperiori perſtrinximus, delibaſſe ſatis eſt: nunc quia in libro ſe- Ibidem. 28. cundùm Matthæum duos homines in regione Geraſenorum dæmoniis afflatos Chriſto occurriſſe cognovimus, hîc autem ſanctus Lucas unum inducit, eumdemque nudum (nudus enim eſt F quicumque tegumentum naturæ ſuæ & virtutis amiſit) qua ratione Evangeliſtæ de numero diſſonare videantur, non otioſe prætereundum, ſed requirendum arbitror. Et quidem licet diſcordet numerus, tamen concordat myſterium; vir enim A iſte qui habebat dæmonium, populi figura gentilis eſt, [b] opertus vitiis, nudus errori, patens crimini. Duo illi quoque ſimiliter figuram populi gentilis accipiunt; quoniam cùm tres filios Noe Gen. 9. 15. generaverit, Sem, Cham, & Japhet; Sem tantùm familia in poſſeſſionem adſcita eſt Dei. Ex duobus illis diverſarum nationum populi pullularunt, quorum alter maledictus, quod nudatum patrem non texerat: benedictus alter, quod averſus licet, ne confuſionem nudati parentis hauriret, duce B tamen patrem [c] pietate texiſſet, & fraterni maledictum ſeminis eluiſſet.

Qui multis, inquit, *temporibus agebatur.* ℣. 27.

45. Ut pote qui à diluvio uſque ad adventum Domini vexabatur, furore dementi rumpens vincula naturæ. Nec immerito etiam ſanctus Matthæus in monumentis illos habitaſſe ſignificavit. Matth. 8. 28. Siquidem talium animæ in quibuſdam habitare videntur [d] tumulis ſepulcrorum? Quid enim aliud C ſont corpora perfidorum, niſi quædam defunctorum ſepulcra, in quibus Dei verba non habitant? Agebatur ergo in loca deſerta, ſpiritalium ſcilicet infœcunda virtutum: profugus à Lege, diſcretus à prophetis, remotus à gratia.

46. Non enim uno dæmonio, ſed totius legionis laborabat incurſu: quæ cùm Dominum vidiſ- ℣. 30. & ſeq. ſet, cognoviſſetque præſcia Dominici adventus tempore in abyſſos ſe eſſe trudendam, cœpit orare ut introeundi in porcos acciperet facultatem. D Et primum clementiam Domini debemus advertere, quòd nullum prius ipſe condemnat, ſed unuſquiſque ſibi auctor eſt pœnæ. Non mittuntur in porcos dæmones, ſed ipſi petunt; quia cæleſtis luminis claritatem ſuſtinere non poterant: ut qui oculos dolent, radium ſolis ferre non poſſunt, ſed tenebroſa eligunt, & ſplendentia derelinquunt. Fugiant ergo dæmones ſplendorem lucis æternæ, & ante tempus debita ſibi tormenta formident, non prædivinantes quæ futura ſunt, ſed E quæ prophetata ſunt recordantes; dixit enim Zacharias: Et *erit in illa die, diſperdet Dominus,* Zach. 13. 2. *nomina idolorum de terra, & non erit ulterius memoria eorum..... & ſpiritum immundum* [e] *exuram de terra.* Docemur ergo quod non ſemper manebunt; ne malitia eorum in hominibus poſſit eſſe perpetua. Nunc igitur illam metuentes pœnam, aiunt: *Veniſti..... perdere nos.* Sed quia adhuc eſſe Matth. 8. 29. deſiderant, jam ab hominibus recedentes, propter quos pœnam ſciunt ſibi eſſe ſubeundam, petunt F in porcos mitti.

47. Qui ſunt iſti porci, niſi forte illi de quibus dictum eſt: *Nolite dare ſanctum canibus, nec* Matth. 7. 6. *miſeritis margaritas porcis; ne forte conculcent eas pedibus ſuis?* Illi ſcilicet, qui immundorum uſu animalium vocis & rationis expertes, lutulentis

*. Narrat poſt Euſeb Hiſt. lib. 2. cap. 23 & 24 & lib. 3. cap. 25. Hieron. in Catal. hanc epiſtolam cùm auctoritatem vetuſtate & uſu jam meruiſſet, tamen à pleriſque rejectam, quod in ea ab Apocryphis teſtimonium auctor adſumſiſſet. Verùm iis contemtis ab Eccleſiæ PP. & Conc. inter canonicas Scripturas recepta eſt, puta ab Tertull. lib. de Hab. mul. cap. 3. Cypr. adv. Novat. Orig. Homil. 13 in Gen. in Joſue, in Matth. & alibi. Athanaſ. in Synop. Clem. Alex lib. [illegible] Epiph. Hær. 50 &c. Conc. Laodic. cap. 59. Carthag. III. cap. 47. &c. Tanta tamen tantorum virorum auctoritas, totque ſæculorum præſcriptio Novatores noſtros prohibere non potuit, quin hanc eamdem epiſtolam, non aliis freti argumentis, ex canonicorum librorum albo iterum eraderent. Sed quid vetet in epiſtola canonica apocrypham citari commentationem, cùm Apoſtolus ipſe paganorum carmina laudaverit, & iis nos ſpoliis ditari debere frequens doceat Ambroſius, Hieronymus, atque alii.

a. Edit. Rom. *quoniam hæc loco ſuperiori perſtrinximus, nunc delibaſſe ſat eſt. Verum quia* &c.

b. Eadem edit. Rom. *apertus vitiis.* Aliæ, ac mſſ. omnes, *opertus vitiis.* Neutra lectio adſpernanda.

c. Ita mſſ. ac vet. edit. Rom. vero, *pietate texit.... ſeminis vitavit.*

d. Edit. Rom. ſola, *tumulis peccatorum.* Sed ponitur vox *ſepulcrorum*, diſtinctionis ergo; tumulus enim per ſe ac proprie quemlibet editiorem locum ſignificat.

e. Eadem edit. Rom. *auferam de terra.*

vitæ ſuæ actibus naturalium coinquinaverint ornamenta virtutum. Qui impetu feruntur in præceps; quoniam nullius meriti contemplatione revocantur: ſed tamquam de ſuperioribus ad inferiora per improbitatis proclive detruſi, ſuffocantur in aquis, inter fluctuantia mundi iſtius ſtrangulatorum in modum, intercluſo pereunt ſpiritus commeatu; neque enim in iis qui fluido æſtu voluptatum huc atque illuc feruntur incerti, ullius ſpiritus poteſt eſſe vitale commercium.

48. Videmus igitur quia homo ipſe ſibi eſt auctor ærumnæ. Nam niſi quis porci more vixiſſet, numquam accepiſſet in eum diabolus poteſtatem: aut ſi accepiſſet, non ut perderet, ſed ut probaret. Aut fortaſſe quia poſt Domini adventum bonos jam depravare non poterat, non omnium hominum, ſed levium jam quærit interitum; ut latro non armatis inſidiatur, ſed inermibus: & injuriis laceſſit infirmum, qui ſe intelligit [a] vel à forti conteri, vel à potenti damnari.

49. Sed dicit aliquis: Cur hoc à Deo permittitur diabolo? At ego dico, ut boni probentur, improbi puniantur; hæc enim pœna peccati eſt. Denique lege quia immittit Dominus febrem, & tremorem, & malos ſpiritus, & cæcitatem, & omnia flagella, juxta merita peccatorum. Sed redeamus ad lectionem.

Deut. 28. 59. & ſeq.

℣. 34. *Viderunt*, inquit, *hoc magiſtri gregum, & fugerunt.*

50. Neque enim aliquam philoſophiæ profeſſores, vel principes Synagogæ pereuntibus populis poſſunt ferre medicinam. Solus eſt Chriſtus qui aufert peccata populorum; ſi tamen medendi patientiam non recuſent. Ceterùm curare non dignatur invitos, & cito infirmos deſerit, quibus oneri videt eſſe præſentiam ſuam, ſicut Geraſenorum populis, qui exeuntes de civitate in qua ſpecies Synagogæ videtur exiſtere, rogabant ut diſcederet:

℣. 37. *Quia timore magno tenebantur;*

51. infirma enim mens non capit Dei verbum, nec poteſt pondus ſuſtinere ſapientiæ: fatiſcit, & ſolvitur.

Ibidem. 52. Et ideo diutius moleſtus non fuit: ſed *Adſcendit, & regreſſus eſt*: adſcendit utique ab inferioribus ad ſuperiora, à Synagoga ſcilicet ad Eccleſiam. *Regreſſus per ſtagnum eſt*, ut hîc ait: aut ſicut Matthæus *per fretum*; inter nos enim & illos fretum magnum eſt. Itaque nemo de Eccleſia ad Synagogam ſine periculo tranſit ſalutis. Sed & ille qui de Synagoga ad Eccleſiam tranſire deſiderat, crucem ſuam tollat, ut diſcrimen evadat.

Matth. 9. 1.

53. Cur autem non recipitur liberatus, ſed domum redire cenſetur; niſi ut & jactantiæ cauſa vitetur, & infidelibus ſit exemplo, quoniam domus illa naturale ſit diverſorium; & ideo qui remedium ſanitatis fuerat conſecutus, à tumulis & ſepulcris in illam ſpiritalem domum redire præcipitur; ut fiat Dei templum, in quo erat mentis ſepulcrum.

Et ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipſe princeps Synagogæ erat: & cecidit ante pedes Ieſu, rogans eum ut intraret domum ſuam; quia filia unica erat illi fere annorum duodecim, & hæc moriebatur. *℣. 41. & 42.*

54. Reliquerat in Geraſenis Synagogam Chriſtus, ut diximus: & quem ſui non receperant, excepimus alieni, excepimus quem exſpectabamus. Nec nobis igitur à quibus exſpectabatur, diu defuit: nec ad illos, ſi rogetur, redire faſtidit. Vir enim iſte princeps Synagogæ, cui filia erat unica, pro Synagogæ pereuntis remedio precabatur, quæ urgebatur in mortem; quia deſerebatur à Chriſto. Quem putamus Synagogæ principem eſſe, niſi Legem, cujus contemplatione Dominus Synagogam non penitus dereliquit, ſed medicinam ſalutis credentibus reſervavit? Ad hanc ergo principis filiam dum properat Dei Verbum, ut ſalvus faceret filios Iſrael, ſancta Eccleſia de gentibus congregata, quæ inferiorum lapſu criminum deperibat, paratam aliis fide præripuit ſanitatem.

55. Moraliter hunc locum ſatis putavimus exprimendum: & ideo non illa quæ dicta ſunt [b] retractamus, ſed myſtica brevi voluimus ſermone perſtringere. An non ita factum eſt, ut Dei Verbum cùm veniſſet ad Judæos, adſciſceretur à gentibus, & priùs ab illis qui in Lege non crediderant, in gratia crederetur?

56. Nam ſicut illa quæ in medicis erogaverat omnem ſubſtantiam ſuam, ita etiam congregatio gentium [c] amiſerat omnia dona naturæ, & patrimonium vitale prodegerat, ſancta, verecunda, religioſa, fide promtior, pudore cunctatior; hoc eſt enim pudoris & fidei, agnoſcere infirmitatem, non deſperare veniam. Verecunda ergo fimbriam tetigit, fidelis acceſſit, religioſa credidit, ſapiens ſanatam ſe eſſe cognovit. Sic ſancta plebs gentium quæ Deo credidit, peccatum erubuit, ut desereret: fidem detulit, ut crederet: devotionem exhibuit, ut rogaret: ſapientiam induit, ut ſanitatem ſuam & ipſa ſentiret: fiduciam ſumſit, ut fateretur quod præripuiſſet alienum. *Ibid. ℣. 43.*

Acceſſit retro. *℣. 44.*

57. Cur autem retro tangitur Chriſtus? An quia ſcriptum eſt: *Poſt dominum Deum tuum ambulabis?* Quid etiam ſibi vult quod & principis filia annorum duodecim moriebatur, & mulier iſta fluxu ſanguinis ab annis duodecim laborabat; niſi ut intelligatur quia quamdiu Synagoga viguit, laboravit Eccleſia. Defectus illius, hujus eſt virtus; quia *Illorum delicto ſalus gentibus:* & conſummatio illius, hujus exordium, non naturæ exordium, ſed ſalutis; *Quia cæcitas ex parte Iſrael contigit, donec plenitudo gentium intraret.* Non igitur tempore, ſed ſpecie ſanitatis antiquior Synagoga quam Eccleſia; quia quamdiu illa credebat, iſta non credidit, & per varias corporis atque animæ paſſiones [d] immedicabili remedio ægra languebat. Audivit ægrotare populum Ju-

Deut. 13. 4. *Rom. 11. 11.* *Ibidem. 25.*

a. Ita mſſ. magno numero & auctoritate. Quidam tamen atque edit. *vel à forte contemni*

b Omnes edit. ac pauci mſſ. *recenſemus*. Plures potioreſque, *retractamus*: unus, aut alter, *recantamus*. Sed *retractamus* hic idem ſonat, atque *iterum & ſecunda cura tractamus*, non vero, *palinodiam canimus*.

c. Rom. edit. *quæ amiſerat omnia .... prodegerat, facta eſt verecunda ... pudore conſtantior*. Aliæ cum omnibus mſſ in lectionem noſtram, quæ nec ipſa contemnenda eſt, conſpirant.

d. Edit. Rom. *immedicabilis remedio*. Non male, niſi ab aliis, & mſſ omnibus hic deficeret. Sumendum igitur, *immedicabili*, pro *inefficaci atque inepto ad medendum*.

dæorum, ſperare cœpit ſalutis ſuæ remedium: A tempus veniſſe cognovit quo medicus adeſſet è cælo, ſurrexit ut occurreret Verbo: vidit quia comprimebatur à turbis; non enim credunt, qui comprimunt, credunt qui tangunt. Fide tangitur Chriſtus, fide Chriſtus videtur: non corpore tangitur, non oculis comprehenditur; neque enim videt, qui videns non videt: neque audit, qui ea quæ audit, non intelligit: [a] neque tangit qui non fideliter tangit. Denique ut fidem tangentis exprimeret, ait: B

℣. 46. *Tetigit me aliquis; nam ego cognovi virtutem de me exiſſe.*

58. Quod eſt evidentis indicii, quia non intra poſſibilitatem conditionis humanæ, atque intra corporis clauſtrum incluſa [b] ſapientia, divinitas coartata eſt: non capitur anguſtiis corporalibus, non tenetur, ſed ultra fines noſtræ mediocritatis virtus exundat æterna. Non enim humana ope plebs gentium liberatur: ſed Dei munus eſt C congregatio nationum, quæ etiam brevi fide miſericordiam inclinat æternam. Nunc ſi conſideremus quanta ſit fides noſtra, & intelligamus quantus ſit Filius Dei, videmus quia comparatione ejus fimbriam tantummodo tangimus, ſuperiora vero veſtimenti ejus nequimus adtingere. Si igitur & nos curari volumus, fide tangamus fimbriam Chriſti.

59. Non latet eum quicumque fimbriam tetigerit, qui tetigerit averſum; neque enim Deus D indiget oculis ut videat, neque corporaliter ſentit, ſed in ſe habet cognitionem omnium. Beatus ergo qui vel extremam partem Verbi contigerit; nam totum quis poteſt comprehendere? Verum ut ad illam quæ adhuc ægra eſt, revertamur; [c] ne per noſtram moram dum diu Chriſti moramur ingreſſum, mortua eſſe credatur:

℣. 49. *Venerunt*, inquit, *ſervi dicentes principi: Noli vexare illum, filia tua mortua eſt.*

60. Et primum illud conſideremus quod ſuſcitaturis mortuam, ad faciendam fidem hæmorrhouſam ante curavit. Et ut ſcias exempli gratiâ ſtetiſſe ſanguinis fluxum: [d] dum illa petitur, iſta curatur. Sic & reſurrectio temporalis in Domini paſſione celebratur; ut & perpetua illa credatur. Sic & Mariæ paritura ſterilis indicatur; ut conceptura virgo credatur. Denique audivit parituram Elizabeth, nec de ſua generatione dubitavit.

Luc. 1. 36.

61. *Venerunt*, inquit, *ſervi dicentes principi: Noli vexare illum.* Adhuc & hi increduli ad reſurrectionem, quam Jeſus in Lege prædixit, in Evangelio complevit. Itaque cùm veniſſet in domum, paucos futuræ arbitros reſurrectionis adſcivit; non enim à multis continuò eſt credita reſurrectio. Denique dicente Domino:

Non eſt mortua puella, ſed dormit. Deridebant, inquit, *eum.* ℣. 52. & 53.

62. Quicumque enim non credit, irridet. Fleant igitur mortuos ſuos, qui putant mortuos: ubi reſurrectionis fides eſt, non mortis eſt ſpecies, ſed quietis. Nec abhorret illud Matthæi, quod ait tibicines fuiſſe in domo principis, & turbam tumultuantem: vel quia * more veteri tibicines ad incendendos excitandoſque luctus videbantur adhiberi: vel quia per Legis & litteræ cantilenam, exſultationem Synagoga non poterat capere ſpiritalem. Matth. 9. 23.

63. Tenens ergo manum puellæ Jeſus ſanavit eam, & juſſit ei dari manducare. Quod eſt teſtimonium vitæ; ut non phantaſma, ſed veritas crederetur. Beatus ille cui manum ſapientia tenet. Utinam meos quoque teneat actus, teneat manum juſtitia, teneat Dei Verbum, inducat in penetralia ſua, ſpiritum avertat erroris, convertat ſalutis, dari mihi jubeat manducare; panis enim cæleſtis, Dei verbum eſt. Inde & illa ſapientia quæ divini corporis & ſanguinis ſacroſancta altaria replevit alimentis: *Venite*, inquit, *edite panes meos, & bibite vinum quod miſcui vobis.* ℣. 54 & ſeq. Prov. 9. 5.

64. Quæ tamen tantæ diverſitatis eſt cauſa? Supra publicè viduæ filius ſuſcitatur, hîc removentur plures arbitri. Sed puto quod in eo quoque pietas Domini declaretur; quia vidua mater unici non patiebatur moram, & ideo ne amplius afficeretur, maturitas additur. Eſt etiam forma ſapientiæ, in viduæ filio citò Eccleſiam credituram, in archiſynagogi filia credituros quidem Judæos, ſed ex pluribus pauciores. Luc. 7. 12.

Cap. 9. ℣. 5.

ET quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem de pedibus veſtris excutite in teſtimonium ſupra illos.

65. Qualis debeat eſſe qui evangelizat regnum Dei, præceptis evangelicis deſignatur; ut ſine E virga, ſine pera, ſine calceamento, ſine pane, ſine pecunia, hoc eſt, ſubſidii ſæcularis adminicula non requirens, [e] fideique deditus ſit, & quanto minus appetat temporalia, tanto magis ſperet ea ſibi poſſe ſuppetere. Quæ poſſunt qui volunt ad eum derivare tractatum; ut ſpiritalem tantummodo locus iſte formare videatur affectum, qui velut indumentum quoddam videatur corporis exuiſſe, non ſolum poteſtate rejecta, contemtiſque divitiis, ſed etiam carnis ipſius illecebris abdicatis. F ℣. 3.

66. Quibus primò omnium datur pacis atque conſtantiæ generale mandatum; ut pacem ferant, conſtantiam ſervent, hoſpitalis neceſſitudinis jura cuſtodiant: alienum à prædicatore regni cæleſtis adſtruens curſitare per domos, & inviolabilis hoſpitii jura mutare. Sed ut hoſpitii gratia deferenda cenſetur: ita etiam ſi non reci- ℣. 4

a. Ita vet. edit. cum pleriſque mſſ. Rom. vero cum aliis, *neque intelligit, qui non fideliter tangit.*
b. Omnes edit. *ſapientia divinitatis coartata eſt.* Omnes mſſ. *ſapientia, divinitas* &c.
c. Mſſ. aliquot, *ne per nos magis quam per ſuam moram, mortua eſſe credatur.*
d. Omnes edit. *dum ad illam petitur.* Mſſ. autem nonnulli, *dum illa patitur.* Alii multo plures, ac melioris notæ, *dum illa petitur.* Optime, idem enim atque, *dum illa convenitur*, ſive, *ad illam itur.*

* Dicuntur à quibuſdam Græci fuiſſe primi auctores hujus moris: quem tangit Ovid. lib. 4. Faſt. & 5 Triſt. Eleg. 1. ubi non obſcure indicat communem fuiſſe eum tam hominum, quam puerorum funeribus. Lactantius tamen tibias puerorum inferiis, majorum vero tubas adhiberi conſueviſſe teſtatur. Sed tibias in juſtis etiam majorum, ſi non eſſent è nobilium ordine, locum habuiſſe volunt nonnulli.
e. Sic pleriſque, nec non optimæ notæ mſſ. Alii tamen aliquot, omneſque edit. *fideque tutus, putet ſibi quominus ea requirat, magis poſſe ſuppetere.*

piantur, excutiendum pulverem, & egredien- [A] dum de civitate mandatur. Quo non mediocris boni remuneratio docetur hoſpitii, ut non ſolum pacem tribuamus hoſpitibus: verum etiam ſi qua eos terrenæ obumbrant delicta levitatis, receptis apoſtolicæ prædicationis veſtigiis, auferantur. [Matth. 10. 11.] Nec otioſe ſecundùm Matthæum domus quam ingrediantur apoſtoli, legenda decernitur; ut mutandi hoſpitii neceſſitudiniſque violandæ cauſa non ſuppetat. Non tamen eadem cautio receptori mandatur hoſpitii; ne dum hoſ- [B] pes eligitur, hoſpitalitas ipſa minuatur.

67. Sed hæc ut ſecundum litteram de hoſpitii religione venerabilis eſt forma præcepti: ita etiam de myſterio ſententia cæleſtis arridet. Etenim cùm domus eligitur, dignus hoſpes inquiritur. Videamus igitur ne forte Eccleſia præferenda deſignetur, & Chriſtus. [24 quæſt. 1. cap. Quæ dignior.] Quæ enim dignior domus apoſtolicæ prædicationis ingreſſu, quàm ſancta Eccleſia? Aut quis præferendus magis omnibus videtur eſſe quam Chriſtus, qui pedes [C] ſuis lavare conſuevit hoſpitibus, & quoſcumque ſua receperit domo, pollutis non patiatur habitare veſtigiis: ſed maculoſos licet vitæ prioris, in reliquum tamen dignetur mundare proceſſus? Hic eſt igitur ſolus quem nemo debet deſerere, nemn mutare. [Johan. 6. 69. & 70.] Cui bene dicitur: *Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus.* Vides exſecutorem cæleſtium præceptorum: qui quoniam non mutavit hoſpitium, cæleſtis conſortium conſecrationis emeruit.

68. Fides igitur imprimis Eccleſiæ quærenda mandatur, in qua ſi Chriſtus habitator ſit, haud dubie ſit legenda. Sin vero perfidus populus, aut præceptor hæreticus deformet habitaculum, vitanda hæreticorum communio, fugienda Synagoga cenſetur. Excutiendus pedum pulvis, ne fatiſcentibus perfidiæ ſterilis ſiccitatibus, tamquam humi arido arenoſoque mentis tuæ veſtigium polluatur. Nam ſicut corporeas infirmitates populi fidelis ſuſcipere in ſe debet Evan- [E] gelii prædicator, & tamquam propriis inania geſta pulveri comparanda, allevare atque abolere veſtigiis, [2. Cor. 11. 29.] juxta quod ſcriptum eſt: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Ita ſi qua eſt Eccleſia quæ fidem reſpuat, nec apoſtolicæ prædicationis fundamenta poſſideat; ne quam labem perfidiæ poſſit adſpergere, deſerenda eſt. Quod Apoſtolus quoque evidenter adſeruit dicens: [Tit. 3. 10.] *Hæreticum hominem poſt unum .... correptionem devita.*

[℣. 13.] *Ait autem ad eos: Date illis vos manducare. At illi dixerunt: Non ſunt nobis pluſquam quinque panes.*

69. Quæ ratio eſt, quod cùm in poſterioribus [℣. 8.] Johannis paſſio deſcribatur, hîc jam mortuus verbis Herodis oſtenditur? Ne forte illa, quia poſt Legis defectum Evangelicus cibus incipit jejuna paſcere corda populorum? Denique poſtea quam illa quæ Eccleſiæ typum accepit, à fluxu curata eſt ſanguinis, poſtea quam apoſtoli ad evangelizandum regnum Dei ſunt deſtinati, gratiæ cæleſtis impartitur alimentum. Sed quibus impartiatur, adverte. Non otioſis, non in [A] civitate quaſi in Synagnga, vel ſæculari dignitate reſidentibus, ſed inter deſerta quærentibus Chriſtum; qui enim non faſtidiunt, ipſi excipiuntur à Chriſto, & cum ipſis loquitur Dei Verbum non de ſæcularibus, ſed de regno Dei. Et ſi qui corporalis gerunt ulcera paſſionis, his medicinam ſuam libenter indulget.

70. Conſequens igitur erat, ut quos à vulnerum dolore ſanaverat, eos alimoniis ſpiritalibus à jejunio liberaret. Itaque nemo cibum accipit [B] Chriſti, niſi fuerit ante ſanatus. Et illi qui vocantur ad cœnam, prius vocando ſanantur. Si claudus fuit, gradiendi facultatem ut veniret, accepit. Si lumine oculorum privatus erat, domum utique Domini, niſi refuſa luce, intrare non potuit.

71. Ubique igitur myſterii ordo ſervatur; ut prius per remiſſionem peccatorum vulneribus medicina tribuatur, poſtea alimonia menſæ cæleſtis exuberet: quamquam nondum validiori- [C] bus hæc turba reficiatur alimentis, neque Chriſti corpore & ſanguine jejuna ſolidioris fidei corda paſcantur. *Lacte*, inquit, *vos potavi, non eſcâ; nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis.* [1. Cor. 3. 2.] In modum lactis quinque ſunt panes. Eſca autem ſolidior corpus eſt Chriſti, potus vehementior ſanguis eſt Domini. Non ſtatim à primo epulamur omnia, neque potamus omnia. *Hoc primum*, inquit, *bibe.* [Eſai. 9. 1.] Eſt ergo primum, eſt etiam ſecundum quod bibas. Eſt & primum [D] quod manduces, eſt etiam ſecundum, eſt tertium. Primum quinque panes ſunt, ſecundum ſeptem, tertium ipſum corpus eſt Chriſti.

72. Nequaquam igitur talem Dominum deſeramus, qui pro uniuſcujuſque viribus impartire nobis alimenta dignatur; ne aut infirmum validior cibus opprimat, aut validum exſilia alimenta non ſatient: *Qui enim infirmus eſt, olera manducet.* [Rom. 14. 2.] Et ille qui jam videtur laqueos infirmitatis evadere, de quinque iſtis manducet pa- [E] nibus, & duobus piſcibus. Certe ſi petere cibum validiorem veretur, ipſe relictis ſuis omnibus, feſtinet ad Dei verbum. Dum audire incipit, incipit eſurire. Incipiunt apoſtoli eſurientem videre. Et ſi illi adhuc non intelligunt quid eſuriat, intellexit Chriſtus. Scit quod non ſæcularem cibum eſuriat, ſed cibum Chriſti. Dicat: *Dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via.* [Matth. 15. 32.] Bonus Dominus ſtudia exigit, vires miniſtrat.

73. Utinam, domine Jeſu, velis mecum iſtos [F] jejunos non dimittere, ſed impartitis abs te epulis reficias eos; ut poſſint tuis alimoniis fortiores infirmitatem jejunii non timere. Dicas utinam etiam de nobis: *Nolo eos jejunos dimittere.* Et cauſam mihi dicito, quare eos nolis jejunos dimittere: immo jam dixiſti, quia ſi quem dimiſeris jejunum, deficit in via, hoc eſt, deficit vel in iſtius curſu vitæ, vel antequam ad * caput perveniat viæ, antequam perveniat ad Patrem, & intelligat quod ex Patre Chriſtus eſt, intelligat quod Chriſtus è cælo, & intelligat quod Chriſtus qui deſcendit, ipſe eſt & qui adſcendit; ne fortè cùm acceperit quod natus ex Virgine eſt, incipiat non Dei virtutem, ſed hominis æſtimare. Ergo ne deficiant, inquit:

*. *Caput viæ*, dicitur finis ac terminus viæ; nam quod ſummum atque extremum in ſingulis rebus eſt, caput dicitur.

Date illis vos manducare. At illi dixerunt: Non ſunt nobis pluſquam quinque panes, & duo piſces: niſi nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam eſcas.

74. Nondum intellexerant apoſtoli cibum populi credentis non eſſe venalem. Noverat Chriſtus, noverat ipſe nos potius eſſe redimendos: ſuas vero epulas gratuitas donat. Nondum ergo habebant diſcipuli cibum qui redimere nos poſſet. Habebant tamen jam cibum qui ſatiare nos poſſet: habebant cibum qui confirmare nos poſ-
Pſal. 103. 16. ſet: *Panis* enim *confirmat cor hominis.* Miſeretur ergo Dominus, ne quis deficiat in via. Si quis ergo defecerit, non per dominum Jeſum, ſed per ſe deficit: nec habes quod adſcribas Domino, qui vincit cùm judicatur; quid enim dicas ei qui in te contulit omnia firmamenta virtutis? Nonne ipſe te genuit, nonne ipſe te pavit? Cibus ejus virtus eſt, cibus ejus fortitudo eſt. Sed ſi tu negligentia tua virtutem quam acceperas perdidiſti, non alimentorum cæleſtium, ſed tuæ mentis tibi præſidia defuerunt. Denique Dominus ſicuti ſuper juſtos & injuſtos pluit: ita etiam injuſtos paſcit & juſtos.

75. Nonne in eſcæ virtute cùm jam deficeret
3. Reg. 19. 8. in via ſanctus Elias, quadraginta ambulavit diebus, & illam eſcam Angelus dedit? Si autem te paverit Jeſus, & acceptam eſcam ſervaveris, ambulabis non quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ſed (audeo dicere Scripturæ fretus exemplis) quadraginta annis: & egredieris ab Ægyptiis finibus, donec pervenias in terram multam, in terram fluentem lac & mel, quam juravit Dominus daturum ſe patribus noſtris. Hujus terræ tibi virtus requirenda eſt, quam poſſidet mitis. Non iſtam terram dico quæ arida eſt, ſed illam quæ Chriſti confirmatur alimentis, quæ ſub imperio conſtituta regis æterni ſanctorum incolatibus frequentatur.

76. Dividit ergo eſcas dominus Jeſus. Et ille quidem vult dare omnibus, negat nemini; diſpenſator enim eſt omnium: ſed cùm ille panes frangat, & det diſcipulis, ſi tu manus non extendas tuas, ut accipias tibi eſcas, deficies in via; nec poteris in eum culpam tuam referre, qui miſeretur, & dividit: ſed his dividit, qui cum eo etiam in deſerto permanent, qui primo & ſecundo & tertio die non recedunt. Sic enim habes alibi:
Matth. 15. 32. *Miſereor hujus turbæ; quia triduum eſt jam quod perſeverant mecum.* Quanta dignatio, quanta ab eo hominibus inſpiratur humanitas! Non vult jejunos dimittere, non vult; ne deficiant in via.

77. Noli ergo deficere à diſciplina Domini, neque fatigeris cùm ab eo increparis. Non fatigeris nunc, ne poſtea fatigeris. Quid enim reſpondebis ei: aut quomodo te excuſabis, ſi eſcæ virtutem quam miniſtrat, amiſeris? Non potes dicere quia eſcam non dedit, quia dat omnibus. Non potes dicere quia noluit te bonum facere, ante quem poſuit bonum & malum; ut non ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium. MULTUM ENIM refert inter eum qui neceſſitate invitus aliquid agit, & inter eum qui ex voluntate quod bonum eſt eligit: *Si enim invitus* 1. Cor. 9. 17.
hoc ago, diſpenſatio mihi credita eſt: ſi volens mercedem habeo. Conſideremus ergo quia ſtabimus ante tribunal Chriſti, & ſi opus noſtrum arſerit, non habebimus quod excuſare poſſimus. Dicet etenim quod jam per Prophetam locutus eſt:
Populus meus, quid feci tibi.... aut in quo moleſtus Mich. 6. 3.
fui tibi, reſponde mihi. Dicet & ei qui in via defecerit: Qua ratione defeciſti in via? Nonne [a] panes fregi: nonne benedixi: nonne juſſi dari? Sed cur tu accipere noluiſti?

78. Quanti etiam præſentium deficient in via, & poſt hos ſermones, qui licet noſtri ſint, tamen quia nemo dicit dominum Jeſum niſi in Spiritu 1. Cor. 12. 3.
ſancto, [b] panes æſtimandi ſunt: quanti, inquam, deficient, & in vias gentium tranſverſis itineribus fornicantes abibunt? Atque utinam unus, & non plurimi! Sed non Jeſus auctor defectus, etiamſi quis defecerit; omnibus enim diſtribuit qui ſequuntur, ſive quinque millia, ſive quatuor millia ſint.

79. Non otioſus numerus, non otioſus ordo, non otioſæ reliquiæ manducantium. Cur enim plures, id eſt, quinque millia quinque panibus, hoc eſt, numero minori ſatiantur: pauciores vero, qui ſunt quatuor millia ſeptem panibus, hoc eſt, numero majore paſcuntur? Si enim facti tantùm ſequamur miraculum, videtur eſſe divinius quod de minore modo pluribus abundavit. Cur ergo quod minus eſt ei quod eſt amplius, quaſi præſtaret, adjectum eſt? [c] Prius enim quin- Matth. 14. 19.
que millia quinque panibus: poſtea vero quatuor millia ſeptem panibus legimus ſatiata. Quæ- Matth. 15. 36.
ramus ergo myſterium, quod miraculo præſtet.

80. Itaque videntur illa quinque millia quaſi quinque corporis ſenſus adbuc corporalibus proxima alimenta accepiſſe de Chriſto: quatuor vero millia etſi adhuc in corpore ſint, & in hoc mundo qui ex quatuor conſtat elementis, non otioſe tamen referuntur myſticæ eſcam accepiſſe quietis; jam enim æquantur mundo, ſupra mundum futuri. Nam etſi in hoc mundo ſunt, intra mundum tamen non ſunt, quibus myſticæ quietis impartitur alimentum; ſex enim diebus mundus eſt factus, ſeptimo requietum eſt die, & Dominus ſanctificavit eum. Ultra mundum ergo quies, [d] ultra mundum etiam fructus quietis.
Denique *Beati pacifici; ipſi enim filii Dei vocabuntur.* Matth. 5. 9.
Nam cùm Deus ſupra mundum ſit, nemo utique poteſt Deum videre, niſi mundum prius ſpiritali tranſcendat obtutu. Septima itaque benedictio pacatorum: ſeptem etiam illis quatuor Matth. 15. 37.
millibus fragmentorum ſportæ ſuperſunt. Non mediocris hic panis eſt ſabbatorum, panis ſanctificatus, panis quietis. Et fortaſſe ſi primùm quinque panes ſenſibiliter manducaveris, audebo &

a. Mſſ. longe plurimi, *panes feci.* Corb. tamen per correctionem, & alii nonnulli cum edit. *panes fregi.*

b. Rom. edit. ſola, *Domini æſtimandi ſunt.* Minus commode. Palam enim eſt ab Ambroſio ſignificari ſuos etiam ſermones per Spiritus ſancti gratiam panes eſſe.

c. Sic omnes edit. cum mſſ. aliquot. Alii vero neque numero, neque ætate inferiores multis reſecatis locum ita contrahunt: *Prius enim quinque millia quaſi quinque corporis ſenſus adhuc corporalibus proxima alimenta* &c. Quod quidem minime abſurdum ſenſum efficiet, ſi verbum, *referuntur*, ſequenti membro expreſſum hic ſubintelligas.

d. Mſſ. aliquam multi, nec ſequioris ætatis, *intra mundum etiam* &c. Porro obiter monendum eoſdem cod. ex quopiam exemplari deſcriptos eſſe, in quo poſt verba, *benedictio pacatorum*, folium videtur fuiſſe tranſpoſitum, unde ad illos quoque eadem tranſpoſitio promanavit.

dicam, poſt quinque panes & ſeptem tertiò jam A in terra non manducabis panem: ſed ſupra terram manducabis octo panes, ſicut qui ſunt in cæleſtibus. Sicut enim ſeptem panes, panes quietis: ita octo panes, panes ſunt reſurrectionis. *Ibidem 32.* Ergo iſti qui ſeptem aluntur panibus, triduo perſtiterunt, & fortaſſe integram reſurrectionis futuræ fidem & conſtantiam conſecuti. Denique *Exod 5. 3.* ſanctorum vox eſt: *Tribus diebus ambulabimus, ut epulemur domino Deo noſtro.* Sed illa ſuo loco.

81. De quinque ergo panibus ſanctus Johan- B nes docuit me quod neſciebam, quod non docuerat ſanctus Matthæus, non docuerat ſanctus Lucas (ſingulis enim diverſa impartita eſt gratia) *Johan. 6. 9.* docuit, inquam, me quinque iſtos panes hordeaceos fuiſſe; & ideo non inepte diximus eſcam iſtam eſſe habilem [a] corporalibus. Cur enim primò bordeaceos? Quia primò lacte, deinde eſca eſt nutriendus qui accedit ad fidem; nondum enim poteramus, & fortaſſe pletique nec adhuc poſſumus. Nam cùm ſint inter nos cootentiones, C & diſſenſiones, nonne carnales ſumus, & ſecundùm hominem ambulamus? Suis quæque aptata ſunt alimenta virtutibus; & inde prius hordeum, deinde triticum nobis ad alimoniam datur: *3. Reg. 17. 13.* fortiori verò ſicut Eliæ, de interioribus frumenti panis farinaceus miniſtratur, [b] quem non queunt depaſcere peccatores.

82. Nec ſolum panis & numeri, ſed etiam accubitiouis eſt differeotia: illi enim ſupra fœnum diſcumbunt, iſti ſupra terram recumbunt: ſupra D fœnum quinque millia, ſupra terram quatuor millia. Plus eſt terram premere, quàm ſupra fœnum jacere; illi enim quibus adhuc ſenſus ſunt corporales, mollioribus delectantur, & ideo ſu- *Eſai 40. 6.* pra fœnum recumbunt: *Omnis* enim *caro fænum:* iſti vero ſupra terram, quæ triticum & vinum gignit & olivam, cibum gratiæ conſequuntur. Illi diſcumbunt, iſti recumbunt; major enim eſt quædam requies recumbentis. Ibi duo piſces, bîc ſine numero; unde plerique ſeptiformis Spititus E gratiam in panibus definitam, in piſcibus quoque duplicis Teſtamenti figuram intelligendam putaverunt.

83. Non piget ergo æſtimare quod quatuor millia ex quatuor mundi collecta partibus, in quibus Eccleſia figuratur, majoris gratiæ cibum *Math. 8. 11.* ſumant, juxta quod ſcriptum eſt: *Quia venient ab oriente & occidente & ſeptemtrione & auſtro, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum.* Unde bîc gratiæ Patri aguntur à Chriſto, F non enim fruſtra illic benedictio tantum, bîc etiam gratiarum eſt actio. Pro Eccleſia quippe ſua Dominus Patri gratias agere conſuevit; quia quæ abſcondit ſapicotibus, ea parvulis revelavit. Benedictio igitur ſuper nos, qui inferiores ſumus: gratiarum actio ſuper eos qui de infirmitatibus corporum ſuotum ſacratis paſſionibus triumpharunt. Jam illud in ſuperioribus prælibavimus, quia cùm quinquageni diſcumbere juberentur, licet ſacrato numero definito; tamen videtur hîc fundatiotis Eccleſiæ populus, qui ſine numeri definitione recumbit.

84. Myſticum quoque eſt quod & manducans A populus ſatiatur, & miniſtrant apoſtoli; nam & in ſatietate, repulſæ in perpetuum famis indicium deſignatur; quia non eſutiet qui acceperit cibum Chriſti: & in apoſtolorum minoiſterio futura diviſio Dominici corporis ſanguiniſque præmittitur. Jam illud divinum, quemadmodum quinque panes quinque millibus populi redundaverunt; non enim exiguo, ſed multiplicato cibo populum liquet eſſe ſatiatum.

85. Videres incomprehenſibili quodam rigatu B inter dividentium manus, quas non fregerant, fructificare particulas, & intacta frangentium digitis ſponte ſuâ fragmenta ſubrepere. Qui hæc legit, quemadmodum juges aquarum miretur meatus, & liquidis fontibus ſtupeat continuos fluere ſucceſſus: quando etiam panis exundat, & naturæ ſolidioris rigatus exuberat? Hæc igitur facta ſunt, ut illa quoque quæ non cernimus, cerneremus. His evidenter illorum quoque de- C ſignavit auctorem, & totius naturæ creatorem materialis exiſtere, quæ non (ut philoſopbi volunt) reperta, ſed facta, gignendis omnibus rebus ſucceſſus defluos ſubminiſtrat.

86. Hoc quidem mirum, quidquid de fluminibus baurias, ſigno diſpendii non notari: quidquid de fontibus auſeras, uſurario quodam reparari meatu. Sed & fluminibus ſi nibil decedere, oihil tamen videatur accedere: & fontibus nt cumulata fluenta cernuntur, ita dum minuun- D tur fluenta, produntur. At vero hic panis quem frangit Jeſus, myſtice quidem Dei verbum eſt, & ſermo de Cbriſto, qui dum dividitur, augetur; de paucis enim ſermonibus, omnibus populis redundantem alimoniam miniſtravit. Dedit ſermones nobis velut panes, qui in noſtro dum libantur ore, geminantur. Viſibiliter quoque panis iſte incredibili ratione dum frangitur, dum dividitur, dum editur, ſine ulla diſpendii comprehenſione cumulatur.

87. Nec dubites vel quod in manibus miniſ- E trantium, vel in ore edentium creſcat; quando ubique noſtri operis teſtimonium ad firmamentum credulitatis adſciſcitur. Sic in nuptiis ex fontibus vina, miniſtris operantibus, colorantur, & *Johan 2. 5. & ſeq.* ipſi qui impleveraot hydrias aqua, vinum quod non detulerant, bauriebant. Comprehende, ſi potes, tanta rerum miracula. Hîc edentibus populis creſcunt ſuis fragmenta diſpendiis, & de quinque panibus majores reliquiæ quàm ſumma F eſt, colliguntur: illic in alienam ſpeciem vertuntur elementa, nec ſuos patitur natura defectus, nec ſuos agnoſcit ortus, uſu tamen proprio recognoſcit. Quinetiam melior eſt mutati vini natura quàm nati; quia in arbitrio creatoris eſt, & quos uſus velit adſignare naturis, & quas naturas impartire gignendis. Vide quantis operibus opus adſtruat: dum aquam miniſter infundit, odor traosfuſus inebriat, color mutatus informat, fidem qnoque ſapor bauſtus accumulat.

88. Conferant gentiles, ſi placet, cum Cbriſti beneficiis deorum ſuotum non facta, ſed ficta.

a Gill in marg. *corporibus vel pecoribus.* Duo etiam mſſ. legunt, *pecoribus.* Me ius tamen alii atque edit. *corporalibus*, refertur enim ad ſuperiora illa, *corporalibus proxima alimenta*: quæ ſic in omnibus mſſ. & edit. exhibentur.

b Edit. cum mſſ. non paucis, *quem* (Rom. *quia*) *vatem* (quidam mſſ. *autem*) *non queunt contaminare, ſed paſcere peccatores.* Sed quis ſenſus, niſi ineptus hinc eruatur? Nos vero locum ex quinque mſſ. probatioris notæ reſtituimus.

Ferunt certe eorum fabulæ fuiſſe * regem quem- A dam qui quidquid tangebat, aurum fiebat. Sed etiam convivia ipſa feralia; nam & ipſa mantilia digitis apprehenſa riguerunt: & cibus in ore crepitabat, ferens non alimenta, ſed vulnera: & in gutture potus hærebat, nec penetrare facilis, nec redire. Digna beneficia votis, digna tanto munera precatore, digna liberalitas conferente: Talia ſunt idolorum beneficia, ut cùm videntur prodeſſe, plus noceant: at vero Chriſti munera parva videntur, & maxima ſunt. Denique non B uni collata, ſed populis; nam & cibus edentium in ore creſcebat, & videbatur eſſe corporalis alimoniæ, ſed ſumebatur ſalutis æternæ.

89. Cur autem quinque millibus hominum plus redundat, quatuor millibus minus? Quia quatuor millia iſta triduo cum Chriſto fuerunt; & ideo amplius cæleſtis pabuli receperunt.

90. Nec otioſe quæ turbæ ſuperſunt, à diſcipulis colliguntur; quia ea quæ divina ſunt, apud electos facilius poſſis quam apud populos repe- C rire. Utinam mibi contingat audire: Collige quæ ſuperſunt. Si audiero & fecero, habebo multa quæ turbæ, habebo multa quæ pueri & mulieres edere nequiverunt. Beatus ille qui poteſt colligere quæ etiam doctis ſuperſunt.

91. Videamus quomodo colligat. Dixit Lex: Exod. 20. 14. *Non mœchaberis.* Fregit hunc panem Chriſtus, diviſit hoc verbum, non aliunde adjiciens, ſed de Matth. 5. 28. ſuo partiens: *Qui viderit*, inquit, *mulierem ad concupiſcendum, jam mœchatus eſt eam.* Habes frag- D mentum de ſuo. Ibidem. 29. Addidit: *Si oculus tuus dexter* Ibidem. 30. *ſcandalizat te, erue eum.* Habes aliud. *Et ſi dextera tua ſcandalizat te, abſcinde eam*; &, Luc. 16. 18. *Qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.* Vides ex uno quam multa fragmenta. Galat. 4. 22. Moyſes dicit quod *Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera.* Ibidem. 24. Paulus dixit: *Hæc ſunt duo Teſtamenta.* Diviſit hoc verbum, & invenit myſterium. Beatus ergo qui colligit, quæ dividit Chriſtus.

92. Qua ratione autem cophinos duodecim E Chriſtus implevit, niſi ut illud populi Judaici Pſal. 80. 7. ſolveret: *Quia manus ejus in cophino ſervierunt:* hoc eſt, populus qui ante lutum in cophinis colligebat, hic jam per crucem Chriſti vitæ cæleſtis operatur alimoniam; & eo fidei cibum congerit, ubi erat ante cœnum gentilis perfidiæ. Nec paucorum hoc munus? ſed omnium eſt. Nam per duodecim cophinos tamquam tribuum ſingula- Pſal. 103. 16. rum fidei firmamentum redundat: *Panis enim confirmat cor hominis.*

℣. 20. *Dixit autem illis: Vos quem me eſſe dicitis? Reſpondit Simon Petrus, Chriſtum Dei.*

93. Nec turbæ quidem otioſa opinio eſt, quia alii Eliam, quem venturum putabant: alii Johannem, quem decollatum ſciebant, aut unum de prophetis prioribus ſurrexiſſe credebant. Sed a hoc quærere ſupra nos eſt: a alterius ſcientiæ, alterius prudentiæ eſt. Nam ſi Paulo apoſtolo 1. Cor. 2. 2. ſatis eſt nibil ſcire niſi Chriſtum Jeſum, & hunc crucifixum, quid amplius mihi deſiderandum eſt ſcire quam Chriſtum? In uno enim hoc nomine A & divinitatis & incarnationis expreſſio, & fides paſſionis eſt. Et ideo licet ceteri apoſtoli ſciant; Petrus tamen reſpondit præ ceteris: *Tu es Chriſtus* Matth. 16. 16. *filius Dei vivi.* Complexus eſt itaque omnia, qui & naturam & nomen expreſſit, in quo ſumma virtutum eſt. Etiamne nos de generatione Dei inſerimus quæſtiones, cùm Paulus judicaverit nihil ſe ſcire niſi Chriſtum Jeſum, & hunc crucifixum: Petrus nihil amplius quam Dei Filium confitendum putaverit? Nos & quando, & quo- B modo natus ſit, & quantus ſit, humanæ infirmitatis contemplatione rimamur. Scivit Paulus quod in iſtis magis offendiculum quæſtionis, quam ædificationis profectus eſſet; & ideo judicavit nihil ſe ſcire niſi Chriſtum Jeſum. Scivit Petrus quod in Filio Dei omnia ſint: *Omnia* enim Johan. 13. 3. *dedit Pater Filio.* Si omnia dedit, æternitatem quam habet, majeſtatemque transfudit. Sed quo prolabor longius? Fidei meæ finis Chriſtus eſt, finis fidei meæ Dei Filius eſt. Non licet mibi C ſcire generationis ſeriem; non licet tamen neſcire generationis fidem.

94. Crede igitur ſic quemadmodum Petrus credidit; ut & tu beatus ſis, ut & tu audire merearis: *Quoniam non caro & ſanguis tibi revelavit,* Matth. 16. 17. *ſed Pater meus qui in cælis eſt.* Caro enim & ſanguis non queunt niſi quæ terrena ſunt revelare: at verò qui ſpiritu loquitur myſteria, non carnis & ſanguinis magiſterio, ſed divina inſpiratione fundatur. Noli ergo adquieſcere carni & ſan- D guini; ne carnis & ſanguinis haurias præcepta, atque ipſe ſanguis & caro fias. Qui enim carni adhæret, caro eſt: & *Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt.* 1. Cor. 6. 17. *Non permanebit*, inquit, *ſpiritus meus in hominibus iſtis in æternum, propter quod caro ſunt.* Gen. 6. 3.

95. Sed utinam caro & ſanguis non ſint qui audiunt, ſed à carnis & ſanguinis remoti cupiditatibus poſſint dicere ſinguli: *Non timebo quid faciat mibi caro.* Pſal. 55. 5. Qui enim carnem vicerit, Eccleſiæ fundamentum eſt: ſi æquare Petrum non po- E teſt, imitari poteſt; magna ſunt enim Dei munera, qui non ſolum nobis quæ noſtra fuerant reparavit, verumetiam quæ ſunt ſua propria conceſſit.

96. Refert tamen quid ſibi velit quod non alium turbæ opinabantur, niſi aut Eliam, aut Hieremiam, aut Johannem Baptiſtam. Et Eliam forte; quia raptus ad cælum eſt. Sed non Elias eſt Chriſtus: ille rapitur, iſte regreditur: ille inquam, rapitur, iſte rapinam non arbitratus eſt F eſſe ſe æqualem Deo: ille petiris ignibus vindicatur, bic perſecntores ſuos maluit ſanare, quam perdere. Cur autem Hieremiam putabant? Forſitaſſe quia ſanctificatus in vulva eſt. Sed non hic Hieremias: ille ſanctificatur, iſte ſanctificat: illius ſanctificatio cœpit ex corpore, hic ſanctus ex ſancto. Cur etiam Johannem populus putabat; niſi forte quia in matris utero poſitus, Domini præſentiam ſentiebat? Sed non hic eſt Johannes: ille adorabat in utero, hic adorabatur: ille baptizabat in aqua, Chriſtus in ſpiritu: ille pœnitentiam ſuadebat, bic peccata donabat.

97. Et ideo Petrus non exſpectavit populi

*. Midam intellige Phrygiæ regem quem poetæ, quò ſub ejus perſona quam ſtulta ſint avarorum vota, ob oculos ponerent, finxerunt eo munere donatum à Baccho, ut quidquid tangeret, in aurum verteretur. Vide Ovidii Metamor. lib. 11. Fab. 3.

a. Edit. Amerb. cum longe maxima parte mſſ. *alterius ſententiæ.* Præſtat tamen alia lectio.

Iohan. 8. 32. ſententiam, ſed ſuam promſit dicens: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* [a] Qui & ſemper eſt, nec cœpit ut eſſet, & eſſe non deficit. Magna autem Chriſti gratia, qui omnia prope vocabula ſua diſcipulis ſuis donavit. *Ego ſum*, inquit, *lux mundi*: & *Matth. 5. 14.* id tamen quo ipſe gloriatur, diſcipulis nomen indulſit dicens: *Vos eſtis lux mundi. Ego ſum panis* *Iohan. 6. 51.* *vivus*; & , *Nos omnes unus panis .... ſumus. Ego* *1 Cor. 10. 17.* *ſum vitis vera.* *Iohan. 15. 1.* Et tibi dicit: *Plantavi te vitem* *Hier. 2. 21* *fructuoſum omnem verum.* Petra eſt Chriſtus: *Bibebunt enim de ſpiritali ſequente petra, petra autem* *1. Cor. 10. 4* B *erat Chriſtus*: etiam diſcipulo ſuo hujus vocabuli *Matth. 16. 18.* gratiam non negavit; ut & ipſe ſit Petrus, quod de petra habeat ſoliditatem conſtantiæ, fidei firmitatem.

98. Enitere ergo ut & tu petra ſis. Itaque non extra te, ſed intra te petram require. Petra tua actus eſt, petra tua mens eſt. Supra hanc petram ædificatur domus tua; ut nullis poſſit nequitiæ ſpiritalis reverberari procellis. Petra tua fides eſt, fundamentum Eccleſiæ fides eſt. Si petra fueris, C in Eccleſia eris; quia Eccleſia ſupra petram eſt. Si in Eccleſia fueris, portæ inferi non prævalebunt tibi. Portæ inferi, portæ mortis ſunt: portæ autem mortis, portæ Eccleſiæ eſſe non poſſunt.

99. Quæ autem ſunt portæ mortis, hoc eſt, portæ inferi, niſi ſingula quæque peccata? Si fornicatus fueris, portas mortis ingreſſus es. Si fidem læſeris, portas inferi penetraſti. Si peccatum mortale commiſeris, portas mortis intraſti: D ſed potens eſt Deus, qui exaltet te de portis mortis; ut annunties omnes laudes ejus in portis [b] filiæ Sion. Portæ autem Eccleſiæ portæ caſtitatis ſunt, portæ juſtitiæ, quas juſtus intrare *Pſal. 117. 19.* conſuevit dicens: *Aperite mihi portas juſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino.* Sed ut porta mortis, porta inferi: ita & porta juſtitiæ, Dei *Ibidem 20.* porta eſt. *Hæc* enim *porta Domini, juſti intrabunt per eam.* Et ideo fuge pertinaciam delictorum, ne portæ tibi poſſint inferi prævalere; ſi enim E dominatum fuerit peccatum in te, mortis porta prævalebit. Fuge ergo contentiones, diſſenſiones, ſtrepitus, tumultuſque diſcordiæ; ne portas mortis ingreſſus incurras. Dominus enim Jeſus Chriſtus prædicari ſe primò noluit, ne ullus ſtrepitus naſceretur. [c] Increpat diſcipulos ſuos, ne cui hæc dicerent, quod

v. 22. *Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à principibus ſacerdotum, & ſenioribus, & ſcribis,* F *& occidi, & die tertio reſurgere.*

100. Et fortaſſe ideo hoc addidit Dominus, quia ſciebat difficile paſſioni & reſurrectioni etiam diſcipulos credituros. Et ideo paſſionis & reſurrectionis ſuæ adſertor eſſe maluit; ut ex facto fides, non ex auditu diſcordia naſceretur. Ergo Chriſtus noluit gloriari, ſed maluit ignobilis videri, ut paſſionem ſubiret: & tu qui ignobilis natus es, gloriaris? Eadem tibi, qua Chriſtus ambulavit, gradiendum eſt via. Hæc ejus agni- A tio, hæc ejus imitatio, per ignobilitatem ac bonam famam; ut glorieris in cruce Domini, ſicut ipſe eſt gloriatus. Sic ambulavit Paulus, & ideo gloriatur dicens: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.* *Galat. 6. 14.*

101. Sed videamus cur ſecundùm Matthæum *Matth. 16. 20.* reperiamus admonitos diſcipulos, ne cui dicerent quod ipſe ſit Chriſtus: hîc autem ſcriptum ſit increpatos eſſe, ne cui dicerent quod eſſet multa paſſurus, & reſurrecturus. Videtis quod B in uno Chriſti nomine omnia ſint. Ipſe eſt enim Chriſtus qui natus eſt ex Virgine, ipſe eſt qui mirabilia fecit in populo, ipſe qui mortuus eſt pro peccatis noſtris, & reſurrexit à mortuis. Unum horum ſi retraxeris, retraxiſti ſalutem tuam. Nam etiam hæretici habere ſibi Chriſtum videntur; nemo enim Chriſti nomen negat: ſed negat Chriſtum, qui non omnia quæ Chriſti ſunt, confitetur. Multis igitur ex cauſis jubet tacere diſcipulos; ut fallat principem mundi, ut declinet C jactantiam, doceat humilitatem; ſimul ne rudes & imperfecti adhuc diſcipuli maximæ prædicationis molibus opprimantur.

102. Nunc quâ cauſâ etiam immundos ſpiritus jubeat tacere, conſideremus. Sed & hoc nobis Scriptura aperuit, quia *Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas?* *Pſal. 49. 16.* Ne quis dum prædicantem audit, ſequatur errantem; improbus enim magiſter eſt diabolus, qui falſa veris ſæpe permiſcet; ut ſpecie veritatis teſtimonium fraudis D obtexat.

103. Etiam illud conſideremus, utrum hîc primùm mandaverit diſcipulis, ne cui dicerent quia ipſe eſſet Chriſtus: an vero & ante mandaverit, quando apoſtolos duodecim deſtinavit, denuntians illis: *In viis gentium ne ambulaveritis, & in civitates Samaritanorum ne introieritis: ite autem ad oves quæ perierunt domus Iſrael .... ægrotos curate .... leproſos mundate, dæmonia ejicite .... & in quamcumque civitatem .... intraveritis, diſcite* E *quis in ea dignus ſit, atque ibi manete.* *Matth. 10. 5. 6. 8 & 11.* Itaque nec hîc mandatum videtur, ut Chriſtum Dei Filium prædicarent.

104. Ordo igitur * diſputationis eſt ordo tractatus, & ideo etiam nos, cùm aliqui ex gentibus vocantur ad Eccleſiam, ita præceptorum ſeriem formare debemus, ut primò unum Deum auctorem mundi, omniumque eſſe doceamus, in quo vivimus, & ſumus & movemur, cujus & genus ſumus; ut non ſolum propter munera lucis & F vitæ, verum etiam propter cognationem quamdam generis diligendus à nobis ſit. Deinde opinionem illam, quæ eſt de idolis, deſtruamus; ut non poſſit auri argentique vel ligni materia vim in ſe habere divinam. Cùm unum Deum eſſe perſuaſeris, [d] tunc indicio ejus adſtrues per Chriſtum nobis ſalutem datam; incipiens ab illis quæ geſſit in corpore, & ea divina deſcribens, ut plus quam homo fuiſſe videatur, victam unius virtute mortem, mortuumque ab inferis ſuſcitatum; paulatim enim fides creſcit, ut cùm ſu-

a. Edit. omnes, cum paucis mſſ. *Qui eſt ſemper eſt.* Cetera cum mſſ. reliquis conveniunt; niſi quod Rom. ſic proſequitur, *nec cœpit, nec eſſe deficit.*

b. Ita mſſ. prope ad unum. At edit. omnes: *filiæ Sion. Sunt enim portæ caſtitatis, ſunt portæ juſtitiæ*

c. Rom. edit. ſola, *Sic enim ſcribit Evangeliſta: At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent.* Sed frequentes illi tales mutationes.

*. Id eſt quemadmodum in diſputationibus philoſophicis procedere ſolent à facilioribus & ſimplicioribus ad difficiliora & magis impedita, ſic in tractando quoque Evangelio procedendum.

d. Amerb. cum mſſ. aliquot, *tunc judicio ejus.* Minus bene.

pra homines fuiſſe videatur, Deus eſſe credatur. A Nam niſi probaveris quod facere illa ſine divina virtute non potuit, quemadmodum potes probare in eo vim fuiſſe divinam?

105. Sed fortaſſe nobis parum auctoritatis & fidei deferatur: lege ſermonem Apoſtoli apud Athenienſes habitum, qui ſi à primo deſtruere voluiſſet cæremonias idolorum, ſermonem ejus aures gentilium reſpuiſſent. Ab uno igitur Deo Act. 17. 24. operatore mundi incipit dicens: *Deus qui fecit mundum, & cuncta quæ ſunt in eo.* Negari non B poterat unum operatorem eſſe mundi, unum Deum, unum omnium creatorem. Adjunxit eo a quod cæli & terræ Dominus [a] in manufactis non dignetur habitare. Deinde quod intra auri argentique caſſam materiem nequaquam veriſimile ſit artificio hominis vim divinitatis includi: erroris remedium docens eſſe ſtudium pœnitendi. b Tunc venit ad Chriſtum, [b] nec tamen Deum Ibidem 31 maluit quam hominem nuncupare, dicens: *In viro quo definivit omnibus fidem, ſuſcitans eum ab* C *inferis.* Qui enim tractat, debet audientium conſiderare perſonas; ne priùs irrideatur quam audiatur. Quomodo enim Athenienſes crederent Ibidem 32. quia Verbum caro factum eſt, & de Spiritu ſancto Virgo concepit, qui irridebant quia reſurrectionem Ibidem 34 audierant mortuorum? Tamen & Dionyſius Areopagites credidit, & alii crediderunt in virum; ut in Deum crederent. Quid intereſt, quo quiſque credat ordine? NON IN PRINCIPIIS perfecta quæruntur: ſed de principiis ad ea quæ D perfecta ſunt pervenitur. Ergo tali Athenienſes informavit præcepto: talis nobis apud gentiles ordo ſervandus eſt.

106. At vero cùm Judæos alloquerentur apoſtoli, ipſum Chriſtum eſſe dicebant qui propheticis nobis eſſet promiſſus oraculis: quèm non prius auctoritate ſua Dei filium nominabant: Act. 2. 22. & 3. 14. & 13. 33. ſed virum probatum, virum juſtum, virum à mortuis ſuſcitatum, illum virum de quo dictum eſt in Pſal. 2. 7. prophetis: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* E Ita ergo & tu ad ea quæ difficilè creduntur, auctoritatem divini ſermonis adſciſce, & promiſſum ejus adventum prophetarum voce deſigna: reſurrectionem quoque multo ante compertam Scripturarum teſtimoniis edoceto, non uſitatam cum ceteris atque communem; ut in ipſa ſuſcitati corporis adſertione, æternæ teſtimonium divinitatis adquiras. Cùm enim ceterorum corpora corruptionem probaveris ſubiiſſe Pſal. 15. 10. poſt mortem, hunc unique de quo dicitur: *Non* F *dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, comprobas humanæ fragilitatis expertem, probas humanæ conditionis merita ſupergreſſum, Deo magis quam hominibus conferendum.

A 107. Quod ſi ad ſacramenta fidelium tendens catechumenus imbuendus ſit, dicendum quia unus eſt Deus ex quo omnia, & unus Jeſus 1. Cor. 8 6. Chriſtus per quem omnia: non duos dominos eſſe dicendos: perfectum quidem Patrem, perfectum eſſe & Filium; ſed unius Patrem & Filium eſſe ſubſtantiæ: Verbum æternum æterni Dei, non quod profertur, ſed quod operatur; ex patre genitum, non voce editum. Prohibentur ergo apoſtoli evangelizare eum Dei Filium, B ut evangelizarent poſtea crucifixum. Hæc eſt fidei gloria, ſi vere intelligas crucem Chriſti. Aliæ cruces nihil mihi proſunt, ſola crux Chriſti mihi utilis eſt, & vere utilis, *Per quam mihi mun-* Galat. 6. 14. *dus crucifixus eſt, & ego mundo.* Si mihi crucifixus eſt mundus, ſcio quia mortuus eſt, non diligo eum: ſcio quia præterit, non concupiſco eum: ſcio quia corruptela conſumit hunc mundum, quaſi fœtidum vito, quaſi luem caveo, quaſi nociturum relinquo.

C 108. Sed non ſtatim per crucem poſſunt aliqui credere ſalutem mundo refuſam. Adſtrue ergo per hiſtorias Græcorum hoc fuiſſe poſſibile, ſicut interdum etiam Apoſtolus ſuadet incredulis: Act. 17. 28. nec [c] verſus poeticos refugit, ut fabulas deſtruat c poetarum. Si enim revocetur in memoriam quod legiones ſæpe & magnos populos, oblatis aliquorum mortibus, * hiſtoriæ Græcorum adſerant li- * beratos: ſi recordetur quod imperatoris filia propter Græcorum exercitus transferendos ad D ſacrificium ſit vocata: ſi noſtrum illud conſideremus, quia *Sanguis taurorum & hircorum, &* Hebr. 9. 13. *cinis vitulæ adſperſus inquinatos ſanctificat ad carnem emundandam*, ſicut ad Hebræos ſcriptum eſt. * Si peſtilentia regionum aliquibus homi- * num contracta peccatis, unius alicujus morte adſeritur eſſe reſoluta; [d] quod aut ratione præ- d valuit, aut diſpoſitione convaluit, quo facilius in crucem Domini crederetur: proclive erit ut qui ſua negare non poſſunt, noſtra confirment.

E 109. Sed quoniam nullus hominum tantus eſſe potuit, qui totius peccata tolleret mundi, neque Enoch, neque Abraham, neque Iſaac Gen. 22. 9. qui licet morti ſe obtulerit, ſervatus tamen eſt; quia omnia non poterat abolere peccata (quis enim tantus homo, in quo omnium peccata morerentur) idcirco non unus è plebe, non unus è numero, ſed Filius Dei à Deo Patre electus eſt, qui cùm ſupra omnes eſſet, pro omnibus ſe poſſet offerre: quem mori oportuit, ut cùm eſſet F fortior morte, alios liberaret, *Factus .... inter* Pſal 87. 6. *mortuos ſine adjutorio liber*, ſine adjumento ſcilicet hominis, aut alicujus creaturæ, liber à morte. Et bene liber, qui ſervitutem cupiditatum repulit, mortis vincla neſcivit.

a Mſſ. aliquot, *non in manufactis idolis*. Melius alii quam edit. vocem, *idolis*, non admittunt, pro qua ſubauditur *templis*, ut refer tur ad Apoſtoli verba, *οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ*.

b Mſſ quatuor, *nec tamen Deum tacuit, quando hominem nuncupavit*. Infra vero ubi cuncti mſſ. & ant. edit. *definivit omnibus fidem*, Rom. repoſuit, *definivit, præbens omnibus fidem*, in quo ei textus Apoſtolicus patrocinatur.

c Nonnulli mſſ. *verſus propheticos*. Minus commode; niſi quis velit ad id alludi, quod Apoſtolus Tit. 1. 12. poetam Epimenidem vocet Cretenſium prophetam, cujus etiam carmina *χρησμοὶ* titulo inſcripta erant: qua de re videſis Grotium in eumdem locum.

*. Similia de Codro ultimo Athenienſium rege narrat Pauſanias in Atticis, & poſt eum Euſebius: nec non ex Latinis Juſtinus, Paterculus, atque alii. Quod autem ſubnectitur de *imperatoris filia .... ad ſacrificium vocata*; innuitur Iphigenia Agamemnonis Græcorum in bello Trojano imperatoris filiæ ſacrificium: quam fabulam non ſolum Euripides in Trag. de hoc argumento, & alii poetæ pluribus locis, ſed etiam Dictys Cretenſis hiſtoricus lib. 1. *de Bello Troj.* commemorat.

*. Cùm peſtis totam Aoniam devaſtaret, oraculumque reſpondiſſet eam tum demum ceſſaturam, ſi ſe duæ Virgines morti devoviſſent, filiæ cujuſdam Orionis Bœotii ultro ſibi violentas manus inferentes peſtem ſedaſſe referuntur. Vide Anton. Liberalem ex Nicandro lib. 4. *Alteratorum*, & Corinna lib. 1. *Mutationum*. Sed forte ad Thebanam luem quæ ſub Oedipode contigit, quæque ipſo in exſilium abeunte, atque interfecta matre Jocaſta, ceſſaſſe dicitur, hoc loco reſpexit Ambroſius. De qua re conſule Diodorum lib. 1. Statium, Senecam & alios.

d. Rom. edit. ſola, *quod aut relatione prævaluit*.

LIBER SEPTIMUS.

℣. 27. *Dico autem vobis, vere ſunt aliqui hic ſtantes qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei.* A

1. Semper Dominus ſicut ad præmia erigit futura virtutum, atque utilem ſæcularium rerum docet eſſe contemtum: ita etiam infirmitatem mentis humanæ præſentium remuneratione ſuſtentat. Arduum quippe eſt crucem tollere, & animam periculis, morti corpus offerre: negare quod ſis, cùm velis eſſe quod non ſis; raroque, quamvis excelſa virtus, futuris præſentia com- B mutat. DIFFICILE quippe videtur hominibus, ut ſpem periculis emant; damnoque præſentium futuræ lucrum mercentur ætatis. Ergo bonus & moralis magiſter ne quis deſperatione frangatur aut tædio; quoniam vitæ dulcis illecebra conſtantem quoque mulcet affectum, continuos vivendi ſucceſſus fidelibus pollicetur; frigent enim ſolatia ſub metu mortis, magnuſque amor vitæ ægre blanditias ſpei cum appetitæ ſalutis terrore compenſat. Non habes igitur quod queraris, non C habes quod excuſes: arbiter omnium dedit & virtuti præmium, & infirmitati remedium; ut præſentibus ſuſtineatur infirmitas, virtus futuris. Si fortis es, contemne mortem: ſi imbecillis es, fuge. Sed nemo poteſt fugere mortem, niſi vitam ſequatur. Vita tua Chriſtus eſt, ipſa eſt vita quæ mori neſcit.

2. Itaque ſi volumus mortem non timere, ſtemus ubi Chriſtus eſt; ut & de nobis dicat: *Vere ſunt aliqui hic ſtantes, qui non guſtabunt mortem.* D Non ſatis eſt ſtare, niſi ubi Chriſtus eſt, ſtetur; ſoli enim non queunt guſtare mortem qui poſſunt ſtare cum Chriſto. In quo licet ex verbi ipſius qualitate perpendere, ne tenuem quidem ſenſum habituros mortis, qui Chriſti videantur meruiſſe conſortia. Certe mors corporis libando guſtetur, vita animæ poſſeſſione teneatur.

3. Sed quid eſt guſtare mortem? Ne forte quemadmodum panis vita eſt, ita etiam panis Pſal. 126. 2. mors ſit; ſunt enim qui manducant panem dolo- E Pſal. 73. 14. ris: ſunt etiam Æthiopum populi qui acceperunt in eſcam draconem. Abſit à nobis venenum draconis vorare; habemus enim panem verum, panem illum qui deſcendit de cælo. Panem illum manducat, qui ea quæ ſcripta ſunt ſervat. Sunt ergo qui mortem non guſtent, donec videant regnum Dei. Sunt etiam qui mor- Pſal. 88. 49. tem non videant, ſicut ſcriptum eſt: *Quis eſt homo qui vivet, & non videbit mortem?*

4. Sed quis eſt homo qui non moriatur, cùm F reſurrectio niſi mortui eſſe non poſſit? Quamvis de Enoch & Elia nullam mortem corporis accepimus, & de Evangeliſta Johanne Dominus Johan. 21. 22. dixerit: *Sic eum volo manere donec venio*; tamen quoniam non de uno Johanne hoc putamus expreſſum, ſed generale de multis hoc eſſe præceptum; non hîc mors corporis, ſed animæ denegatur. Sunt enim qui mortui vivunt; quoniam ſunt qui viventes mortui ſunt, ſicut vidua illa quæ 1. Tim. 5. 6 *vivens mortua eſt*, ſicut ſcriptum eſt: *Veniat mors* Pſal 54. 16 *ſuper eos, & deſcendant in infernum viventes.* Si ergo vivus quis in infernum deſcendit ([a] peccato enim mortuus in inferni deſcendit habitaculum) ſunt profecto quibus nec in morte corporis interruptus ſit ordo vivendi, ſicut Abraham, Iſaac, & Jacob, quos vivere divinæ ſententiæ auctoritate comperimus, quoniam cùm ſit Deus Matth. 22. 32 Abraham, Iſaac, & Jacob, non utique mortuorum eſt Deus, ſed viventium.

5. Itaque non de uno, ſed de pluribus dicit; neque enim Petrus mortuus eſt, cui juxta Do- Matth. 16 18. minicam ſententiam inferi porta prævalere non potuit. Nec Jacobus & Johannes mortui filii to- Marc 3 17. nitrui, quibus in uſum gloriæ cæleſtis adſumtis non prævalent terrena, ſed ſubjacent. Eſto ergo & tu Petrus, devotus, fidelis, pacificus; ut portas Eccleſiæ aperias, & portas mortis evadas. Eſto filius tonitrui. Dicis: Quomodo poſſum eſſe filius tonitrui? Potes eſſe, ſi non in terra, ſed in pectore Chriſti recumbas. Potes eſſe filius tonitrui ſi te terrena non moveant, ſed ipſe potius ea quæ terrena ſunt, mentis tuæ virtute concutias. Tremat te terra, non capiat: vereatur caro poteſtatem animi tui, & concuſſa ſubdatur. Eris filius tonitrui, ſi fueris filius Eccleſiæ. Dicat & tibi de patibulo crucis Chriſtus: *Ecce mater tua.* Johan 19. 27. Dicat & Eccleſiæ: *Ecce filius tuus*; tunc enim in- Ibidem. 26. cipis eſſe filius Eccleſiæ, cùm in cruce victorem videris Chriſtum. Nam qui crucem ſcandalum putat, Judæus eſt, Eccleſiæ filius non eſt: qui crucem ſtultitiam putat, Græcus eſt. Ille autem eſt Eccleſiæ filius, qui crucem triumphum putat, [b] qui crucem Chriſti triumphantis agnoſcit.

6. Ergo ut ſcias quia Petrus, Jacobus, & Johannes mortem non guſtaverunt, gloriam reſurrectionis videre meruerunt; ſolos enim tres iſtos ℣. 28. poſt hæc fere verba in diebus octo adſumſit, & duxit in montem. Quid eſt quod iſte dicit: *In diebus octo poſt hæc verba?* Ne forte quia is qui verba Chriſti audit & credit, reſurrectionis tempore gloriam Chriſti videbit; octava enim die facta eſt reſurrectio; unde & plerique pſalmi in octa- Pſal. 6. & 11. vam inſcribuntur. Aut fortè ut oſtenderet nobis quia dixerat quod is qui propter Dei verbum perdiderit animam ſuam, ſalvam faciet eam; quoniam promiſſa ſua in reſurrectione reſtituat.

7. Sed Matthæus & Marcus poſt dies ſex adſum- Matth 17. 1. tos hos eſſe memorarunt. De quo poſſemus di- Marc. 9. 1. cere, poſt ſex millia annorum; *Mille enim anni in* Pſal. 89. 4. *conſpectu Dei tamquam dies una*: ſed plures [*] quàm ſex millia computantur anni; & malumus ſex

a. Edit. omnes, *peccato enim mortis in infernum deſcendit*. *ſunt* &c. MSſ. contra ut in textu, excepto quod in paucis, *mortis*, legitur pro, *mortuus*, ac *infernum* . . . *ad habitandum*, pro *inferni* . . . *habitaculum*. Poſſo peccatum *mortis* potuit Ambroſius illud dicere, quod ſupra lib. 6 n 99 peccatum *mortale*, appellaverat.

b. Ita omnes edit. ac pauc. mſſ. Al. vero cum frequentiores, tum antiquiores, *qui vocem Chriſti* &c.

* Hanc ſupputationem Ambroſio peculiarem eſſe tradit Sixtus Sen. Bibl. lib. 5. Annot. 190. *Nam*, inquit, *ſecundum Hebraica veritatis calculum Ambroſii tempore nondum præterierant anni* 4400. Verum hæc ſancti Præſulis opinio magnis auctoribus defenditur Theoph. Cypr. Clem. Alex. & aliis. Diverſitatis autem ratio eſt, quod qui LXX ſenes ſecuti ſunt, multo majorem annorum numerum mundi ætatibus ac potiſſimum primæ attribuant, quam ii qui Hebræis Latiniſque codicibus adhæſerunt. Sed de his adi, ſi vacat, Genebr. Torniel. Baron. in Apparatu Hiſt §. cxxx. Scalig. de Emend. Temp Calviſ. in Chronol. Petav de Doctrina Temp. & alios.

dies per ſymbolum intelligere, quòd ſex diebus A mundi opera ſunt creata; [a] ut per tempus opera, per opera mundum intelligamus. Et ideo mundi temporibus impletis, reſurrectio futura monſtratur: aut quia is qui ſupra mundum adſcenderit, & hujus ſæculi momenta tranſcenderit, velut in ſublimi locatus, futuræ reſurrectionis fructum exſpectabit æternum.

8. Tranſcendamus igitur opera mundi; ut poſſimus facie ad faciem Deum videre. *Adſcende in montem qui evangelizas Sion.* (Eſai. 40. 9.) Si in montem adB ſcendit qui evangelizat Sion, quanto magis qui Chriſtum evangelizat, & Chriſtum in gloriam reſurgentem? Fortaſſe enim in corpore eum multi videant; multi enim ſecundum carnem cognovimus Chriſtum: nunc autem jam non novimus.

9. Multi cognovimus, quia multi vidimus. *Vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque decorem.* (Eſai. 53. 3.) Tres autem ſoli, & tres electi ducuntur in montem. Putarem in tribus myſtice genus hominum C comprebenſum; quia ex tribus filiis Noe genus omne defluxit humanum, niſi electos cernerem. Aut fortaſſe quia ſoli ex omnibus ad reſurrectionis pervenire gratiam qui Chriſtum confeſſi fuerint, merebuntur; (Pſal. 1. 5.) quia impii in judicium non reſurgunt, ſed tamquam habito judicio puniuntur. Tres igitur eliguntur, qui adſcenderent montem; quia & duo eliguntur qui cum Domino viderentur. Utrinque ſacratus numerus. Et hoc fortaſſe propterea, quia nemo poteſt reſur- D rectionis gloriam videre, niſi qui integrum myſterium Trinitatis incorrupta fidei ſinceritate ſervaverit. Petrus adſcendit, (Matth. 16. 19.) qui claves regni cælorum accepit: Johannes quoque, (Johan. 19. 2.) cui committitur Domini mater: Jacobus etiam, [b] qui primus ſolium ſacerdotale conſcendit.

10. (℣. 30.) Inde apparent Moyſes & Elias, hoc eſt, Lex & prophetia cum Verbo; neque enim Lex poteſt eſſe ſine Verbo: neque propheta, niſi qui de Dei Filio prophetarit. Et illi quidem filii toni- E trui corporali gloria Moyſen quoque & Eliam ſpeculati ſunt: ſed etiam nos quotidie [c] videmus Moyſen cum Dei Filio; videmus enim Legem in Evangelio cùm legimus: *Diliges dominum Deum tuum.* (Deut. 6. 5.) Videmus Eliam cum Dei Verbo, cùm legimus: *Ecce Virgo in utero accipiet.* (Eſaia 7. 14.) Unde bene Lucas addidit, quia

℣. 31. *Dicebant exceſſum ejus quem completurus erat in Hieruſalem.*

11. Docent enim te de exceſſu ejus myſteria. F Et hodie Moyſes docet, & hodie Elias loquitur, & hodie in majore gloria videre poſſumus Moyſen. Quis enim non poteſt, quando & populus Judæorum eum videre potuit, immo vidit? Vidit enim in gloria faciem Moyſi: (Exod. 34. 38 & ſeq.) ſed velamen accepit, ſed in montem non adſcendit. Et ideo erravit, quia ſolum Moyſen vidit, Dei Verbum ſimul videre non potuit.

12. Revelemus igitur nos faciem noſtram; ut revelata facie gloriam Dei ſpeculantes, in eamdem imaginem reformemur. Adſcendamus in montem, deprecemur Dei Verbum; ut in ſpecie & pulcritudine ſua nobis appareat, & confortetur, & proſpere procedat, & regnet. Et hæc enim myſteria ſunt, & altius referuntur; etenim pro tua poſſibilitate aut minuitur tibi Verbum, aut creſcit, ac niſi altioris prudentiæ cacumen adſcendas, non tibi apparet ſapientia, non tibi apparet myſteriorum cognitio, non tibi apparet quanta ſit gloria, quanta ſit ſpecies in Dei Verbo: ſed Dei Verbum quaſi quodam apparet in corpore, non habens ſuam ſpeciem, neque decorem; & apparet quaſi homo in plaga, qui ferre poſſit infirmitates noſtras: apparet tibi quaſi quidam ſermo natus ex homine, litterarum opertus involucris, virtute ſpiritus non refulgens. Sed ſi dum hominem conſideras, de Virgine credas eſſe generatum, & paulatim adſpiret fides, quòd de Spiritu Dei natus ſit, incipis montem adſcendere. Si in cruce poſitum triumphantem de morte videas, non peremtum: ſi videas quod terra tremuit, ſol refugit, tenebræ offuſæ ſunt oculis perfidorum, monumenta aperta ſunt, mortui ſurrexerunt; ut eſſet indicio quia gentilis populus qui mortuus erat Deo, tamquam reſeratis ſui corporis tumulis, infuſo crucis lumine reſurrexit: ſi huc videas myſterium, in excelſum adſcendiſti montem, alteram Verbi gloriam cernis.

13. Veſtimenta ejus alia deorſum ſunt, alia ſurſum. Et fortaſſe veſtimenta Verbi, ſermones ſunt Scripturarum, & quædam intellectus indumenta divini; quia ſicut ipſe Petro, Johanni, & Jacobo (℣. 29.) in altera ſpecie apparuit, & veſtitus ejus albus refulſit; ita & oculis tuæ mentis jam divinarum lectionum ſenſus albeſcit. Fiunt igitur verba divina ſicut nix, veſtimenta Verbi candida nimis, qualia fullo ſuper terram facere non poteſt.

14. Quæramus hunc fullonem, quæramus hanc nivem. Legimus ad villam fullonis adſcendiſſe (Eſai. 7. 3.) Eſaiam. Quis eſt iſte fullo, niſi forte ille qui delicta noſtra lavare conſuevit? Denique ipſe dixit: *Si fuerint delicta veſtra ſicut phœnicium, ut nivem dealbabo.* (Eſai. 1. 18.) Quis eſt iſte fullo, niſi qui indumenta noſtri intellectus abluit, & induit nos indumenta virtutum, ablutiſque maculis corporalibus, Soli ſolet offerre divino?

15. Audivi etiam (ut ad redarguendos eos de contrariis ſumamus exemplum) [*] duorum prudentium facundiam nivi & apibus comparaſſe. Inveni quoque dixiſſe David: *Quam dulcia faucibus meis verba tua, ſuper mel & favum ori meo!* (Pſal. 118. 103.) Et infra: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, & lux ſemitis meis.* (Ibid. 105.) Verbum Dei lux eſt,

a. Corb. mſ. *ut per tempora mundum intelligamus.*

b Rom. edit. *qui primus martyrium ſuſtinuit*, ubi ſubintellige, *apoſtolorum*. Recta emendatio, non enim hic Jacobus epiſcopalem Jeroſolymorum ſedem tenuiſſe uſquam legitur: quod de Jacobo Alphæi filio fratreque Domini poſt Clem. Alex. tradit Euſebius Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 1. & alii. Malumus tamen cum Maldonato in cap. 17. Matth. lapſum memoriæ, quem idem etiam Auguſtino adſcribit, in Ambroſio noſtro agnoſcere, quam ab omnibus mſſ. ac vet. edit. deſciſcere. Ceterum obſervandum obiter non deeſſe qui Jacobum Alphæi diſtinctum velint à Jacobo fratre Domini, contendantque primum apoſtolum fuiſſe, non ſecundum: ſecundum verò Jeroſolymorum epiſcopum extitiſſe, non primum. Videſis Hollandi continuat. ad 1 Maii.

c. Eadem edit. Rom. *videmus Moyſen & Eliam cum Dei Filio. Videmus enim Moyſen in Evangelio.* Melius aliæ, & cuncti mſſ. ut in textu. Etenim primum de ſola Moyſe probat, quod eum videamus, quia verba Legis quam is in monte repræſentabat, in Evangelio legimus: poſtea Eliam quoque à nobis videri adſtruerat, quandoquidem in Evangelio occurrit propheta, cujus in eodem monte Elias quamdam referebat adumbrationem.

*. Intellige Ulyſſem ac Neſtorem, de quibus Homer. Iliad. Δ & Γ. nec non poſt eum Cic. *de Senect.* & Quint. lib. 12. cap. 10.

verbum Dei nix eſt. Super mel quoque & favum A eſt Dei verbum, quòd ore divino melle dulcior fluxit oratio, & perſpicua, nivis ritu, mollioribus cadunt verba ſententiis. Vere hic ſolus ſermo nivibus comparandus, qui de cælo miſſus in terras, jejuna noſtrorum arva pectorum fœcundavit. Quod non uſurpatorie præſumtum, ſed ex lectionis ſerie derivatum Deus ipſe teſtatur, di-
Deut. 32. 2. cens: *Exſpectetur ſicut pluvia eloquium meum, & deſcendant velut ros verba mea, ſicut imber ſuper gramen, & ſicut nix ſuper fœnum.*

16. Utinam, domine Jeſu, mens mea pluviæ tuæ humore viridefcat: utinam terram meam nivis iſtius candore reſpergas; ne præpropero calore vernantis corporis arva luxurient, ſed potius fotu nivali ſemina verbi cæleſtis preſſa fœcundent. Nix cùm cadit, aves cæli ubi inhabitent non habent, & lætior ſolito tritici proventus exuberat.

℣. 32. 17. Vidit [a] hanc gratiam Petrus, viderunt & qui cum illo erant, licet ſomno gravati fuiſſent; C premit enim incomprehenſibilis ſplendor divinitatis noſtri corporis ſenſus. Nam ſi ſolis radium è regione oculorum contuentium corporea nequit acies ſuſtinere; quomodo Dei gloriam humanorum ferret corruptela membrorum? Eoque purior & ſubtilior exhauſtâ concretione vitiorum, corporis habitus in reſurrectione formatur. Et fortaſſe ideo gravati erant ſomno, ut reſurrectionis viderent ſpeciem poſt quietem. Itaque evigilantes viderunt majeſtatem ejus; nemo enim D niſi vigilans gloriam videt Chriſti. Delectatus eſt Petrus, & quem ſæculi hujus illecebroſa non caperent, gratia reſurrectionis illexit.

℣. 33. Philip. 1. 23. 18. *Bonum eſt*, inquit, *nos hic eſſe* (hinc & ſanctus Paulus ait: *Diſſolvi* enim, *& cum Chriſto eſſe multo melius*) nec laudaſſe contentus, non ſolum affectu, ſed etiam factorum devotione præſtantior, ad exædificanda tabernacula tria impiger operarius communis obſequii miniſterium pollicetur. Et quamvis neſciret quid diceret, tamen E pollicebatur officium: quo non inconſulta petulantia, ſed præmatura devotio fructus pietatis accumulat. Nam quod ignorabat, conditionis fuit: quod promittebat, devotionis. Sed non capit humana conditio in hoc corruptibili, in hoc mortali corpore facere tabernaculum Deo. Sive in animo, ſive in corpore, ſive alio aliquo loco fuge quærere quod non licet ſcire. Si Petrus neſcivit, quemadmodum tu potes ſcire? Si neſcivit ille qui promiſit, & qui corporis termi- F nos magnitudine animi neſciebat; quemadmodum ſcire nos poſſumus, deſidia quadam mentis intra proſeptum carnis incluſi? Denique placuit tanta devotio Deo.

℣. 34. *Et inter hæc verba facta eſt nubes, & obumbravit eos.*

19. Divini ſpiritus eſt obumbratio iſta, quæ non caligat affectibus hominum, ſed revelat occulta. Quæ etiam alio comperta eſt loco, dicente angelo: *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Luc. 1. 35. Cujus profectus oſtenditur, audita Dei voce dicentis:

Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. ℣. 35.

20. Hoc eſt, non Elias filius, non Moyſes filius: ſed hic eſt Filius, quem ſolum videtis; receſſerant enim illi, ubi cœpit Dominus deſignari. Vides hanc non ſolum inſipientium, ſed etiam B perfectorum, immo etiam cæleſtium fidem eſſe perfectam, Filium Dei ſcire. Sed quoniam hæc jam ſupra diximus, cognoſce nubem iſtam non fumigantium eſſe montium nebuloſo humore concretam, & coacti aeris caliginem piceam, quæ cælum tenebrarum horrore ſubtexat: ſed lucidam nubem, quæ nos non pluvialibus aquis, & humentis alluvione imbris immadidet; ſed de qua mentes hominum voce Dei omnipotentis emiſſa, ros fidei rigavit.

Et dum fit vox, inventus eſt Ieſus ſolus. ℣. 36.

21. Itaque cùm tres eſſent, unus eſt factus. Tres in principio videntur, unus in fine; [b] perfecta enim in fine unum ſunt. Denique hoc etiam Dominus Patrem orat, ut omnes unum ſimus. Nec Iohan 17. 21. ſolum Moyſes & Elias in Chriſto unum ſunt, ſed etiam nos unum corpus ſumus Chriſti. Ergo & illi [c] tamquam recipiuntur in Chriſti corpus; quia & nos unum erimus in Chriſto Jeſu. Aut fortaſſis quia Lex & propheta ex Verbo: quæ autem ex Verbo cœperunt, in Verbo deſinunt: *Finis enim* Rom 10. 4. *Legis eſt Chriſtus, ad juſtitiam omni credenti.*

* *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos, ubi requieſcant: nam Filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* ℣. 58.

22. Non videtur convenire rationi, ut ſimplicem fidelemque iſtum arbitremur, qui Domini dignatione reſpuitur; cùm indefeſſi famulatus obſequium ſpopondiſſet: ſed Dominus non obſequiorum ſpeciem, ſed puritatem quærit affectus. Denique ſupra ait:

Quicumque receperit puerum iſtum in nomine meo. ℣. 48.

23. Quo loco Dominus ſimplicitatem ſine arrogantia docet, caritatem ſine invidia, devotionem ſine iracundia eſſe debere: nam & pueri mens provectioris affectu recipienda ſuadetur; quia dum puer nihil ſibi vindicat, formam virtutis exſequitur: & ſi rationem neſcit, culpam ignorat. Tamen quia pleriſque non virtus, ſed infirmitas videtur ſine ratione ſimplicitas; ut tu veram recipias admoneris, id eſt, ut exſequaris [d] induſtriâ munus naturæ. Et ideo ait:

Quicumque receperit puerum iſtum in nomine Ibidem. *meo, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me miſit.*

24. Qui enim imitatorem Chriſti recipit, Chriſ-

a Quædam edit. Pariſ. ac mſſ. nonnulli, ſed recentiores, *hanc gloriam*.
b Sex mſſ. *perfecta enim unum ſunt*. Quinque, *perfecta enim fide unum ſunt*. Alii aliquot, & omnes edit. *perfecta enim fide unum ſunt*. At omnium optime unus Colb. *perfecta enim in fine* &c. Eſt enim pars illius antecedentis, *unus in fine*.
c. Omnes edit. *tamquam in uno corpore*. Sed nullus mſſ. voces, *in uno corpore*, agnoſcit.

*. Ab his verbis uſque ad num. 30. omnia in Rom. edit fuere tranſpoſita, ut ad ordinem verſiculorum Scripturæ accommodarentur. Sed præterquam quod reclamant omnes mſſ. ac vet. edit. ſeries orationis Ambroſianæ manifeſte corrumpitur, ut patebit illam attentius diſpicienti. Porro ejuſdem Rom. edit. mutationes non putavimus hoc loco repræſentandas, ne plus nimio margines onerentur. Confer, ſi lubet, inter ſe eaſdem edit. ac vet.
d. Mſſ. aliquot, *induſtriam unius naturæ*.

tum recipit: & qui imaginem Dei receperit, recipit A Deum. Sed quia imaginem Dei non poteramus videre, facta eſt ad nos per incarnationem Verbi preſentia; ut reconciliaretur oobis quæ ſupra nos eſt divinitas.

25. Quod autem propenſius ſtudio caritatis Johannes plurimùm diligens, & ideo redamatus plurimùm, excludendum putat à beneficio eum, qui noo utatur obſequio, rectè non reprehenditur, ſed docetur: oon reprehenditur, quia amore faciebat, ſed docetur; ut noverit iofirmorum B eſſe firmorumque diſtantiam. Et ideo Dominus etſi fortiores remuoerat; tamen oon excludit infirmos.

ỹ. 50. *Sinite eos, & nolite prohibere; qui enim non eſt adverſum vos, pro vobis eſt.*

26. Bene, Domine, nam & Joſeph & Nicodemus occulti diſcipuli propter metum, in tempore tameo ſuum tibi officium non negarunt. Sed tamen quia alibi dixiſti: *Qui non eſt mecum, adverſùm* C *me eſt: & qui mecum non colligit, diſpergit;* aperi nobis, oe videatur eſſe contrarium. Et puto quia ſi quis mentium conſideret ſcrutatorem, dubitare non debeat uniuſcujuſque factum mente diſcerni. Denique alii dicit, *ſequere me:* alii, *vulpes foveas habent.* Ille cogitur, iſte removetur; ut ſcias quia devotus admittitur, iodevotus excluditur.

ỹ 54. & ſeq. 31 q 4 cap Quod Chriſtus.

27. Quod vero diſcipulos increpavit quia ignem ſuper eos deſcendere geſtiebant, qui non rece- D perant Chriſtum: oſtenditur nobis oon ſemper in eos qui peccaverint vindicandum; quia nonoumqnam amplius prodeſt clementia tibi ad patientiam, lapſo ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur. Simul diſce quia [a] recipi noluit ab his, quos ſciebat non ſimplici mente converſos; oam ſi voluiſſet, ex indevotis devotos feciſſet. Cur autem non receperint eum, evaogeliſta ipſe memoravit dicens: *Quia facies ejus erat euntis in* E *Ieruſalem.* Diſcipuli autem recipi intra Samariam geſtiebant: ſed Deus quos dignatur vocat, & quem vult religioſum facit. Nec diſcipuli peccant qui Legem ſequuntur; ſciebant enim & Phinees reputatum ad juſtitiam, quia ſacrilegos interemerat, & ad preces Eliæ ignem deſcendiſſe de cælo, ut prophetæ vindicaretur [b] injuria: ſed vindicetur qui timet: vindictam non quærit, qui non timet. Simul oſtenditur nobis in apoſtolis fuiſſe merita prophetarum; quando eamdem ſibi po- F teſtatem quam propheta magnus emeruit, impetrandi jure præſumunt. Et bene præſumunt quia ad ſermonem ſuum ignis de cælo deſcenderet; quoniam ſunt filii tonitrui.

ỹ. 53. Auguſt. lib. 1. de gratia Chriſti cap. 46.

28. Dominus autem mire omoia, nec illum temere ſe offerentem recepit: nec io hos indevote Dominum refutantes proprium, commovetur; ut oſtenderet quia non habet ultionis ſtudium perfecta virtus: nec ulla ſit iracuodia, ubi plenitudo eſt caritatis: nec excludenda infirmitas, ſed juvanda. Procul à religioſis indignatio: procul à magnanimis cupiditas ultionis: procul etiam à prudentibus [c] incooſiderata conjunctio, & incauta ſimplicitas. Unde & illi dicitur: *Vulpes foveas habent:* nec obſequium ejus admittitur, cujus non probatur officium. Circumſpectum etenim fidei debet eſſe hoſpitium; ne dum infidelibus noſtræ domus penetralia reſeramus, in alienæ perfidiæ caſſes improvida credulitate labamur.

29. Sed ne illud improvide præteriiſſe videamur, cur hìc eos qui poſſunt per manus impoſitionem immundis imperare ſpiritibus in nomine Jeſu, neget eſſe prohibendos: ſecundùm Matthæum autem dicat his: *Non novi vos: diſcedite à me omnes operarii iniquitatis.* Advertere debemus non eſſe diſtantiam ſenſus, ſententiarumque diſcordiam: ſed illud cenſeri eo quod non ſolum officii in clericis, ſed etiam virtutis opera requirantur: tantumque eſſe Chriſti nomen, ut etiam parum ſanctis opituletur ad præſidium; etſi non opituletur ad gratiam. Unde nemo jactare ſe debet, oec purgati hominis ſibi gratiam vindicare, in quo æterni nominis virtus, oon aliqua poſſibilitas humanæ fragilitatis operata ſit; non enim merito tuo diabolus, ſed odio ſui vincitur.

Matth 7. 23.

30. Quod poteſt homo, ſinceram exhibeat fidem, & obſervantiam mandatorum religioſa mente cuſtodiat; ne dicatur ei: *Vulpes foveas habent.* Fallax quippe animal, & inſidiis ſemper intentum, rapinam fraudis exercet. Nihil tutum, nihil otioſum, nihil patitur eſſe ſecurum, quòd inter ipſa hoſpitia hominum prædam requirat.

31. Hæreticis autem vulpes comparat. Denique cùm gentes vocet, hæreticos excludit. Vulpis enim plenum fraudis eſt animal, foveam parans, & in fovea ſemper latere deſiderans: ita ſunt hæretici, qui domum ſibi parare non norunt, ſed circumſcriptionibus ſuis alios decipere conaotur. Jacob domum habitat: hæreticus in fovea eſt, ut fraudulenta vulpis gallinæ illi evangelicæ dolum ſemper intendens, de qua ſcriptum eſt: *Quoties volui congregare filios tuos ſicut gallina pullos ſuos, & noluiſti? Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.* Merito ergo foveas habent, quia domum quam habueraot, perdiderunt. Hoc animal neque manſueſcit umquam; unde & Apoſtolus ait: *Hæreticum hominem poſt unam . . . . correptionem devita:* neque ulli uſui eſt, aut cibo utile; non enim de hoc dicit Chriſtus: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei qui in cælis eſt.* Quin etiam eas à fructibus ſuis relegat: *Capite nobis vulpes puſillas, exterminantes vineas,* hoc eſt, quæ minorem vineam, non majorem exterminaot. Et ideo Samſon ad caudas earum faces ligavit, & in meſſes alienigenarum dimiſit; eo quod hæretici fructus incendere coneotur alienos, latratibus magis ſonori, quam vocibus expoliti (qui enim Verbum negat, nec vocem habet) ad præſeos [d] ore libero, ſed in futurum fioe

Matth 23. 37. & 38.

Tit. 3 10.

Johan. 4. 34.

Cant. 2. 15.

Judic. 15 4.

a. Ameth. cum pleriſque mſſ. *recipi noluit non ſimplici mente converſos.* Rom. *recipere noluit* &c. Optime Era. ac Gill. licet cum paucioribus mſſ. ut nos in textu.

b. Quidam mſſ. *injuria. Qui timet, vindictam non quærit: qui non timet, ultionem oſtendit. Simul* &c. Minus commode.

c. Mſſ. aliquot, *inconſiderata commotio.* Meliùs alii, atque edit. *inconſiderata conjunctio;* ut nimirum ad ſequentia referatur.

d Edit. omnes, *ore liberi, ſed in futurum finem jam vincti, caudæ facibus* &c. Mſſ vero univerſi ab his diſſidentes leguut ut in textu, niſi quod unus, *ſuae*, pro, *ſiae*, alter, *vinctis*, pro *vincto*, præfert. Porro nobis magis arridet communis lectio mſſ aliorum, ut ſenſus ſit, per extremam partem caudæ vulpinæ facibus alligatam extremum hæreticorum incendium ſignificari.

jam vincto caudæ facibus, ſignificantes ſui finis A
incendium.

32. Volucres quoque cæli, quæ frequenter ad
nequitiæ ſpiritalis ſimilitudinem derivantur, ve-
luti nidos quoſdam inſtruunt in pectoribus im-
proborum; & ideo Filius hominis, quia abunda-
vit iniquitas, non habet ubi caput ſuum reclinet.
Etenim dominante verſutia, cùm ſimplicitati
nullus ſit locus, nulla poteſt in affectibus ſingu-
1. Cor. 11. 3. lorum divinitatis eſſe poſſeſſio: *Caput enim Chriſ-
ti Deus eſt*, qui ubi mentem probarit innoxiam, B
ſupra ipſam quodammodo vim ſuæ majeſtatis re-
clinat: quod eſſe videtur indicio, quia profuſior
quædam gratia bonorum pectoribus inſeratur.

33 Itaque ut advertas Deum non cultus ad-
ſpernantem eſſe, ſed fraudis: qui repudiaverat
ỽ. 59. fraudulentum, elegit innocentem dicens: *Sequere
me*. Sed hoc dixit ei, cujus patrem jam ſciebat
mortuum, illum utique patrem de quo dictum
Pſal. 44. 11. eſt illi: *Obliviſcere.... domum patris tui*. Vide igi-
tur quia Dominus quos miſeratur, etiam im- C
prudentes advocat, & poſtulanti paternæ ve-
niam ſepulturæ reſpondit:

ỽ. 60. *Sine, mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem
vade, annuntia regnum Dei.*

34. Itaque cùm religioſum humandi acceperi
mus officium, quemadmodum hîc paterni quo-
que funeris ſepultura probibetur, niſi ut intelli-
gas humana poſtbabenda divinis? Bonum ſtu-
Act. 6. 2. & ſeq. dium, ſed majus impedimentum; nam qui parti- D
tur ſtudium, derivat affectum: & qui dividit
a Luc. 10. 4. curam, differt profectum. Ergo prius obeunda
quæ maxima ſunt; nam & apoſtoli, [a] ne occupa-
rent ſtudium diſpenſandi, miniſtros pauperibus
ordinarunt: & ipſis cùm à Domino mitterentur,
neminem in via ſalutare præſcriptum eſt: non
quòd benevolentiæ diſpliceret officium, ſed
quòd perſequendæ devotionis intentio plus pla-
ceret.

35. Quomodo autem mortui ſepelire mor- E
b tuos poſſunt, [b] niſi cùm ab infidelibus humatur
cadaver, cujus ita cor animam perdidit, ut illo-
rum animæ Deum: ſive quia duplex bîc intelli-
genda eſt mors, una naturæ, altera culpæ? Eſt
etiam mors tertia, in qua peccato morimur, &
Deo vivimus, ſicut Chriſtus qui peccato mor-
Rom 6. 10. tuus eſt: *Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus
eſt ſemel: quod autem vivit, vivit Deo.*

36. Una eſt igitur mors, quâ copula corporis
& animæ ſeparatur, non formidabilis, non ti- F
menda; cùm diſceſſio quædam noſtri videatur
eſſe, non pœna: non metuenda fortibus, deſi-
deranda ſapientibus, miſeris expetenda, de qua
Apoc. 9. 6. dictum eſt: *Quærent homines mortem, & non in-
venient eum.*

37. Eſt & alia quæ ſæcularium adferat inte-
ritum voluptatum: in qua non natura, ſed de-
licta moriuntur. Hanc mortem ſubimus conſe-
pulti baptiſmate, & mortui cum Chriſto ab ele-
A mentis hujus mundi, cùm actus patimur prioris
oblivia. Hanc mortem voluit, cùm prophetaret
Balaam, ut Deo viveret; & ideo dixit: *Moriatur* Num. 23. 10.
*anima mea in animis juſtorum, & fiat ſemen meum
ut ſemen eorum.*

38. Eſt & tertia mors, quando Chriſtus, qui
eſt vita noſtra, neſcitur: ſcire autem Chriſtum
vita eſt ſempiterna, quæ nunc juſtis præſto eſt
in umbra, in futurum autem erit facie ad fa-
ciem; *Spiritus* enim *ante faciem noſtrum Chriſtus* Thren. 4. 20.
B *Dominus*, de quo dixit: *In umbra ejus vivemus in* Pſal. 56. 2.
gentibus. In umbra alatum ejus ſperavit David: in Cant. 2. 3.
umbra ejus concupivit, & ſedit Eccleſia.

39. Si tantum, domine Jeſu, confert umbra tua,
quantum utique veritas adferet? Quemadmo-
dum vivemus, quando jam non erimus in um-
bra, ſed in ipſa vita? *Nunc enim vita noſtra abſ-* Coloſſ. 3. 3. & 4.
condita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm autem Chriſtus,
inquit, *apparuerit vita noſtra, tunc & nos cum eo
apparebimus in gloria*. Dulcis illa vita eſt, quæ
C non babet mortem: bæc autem vita corporis
habet mortem [c] prævaricatione naturæ, quæ ple- c
rumque etiam deſideratur. Habet etiam ipſa
anima plerumque mortem labe peccati: *Anima* Ezech. 18. 4.
enim *quæ peccat, ipſa morietur*. Cùm autem firmi-
tate beatitudinis roborata cœperit obnoxia non
eſſe peccato, jam non erit mortalis, ſed vitam
carpet æternam.

40. Ad hanc vitam, fratres, feſtinemus, mœſti
in ſæculo, quia *peregrinamur à Domino*; qui enim 2. Cor. 5. 6.
D non peregrinatur à corpore, peregrinatur à Do-
mino. Multo autem melius diſſolvi à corpore,
& adhærere Deo; ut & nos unum ſimus apud
omnipotentem Deum, & unigenitum Dei Fi-
lium videamus, per reſurrectionis gloriam in na-
turæ claritatem adſumti, & inviolabilis concor-
diæ animorum fœdere ſempiterno unitatem diu-
turnæ pacis imitati; ut compleatur id quod de
nobis Dei Filius Patri orando promiſit: *Ut & ipſi* Iohan. 17. 23.
unum ſint, ſicut & nos unum ſumus.

E 41. Non ergo paterni funeris ſepultura prohi-
betur, ſed neceſſitudini generis divinæ religionis
pietas antefertur: illud conſortibus relinquitur,
hoc mandatur electis. Aut quia ſepulcrum pa- Pſal. 5. 11.
tens guttur eſt impiorum, memoria eorum abo-
lenda præſcribitur, quorum ſimul cum corpore
meritum occidit: nec revocatur ab officio patris
filius, ſed fidelis à perfidi communione ſecernitur.

42. Eſt enim propria quædam ſepultura juſto-
rum, qualis illa de qua dictum eſt: *Hæc enim mit-* Matth. 26. 12.
F *tens hoc unguentum in corpus meum, ad ſepeliendum
me fecit*; & ideo qui bona fide in ſe ſepelit Chriſ-
tum, ut cum eo reſurgat, diaboli perfidiam in ſe
ſepelire non debet.

43. Eſt & illa propbetica, ut ſupra [d] ſepulcra Tob. 4. 18. d
majorum quædam ponamus, quæ lector agnoſ-
cis, infidelis intelligere non debet: non quod
cibus imperetur aut potus, ſed ſacræ oblationis
veneranda communio reveletur. Non ergo in-
terdictum eſt muneris, ſed religionis myſterium,

a. Edit Gill. ac Rom. cum paucis, iiſque recent. mſſ. *ne occu-
parentur ſtudio diſpenſandi*. Amerb. & Era. cum reliquis, *ne occu-
parent ſtudium*, id eſt, in ſe ſuſciperent, exercerentque.

b Ita cod. Corb. cum aliis ſex melioris notæ, niſi quod idem
Corb. per correctionem pro, *cor*, legit, *corpus*. Minus bene; cor-
dis enim hic mentio fit, eo quod illic animam præcipua quadam
ratione reſidere docuerint plures philoſophi. Reliqui autem at-
que edit. contractius habent, *niſi geminam bic intelligas mortem*,
unam natura, alterum culpa.

c. Omnes edit. ac pleriſque mſſ. *forte natura*. Aptius tamen
Corb. cum aliis quibuſdam, *prævaricatione natura*.

d Vet. edit. in corpore, *ſepulturam malorum* Rom. cum pau-
cis mſſ. *ſepulturam juſtorum*. Era. autem & Gill. in margine, ac
mſſ. quatuordecim, ut in textu. Paucis vero interjectis, ubi edit
cum parte mſſ. *quo* (mſſ. *quod*) *cibus imperetur*: alii bene multi,
quod impetretur: duo etiam, *quo cibo impleretur*, *aut potu*.

communionem nobis cum gentibus mortuis non A futuram. Nam cùm ſacramenta vivorum ſint, non videntur mortui, qui habent vitam.

Cap. 10. ℣. 3. ECce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.

44. Ad ſeptuaginta diſcipulos dicit, hos quos deſignavit, & miſit binos ante faciem ſuam. Et Gen. 7. 9. qua ratione binos miſit? Quia bina miſſa ſunt animalia in arcam, hoc eſt, cùm mare femina: a *immunda per numerum, ſed mundata Eccleſiæ B ſacramento. Quod completum eſt oraculo quod ſanctus Petrus accepit, dicente ſibi Spiritu ſancto: Act. 10. 15. *Quod Deus mundavit, tu ne commune dixeris.* Et advertit dictum eſſe de gentibus, quæ corporeæ magis generationis ſucceſſionem quàm ſpiritalis gratiæ ſequebantur. Hos mundavit Dominus, & paſſionis ſuæ fecit heredes.

45. Mittens ergo diſcipulos in meſſem ſuam, quæ licet verbo Dei inſita; tamen culturæ laborem, & ſollicitum munus operarii requirebat; ne C aves cæli ſparſa ſemina diſſiparent, ita: Eſai. 65. 25. *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.*

46. Contraria ſunt iſta ſibi animalia, ut alia ab aliis devorentur. Sed bonus paſtor lupos gregi ſuo timere non novit: ideoque iſti diſcipuli non in prædam, ſed ad gratiam diriguntur; ſollicitudo enim boni paſtoris efficit, ut lupi in agnos audere nihil poſſint. Mittit ergo agnos inter lupos, ut compleretur illud: *Tunc lupi & agni ſimul paſcentur.* D

47. Et quoniam proxime de vulpe nobis non In Luc. cap 9. ingratus tractatus evaſit, ſi judicium veſtrum fidele in figura minuſculi animantis expertus ſum, præſumo quod profunda myſteria quæ luporum ſpecie velantur, ſtudiorum veſtrorum poſſim aperire ſuffragio. In ſpecie vulpium hæreticos ſignificari ſupra expreſſimus, qui promittunt nomine quod Chriſtum ſequantur, ſed ſtudio fraudis abjurant. Hos non ſuſcipit Dominus, ſed à ſuo nido arcet & prohibet. Lupi quid ſignifica- E re videantur, debemus advertere.

48. Beſtiæ nempe ſunt quæ inſidiantur ovilibus, circa paſtorales verſantur caſas, habitacula domorum intrare non audent, ſomnum canum, abſentiam aut deſidiam paſtoris explorant, ovium guttur invadunt, ut cito ſtrangulent: feri, rapaces, iidemque natura corporis rigidiores; ut ſe facile non poſſint inflectere, impetu quodam a ſuo feruntur, & ideo a ſæpe luduntur. Tum præ- F terea ſi quem priores hominem viderint, vocem ejus quadam naturæ feruntur vi eripere: ſi autem homo prius eos viderit, exagitari memorantur. Et ideo cavendum mihi eſt ne ſi in hodierno tractatu ſpiritalium myſteriorum gratia non potuerit refulgere, lupi me prius vidiſſe credantur, & ſolemne vocis extorſiſſe ſuffragium.

49. Nonne lupis iſtis hæretici comparandi ſunt, qui inſidiantur ovilibus Chriſti, fremunt circa caulas nocturno magis tempore quam diurno? Semper enim perfidis nox eſt, qui lucem Chriſti ſævæ nebulis interpretationis obducere, & quantum in ipſis eſt fuſcare, conantur. Verſantur ergo circa caulas; ſtabula tamen Chriſti intrare non audent. Et ideo non ſanantur, quia in ſtabulum ſuum non vult eos Chriſtus inducere, in quo cu- Luc 10. 30. & ſeq. ratus eſt ille qui de Hieruſalem deſcendens incidit in latrones: quem vulneribus alligatis, infuſo oleo & vino, imponens in jumentum ſuum Samaritanus ille duxit in ſtabulum, & ſanandum ſtabulario dereliquit. Non accipiunt ergo medicinam, qui medicum non requirunt; ſi enim requirerent, non derogarent.

50. Explorant paſtoris abſentiam, & ideo paſtores Eccleſiarum vel necare, vel in exſilium agere contendunt; quia præſentibus paſtoribus oves Chriſti incurſare non poſſunt. Spoliare ergo gregem Domini raptores conantur, qui corporea quadam mentis intentione duri ac rigidi, nequaquam ſolent à ſuo errore deflectere. Et ideo Apoſtolus ait: *Hæreticum hominem poſt unam* Tit. 3. 10. *.... correptionem devita*, ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt. Hos Scripturæ verus interpres Chriſtus illudit; ut inanes ſuos in vanum effundant impetus, & nocere non poſſint.

51. Qui ſi quem verſuta diſputationis ſuæ circumſcriptione prævenerint, faciunt obmuteſcere; mutus eſt enim qui Verbum Dei non eadem quâ eſt gloriâ confitetur. Cave ergo ne tibi vocem tollat hæreticus, ſi prior eum non ipſe deprehenderis; ſerpit enim, dum latet ejus perfidia: ſi autem commenta impietatis ejus agnoveris, jacturam piæ vocis timere non poteris. Cave igitur verſutæ diſputationis venena: animam petunt, guttur invadunt, vitalibus vulnus affigunt. Graves ſunt morſus hæreticorum, qui ipſis graviores & rapaciores beſtiis, nullum avaritiæ finem, impietatiſque noverunt.

52. Nec vos moveat quod formam prætendere videntur humanam: etſi foris homo cernitur, intus beſtia fremit. Et ideo eos lupos eſſe non dubium eſt, juxta domini Jeſu divinam ſententiam, qui ait: *Attendite vobis à falſis prophetis, qui ve-* Matth. 7. 15. & 16. *niunt ad vos in veſtitu ovium: intus autem ſunt lupi rapaces; ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Si quis ergo ſpecie movetur, fructum interroget. Audis aliquem ſacerdotem dici,[b] rapinas ejus agnoſcis. b Veſtitum ovis habet, facta prædonis. Foris ovis, intus lupus eſt: qui modum non habet rapinarum, qui tamquam in nocte Scythico membra duratus gelu, cruentus ora, circumvolat quærens quem devoret. Nonne vobis videtur lupus, qui humanæ necis inſaturabili crudelitate fidelium morte populorum rabiem ſuam explere deſiderat.

53. Ululat iſte, * non tractat, qui negat vocis * auctorem, & ſacrilego ſermone beſtiale murmur interſtrepit, qui non confitetur dominum Jeſum

*. *Immunda per numerum*, ideo dicuntur, quia per binarium mixtio & compoſitio ſignificatur, quæ opponitur ſimplicitati, cujus figura eſt unitas. Hinc Philo Jud. lib. *Quod Deus ſit immut.* Καὶ γὰρ ὁ [illegible] (ſupple [illegible]) [illegible].

a. MSſ. aliquot, *ſæpe laduntur*. Melius alii, *ſæpe luduntur* ut ſatis inde intelligas, quod infra num. 50. ſcribitur. *Hos Scripturæ verus interpres Chriſtus illudit.*

b. Cunctæ edit. & mſſ. nonnulli, *rapinas ejus non agnoſcis.* Alii plures ac probatiores negationem reſpuunt, quæ nullo modo videtur eſſe admittenda. Hic porro Auxentium arianum deſignari ex eo intelligas, quod iisdem ferme verbis ille deſcribitur *de Baſil. non trad.* ubi legimus, *Auxentio ipſius qui ſe dicit epiſcopum*, &c. ubi etiam quod dicitur, *Memora fecit in Scythas* &c. liquido reſpondet verbis infra poſitis, *Scythico membra duratus gelu* &c.

*. *Non tractat*, hoc eſt, ſcripturam non exponit, quo ſenſu hoc verbum Patribus maxime familiare eſt.

æternæ præſulem vitæ. Audivimus ejus ululatus, A
a cùm in [a] orbem gladius mitteretur. Dentes aſperos, ora tumida præferebat, & putabat qood vocem omnibus abſtuliſſet, quam ſolus amiſerat. Et ideo ut hos lupos effugere poſſimus, docet Dominus quid ſequamur, dicens:

ỷ. 4. *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta.*

54. Quid ſit, ſacculum non eſſe portandum, alibi evidenter expreſſit; ſcripſit enim Matthæus B
Matth. 10. 9. quoniam dixit ad diſcipulos Dominus: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum.* Si prohibemur aurum poſſidere: quid eripere, quid auferre? Si quod habeas, donare præciperis, quemadmodum
b [b] congeris quod non habebas? *Qui prædicas non*
Rom. 2. 21. 22. 23. & 24. *furandum, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis? Qui exſecraris idola, ſacrilegium facis? Qui in Lege glorіaris, per prævaricationem Legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per vos blaſphematur.*

55. Non ſic apoſtolus Petrus, qui primus domi- C nicæ exſecutor ſententiæ, ut oſtenderet non in vacuum Domini effuſa mandata; cùm poſceretur à paupere, ut ei aliquid pecuniæ largiretur,
Act. 3. 6. ait: *Argentum atque aurum non habeo.* Ille gloriatur quòd non habeat argentum neque aurum: vobis pudori eſt minus adhuc habere quam cupitis? Eſt ergo & pauperies glorioſa; quia eſt &
Matth. 5. 3. beata, ſicut ſcriptum eſt: *Beati pauperes ſpiritu.* Tamen non tam hoc gloriatur Petrus, quòd argentum & aurum non habeat, quam quòd ſervet D mandatum Domini, qui præcepit: *Nolite poſſidere aurum*; hoc eſt dicere: Vides me Chriſti eſſe diſcipulum, & aurum à me requiris? Aliud nobis multò pretioſius auro donavit, ut in nomine ejus operemur. Itaque non habeo quod non dedit,
Act. 3. 6. ſed quod dedit habeo; *In nomine domini Ieſu ſurge, & ambula.*

Luc. 12. 26. 56. Sicut ergo qui horrea vult congerendis ædificare frumentis, Dominicæ ſententiæ auctoritate reprehenditur: ita qui ſacculum vult au- E ro parare condendo, nævum reprehenſionis incurrit.

57. *Non peram, neque calceamenta.* Utrumque de corio mortui animantis confici ſolet: nihil autem in nobis dominus Jeſus mortale vult eſſe. Deni-
Exod. 3. 5. que ad Moyſen dicit: *Solve calceamentum pedum tuorum; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Mortale igitur atque terrenum calceamentum jubetur ſolvere, cùm mitteretur ad populum liberandum; hujus enim miniſter muneris timere F nihil debet, nec à ſuſcepto officio, mortis periculo retardari. Ipſe enim cùm defenſionem fratrum,
Exod. 2. 15. hoc eſt, Judæorum voluntarius recepiſſet, calumniæ terrore revocatus eſt ab incœpto, & fugit ex Ægypto. Et ideo cùm Dominus affectum ejus probaſſet, conditionem autem vidiſſet infirmam, animi ejus mentiſque veſtigium mortalibus vinculis cenſuit exuendum.

58. Quod ſi quem movet qua ratione in Ægy- Exod. 12. 11.
pto calceati jubentur edere agnum: apoſtoli autem ſine calceamentis ad prædicandum Evangelium diriguntur, is conſiderare debet quia in Ægypto poſitus, debet adhuc morſus cavere ſerpentis; multa enim venena in Ægypto, & qui in typo paſcha celebrat, patere poteſt vulneri: qui autem miniſter eſt veritatis, [c] hebetat venena, c
non trepidat. Denique momordit Paulum vipe- Act. 28. 3. & ſeq.
ra in Melita inſula, & videntes pendentem de manu ejus viperam incolæ loci illius putabant eum eſſe moriturum: ſed ubi inoffenſum ſtare viderunt, Deum eſſe dicebant, cui venenum nocere non poterat. Et ut ſcias hoc verum eſſe,
ipſe Dominus ait: *Ecce dedi vobis poteſtatem cal-* Luc. 10. 19.
candi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebunt.

59. Non virgas in manu jubentur tollere apoſ-
toli; ſic enim Matthæus ſcribendum putavit. Matth. 10. 10.
Quid eſt autem virga, [d] niſi præferendæ poteſtatis d
inſigne, & ulciſcendi inſtrumentum doloris? Ergo
humilis Domini (*in humilitate* enim [e] *judicium ejus* Eſai. 53. 8.
ſublimatum eſt) humilis, inquam, Domini præ- e
ceptum diſcipuli ejus humilitatis officiis exſequuntur; eos enim miſit ad ſeminandam fidem,
qui non cogerent, ſed docerent: [f] nec poteſta- f
tes exercerent, ſed doctrinam humilitatis adtollerent. Quo loco humilitati putavit etiam pa-
tientiam copulandam; quia ipſe quoque, juxta 1. Petr. 2. 23.
teſtimonium Petri, cùm maledіceretur, non remaledixit: cùm percuteretur, non repercuſſit. Hoc eſt ergo dicere: Imitatores mei eſtote, ultionis ſtudia deponite, inſolentiam verberantium
non injuriæ relatione, [g] ſed magnanimitate pa- g
tientiæ verberate. Nemo debet quod ipſe in alio reprehendit, imitari: graviora contumacibus manſuetudo vulnera refert. Hoc pugno reper-
cuſſit Dominus verberantem, dicendo: *Qui te* Matth. 5. 39.
percutit in maxillam, præbe illi & alteram. Fit enim ut judicio ſuo ipſe ſe damnet, & quodam ſtimulo ſui compungatur affectus, qui relatam ſibi ſedulitatem pro injuria quam fecit, adverterit.

60. Habet tamen quos & cum virga apoſtolos
miſerit, ſicut Paulus teſtificatur, dicens: *Quid* 1. Cor. 4. 21.
vultis, in virga veniam ad vos, an in caritate & ſpiritu manſuetudinis? Hanc virgam etiam Timo-
theo dedit Apoſtolus, dicens: *Argue, obſecra, in-* 2. Tim. 4. 2.
crepa. Aut fortaſſe ante paſſionem Domini, quæ

a. Mſſ. non pauci, nec inferioris notæ, *cùm in urbem*, ſcilicet Mediolanum, vel Romam, ut alibi apud auctores. Melius tamen, *in orbem*. Etenim per vocem, *gladius*, crudelem illam legem Auxentii ipſius manu ſcriptam, & 12. Kal. Febr. promulgatam innuit Ambroſius, de qua idem quoque *de Baſil. non trad.* ſcribit, *Auxentius gladium volantem per omnes urbes direxit.* Confer utrumque locum inter ſe, namque hi mutuo ſe ſe mirum in modum explicant, & confirmant.

b. Sic mſſ. complures, ac melioris notæ. Alii nonnulli, & editi ant. *congeris, quod poſſidere prohiberis.* Rom. reſecat a tribus ultimis verbis poſt, *congeris*, ſubnectit, *Qui prædicas* &c.

c. Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *vincit venena*. Melius alii majori numero & antiquitate, *hebetat*, id eſt, retundit, ſuperat, &c.

d. Rom. edit. *niſi proferenda poteſtatis*. Minus commode: non enim *ad proferendam*, id eſt, amplificandam poteſtatem, ſed eam *præferendam*, hoc eſt, ſignificandam atque oſtentandam virgarum faſces antiquis magiſtratibus præferri conſueverant.

e. Omnes edit. ac prope omnes mſſ. *judicium ejus ſublatum eſt.* Corb. tamen .. *ſublimatum eſt*. Melius, namque in epiſt. ad Vercell. idem locus ita refertur, *judicium ejus exaltatum eſt*: cui lectioni favet verſio Arabica ſecundùm Interp. Lat. habet enim & illa, *judicium ejus altum eſt*. Hinc autem promanavit ea diverſitas, quod verbum ἤρθη quo uſos videmus LXX. perinde & per *exaltatum*, & per, *ſublatum* reddi poteſt. Heb. vero, Syr. ac Vulg. Lat. præferunt, *de judicio ſublatus* (ſive *raptus*) *eſt*.

f. Mſſ. non pauci, atque omnes edit. *nec vim poteſtatis exercerent*. Rom. *exercerent*. Ex aliis autem mſſ. plures habent, *nec poteſtates exercerent*: antiquiores .... *exererent*.

g. Edit. omnes, *ſed* .. *ſupportate*. Mſſ. omnes è contrario, *ſed* .. *verberate*. Elegantius, ſi quidem illud hoc loco ſignificatur, quod lib. 5. num. 76. clarioribus verbis exprimitur, his videlicet: *Nonne ſit per patientiam, ut .... reverberes verberantem.*

nutantium

nutantium populorum corda firmavit, neceſſa- A ria ſola fuerit manſuetudo; poſt paſſionem correctio. Certe mulceat Dominus, increpet Paulus: ſuadeat qui poteſt pectora etiam dura mollire: arguat qui non poteſt univerſa ſuadere. Virgam igitur Panlus ex doctrina Legis adſumſerat. Le-
Prov. 13. 24. gerat enim: *Qui parcit baculo, odit filium ſuum.*
Exod. 12. 11. Legerat etiam quia agnum manducantes, baculum in manihus habere præcepto prophetico jubebantur. Et ideo Dominus in veteri Teſta-
Pſal. 88. 33. mento ait: *Viſitabo in virga iniquitates eorum.* In B novo antem ſe ipſum obtulit, ut ignoſceret uni-
Johan. 18. 8. verſis, dicens: *Si me quæritis, ſinite hos abire.* Et alibi habes quia cùm apoſtoli ignem de cælo petere vellent, ut conſumeret Samaritanos, qui Jeſum dominum intra civitatem ſuam recipere
Luc. 9. 55. & 56. noluerunt: *Converſus increpavit illos*, & ait: *Neſcitis cujus ſpiritus eſtis; Filius enim hominis non venit animas perdere hominum, ſed ſalvas facere.*

61. Perfectiores ergo ſine virga diriguntur, infirmiores cum baculo manducant. Sed & Paulus C virgam quidem minatur: ſed in ſpiritu manſuetudinis viſitat delinqnentes. Denique ut ſcias mitem eſſe doctorem, eorum ipſorum quos arguit,
1. Cor. 4. 21. conſulit voluntatem. *Quid vultis*, inquit, *in virga veniam ad vos, an in caritate & ſpiritu manſuetudinis?* Semel virgam dixit, his mitiora ſubjecit, adjiciens manſuetudinem caritati. Prius tamen minatus eſt virgam, ſed exhibuit manſuetudinem; nam in ſecunda epiſtola ad eoſdem
2. Cor. 1. 23. Corinthios ſcribens ait: *Teſtem Deum invoco in* D *animam meam, quod parcens vobis non veni ultra Corinthum.* Audi qua ratione putaverit eſſe par-
2. Cor. 2. 1. cendum: *Ne iterum*, inquit, *in triſtitia venirem ad vos.* Abjecit virgam, & affectum caritatis adſumſit.

ỽ. 4. *Et neminem ſalutaveritis in via.*

62. Fortaſſe quibuſdam hoc durum & ſuperhum, nec manſueti & humilis Domini præcepto
Luc. 14. 8. convenire videatur, quod ille qui etiam accubi- E tionis loco præcepit eſſe cedendum, hoc loco mandet diſcipulis: *Neminem ſalutaveritis in via*; cùm iſte communis ſit uſus gratiæ. Sic inferiores ſuperiorum ſibi favorem conciliare conſueverunt. Gentiles quoque cum Chriſtianis habent hujuſmodi officiorum commercia. Quomodo Dominus hunc uſum humanitatis avellit?

63. Sed conſidera non hoc eſſe ſolum: *Neminem ſalutaveritis*: ſed non fruſtra additum, *In via.*
4. Reg. 4. 29. Denique & Eliſæus cùm mitteret ſervum ſuum, F ut baculum ejus poneret ſupra corpus defuncti pueri, mandavit ei ne in via aliquem ſalutaret; feſtinantem enim eum jubebat pergere, ut celebrandæ reſurrectionis exſequeretur officium, ne confabulatione alicujus obvii, mandato reflecteretur à munere. Ergo & hîc non ſalutationis ſedulitas aufertur: ſed obſtaculum impediendæ devotionis aboletur; ut quando divina mandantur, paulisper ſequeſtrentur humana. Pulcra eſt
a ſalutatio,[a] ſed pulcrior matura exſecutio divinorum, quæ per moram ſæpe traxit offenſam. Ideo autem & honeſta prohibentur, ne ſolemnis gra- A tia obrepat officii, & impediat miniſterium, cujus mora culpa ſit.

64. Jam[b] illud virtus alia, ne de domo ad do- b
muin quis vaga facilitate demigret; ut ſervemus *ỽ. 8.* etiam hoſpitali in amore conſtantiam, nec coalitam amicitiæ neceſſitudinem facile reſolvamus; ut pacis præferamus nuntium, ut ipſe primus ingreſſus pacis benedictione celebretur: cibo potuque oblato oportere nos eſſe contentos, vexilla fidei non premenda, & regni cæleſtis B Evangelium prædicandum, excutiendum de pedibus pulverem, ſi quis recipiendos civitatis hoſpitio non putaverit.

65. Docet etiam graviori pœnæ obnoxios fore *ỽ. 11. & ſeq.* qui Evangelium non ſequendum, quàm qui Legem judicaverint eſſe ſolvendam; eo quod Tyrus & Sidon ſi tanta operationum cæleſtium vidiſſent miracula, non deſpexiſſent remedium pœnitentiæ. Iſtam quoque vel affluentiam vel inſolentiam ſæcularem neque cæleſti muneri comparandam, neque rurſus ſine remedio derelin- C qui, cùm unicuique ſit ſubſidium pœnitendi. Poſtremò aperit cæleſte myſterium, quòd pla- *ỽ. 21.* cuerit Deo ut parvulis magis quam prudentibus iſtius mundi ſuam gratiam revelaret. Quod apoſtolus Paulus ſtylo pleniore digeſſit dicens: *Nonne* *1 Cor. 1. 20. & 21.* *ſtultam fecit Deus ſapientiam hujus mundi? Nam quoniam in Dei ſapientia non cognovit hic mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes.*

D 66. Parvulum ergo accipiamus, qui ſe exaltare non noverit, & phaleratis ſermonibus artem ſuæ jactare prudentiæ, quod philoſophi plerique faciunt. Parvulus erat qui dixit: *Domine non eſt* *Pſal. 130. 1.* *exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.* Et ut ſcires parvulum hunc non ætate, non ſenſu fuiſſe, ſed humilitate ſua, & quadam declinatione jactantiæ, addidit: *Sed exaltavi animam meam.* *Ibidem 2.* Vides quam excelſus fuerit hic parvulus, quanto E virtutum ſublimis vertice? Tales nos parvulos vult eſſe Apoſtolus, cùm dicit: *Si quis videtur* *1. Cor. 3. 18 & 19.* *ſapiens eſſe inter vos in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens; ſapientia enim hujus ſæculi ſtultitia eſt apud Deum.*

67. Pulcherrimus connectitur de fide locus, *ỽ. 22.* quando omnia ſibi tradita dicit à Patre ſuo. Cùm *omnia* legis, omnipotentem agnoſcis, non decolorem, non degenerem Patris: cùm *tradita* legis, Filium confiteris, cui per naturam omnia unius F ſubſtantiæ jure ſint propria, non dono collata per gratiam. Addidit:

Nemo ſcit quis eſt Filius, niſi Pater: & quis eſt *Ibidem.* *Pater, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.*

68. Quem locum in iis quos de Fide ſcripſi li- *Lib. 4. de fide cap. 4.* bellis, memini non eſſe præteritum. Ut ſcias autem quia ſicut Filius Patrem quibus vult revelat, etiam Pater revelat quibus vult Filium, audi dicentem ipſum dominum Jeſum cùm laudaret Petrum, quod eum Filium Dei eſſe confeſſus ſit: *Beatus es, Simon Barjona, quia non caro & ſanguis* *Matth. 16. 17.* *revelavit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt.*

a. Edit. Amerb. cum mſſ. non paucis, *ſed pulcrior, quo maturior exſecutio divinorum.* Era. Gill. ac Rom. *ſed eo pulcrior, quo præceptorum maturior exſecutio divinorum.* Alii mſſ. qui & notæ probationis, ut in texta.

b. Omnes edit. *illa moralia.* Omnes mſſ. *illud* (unicus *illa*) *virtus alia.* Idem eſt autem ac ſi legeretur, *illud quo de jam diximus, ad aliam virtutem referendum eſt.*

℣. 25. a

69. Adhæret his lectio, [a] qua exponuntur hi qui ſibi legiſperiti videntur, qui verba Legis tenent, vim Legis ignorant: & ex ipſo primo Legis capitulo docet eſſe Legis ignaros, probans quod in principio ſtatim Lex & Patrem & Filium prædicaverit, incarnationis quoque Dominicæ annuntiaverit ſacramentum, dicens: *Diliges dominum Deum tuum.... Et diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Deut. 6. 5.

℣. 28.

70. Unde Dominus ait ad legiſperitum: *Hoc fac, & vives.* At ille qui neſciret proximum ſuum; quia non credebat in Chriſtum, reſpondit: *Quis eſt meus proximus?* Itaque qui Chriſtum neſcit, neſcit & Legem. Quomodo enim poteſt ſcire Legem, cùm veritatem ignoret, cùm Lex annuntiet veritatem?

℣. 30.

Homo quidam ex Hieruſalem deſcendebat in Hiericho, & incidit in latrones.

71. Ut eum locum qui propoſitus eſt nobis, planius poſſimus abſolvere, veterem civitatis Hiericho repetamus hiſtoriam. Meminimus itaque quod Hiericho, ſicut legimus in libro qui inſcribitur Jeſu Nave, magna civitas fuerit, muralibus ſepta parietibus, quæ non ferro pervia, non arieti poſſet eſſe penetrabilis: in ea Rhaab habitaſſe meretricem quæ exploratores quos direxit Jeſus, hoſpitio recepit, conſilio inſtruxit, poſtulantibus civibus abiiſſe reſpondit, abſcondit in tecto: & ut ſe ſuoſque urbis excidio poſſet eripere, coccum in feneſtra ligavit: urbis autem ipſius inexpugnabiles muros ſeptem tubarum ſacerdotalium ſono, & populi jubilantis ululatu conſono corruiſſe.

Joſue 6. 1. — Joſue 2. 4. & ſeq. — Joſue 6. 20.

72. Videre quemadmodum unuſquiſque proprium ſervet officium: exploratores excubias, myſterium meretrix, fidem victor, religionem ſacerdos. Hi periculum pro laude non metuunt: illa ſuſceptos nec in periculis prodit: iſte ſollicitus fidem magis ſervare quàm vincere, meretricis prius mandat ſalutem, quàm excidium civitatis: religionis autem inſignia arma ſunt ſacerdotis. Jam illud quis non plenum putet eſſe miraculi, quod ex tota urbe nemo ſervatus eſt, niſi quem meretrix liberavit?

73. Hæc ſimplicis hiſtoria veritatis eſt: quæ ſi altius conſideretur, admiranda ſignat myſteria. Hiericho enim figura iſtius mundi eſt, in quam de paradiſo, hoc eſt, de Hieruſalem illa cæleſti ejectus Adam prævaricationis prolapſione deſcendit, hoc eſt, de vitalibus [b] ad infirma demigrans: cui non loci, ſed morum mutatio naturæ ſuæ fecit exſilium. Longe enim mutatus ab illo Adam, qui inoffenſa beatitudine fruebatur, ubi in ſæcularia peccata defluxit, incidit in latrones: in quos non incidiſſet, niſi his mandati cæleſtis devius ſe feciſſet obnoxium. Qui ſunt iſti latrones, niſi angeli noctis atque tenebrarum, qui ſe nonnumquam transfigurant in Angelos lucis, ſed perſeverare non poſſunt? Hi ante diſpoliant quæ accepimus indumenta gratiæ ſpiritalis, & ſic vulnera inferre conſuerunt; nam ſi intemerata quæ ſumſimus indumenta ſervemus, plagas latronum ſentire non poſſumus. Cave ergo ne ante nuderis, ſicut Adam ante nudatus eſt, mandati cæleſtis cuſtodia deſtitutus, & exutus fidei veſtimento, & ſic lethale vulnus accepit: in quo omne genus occidiſſet humanum, niſi Samaritanus ille deſcendens, vulnera ejus acerba curaſſet. S. Aug. l. 2. cont. Jul. Pel. cap. 3.

74. Non mediocris iſte Samaritanus, qui eum quem ſacerdos, quem levita deſpexerat, non etiam ipſe deſpexit. Nec vocabulo ſectæ deſpicias, quem verbi interpretatione miraberis; Samaritani etenim vocabulo cuſtos ſignificatur. Hoc habet interpretatio. Et quis eſt cuſtos, niſi ille de quo dictum eſt: *Cuſtodiens parvulos Dominus?* Itaque ſicut Judæus alius in littera, alius in ſpiritu: ita & Samaritanus alius foris, alius in occulto. Hic ergo Samaritanus deſcendens quis eſt? Scilicet: *Qui deſcendit de cælo, & qui adſcendit in cælum, Filius hominis qui eſt in cælo?* Videns ſemivivum, quem nemo potuerat ante curare, ſicut illam quæ curſu ſanguinis profluens, in medicis erogaverat omne patrimonium ſuum: *Venit ſecus eum*, hoc eſt, factus eſt compaſſionis noſtræ ſuſceptione finitimus, & miſericordiæ collatione vicinus. Pſal. 114. 6. — Johan. 3. 13. — Luc. 8. 43. & 44.

Et alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum. ℣. 34.

75. Multa medicamenta medicus habet iſte, quibus ſanare conſuevit. Sermo ejus medicamentum eſt. Alius ejus ſermo conſtringit vulnera, alius oleo fovet, alius vinum infundit. Conſtringit vulnera auſteriore præcepto, fovet remiſſione peccati, ſicut vino compungit denuntiatione judicii.

Et impoſuit, inquit, *in jumentum ſuum.* Ibidem.

76. Audi quomodo te imponat: *Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet:* & paſtor impoſuit ovem laſſam ſuper humeros ſuos. Homo enim jumento ſimilis factus eſt; & ideo ſupra jumentum ſuum nos impoſuit, ne nos eſſemus ſicut equus & mulus; ut per noſtri corporis adſumtionem infirmitates noſtræ carnis aboleret. Eſai. 53. 4. — Luc. 15. 5.

77. Denique duxit nos in ſtabulum, qui eramus jumenta. Eſt autem ſtabulum, in quo feſſi longo itinere ſuccedere ſolent. Duxit itaque in ſtabulum Dominus, *Qui ſuſcitat à terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem.* Pſal. 112. 7.

78. *Et curam egit;* ne æger ea quæ acceperat, nequaquam præcepta [c] ſervaret. Sed non vacabat Samaritano huic diu in terris degere: redeundum eo erat, unde deſcenderat. Itaque: Ibidem. c

Altero die. ℣. 35.

79. Quis eſt iſte alter dies, niſi forte ille Dominicæ reſurrectionis, de quo dictum eſt: *Hic eſt dies quem fecit Dominus?* Pſal. 117. 24.

Protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe. ℣. 35.

a. Rom. edit. ſola, *qua explodumtur hi* &c.

b Omnes edit. & mſſ. aliquot, *ad inferna demigrans.* Alii plures potioreſque, *ad infirma.* Melius; ut nimirum *vitalibus*, *infirma*, ſeu infirmitates opponantur.

c. Verbo *ſervaret*, ſubjungunt nonnulli mſſ. *in quo agnovit aſina præſepe Domini ſui.* Quibus inſuper adjicit unus è Colb. *& ubi de terra inopes ſuſcitantur, & de ſtercore pauper erigitur: certe ubi greges clauduntur agnorum; ne frementibus ad caulas rapacibus lupis facilis in ovilia ſit ingreſſus.* Verum iſthæc & è proprio loco avulſa, & adulterinis aliquot vocibus interpolata eſſe ex iis quæ non multo poſt ſubjicimus, intelligimus.

80. Qui ſunt iſti duo denarii, niſi forte duo A
Teſtamenta, quæ imaginem in ſe habent æterni
regis expreſſam, quorum pretio vulnera noſtra
curantur? Redemti enim ſumus pretioſo ſangui-
ne; ut ultimæ mortis ulcera vitaremus.

81. Hos ergo duos denarios (licet horum quo-
que librorum quatuor formas non abſurdum ſit
intelligere) accipit ſtabularius. Quis? Ille forſi-
Philip. 3. 8. tan qui ait: *Æſtimo ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifa-
ciam*; quo curam haberet hominis vulnerati. Sta-
1. Cor. 1. 17. bularius itaque ille eſt qui dixit: *Miſit me Chriſtus* B
evangelizare. Stabularii ſunt illi quibus dicitur:
Marc. 16. 15. & 16. *Ite in orbem univerſum, & prædicate Evangelium
univerſæ creaturæ: & qui crediderit & baptizatus
fuerit, hic ſalvus erit*, ſalvus utique à morte, ſalvus
à vulnere quod infixum eſt à latronibus. Beatus
ille ſtabularius, qui alterius vulnera curare po-
teſt. Beatus ille cui dicit Jeſus:

℣. 35. *Quodcumque ſupererogaveris, revertens reddam
tibi.*

C

82. Bonus diſpenſator, qui etiam ſupererogat.
Bonus diſpenſator Paulus, cujus ſermones &
epiſtolæ veluti ei rationi quam acceperat, ſuper-
effluunt. Moderatum Domini mandatum prope
immoderato labore mentis & corporis exſecu-
tus; ut multos ab ægritudine gravi ſpiritalis allo-
quii diſpenſatione relevaret. Bonus ergo ſtabu-
larius ſtabuli ejus in quo agnovit aſina præſepe
Domini ſui, & in quo grex clauditur agnorum;
ne frementibus ad caulas rapacibus lupis, faci- D
lis in ovilia ſit incurſus.

a 83. [a] Spondet ergo mercedem ſe redditurum.
Quando reverteris, Domine, niſi in judicii die?
Nam licet ubique ſis ſemper, & ſtans in medio
noſtrum, non cernaris à nobis, erit tamen tem-
pus quo univerſa caro te adſpiciat revertentem.
Reddes ergo quod debes. Beati quibus es debi-
tor! Utinam nos ſimus idonei debitores: utinam
quod accepimus, poſſimus exſolvere; nec nos
aut ſacerdotii aut miniſterii munus extollat. E
Matth. 5. 12. Quomodo reddes, domine Jeſu? Promiſiſti qui-
dem in cælo bonis copioſam eſſe mercedem.
Matth. 25. 21. Reddes tamen & cùm dicis: *Euge bone ſerve, quo-
niam ſuper pauca fidelis fuiſti, ſuper multa te conſti-
tuam: intra in gaudium Domini tui.*

84. Ergo quoniam nemo magis proximus quam
qui vulnera noſtra curavit, diligamus eum quaſi
dominum, diligamus eum quaſi proximum;
nihil enim tam proximum, quam caput mem-
bris: diligamus etiam eum qui imitator eſt Chriſ- F
ti: diligamus eum qui inopiæ alterius corporis
unitate compatitur. NON ENIM cognatio fa-
cit proximum, ſed miſericordia: quia miſericor-
dia ſecundum naturam; nihil enim tam ſecun-
dum naturam, quam juvare conſortem naturæ.

85. Dictum eſt igitur de miſericordia, ſed non
℣. 38. una eſt forma virtutis. Subjicitur Marthæ exem-
plo & Mariæ: alterius operibus actuoſa devotio,
alterius religioſa mentis intentio Dei verbo, quæ
ſi cum fide congruat, etiam ipſis operibus ante-
Ibid. 42. fertur, juxta quod ſcriptum eſt: *Maria optimam
partem ſibi elegit, quæ non auferetur illi*. Studeamus
igitur & nos habere quod nemo nobis poſſit au-

A ferre, non ut perfunctoria, ſed diligens audien-
tia deferatur; ſolent enim etiam ipſius ſemina Luc. 8. 12.
verbi cæleſtis auferri, ſi ſecus viam ſint ſeminata.
[b] Agat te ſicut Mariam deſiderium ſapientiæ; b
hoc enim majus, hoc perfectius opus: nec mi-
niſterii cura cognitionem verbi cæleſtis avertat,
nec arguas eos, & otioſos judices, quos videas
ſtudere ſapientiæ; hanc enim ſibi cohabitantem
Salomon ille pacificus adſcivit.

86. Nec Martha tamen in bono miniſterio re-
B prehenditur: ſed Maria, quod meliorem partem
ſibi elegerit, antefertur; Jeſus enim multis abun-
dat, & multa largitur: & ideo ſapientior judi-
catur; quia quod principale advertit, elegit.
Denique apoſtoli optimum non putaverunt re- Act. 6. 2.
linquere Dei verbum, & miniſtrare menſis. Sed
utrumque munus ſapientiæ eſt; nam & Stepha- Ibidem. 5.
nus plenus ſapientia miniſter electus eſt. Et ideo
qui miniſtrat, doctori deferat: & miniſtrantem
doctor invitet & provocet; unum enim eſt cor-
C pus Eccleſiæ, etſi diverſa membra: alterum
altero eget. Non poteſt dicere oculus manui:
Opera tua non deſidero: aut iterum caput pe-
dibus, aut auricula ſe negare eſſe de corpore;
nam etſi alia principalia, tamen alia neceſſaria.
Sapientia in capite, actus in manibus: *Oculi* enim Eccleſ. 2. 14.
ſapientis in capite ejus; quia ille vere ſapit, cujus
animus in Chriſto eſt, & cujus interior oculus
erigitur ad ſuperna. Et ideo: *Sapientis oculi in ca-
pite ipſius*: ſtulti autem in calcaneo.

D *Quis veſtrum habens amicum, ibit ad illum* Cap. 11. ℣. 5.
*media nocte, & dicit illi: Amice, commoda
mihi tres panes.*

87. Alius præcepti locus eſt, ut omnibus mo-
mentis non ſolum diebus, ſed etiam noctibus
oratio deferatur. Vides enim quod iſte qui me-
dia nocte perrexit, tres panes ab amico ſuo poſtu-
lans, & in ipſa petendi intentione perſiſtens, non
defraudetur oratis. Qui ſunt iſti tres panes, niſi
E myſterii cæleſtis alimentum? Quod ſi diligas
dominum Deum tuum, non ſolùm tibi, ſed etiam
aliis poteris emereri. Quis autem amicior nobis,
quam qui pro nobis corpus ſuum tradidit? Ab
hoc media nocte panes David petiit, & accepit;
petiit enim quando dicebat: *Media nocte ſurgebam* Pſal 118. 62.
ad confitendum tibi; ideo meruit hos panes quos
appoſuit nobis edendos. Petiit cùm dicit: *Lavabo* Pſal. 6. 7.
per ſingulas noctes lectum meum; neque enim ti-
muit ne excitaret dormientem, quem ſcit ſemper
F vigilantem.

88. Et ideo ſcriptorum memores, noctibus ac
diebus orationi inſtantes, peccatis noſtris veniam
poſtulemus. Nam ſi ille tam ſanctus, & qui regni
erat neceſſitatibus occupatus, ſepties in die lau- Pſal 118. 164.
dem Domino dicebat, matutinis & veſpertinis
ſacrificiis ſemper intentus: quid nos facere opor-
tet, qui eo amplius rogare debemus, quo fre-
quentius carnis ac mentis fragilitate delinqui-
mus; ut de via laſſis, & iſtius ævi curſu, ac vitæ
hujus anfractu graviter fatigatis, panis refectio-
nis deeſſe non poſſit, qui hominis corda con-
firmet?

89. Nec ſolum media nocte Dominus, ſed om-

a. Rom. edit. ſola, *Spondet ergo ſe reverſurum. Quando rever-
teris, Domine, &c.*

b Quinque mſſ. *Laudatur ergo in Maria deſiderium ſapientiæ.*
Unus, *Acuat te ſicut Mariam &c.*

tibus prope docet vigilandum eſſe momentis; A venit enim & veſpertinâ, & ſecundâ, & tertiâ Luc. 12. 37. vigiliâ, & pulſare conſuevit: *Beati*, itaque, *ſervi illi, quos cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes*. Si ergo diſideras ut virtus Dei præcingat ſe, & miniſtret tibi, vigilandum eſt ſemper: multæ enim inſidiæ ſunt bonis, & gravis corporis ſomnus; quia ſi dormire mens cœperit, vigorem ſuæ virtutis amittit. Excita igitur ſomnum tuum, ut pulſes oſtium Chriſti: quod aperiri ſibi etiam Coloſ. 4. 3. Paulus expoſcit, non ſolum ſuis, ſed etiam po- B puli orationibus obſecrans ſe juvari, ut aperiatur oſtium ſibi ad loquendum myſterium Chriſti. Et fortaſſe illud eſt oſtium quod apertum vidit Apoc. 4. 1. Johannes; vidit enim, & dixit: *Poſt hæc vidi, & ecce oſtium apertum in cælo: & vox prima quam audivi tamquam tubam loquentem mecum, & dicentem: Adſcende huc, & oſtendam tibi quæ oporteat fieri*. Apertum eſt igitur oſtium Johanni, apertum eſt oſtium Paulo; ut nobis panes, quos ederemus, acciperent. Perſeveravit oſtium pulſans C opportune, importune; ut gentes mundani tramitis labore vexatas, alimoniæ cæleſtis ubertate recrearet.

90. Ergo præceptivus locus frequenter orandi, ſpes impetrandi, ratio perſuadendi, prius in præcepto ponitur, poſt in exemplo. Qui enim promittit aliquid, ſpem debet adferre promiſſi; ut monitis obedientia deferatur, promiſſis fides, quæ humanæ contemplatione pietatis in majus æternæ ſpem pietatis adquirit; ſi tamen æqua D poſcantur, ne in peccatum vertatur oratio. Nec erubuit aliquid ſæpius poſtulare, ne vel diffidere de Domini miſericordia videretur, vel arroganter dolere, quòd non prima prece aliquid impe- 2. Cor. 12. 8. traverit. *Propter hoc*, inquit, *ter Dominum rogavi*: & oſtendit quod frequenter Deus ideo non concedat oratus, quod inutilia judicet, quæ nos profutura credamus.

℣. 17. *Omne regnum in ſe ipſum diviſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.* E

a 91. [a] Cauſa dicti hujus ea eſt, quod in Beelzebub principe dæmoniorum ejicere dæmonia dicebatur; ut oſtenderet regnum ſuum individuum eſſe atque perpetuum. Meritóque etiam Johan. 18. 36. Pilato reſpondit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*. Et ideo qui non in Chriſto ſpem gerunt, ſed in principe dæmoniorum ejici dæmones opinantur, eos regni negat eſſe perpetui: quod b ſpectat ad populum Judæorum, [b] qui hujuſmodi F paſſionibus ad dæmonium ejiciendum, dæmonii arceſſit auxilium. Nam quemadmodum poteſt, cùm fides ſcindatur, regnum manere indiviſum? Etenim cùm in Lege ſit populus Judæorum, Chriſtus quoque ſecundum carnem ex Lege ſit generatus: quomodo regnum poteſt Judæorum eſſe perpetuum, quod ex Lege eſt; cùm populus ipſe dividat Legem, quando à Legis populo Chriſtus negatur, qui ex Lege debetur? Ita ex parte ſe fides Judaicæ plebis impugnat, & impugnando dividitur, & dividendo diſſolvitur. Et ideo regnum Eccleſiæ manebit in æternum; quia individua fides, corpus eſt unum: *Unus enim Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnes, & in omnibus.* Epheſ. 4. 5. & 6.

92. Quanta hîc ſacrilegi furoris amentia; ut cùm Dei Filius ad immundos ſpiritus conterendos, & ad manubias mundani principis auferendas ſuſceperit carnem, & deſtruendæ nequitiæ ſpiritalis hominibus quoque dederit poteſtatem, dividens ſpolia ejus, quod inſigne eſt triumphantis, aliqui ſibi adjumentum ac præſidia diabolicæ poteſtatis adſciſcant, cùm in digito Dei, vel certe ſecundùm Matthæum in ſpiritu Dei dæmones excludantur? Matth. 12. 28. Unde intelligitur individuum quoddam [c] velut corpus eſſe divinitatis c & regnum, cùm Chriſtus Dei dextera ſit. Spiritus autem digiti ſpeciem velut unius ſecundum divinitatem corporis ſectiem videatur exprimere. Nonne videtur individuum eſſe regnum, cùm velut corpus ſit indiviſum? *Habitat enim*, Coloſ. 2. 9. ut legiſti, *corporaliter plenitudo divinitatis in Chriſto*. Quod utique & de Patre negare non poteris, & de Spiritu negare non debes. Nec tibi membrorum comparatione noſtrorum portio quædam videatur facienda virtutis; individuæ enim rei non poteſt eſſe diviſio: & ideo ad formam unitatis, non ad diſtinctionem poteſtatis referenda digiti nuncupatio eſt; cùm & dextera Dei dicat: *Ego & Pater unum ſumus*. Sed licet in- Johan. 10. 30. dividua divinitas, diſtincta perſona eſt.

93. Digitus tamen cùm dicitur Spiritus, operatoria virtus ſignificatur, quod divinorum operum ſicut Pater & Filius, ita & Spiritus ſanctus operator ſit. David enim dicit: *Quoniam videbo* Pſal. 8. 4. *cælos opera digitorum tuorum*. Et in trigeſimo ſecundo pſalmo: *Et ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Pſal. 32. 6. Et Paulus ait: *Hæc omnia autem operatur unus at-* 1. Cor. 12. 11. *que idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult*. Et id cùm dicit:

Quod ſi in Spiritu Dei ego ejicio dæmonia, profecto ℣. 20. *pervenit in vos regnum Dei:*

94. Simul oſtendit imperialem quamdam eſſe ſancti Spiritus poteſtatem, in quo regnum eſt Dei. Nos quoque in quibus habitat Spiritus, regalem domum habemus Unde & in poſterioribus dixit: *Regnum Dei, intra vos eſt*. Luc. 17. 21. Et ideo divinitatis, & dominationis, & imperatoriæ majeſtatis conſortem debemus æſtimare Spiritum ſanctum; quia *Dominus eſt Spiritus: ubi autem Spiritus Do-* 2. Cor. 3. 17. *mini, ibi libertas.*

Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, ambu- ℣. 24. *lat per loca arida quæ non habent aquam, quærens requiem, & non inveniens.*

95. Hoc de Judæorum plebe dictum ambigi non poteſt, quam Dominus à regno ſuo in ſuperioribus ſegregavit. Unde omnes quoque hæreticos & ſchiſmaticos à regno Dei, & ab Eccleſia intellige ſeparatos. Et ideo non Dei, ſed immundi ſpiritus omnes ſchiſmaticorum hæreticorumque liquidò claret eſſe conventus. Itaque in uno homine totius Judaici populi comparatio eſt, à

a Rom. edit. ſola, *Cauſa dicti hujus, quoniam Jeſus in Beelzebub . . dicebatur, eſt oſtendere &c.*
b Eadem edit. Rom. expunxerat voces, *hujuſmodi paſſionibus*. Et infra pro, *ex Lege ſit generatus*, nec non *ex Lege eſt*, propria auctoritate poſuerat, *ſub Lege &c.*
c. Mſſ. aliquot, *velut corporis eſſe divinitatis regnum*.

quo per Legem ſpiritus immundus exierat. Sed A quia in nationibus & gentibus per fidem Chriſti requiem reperire non potuit (immundis enim ſpiritibus Chriſtus incendium eſt, qui in pectoribus gentilium, quæ ante arida erant, poſtea per baptiſmum rore Spiritus ſancti humeſcebant, jacula adverſarii ignita reſtrinxerat) ideo regreſſus ad plebem eſt Judæorum, quæ forenſi & perfunctoriâ ſpecie comta, animo manet interiore pollutior. Neque enim ſacri fontis irriguo aut abluebat, aut reſtinguebat ardorem: meritoque B ad eam ſpiritus redibat immundus, adducens ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe; quoniam in hebdomada Legis & octavæ myſterium ſacrilega mente commiſit. Itaque ut nobis multiplicatur ſeptiformis Spiritus gratia: ita illis immundorum ſpirituum omnis cumulatur injuria; univerſitas enim hoc numero aliquoties comprehenditur, Gen. 2. 2. propter quod ſeptimo die concluſis mundi operibus, requievit Deus. Ideo & *ſterilis ſeptem peperit, & populoſa in filiis infirmata eſt.* [1. Reg. 2. 5.] Denique ut C ſcias Synagogæ populum deformari, ubi Eccleſiæ beatitudo laudatur, ſubjecit:

✝. 29. *Generatio hæc, generatio nequam eſt: ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ.* ✝. 30. *Nam ſicut Ionas fuit ſignum Ninivitis: ita erit & Filius hominis.*

96. In hoc quoque Judæorum plebe damnata, Eccleſiæ myſterium evidenter exprimitur, quæ in Ninivitis per pœnitentiam, & in regina auſtri D per ſtudium percipiendæ ſapientiæ de totius orbis finibus congregatur; ut pacifici Salomonis verba cognoſcat. Regina plane, cujus regnum eſt indiviſum, de diverſis & diſtantibus populis in unum corpus adſurgens. Itaque *Sacramentum hoc magnum eſt .... de Chriſto & Eccleſia:* [Ephes. 5. 32.] ſed tamen hoc majus eſt; quia illud in figura ante præceſſit: nunc autem plenum in veritate myſterium eſt; illic enim Salomonis typus, hîc autem Chriſtus in ſuo corpore eſt. Ex duobus igitur conſtat Ec- E cleſia, ut aut peccare neſcias, aut peccare deſinas; pœnitentia enim delictum amovet, ſapientia cavet. Hoc in myſterio.

97. Ceterùm Jonæ ſignum ut typus Dominicæ paſſionis, ita etiam gravium, quæ Judæi commiſerant, teſtificatio peccatorum eſt. Simul advertere licet & majeſtatis oraculum, & pietatis indicium; namque Ninivitarum exemplo & denuntiatur ſupplicium, & remedium demonſtratur. Unde etiam Judæi debent non deſperare indul- F gentiam, ſi velint agere pœnitentiam.

✝. 33. *Nemo lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſupra candelabrum.*

98. Ergo quia in ſuperioribus Eccleſiam Synagogæ prætulit, hortatur nos ut fidem potius noſtram ad Eccleſiam transferamus; lucerna enim fides eſt, juxta quod ſcriptum eſt: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine;* [Pſal. 118. 105.] verbum enim Dei fides noſtra eſt, verbum Dei lux, lucerna eſt fides. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* [Iohan. 1. 9.] Lucerna autem lucere non poteſt, niſi aliunde lumen acceperit. A Hæc eſt lucerna quæ accenditur, virtus ſcilicet noſtræ mentis & ſenſus; ut mnas illa poſſit quæ perierat, reperiri. [Luc 15. 8.] Nemo ergo fidem ſub Lege conſtituat; Lex enim intra menſuram eſt, ultra menſuram gratia: Lex obumbrat, gratia clarificat. Et ideo nemo fidem ſuam intra menſuram Legis includat, ſed ad Eccleſiam conferat, in qua ſeptiformis Spiritus relucet gratia, quam Princeps ille ſacerdotum fulgore ſupernæ divinitatis illuminat, ne eam Legis umbra reſtinguat.

B 99. Denique lucerna illa quam matutinis veſpertiniſque temporibus, ritu veteri Judæorum, princeps ſacerdotum ſolebat accendere, [Exod. 27. 21.] velut ſub modio ſita Legis evanuit: & civitas illa Hieruſalem, quæ in terris eſt, quæ occidit prophetas, quaſi in convalle fletus poſita deliteſcit: illa autem Hieruſalem quæ in cælo eſt, in qua militat fides noſtra, in illo altiſſimo omnium locata monte, hoc eſt in Chriſto, Eccleſia non poteſt tenebris & ruinis hujus mundi abſcondi: C ſed fulgens candore ſolis æterni, luce nos gratiæ ſpiritalis illuminat.

Nunc vos, Phariſæi, priùs quod deforis eſt calicis & catini mundatis. ✝. 39.

100. Vides corpora noſtra terrenorum & fragilium expreſſione ſignari, quæ brevi lapſu præcipitata franguntur: & facile ea quæ mens voluit interna per ſenſus & geſta corporis prodi, ſicut illa quæ calix interius continet, foris lucent. D Unde & in poſterioribus non dubium eſt vocabulo calicis paſſionem corporis declarari, cùm dicit Dominus: [Luc. 22. 42.] *Calicem quem mihi Pater dedit, non vis ut bibam illum?* [Iohan. 18. 11.] Bibit enim corpus ſuum, qui corporalem fragilitatem ſpiritali abſorbet affectu, & quaſi in mentem animumque transfundit; ut interioribus exteriorum imbecillitas hauriatur. Cernis igitur quod nos non exteriora hujus calicis aut catini, ſed interiora contaminant. Et ideo quaſi bonus præceptor docuit quemad- E modum noſtri mundare corporis contagium debeamus, dicens:

Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. ✝. 41.

101. Vides quanta remedia? Mundat nos miſericordia, mundat nos Dei ſermo, juxta quod ſcriptum eſt: *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem meum, quem locutus ſum vobis.* [Iohan 15. 3.] Nec hoc loco ſolum, ſed etiam in aliis quanta ſit gratia expreſ- F ſum tenes: *Eleemoſyna enim à morte liberat:* & [Tob 12. 9.] *Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit in die malo.* [Eccli. 29. 15.]

102. Totus itaque pulcherrimus ab hinc dirigitur locus, ut quoniam nos ad ſtudium ſimplicitatis invitat, ſuperflua Judæorum & terrena condemnet, qui ſecundùm corpus intelligendo quæ Legis ſunt, vitro & catino propter fragilitatem ſui non immeritò comparantur; & ea de quibus nobis nullus eſt uſus, obſervant: ea autem in quibus noſtræ ſpei fructus eſt, negligunt; & ideo peccatum grande committunt, dum meliora deſpiciunt: & tamen ipſis peccati abolitio promittitur, [a] ſi miſericordia conſequatur.

a. Nonnulli mſſ. *ſi miſericordiam conſequantur* Inepte; ſenſus enim eſt, phariſæis promitti peccatorum abolitionem, ſi modo eam miſericordia, id eſt, eleemoſyna pauperibus erogata adquirat, atque mereatur.

℣. 42. 103. Breviter autem vitia eorum multa perſtringit, qui viliorum fructuum decimis conferendis omne ſtudium intendant ſuum: nec ullum futuri judicii metum, nec aliquam Dei habeant caritatem, cùm opera ſine fide vana ſint; prætereunt enim judicium & caritatem Dei: judicium ideo, quia non omnia quæ agunt, in judicium referunt: caritatem ideo, quia non ex affectu Deum diligunt. A

104. Sed ne rurſus fidei nos ſtudioſos faciat, operum negligentes, perfectionem fidelis viri brevi ſermone concludit; ut & fide & operibus B
Ibidem. approbetur, dicens: *Et hæc oportuit facere, & illa non omittere.*

℣. 43. 105. Arrogantiam quoque jactantiamque redarguit Judæorum, dum primatus accubitionis in conviviis appetunt. In ipſos quoque peritos
℣. 44. Legis damnatiouis ſententia promulgatur: qui quaſi ſepulcra quæ non apparent, ſpecie fallunt, viſuque decipiunt, ut cùm foris ſpecioſa promittant, intus oſſa plena fœtoris includant. Quod C faciunt plerique doctores, qui ab aliis exigunt, quæ ipſi non queant æmulari. Et ideo ipſi mo-
Pſal. 5. 11. numenta ſunt, ſicut & alibi dictum eſt: *Sepulcrum patens eſt guttur eorum.*

℣. 47. 106. Bonus etiam locus adverſus ſuperſtitionem vaniſſimam Judæorum, qui ædificando ſepulcra prophetarum, patrum ſuorum facta damnabant: æmulando autem paterna ſcelera, in ſe ipſos ſententiam retorquebant. Etenim propheticorum ædificatione tumulorum, ſceleris eos D qui occiderant, arguebant: & ſimilium æmulatione factorum, ſe quoque declarabant paternæ iniquitatis heredes. Non igitur ædificatio, ſed æmulatio loco criminis æſtimatur. Neque enim poſſunt hereditariæ iniquitatis abſolvi, qui Dei Filium crucifigendo, quod gravius eſt, paternis cumulum ſceleribus addiderunt. Et ideo bene
Matth. 23. 32. alibi addidit: *Implete menſuram patrum veſtrorum*; quia nihil eſt ultra Dei injuriam gravius peccare quod poſſint. E

℣. 49. 107. Propterea mittit ad illos Sapientia apoſtolos & prophetas. Quis eſt Sapientia niſi Chriſ-
Matth. 23. 34. tus? Denique in Matthæo habes: *Ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapientes.*

℣. 52. 108. Arguuntur adhuc ſub nomine Judæorum, & futuro ſupplicio ſtatuuntur obnoxii; quia cùm doctrinam ſibi divinæ cognitionis nſurpent, & alios impediunt, nec ipſi quod profitentur agnoſcant.

Cap. 12. ℣. 6. *Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio, & unus ex illis non eſt in oblivione coram Do-* F
℣. 7. *mino? Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite timere, multis paſſeribus pluris eſtis.*

109. Pulcherrimum locum tenendæ ſimplicitatis, & æmulandæ fidei Salvator intexuit, ne Judaicæ perfidiæ more alia premamus affectu, alia voce ſimulemus; cùm ultimo tempore occulta cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium ſecretum noſtræ mentis aperitur, ut videantur. Quæ enim major eſt ſimplicitatis illecebra, quàm ut unuſquiſque cognoſcat latebram fraudis eſſe non poſſe?

110. Sed quoniam gemina eſt cauſa perfidiæ, quæ aut ex inolita malitia, aut ex accidenti metu naſcitur; ne quis metu territus poteſtatis, Deum quem corde cognoſcit, negare conetur, pulcre addidit animæ tantùm formidabile eſſe ſupplicium, pœnam corporis non eſſe metuendam; mors enim naturæ finis, non pœna eſt: & ideo mortem ſupplicii corporalis eſſe defectum, pœnam vero animæ eſſe perpetuam; eoque Deum ſolum eſſe metuendum, cujus poteſtati non natura præſcribat, ſed eadem natura ſubjaceat: mortem vero non eſſe terribilem, quam locupletiore fœnore ſit immortalitas redemtura.

111. Inſpiraverat Dominus ſimplicitatis affectum, virtutem mentis erexerat, fides ſola nutabat: bene eam de vilioribus roboravit; nam ſi Deus oblivionem paſſerum non habet, hominum habere quî poteſt? Quod ſi tanta eſt Dei, & tam æterna majeſtas, ut unus ex paſſeribus, aut noſtrorum numerus capillorum præter ſcientiam Dei non ſit: quam indignum eſt æſtimare quod fidelium corda Dominus aut ignoret, aut ſpernat, qui viliora cognoſcat?

112. Fortaſſe dicat aliquis: Quomodo Apoſtolus dixit: *Numquid de bobus cura eſt Deo*; cùm utique bos paſſere pretioſior ſit? Sed aliud eſt cura, 1. Cor. 9. 9.
aliud ſcientia. Denique numerus capillorum non in actu computationis, ſed in facilitate cognitionis accipitur; non enim ſollicitam Deus curæ numerantis intendit excubiam: ſed cui cognita ſunt omnia, quaſi numerata ſunt omnia. Bene tamen numerari dicuntur; quia illa quæ volumus ſervare, numeramus.

113. Poſſumus tamen hîc diſcutere aliquod intelligentiæ ſpiritalis arcanum: præſertim cùm hoc videatur abſurdum, ut homines non potius hominibus quam paſſeribus comparentur. Videntur enim quinque iſti paſſeres quinque eſſe corporis ſenſus, tactus, odoratus, guſtus, viſus, auditus: qui modo paſſerum ſi terrenarum ſordium rimentur illuviem, atque ex incultis locis & fœtidis cibum quærant, delictorum ſuorum laqueis occupati, ad ſuperiorum operum fructus, quibus epulantur animæ, revolare non poſſunt. Eſt enim lenocinantis quidam laqueus voluptatis, qui noſtrorum veſtigiis animorum quædam vincula ſubnectat; ut ſi igneum vigorem, puritatemque naturæ, terrenæ materiæ ſenſus hebetaverit, luxuriæ pretio ſæcularis addictum ſub quadam vitiorum auctione conſtituat.

114. Sunt etiam quædam noſtrorum nundinæ delictorum. Itaque variarum capti illecebris voluptatum, aut venumdamur ſub peccato, aut redimimur à peccato. Chriſtus nos redimit, adverſarius vendit: ille auctionatur ad mortem, hic redimit ad ſalutem. Unde bene Matthæus Matth. 10. 29.
duos paſſeres poſuit, corpus animamque ſignificans; quoniam caro quoque ſi conſentiens Dei legi, & exuens ſe lege peccati in naturam animæ ſenſuum puritate transfietit, alis ad cælum ſpiritalibus elevatur. Itaque docemur quia volandi nobis gratiam natura dedit, voluptas abſtulit, quæ malorum eſcis gravat animam, atque in naturam corporeæ molis inclinat.

115. Meritoque poſuit quia nemo illorum cadit ſine voluntate Dei; quod enim cadit, vergit in terram: & quod volat, faſtigio immortalitatis evehitur. Ne cui autem dubium eſſet quod Ibidem.

Matthæus dixit, Lucas evidenter abſolvit, quia A
a voluntas hominis Deo cognita eſt; non enim
quicumqne cadit, voluntate Dei cadit: ſed qui
delictorum ſnorum mole ruerit, Deum latere
Job. 1. 12. non poterit; nam & Job ex Dei volnntate ten-
tatur. Dedit tibi adverſarium, ſed propoſuit præ-
mium. Nec excuſes fragilitatem, qui habes ima-
ginem, accepiſti munitionem: unde & boc pro-
ficit ad ſalutem, nt ſine permiſſione Dei dia-
bolum nocere non poſſe cognoſcas; ne poten-
tiam diaboli magis timeas, quàm divinitatis B
offenſam.

116. Jam illud non dubinm eſt, animæ paſſerem
Pſal. 123. 7. comparari, cùm legeris: *Anima noſtra ſicut paſſer*
Pſal. 10. 2 *erepta eſt de laqueo venantium.* Et alibi: *Quomodo*
dicitis anima mea: Transmigra in montem ſicut
paſſer? Ipſum quoque bominem legimns compa-
Pſal. 101. 8. rari paſſeri; quia ſcriptum eſt: *Ego autem ſicut*
paſſer ſingularis in ædificio; ſcilicet ex dnobus
paſſeribus in unnm paſſerem, hoc eſt, ſpiritalis
ſubſtantiæ ſubtilitatem, concordantis utriuſque C
alæ compage formatus. Ergo paſſer bonus eſt,
cui volandi natura ſuppeditat. Eſt etiam malus
paſſer, qni volandi nſum terrenæ vitio labis abo-
leverit: quales ſunt iſti paſſeres, qui dipondio
væneunt.

Matth. 10. 29. 117. Alibi aſſe væneunt, alibi dipondio. Quanta
vilitas delictorum! Mors enim vilis, ſed pretioſa
virtus. Etenim adverſarius tamquam captiva
mancipia vilioris pretio æſtimationis addicit: at
vero Dominus tamquam ſpecioſa ſervitia, quæ D
ad imaginem & ſimilitudinem ſui fecit, idoneus
ſui operis æſtimator magno pretio nos redemit,
1. Cor. 6. 20. ſicut ſanctus Apoſtolus dixit: *Emti enim eſtis pre-*
tio magno. Et bene *magno*, qnod non æſtimatur
ære, ſed ſanguine; quia pro nobis mortuus eſt
Chriſtus, qui pretioſo nos ſanguine liberavit,
ſicut etiam ſanctus Petrus in Epiſtola comme-
1. Petr. 1. 18 & 19. morat ſuâ, ſcribens ad nos: *Quia non corrupti-*
bilibus argento vel auro, inquit, *redemti eſtis de*
vana veſtra converſatione paterna traditionis: ſed E
pretioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & imma-
culati Chriſti Jeſu. Et bene *pretioſo*, quia imma-
culati corporis ſanguis eſt, quia ſanguis eſt Filii
Dei: qui non ſolum de maledicto Legis, ſed
etiam de impietatis morte perpetua nos rede-
mit.

118. In ſumma igitur hic ſenſus eſt: ſi Dominus
vilibus avibus, & infidelibus hominibus vel in
oriundo ſole, vel in terrena fœcunditate proſpe-
xit; ſi miſericordiæ ſuæ omnibus munus impar- F
tit, haud eſſe dubitandum contemplationem
apud illnm fidelium valituram eſſe meritorum.
Præclare autem & fidem acnendo intexuit, &
fidei ipſi virtutum fundamenta ſubjecit; nam nt
fortitudinis incentivum eſt fides, ita fidei firma-
mentum eſt fortitudo.

℣. 9. *Qui autem negaverit me coram hominibus, nega-*
℣. 10. *bitur coram Angelis Dei. Et omnis qui dicit verbum*
in Filium hominis, remittetur ei: in Spiritum au-
tem ſanctum qui dixerit, non remittetur ei.

119. Utique *Filium hominis* Chriſtum intelli-
gimus, qui de Spiritu ſancto generatus in virgi-
ne eſt; quod parens ejus in terris ſola ſit Virgo.
Numquid ergo major eſt Chriſto Spiritus ſanc-
tus; ut in Chriſtum peccantes veniam conſe-
quantur, in Spiritum ſanctum delinquentes re-
miſſionem non mereantur adipiſci? Sed ubi uni-
tas poteſtatis eſt, nulla comparationis eſt quæſtio,
neque controverſia magnitudinis, cùm magnus
ſit Dominus, & magnitudinis ejus finis eſſe non
poſſit. Si igitur, quod credimus, unitas Trinita-
tis eſt, indiſcreta utique magnitudo, ſicut indiſ-
creta operatio; quod in ſequentibns demonſtra-
tur: nam cùm alibi dictum ſit: Pater vobis dat
quid loquamini, hîc ſubjecit: *Spiritus enim ſanc-* Matth. 10. 19.
tus docebit vos in illa hora quæ oportet dicere. Ergo
ſi operatio una eſt, una eſt contumelia.

120. Sed ad propoſita revertamnr. Hîc vide-
tur quibuſdam ut eumdem & Filium hominis &
Spiritum ſanctum Chriſtum intelligamus, ſalva
diſtinctione perſonarum, & nnitate ſubſtantiæ;
quia unus & Deus & homo Chriſtus, idem ſpiri-
tus, ſicut ſcriptum eſt: *Spiritus ante faciem noſtram* Thren. 4. 20.
Chriſtus dominus: idem ſanctns; quia ſicut Deus
Pater, & Filius Deus, dominus Pater & Filius do-
minus: ita etiam & Pater ſanctus, & Filius ſanc-
tus, & Spiritns ſanctus. Denique Cherubim & Se- Eſaiæ. 6. 3.
raphim indefeſſis vocibus clamant: Sanctus, ſanc-
tus, ſanctus; ut Trinitas repetitâ terniâ appella-
tione ſignetur. Si ergo utrumque Chriſtus eſt,
qnæ eſt diverſitas, niſi ut ſciamus quia divinita-
tem Chriſti nobis negare non liceat? Denique in
perſecutione quid quæritur, niſi ut Dens Chriſ-
tus negetur? Itaque quicumque ſpiritus non
confitetur in Chriſto Deum, & ex Deo, atque in
Deo Chriſtum, veniam non meretur. Sed etiam
quicumque non confitetur Chriſtum in carne
veniſſe, ex Deo non eſt: qui enim hominem ne-
gavit, Deum negavit; quia Deus in homine, &
homo in Deo Chriſtus.

121. Plerique tamen illud tenent, ut eam blaſ-
phemiam dicant non eſſe veniabilem, ſi quis
Chriſtum dicat in Beelzebnb ejicere dæmonia,
non poteſtate divina.

Et ait quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo ℣. 13.
ut dividat mecum hereditatem. At ille dixit ei: Homo, ℣. 14.
quis me conſtituit judicem aut diviſorem ſupra vos?

122. Totus bic locus ad ſubeundam pro con-
feſſione Domini paſſionem, aut contemtu mor-
tis, aut ſpe præmii, aut manſuri dennntiatione
ſnpplicii, cui numquam venia laxetur, inſtrui-
tur. Et quoniam avaritia plerumque ſolet tenta-
re virtutem, etiam hujus abolendæ rei præcep-
tum ſubjicitur & exemplum, dicente Domino,
Quis me conſtituit judicem aut diviſorem ſupra vos?
Bene terrena declinat, qui propter divina deſ-
cenderat: nec judex eſſe dignatur litium, & arbi-
ter facnltatum, vivorum habens mortuorumque
judicium, arbitriumque meritorum. Non ergo
quid petas, ſed à quo poſtules intuendum eſt:
nec coram majoribus intento animo putes mi-
noribus obſtrependum. Unde non immerito re-
futatur hîc frater, qui diſpenſatorem cæleſtium

a. Omnes edit. cum parte mſſ. *voluntas Dei cognito Dei*, mſſ. tamen pro, *cognito Dei*, habent, *cognita eſt*. Alii vero qui & me-lioris notæ, ut in textu. Conſequenter autem ubi præferunt edit. *non enim quiſquam*, Amerb. *quiſque*, *voluntate Dei cadit* mſſ. omnes nobiſcum faciunt, excepto quod in nonnullis primum *cadit*, prætermittitur.

geſtiebat corruptibilibus occupare; cùm inter A
fratres patrimonium non judex medius, ſed pie-
tas debeat ſequeſtra dividere: quamquam im-
mortalitatis patrimonium, non pecuniæ, ſit ho-
minibus expetendum; fruſtra enim congregat
℣. 17. & ſeq. opes, qui ſe his neſcit uſurum: ſicut ille qui cùm
repleta horrea novis meſſibus rumperentur, exu-
berantium ſibi fructuum receptacula præpara-
bat, cui congregaret ignarus. Remanent enim
in ſæculo cuncta quæ ſæculi ſunt, & prætereunt
nobis quæcumque congregantur heredibus; ne- B
que enim noſtra ſunt, quæ non poſſumus aufer-
re nobiſcum. Sola virtus comes eſt defunctorum,
ſola nos ſequitur miſericordia, quæ cæleſtium
dux prævia manſionum, pecuniæ vilis uſurâ ta-
bernacula defunctis adquirit æterna, ſicut Do-
Luc. 16. 9. mini præcepta teſtantur, dicentis ad nos: *Facite
vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant
in æterna tabernacula ſua.* Bonum itaque ac ſalu-
tare præceptum, & idoneum quod vel avaros
poſſit animare, quo ſtudeant corruptibilia per- C
ennibus, terrena mutare divinis. Sed quoniam
plerumque devotio fidei infirmitate revocatur,
& ad conferendum patrimonium promti, victus
ſui conſideratione retrahuntur; eo addidit Do-
minus dicens:

℣. 22. *Nolite ſolliciti eſſe animæ quid manducetis: neque
℣. 23. corpori quid veſtiamini. Anima plus eſt quàm eſca:
& corpus plus quam veſtimentum.*

123. Nihil enim moralius ad faciendam fidem D
omnia credentibus à Deo poſſe conferri, quam
quod aerius ille ſpiritus vitale collegium animæ,
corporiſque contubernio fœderatum, ſine noſ-
tro labore perpetuat, nec ſalutaris deficit uſus
alimenti, niſi cùm venerit dies ſuprema morien-
di. Cùm igitur anima indumento corporis veſ-
tiatur, & vigore animæ corpus animetur, abſur-
dum eſt ut victus nobis copiam defuturam pu-
temus, qui vivendi jugem ſubſtantiam conſe-
quamur. E

Matth. 6. 26. 124. *Conſiderate*, inquit, *volatilia cæli*. Magnum
ſane & aptum quod fide ſequamur exemplum.
Nam ſi volatilibus cæli quibus nullum exerci-
tium cultionis, nullus de meſſium fœcunditate
proventus eſt, indeficientem tamen providentia
divina largitur alimoniam, verum eſt cauſam
inopiæ noſtræ avaritiam videri. Etenim illis id-
circo inelaborati pabuli uſus exuberat, quod
fructus ſibi commuuem ad eſcam datos ſpeciali
quodam neſciunt vindicare dominatu: nos com- F
munia amiſimus, dum propria vindicamus; nam
nec proprium quidquam eſt, ubi perpetuum ni-
hil eſt; nec certa copia, ubi incertus eventus.
Cur enim divitias tuas æſtimes, cùm tibi Deus
etiam victum cum ceteris animantibus voluerit
eſſe commuoem? Aves cæli ſpeciale ſibi nihil
vindicant, & ideo pabulis indigere neſciunt; quia
non norunt aliis invidere.

℣. 17. *Conſiderate lilia quomodo creſcunt.* Et infra: *Si
℣. 28. autem fœnum quod hodie eſt, & cras in clibanum
mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos mini-
mæ fidei?*

125. Bonus quidem ſermo atque moralis, quòd
ad fidem divinæ nos miſericordiæ conferendæ,
vel juxta litteram, quia ad ſtaturam corporis noſ- ℣. 25.
tri, vel ſpiritaliter, quia ſupra menſuram ſtatu-
ræ noſtræ ſine Dei favore nihil valemus adjun-
gere, comparatione floris & fœni ſermo Domi-
nicus provocavit. Quid enim tam morale ad per-
ſuaſionem, quàm cùm videas quod etiam quæ
ſunt irrationabilia, ſic Dei proſpicientia veſtiun-
tur; ut nullo uſu vel ad gratiam egeant, vel or-
natum: multo magis credas rationabilem homi-
nem, ſi omnem ſui uſum in Deo collocet, nec
ſtudio mutandi violet fidem, numquam egere
poſſe; eo quod jure præſumſerit de favore di-
vino?

126. Sed tamen ut etiam altius iſta pendamus;
quia non otioſum videtur quod flos vel homini
confertur, vel certe plus quam hominibus in
Salomone præfertur, qui tantum meruit ut vel
in ſpecie templum Deo conderet, vel in myſte-
rio Chriſti Eccleſiam figuraret: non alienum vi-
detur ut per claritatem coloris, Angelorum cæ-
leſtium gloriam putemus expreſſam, qui vere
mundi iſtius flores ſunt; quando eorum claritati-
bus mundus ornatur, & bonum odorem ſancti-
ficationis adſpirant. Quorum præſidio fulti poſ-
ſumus dicere: *Bonus odor Chriſti ſumus Deo in iis qui* 2. Cor. 2. 15.
ſalvi fiunt: qui nulla ſollicitudine præpediti, nullo
uſu laboris exercitati, divinæ in ſe liberalitatis
gratiam, & cæleſtis ſervant dona naturæ. Unde
bene & hîc veſtitus gloria ſua Salomon, & alibi Matth. 6. 29.
coopertus oſtenditur, quod infirmitatem corpo-
reæ naturæ veluti virtute quadam mentis ado-
pertam operum gloriâ veſtiebat. Angeli vero
quorum natura divinior expers manet injuriæ
corporalis recte, licet maximo viro, conſidera-
tione tamen noſtræ iojuriæ præferuntur. Ergo
quoniam per reſurrectionem erunt homines ſi-
cut Angeli in cælis, nos quoque exemplo An-
gelorum gloriæ cæleſtis augmentum Dominus,
qui & illis eam tribuit, ſperare præcepit, quoad
abſorbeatur hoc mortale à vita: *Oportet enim cor-* 1. Cor. 15. 53.
*ruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc
induere immortalitatem.*

127. Plerique etiam comparationem hanc ſe-
cundum naturam floris & uſum putant propo-
ſiti germinis aptiorem; eo quod lilia nullius an-
nui uſus cultum requirant, nec ſicut erga pro-
ventum fructuum ceterorum, ita etiam erga ge-
nerationem iſtius floris ſollicitis in orbem redeat
labor actus agricolis. Quibuſlibet enim ſiccita-
tibus agri omne illud quod alitur in florem,
quadam virtute genitali ex ſe ſe atque in ſe ſuc-
ci ſemper manentis animatur: ita cùm foliorum
puberum caulem videas aruiſſe, floris tamen na-
tura vireſcit; abſconditur enim viriditas, non
amittitur. At ubi vernis fuerit provocata blan-
ditiis, indumentum germinis, comam floris, lilii-
ve reſumit ornatus. Quem locum nunc, quo-
niam alibi uberius tractatum eſſe reminiſcimur,
perſtrinxiſſe ſatis eſt; ne in eadem ſit recurſus.

128. Illud quoque advertendum eſt, quia non
in aſperitatibus montium, incultiſque ſylvarum
lilia, ſed in hortorum amœnitate generantur.
Sunt enim horti quidam diverſarum pomiferi
virtutum, juxta quod ſcriptum eſt: *Hortus clau-* Cant. 4. 12.
ſus, ſoror mea ſponſa, hortus clauſus, fons ſignatus;
eo quod ubi integritas, ubi caſtitas, ubi religio,
ubi

ubi fida ſilentia ſecretorum, ubi claritas Ange- A lorum eſt, illic * confeſſorum violæ, lilia virginum, roſæ martyrum ſunt. Nec incongruum quiſquam putet quod Angelis lilia comparentur, cùm lilium ſe Chriſtus ipſe memoraverit di- Cant. 2. 1. cens: *Ego flos campi, & lilium convallium.* Et bene lilium Chriſtus, quia ubi martyrum ſanguis, ibi Chriſtus, qui eſt flos ſublimis, immaculatus, innoxius: in quo non ſpinarum offendat aſperitas, ſed gratia circumfuſa clareſcat. Sunt enim ſpinæ roſarum, quia tormenta ſuot martyrum. B Non habet ſpinas inoffenſa divinitas, quæ tormenta non ſenſit.

129. Ergo ſi lilia vel Angeli ſupra hominum gloriam veſtiuntur, oec in nobis miſericordiam Dei deſperare debemus, quibus per reſurrectio- Matth. 22. 30. nis gratiam Domious ſimilem Angelorum ſpeciem pollicetur. Quo loco etiam illam videtur perſtringere quæſtionem, quam etiam Apoſtolus 1. Cor. 15. 35. non omiſit, quia gentes hujus mundi quærunt, quomodo reſurgaot mortui, & quali corpore ve- C niant?

℣. 31. 130. Nam cùm dicat: *Quærite regnum Dei: & hæc omnia adjicientur vobis*; nec ad præſens, nec in reliquum fidelibus oſtendit gratiam defuturam: ſi modo qui divina deſiderant, terrena non quærant. Indecorum quippe eſt homines curare de cibo, qui militant de regno. Novit rex quemadmodum familiam ſuam paſcat, alat, veſtiat, Pſal. 54. 23. & ideo dixit: *Jacta in Deum cogitatum tuum, & ipſe te enutriet.*

℣. 49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi* ℣. 50. *jam accendatur? Baptiſma habeo baptizari, & quomodo angor, uſque dum perficiatur?*

131. In ſuperioribus vigilare nos voluit, per omnia exſpectantes momenta domini Salvaroris adventum, ne dum aliquis remittit & negligit, de die in diem opera ſua differens, judicii futuri die, vel propria morte præventus, meritum ſuæ commendationis amittat. Et illa quidem in om- E nes præcepti forma generalis: verum ſeries ſequentis exempli diſpenſatoribus, hoc eſt, ſacerdotibus videtur eſſe propoſita; quo ſciaot ſibi gravem in futurum pœnam eſſe ſubeundam, ſi ſæcularibus intenti deliciis, familiam Domini plebemque commiſſam ſibi gubernare neglexerint.

132. Sed quia exiguus eſt profectus, & parva meritorum gratia, ſupplicii metu ab errore revocari, majorque prærogativa caritatis & amoris F eſt, Dominus ad promerendam ſui gratiam ſtudia noſtra acuit, & adquirendæ cupiditate divinitatis inflammar dicens: *Ignem veni mittere in terram.* Non utique illum ignem conſumtorem bonorum, ſed bonæ voluntatis auctorem, qui aurea Dominicæ domus vaſa meliorat, fœnum vero conſumit & ſtipulam, ac ſæcularia omnia muodi voluptate concreta, perituræque opus carnis exurit ignis ille divinus, qui flammigerabat in oſſibus prophetarum, ſicut ſanctus Hieremias dicit: *Quia factus eſt ſicut ignis ardens, flammigerans in oſſibus meis.* Hier. 20. 9. Eſt enim ignis Domini, de quo dictum eſt: *Ignis ante eum ardebit.* Pſal. 96. 3. Eſt & idem Dominus ignis, ſicut ipſe dixit: *Ego ſum* Exod. 3. *ignis ardens, & non conſumens.* Ignis enim Domini lumen æternum eſt. Quo igni illæ accenduntur lucernæ, de quibus ſupra dixit: *Sint autem lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes.* Et ideo quia nox eſt dies hujus vitæ, lucerna eſt neceſſaria. Hunc ignem in ſe etiam Amaon & B Cleophas à Domino miſſum eſſe teſtantur dicentes: *Nonne cor noſtrum ardens erat in via, cùm* Luc. 24. 32. *aperires nobis Scripturas?* Evidenter itaque docuerunt qualis iſtius ignis ſit operatio, qui ſecreta cordis illuminat. Ideo fortaſſe Dominus in igne venturus eſt; ut reſurrectionis tempore vitia univerſa conſumat, ſuique conſpectu deſideria compleat ſingulorum, meritorumque & myſteriorum lumen accendat.

133. Tanta itaque Domini dignatio eſt, ut in- C fundendæ nobis devotionis, & conſummandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis ſtudium paſſionis ſibi ineſſe teſtetur: qui cùm in ſe nihil habuerit quod doleret, noſtris tamen angebatur ærumnis, & ſub tempore mortis mœſtitiam prætendebat, quam noo ex metu mortis ſuæ, ſed ex mora noſtræ redemtionis adſumſerat, juxta quod ſcriptum eſt: *Et quomodo angor uſque dum perficiatur?* Utique qui uſque ad perfectionem angitur, de perfectione ſecurus eſt. Et D ait alibi: *Triſtis eſt*, inquit, *anima mea uſque ad* Matth. 26. 38. *mortem.* Noo propter mortem, ſed uſque ad mortem triſtis eſt Dominus; quia cum conditio corporalis affectus, non formido mortis offendit. Nam qui corpus ſuſcepit, omnia debuit ſubire quæ corporis ſunt; ut eſuriret, ſitiret, angeretur, contriſtaretur: divinitas autem commutari per hos neſcit affectus. Simul oſteodit quod in certamine paſſionis mors corporis, abſolutio anxietatis, non coacervatio ſit doloris.

Putatis quod pacem veni dare in terram? Non ℣. 51. *dico vobis, ſed ſeparationem. Erunt autem ex hoc* ℣. 52. *quinque in domo una diviſi, tres in duos, & duo in tres dividentur. Pater in filium, & filius in patrem* ℣. 53. *dividentur: mater in filiam, & filia in matrem: ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam.*

134. Cùm in omoibus fere Evangelicis locis ſpiritualis intellectus operetur, tamen in præſenti maxime ne quem duritia nudæ expoſitio- F nis offendat, ſpiritali altitudine ſenſus ſeries temperanda eſt: præſertim cùm ſacro-ſancta religio moralibus diſciplinis, & mitibus pietatis exemplis etiam fidei exſules ad reverentiam tamen ſui clementer invitet, ut prævia fidei diſciplina manſuetudine ſui ſuperſtitionum dura diſſolvat, & obnoxias erroribus mentes cogat etiam fide credere, quas potuit pietate mulcere. Etenim cùm fidei alta pectoribus non capiuntur infirmis, per ea quæ præcepta ſunt, ea quæ veneranda ſunt, æſtimantur, ut juſta de juſto, ſancta

*. Confeſſores, qui nonnumquam ab antiquis ſumuntur pro ipſis martyribus, ab eiſdem hoc loco manifeſte diſtinguuntur. Utrum autem tam ii ſignificentur hoc nomine qui cùm pro fide carcerem aut tormenta paſſi eſſent, poſtea tamen incruenta morte vitam clauſerant: quàm illi qui propter diuturnius pœnitentiæ martyrium hoc vocabulo jam communiter apud nos deſignantur, non ſatis conſtat. Etenim hoc ultimo ſenſu id nominis apud veteres vix uſurpatum reperias. Alias vero ejuſdem vocis interpretationes videſis apud Menardum noſtrum in lib. ſacram. S. Greg. pluribus locis, & Cangium in Gloſſar. ad eamdem vocem. Quod autem confeſſoribus violæ adſignantur, ea cauſa eſt, quod corpora ſeveriori caſtigatione liventia, mortuorumque cadaveribus haud multum diſſimilia quodammodo violaceum colorem referunt. Vide Sylvam Allegoriarum in voce, *viola*

de ſancto bonorum ſuorum bonum teſtentur A auctore.

135. Ergo Dominum illum qui ſimul divinitatis reverentiam,& pietatis gratiam[a] ſuadere complexus eſt dicens: (Luc. 10. 27.) *Diliges dominum Deum tuum....* *& diliges proximum tuum*; ita nunc mutatum eſſe opinabimur, ut abolere neceſſitudinum nomina, collidere pietatis affectus, cariſſimorum pignorum diſſidia mandaſſe credamus? Et quomodo (Epheſ. 2. 14.) *ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum?* Quomodo ipſe dicit: (Johan. 14. 27.) *Pacem meam do vobis, pacem* B *meam relinquo vobis*, ſi parentes á filiis, filios á parentibus diſſidio neceſſitudinis ſeparaturus advenit? Quomodo (Deut. 27. 16.) *Maledictus qui non honorat patrem*, religioſus qui deſerit?

136. Sed ſi advertamus quia prima cauſa religionis, ſecunda pietatis eſt,[b] enodem etiam hanc æſtimabimus quæſtionem; oportet enim ut divinis humana poſthabeas. Nam ſi officium parentibus exhibendum eſt, quanto magis auctori parentum, cui gratiam etiam pro parentibus tuis C debes? Aut ſi illi omnino non recognoſcunt parentem, quemadmodum tu recognoſcas? Non igitur dicit renuntiandum eſſe pignoribus, ſed Deum omnibus præferendum. Denique habes in alio libro: (Matth. 10. 37.) *Qui diligit patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus.* Non diligere parentes, ſed eos Deo præferre prohiberis; etenim naturæ pignora Domini beneficia ſunt: nec quiſquam debet plus amare beneficium quod accepit, quam Deum à quo beneficium ſervatur ac- D ceptum. Ergo etiam ſecundum litteram pie intelligentibus expoſitio religioſa non deeſt; ſubeſt tamen quo altius referendum putemus hunc ſenſum, quia addidit:

Erunt ex hoc quinque in domo una diviſi, tres in duos, & duo in tres dividentur.

137. Qui ſunt enim quinque, cùm ſex perſonarum facta videatur ſubjectio, patris & filii, matris & filiæ, ſocrus & nurus? Quamquam ea- E dem mater quæ ſocrus accipi poſſit, quæ enim mater eſt filii, ſocrus ejus uxoris eſt; ut juxta litteram quoque numeri non abſurda ſit ratio, liquidòque clareat fidem vinculis nexam non eſſe naturæ, quo licet officio pietatis obnoxii, fide tamen liberi ſunt.

138. Non incongruum quoque videtur ſi myſtica interpretatione enodemus hunc ſenſum. Domus una, homo unus eſt. Unuſquiſque enim domus aut Dei eſt, aut diaboli. Itaque domus F ſpiritualis, homo eſt ſpiritualis, ſicut habemus (1. Pet. 2. 5.) in epiſtola Petri: *Et vos tamquam lapides vivi ædificamini domus ſpiritualis in ſacerdotium ſanctum.* In hac ergo domo duo in tres, tres in duos (Matth. 18. 19.) dividuntur. Duos legimus frequenter animam & corpus. Quod ſi duobus in terra convenerit, (1. Cor. 9. 27.) effecit utraque unum. Et alibi: *Caſtigo corpus meum, & ſervituti redigo.* Aliud eſt quod ſervit, aliud cui ſubjicitur.

139. Si duos agnovimus, etiam tres agnoſca- A mus: quod proclive ex illis duobus eſt intelligere. Tres enim animæ in corpore affectiones ſunt: una rationabilis, alia concupiſcibilis,[c] tertia impetibilis, hoc eſt, λογιστικόν, ὀρεκτικόν, ὀργιστικόν. Non ergo duo in duos: ſed duo in tres, & tres in duos dividentur; etenim per adventum Chriſti homo qui erat irrationabilis, rationabilis factus eſt. Ante eramus ſimiles beſtiarum quæ rationem neſciunt, eramus carnales, eramus terreni juxta illam ſententiam: *Terra es, & in terram ibis.* (Gen. 3. 19.) Ve- B nit Dei Filius, miſit Spiritum ſuum in corda noſtra; facti ſumus filii ſpirituales.

140. Poſſumus dicere quia in hac domo ſunt alii quinque, id eſt, odor, tactus, guſtus, viſus, auditus. Ergo ſi ſecundum ea quæ audimus aut legimus, ſeparato ſenſu viſus atque auditus, excludamus ſuperfluas corporis voluptates, quæ guſtu, tactuque, & odore pariuntur, duos in tres dividimus; eo quod mentis habitus vitiorum non capiatur illecebris, ſed æmulatione virtutis à C lenociniis ſe voluptatis abducat: & ne fiat omnium una conſenſio, quæ præcipitet in errorem, ſed dividendo ſe ſeparent deſideria cordis, & officia virtutis. Aut ſi quinque ſenſus accipimus corporales, vitia jam corporis & peccata ſe ſeparant. Et fortaſſe quinque ſunt quos fratres ſuos ille in Evangelio dives luxurioſus appellat, (Luc. 16. 28.) qui cruciari deſcribitur apud inferos, quibus mandari rogat ut noverint in hoc ſæculo delicias abdicandas, ut poſſint requiem habere poſt ſæ- D culum, ſtudio virtutis.

141. Poſſunt etiam videri caro atque anima (S. Aug. lib. 2. cont. Jul. Pelag. c. 5.) ab odore, tactu, guſtuque luxuriæ ſeparata, in una domo ſe adverſus incurſantia vitia dividentes, caro & anima ſubjicientes ſe legi Dei, & removentes à lege peccati: quorum licet diſſenſio per prævaricationem primi hominis in naturam ſe verterit; ut nequaquam ſibi paribus ad virtutem ſtudiis convenirent; tamen per crucem domini Salvatoris tam inimicitiis, quam etiam E mandatorum lege vacuatis, in ſocietatis concordiam congruerunt, poſteaquam (Epheſ. 2. 14. 15. & 16.) *Chriſtus è cælo pax noſtra deſcendens, fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſolvit, inimicitias in carne ſua lege mandatorum in decretis evacuans; ut duos conderet in uno novo homine faciens pacem, & reconciliaret utroſque in uno corpore Deo.* Quis eſt uterque, niſi unus interior, alter exterior? Alter animæ ſpectat vigorem, alterum refert ad corporis ſenſum;[d] quamquam in ſe ſeparabilis F affectus conſpiratione concordent, cùm caro ſubjecta meliori, ſalutaribus obedit imperiis: non quod in naturam animæ ſubtilitate materiæ tranſfuſa demigret, ſed quia deliciis abdicatis, ab omni defæcata labe vitiorum, cæleſtis converſationis tramitem obedientiæ affectione gradiatur: jam non ut antea legi mentis repugnans, ſed per legem mentis & ſpiritum vitæ liberata à lege peccati; ut animæ caro fiat appendix, non jam lena vitiorum, ſed æmula quædam, & quaſi pediſſequa virtutis.

a. Omnes edit. ac mſſ. nonnulli, *ſua lege complexus.* Reliqui multo majori numero & auctoritate, ut in textu.

b. Vet. edit. ac pauci mſſ. *in eodem.* Mendoſe. Rom. *enodandam* Melius. Optime vero mſſ. pleriqne, *enodem*, id eſt, facilem atque expeditam.

c. Amerb. *tertia impenetrabilis.* Alii edit. *irritabilis.* Mſſ. unus *impoſſibilis*, alius *impatibilis*, & hic forte non male. Reliqui tamen magno conſenſu, *impetibilis*, hoc eſt, quæ impetit, ſive impetu fertur in obſtantia.

d. Omnes edit. cum parte mſſ. *quamquam inſeparabilis.* Magis ſecere alii, ut in textu; niſi quod unus habet, *quamquam in ſe paribus*. alter, *in ſe parit*. Utrumque male.

142. Et rurſus quando anima corporis non connivet illecebris, nec carnalium voluptatum delectatione vincitur, ſed mens pura mundique hujus exuta famulatu, ſenſus corporis in ſuas illicit & adtrahit voluptates; ut audiendi legendique uſu incrementa virtutis epuletur, atque [a] interioris ſucci ſpiritualibus neſcitura famem ſatietur alimentis. Etenim oratio cibus mentis eſt, præclaraque alimonia ſuavitatis, quæ membra non oneret, neque ſe in naturæ pudenda, ſed in ornamenta convertat; cùm libidinum volutabrum commutatur in Dei templum, diverſoriumque vitiorum ſacrarium incipit eſſe virtutum. Quod utique tunc facit cùm caro in naturam regreſſa, vigoris ſui agnoſcit altricem, atque auſu depoſito contumaciæ, moderantis animæ conjugatur arbitrio: qualis fuit cùm inhabitanda paradiſi ſecreta ſuſcepit, antequam veneno peſtiferi ſerpentis infecta, ſacrilegam famem ſciret, divinorumque memoriam præceptorum animæ ſenſibus inhærentem, edacitatis ſtudio præteriret. (Aug lib. 2 cont. Iul. Pelag. c. 5.)

143. Hinc peccatum manaſſe proditur, tamquam corpore animaque genitoribus, dum corporis natura tentatur, anima male ſana compatitur. Quæ ſi appetentiam corporis refrenaſſet, in ipſo ortu extincta eſſet origo peccati, quam velut virili infuſam corporis motu, [b] madefacta anima etiam ſui vigore corrupto, alienis gravis operibus parturivit. Etenim ille violentior & fortior ſexus quodam valido impetu velut virilis fertur affectus: hæc molliorem quàm vehementiorem ſtudet tenere rationem. Ex his itaque diverſarum cupiditatum motus adolevit.

144. Sed ubi in ſe anima redit, deformis partus pudore conventa, degeneres abjurat heredes, abdicans motus, exoſa peccatum. Caro quoque gravium laborum defœnerata ſorte, & uſurâ injuriæ miſerabilis fatigata, ubi ſe cupiditatibus ſuis quas ſibi ipſa generavit, tamquam ſentibus mundi doluit eſſe confixam, veterem hominem feſtinat exuere; ut ſe ſibi auferat, [c] ne improvidam parentem ſucceſſio peritura deſtituat. Rurſus cupiditatum irrationabilis motus, quaſi cujuſdam formæ decore fucato, voluptatis lenociniis illectans, eam ſibi tamquam in uſum ſocietatis adſcivit: ita velut quædam corporis atque animæ nutus voluptas motui pravæ cupiditatis innubit.

145. Ergo quamdiu manſit in una domo, conſpirantibus vitiis individua inſeparabiliſque conſenſio, nulla videbatur eſſe diviſio. Ubi vero Chriſtus ignem quo [d] delicta carnis exureret, vel gladium qui ſignificat exertæ aciem poteſtatis, quo ſpiritus medullarumque ſecreta penetrantur, miſit in terras; tunc caro atque anima regenerationis innovata myſteriis, oblita quod erat, incipit eſſe quod non erat: ac ſic veteris vitii, quamvis ſibi ante dilecti, ſocietatem ſecernit, & quaſi prodigæ copulam poſteritatis eliminat; ut dividantur parentes in filios, dum intemperans motus temperantiâ corporis abdicatur, & anima declinat conſortium culpæ, nec extraneæ illi & foris ſumtæ locus remanet voluptati.

146. Filii quoque in parentes dividuntur, dum renovati hominis cenſuram ſenilem vitia vetuſta declinant, pietatiſque normam voluptas adoleſcentior, tamquam ſeriæ domus refugit diſciplinam. Non incongruum quoque eſt ſi putemus quod & iſti ideo ſe dividant, ut meliores fiant parentibus; maxime cùm in poſterioribus dixerit: *Si quis venit ad me, & non odit patrem aut matrem, aut filios, & fratres, & ſorores, etiam & animam ſuum, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* (Luc 14. 26) Et ideo ſecundum ſimplicem intelligendi formam, gentilibus parentibus qui Chriſtum ſequitur filius antefertur; religio enim præſtat pietatis officiis.

147. Illud quoque ſecundum altiorem interpretationem, quia de carne peccatum naſcitur, & velut in utero carnis operatur, de quo ait Apoſtolus: *Si autem quod nolo hoc ago, jam non ego illud operor: ſed quod habitat in me peccatum.* (Rom. 7. 20.) Cùm pro vita mundi hujus effuſus Domini ſanguis aboleverit vitia, in gratiam ex offenſione convertitur: *Superabundavit enim peccatum, ut ſuperabundaret gratia;* (Rom 5. 20.) fitque ut ex peccato orta pœnitentia ad converſionem propoſiti, & ad cupiditatem gratiæ ſpiritalis impellat. Itaque quod erat mihi ad mortem, hoc erit in ſalutem. Ergo peccatum irriguo fontis ablutum, ab ea unde generatum eſt carne ſecernitur: & dum unuſquiſque cupit redimere delictum, fit ex ſerie culpæ ſtudium diſciplinæ.

148. Concupiſcentia quoque rerum malarum, & quidam motus fervidior cupiditatis Dei verbo in appetitum transfunditur divinæ caritatis & amoris, atque in eadem natura fit varia diſciplina, multoque meliorem quàm antea voluptatem ſibi myſteriorum cæleſtium ille corporis atque animæ appetitus adquirit. Alitur enim animus cognitione rerum, & comperta futurorum repromiſſione ſublimior, animæ opera vetuſta faſtidit: *Animalis* enim *homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei; ſtultitia enim illi eſt:* (1. Cor. 2. 14.) ſpiritalis autem dijudicat omnia; ipſe autem à nemine dijudicatur.

Dum vadis cum adverſario tuo ad magiſtratum, in via da operam liberari ab illo; ne forte condemnet te apud judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde donec etiam noviſſimum quadrantem reddas. (℣. 58. ℣ 59.)

149. Hoc etiam Matthæus poſuit: ſed ille ſpecialiter, iſte generaliter: ille enim de reconcilianda pace diſſidentium fratrum dictum putavit: hic de pœnitentia, & omnis emendatione delicti. (Matth. 5. 25.) Diſcutiamus igitur qui ſit adverſarius, qui magiſtratus, qui judex, quive exactor, quemve putemus eſſe quadrantem, quem niſi quis exſolverit, mittatur in carcerem.

150. Et juxta Matthæum quidem adverſarius eſt, cum quo minime tibi in hac vita conveniſſe videatur, qui apud judicem futurum vivorum

a. Nonnulli mſſ. *interioribus ſulcis.* Alii etiam pauci, *interioris ſucci*, verum tunc pro *alimentis*, legendum eſſet, *alimenti.* Rurſus ubi omnes edit. cum mſſ. aliquot, nec non Aug. Lovan. edit. præferunt, *etenim ratio*, plures potioreſque mſſ. legunt, *etenim oratio.* Ubi vero edit. Amerb. Rom. Aug. loco cit. & maxima pars mſſ. nobiſcum habent, *diverſoriumque vitiorum* Era. & Gill. cum aliquot mſſ. maluerunt, *diverſorumque vitiorum*; quod ſi cui placeat ſubaudiendum erit, *volutabrum* ſupra expreſſum.

b. Omnes edit. ac pauci mſſ. *male facta anima . . . . Etenim ille valentior.* Mſſ. autem magno numero, ut in textu.

c. Mſſ. aliquot, *ne invidia* (quidam *invida & improvida*) *parentem* (duo *parentum*) *ſucceſſio peritura deſtruat*: duo, *deſtruat*: totidem, *deſtruatur.* Commodius alii, & edit. ut nos in corpore.

d. Ita mſſ. aliquot melioris notæ. Ceteri ac edit. *delicta cordis.*

atque mortuorum manentis ſimultatis te crimi-
ne perſequatur : juxta Lucam autem eſt adver-
ſarius noſter ille præcipue, qui ſerit illecebras
delictorum ; ut habeat in ſupplicio participes,
quos habuit in errore conſortes : atque ideo ſo-
cios quærit ad culpam ; ut obnoxios prodat ad
pœnam. Quem nobis cavendum Petrus apoſto-
1. Petr. 5. 8. lus monet dicens: *Adverſarius veſter diabolus tam-*
quam leo rapiens & rugiens quærit quem devoret.

151. Eſt & adverſarius noſter juxta Matthæum
omnis virtutis uſus, & apoſtolicus & prophetι-
cus ſermo, qui nos ad aſperiora præcepta, & du-
rioris vitæ documenta conſtringit : cui conſen-
tire nos convenit, ut eum operibus æmulemur ;
ne aliqua noſtri contumacia ab eo deſciviſſe
prodamur. Juxta Lucam autem nemo nobis ma-
gis adverſarius quam noſter eſt lapſus, qui nos
vitæ noſtræ accuſat indiciis : non quod accuſa-
tionis ullius judex futurus quærat officium, ſed
quod apud omnium cognitorem noſter nos ac-
tus accuſat, dum ab uſu virtutis, apoſtoliciſque
præceptis invenitur alienus.

152. Itaque adverſarius nobis omnis vitiorum
uſus, adverſaria nobis libido, adverſaria avari-
tia, adverſaria omnis improbitas, adverſaria om-
nis iniqua cogitatio : denique mala eſt conſcien-
tia, quæ nos & hîc afficit, & in futurum accuſa-
bit & prodet, ſicut teſtatur Apoſtolus dicens :
Rom. 2. 15. *Teſtimonium reddente illis conſcientia illorum, &*
invicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam de-
fendentibus. Quod ſi conſcientia unumquemque
prodit, quanto magis geſtorum noſtrorum opus
ante Deum præſto eſt, quod expreſſum in noſtro
corpore ultimo tempore recenſebitur, & ſecre-
tum cogitationis ſcriptum in cordibus noſtris
legetur ? Demus igitur operam, ut dum in hoc
ſumus vitæ curriculo conſtituti, tamquam à ma-
lo adverſario, ita ab improbo liberemur actu ;
ne dum imus cum adverſario ad magiſtratum,
in via noſtrum condemner errorem.

Matth. 5. 25. 153. Ideo & Matthæus ait : *Eſto conſentiens ad-*
verſario tuo dum es cum illo in via : εὐνοῶν autem
Græcus dixit, hoc eſt, benevolens ; ſi enim dum
ſumus in hac vita, exſolvamus nos à vinculis dia-
boli, nec ille propter nos damnabitur, & nos à
vinculis ejus erimus alieni. Unde & pro Aſſyrio
pſalmus inſcribitur ſeptuageſimus quintus. Beoe
ergo conſulis adverſario, & pro illo Aſſyrio, hoc
eſt vano, bene facis, ſi ejus laqueis exutus præ-
ſtes hanc benevolentiam ; ut & pœnam tui lap-
ſus & mortis evadat. Quod ſi vinculis ejus inhæ-
reas, tradet te tamquam reum magiſtratui, idem
accuſator & proditor.

154. Quis eſt magiſtratus, niſi penes quem om-
nis poteſtas eſt, & qui pleni & perfecti temporis
ſublimem ſibi vindicat dignitatem ? Ad quem
bonorum operum fretus conſcientia, non timens
adverſarium ſanctus Propheta feſtinat dicens :
Pſal. 41. 3. *Sitivit anima mea ad Dominum vivum : quando*
veniam, & apparebo ante faciem Dei ? Hic enim
magiſtratus tradet reum judici, ei ſcilicet cui
vivorum & mortuorum tribuit poteſtatem : &
tribuit per naturam, non per gratiam ; non enim

A quam non habebat accepit, ſed quam ex ſubſtan-
tia Patris cùm generaretur, adſumſit. Hunc ma-
giſtratum tibi & judicem monſtrat, qui monſtra-
vit accuſatorem, & oſtendit quando ſit revelan-
dus : *In die*, inquit, *qua judicabit Deus occulta ho-* Rom. 2. 16.
minum ſecundùm Evangelium meum per Ieſum Chriſ-
tum dominum noſtrum. Hic igitur eſt judex Jeſus
Chriſtus, per quem occulta redarguuntur, &
improbi operis pœna mandatur.

155. Vis ſcire Chriſtum eſſe judicem qui exac-
B tori tradit, & in carcerem mittit ? Ipſum inter-
roga, immo ipſum lege in Evangelio dicentem :
Tollite & mittite illum in tenebras exteriores. Exac- Matth. 22. 13.
tores quoque ſuos ipſe monſtravit alio loco ubi
dicit : *Sic erit in conſummatione ſæculi, exibunt An-* Matth. 13. 49 & 50.
geli, & ſeparabunt malos de medio juſtorum, &
mittent eos in caminum ignis : ibi erit fletus & ſtri-
dor dentium.

156. Supereſt nunc ut intelligamus quid ſibi
velit figura quadrantis. Et videtur uſualis rei ex-
C preſſum nomine intellectus ſpiritualis arcanum.
Nam ſicut qui pecunias ſolvunt, debitum red-
dunt, nec priùs evacuatur fœnoris nomen, quam
totius ſortis [a] ad nummum uſque quocumque ſo-
lutionis genere quantitas univerſa ſolvatur : ſic
compenſatione caritatis actuumque reliquorum,
vel ſatisfactione quacumque, peccati pœna diſ-
ſolvitur.

157. Non otioſum etiam, quia non æra (ſicut Luc 21. 2.
alibi) duo, non aſſem, non denarium, ſed qua- Matth. 10. 19
D drantem hoc poſuit loco ; quadrantaria enim Matth. 20. 2.
permutatio velut quædam eſt compenſatio, cùm
aliud redditur, & aliud ſignificatur ſolutum : ita
& hîc aut pretio caritatis redimitur injuria, aut
injuriæ æſtimatione pœna laxatur.

158. Quadrantem autem in balneis dari ſolere
reminiſcimur, cujus oblatione ut illic unuſquiſ-
que lavandi accipit facultatem, ita hîc accipit
eluendi ; quia uniuſcujuſque peccatum ſupra-
ſcriptæ genere conditionis eluitur ; cùm tamdiu
E exercetur noxius pœnis, ut commiſſi ſupplicia
erroris expendat.

159. De Galilæis autem illis, quorum ſangui- Cap. 13. ℣ 1.
nem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum, figura
quædam videtur eos tangens, qui coactu diabo-
lico, non pure offerunt ſacrificium : quorum ora- Pſal. 108. 7.
tio in peccatum, ſicut de Juda ſcriptum eſt pro-
ditore, qui proditionem ſanguinis Dominici in-
ter ſacrificia poſitus cogitabat.

F *Arborem fici quidam habuit plantatam in vinea* ℣. 6.
ſua.

160. Quid ſibi vult quod in Evangelio ſuo Do- Matth. 21. 19. &
minus fici parabolam frequenter inducit ? Ha- Marc. 11. 13.
bes enim alibi, quod juſſu Domini, viriditas om-
nis hujus ligni frondentis aruerit : unde intelli-
gis omnium creatorem, qui poteſt imperare na-
turis, ut vel areſcant ſubito, vel vireſcant. Alibi Matth. 24. 32.
ex teneritudine arboris hujus & foliis comme-
morat conjici ſolere æſtatis adventum, utroque
ſignificans & Judaicæ plebis inanem quam præ-
tendebat gloriam, velut florem in adventu Do-
mini deciſiſſe ; quia operibus infructuoſa dura-

a. Rom. edit. ſola, *ad minimum uſque.* Porro quod infra de quadrantaria permutatione ſubjicitur, etſi nonnihil obſcuritatis p æ ſe ferat, nihil tamen aliud ſignificatur, niſi commutationem quamdam videri, dum qui pecuniam ſolvit, libertatem à carcere & vinculis aliiſve pœnis quibus obnoxius erat, accipit. At ſigni. ficatione non nihil diverſa Cic Orat. pro M. Cælio, *quadrantariam permutationem* vocat eam qua Clodia accepto quadrante corporis ſui copiam balneatori faciebat.

bat: & judicii diem velut æſtatis adventum, quo A adulti fructus terrarum omnium reconduntur, ex plenitudine Eccleſiæ, in quam Judæi quoque credituri ſunt, [a] metiendum.

Eſai 5. 5. 161. Hîc ergo altioris ſenſus aliquod etiam quæramus arcanum. [b] Ficus in vinea eſt: erat autem vinea Domini Sabaoth, quam dedit in rapinam gentium. Itaque qui vineam ſuam diripi fecit, hîc etiam ficum juſſit excidi. Apta autem Synagogæ arboris iſtius comparatio eſt; quia ſicut iſta arbor foliis redundans fluentibus ſpem B poſſeſſoris ſui caſſa ſperatorum proventuum exſpectatione deſtituit: ita etiam in Synagoga dum doctores ejus operibus infœcundis, verbis tantum velut foliis redundantibus gloriantur, inanis umbra Legis exuberat, ſpes autem falſi exſpectata proventus, populi vota credentis illudit.

162. Eſt etiam in natura arboris, quo magis credas Synagogæ ſpeciem comparatione hujus expreſſam; etenim ſi diligenter inquiras, diſcretam ab uſu arborum ceterarum conſuetudinem C naturæ hujus invenies. Namque aliæ florem ferunt, antequam fructum, pomaque ventura prænuntio ſui flore deſignant; hæc ſola ab initio germinat poma pro floribus: in aliis flos decutitur, & poma naſcuntur; in hac poma decidunt, ut poma ſuccedant. Ergo priora illa caſſa fructuum, vice floris emergunt: ita præcoqua quodam naſcendi uſu, quæ ordinem naturæ neſciunt, beneficium naturæ ſervare non poſſunt. Etenim qua ſe medio trudere de cortice gemma D conſuevit, eâ minutiſſima quæque hujus generis poma prorumpunt. De quibus legimus in Canticis canticorum: *Ficus producit groſſos ſuos*. Itaque ceteris albentibus primo vere virgultis, ſola ficus proprio neſcit flore caneſcere; ideo fortaſſe quod nullus iſtis maturior ſit uſus in pomis. Nam ſuccedentibus aliis, hæc quaſi degenerantia reſpuuntur, & arenti infirma radice, renovatis quibus ſit ſuccus utilior, [c] exuruntur. Manent tamen aliqua perrara, nec decidunt, quibus hic E proventus arriſerit; ut de medio duarum virgarum claviculo brevi erumpente promergant, quo geminis tecta præſidiis tamquam naturæ parentis gremio, ſucci fotu plenioris inoleſcant. Ea clementioris auræ provocata temperie, & prolixioribus adultiora temporibus, ubi ſylveſtrem animum ſucci prioris exuerint, ſpecie ceteris & maturitatis gratia præferuntur.

Cant. 2. 13.

163. Specta nunc cultus & animos Judæorum, qui quaſi primi fructus male feracis Synagogæ, F groſſi labentis ſimilitudine corruerunt; [d] ut manſura ſupra ævum noſtri generis poma ſuccederent. Etenim primus Synagogæ populus quaſi radice operum infirmus arentium, ubertatem ſapientiæ naturalis haurire non potuit. Et ideo velut inutilis decidit fructus; ut quaſi ex iiſdem claviculis arboris fructuoſæ de pinguedine religionis antiquæ novus Eccleſiæ populus emergeret. Ergo ille qui erat, eſſe deſiit; ut eſſe inciperet qui non erat. Primi tamen ex Iſrael quos naturæ validioris ramus extulerat, ſub umbra Legis & crucis, in utriuſque ſinu ſucco gemino colorati, groſſi matureſcentis exemplo, pulcherrimorum gratia fructuum ceteris præſtiterunt, quibus dicitur: *Sedebitis ſuper duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Iſrael.* Matth. 19. 28.

164. Nec illud alienum quod Adam atque Eva, primi illi noſtri ut generis ita erroris parentes, qui hujus arboris texêre ſe foliis, paradiſi exſules eſſe meruerunt: cùm Domini deambulantis Gen. 3. 7. præſentiam tranſgreſſionis ſuæ conſcii declinarent; ut ſignificarent futurum quod ultimis temporibus populus Judæorum ſub domini Salvatoris adventu, qui eos vocaturus advenit, exutum ſe virtutibus per diaboli tentamenta cognoſcens, & intecta conſcientiæ probra formidans, à religione devius, prævaricatione confuſus, eſſet à Domino receſſurus, verborum fluentium velut foliorum velaminibus adopertus pudenda geſtorum.

165. Ergo illi qui folia de ficulnea non poma carpſerunt, eliminati ſunt à Dei regno; erant enim in animam viventem. Venit ſecundus Adam, & jam non folia, ſed poma quærebat; erat enim in ſpiritum vivificantem. In ſpiritu au- 1 Cor. 15. 45. tem fructus virtutis adquiritur, Dominus adoratur. Quærebat autem Dominus non quia fructum ficulneæ deeſſe neſciret, ſed ut oſtenderet in figura, quia fructum Synagoga jam habere deberet. Denique ex ſequentibus docet non ſe ante tempus veniſſe, qui per triennium venit; ſic enim habes:

Ecce anni tres ſunt ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio. Succide ergo illam; ut quid etiam terram occupat? ℣. 7.

166. Venit ad Abraham, venit ad Moyſen, venit ad Mariam, hoc eſt, venit in ſignaculo, venit in Lege, venit in corpore. Adventum ejus ex beneficiis recognoſcimus. Alibi purificatio, alibi ſanctificatio, alibi juſtificatio eſt: circumciſio purificavit, ſanctificavit Lex, juſtificavit gratia. Unus in omnibus, & in uno omnia. Nemo enim mundari poteſt, niſi qui metuit Dominum: nemo Legem meretur accipere, niſi purificatus à culpa: nemo accedit ad gratiam, niſi noverit Legem. Ergo populus Judæorum neque purificari potuit; quia circumciſionem non animi, ſed corporis habuit: neque ſanctificari; quia virtutem Legis ignoravit, qui carnalia magis quam ſpiritalia ſequebatur (*Lex autem ſpiritalis eſt*) ne- Rom. 7. 14. que juſtificari; quia delictorum ſuorum pœnitentiam non gerebat, & ideo gratiam neſciebat.

167. Merito ergo nullus in Synagoga fructus inventus eſt; & ideo jubetur excidi. Sed bonus cultor, & fortaſſe ille in quo Eccleſiæ fundamentum eſt, præſciens alterum ad gentes, ſe autem ad eos qui ex circumciſione ſunt, eſſe mit- Galat 2. 8. tendum; religioſe ne excidatur intervenit, fretus vocatione ſua etiam populum Judæorum per Eccleſiam poſſe ſalvari. Ideoque dicit:

Remitte illam & hoc anno, uſque dum fodiam circa illam, & mittam cophinum ſtercoris. ℣. 8.

168. Quam cito duritiam Judæorum ſuper-

a. Scripti cod. bene multi, *metuendum*. Haud ita male.
b. Sic omnes edit. cum parte mſſ. Attamen octo cod. non infimæ notæ præferunt: *Ficus inventa eſt*.
c. Mſſ. multi, bonique, *exuuntur*. Minime male.
d. Ita cunctæ edit. ac mſſ. non pauci. Alii tamen plures & potiores, *ut manſura ſupra eum*. Non incommode; ſi relativum ad vocem, *groſſi*, referas.

biamqne cauſas eſſe ſterilitatis agnovit : Itaque A
novit excolere, qui novit vitia deprehendere.
Pollicetur dura cordis eorum apoſtolicis ligoni-
bus eſſe fodienda ; ut longo incultu ſitum men-
tis obductum ſermo bis acutus invertar, & corde
proſciſſo, excitet ſenſum aerio ſpiramine jam vi-
gentem ; ne radicem ſapientiæ terrarum acervus
obruar & abſcondat. Cophinum quoque ſterco-
tis dicit eſſe mittendum. Magna profecto vis
ſtercoris, quæ tanta eſt, ut de infœcundis fœ-
cunda, de arentibus virentia, de ſterilibus faciat B
Job 2. 8. fructuoſa. In quo ſedit Job cùm tentaretur, &
Philip 3. 8. vinci nequivit. Et Paulus æſtimat ut ſtercora, ut
Chriſtum lucrifaciat. Denique cùm ante Job
plurima perdidiſſet, poſteaquam ſedit in ſterco-
re, non habuit qnod ei diabolus poſſet auferre.
Bona ergo terra quæ foditur, bonum ſtercus
Pſal. 112. 7. quod mittitur. Denique *Dominus de terra ſuſcitat
inopem, & de ſtercore erigit pauperem.*

169. Itaque per intellectus exercitium ſpiri-
tualis, & humilitatis affectum etiam Judæos in C
Evangelium Chriſti cultor ille bonus fore æſti-
Agg. 2. 20. mat fructuoſos. Meminerat enim quia per Ag-
gæum Dominus locutus eſt, quoniam quarto &
viceſimo noni menſis, à die quo fundatum eſt
templum Domini omnipotentis, vineam, inquit,
& ficus, & malogranata, & ligna olivæ, quæ
non adferent fructum, ex hac die benedicam :
quo revelatur ſub ipſum anni vergentis occaſum,
hoc eſt, ſæculi jam ſeneſcentis occiduo, ſanctum
Dei templum, quod eſt Eccleſia, eſſe conden- D
dum, cujus gratia per ſanctificationem lavacri
Judæorum nationumque populi fructum ſuorum
poſſint habere meritorum.

170. Ergo per naturam arboris, Synagogæ ſpe-
cies indicatur, ſecundis proventibus fructuoſa ;
nos enim ex patrum ſemine. Meritoque Judæi
groſſis labentibus comparantur, quod incraſſato
corde, & prædura cervice ad perennitatem ſui
pervenire non poſſunt. Qui ſi moriantur, & quaſi
decidant huic mundo, ut in interiorem homi- E
nem per lavacri gratiam renaſcantur, erunt uti-
que fructuoſi. Perfidia autem hominum pertina-
cium Synagogam inutilem fecit ; & ideo quaſi
ſterilis jubetur excidi.

171. Quod de Judæis dictum, omnibus caven-
dum arbitror, & nobis maxime ; ne fœcundum
Eccleſiæ locum vacui meritis occupemus : qui
quaſi malogranata benedicti, fructus ferre debe-
mus internos, fructus pudoris, fructus conjunc-
tionis, fructus mutuæ caritatis & amoris, ſub uno F
utero Eccleſiæ matris incluſi ; ne aura noceat, ne
grando decutiat, ne æſtus cupiditaris exurat, ne
humoris imber elidat.

172. Nonnulli tamen ficum iſtam per allego-
riam non Synagogæ, ſed malitiæ improbitatiſ-
que figuram putant ; hi tamen in nullo diſtant,
niſi quod pro ſpecie genus eligunt. Id autem ca-
vere ſe dicunt, quia Dominus dixit ad ficum :
Matth. 21. 19. *Numquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum* ;
cùm utique plurimos ex Judæis credidiſſe, & cre-
dituros eſſe noverimus. Sed qui credit, non Sy-
nagogæ jam fructus eſt, ſed Eccleſiæ : nec ex Sy-
nagoga naſcitur, qui renaſcitur in Eccleſia. *Sicut* *1. Iohan.* 2. 19
*enim ſunt qui ex nobis exierunt, ſed non erant ex
nobis ; ſi enim ex nobis eſſent, nobiſcum manſiſſent :*
ſic de iis qui ex Judæis credunt, dicimus quia ſi
ex Synagoga eſſent, in Synagoga manerent : ſed
propterea exierunt de Synagoga, ut ex Synago-
ga non fuiſſe credantur. Deinde pro malitia in-
terveniret aliquis, & diceret excolendam ut
fructum adferret, cùm ideo venerit Dominus, *1. Iohan.* 3. 5.
ut ſemina improbitatis aboleret.

Erat autem docens in Synagoga eorum ſabbatis. ℣. 10.
Et ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis an- ℣. 11.
nis decem & octo, & erat inclinata.

173. Quam cito quod de Synagoga diceret in- *Matth.* 15. 23.
dicavit : Ad ipſam utique arborem veniſſe ſe
monſtrat, qui in eadem prædicabat. Denique in
muliere infirma quaſi Eccleſiæ figura ſuccedit,
quæ cùm menſuram Legis & reſurrectionis im-
pleverit, in illa quiete perpetua in ſublime erec-
ta faſtigium, inclinationem noſtræ infirmitatis
ſentire non poterit. Nec aliter curari potuiſſet
hæc mulier, niſi quia Legem implevit & gra-
tiam : Legem in præceptis, in lavacro gratiam,
per quam mortui ſæculo reſurgimus Chriſto ;
nam in decem verbis, Legis perfectio eſt : in
octavo numero, reſurrectionis eſt plenitudo.
Opus ergo ſabbati ſignum futuri eſt, quod unuſ-
quiſque Lege perfunctus & gratia, per miſeri-
cordiam Chriſti corporeæ fragilitatis moleſtiis
exuetur. Et ideo in ſigno ante per Moyſen præ- *Exod.* 19. 10.
miſſa eſt ſanctificatio, ut eſſet exercitium futuræ
ſanctificationis, & obſervantiæ ſpiritualis, à ſæcu-
laribus operibus abſtinendo. Denique & Deus
[a] ab operibus mundi quievit, ſed non ab operi- *Gen.* 2. 2. [a]
bus, cujus ſempiterna & jugis operatiò eſt ; ſicut
Filius ait : *Pater meus uſque modo operatur, & ego* *Iohan.* 5. 17.
operor ; ut ad ſimilitudinem Dei ſæcularia noſtra
opera, non religioſa ceſſarent.

174. Hoc autem non intelligens Archiſyna- ℣. 14.
gogus, prohibebat quemquam curari ſabbato,
cùm ſabbatum futurarum typus ſit feriarum. Et
ideo non operis boni, ſed mali feriæ ſunt ; eoque
præſcriptum ſit ut nullam ferentes ſarcinam de-
lictorum, nec bonorum jejuni operum ſabbata
poſt mortem futura celebremus. Unde Dominus
ſpiritaliter videtur reſpondere, cùm dicit :

Hypocritæ, unuſquiſque veſtrum ſabbato non ſolvit ℣. 15.
bovem ſuum aut aſinum, & ducit adaquare ?

175. Cur non aliud animal indicavit, niſi ut
oſtenderet, adverſantibus licet Synagogæ prin-
cipibus, futurum tamen ut Judaicus & gentilis
populus ſitim corporis, æſtuſque mundi iſtius Do-
minici fontis ubertate deponat ? *Agnovit enim bos* *Eſai.* 1. 3.
poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Ita-
que ille populus qui antea fœni vilis, quod priuſ-
quam evellatur areſcit, alimoniâ paſcebatur,
panem illum qui è cælo deſcendit, accepit. Et
ideo per vocationem duorum populorum Eccle-
ſiam dicit ſalvam futuram, quæ tempore Legis
impleto, & Dominicæ reſurrectionis ætate, tem-
pus ſuæ abſolutionis acceperat. Quam clemens *Luc.* 23. 7.

a. Rom. edit. ſola, *ab operibus mundi quievit, ſed non ab operi-
bus ſanctis* Nonnulli mſſ. *non ex operibus mundi quievit : ſed ab
operibus mundi quievit.* Alii magno numero cum ant. edit. ut in
texto. Et ſane ea vera lectio eſt, nihil enim aliud vult Ambro-
ſius, quam Deum quidem ab operibus mundi quieviſſe, non vero
ſimpliciter ab omnibus operibus, cùm ejus æterna ſit operatio.

ergo Dominus, quam pius in utroque, cùm aut A
miſeretur, aut vindicat! In Synagogæ typo ar-
borem excidi jubet, in typo Eccleſiæ feminam
ſalvat. Quam dulcis parabola! facilis autem ſo-
a lutio. Vinculum vinculo comparat; [a] ut inſimu-
latione Judæorum actus ipſorum redarguatur.
Nam cùm ipſi animalibus ſabbato ſolvant vin-
cula, reprehendunt Dominum, qui homines à
peccatorum vinculis liberavit.

℣. 18. *Cui ſimile eſt regnum Dei, & cui ſimile illud æſti-*
℣. 19. *mabo? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo* B
miſit in hortum ſuum, & crevit: & facta eſt arbor,
& volucres cæli requieverunt in ramis ejus.

176. Docet nos præſens lectio naturam com-
parationum ſpectandam eſſe, non ſpeciem. Ita-
que videamus cur ſublime regnum cælorum
grano ſinapis comparetur: nam memini etiam
alio loco granum ſinapis lectum, ubi fidei con-
Matth. 17. 19. & 21. fertur, dicente Domino: *Si habueritis fidem ſicut*
granum ſinapis, dicetis huic monti: Tollere, & jac- C
tare in mare. Nec exigua hæc, ſed magna eſt
fides, quæ monti poſſit ut ſe transferat, impera-
re; neque enim mediocrem fidem Dominus exi-
git ab apoſtolis, quibus adverſus altitudinem ex-
tollentem ſe nequitiæ ſpiritalis ſcit eſſe certan-
dum. Vis ſcire magnam fidem requiri? Lege in
1. Cor. 13. 2. Apoſtolo: *Et ſi habeam omnem fidem, ita ut mon-*
tes transferam.

177. Ergo ſi regnum cælorum ſicut granum
ſinapis, & fides ſicut granum ſinapis: fides utique D
regnum cælorum eſt, & regnum cælorum eſt fi-
des. Itaque qui fidem habet, habet regnum cæ-
lorum. Et regnum Dei intra nos, & fides intra
Luc. 17. 21. nos eſt; legimus enim: *Regnum Dei intra vos eſt.*
Matth. 16. 19. Et alibi: *Habete fidem in vobis ipſis.* Denique
ſanctus Petrus qui omnem habuit fidem, regni
cælorum claves ut & aliis reſeraret, accepit.

178. Nunc ex natura ſinapis, quæ virtus com-
parationis ſit æſtimemus. Granum ejus certe res
eſt vilis & ſimplex: ſi teri cœperit, vim ſuam fun- E
dit. Etiam fides primò ſimplex videtur: ſed ſi te-
ratur adverſis, gratiam ſuæ virtutis effundit; ut
alios quoque qui vel audiunt vel legunt, odore
ſui compleat. Granum ſinapis martyres noſtri
b ſunt Felix, Nabor, & Victor [b]: habebant odorem
fidei, ſed latebat. Venit perſecutio, arma poſue-
runt, colla flexerunt, contriti gladio per totius
terminos mundi gratiam ſui ſparſere martyrii, ut
Pſal. 18. 5. jure dicatur: *In omnem terram exivit ſonus eorum.*

179. Sed aliàs teritur fides, aliàs premitur, aliàs F
ſeminatur. Ipſe Dominus granum eſt ſinapis.
Erat integer ab injuria: ſed eum velut granum
ſinapis qui non attriverat populus, neſciebat.
2. Cor. 2. 15. Teri maluit, ut diceremus: *Chriſti enim bonus odor*
ſumus Deo. Comprimi maluit; unde & Petrus di-
Luc. 8. 45. xit: *Comprimunt te turbæ.* Seminari maluit velut
granum quod acceptum homo miſit in hortum
ſuum; in horto enim Chriſtus & captus & ſepul-
tus: in horto crevit, ubi etiam reſurrexit, & fac-
Cant. 2. 3. tus eſt arbor, ſicut ſcriptum eſt: *Sicut arbor mali*
inter ligna ſilvæ: ita frater meus inter medium fi-
liorum.

180. Ergo & tu ſemina in horto tuo Chriſtum.
Hortus utique locus plenus eſt florum & fruc-
tuum diverſorum, in quo gratia tui operis efflo-
reat, & multiplex odor variæ virtutis exhalet.
Ibi ergo ſit Chriſtus, ubi fructus eſt. Semina do-
minum Jeſum. Granum eſt cùm comprehendi-
tur, arbor eſt cùm reſurgit, arbor mundum
obumbrans. Granum eſt cùm ſepelitur in terra,
arbor eſt cùm elevatur ad cælum.

181. Preme etiam cum Chriſto, & ſemina fidem.
Premitur fides, cùm crucifixum credimus Chriſ-
tum. Preſſit fidem Paulus, cùm diceret: *Et ego* 1. Cor. 2. 1. & 2.
veniens ad vos, fratres, veni non cum eminentia
ſermonis aut ſapientiæ, prædicans vobis myſterium
Dei; neque enim judicavi me ſcire quid inter vos, niſi
Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et quia docuit
premere fidem, docuit & levare, dicens: *Nunc* 2. Cor. 5. 16.
enim crucifixum jam non novimus Chriſtum. Semi-
namus autem fidem, cùm ex evangelio & apoſ-
tolicis ac propheticis lectionibus credimus in
Domini paſſionem. Seminamus ergo fidem, cùm
eam velut mollito & ſubacto ſolo Dominicæ car-
nis operimus; ut quaſi vapore & compreſſu ſa-
cri corporis fides ſe ipſa diſſeminet. Qui enim
crediderit factum hominem Dei Filium, credit
mortuum eſſe pro nobis, credit reſurrexiſſe pro
nobis, credit adſcendiſſe pro nobis. Semino ergo
fidem, cùm ſepulturam ejus interſero.

182. Vis ſcire granum Chriſtum, & ſeminatum
Chriſtum? *Niſi granum tritici cadens in terram* Iohan. 12. 24.
moriatur, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum
fuerit, multum fructum adferet. Ergo non erravi-
mus, quia diximus quod ipſe jam dixerat. Eſt
autem & granum tritici; quia confirmat cor
hominis: & granum ſinapis; quia cor hominis
accendit. Et licet ad omnia utrumque conve-
niat; videtur tamen granum tritici, cùm de ejus
reſurrectione tractatur: panis enim Dei eſt, qui Iohan. 6. 31.
de cælo deſcendit; eo quod verbum Dei, & re-
ſurrectionis exemplum mentes alat, ſpem acuat,
firmet affectum: granum autem ſinapis; eo quod
amarior & acrior ſermo ſit de Domini paſſione:
amarior ad flendum, acrior ad commovendum.
Itaque cùm audimus & legimus jejunaſſe Domi- Matth. 4. 2.
num, ſitiſſe Dominum, lacrymaſſe Dominum, Iohan. 4. 7.
vapulaſſe Dominum, dicentem quoque eum ſub Iohan. 11. 35.
tempore paſſionis: *Vigilate & orate, ne intretis in* Matth. 26. 41.
tentationem; velut ſucco amarioris ſermonis in-
crepiti, dulciores juſto voluptatum ſuavitates
corporalium temperamus. Ergo qui ſeminat gra-
num ſinapis, ſeminat regnum cælorum.

183. Ne deſpicias hoc granum ſinapis: *Mini-* Matth. 13. 32.
mum quidem eſt omnibus ſeminibus, ſit autem cùm
creverit, majus omnibus oleribus. Si granum ſina-
pis Chriſtus, quemadmodum Chriſtus aut mini-
mus eſt, aut creſcit? Verum non per naturam,
c [c] ſed per ſpeciem rurſus excreſcit. Vis ſcire mi-
nimum? *Vidimus eum, & non habebat ſpeciem ne-* Eſai. 53. 2.
que decorem. Diſce maximum: *Specioſus forma præ* Pſal. 44. 3.

a. Omnes edit. ac mſſ. aliquot, *ut inſimulatio Iudæorum actu*, &c. Sed alii plures & probatiores nobiſcum faciunt, excepto quod in quibuſdam legitur per diviſionem *in ſimulatione*.

b. Ita mſſ. fere ad unum. Omnes tamen edit. ſubjungunt, *Gervaſius, & Protaſius, & Nazarius*. Quarum edit. ſi ſtandum eſſet auctoritati, noſtra de hujus operis ævo ſententia invicte contra Baronii illud anno 376. tribuentis opinionem adſtrueretur; nam eo anno ne nomina quidem horum ſanctorum cognita erant. Verum ingens ſuſpicio eſt horum iſtum nomina tribus prioribus à quopiam propterea in mſſ. aliquo recentioris ævi addita eſſe, quod Mediolani qua in urbe illi omnes paſſi ſunt, præcipuo in honore haberentur, & reperiantur in Ambroſii ſcriptis celebrati.

c. Vet. edit. vocibus, *ſed per ſpeciem*, addunt, *noſtram*. Rom. *adſumtam*. Sed neutrum agnoſcunt mſſ.

filiis hominum. Etenim ille qui non babebat ſpe- A
ciem neque decorem, excellentior factus eſt
Angelis, ultra omnem gloriam propbetarum,
quos infirmus Iſrael velur olera manducaverat;
panem enim quo corda firmantur, alterum re-
futaverat, alterum non acceperat.

184. Semen autem Chriſtus, quia ſemen Abra-
Galat. 3. 16. hæ: *Abrahæ enim dicta ſunt promiſſiones, & ſemi-
ni ejus. Non dicit: Et ſeminibus, tamquam in multis,
ſed ſicut in uno: Et ſemini tuo, quod eſt Chriſtus.*
Nec ſolùm ſemen eſt Chriſtus, ſed etiam mini- B
mum omnibus ſeminibus; quia non venit in re-
gno, non in divitiis, non in iſtius mundi ſapien-
tia. Subito autem velut arbor ſublimem ſuæ ver-
Cant. 2. 3. ticem poteſtatis effudit, ut dicamus: *Sub umbra
ejus concupivi, & ſedi.* Et frequenter ſimul, ut
arbitror, videbatur & arbor, & granum. Gra-
Matth. 13. num eſt cùm dicitur: *Nonne hic eſt filius Ioſeph fa-*
55. *bri?* Sed inrer bæc verba crevit ſubito, teſtan-
tibus Judæis, quia quaſi latæ arboris ramos non
Ibidem. 56. poterant comprebendere, dicentes: *Unde huic* C
iſta ſapientia?

185. Granum igitur eſt figurâ, arbor eſt ſapien-
Pſal. 101. tiâ: in cujus frondentibus ramis ille nycticorax
7. in domicilio, ille paſſer ſingularis in ædificio,
2. Cor. 12. ille raptus in paradiſum, in aerem rapiendus &
4. & 1. nubes, tuta jam ſede requieſcat. Requieſcunt
Theſſ. 4. etiam Poteſtates & Angeli cælorum, & qui-
16. cumque ſpiritualibus factis evolare meruerunt.
Requievit ſanctus Johannes, cùm recumberet
ſuper pectus Jeſu; immo & ipſe ejus arboris ſuc- D
co velut ramus extenditur. Ramus eſt Petrus,
ramus eſt Paulus poſteriora obliviſcens, & ea
quæ ſunt priora appetens.

186. In quorum ſinus, & quoſdam diſputatio-
num receſſus, qui eramus longe, nos ſcilicet ex
nationibus congregati, quos diu [a] per inane mun-
di procella & turbo nequitiæ ſpiritalis agitabat,
adſumtis virtutum remigiis advolamus; ut nos
umbra ſanctorum ab iſtius mundi ardore defen-
dat, certæ ſtationis jam ſecuritate vernantes: eo E
quod anima noſtra gravibus ante, ſicut illa mu-
lier, inclinata peccatis, ut paſſer erepta de laqueo
venantium in ramos Domini monteſque migra-
vit. Itaque ante ſuperfluis obſervationibus vani,
& inani levitate volitantes, nunc jam per fidem
Chriſti ſoluti manus, & liberi à vinculis ſabbato-
rum, bonis operibus intendimus: & in ipſis epu-
lis libertatem habemus, intemperantiam exclu-
dimus; ne liberi à Lege, cupiditatibus ſerviamus:
Lex enim ligavit ſibi, ut abſolveret cupiditati- F
bus. Gratia quæ minorem abſtulit ſervitutem,
1. Cor. 10. multo graviora præcepit. *Omnia nobis licent, ſed*
23. *non omnia expediunt;* grave eſt enim poteſtate
uti, ut ſub poteſtatem recidas. Deſiſte eſſe ſub
Lege, ut virtute ſupra Legem ſis.

℣. 21. *Cui ſimile æſtimabo regnum Dei? Simile eſt fer-
mento quod acceptum mulier abſcondit in farina, do-
nec fermentatum eſt totum.*

187. Hæc [b] de requirendis quæſtionibus com-
paratio tantum ambiguitatis offundit, ut diver-
ſas babeat ſententias plurimorum. Opportune
itaque granum tritici ſupra diximus Chriſtum,
quia ſuberat nobis ſpiritale fermentum, eoque
plerique fermentum Chriſtum putant, quod
virtutem adtollat acceptam. Et quia fermentum
ex farina, ut non ſpecie generi ſuo præſtat:
Chriſtus quoque ex patribus, æqualis corpore,
ſed divinitate incomparabilis præminebat. Igi-
tur ſancta Eccleſia quæ typo mulieris iſtius Evan-
gelicæ figuratur, cujus farina nos ſumus, domi-
num Jeſum in interioribus noſtræ mentis abſcon-
dat, donec animi noſtri ſecreta penetralia calor
ſapientiæ cæleſtis obducat.

188. Et quia in Matthæo legimus tribus men- Matth. 13.
ſuris abſconditum eſſe fermentum, congruere vi- 33.
ſum eſt ut Dei Filium crederemus abſconditum
in Lege, adopertum in prophetis, evangelicis
prædicationibus adimpletum; ut perfectam fi-
dem nobis adquirat ex omnibus, & ſcriptorum
collatione formatus in nobis, qui ſumus corpus
ipſius, omnia & in omnibus impleatur; ipſe enim
erat Verbum Dei, atque myſterium quod abſ- Coloſſ. 1.
conditum eſt à ſæculis & à generationibus: quo 26.
nihil poteſt ad expreſſionem perennitatis ejus ad-
teſtatius dici. Erat enim profecto, ut abſconditus
ſacrilegis, manifeſtatus in ſanctis, prædeſtinatus
ante ſæcula, ſervaretur ad gloriam. Hæc eſt au-
tem gloria, ut poſſimus, fratres, inveſtigare myſ-
terium abſconditum à ſæculis in Deo. Quod in
Deo, utique & ex Deo; neque enim Deus alie-
næ capax poteſt eſſe naturæ.

189. Nec ſum dubius animi, quod aliqui de
hoc mundo dictum putent, donec fermentetur
in Lege, prophetis, Evangelio; ut Dominum om-
nis lingua fateatur. Itaque diſcutiamus omnia,
& diligentius requiramus. Nemo invenit niſi qui
ante quæſierit. Ædificemus turrim, compute-
mus ſumtus Scripturarum, conferamus impen-
ſas; ne quis etiam de noſtrum aliquo dicat: *Hic* Luc. 14.
voluit ædificare, & non potuit conſummare. Qui 30.
ædificat domum, bonum debet jacere funda-
mentum. Bonum fundamentum eſt fides, bonum Epheſ. 2.
fundamentum apoſtolorum & prophetarum; 20.
duobus enim Teſtamentis fides noſtra conſurgit:
nec injuriam facit qui parem dixerit in utroque
perfectamque fidei eſſe menſuram, cùm ipſe di-
cat Dominus: *Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi;* Iohan. 5.
quia & in Moyſe Dominus eſt locutus. Bene er- 46.
go in utroque perfecta menſura; quia perfectus
in utroque: & fides utriuſque una; quia unius
eſt virtutis & ſenſus oraculum atque reſponſum.

190. Me tamen ſequi juvat quod ipſe Dominus
docuit fermentum Eccleſiæ ſpiritalem eſſe doctri-
nam; nam cùm ſcriptum ſit: *Cavete à fermento* Matth. 16.
phariſæorum; & cùm Apoſtolus dixerit: *Non in* 6.
fermento nequitiæ & malitiæ, oſtenditur quia doc- 1. Cor. 5. 8.
trina fermentum eſt. Sed aliud eſt fermentum
zizaniæ, aliud fermentum tritici. Unde & bonis
auctoribus acquieſcimus, ut dicamus quia Eccle-
ſia renatum hominem qui eſt in corpore & ani-
ma & ſpiritu, fermento ſanctificat ſpirituali.
Sanctificatur enim [c] corpus atque anima, & ipſa

a. Edit. omnes & mſſ. nonnulli, *per mare mundi*. Alii frequen-
tiores, *per mane mundi*. quod apertius cohæret cum ſequentibus.
Quidam tamen legunt, *per manem mundi procellam turbo* &c.
b. Rom. edit. ſola, *de requirendis comparationibus quæſtio*
c. Omnes edit. *corpus atque anima per gratiam ſpiritalem, & ac-
cipit* &c. E contrario omnes mſſ. . . . . *& ipſa gratia ſpiritalis acci-
pit* &c. Melius; hic enim idem eſt, *gratia ſpiritalis* ac *ipſe ſpiritus:*
quemadmodum *virtutis gratia*, vel, *decus*, ſæpe non aliud ſonat,
quam *ipſa virtus*. Alioquin hic omitteretur ſanctificatio ſpiritus,
qui ſupra ac deinceps ſemper cum anima & corpore numeratur.

gratia

gratia ſpiritalis accipit ſanctificationis augmentum; cùm per Eccleſiæ velut quoddam fermentantis officium, Scripturarumque doctrinam, quæ velut cæleſtium collatione ſermonum & ubertate concreſcit, infuſus toti bomini atque permixtus uſus inolevetit, ut fiant unum etiam ipſa fermentum. Quod utique tunc fit, cùm ſibi tria bæc pari quadam cupiditatum lance conſentiunt, & æqualis adſpirat [a] concordia voluptatum.

191. Hoc igitur Eccleſiæ opus non tumultuarium, nec fortuitum, ſed diuturna meditatione collatum, ut hæc tria unum ſint, integra à lege peccati. Cujus ſententiæ adſertorem babemus
1. Theſſ. 5. 23. Apoſtolum dicentem: *Ipſe autem Dominus ſanctificet vos per omnia; ut integer ſpiritus, & anima, & corpus ſine querela in die domini noſtri Ieſu Chriſti ſervetur.* Quod per ſæcularia quidem tentamenta non provenit, niſi fermentum illud cui com-
Matth. 13. 33. paratur regnum cælorum, mulier illa Evangelica abſcondat in farinæ menſuris tribus, donec fermentetur totum; tres enim menſuræ ſunt, ut dixi, carnis, animæ, & ſpiritus [b], ſed ſpiritus quo vivimus omnes in boc corpore ſiti: hoc verius quando carnis laſcivia non redundat, & anima corporalibus non incurvatur erroribus, ac menſura vivendi in toto homine inoffenſa ſervatur. Sed quia menſurarum æqualitas ſine adjumento Eccleſiæ atque doctrinæ difficile perſeverat; idcirco mulier illa, quæ figuram Eccleſiæ gerit, tamdiu virtutem illis doctrinæ ſpiritalis admiſcet, donec fermentetur totus ille interior homo cordis abſconditus, & in gratiam panis cæleſtis adſurgat. Bene enim fermentum doctrina dicitur Chriſti; quia panis eſt Cbriſtus, & Apoſtolus ait:
1 Cor. 10 17. *Quia unus panis, unum corpus multi ſumus.*

192. Fit ergo unum fermentum, quando caro non concupiſcit adverſus ſpititum, nec ſpiritus adverſus carnem: ſed facta carnis mortificamus, & anima ex flatu Dei flatum vitæ ſumſiſſe ſe conſcia, ſæcularis neceſſitudinis contagia terrena declinat. Unde & Apoſtolus non in carne, ſed
Coloſſ. 1. 9. & 10. in ſpiritu ambulare nos præcipit: ut ſanctificati per lavacrum regenerationis, veterem bominem cum ſuis deſideriis exuentes, induti novum, qui ſecundùm Chriſtum creatur, non in vetuſtate
Rom. 6. 4. litteræ, ſed in novitate ſpititus gradiamur; quo poſſit nobis etiam reſurrectionis tempore incorrupta corporis & animæ & ſpiritus manere communio: & tunc omnia quæ petimus, impetremus. Quod pleriſque videtur etiam Dominus
Matth. 18. 19. ſignificaſſe, dum dicit: *Si duobus ex vobis convenerit ſuper terram, de omni re quamcumque petieritis, fiet vobis à Patre meo, qui in cælis eſt.*

193. Itaque alii duos, animam & corpus accipiunt: alii animam & ſpiritum; ut ſi in terra, hoc eſt, in corpore ſibi anima ſpirituſque conſentiant, nec ſe impugnent invicem diverſis cupiditatibus, omnia in effectum videantur orata poſſe deduci. Quod ita fit, cùm fuerint utraque unum, ſi ſubtractis inimicitiis, vel ſolutis, duo condantur in unum novum hominem, id eſt, anima & ſpiritus: *Ut oremus ſpiritu, oremus & mente.* 1. Cor. 14. 15.
Licet plerique duos populos accipiant, ex Iſraele & ex gentibus in unum reſurrectionis tempore congregandos; ut fiat in æternum manſura perfectio, & id quod ex parte eſt, deſtruatur. Plerique autem virum & uxorem conſentientes ſibi ſtudio caritatis accipiunt.

194. Itaque ſi in bac vita tres menſuræ in eodem fermento manſerint, donec fermententur, & fiant unum; ut æqualitatum nulla diſtantia ſit, nec compoſiti ex trium diverſitate videamur, erit in futurum diligentibus Cbriſtum incorrupta communio: nec compoſiti manebimus; nam & qui compoſiti nunc ſumus, unum erimus, & in unam ſubſtantiam transformabimur. Neque enim in reſurrectione aliud erit alio inferius, ſicut nunc fragilis in nobis eſt carnis infirmitas, & corporalis habitudo naturæ vel vulneribus patet, vel injuriis ſubjacet, vel ſui oneris mole depreſſa ſupra terras nequit extollere altius atque elevare veſtigium: ſed in ſimplicis creaturæ gratiam figurabimur, cùm completum fuerit quod dictum eſt à Johanne: *Cariſſimi, nunc filii* 1. Iohan. 3. 2.
Dei ſumus, & nondum revelatum eſt quid erimus: ſed ſcimus quia cùm revelatum fuerit, ſimiles ei erimus. Itaque cùm Dei natura ſit ſimplex (ſpiritus enim Deus eſt) nos quoque in eamdem imaginem figurabimur; ut qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur ſicut portavimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem bujus cæleſtis, quam animus noſter debet induere. 2 Cor. 3. 18. 1. Cor. 15. 48. & 49.

195. Et ideo primo abbinc loco curatur bydropicus, in quo fluxus carnis exuberans, animæ gravabat officia, ſpiritus extinguebat ardorem. Cap. 14. ℣. 2. 3 & 4.
Deinde docetur humilitas, dum in illo convivio nuptiali [c] appetentia loci ſuperioris arcetur; clementer tamen, ut perſuaſionis humanitas aſperitatem coercitionis excluderet, ratio proficeret ad perſuaſionis effectum, & correctio emendaret affectum. ℣. 8 9. & 10.
Huic quaſi proximo limite humanitas copulatur, quæ ita Dominicæ ſententiæ definitione diſtinguitur, ſi in pauperes & debiles conferatur; nam hoſpitalem remuneraturis eſſe affectus avaritiæ eſt. ℣. 12. 13. & 14.

196. Poſtremùm quaſi emeritæ militiæ viro contemnendarum ſtipendium præſcribitur facultatum; quod neque ille qui ſtudiis intentus inferioribus poſſeſſiones ſibi terrenas coemit, regnum cæli poſſit adipiſci, cùm Dominus dicat: *Vende omnia tua, & ſequere me;* nec ille qui emit boves, cùm Eliſæus occiderit, & populo diviſerit quos babebat: & ille qui ducit uxorem, cogitet quæ mundi ſunt, non quæ Dei. Non quo conjugium reprehendatur, ſed quia ad majorem honorem vocetur integritas; quoniam *Mulier innupta, & vidua cogitat quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nam quæ nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.* ℣. 18 19. & 21. Matth. 19 21. 3. Reg. 19. 21. 1. Cor. 7. 14.

197. Sed ut in gratiam, ut ſupra cùm viduis, ita nunc etiam cum conjugibus revertamur, non refugimus opinionem, quam ſequuntur plerique ut tria genera bominum à conſortio magnæ illius

a. Edit. *concordia voluntatum.* Haud male; melius tamen mſſ fere ad unum, *concordia voluptatum*, id eſt, cùm corpus, anima, & ſpiritus iiſdem rebus delectantur.
b. *Sed ſpiritus . . . hoc verius* Iſta in decem mſſ. non reperiuntur: quibus ablatis ſenſus nihil videtur paſſurus detrimenti.

c. Mſſ nonnulli, *de potentia loci ſuperioris arcetur.* Paucis vero interjectis, ubi vet. edit. ac mſſ. *perſuaſionis humanitas:* Rom. invertendo repoſuit, *perſuaſio humanitatis.* Denique ubi omnes edit. ac pauci mſſ. *proximo limine:* reliqui elegantius exhibent, *proximo limite.*

cœnæ æſtimemus excludi, gentilium, Judæorum, A hæreticorum.

Rom. 1. 29. 198. Et ideo Apoſtolus avaritiam dicit eſſe fugiendam, ne impediti more gentili, iniquitate, malitia, impudicitia, avaritia, ad regnum Chriſti Epheſ. 5. 5. pervenire nequeamus: *Omnis enim immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.*

199. Judæi autem corporali miniſterio juga ſibi Legis imponunt, & ideo ſecundùm Prophe- Pſal. 2. 3. tam: *Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus* B *à nobis jugum ipſorum*; Chriſtum enim recepimus, qui cervicibus noſtris pietatis ſuæ jugum mite ſuſpendit. Quinque autem juga ſunt verborum decem, vel quinque libri veteris legis, de quibus Joban. 4. 18. in Evangelio videtur Samaritanæ dicere: *Quinque enim viros habuiſti.*

200. At verò hæreſis velut Eva femineo rigorem fidei tentat affectu, & lubrica facilitate prolabens, lenocinia falſi decoris affectat, intemeratam negligens pulcritudinem veritatis. Ideo C igitur excuſant, quia nemini intercluditur regnum, niſi ei quem ſuæ profeſſio vocis excluſerit: Dominus autem omnes clementer invitat, ſed nos aut deſidia noſtra, aut error avertit.

201. Ergo & ille qui villam emit, alienus à a regno eſt; ementes enim atque vendentes[a] Noe, Luc. 17. 28. ut legiſti, tempore diluvia obruerunt: & ille qui jugum potius Legis, quàm gratiæ munus elegit: & ille qui propter ducendam excuſat uxorem; Luc. 17. 27. ſcriptum eſt enim: *Si quis venit ad me & non* D *odit patrem ſuum, & matrem & uxorem, non poteſt meus diſcipulus eſſe.* Etenim ſi propter te Dominus Luc 14. 26. ſuæ renuntiat matri, dicens: *Quæ eſt mater mea,* b *aut qui fratres mei;* [b] cur tu Domino tuos cupias anteferre? Sed neque ignorare naturam, neque ſervire naturæ Dominus jubet: ſed ita indulgere naturæ, ut venereris auctorem, nec à Deo parentum amore deſciſcas.

✝ 21. 22. & 23. 202. Itaque poſt divitum reſupina faſtidia contulit ſe ad gentes, jubet bonos & malos introire, E ut bonos augeat, malorum affectum in meliora commutet; ut compleretur illud quod hodie Eſai. 65. 25. lectum eſt: *Tunc lupi & agni ſimul paſcentur.* Invitat pauperes, debiles, cæcos: quo oſtenditur nobis quod nullum debilitas corporis excludat à regno, rariuſque delinquat cui illecebra deſit peccandi: vel quod infirmitas peccatorum per miſericordiam Domini remittatur; ut non ex operibus, ſed ex fide redemtus à crimine ſit, ut qui gloriatur, in Domino glorietur.

203. Mittit itaque ad exitus viarum; prudentia enim in exitu canitur. Mittit ad plateas, quia miſit ad peccatores; ut de latioribus viis ad anguſtam venirent, quæ ducit ad vitam. Mittit ad vias, & circa ſepes, quod hi videlicet apti ſint regno cælorum, qui nullis præſentium cupiditatibus occupati ad futura feſtinant, in quodam bonæ voluntatis tramite conſtituti: & qui modo ſepis quæ ab incultis culta ſecernat, & incurſus B arceat beſtiarum, norint bona malaque diſtinguere, & adverſus tentamenta nequitiæ ſpiritalis, fidei munimen obtendere. Denique Dominus, ut vineam ſuam oſtenderet fuiſſe munitam, *Et ſepem*, inquit, *circumdedi, & circumfodi eam.* Matth. 21. 33. Et Apoſtolus medium parietem ſepis dicit eſſe Epheſ. 2. 14. ſublatum, qui continuationem munitiónis irruperat. Fides igitur & rario quæritur, & quæritur in plateis, hoc eſt, in meatibus interioris affectus; quia ſcriptum eſt: *In plateis tuis diffundantur* Prov. 5. 16. C *aquæ tuæ.*

204. Nec hoc tamen plenum eſt, ut aliquis vocatus adveniat, niſi veſtem habeat nuptialem, hoc eſt, [c] fidem habeat & caritatem. Et ideo qui c pacem & caritatem non detulerit ad Chriſti altaria, tolletur ligatis pedibus & manibus, *&* Matth. 22. 13. *mittetur in tenebras exteriores. Illic erit fletus, & ſtridor dentium.* Quæ ſunt tenebræ exteriores? Numquid illic quoque carceres aliqui latumiæque ſubeundæ ſunt? Minime. Sed quicumque extra D promiſſa ſunt cæleſtium mandatorum, in tenebris exterioribus ſunt; quia mandata Dei lumen ſunt: & quicumque ſine Chriſto eſt, in tenebris eſt; quia [d] lumen in tenebris eſt Chriſtus. d

205. Ergo neque eſt corporalium ſtridor aliquis dentium, neque ignis aliquis perpetuus flammarum [e] corporalium, neque vermis eſt corporalis. e Sed hæc ideo ponuntur, quia ſicut ex multa cruditate & febres naſcuntur & vermes: ita ſi quis non decoquat peccata ſua, velut quadam inter- E poſita ſobrietate abſtinentiæ, ſed miſcendo peccàta peccatis, tamquam cruditatem quamdam contrahat veterum & recentium delictorum, igne aduretur proprio, & ſuis vermibus conſumetur. Unde & Eſaias ait: *Ambulate in lumine* Eſai. 50. 11. *ignis veſtri, & flammâ quam accendiſtis vobis.* Ignis eſt quem generat mœſtitia delictorum: vermis eſt, eo quod [c] irrationabilis animæ peccata mentem rei ſenſumque compungant, & quædam c exedant viſcera conſcientiæ: quæ tamquam vermem.

a. Ita cuncti mſſ. ac vet. edit. niſi quod hæ cum illorum nonnullis loco, *obruerunt*, habent, *ſorbuerunt*. Edit autem Rom. *Loth, ut legiſti, tempore incendio perierunt* Sed locum ab Ambroſio ex memoria citari manifeſtum eſt. Porro quidquid legitur à vocibus, *excuſat uxorem*, uſque ad numeri ſequentis initium, in edit Rom. contra aliarum ac mſſ omnium fidem rejectum fuerat poſt verba, *improbitate delinquerit*, num. 26 poſita.

b. Pariſ. quædam edit. *cur te Domino tuo.* Inepte.

c. Mſſ non pauci, nec poſtremæ claſſis, *firmam* (aliqui *fidam*) *habeat caritatem*

d. Plerique mſſ. atque edit. Era. & Gill. in margine, *lumen interius eſt Chriſtus*

e. Coquæus in lib. 21. *de Civitate Dei*, cap. 9. ſcribit Ambroſium, tametſi has pœnas methaphorice videatur interpretari, non tamen negare *verum & proprium ignem, qui torqueat damnatos.* Contra vero Huetius Origen. lib. 2 quæſt 11. citato hoc Doctoris noſtri loco, *Ignem*, inquit, *in conſcientia facibus & flagellis itidem ut Origenes conſtituit Ambr.* Certe quidem apertiora ſunt Ambroſiana verba, quam ut poſſint Coquæanam interpretationem admittere. Neque vero ſolus Ambroſius hac in re amplexus eſt Origenis opinionem. Idem quippe ſentit Greg Nyſſ lib. *de Anima & reſurr.* Item Johan. Damaſc. lib 4. *de Orthod. fide* ſub finem. Plures etiam fuiſſe qui ſtarent ab hac ſententia, teſtatur Hieron. lib. 3. *in Epiſt. ad Epheſ.* 5. 6. Qui quidem licet acriter eidem ſententiæ hic & alii refragetur, alicubi tamen non videtur ipſam rejicere, ut puta lib. 18 *Comment in Iſai.* Aug vero poſtquam dubie & anxie lib. *de Gen. ad lit.* cap. 32. & 33. *de Civit. Dei* lib 20. cap. 9. 10. 16. & 26. locutus eſt, lib demum 21. cap. 10 ait; *Cur enim non dicamus quamvis miris, tamen veris modis etiam ſpiritus incorporeos poſſe pœna corporalis ignis affligi?* quibus ſatis oſtendit ſe in eam ſententiam quæ nunc in catholicis ſcholis obtinet, propendere Sed nec ab illa alienus eſt ipſemet Ambroſius in Pſalm. 118. variis locis, maxime ubi de illo igne tractat, quo etiam juſtos ac ſanctos urendos tradit. Nihil autem eſt quod oppoſita eum proponere quis miretur, ut pote in controverſia cujus utraque pars magnorum ac ſanctorum virorum auctoritate innitatur, neutra vero ab Eccleſia repudiata ſit: quemadmodum cum Bellarm lib. 2. *de Purgat.* cap. 11. fatentur theologi.

c. Edit. vet. ac mſſ non pauci, *irrationabilia animæ peccata.* Melius Corb & alii aliquot, *irrationabilis animæ*, id eſt, partis inferioris, quam non ſemel animam ſimpliciter vocat Ambroſius, cùm ſupra in homine tria agnoſcit *corpus, animam, & ſpiritum.* In quo Platonicos videtur imitatus; nam Plotinus apud Numenium dictitat hominem Ζῶον τριμερὲς ... , ἢ ψυχῆς, ἢ νῷ.

mes ex unoquoque naſcuntur, tamquam ex corpore peccatoris. Denique Dominus id per Eſaiam declaravit dicens: *Et videbunt membra hominum prævaricantium in me: & vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.* [Eſai. 66. 24.]

206. Stridor quoque dentium prodit indignantis affectum; eo quod ſero unumquemque pœniteat, ſero ingemiſcat, ſero iraſcatur ſibi, quod tam pervicaci improbitate deliquerit.

[Cap. 15. ℣. 4.] QUis ex vobis, inquit, homo qui habet centum oves, & ſi erraverit una ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deſerto, & ibit ad illam quæ erravit?

207. Didiceras in ſuperioribus ablegare negligentiam, vitare arrogantiam, devotionem ſumere, ſæcularibus occupationibus non teneri, caduca non præferre perpetuis: ſed quia fragilitas humana firmum nequit in tanto ſæculi lubrico tenere veſtigium, etiam adverſus errorem remedia tibi bonus medicus demonſtravit, ſpem veniæ judex miſericors non negavit. Itaque non otioſe ſanctus Lucas ex ordine tres parabolas [℣. 8. & ſeq.] poſuit: ovis quæ perierat, & inventa eſt: drachmæ quæ perierat, & inventa eſt: filii qui erat mortuus, & revixit; ut triplici remedio provocati, vulnera noſtra curemus; ſpartum enim triplex non corrumpetur.

208. Qui ſunt iſti, pater, paſtor, mulier? Nonne Deus Pater, Chriſtus paſtor, mulier Eccleſia? Chriſtus te ſuo corpore vehit, qui tua in ſe peccata ſuſcepit, quærit Eccleſia, recipit Pater. Quaſi paſtor revehit, quaſi mater inquirit, quaſi pater veſtit. Prima miſericordia, ſecunda ſuffragatio, tertia reconciliatio. Singula ſingulis quadrant: redemtor ſubvenit, Eccleſia ſuffragatur, auctor reconciliatur. Eadem divini operis miſericordia, ſed diverſa pro meritis noſtris gratia. Ovis à paſtore laſſa revocatur: drachma quæ perierat, invenitur: ad Patrem filius ſuis veſtigiis tedit, & plenâ condemnati erroris regredi-
[Pſal. 35. 8.] tur pœnitentiâ. Unde bene ſcriptum eſt: *Homines & jumenta ſalvos facies, Domine.* Quæ ſunt iſta [Hier. 31. 27.] jumenta? Dixit Propheta: *Semen Iſrael in ſemen hominum, & Iuda in ſemen animalium.* Itaque Iſrael quaſi homo ſalvatur, quaſi ovis Juda colligitur. Malo ergo filius eſſe, quam ovis; ovis enim à paſtore repetitur, à Patre Filius honoratur.

209. Gaudeamus igitur, quoniam ovis illa quæ perierat in Adam, levatur in Chriſto. Humeri Chriſti, crucis brachia ſunt. Illic peccata mea depoſui, in illa patibuli nobilis cervice requievi. [1. Cor. 10. 17.] Ovis illa genere eſt una, non ſpecie: *Omnes enim unum corpus ſumus, ſed multa membra;* & ideo [Ibidem. 25.] ſcriptum eſt: *Vos autem corpus eſtis Chriſti, &* [Luc. 19. 10.] *membra ex membris ejus. Venit itaque Filius hominis ſalvum facere quod perierat;* omnes ſcilicet: [1. Cor. 15. 22.] *Quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.*

210. Dives igitur paſtor cujus omnes nos centeſima portio ſumus. Habet Angelorum, habet Archangelorum, Dominationum, Poteſtatum, Thronorum, aliorumque innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit. Qui quoniam ſunt rationabiles, non immerito hominum redemtione lætantur. Quamquam hoc quoque proficiat ad incentiva probitatis, ſi unuſquiſque converſionem ſuam gratam fore credat cœtibus Angelorum, quorum aut affectare patrocinium, aut vereri debet offenſam. Et tu igitur eſto Angelis lætitiæ, gaudeant de reditu tuo.

211. Non otioſum etiam quod mulier illa drachmâ lætatur inventâ. Non mediocris hæc drachma eſt, in qua principis eſt figura. Et ideo imago regis, cenſus Eccleſiæ eſt. Oves ſumus, oremus ut ſuper aquam refectionis nos collocare dignetur. Oves, inquam, ſumus, petamus paſcua: drachmæ ſumus, habeamus pretium: filii ſumus, feſtinemus ad Patrem.

212. [a] Nec vereamur quia acceptum ſpiritalis patrimonium dignitatis terrenis prodegimus voluptatibus, quod Pater in filios quem habebat, theſaurum contulit. Fidei cenſus numquam exinanitur: licet totum dederit, totum habet; quia quòd donavit, non amittit. Nec vereare, ne te non recipiat: *Non enim delectatur Deus perditione vivorum:* etiam occurrens venienti tibi cadet [Sap. 1. 13.] ſupra collum: *Dominus enim erigit alliſos.* Oſculum dabit quod eſt pignus pietatis & amoris. [Pſal. 145. 8.] Stolam, annulum, calceamenta proferri jubebit. Tu adhuc injuriam metuis, [b] ille reſtituit dignitatem: tu ſupplicium vereris, ille oſculum defert: tu convicium times, adornat ille convivium. Sed jam ipſam parabolam diſcutiamus.

Homo quidam habuit duos filios, & dixit illi adoleſcentior: Da mihi portionem ſubſtantiæ. [℣. 11. & 12.]

213. Vides quòd divinum patrimonium petentibus datur. Nec putes culpam patris, quod adoleſcentiori dedit: nulla Dei regno infirma ætas, nec fides gravatur annis. Ipſe certe ſe judicavit idoneum qui popoſcit. Atque utinam non receſſiſſet à patre, impedimentum neſciſſet ætatis: ſed poſteaquam domum patriam derelinquens peregre profectus eſt, [c] cœpit egere. Meriro ergo prodegit patrimonium, qui receſſit ab Eccleſia. Poſteaquam domum, inquit, patriam derelinquens,

Peregre profectus eſt in regionem longinquam. [℣. 13.]

214. Quid enim longinquius quam à ſe recedere; nec regionibus, ſed moribus ſeparari: ſtudiis diſcretum eſſe, non terris; & quaſi interfuſo luxuriæ ſæcularis æſtu, [d] divortia habere factorum? Etenim qui ſe à Chriſto ſeparat, exſul eſt patriæ, civis eſt mundi. *Sed nos non ſumus advenæ* [Epheſ. 2. 19.] *atque peregrini, ſed cives ſumus ſanctorum, & domeſtici Dei;* qui enim eramus longe, facti ſumus [Ibidem 13.] prope in ſanguine Chriſti. Non invideamus de longinqua regione remeantibus; quia & nos fuimus in regione longinqua, ſicut Eſaias docet di-

a Ita mſſ. ac edit. omnes, excepta Rom. hæc enim totum locum invertit in hunc modum: *Nec vereamur quod Pater in Filium quem habebat, theſaurum contulit. Fides enim cenſus .... nec vereare quia a. ceum ſpiritalis patrimonium dignitatis terrenis prodegeris voluptatibus, ne te non recipiat.*

b Mſſ. aliquot; *errantem ille reſtituit dignitati.*

c *Cœpit egere*, deeſt in omnibus mſſ. Sed cum in omnibus edit. habeatur, eoque demto ſenſus quaſi ſuſpenſus remaneat, ideo illud non putavimus loco movendum. Quibus tamen potiores hic videbuntur mſſ. ſubintelligere poterunt, *impedimentum ſenſit ætatis*, vel quid ſimile, niſi pro *derelinquens* malis cum recentioribus quibuſdam mſſ. legere, *dereliquit.*

d. Rom. edit. ſola, *divortia habere ſanctorum.*

Eſai. 9. 2. cens: *Qui ſedebant in regione umbra mortis, lux orta eſt illis.* Regio ergo longinqua, umbra eſt mortis: nos autem, quibus ſpiritus ante faciem Chriſtus eſt Dominus, in umbra vivimus Chriſti.
Cant. 2. 3. Et ideo dicit Eccleſia: *In umbra ejus concupivi, & ſedi.* Ille igitur vivendo luxurioſe conſumſit omnia ornamenta naturæ. Unde tu qui accepiſti imaginem Dei, qui habes ſimilitudinem ejus, noli eam irrationabili fœditate conſumere. Opus
Hier. 2. 27. Dei es, noli ligno dicere: *Pater meus es tu*; ne accipias ſimilitudinem ligni; quia ſcriptum eſt:
Pſal. 113. 8. *Similes fiant illis, qui faciunt ea.*

℣. 14. *Facta eſt fames per regionem illam.*

215. Fames non epularum, ſed bonorum operum atque virtutum, quæ ſunt miſerabiliora jejunia. Etenim qui recedit à verbo Dei, eſurit:
Matth. 4. 4. *Quia non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei.* Qui recedit à fonte, ſitit: qui recedit à theſauro, eget: qui recedit à ſapientia, hebetatur: qui recedit à virtute, diſſolvitur. Merito ergo iſte egere cœpit, quia theſauros ſapientiæ & ſcientiæ Dei, divitiarumque cæleſtium altitudinem dereliquit. Egere ergo ideo cœpit, & famem pati, quia nihil prodigæ ſatis eſt voluptati. Semper famem patitur ſui, qui alimentis perpetuis neſcit impleri.

℣. 15. *Abiit itaque, & adhæſit uni civium.*

216. Qui enim hæret, in laqueo eſt. Et videtur civis iſte princeps eſſe iſtius mundi. Denique ad villam ejus mittitur quam emit, qui excuſat à
Ibidem. regno. Et paſcit porcos: illos utique in quos petit diabolus introire, quos præcipitat in mare iſtius mundi, in ſordibus ac fœtore viventes.

℣. 16. *Et cupiebat*, inquit, *ſiliquis implere ventrem ſuum.*

217. Neque enim alia cura eſt luxurioſis, niſi
Philip. 3. 19. ut ventrem ſuum impleant, quorum Deus venter eſt. Quis autem aptior hujuſcemodi hominibus cibus, quam is qui ſiliquæ modo intus inanis, foris mollis eſt: quo corpus non reficitur, ſed impletur; ut ſit magis oneri, quam uſui?

218. [a] Sunt qui porcos accipiant pro gregibus dæmonum, ſiliquas pro exili virtute inanium hominum, ſermonumque jactantia, qui nihil prodeſſe poſſunt, inani quadam philoſophiæ ſeductione, & quodam ſonoro facundiæ plauſu pompam magis quàm utilitatem aliquam demonſtrantes. Sed hæc diuturna oblectamenta eſſe non poſſunt; & ideo,

℣. 16. 219. *Nemo illi dabat*; erat enim in regione illius, qui neminem habet; quia eos qui ſunt, non ha-
Eſai. 40. 17. bet. Omnes quippe gentes in nihilo æſtimantur:
Rom. 4. 17. ſolus autem Deus eſt qui vivificat mortuos, *Et vocat qua non ſunt, tamquam qua ſunt.*

℣. 17. *In ſe autem reverſus dixit: Quantis panibus mercenarii patris mei abundant?*

220. Bene in ſe revertitur, qui à ſe receſſit. Etenim qui ad Dominum regreditur, ſe ſibi reddit: & qui recedit à Chriſto, ſe ſibi abdicat. Mercenarii autem qui ſunt, niſi qui ad mercedem ſerviunt, qui ſunt ex Iſrael, non id quod bonum eſt probitatis ſtudio perſequentes, nec virtutis gratia, ſed utilitatis ſtudio provocati? At vero filius qui habet Spiritus ſancti pignus in corde, ſæcularis mercedis [b] lucella non quærit, quibus ſerviat. Heredes ſunt etiam mercenarii qui conducuntur ad vineam. Bonus mercenarius Petrus, Joannes, Jacobus, quibus dicitur: *Venite, & faciam vos piſcatores hominum.* Iſti non ſiliquis, Matth. 4. 19.
ſed panibus abundant. Denique collegerunt fragmentorum cophinos duodecim. O domine Ibidem. 14. 20.
Jeſu, ſi nobis auferas ſiliquas, & panes tribuas; Tu enim diſpenſator in domo es Patris. O ſi nos quoque mercenarios digneris conducere, licet ſero venientes! Nam & undecima conducis hora, & æqualem dignaris mercedem ſolvere, Ibidem. 20. 9.
æqualem mercedem vitæ, non gloriæ; neque enim omnibus repoſita eſt corona juſtitiæ, ſed ei qui poteſt dicere: *Certamen bonum certavi.* 2. Tim. 4. 7.

221. Quod ideo non prætermittendum arbitratus ſum, quia ſcio quoſdam dicere quod [a] ad mortem ſibi lavacri gratiam, vel pœnitentiam reſervent. Primùm qui ſcis an nocte proximâ, tua à te anima repoſcatur? Deinde cur putas otioſo tibi omnia poſſe deferri? Pone unam gratiam, unam eſſe mercedem; diverſum tamen bravium victoriæ eſt, ad quod ſe non fruſtra Paulus extendit, qui poſt mercedem gratiæ, Philip. 3. 14.
bravium tamen ut comprehenderet ſequebatur; quia ſciebat etſi par eſſet merces gratiæ, palmam tamen eſſe paucorum.

222. Et quoniam in vineam Domini venimus, non vacui recedamus; juvat enim fructus legere, mercenarios ejus videre. Quid enim ſibi vult Matth. 20. 1. & ſeq.
quod una die diverſis horis conducuntur operarii, niſi *quia mille anni in oculis Domini, ſicut dies* Pſal. 89. 4.
heſterna qua præteriit, & hora in nocte? Quæ eſt nox, niſi quæ præceſſit, ut dies appropinquaret? Et bene *hora in nocte, quia mille anni ſicut* 2. Pet. 3. 8.
dies una. Novit vim diei hujus ille qui dixit: *Ieſus* Hebr. 13. 8.
Chriſtus heri & hodie, ipſe eſt & in ſæcula. Scivit & ille diem eſſe multiplicem, qui ſcripſit: [c] *Hic* Gen. 2. 4.
dies generationis cæli & terræ, cùm facta ſunt; qua die fecit Deus cælum & terram, & omne viride agri. Cùm enim ſupra ſeptem deſcripſiſſet dies, poſtea uno die omnia facta complexus eſt, totum mundi tempus oſtendens in conſpectu Domini tamquam diem unum; eo quod ex incompoſitis atque tenebroſis forma iſtius mundi, divini operis claritate proceſſerit. Ergo ſi dies totum tempus eſt mundi, habet utique etiam in ſæculis horas ſuas: aut ipſa ſæcula horæ ſunt. Horæ autem diei duodecim ſunt; unde bene in myſterio dies Chriſtus, cujus apoſtoli duodecim, qui cæleſti lumine diſtinctis in ſe gratiæ vicibus refulſerunt.

223. Venit ergo paterfamilias & primâ horâ conduxit operarios, fortaſſis eos qui à principio mundi uſque ad diluvium juſti eſſe meruerunt,

a. Mſſ plerique, *Sunt qui ſiliquas ſæcularia verba ſignificent, porcos* &c. Alii, & omnes edit. *Sunt qui porcos* &c. Melius; voces enim quæ in his omittuntur, plane redolent interpolationem, ipſæque in textum è margine ab imperito ſcriptore transferri facile potuerunt.

b. Ita ſex mſſ. melioris notæ. Alii, & omnes edit. *lucella* (Amerb. & pauci mſſ *buccellam*) *non quærit, quia jus ſervat heredis.* Minus commode, ut lectorum nemo diffitebitur.

a. Frequens ac familiaris fuit ea querela ſanctis patribus, quæ utinam noſtra ætate in pœnitentia multo juſtiorem locum non inveniret!

c Rom. edit. ex LXX. Interp. *Hic liber generationis* &c.

Hier. 7. 25. de quibus ait: *Et locutus ſum ad vos ante lucem: & miſi ad vos ſervos meos prophetas ante lucem.* Tertia poſt diluvium incipit, Noe ceterorumque tempora comprehendens, qui quaſi boni operarii in vineam deſtinantur; ideo quaſi in prandio inebriatus eſt Noe. Sexta & reliquæ Abrahæ, Iſaac, & Jacob Patriarcharum merita diſtinguunt. Nonâ, inclinante jam ſæculo, & tamquam palleſcente luce virtutis, Lex & prophetæ decolores mores hominum notaverunt. Undecimam, & quod ſupereſt diei, ſacer pro- B ducit adventus. Unde & ipſe in Evangelio dicit: *Ambulate dum lumen habetis.* Joh. 12. 35.

224. Sed jam redeamus ad Patrem; licet non verear ne iſtius pœnitentiam gerentis exemplo diu abfuiſſe videamur (numquam enim abfuimus, qui verſabamur in vinea, in qua ſi & iſte manſiſſet, non receſſiſſet à Patre) cavendum tamen eſt, ne nos ei reconciliationis faciamus moram, quam non fecit Pater. Facile reconciliatur, quando impenſe rogatur. Et ideo diſca- C mus quali Pater obſecratione ſit ambiendus. *Pater*, inquit. Quam miſericors, quam pius, qui nec offenſus patrium dedignatur nomen audire!

℣. 18. *Pater*, inquit, *peccavi in cælum, & coram te.*

225. Hæc eſt prima confeſſio apud auctorem naturæ, præſulem miſericordiæ, arbitrum culpæ. Sed etſi Deus novit omnia, * vocem tamen tuæ confeſſionis exſpectat. *Ore enim confeſſio fit ad ſalutem*; (Rom. 10.) quia allevat pondus erroris, quiſquis ipſe D ſe onerat: & accuſationis excludit invidiam, qui accuſatorem prævenit confitendo: *Iuſtus enim in primordio ſermonis accuſator eſt ſui.* (Prov. 18. 17.) Fruſtra autem velis occultare, quem nihil fallat: & ſine periculo prodas, quod ſcias eſſe jam cognitum. Confitere magis, ut interveniat pro te Chriſtus, quem advocatum habemus apud Patrem: roget pro te Eccleſia, & illacrymet populus. Nec vereare ne non impetres. Advocatus ſpondet veniam, patronus promittit gratiam, [a] reconcilia- E tionem tibi paternæ pietatis pollicetur adſertor. Crede, quia veritas eſt: adquieſce, quia virtus eſt. Habet cauſam ut pro te interveniat, ne pro te gratis mortuus ſit. Habet cauſam ignoſcendi Pater, quia quod vult filius, vult & Pater.

℣. 18. 226. *Peccavi in cælum, & coram te.* Non utique elementum exprimitur: ſed peccato animæ cæleſtia ſignificantur dona Spiritus imminuta: vel quia ab illius gremio matris Hieruſalem quæ in cælo eſt, non oportuit deviari.

℣. 19. *Iam non ſum dignus vocari filius tuus.*

227. Dejectus enim ſe exaltare non debet; ut merito ſuæ poſſit humiliatus adtolli.

Ibidem. *Fac me ſicut unum mercenariorum tuorum.*

228. Novit eſſe diſtantiam inter filios, amicos, A mercenarios, & ſervos: filius per lavacrum, amicus per virtutem, mercenarius per laborem, ſervus per timorem. Sed etiam ex ſervis & mercenariis fiunt amici, juxta quod ſcriptum eſt: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis: jam non dico vos ſervos.* Johan. 15. 14.

229. Hæc apud ſe dixit: ſed non ſatis eſt dicere, niſi ad patrem venias. Ubi illum requiras, ubi invenias? Exſurge primo, hoc eſt, qui ſedens ante dormiebas. Et ideo dicit Apoſtolus: *Surge qui* Epheſ. 5. 14. B *dormis, & exſurge à mortuis.* Iniquitas in talento plumbeo ſedet. Moyſi dicitur: *Tu autem hîc ſta.* Deut. 5. 31. Stantes elegit Chriſtus. Exſurge ergo, curre ad Eccleſiam: hîc eſt Pater, hîc eſt Filius, hîc eſt Spiritus ſanctus.

230. Occurrit tibi, qui audit te intra mentis ℣. 20. & 21. ſecreta tractantem. Et cùm adhuc longe ſis, videt, & adcurrit. Videt in pectore tuo, adcurrit ne quis impediat, complectitur quoque: [b] in occurſu præſcientia eſt, in complexu clementia, & C quaſi quidam patrii amoris affectus. Supra collum cadit, ut jacentem erigat, & oneratum peccatis, atque in terrena deflexum reflectat ad cælum, in quo ſuum quærat auctorem. Cadit in collum tuum Chriſtus; ut cervicem jugo exuat ſervitutis, & collo tuo jugum ſuave ſuſpendat. Nonne tibi videtur cecidiſſe in collum Johannis, quando erat Johannes in ſinu Jeſu, cervice recumbens reflexa? Et ideo Verbum apud Deum vidit; quia erectus eſt ad ſuperna. Cadit in col- D lum, cùm dicit: *Venite ad me qui laboratis.... & ego vos reficiam: tollite jugum meum ſuper vos.* Matth. 11. 28. & 29. Cadit ergo hoc modo, ſi convertaris.

231. Et jubet proferri ſtolam, annulum, calceamenta. ℣. 22. Stola amictus eſt ſapientiæ, quo nuda corporis apoſtoli tegunt, eo quod ſe unuſquiſque convolvat; & ideo ſtolam accipiunt, ut corporis infirmitatem ſapientiæ ſpiritalis virtute conveſtiant. De Sapientia enim dictum eſt: *Lavabit in vino ſtolam ſuam.* Gen. 49. 11. Ergo ſtola ſpirituale indu- E mentum, & veſtimentum eſt nuptiale. Annulus quid eſt aliud, niſi ſinceræ fidei ſignaculum, & expreſſio veritatis? Calceamentum autem Evangelii prædicatio eſt; & ideo accepit ſapientiam primam. [c] Eſt enim & aliud myſterium quod neſcit, niſi qui accepit dictorum ſuorum, factorumque ſignaculum, & quoddam munimentum bonæ intentionis & curſus; necubi offendat ad lapidem pedem ſuum, & ſupplantatus à diabolo Dominicæ prædicationis officium derelinquat. F Hæc eſt [d] præparatio Evangelii, ad cæleſtium curſum dirigens præparatos; ut non in carne ambulemus, ſed in ſpiritu.

232. Occiditur & vitulus ſaginatus, ut carnem ℣. 23. Domini ſpirituali opimam virtute per gratiam ſacramenti myſteriorum conſortio reſtitutus epuletur. Nemo enim niſi qui timuerit Deum (*quod eſt initium ſapientiæ*) Prov. 9. 10. niſi ſignaculum ſpiri-

*. Hæc verba intelligenda eſſe de ea confeſſione, quam à peccatoribus ſive publice, ſive ſecreto Eccleſiæ miniſtris fieri oportet, inde probatur, quod ea ponitur poſt primam, quæ ſoli Deo fit confeſſionem. Hinc autem validiſſime confirmatur, quod infra dicitur, *Confitere magis, ut .... roget pro te Eccleſia, & illacrymet populus.* Hæc namque non mentalem, ſed exteriorem ac verbalem confeſſionem apertiſſime ſignificare.

a. Mſſ. non pauci, nec infimæ auctoritatis, *reconciliationem tibi paternæ pietas pollicetur: adſertori crede, quia* &c.

b. Ita mſſ. octo optimæ notæ. Alii vero & edit. *in occurſu præſentia* (Era. & Gill. in margine, *præſcientia*) *eſt in complexu clementia. Et quaſi quodam patrii amoris affectu ſupra collum cadit.*

c. Omnes edit. cum parte mſſ. *Eſt enim & alia quæ myſterium neſcit, quæ accepit dictorum .... & quoddam monumentum,* &c. Alii mſſ. in quibus antiquiſſimi ſunt, magis ſcite præferunt ut in textu. Etſi vero ea lectio ſenſum non contineat ſatis expeditum, nullum tamen in hoc videmus locum admirationis; hic enim dubio procul de ſacramento euchariſtiæ ſermo eſt, de quo dedita opera ſæpenumero obſcure ac perplexe Patres locutos nemo neſcit. Expende etiam numerum ſequentem.

d. Sic plures potioreſque mſſ. atque edit. Era. & Gill. in margine. Alii mſſ. ac edit. omnes in corpore, *prædicatio Evangelii.*

tuale vel cuſtodierit vel receperit, niſi Dominum prædicaverit, ſacramentis debet intereſſe cæleſtibus Qui autem annulum habet, & Patrem habet, & Filium, & Spiritum ſanctum; quia ſignavir nos Deus, cujus imago Chriſtus: & dedit pignus Spiritum in cordibus noſtris; ut ſciamus hoc annuli iſtius qui in manu datur, eſſe ſignaculum, quo cordis interiora, factorumque noſtrorum miniſteria ſignantur. Ergo ſignati ſumus, ſicut & legimus: *Credentes*, inquit, *ſignati eſtis Spiritu ſancto.* Bene autem carnem vituli, quia ſacerdotalis eſt victima, quæ pro peccatis fiebat.

Epheſ. 1. 13

a ℣. 23. 233. [a] Epulantem patrem inducit filius; ut oſtenderet quoniam paternus cibus eſt ſalus noſtra, & Patris gaudium noſtrorum redemtio peccatorum eſt. Et hîc quidem ſi ad Patrem referas, quia hoſtia pro peccatis Filius eſt, delectatur Parer reditu peccatoris: ſupra delectatur Filius, inventa ove; ut ſcias quia una eſt Patris & Filii delectatio, una operatio in Eccleſiæ fundamento. Lætatur autem pater;

℣. 24. *Quia filius perierat, & inventus eſt: mortuus fuerat, & revixit.*

234. Ille perit qui fuit; non enim poteſt perire qui non fuit. Itaque gentes non ſunt, Chriſtianus eſt, juxta quod ſupra dictum eſt: *Quia elegit Deus quæ non ſunt; ut quæ ſunt, deſtrueret.* Poteſt tamen & hîc in uno accipi ſpecies generis humani. Fuit Adam, & in illo fuimus omnes. Periit Adam, & in illo omnes perierunt. Homo igitur & in illo homine qui perierat, reformatur: & ille ad ſimilitudinem Dei factus & imaginem divina patientia & magnanimitate reparatur. Quid eſt ergo: *Elegit Deus quæ non ſunt; ut quæ ſunt, deſtrueret?* Id eſt, elegit populum gentium qui non erat; ut deſtrueret populum Judæorum.

1. Cor. 1. 28. — S. Auguſt. lib. 1. cont. Jul. Pelag. cap. 3. — 1 Cor. 1. 28.

235. Poteſt & de agente pœnitentiam dictum videri; quia non moritur, niſi qui aliquando vixit. Et ideo gentes non moriuntur, ſed mortuæ ſunt; etenim qui in Chriſtum non credidit, ſemper eſt mortuus. Et gentes quidem cùm crediderint, per gratiam vivificantur: qui vero lapſus fuerit, per pœnitentiam reviviſcit.

236. Sequitur locus, ut remittendis poſt pœnitentiam debeamus ſavere peccatis; ne dum veniæ alterius invidemus, ipſi eam non mereamur à Domino. Quis enim tu es qui Domino contradicas, ne cui velit, culpam relaxet; cùm tu cui volueris, ignoſcas? Vult rogari, vult obſecrari. Si omnium juſtitia, ubi Dei gratia? Quis tu es, qui invideas Deo?

℣. 25. & ſeq. 237. Et ideo notatur hic frater, uſque adeo ut de villa venire dicatur, hoc eſt, terrenis operibus occupatus, ignorans quæ ſunt ſpiritus Dei: ut denique numquam pro ſe vel bœdum queratur occiſum; non enim pro invidia, ſed pro venia mundi agnus eſt immolatus. Invidus bœdum quærit: innocens agnum pro ſe deſiderat immolari. Ideo & ſenior dicitur; eo quod cito aliquis per invidiam conſeneſcat. Ideo & foris ſtat; eo quod malevolentia eum animi liventis excludat. Ideo chorum & ſymphoniam audire non poteſt, [b] hoc eſt, non illa theatralis incentiva luxuriæ, nec aulicorum concentus ſonorum, ſed plebis concordiam concinentis, quæ de peccatore ſervato dulcem reſultet lætitiæ ſuavitatem. b

238. Conſtitue mihi aliquem ex his qui ſibi juſti videntur, qui trabem in oculo ſuo non vident, & alieni feſtucam vitii ferre non poſſunt. Quomodo indignatur, quando alicui peccatum fatenti, & diu indulgentiam deploranti venia relaxatur? Quomodo aures ejus ſymphoniam populi ſpiritualem ferre non poſſunt? Hæc eſt enim ſymphonia, quando concinit in Eccleſia [c] diverſorum actuum atque virtutum, velut variarum chordarum indiſcreta concordia, pſalmus reſpondetur, amen dicitur. Hæc eſt ſymphonia quam ſcivit & Paulus; & ideo ait: *Pſallam ſpiritu, pſallam & mente* Hæc de parabola præſenti putavimus eſſe tractanda. c 1. Cor. 14. 15.

239. Nec invidemus ſi quis duos fratres iſtos velit referre ad populos duos; ut ſit adoleſcentior populus ex gentibus tamquam Iſrael, cui frater major beneficium paternæ benedictionis invidit. Quod faciebant Judæi, cùm quererentur quia Chriſtus cum gentibus epularetur; & ideo hœdum, mali odoris ſacrificium requiſierunt. Judæus hœdum requirit, Chriſtianus agnum; & ideo illis Barabbas ſolvitur, nobis agnus immolatur. Unde apud illos fœtor eſt criminum, apud nos remiſſio peccatorum, dulcis in ſpe, ſuavis in fructu. Qui bœdum quærit, exſpectat Antichriſtum; Chriſtus enim boni odoris eſt victima. Epheſ. 5. 2.

240. [d] Queri etiam in bœdo videtur, quia Judæi ritum veteris ſacrificii perdiderunt: vel quia nullius ſanguis his profuit, ſicut Chriſti ſanguis Eccleſiæ; non enim redimere eos ſanguis potuit prophetarum. Impudens autem & ſimilis illius phariſæi juſtificantis ſe arroganti prece, qui putabat quod numquam præterierit mandatum Dei, quia Legem ſervabat in litteris. Impius, qui accuſabar fratrem quod cum meretricibus paternam ſubſtantiam prodegiſſet, cùm debuerit advertere quia ſibi dictum eſt: *Meretrices & publicani præcedunt vos in regnum cælorum.* d Matth. 21. 31.

℣. 28. 241. Stat autem foris, nec excluditur: ſed non ingreditur, ignorans voluntatem Dei de vocatione gentium, ſervus jam factus ex filio; ſervus enim neſcit quid dominus agat. Ubi cognovit, invidet, & torquetur Eccleſiæ bonis, & foris ſtat. Foris enim Iſrael audit chorum & ſymphoniam: ſed iraſcitur quia hîc concinit plebis gratia, & conſona populi jubilatio. Sed Joan. 15. 15.

a. Pauci mſſ. ac Gill. in margine. *Epulante patre inducitur filius.* Idem in corp. cum reliquis mſſ. atque omnibus edit. *Epulantem patrem inducit filius*; niſi quod Rom. vocem *filius*, amandavit.

b. Rom. edit. *hoc eſt, non plebis concordiam concinentis, quæ de peccatore ſalvato dulcem reſultet lætitiæ ſuavitatem ſed theatralis illa incentiva luxuriæ, vel aulicorum concentus ſonorum.* Non ſatis commode, hujus namque loci idem ſenſus eſt, ac ſi legeretur: Non poteſt audire chorum & ſymphoniam, qui chorus & ſymphonia non ſignificant fomitem atque incentiva luxuriæ, ſed concordiam plebis &c. Porro per voces *aulicorum ſonorum*, non videntur intelligendi ſoni, qui ſiunt in aulis, hoc eſt, in regum palatiis: ſed potius ita dici ἀπὸ τῶν αὐλῶν, à tibiis ſeu fiſtulis.

c. Ita mſſ. ſeptem probatioris notæ. Alii vero & edit. *diverſarum ætatum atque virtutum* utrumque non male. At obſervandum obiter non pauca hîc dici ab Ambroſio, quibus novatianorum in peccatores reſipiſcentes crudelitas perſtringi videatur.

d. Mſſ. aliquot cum edit. Gill. in marg. ac Rom. in textu. *Quæres.* Reliqui cod. atque edit. *Quæri*, quod utrumque explicari poteſt, ſi ſubintelligatur *Chriſtus*, quæ vox proxime ante exhibetur. Attamen rectius ſcribi putamus *Queri*; ut ſignificetur ſenior filius dum hædi non occiſi mentionem facit, myſtice quiritari, quod ritus veteris ſacrificii perierit &c.

bonus pater etiam hunc ſalvare cupiebat, dicens:

℣ 31. *Fili, tu ſemper mecum fuiſti;*

242. Vel quaſi Judæus in Lege, vel quaſi juſtus in communione: & es, ſi deſinas invidere.

Ibidem. *Et omnia mea tua ſunt;*

243. Vel Judæus ſacramenta veteris Teſtamenti, vel baptizatus etiam novi poſſidens.

Cap. 16. ℣ 13. *Nemo ſervus poteſt duobus dominis ſervire;*

244. Quia non duo, ſed unus eſt dominus. Nam etſi ſunt qui mammonæ ſerviant; tamen non ille novit aliqua jura dominatus: ſed ipſi ſibi jugum ſervitutis imponunt; neque enim [a] juſta poteſtas, ſed injuſta eſt ſervitus. Et ideo ait:

℣ 9. *Facite vobis amicos de iniquo mammona;*

245. Ut largiendo pauperibus, Angelorum nobis ceterorumque ſanctorum gratiam comparemus. Nec reprehenditur villicus, in quo diſcimus non ipſi eſſe domini, ſed potius alienarum villici facultatum. Et ideo licet peccaverit, tamen quia ſibi in poſterum ex indulgentia domini quæſivit auxilia, prædicatur. Pulcre autem iniquum mammona dixit; quia variis divitiarum illecebris [b] noſtros avaritia tentabat affectus, ut velimus ſervire divitiis. Unde ait:

℣ 11. *Si in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?*

246. Alienæ nobis divitiæ ſunt, quia præter A naturam ſunt; neque nobiſcum naſcuntur, neque nobiſcum tranſeunt: Chriſtus autem noſter eſt, [c] quia vita eſt. Denique *In ſua propria venit, & ſui eum non receperunt.* Ergo nemo dabit quod Iohan 1. 11. veſtrum eſt; quia veſtrum non credidiſtis, veſtrum non recepiſtis.

247. Argui igitur videntur Judæi & fraudis & avaritiæ. Et ideo qui in facultatibus fideles non fuerunt, quas cùm alienas ſcirent (communem enim ad uſum fructus terrarum à domino Deo B datus eſt omnibus) debuerunt utique participare pauperibus: nec Chriſtum accipere meruerunt, quem Zachæus ut adquireret, dimidiam Luc. 19. 8. partem bonorum ſuorum obtulit.

248. Ergo non ſerviamus alienis quia nullum dominum debemus ſcire niſi Chriſtum: *Unus enim Deus Pater, ex quo omnia, & nos in* 1. Cor. 8. 6. *ipſo: & unus dominus Ieſus, per quem omnia.* Quid ergo, Pater Dominus, aut Filius Deus non eſt? Sed & Pater dominus, quia *Verbo Domini cæli fir-* Pſal 32. 6. C *mati ſunt:* & Filius Deus *qui eſt ſuper omnes Deus* Rom. 9. 5. *benedictus in ſæcula.* Quomodo ergo nemo poteſt duobus dominis ſervire? Unus enim Dominus, quia unus Deus: denique *Dominum Deum* Matth. 4. 10. *tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Unde claret unum Patris & Filii eſſe dominatum. Unus autem eſt, ſi non dividatur: ſed totus in Patre, totus in Filio ſit. Itaque [d] quia unius deitatis atque dominatus adſerimus Trinitatem, unum Deum, & unum Dominum confitemur. Qui autem aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus memorant poteſtatem, plures deos, & plures dominos in Eccleſiam gentilis vitio erroris inducunt.

a. Edit. quædam Pariſ. *injuſta poteſtas, ſed juſta eſt ſervitus.* Præpoſtere

b. Rom. edit. *nos avaritia mutat affectus.*

c. Mſſ. non pauci, nec inferioris notæ, *quia via eſt.*

d. Mſſ. aliquot probatæ manus, *qui unam eſſe deitatis &c.*

LIBER OCTAVUS.

℣ 16. L*ex & Prophetæ uſque ad Iohannem.*

1. Non quia Lex defecit, ſed quia incipit Evangelii prædicatio; videntur enim minora compleri, cùm potiora ſuccedunt. Et ideo vim faciamus regno cælorum; omnis enim qui vim facit, vehementi ſtudio properat, non torpenti lenteſcit affectu. Eſt ergo fidei violentia religioſa, ſegnitia criminoſa. Lex multa ſecundum naturam [a] ſtatuit; ut naturalibus indulgentior deſideriis ad juſtitiæ ſtudium nos vocaret: Chriſtus naturam incidit, quia naturales quoque amputat voluptates; & ideo vim faciamus naturæ, ut non ad terrena demergat, ſed ad ſuperna ſe ſubrigat.

℣ 18. *Omnis qui dimittit uxorem ſuam, & ducit alteram, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.*

2. Prius dicendum arbitror de lege conjugii, D ut poſtea de prohibendo divortio diſputemus. Quidam enim putant omne conjugium à Deo eſſe, maxime quia ſcriptum eſt: *Quæ Deus con-* Marc. 19. 6. *junxit, homo non ſeparet.* Ergo ſi omne conjugium à Deo eſt, omne conjugium non licet ſolvi. Et quomodo Apoſtolus dixit: *Quod ſi infidelis diſce-* 1. Cor. 7. 15. *dit, diſcedat?* In quo & mirabiliter noluit apud Chriſtianos cauſam reſidere divortii, & oſtendit non à Deo omne conjugium; neque enim Chriſtianæ gentilibus Dei judicio copulantur; E cùm Lex prohibeat.

3. Sed occurrit illud quod ait Salomon: *Domum* Prov. 19. 14. *& ſubſtantiam* [b] *patres partiuntur filiis: à Deo autem præparabitur viro uxor.* Quod qui in græco legit, non putat eſſe contrarium. Bene enim dixit græcus ἁρμόζεται; harmonia enim conveniens & apta rerum omnium dicitur commiſſa connexio. Harmonia eſt cùm fiſtulæ organi per ordinem copulatæ, legitimæ tenent gratiam cantilenæ, chordarumque aptus ſervat ordo concordiam. Itaque non habent harmoniam ſuam nuptiæ,

a. *ſtatuit*, deeſt in cunctis edit. & compluribus Mſſ. ſed tamen in ſeptem reperitur.

b. Mſſ bene multi ac probatæ notæ, *patris partiuntur filii.* Melius tamen alii cum omnibus edit. *patres partiuntur filiis.* LXX. enim conſtanter præferunt, μερίζουσι πατέρες παισί. Quod autem in hoc ipſo loco Rom. edit. repoſuit, *præparatur*, auctoritatem quidem ſecuta eſt LXX. ubi ſicut & in vet. Ambr. edit. conſtanter habetur, ἁρμόζεται: attamen ant. edit. ac Mſſ. omnium hic & infra exhibentium, *præparabitur*, conſenſus facit, ut credamus Ambroſium legiſſe ἁρμόσεται. Quippe inſolens non eſt, ut futura media ſumantur in paſſiva ſignificatione. Adverte autem quam improbaverit Doctor noſter initum inter perſonas cultu diſpares conjugium: qua de re videſis notam in Pſal. 118. ſerm. 20. num. 48. & in epiſt. ad Vigil.

quando Chriſtiano viro gentilis mulier non le- A
gitime copulatur. Ergo ubi nuptiæ, harmonia:
ubi harmonia, Deus jungit. Ubi harmonia non
eſt, pugna atque diſſenſio eſt: quæ non eſt à
1. Johan. 4. 8. Deo, quia *Deus caritas eſt.*

4. Noli ergo uxorem dimittere, ne Deum tuæ
copulæ diffitearis auctorem. Etenim ſi alienos,
multo magis uxoris debes tolerare & emendare
Matth. 5. 32. mores. Audi quid dixerit Dominus: *Qui dimittit*
mulierem, facit eam mœchari. Etenim cui non licet
vivente viro, mutare conjugium, poteſt obrepere B
libido peccandi. Itaque qui auctor erroris, etiam
reus culpæ eſt. Quò cum parvulis fœta dimitti-
tur? Quò titubanti veſtigio grandæva detrudi-
tur? Durus, ſi excludas parentem, pignora te-
neas, ut ad contumeliam caritatis, addas etiam
pietatis injuriam: durus, ſi propter matrem etiam
filios ſimul pellas; cùm magis redimere à patre
liberi debeant culpam parentis. Quam periculo-
ſum, ſi fragilem adoleſcentulæ ætatem errori
offeras? Quam impium, ſi ejus deſtituas ſenec- C
a tutem, cujus defloraveris juventutem? [a] Ergo
inhonoratis ſtipendiis & veteranum imperator
dimittat inglorium, atque imperii ſui poſſeſſione
detrudat: & ruſticum laboris ſui effœtum agro
33. quæſt. 2. c. An quod. ſuo propulſet agricola? An quod in ſubditos
nefas eſt, in comparem fas eſt?

5. Dimittis ergo uxorem quaſi jure, ſine crimi-
ne; & putas id tibi licere, quia lex humana non
prohibet: ſed divina prohibet. Qui hominibus
obſequeris, Deum verere. Audi legem Domini, D
Matth. 19. 6. cui obſequuntur etiam qui leges ferunt: *Quæ*
Deus conjunxit, homo non ſeparet.

6. Sed non ſolùm hîc cæleſte præceptum, ſed
quoddam etiam opus Dei ſolvitur. Pateriſne,
oro, liberos tuos, vivente te, eſſe ſub vitrico; aut
incolumi matre, degere ſub noverca? Pone, ſi
repudiata non nubat. Et hæc viro tibi debuit
diſplicere, cui adultero fidem ſervat? Pone, ſi
nubat. Neceſſitatis illius tuum crimen eſt: &
conjugium quod putas, adulterium eſt. Quid E
b enim refert, [b] utrum id aperta criminis confeſ-
ſione, an mariti ſpecie adulter admittas; niſi
quod gravius eſt legem criminis feciſſe, quam
furtum?

Deut. 24. 1. 7. Sed fortaſſe dicit aliquis: *Quomodo Moyſes*
mandavit dari librum repudii, & dimittere uxorem?
Qui hoc dicit, Judæus eſt: qui hoc dicit, Chriſtia-
nus non eſt. Et ideo quia hoc objicit, quod ob-
Matth. 19. 8. jectum eſt Domino, reſpondeat ei Dominus: *Ad*
duritiam, inquit, *cordis veſtri permiſit vobis Moyſes* F
dare librum repudii, & dimittere uxores: ab initio
autem non fuit ſic. Moyſes permiſit, inquit, non
Deus juſſit: ab initio autem Dei lex eſt. Quæ eſt
Gen. 2. 24. lex Dei? *Relinquet homo patrem & matrem, &*
adhærebit uxori ſuæ, & erunt ambo in carne una.
Ergo qui dimittit uxorem, carnem ſuam ſcindit,
dividit corpus.

8. Oſtendit autem hic locus, quæ propter fra-
gilitatem humanam ſcripta ſunt, non à Deo
ſcripta. Unde & Apoſtolus: *Denuntio*, inquit, *non* 1. Cor. 7. 10.
ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere. Et
infra: *Ceteris*, inquit, *ego dico, non Dominus: ſi* Ibidem. 12.
quis frater infidelem habet uxorem, & relinquit eam.
Itaque ubi eſt impar conjugium, lex Dei non eſt.
Et addidit: *Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat.* Simul Ibidem. 15.
idem Apoſtolus negavit legis eſſe divinæ, ut
conjugium qualecumque ſolvatur: nec ipſe præ-
cepit, nec dedit deſerenti auctoritatem, ſed cul-
pam [c] abſtulit deſtituto. Hæc moraliter. c

9. Tamen quia ſupra propoſuit regnum Dei ỷ 17.
evangelizare, & cùm dixiſſet de Lege unum
apicem non poſſe cadere, ſubjecit: *Omnis qui di-*
mittit uxorem ſuam, & ducit alteram, mœchatur.
Recte admonet Apoſtolus dicens ſacramentum Epheſ. 5. 32.
hoc magnum eſſe de Chriſto & Eccleſia. Inve-
nis igitur conjugium quod nemo dubitet à Deo
conjunctum, cùm ipſe dicat: *Nemo venit ad me,* Johan. 6. 44.
niſi Pater meus qui miſit me, adtraxerit eum; ille
enim ſolus potuit has nuptias copulare. Et ideo
myſtice Salomon dixit: *A Deo præparabitur viro* Prov. 19. 14.
uxor. Vir Chriſtus, uxor Eccleſia eſt: caritate
uxor, integritate virgo. Ergo quem Deus traxit
ad Filium, non ſeparet perſecutio, non avertat
luxuria, non Philoſophia deprædetur, non mani-
chæus contaminet, non arrianus avertat, non
ſabellianus inficiat. Deus junxit, Judæus non ſe-
paret. Adulteri ſunt omnes qui adulterare cu-
piunt fidei & ſapientiæ veritatem.

10. *Quis liber eſt*, inquit, *iſte repudii matris veſtræ,* Eſai. 50. 1.
quo dimiſi eam? Audiſti repudium, crede conju-
gium. Audiſti quid Judæorum plebi ipſe vir di-
cat: *Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in* Ibidem. v. 1.
peccatis veſtris dimiſi matrem veſtram. Mane ergo
tu in domo patris, mane cum ſponſo, enitere
ut placeas viro. Mens quæ credidiſti Deo, eſto
fortis mulier, qualis illa vel anima eccleſiaſtica,
vel Eccleſia, de qua dicit Salomon: *Mulierem* Prov. 31. 10.
fortem quis inveniet? Pretioſior autem eſt lapidi-
bus pretioſis, quæ talis eſt: confidit in ea vir ſuus. Ibidem. 11.
Videamus quid hæc viro faciat ſuo, quod opus
ejus, quod ſit obſequium, cur confidat in ea
Chriſtus.

11. Bona uxor virum ſuum veſtit. Veſtiat Jeſum
fides noſtra corpore ſuo, veſtiat carnem ſuam
divinitatis ſuæ gloriâ: ſicut & illa bina veſtimen- Ibidem. 22. & ſeq.
ta fecit viro ſuo; ut & in præſenti & in futuro
ſæculo honorificet eum. Non mediocris hæc fe-
mina, cujus tale textrinum eſt: quam non mol-
lia lanæ fila carpentem, ſed pretioſæ virtutis
penſa tractantem vir ejus inveniat: quæ manus
extollat in noctibus, & ad libram dirigat opus,
morumque ſuorum pondus examinet, geſtorum
quoque noverit ſervare menſuram, glorioſi ſub-
tegmen laboris intexens: ſollicita quando vir
redeat, anxia atque ſuſpirans, & jam cum viro

a. Omnes edit. cum tribus mſſ. *inhonoratum ſtipendiis.* Alii mſſ. *inhonorans ſtipendiis.* Optime, ſi voce *ſtipendiis*, pro annis in militia peractis ſumas, ac ſubintelligas *militem.* At paucis interjectis ubi cuncti mſſ. & edit. *quaſi jure, ſine crimine*, in tribus Gratiani codicibus, ut teſtantur ejuſdem correctores, habetur, *quam ſcis vivere ſine crimine.* Quod porro de lege humana divortium non prohibente dicitur, citra dubium eſt S. Doctorem reſpicere ad Legem a Conſtantino Magno latam, quæ continetur lib. 3. Cod. Theod. Tit. 16 *De repudiis.* Hac enim etſi repudii cauſas quæ antea plurimæ ac nonnumquam leviſſimæ fuerant, ad pauciores reduxerit, illius tamen uſum nequaquam tollit. Sed hanc eſſe minoris mali tolerantiam, ut gravius vitaretur, non obſcure indicat Ambroſius.

b. Era. ac Gill. in corp. *utrum aperta .... adulterum admittas*: in marg. autem cum duobus mſſ. & Rom. edit. ... *adulterum admittas.* Reliqui mſſ. ut nos in textu; duos tamen excipimus, ubi lapſu calami ſcriptum eſt .... *adulteram dimittas*, ut apud Amerb. errore etiam typographi ... *adultera dimittas.* Videtur autem maritus dimittens uxorem quæ alteri nubit, propterea adulter dici, quòd in eum uxoris adulterium cedit, ut proxime ante expoſitum eſt.

c. Mſſ. aliquot antiquæ manus, *abſtulit de inſtituto.*

ſuo

ſuo eſſe deſiderans, dicens: Moras facit vir meus A
venire, feſtinabo ipſa ad eum: occurram ei facie
ad faciem, cùm venire cœperit in gloria ſua.

12. Veni domine Jeſu, ut invenias ſponſam
tuam, non contaminatam, non adulteratam,
quæ non violaverit domum tuam, non mandata
Cant. 3. 4. neglexerit. Dicat tibi: *Inveni quem dilexit anima*
Pſal. 103. 15. *mea*: introducat te in domum vini (vinum enim
lætificat cor hominis) inebrietur in ſpiritu,
agnoſcat myſterium, loquatur oraculum.

℣. 19. *Homo autem quidam dives induebatur purpuram.* B

13. Narratio magis quàm parabola videtur,
quando etiam nomen exprimitur. Non otioſe
autem hîc divitem Dominus perfunctum deliciis
ſæcularibus, in perpetuæ famis apud inferos
conſtitutum ſignificavit ærumna: cui non imme-
ritò quinque fratres, id eſt, quinque ſenſus cor-
poris naturali quadam germanitate videntur
fuiſſe ſociati, qui immodicis atque innumeris
cupiditatibus æſtuabant: Lazarum verò in Abra- C
hæ gremio quaſi in quodam ſinu quietis, &
ſanctitatis receſſu locavit, ne illecti præſentium
voluptate, maneamus in vitiis, vel tædio victi,
laborum dura fugiamus. Sive itaque Lazarus
pauper in ſæculo, ſed Deo dives: ſive apoſtoli-
cus aliquis pauper in verbo, locuples in fide
(neque enim ſancta omnis paupertas, aut divi-
tiæ criminoſæ: ſed ut luxuria infamat divitias,
ita paupertatem commendat ſanctitas) ſive ergo
apoſtolicus qui veram teneat fidem, verborum D
infulas, fucum argumentorum, ambitioſa ſen-
tentiarum velamina non requirat: fœneratam
mercedem accipit, impugnans hæreticos Mani-
chæum, Marcionem, Sabellium, Arrium, Pho-
tinumque (iſti enim non aliud quam fratres ſunt
Judæorum, quibus perfidiæ germanitate nectun-
tur) reprimens quoque carnis cupiditates, quæ
illis, ut dixi, quinque ſenſibus vaporantur: fœ-
neratam, inquam, mercedem accipit, cui com-
penſatio exuberantium copiarum, & perpetui- E
tatis uſura eſt.

℣. 20. & 21. 14. Nec alienum putamus, ut de fide quoque
opinemur hunc eſſe tractatum, quam Lazarus
abjectam de menſa divitis collegit: cujus utique
ulcera ſecundum litteram dives faſtidioſus hor-
reret, nec inter pretioſas epulas unguentatoſque
convivas fœtorem ulcerum lambentibus cani-
bus ſuſtineret, cui odor aeris, & ipſa eſſet natu-
ra faſtidio: quamquam inſolentia & tumor divi-
tum indiciis competentibus exprimatur, quod F
ita conditionis immemores humanæ ſint, ut tam-
quam ſupra naturam ſiti, de miſeriis pauperum
incentiva ſuarum capiant voluptatum, rideant
inopem, inſultent egenti, & quorum miſereri
deceat, his auferant.

15. Utrumque ergo qui volet, tamquam Laza-
2. Cor. 11. 25. rus colligat. Cui ſimilem illum puto, qui cæſus
ſæpius à Judæis, ad patientiam credentium, &
vocationem gentium ulcera ſui corporis lam-
benda quibuſdam velut canibus offerebat, quia
Pſal. 58. 15. ſcriptum eſt: *Convertentur ad veſperum, & famem*
patientur ut canes. Quod agnovit Chananitis illa

myſterium, cui dicitur: Nemo tollit panem fi- Matth. 15. 26.
liorum, & mittit canibus. Agnovit hunc panem,
non panem eſſe qui videtur, ſed illum qui intel-
ligitur; & ideo reſpondit: *Utique, Domine, nam* Ibidem 27.
& catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa domi-
norum ſuorum. Micæ iſtæ de illo pane ſunt. Et
quia panis verbum eſt, & fides verbi eſt, micæ
velut quædam dogmata fidei ſunt. Unde reſpon-
dit Dominus, ut oſtenderet fideliter dictum: *O* Ibidem. 28.
mulier, magna eſt fides tua!

16. O felicia ulcera, quæ perpetuum exclu-
dunt dolorem! O uberes micæ, quæ repellitis je-
junium ſempiternum, quæ colligentem paupe-
rem æternis expletis alimentis! Abjiciebat vos Luc. 13. 14.
de menſa ſua archiſynagogus, cùm prophetica-
rum ſcripturarum, & legis interna myſteria refu-
taret; micæ enim ſermones ſunt Scripturarum,
de quibus dicitur: *Et projeciſti ſermones meos poſt* Pſal. 49. 17.
te. Abjiciebat vos ſcriba, ſed Paulus diligentiſſi-
me colligebat, in injuriis ſuis legens plebem.
Lambebant ulcera ejus, qui morſu ſerpentis in- Act. 28. 6.
trepidum, excuſſo ſerpente, viderunt, & credi-
derunt. Lambebat ille carceris cuſtus, qui vul- Act. 16. 33.
nera Pauli lavit, & credidit. Beati canes, in quos
ulcerum talium diſtillat humor, ut adimpleat
cor, & impinguet fauces eorum: qui cuſtodire
domum, ſervare gregem, cavere adſueſcant
lupos.

17. Pone nunc ante conſpectum ſæcularibus
arrianos ſtudiis intentos, qui ſocietatem poten-
tiæ regalis affectant, ut armis militaribus impu-
gnent Eccleſiæ veritatem: nonne tibi videntur
in quadam purpura & byſſo & exſtructis jacen-
tes thoris, qui pro veris fucata defendant; diti-
bus abundare ſermonibus, cùm jactant Domi-
nico terram tremuiſſe ſub corpore, cælum te-
nebris obductum, excita verbo maria vel ſedata:
verumtamen Dei Filium denegantes? Conſtitue
& illum pauperem, qui ſciens non in ſermone,
ſed in virtute regnum Dei eſſe, paucis quid ſen-
tiret expreſſit, dicens: *Tu es Filius Dei vivi:* Matth. 16. 16.
nonne illæ tibi videntur egere divitiæ, hæc re-
dundare paupertas? Dives * hæreſis Evangelia *
multa compoſuit: pauper fides hoc ſolum Evan-
gelium tenuit, quod accepit. Dives Philoſophia
plures ſibi deos fecit: pauper Eccleſia unum
Deum novit.

18. Inter hinc igitur divitem & pauperem ℣. 24. & ſeq.
chaos magnum eſt; quia poſt mortem nequeunt
merita mutari, eoque in inferno dives inducitur,
cupiens a aliquid de paupere ſpiritus, refrigeran- a
tis haurire; aqua enim refectio eſt animæ in do-
loribus conſtitutæ, de qua dicit Eſaias: *Et ſalies* Eſai. 12. 3.
aqua cum delectatione de fontibus Salutaris. Cur
autem cruciatur ante judicium? Quia luxurioſo
carere deliciis, pœna eſt. Nam & Dominus dicit:
Ibi erit fletus & ſtridor dentium; cùm videritis Abra- Luc. 13. 28.
ham, Iſaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno
cælorum.

19. Serus autem dives iſte magiſter eſſe incipit, ℣. 27.
cùm jam nec diſcendi tempus habeat, nec do-
cendi. Quo loco evidentiſſime declarat Domi-
nus, vetus Teſtamentum eſſe fidei firmamentum,

* De hujuſmodi pſeudo-evangeliis conſule quæ ſcripſit ſanctus Doctor ſupra lib. 1. num. 2. & nos ibidem notavimus.

a. Edit. Rom. *aliquid ſpiritus à paupere refrigerantis haurire.* Minus bene, non enim, uti putamus, aquam à quoquam ſpiritus vocabulo nominatam reperias. Refer igitur vocem *ſpiritus*, (aut *ſpiritu*, quemadmodum Amerb. & duo mſſ. præferunt) ad vocem *paupere*, niſi cùm uno & altero mſſ. atque edit. Era. & Gill. in marg. legere malis *de pauperis ſpiritu.*

retundens perfidiam Judæorum, & excludens A nequitias hæreticorum, à quibus mens ſupplantatur infirmior; ipſi enim puſilli ſunt, qui adhuc neſciunt incrementa virtutis.

20. Licet autem advertere quod in villici illius ſuperiore, & iſtius divitis præſenti comparatione incentivum miſericordiæ ſit: & ibi fortaſſe ſanctis quos amicos dicit, & quibus tabernacula tribuit; hîc vero docet pauperibus conferendum.

Cap. 17. ṽ. 3. *SI peccaverit in te frater tuus, increpa illum.*

21. Quam bene poſt divitem qui cruciatur in pœnis, ſubjecit præceptum veniæ largiendæ, his utique qui ſe ab errore convertunt; ne quem deſperatio nun revocet à culpa! Quam vero moderatus eſt, ut neque difficilis venia, nec remiſſa ſit indulgentia; ne quem vel auſtera percellat invectio, vel conniventia invitet ad culpam! Matth. 18. 15. Sic & alibi: *Si peccaverit in te frater tuus, vade &* C *corripe eum inter te & ipſum.* PLUS ENIM proficiat amica correptio, quàm accuſatio turbulenta: illa pudorem incutit, hæc indignationem movet. Servetur potiùs quod prodi metuat, qui monetur. Bonum quippe eſt ut amicum magis te qui corripitur credat, quàm inimicum; facilius enim conſiliis aquieſcitur, quam injuriæ ſuccumbitur. 2. Theſſ. 3. 15. Unde & Apoſtolus: Corripite, inquit, ut fratrem, ut erubeſcat, non ut inimicum eum exiſtimetis. [a] INFIRMUS ENIM cuſtos diuturnitatis eſt timor: D pudor autem bonus magiſter officii; qui enim metuit, reprimitur, non emendatur: quem pudet facere, in naturam vertit.

22. Pulcre autem poſuit: *Si peccaverit in te*; non enim æqua conditio in Deum, hominemque peccare. Denique Apoſtolus, qui divini eſt verus Tit. 3. 10. interpres oraculi: *Hæreticum*, inquit, [b] *poſt unam correptionem devita*; quia non eſt æque perfidia ut culpa, veniabilis. Et quoniam plerumque per imperitiam error obrepit, corripiendum præcepit; E ut aut pertinacia vitetur, aut prolapſio corrigatur. Verùm quid eſt:

ṽ. 4. *Si ſepties converſus fuerit ad te dimitte illi?*

23. Num veniæ numerus præfinitur: an vero quia cùm ſeptimo die requieverit Deus ab omnibus operibus ſuis, poſt hebdomadam iſtius mundi quies nobis diuturna promittitur; ut quemadmodum mala iſtius mundi feriata ceſſabunt, ita etiam vindictæ ſeveritas conquieſcat? F Sabbatum autem non ſolùm dierum, ſed etiam Levit. 25. 9. menſium eſt; & ideo ſeptimi menſis decima die ſabbata ſabbatorum: nec ſolum menſium, ſed annorum quoque: neque annorum tantùm, ſed etiam generationum: poſtremo ipſius mundi, cujus typus eſt ſabbatum magnum, ſicut in Lege eſt hebdomada ſeptima, poſt quam celebratur annus Jubilæus. Quod myſterium nobis Dominus voluit revelare, cùm dicit: *Non ſolum ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties.* Matth. 18. 22. Quia ſeptima generatione, ut habes ſecundùm Lucam, Enoch raptus Luc. 3. 37. Sap. 4. 11. eſt, ne malitia immutaret cor ejus; & in eo aculeus doloris quievit. Septuageſima autem & ſeptima generatione Dominus natus ex Maria, humani generis in ſe peccata ſuſcipiens, remiſſionem B tribuit omnium delictorum.

24. Ergo quamvis ſecundum litteram diſcas frequenter ignoſcere, nec indignationem tenere (nihil enim eſt quo poſſit offendi, cui ignoſcendi eſt conſuetudo) tamen agnoſce myſterium; neque enim otioſe ſabbato dixit Dominus mulieri: *Dimiſſa es ab infirmitate tua*, Luc. 13. 12. oſtendens plebi ſuæ, quæ ſicut mulier illa vocata ſequeretur, adventu ſuo ſe remiſiſſe peccata. Septuagies Gen. 4. 24. itaque & ſepties Lamech condemnatur; quia C gravius delinquit, [a] qui ſcelus dum punit, admittit. Omnem autem enormitatem ſceleris baptiſmi ſacramenta dimittunt. Diſce ergo donare injurias tuas; quia perſecutoribus ſuis Chriſtus ignovit.

25. Nec illud otioſum [c] quod ſabbato paſſus eſt magno, ſignificans fore ſabbatum, quo mors deſtrueretur à Chriſto. Quod ſi Judæi ſabbatum ita celebrant; ut & menſem & annum totum quaſi ſabbatum habeant: quanto magis nos reſurrectionem Domini celebrare debemus? D Et ideo majores tradidere nobis pentecoſtes omnes quinquaginta dies ut paſchæ celebrandos; quia octavæ hebdomadis initium Pentecoſten facit. Unde & Apoſtolus quaſi Chriſti diſcipulus, qui ſciret diverſitatem eſſe temporum, ſcribens ad Corinthios: *Apud vos*, inquit, *forſitan manebo*, 1. Cor. 16. 6. *& hyemabo.* Et infra: *Manebo autem Epheſi uſque ad pentecoſten; oſtium enim mihi apertum eſt magnum.* Ibidem. 8. & 9. Itaque apud Corinthios hyemem agit, E quorum erroribus angebatur; quod eorum circa Dei cultum frigeret affectus: cum Epheſiis pentecoſten celebrat, atque his tradit myſteria, relaxat animum; quia fidei cernebat ardore ferventes. Ergo per hos quinquaginta dies jejunium neſcit Eccleſia, ſicut Dominicâ qua Dominus reſurrexit, & ſunt omnes dies tamquam Dominica.

26. Erit & alia Dominica qua Dominicum corpus reſurgat. Novit hanc Paulus, qui ait: *Vos* 1. Cor. 12. 27. F *autem eſtis corpus Chriſti, & membra ex membris.* Hoc enim corpus Domini & oſſa de oſſibus ejus capiti cohærebunt: *Caput autem Eccleſiæ Chriſtus.* Epheſ. 5. 23. Tunc ergo ceſſabit jejunium; quoniam in perpetua jucunditate fatigatio, cura, laſſitudo ceſſabit. Tunc mors deſtruetur: *Noviſſima enim mors* 1. Cor. 15. 26.

a Ita vet. edit. & cuncti mſſ. duobus exceptis, ubi legitur: *Infirmus enim cuſtos diuturnus eſt timor.* Rom. vero: *Infirmus enim cuſtos diuturnæ bonitatis* &c.

b Quædam edit. Pariſ. *poſt unam aut ſecundam correptionem.* Sed videtur omnino Ambroſius legiſſe, *poſt unam correptionem.* Etenim non ſolum hic, verum etiam lib. 2. *de Abraham*, & alibi omnes aliæ edit. cum mſſ. in hanc lectionem conſpirant. Poſt pauca vero edit. Rom. repoſuerat, *Si ſepties in die converſus fuerit ad te dicens, Pœnitet me, dimitte illi.* At cùm lectio noſtra in ant. edit. & cunctis mſſ. habeatur, locuſa ab ipſomet Ambroſio contractum fuiſſe exiſtimandum eſt.

c Videtur hic ſequi Ambroſius quorumdam Hebræorum opinionem, adſerentium Cainum à Lamecho [illegible] fuiſſe, qui tamen cain fortuito id factum volunt. Qua de re multa interpretes in hunc locum.

c Rom. edit. ſola, *quod ſabbato ſepultus eſt.* Sed aliarum ac mſſ. omnium in voce *paſſus eſt*, convenientium auctoritate adducimur, ut Chriſtum ſabbato paſſum ideo hic dici autumemus, vel quia erat ea dies [illegible] ad ſequens ſabbatum, vel quod, ut ſtatim ſubjicitur, ſabbatum ita celebraretur à Judæis, ut & menſis & annus inſtar ſabbati haberetur. Ubi vero omnes edit. & plures mſſ. ſtatim ſubjungant, *magnum ſignificans* &c, maluimus cum mſſ. aliis, iiſque melioris notæ legere *magno* &c. Judæis enim tria feſta erant quæ *ſabbata magna* nuncupabantur, paſcha ſcilicet, pentecoſte, ac ſcenopegia, quorum primum eodem anno incidebat in ſabbatum minus, uti ex ſacris hiſtoriis intelligimus. Quod porro dicitur *50 dies ut paſcha celebrandos*, hoc de quibuſdam ſtrabus intelligendum, de quibus in *Apol. David cap. 8. n. 42.*

deſtruetur. Nam etſi ceſſavit in Enoch, & non eſt A
Gen. 5. 24. inventa in eo; deſtructa tamen non eſt: ille enim
raptus eſt, ut evaderet eam: Chriſtus ut deſtrue-
1. Cor. 15. 55. ret, immolatus eſt. Et ideo bene dixit: *Ubi eſt,*
mors, victoria tua? Ubi eſt, mors, aculeus tuus? Ergo
in hac reſurrectione iterum Chriſtus tamquam
ſuo reſurget in corpore. Beatus itaque qui ha-
buerit partem in prima reſurrectione; ſicut enim
1. Cor. 15. 20. primitiæ dormientium Chriſtus, ſic tunc primi-
tiæ reſurgentium Eccleſia & ſancti ejus.

27. Hoc myſterium Petrus ſcire non potuit. B
Fortaſſe ſcierit de Enoch: quis tamen potuit
myſterium abſconditum in Deo humana mente
comprehendere? Veniat ergo Dominus in ani-
mam meam, in mentem meam, atque eam ſubji-
ciat ſibi; ut cùm ſubjecta mens fuerit mea, di-
Pſal. 22. 4. cam: *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

℣. 6. *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis*
huic arbori moro: Eradicare, & jactare in mare, &
obaudiet vobis.

28. De grano ſinapis ſupra dictum eſt, nunc
de arbore mori eſt diſputandum. Arborem lego,
non tamen arborem credo. Nam quæ ratio, qui
profectus hic noſter, ut arbor quæ laboranti-
bus agricolis ferat fructus, eradicetur, & mitta-
tur in mare? Licet hoc pro virtute fidei poſſibi-
le judicemus, ut ſenſibilibus imperiis natura in-
ſenſibilis obſequatur: quid ſibi vult tamen etiam
Amos. 7. 14. ipſa arboris ſpecies? Legi quidem: *Paſtor eram*
caprarum, vellicans mora; & puto prophetam ſi- D
gnificaſſe nobis, quod ex peccatorum grege pec-
cator ipſe converſus ſit: licet conveniat ut futu-
rus gentium propheta fructum quæſiſſe videatur
in ſentibus, cibum ex ſentibus eruiſſe, ſed de-
coloros & fœtidos greges gentium, populos na-
tionum, in ſuorum ſcriptorum paſcuis locaturus;
ut ſpirituali refectione pingueſcerent; ipſe autem
de peccatore converſo lac ſpirituale mulgeret.

Matth. 17. 19. 29. Sed cùm in alio Evangelii libro de monte
ſit dictum, cujus ſpecies nuda gignentium virium, E
olearumque jejuna, infœcunda meſſibus, apta
latibulis beſtiarum, ferarumque curſibus in-
quieta, extollentem ſe altitudinem nequitiæ
ſpiritualis videatur exprimere, ſicut ſcriptum
Hier. 51. 25. eſt: *Ecce ego ad te, mons corrupte, qui corrumpis om-*
nem terram; congruit ut hoc quoque loco opi-
nemur id dictum, quoniam fides ſpiritum ex-
cludit immundum, maxime cùm arboris natura
huic concurrat opinioni. Nam fructus ejus pri-
mo albet in flore, deinde jam formatus irrutilat, F
maturitate nigreſcit. Diabolus quoque ex al-
benti angelicæ flore naturæ & poteſtate rutilan-
ti, prævaricatione dejectus, tetro inhorruit odo-
re peccati. En tibi illum arbori moro dicentem:
Eradicare, & jactare in mare, cùm legionem eje-
cit ex homine, in porcos tranſire permittit: qui
exagitati diabolico ſpiritu, ſe in maria demer-
ſerunt.

30. Hic igitur locus hortatorius ad fidem, do-
cens moraliter etiam ea quæ ſolidata ſunt, fide
poſſe diſſolvi. Ex fide autem caritas, ex caritate
ſpes, & rurſus in ſe ſancto quodam circuitu re-
funduntur.

31. Sequitur ut nemo in operibus glorietur, ℣. 7.
quia jure Domino debemus obſequium. Nam ſi
tu non dicis ſervo aranti, aut oves paſcenti:
Tranſi recumbe (ubi intelligitur quia nullus re-
cumbit, niſi ante tranſierit: denique & Moyſes
ante tranſivit, ut magnum viſum videret) ſi
B ergo tu non dicis ſervo tuo: *Recumbe*; ſed exigis ℣. 8.
ab eo aliud miniſterium, & gratias ei non agis:
ita nec in te patitur Dominus unius uſum eſſe
operis aut laboris; quia dum vivimus, debemus
ſemper operari.

32. Ergo agnoſce eſſe te ſervum plurimis obſe-
quiis defœneratum. Non te præferas quia filius
Dei diceris: agnoſcenda gratia, ſed non igno-
randa natura. Neque te jactes ſi bene ſerviſti,
quod facere debuiſti. Obſequitur ſol, obtempe-
C rat luna, ſerviunt Angeli. Vas gentium electus à
Domino: *Non ſum*, inquit, *dignus vocari apoſtolus;* 1 Cor. 15. 9.
quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Deinde alibi nul-
lius ſe oſtendens conſcium culpæ, ſubjecit: *Sed* 1. Cor. 4. 4.
non in hoc juſtificatus ſum. Et nos ergo non à no-
bis laudem exigamus, nec præripiamus judicium
Dei, & præveniamus ſententiam judicis: ſed ſuo
tempori, ſuo judici reſervemus. Poſt hæc repre- ℣. 17.
henduntur ingrati: atque ita demum ad tracta-
tum futuri venitur judicii.

D *In illa hora qui fuerit in tecto, & vaſa ejus in* ℣. 31.
domo; ne deſcendat tollere illa: & qui in agro ſimi-
liter non redeat retro. Memores eſtote uxoris Lot. ℣. 32.

33. [a] Interrogatus à diſcipulis Dominus quando a
veniret regnum Dei, ait: *Regnum Dei intra vos* ℣. 21.
eſt; utique per veritatem gratiæ, non per ſervi-
tutem culpæ. Itaque qui vult eſſe liber, ſit ſer-
vus in Domino; ea enim parte qua participamur
ſervitute, participamur & regno. Ait ergo: *Re-*
E *gnum Dei intra vos eſt*: quando autem veniret,
noluit dicere, ſed dixit judicii diem eſſe ventu-
rum; ut terrorem omnibus judicii imminentis in-
cuteret, nec ſecuritatem dilationis adferret.

34. Et ne videretur contriſtare diſcipulos, [b] ſi b
his aliquid denegaret, ait in alio libro: *De die* Matt. 24. 36.
autem & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum, neque
Filius. Bene mediè poſuit Filium, eſt enim idem
filius hominis Filius Dei, ut magis dictum ſe-
cundùm filium hominis æſtimemus, quia tem-
F porum finem non per naturam hominis, ſed per
naturam Dei novit. Nec alienum tamen à fide
eſt, ſi Filium accipias Dei. Quid enim eſt quod
bonus Pater Filium celaverit, cui omnia dedit?
Aut quomodo non dedit cognitionem temporis,
cui dedit ipſius judicii poteſtatem? Quomodo Iohan. 14. 11.
autem Filius neſcire poteſt, quod Pater novit;
cùm in Patre Filius ſit, & Spiritus ſcrutetur etiam
alta Dei; cùm ipſe Filius altitudo ſit divitiarum 1. Cor. 2. 10.
ſapientiæ, & ſcientiæ Dei? Sed cur nolit dicere,

a. Edit. Rom. ſola. *Interrogatus à phariſæis .... utique per liber-*
tatem gratiæ. Sed in voce *phariſæis* potuit S. Doctor vel memoriâ,
vel quo uſus eſt codice, falli, præterquam quod in ſequenti
verſu mentio ſit diſcipulorum; vox autem *veritatem* recta eſt;
cùm illa, ut jam à nobis obſervatum eſt, idem apud probatos
auctores quandoque ſignificet ac æquitas; itaque *per veritatem*
gratiæ perinde erit atque per æquitatem ſeu juſtitiam quæ ortum
ducit ex gratia.

b. Sic. vet. edit. & cuncti mſſ. niſi quod in quibuſdam prætter-
mittitur, *in alio libro*. At Rom. edit. locum immutavit in hanc
formam, *ſi eos aliquid celaverit*, *ſubjungitur*: *Et ait ad diſcipulos*
ſuos, venient dies. Et in alio libro. Et poſt non multa ubi Amerb.
cum paucis mſſ. *Bene medium poſuit filium*, & Era. ac Gill. cum
reliquis, *Bene medie* &c. Eadem Rom. edit. exhibet, *Bene inter-*
poſuit filium. Sed omnino legendum, *medie*, hoc eſt, non deter-
minando utrum *Dei*, an ve *hominis*.

Act. 1. 7. oſtendit alio loco: *Non eſt veſtrum ſcire tempora & annos, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* A

35. Videtis quo tendat qui Trinitatem negat unius poteſtatis, ut ſit aliquid quod neſciat Filius? Cur enim celaret Filium proprium Pater? Aut enim invidiæ cauſa nolumus aliis intimare quod ſcimus, aut ne forte prodamur: ſed nec invidi in Patrem, nec proditoris in Filium ſuſpicio cadit. Ergo unius ſunt cognitionis; quia unius ſunt poteſtatis. Deinde qui ſigna novit futuri judicii, utique novit & finem. B

℣. 24. 36. Quid enim eſt quod neſciat ille ſicut fulgur coruſcans, eo quod lux, Dei Filius interna myſterii cæleſtis illuminet? [a] *In illa*, inquit, *hora*. Ergo & horam novit: ſed novit ſibi, neſcit mihi. Bene autem cauſam diluvii, & incendii, & judicii de *Ibidem. 39.* noſtris adſerit prodiiſſe peccatis; quia Deus malum non creavit, ſed noſtra ſibi merita repererunt.

℣. 27. *Edebant* enim *& bibebant: uxores ducebant, & nubebant.* C

37. Non quia conjugia damnentur, neque ut alimenta damnentur; cùm in illis ſucceſſiones, in iſtis naturæ ſubſidia ſint; alioquin de hoc mundo eſt exeundum: ſed in omnibus modus quæritur; *1. Cor. 7. 5.* quidquid autem abundantius eſt, à malo eſt. Sit aliquis conſenſus ad tempus, ut vacemus orationi: ſit aliqua inter ſollicitudines mundi, & intemperantiæ crapulas ſobrietas religionis, & induciæ caſtitatis. D

38. Ergo quia propter improbos neceſſe eſt probi in hoc ſæculo contritionem cordis animæque patiantur, quo uberiorem mercedem acci*Matth. 24. 16.*piant in futurum, remediis inſtruuntur; ut qui in Judæa ſunt, fugiant in montes. Quæ eſt iſta Judæa? Novi enim & aliam Judæam ſecundùm *Pſal. 75. 2.* ſpiritum, non ſecundum litteram: *Notus* enim *in Judæa Deus*. Quales autem iſti montes qui poſſint metum futuri cohibere judicii, cùm ſcriptum ſit: *Eſai. 64. 3. Luc. 21. 33.* *Tremor autem montes occupabit? Cælum & terra tranſibunt:* quomodo terrarum portio manebit immunis, aut tueri me poterit, quæ nec ipſa ſe ſervat? Ubi igitur me ab ira ejus abſcondam, qui *Pſal. 138. 8.* conturbat profundum maris? *Si adſcendero in cælum, ibi eſt: ſi deſcendero in infernum, adeſt.* Non ergo falli poteſt qui ubique eſt, ſed placari. E

39. Adeſt itaque judicii dies: ſi vis non comprehendi, quotidie time, quotidie fuge. Quæris *Eſai. 40. 9.* quomodo fugias? *Adſcende in montem qui evangelizas Sion;* ut excelſorum vertice poſſis eminere *3 Reg. 20. 28.* meritorum: Deus enim montium, & non Deus vallium eſt. Adſcende eo ubi Chriſtus ſedet ad *Pſal. 86. 1.* dexteram Dei, cujus *Fundamenta in montibus* *Pſal. 124. 2.* *ſanctis*: &, *Montes in circuitu ejus*. Mons tuus Paulus, mons tuus Petrus eſt. Supra illorum fidem mentis tuæ locato veſtigium. In lege Dei atque hereditate fidei conſtitutos judicii dies non ad pœnam invenit, ſed ad gloriam. F

A 40. Si quis etiam in tecto eſt poſitus, hoc eſt, ſuperiora jam domus ſuæ, eminentiumque virtutum culmen adſcendit, ad terrena mundi hujus opera non recidat. Novi enim tectum in quo *Joſue 2. 1. & ſeq.* Rhaab illa typo meretrix, myſterio Eccleſia ſacramentorum conſortio populis copulata gentibus, exploratores quos Jeſus direxit, abſcondit: qui ſi ad inferiora deſcendiſſent domus, ab exploratoribus qui ad corripiendos eos miſſi fuerant, occidiſſent. Tectum ergo ſublimis eſt menB tis officium, animæque faſtigium, quo nuda corporis operitur infirmitas. Unde mihi videtur *Marc. 2. 3.* etiam paralyticus ille idcirco eſſe ſanatus, quia à quatuor juvenibus demiſſus è tecto eſt; quia quatuor adminiculo virtutum, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, atque juſtitiæ ad pedes Chriſti alta quadam ſe ratione ſubjecit. Nihil enim excelſius humilitate, quæ tamquam ſuperior neſcit extolli; quia nemo id affectat, quod infra ſe judicat.

C 41. Sed quoniam in judicio verſamur, non digrediamur à tecto; ne dum vaſa quæ in domo ſunt, auferre cupimus, capiamur. Non enim in omni domo ſunt vaſa aurea & argentea, ſed in pleriſque ſunt lignea: nec omnis domus plena; ſunt enim & vacuæ, quas novit propheta qui dixit: *Quid factum eſt tibi nunc, quia adſcendiſti in domos vacuas? Impleta eſt civitas clamantium.* Et *Eſai. 22. 1. & ſeq.* ſubjecit: *Omnes principes tui fugerunt, quicumque in te vulnerati ſunt*, & ad perfidiam de fide lapſi D ſunt. Vulneratus eſt Sabellius, vulneratus eſt Valentinus, vulneratus eſt Arrius; in domo enim vacua ſunt reperti.

42. Vis domum videre plenam? Sequere Petrum, cùm eſuriret ad domus ſuperiora gradientem: ibi agnovit myſterium Eccleſiæ congregandæ; ut gentilem populum non judicaret immundum, quem * fides poſſet ab omni mundare contagio. Vaſa autem de luto ſunt: ergo vas corpus eſt. Et ideo cave ne deſiderio corporis, E præclara mentis ſtudia derelinquas. Si Petrus non accepit myſterium in inferioribus poſitus, tu quemadmodum accipies? Ille accepit, quia adſcendit, ut evangelizaret Dominum, paſſionem corporis non timeret. *Act. 10. 9.* *

43. Ergo *Qui in tecto eſt, non deſcendat: & qui in agro eſt, non revertatur retro.* Unde intelligam quid ſit ager, niſi ipſe me doceat Jeſus, dicens: *Nemo mittens manum in aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cælorum?* Otioſus in villa ſedet, *Luc. 9. 62.* F laborioſus in agro ſeminat: debilis ad focum, fortis ad aratrum. Bonus odor agri; odor enim *Gen. 27. 27.* Jacob odor agri pleni. Ager plenus eſt florum, plenus eſt fructuum diverſorum. Ara igitur agrum tuum, ſi vis dirigi ad Dei regnum. Floreat tibi bonorum ſeges fœcunda meritorum. Sit *Vitis abundans in lateribus domus tuæ, & novella olivarum in circuitu menſæ tuæ.* Dicat anima tua *Pſal. 127. 3.* Chriſto, fertilitatis ſuæ jam conſcia, & ſeminata

a. Rom. edit. *De die autem & hora dixit Matthæus.* Verum ea mutatio non aliunde invecta eſt, quam quod ſuperiorem Lucæ textum cùm rejeciſſet poſt verba inferius poſita, *ſed ad gloriam*, alios textos omiſſos ab Ambroſio ſubſtituerit, ad quos referri non poterat iſta expoſitio. Quod autem mox ſubjicitur, *novit ſibi, neſcit mihi*, referendum eſt ad ſuperiora illa, *ſed cui voluit dicere, oſtendit*. Quapropter hic non eſt æquivocatio, ſed metonymiæ ſpecies quâ cauſa ab effectu denominatur; quomodo hunc locum etiam ab Auguſtino expoſitum reperimus lib. Quæſt. 83. quæſt. 60. Namque ibi à maximo illo Doctore traditur, *neſcire Filium ſic dictum eſſe, quia facit neſcire homines, id eſt, non prodit eis quod inutiliter ſcirent.*

*. Non ita hîc fides intelligenda, ut neceſſitas bonorum operum excludatur, quod ſane ab Ambroſii doctrina quam alieniſſimum eſſe probe norunt, qui in ejus lectione non ſunt omnino peregrini: ſed ea ſola ideo nominatur, quia ſalutis ac virtutum omnium eſt fundamentum, ut docet Sanctus noſter lib. 1. *De Cain & Abel*, cap. 9. num. 38. atque alibi.

Dei verbo, ſpiritalibus quoqne inarata culturis: A
Cant. 7. 11. *Veni, frater meus, exeamus in agrum.* Ille reſpon-
Ibid. 5. 1. deat: *Introivi in hortum meum, ſoror mea ſponſa: vindemiavi myrrham meam* Quæ enim melior quàm fidei vindemia, qua reſurrectionis fructus reconditur, quâ perpetuæ lætitiæ fons rigatur?

44. Itaque cùm reſpicere prohibearis, multo magis redire prohiberis, & tollere tunicam;
Matth. 5. 40. comperiſti enim quod ei qui tunicam te petierit, remittere debeas & pallium. Ergo directus ad Dei regnum, opes & patrimonium non re- B quiras. Novit & aliam Scriptura tunicam, de qua
Coloſſ. 3. 9. & 10. nos hortatur Apoſtolus dicens: *Ut exſpoliantes veterem hominem cum actibus ejus, induti novum,* ſuperioris tunicam non requiramus erroris. Un-
Cant. 5. 3. de & illa ait: *Nocte exui me tunicam meam, quomodo induar eam?* quòd non ſolum renuntiare peccatis, ſed etiam memoriam omnem debeas
Philip. 3. 13. actus ſuperioris abolere. Denique Paulus ſuperiora obliviſcens, culpam exuit, pœnitentiam non omiſit. C

45. Et ideo Dominus: *Memores*, inquit, *eſtote uxoris Lot:* quæ ideo quia reſpexit retro, perdidit naturæ ſuæ munus; retro enim Satanas, retro Sodoma. Quapròpter fuge intemperantiam, declinato luxuriam. Et ut cognoſcas quia non om-
Gen. 19. 30. nes poſſunt fugere in montem, recordare quia ille qui ſe à veteribus ſtudiis non reflexit (Sodomam enim ante delegerat) ideo evaſit, quia pervenit ad montem: illa quæ infirmior fuit, quoniam ad poſteriora reſpexit, nec mariti adjuta ſuffragio, D ad montem pervenire potuit, ſed remanſit.

℣. 34. *In illa nocte erunt duo in lecto uno: unus adſumetur, & alter relinquetur.*

46. Bene noctem dixit, quia Antichriſtus hora tenebrarum eſt; eo quod pectoribus hominum tenebras offundat, cùm dicat ſe eſſe Chriſtum, exſurgentibus pſeudo-prophetis qui adſerant nunc in deſertis Jeſum degere, ut vagæ errore opinionis illudant: nunc in penetralibus, ut qui E audierint, præcelſæ nomine poteſtatis attentur.
Matth. 24. 27. Chriſtus autem ſicut fulgur coruſcans per univerſum mundum luminis ſui globos ſpargit. Et ideo nec in deſertis vagatur, nec aliquibus locis
Hier. 23. 24. clauditur; quia *Cælum & terram ego impleo*, dicit Dominus: ſed luce fulgoris ſui fulget, ut in illa nocte reſurrectionis gloriam videre poſſimus. Quid igitur ſibi vult quod ait:

℣. 35. *Duo in lecto uno.... duæ molentes in piſtrino.:. duo in agro; unus adſumetur, & alter relinquetur.* F

47. Numquid iniquus Deus, ut pares ſtudiis & ſocietate vivendi, atque indiſcretos actuum qualitate, meritorum remuneratione diſcernat? Non ita eſt, ſed pro actibus hominis remunerationis eſt qualitas. Non ergo merita hominum copulæ uſus exæquat: nam & pater in filium, & filius in patrem ſtudio religionis inſurgunt; quia
Matth. 10. 22. non omnes quod adoriuntur, efficiunt: *Sed qui perſeveraverit in finem, hic ſalvus erit.* Tum deinde non forenſe obſequium, ſed interiorem
Gen. 4. 7. Dominus rimatur affectum; neque enim ſi juſte offeras, & non juſte dividas, acceptum eſt ſacrificium Deo. Ergo ex uno ſtrato (eſt enim ſtratum infirmitatis humanæ, quia ſcriptum eſt: *Univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus*) unus Pſal. 40. 4. relinquitur, alter adſumitur. Qui adſumitur, rapitur obviam Chriſto in aera: qui autem relinquitur, improbatur.

48. *Duæ molentes in piſtrino.* Senſus quidem eſt quod hi ſignificari videantur, qui ex occultis alimenta quærant, & in apertum ex interioribus proferant. Sed tamen quid molant iſtæ duæ mulieres, requirendum eſt. Niſi forte quod legimus in Eſaia: Si adferatis ſimilaginem, vanum eſt; ut Eſai. 1. 13. ſimilago ſit, quæ à molentibus offeratur. Diſcuriamus ergo quæ molant, quidve molant, quidve piſtrinum ſit. Et fortaſſe mundus iſte piſtrinum eſt, [a] in quo aptius reor quia humani corporis forma referatur, in quo anima noſtra velut quodam carcere includitur corporali, panem, ſi boni conſulat, operatura cæleſtem. In hoc ergo piſtrino vel Synagoga, vel anima obnoxia delictis, triticum moleodo madefactum, & gravi humore corruptum, non poteſt interiora ab exterioribus ſeparare; & ideo relinquitur, quia ejus ſimilago diſplicuit. At vero ſancta Eccleſia, vel anima nullis maculata contagiis delictorum, quæ tale triticum molet quod ſolis æterni calore ſit torridum, quod Deus quemadmodum voluit, ſic veſtivit, & Angeli ab omni purgamentorum labe mundarunt, bonam ſimilaginem de penetralibus hominum Deo offerens, ſacrificii ſui libamenta commendat.

49. Nec ſolum molentes duæ, ſed etiam operantes duo erunt in agro uno, è quibus adſumetur unus. Bonus ſeminator, qui non ſupra vias ſeminaverit, ſed ſupra aratum & cultum ſolum; ut fructum humilitate preſſum, non jactatione diſperſum terra multiplicet. Relinquitur autem ſeminator zizaniorum, ex quibus refutabilis ſimilago conficitur. Qui ſint autem iſti agricolæ differentes poſſumus reperire, ſi advertamus qua ratione duos *νοῦς*, hoc eſt, duas mentes eſſe in nobis Apoſtolus dixerit; fortaſſe enim ideo, quia altera exterioris eſt hominis, qui corrumpitur, altera interioris, qui per ſacramenta renovatur. Et eo ille fortaſſe deterior, qui extollitur fruſtra inflatus mente carnis ſuæ, & non tenens caput; quia à domini noſtri Jeſu Chriſti ſalutarium præceptorum obſervatione declinat: ipſe enim caput omnium, qui auctor eſt omnium. Alter eſt ille præſtabilior, qui humilitatem diligit, ſapientiam quærit, miſericordiam non omittit, bonus ſcilicet ſeminator: *Diſperſit* enim *dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in æternum.* Hic igitur ſpiritalis eſt, ille carnalis. Pſal. 111. 9. Nam ſicut verbis Apoſtolicis comprehendimus illum extollentem ſe tumido animo ſeductorem mente carnis inflari: ita Coloſſ. 2. 18. etiam ſanctum virum renovari ſpiritu mentis oſtendimus, dicente eodem: *Renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ.* Epheſ. 4. 23. Duas ergo mentes eſſe demonſtrat: unam, quæ mens carnis efficitur, vincta peccato: alteram, quæ ſpiritui copulata, carnis abjurat illecebras.

50. Nec ſolum duæ mentes, ſed etiam duæ leges in nobis ſunt, quarum utramque nobis Apoſ-

a Ita omnes mſſ. & edit. niſi quod illorum aliqui pro *referatur*, habent, *reformatur*. Unus, *reſeratur*. Edit. autem Rom. pro, *in quo aptius reor quia*, (vel *quod* ut edit) repoſuit, *quod aptius reor quod in eo* &c.

Rom. 7. 22. & 23. tolus explicavit, dicens: *Condelector enim legi Dei ſecundùm interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Eſt ergo lex interioris hominis, eſt etiam exterioris: illa quæ peccatum prohibet, iſta quæ ſuadet: illa quæ damnat errorem, iſta quæ ſuggerit: illa quæ mentem inſtruit, iſta quæ tentat. Sunt etiam duæ aliæ vehementiores in nobis leges, una Dei, altera peccati, ſecundùm eumdem Apoſtolum dicentem: (Ibidem. 25.) *Igitur ego ipſe mente ſervio legi Dei, carne autem legi peccati.* Et oſtenditur quod ſi mentem tantummodo dicas, contrariam carnis oſtendas; cùm enim dicat Paulus ſe legi Dei mente ſervire, utique mentem per ſe ipſam, niſi carne vincatur, bonam eſſe demonſtrat, & naturâ ita creatam, ut reſiſtat errori. Itaque cùm vincitur, mens carnis eſt, non ex natura habens, ſed ex carne, quod labitur; & quaſi in nomen proprietatemque victricis victa ſuccedit: natura autem adverſa carnis eſt. Denique mente Deo ſervimus, carne peccato. Melior autem mens erit, ſi cooperaria ſancto Spiritui religioſum non intermittat officium.

51. Iſtæ ſunt igitur operantes in agro noſtro, quarum altera bonum fructum diligentiâ dat, altera amittit incuriâ, quam ſanguinem Legiſlator appellat, dicens: (Levit. 17. 14.) *Anima omnis carnis, ſanguis ejus.* Quo plerique referunt etiam illud quod ſcriptum eſt: (Gen. 4. 9.) *Non manducabis carnem in ſanguine*; ne vulneribus animæ cruentatas corporis voluptates, refectionis potius loco, quàm reatu ſanguinis æſtimemus, quos oportet Dei verbo refici. * Eſt ergo cibus refectionis, eſt cibus ſanguinis; (De conſec. diſt. 2. cap. In quibus. §. Eſt cibus.) ſicut enim caro Domini vere eſt cibus, ita ſanguis vere noſter eſt potus. Bonam ergo de noſtris operibus eſcam Domino ſuggeramus, ne rurſus cùm venerit, & ſicut in illa ficu pomum non invenerit, noſtrorum meritorum infœcunditate jejunus propoſitum pietatis avertat, dicens ad illam animam quam nudam pomorum repererit, & ſanguine cruentatam: (Matth. 21. 19.) *Numquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum.* Eſt ergo anima carnis omnis ſanguis ejus. Eſt etiam præſtabilior anima, de qua dixit Deus: (Ezech. 18. 4.) *Omnes animæ meæ ſunt: ſicut anima patris, ita etiam anima filii mea eſt.*

52. Nec illud prætereat ut duos populos interpretemur, id eſt, quod in hoc mundo qui agro frequentiſſime comparatur, duo populi ſint, unus credentium, alter qui non credit, relaturi meritorum vicem ſuorum; & ideo alter qui fidelis eſt, adſumatur: alter qui infidelis, relinquatur. Duæ autem illæ molentes, duæ animæ, vel certe Eccleſia atque Synagoga; non enim una tantum figura, ſed multiplex in divinis ſcripturis eſſe conſuevit; ut unus ſermo plures ſpecies comprehendat. Itaque mens carnis, & anima carnis, & Synagoga id triticum colligunt, & eam ſimilaginem molunt, quæ offertur in vanum: mens autem quæ juncta eſt animæ, & anima quæ [a] receptrix eſt ſalútaris verbi: vel Eccleſia Dei, excolunt & molunt veræ legis ſimilaginem ſpiritalem; unde etiam panes (Levit. 24. 8.) propoſitionis fiunt, quos ſoli ſacerdotes edunt, quibus puriorem panem manducare præſcriptum eſt, illum utique qui deſcendit de cælo. (Johan. 6. 51.) Omnes autem ſumus, ſi merita noſtra pariantur, juſtitiæ ſacerdotes, qui unctione lætitiæ in regnum & ſacerdotium conſecramur.

53. Ergo ita exerceamus & colamus agrum noſtrum in iſtius culturæ munere conſtituti; ut in illa ſuperiore Hieruſalem, ubi Legis cuſtodia vera celebratur, habeamus ſimilaginem de manipulis noſtris, quos beati qui potuerint congregare; (Pſal. 125. 6.) *Ut venientes veniant in exſultatione, tollentes manipulos ſuos.* Iſti igitur fructus ſunt ſpiritales, & felices veri proventus laboris, qui nullo inutili imbre madefiant: fructus autem carnis corruptelæ obnoxius eſt; & ideo qui carnalia ſeminaverit, carnalia & metet. (2. Cor. 9. 6.) De agro verò quid dicam, cùm manifeſtum ſit in opere cultoris vel laudem eſſe, vel culpam?

Et respondentes dixerunt: Ubi Domine? (℣. 36.)

54. Hoc diſcipuli locuti ſunt: Dominus autem ubi præmonuit & quò fugiendum, & ubi commorandum, & quid eſſet cavendum, complexus eſt ſummam definitione generali, dicens:

Ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. (℣. 37.)

55. Itaque prius quæ ſint aquilæ conjiciamus, ut quod ſit corpus definiamus. Juſtorum enim animæ aquilis comparantur, quod alta petant, humilia derelinquant, longævam ducere ferantur ætatem. Unde & David animæ ſuæ dicit: *Renovabitur ſicut aquilæ juventus tua.* (Pſal. 102. 5.) Si igitur intelleximus aquilas, de corpore jam dubitare non poſſumus, maxime ſi meminerimus quod à Pilato Joſeph corpus acceperit. (Johan. 19. 38.) Nonne tibi videntur aquilæ circa corpus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene, & Maria mater Domini, apoſtolorumque conventus circa Domini ſepulturam? Nonne tibi videntur aquilæ circa corpus, quando veniet cum intelligibilibus nubibus Filius hominis, *& videbit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt?* (Apoc. 1. 7.)

56. Eſt etiam corpus de quo dictum eſt: *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.* (De conſec. diſt. 2. cap. In quibus. §. Eſt etiã. Johan. 6. 56.) Circa hoc corpus aquilæ ſunt, quæ alis circumvolant ſpiritalibus. Sunt & circa corpus aquilæ quæ credunt Jeſum in carne veniſſe; quia omnis ſpiritus qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, de Deo eſt. (1. Johan. 4. 7.) Ubi ergo fides, ibi ſacramentum, ibi diverſorium ſanctitatis. Eſt etiam corpus Eccleſia, in qua per baptiſmi gratiam renovamur ſpiritu, & occidua ſenectutis in redivivas reparantur ætates. *

Sinite pueros venire ad me, & nolite eos vetare; talium eſt enim regnum Dei. (Cap. 18. ℣. 16.)

57. Atqui ætas hæc infirma eſt viribus, invalida ingenio, immatura conſilio: non ergo ætas præfertur ætati, alioquin obeſſet adoleſcere.

*. Hæc verba Gratianus loco citato in margine S. Leoni adtribuit: ſed ejuſdem Gratiani correctores ea nuſquam niſi apud Ambroſium reperiri obſervarunt. Eoſdem quoque non fugit ſimilis error admiſſus in verbis, *Eſt etiam corpus* &c. num. 56. quem errorem nec B. Anſelmus declinavit.

a. Mſſ. aliquot, *receptrix eſt ſalutis, Eccleſiam Dei excolunt.* Melius alii plures, & edit. omnes ut in textu; niſi quod pro *ſalutaris verbi*, non pauci quoque horum mſſ. legunt *ſalutis.*

*. In mſſ. non paucis hoc loco inſeritur ampla lacinia in parabolam phariſæi ac publicani: quæ non modo in mſſ. antiquioribus non invenitur; verum etiam vel prima lectione deprehenditur nihil habere Ambroſiani, ac præterea totidem verbis apud Bedam lib. 5 *Comment. in Lucam*, cap. 71. legitur. Quapropter alienum partem legitimo non putavimus admiſcendum.

Luc. 6. 13. Quid votis opus eſt ut ævi maturitas conſequa- A
a tur, ſi mihi meritum regni [a] demtura cæleſtis eſt?
Ergo Deus vitæ proceſſum ad vitia dedit, non
ad incrementa virtutis. Et cur ipſe apoſtolos non
pueriles, ſed provectioris elegit ætatis? Cur au-
tem pueros aptos regno dicit eſſe cælorum? For-
taſſe quia malitiam neſciant, fraudare non no-
b rint, referire non audeant, [b] ſcrutari ignorent
opes, honorem, ambitionem non appetant. Sed
ignorare iſta virtus non eſt, ſed contemnere;
nec continentiæ laus, ubi infirmitatis integri- B
tas: non igitur pueritia, ſed æmula puerilis ſim-
plicitatis bonitas deſignatur. NON ENIM vir-
tutis eſt non poſſe peccare, ſed nolle, atque ita
tenere perſeverantiam voluntatis, ut voluntas
infantiam, uſus imitetur naturam. Denique ipſe
Matth. 18. 3. hoc Salvator expreſſit, dicens: *Niſi converſi fue-
ritis, & efficiamini ſicut puer iſte, non intrabitis in
regnum cælorum.*

58. Quis eſt ergo puer imitandus apoſtolis
Chriſti: num unus ex parvulis? Hæc igitur vir- C
tus apoſtolorum? Quis ergo puer? Ne forte ille
Eſai. 9. 6. de quo Eſaias dicit: *Puer natus eſt nobis, filius datus*
Matth. 16. 24. *eſt nobis?* Ipſe enim tibi puer dixit: *Tolle crucem*
1. Pet. 2. 23. *tuam, & ſequere me.* Et ut agnoſcas puerum: *Cùm
maledìceretur, non remaledixit: cùm percuteretur,
non repercuſſit;* hæc eſt enim perfecta virtus. Ita-
que & in pueritia eſt quædam venerabilis mo-
rum ſenectus, & in ſenectute innocens pueritia:
Sap. 4. 8. & 9. *Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, nec nu-
mero annorum computata: cani autem ſunt ſenſus* D
hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Unde
Pſal. 112. 1. & ſcriptum eſt: *Laudate pueri Dominum, laudate
nomen Domini;* quia nemo niſi perfectus laudat
1. Cor. 12. 3. Dominum. *Nemo* enim *dicit dominum Jeſum, niſi
in Spiritu ſancto.*

59. Quod videtur de Eccleſiæ populo prophe-
tatum, qui junior ſeniorem populum Judæo-
Eſai. 8. 18. rum virtutis ſtudiis anteivit. Et ideo illud: *Ecce
ego & pueri mei, quos dediſti mihi.* Iſti ſunt pueri
Matth. 21. 15. qui Dominum pullo aſinæ ſupervectum prophe- E
ticis vocibus proſequentes, redemtionem gen-
tium veniſſe dicebant: iſti ſunt pueri vel in-
fantes qui Chriſti illa ubera ſuper vinum hauſtu
Pſal. 8. 3. pleniore ſuxerunt. *Ex ore enim infantium & lac-
tentium perfeciſti laudem.*

60. Durum itaque aliquibus & immite videri
poteſt, quod diſcipuli ad Dominum infantulos
adire prohibebant, niſi vel myſterium intelli-
gas, vel affectum; neque enim id invidæ in pue-
ros mentis aſperitate faciebant, ſed ſedulæ ſer- F
vitutis obſequia Domino deferebant, ne com-
primeretur à turbis. Denique alibi ſcriptum eſt:
Luc. 8. 45. *Magiſter, comprimunt te turbæ.* RESPUENDA quip-
pe eſt utilitas noſtra, ubi divinitatis injuria eſt.
Ergo fugiamus ſuperbiam, ſequamur puerilem
ſimplicitatem; quia veritas adverſaria ſuperbiæ,
ſimplicitas autem concurrens veritati, in ipſa
humilitate ſublimis. Non enim in abjecto corde
habitat Deus, ſed ſicut tradiderunt nobis pro-
Hier. 17. 12. phetæ: *Thronus virtutis exaltatus eſt;* in eo ſcili-
cet, cujus elevatur ſapientia ad altitudinem ve-
ritatis. Nec ſicut Cain fraterna ſpecie dolum

A percuſſuris abſcondat: ſed foris, intraque ſit
frater. Hæc in affectu. In myſterio autem; quia
prius ſalvari populum Judæorum, ex quo & ſe- Matth. 15.
cundum carnem nati fuerant, geſtiebant: ſed & 23.
pro Chananea muliere ſupplicarunt. Sciebant
ergo myſterium, quod utriſque populis voca-
tio deberetur: ſed fortaſſe adhuc ordinem ne-
ſciebant.

61. Nunc diſtantiam intende verborum. Ubi
ad ſe infantes accedere jubet, ut eos [c] vel prædi- c
B catione, vel manuum impoſitione benediceret,
pueros appellat: ubi præcipit non ſcandalizan- Ibidem. 18.
dos, puſillos vocat; non enim ſcandalizantur 6.
qui tanguntur à Chriſto, non labuntur qui
Chriſto propinquant: ſed labuntur illi quos pu-
ſillos non ætatis exiguitas, ſed virtutis puſillitas
fecit. Simul etiam docet infirmos non eſſe ten-
tandos; ne in nos eorum delicta vertantur, quo-
rum preces ad Dominum, etſi ipſi virtutum me-
ritis infirmi ſint, Angelorum tamen patroci-
C nus evehuntur. Nemo ergo irrideat pauperem, Prov. 15. 5.
quia exacerbat illum qui fecit eum: nemo ten-
tet invalidum, ne Angelos lædat: nemo præci-
pitet infirmum, ne ſolvat beneficium Redem-
toris.

62. Et ideo dixit: *Væ huic mundo ab ſcandalis;* Matth. 18.
quia crucem Domini plerique ſcandalum judi- 7.
carunt, cùm Dominicæ humilitas paſſionis noſ-
træ ſit ſacramentum ſalutis; ut adoriamur virtu-
tutis officium, ſumamus humilitatis exemplum.
D Væ igitur ei qui in crucem Domini non credi-
derit, qua ſcandalizantur infirmi: *Expedit ei ut* Ibidem. 18.
ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demer- 6.
gatur in profundum maris.

63. In divinis quidem ſcripturis non verborum
ſeriem, ſed rerum pondus examinare debemus;
plus enim proficit ad reprimenda peccata, inau-
diti generis atque deformis belluina quædam
pompa ſupplicii. Tamen ne cui hinc quoque
ſcandalum generetur infirmo, non otioſe ſimul
E poſitam putamus molam aſinariam, collum ho-
minis, profundum maris. Etenim cùm aſini ty-
pum populus gentilis acceperit, nonne tibi vi-
detur tamquam molam aſinariam volvere, quam-
diu in imperitiæ ſuæ errore verſatur, naturæ
quidem vinculis alligatus; ut verbum emolat,
Deum quærat: ſed opertæ mentis cæcitate ſuf-
fuſus; ut vultum animi erigere ad Deum, & ocu-
los cordis aperire non noverit? Et ideo ſine ulla
curſus alacritate, veſtigiis in ſe ſæpe redeuntibus,
F invitus uſui laborat alieno. Tamen qui molam
volvit, conſummandi aliquando finem operis
habet, & exuendæ ſpem gerit cæcitatis: cui verò
mola ad collum ſuſpenditur, portat lapidem, qui
portare Domini jugum recuſavit. Aſinus ergo
ad molam, cæcus ad lapidem, gentilis ad ſaxum,
qui adorat eum quem non videt, nec agnoſcit:
Deus enim non in manufactis habitat, nec in ſaxo Act. 17. 24.
agnoſcitur, ſed in ſpiritu.

64. Uterque igitur populus & gentilis & Ju-
dæus pompa quadam ſermonis hujus exponitur:
ſed vehementior in Judæos pæna decernitur.
Gentilium enim memoria ſæculi iſtius fluctibus

a Mſſ. aliquot, *dein natura cæleſtis eſt.* Minus commode.
b. Ita edit. ant. ac mſſ omnes, excepto quod in horum non-
nullis pro *honorem*, legere eſt, *honorum*. At Rom. edit. ſola, *ſcru-
tari ignorent, opes, honorem, ambitionemque non appetant.*
c. Rom. edit. *vel precatione* quam lectionem libenter amplec-
teremur, ſi ea ſaltem unico mſſ defenderetur.

obruetur, & cæno mundi hujus abolebitur, qui A inter ea quæ non ſunt, eſſe voluerunt, & alienati à ſcientia Dei tamquam in profundum maris merſi ſunt: at vero Judæi per patriarchas adſumti, circumciſione ſignati, per Legem eruditi non tamquam ignoti peribunt, ſed tamquam ſacrilegi punientur.
Act. 17. 23. Etenim Athenienſibus ignotus
Pſal. 75. 2. Deus, in Judea notus, ſed non receptus. Et ideo qui ignorat, ignorabitur: qui prævaricatur, damnabitur; nec ille exutus à culpa, qui ſuum neſcivit auctorem: & ille exutus à venia, qui Domi- B num non recepit. Tolerabilius tamen eſt fidem non detuliſſe Chriſto, quam manus intuliſſe.

℣. 18. *Interrogavit autem eum quidam princeps, dicens: Magiſter bone, quid faciendo vitam æternam poſſi-*
℣. 19. *debo? Dicit autem ei Ieſus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi ſolus Deus.*

65. Verſuta interrogatio, & ideo arguta reſponſio. Tentator enim princeps iſte magiſtrum bonum dixit, qui Deum bonum dicere debuiſſet. C Nam licet & in divinitate bonitas ſit, & in bonitate divinitas (nemo enim bonus niſi ſolus Deus,
Pſal. 115. 11. omnis autem homo mendax: quidquid autem mendax, utique non bonum) tamen addendo, *Magiſter bone*, in portione bonum dixit, non in univerſitate; nam Deus univerſitate bonus, homo ex parte. Propterea Dominus: *Quid me dicis bonum*, quem negas Deum? Quid bonum dicis, cùm bonus nemo niſi unus Deus? Non ergo bonum ſe negat, ſed Deum deſignat. Bonus enim D quid eſt, niſi plenus bonitatis? At vero cùm
Pſal. 13. 1. ſcriptum ſit: *Non eſt qui faciat bonitatem, non eſt uſque ad unum*, utique de hominibus, non de
Deut. 6. 4. Deo dixit; Deus enim unus eſt, non unus è numero: ita & Dei Filius quaſi unicus exceptus eſt, non quaſi unus ex multis: unigenitus eſt, non unus ex genitis. Et ideo: *Nemo bonus*, non præjudicat Chriſto; quia nemo judicat Chriſtum: *Nemo* enim tamquam communiter de nobis dicitur, ſed nihil Chriſto commune nobiſcum. E

66. Quod ſi quem movet, quia *Nemo bonus niſi unus Deus*, moveat & illud, quia nemo bonus niſi Deus. Quod ſi à Deo Filius non excipitur, utique nec à bono Chriſtus excipitur. Sed cùm in Deo Filius perſonâ alter, poteſtate unus ſit:
1. Cor. 8. 6. *Vnus enim Deus ex quo omnia, & unus Dominus per quem omnia*: Deus autem & Dominus non duo
Deut. 6. 4. dii, ſed unus Deus ſit; quia *Dominus Deus tuus Dominus unus eſt*, utique cùm ſecundum majeſtatem Deus unus utraque perſona ſit, & bonus F unus in utroque eſt. Nam quomodo non bonus
Matth. 7. 17. ex bono natus? *Arbor enim bona bonos fructus facit.* Quomodo non bonus, cùm bonitatis ſubſtantia adſumta ex Patre non degeneravit in Filio, quæ
Pſal. 142. 11. non degeneravit in Spiritu? Et ideo, *Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam.* Quod ſi bonus Spiritus qui accepit ex Filio, bonus utique & ille qui tradidit. Et cùm bonus Pater, utique &
Iohan. 17. 10. ille bonus qui omnia habet, quæ Pater habet. Aut ſi negatis Filium habere bonitatem, negatis & Patrem.

67. Ratio evidens exemplis non eget, tamen vel auctoritatem ſequimini Scripturarum; ſcrip-
tum eſt enim: *Dominus judex bonus domui Iſrael.* *Eſai. 33. 22.*
De Filio, an de Patre dicit? Sed *Pater non judicat* *Iohan. 5. 22.*
quemquam; quia omne judicium dedit Filio. Ergo Dominus bonus Filius. Accipe aliud: Trinitatem utique confitentur qui ad baptiſmum veniunt; quia baptizantur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: ergo & Patri & Filio & Spiritui ſancto confitentur. Cùm ergo dicitur: *Confi-* *Pſal. 135. 1.*
temini Domino, quoniam bonus: bonus utique Pa- B ter, bonus & Filius, bonus & Spiritus ſanctus: ſed Deus unus eſt; quia *Bonus Dominus exſpectan-* *Thren. 3. 25.*
tibus eum. An non bonus, qui bona tribuit *animæ quærenti eum?* An non bonus, *Qui ſatiat in bonis* *Pſal. 102. 5.*
animam tuam? An non bonus, qui ait: *Ego ſum* *Iohan. 10. 11.*
paſtor bonus?

68. Sed putatis ideo Deum bonum; quia judicium non habet, in quo eſt neceſſitas vindicandi. Quamquam jam præmiſſum ſit judicem bo- *Supra num. 67.*
num eſſe domui Iſrael, tamen alibi habes: *Quam* *Pſal. 72. 1.*
C *bonus Deus Iſrael rectis corde!* De quo igitur putatis dictum: de Patre, an de Filio? Si de Patre: ergo non omnibus bonus. Cur igitur Filio derogatis? Si de Filio, ergo bonum Deum & Filium confitemini; ipſe eſt enim *Benedictus Deus Iſrael,* *Luc. 1. 68.*
quia viſitavit & fecit redemtionem plebis ſuæ. Ipſe eſt rex & Deus Iſrael, cui dicitur: *Rabbi, tu es* *Iohan. 1. 49.*
Filius Dei, tu es rex Iſrael. Sic igitur hîc dicit: Quoniam tu bonum me non potes ſentire qui tentas, quid me dicis bonum? Bonus quidem D ego, ſed *Rectis corde*: cui bonum eſſe ex natura ſuppetat, non ex verſutia. Bonus ergo Filius: *Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine ma-* *Sap. 7. 26.*
cula Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius. Quomodo ergo non bonus, qui eſt imago bonitatis? Sicut enim imago Dei Deus, ſed unus Deus: ita & divinæ imago bonitatis bona, ſed una bonitas. Mihi certe utile eſt bonum Deum credere, quem meorum habiturus ſum judicem delictorum. Illi viderint qui credere bonum no- E lunt. Itaque quia legiſperitus eſt iſte qui tentat, *Marc. 10. 18.*
ſicut in libro alio demonſtratur, bene dixit: *Nemo bonus niſi Deus*; ut admoneret quia ſcriptum eſt: *Non tentabis dominum Deum tuum*: ſed magis con- *Deut. 6. 16.*
fiteretur Domino, *Quoniam bonus.* *Pſal. 135. 1.*

69. Denique eum ſæpe perſtringit: nam glo- *℣. 21. & ſeq.*
rianti in Lege quod à juventute ſuâ omnia cuſtodiſſet; ut inanem jactantiam ejus exponeret, oſtendit ei adhuc deeſſe quod Legis eſt. Et ideo ad miſericordiæ præceptum triſtis inducitur; ut F in eum naturalis quædam detur forma ſententiæ:

** Facilius camelum per foramen acus tranſire quam divitem intrare in regnum Dei.* *℣. 25.*

70. Magna vis, magnum pondus in verbis. Quibus enim verbis alius vehementius exprimeret, non debere jactare ſe divitem in divitiis ſuis, quam talibus quibus definitur contra naturam eſſe dives miſericors? Aufer mihi lenocinia fucumque verborum, quæ ſolent enervare ſententias. [a] Lactari non debuit iſte, ſed frangi, qui miſericordiam reſpuebat. Tamen ſi quos verbo-

*. Edit. Rom. plura hic per quatuor aut quinque columnas propriâ auctoritate tranſpoſuerat, quæ nos eſſi priſtino ordini reſtituimus, ea tamen in marginibus, quæ non niſi ægre tam multa caperent deſcribere ſuperſedemus.

a. Sic edit. Era. & Gill. in marg. nec non Rom. in corp. cum pleriſque ſcriptis cod. Edit. autem vet. in corp. ac nonnullæ ex ultimis Paril. cum miſſ. aliquot. *factari non debuit.* Non ſatis apte.

rum

rum magis ornamenta quam ſenſus virilis & na- A turalis quidam habitus & forma delectant: quod boni faciunt pictores in uxore ducenda, ut mores diſcutiant, non decorem; neç adſpectus offenſione revocentur, cùm virtute animi provocantur: hi quoque in verbis myſterium quærant, quod eſt mens quædam & anima verborum; nec in myſterio verba diſcutiant.

71. Camelus ergo in typo populus gentilis accipitur, quem leo ille quærens quem devoraret, onuſtum theſauro propheticis [a] agitat ſpeciebus B (Eſai. 30. 6.) in deſertum: In tribulatione enim & anguſtia leo & catulus leonis, aſpides & progenies aſpidum volantium ferebant in aſinis & camelis divitias ſuas. Et bene camelus pro gentili figuratus eſt populo; quia ſuperſtitionis deformitate degenerans, prius quam crederet populus nationum, belluinæ ſpeciem fœditatis, abſurda veſtigia, ora turpia præferebat. (Matth. 7. 14.) Facilius igitur iſte peccator per viam intravit anguſtam (quæ eſt via Chriſti, qui per proprii corporis paſſionem C mortis penetrans viam, velut acus redintegravit ſciſſa quædam noſtræ veſtimenta naturæ) quàm populus Judæorum dives in Lege, egenus in fide, præruptus in furore, probroſus in crimine.

72. Poteſt etiam moraliter de omni intelligi (Luc. 18. 13.) peccatore, & de arrogante divite. Nonne tibi videtur publicanus ille oneratus ſuorum conſcientia delictorum, cùm oculos ad Deum non auderet adtollere, velut quidam camelus in foramen acus confeſſionis ſuæ remediis facilius in- D troire, quam phariſæus ille [b] in regnum Dei, arrogans in prece, jactans innocentiæ, præſumtor gloriæ, exprobrator miſericordiæ, prædicator ſui, criminator alieni: qui magis conveniret Dominum, quam rogaret? Si quis igitur horret camelum, horreſcat eum qui factis fœdior ſit camelo.

(℣ 20.) *Honora patrem & matrem.*

(Exod. 20. 12.) 73. Pulcre mihi hodie legitur Legis exordium, E quando mei natalis eſt ſacerdotii; [c] quotannis enim quaſi de integro videtur incipere ſacerdotium, quando temporum renovatur ætate. Bonum etiam quod legitur: *Honora patrem & matrem.* Vos enim mihi eſtis parentes, [*] qui ſacerdotium detuliſtis: vos, inquam, filii, vel parentes: filii ſinguli, univerſi parentes; libenter enim meos dixerim vos vel liberos, vel parentes, qui verbum Dei auditis & facitis: filios, quia ſcrip- (Pſal. 33. 12.) tum eſt: *Venite, filii, audite me:* parentes, quia F (Luc. 8. 21.) ipſe Dominus dixit: *Quæ mihi mater aut fratres? Mater & fratres mei hi ſunt, qui audiunt verbum Dei & faciunt.*

(Deut. 6. 5.) 74. Bene ergo Lex quæ præmiſerat: *Diliges dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum,* ſubjecit: *Honora patrem tuum & matrem.* Primus enim gradus iſte pietatis eſt; namque hos auctores tibi eſſe voluit Deus. Honora obſequiis, ut abſtineas à contumeliis; quia ne vultu quidem lædenda pietas eſt parentum. Sed parum eſt non lædere, quia Lex proſpexit ne patiantur injuriam: *Qui enim maledixerit patri vel matri, morte* (Exod. 21. 17.) *morietur:* tu honora, ut bonus ſis. Aliud eſt Legis beneficium, aliud pietatis officium. Honora tuos, quia ſuos Dei Filius honoravit. Legiſti enim, *Et* (Luc. 2. 51.) *erat ſubditus illis:* ſi Deus ſervulis, quemadmodum tu parentibus? Honorabat igitur Joſeph & B Mariam Chriſtus non naturæ debito, ſed pietatis officio. Honorabat & patrem Deum, quemadmodum nemo potuit honorare; ut eſſet obediens uſque ad mortem: honora ergo & tu parentes.

75. Eſt autem honor non ſolum honorificentiæ, ſed etiam largitatis: *Viduas honora, quæ vere vi-* (1 Tim. 5. 3.) *duæ ſunt.* Honor enim eſt deferre pro meritis. Paſce patrem tuum, paſce matrem tuam. Et ſi paveris matrem, adhuc non reddidiſti dolores, C non reddidiſti cruciatus quos pro te paſſa eſt: non reddidiſti obſequia quibus te illa geſtavit: non reddidiſti alimenta quæ tribuit tenero pietatis affectu, immulgens labris tuis ubera: non reddidiſti famem quam pro te illa toleravit; ne quid quod tibi noxium eſſet, ederet; ne quid quod lacti noceret, hauriret. Tibi illa jejunavit, tibi manducavit, tibi illa quem voluit cibum non accepit, tibi quem noluit cibum ſumſit, tibi vigilavit, tibi flevit: & tu [d] illam egere pateris? O D fili, quantum tibi ſumis judicium, ſi non paſcas parentem! Illi debes quod habes, cui debes quod es. Quantum judicium, ſi paſcat Eccleſia quos tu nolis paſcere! *Si quis fidelis,* inquit, aut ſi qua (1. Tim. 5. 16.) fidelis *habet viduas, ſubminiſtret illis; ut non gravetur Eccleſia, ut his quæ vere viduæ ſunt, ſufficiat.* Hæc de extraneis: quid de parentibus?

76. Non otioſe diximus proxime, quia nos materna querela præſtrinxit: ſed maluimus eum qui talis eſt, [*] publice monere, quam domeſtice E coercere. Et ſi noſtra voce non proditur, vel ſuo tamen erubeſcit affectu. Ne commiſeris, fili, ut parentes tuos aliorum fames paſcat: ne commiſeris, fili, ut jejunia pauperum parentibus tuis cibum quærant. Si non propter gratiam & ſalutem, propter verecundiam paſce vel tu fili, vel tu filia. Non pudet ſi te ingrediente in Eccleſiam, alienis manus ſuas anus mater extendat, & prætermiſsâ filiâ, de extraneis ſtipem poſcat; cùm tu tranſeas ſublimi collo, & nutibus oculorum, tra- F hens veſtem, habens inaures & dextralia & annulos, & reliqua quæ Eſaias dicit? Quid ſi in te ſer- (Eſai. 3. 16. & ſeq.) monem ſuum vertat, repoſcens naturæ debitum, nutrimentorum pretium, manus tuæ quod genitrici debetur officium? Quid reſpondebis?

77. Dabiſne aliis? Quid ſi tibi objiciant: Vade, prius matrem tuam paſce. Nam etſi pauperes ſunt, impiam tamen non quærunt collationem.

a. Omnes edit. & pauci mſſ. *agit affatibus.* Septem mſſ. *agit adſpectibus.* Non abſurde. Alii tamen ſeptem, *agitat ſpeciebus,* id eſt, figuris ac imaginibus, quibus prophetica viſio exprimitur. Ubi autem poſt pauca mſſ. plerique legunt, *ad aſpides,* alia nonnulli atque edit. omnes præpoſitionem omittunt, magis congrue ad propheticum textum.

b. *In regnum Dei,* reſecata fuerant in edit. Rom.

c. Mſſ. aliquot, *tot annis enim . . . quanta temporum* &c. Hic porro vetus conſecrationis antiſtitum quotannis celebrandæ conſuetudo indicatur, minime indigna quam obſervemus. De qua videſis Baron. in *Martyr. Rom.* ad xv Kal. Febr. & alios.

*. Dicitur hoc loco populus ſacerdotium detuliſſe, quod nimirum Ambroſium *ordinari,* ut Paulinus teſtatur, *mirabili & incredibili concordia conſenſiſſet,* non quod ei contuliſſet ordinem aut juriſdictionem. Illa quippe nequaquam inter ſe confundenda ſunt, quod hæretici faciant, ut miſſionis ac poteſtatis miniſtrorum ſuorum defectum quoquo modo videantur defendere. Sed ordinationem per quam confertur juriſdictio, numquam niſi ab epiſcopis in Eccleſia catholica peractam eſſe extra dubium eſt.

d. Tres mſſ. *illam, quem voluit, tibi egere pateris.*

*. Hinc intelligas epiſcopis olim non ſolum admonendi, verum etiam coercendi jus auctoritatemque fuiſſe.

Luc. 16. 19. & ſeq. Nonne audiſti ſupra quia dives ille in byſſo & purpura recubans, cujus de menſa micas Lazarus colligebat, pœnis cruciatur æternis; quia pauperi non impartivit alimenta? Si non donare extraneis, grave eſt: quanto gravius excludere parentes? Sed dicis te, quod eras parentibus collaturus, Eccleſiæ malle conferre. Non quærit donum Deus de fame parentum. Unde reprehendentibus Judæis quia diſcipuli Domini manus Matth. 15. 5. & 6. non lavarent, reſpondit Jeſus: *Quicumque dixerit, Munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit, non honorificabis patrem aut matrem.* B

78. Quapropter obſcuritatem ſenſus non imprudenter deflexímus. Nam Judæi cùm hominum traditionem ſequuntur, Dei negligunt: diſcipuli traditionem Dei præferentes, hominum negligebant, ut manus non lavarent, cùm panem manducarent; quoniam Johan. 13. 10. *Qui lotus eſt totus, non habet neceſſe ut manus lavet.* Laverat eos Jeſus, lavacrum aliud non quærebant; uno enim Chriſtus baptiſmate omnia ſolvit baptiſmata. Itaque C quem laverit Eccleſia, non habet neceſſe iterum lavari. Ergo myſterio intendebant diſcipuli,[a] non ſui munditiam corporis, ſed animæ requirentes. Hoc rephendebant Judæi: ſed argute redarguuntur à Domino, quod inania obſervent, profutura deſpiciant. Et ideo illis dicit: Vos quare Exod. 20. 12. dicitis patri aut matri, quos Lex præcipit honorari: *Munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit*; id eſt, cùm petit aliquid ad ſumtum egens pater aut mater à filio,[b] quia Legem timens Judæus D excuſationem non dandi requirit, dicere ſolet: *Munus quod eſt ex me, tibi proderit*; ut dicatam à filiis Deo pecuniam pater religioſus accipere reformidet. Sed hæc traditio hominum eſt excuſationes obtexentium avaritiæ ſuæ. Ceterum Dei Diſt. 86. cap. Ceterum. traditio eſt, ut prius paſcas parentes. Nam ſi Exod. 21. 17. juxta divinum oraculum, contumelia parentis morte luitur, quanto magis fames quæ morte gravior eſt?

79. Quo loco inſolentem Dominus infrænat E jactantiam. Multi enim, ut prædicentur ab hominibus, Eccleſiæ conferunt, quæ ſuis auferunt; cùm miſericordia à domeſtico progredi debeat pietatis officio. Da ergo prius parenti, da etiam pauperi, da illi * preſbytero quod tibi abundat terrenum, ut ab illo accipias ſpirituale quod tibi deeſt; etenim qui honorat, honorabitur. Vide ergo quia ille cùm accipit, tradit: & accipit non quaſi inops, ſed quaſi remuneraturus majore menſura. Da pauperi in requiem ejus, F ut & tu communicans de tuo inopi, requiem conſequaris. Sed ut paſcendos Scriptura dicit Luc. 14. 26. parentes: ita propter Deum relinquendos parentes; ſi impediant devotæ mentis affectus.

℣. 35. *Factum eſt autem cùm appropinquaſſet Hiericho, quidam cæcus ſedebat ſecus viam.*

Matth. 20. 30. 80. In libro ſecundùm Matthæum duo inducuntur, hîc unus: ibi egrediente Hiericho, hîc appropinquante. Sed nulla diſtantia; nam cùm in hoc uno typus populi gentilis ſit, qui ſacramento Dominico recipit amiſſi luminis claritatem, nihil intereſt utrum in uno medicinam, an in duobus accipiat; quoniam ex Cham & Japhet Noe filiis originem ducunt, in duobus cæcis duos generis ſui prætendebant auctores.

81. Quod videtur etiam Lucas non omiſiſſe, cùm Zachæum ſubjicit, qui ſtatura puſillus, hoc eſt, nulla nobilitatis ingenitæ dignitate ſublimis, exiguus meritis, ſicut populus nationum, audito domini Salutaris adventu, quem ſui non receperant, videre cupiebat: ſed nemo facile Jeſum videt, nemo poteſt Jeſum videre conſtitutus in terra. Et quia non prophetas, [c] non regnum habebat, tamquam formæ gratiam naturalis adſcendit in ſycomorum, vanitatem ſcilicet Judæorum veſtigio ſuo proterens, errata quoque corrigens ſuperioris ætatis: & ideo Jeſum interioris domus recepit hoſpitio. Et bene adſcendit in arborem, ut arbor bona bonos fructus faceret, ac naturali exciſus oleaſtro, & contra naturam inſertus in bonam olivam, fructum poſſet Legis adferre; radix enim ſancta, etſi rami inutiles, quorum infructuoſam gloriam plebs gentium fide reſurrectionis quaſi quadam corporis elevatione tranſcendit.

Et ecce vir nomine Zachæus. Cap. 19. ℣. 2.

82. Zachæus in ſycomoro, cæcus in via. Quorum alterum Dominus miſeraturus exſpectat, alterum manſionis ſuæ claritate nobilitat: alterum ſanaturus interrogat, apud alterum [d] ſe non invitaturum invitat; ſciebat enim uberem hoſpitis ſui eſſe mercedem: ſed tamen etſi nondum vocem invitantis audierat, audierat affectum.

83. Verùm ne cæcum iſtum tamquam faſtidioſi pauperum cito reliquiſſe videamur, & tranſiſſe ad divitem; exſpectemus eum, quia exſpectavit & Dominus: interrogemus eum, quia interrogavit & Chriſtus. Nos interrogemus, quia neſcimus: ille, quia noverat: nos interrogemus, ut ſciamus unde iſte curatus ſit: ille interrogavit, ut in uno plures diſceremus unde Dominum videre mereremur; interrogavit enim, ut crederemus niſi confitentem non poſſe ſanari.

Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum magnificans Dominum.... Et perambulabat in Hiericho. Cap. 18. ℣. 43.

84. Aliter enim non videret, niſi ſequeretur Chriſtum, niſi Dominum prædicaret, niſi ſæculum præteriret. Cum divitibus quoque in gratiam revertamur; nolumus enim offendere divites, quia volumus, ſi fieri poteſt, ſanare omnes; ne in cameli comparatione præſtricti, & in Zachæo citius quam oportuit, derelicti, juſtæ habeant commotionis offenſam.

85. Diſcant non in facultatibus crimen hære-

a. Mſſ. non pauci, nec inferioris notæ, *non ſua munditiam animæ, non corporis requirentes.* Atque haud ſcimus an non illa vera ſit lectio. Non male tamen alii, & edit. omnes, ut in textu.

b. Ita mſſ plures, poſterieique. Alii, & edit. vocem *Judæus*, non agnoſcunt, cujus loco in Rom. ſubſtituitur *filius*, ante voces, *quia Legem*.

* Adverte nequaquam eſſe vituperandum ſi preſbyteri quæ ſpiritalia & ſui officii ſunt laicis impendentes, ab eiſdem viciſſim eleemoſynam terrenam accipiant; dum modo hinc abſit pudenda cupiditas, ac turpis rerum ſacrarum nundinatio.

c. Vet. edit. *non alibi regnum habebat.* Vox autem *alibi*, omittitur in mſſ. At Rom. edit. emendavit, *non legem habebat.* Haud infelici conatu.

d. Omnes edit. ac mſſ. non pauci, *ſe non invitatus*: alii, qui & melioris notæ, *ſe non invitaturum.* Ruſſus eædem edit. & mſſ. aliquot, *hoſpitis ſui*. alii plures, *hoſpitis ſui.* Denique ubi memoratæ edit. *jam viderat affectum* mſſ. contra fere ad unum præferunt, *audierat affectum.*

re, ſed in iis qui uti neſciant facultatibus; nam A
divitiæ ut impedimenta in improbis, ita in bonis ſunt adjumenta virtutis. Dives certe Zachæus electus à Chriſto, ſed dimidium bonorum ſuorum pauperibus largiendo, reddendo etiam in quadruplum quæ fraude ſuſtulerat (alterum enim non ſat eſt: nec habet gratiam liberalitas, ſi injuria perſeverat; quia non ſpolia, ſed dona quæruntur) uberiorem mercedem, quàm conferebat, accepit.

ỳ. 2. 86. Et bene princeps inducitur publicanorum. B
a Quis enim de ſe deſperet, quandu [a] & iſte per-
Ibidem. venit cui cenſus ex fraude? *Et ipſe*, inquit, *dives.*
Ut ſcias non omnes divites avaros.

87. Quid ſibi vult quod nullius alterius ſtatu-
ỳ. 3. ram Scriptura niſi hujus expreſſit, *Quia ſtatura*
puſillus erat? Vide ne forte malitia puſillus, aut
b adbuc puſillus fide; nondum enim [b] promiſerat,
cùm adſcenderet, nondum viderat Chriſtum, merito adhuc puſillus. Denique Johannes magnus, quia & Chriſtum vidit, & Spiritum ſicut C
columbam ſuper Chriſtum manentem, ſicut
Johan. 1. 32. ipſe ait: *Vidi Spiritum deſcendentem ſicut columbam, & manentem ſuper eam*

88. Quæ autem turba, niſi imperitæ confuſio multitudinis, quæ verticem nequit videre ſapientiæ? Ergo Zachæus quamdiu in turba eſt, non videt Chriſtum: ſupra turbam adſcendit, & vi-
c dit; boc eſt, [c] plebeiam tranſgreſſus inſcientiam, meruit, quem deſiderabat, adſpicere. Pulcre autem addidit: D

ỳ. 4. *Quia illa parte erat tranſiturus Dominus.*

d 89. [d] Vel ubi ſycomorus, vel ubi credirurus; ut & myſterium ſervaret, & gratiam ſeminaret: ſic enim venerat, ut per Judæos tranſiret ad gentes.

90. Vidit itaque Zachæum ſurſum; jam enim ſublimitate fidei inter fructus novorum operum velut fœcunda altitudine arboris eminebat. Et quoniam de typo ad moralia deflexïmus, inter
e tot [e] credentium voluntates Dominica die rela- E
xare animum, feſtivitatem admiſcere delectat. Zacbæns in ſycomoro, novum videlicet novi temporis pomum, ut in boc quoqne complere-
Cant. 2. 13. tur illud: *Arbor fici produxit groſſos ſuos*; ad hoc enim Chriſtus advenit, nt ex lignis non poma,
Johan. 1. 48. ſed homines naſcerentur. Legimus alibi: *Cùm eſſes*
f *ſub arbore fici, vidi te.* [f] Ergo non Nathanael ſub arbore, hoc eſt, ſupra radicem, quia juſtus; radix enim ſancta: ſub arbore tamen Nathanael, quia F
ſub Lege: Zachæus ſupra arborem, quia ſupra Legem: ille domini occultus defenſor, hic publicus prædicator: ille adhuc Cbriſtum ex Lege quærebat, iſte jam ſnpra Legem, relinquebat ſua, & Dominum ſequebatur.

Ecce mna tua decem mnas adquiſivit. ỳ. 16

91. Bonus ordo, ut vocaturus gentes, & Judæos jnſſurus interfici, qui noluerunt regnare ſupra ſe Cbriſtum, hanc præmitteret comparationem, ne diceretur: Nihil dederat popnlo Judæorum: nnde potuit melior fieri; aut quid ab eo qui nihil recepit, exigitur? Non mediocris iſta eſt mna,
quam ſupra mulier Evangelica qnia non invenit, Luc 15. 8
lucernam accendit, lumine quærit admoto, gratulatur inventam.

92. Denique ex una decem mnas alius fecit, ỳ. 18.
alius quinque. [g] Fortaſſe iſtæ moralia babent, g
quia quinque ſunt corporis ſenſus: illæ decem, duplicia, id eſt, myſtica Legis, & moralia probi-
tatis. Unde & Matthæus quinque talenta & duo Matth. 25. 15.
talenta poſnit: in quinque talentis ut ſint moralia, in duobns utrumqne, myſticum atqne morale. Ita quod numero inferius, re uberius. Et hîc poſſumus decem mnas, decem verba intelligere, id eſt, Legis doctrinam: quinque mnas, magiſteria diſciplinæ. Sed legiſperitum in omnibus volo eſſe perfectnm; non enim in ſermone, ſed in virtute eſt regnum Dei.

93. Bene autem quia de Judæis dicit, duo ſoli multiplicatam pecuniam deferunt; non utique
æris, ſed [h] diſputationis uſuris. Alia eſt enim pe- h
cunia fœnoris, alia doctrinæ cæleſtis uſura.

94. Denique Dominus cùm dicit: *Quare non* ỳ. 23.
dediſti pecuniam meam ad menſam? non noſtræ, ſed ſuæ pecuniæ quærit uſuram.

95. Unus intra terram abſcondiſſe ſe dicit, Matth. 25. 18.
quod rationem quæ ad imaginem & ſimilitudinem Dei data eſt nobis, ſtudio voluptatis obruit, & tamquam in foveam carnis abſcondit. De aliis ſiletur, qui quaſi prodigi debitores, quæ accepe-
rant, perdiderunt. In duobus illis pauci ſunt, qui Luc. 20. 10.
per duas vices ad cultores vineæ deſtinati ſunt:
in reliquis omnes Judæi. Quam comparationem Matth. 24. 18.
Matthæus etiam nobis voluit aptare, quod ſimiliter ut dives qui pecuniam ſuam non impartit pauperibus: ita etiam qui doctrinæ ſuæ gratiam non dividit imperitis, docere cùm poſſit, haud
mediocris reus eſt culpæ. De quo, quoniam in Lib. 5. de Fide cap. 1.
libris de Fide ſcriptis diximus, tranſcurrere melius fuerit.

96. Civitates autem [i] decem eſſe quæ poſſunt, ỳ. 17. i
niſi forte animæ quibus jure præponitur qui pecuniam Domini, & illa eloquia caſta probata ſicut argentum, mentibus hominum fœneraverit? Nam ſicut Hieruſalem dicitur ædificata ſicut Pſal. 121. 3.
civitas, ita ſunt animæ pacificæ. Et ſicut Angeli præſunt; ita & hi qui vitam meruerint Angelorum.

a Edit. Rom. *& iſte cui cenſus ex fraude ad ſalutem pervenit.*

b Rom. edit. iterum ſola, *reddere promiſerat*

c. Cunctæ edit. & complures mſſ. *plebem jam tranſgreſſus, inſcientiam meruit, quam* &c. Inſcite. Nobis vero locum reſtituêre mſſ. Corb. Colb. unus, Vict. & alii nonnulli. At poſt verbum, *adſpicere*, Rom. edit. interſitis illis, *in quo & myſterium licet advertere*, proſequitur, *nam ſtatura puſillus* &c. ut num. 87.

d Rom. edit. ſola, hoc loco partim decurtato, partim inverſo ita repoſuerat. *Hic enim venerat ut per Judæos tranſiret ad gentes; ut & myſterium ſervaret, & gratiam ſeminaret.*

e. Ità mſſ. & edit. omnes, excepta Rom. & mſ. Reg. ubi, *credentium voluptates.* Sed in mſſ. ſæpiſſime, *voluntas* & *voluptas*, confunduntur.

f. Rom. edit. & mſ. Reg. *Ergo Nathanael.* Sed negationem aliæ edit. ac mſſ. ceteri præ ſe ferunt.

g. Edit. ant. *Fortaſſe iſtæ moralia habet .... illa decem duplicia.* Rom. ab his tantum eo recedit, quod reſecavit, *decem*. Verùm diverſitati locum non aliud dedit, niſi quod in mſſ. quibuſdam e ſimplex pro diphthongo ſcriptum legatur

h. Rom. edit. ſola, *diſpenſationis uſuris.* Sed vox *diſputatio* frequenter apud Ambroſium idem ſignificat, quod tractatio ſeu prædicatio Evangelica. Ruſius eadem edit. Rom. cum Era. & Gill. *Alia eſt enim pecunia fœnoris.* Amerb. vero & mſſ. nobiſcum faciunt, niſi quod legitur in duobus .... *pecunia vel fœnoris.*

i Sic omnes mſſ. & edit. præter Rom. quæ pro *decem* repoſuit *quinque.*

LIBER NONUS.

℣. 29. *ET factum eſt, cùm appropinquaſſet ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliveti,* ℣. 30. *miſit duos diſcipulos, dicens: Ite in caſtellum quod contra eſt, in quod introeuntes invenietis pullum aſinæ alligatum, in quo nemo ſedit.* A

1. Pulcre relictis Judæis, habitaturus in affectibus gentium, templum Dominus adſcendit; hoc enim templum eſt verum, in quo non in littera, ſed in ſpiritu Dominus adoratur: hoc Dei templum eſt, quod fidei ſeries, non lapidum B ſtructura fundavit. Deſeruntur ergo qui oderant, eliguntur qui amaturi erant.

2. Et ideo ad montem venit Oliveti, ut novellas oleas in ſublimi virtute plantaret, quorum mater eſt illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem. In hoc monte eſt ille cæleſtis agricola, ut plantati omnes in domo Dei, poſſint viritim dicere: *Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Domini.* (Pſal. 51. 10.) Et fortaſſe ipſe mons Chriſtus eſt. Quis enim alius tales fructus ferret olivarum, non curveſcentium uber- C tate baccarum, ſed ſpiritus plenitudine gentium fœcundarum? Ipſe eſt per quem adſcendimus, & ad quem adſcendimus. Ipſe eſt janua, ipſe eſt via, qui aperitur, & qui aperit, qui pulſatur ab ingredientibus, & ab emeritis adoratur.

3. Ergo in caſtello erat, & ligatus erat pullus cum aſina: non poterat ſolvi, niſi juſſu Domini: ſolvit eum manus apoſtolica: talis actus, talis vita, talis gratia. Eſto talis, ut & tu poſſis ligatos ſolvere. D

4. Nunc conſideremus qui fuerint illi, qui errore detecto, de paradiſo ejecti, [a] in caſtello ſunt religati. Et vides quemadmodum quos mors expulerat, vita revocaverit. Et ideo ſecundùm Matthæum (Matth. 21. 2.) & aſinam & pullum legimus; ut quia in duobus hominibus uterque fuerat ſexus expulſus, in duobus animalibus ſexus uterque revocetur. Ergo illic in aſina matre quaſi Evam figuravit erroris: hîc autem in pullo generalitatem populi gentilis expreſſit; & ideo in pullo E ſedetur aſinæ.

5. Et bene: *In quo nemo ſedit*; quia nullus antequam Chriſtus nationum populos vocavit ad Eccleſiam. Denique ſecundùm Marcum ſic habes: *Quem nemo adhuc ſedit hominum.* (Marc. 11. 2.) Alligatus autem perfidiæ vinculis tenebatur, iniquo addictus domino, [b] errore famulatus: ſed dominatum ſibi vindicare non poterat, quem reum fecerat non natura, ſed culpa. Et ideo cùm Dominus dicitur, unus agnoſcitur; nam & multi dii, & F multi domini, ſed generaliter: nobis tamen unus Deus, & unus Dominus. Itaque etſi non exprimitur, Dominus definitur non jam per adjunctionem perſonæ, [c] ſed per univerſitatem naturæ.

6. Marcus autem induxit ligatum ante januam, (Marc. 11. 4.) quia extra Chriſtum quicumque eſt, foris eſt in via: qui autem in Chriſto eſt, foris non eſt. *In tranſitu*, addidit, ubi nullius certa poſſeſſio, non præſepe, non alimenta, non ſtabulum. Miſera ſervitus cui vagum jus eſt; plures enim dominos habet, qui unum non habet. [d] Alieni alligant, ut poſſideant; iſte ſolvit, ut teneat; vehementiora enim dona novit eſſe, quam vincula.

7. Nec illud otioſum quod duo diſcipuli diriguntur, Petrus ad Cornelium, Paulus ad reliquos. (Act. 10. 23. & 13. 3.) Et ideo non perſonas deſignavit, ſed numerum definivit; tamen ſi quis eſt qui perſonas exigat, poteſt æſtimare de Philippo quem Spiritus (Ibid 8. 26.) miſit in Gazam, quando Candacis reginæ baptizavit eunuchum, & ab Azoto in Cæſaream per omnes civitates verbum Domini ſeminavit. Nec illud prætereundum quod mox remittendos adſerit, quia dirigendi erant qui dominum Jeſum in finibus gentium prædicarent.

8. Illi ergo directi cùm ſolverent pullum, numquid ſuis verbis uſi ſunt? Minimè: ſed dixerunt ſicut dixerat illis Jeſus; (℣. 34.) ut agnoſcas quod non ſuo ſermone, ſed Dei verbo, nec proprio, ſed Chriſti nomine fidem populis infudère gentilibus, atque adverſariæ poteſtates quæ ſibi nationum obſequia vindicabant, mandato ceſſere divino.

9. Unde & apoſtoli propria Chriſto veſtimenta ſubſternunt, (℣. 35.) ſive [e] quo facti gloriam evangelica prædicatione præferrent: in ſcripturis enim divinis plerumque veſtimenta virtutes ſunt, quæ gentium duritiam in aliquantum propria quoque virtute mollirent; ut inoffenſa vecturæ felicis obſequia ſedulis affectibus exhiberent. Non enim mundi Dominum forenſi ſpecie geſtari dorſo aſinæ delectavit: ſed ut latente myſterio penetralia noſtræ mentis inſterneret, & in ſecretis animorum interiore conſeſſu myſticus vector inſideret, quaſi quodam corpore divinitatis infuſus, regens mentis veſtigia, laſcivias carnis infrænans; ut ductu pietatis adſuetum populi gentilis edomaret affectum. Felices illos, qui talem internis renibus recepere vectorem! Felices plane illos, quorum ora ne multiloquio ſolverentur, verbi cæleſtis habena reſtrinxit!

10. Quæ eſt iſta habena, fratres? Quis me doceat quemadmodum ora hominum aut reſtringat, aut ſolvat? Monſtravit mihi habenam ille qui dixit: *Ut detur mihi ſermo in apertionem oris* (Act. 9. 5.)

a. Edit. omnes, *in caſtellum ſunt*. Amerb. *religan*, aliæ *relegati*. Mſſ. autem nullo pœne excepto, ut nos in textu. Et tamen hanc lectionem allegoria non obſcure exigit; quippe qua peccatores delictorum ſuorum vinculis alligati per aſinam & pullum in caſtello religatos adumbrentur.

b. Rom. edit. & pauci mſſ. *errori famulatus*. Meliùs aliæ, ac mſſ. longe plurimi, *errore famulatus*; id eſt, per errorem, ubi ſubintelligendum eſt *dæmoni*, ad quem verba proxime ſequentia referuntur. In quibus verbis pro voce *reum*, ut edit. & plures mſſ. habent, in mſſ. quatuor legitur *Deum*, in tribus *Dominum*, quod ultimum forte an vera lectio eſt.

c. Eadem Rom. edit. ſola, *per unitatem naturæ*. Sed *univerſitatem* Ambroſius vocat communitatem illam quâ tribus perſonis æqualiter convenit natura divina. Infra vero ubi vet. edit. cum parte mſſ. *foris eſt à via*: noſtra cum reliquis, *foris eſt in via*; exceptis uno vel altero in quibus . . . . *in vico*: Rom. edit. tantum retinuit, *foris eſt*.

d. Edit. Rom. *Alii alligant*. Aliæ ac mſſ. omnes commodius, *Alieni alligant*, hoc eſt, non legitimi Domini. Rurſus eadem edit. cum vet. in textu & mſſ. aliquot, *jura novit eſſe*: Gill. in marg. & mſſ. plures potioreſque, *dona novit eſſe*. Sed utrumque ſuum ſenſum habere poteſt.

e. Ita cuncti mſſ. & edit. excepta Rom. ubi, *quo facti gloriam evangelicæ prædicationis præferrent*: nullo ſenſu.

mei. Sermo ergo habena eſt, ſermo ſtimulus eſt; [A] & ideo durum eſt tibi adverſus ſtimulum calcitrare. Docuit igitur hic nos [a] aperire cor, ſtimulum perpeti, jugum ducere. Doceat & alius linguæ retinacula pati: RARIOR ENIM tacendi virtus eſt, quam loquendi. Doceat plane ille, [Pſal. 37. 14.] qui velut mutus adverſùs dolum non aperuit os ſuum, paratus in flagella, & verbera non recuſans, ut eſſet pia ſeſſio Deo.

11. Diſce à domeſtico Dei geſtare Chriſtum; [Luc. 15. 6] quoniam prius te ille geſtabat, cùm paſtor errantem [B] reduceret ovem: diſce ſedula mentis tuæ dorſa ſubſternere, diſce eſſe ſub Chriſto, ut poſſis eſſe ſupra mundum. Non quicumque facile [Pſal. 37. 9.] vehit Chriſtum, ſed ille qui poteſt dicere: *Incurvatus & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.* Quod ſi deſideras non moveri, ſuper [℣. 36.] illa veſtimenta ſanctorum elurum fige veſtigium. Cave enim ne lutulentis pedibus incedas, cave ne tranſverſis greſſibus, perſtrata tibi propheticarum viarum itinera derelinquas; namque ut [C] tutior venturis gentibus eſſet inceſſus, propriis indumentis uſque ad Dei templum qui præibant Jeſum, ſemitam munierunt. Ut tu ſine offenſione gradiaris, diſcipuli Domini amictu ſe proprii corporis exuentes, inter adverſa turbarum viam tibi ſuo ſtravere martyrio. Si quis tamen ita vult accipere, non renitimur, quod pullus iſte jam ſupra Judæorum veſtimenta graderetur.

[Matth. 21. 8.] 52. Quid autem ſibi velint ramorum fragmina, quæ utique incedentium greſſus implicare con- [D] ſuerunt, dubitarem profectò, niſi me in ſuperioribus bonus mundi totius docuiſſet agricola, quia jam ſecuris ad radices arborum poſita eſt, quæ ſub adventus domini Salutaris infœcunda ſuccidat, & infructuoſarum inanem gloriam gentium ſolo ſternat, fidelium pedibus proterendam; ut renovatæ mentis ſpiritu nationes, velut novellarum arborum ſtirpes de vetuſtis poſſint germinare caudicibus.

53. Ne ergo deſpicias hunc aſellum; nam ſicut [E] in veſtitu ovium ſunt lupi rapaces, ita contra ineſt homo cordis abſconditus ſub ſpecie beſtiali; quia ſub exuviis corporis, quod nobis eſt commune cum belluis, mens Deo plena vegetatur. Quod ad figuram hominum pertinere ſanctus [Johan. 12. 13. b] Johannes evidentius declaravit, addendo quia acceperunt [b] ſibi medullas palmarum; juſtus enim ut palma floret. Et ideo adventante Chriſto, erigebantur jam ſupra humeros hominum vexilla juſtitiæ, & inſignia triumphorum. Quid [F] miratur turba quòd operatur myſterium? Etſi neſciat quid miretur, miratur tamen quia in illo pullo ſapientia ſedet, virtus manet, inhæret juſtitia.

14. Ne deſpicias quoque aſinam iſtam, quæ [Num. 22. 23.] quondam Angelum Dei vidit, quem homo videre non potuit. Et vidit, & detulit, & locuta eſt; ut agnoſceres poſterioribus temporibus ſub adventu magni Angeli Dei gentiles illos, ante aſinos, locuturos.

15. Pulcre autem ſecundùm Lucam turbas lau- [℣. 37.] dantes Deum ad deſcenſum montis occurriſſe legimus, ut operatorem myſterii ſpiritalis ſignificarent ſibi veniſſe de cælo. Turba igitur agnoſcit Deum, regem appellat, prophetiam repetit: [Pſal. 117. 26.] *Hoſanna filio David*, hoc eſt, [*] redemtorem domus David, exſpectatum quoque ſecundum carnem David filium veniſſe declarat: & hoc turba illa poſt exiguum crucifixura momentum. Vere memorabile divinæ operationis inſigne; ut adver- [B] ſùm ſe teſtimonium extorqueatur invitis, cùm Deum negant affectibus, quem vocibus confitentur. Unde & Dominicum illud:

Si hi tacuerint, lapides clamabunt; [℣. 40.]

16. Neque enim mirum ſi laudes Domini contra naturam ſuam ſaxa reſpondeant, quem ſcopulis duriores prædicant peremtores. Aut fortaſſe quia obmuteſcentibus Judæis poſt Domini paſſionem, vivi erant ſecundùm Petrum, lapides [1. Pet. 2. 5.] [C] clamaturi. Ergo compugnantibus licet affectibus ſuis, turba tamen Deum ad templum ſuum cum laude deducit.

17. Sed Deus templum ſuum non mercatoris vult eſſe diverſorium, ſed domicilium ſanctitatis: nec vendibili religionis officio, ſed obſequio gratuito uſum miniſterii ſacerdotalis informat. Conſidera igitur quid tibi ad exemplum vivendi Dominica geſta præſcribant.

58. [c] *Et ejiciebat omnes vendentes & ementes in* [Matth. 21. 12. c] [D] *templo: & menſas nummulariorum evertit, & cathedras vendentium columbas.* Generaliter itaque ſupra docuit ſæculares à Dei templo abeſſe debere contractus: ſpecialiter autem nummularios pepulit. Qui ſunt nummularii, niſi qui de pecunia Domini lucrum quærunt, nec bona malaque diſcernunt? Pecunia enim Domini ſcriptura divina eſt; nam & denarios ſervis diſtribuit [Matth. 25. 14.] profecturus, & talenta diviſit, & pro ſanitate hominis vulnerati duo æra ſtabulario dereliquit; [Luc. 10. 35.] [E] duobus enim Teſtamentis vulnera noſtra curantur. Sed tu quaſi bonus nummularius eloquia [Pſal. 11. 7.] Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum reconde, purgatum Spiritu ſeptiformi: nec adulteram imaginem Regis (quia & ſatanas transfigurat ſe in Angelum lucis) impia commutatione ſuſcipias: nec imminutam Principis tui figuram arrianæ fraude perfidiæ, theſauro tuo miſceas: nec pecuniæ ſono aures tentes fidelium; ut religioſarum audientiam Scripturarum tinni- [F] tus æris excludat, vel religioſis affectibus habendi cupiditas inſeratur. Non ergo omnes excludantur nummularii; ſunt enim & boni. Denique, *Pecuniam meam*, inquit, *dediſſes nummulariis, & ego veniens cum uſuris recepiſſem eam.* [Matth. 25. 27.] Quod ſi nummus eſt Scripturarum, & uſura eſt Scripturarum.

19. Cathedras autem vendentium columbas cur everterit, ſecundum litteram non intelligo; neque enim nundinatores avium vindicare ſibi poterant honorati alicujus in nundinis ſolii di-

a. Edit. Rom. ſola, *aperire ora*: quæ conjectura ſatis arridet.

b. Rom. edit. *ramos palmarum*. Aliæ, ac mſſ. omnes, *medullas palmarum*. Quomodo etiam locutum reperimus Auctorem *Quæſt. vet. & novi Teſtam.* quæſt. 82 in app. 3. tom 3 Aug. novæ edit.

*. Ambroſium arguit Eraſmus, quaſi hic cum Hilario Pictav. parum erudite doceat voce *Hoſanna*, redemtionem domus David ſignificari. Sed parum arguta eſt ea correctio; non enim de grammatica illius vocabuli ſignificatione agit S. Doctor, cùm hoc unum indicet, à populo fauſtis ac propheticis acclamationibus adventum redemtoris domus David eſſe declaratum.

c. Hunc Matthæi textum qui in omnibus mſſ. & ant. edit. invenitur, edit. Rom. rejecerat, ut alium ex Luca ſubſtitueret: ſed aliorum Evangeliſtarum locos, auctore non citato, proponere atque exponere non ſemel in hoc opere contigit Ambroſio.

goitatem. Nam quæ prærogativa dignitatis eſt A in columbis? Admonet tamen Dominici forma *Luc. 3. 22.* baptiſmatis, quando deſcendit Spiritus ſanctus in columba, typo ejectorum de templo hujuſmodi mercatorum, in Eccleſia Dei conſortium eos habere noo poſſe, qui ſancti Spiritus gratiam *Matth. 10. 8.* nundinentur. *Gratis enim*, inquit, *accepiſtis, gratis date.* Denique Simoni, qui ſanctificandi munus pretio in ſe putavit poſſe conferri, reſpon- *Act. 8. 20. & 21.* dit Petrus: *Pecunia*, inquit, *tua tecum ſit in interitum; quoniam gratiam Dei putas te pecunia con-* B *ſequi poſſe: non eſt tibi pars, neque ſors in hac fide.*

Johan. 2. 14. 20. Venditores quoque ovium & boum eos puto, qui de labore alieno vel ſimplicitate, fœdi auctionatores quaſdam nundinas aucupantur: aut quia oves ejiciuntur & boves, columbæ jubentur auferri, populus videtur Judæus excludi; *Oſea 7. 11.* Ephræm enim ſicut columba, quod eorum Dominus & ſucceſſiooes oderit & labores. Æs effunditur, ut gratia colligatur: menſa nummulariorum evertitur, ut Domini ſubrogetur; ara deji- C citur, ut erigantur altaria.

Johan. 2. 15. 21. Atque hoc non aliqua ſuccinctus manu divitiiſque faciebat, ſed flagello de reſtibus cædebat turbas, & nullus reſiſtere audebat. Et nunc *Pſal. 44. 7.* virgâ utitur, nunc flagello (*virga enim recta eſt, virga regni tui*) virgâ, ut corrigat; flagello, ut ſuadeat. Directa illic: hîc moralis quaſi inflexa præceptio, qua peccatoris conſcientia velut lento verbere flagellatur; alii ſunt enim terrores prophetici, aliæ apoſtolicæ ſuaſiones: in utro- D que tamen unius verbi eſt diſciplina. Et ideo fla- *Pſal. 15. 6.* gellum de reſtibus fecit; quia *Funes ceciderunt*, inquit, *mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara eſt mihi*; funes enim dicuntur, quibus agrimenſores metandorum limites partiuntur agrorum. Et ideo tamquam bonus agrimenſor Synagogæ terminos diſtinguebat & Eccleſiæ, ſacrilegos de templo jubebat exire. Novus enim venerat feracium metator animarum, qui agrorum genera, non ſpatia metaretur.

22. Pulcre tamen non extentis funibus modus aliquis poſſeſſionis includitur, nec quaſi definitæ rei limites fidei terminantur: ſed flagello in immenſum libero fines Eccleſiæ porriguntur: eliminantur Judæi, non præſcripto aliquo exſilio ſed intermino; ut nuſquam Synagogæ locus in orbe remaneret.

Cap. 20. ℣. 9. V*ineam plantavit homo.*

23. Plerique varias ſignificationes de vineæ *Eſai. 5. 7.* appellatione derivant: ſed evidenter Eſaias vineam Domini Sabaoth, domum Iſrael eſſe memoravit. Hanc vineam quis alius niſi Deus condidit? Hic eſt ergo qui locavit eam, & peregre profectus eſt: non quia ex loco ad locum profectus eſt Dominus, qui ubique ſemper eſt: ſed quia eſt præſentior diligentibus, negligentibus abeſt. Multis autem temporibus abfuit; ne præpropera videretur exactio. NAM quo indulgentior liberalitas, eo inexcuſabilior pervicacia.

24. Unde bene ſecundùm Matthæum habes, *Matt. 21. 33.* quia *Et ſepe circumdedit*, hóc eſt, divinæ cuſtodiæ munitione vallavit; ne facile ſpiritalium pateret *Ibidem.* incurſibus beſtiarum. *Et fodit in ea torcular.* Quo- A modo intelligimus quid ſit torcular, niſi forte quia pſalmi pro torcularibus inſcribuntur; eo *Pſal. 8. 80. & 83.* quod in his myſteria Dominicæ paſſionis, modo muſti ſancto fervente Spiritu prophetarum redundantius æſtuaverint? Denique ebrii puta- *Act. 2. 13.* bantur, quibus Spiritus ſanctus inundabat. Ergo & hic fodit torcular, in quod uvæ rationabilis fructus interior ſpiritali infuſione deflueret. *Ædi-* *Matth. 21. 33.* *ficavit turrim*, verticem ſcilicet Legis attollens: atque ita hanc vineam munitam, inſtructam, B ornatam locavit Judæis.

25. Et tempore fructuum ſervulos ſuos miſit. *℣. 10.* Bene tempus fructuum poſuit, non proventum; nullus enim fructus exſtitit Judæorum, nullus vineæ hujus proventus, de qua Dominus ait: *Exſpectavi ut faceret uvas, fecit autem ſpinas.* Ita- *Eſai. 5. 2.* que non lætitiæ vino, non ſpirituali muſto, ſed cruento prophetarum ſanguine torcularia redundarunt. Denique Hieremias in lacum miſſus *Hier. 38. 6.* eſt; hæc enim erant jam torcularia Judæorum C non vino repleta, ſed borbore. Et licet generaliter prophetæ videantur exprimi; dat tamen lectio, ut illum qui lapidatus eſt, Nabutham eſſe *3. Reg. 21. 13.* credamus: cujus etſi nullum accepimus propheticum verbum, accepimus tamen propheticum factum; quia multos pro hac vinea futuros martyres proprio ſanguine prophetavit. Quis autem eſt ille qui in capite vulneratur? Nimirum Eſaias cujus facilius compaginem corporis ſerra diviſit, quàm fidem inclinavit, conſtantiamve D detrivit, aut vigorem mentis exſecuit.

26. Eo igitur factum eſt, ut cùm plures alios *℣. 11. & ſeq.* deſtinaſſet, quos Judæi inhonoros & inanes ſibi, de quibus nihil potuerunt proficere, dimiſerunt; noviſſime etiam Filium unigenitum mitteret, quem perfidi, quaſi heredem removere cupientes, occiderunt crucifigendo, ejecerunt negando.

27. Breviter itaque quam magna, quam multa. Primùm quia naturalis eſt bonitas quæ plerumque credit indignis: deinde quia poſtremum ma- E lorum remedium Chriſtus advenit: tum quoniam qui heredem negat, de auctore deſperat. Heres autem Chriſtus, idemque teſtator & heres; quia morti propriæ ſupervivit, & Teſtamentorum quæ ipſe condidit, tamquam hereditaria in noſtris profectibus emolumenta conſequitur.

28. Pulcre ergo interrogat, ut ſua ſe ipſi dam- *℣. 15.* nent ſententia. Venturum autem Dominum dicit vineæ, quod in Filio adſit etiam paterna majeſ- F tas, vel quod ultimis temporibus præſentior humanis adſpiret affectibus. Ipſi itaque in ſe ſententiam dicunt, ut mali pereant, & ad alios colonos vinea transferatur. Qui igitur ſint coloni, quæ vinea, conſideremus.

29. Vinea typus noſter eſt, quod populus Dei vitis æternæ radice fundatus, ſupereminet terris, ac ſolum vile prætexens, nunc geminanti flore pubeſcit, nunc circumfuſa viriditate veſtitur, nunc mite jugum ſuſcipit, cùm maturioribus brachiis quaſi ſarmentis fœcundæ vitis adoleverit. Agricola quippe omnipotens pater, vitis eſt *Johan. 15. 1. & ſeq.* Chriſtus: at vero nos palmites, qui niſi fructum feramus in Chriſto, cultoris æterni falce ſuccidimur. Recte igitur vinea Chriſti populus nominatur, vel quod crucis in fronte prætexatur in-

dicium, vel quod fructus ejus poſtrema anni le- A gatur ætate, vel quod omnibus ut ordinibus vinearum, ita pauperibus atque divitibus, humilibus atque potentibus, ſervis ac dominis in Eccleſia Dei æqua dimenſio, nulla diſcretio ſit: ut vitis maritatur arboribus; ita corpus animæ, anima quoque corpori conjugatur: ut vinea dum jugatur, erigitur; & reciſa non minuitur, ſed augetur: ita ſancta plebs dum ligatur, * exuitur: dum humiliatur, adtollitur: dum reciditur, coronatur. Quinetiam ut tener ſurculus veteri ab- B ſciſſus ex arbore, in alterius fœtu radicis inſeritur: ita populus hic ſanctus ſurculi veteris cicatricibus enodatis, in illo crucis ligno tamquam gremio piæ parentis fotus inoleſcit: Spirituſque ſanctus ſicut in altas demiſſus terrarum ſcrobes, ita in hoc carcereum corpus infuſus, aquæ ſalutaris irriguo diluit quidquid eſt fœtidum, membrorumque noſtrorum habitus in cæleſtem erigit diſciplinam.

30. Hanc vineam diligens agricola fodere, C [a] jugare, contendere conſuevit: eruderatiſque terrenæ molis aggeribus, operta corporis noſtri nunc ſole torrere, nunc imbre perfundere, ſtirpare agrum ſolitus; ne à ſentibus gemma lædatur, ne luxuriet umbra foliorum, verborumque infructuoſa jactantia virtutibus obumbrando, maturitatem indolis naturalis impediat. Sed abſit ut huic vineæ quidquam timeamus adverſi, quam pervigil cuſtos domini Salutaris adverſus omnes nequitiæ ſæcularis illecebras muro vitæ D Pſal. 79. 12. vallavit æternæ, & extendit palmites ejus uſque Pſal. 23. 1. ad mare: *Domini* enim *eſt terra*. Ubique Deus pater colitur, ubique Chriſtus dominus adoratur.

31. Hæc eſt noſtra vindemia. Læti igitur atque ſecuri, pars gremium ſuum mitium funiculis oneret uvarum, alii cæleſtia munera ore libemus, plerique bonatum greſſibus voluntatum divini fructum muneris exprimentes, veſtigia cothurnis nuda direptis, muſto fluente tingamus; locus Exod. 3. 5. enim in quo ſtamus, terra ſancta eſt, & ideo E calceamenta ſolvenda ſunt, ut ſpiritale veſtigium ſacroſanctæ ſedis tribunal adſcendens, corporei nexus vinculis exuatur; decet enim totius orbis hîc eſſe vindemiam, ubi totius orbis eſt vinea.

32. Ecce tempus acceptabile, quo non hyemalibus perfidiæ caligantis pruinis annus riget, [b] nec altis nubibus informis cruſta blaſphemiæ, gelu durante, concreſcit: ſed procellis ſacrilegii liberata, novos fructus terra jam parturit. [c] Vere F parit; diſſenſionum quippe omnium procella deferbuit, cuncti ſæcularis cupiditatis ardores, æſtuſque omnes quibus Italiæ populus per Judaicæ olim, & arrianæ proximè ſævitatis incendia coquebatur, ſereno jam ſpiramine temperantur. Sedata tempeſtas eſt, concordia navigat, fides ſpirat: certatim nautæ repetunt fidei quos reliquêre portus, & dulcia patriis oſcula littoribus adfigunt, liberatos ſe periculis, abſolutos erroribus gratulantes.

33. Salve vinea tanto digna cuſtode: te non unius Nabuthæ ſanguis, ſed innumerabilium prophetarum, & (quod eſt amplius) pretioſus cruor Domini conſecravit. Ille licet non regalibus minis territus conſtantiam metu preſſerit, non præmiis uberrimis provocatus religioſum vendiderit affectum; ſed ſtudio regis obſiſtens, ne in hor- 3. Reg. 21. 3. tulis ſuis malvarum olus, ſucciſa vite, ſereretur, quando aliud facere nequibat, parata vitibus incendia proprio cruore reſtinxerit; temporalem tamen vineam defendebat: te vero in perpetuum multorum nobis martyrum plantavit interitus: te crux apoſtolorum æmula Dominicæ paſſionis uſque in orbis totius terminos propagavit.

Cujus habet imaginem & inſcriptionem? ℣. 24.

34. Docet hoc loco Dominus circumſpectos nos in reſpondendo adverſus hæreticos vel Judæos eſſe debere. Alibi dixit: *Eſtote aſtuti ſicut* Matth. 10. 16. *ſerpentes*. Quem locum plerique accipiunt, ut quia ſerpente ſuſpenſo, Chriſti crux annuntiata eſt, quo ſerpentinum nequitiæ ſpiritalis virus aboleret, videatur aſtutus ita eſſe debere ſicut Chriſtus, ſimplex ſicut Spiritus. [d] En tibi ſerpentem illum qui caput ſemper cuſtodiat, lethale vulnus excludat. Interrogatus à Judæis utrum de cælo accepiſſet poteſtatem, reſpondit: *Baptiſmus Io-* Luc. 20. 4. *hannis unde eſt: de cælo, an ex hominibus?* ut dum illud de cælo eſſe negare non auderent, ipſos amentiæ confutaret, qui ejus auctorem negarent eſſe de cælo. Poſtulatus didrachma quærit de Matth. 17. 23. imagine; alia enim imago Dei, alia imago mundi. Unde & ille nos admonet: *Sicut portavimus* 1. Cor. 15. 49. *imaginem terreni illius, portemus & imaginem hujus cæleſtis*.

35. Imaginem Cæſaris non habet Chriſtus; quia imago eſt Dei. Imaginem Cæſaris non habet Petrus, quia dixit: *Reliquimus omnia, & ſecuti* Matth. 19. 27. *ſumus te*. Imago Cæſaris non reperitur in Jacobo vel Johanne; quia filii tonitrui ſunt: ſed repe- Marc 3. 17. ritur in mari, ubi dracones illi contritis capitibus ſuper aquam, & ipſe draco major comminutus caput, datur in eſcam populis Æthiopum. Pſal. 73. 14. Si ergo non habuit imaginem Cæſaris, cur dedit cenſum? Non de ſuo dedit, ſed reddidit mundo quod erat mundi. Et tu ſi vis non eſſe obnoxius Cæſari, noli habere quæ mundi ſunt: ſed ſi habes divitias, obnoxius es Cæſari. Si vis nihil regi debere terreno, relinque omnia tua, & ſequere Chriſtum.

36. Et bene prius quæ Cæſaris ſunt, Cæſari ℣. 25. reddenda decernit; neque enim poteſt eſſe quis Domini, niſi prius renuntiaverit mundo. Sed omnes renuntiamus verbis, ſed non omnes renuntiamus affectu; nam cùm * ſacramenta ſuſci-

*. *Exuitur*, ſupple *vinculis*, ut in fine ſeq num exprimitur.

a. Omnes edit. *rigare*, *tendere* Mſſ. fere omnes, *jugare*, ſed non pauci legunt cum edit. *tendere* aut tamen, *contendere* quod pro *tendere*, ſive *extendere*, hic ſumendum eſt. Iterum ſequenti verſu pro voce, *operta*, quam omnes edit. ac mſſ. aliquot habent, alii plures & antiquiores præferunt, *operata*; Et ea quidem vox, ſi recta eſt idem ſignificat atque *exculta*. ſed veremur, ne duriuſcule ſonet auribus eruditis.

b. Era. & ſeq. edit. cum mſſ. nonnullis, *nec altis nimbus*. Amerb cum aliis mſſ pluribus ac potioribus, ut in textu. Nec ſane mala, ſi grandinem quæ ſemper frugibus noxia eſt, informis illa cruſta in altis nubibus concreta deſignet

c. Omnes edit. *veteres præterit* Plerique mſſ *veteres parit*. Quidam, *pellit*. Corb & alii aliquot, *Vere parit*. Aptius, ut intelligitur ex ſequentibus, quibus non ambigue Juſtinæ perſecutio, atque ſecuta pax deſignantur.

d. Ita mſſ. majori numero, & pretio Quidam vero, & cunctæ edit. *Imitare & tu ſerpentem illum*.

*. Intellige ſacramentum baptiſmatis, in quo etiamnum *diabolo & pompis ejus*, id eſt, mundi vanitatibus renuntiamus. Hæc porro conſuetudo clarius exponitur *De Init* cap 2 & lib. 1. *De Sacram*. cap. etiam 2.

[Eccleſ. 5. 4.] pimus, renuntiamus. Quam gravia vincula pro- [A] mittere Deo, & non ſolvere? *Melius eſt*, inquit, *non vovere te, quam vovere, & non reddere.* Major eſt contractus fidei, quàm pecuniæ. Redde promiſſum, dum in boc corpore es, prius quam [Matth. 5. 26.] veniat exactor, & mittat te in carcerem. *Amen dico tibi, non exies inde, donec ſolvas noviſſimum quadrantem.*

[℣. 28.] *Si frater alicujus mortuus fuerit.*

37. Sadducæi, boc eſt, deteſtabilior portio Ju- [B] dæorum, hoc loco Dominum tentant: quorum aperte ſtultitia reprehenditur, myſtice autem [a] ſententia retorquetur; [a] quia excluſerunt de ſe caſtitatis exemplum, dum ſecundum litteram [Deut. 25. 5.] nubere mulier cogitur & invita, ut defuncti ſemen excitet frater. Ergo littera occidit, qua- [2. Cor. 3. 6.] ſi lena vitiorum: ſpiritus autem magiſter eſt caſtitatis.

38. Videamus itaque ne hæc mulier Synagoga ſit, quæ ſeptem viros babuit, ſicut Samaritanæ [C] [Iohan. 4. 18.] dicitur: *Quinque enim viros habuiſti*; quia Samaritani [*] quinque tantum libros Moyſi: Synagoga ſeptem ſequitur principaliter, & de nullo propter perfidiam ſuam bereditariæ poſteritatis ſemen accepit. Et ideo partem cum viris ſuis in [Apoc. 20. 6.] reſurrectione habere non poterit, quia ſpiritale præceptum ſecundùm ſenſum carnis invenit; non enim frater carnalis aliquis denuntiatus eſt qui ſemen fratris ſuſcitaret defuncti: ſed ille qui demortuo populo Judæorum ſapientiam ſibi divini cultus adſciſceret in uxorem, atque ex ea ſemen in apoſtolis excitaret: qui quaſi defunctorum reliquiæ Judæorum informes adbuc in [B] Synagogæ utero derelicti, ſecundum electionem gratiæ reſervari novi ſeminis admixtione meruerunt.

39. Synagoga autem frequenter ſtolam accipit, quod eſt [*] inſigne conjugii, quaſi auctor fidelium: repudiata quoque frequenter inducitur, quia mater eſt perfidorum: cui Lex occidit corporalis, ut ſpiritualis reſurgeret. Ergo ſancta plebs Dei, [b] ſi quinque libros Legis quadam conjugii caritate dilexerit, & quaſi maritalibus ob- [C] ſecundarit imperiis, habebit in reſurrectione cæleſte conſortium, non corporeæ colluvionis pudore confuſa, ſed divinæ gratiæ ditata muneribus.

a. Omnes edit. & pars mſſ. *Quale de ſuo dederunt caſtitatis exemplum.* Reliqua pars, quæ & potior nobiſcum legit.

*. Cur ſolos 5. libros Moyſis admiſerint Samaritani, hanc eſſe cauſam putat eruditus quidam atque acer criticus, quia quo tempore facta eſt ſeceſſio Judæos inter ac Samaritanos, nempe ſub Roboamo, nullulum ex aliis divinis libris vulgati eſſent. Sed veremur, ut omnibus ſatis probetur ea conjectura.

*. Hic *Stola* dicitur *inſigne conjugii*; quia, ut Vir ſanctus ſupra lib. 7 num. 231 docet, *veſtimentum eſt nuptiale.* Quibus verbis intelligitur in more poſitum fuiſſe antiquis ut matronæ nubentes ſtolam acciperent, ſine qua deinceps illis in publicum exire non licuiſſe auctor eſt Tertullianus in libro *De Pallio* cap. 4.

b. Sic pleriſque mſſ. ac edit. omnes præter Rom. quæ cum duobus iiſque recentioribus mſſ. habet, *ſi ſeptem libros.* Minus commode, cùm de libris Legis, quo nomine 5 libri Moyſis vulgo deſignantur, agat Ambroſius.

LIBER DECIMUS.

[℣. 42.] *Dixit Dominus Domino meo.*

1. Conſummaturus præcepta Dominus, etiam præviam paſſioni fidem ac miſericordiam Teſtamenti ſui fine concludit: fidem, in eo ut Chriſtum & Dominum & Deum noſtrum, & ad dexteram Dei ſedere credamus: non quod corporaliter ſedeat, qui ubique eſt. Denique ipſe in Patre eſt; quia in ſubſtantia Dei, quia una virtus, una majeſtas. Ipſe ergo in Patre, & in ipſo Pater; [E] quia Verbum in Deo, Deus in Verbo: ipſe in Patre; quia Verbum: ipſe ad dexteram Patris; quia Patri conſors, nulli ſecundus: ipſe miſſus à Patre; quia deſcendit de cælo paternum impleturus arbitrium. Tolle hinc perfidiæ quæſtiones, & plena eſt religio. Nec præfertur, quia ad dexteram ſedet: nec injuriam patitur, quia mittitur. Gradus non quæritur dignitatis, ubi plenitudo eſt divinitatis.

[℣. 44.] 2. Illud quoque conſiderandum, quia repre- [F] hendit eos qui Chriſtum filium David dicunt. Et [Luc. 18. 43.] quomodo cæcus ille David filium confitendo meruit ſanitatem? Quomodo pueri dicentes: [Matth. 21. 9.] *Hoſanna filio David*, præcelſæ prædicationis Deo gloriam deferebant? Sed non reprebenduntur hoc loco quia David filium confitentur, ſed quia non credunt Filium Dei. Non enim alterum, ſed alterutrum in fide verâ eſt: nam etſi in prin- [1. Cor. 2. 2.] cipio judicavimus nihil nos ſcire niſi Chriſtum Jeſum, & bunc crucifixum; nunc tamen, ut pote judicio proximi, crucifixum jam non novimus [D] Chriſtum, ſed venientem in nubibus opperimur. Incredulus vulnera adſpicit: fidelis obviam Chriſto in aera raptus occurrit.

3. Ergo & Deum Chriſtum & hominem eſſe credamus: unum in utroque, non alterum: cui à Patre ſubjiciuntur inimici non per infirmitatem poteſtatis ſuæ, ſed per unitatem naturæ; quia in altero alter operatur. Nam & Filius ſubjicit inimicos Patri, qui Patrem clarificat ſuper [Iohan. 17. 4.] terram. Et dedit Pater Filio *Nomen, quod eſt ſuper* [Philip. 2. 9. & 10.] [E] *omne nomen*: ſed & Filius Patri dicit: *Nomen tuum manifeſtavi hominibus quos dediſti mihi.* Dando [Iohan. 17. 6.] autem nomen quod eſt ſuper omne nomen, non plus dedit quam habuit: ſed totum quod habuit, dedit. Dedit autem hoc nomen, ut *Omnis lingua* [Philip. 2. 11.] *confiteatur Deo; quoniam dominus Ieſus in gloria eſt Dei Patris.*

4. Vide ergo ſingula. Pater ſubjicit Filio, Filius ſubjicit Patri: Pater ſuſcitat Filium, Filius ipſe ſe ſuſcitat. Unde ait: *Solvite hoc templum, & in triduo* [Iohan. 2. 19.] [F] *illud reſuſcitabo.* Et Pater Dominus, & Filius Dominus: *Dixit Dominus Domino meo.* Et non duo Domini, ſed unus Dominus; quia & Pater Deus, & Filius Deus: ſed unus Deus; quia Pater in Filio, & Filius in Patre. Unus Deus, quia una deitas: *Sedes tua, Deus, in ſæculum ſæculi: virga recta* [Pſal. 44. 7. & 8.] *eſt, virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus.* Sed unus Deus, in quo & novi & veteris Teſtamenti doctrina concordat. Nam & in veteri Teſtamento ſcriptum eſt: *Diliges dominum Deum tuum*: &, [Deut. 6. 5. & 13.] *Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies.*

In

Epheſ. 4. 6 In novo : *Unus Deus, & Pater omnium.* Sic & Pater Dominus, & Filius Dominus : ſed unus Do- A
Matth. 6. 24. minus. Denique ſcriptum eſt : *Nolite duobus dominis ſervire* ; hoc in novo : in veteri autem ſcri-
Deut. 6 4. tum eſt : *Audi, Iſrael, Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt.* Unde mirabiliter Apoſtolus, ne duos Deos diceret, aut duos Dominos nominaret, aut
1. Cor. 8. 6. derogaret vel Filio, vel Patri : *Unus*, inquit, *Deus Pater, ex quo omnia : & unus Dominus Jeſus, per quem omnia.* Nam qui Deus, & Dominus : & qui
Pſal. 99. 3. Dominus, Deus. Denique ſcriptum eſt : *Scitote* B *quia Dominus ipſe eſt Deus noſter.*

5. Omnia ergo quæ Pater habet, & Filius habet. Deus Pater ſecundum generationis rationem : Deus Filius ſecundum imaginis unitatem.
a [a] Dominus Filius, quia omnia ſibi cùm poteſtate poſſet, ratione ſubjecit : Dominus Pater, quia radix eſt Filii. Sic nobis Pater in Filio perſonarum definitione diſtinguitur, poteſtatis unitate connectitur. Itaque alter in altero, & unus in alterutro. Nam & Patris gloria eſt, ſi non dege- C neravit in Filio : & Filii gratia, ſi Pater videtur in Filio. Ergo non degener, in quo unitatis ſumma majeſtas : non alienus, in quo proprietas generationis, expreſſio veritatis eſt.

Cap. 21. ỹ. 6. *Non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.*

ỹ. 1. & ſeq. Lib. de Vid. 6. Sequebatur de vidua locus, quam quoniam jam in libro quem de Viduis ſcripſimus prædica-
b vimus, nunc ſequeſtramus. [b] Verum autem dic- D tum eſt juxta propoſita de templo quod Salomon condidit, idque judicii eſſe tempore ſubvertendum ; nihil eſt enim opere & manu factum, quod non aut vetuſtas conficiat, aut vis ſubruat, aut ignis exurat : eſt tamen & aliud templum conſtructum ex ſpecioſis lapidibus, & ornatum donis, cujus everſionem Dominus ſignificare videatur, Synagoga ſcilicet Judæorum, cujus ſtructura vetus, Eccleſiâ ſurgente, diſſolvitur. Eſt etiam templum in unoquoque, quod deficiente E fide labitur : & maxime ſi quis falsò Chriſti nomen obtendat, quo interiorem expugnet affectum.

7. Poteſt etiam ea eſſe expoſitio, quæ mihi plus proſit. Quid enim mihi prodeſt diem ſcire judicii ? Quid mihi prodeſt tantorum conſcio peccatorum, ſi Dominus veniat, niſi veniat in meum animum, redeat in meam mentem, niſi vivat in me Chriſtus, in me Chriſtus loquatur ? Ergo mihi Chriſtus debet venire, mihi debet adven- F tus ejus fieri. Fit autem Domini ſecundus adventus in defectione mundi, quando poſſumus di-
Galat. 6. 14. cere : *Mihi autem mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*

8. Sed hunc virum talis mundi defectus ſi in ſuperioribus domus inveniat, ut converſatio hujus in cælis ſit ; tunc deſtruetur templum corporale atque viſibile, Lex corporalis, paſcha corporale, & paſcha viſibile, azyma corporalia, & azyma viſibilia, audeo dicere, Chriſtus temporalis, ut fuit Paulo, antequam crederet ; quia in eo cui mundus deficit, Chriſtus æternus eſt. Huic ſpirituale templum, lex ſpiritualis, paſcha etiam ſpirituale ; quoniam ſemel Chriſtus occiditur. Hic epulatur azyma non ex fruge terrena, ſed ex fruge juſtitiæ. Fit ergo huic præſentia ſapientiæ, præſentia virtutis atque juſtitiæ, præſentia redemtionis ; Chriſtus enim ſemel quidem pro peccatis populi mortuus eſt, ſed quotidie peccata populi redemturus. 1. Pet. 3. 18.

Cùm autem audieritis prælia & opiniones præliorum. ỹ. 9

9. Interrogatus Dominus quando templi eſſet futura deſtructio, & quod ſignum eſſet adventus ejus, de ſignis docet, de tempore non putat intimandum. Sed Matthæus interrogationem tertiam addidit, ut & templi tempora deſtruendi, & ſignum adventus, & conſummatio ſæculi à diſcipulis quærerentur : Lucas ſatis putavit de conſummatione ſæculi cognitum, ſi de adventu Domini diceretur. Matth. 24. 3.

10. Verborum autem cæleſtium nulli magis quam nos teſtes ſumus, quos mundi finis invenit. Quanta enim prælia, & quas opiniones accepimus præliorum ? Chunni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in [*] Tayfalos, & Sarmatas inſurrexerunt. Nos quoque in Illyrico exſules patriæ Gothorum exſilia fecerunt, & nondum eſt finis. Quæ omnium fames, lues pariter boum atque hominum, ceterique pecoris ; ut etiam qui bellum non pertulimus, debellatis tamen nos pares fecerit peſtilentia ? Ergo quia in occaſu ſæculi ſumus, præcedunt quædam ægritudines mundi. Ægritudo mundi eſt fames, ægritudo mundi eſt peſtilentia, ægritudo mundi eſt perſecutio. *

11. Sunt autem & alia bella quæ vir ſuſtinet chriſtianus, diverſarum quoque prælia cupiditatum, ſtudiorumque conflictus, multoque graviores domeſtici hoſtes, quam extranei. Nunc avaritia ſtimulat, nunc accendit libido, nunc metus terret, nunc iracundia exagitat, nunc ambitio movet, nunc terrere tentant ſpiritalia nequitiæ, quæ ſunt in cæleſtibus. Itaque quaſi quibuſdam urgetur præliis, & quibuſdam terræ motibus quatitur mobilis animi nutantis affectus. Epheſ 6. 12.

12. Sed fortior dicit : *Si conſiſtant adverſùm me caſtra, non timebit cor meum : ſi exſurgat adverſùm me prælium, in hoc ego ſperabo.* Stat in acie ferens hoſti obvium pectus, etiam ſi quis Golias exſur- Pſal. 26. 3. 1. Reg. 17. *

a. *Dominus . . . . ſubjecit*, deſunt in Amerb. In Era. autem Gill. & mſſ. noſtris ita habentur, ut ea exhibemus, niſi quod in Era. rejiciuntur poſt voces, *radix eſt Filii*. At in Rom. edit. ultimorum verborum facta eſt illa mutatio . . . . *omnia ſibi qua poteſt Pater, ſubjecit.*

b Rom. edit. ſola, *Verum licet juxta propoſita de templo quod Salomon condidit, intelligatur ; idque primum ab hoſte judicis* &c.

*. Plerique mſſ *Taiſalos*. melius alii atque edit. *Tayſalos*, ita enim ſemper legitur apud Ammianum lib 31. Sed alius de hac gente atque aliis hic memoratis erit loquendi locus. At vero peſtilentiam illam quæ non ſolum homines, ſed pecora ipſa tam miſere devaſtabat, ſigno crucis facillime depulſam fuiſſe Harmanaus lib. 2. cap. 12. *Vita S. Ambroſii* obſervat ex Baronio. Nititur autem magnus Cardinalis Ecloga Sev. Endelechi chriſtiani poetæ, ubi inter cetera ſic habetur :

Buculus. . . . . *Dic age Tityre,*
Quis te ſubripuit cladibus his Deus,
Ut peſtis pecudum qua populata ſit
Vicinos, tibi nulla ſit.
Tit. *Signum quod perhibent eſſe crucis* Ou
. . . .
Hoc ſignum mediis frontibus additum,
Cunctarum pecudum certa ſalus fuit.

Ceterum quæ Ambroſius de diſſentionum fine atque animo relaxando ſuperiore libro memorabat, ea non obſcure probant illum de rebus jam præteritis hic differere.

gat immitis atque præcelſus; timentibus tamen A ceteris, exſurget humilis quaſi David, regis abjiciens arma terreni, ſumens fidei tela leviora, & [a] triplici ſparto jaculum puræ confeſſionis intorquens, perſecutoris vulnerat impudentiam, contemtor minarum, negligens poteſtatum, etiam idoneus in quo Chriſtus loquatur. Alibi Chriſtus, alibi Pater, alibi Spiritus loquitur Patris. Non diſcordant iſta, ſed congruunt. Quod unus loquitur, tres loquuntur; quia vox una eſt Trinitatis. Huic victori, qui ſuo Goliam gladio B peremerit, dum mortem pro Chriſto excipit, fugatis allophylis, occurrunt juvenculæ, illæ
1 Reg. 18. 7. ſcilicet ſicut aquilæ, dicentes: *Percuſſit Saul in millibus, David in decem millibus.* Quod indicio eſt, victores ſæculi principibus anteferri. Denique mortuis regibus, in perpetuum martyres regnum cæleſtis gratiæ bonore ſuccedunt: & illi fiunt ſupplices, hi patroni.

1 Reg. 21. 9. 13. Eſt & alius Goliæ gladius, aliud diaboli telum, ſermo ſcilicet hæreticorum, quem vir pſal- C
Ephes. 4. 14. lere ſciens arripit, ut adverſarium vincat, audiens hîc bella, non patiens, nec alicujus vento doc-
Amos. 8. 11. trinæ mobilis inquietus, neſciens famem verbi, & ſcripturæ cæleſtis ubertate ſatiatus, qui vanis hæreticum vocibus perſonantem laceſſere non reformidet. Tunc qui eſt infirmus, exſpectet; ne præjudicium ceteris faciat congreſſu impari. Ve-
Judic. 16. 17. niat David, cui Chriſtus os aperiat ad eloquenda myſteria: veniat ille Nazaræus, cujus capillus non cadat, vel nihil habens ſuperfluum quod D cadere poſſit, vel nihil de ſuperioribus virtutibus amiſſurus, integer ſobrietate, fortis in pace, qui ſenſus omnes uſque in finem, & verba cuſtodiat.

14. Prædicetur Evangelium, ut ſæculum de-
Matth. 24. 14. ſtruatur. Sicut enim præceſſit in orbem terræ Evangelii prædicatio, cui jam & Gothi & Armenii crediderunt, & ideo mundi finem videmus: ita & à viro ſpirituali Evangelium prædicatur, quando omnes ſapientiæ progreſſus, & omnes E virtutes exſequitur, pſallenti mente & ſpiritu, noviſſimam deſtruens mortem; tunc enim finis,
1 Cor. 15. 25. cùm tradiderit in eo Chriſtus regnum Deo & Patri, fueritque iſte ſubjectus ei qui ſibi ſubjecit omnia, ut ſit Deus omnia, in omnibus. Et prædicabitur Evangelium per omnes civitates, id
Pſal. 75. 1. eſt, civitates Judææ: *Notus* enim *in Iudæa Deus.* Tunc enim civitates ædificantur Judææ, quando virtutum fundamenta ponuntur.

ỳ 20. *Cùm videritis circumdari ab exercitu Hieruſalem.* F

15. Vere Hieruſalem ab exercitu obſeſſa eſt, & expugnata à Romano duce. Unde Judæi putaverunt tunc factam abominationem deſolationis, eo quod caput porci in templum jecerint illudentes Romani Judaicæ ritum obſervantiæ. Quod ego nec furens dixerim. Abominatio enim deſolationis, exſecrabilis adventus Antichriſti eſt; eo quod ſacrilegiis infauſtis mentium interiora contaminet: ſedens juxta hiſtoriam in templo, ut ſibi divinæ vindicet ſolium poteſtatis. Juxta interpretationem autem ſpiritalem pulcre inducitur ſtare, eo quod in affectibus ſingulorum veſtigium perfidiæ ſuæ confirmare deſideret, ex Scripturis diſputans eſſe ſe Chriſtum.

16. Tunc appropinquabit deſolatio, quoniam Ibidem.
à vera religione plerique lapſi errore deſciſcent.
Tunc erit Domini dies, quod etiam Apoſtolus 2. Theſſ. 2. & ſeq.
evidenter expoſuit dicens, non timendum eſſe nobis quaſi inſtet dies Domini; ne quis nos ſeducat ullo modo: quoniam niſi venerit diſceſſio primum, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adverſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita ut in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tamquam ſit Deus.

17. Ergo ſedebit in templo, & in templo interiore Judæorum, qui Chriſtum negabunt: in templo non inviolabili, ſed corruptelæ obnoxio, quod aut perfidiæ involvat ruina, aut iracundiæ vis ſubruat, aut cupiditatum ignis exurat. Et bene tunc veniet dies Domini, & breviabuntur dies Matth. 24. 22.
propter electos: quoniam ſicut primus adventus Domini propter redimenda peccata, ita & ſecundus [a] propter reprimenda delicta, ne plures perfidiæ errore labantur.

18. Tunc pſeudo-prophetæ, tunc fames. Repete mihi Eliæ tempora, & invenies tunc prophetas confuſionis, tunc Jezabel, tunc famem, tunc ariditatem terræ. Quia ratione? *Quia abundave-* Matth. 24. 12.
rat iniquitas, refrixerat caritas. Denique juſtus in deſerto, iniquus in regno eſt.

19. Eſt alius Antichriſtus auctor hujus, diabolus ſcilicet, qui meam Hieruſalem, meam animam, certe animam Dei, animam pacificam obſidere nitatur [b] ſuæ legionis exercitu. *Non eſt* Epheſ. 6. 12.
enim colluctatio nobis adverſus carnem & ſanguinem: ſed adverſùs principatus & poteſtates, adverſus mundi hujus rectores, tenebrarum harum. Tunc eſt diſceſſio cùm anima à ſeipſa deſciſcit: & rurſus cùm Dominum cogitat, tremit atque turbatur. [c] Tunc cùm interiora Antichriſtus tenet: donec de medio fiat, injuſtitia exſultat, iniquitas regnat. Tunc fides rara, ut ipſe quaſi addubitans Dominus dixerit: *Tunc veniens Filius hominis, numquid* Luc. 18. 8.
inveniet fidem ſuper terram, vel in noſtra utique terra, vel in orbe terrarum? Sic & alibi: *Domi-* Pſal. 13. 2.
nus reſpexit ſuper filios hominum, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Non quia dubitet Deus, ſed quia ita rara erit in hominibus fides, ut ſecundum opinionem hominum videretur eſſe dubitandum.

20. Ergo quando in medio templi eſt diabolus, deſolatio abominationis eſt, ſecundùm Danie- Dan. 9. 27.
lem prophetam: cùm autem unicuique laboranti Chriſti præſentia ſpiritualis illuxerit, tollitur iniquus è medio, & incipit regnare juſtitia quæ omnem fidelium mentibus evacuat principatum.

21. Eſt etiam tertius Antichriſtus, aut Arrius,

a. Allegorice Trinitatis confeſſio deſcribitur. Porro voces illæ, *triplici ſparto jaculum intorquens*, non haſtam deſignant amentatam, ſed lapidem funda excuſſum. quidquid enim jacimus, non improprie jaculum nominamus: *ſpartum* vero ponitur pro ipſa funda, eo quod funda texatur è funiculis, quos ex illo frutice veteres contorquebant.

a Edit. Amerb. & Rom. cum paucis mſſ. *propter redimenda delicta* Minus commode.

b. Mſſ. fere ad unum, *ſua legis exercitu.* Melius tamen cunctæ edit. *ſuæ legionis exercitu.* Facilis quippe ſcriptorum lapſus trium elementorum omiſſio.

c. Vet. edit ac pauci mſſ. *Tunc cùm iſte Antichriſtus tenet: donec de medio fiat, juſtitia exſulat* Rom. *Tunc Antichriſtus tenet: dum juſtitia exſulat.* Reliqui mſſ. magno conſenſu nobiſcum faciunt; niſi quod pro *interiora*, in quibuſdam tantum legitur *in eo*, non pravo ſenſu.

aut Sabellius; immo omnes ſunt Anticbriſti qui A
Matth. 14. 15. prava nos interpretatione ſeducunt. Et ideo *qui
legit intelligat:* qui intelligit, non ſeducatur, ut
credat falſa pro veris, more utique Judæorum,
qui verum Chriſtum negaverunt; unde conſe-
quens erit ut credant verum eſſe qui falſus eſt:
ſic & arriani, quod negant Chriſto, Antichriſto
non negabunt.

℣. 23. *Væ illis quæ in utero habent, & ubera dant in illis
diebus!*

B
22. Ergo conceptio criminoſa eſt? Atqui liberi
præmia nuptiarum ſunt. Et quomodo Saram
Dominus benedixit, & peperit? Quomodo Anna
oravit, & genuit? Quomodo Rachel filios bene-
dicta ſuſcepit? Numquid erraverunt prophetæ,
quoniam Dominus errare non potuit? Sed in
prophetis quoque Dominus eſt locutus, & ideo
a nec illi errare potuerunt. [a] Quî igitur quadrare
poterit diſcordia litterarum?

23. Sed quia ibi bellum eſt, convertamur ad C
Joan. 16. 21. & 22. ſpiritum pacis; Pax enim dixit: *Mulier cùm par-
turit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus: cùm au-
tem pepererit, jam non meminit triſtitiæ.* Habetis ite-
rum quod ſubjecit: *Et vos modo quidem triſtitiam
habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor
veſtrum*; ut oſtenderet perfectorum eſſe lætari,
nutare infirmorum, quaſi adhuc incerta metuen-
Luc. 17. 27. tium. Sed & hîc in ſuperioribus dixit: *Edebant &
bibebant: nubebant, & uxores ducebant*, ligantes
ſcilicet ſe in hanc vitam, & ſollicitudinibus ſæcu- D
laribus vincientes. Hæ ſunt itaque prægnantes
quibus væ dicitur, quæ aruinam ſuæ carnis ex-
tendant, & quibus intimorum greſſus pigreſcat
animorum, effœtæ virtutum, fœtæque vitio-
rum.

24. Sed nec illæ prægnantes condemnationis
exſortes ſunt, quæ in bonorum actuum molimi-
ne conſtitutæ, necdum aliquos ſuſcepti operis
dedêre proceſſus. Sunt enim & quæ de Dei timo-
Eſai. 26. 18. re concipiunt, quæ dicunt: *De timore tuo concepi-* E
mus & parturivimus. Sed non omnes pariunt,
non omnes perfecti, non omnes poſſunt dicere:
Peperimus ſpiritum ſalutis in terra: non omnes
Mariæ, quæ de Spiritu ſancto Chriſtum conci-
piant, Verbum pariant. Sunt enim quæ aborti-
vum excludant Verbum, antequam pariant:
ſunt quæ in utero Chriſtum habeant, ſed eum
Galat. 4. 19. nondum formaverunt, quibus dicitur: *Filioli
mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in
vobis.* Ergo qui adhuc in utero ſunt, parturiun- F
tur quaſi imperfecti: jam illi perfectiores, qui-
1. Cor. 4. 15. bus dicitur: *Ego vos per Evangelium genui.*

25. Multi patres per Evangelium, & multæ
matres quæ Chriſtum pariunt. Quis mihi igitur
Chriſti monſtret parentes? Ipſe monſtravit, di-
Matth. 12. 48 & 50. cens: *Quæ mihi eſt mater, aut qui fratres? . . . .
Qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt,
ipſe mihi & frater, & ſoror, & mater eſt.* Fac vo-
luntatem Patris, ut Chriſti mater ſis. Multæ
conceperunt Chriſtum, & non genuerunt. Ergo

A quæ parit juſtitiam, Chriſtum parit: quæ parit
ſapientiam, Chriſtum parit: quæ parturit ver-
bum, Chriſtum parturit.

26. Eſt etiam quæ parturivit injuſtitiam, &
peperit iniquitatem. Iſtis væ prægnantibus, quæ
corpore graves, ad evadendum periculum pi-
griores ſunt; Iſtis væ, quibus futuri partus, quo Matth. 24. 8.
corpus omne concutitur, [b] dolor ingeritur. His b
futuri ſigna judicii initia ſunt dolorum.

27. Docuit etiam Moyſes eſſe prægnantem, Exod. 21. 22.
B quam ſi duo conculcaverint litigantes, aborti-
vum cito incidat. Et ideo bona femina litem fu-
giat, pacem ſequatur, ut partum poſſit abſolve-
re: nec novem menſium tempus exſpectet, verbi
partus non in tempore, ſed diligentiæ plenitudi-
ne eſt. Conſummatus autem in brevi juſtus ex- Sap. 4. 13.
plevit tempora multa. At contra cito anima im-
perfecta calcatur, & verbum quod concepit,
amittit. Sed væ illi qui ſcandalizaverit unum de Marc. 9. 41.
puſillis iſtis! Væ illi qui prægnantem calcaverit!
C Nam ſi informe adhuc pignus excluſerit, pecu-
niæ jactura eſt: ſi vero formatum, reddet ani-
mam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro
dente, manum pro manu.

28. Sed cur oculum aut manum, cùm aborti-
vus & manum habeat, & oculum habeat, qui jam
formatus excuſſus eſt? Unde apparet pro eo
modo quo nocuit, unumquemque damnandum.
Si enim catechumenum quis vel hæreticus vel
ſchiſmaticus tamquam de utero vel animæ vel
D Eccleſiæ parturientis excuſſerit, levius punitur:
ſi fidelem, gravius. Et ideo cavendum ne cum
talibus litigando Eccleſiam calces; ſtultas enim 2. Tim. 2. 23.
pugnas, & ſine diſciplina quæſtiones devita,
ſciens quia generant lites, quibus Eccleſia quaſi
parturiens totius corporis conculcatione vexe-
tur.

29. Ergo cito reple ventrem tuum, ut citius
poſſis partum edere. Audi quomodo repleas, &
quibus repleas: *Ex fructu*, inquit, *oris ſui vir im-* Prov. 18. 20.
E *plevit ventrem ſuum: fructibus autem labiorum ſuo-
rum ſatiabitur.*

30. De nutrientibus quoque docuit me illud 1 Reg. 3. 25.
Salomonis ſublime judicium, & illa duarum con-
tentio feminarum, quod etiamſi jam partus do-
lore ſint abſolutæ, adhuc tamen [c] confidendo- c
rum pignorum metu nutent; quia per temulen-
tiam nutrientis ſomnus obrepat, parvulum ma-
ter opprimat, neget ſuum, quærat alienum: ſed
& illa quæ filium non peremit, periclitatur ſuo;
F quia judicii hæret incerto.

31. Ergo & nos, ne quaſi imperfectorum paren-
tes operum aut judicii dies, aut mortis inveniat,
parvulos noſtros ablactare properemus. Ablacta- Gen. 21. 8.
tus Iſaac non fuit ſomno matris obnoxius; &
ideo epulum magnum exhibuit Abraham, quan-
do ablactavit filium. Ablactatus David retribu- Pſal. 130. 2.
tionem animæ ſuæ ſperat; non enim ut Corin- 1. Cor. 3. 2.
thius in primordio fidei, eſcæ adhuc invalidus
fortiori, lacte potatur: ſed jam pane ſolido fir-
matus in plenitudinem perfectæ ætatis adoleve-

a. Edit. Era. & Gill. in margine ac Rom. in textu cum mſſ. nonnullis. *Quid ergo? Errare poterit diſcordia litterarum?* Eædem edit. Era. & Gill. in textu cum Amerb. maximaque parte mſſ. *Quid* (mſſ. aliquot, *quis*) *quadrare poterit diſcordiam litterarum?* Elegantius vero Corb. & alii quidam, quos ſecuti ſumus.

b. Cunctæ edit. & pleraque mſſ. *dolor integer.* Alii mſſ. partim *dolor ingreditur*: partim, *dolor ingeritur.* Et hoc ultimum elegantius. Iterum ubi omnes edit. *abortivum cito inducant*, mſſ. contra prope ad unum habent, *abortivum cito incidat*, ſubintellige *corpus*, vel potius *pignus*, quæ vox infra non ſemel adhibetur.

c. Plures mſſ. atque omnes edit. exceptis ultimis Pariſ. præferunt, *confirmandorum pignorum.* Potior tamen alia lectio.

rat. Ergo non ſatis eſt cura generandi, niſi ſup- A petat efficacia nutriendi.

32. Itaque & tibi tamquam Mariæ verbum Dei creſcar, ſapientia & ætate proficiat. Qnod ita fit, ſi omnia dicta juſtitiæ in corde cuſtodias, nec ſenecturis tempus exſpectes: ſed in prima ætare deſponſata alii viro juſto ſapientiam ſine corruptela corporis tui cito concipias, cito parias, cito *Act. 9. 21.* nutrias. Vide mihi Paulum heſterno perſequentem, hodie eredentem, die eraſtina prædicantem.

Matth. 24. 20. 33. *Orate ne fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbato.* B Cùm judicii die venturus ſit Dominus, ante quem ignis ardehit; ignis autem vis aut ſemper eadem, aut citius adurat æſtate: quomodo orandum dicit ne fuga noſtra hyeme fiat; niſi forte quia is qui in montes fugit, frigus & glaciem, procellas & grandinem delictorum timere dehet, & optare æſtivæ lucis ſerenitatem, ne lubrico corporis veſtigia infirma lahantur?

34. Unde & illa jam ſecura proceſſu, jam firmis *Cant. 2. 11. & 12.* radicihus nixa lætatur, dicens: *Hyems abiit, tempus ſecandi advenit*; C hyeme enim arhores ventus ſuo honore deſpoliat, & aſperitas frigoris teneras frondes in ſpeciem mortis interficit: vere autem reſurgunt ſemina, & tamquam nova æſtas naturæ viridantis adoleſeit. Vere paſcha eſt, quando ſervatus ſum: æſtate eſt Pentecoſte, quando reſurrectionis gloriam celebramus ad inſtar futuri.

35. Orandum etiam ne ſabbato te, hoe eſt, ah operihus otiantem veniens Dominus deprehen- D dat. Et ideo juxta Legem operare diem in die, & eſto ſpiritu ferventi, & labore pervigili. Nee *Levit. 23.* otioſum illud, quia ſcriptum eſt: *Sabbato humiliabis animam tuam*: & quia ſeptuaginta annis populus in captivitatė duravit, tune violata religio, ohtrita libertas, pudicinia vulnerata. Ergn tunc tibi emigrandum ex hae vita, quando virtutes vigent, vitia captiva ſunt: non quando captiva eſt anima, vigor & virtus vacat corporis, & peceata dominantur.

℣. 25. *Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis.*

36. Et prophetiæ vera ſeries, & integra cauſa myſterii, quòd & captivi Judæi ſecundo in Babyloniam, Aſſyriamque ducentur, caprivi in toto erunt orbe, quia negaverunt Chriſtum: & Hieruſalem quæ videtur, ah hoſtili exercitu calcabitur, cadentibus Judæis in ore gladii: & Judæa omnis à nationibus credituris ſubjicietur in ore gladii ſpiritalis, qui eſt ſermo his acutus: & fient F ſigna diverſa in ſole & luna & ſtellis.

37. Quæ ſigna ſecundùm Matthæum eviden- *Matth. 24. 29.* tius exprimuntur: *Tunc*, inquit, *ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtella cadent.* Plurimis enim à teligione deficientibus, clara fides obſcurahitur nube perfidiæ; quia mihi ſol ille cæleſtis mea fide vel minuitur, vel augetur. Quemadmodum ſi plurimi radios mundani ſolis adſpiciant, pro captu videntis aut pallidior ſol videtur, aut clarior: ita pro devotione credentis unicuique ſpiritale lumen infunditur. Et quemadmodum menſtruis curſibus luna vel terræ oppoſitu cùm fuerit è regione ſolis, vaneſcit: ſic & ſancta Eccleſia, cùm lumini cæleſti vitia carnis obſiſtunt, fulgores divini luminis de Chriſti radiis non poteſt mutuari. Nam in perſecutionibus lucem Dei ſolus plerumque amor vitæ hujus excludit.

38. *Stella cadent*, illi utique reſurrectionis gloriâ jam micantes, illi viri ſicut luminaria in ſæculo verbum vitæ continentes, illi viri de quibus Ahrahæ dictnm eſt, quia ſicut cælum fulget & *Gen. 15. 16.* ſtellæ, ſic & ſemen ejus. Excident ergo hominibus patriarchæ, excident prophetæ, ſi perſecutionis acerhitas convaleſcat: quæ oportet fieri, B donec Eccleſiæ in omnibus virtutum, in ſingulis plenitudo cumnletur; ſic enim prohantur boni, ſic produntur infirmi. Ergo varii animorum æſtus ita graves erunt, ut delictorum multitudine male conſciis, futuri judicii metu, ſacri in nohis ros fontis areſcat; aret enim perfidia, fides rorat.

Nam virtutes in cælo commovebuntur: & tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus. *℣. 26. & 27.*

C 39. Fortaſſe quemadmodum Domini exſpectatur adventus; ut ejus præſentia in toto fiat vel hominis orbe vel mundi, quæ fit utique in ſingulis, cùm omnihus affectibus receperint Chriſtum: ſic etiam virtutes cælorum adventu domini Salutaris ac reditu, eſt enim virtutum Domi- *Pſal. 23. 10.* nus, augmentum gratiæ conſequantur neceſſe eſt, & plenitudine divinitatis propius ſe infundente moveantur.

40. Sunt eriam virtutes cælorum quæ enar- *Pſal. 18. 1.* D rant gloriam Dei, quæ pleniore Chriſti infuſione moveantur, virtutes ſpiritales, quæ vident Chriſtum. Docuit nos David quemadmodnm hæ moveantur virtutes, dicens: *Accedite ad eum, & illuminamini.* *Pſal. 33. 6.* Docuit etiam Paulus quemadmodum *2. Cor. 3. 16.* Chriſtum videas; cùm enim converſus fueris ad Dominum, aufertur velamen, & vides Chriſtum.

41. Vides illnm in nubibus. Non equidem puto quod in caligine tenebroſa & horrore pluvia- E li Chriſtus adveniat; nubes enim quando videntur, cælum urique caliganti horrore ſuhtexunt. Et quomodo in ſole poſuit tahernaculum ſuum, *Pſal. 18. 6* ſi pluvialis erit ejus adventus?

42. Sed ſunt nubes quæ, quia ſic oportet, cæleſtis obtexunt myſterii claritatem: ſunt nubes quæ rore gratiæ ſpiritalis humeſcant. Adſpice nuhem in veteri Teſtamento: *In columna*, inquit, *Pſal. 98. 7.* *nubis loquebatur ad eos.* Per Moyſen urique loquebatur, per Jeſum Nave, qui ſolem ſtatuit; ut ple- *Joſue 10. 12.* F nioris luminis acciperet claritatem. Ergo Moyſes & Jeſus nubes ſunt. Adſpice quia viri ſancti nuhes ſunt, qui ſicut nubes volant, & quaſi columbæ cum pullis. Super me nuhes ſunt Eſaias, *Eſai. 60. 8.* Ezechiel, qui mihi per Cherubim & Seraphim ſanctitatem divinæ Trinitatis oſtendunt. Nubes ſunt omnes prophetæ: in his nubihus venit Chriſtus. Venit in nnbe in Canticis canticorum, *Cant. 5. 11.* ſerena nube, & Sponſi refulgens lætitiâ. Venie & in nnbe levi incarnatus ex Virgine; vidit enim *Eſai. 19. 1.* Propheta ſicut nubem venire ah oriente. Et bene levem nubem dixit, quam terrena vitia non gravarent. Vide nuhem, in quam Spiritus *Luc. 1. 35.* ſanctus ſupervenit, & virtus Altiſſimi ohumbravit.

43. Cùm ergo apparuerit Chriſtus in nubibus, *Matth. 24. 30.*

concidenr ſe Tribns terræ; eſt enim quidam ordo A
criminum, & ſeries peccatorum, quæ Chriſti di-
rimatur adventu.

℣. 29. & 30. *Videte ficulneam & omnes arbores, cùm producunt
jam ex ſe fructum, ſcitis quia prope eſt æſtas.*

44. Diverſo quidem modo, in unum tamen
concurrere videtur Evangeliſtarum ſententia;
Matth. 24. 32. Matthæus enim de ſola dixit ficnlnea, cùm ra-
mus ejus tener fuerit: hic de arboribus omni-
bus. Verum ſive cùm fructus in omnibus vireſ- B
cit arboribus, & ficulnea fœcunda jam floret, ut
omnis lingua confiteatur Deo, confitente etiam
populo Judæorum; ſperare Domini debemus
adventum, quo tamquam temporibus æſtivis
reſurrectionis fructus metentur: ſive cùm levem
fragilemque jactantiam bomo iniquitatis tam-
quam folia Synagogæ ramus, induerit; conjice-
re debemus appropinquare judicium: nam re-
munerare fidem Dominus, & delinquendi finem
adferre feſtinat. C

45. Duplicem igitur habet figuram hæc ficul-
nea, vel cùm dura miteſcunt, vel cùm peccata
luxuriant. Nam per fidem credentium quæ are-
bant ante, florebunt: & per gratiam delictorum
peccatores gloriabuntur: ibi fructus eſt fidei, hîc
Luc. 13. 9. perfidiæ laſcivia. Fructum mihi ficulneæ agrico-
læ Evangelici cultura promittit, deſperare non
debemus, ſi foliis ficulneæ peccatores ſe tamquam
fraudis veſte texerunt, ut conſcientiam velarent:
Gen. 3. 7. ergo folia ſuſpecta ſine fructu. Tales veſtes para- D
diſi exſules habent.

Cap. 22. ℣. 10. *Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret
vobis homo amphoram aquæ portans.*

a 46. Bonum eſt conſiderare ubi Dominus [a] paſ-
Matth. 26. 18. cha faciat. Secundùm Matthæum habes: *Ite in
civitatem ad quemdam.* Primum majeſtatem divi-
nitatis adverte. Cum diſcipulis loquitur, & jam
novit quid alibi ſit futurum. Deinde dignatio-
nem ejus intuere; quia non perſona divitis aut E
potentis eligitur: ſed pauper ambitur, & anguſ-
tum hoſpitium pauperis amplis nobilium ædi-
bus antefertur. *Ite*, inquit, *ad quemdam.* Sciebas,
b Domine, nomen ejus, [b] cujus ſciebas miniſte-
rium, ſciebas miniſterium cujus ſciebas occur-
ſum: ſed ideo ſine nomine deſignatur, ut igno-
bilis æſtimetur. Nihil hîc compoſitum, ubi non
exprimitur perſona, ſed cauſa. Secundùm Mar-
Marc. 14. 13 cum autem, *Lagenam aquæ portans.* Hic ergo
apoſtolis mandatur ſequendus. F

℣. 11. 47. Et quomodo paterfamilias? Ut agnoſcas
℣. 12 ſanctitatis definitionem eſſe, non cenſus. Quo-
* modo [*] in ſuperioribus habens ſtratum magnum?
Ut magnum meritum ejus advertas, in quo Do-
minus cum diſcipulis ſublimium virtutum ejus
delectatione requieſceret. Utinam ergo mihi
contingat amphoram aquæ portare, contingat
lagenam aquæ portare, quam portat paterfa-
milias, habens in ſuperioribus ſtratum magnum.
Quid eſt enim amphora, niſi [c] menſura perfec- c
tior? Non mediocres qui menſuram habent.
Denique Dominus: *Menſuram*, inquit, *bonam* Luc. 6. 38
commotam, ſuperfluentem dabunt vobis.

48. Nam de aqua quid loquar? Super aquam
ante ipſos mundi natales ſanctus, ut legitur, Spiri- Gen. 1. 2.
tus ferebatur. O aqua, quæ humano adſperſum
ſanguine, ut præſentium lavacrorum figura præ-
cederet, orbem terrarum laviſti! O aqua, quæ
ſacramentum Chriſti eſſe meruiſti, quæ lavas
omnia, nec lavaris! Tu incipis prima, tu com-
ples perfecta myſteria. A te principium, in te
finis: vel potius tu facis ut finem neſciamus. Per
te fœtor tabidæ carnis aboletur, & pereuntia
ſitu viſcera [*] adſperſo ſale, in multam ſervantur *
ætatem. Per te arentibus æſtu corporibus dulcis
ad gratiam, ſalutaris ad vitam, ſuavis ad volupta-
tem potus infunditur. Tu nomen prophetis &
apoſtolis, tu nomen Salvatori dediſti: illi nubes Eſai. 60. 8.
cæli, [d] illi ſal mundi, iſte fons vitæ eſt. Quæ mon- d Matth 5. 13.
tibus preſſa non clauderis, quæ ſcopulis illiſa
non frangeris, quæ terris infuſa non deficis: ſed Iohan. 7. 38.
intimis ſcaturiens venis, aut ſpiritum incluſa vi-
talem inhalas, aut ſuccum infuſa fertilem præſ-
tas, [e] aut rigatu ſuperfuſa ad commodum ſubmi- e
niſtras; ne ſiccatis exinanita vitalibus, ſolemnes
neget terra proventus. Omnium elementorum
ſubſtantia, cælum, aer, mare, & terra te reddunt.
Te prophetico percuſſa tactu, ut ſitientium riga- Exod. 17. 6
res corda populorum, vomuit petra: te, cùm de Iohan. 19. 34.
latere Salvatoris erumperes, percuſſores vide-
runt, & crediderunt: & ideo regenerationis
noſtræ de tribus una es teſtibus; tres enim teſtes 1. Iohan. 5. 8.
ſunt, aqua, ſanguis, & ſpiritus. Aqua ad lava-
crum, ſanguis ad pretium, ſpiritus ad reſur-
rectionem.

Et ego quidem diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi ℣. 29.
Pater meus regnum.

49. Regnum Dei non eſt de hoc mundo. Non
ergo æqualitatis homini ad Deum, ſed ſimili-
tudinis æmulatio eſt; ſolus enim Chriſtus eſt ple-
na imago Dei, propter expreſſam in ſe paternæ
claritudinis unitatem: juſtus autem homo ad
imaginem Dei eſt, ſi propter imitaodam divinæ
converſationis ſimilitudinem mundum hunc Dei
cognitione contemnat, voluptateſque terrenas
verbi Dei perceptione deſpiciat, quo alimur in
vitam; unde & corpus Chriſti edimus, ut vitæ De conſec. diſt. 2 cap. In quibus. §. Corpus.
æternæ poſſimus eſſe participes. Non enim victus
& potus nobis præmii loco ſpondetur & hono-
ris, ſed communicatio gratiæ cæleſtis & vitæ:
neque duodecim throni tamquam aliqua corpo- ℣. 30.
ralis ſunt receptacula ſeſſionis; ſed quia ſicut ſe-
cundum divinam ſimilitudinem judicat Chriſtus
cognitione cordium, non interrogatione facto-

a. Mſſ. nonnulli, *ad paſcha*, (unus, *in paſcha*) *veniat.*

b Ita decem mſſ. melioris notæ. Alii, & edit. *cujus ſciebas miniſterium, cujus ſciebas occurſum*

*. Innuit Ambroſius veterem conſuetudinem cœnandi in ædium parte ſuperiori; unde cœnaculum Marco 14. 15. dicitur [illegible]: qua de re conſule Criticos ſacros in eum locum, nec non Stuckium *Antiq. conviv.* lib. 2. cap. 14.

c. Omnes propemodum mſſ. *menſura perfectior, non mediocrem menſuram habens?* Potiores tamen hoc loco videntur edit.

*. Quum ex hoc loco, tum ex Origenis, Auguſtini, & aliorum teſtimoniis antiquitatem ritus illius, quo ſal catechumenis in os inſeritur, oſtendit Joſ. Vicecomes *De Antiq. Bapt. rit. ac carem.* lib. 2. cap. 41.

d. Pleriqne mſſ. *ille ſal* (nonnulli, *ille ſalvator*) *mundi: tu fons vitæ es, quæ* &c.

e. Mſſ. non pauci, & ant. edit. *aut rigatum ſuperfuſa ad commodum ſubminiſtras, ne ſiccatis exanimata* &c. Edit. Rom. hinc tantum expunxit præpoſitionem, quam forte melius cum adjectivo conjunxiſſet, ut eſſet *adcommodum*, pro *accommodum*, ut nunc ſcribimus. Mſſ. vero plures ac potiores nobiſcum faciunt. Ita porro locum interpretare ac ſi legeres, *aut rigata ſuperfuſa ad utilitatem illud ſubminiſtras, ne videlicet* &c.

rum, virtutem remunerans, impietatemque con- A demnans : ita & apoſtoli in judicium ſpiritale formantur remuneratione fidei, & exſecratione perfidiæ, virrute errorem redarguentes, ſacrilegos odio perſequentes.

50. Convertamur igitur, & caveamus ne in perditionem aliqua inrer nos de prælatione poſ-
Matth. 4. 20. ſit eſſe contentio; ſi enim contendebant apoſtoli, non excuſationi obtenditur, ſed cautioni proponitur. Si Petrus aliquando convertitur, qui ad primam Domini ſecutus eſt vocem, quis poteſt B dicere cito ſe eſſe converſum? Cave ergo jactantiam, cave ſæculum; ille enim confirmare
Luc. 18. 28. jubetur fratres ſuos qui dixit : *Omnia dimiſimus, & ſecuti ſumus te.*

a 51. Deinde contuendum eſt quia [a] non omnis honorificentiæ ſtudio bumilitas definitur; potes enim deferre alicui propter ſæculi gratiam, potentiæ metum, utilitatiſque contuitum. Tua ædificatio quæritur, non alterius bonor : & ideo una datur omnibus forma ſententiæ, ut non de C prælatione jactantia ſit, ſed de humilitate contentio; eoque ſe Dominus proponit imitandum. Egebamus omnium, ipſe nullorum; & ramen præbuit ſe humilitatis auctorem, cùm diſcipulis miniſtraret. Quod utique non faciebat ſtudio urilitatis, ſed exercitatione virtutis.

℣. 31. 52. Petrus autem etſi ſpiritu promtus, corporis tamen adbuc infirmus affectu denuntiatur Dominum negaturus; neque enim poterat divinæ conſtantiam intentionis æquare. Paſſio Domini D æmulos habet, pares non babet. Ita non reprehendo quod negavit, laudo quod flevit. Aliud commune conditionis eſt, aliud ſpeciale virtutis. Et ideo inſtruitur ad cavendum, non cogitur ad negandum.

℣. 36. *Qui nunc habet*, inqnit, *ſacculum tollat ſimiliter & peram : & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat ſibi gladium.*

53. O Domine, cur emere me jubes gladium, qui E ferire me prohibes? Cur habere præcipis, quem vetas promi? Niſi forte ut ſit parata defenſio, non ultio neceſſaria; & videar potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe. Lex tamen referire non vetat, &
℣. 38. ideo fortaſſe Petro duos gladios offerenri : *Satis eſt*, dicis, quaſi licuerit uſque ad Evangelium; ut ſit in Lege æquitatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio.

54. Multis boc iniquum videtur : ſed non iniquus Dominus, qui cùm ſe poſſet ulciſci, maluit F immolari. Eſt enim gladius ſpiritalis, ut vendas patrimonium, emas verbum, quo nuda mentis penetralia veſtiuntur. Eſt etiam gladius paſſionis, ut exuas corpus, & immolaræ carnis exuviis ematur tibi ſacri corona martyrii : quod ex benedictionibus Dominicis colligere potes, qui ſummam omnium coronam, ſi quis perſecutionem patiatur pro juſtitia, prædicavit. Denique ut ſcias quia de paſſione locutus eſt, ne turbaret diſcipulorum A animos, de ſe exemplum protulit, dicens : *Quoniam boc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me, quod & cum injuſtis deputatus eſt.* ℣. 37.

55. Movet tamen adhnc quod duos gladios diſcipuli protnlerunt; ne forte nnum novi, alterum veteris Teſtamenti, quibus adverſus diaboli armamur inſidias? Denique dicit Dominus : *Satis eſt*, quaſi nihil deſit ei, quem utriuſque Teſtamenti doctrina munierit.

B *Pater, ſi poſſibile eſt, transfer à me calicem iſtum.* ℣. 42.

56. Hærent plerique boc loco, * qui triſtitiam ℣. 43. Salutaris ad argumentum inolitæ potius à principio, quàm ſuſceptæ ad tempus infirmitatis inclinant, & naturalis ſenſum cupiunt detorquere ſententiæ. Ego autem non ſolùm excuſandum non puto, ſed etiam nuſquam magis pietatem ejus majeſtatemque demiror; minus enim contulerat mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum. Ergo pro me doluit, qui pro ſe nibil habuit quod dole- C ret : & ſequeſtrata delectatione divinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur. Suſcepit enim triſtitiam meam, ut mihi ſuam lætitiam largiretur : & veſtigiis noſtris deſcendit uſque ad mortis ærumnam, ut nos ſuis veſtigiis revocaret ad vitam. Confidenter ergo triſtitiam nomino, quia crucem prædico; neque enim ſpeciem Incarnationis ſuſcepit, ſed veritatem. Debuit ergo & dolorem ſuſcipere, ut vinceret triſtitiam, non excluderet. NEQUE ENIM habent fortirudinis D laudem, qui ſtuporem magis vulnerum tulerint quam dolorem : *Homo enim in plaga, & ſciens*, Eſai. 53. 3. inquit, *ferre infirmitates.*

57. Nos vult erudire; ut quia in Joſepb didiceramus carcerem non timere, mortem vincere diſceremus in Cbriſto : & quod eſt amplius, quemadmodum futuræ mortis mœſtitiam vinceremus. Quomodo enim te imitaremur, domine Jeſu, niſi ſequeremur ut hominem, niſi mortuum crederemus, niſi vulnera vidiſſemus? Quemad- E modum diſcipuli crederent fuiſſe moriturum, niſi morituri triſtitiam comperiſſent? Sed adhuc dormiunt, & neſciunt dolere, pro quibus Chriſtus dolebat; ita enim legimus : *Quia peccata noſtra* Eſai. 53. 4. *portat, & pro nobis dolet.* Doles ergo, Domine, non tua, ſed mea vulnera : non tuam mortem, ſed noſtram infirmitarem : & nos æſtimavimus te eſſe in doloribus, cùm tu non pro te, ſed pro me doleres; infirmatus enim es, ſed propter peccata Eſai. 53. 5. noſtra : non quia illa tibi infirmitas erat ex Patre F adſumta, ſed pro me ſuſcepta; quia mihi proderat ut eruditio pacis noſtræ eſſet in te, & livore tuo vulnera noſtra ſanares.

58. Sed quid mirum ſi pro omnibus doluit, qui pro uno flevit? Et quid mirum ſi moriturus pro Iohan. 11. 35. omnibus tædeat, qui Lazarum reſſuſcitaturus illacrymat? Sed & ibi piæ ſororis lacrymis commovetur; quia meutem bumanam tangebant : & hîc alto operatur affectu, ut quia in carne ſuâ peccata noſtra perimebat, mœrorem quoque

[a] Omnes edit. *non omnis honorificentia ſtudium humilitatis*, (Rom. *humilitas*) *definitur*. Scripti cod. magno numero, ut noc in textu. Poſt voces autem, *non omnis honorificentia*, ſubintelligendum eſt, *alius exhibenda*; quemadmodum ſequentia planum faciunt.

* Hic verbis caſtigantur apollinariſtæ, qui teſte Epiphanio Hær. 77 num. 33. pervicaciter contendebant *etiam divinitatem Chriſti paſſam eſſe* : aut forte, ut ait B. Th. in Matthæum, à quibus adfirmabatur in Chriſto *Verbum eſſe loco animæ . . . ut omnia quæ ad defectum pertinent, ad Verbum referrentur*. Et hoc tota ferme orationis confirmatur. Falſus eſt ergo Maldonatus ſi ad huncce locum reſpexit, cùm in cap. 26. Matthæi ſcripſit Ambroſii auctoritate olim exſtitiſſe *qui negarent veram in Chriſto fuiſſe triſtitiam*. Verum quidem eſt infra reperiri nonnulla quibus Manichæi Chriſtum vere paſſum eſſe negantes perſtringantur, ſed hoc obiter, ac levi manu.

animæ noſtræ, ſuæ animæ mœror aboleret. Et A
fortaſſe ideo triſtis eſt, quia poſt Adæ lapſum
tali tranſitu nobis erat ex hoc ſæcnlo receden-
Sap. 1. 13. dum, ut mori eſſet neceſſe: *Deus enim mortem non*
fecit, nec lætatur in perditione vivorum; & ideo
faſtidit quod ipſe non fecit.

59. Denique ait: *Transfer à me calicem iſtum*,
quaſi homo mortem recuſans, quaſi Deus ſen-
tentiam ſnam ſervans; oportet enim mori nos
a ſæculo, [a] ut reſurgamus Deo; ut juxta divinam
Gen. 3. 19. ſententiam lex maledictionis, reſoluto in terræ B
limum naturæ fine, ſolvatur. Quod autem ait:

℣. 42. *Non mea voluntas, ſed tua fiat.*

60. Suam ad hominem retulit: Patris, ad divi-
nitatem; volnntas enim hominis temporalis, vo-
luntas divinitatis æterna. Non alia voluntas Pa-
tris, alia Filii; una enim volnntas, ubi una divi-
nitas. Diſce tamen Deo eſſe ſubjectus; ut non
quod ipſe vis eligas, ſed quod Deo ſcias eſſe
placiturum. C

61. Deinde verborum ipſorum proprietatem
Matth. 26. conſideremus: *Triſtis eſt*, inquit, *anima mea*. Et
38. alibi: *Nunc anima mea turbata eſt valde*. Non ergo
Pſal. 6. 4. ſuſcipiens, ſed ſuſcepta turbatur; anima enim
obnoxia paſſionibus, divinitas libera. Denique,
Matth. 26 *Spiritus promtus, caro autem infirma*. Triſtis autem
41. eſt non ipſe, ſed anima. Non eſt triſtis ſapientia,
b non divina ſubſtantia, [b] ſed anima. Suſcepit cor-
pus meum: non me fefellit, ut aliud eſſet, aliud
videretur. Triſtis videbatur, & triſtis erat, non D
pro ſua paſſione, ſed pro noſtra diſperſione. De-
Matth. 26. nique ait: *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves*
31. *gregis*. Triſtis erat, quia nos parvulos relinque-
bat. Ceterum quam conſtanter ſe morti obtule-
Johan. 18 rit, Scriptura declarat; quandoquidem quæ-
4 rentibus occurrit, turbatos confirmavit, trepi-
dos provocavit, proditorem oſculi dignatione
ſuſcepit.

62. Nec illud diſtat à vero, ſi triſtis erat pro
perſecutoribus ſuis, quos ſciebat immanis ſacri- E
Luc. 22. legii pœnas daturos. Et ideo dixit: *Transfer hunc*
42. *calicem à me*; non quia Dei Filius mortem time-
c bat, ſed quia vel malos petire nolebat. [c] Deni-
Ibidem. 23. que ait: *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum*, ut
14. paſſio ſua eſſet omnibus ſalutaris.

℣. 48. *Iuda, oſculo Filium hominis tradis?*

63. Magna divinæ ſignificatio poreſtatis, magna
diſciplina virtutis. Et conſilium proditionis ape-
ritur, & adhuc patientia non negatur. Oſtendiſti, F
Domine, quem proderet, dum occulta manifeſ-
tas. Oſtendiſti etiam quem traderet, dum dicis:
Filium hominis; quia caro, non divinitas com-
prehenditur. Illud tamen plus confutat ingra-
tum, quod eum tradiderit, qui cùm eſſet Dei
Filius, propter nos tamen Filius hominis eſſe vo-
luiſſet. Quaſi dicat: Propter te ſuſcepi, ingrate,
[d] quod tradis. En hypocriſin. Ergo per interro- d
gationem pronuntiandum puto, quaſi amantis
affectu corripiat proditorem: *Iuda, oſculo Filium*
hominis tradis? Hoc eſt, amoris pignore vulnus
infligis, & caritatis officio ſanguinem fundis, &
inſtrumento pacis mortem irrogas? Servus do-
minum, diſcipulus prodis magiſtrum, electus
auctorem? Hoc eſt illud: *Utilia vulnera amici*, Prov. 27.
quam voluntaria oſcula inimici. Proditori hoc: pa- 6
cifico verò quid dicitur? *Oſculetur me ab oſculis* Cant. 1. 1.
oris ſui.

64. *Et oſculatus eſt*, inquit, *eum*. Non quo ſimu- Matth. 26.
lare nos doceat, ſed ut neque proditionem refu- 49.
gere videretur, & plus afficeret proditorem, cui
amoris officia non negaret; ſcriptum eſt enim:
Cum odientibus pacem eram pacificus. Pſal. 119.

65. Et ſigno dato, inquit, ab iis qui cum fuſti- 7. Matth. 26.
bus venerant, comprehenditur: ſed Dominum 50.
omnium myſteria non arma tenuerunt. Denique
locutus eſt, & ceciderunt retrorſum. Quo mihi Iohan 18.
legiones Angelorum, quo cæleſtis exercitus? Vox 6.
Domini ſola plus terret. Hanc ille ad demonſ-
trandum divinæ majeſtatis indicium, qui in pec-
tore Chriſti recumbebat, eligit. Volenti ergo
injicit manus turba, nectuntur vincula. O amen-
tes! O perfidi! non ſic comprehenditur ſapien-
tia, non ſic renetur juſtitia.

66. Nec diſcipulorum ſtudia defuerunt. Deni- ℣ 49. &
que Petrus eruditus io Lege, promtus affectu, 50.
qui ſciret Phineæ reputatum ad juſtitiam quod Pſal. 105.
ſacrilegos peremiſſet, percuſſit principis ſervum. 31.
Sed Dominus vulnera cruenta deterſit, myſteria ℣. 51.
divina ſubjecit; ut ſervus principis mundi, hoc
eſt, non naturæ conditione ſed culpæ, ſæcularium
famulus poteſtatum, auris ſuæ vulnus exciperet;
quia non audiſſet verba ſapientiæ. *Omnis denique* Iohan. 8.
qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Peccatis, inquit, 14. Eſai 50. 1.
veſtris venditi eſtis. Venditio propter peccata
noſtra: propter bonitatem autem Dei redemtio
peccatorum. Aut ſi Petrus volens percuſſit au- 24. quæſt. 1.
rem, docuit quod aurem habere in ſpecie non c. Si Petrus.
deberent, quam in myſterio non habebant. Sed
bonus Dominus & ipſi refundit auditum, ſecun-
dum prophetica dicta demonſtrans & ipſos, ſi Eſai 35.
convertantur, poſſe ſanari, qui in paſſione Do- 10.
mini vulnerati ſunt; eo quod omne peccatum
fidei myſteriis abluatur.

67. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus?
Quia ipſe eſt qui accepit claves regni cælorum: Matth. 16.
ille enim condemnat, qui & abſolvit; quoniam 19
idem & ligandi & ſolvendi adeptus eſt poteſta- Ibidem.
tem. Tollit antem aurem male audientis: tollit
autem gladio ſpiritali aurem interiorem male
intelligentis.

a. Ita cuncti mſſ. ac vet. edit. niſi quod hæ illorumque non-nulli legunt .... *lex maledictionis reſoluta*. Et alii duo *reſoluto terra*, (unus, *in terram*) *limo* Minus commode. Rom. vero locum immutavit in hunc modum, *ut corpore juxta divinam ſententiam, in terra limum natura fine reſoluto, ſpiritu reſurgamus Deo*.

b. Omnes edit. cum uno aut altero mſſ. *ſed anima; ſuſcepit enim animam meam, ſuſcepit corpus meum*. Mſſ. vero ceteri & Synodus Hiſpal. 2. ubi hic locus allegatur, in noſtram lectionem conſentiunt; excepto quod in mſſ. aliquam multis, ac margine memoratæ Synodi legitur, *ſed anima, quæ ſuſcepit* &c. Minus apposite

c. Rom. edit. ſola, *unde ait: Pater dimitte illis hoc peccatum*. Vet. autem ac mſſ. hoc tantum inter ſe diſſentiunt, quod plurimi mſſ. nobiſcum legunt *Domine*, alii aliquot & edit. præferunt, *Pater*. At vero ubi omnes edit. habent, *ne exitialis eſſet populo paſſio ſua, futura omnibus ſalutaris*. mſſ. omnes omnino noſtram adſtruunt lectionem.

d. Edit. Gill. & Rom. cum paucis mſſ. *quod trades in hypocriſi. Ergo* &c. nimirum ut *in hypocriſi*, ad exſecrandam perfidi illius diſcipuli ſimulationem referatur. Amerb. Era. cum aliquot mſſ. *quod tradis. In hypocriſim* (Era. *in hypocriſi*.) *ergo* &c. ubi per *hypocriſin* nihil aliud ſignificatur, quam imitatio ſeu modus exprimendi affectum, quo pronuntiata ſunt verba Servatoris, ὑπόκρισις enim proprie imitandi actionem ſonat. Et hoc etiam ſenſu accipienda videtur lectio Carh. & aliorum quorumdam mſſ. quam ſequimur.

68. Caveamus ne cui tollatur auricula. Legi- A tur paſſio Domini: ſi ad divinitatem ejus referimus infirmitatem corporeæ paſſionis, exciditur auricula, & exciditur à Petro, qui non paſſus eſt Chriſtum prophetam æſtimari: ſed Dei Filium docuit fideli confeſſione ſignari. Ergo cùm legimus teneri Jeſum, caveamus ne ab aliquo audiamus, & putemus eum ſecundum divinitatem teneri, teneri invitum, teneri quaſi infirmum. Te- Iohan. 18. 12. netur quidem, & ut dixit Johannes, ligatur ſecundum corporis veritatem: ſed væ illis qui li- B gant Verbum! Ligant enim qui tantummodo a Chriſtum hominem putant: ligant [a] qui præſcium non putant, qui omnipotentem non confitentur. Mala vincula Judæorum quibus non Chriſtum ligant, ſed ſeipſos alligant. Ligatur autem in do- Iohan. 11. 50. mo non pii alicujus & juſti, ſed in domo Caiphæ, hoc eſt, in impia domo; ubi etiam moriturus pro omnibus prophetarur. Quam amentes igitur qui beneficia divina confitentur, & beneficiorum auctorem perſequuntur!

69. Ideo autem perdunt, quia perdiderunt au- C ditus profectum. Auditum multi non habent, qui habere ſe credunt. In Eccleſia omnes habent, extra Eccleſiam non habent. Aut fortaſſe ideo aurem tulit; ne amplius delinquerent audientes, qui audita ſervare non poſſent. Sic & Gen. 11. 7. aliquando confudit Deus linguas exſtruentium turrem, ne ſe audirent, & opus ſuæ impietatis augerent.

70. Comprehende, ſi potes, quomodo ad dex- D teræ ſalutaris adtactum fugiat dolor, & vulnera b non medicamento [b] adſperſa, ſed tactu obducta ſanentur. Operatorem ſuum limus agnoſcit, & operatricem ſuam Domini manum ſequitur caro; quomodo enim vult, opus ſuum creator inſ- Iohan 9. 6. taurat. Sic & alibi cæco illi viſus, luto ſupra oculos illito, quaſi in naturam redierit, reformatur. Jubere potuit, ſed operari maluit; ut cognoſcamus ipſum eſſe qui è limo terræ corporis membra noſtri variis apta formavit, officiis, & infuſo E vigore mentis animavit.

℣. 54. 71. Venerunt ergo & comprehenderunt eum, gravius peritori ſtudii ſui fructu: nec intellexerunt infelices myſterium, nec venerati ſunt tam clementem pietatis affectum, quod etiam hoſtes ſuos non paſſus eſt vulnerari. Illi juſto mortem inferebant: perſecutorum vulnera iſte ſanabat.

Ibidem. *Petrus vero ſequebatur à longe.*

72. Et bene à longe ſequebatur jam proxime F negaturus; neque enim negare potuiſſet, ſi Chriſto proximus adhæſiſſet. Sed fortaſſe & in hoc nobis maxima ſit admiratione reverendus, quod Dominum non reliquit, etiam cùm timeret. Metus naturæ eſt, cura pietatis. Alienum, quod timet: ſuum, quod non fugit. Quod ſequitur, devotionis: quod negat, obreptionis. Commune, quod labitur: fidei, quod pœnitet. Jam ℣. 55. in domo principis ſacerdotum ignis ardebat: acceſſit Petrus, ut calefaceret ſe; quia clauſo Domino, calor mentis etiam in ipſo refrixerat.

℣. 56. 73. Quid ſibi vult quod prima eum prodit ancilla, cùm viri utique magis eum potuerint recognoſcere; niſi ut & iſte ſexus [c] peccaſſe in c necem Domini videretur, ut & iſte ſexus redimeretur per Domini paſſionem? Et ideo mulier Iohan. 20. 17. reſurrectionis accipit prima myſterium, & mandata cuſtodit; ut veterem prævaricationis aboleret errorem.

74. Petrus ergo proditus negat; ponamus enim ℣. 57. negaſſe Petrum, quia dixit Dominus: *Ter me negabis?* Matth. 26. 14. Et malo negaſſe Petrum, quam Dominum feſelliſſe. Quid negavit? Quod promiſit incaute. Devotionem conſideravit, non reſpexit conditionem. Multatus, quia dixit ſe animam ponere: Iohan. 13. 37. quod non humanæ infirmitatis, ſed divinæ eſt poteſtatis. Cùm tam gravem imprudentis ſermonis multam luerit, quanta eſt pœna perfidiæ?

75. Ubi tamen negat Petrus? Non in monte, non in templo, non in ſua domo: ſed in prætorio Judæorum, in domo principis ſacerdotum. Ibi negat, ubi veritas non eſt: ibi negat, ubi Chriſtus captus, ubi Jeſus ligatus eſt. Quid, niſi erraret, quem intromiſit oſtiaria, interrogavit Iohan. 18. 17. oſtiaria, & oſtiaria Judæorum? Male Eva induxit Adam, male Petrum introduxit femina. Sed ille in paradiſo labitur, ubi non veniabilis culpa: hic in prætorio Judæorum, ubi difficilis innocentia. Illi interdictus lapſus, huic prædictus error. Ille commiſſus huic præjudicavit, hic illum reſolvit.

76. Conſideremus etiam quo in ſtatu neget. *Frigus*, inquit, *erat*. Si tempus conſideremus, Iohan. 18. 18. frigus eſſe non poterat: ſed frigus erat ubi Jeſus non agnoſcebatur, ubi non erat qui lucem videret, ubi negabatur ignis conſumens. Frigus ergo erat mentis, non corporis. Denique ad car- Marc. 14. 54. bones ſtabat Petrus, quia algebat affectu. Mala flamma Judaica: urit, non calefacit. Malus focus, qui quamdam etiam ſanctorum mentibus fuliginem erroris adſpergit, juxta quem etiam Petri interiores oculi caligarunt. Illi oculi non carnis & ſanguinis, ſed oculi mentis, quibus Chriſtum videbat.

77. Dicet aliquis: Tu Judæorum etiam elementa condemnas? Non condemno elementa, quia non ſunt Judæorum, [d] ſed Chriſti: ſed alia eſt d quam condemno, flamma perfidiæ. Hanc flammam condemno Judæorum, divina ſecutus oracula; dicit enim Dominus: *Argentum veſtrum re-* Hier. 6. 30. *probum eſt*. Si argentum Judæorum reprobum eſt, & focus reprobus Judæorum eſt. Denique foco Exod. 32. 24. & auro Judæorum caput vituli figuratum eſt, hoc eſt, ſacrilegii principatus.

78. Sed videamus negandi tenorem, quem inter Evangeliſtas video eſſe diverſum. Ita novum fuit Petrum potuiſſe peccare, ut peccatum ejus nec ab Evangeliſtis potuerit comprehendi. Itaque Petrum prodenti ancillæ quod ex illis eſſet qui cum Jeſu Galilæo erant, prima voce Matthæus poſuit reſpondiſſe: *Neſcio quid dicas.* Hoc etiam Matth. 26. 70. Marcus, qui ſecutus eſt Petrum, & ex ipſo potuit * verius cognoſcere. Prima vox negantis eſt Marc. 14. 68. Petri; quâ tamen non negare Dominum, ſed à * proditione ſe ſeparaſſe mulieris videtur.

a. Pauci quædam edit. *qui præſcientem non putant*. Taur. cod. *qui perfectum non putant*.

b. Sic vet. edit. & mſſ. paucis exceptis, ubi pro *adſperſa*, legitur *conſperſa*. unde Rom. edit. videtur feciſſe vocem *compreſſa*.

c. Mſſ. aliquot, *præceſſiſſe in nece* &c.

d. In mſſ. non paucis, nec inferioris notæ, deeſt *ſed Chriſti*.

*. *Verius*, ſecundùm hominum judicandi conſuetudinem; alioqui enim æque vera ſunt omnia quæ ſcripſerunt Evangeliſtæ.

79.

79. Quid tamen negaverit, conſidera. Ex illis A *Ibidem 67.* utique ſe eſſe, qui cum Jeſu Galilæo erant, vel, ut Marcus poſuit, cum Jeſu Nazareno. [a] Numquid negavit cum Dei fuiſſe ſe Filio? Hoc eſt dicere: Neſcio Galilæum, neſcio Nazarenum, quem Dei Filium novi. Habeant homines locorum vocabula, Dei Filii patria non poteſt nuncupari, cujus majeſtatem locus nullus includit. Et ut ſcias hoc verum eſſe, etiam exemplo probatur; nam alibi cùm interrogaret Dominus *Matth. 16. 13 & ſeq.* diſcipulos: *Quem dicunt eſſe homines Filium hominis? Alii Eliam, alii Hieremiam* dixerunt, *aut unum de prophetis:* Petrus autem ait: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Numquid & ibi negavit, quia Chriſtum non hominis Filium, ſed Dei maluit confiteri? Certe quid hîc putamus ambiguum, quod etiam Chriſtus probavit?

80. Et aliud accipe. Interrogatus enim Petrus: *Matth. 26. 69.* *Et tu ex illis es, qui cum Ieſu Galilæo erant?* Verbum æternitatis refugit; non enim erant, qui *Iohan. 1. 1.* eſſe cœperunt, hoc eſt dicere: Ille ſolus erat, C qui in principio erat. Denique ait: *Non ſum ego;* illius eſt enim eſſe, qui ſemper eſt. Unde & Moy- *Exod. 3. 14* ſes ait: *Qui eſt, miſit me.*

81. Rurſus cùm urgeretur quod ex illis eſſet, *Marc. 14. 70.* ſecundùm Marcum negavit; ut ſcias Evangeliſtam veritati quàm gratiæ plus dediſſe: ſed tamen negavit ex illis ſe eſſe, non Chriſtum negavit. Negavit hominum conſortia, non Dei gratiam. Negaverit ex illis ſe eſſe, qui cum Galilæo erant, non negavit cum Dei Filio. D

82. Denique ſecundùm Matthæum proditus *Matth. 26. 72.* quod cum Jeſu Nazareno fuiſſet, ait: *Neſcio hominem.* Hoc idem & in tertia voce uterque, de quibus propoſuimus, Evangeliſta; cum juramento enim reſpondiſſe poſuerunt, quia neſciret hominem. Et bene negavit hominem, quem ſciebat Deum. Denique ubi jusjurandum eſt, cauta reſponſio eſt. Nam etſi negavit Petrus, non tamen pejeravit; quia nec Dominus pejeraturum eſſe memoraverat. Quod ſi in Petro dubium eſt, E quam periculoſum eſt jusjurandum?

83. Johannes autem ſic poſuit, quoniam interrogatus ab ancilla Petrus, utrum ex diſcipulis eſſet illius hominis, prima voce reſponderit: *Iohan. 18. 17.* *Non ſum.* Non enim erat hominis apoſtolus, qui erat Chriſti. Denique & Paulus hominis apoſto- *Galat. 1. 1.* lum ſe eſſe negavit, dicens: *Paulus apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem.* Sed ne videretur ambiguum aliquod incarnationis adferre, ſubjecit: F *Ibidem.* *Qui ſuſcitavit eum à mortuis;* ut & hominem credas, cùm Deum ante credideris. Quod alibi quo- *1. Tim. 2. 5.* que eodem tenore cuſtodit, ubi dicit: *Unus enim Deus, & unus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus.* Prius utique mediatorem Dei quam hominum nuncupavit; non enim ſat eſt utrumque credere, niſi fidei ordo ſervetur.

84. Concordat igitur ubique reſponſio; nam qui dixit: *Neſcio hominem*, æquum erat ut interrogatus utrum eſſet ex diſcipulis hominis, diceret: *Non ſum.* Itaque non Chriſti diſcipulum ſe negavit, ſed hominis negavit eſſe diſcipulum. Itaque & Petrus & Paulus hominem negaverunt, quem Dei Filium fatebantur. Quod ſenſit Petrus, & Paulus expreſſit; hinc & ille profecit. Error B Petri, doctrina juſtorum eſt: & titubatio Petri, omnium petra eſt. Denique ſuper undas titubat, ſed dexteram porrigit Chriſto: in monte cadit, ſed levatur à Chriſto. Titubavit quidem Petrus *Matt. 14. 30.* in mari, [b] ſed ambulavit. Firmior titubatio Petri, quàm noſtra eſt firmitudo. Ibi cadit, quò nullus adſcendit: ibi nutat, ubi nemo ambulat. Et tamen inter undas licet titubet, non labitur: nutat, non cadit: fluitat, non præcipitatur. Et ſi cecidit, in monte tamen cecidit: ſed felicius ille cecidit quam alii ſteterunt; felicius cecidit, quem Chriſtus levavit.

85. Iterum autem interrogatum quod ex diſcipulis ejus eſſet, Johannes ſcripſit negaſſe. Et bene *Iohan. 18. 25.* negavit, quia ex ejus dicebatur eſſe diſcipulis, quem hominem in ſuperioribus ſunt locuti. [c] Nam & tertiò quod cum illo viſus eſſet, negavit, & hoc de ſuperioribus derivatur: Cum illo quem hominem nuncupatis, non fui: ſed à Dei Filio non receſſi.

86. Lucas quoque ſcripſit Petrum interrogatum utrum ex illis eſſet, reſpondiſſe prima voce: *Non novi illum.* Et bene dixit. Temerarium quippe erat, ut diceret quia noverat eum, quem mens humana non poteſt comprehendere. *Nemo enim* *Matth. 11. 27.* *novit Filium, niſi Pater.* Rurſus ſecunda voce, ſecundùm Lucam idem Petrus ait: *Non ſum ego.* Maluit videlicet ſe negare, quam Chriſtum. Aut quia videbatur negare Chriſti ſocietatem, utique ſe negavit. Certe cùm de homine negat, in Filium peccavit hominis, ut remitteretur ei, non in Spiritum ſanctum. Tertio quoque interrogatus, ait: *Neſcio quid dicas*, hoc eſt, ſacrilegia veſtra neſcio.

87. Sed nos excuſamus, [d] ipſe non excuſavit; non enim ſatis eſt involuta reſponſio confitentis Jeſum, ſed aperta confeſſio. Quid prodeſt verba involvere, ſi videri vis denegaſſe? Et ideo Petrus non de induſtria ſic reſpondiſſe inducitur; quia poſtea recordatus eſt, & tamen flevit. Maluit enim ipſe ſuum accuſare peccatum, ut juſtificaretur fatendo, quam gravaretur negando: *Iuſtus* *Prov. 18. 17.* *enim in principio accuſator eſt ſui;* & ideo flevit.

88. Quare flevit? Quia culpa obrepſit ei: ego ſoleo flere, ſi culpa mihi deſit, hoc eſt, ſi non me vindicem, ſi non obtineam quod improbe cupio.

a. Mſſ. nonnulli, *numquid negavit cum Dei fuiſſe Filium?*

b. Omnes edit. *ſed ambulavit firmior. Titubatio Petri noſtra eſt firmitudo.* Mſſ. autem ut in textu.

c. Rom. edit. cum tribus mſſ. *Nam quod tertiò cum illo ſe fuiſſe negavit.*

d. Omnes edit. *Dominus ipſe non excuſavit.* At in mſſ. omittitur *Dominus*, ut *ipſe* ad Petrum referatur: quod magis ſane congruit cum ſequentibus. Ceterùm ſunt qui Ambroſio noſtro, quod Petri peccatum nimis elevare conatus ſit, vitio vertant; in quibus reperitur Guill. Eſtius vir pietate juxta ac doctrina clarus. Sic autem ille, *De negatione*, inquit, *multa commentatur Ambroſius . . . & ita loquitur quaſi Petrus negando Chriſtum, non peccaverit ſaltem mortaliter. Sed videtur Ambroſius re vera peccare in hoc, quod peccatum Petri pro quo ille flevit amare, nimium extenuet.* Fatemur quidem cavendum eſſe ne dum in excuſando eodem peccato operam plus juſto anxiam ponimus, Chriſtum mendacem qui illud prædixit: Petrum vero ineptum qui ob illud ipſum amariſſime flevit, oſtendamus. Verum, pace docti viri dixerimus, qui totam hanc Ambroſii commentationem attentius legerit, nihil ipſi occurret, unde jure queat colligi, Petri peccatum ſancto Doctori non niſi veniale viſum fuiſſe. Etenim inter mortalia crimina aliud alio levius eſt; unde putavit Ambroſius ſibi licere, ut honoris cauſâ quidquid ad minuendum tanti apoſtoli peccatum facere poſſet, id oratorio modo in medium adferret. Et certe ex aliis P P. non defuerunt qui Petri defenſionem adhuc urgerent ardentius, cum non ſemel juſtum etiam poſt negationem vocare perſeverantes. V. de eumdem Eſtium *Annot. in præcipua ac difficil. S. Script. loca.* In cap. 26. Matth. ℣. 70.

 Ddddd

De pœnit. diſt. cap. Petrus. Petrus doluit & flevit; quia erravit ut homo. A
* Non invenio quid dixerit, invenio quod flevit: lacrymas ejus lego, ſatisfactionem non lego: ſed quod defendi non poteſt, ablui poteſt. (Eadem diſt. cap. Lachrymæ.) Lavent lacrymæ delictum, quod voce pudor eſt confiteri. Et veniæ fletus conſulunt, & verecundiæ. Lacrymæ ſine horrore culpam loquuntur: (S. Aug. lib. 1 de gratia Chriſti cap. 45.) lacrymæ crimen ſine offenſione verecundiæ confitentur: lacrymæ veniam non poſtulant, & merentur. Inveni cur tacuerit Petrus, ne tam cito veniæ petitio plus offenderet. Ante flendum eſt, ſic precandum. B

89. Bonæ lacrymæ, quæ lavant culpam. Denique quos Jeſus reſpicit, plorant. Negavit primò Petrus, & non flevit; quia non reſpexerat Dominus. Negavit ſecundò, non flevit; quia adhuc non reſpexerat Dominus. Negavit & tertiò, reſpexit Jeſus, & ille amariſſime flevit. Reſpice, domine Jeſu, ut ſciamus noſtrum deflere peccatum, lavare delictum. Unde etiam lapſus ſanctorum utilis: nihil mihi nocuit quod negavit Petrus, profuit quod emendavit. Didici cavere alloquia perfidorum. Petrus inter Judæos negavit, (3 Reg. 11. 4.) Salomon contubernio gentili deceptus erravit. C

90. Flevit ergo & amariſſime Petrus, ^a flevit ut lacrymis ſuum poſſet lavare delictum: & tu ſi veniam vis mereri, dilue lacrymis culpam tuam: eodem momento, eodem tempore reſpicit te Chriſtus. Si in aliqua ^b fortaſſe labaris; quia ſecretorum tuorum adſiſtit teſtis, reſpicit ut recorderis, & fatearis errorem. Imitare Petrum D (6. q. 1. cap. Imitare Petrum.) dicentem alibi tertiò: *Domine, tu ſcis quia diligo te.* (Johan. 21. 15.) Etenim quia tertiò negaverat, tertiò confitetur: ſed negavit in nocte, confitetur in die. (S. Aug. lib. 1 de gratia Chriſti cap. 45.)

91. Hæc autem ideo ſcripta ſunt, ut ſciamus neminem jactare ſe debere; nam ſi Petrus ^c lapſus eſt, quia dixit: *Etſi alii ſcandalizati fuerint in te, ego non ſcandalizabor,* (Marc. 14. 29.) quis alius jure de ſe præſumat? Denique & David quia dixerat: *Ego dixi in mea abundantia, non movebor in æternum,* (Pſal. 29. 7. & 8.) eam ſibi jactantiam obfuiſſe profitetur, dicens: *Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* E

92. Unde te evocem, Petre; ut doceas me quid flens cogitaveris? Unde, inquam, te evocem? De cælo, ubi jam choro inſertus es Angelorum: an etiam de tumulo; quia non putas injuriam & ibi eſſe, unde Dominus reſurrexit? Doce nos quid tibi profuerint lacrymæ tuæ. Sed docuiſti illico: nam qui lapſus es, antequam fleres, poſtquam fleviſti, ^d electus es, ut alios regeres, qui te ipſe ante non rexeras.

93. Habebat ergo lacrymas Petrus, pio quas fundebat affectu: non habebat proditor fletus quibus culpam ablueret, ſed tormenta conſcientiæ quibus ſacrilegium ^e fateretur; ut dum ſuo reus judicio damnatur, & ſpontaneo ſupplicio facinus expiatur, pietas Domini, qui ſe ipſe nollet ulciſci, & divinitas probaretur, qui conſcientiam mentis inviſibili poteſtate interrogaret.

94. *Peccavi*, inquit, *quod tradiderim ſanguinem juſtum.* (Matth. 27. 4.) Etſi caſſa eſt pœnitentia proditoris, quia peccavit in Spiritum ſanctum; eſt tamen nonnullus in ſcelere pudor culpam agnoſcere. Et quamvis ille non abſolvitur, Judæorum tamen impudentia confutatur: quos cùm profeſſio redarguat venditoris, ſceleratí tamen ſibi vindicant jura contractus, & exſortes reatus eſſe ſe credunt, dum dicunt: *Quid ad nos? Tu videris.* (Ibidem.) Amentes plane, qui putent ſolvi ſe magis auctoris ſcelere, quam teneri. In pecuniariis cauſis refuſo pretio jus ſolvitur: hi pretium recipiunt, & ſacrilegium perſequuntur, ac pertinacibus ſtudiis funeſtam ſibi vindicant ſanguinis auctionem, cùm refunderet venditor ſacrilegii mercedem.

95. Evidenter itaque dum pretium ſanguinis à Judæorum gazophylaciis ſeparatur, & ager figuli eâ qua venditur Chriſtus, comparatur pecuniâ; (Ibidem. 7.) dum is locus humandis peregrinorum reliquiis dicatur, & prophetiæ impletur oraculum, (Hier. 32. 44.) & ſurgentis Eccleſiæ myſterium revelatur. Ager enim ſecundum divina præcepta mundus hic omnis eſt: figulus autem, ille qui nos formavit è limo, de quo habes in veteri Teſtamento: *Quia finxit Deus hominem de limo terræ,* (Matth. 13. 38. Gen. 2. 7.) formandi per naturam, reformandi per gratiam habens pro ſuo arbitrio poteſtatem. Nam etſi proprius vitiis corruamus; per illius tamen miſericordiam reſumto mentis ſpiritu, ſecundum Hieremiæ oracula reformamur.

96. Pretium quoque ſanguinis eſt pretium Dominicæ paſſionis. Ergo pretio ſanguinis emitur mundus à Chriſto; venit enim ut ſalvetur mundus per ipſum: (Johan. 3. 17.) in quo juxta ut opus auctoris, & jus eſt. Venit ergo ut conſepultos per baptiſmum, & commortuos Chriſto ad perpetuitatis gratiam reſervaret. Sed non paſſim omnibus ad ſepeliendum eſt locus; nam etſi omnes mundus in-

*. Nihil agunt, qui hoc abutuntur loco, ut pœnitentiæ ſacramentalis, de qua hic nullo modo agitur, neceſſitatem conentur elevare. Etenim per *ſatisfactionem* nequaquam ſignificari confeſſionem noſtram, aut partem ejus extremam, aperte demonſtrant quæ ſequuntur. Nam quemadmodum verba, *ablui poteſt*, referuntur ad *lacrymas ejus lego*: ſic iſta, *ſed quod defendi non poteſt* pertinent ad *ſatisfactionem non lego*: unde manifeſtum eſt *ſatisfactionem* hic aliud non eſſe, niſi defenſionem: quo pacto ſatisfacere objectis criminibus, idem eſt atque objecta crimina diluere, ſeu refellere. Sed nec etiam ſequentia nempe, *Lavent* (vel ut edit. Gill. ac Rom. & mſ. Reg. *lavant*) *lacrymæ delictum, quod voce pudor eſt confiteri*, vocalem confeſſionem ſaltem ſecretam excludunt, nihil enim aliud hic oſtenditur, niſi eum qui grave crimen perpetraverit à lacrymis ordiri debere converſionem, ſic namque tacuiſſe Petrum, *ne tam cito venia petitio plus offenderet. Ante flendum* &c. Itaque Eccleſiaſticam temporis ſui diſciplinam qua pœnitentes delicta privatim prius deflere jubebantur, quam ad petendam reconciliationem accederent. Oris autem confeſſionem in Petro diſertis verbis non ſemel agnoſcit S. Doctor, cùm ſupra num. ſuper. inquit: *Maluit enim ipſe ſuum accuſare peccatum, ut juſtificaretur fatendo, quam gravaretur negando*: & infra num. 90. *Si in aliquo fortaſſe labaris reſpicit . . . . ut recorderis & fatearis errorem. Imitare Petrum* &c. Adferri poſſunt & aliæ hujuſce loci ſolutiones quas videre eſt apud Magiſt. Sentent. lib. 4. diſt. 17. §. *Iam ſecundum*. Rob. Pullum in 6. Sentent. Hug. Vict. lib. 2. *De Sacram* pag. 14. cap. *De Confeſſione* &c. Card. Bellarm. *De Pœnit.* lib. 3. & ut alios omittamus apud D. Dionyſium Sammarthanum tractatu gallice ſcripto, *De Confeſſ.* pag. 151 157. & 527.

a *Flevit ut lacrymis*, uſque ad *eodem momento*, in mſſ. bene multis deſiderantur: ſed cum habeantur in nonnullis, & cunctis edit. nec non pleniorem ſenſum efficiant, ea non putavimus loco movenda.

b Mſſ. octo non infimæ notæ, *fortaſſe laboras*. Non male; *labore* enim non raro ſumitur pro eo quod eſt *de ſalute periclitor*, ut apud Horat. lib. 1. Ode 27.

Quanta laboras in Charybdi!

c. Edit. Rom. *lapſus eſt, qui dixit*. Aliæ ac mſſ. omnes . . . . *quia dixit*. Melius; jactantiam enim S. Petri cauſam fuiſſe cur in peccatum laberetur, multi ex antiquis ſcriptoribus agnoſcunt.

d. Eadem Rom. edit. cum uno Vat. cod. & Reg. *erectus es ut alios erigeres, qui . . . . non erexeras*. Aliæ, ac mſſ. noſtrates hoc tantum inter ſe differunt, quod ubi plures potioreſque mſſ. habent *electus es*, alii cum edit. ſcribunt, *erectus es*: duo vero pro *ut alios regeres*, exhibent, *alios regere*.

e Verbo, *fateretur*, addit Rom. edit. ſola, *quando projectis argenteis laqueo ſe ſuſpendit*.

cludat, non omnes reſervat: & ſi communis habitatio; tamen legitima ſepultura eſt eorum ſcilicet qui nunc ſunt per fidem domeſtici Dei, ſed fuerunt in lege peregrini. Qui ſunt iſti niſi de quibus dicitur: *Memores eſtote quod aliquando vos gentes, qui eratis in carne alienati à converſatione Iſrael, & peregrini promiſſionis Teſtamentorum?* Sed hi nunc jam non ſunt advenæ atque peregrini; quoniam cives ſanctorum eſſe fidei jure meruerunt. [a]

Epheſ. 2. 11. & 12.

97. Sequitur admirabilis locus, quo ſubeundæ æquanimiter injuriæ moralis infunditur patientia pectoribus humanis. Accuſatur Dominus, & tacet: & bene tacet, qui defenſione non indiget. Ambiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accuſationem [b] timendo confirmat, ſed deſpicit non refellendo. Quid enim timeret, qui non ambiret ſalutem? Salus omnium ſuam prodidit, ut adquirat omnium. Sed quid de Deo loquar? Suſanna tacuit, & vicit; melior enim cauſa, quæ non defenditur, & probatur. Et hîc Pilatus abſolvit: ſed abſolvit judicio, crucifixit myſterio. Verùm hoc ſpeciale Chriſti: illud humanum, ut apud iniquos judices magis videretur noluiſſe, quam non potuiſſe defendi.

Matth. 27. 12.

98. Cur autem Dominus tacuerit, ipſe præmiſit, dicens: *Si vobis dixero, non credetis mihi: ſi vos interrogavero, non reſpondebitis mihi.* Illud tamen præſtantiſſimum, quod maluit regem ſe probare, quam dicere; ut condemnandi cauſam habere non poſſent, qui quod objiciunt, hoc fatentur.

Luc. 22. 67. & 68.

99. Herode autem cupiente aliqua mirabilia ejus videre, ipſe tacuit & nihil fecit; quia nec illius crudelitas merebatur videre divina, & Dominus jactantiam declinabat. Et fortaſſe typice in Herode omnes impii ſignificantur: qui ſi Legi non crediderint & prophetis, mirabilia Chriſti opera in Evangelio quoque videre non poſſint.

℣. 8.

100. Ad Herodem mittitur, ad Pilatum remittitur. Et ſi uterque reum non pronuntiant; alienæ tamen crudelitatis ſtudiis obſequuntur. [c] Lavit quidem manus Pilatus, ſed facta non diluit; judex enim nec invidiæ cedere debuit, nec timori, ut ſanguinem innocentis addiceret. Monebat uxor: lucebat in nocte gratia: divinitas eminebat; nec ſic à ſacrilega ſententia temperavit.

℣. 11. *Matth. 27. 24.* *Ibidem. 19.*

101. Similiter in hoc typum omnium judicum arbitror eſſe præmiſſum, qui damnaturi eſſent eos quos innoxios æſtimarent. Tolerabiliores tamen gentiles eſſe quam Judæos * conjuncta Pilato perſona demonſtrat: & magis eos divinis ad fidem operibus admoneri. Quales autem illi qui Dominum majeſtatis crucifixerunt?

102. Nec immerito homicidæ abſolutionem petunt, qui flagitabant innocentis exitium. Tales leges iniquitas habet, [d] ut oderit innocentiam, ſcelus diligat. In quo tamen nominis interpretatio ſpeciem dat figuræ; Barrabas enim patris filius latine dicitur: illi ergo quibus dicitur: *Vox ex patre diabolo eſtis*, vero Dei Filio filium patris ſui Antichriſtum prælaturi eſſe producuntur.

℣. 18. *Johan. 8. 44.*

Et indutum illum veſte alba remiſit. ℣. 11.

103. Non otioſum quod veſte alba induitur ab Herode, immaculatæ tribuens indicia paſſionis; quod agnus Dei ſine macula, cum gloria peccata mundi ſuſciperet. In typo etiam Herodis, atque Pilati, qui amici ex inimicis facti ſunt per Jeſum Chriſtum plebis Iſrael populique gentilis figura ſervatur, quod per Domini paſſionem utriuſque ſit futura concordia: ita tamen ut pius populus nationum capiat verbum Dei, & ad populum Judæorum fidei ſuæ devotione tranſmittat; ut illi quoque gloria majeſtatis ſuæ corpus veſtiant Chriſti, quem ante deſpexerant.

℣. 12.

104. [e] Chlamidem autem coccineam induitur à militibus, & purpuream tunicam: in altera deſignans martyrum palmas, in altera regiæ poteſtatis inſignia; [f] quod caro ejus fuſum toto orbe terrarum ſanguinem eſſet ſuſceptura pro nobis, & paſſio regnum paritura de nobis.

Matth. 27. 27.

105. [g] Corona quoque de ſpinis capiti ejus adnexa, quid aliud quam divini operis munus oſtendit, quòd de peccatoribus mundi tamquam ſæculi ſpinis triumphalis gloria Deo quæreretur. [h] Nec flagella vacant, quia flagellatus eſt ipſe, ne nos flagellaremur: *Homo* enim *in plaga, & ſciens ferre infirmitates, pro nobis dolet*, à nobis qui Deum antea fugiebamus flagella detorquens: tam patiens Dominus, ut fugitivorum vinculis proprias manus, fugitivorum flagellis ſuum corpus offerret. [i] Deteſtabili itaque mentis affectu, honoratum tamen Judæi exitum produnt; nam etſi compungentes coronant, illudentes adorant: etſi corde non credunt; quem perimunt, confitentur. Illis defuerunt boni operis affectus, Deo tamen ſuus non defuit honor: qui ſalutatur ut rex, coronatur ut victor, quaſi Deus, & Dominus adoratur.

Ibidem. 29. *Eſai. 53. 3. & 4.*

106. Arundo quoque vel ſecundùm Matthæum comprehenditur manu ejus; ut fragilitas humana jam non ſicut arundo moveatur à vento, ſed operibus Chriſti [k] corroborata fundetur, & adfixo cruci chirographo quod erat contrarium nobis, ſententia vetuſta ceſſaret: vel ſecundùm Marcum caput ejus percutit; ut ſolidata divinitatis adtactu noſtra conditio nutare non poſſit.

Matth. 27. 29. *Marc. 15. 19.*

a. Hic edit. Rom. intruſis, ut ſolet, compluribus Evangelii verſiculis ſubjungit: *Secundùm Matthæum cùm accuſaretur à principibus ſacerdotum, & interrogaretur à Pilato, non reſpondit ad ullum verbum. Admirabilis* &c. In ſequentibus autem à numero 99. uſque ad 129. occurrunt perpetuæ mutationes, additiones, ac tranſpoſitiones. Compone eamdem edit. cum alia vel mſ. aliquo & fatebere, nos enim præcipuas tantùm ſubjicietmus.

b. Omnes edit. & pleriſque mſſ. *tacendo confirmat.* Corb. tamen cum aliis aliquot, *timendo confirmat.* Magis concinne, ut intelligas ex ſequentibus illis, *Quid enim timeret, qui non ambiret ſalutem.* Poſt quas voces Rom. edit. ſola, *Salus ipſa ſe prodit*, pro *Salus omnium* &c.

*. *Conjuncta Pilata perſona*, nimirum illius uxor.

c. Eadem edit. Rom. *Tunc ſecundùm Matthæum, lavit Pilatus coram populo manus, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus.*

d. Vict. cod. *ut quod oderit innocentia, ſcelus diligat.*

e. Rom. edit. *Inde ſecundùm Matthæum chlamide coccinea induitur à militibus: & ſecundùm Iohannem veſte purpurea circumdatur.*

f. Colb. unus, & Reg. *quod caro ejus toto orbe terrarum ſanguinem eſſet fuſura.* Clarom. *quod caro ejus paſſionem eſſet ſuſceptura.*

g. Rom. edit. *Denique ſecundùm Matthæum corona de ſpinis capiti ejus imponitur. Hoc quid aliud* &c. Poſt pauca vero ubi omnes edit. & pleriſque mſſ. *tamquam ſæculi pœnis*, ſex mſſ. habent, *tamquam ſæculi ſpinis*: quæ lectio videtur præferenda.

h. Eadem edit. Rom. *Tunc ſecundùm Iohannem Pilatus flagellavit Jeſum. Nec flagella myſterio vacant.*

i. Rom. edit. *Secundùm Marcum autem inde milites plectentes coronam ſpineam, imponunt ejus capiti, & ſalutant eum dicentes: Ave rex Iudæorum. Et ponentes genua adorabant eum. Quod deteſtabile licet mentis operentur affectu* &c.

k. Rom. edit. *corroborata firmetur: vel ſecundùm Marcum*; reliquis omiſſis.

a 107.ᵃ Sed jam trophæum ſuum victor adtollat. Crux ſuper humeros imponitur ut trophæum, quod ſive Simon, ſive ipſe portaverit; & Chriſtus in homine, & homo portavit in Chriſto. Nec diſcordant Evangeliſtarum ſententiæ, quando concordat myſterium: & bonus ordo noſtri profectus eſt; ut prius crucis ſuæ trophæum ipſe erigeret, deinde martyribus traderet erigendum. Non Judæus eſt qui crucem portat, ſed alienigena, atque peregrinus: nec præcedit, ſed ſequitur, juxta quod ſcriptum eſt: *Tolle crucem tuam, & ſequere me.* Non enim ſuam, ſed noſtram crucem Chriſtus adſcendit. Nec mors illa divinitatis fuit, ſed quaſi hominis; unde & ipſe ait: *Deus, Deus meus, reſpice me: quare me dereliquiſti?*

ỳ. 16.

Matth. 27. 46.

b 108. ᵇ Pulcre adſcenſurus crucem regalia veſtimenta depoſuit, ut ſcias quaſi hominem paſſum eſſe, non quaſi Deum regem: etſi utrumque Chriſtus, quaſi hominem tamen, non quaſi Deum cruci eſſe ſuffixum. Sed milites non Judæi ſciunt quo tempore, qualia veſtimenta Chriſto conveniant. ᶜ Judicio quaſi victor adſiſtit: ad paſſionem tamquam reus, humilis venit.

c

109. Nunc quoniam trophæum jam vidimus, currum ſuum triumphator adſcendat: nec arborum truncis, aut quadrijugis plauſtris manubias de mortali hoſte quæſitas, ſed patibulo triumphali ſuſpendat captiva de ſæculo ſpolia. Non hîc revinctis poſt tergum brachiis gentes, nec excisarum urbium imagines cernimus, oppidorumque captorum ſimulacra, aut ſubmiſſa captorum regum colla miramur, quales humanorum ſolent ſpecies eſſe triumphorum; nec victoriæ terminos regionis fine diſtinctos: ſed ovantes populos nationum, quæſitos non ad ſupplicium, ſed ad præmium, reges liberis affectibus adorantes, voluntariis urbes ſtudiis deditas, & in melius reformatas imagines oppidorum, quas non * fucus expreſſerit, ſed devotio coloraverit fidei: arma, victoriarumque jura toto orbe currentia, captivum principem mundi, & ſpiritualia nequitiæ quæ ſunt in cæleſtibus, obedientia vocis humanæ imperio, ſubditas dominationes variarumque virtutum ſpecies, non ſericis, ſed moribus emicantes. Fulget caſtitas, fides ſplendet, & induta mortis exuviis devotio fortitudinis jam reſurgit. Unus Dei triumphus fecit omnes prope jam homines triumphare, crux Domini.

*

d 110. ᵈ Refert ergo conſiderare qualis adſcendit. Nudum video: talis ergo adſcendat qui ſæculum vincere parat; ut ſæculi adjumenta non quærat. Victus eſt Adam qui veſtimenta quæſivit: vicit ille qui tegumenta depoſuit. Et talis adſcendit quales nos autore Deo, natura formavit: talis in

A paradiſo primus homo habitavit, talis ad paradiſum homo ſecundus intravit. Et ut non ſibi ſoli ſed omnibus vinceret, manus extendit, quo omnia traheret ad ſe; ut nodo mortis exuta, jugo fidei ſuſpenſa, cæleſtibus ea quæ prius erant terrena ſociaret.

111. Scribitur etiam titulus: ſolet præcedere pompa victores; at vero currum Domini triumphalem præibat bona pompa reſurgentium defunctorum. Solet etiam titulus ſubjugatarum gentium numerum deſignare. Sit in illis triumphis ordine quodam digeſta miſerabilis devictarum, pereuntium contumelioſa captivitas nationum: hîc redemtarum gentium vernat gratia: digni tanto triumpho jugales, ut cælum, terra, maria, inferna à corruptela mutentur ad gratiam. ỳ. 38.

112. Scribitur autem ᵉ titulus, & ſuper crucem ponitur, non infra crucem; quia principium ſuper humeros ejus. Principium autem quid eſt, niſi ſempiterna virtus ejus, atque divinitas? Unde & ipſe interrogatus quis eſſet, reſpondit: *Principium, qui & loquor vobis.* Legamus hunc titulum: e

Ieſus, inquit, *Nazarenus rex Judæorum.*

113. Merito ſupra crucem titulus; quia non humani corporis, ſed divinæ poteſtatis eſt regnum quod habet Chriſtus. Merito ſupra crucem titulus; quia licet in cruce erat dominus Jeſus, ſuper crucem tamen regis majeſtate radiabat. Vermis in cruce, ſcarabeus in cruce: & bonus vermis qui hæſit in ligno, bonus ſcarabeus qui clamavit è ligno. ᶠ Quid clamavit? *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Clamavit latroni: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Clamavit quaſi ſcarabeus: *Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti?* Et bonus ſcarabeus, qui lutum corporis noſtri ante informe ac pigrum virtutum veſtabat veſtigiis: bonus ſcarabeus, qui de ſtercore erigit pauperem. Erexit Paulum, qui æſtimatus eſt ut ſtercora: erexit & Job qui ſedebat in ſtercore. Non mediocris ergo titulus. f

114. Ipſe autem crucis locus, * vel in medio, ut conſpicuos omnibus: vel ſupra Adæ, ut Hebræi diſputant, ſepulturam. Congruebat quippe ut ibi vitæ noſtræ primitiæ locarentur, ubi fuerant mortis exordia. *

115. ᵍ Dividuntur veſtimenta, aliis aliud ſorte defertur; Dei enim ſpiritus non humana opinione comprehenditur, ſed quaſi quodam eventu inopinatus illabitur. Et fortaſſe milites iſti quatuor Evangeliſtarum habebant typum, qui ſcripſerunt titulum, quem omnes legamus. Lego titulum regis Judæorum, cùm lego: *Regnum meum* g

Iohan. 18 36.

a. Rom. edit *Secundùm Iohannem Chriſtus bajulat ſibi crucem. ſecundùm Lucam imponitur Simoni. Sed ſive Simon, ſive ipſe portaverit, crux tamen ſuper humeros imponitur; ut trophæum & Chriſtus in homine, & homo portaret in Chriſto.*

b. Edit Rom. *Denique ſecundùm Marcum, milites eum exuerunt purpura, quod nec myſterio vacat. Chriſtus enim adſcenſurus* &c.

c. Eadem edit Rom. *Indicia enim in purpura quaſi victor adſiſtit, ad paſſionem vero in ſuis veſtimentis quaſi reus, humilis venit.*

* *Fucus*, proprie quoddam rubei coloris genus eſt: ſed hic laxe ſumitur pro colore omni quo pictores utuntur, ut apud Horat. lib. 3. Ode 5. pro qualibet tinctura qua inficiuntur panni. Ceterum non indiligenter hoc & ſequentibus numeris ea percurrimus, quæ olim in triumphis Romani obſervabant. De quibus multa Sigonius, Roſinus, Laurentius & alii.

d. Rom. edit *Refert vero conſiderare (quia ſecundùm Marcum, crucifigentes eum diviſerunt veſtimenta ejus) qualis crucem adſcendat.*

e. Eadem edit Rom. *Titulus etiam ſecundùm Iohannem, & ſupra crucem ponitur; ut affixo cruci chirographo, quod erat contrarium nobis, ſententia vetuſta ceſſaret.* Et infra. *Titulus autem erat ſecundùm Iohannem: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum; quem multi Iudæorum legerunt. Legamus igitur & nos. Lego titulum regis* &c.

f. Edit. Rom. *Pater, dimitte illis; hoc eſt, ne ſtatuas illis hoc peccatum.*

*. Ambroſius, quæ ſua modeſtia eſt, nihil hoc loco definit. Harum autem opinionum poſteriorem Maldonatus in cap. 27. Matthæi, etiamſi, quia ab illa ſtabant, antiquis patribus, opinionem vocat *multorum veterum ſcriptorum auctoritate nobilem.* Verum ea minus placuit ſancto Hieronymo, qui priorem amplexus eſt in cap 5. Ezechielis; & item in cap. 5 ad Epheſios

g. Rom. edit ſola, *Dividentes vero veſtimenta ejus miſerunt ſortes. Quod nec myſterio vacat. Alii enim aliud* &c. Infra vero poſt 4. verſus, *qui ſcripſerunt Evangelium.*

non eſt de hoc mundo. Lego caoſam Chriſti ſuper A
Iohan 1. 1. caput ejus ſcriptam, cùm Lego? *Et Deus erat*
Verbum; caput enim Chriſti Deus eſt.
a 116. [a] Iſti ergo ſervabant Jeſum & hodie ſervant;
ne cui forte labatur, ne cui de paſſione deſcen-
dat, quod petebat populus Judæorum. Mihi pla-
ne Chriſtus in paſſione moriatur, ut poſt paſſio-
b nem reſurgat. [b] Noluit deſcendere ſibi, ut more-
retur mihi. Nobis ergo jam Chriſtus ſervatur:
propter nos dividuntur veſtimenta ejus. Non
poſſunt ſinguli habere omnia, & ideo ſuper tu- B
nicam ſors agitatur; quia non pro hominis vo-
luntate diviſio fit ſpiritus ſancti. Diviſiones enim
gratiarum ſunt, ſed operatus eſt Spiritus, divi-
dens ſingulis pro ut vult.
117. Intuere nunc Chriſti veſtimenta diviſa.
Matth. 27. 28. Ubi illa quæram? Quære in Matthæo, invenies
penes ipſum ſolum clamidem coccineam: penes
Iohan. 19. 2. Johannem veſtem purpuream: penes Marcum
Marc 15. 17. purpuram tantum: penes Lucam veſtem albam;
Luc 23. 11. hac enim ſola pro ſua fuit portione contentus. C
Quantos itaque Chriſtus ſua veſte veſtivit? Puto
autem quod non quatuor tantum, ſed omnes
c veſtivit milites, & omnibus abundavit. [c] Sed
revertamur ad Evangeliſtas.
118. Myſtice itaque iſtæ quatuor partes, non
partes veſtium, ſed qualitates mihi videntur eſſe
virtutum. Alius enim de regno ſublimius ſcripſit:
alios de hominis inſtitutione diffuſius: Lucas ni-
torem ſibi ſacerdotalis veſtis elegit: Marcus vero
verborum textum non deſideravit: denique Jo- D
hannes quaſi quaſdam intexit ſententias, qui-
bus veſtiat fidem noſtram. Nonne tibi videtur
Iohan. 1. 1. 2 & 3. intextum illud: *In principio erat Verbum, & Ver-*
bum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc
erat in principio apud Deum, & omnia per ipſum
facta ſunt? At vero Marcus tamquam purpuræ
fulgore contentus, ſine ulla intextione verbo-
Marc. 1. 1. rum: *Initium*, inquit, *Evangelii Ieſu Chriſti Filii*
Dei.
119. Ergo veſtimenta diviſa ſunt Chriſti, vel E
geſta, vel gratia; quia tunica non potuit dividi,
d [d] fides ſcilicet, quoniam non pro portione ſin-
gulorum, ſed pro jure communis eſt omnium;
quod enim non dividitur, ſingulis manet inte-
grum.
120. Et bene *Deſuper texta*; ſic enim texitur
fides Chriſti, ut de divinis ad humana deſcen-
e dat; ex eo quod ante ſæcula [e] ex Deo natus,
poſteriori tempore ſuſceptionem carnis adſum-
ſerit. Significatur igitur nobis eo quod non de- F
beat fides ſcindi, ſed ſolida permanere.

℣ 43. *Amen, amen dico tibi: Hodie mecum eris in pa-*
radiſo.

f 121. Pulcherrimum [f] affectandæ converſionis
exemplum, quod tam citò latroni venia relaxa-
tur, & uberior eſt gratia quàm precatio; ſemper A
enim Dominus plus tribuit, quam rogatur. Ille
enim rogabat ut memor eſſet ſui Dominus, cùm
veniſſet in regnum ſuum: Dominus autem ait illi:
Amen, amen dico tibi: Hodie mecum eris in para-
diſo: Vita eſt enim eſſe cum Chriſto; ideo ubi *Matth 27. 44*
Chriſtus, ibi vita, ibi regnum. Citò igitur ignoſ- *Marc. 15. 32.*
cit Dominus; quia cito ille convertitur.
122. Unde & illud ſolvi videtur, quia alii duos
convitiantes inducunt latrones, iſte unum con-
viciantem, & unum rogantem. Fortaſſe & iſte B *℣ 39.*
prius conviciatus eſt, ſed repente converſus eſt.
Nec mirum ſi converſo culpam ignoſcebat, qui
inſultantibus veniam relaxabat. Potuit etiam de
uno pluraliter dicere, ſicut illud eſt: *Adſtiterunt* *Pſal. 2. 2.*
reges terræ, & principes convenerunt in unum; ſolus
enim Herodes rex, & princeps Pilatus in apoſto- *Act. 4. 27.*
lorum Actibus conſpiraſſe adverſus Chriſtum
Petri voce produntur. Sic & ad Hebræos habes, *Hebr. 11. 37.*
in caprinis pellibus ambulabant, ſecti ſunt, &
C leonum molas obſtruxerunt; cùm ſolus Elias *4. Reg. 1. 8.*
melotidem habuiſſe, Eſaias ſectus eſſe, Daniel à
leonibus intactus manſiſſe doceatur.
123. Quàm execrabilis in facto iniquitas Judæo- *Dan. 6. 22.*
rum, ut quaſi latronem crucifigerent omnium
redemtorem! Bonus tamen in myſterio latro, qui
inſidiatus eſt diabolo, ut vaſa ejus auferret. Myſti-
ce autem latrones duo duos populos peccatores
ſignificant per baptiſmum crucifigendos eſſe
cum Chriſto: quorum diſſentio diverſitatem pa-
D riter credentium ſignat. Denique unus à ſiniſtris, *Iohan. 19. 30.*
alter à dextris erat. Increpatio quoque futu- *℣. 40.*
rum crucis ſcandalum etiam circa credentes re-
velat.
124. [g] Et acetum offerebant Judæi. Bene ad *Matth. 27. 48.*
conſummanda omnia & corruptio ſinceritatis g
hauritur; ut omnia cruci quæ vitiata fuerant,
figerentur. Acetum itaque bibitur, vinum cum *Ibidem. 27. 34.*
felle non bibitur; non quia fel, ſed quia admix-
tæ vino amaritudines recuſantur. Nam amaritu-
E dines vitæ noſtræ pro corporis utique conditio-
ne ſuſcepit. Denique ipſe ait: *Dederunt in eſcam* *Pſal. 68. 22.*
meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto. Sed
ſinceritati non debuit amaritudo miſceri; ut
oſtenderetur ſine amaritudine immortalitas re-
ſurgentium futura: quæ quoniam immortalitas *Matth. 27. 48.*
in vaſe coacuerat humano, [h] ſeparatur in Chriſ- h
to. Ergo acetum bibitur, hoc eſt, vitium cor-
ruptæ per Adam immortalitatis aboletur in ca-
lamo; ut de corpore abſorberetur humano. Nos
F quoque vitia noſtra per incuriam mentis corpo-
riſque concreta transfundamus in Chriſtum;
transfundamus per baptiſmum, ut crucifigamur
in Chriſto: transfundamus per pœnitentiam, ut
ab illo nobis vini ſanguiniſque cæleſtis incorru-
pta ſinceritas refundatur.
125. Denique ubi acetum bibit: Conſummata *Iohan 19. 30.*

a. Eadem edit. Rom. *Et ſecundùm Matthæum ſedentes ſervabant eum, & dicebant: Si rex Iſrael eſt deſcendat nunc de cruce. Iſti ergo* &c.
b. Ita mſſ. fere omnes: contra vero cunctæ edit. & mſ. Reg. *Noluit deſcendere, ne deſcenderet ſibi, ſed* (Amerb. *ſed ut*) *moreretur mihi.* Non ſatis appoſite ad contextum.
c. Rom. edit. *Accipe & aliud. Iſtæ quatuor partes* &c.
d. Eadem edit. *& ideo ſecundùm Iohannem, ſuper illa ſors agitatur, quia fides non pro portione* &c. Infra vero poſt voces, *deſuper texta*, ſubdit, *ut in Iohanne legitur.*
e. Sic omnes mſſ. atque edit. excepta Rom. ubi reponitur, *ex Deo genitus.*
f. Tres mſſ. *affectandæ converſationis.* Unus, *affectandæ confeſſionis.*

g. Rom. edit. *Inde ſecundùm Matthæum, currens unus ſpongiam implevit aceto, & dabat ei bibere: quod & bibit. Sic enim habes ſecundùm Iohannem: Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum. Vinum verò cum felle mixtum non bibit. Sic enim habetur in Matthæo: Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum: & cùm guſtaſſet noluit bibere.*
h. Ita mſſ. plures ac probatiores. Alii vero nonnulli, & ant. edit. *reparatur in Chriſto . . . . aboletur in calamo* (duo mſſ. *aboletur & calamo*, quod non diſplicet) *ut de corpore abſolveretur.* (Era. & Gill. in marg. *abſorberetur*) *humano.* Denique edit. Rom. totum locum præfert iſtis verbis: *adulcatur in Chriſto. Ergo acetum bibitur quod erat arundini impoſitum, hoc eſt . . . abſorbetur in calamo, ut de corpore aboleretur humano.*

ſunt, inquit, omnia; eo quod adſumtæ mortali- A
tatis impletum eſſet omne myſterium, & exhauſ-
tis omnibus vitiis, immortalitatis ſola lætitia re-
manſiſſet. Et ideo ait:

℣. 46. *In manus tuas Domine, commendo ſpiritum meum.*

126. Et bene commendatur ſpiritus, qui reſer-
vatur; quod enim commendatur, utique non
amittitur. Bonum ergo pignus eſt ſpiritus, bo-
2. Tim. 1. 14. num depoſitum. Unde & illic ait: *O Timothee, bo-
num depoſitum cuſtodi.* Commendatur enim Patri B
Pſal. 15. 10. ſpiritus; & ideo ait: *Quoniam non derelinques in
inferno animam meam.* Vide autem magnum myſ-
terium. Nunc commendat in manibus Patris ſpi-
ritum ſuum, nunc in Patris gremio ſedet; quia
Iohan. 14. 10. totum alius non capit Chriſtum. Denique: *Ego*,
inquit, *in Patre, & Pater in me.* Commendatur
ergo Patri ſpiritus. Sed cùm ſit in ſuperioribus,
illuminat & inferna, ut univerſa redimantur;
Coloſſ. 3. 11. etenim Chriſtus omnia, & in Chriſto omnia, li-
cet in ſingulis Chriſtus operetur. Caro moritur, C
ut reſurgat: ſpiritus Patri commendatur, ut cæ-
leſtia quoque ab iniquitatis vinculo ſolverentur,
& pax fieret in cælo, quam terrena ſequerentur.

℣. 46 a [a] *Et hoc dicto, tradidit ſpiritum.*

127. Et bene *tradidit*, qui non invitus ſpiritum
Matth. 27. 50. emiſit. Denique Matthæus ait: *Emiſit ſpiritum*;
quod enim emittitur, voluntarium eſt: quod
b amittitur, neceſſarium. [b] Propterea addidit:
Magna voce. In quo vel profeſſio glorioſa uſque D
ad mortem ſe pro noſtris deſcendiſſe peccatis
(ergo nec ego erubeſcam fateri quod Chriſtus
non erubuit voce magna profiteri) vel evidens
* manifeſtatio conteſtantis Dei * receſſionem di-
Matth. 27. 46. vinitatis & corporis. Sic enim habes: *Clamavit
Ieſus voce magna dicens: Deus, Deus meus, reſpice
in me: quare me dereliquiſti?* Clamavit homo di-
vinitatis ſeparatione moriturus. Nam cùm divi-
nitas mortis libera ſit, utique mors eſſe non po-
terat, niſi vita diſcederet; quia vita divinitas eſt. E

128. Jam quæ ſequuntur, oſtendunt quia prop-
ter impietatem hominum finis ſæculi ſit futurus.
Itaque ſignificatur per Domini paſſionem occa-
℣. 44. ſura præſentia, ut oriantur futura. Tenebræ igi-
c tur offuſæ ſunt oculis perfidorum, ut fidei [c] lu-
℣. 45. men reſurgeret. Sol occidit ſacrilegis, vel refu-
git; ut funeſti ſpectaculum ſceleris obumbraret.
Matth. 27. 51. Petræ ſciſſæ ſunt, ut per prærupta ſaxorum
oſtenderetur futurum, quoniam verbi vis pec-
torum dura penetraret; quo facilius ex cavis F
Hier. 16. 16. petrarum illi venatores quos Hieremias prædi-
xit, Domino venarentur. Monumentorum au-
Matth. 27. 52. tem reſeratio quid aliud, niſi clauſtris mortis
effractis, reſurrectionem ſignificat mortuorum,
quorum in adſpectu fides, in proceſſu typus,
quod in ſanctam prodeundo civitatem, præſen-
tium ſpecie declarabant in illa Hieruſalem quæ
in cælo eſt, futurum perenne diverſorium reſur-

gentium? Etiam velum ſcinditur, quo vel duo- ℣. 45.
rum populorum diviſio, vel myſteriorum Syna-
gogæ profanatio declaratur. Scinditur ergo ve-
lum verus; ut Eccleſia nova fidei ſuæ vela ſuſ-
pendat. Synagogæ velamen aufertur; ut reli-
gionis interna myſteria, revelato mentis cerna-
mus obtutu. Denique jam etiam centurio Dei ℣. 47.
filium quem crucifixerat, confitetur. O duriora
ſaxis pectora Judæorum! Finduntur petræ, ſed
horum corda obdurantur. Judex arguit, credit
miniſter, proditor ſcelus ſuum morte condem-
nat, elementa fugiunt, terra concutitur, monu-
menta reſerantur: Judæorum tamen immobilis
duritia manet orbe concuſſo.

129. Stabant autem & mulieres hæc videntes: ℣. 49.
ſtabat & mater, cùm ſtudio pietatis ſua pericula
poſthaberet. Sed & Dominus pendens in cruce,
qui ſua pericula contemneret, pio matrem com-
mendabat affectu. Quod non otioſe Johannes Iohan. 19. 25.
pluribus proſecutus eſt; alii enim mundum de-
ſcripſere concuſſum, cælum tenebris obductum,
refugiſſe ſolem. Addiderunt Matthæus & Mar- Matth. 27. 46.
cus, qui humana [d] atque moralia uberius proſe- Marc 15. 34. d
cuti ſunt: *Deus, Deus meus, reſpice in me: quare
me dereliquiſti?* ut ad crucem Chriſti ſuſceptio-
nem perveniſſe crederemus conditionis huma-
næ. Lucas autem competere evidenter adſeruit Luc. 23. 43.
latroni veniam ſacerdotali interceſſione dona-
tam, & Judæis perſequentibus eodem munere
indulgentiam poſtulatam.

130. Johannes ergo qui plenius divina pene-
travit myſteria, non immerito laboravit, ut quæ
Deum generaverat, manſiſſe eam virginem de-
clararet. Solus ergo me docet, quod alii non Iohan. 19. 26.
docuerunt, quemadmodum in cruce poſitus ap-
pellaverit matrem, pluris putans quod victor
ſuppliciorum atque pœnarum, victor diaboli,
pietatis officia dividebat; quam quod regnum
cæleſte donabat. Nam ſi religioſum eſt quod
latroni venia donatur à Domino, multo religio-
ſius quod mater honoratur à Filio.

131. Nec præpoſterum judicetur, quod prius
latronis abſolutionem quàm matris appellatio-
nem ſcripſi; qui enim venerat ſalvos facere pec-
catores, non abſurdum ſi prius in meis ſcriptis *
ſuſceptum munus in redimenda ſalute peccato-
ris implevit. Denique ipſe ait: *Quæ eſt mater mea,* Matth. 12. 48.
& qui ſunt fratres mei? Quia non venerat vocare
juſtos, ſed peccatores. Sed ibi pro loco, hîc &
in cruce non immemor matris, appellat eam di-
cens: *Ecce filius tuus*; & Johanni: *Ecce mater tua.* Iohan. 19. 26. & 27.
Teſtabatur de cruce Chriſtus, & teſtamentum
ejus ſignabat Johannes, dignus tanto teſtatore
teſtis. Bonum teſtamentum non pecuniæ, ſed
vitæ: quod non atramento ſcribitur, ſed Spiritu
Dei vivi: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcri-* Pſal. 44. 3.
bentis.

132. Sed nec Maria minor quàm matrem
Chriſti decebat, fugientibus apoſtolis ante cru-

a. Rom. edit. *Et hoc dicens expiravit. Et bene expiravit.*
b. 1 2 mſſ. At Rom. edit. ſola, *propterea præmiſit.* Eadem & Gil. *in quo Dei profeſſio.* Utraque denium cum Amerb. & Era. poſt vocem peccatis addunt, *annuntiat*: ſed eo hîc nihil eſt opus, cum ſubſtantivum *eſt*, facile cogitatione ſuppleatur.
*. Itane opinatus eſt Ambroſius divinitatem contra manifeſtum Pauli teſtimonium receſſiſſe à Chriſti corpore vel anima ſemel adſumtis? Reſpondent Petrus Lomb. lib. 3. Sentent. diſt. 21. § 1. & S. Th. 3. p. q. 50. a. 2. ad 1. receſſiſſe divinitatem quod ad effectum, id eſt, protectionem ſuam ſubtraxiſſe; Etenim *ſi non abſtuliſſet potentiam*, inquit ille, *ſed exercuiſſet, non moreretur Chriſtus*.
c. Omnes edit. *lumen refulgeret.* Omnes mſſ. *lumen reſurgeret.*
d. Edit. omnes, & plures mſſ. *atque mortalia*: tamen alii aliquot, qui & melioris notæ, *atque moralia.* Rurſus poſt pauca ubi Amerb. omniumque propemodum mſſ. auctoritate repoſuimus, *competere evidenter adſeruit*, Era. Gill. ac Rom. præferunt, *competenter adſeruit*: quæ lectio cur priori anteponatur, nihil videmus.

cem ſtabat, & piis ſpectabat oculis Filii vulnera; A quia exſpectabat non pignoris mortem, ſed mundi ſalutem. Aut fortaſſe quia cognoverat per Filii mortem mundi redemtionem, aula regalis putabat ſe & ſua morte publico muneri aliquid addituram. Sed Jeſus non egebat adjutore ad omnium redemtionem, qui dixit: *Factus ſum ſicut homo ſine adjutorio, inter mortuos liber.* (*Pſal. 87. 5.*) Suſcepit quidem matris affectum, ſed non quæſivit hominis auxilium. Habemus igitur [a] pietatis magiſtrum: docet lectio quid maternus B debeat affectus imitari, quid ſequi reverentia filiorum; ut illæ ſe offerant in filiorum periculis, illis amplius ſollicitudo materna quàm ſuæ mortis mœſtitia ſit dolori.

133. Quo loco uberrimum teſtimonium Mariæ virginitatis adhibetur. Neque enim abrogatur uxor marito, cùm ſcriptum ſit: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet;* (*Matth. 19. 4.*) ſed quæ propter myſterium conjugium prætexuit, completis myſteriis jam conjugio non egebat. Aut ſi moralia ſequi- C mur, * in mœrore caſtitas imperatur.

134. Myſticum tamen eſt quod commendatur Johanni inter ceteros juniori: quod non otioſis auribus debemus accipere. Periculoſa eſt enim mulieribus copula adoleſcentis, & ſpecies juventutis; ne qua fortaſſe curioſa exempli, incurioſa myſterii, quæ luxuriari in Chriſto cupiens, Mariæ ſpeciem prætendat, non imitetur affectum, ſicut vulgus nunc male audit mulierum, relicto ſeniore marito, ut juniorem ſequantur. Diſcat D ergo Eccleſiæ hîc eſſe myſterium, quæ populo ſeniori ſpecie ante copulata, non uſu, poſteaquam peperit Verbum, & in corporibus ac mentibus hominum per fidem crucis & ſepulturam Dominici corporis ſeminavit, ex præcepto Dei ſocietatem populi junioris elegit.

135. [b] Quæro etiam cur ante mortem non inveniamus eſſe percuſſum, poſt mortem inveniamus? (*Johan. 19. 34.*) Niſi forte ut voluntarius exitus ejus magis quam neceſſarius fuiſſe doceatur, & ordinem E myſticum noverimus; quia non ante altaris ſacramenta, quam baptiſmum: ſed baptiſmum ante, ſic poculum. Deinde ut advertamus quia licet corporis ejus fuerit natura mortalis, licet qualitas ſimilis; diſſimilis tamen gratia. Nam utique poſt mortem ſanguis in noſtris corporibus congelaſcit: [c] ex illo autem incorrupto licet corpore, ſed defuncto, omnium vita manabat. Aqua enim & ſanguis exivit; (*Ibidem.*) illa quæ diluat, iſte qui redimat. Bibamus ergo pretium noſ- F trum, ut bibendo redimamur.

136. Quid ſibi etiam vult, quod non apoſtoli, (*ꝟ. 50.*) ſed Joſeph & Nicodemus [d] Chriſtum ſepeliunt? (*Johan. 19. 38. & 39.*) Unus juſtus & conſtans, alter in quo dolus non erat; talis enim Chriſti eſt ſepultura, quæ fraudem iniquitatemque non habeat. Obſtruitur igitur tergiverſandi locus, & domeſtico Judæi teſtimonio revincuntur; nam ſi apoſtoli ſepeliſſent, dicerent utique non ſepultum, quem ſepultum raptum eſſe dixerunt.

137. Juſtus autem Chriſti corpus operit ſindone, innocens ungit unguento; (*Ibidem 40.*) namque hæc non otioſe diſtincta reperimus; quia juſtitia veſtit Eccleſiam, innocentia gratiam ſubminiſtrat. Veſti ergo & tu Domini corpus gloria ſua, ut & ipſe ſis juſtus: etſi mortuum credis, operi tamen divinitatis plenitudine ſuæ. Unge illud myrrha & aloe, ut bonus odor Chriſti ſis. Bonum linteum miſit Joſeph ille vir juſtus, & fortaſſe illud quod Petrus vidit è cælo ad ſe eſſe demiſſum, (*Act. 10. 11.*) in quo erant genera quadrupedum & ferarum & volucrum, ad ſimilitudinem gentium figurata. Myſtico igitur unguento illo piſtico conſepelitur Eccleſia, quæ diverſitatem populorum fidei ſuæ communione ſociavit.

138. De hoc Joſeph in Johanne ſolo invenio (*Johan. 19. 38.*) quod occultus venerit ad Pilatum propter metum Judæorum. Quomodo juſtus latebram periculi timore quæſivit? Ego autem puto quod ideo occulte petierit; ut corpus impetraret, non ut periculum caveret. Et tamen quid mirum ſi occultabatur juſtus, quando occultabantur & apoſtoli juſtorum magiſtri? Veni & tu: vel ſero, vel nocte, vel quacumque hora veneris, invenies Jeſum ad ſuſcipiendum paratum, nec minorem ſerius venientibus mercedem pia largitate ſolventem; nam & qui ſextâ horâ venit, non eſt (*Matth. 20. 4. & ſeq.*) mercede fraudatus: & qui undecimâ, plenitudinem mercedis accepit. Sed etiam Nicodemus (*Johan. 3. 2.*) nocte venit. Nox erat, quia adhuc non erat reſurrectio. Denique reſurrexit Chriſtus, & juſtus ait: *Nox præceſſit, dies autem appropinquavit.* (*Rom. 13. 12.*)

139. Hunc Joſeph juſtum Lucas dixit, Matthæus divitem. (*Luc. 23. 50. Matth. 27. 57.*) Et meritò dives hoc loco dicitur, ubi corpus ſuſcepit Chriſti; ſuſcipiendo enim divitem, neſcivit fidei paupertatem. Dives eſt ergo qui juſtus eſt. Juſtus igitur ſindone involvit: Iſraelita verò & diverſos miſcet virtutum (*Johan. 19. 39.*) odores, & aloes mittit quaſi libras centum, hoc eſt, perfectæ fidei quantitatem. Et ligaverunt corpus Jeſu juxta [e] conſuetudinem ſpiritalium Judæorum, non utique nodis perfidiæ, ſed fidei ligaturis. Et poſuerunt in horto, (*Ibidem 41.*) cui frequenter Eccleſia comparatur, quæ diverſorum habeat poma meritorum, floreſque virtutum.

140. Nec otioſe alius monumentum novum (*Ibidem & Matth. 27. 60.*) dixit, alius monumentum Joſeph. Non habebat igitur Chriſtus tumulum ſuum; etenim tumulus his paratur qui ſub lege ſunt mortis: victor mortis tumulum ſuum non habet. Quæ enim communio tumulo & Deo? Denique Eccleſiaſtes ait de eo [e] qui meditatur in bonis: *Et ſepultura non eſt illi.* (*Eccleſ. 6. 3.*) Specialis igitur præter commu-

a Edit. Rom. ſola, *pietatis magiſterium*: cum aliis edit. *Docent lectio*. MSſ. vero fere ad unum, ut in textu. At infra ubi omnes edit. & maximus mſſ. numerus habent, *ſollicitudo materna*, nequaquam diſplicet lectio duorum Colb. in quibus, *ſolitudo materna*, *ſolitudo* enim frequenter bonis auctoribus idem eſt, atque *orbitas*. Ceterum quidquid de Maria & Johanne hoc loco dicitur, prope ad verbum in Ep. ad Eccl. Verc. ſub finem repetitur.

*. *In mœrore*; hinc eſt quod viduis feminis tempore luctus maritalis quem Theodoſius cod. ſui tom. 3. Tit. 8. *De ſecund. nupt.* duodecim menſium eſſe voluit, ad ſecunda vota, ut loquuntur juriſperiti, convolantibus eadem Lege pœna irrogatur: quo reſpexiſſe Ambroſium probabile eſt.

b. Rom. edit. *Denique ſecundùm Iohannem: Ad Ieſum autem cùm veniſſent . . . latus ejus aperuit. Quæro ergo cur* &c.

c. Eadem edit. Rom. *de illo verò inquit Iohannes: Et continuo exivit ſanguis & aqua. Ex illo enim incorrupto* &c.

d Rurſus eadem Rom. edit. *ut Iohannes dicit, Chriſtum ſepeliunt? Unus juſtus & conſtans, alter qui erat magiſter in Iſrael. Talis enim Chriſti eſt ſepultura, quæ juſtitiam magiſteriumque habeat.*

e. Ita vet. edit. cum mſſ. omnibus. Rom. vero, *conſuetudinem ſpecialem Iudæorum*.

e. LXX. Interp. Καὶ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ οὐκ ἐμπλησθήσεται ἀπὸ τῆς ἀγαθωσύνης. *Et anima ejus non replebitur à bonitate.* Vulgata, *Et anima ejus non utatur bonis ſubſtantiæ ſuæ.*

A nem omnium mortem mors Chriſti eſt: & ideo non cum aliis ſepelitur, ſed ſolus tumulo includitur; omnia enim in ſimilitudinem hominum habuit incarnatio Domini, [a] ſed ſimilitudo erat cum differentia. Natus eſt ex Virgine, ſimilitudine generationis, diſſimilitudine conceptionis. *Luc. 3. 16.* Curabat ægros, ſed imperabat. Aquâ Johannes baptizabat, hic ſpiritu. Et mors ergo Chriſti communis ſecundum naturam corporis, ſpecialis ſecundum virtutem.

℣. 55. B 141. Quis autem eſt Joſeph, cujus in tumulo ponitur? Utique ille juſtus. Bene ergo Chriſtus [b] monumento creditur juſti; ut habeat Filius hominis ubi caput ſuum reclinet, & juſtitiæ habitatione requieſcat. Bene autem novo, ſecundum litteram quidem, ne alius ſuſcitatus à perfidis diceretur: myſtice vero quid poſſumus intelligere, niſi forte quia legimus: *Pſal. 5. 11.* *Sepulcrum patens eſt guttur eorum?* Ergo ſepulcrum patens eſt guttur hominis, in quo perfidia lethalis & mortua verba conduntur, quod per vetuſtatem & C incurſionem aliquam beſtiarum fatiſcit & ſolvitur. Eſt ergo è contrario monumentum in ſecretis hominum, quod ſibi in pectoribus duritiæ gentilis penetrabili verbo juſtus excidit, fidei atque doctrinæ operibus perpolitum, ut prætenderet in nationibus virtus Chriſti.

Matth. 27. 60. 142. Cui pulcherrime lapis admotus eſt, ne pateret; quicumque enim in ſe bene humaverit Chriſtum, diligenter cuſtodiat; ne eum perdat, *Johan 20. 6 & 8* neve perfidiæ ſit ingreſſus. Vides enim quia Pe- D trus & Johannes priores intrare meruerunt. Denique Johannes ipſe non antequam crederet, introivit.

Matth. 27. 60. 143. Et bene in petra exciſum dicitur, hoc eſt, in fidei firmamento, de qua veri Iſraelitæ dulcedinem mellis & oleum ſpiritale ſuxerunt. Sepelierunt autem Chriſtum juſtus, & qui Deum vidit; non enim ſepeliunt Chriſtum, niſi qui [c] Deum credunt.

E 144. Denique non omnes poſſunt ſepelire *℣ 55.* Chriſtum: quamvis religioſæ mulieres, à longe ſtant: ſed quia religioſæ, locum diligenter obſervant; ut unguenta adferant, & ſuperfundant. Sollicitæ tamen & à monumento poſteriores recedunt, & ad monumentum priores revertuntur: etſi deeſt conſtantia, non deeſt diligentia. Sexus nutat, devotio calet.

Johan. 20. 1. 145. Denique reſurrectionis tempore præſto ſunt, & [d] cùm viri fugarentur, ſolæ tamen ab *Ibidem. 2.* Angelo ne timeant admonentur. Petrum evo- F *Ibidem.* cant ſtudio priores, ſed poſteriores fiducia. Denique ille ſine metu advenit, & conſtanter qui poſterior venerat, primus ingreditur, quaſi qui claves regni ut aliis aperiret, acceperat.

Matth. 28. 2. 146. Terræ motus autem fidelibus reſurrectio eſt, impiis metus: his, quia pigrum corpus à A mortis ſopore ſe commovet: illis, quia tremore corporis & terrena mobilitate turbati, à reſurrectionis fide & credulitate deſciſcunt.

Mane autem ſabbati venerunt valde tempore ad monumentum. *Cap. 24. ℣. 1.*

147. Magna oritur hoc loco pleriſque dubitatio; nam etſi non videntur Evangeliſtæ dixiſſe contraria, tamen diverſa dixerunt. Siquidem hic, *Mane valde tempore:* Marcus, *Valde mane:* *Matth. 28. 1.* B Matthæus, *Veſpere ſabbati:* Johannes, *Prima ſabbati cùm adhuc tenebræ eſſent*, mulieres ad monumentum veniſſe dixerunt. *Marc. 16. 1. Johan. 20. 1.* Deinde hic duos viros, *℣ 4.* Marcus unum juvenem in albis ſedentem, *Marc. 16. 5* Matthæus unum Angelum, Johannes duos Angelos in albis ſedentes viſos eſſe memoraverunt. *Matth. 28. 2.* Poſtremo, quod vix enodabile videatur, Johannes ſcripſit dictum Mariæ Magdalenæ: *Johan. 20. 17.* *Noli me tangere; nondum enim adſcendi ad Patrem meum:* *Matth. 28. 9.* Matthæus occurriſſe Dominum ſcripſit Mariæ C Magdalenæ, & alteri Mariæ, & illas acceſſiſſe, & tenuiſſe pedes ejus, & adoraſſe evidentiſſima deſcriptione digeſſit.

148. Quomodo ergo ſolvendum, niſi quatuor Evangeliſtas de diverſis quatuor putes dixiſſe temporibus; ut & perſonas alias mulierum, & alias conjicias viſiones? Denique aliæ cum unguento primâ ſabbati veniunt: aliæ ſine unguento, veſpere ſabbati. Iſtarum nomen exprimitur, illæ de Galilæa ſecutæ Dominum deſignantur.

D 149. Quo loco ne quem ſpinoſæ interpretationis in fine offendat aſperitas, ubi ſuavia forte præſumta ſunt; æſtimate jam nos complendi ſermonis vela ſubmittere, quoniam ad portum venimus: & navis quæ curſu concito maria tranſmearit, ubi littori cœperit appropinquare, latentia cautium curſu perſtringit infracto. Ergo ne tamquam inerti gubernatori in arenis littoris mihi hæreat ſermo, [e] tamquam in vada cæca lentandum iter quam præcipitandum arbitror; E quo minus timoſa nobis pateſcat oratio.

150. Primùm igitur illud ſpectandum eſt, quod ſcriptum eſt: *Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati*, reſurrexiſſe Dominum. *Matth. 28. 1.* Sic enim habes: quia *Veſpere ſabbati venit Maria Magdalene & altera Maria videre ſepulcrum. Et ecce terra motus factus eſt magnus.* Non enim die ſabbati (nam [*] *ſiluerunt ſabbato ſecundùm mandatum*) *Luc. 23. 56.* ſed poſt ſabbati diem, nocte utique reſurrexit. Denique quæ mane venerunt, licet valde F tempore, tamen jam Dominum reſurrexiſſe cognoverunt.

151 Sic igitur temperandum eſt, ut neque mane Dominicâ quæ eſt prima poſt ſabbatum, neque ſabbato reſurrectio facta credatur. Nam quomodo triduum compleretur; non ergo veſperaſcente die, ſed noctis veſpere reſurrexit.

a Mſſ. complures nec inferioris notæ, *ſed ſimilitudo erat cum differentia naturæ. Ex virgine ſimilitudo generationis, diſſimilitudo conceptionis*. nonnulli tamen legunt cum edit. *ſimilitudine* .... *diſſimilitudine* Alii mſſ licet pauci, & edit. habent ut in textu.

b. Omnes edit & pauci mſſ *monumento* (Rom *in monumento*) *ponitur juſti* Reliqui mſſ. magno numero, *monumento creditur*, & quidam corrupte *ingreditur* | *juſti*

c. Rom. edit. poſt voces, *Deum credunt*, inſertis aliquot Evangelii verſibus, & reſecatis e textu Ambroſii non paucis verbis ita mutavit, *Quamvis mulieres à longe ſtarent.* Sed in lectione omnium & mſſ & vet edit mutato nihil opus eſſe per ſe intelliget quiſquis non omnino perfunctorie locum diſpiciet.

d Eadem edit. ſola, *ſùm viri fugerent.*

e. Ita mſſ. aliquot melioris notæ. Alii, & edit. *tamquam vada cæca legam*, *lentandam* (Gill & Rom. *tentandum*, cui Rom. edit. addit, *prius*, forte præſtaret, *potius*, quod in lectione noſtra ſubintelligitur) *iter*. . *pateſcat oratio* Era. & ſeq. edit *fatiſcat oratio*; nimirum eo fortaſſe quia vir doctus putavit alluſum eſſe ad illud Virgil ex 1. Æneid.

rimiſque fatiſcunt.

Sed *pateſcat* non abſurdum eſt, & in mſſ. omnibus invenitur, Porro *lentandum*, hic nihil eſt aliud quam *lente moderandum*: nam apud Virg idem eſt atque *inflectendum*.

*. *Siluerunt*, Scripturæ uſu ac more ponitur pro *quieverunt*.

Denique

Denique græcus ſero dixit, hoc eſt, ὀψέ. Sero autem & horam ſignat in occaſu diei, & cujuſque rei ſignificat tarditatem; quomodo ſi dicas: Sero mihi ſuggeſtum eſt, id eſt, tarde. Sero venit, id eſt, poſt præſtitutum tempus advenit: & licet mane [a] ſequenti die venerit, ſero eſt tamen, ubi agendi tempus emenſum eſt. Eſt & ſero tempus noctis profundum, ut ſi dicas: Sero ad lucubrandum ſurrexit, id eſt, non veſpertino tempore, ſed profunda nocte ſurrexit.

152. Unde & mulieres ad monumentum accedendi habent facultatem, jam utique cuſtodibus quieſcentibus: & ipſi cuſtodes terrentur amplius, quod uſu venit ſomno excitis. Poſtremo etiam principes ſacerdotum congregati cum ſenioribus nocte id factum eſſe confirmant, dicentes cuſtodibus: *Dicite, quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus.* (Matth. 28. 13.) Ex tempore enim quod à cuſtodibus compererunt, argumentum fraudis arripiunt. Nam Johannes mane, cùm adhuc tenebræ eſſent, Mariam Magdalenam ad ſe & ad Petrum veniſſe ſignificat, (Johan. 20. 2.) & tamen ignaram factæ reſurrectionis inducit; nam utique ſi adveſperaſcente die, facta eſſet, ſtatim potuit innoteſcere.

153. Mane eſt, & adhuc Petrus neſcit, neſcit Johannes. Numquid patiebatur Dominus diutius torqueri diſcipulos [b] ſuæ mortis incerto, ad quos ſtatim Angelus, ſtatim Dominus geſtæ rei nuntias mulieres deſtinavit? Et ut ſcias nocte factum, mulieres aliæ neſciunt, aliæ ſciunt: ſciunt quæ obſervaverunt noctibus & diebus, neſciunt quæ receſſerunt. Neſcit una Maria Magdalene, ſecundùm Johannem: (Johan. 20. 15.) ſcit altera Maria Magdalene, ſecundùm Matthæum; (Matth. 28. 9.) nam eadem & ante ſcire, & poſtea neſcire non potuit. Ergò ſi plures Mariæ, plures fortaſſe etiam Magdalenæ, cùm illud perſonæ nomen ſit, hoc locorum.

154. Denique alteram eſſe cognoſce. Illa admittitur pedes Domini tenere: tangere Dominum iſta prohibetur. Illa Angelum videre meruit, hæc primò quando venit, neminem vidit. Illa diſcipulis Dominum reſurrexiſſe nuntiavit, iſta raptum eſſe ſignificat. Illa gaudet, hæc plorat. Illi in gloria ſua jam Chriſtus occurrit, hæc adhuc mortuum quærit. Illa Dominum vidit & credidit, hæc non potuit agnoſcere cùm videret. Illa fideli adorabat in ſpiritu, hæc dubio mœſtificabatur affectu.

155. Merito nimirum prohibetur tangere Dominum; non enim corporali tactu Chriſtum, ſed fide tangimus: *Nondum enim*, inquit, *adſcendi ad Patrem meum*; (Johan. 20. 17.) hoc eſt, nondum tibi adſcendi, quæ viventem cum mortuis quæris: & ideo ad fortiores mittitur, quotum credere [c] diſcat exemplo, ut illi reſurrectionem prædicent.

156. Sicut in principio mulier auctor culpæ viro fuit, vir exſecutor erroris: ita nunc quæ mortem prior guſtaverat, reſurrectionem prior vidit, culpæ ordine, & remedio prior. Et ne perpetui reatus apud viros opprobrium ſuſtineret: quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam, veteriſque lapſus compenſat ærumnam reſurrectionis indicio. Per os mulieris mors ante proceſſerat, per os mulieris vita reparatur.

157. Sed quia conſtantia ad prædicandum neceſſaria, inferior ſexus ad exſequendum infirmior, viris evangelizandi mandatur officium. Nam ſicut mulierum per Jeſum non ſolùm culpa ſolvitur, ſed etiam multiplicatur gratia; ut pluribus ſuadeat, quæ unum ante deceperat: ita & vir, qui temere ante crediderat, fœneratum munus recuperare debuit; ut qui ſibi ipſe fuerat ad credendum lubricus, fieret aliis ad prædicandum idoneus.

158. Sed advertamus ipſa verba mandati. *Noli me tangere; nondum enim adſcendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dices: Adſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum: Deum meum, & Deum veſtrum.* (Johan. 20. 17.) Quomodo non adſcenderas, domine Jeſu? Quemadmodum aberas, qui in manus Patris commendaveras ſpiritum? Aut quando abeſſe potes, qui ſemper in Patre es, cum Patre ſemper? Denique ipſe dixiſti: *Si deſcendero in infernum, ades. Si ſumſero pennas meas ante lucem, & habitem in extremo maris; etenim illò manus tua deducet me.* (Pſal. 138. 8. & ſeq.) Aut quomodo adſcendis, qui ubique ſemper es?

159. Deſcendiſti quidem Filius hominis, nec Patri, cùm deſcenderes, abfuiſti: ſed deſcendiſti nobis; ut te oculis ac mentibus videremus, ut in te crederemus. Ergo & adſcendiſti nobis; ut & te ſequeremur mentibus, quem oculis videre non poſſumus. Adſcendiſti apoſtolis, quibus dixiſti: *Qui me videt, videt & Patrem.* (Johan. 14. 9.) Denique Johannes ubi te quæreret, ſcivit. Apud Patrem quæſivit, & reperit, & ideo ait: *Et Verbum erat apud Deum.* (Johan. 1. 1.) Adſcendiſti & Paulo, qui non contentus ſolus te ſequi, nos quoque docuit quemadmodum te ſequamur, & ubi te reperire poſſimus, dicens: *Si ergo conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite, ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens.* (Coloſſ. 3. 1.) Et ne oculorum magis hoc quam animorum putaremus officium, addidit: *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* (Ibidem 2.)

160. Ergo non ſupra terram, nec in terra, nec ſecundum carnem te quærere debemus, ſi volumus invenire; nunc enim ſecundum carnem jam non novimus Chriſtum. (2. Cor. 5. 16.) Denique Stephanus non ſupra terram quæſivit, qui ſtantem te ad dexteram Dei vidit: (Act. 7. 55.) Maria autem quia quærebat in terra, tangere non potuit. (Johan. 19. 17.) Stephanus tetigit, quia quæſivit in cælo, Stephanus inter Judæos vidit abſentem: Maria inter angelos non vidit præſentem. Sed quare non potuerit illa tangere, Evangeliſta ipſe nos docuit dicens, quia cùm te videret, neſciebat quia tu es; ſic enim habes: *Converſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat quia Ieſus eſt.* (Ibidem 14.) Merito tangere non potuit, quæ videre non potuerat; nam qui videt, tangit.

161. Itaque quid interſit inter illam & hanc Mariam Scriptura diſtinguit. Illa occurrit, ut

a Confixerat edis Rom. voces, *ſequenti die*. qua autem cauſa id fecerit, non ſatis patet

b. Rom. edit. *ſuæ reſurrectionis incertos*. Vet. & pleriſque mſſ. *ſuæ mortis incertos*, mſſ aliquot melioris notæ, *incerto*. Elegantius. Infra vero ubi omnes edit. *ſtatim Angelus Dominus*: mſſ. concta fere ad unum, *ſtatim Angelus, ſtatim Dominus* &c. Quod etiam cum evangelica hiſtoria belle congruit

c Corb. & alii quatuor, *cogatur exemplo*. Sed hic verbum *cogatur*, lata ſignificatione accipiendum eſſet pro *inducatur*.

Jeſum videat; hæc retrorſum convertitur: illa A ſalutatur, hæc redarguitur. Denique ſic habes: Johan. 20. 14. *Dicit ei Jeſus: Mulier.* Quæ non credit, mulier eſt, & adbuc corporei ſexus appellatione ſignatur: nam quæ credit, occurrit in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, carens jam nomine ſæculi, corporis ſexu, lubrico juventutis, multiloquio ſenectutis. Dicit ergo Ibidem. 15. Jeſus: *Mulier, quid ploras?* Quaſi dicat: Non lacrymas nudas Deus, ſed fidem exigit. Bonæ Ibidem. lacrymæ, ſi Chriſtum agnoſcas. *Quem quæris?* B inquit. Molimina enim Dominus ſera condemnat. Sed bene addidit: *Quem quæris?* Non quod iſte duhitet quem requirat: ſed quia illa quem quærat, ignorat; non enim Chriſtum qnærit, quem putat raptum. Adeſt Chriſtus, quemadmodum quæritur? Neſcitur ergo qui quæritur, quando non cognoſcitur, cùm videtur.

162. Denique Chriſtum videbat, & hortulanum putabat; ſic enim habes: Ibidem. *Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dixit ei: Domine, ſi tu ſuſtu-* C *liſti eum, dicito mihi ubi poſuiſti eum, & ego eum tollam.* Etſi fide incerta, tamen ſermone non lubrica: etſi hortulanum putavit, tamen Dei Filium deſignavit: etſi adbuc non credit, tamen a affectat ut credat; ipſe enim corpus tulit, [a] qui ſuſcitavit. Ergo veniabilis error mulieris, quæ licet dnbitare non dehuit Chriſti corpus per gloriam reſurrectionis adſumtum; doceri tamen geſtit à Chriſto, & fidem ſuam jam devota promitnr; ut & ipſa illud jam tollat è terris, & ad D dexteram Dei quærat.

Ibidem 16. 163. Denique poſt bæc verha non mulier, ſed jam Maria vocatur; aliud eſt enim commune vulgi nomen, aliud ſpeciale perſonæ Chriſtum b ſequentis. Et ad diſcipulos, licet [b] nondum arhitra plenæ fidei, tamen nuntia deſtinatur. Prohi- Coloſſ. 2. 9. betur autem tangere, quia nondum inhabitare in Chriſto corporaliter plenitudinem divinitatis, ſicut Paulus, acceperat: nondum evacuaverat lubricum ſæculi, carnis ambiguum: nondum E c vitam vixerat Chriſti. [c] Denique ſtat, non ado- Matth. 28. 9. rat Dominum, nec pedes tenet, ſicut illa Maria: in qua utique non tam obſequium corporale, quam plenæ fidei deſignatur affectus; quod Chriſtum & hominem & Deum credat: Deus eſt enim qui adoratur, homo eſt qui tenetur.

164. Non igitur tangi Dominus faſtidit à fe- Luc. 7. 38. mina, cujus & Maria pedes unxit unguento: nec tactum dedignatur, ſed profectum docet; quia non omnes Chriſtum poſſunt tangere reſurgen- F tem, quem tetigerunt in hac vita & corpore commorantem. Qui vult Chriſtum tangere, ſua membra mortificet, & reſurrecturo ſimilis induat viſcera miſericordiæ, & non ambigat renuntiare terrenis.

Johan. 20. 17. 165. Quid eſt igitur: *Noli me tangere?* Noli manum adhibere majoribus: ſed vade ad fratres Matth. 12. 50. meos, hoc eſt, ad perfectiores. *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe* A *meus & frater, & ſoror, & mater eſt.* Quia reſurrectio non facile niſi à perfectioribus capi poteſt, fundatioribus hujus fidei prærogativa ſervatur: *Mulieribus autem docere in Eccleſia non per-* 1. Cor. 14. 35. *mitto, domi viros ſuos interrogent.* Ad eos ergo 1. Tim. 2. 12. mittitur, qui domeſtici ſunt: & accepit præſcripta mandata.

166. Nec fugit hoc loco ſenſiſſe quoſdam ideo Chriſtum noluiſſe tangi, quia nondum [d] re- d ceperat typum quem commendaverat Patri, B quaſi adhuc eum tangere non deheret.

167. *Adſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſ-* Johan. 20. 17. *trum, Deum meum, & Deum veſtrum.* Bene diſtinxit, quia mnlieri loquehatur; non enim communis nobis natura cum Chriſto, niſi conditionis humanæ. Illi Pater generatione propria, nobis adoptione voluntaria: illi per naturam, nobis per gratiam: illi Deus unitate myſterii, nobis poteſtate cæleſti.

168. Dicit aliquis: Qnomodo ergo Thomas Ibidem. 27. C cùm adhuc non crederet, tetigit tamen Chriſtum? Sed ille non de reſurrectione Domini, ſed de reſurrectionis videtur qualitate dubitaſſe; & tactu ſuo debuit me docere, ſicut docuit & Paulus: *Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptio-* 1. Cor. 15. 53. *nem, & hoc mortale induere immortalitatem*; ut incredulus credat, & cunctator dubitare non poſſit: facilius enim credimus, quod videmus. Hahuit autem admirandi cauſam Thomas, cùm videret clauſis omnihus per invia ſepta corpori- D bus, inoffenſa compage, corpus inſertum; & ideo mirum quomodo ſe natura corporea per impenetrabile corpus infuderit, inviſibili aditu, viſibili conſpectu: tangi facilis, difficilis æſtimari.

169. Denique conturbati diſcipuli æſtimabant ℣. 37. ſe ſpiritum videre; & ideo Dominus, ut ſpeciem nobis reſurrectionis oſtenderet: *Palpate*, inquit, ℣. 39. *& videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* Non ergo per incorpo- E ream naturam, ſed per reſurrectionis corporeæ qualitatem impervia nſu, clanſa penetravit. Nam quod tangitur, corpus eſt: quod palpatur, corpus eſt: in corpore autem reſnrgemus: *Semi-* 1. Cor. 15. 44. *natur enim corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale:* ſed illud ſubtilius, hoc craſſius; utpote adhuc terrenæ labis qualitate concretum.

170. Nam quomodo non corpus, in quo manehant inſignia vulnerum, veſtigia cicatricum, quæ Dominus palpanda obtulit? In quo non F ſolnm fidem firmat, ſed etiam devotionem acuit; quod vulnera ſuſcepta pro nobis cælo inferre maluit, abolere noluit; ut Deo Patri noſtræ pretia libertatis oſtenderet. Talem ſibi Pater ad dexteram locat, trophæa noſtræ ſalutis amplectens: tales illic Martyres nobis cicatricis ſuæ corona monſtrabit.

171. Et quoniam ſermo huc uſque noſter evaſit, conſideremns qua gratia ſecundùm Johan- Johan. 20. 20. nem crediderint apoſtoli, qui gaviſi ſunt: ſe-

a. Mſſ. aliquot melioris ævi, *qui ſuſcepit*; eo nempe ſignificatu, quo infra dicitur, *corpus per gloriam reſurrectionis adſumtum.*
b. Era. & ſeq. edit. cum mſſ. quibuſdam, *nondum arbitra, plena tamen nuntia fidei.* Melius Amerb. cum aliis mſſ. ut in textu, niſi quod Amerb. vocem, *arbitra*, commate diſtinxit à ſequenti.
c. Omnes edit. ac mſſ. non pauci, *Denique iſta non adorat.* Alii etiam multi bonæque manus, *Denique ſtat, non adorat.*
d. Mſſ duo, & edit. Era. ac Gul. in marg. nec non Rom. in corpore, *receperat ſpiritum.* Alii mſſ. ac vet. edit. *receperat typum*: quod etſi paulo obſcurius videatur, poteſt tamen non incommode explicari, ſi dicamus per *typum*, ſeu formam intelligi perfectam humanitatis glorificationem, quam Chriſtus tum demum recepit, cùm ad patris dexteram adſcendit; priuſquam vero illam reciperet, eum tangere nequaquam potuit Magdalena; hoc eſt, Eccleſia gentium, quæ in ea muliere deſignabatur, in ipſum non credidit. Vide Auguſt. Tract. 121. in Johan. num. 3.

✝ 15. & 49. cundùm Lucam quaſi increduli redarguantur: A
ibi Spiritum ſanctum acceperint, hîc ſedere in
civitate jubeantur, quoadusſque induantur vir-
tute ex alto. Et videtur mihi ille quaſi apoſto-
lus majora & altiora tetigiſſe, hic ſequentia, &
humanis proxima: hic hiſtorico uſus circuitu,
ille compendio; quia & de illo dubitari non po-
Johan. 19. 35. teſt, qui teſtimonium perhibet de his quibus ipſe
interfuit, & verum eſt teſtimonium ejus. Ab hoc
quoque, qui evangeliſta eſſe meruit, vel negli-
gentiæ, vel mendacii ſuſpicionem æquum eſt B
propulſari. Et ideo verum utrumque putamus,
non ſententiarum varietate, nec perſonarum
diverſitate diſtinctum. Nam etſi in primo Lucas
eos non credidiſſe dicat, poſtea tamen credidiſſe
demonſtrat: & ſi prima conſideremus, contra-
ria ſunt: ſi ſequentia, certum eſt convenire. Ip-
ſa igitur Scripturæ verba conſideremus.

Johan. 20. 20. & ſeq. 172. Sic ait Johannes: *Et gaviſi ſunt diſcipuli,*
viſo Domino. Dicit ergo his iterum: *Pax vobis,*
ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Et cùm hoc C
dixiſſet, inſufflavit his & dixit: Accipite Spiritum
ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittentur
his, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Lucas
✝ 35. & ſeq. autem dicit: *Et quomodo cognoverunt eum in frac-*
tione panis. Dum autem hæc loquuntur, ipſe ſtetit in
medio eorum, & dicit eis: Pax vobis, ego ſum, no-
lite timere. Conturbati vero & conterriti æſtimabant
ſe ſpiritum videre. Et poſſent videri hîc plures
fuiſſe: ſed quia & hic ſero reſurrectionis die
(nam adveſperaſcente jam die qui fuerant in- D
greſſi manere cum Domino, ubi ille ſe repente
ſubduxit, eadem hora ad diſcipulos hi duo re-
meaſſe produntur, quando Dominus palpandum
Johan. 20. 19. ſe obtulit) & ſecundùm Johannem ſero die illa,
unâ ſabbatorum inducitur apparuiſſe diſcipulis,
& vulnera obtuliſſe palpanda; ne quid ambigui-
tatis adferret, putavimus diligentius requiren-
dum.

173. Videtur enim ſeparatim ſe iſtis undecim
demonſtraſſe, ſicut ſe * Ammaoni & Cleophæ E
ſeorſum jam veſpere demonſtraverat: & quem-
admodum iſti duo, ita etiam videntur illi unde-
cim ad confirmandos reliquos convenire po-
tuiſſe. Denique & conturbati ſunt, ut habes ſe-
cundùm Lucam; & ideo aperuit eis ſenſum, ut
intelligerent ea quæ ſcripta ſunt. Hunc autem
latius, illum ſuccinctius ſcripſiſſe non dubium
eſt. Quomodo enim ſoli Cephæ viſum dicerent,
ſi ab omnibus erat viſus? Sed ſicut ex mulieri-
bus Mariæ, & alii Mariæ Magdalenæ; ita ex vi- F
ris Petro viſus eſt primo mane. Et Paulus ſic ait:
1. Cor. 15. 3. & ſeq. *Tradidi enim vobis imprimis, quia Chriſtus mor-*
tuus eſt ſecundum Scripturas, & quia ſepultus eſt, &
quia reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, &
Marc. 16. 5. & 7. *viſus eſt Cephæ.* Et ideo Marcus ſpecialiter indu-
cit juvenem mandantem ut Petro & diſcipulis
dicerent mulieres, quia ſurrexit Dominus.

174. Petrus ergo vidit ſolus Dominum; devo-
tio enim parata ſemper & promta credebat, &
ideo ſtudebat frequentiora fidei ſigna colligere.
Alibi cum Johanne, alibi ſolus, ubique tamen
impiger currit, ubique aut ſolus, aut primus:
non contentus vidiſſe quæ viderat, repetit in-
tuenda, & quærendi Domini amore ſuccenſus,
non ſatiatur videndo. Videt eum ſolus, videt
cum undecim, videt cum ſeptuaginta, videt &
quando Thomas credidit, videt cùm piſcaretur:
B ſed non vidiſſe contentus, impatiens deſiderii,
negligens captionis, immemor periculi, non ta-
men immemor reverentiæ; ubi Dominum vidit
in littore, veſte ſe texit, ſerum æſtimans ſi cum
ceteris navigio perveniret. Sic cùm in undis Do- Matth. 14. 28.
minus ambularet, ſuper undas maris naturæ ſuæ
oblitus occurrit: ſic cùm à Judæis Dominus te- Ibidem. 26. 51.
neretur, adverſùm turbas gladium ſolus exeruit:
ſic & nunc eùm Dominus ſtetiſſet in littore pe- Johan. 21. 4.
riculoſo, compendio religioſum maturavit obſe-
C quium.

175. Non eſt igitur dubium credidiſſe Petrum,
& credidiſſe quia dilexit, dilexiſſe quia credi-
dit. Unde & contriſtatur quia & tertiò interro-
gatur: *Amas me?* Is enim interrogatur, de quo Ibidem 17.
dubitatur: ſed Dominus non dubitat, qui inter-
rogat, non ut diſceret, ſed ut doceret quem ele-
vandus in cælum, amoris ſui nobis velut vica-
rium relinquebat. Sic enim habes: *Simon Io-* Ibidem. 16
hannis diligis me? Utique tu ſcis, Domine, quia
D *amo te. Dicit ei Ieſus: Paſce agnos meos.* Bene-con-
ſcius ſui non ad tempus adſumtum, ſed jamdu-
dum Deo cognitum Petrus teſtificatur affectum.
Quis eſt enim alius, qui de ſe hoc facile profite-
ri poſſit? Et ideo quia ſolus profitetur ex omni-
bus, omnibus antefertur; major enim omnibus
caritas.

176. Illud quoque diligentius intuendum, cur
cùm Dominus dixerit: *Diligis me?* ille reſpon-
derit: *Tu ſcis, Domine, quia amo te.* In quo vi-
E detur mihi dilectio habere animi caritatem,
amor quemdam æſtum conceptum corporis ac
mentis ardore, & Petrum opinor non ſolùm
animi, ſed etiam corporis ſui circa Dei cultum
ſignare flagrantiam. Denique tertiò Dominus
non jam, *Diligis me*, ſed, *Amas me*, interroga- Johan 21. 17
vit: & jam non agnos, ut primò, quodam lacte
veſcendos: nec oviculas ut ſecundò; ſed oves
paſcere jubetur, perfectiores ut perfectior gu-
bernaret.

F 177. Et ideo quaſi perfecto in omnibus, quem
caro jam revocare non poſſet à gloria paſſionis,
corona decernitur: *Cùm eſſes*, inquit, *junior, cin-* Ibidem 18.
gebas te, & ambulabas ubi volebas: cùm autem ſe-
nueris, extendes manus tuas, & alius te præcinget,
& ducet quo tu non vis. Bona ſenectus, non vitæ
longævitate imbecilla ad uſum, ſed maturitate
virtutis ad martyrium præparata: quæ laſciviam

* Petavius in notis ad Epiph. Hær 21 hæc obſervat *Ambroſius Ammaonem hunc vocat ad Luca cap 24. Sed deeſſe apud Ambroſium aliquid ſuſpicor. Nam videtur Ammaoni loci vocabulum fuiſſe levi depravatione pro Emmaunti. Petro alterius diſcipuli nomen ſubſtituendum.* Verum, pace tanti viri, ea conjectura ſtare non poteſt Non enim hic ſolum, ſed multis aliis locis, ut puta in hac ipſa Expoſitione ad cap. 17 In Apol 2 David cap. 8. Tract in Symb Serm in Domin 6. poſt Epiph. & alibi alter ex illis diſcipulis Ammaon vocitatur Neque tamen hinc inſultandum Ambroſio, quaſi pro Chriſti diſcipulo caſtellum acceperit. Etenim cùm eumdem illum Orig. Præfat in Evang. Johan. nominet Simeonem, quid vetet quin ibi Ammaonem codicis vitio, ut non nemo exiſtimavit, legerit Ambroſius? Sed poteſt etiam dici Doctoris noſtri (immo forte ipſiuſmet Origenis) hanc ſententiam fuiſſe, Ammaonem ſive Emmaonem à loco nuncupatum fuiſſe, non ſecus ac ſupra num 153. Magdalena locorum vocabulum eſſe dicitur. Et videtur ſane hinc firmari poſſe iſthæc opinio, quod Evangeliſta eorumdem Chriſti diſcipulorum in caſtellum ingreſſum atque accubitum ita deſcribat, ut putes eos potius repetere proprios lares, quam ad alienos divertere.

corporalium reprimat voluptatum, nec indul- A
geat cupiditatibus, dulcia quæque declinet, ſpe-
Galat. 5. cioſa non appetat; caro enim concupiſcit ad-
17. verſùm ſpiritum, & tranſverſarios tramites gra-
diendi quâ velit, diverſarum ſibi invenit volup-
tatum. Bona vero mentis ſenectus, quæ non id
quod ſuave corpori, ſed quod menti utile putat,
elegit: non voluptario corporis rapitur appe-
titu, ſed repugnandi moderamine quaſi iovita
revocatur.

Luc. 22. 178. Ergo & Petrus etſi paratus erat animo B
33. ſubire martyrium, tamen ubi periculum adve-
nit, conſtantiam mentis inflexit; capit enim nos
ſuavitate ſui, cæleſtis uſus muneris. Nam quis
martyrium è nobis non eligeret, ſi libenter mori
poſſet? Ergo & Petrus videtur nolle, ſed parat
vincere. Et quid mirum ſi Petrus nolit, cùm Do-
Matth. 26. minus dicat: *Pater, ſi fieri poteſt, transfer à me ca-*
39. *licem hunc; verumtamen non mea voluntas, ſed tua*
fiat? Denique poſt tentationem præſumtionis
ſuæ Petrus jam non audet voluntatis perſeveran- C
tiam polliceri: ſed quaſi ad ſolatium ſui, conſor-
tium quærit alterius.

179. Tot igitur adducti virtutis exemplis Pe-
Johan. 20. trum credimus non potuiſſe dubitare. Johannem
8. quoque credidiſſe manifeſtum eſt, cùm Salvato-
rem videret: qui jam tunc credidit, poſteaquam
ỳ. 37. vacuum corporis vidit ſepulcrum. Cur ergo Lu-
cas inducit plures fuiſſe turbatos? Primò om-
nium, quia paucorum opinionem ſententia ma-
joris partis includit: deinde quia etſi Petrus de D
reſurrectione crediderat, turbari tamen potuit,
cùm videret quod ſe Dominus cum corpore in
ea quæ veſtibulis obſeratis, & conſtructis erant
ſepta parietibus, improviſus infunderet. Lucas
ergo hiſtorice ſingula proſecutus eſt: ille finem
ỳ. 45. ſpectavit, hic ſeriem. Nam utique dicendo: *Tunc*
aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ea quæ ſcripta
ſunt; etiam ipſe diſcipulos credidiſſe profitetur.

Johan. 20. 22. 180. Spiritum autem ſanctum vel illis undecim
ỳ. 49. quaſi perfectioribus inſufflavit, & reliquis poſtea E
tribuendum eſſe promittit: vel iiſdem ibi inſuf-
flavit, hîc ſpopondit. Nec videtur eſſe contra-
1 Cor. 12. rium, cùm diviſiones ſint gratiarum: *Alii enim*
8 & ſeq. *datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſermo ſcientiæ ſe-*
cundùm eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spi-
ritu, alii gratia curationum in uno Spiritu, alii
operatio virtutum, alii prophetia, alii diſcretio ſpi-
rituum, alii genera linguarum, alii interpretatio
ſermonum. Ergo aliam inſufflavit ibi operatio-
nem, hîc aliam pollicetur; ibi enim remitten-
dorum gratia tributa eſt peccatorum, quod eſſe
videtur auguſtius: & ideo inſufflatur à Chriſto,

ut credas Spiritum Chriſti, & credas de Deo
Spiritum; Deus enim ſolus peccata dimittit.
Lucas autem linguarum gratiam deſcribit effu-
ſam. Denique ibi habes: *Accipite Spiritum ſanc-* Johan. loco
tum: quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt. At cit.
vero in Actibus apoſtolorum ſic habes: *Et repleti* Act. 2. 4.
ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis
linguis, quomodo Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.

181. Diverſitas autem viſionum frequentiam Matth. 28
famulantium ſignificat Angelorum, juxta quod 2.
ỳ. 4.
Dominus ipſe promiſerat dicens: *Et videbitis* Johan. 1.
Angelos deſcendentes & adſcendentes ad Filium ho- 51.
minis. Atque utinam cum Evangelii fine noſter
quoque ſermo claudatur.

182. Cur ſecundùm Matthæum & Marcum Matth. 26.
mandat diſcipulis: *Præcedam vos in Galilæam, ibi* 32.
Marc. 16.
me videbitis: ſecundùm Lucam vero & Johan- 7.
nem etiam intra conclave obtulit ſe videndum? ỳ. 16.
Johan. 20.
Et quidem quod ſe videndum frequenter obtu- 19
lerit, & pluſquam quingentis fratribus, & Pe- 1. Cor. 15.
6.
tro, & Jacobo, etiam apoſtolico probavimus
teſtimonio. Et Lucas in Actibus apoſtolorum
docuit quod diſcipulis *manifeſtaverit ſe vivere* Act. 1. 3.
poſt paſſionem ſuam, in multis argumentis apparens
his, & diſputans de regno Dei. Ergo quia ſæpius
& diverſis apparuit, cùm in Galilæa quando ſit
viſus, nequaquam præſcriptum ac definitum
tempus Scriptura ſignaverit: in Hieruſalem
quando ſe obtulerit, & diem & horam expreſſe-
rit; timidiores intra conclavia reviſuntur, for-
tiores ad montem convenerunt.

183. Denique intra conclave, oſtiis clauſis, in- Johan. 20.
ducit Johannes diſcipulos congregatos propter 19.
metum Judæorum: quos non undecim Lucas, ỳ. 33.
ſed plures ſcripſit fuiſſe: iſtos autem Matthæus
undecim ſolos in Galilæa conveniſſe non ſiluit.
Denique ſic habes: *Undecim autem diſcipuli* Matth. 28.
abierunt in Galilæam, in montem ubi conſtituerat 16. & 17.
illis Ieſus, & videntes eum adoraverunt: quidam
autem dubitaverunt. Quibus docendi & bapti-
zandi tribuit poteſtatem. Undecim quoque diſ-
cumbentibus diſcipulis & Marcus in fine appa- Marc. 16
ruiſſe ſcribit, quando ſimiliter prædicandi his 7.
per totum orbem mandat officium.

184. Unde hoc convenientius arbitror, quod
Dominus quidem mandaverit diſcipulis ut in
Galilæa ſe viderent: ſed illis metu intra conclave
reſidentibus, primò ſe obtuliſſe, poſtea vero
confirmatis animis, undecim illos Galilæam pe-
tiiſſe. Vel certe (hoc quoque diligentibus ſcrip-
toribus placuiſſe reperio) nihil obſtat ſi dicamus
pauciores intra conclave, in monte complures
fuiſſe.

COMMENTARIUS
IN CANTICA CANTICORUM
E SCRIPTIS SANCTI AMBROSII,
A GUILLELMO QUONDAM ABBATE SANCTI THEODERICI,
POSTEA MONACHO SIGNIACENSI
COLLECTUS.

LECTORI.

NOſtri quidem conſilii fuerat hoc volumine non alia opera exhibere, quam quæ ad veteris novique Teſtamenti expoſitionem pertinerent, & quæ conſtaret ab Ambroſio, ſi tantum alteram David Apologiam excipias, eſſe conſcripta; Verum cùm tractatuum ſuppoſititiorum quos ad calcem ſequentis voluminis edere conſtituimus, numerum expendentes, ne ıdem molis æquo majoris futurum eſſet, vereremur, huic primo ſupplementum aliquod putavimus adjiciendum. Cùm autem ex legitimis Doctoris noſtri lucubrationibus nulla occurreret quæ vel ſatis cum ſuperiorum argumento congrueret, vel inducenda inter utrumque volumen æqualitati ſatis eſſet; nihil commodius viſum eſt, quam ut commentariorum hanc ſubjiceremus. Ea ſane media cujuſdam inter vera & notha B. Ambroſii opera conditionis eſt, nec ab eo prorſus aliena, cùm ejuſdem verbis conſtet ac ſententiis: nec rurſus omnino ipſi propria, cùm ab alio fuerit concinnata. Certum quippe eſt Ambroſium nunquam ex propoſito ſcripſiſſe in Cantica canticorum, ſed cùm eo libro tantopere ipſum delectatum eſſe appareret, ut illius illuſtrandi nullam in variis ſuis ſcriptis prætermiſerit occaſionem, hoc in mentem induxit quibuſdam operum Ambroſianorum ſtudioſis, ut illic ſparſa atque disjecta colligentes, ex iiſdem inter ſe in contenti morem adjunctis unum commentarii corpus conficerent. Inde eſt quod anno M D LVIII *Lovanii prodiit Expoſitio in Cantica canticorum à Coſterio reg. Can. excerpta: cujus diligentiam tametſi prædicet Gillotius, cum tamen omnia commutaſſe, multa ademiſſe, plura de ſuo addidiſſe teſtificatur. Decennio poſt idem Gillotius in calce operum S. Ambroſii cura ſua recognitorum aliam Cantici canticorum vulgavit Expoſitionem quæ ab Ant. Monchiaceno Demochare, Doctore ſorbonico, excerpta, & in unum corpus collecta memoratur. Veruntamen vero multo videtur ſimilius eam collectionem à Demochare tantum auctam atque interpolatam fuiſſe; quandoquidem non modo in collegii Navarrici manuſcripto annorum circ.* CCCC*, & in codice cœnobii Vindocinenſis ante annos* DC *exarato eadem licet brevior continetur: ſed etiam habetur in exemplari ann. ut minimum* DCCC*, & a Floro Diacono Lugdunenſi, qui circ. an.* DCCC LV *vivebat, in commentario in Epiſtolas S. Pauli nondum edito citata reperitur. Hos autem duos codices Petrus Franc. Chifletius penes ſe, dum in vivis ageret, adſervabat. Tertiam porro ſuper eadem materia commentationem nunquam antea prælo ſubjectam damus, quam etſi multis in bibliothecis ſuppreſſo auctoris nomine reperimus manu exaratam, attamen conſtat ab altero collectam non eſſe, quam à Guillelmo prius abbate S. Theoderici, poſtea Signiacenſi monacho. Id quidem ex eo ipſo licet intelligere, dum lucubrationes ſuas in præfatione tractatus* De vita ſolitaria ad fratres de monte Dei *recenſens, ita loquitur:* Excerpſi etiam ex libris S. Ambroſii quidquid in eis diſſerit ſuper Cantica canticorum, opus grande & inclytum. *Quod ſane de Chifletiano commentario intelligi nequaquam poteſt, cùm Guillelmus ille tantum an. circiter* M C XLII *floruerit. Sed argumentum decretorium illud eſt, quod nempe ejuſdem Guillelmi codex autographus, inſcripto ipſius nomine, exſtet Signiaci; unde nobis apographum R. P. Caſimirus Oudin Can. Ord. Præmonſt. è congr. reformata, vir ad bene de omnibus merendum natus, manu propria deſcripſit. Hujus autem collectionis in memorato Signiacenſi codice hic titulus eſt:* Excerpta de libris beati Ambroſii ſuper Cantica canticorum.

PROLOGUS.

Cap. 1. ℣. 1. 1. *OSCULETUR me oſculo oris ſui:* non hic fœditatis incentiva, ſed caſtitatis celebrantur myſteria; ubi ſpiritualiter agitur & affectuali quadam contemplatione de nuptiis & conjunctione Chriſti & Eccleſiæ, increati ſpiritus & creati, carnis & ſpiritus. Circumcidamus ergo cor noſtrum, nihil vile, nihil corporeum quæramus; vile autem omne terrenum. Nihil ergo

In Pſ. 118. Serm. 12. ante 1. verſ. terrenum, nihil carnale, nihil ſæculare, nihil corporeum, nihil leve atque mutabile in his eloquiis conſtituamus cæleſtibus: *Eloquia* enim *Domini eloquia caſta*; ut in his cæleſtium myſteriorum immaculata & pudica ſinceri- A tas ſpiritali interpretatione reſplendeat. Non adulterina quadam opinione miſceamus terrena divinis, & illud inviolabile ſacramentum propheticæ viſionis aut perennis oraculi, naturæ noſtræ æſtimatione violemus: ſive enim de oſculis, ſive de talibus totum decet, quidquid defertur religioni; ut nullum obſequium quod proficiat ad cultum & obſervantiam Chriſti erubeſcamus: ſicut in illa ſaltatione David ante arcam, non enim illa deliciarum comes fuit atque luxuriæ ſaltatio, ſed quod unuſquiſque corpus adtollat impigrum, nec humi pigra jacere membra, vel tardis ſinat torpere veſtigiis. Hoc enim nos magiſterium non invenimus, ſed accepimus, ſic inſtituit ordinem myſtici carminis, doctrina cæleſtis.

℣. 1. De Virg. lib. 3. ad finem.

2. *Oſculetur me ab oſculis oris ſui; quia bona ubera tua ſuper vinum, & odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Unguentum exinanitum eſt nomen tuum.* Totus iſte deliciarum locus ludum ſonat, plauſum excitat, amorem provocat. *Ideo*, inquit, *adoleſcentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te: retro odorem unguentorum tuorum curramus.* ℣. 3. *Induxit me rex in tabernaculum ſuum.* Ab oſculis cœpit ut ad tabernaculum perveniret, atque illa impatiens dominici laboris exercitiique virtutis, agitur ut aperiat manu clauſtra, in agrum exeat, in caſtellis maneat; in principio tamen retro odorem currit unguenti, cùm in tabernaculum venerit, unguentum mutatura caſtellis. Denique quo evadat, vide.

Cap. 8 ℣. 9. De Virg. ac. 8.

3. *Si murus*, inquit, *eſt, ædificemus ſuper eum turres argenteas.* Quæ ludebat oſculis, jam turres erigit, ut pretioſis ſanctorum turrita faſtigiis, non ſolum hoſtiles fruſtretur incurſus, verum etiam bonorum propugnacula ſtruat turta meritorum. Ibidem. Etiam in his conjugiis temporalibus nubentis prius plauditur, quam imperatur; ne ante dura offendant imperia, quam blanditiis amor ſonis molleſcat. Bucula plauſus cujuſdam ſonitum diſcit amare, cervicis ne recuſet jugum: denique prius aſſueſcitur ver- A bo laſciviæ, quam verbere diſciplinæ. Aſt ubi colla ſubdiderit jugo, & habena conſtringit, & ſtimulus urget, & compares trahunt, & jugalis invitat. Sic etiam Virgo noſtra debuit primis amore pio ludere, aurea thori cæleſtis fulcia mirari, & in ipſo veſtibulo nuptiarum & poſtes frondium ſertis cernere coronatos, & chori ſtrepentis interius haurire delicias; ne ſe prius dominico jugo timefacta ſubduceret, quàm vocata inclinaret. Oportet enim ut gradus quoſdam profectuum & ordinem noverimus, quid prius, quid conſequens eſſe debeat: nam ſcire quid facias, & ordinem neſcire faciendi, non eſt perfectæ cognitionis, offendunt enim plerumque præpoſtera. Itaque Lib. 1. de Virg. ad finem. B quia quot homines, tot ſententiæ, ſi quid defæcatum eſt in ſermone noſtro, omnes legant: ſi quid decoctum, maturiores probent: ſi quid modeſtum, pectoribus inhæreat, genas pingat: ſi quid floculentum, ætas floculenta non improbet. Debuimus ſponſæ excitare amorem; ſcriptum eſt enim: *Diliges dominum Deum tuum*: debuimus in Deut. 6. nuptiis crines ſponſæ calamiſtris quibuſdam orationis ornare; ſcriptum eſt enim: *Plaude manu, & percute pede*: Ezech. 21. debuimus perpetuos ſpargere thalamos roſis.

INCIPIT TEXTUS.

CAPUT PRIMUM.

In Pſ. 118. Serm. 1. verſ. 1. Sap. 1. Prov. 1.

1. ANte vita quàm doctrina quærenda eſt; vita enim bona & ſine doctrina habet gratiam, doctrina ſine vita integritatem non habet, *In malevolam etenim animam non cadit ſapientia*: ideoque ait: *Quærent me mali, & non invenient*; quia improbitate cæcatur mentis oculus, & caligante ſibi iniquitate myſteria profunda invenire non poteſt. Primùm ergo exercenda eſt vitæ militia, corrigendi mores. Cùm hæc inſtituerimus ad curſum debitum, ut ſit offenſionis correctio, puritatis gratia: tunc ad ſtudia percipiendæ cognitionis veniamus ſuo ordine & vià. Prima igitur ſunt moralia, ſecunda myſtica: in illis D vita, in his cognitio; ita ut ſi perfectionem requiras, nec vita ſine cognitione, nec cognitio ſine vita ſit, utrumque ſtipuletur alteri. Quam inſtitutionem ſecutus Salomon librum de Proverbiis ſcripſit, quo moralem locum uberius expreſſit, naturalem in Eccleſiaſte, myſticum in Canticis canticorum: quamquam ſi diligenter diſcutias, & in Proverbiis myſtica pleraque reperias, & in Canticis mo- Proverb. 1. ralium ſuavitatem. Nam unque myſticum eſt: *Sapientia ædificavit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem, interfecit hoſtias ſuas* &c. Hic quippe in Canticis licet myſticum quod morale, in quo blanditiarum ſuavitas & affectus amantis exprimitur.

Cant. 1. ℣ 1. & 2.

2. *Oſculetur me ab oſculo oris ſui: quoniam optima ubera tua ſuper vinum, & odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Conſtitue ergo Virginem deſponſatam multo tempore, & juſto ferventem amore, quæ multa præclara opera dilecti, probabilium teſtium adſertione cognoverit, deſideriis ſuſpenſis dilatam frequenter, jam non ferentem moras, quæ omnia feciſſet ut ſponſum videret; aliquando votis potitam ſuis, ad improviſum ſponſi adventum gaudio turbatam, non quærere primordia ſalutationis, non verborum vices, ſed ſtatim quod deſideraſſet exigere. Ita ergo & ſancta Eccleſia quæ in primordiis mundi deſponſata in paradiſo, præfigurata in diluvio, annuntiata per Legem, vocata per prophetas, cùm diu redemtionem hominum, Evangelii decorem, dilecti exſpectaſſet adventum; impatiens moræ, in oſcula ruit dicens: *Oſculetur me ab oſculo oris ſui*; & delectata oſculis adjicit: *quoniam optima ubera tua ſuper vinum.*

3. Et ut moralius dicamus, intelligo mihi carnem illam quæ madefacta fuerat in Adam ſerpentis veneno, quæ criminum marcebat fœtore, quæ procedebat in filiabus Sion alta cervice & nutibus oculorum, & itinere pedum trahens tunicas, & pedibus ſuis ludens, crinium cincinnis & compoſitis vultibus atque redimiculis, & omni affectata decore plus dedecens, eamdem tamen plurimis C edoctam oraculis, quod venturus eſſet qui ſerpentis illecebris excluſis, Spiritus ſancti infunderet gratiam; ut omnis caro videret ſalutare Dei, omnis caro ad Deum veniret, marcuiſſe deſiderio: ſed metuentem ne ut impatiens, ut laſciva, ut luxurioſa, ut querula, ſicut ante fuerat diſpliceret, quamvis longiore quàm ferre jam poterat, morantis adventus dominici exſpectatione quateretur: non murmurantem tamen nec tranſgredientem, ſed levantem in omni loco puras manus, ſine ira & diſceptatione, in habitu ornato cum verecundia & ſobrietate, ornantem ſe non in tortis crinibus aut auro aut margaritis aut veſte pretioſa, ſed his quæ caſtitatis & bonæ converſationis decerent gratiam, orare dicentem: *Oſculetur me ab oſculo oris ſui: quoniam optima ubera tua ſuper vinum.* Jam volebat adhærere Chriſto caro, jam feſtinabat innubere; ut eſſet unus ſpiritus, & fieret caro Chriſti quæ erat ante meretricis. *Oſculetur*, inquit, *me*: oſculatur nos Dei Verbum, L. de Iſaac. cap. 3. quando ſenſum noſtrum ſpiritus cognitionis illuminat.

4. Igitur vel Eccleſia eſt jamdiu promiſſo ſibi per prophetas Dominico adventu per tempora multa ſuſpenſa, vel anima quæ elevans ſe à corpore abdicatis luxuria atque deliciis, voluptatibuſque carnalibus, exuta quoque ſollicitudine ſæcularium vanitatum, jamdudum infuſionem ſibi divinæ præſentiæ & gratiam Verbi ſalutaris exoptet, commacerari eam quod ſero veniat, & affligitur; E ideo quaſi vulnerata caritatis, cùm moras ejus ferre non poſſit, converſa ad Patrem, rogare ut mittat ſibi Deus Verbum, & cauſam qua ſit ita impatiens declarare dicentem: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui.*

5. Non unum oſculum quærit, ſed plura oſcula, ut deſiderium ſuum poſſit explere; quæ enim diligit, non eſt unius oſculi parcitate contenta, ſed plurima exigit, plura vendicat, & ita ſe amplius dilecto commendare conſuevit. Denique illa in Evangelio ſic probata eſt, *Quia non* Luc. 7. *ceſſavit*, inquit Dominus, *oſculari pedes meos. & ideo remiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum.* Ergo & F hæc anima oſcula Verbi multa deſiderat, ut illuminetur divinæ cognitionis lumine; hoc eſt enim oſculum Verbi, lumen ſcilicet cognitionis ſacræ. Oſculatur enim nos Deus Verbum, quando cor noſtrum & ipſum principale hominis Spiritus divinæ cognitionis illuminat; quo anima donata caritatis pignore nuptiali, læta atque ovans dicit: *Os meum aperui & duxi ſpiritum.* Oſculum eſt enim Pſal. 118. quo invicem amantes ſibi adhærent, & velut gratiæ interioris ſuavitate potiuntur. Per hoc oſculum adhæret anima Dei Verbo, per quod ſibi ſpiritus transfunditur oſculantis: ſicut etiam hi qui ſe oſculantur, non ſunt labiorum prælibatione contenti, ſed ſpiritum ſuum ſibi invicem videntur infundere.

Lib 5 de ſacram. cap. 1. 6. *Oſculetur me ab oſculis oris ſui.* Vis ad Chriſtum aptare? Nihil gratius. Vis ad animam tuam? Nihil jucundius. *Oſculetur me*, videt te mundum eſſe ab omni peccato, quia delicta de terra ſunt; ideo te ſacramentis cæleſtibus dignum judicat, & ideo invitat ad cæleſte convivium; ut *Oſculetur te ab oſculis oris ſui.* Tamen propter ſequentia, anima tua, vel humana conditio, vel Eccleſia videt ſe ab omnibus mundatam eſſe peccatis, dignam quæ ad altare Dei poſſit accedere. Quid eſt enim altare, niſi forma corporis Chriſti? Videt ſacramenta mirabilia, & ait: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*; hoc eſt, oſculum mihi Chriſtus infigat. Quare? quia:

7. *Meliora ubera tua ſuper vinum*, hoc eſt, meliores ſenſus, meliora tua ſacramenta ſuper vinum, ſuper illud vinum quod etſi ſuavitatem habet, lætitiam habet, gratiam habet: tamen in illo lætitia ſæcularis, in te autem jucunditas ſpiritalis eſt. Jam tunc ergo Salomon inducebat nuptias vel Chriſti & Eccleſiæ, vel ſpiritus & carnis & animæ. *Pſal. 118. Serm. 1. ℣. 1.* Et tamquam deſpiciens omnes jucunditates & delectationes ſuas, cæleſtibus cupiens inhærere mandatis, ait: quoniam optima præcepta teſtamentorum tuorum ſuper omnem appetentiam carnis, & ſæculi voluptatem; *L. de Iſaac. cap 3.* meminerat enim ſe in Eva ante ſic lapſam, dum voluptatem corporis præfert mandatis cæleſtibus. Oſtendens itaque non ſolam ſpeciem Verbi, & vultum quem jam, ſed omnia interiora ejus diligere, adjungit ad oſculorum gratiam: *Quia bona*, inquit, *ubera tua ſuper vinum, & odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Illa oſculum popoſcit, Deus Verbum ſe ei totus infudit, & nudavit ei ubera ſua, hoc eſt, dogmata ſua & interioris ſapientiæ diſciplinas, & unguentorum ſuorum dulci odore flagravit: quibus capta dicit uberiorem eſſe jucunditatem divinæ cognitionis, quàm lætitiam omnis corporeæ voluptatis.

Pſal. 118. Serm. 1. verſ 1. L. de Iſaac. cap. 3. 8. *Unguentum exinanitum vel oleum effuſum nomen tuum* hoc eſt, totus immunditis impuritatibus diverſorum facinorum fœtebat hic mundus, nunc ſpirat ubique ſuavitas pudicitiæ, unguentum fidei, flos integritatis. Adſpirat etiam in Verbo odor gratiæ & remiſſio peccatorum, quæ in totum diffuſa mundum, omnia tamquam exinanito replevit unguento, quia per univerſos gravis illuvies deterſa vitiorum eſt. Hoc unguentum exinanitum eſt ſupra Judæos, & collectum eſt à gentibus: exinanitum in Judæa, & redoluit in omnibus terris. *Lib. 3. de Virg. cap 3.* Hoc unguento uncta eſt Maria, & Virgo concepit, Virgo peperit bonum odorem Dei filium: hoc unguentum effuſum eſt ſuper aquas, & ſanctificavit aquas: hoc unguento uncti ſunt tres pueri & humorem his flamma roravit, hoc unguento Daniel unctus eſt & leonum ora mollivit, feritatemque permulſit. Fluit hoc unguentum quotidie, & numquam deficit. Accipe vas tuum virgo, & accede, ut poſſis hoc unguento repleri: accipe unguentum æſtimatum trecentis denariis, ſed gratis datum, non venditum, ut omnes haberent gratis. Virgo ungere, noli contriſtari ſicut Judas, quia hoc unguentum effunditur, ſed conſepeli in te Chriſtum: claude ſane vas tuum, ne unguentum effluat: claude integritatis clave, loquendi verecundia, abſtinentia gloriandi; hoc quæ habet unguentum, Chriſtum recipit: *Unguentum exinanitum nomen tuum.*

℣. 2. Lib. 5. de ſacram. c. 2. Item lib. 1. de S. Spir. cap 7. 9. *Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te.* Quæ ſunt iſtæ adoleſcentulæ, niſi animæ ſingulorum, quæ depoſuerunt iſtius corporis ſenectutem, renovatæ per Spiritum ſanctum? *Unguentum effuſum nomen tuum*, cujus virtute ſermonis nihil poteſt eſſe præſtantius. Nam ſicut incluſum in vaſe aliquo unguentum cohibet odorem ſuum, qui odor quamdiu vaſis illius anguſtiis coercetur, etſi ad plures non poteſt pervenire, tamen vim ſuam ſervat: cùm verò de vaſe illo quo claudebatur unguentum fuerit effuſum, longe lateque diffuſum dicitur: ita & Chriſti nomen ante ejus adventum in Iſrael populo quaſi in vaſe aliquo Judæorum mentibus claudebatur; *Pſal. 75. 1.* *Notus* enim *in Judæa Deus, in Iſrael magnum nomen ejus.* Hoc itaque nomen quod vaſa Judæorum anguſtiis ſuis coercitum continebant. Magnum quidem & tunc nomen, cùm infirmorum atque paucorum hæreret anguſtiis, ſed magnitudinem ſui nondum per corda gentium & in fines totius orbis effuderat: poſtquam vero per omnem mundum ſuo illuxit adventu, per omnem utique creaturam divinum illud ſuum nomen extendit, non repletum acceſſione aliqua, plenitudo enim neſcit augmentum; ſed replens vacua, ut eſſet admirabile nomen ejus in univerſa terra. Hujus igitur effuſio nominis abundantem quamdam exuberantiam gratiarum, bonorumque cæleſtium ſignificat ubertatem, ex abundanti enim ſuperfluit quidquid effunditur. *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te*: *L. de Iſaac. cap. 3.* Bona, inquit, prudentia, ſed dulcis miſericordia; illam enim pauci aſſequuntur, hæc ad omnes pervenit: propter hanc, inquit, indulgentiam tuam diligunt te animæ renovatæ ſpiritu.

℣. 3. Epiſt ad Irenæum. 10. *Adtrahe nos poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum.* Oſculata jam anima ſancta Verbum Dei, modum non capit, nec expletur dicens: Suavis es Domine & in jucunditate tua doce me juſtificationes tuas. *Pſal. 118.* Oſculata Dei Verbum concupiſcit ſuper omnem decorem, diligit ſuper omnem lætitiam, delectatur ſuper omnia aromata, cupit frequenter videre, ſæpe intendere, cupit adtrahi ut ſequi poſſit: *Unguentum*, inquit, *exinanitum nomen tuum, propterea te dilugimus adoleſcentulæ*; *Sup. ℣. 2.* propterea certamus, ſed comprehendere non poſſumus: adtrahe nos, ut poſſimus currere; ut odore unguentorum tuorum accipiamus virtutem ſequendi. Feſtinat etiam interna myſteria videre ipſam requiem Verbi, ipſam boni illius ſummi habitationem, & lucem ejus & claritatem in illo ſinu ac receſſu patrio; feſtinat audire ſermones ejus, & cùm audierit ſuper omnem ſuavitatem accipit.

11. Doceat te propheta qui guſtavit, & ait: *Quam dulcia faucibus meis verba tua, ſuper mel & favum ori meo.* *Pſal. 118.* Quid enim aliud deſiderat anima, quæ ſemel Verbi ſuavitatem guſtaverit, quæ ſemel claritatem ejus viderit? Moyſes in monte poſitus quadraginta diebus Legem accipiens, cibum corporis non requirebat: Elias ad illam feſtinans requiem, rogabat ut acciperetur anima ſua à ſe: Petrus adſpiciens & ipſe in monte Dominicæ reſurrectionis gloriam, nolebat deſcendere dicens, *Domine bonum eſt nos hic eſſe.* *Matth 17.* Quanta igitur illa divinæ ſubſtantiæ gloria, quanta Verbi dona, in quæ concupiſcunt & Angeli proſpicere.

12. Anima igitur quæ illud videt, corpus hoc non requirit, intimamque familiaritatem cum eo eſſe debere intelligit, renuntiat ſæculo, abducit ſe à vinculis carnis, & exuit omnibus voluptatum iſtarum nexibus. Denique Stephanus Jeſum videbat, & lapidari non formidabat, immo cùm lapidaretur non pro ſe, ſed pro illis à quibus perimebatur, rogabat. Paulus quoque raptus uſque ad tertium cælum, cum corpore eſſet vel ſine corpore neſciebat, raptus, inquam, in paradiſum, uſum proprii jam non ſentiebat corporis, & audiens verba Dei, quomodo ad corporis infirmitates deſcenderet, erubeſcebat. Itaque ſciens quid vidiſſet in paradiſo, vel quid audiſſet, clamabat dicens: *Quid adhuc velut viventes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne adtaminaveritis, ne guſtaveritis, quæ ſunt omnia ad corruptelam ipſo uſu.* *Coloſſ 2. 1 Cor 7* Volebat enim nos in figura eſſe iſtius mundi, non poſſeſſione atque uſu; ut ita utamur hoc mundo tamquam non utamur, tamquam prætereuntes non tamquam reſidentes, ambulantes tamquam in imagine ſæculi non in cupiditate, ut velociſſima diſputatione ipſam imaginem hujus mundi tranſeamus. Denique ipſe fide ambulans, non ſpecie, peregrinabatur à corpore, aderat Deo; & cùm eſſet in terris, non in terrenis, ſed in cæleſtibus converſabatur. Ergo anima noſtra quæ Deo vult appropinquare, elevet ſe à corpore, ſemper illi ſummo bono adhæreat, illi bono quod eſt divinum, quod eſt ſemper, & quod erat ab initio, & quod erat apud Deum, hoc eſt, Dei Verbum: *1. Johan. 1.* ipſum eſt illud divinum, *In quo vivimus & ſumus & movemur.* *Act. 17.*

13. *Curremus in odorem unguentorum tuorum.* Hunc odorem fragrat anima quæ Chriſto aperire incipit, ut accipiat primum odorem Dominicæ ſepulturæ, & credat, quia caro ejus non vidit corruptionem, nec odore aliquo mortis emarcuit: ſed æterni illius floris & ſemper virentis odore condita ſurrexit. Quomodo enim poterat vel in carne marceſcere, cujus nomen *Unguentum exina-*

nuntum eſt? Exinanivit ſe ut ſpiraret tibi, ſemper hoc unguentum erat, ſed erat apud Patrem, erat in Patre, olebat tantum Angelis & Archangelis, tamquam intra vas cæli. Aperuit os Pater dicens, *Ecce poſui te in teſtamentum generis mei, in lucem gentium: ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ.* (*Iſai. 49.*) Deſcendit filius, repleta ſunt omnia novo odore Verbi, eructavit cor Patris Verbum bonum, flagravit Filius, Spiritus ſanctus exhalavit, atque per omnium corda diffudit: *Diffuſa eſt enim caritas Dei in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum.* (*Rom. 5.*) Ipſe Dei filius in corpore tamquam in vaſe odorem primò cohibebat ſuum, opperiens tempus ſicut ait: *Dominus dat mihi linguam eruditionis, ut ſciam quando oporteat dicere ſermonem.* Venit hora, aperuit os, exivit unguentum, quando virtus exibat de eo. (*L. de Iſaac. cap. 3.*) Et ideo iſta feſtinat ad Verbum, & rogat ut adtrahatur, ne forte derelinquatur, quia currit Dei Verbum, & non eſt alligatum. Denique *Exſultat tamquam gigas ad currendam viam.* (*Pſal. 44.*) Et quia *Egreſſus ejus ſummo cælo, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus*, (*2. Tim. 2. Pſal. 18.*) videns ſe imparem tantæ velocitati, dicit: *Adtrahe nos.*

14. Bona anima quæ non pro ſe ſola, ſed pro omnibus rogat: *Adtrahe*, inquam, *nos*; habemus enim cupiditatem ſequendi, quam unguentorum tuorum inſpirat gratia: ſed quia curſus tuos æquare non poſſumus, *Adtrahe nos*; ut auxilio tuo fultæ, veſtigiis tuis poſſimus inſiſtere. Si enim tu adtraxeris, curremus & nos, & ſpiritalia velocitatis flabra capiemus. Deponitur enim ſarcina quibus manus tua fulcro eſt: & oleum tuum infunditur, quo curatus eſt ille qui à latronibus vulneratus eſt.

15. At ne impudens tibi videatur quod ait, *Adtrahe nos*; audi dicentem, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos reficiam.* (*Luc. 10. Matth. 11.*) Vides quod libenter nos adtrahit, ne remaneamus ſequentes: ſed qui vult adtrahi, currat ut comprehendat, & currat poſteriora obliviſcens, & ea quæ ſunt priora appetens, ſic enim poterit Chriſtum comprehendere; unde & Apoſtolus ait: *Sic currite ut comprehendatis.* Vult & iſta ad bravium pervenire, quæ deſiderat comprehendere. Prudenter ergo rogat ut adtrahatur, quia non omnes ſequi poſſunt. Denique Petro dicenti, *Quo vadis*, reſpondit verbum Dei, *Non potes me ſequi modo, ſequeris autem poſtea.* (*Johan. 13. Matth. 16.*) Claves ei commiſerat regni cœlorum, & in ſequendo ſe imparem judicavit. Hanc tamen animam non diſtulit; quia non præſumebat, ſed rogabat. Denique,

16. *Introduxit me in cubiculum ſuum.* (*ꝟ. 3. L. de Iſaac. cap. 3.*) Beata anima quæ Verbi ingreditur penetralia, namque ea inſurgens de corpore, ab omnibus fit remotior; atque illud quod eſt ſupra ſemetipſum, divinum illud ſi quomodo aſſequi poſſit, ſcrutatur & quærit: quod cùm potuerit comprehendere, ea quæ ſunt intelligibilia ſupergreſſa, in illo confirmatur, atque eo paſcitur. Talis erat Paulus qui ſciebat ſe raptum in paradiſum, ſed ſive extra corpus ſive in corpore neſciebat. Adſurrexerat enim anima ejus de corpore, & ſe à viſceribus & vinculis carnis abduxerat atque levaverat, factuſque à ſemetipſo alienus, intra ſemetipſum tenuit verba ineffabilia quæ audivit & vulgare non potuit, quæ advertit ea homini loqui non licere. Anima ergo bona contemnit viſibilia & ſenſibilia, nec conſiſtit in eis, nec in reſpiciendis his immoratur & reſidet: ſed adſcendit ad illa æterna & inviſibilia & plena miraculis, puro ſenſu ſe piæ mentis adtollens. Etenim perfectioni ſtudens, ſolum illud bonum divinitatis intendit, nec aliud quidquam requirendum putat, quia tenet quod ſummum eſt.

17. *Introduxit me rex in cubiculum ſuum.* (*In Pſal. 118. Serm. 1. ꝟ. ultimo.*) Simplex eſt oſculum, ſed negotioſum cubiculi ſecretum; hoc enim loco myſteria plenius cognoſcere ſe velle teſtatur, ut ingrediatur penetralia myſteriorum cæleſtium, & aperiantur ſibi theſauri ſapientiæ & ſcientiæ in Chriſto abſconditi: quod ut poſſit, fortaſſe illud ait quod ſupra: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui.* (*ꝟ. 1.*) Significat Spiritus ſancti ſupervenientis gratiam, ſicut Angelus ad Mariam dixit: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* (*In Luc. 1.*) Quando autem introduxit eam rex in cubiculum ſuum, paſſionis tempus, lateris compunctio declarat, ſanguinis effuſio, ſepulturæ unguentum, reſurrectionis myſterium; ut oſculum quaſi ſponſa acceperit: in cubiculum autem Chriſti ſit introducta Eccleſia, non jam quaſi tantummodo deſponſata, ſed etiam quaſi nupta: nec ſolùm thalamum ſit ingreſſa, ſed etiam legitimæ claves copulæ conſecuta ſit. Ideoque quaſi in thalamo ſita ait: *Colligatio guttæ frater meus mihi, inter media ubera mea requieſcet.* (*ꝟ. 12. Infra eodem loco.*)

18. Quod ſi cubiculum quærimus, ipſe nos edocet qui ait: tu autem cùm orabis, *intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito.* (*Matth. 6.*) Cubiculum Eccleſiæ corpus eſt Chriſti. Introduxit eam rex in omnia interiora myſteria, dedit ei claves ut aperiret ſibi theſauros ſcientiæ, ſacramentorum clauſas ante fores panderet, cognoſceret quieſcentis gratiam, defuncti ſomnum, virtutem reſurgentis. In illo cubiculo juſtitias Domini Jeſu nupta reperit. Quæ ſunt illæ juſtitiæ? Utique ſacramenta baptiſmatis, ſicut legimus, quia cùm venienti ad baptiſmum diceret Johannes: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* (*Matth. 3.*) Reſpondit Jeſus: *Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam.* In illo cubiculo juſtificationes Domini diſcit, conſilium Dei cognovit, quo nihil poteſt eſſe ſublimius; hoc eſt enim divinum, in quo fit remiſſio peccatorum.

19. Hæc à Domino quærit diſcere, quæ homines docere non poterant, niſi antea Deus docuiſſet: (*Ibidem citat. 2.*) quæ poſteaquam à Chriſto didicerunt apoſtoli, Eccleſia dicit: *Introduxit me rex in cubiculum ſuum*; hoc eſt, in illud ſecretum, in quo ſunt omnes theſauri ſcientiæ & cognitionis ſuæ. Ideoque tibi dicitur, *Cùm oras, intra in cubiculum tuum*, (*Coloſſ. 2. Matth. 6.*) quod ſignificat mentis animæque ſecretum. In hoc cubiculo juſtitiarum ſponſa ſe popoſcit induci, cùm poſt odorem unguenti excurrerit, quod ſemper fluit, & numquam deficit.

20. *Introduxit me rex in cubiculum ſuum*, græcus in promptuarium ſuum & in cellarium ſuum, habet: (*Lib. 5. de ſacram. c. 2.*) ubi bona libamina, ubi boni odores, mella ſuavia, ubi fructus diverſi, ubi epulæ variæ ſunt, ut plurimis epulis tuum prandium condiatur. Denique in illud divini illius ſponſi introducta ſecretum:

21. *Exultemus*, inquit, *& lætemur in te, diligamus ubera tua ſuper vinum*; (*ꝟ. 3. L. de Iſaac cap. 4. ꝟ. 3.*) non enim in divitiis & auri argentique theſauris, non in poſſeſſionum fructibus, non in poteſtatibus, non in conviviis, ſed in ſolo Deo exſultat, dicens ad eum: *Diligamus ubera tua ſuper vinum.* (*In Pſal. 118. Serm. 1. ꝟ 1.*) Sic tamen bibebat, ut non abſorberetur à vino, ſed gratia ejus lætitiam cordis hauriret, non corporis ebrietate titubaret. Denique bibens hoc vinum, aperuit oculos ſuos, & vidit viam rectam, reliquit tortuoſas vias dicens: *Æquitas dilexit te*; (*ꝟ. 3.*) hoc eſt, non flexuoſa itinera te ſequuntur: ſed ſolus ad te poteſt juſtitiæ tramites pervenire, qui enim diligit juſtitiam non ſe avertit à Chriſto. Quomodo enim arbitrum juſtitiæ, remuneratoremque meritorum innocens metuat conſcientia? Eadem tamen anima cognoſcens corporis ſocietate ſe ſuſcatam, dicit ad alias animas, vel ad alias cæleſtes & appoſitas ſacro myſterio poteſtates: *Nolite adſpicere me quoniam obfuſcata ſum, quia non eſt intuitus me ſol.* (*L. de Iſaac cap. 4. ꝟ. 5.*)

22. *Fuſca ſum & decora, filiæ Hieruſalem.* (*ꝟ. 4.*) Conſtitue Dominum Jeſum recumbentem in convivio, reclinantem ſe Johannem ſupra pectus ejus, mirantes alios quod ſervus ſupra Dominum reclinaret, quod caro illa peccatrix ſupra templum Verbi recumberet, quod anima illa carnis vinculis innexa aulam divinæ plenitudinis ſcrutaretur. Hæc ergo mirantibus aliis, reſpondit anima Johannis: *Fuſca ſum & decora, filiæ Jeruſalem*: fuſca per culpam, decora per gratiam. Dicit & caro, *fuſca ſum & decora*; fuſca pulvere ſæculari, quem certando collegit, decora oculo ſpiritali, quo mundi hujus pulverem ſqualloremque deterſit: fuſca per vitium, ſed decora jam per lavacrum, quod abluit omne delictum: fuſca ſum quia peccavi, decora quia jam me diligit Chriſtus, quam relegaverat enim in Eva, recipit in virgine, ſuſcipit ex Maria.

23. Dicit etiam Synagoga, cujus myſteria hoc loco pleriſque videntur exprimi; quæ cùm ſe rejici videret propter totius plebis impietatem; ſolabatur ſe tamen,

A quia ipſum Chriſtum de populo ſuo non tantùm, ſed & Petrum, Johannem, Jacobum Chriſto adhærentes videbat, quia habebat eloquia ſibi credita. Et ideo dicebat: *fuſca ſum & decora, filia Hieruſalem*: fuſca per incredulitatem, decora per legem: fuſca per lapſum, decora, quia dilexit me ſol, & prior facta ſum congregatio Dei. *Nolite me reſpicere quia fuſca ſum*: ideo fuſca ſum, quia ſol me reliquit juſtitiæ, qui ante illuminare conſueverat. Amiſi colorem vultus mei, obtuſa facta eſt acies oculorum meorum quibus ante ſolem videbam: in tenebris ambulo, quæ diem Chriſti neſcio. Nolite tamen

In Pſal. 118. Serm. 2. verſ. 2.

B deſpicere me; quoniam qui reliquit, poteſt rurſum adſpicere. Miſereri iterum ſolet, congregare diſperſos, deſertos requirere, colligere deſtitutos. Omnes tribus Iſrael convenite, adſpicite me decoram ante delicta, *nolite adſpicere me, quoniam obfuſcata ſum*; hoc eſt, non hoc ſolum adſpiciatis quia obfuſcata ſum; non eſt intuitus me ſol, & ideo obfuſcata ſum. Sed lucet ſol ſuper juſtos & injuſtos, ſuper juſtos pro gratia, ſuper injuſtos pro miſericordia; illis mercedem meritorum tribuens, illis peccata dimittens. Et gentibus non lucebat ante, nunc lucet, nunc illis oritur qui oriebatur mihi; qui illis remiſit, remittet & mihi. Nolite arbitrari quoniam obfuſ-

C cata ſum, quod penitus reliquerit me ſol, & jam non intueatur, non requirat ægram. Diſſimulavit à me, quia non ſervavi mandata ejus: reconciliabitur cùm viderit meorum pœnitentiam delictorum. Non vidit me ſol, quia non recepi advenientem, non aperui feneſtras, ut vitæ lumen intraret: cùm aperuero, illuminabit oculos meos, qui venit ut totum mundum illuminaret, & videant etiam non videntes.

Ibidem.

24. Vel dicit Eccleſia de gentibus: *Nolite adſpicere me quoniam fuſca ſum, quia non reſpexit me ſol*; eo quod veſtus pruinis hyemalibus geluque conſtricta gentilis erroris, congregationem gentium ſol juſtitiæ diu indignam

D æſtimaverit, quam ſerena vultus ſui luce luſtraret. Nonne tibi videbatur hiberni rigor temporis, quando notus erat in Judæa tantummodo Deus? Nunc autem plenitudo lucis fulget æſtivæ, quando omnia & in omnibus Chriſtus. Nonne *terra Domini & plenitudo ejus*? Et vere orbis terrarum in Eccleſia, quia *non Judæus tantummodo aut Græcus, non Barbarus aut Scytha, non ſervus aut liber: ſed omnes in Chriſto unum ſumus*. Sol omnibus fulget, dies omnibus lucet. *Nigra ſum, & decora*. Præmiſit nigram, ut augeret decorem: non dixit; Nigra ſum decora, ne quod nigrum eſt decorum æſtimaretur: ſed ait, Nigra ſum ſuperiore peccato, ſed de-

Pſalm. 23.
Coloſſ. 3.
In Pſal. 118. Serm. 18. verſ. 5.

E cora confeſſione peccati, & correctionis ſtudio, atque amore virtutis. Quamvis ergo *Et* ſyllaba ut grammatici appellant conjunctiva ſit; habet tamen diſtinctionem, quâ confuſio diſtinguitur ac ſeparatur; ut ſi dicas Ambroſium Baſſum intus eſſe, unus putatur: ſin autem adſeras Ambroſium & Baſſum intus eſſe, duo utique intelliguntur.

℣ 4.
L. 1 de Spir. ſancto c. 11.
In Pſal. 118. Serm. 2. verſ. 3.

25. *Sicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis*; tentoria enim de exuviis fiunt mortuorum animalium. Igitur quæ hoc dicebat, mortua erat peccato, & vivebat Deo: & nos igitur peccato moriamur, ut Deo vivamus. Repleti ſpiritus, jucunditate & ſuavitate lætitiæ, erimus exuviæ

F ſpirituales, carentes infirmitate corporea, & integro mentis ſinu infuſam nobis divinorum myſteriorum gratiam reſervantes. Tabernacula autem Cedar, pelleſve Salomonis corpus hoc dici liquet ex pluribus locis, tamen etiam in le intellige, quod Adam & Eva ubi imaginem depoſuere cæleſtis quam ante portabant, imaginem terreni hominis induentes, tunicas dicti ſunt veſtiti eſſe pelliceas; corporales enim eos fecerat de ſpiritualibus culpa commiſſa.

26. Nec illud abſurdum ad intelligendum, quod ita ſe dicit ſponſa factam ſicut pelles ſolis aduſtas ardoribus; eo quod in aſperitate licet tribulationum poſita, mortificaverit tamen corpus ſuum, ne ſentire poſſit illam aſperitatem: ſicut enim ardorem ſolis non ſentit pellis tabernaculi, eo quod pellis ſit animalis mortui; ita hæc mortua peccato, ardorem peccati ſentire non poterat: vel quia non frangebatur neceſſitatibus, vel quia corpus

A afflictionis ſumus, & mortem Domini Jeſu ſemper in corpore noſtro circumferre debemus.

27. *Filii matris meæ pugnaverunt adverſum me*: hoc eſt, impugnaverunt me corporis paſſiones, carnis illecebræ decoloraverunt: ideo ſol juſtitiæ mihi non refulſit, quia viduata præſidio devotionem meam & obſervantiam plenam ſervare non potui, hoc eſt enim, *vineam meam non cuſtodivi*, quia ſpinas & non uvam adtuli, id eſt faciens peccata pro fructibus. Et cùm de Verbo loquitur, irradiante ſibi Verbi ſplendore, converſa ad ipſum dicit: ℣ 5.

B 28. *Ubi paſcis, ubi manes in meridiano?* Recte dicit, *ubi paſcis*, quia regale eſt Dei Verbum: *ubi manes* quia morale: *in meridiano*: quia myſticum: ſiquidem meridie Joſeph cum fratribus ſuis in convivio conſtitutus futurorum myſteria temporum revelabat. Sed etiam David dicit, *Revela ad Dominum viam tuam & ſpera in eum, & ipſe faciet, & educet ſicut lumen juſtitiam tuam, & judicium tuum ſicut meridiem*. Et ipſe Paulus circumfulſiſſe ſibi lumen meridie adſerit, quando à perſecutione eſt converſus ad gratiam. ℣ 6. *L. de Iſaac, cap. 4. Gen. 34. Pſalm. 36*

29. Quæritur ergo quod derelicta ſit, quod deſtituta ſit: pauper ex divite; abundabat enim munere gratia-

C rum: ſed egere cœpit, ubi divinæ præſentiæ ſibi copia denegata eſt. Et ideo vel quaſi mercenaria haberi poſtulat, quæ ante ſibi pretioſioris copulæ gratiam vindicabat.

30. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi*. Putant aliqui hoc de illis dici qui Synagogam ad legis præcepta conſtringunt, ut legem cuſtodiat, vineam ſuam tueatur, quam cuſtodire non potuit. Denique cuſtodiebat ut faceret uvas, fecit autem ſpinas. Quæ ſit igitur vinea, venit David teſtificare nobis dicens: *Vineam de Ægypto tranſtuliſti, & ejeciſti gentes, & plantaſti eam*. Poſſunt & apoſtoli eſſe filii matris ejus, qui vere impugnaverunt Synagogam dicentes: *Ecce convertimur* ℣ 5. *In Pſal. 118. Serm. 2. verſ. 2.* *Pſalm. 79.*

D *ad gentes*: & nationibus verbum Dei ſeminare cœperunt. Poſſunt & prophetæ intelligi qui monendo denuntiandoque ut vineam ſuam cuſtodiret Synagoga, nihil profecerunt; fecit enim ſpinas improbitatis, quæ virtutis uberes fructus deferre debuerat: & ideo confitetur quod populum ſuum cuſtodire non potuit meritoque ſero quærit tenere, quem cùm teneret, amiſit: multo diſſimilior ejus quæ dicit: *Inveni quem diligit anima mea, tenui eum, & non relinquam eum*. Denique illa invitat in hortum ſuum ſponſum, hæc ubi paſcat requirens, dicit ad ipſum: *Cap. 3. ℣ 4.*

31. *Annuntia mihi quem dilexit anima mea*. Cur *quem* ℣ 6.

E *dilexit anima mea*, dicis, & non quem diligit? Cur dimiſiſti quem tenebas? Dilexiſti patrum fide, amiſiſti incredulitate: tenebas caritatis vinculis, amiſiſti longo fune perfidiæ. Ideo neſcis ubi paſcat, ubi maneat; nam ſi ſcires, non quæreres. Dicis enim: *Ubi paſcis, ubi manes in meridie?* Meridiem noſti eſſe Eccleſiam quæ teneat Chriſtum, & tu eum in noctibus quæris? Dic, inquit, mihi Chriſte, reſponde vel propter id quia ante carus fuiſti atque dilectus mihi; etſi ego tantæ prærogativam caritatis amiſi, tu tamen quaſi pius, reſponde mihi, *Ubi paſcis, ubi manes?* Reliquiſti me, abiſti ad gentes, receſſiſti longe à me, & illis propior factus es à quibus ℣ 16. *Epheſ. 2.*

F longe eras. Sed factus es prope, quia ſanguine tuo crediderunt. A me receſſiſti, quia ego crucem non ſuſcepi ut mundi redemtionem, ſed ut noxii damnationem. Qui autem receperunt ſicut ſalutis auctorem, in meridie ſunt; illis luces, illis refulges, illis calet gratia tua ſicut meridies. Mihi matutinus eras, cùm adhuc crederem, ſed non credebam plene, quia non ſum inventa in meridie, ſicut Joſeph cum fratribus ſuis qui tenebant meridiem: illis meridies factus es, qui paſcuntur in divitiis tuis, & in te ſperant. Ideo ut dixit David: *Deduces eorum juſtitiam tanquam lumen, & judicium eorum tanquam meridiem*. *Geneſ. 43.* *Pſalm. 36.*

32. Quæris ergo tamquam aliena quæ proxima eras? tamquam pauper quæ dives fuiſti: vis ſequi quæ præcedebas, atque utinam vel ſequaris quos præcedere debuiſti. Mercenaria eſſe deſideras quæ ante mercenarios colligebas; mercenariæ itaque vox iſta dicentis eſt: *Ne* ℣ 6.

ſortis ſiam circumamicta ſuper greges ſodalium tuorum. Quæ proſelytos ex gentibus ante ſuſcipiebas, nunc ipſa in nationibus vis pro proſelytis ſuſcipi, & tamquam advena congregari. Reſpondit Verbum Dei animæ deſideranti:

℣. 7. In Pſal. 118. Serm. 10. verſ. 1.

33. *Niſi cognoſcas te decora inter mulieres.* Noſce teipſum homo, tuæ animæ dicitur, niſi cognoveris te formoſam in mulieribus. Cognoſce te anima; quia non de terra, non de luto es; quia inſufflavit in te Deus, & fecit in animam viventem. Opus es magnificum, Dei inſpiratione formatum: *Adtende tibi.* ut Lex dicit, id eſt animæ tuæ: ſæcularia te & mundana non teneant, terreſtria non moreantur. Ad illum tota intentione feſtina, ex cujus inſpiratione conſiſtis: *Grande*, inquit, *homo, & pretioſum vir miſericors: virum fidelem opus eſt invenire.* (*Prov. 20.*) Diſce homo ubi grandis, atque pretioſus ſis. Vilem te terra demonſtrat, ſed glorioſum virtus facit, fides carum, imago pretioſum. Ubi namque quidquam tam pretioſum, quam imago eſt Dei, quæ tibi primò fidem debet infundere, ut in corde tuo refulgeat quædam auctoris effigies; ne qui mentem tuam interrogat, non agnoſcat auctorem. An quidquam tam pretioſum, quam humilitas; ut naturam corporis animæque perſpiciens, altero te ſubjicias, altero recognoſcas. Prona in vitium carnis illecebra miſericordiam ſuadet; quia quod alteri contuleris, tibi ſolvis: quidquid à te procedit, in te recurrit: & quidquid feceris, tibi ſolvis: & quidquid profueris, tibi proficit. Vivacis animæ vigor, ſenſus rationis & capax intellectus atque judicii, ut digna domus tanto habitatore videatur, non amittat ſuæ prærogativam naturæ. (*Lib. de Iſaac cap. 4.*) *Niſi cognoſcas te decora inter mulieres.* Quæ quereris quod derelicta ſis, niſi te cognoſcas, niſi pœniteat te lapſus tui, niſi intentionem devotionis approbes, niſi fides tua & ſinceritas augeatur, querela nihil proderit. Aut ſic, niſi cognoſcas te quia decora es, niſi pulcritudinem naturæ tuæ ſerves, & corporis te illecebræ non demergant, nec impedimenta detineant, nihil tibi creaturæ melioris nobilitas ſuffragabitur.

34. Cognoſce igitur te & naturæ tuæ decorem, & exi quaſi exuta vinculis pedum, & nudo exerta veſtigio, ut carnalia integumenta non ſentias: veſtigium mentis tuæ corporalia vincla non implicent, ut pes tuus ſpecioſus appareat. Tales enim ſunt, qui ad regnum cælorum annuntiandum eliguntur à Domino, de quibus dictum eſt: *Quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem.* (*Eſaiæ 52.*) Talis Moyſes cui dicitur, *Solve calceamentum pedum tuorum*; (*Exod. 3.*) ut qui vocaturus populum ad Dei regnum procederet, prius carnis abjiciens exuvias, nudo ſpiritu veſtigioque mentis incederet; hoc eſt ergo quod ait: (*℣. 7.*) *Exi tu in calceamentis gregum, & paſce hædos tuos in tabernaculis paſtorum.*

35. Per greges regnum intelligimus, eo quod poteſtatis ſit gregibus præſidere. Præſidet autem unuſquiſque ſibi quadam poteſtate regali, ſi coerceat in ſe corporis luxus, & ſervituti redigat carnem ſuam; ideoque dictum eſt: *Regnum Dei intra vos eſt.* Unde pulcre ait ad animam, *Exi*, id eſt exi à ſervitio, exi à carnis imperio atque dominatu, & exi non in carne ſed in ſpiritu, exi ad regimen poteſtans. Ideoque addidit, *Paſce hædos tuos*, hoc eſt, rege ea quæ in ſiniſtra tua ſunt; nam ſi non regantur, facile labuntur. Coerce petulantiam, laſciviam tui corporis & luxuriam irrationabilem, edoma leves motus: paſce eos non in corporeis tabernaculis, ſed in tabernaculis paſtorum qui regere gregem norunt; ſunt enim amabilia tabernacula Iſrael, ſicut nemora obumbrantia ſuper flumen, in quibus anima tamquam in procinctu bellico ſita bonam exercet militiam, incurſus explorat hoſtiles.

Pſalm. 118. Serm. 2. verſ. 5.

36. *Niſi noſcas te decora inter mulieres.* Quid eſt ſe noſcere, niſi ut ſciat unuſquiſque hominem ſe ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum, rationis capacem, qui terram ſuam excolere tamquam bonus agricola debeat aratro quodam & falce ſapientiæ; ut vel dura findantur, vel luxuriantia reſecentur, qui interiorem ſui portionem animi imperio debeat gubernare. Unde etiam in Lege ſcriptum eſt: (*Deut. 4. & 5.*) *Adtende tibi, ne fiat verbum abſconditum in corde tuo*: tibi, inquit, adtende, non utique dicit pecuniæ tuæ, non poſſeſſionibus tuis, non viribus corporis, ſed animo tuo ac menti tuæ, unde omnia conſilia, facta, cogitationeſque manant. Tibi ergo adtende ibi, ubi potiorem eſſe te noſti. Noſce teipſum, quod Apollini Pythio adſignant gentiles viri, quaſi ipſe auctor fuerit hujus ſententiæ; cùm de noſtro uſurpatum ad ſua transferant, & longe anterior Moyſes fuerit qui ſcripſit librum Deuteronomii, quam philoſophi qui iſta finxerunt.

37. Unde & Salomon oraculum divinum ſecutus, ſcripſit in Canticis canticorum: *Niſi ſcias te, decora inter mulieres*; hoc eſt, niſi cognoſcas te mortalem rationalem, & cito tua peccata fatearis, cito dicas iniquitates tuas ut juſtificeris, niſi convertaris, & prior accuſes delicta tua, venit dies mortis & jam nullum converſionis remedium eſt; præveniris dum cogitas. Accende facem tuam, priuſquam ſponſi tibi janua claudatur, qui exſpectare diu non ſolet negligentes. *Niſi ſcias te*, inquit, *decora inter mulieres*; (*In Pſal. 118. Serm. 2. verſ. 1.*) & dicas: *Fuſca ſum & decora: fuſca ſum*, quia peccavi, *decora*, quia diligor, quia genus ſum Abrahæ, electum genus, dilectum Deo; nihil tibi proderit patrum gratia: *Potens enim Deus eſt de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* (*Matth. 3.*) Et alibi in Evangelio legiſti, quia Abrahæ filiam ligavit diabolus nequitiæ ſuæ vinculis, quam Dominus ſolvit in die ſabbati. Niſi ergo ſcias te, nihil tibi proderit. Etſi dicas, Abrahæ ſum filia quæ non credis, quæ errorem non corrigis; Abraham quidem ſalvatur, ſed te nobilitas generis non juvabit, niſi fides ſalvaverit. Non te decipiat data patribus repromiſſio, non ſuſcipio perſonam hominis, non ſuſcipio prærogativam generis; niſi videro congruentem generi morum nobilitatem, ut fiat juſti generis electio.

38. Quod ſi ſcias te, & cognoſcas quia peccato obnoxia es, exeundum in calcaneis gregum eſt tibi. Exi ergo nuda pede, & paſce hædos tuos in tabernaculis paſtorum. Qui ſine peccato eſt, agnos paſcit, oves paſcit: quæ autem peccato obnoxia eſt, paſcat hædos qui à ſiniſtris ſunt; non enim poteſt eſſe in dextera paſtoris boni. Sequatur magis dicentem Petro: *Vade retro me ſatana.* (*Marc. 8.*) Sequendo Petrus meruit in dextera collocari; ideoque ei dicitur, *Paſce agniculos meos.* (*Iohan. 21.*) Sed quo exeat audi, *Ad tabernacula*, inquit, *paſtorum*, hoc eſt, ad gentes, ad diſperſionem. Ideoque dixit, *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis*: (*Zach. 13.*) ut repleatur totus orbis terrarum grege Chriſti, ſignificans tunc fore ſalvam Synagogam, cùm ſe huic diſperſioni & ipſa ſociaverit, quæ replevit hunc mundum; tabernacula enim paſtorum ſunt regna terræ.

℣. 8. In Pſal. 118. Serm. 2. verſ. 6.

39. *Equa mea in curribus Pharaonis adſimilavi te, proxima mea.* In quo dum velocium equorum curſus ſimilitudo Eccleſiæ comparari videtur, æſtimatur dives ejus gratia. Non igitur unam equam divitis regis intelligas, ſed abſoluto pro equitatu, ut ſæpe diximus, qualis ovis illius eſt, pro grege ovium. Pharao igitur ut potentiſſimus rex & prædives habebat equos potentes; unde & Scriptura dicit, *Currus Pharaonis*, quaſi potentiſſimum genus ad bellorum uſum, & ſubſidium præliandi: denique his curribus Pharao fugientes Hebræos facile comprehendit. (*Exod. 15.*) Sicut ergo equi juncti facile trahunt currum, & patienter ſuſcipiunt jugum, & portant cum gratia, & jugi illius ſuſceptione manſueſcunt: ſic & congregatio nationum gentilibus indomita moribus ſe ante jactabat. Ubi vero ſuſcepit jugum dicentis: *Tollite jugum meum ſuper vos, quia leve eſt: & onus meum, quia ſuave eſt*; (*Matth. 11.*) & cœpit ſponſa Chriſti concordiâ & manſuetudine populorum eſſe ſublimis, & toto circumferri orbe, tamquam currus equis velocibus ſupra mundum rapta adſcendit ad ſponſum.

40. Habet enim equos ſuos Chriſtus, de quibus dicit Propheta: *Immiſiſti in mare equos tuos, turbantes aquas multas*: (*Habac. 3.*) eo quod gentium populos qui moventur ut aquæ multæ, & excitantur in fluctus aquarum, evangeliſando commoverint apoſtoli, ut adſurgentes à terrenis idolorum ceremoniis, in Chriſtum crederent. Et ſupra ait: *Adſcendiſti in equos tuos, equitatus tuus ſanitas.* O honorum equorum duodecajugum mirabile, quibus fræna pacis,

habenæ ſunt caritatis : conſtricti inter ſe concordiæ vinculis, & jugo fidei ſubjecti, quatuor totis Evangelii myſterium totius orbis finibus invehentes, bonum aurigam portantes Dei Verbum : cujus flagello fugatæ ſunt illecebræ ſæculares, exterminatus mundi iſtius princeps, juſtorum curſus impletus eſt. O rationabilium equorum grande certamen ! ó mirandum myſterium ! Rota intra rotam currebat, & non impediebatur, novum teſtamentum in veteri teſtamento, intra illud currebat, per quod annuntiabatur. In quatuor partes ibant rotæ, & non revertebantur retrorſum, quia ſpiritus vitæ erat in his, qui currebat in quatuor partes totius mundi : & ſine offenſione currebat, quia bona equorum vita quadrabat. B Currebant igitur equi, quia non dormiebat qui adſcenderat equos.

41. Animarum igitur noſtrarum auriga Jeſus ; qui nos quoque vult adſcendere equos noſtros, id eſt, corpora
Pſal. 75. noſtra ; & vigilare ſemper ne dicatur nobis : *Dormitaverunt qui adſcenderunt equos.* Tranſcurſum eſt hoc mare impigre, vix tranſitu à vigilantibus. Si quis autem dormierit, tranſire non poterit, ſed demergitur, ut Ægy-
Exod. 15. ptius cujus & anima & corpus interiit. *Equum enim & adſcenſorem projecit in mare*, qui non ſequebantur legem, ſed perſequebantur.

Lib. de Iſaac cap. 4.
42. *Equa mea in curribus Pharaonis adſimilavi te.* Vir- C tutis labor quærit victoriam, ut non poſſit equæ illi quæ Salomonis eſt comparari, velox ad currendum, habilis ad partum ; quoniam fœcunditas animæ deſideratur & quæritur. Hæc ergo equa pretioſa eſt, & currus Pharaonis veloces. Sed hoc loco de anima dicendum ſuſcepimus, hujus equæ quæ ſimilis æſtimatur huic animæ, hoc eſt, propheticæ vel apoſtolicæ virtutis : quod in eorum annumeretur grege, qui fœcunditate prædicationis ſuæ totius orbis terrarum ſpatia repleverunt. Et quamvis in corpore conſtituti, nulla tamen curſus ſpiritalis ſenſere diſpendia. Ideoque laudatur quod cæleſti ſibi illuminante præcepto, jam ſpecioſa, jam pulcra ſit, quæ D vultu præferat caſtitatis decorem, & redimicula cervicis tollat, in qua ſunt patientiæ & humilitatis inſignia. Atque ideo ſponſam ſuam collaudans dicebat :

℣. 9. In Pſal. 118. Serm 3. verſ. 1.
43. *Quam ſpecioſa facta ſunt genæ tuæ ſicut turturis. cervix tua ſicut redimicula.* Vultus liberior eſt, ubi eſt caritatis conſcientia : & portare jugum Chriſti ſuave eſt, ſi ornamenta putes cervicis tuæ eſſe, non onera. Attolle ergo oculos ſemper ad Dominum tuum, & quære Deum, ut invenias. Erige cervicem, redimicula non vincula geris : mutaque animalia redimiculis gaudent, & phalerari ſibi magis, quam nodari videntur. *Genæ ſicut turturis*, perferant inſignia verecundiæ : *Redimicula cervi-* E *cis* libertatis attollant fiduciam, leve eſt enim jugum Chriſti, & ideo cervix eo non premitur, ſed levatur.

℣ 10. In Pſal. 18. loco cit.
44. *Similitudines, inquit, auri faciemus tibi. ex diſtinctionibus argenti. quoad uſque rex erit in declinatione ſua.* Ex iis enim qui ex Lege ſunt & prophetis, mediocriter ante crediderant gloriam Domini Jeſu, & hæreditas ejus diffuſa per populos, quo frequentius examinata, hoc amplius eſt probata. Crebræ enim perſecutiones Eccleſiæ juſtorum nobis titulos, martyrii victorias ediderunt. Itaque ſicut aurum bonum, ita Eccleſia cùm uritur, detrimenta non ſentit, ſed magis fulgor ejus augetur, donec Chriſtus veniat in regnum ſuum, & reclinet caput F ſuum in Eccleſiæ fide. Qui cùm veniſſet ad oves perditas domus Iſrael, non habebat ubi caput ſuum reclinaret : nunc autem jam redolet fides, ideoque dicit Eccle-
℣ 11. ſia : *Nardus mea dedit odorem ſuum* : & dixit cum præſumtione exſpectans retributionem. Flagrat unguentum gratiæ, in quo virgo generavit, & Dominus Jeſus ſacramentum incarnationis adſumſit.

℣ 12.
45. *Colligatio guttæ frater meus mihi. in medio uberum meorum manebit*, ſive *commorabitur*. Prius quidem dixerat, quod nardus ſua dediſſet ei odorem ſponſi, & quia per unguentum quo unxerat, odoris ejus fragantiam recepiſſet : nunc autem ait : Frater meus mihi guttam redolet, & hanc non diffuſam neque ut liber diſperſam, ſed colligatam & conſtrictam, quo ſcilicet odor ipſius ſuavitatis denſior reddatur & vehementior. Et hic, inquit, cùm talis ſit, in medio uberum meorum commoratur & commanet, & requiem ac manſionem ſuam facit
℣ 13 In Pſal. 118. Serm 3. verſ. 1.
in loco pectoris mei. *Colligatio*, inquit, *gutta conſobrinus meus, botrus cypri frater meus mihi. inter media ubera mea requieſcet.* Corpus enim ſuſcipiens Dominus Jeſus, caritatis ſe vinculis illigavit, & non ſolum ſe membris noſtris & paſſionibus naturalibus, ſed etiam cruci junxit ; ideoque ſicut botrus in Eccleſiæ fide, & morali requieſcit gratiâ.

℣ 13 In Pſal. 118. loco cit.
46. *Nardus cypri conſobrinus meus in vineis Engaddi.* Si locum quærimus regionis cujuſdam quæ in Judæa eſt, locus ſic dicitur in quo opobalſamum gignitur : ſi interpretationem, tentatio latine ſignificatur. In illis vero vineis lignum eſt, quod ſi quis compungat, unguentum emittit, hic fructus eſt ligni. Si non incidatur lignum, non ita flagrat & redolet, cùm autem compunctum fuerit artificis manu, tunc lacrymam diſtillat. Sicut & Chriſtus in illo tentationis ligno crucifixus, illacrymabat populum, ut peccata noſtra dilueret, & de viſceribus miſericordiæ ſuæ fundebat unguentum dicens : *Pater di-*
Luc. 23. *mitte illis, quia neſciunt quid faciunt.* Tunc ergo in ligno compunctus lancea, exivit de eo ſanguis & aqua, omni unguento ſuavior, accepta Deo hoſtia, per totum mundum odorem ſanctificationis effundens. Et quaſi balſamum ex arbore, ſic virtus exibat è corpore, unde ait : *Sentio vir-*
Luc. 8. *tutem de me exiiſſe.* Inde opobalſamum expreſſius dicitur, eo quod compunctione ligni balſamum per cavernam punctionis erumpit.

47. Compunctus igitur Jeſus, odorem remiſſionis peccatorum & redemtionis effudit. Nam & conſtrictus erat, cùm Verbum eſſet homo factus : & pauper factus eſt, cùm dives eſſet, ut nos illius inopia ditaremur : potens erat, & deſpiciendum ſe præbuit, ita ut Herodes ſperneret eum & illuderet ei : terram movebat & hærebat in ligno : cælum obducebat tenebris, & mundum crucifigebat, & crucifixus erat : inclinabat caput, & exibat Verbum : exinanitus erat, & replebat omnia : deſcendit Deus, adſcendit homo : Verbum caro factum eſt, ut caro ſibi Verbi ſolium in Dei dextera vindicaret : vulnus erat & fluebat unguentum : ſcarabæus audiebatur, & Deus agnoſcebatur. Reſpondit & Chriſtus :

℣ 14. In Pſal. 118. Serm 3. verſ. 1
48. *Ecce bona es proxima mea. ecce es bona : oculi tui columba.* Quoniam cognoverat Eccleſia myſterium, & pro totius mundi redemtione crucifixum Dominum Jeſum prædicabat, meretur audire : *Ecce es bona*, quæ me bonum dicis : *Ecce es bona*, quæ vidiſti gloriæ meæ decorem, & ipſa ſpecioſa es & decora. Quid eſt autem dicere Chriſtum : *Bona es*, vel *decora es* ; niſi illud evan-
Luc. 7. gelium : *Conſtans eſto filia, remiſſa ſunt tibi peccata tua ?*
Pſal. 118. Ergo cui Chriſtus peccata donavit, recte dicit : *Retribue ſervo tuo, ut vivam, & cuſtodiam mandata tua.* Non habet in retributione quid deſperet, quia Dominus Jeſus venit mundum ſalvare, non perdere. Ideo immemor eſt injuriæ, memor gratiæ, ſicut in prophetico libro teſtificatur
Eſaia 43. ipſe dicens : *Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero : tu autem memor eſto & judicemur. dic tu prius iniquitates tuas ut juſtificeris.* Quicumque ergo dicit iniquitates ſuas Deo, juſtificatur : & quicumque juſtificatur, retributionem non timet, ſed expoſcit : qui retributionem non timet, vivit.

℣. 15 & 16 in Pſal. 118. Serm 4. verſ. 4
49. *Ecce, inquit, formoſus conſobrinus meus, & quidem pulcher. Adclinatio noſtra opaca, trabes domorum noſtrarum cedri, lacunaria noſtra cypreſſi.* Laudat ſponſi decorem Eccleſia, quem plus unuſquiſque tacito laudat affectu, & ſidus myſteriorum interpres tacendo plus prædicat. Nam qui arcana divulgat, imminuit Chriſti decorem ; ideo nemo mittat margaritas ſuas porcis, ne conculcari faciat ornamenta pretioſa. Non ergo in tabernaculo loquacis & garruli ; quia multiloquio peccatum admittitur : ſed in viri ſeni, qui ſit parcus alloquii, nec ſermonis intemperans, & verborum ſobrietate temulentiam loquacitatis evitans, caput ſuum Chriſtus reclinat.

Pſalm 120.
50. Et merito opacam ſignificat reclinationem ; quia in Eccleſia conſtitutos virtus obumbrat altiſſimi. Hac umbrâ David protegi poſtulabat, ne eum per diem ſol ureret, vel luna per noctem. Hanc umbram ſpiritalis miniſtrat

gratia, torrida ſæculi hujus & mundi æſtiva fugientibus. Opaca igitur adclinatio Chriſti & Eccleſiæ, quibus Dei Patris æterna illa requies adſpirat. In hac ergo requieſcamus umbra, peccatorum noſtrorum æſtibus fatigati ſi quos adusſit libido, hos Domini crux refrigeret, in qua ſe reclinavit, ut noſtra debita ſuſciperet. Si quos culpa laſſavit, hos Jeſus gremio excipiat ſuo, & molli foveat amplexu; unde audeo dicere, quod caro Chriſti adclinatio eſt Eccleſiæ.

50. *Trabes domorum noſtrarum cedri.* Cedri ſpecie, majorum qui juſti fuerunt, gloria deſignatur. *Psalm. 91.* *Juſtus enim ut palma florebit, & ſicut cedrus quæ in Libano eſt, multiplicabitur*; ſicut enim cedrus non putreſcit, ita nec majorum gloria ullâ vetuſtate corrumpitur.

52. *Lacunaria noſtra cypreſſi.* Genus hoc arboris numquam amittit viriditatem ſuam, hyeme juxta atque æſtate comam paſcit, nec diverſo colore mutatur. Solam hanc arborem ventus numquam ſuo honore deſpoliat, ſola numquam veteri exuitur amictu, aut novo flore veſtitur. Sic apoſtolica quoque gratia neſcit defectum, ſed vetuſtate ſui floret. Anima ergo corrumpi neſcit, quæ florentibus membris viget, ſemper juſtitiæ ceterarumque virtutum culmina patienti magnanimitate ſuſtentat; & ideo non defluit, neque deficit; quia nihil in ea rimoſum eſt ac remiſſum, nihil mobile, nihil lubricum, nihil quod vitio ſermonis ex ea poſſit effundi. Sequitur Eccleſia vel fidelis anima, animam dico, ideo quia nihil tam eſt homo, quàm anima.

CAPUT SECUNDUM.

℣. 1. & 2. In Pſal. 118. Serm. 5. verſ. 1.

1 EGo flos campi, & lilium convallium, ſicut lilium in medio ſpinarum; in totam enim terram fides populi credentis exivit, & in ſpacioſo poſuit pedes ſuos Chriſtus; & ideo pulcre ait florem ſe eſſe campi. Flos erat etiam Paulus qui dicebat: *Bonus odor Chriſti ſumus Deo.* *2. ad Cor. 2.* Et vere flos, qui poterat nova & vetera de ſui cordis proferre theſauro. *Ego flos campi.* Et bene flos eſt Eccleſia quæ fructum annuntiat, hoc eſt, Dominum Jeſum Chriſtum, de quo dictum eſt Mariæ: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* *Luc.*

2. Alio quoque ſenſu florem tibi demonſtro carpendum, illum utique qui dixit: *Ego flos campi, & lilium convallium.* *Lib. 7. in Luc. ad cap. 12.* Plerique comparationem hanc ſecundum naturam floris, & uſum putant propoſiti germinis aptiorem; eo quod lilia nullius annui uſus cultum requirant, nec ſicut erga proventum fructuum ceterorum, ita etiam erga generationem iſtius floris, ſollicitus in orbem redeat labor actus agricolis; quibuslibet enim ſiccitatibus agri, omne illud quod alitur in florem quadam virtute genitali ex ſeſe, atque in ſe ſucci ſemper virentis animatur; ita ut cùm foliorum puberum caulem videas aruiſſe, fibris tamen natura vireſcat; abſconditur enim viriditas, non amittitur. Aſt ubi veteris fuerit provocata blanditiis, indumentum germinis, comam floris, liliive reſumit ornatus.

3. Illud etiam delectat advertere, quia non in aſperitatibus montium incultiſque ſilvarum lilia, ſed in hortorum amœnitate generantur. Sunt enim horti quidam diverſarum pomiferi virtutum, juxta quod ſcriptum eſt: *Hortus concluſus, &c.* *Cap. 4. ℣. 12.* eo quod ubi integritas, ubi caſtitas, ubi religio, ubi fida ſilentia ſecretorum; ibi claritas Angelorum eſt, ibi confeſſorum violæ, lilia virginum, roſæ martyrum ſunt. Bene lilium Chriſtus eſt, quia ubi martyrum ſanguis, ibi Chriſtus qui eſt flos ſublimis, immaculatus, innoxius, in quo non ſpinarum offendat aſperitas, ſed gratia circumfuſa clarebat. Sunt enim ſpinæ roſarum, quæ ſunt tormenta martyrum; non habet ſpinas inoffenſa divinitas, quæ tormenta non ſenſit.

4. *Tanquam lilium in medio ſpinarum.* *Lib. 1. de Virg.* Quod eſt evidentis indicii ſpiritalium nequitiarum ſentibus virtutem obſideri, unde fructum nemo referat, niſi qui cautus accedat. Sume igitur alas virgo, ſed ſpiritus: ut ſupervoles vitia, ſi contingere cupis Chriſtum, *Psalm. 112.* *Qui in altis habitat, & humilia reſpicit.* Et ſpecies ejus ſicut cedrus Libani, quæ comam nubibus, radicem terris inſerit; principium enim ejus de cælo, poſteriora ejus in terris, fructus cælo proximos edidere. Scrutare diligentius tam bonum florem, necubi eum in pectoris tui convalle reperias, humilibus enim frequenter inhalatur. Amat generari in hortis, in quibus eum Suſanna dum deambularet, invenit: mori potius quam violari parata.

5. Aliter, *Ego flos campi, & lilium convallium, tanquam lilium in medio ſpinarum.* *Lib. 2. de Spir. ſancto.* Ecce alium locum in quo ſolet Dominus converſari, immo non in uno ſed in pluribus: *Ego*, inquit, *flos campi*; quia parentem ſimplicitatem puræ mentis frequentat. *Et lilium convallium*, flos enim humilitatis eſt Chriſtus, non luxuriæ, non voluptatum atque laſciviæ, ſed flos ſimplicitatis, flos humilitatis. Flos odorem ſuum & succiſus reſervat, & contritus accumulat, nec avulſus amittit: ita & Dominus Jeſus in illo patibulo crucis nec contritus emarcuit, nec avulſus evanuit, & illa lanceæ punctione ſucciſus, ſacro ſpecioſior fuſi cruoris colore vernavit, mori ipſe neſcius, & mortuis æternæ vitæ munus exhalans.

4. *Tanquam lilium in medio ſpinarum*, nonne inter *Lib. 3. de Virgin.* aſperitates laborum contritioneſque animorum boni flos odoris adſurgit; quia contrito corde Deus placatur. Hoc eſt deſertum, filiæ, quod ducit ad regnum, hoc eſt etiam deſertum quod floret ut lilium, juxta illud quod ſcriptum eſt: *Lætare ſterilis, & exſulta deſertum, & floreat ut lilium.* *Eſaiæ 35.* In hoc deſerto, filiæ, arbor illa bona fructifera quæ bonos fructus facit, incipit brachia factorum ſuorum diffundere, verticem divinitatis adtollere, juxta quam noſtræ ligna ſilvæ fruteſcant; quia ſicut arbor mali inter ligna ſilvæ, ita frater meus in medio filiorum; ut videns hoc Eccleſia, & fidei noſtræ jam læta ſucceſſu, dicat: *In umbra ejus concupivi & ſedi, & fructus ejus dulcis in faucibus meis.* *℣. 3.*

7. Nota quod ſæpe in hoc Canticorum libro Salomon *Lib. de Iſaac cap. 4.* triplicem illam ſapientiam evidenter expreſſit, moralem ſcilicet naturalem, & myſticam, ſicut in Proverbiis dixerat; ut tripliciter ſibi ſcriberet, qui ſapientiam ejus vellet audire. Ait ergo in Canticis ſponſa de ſponſo, *Ecce pulcher es conſobrinus meus, ecce pulcher es & decorus; adclinatio noſtra opaca, trabes domorum noſtrarum cedri, lacunaria noſtra cypreſſi.* *Cap 1. ℣. 15. & 16.* Poſſumus hoc de moralibus accipere, ubi enim requieſcit Chriſtus & Eccleſia, niſi in operibus ſuæ plebis? Denique ubi impudicitia, ubi ſuperbia, ubi iniquitas erat, ibi ait Dominus Jeſus: *Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* *Matth. 8.* De naturalibus autem quid accipiamus? *In umbra*, inquit, *ejus concupivi & ſedi, & fructus ejus dulcis in faucibus meis*; *℣. 3.* qui enim terrena ſupergreditur, & cui mundana moriuntur (quoniam crucifigitur ei mundus, & ipſe mundo) omnia quæ ſunt ſub ſole, refugit & contemnit. De myſticis quoque ait: *Introducite me in domum vini, conſtituite in me caritatem.* *℣. 4.* Etenim ſicut vineam ſuam vitis, ita Dominus Jeſus populum ſuum quaſi vitis æterna quibuſdam brachiis caritatis amplectitur.

8. Conſidera ſingula; in moralibus flos eſt inter ſpinas lilium, ſicut ipſe ait: *Ego flos campi, & lilium convallium.* *Sup ℣. 1.* In moralibus ergo flos eſt, ſicut in naturalibus ſol juſtitiæ, qui oriens & reſurgens illuminat, occidens obumbrat. Cave ne tibi occidat, quia ſcriptum eſt: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* *Epheſ. 4.* In myſticis caritas eſt; quia plenitudo legis eſt Chriſtus. Et ideo Eccleſia quæ diligit Chriſtum, vulnerata eſt caritate.

7. Pulcre etiam lilium dicitur Eccleſia; ſicut enim lilium fulget, ita etiam ſplendent opera ſanctorum. *In Pſal. 118. Serm. 5. verſ. 2.* Pulcherrime etiam dictum eſt: *Lilium convallium*; quia in humilibus magis elucet gratia. Sed hoc lilium in medio ſpinarum, hoc eſt, inter Judæos & hæreticos, hoc eſt, inter ſollicitudines hujus ſæculi, quæ mentem hominis animumque compungunt. Poſſumus etiam aliter accipere, quia ſicut lilium inter ſpinas eminet, ita ſuper omnes conventus Eccleſia Dei refulget.

10. Refert etiam conſiderare, quòd hoc lilium ſplendore circumfuſum ſit, intus autem quod habet, rubeum ſit, boni & ipſum odoris; eo quod caro Chriſti velut morali divinitatis claritudine circumſepta, cæleſtis habuerit protectionem gratiæ. Denique in poſterioribus ait: *Fraternus meus candidus, & rubeus*: candidus claritate *Cap. 5 ℣. 10.*

divinâ, rubens ſpecie coloris humani, quem ſacramento incarnationis aſſumſit. Meritòque & ipſum quod eſt rubrum, bene olet, quia caro Chriſti ſine peccato eſt, quam perfidi contrectantes, manus ſuas inquinaverunt: ſancti venerantes, pietatis odore flagrarunt.

11. Accepit hunc odorem Dominus Jeſus flagrantis Eccleſiæ ſuæ, & ait: *Ecce proxima mea bona.* Et Eccleſia dicit ad Chriſtum: *Ecce es bonus fraternus meus. ecce es bonus. tamquam malum in lignis ſilva.* Pulcherrima collatio! Quid enim pulcrius aptiuſque dici queat, quam ut ſponſum arbori mali compareret? Hujuſmodi enim pomum odorem gratum habet, ut ceterorum pomorum flagrantiam vincat. Et Chriſtus affixus ad lignum, ſicut malum pendens in arbore, bonum odorem mundanæ fundebat redemtionis, quæ peccati gravem deterſit fœtorem, & unguentum potus vitalis effudit. (℣ 3.)

12. *Tamquam malum*, inquit, *in lignis ſilvæ. ita conſobrinus meus in medio filiorum*; eo quod ſuper prophetas & apoſtolos, intima corda hominum, verborum ſuavitate mulcebat. Sed non ſolum odor, verum etiam cibus ſuavis in malo eſt: ergo cibus ſuavis eſt Chriſtus. (Ibidem.)

13. *In umbra ejus concupivi. & ſedi*; legem enim acceperat, hanc ſequebatur, hanc currebat viam: in lege itaque requieſcens, in umbra Chriſti requieſcebat. Bona umbra, quæ nos ab iniquitatis ſole defendit! Cui autem dubium quod lex Dei umbra ſit Chriſti? Quid eſt lex dies feſti, neomeniæ, ſabbatorum, niſi umbra futurorum? Qui dies ſecundum legem Moyſi: Ut videam ſex dies, & iterum ſeptimum diem, & ſic perpetua ſæcula? Quis menſis ſecundum legem Moyſi, ut ſciens menſem, ſciam primam menſis neomeniam, & vere ſancta in neomeniis offerenda? Quis ſecundum legem Moyſi annus, ſex illis diebus conſtans de quibus ait: *Sex annis ſerviet Hebræus. & ſeptimo anno liberabitur*; ut inveniantur ſex anni quibus aliquis operatur terram, ſeptimo autem anno remittit illam proſelytis, & pauperibus, & beſtiis terræ? Quis ſeptimus annus, quo concedantur omnia debita Hebræis? (℣ 3.) (Deut. 15.)

14. In hac umbra requieſcebat patrum fides, prophetarum ſancta devotio. Dic ergo congregatio religioſa vel ſancta anima, *In umbra ejus concupivi. & ſedi.* Umbra eſt jubilæus annus: quis enim ejus myſtica videt, ut facie ad faciem cognoſcat quæ anno quingenteſimo complenda Lege præſcripta ſunt? Umbra ſunt dies feſti ſecundum Legem à primo menſe decimâ die menſis uſque ad quartam decimam, & inde uſque ad vigeſimam primam menſis. Quæ umbra eſt celebrita, illa inter primum & ſeptimum menſem in tempore illo anonymo? Umbra eſt ſanctificata libertas in ſabbato. Umbra eſt dies feſtus ſeptimi menſis neomeniæ, & memoriale tubarum, ſeptimi menſis dies decimus, dies propitiationis. Vides quia monas & decas, duo feſti dies. Item quintus decimus dies, dies tabernaculorum per octo dies: in umbra hæc omnia. In umbra prima dies vocata, & octava dies vocata in umbra, quæ ſcenopægiis præſcripta ſecundum Legem.

15. Conſtitue mihi aliquos ex circumciſione credentes, in Lege doctos, obſervantiæ ſollicitæ viros, & nunc Evangelii agnitione illuminatos, ſpiritali ſaginatos gratia, dicit in his Eccleſia quæ videt Chriſtum, quæ ſponſum recipit, quæ cibo ejus paſcitur: *In umbra ejus concupivi. & ſedi. & fructus ejus dulcis in faucibus meis.* Quis fructus ejus dulcis, niſi prædicatio Dominicæ paſſionis? ut ipſe ait, *Ecce hereditas Domini. filii merces fructus ventris.* Quis enim dulcior fructus poteſt eſſe in faucibus noſtris, quam remiſſio peccatorum? (Pſalm. 126.)

16. *Et fructus ejus dulcis gutturi meo.* Eſt ſpirituale manna, hoc eſt, pluvia ſpiritalis ſapientiæ, quæ ingenioſis & quærentibus de cælo infunditur, & irrorat mentes piorum, & obdulcat fauces eorum: qui igitur intellexerit infuſionem divinæ ſapientiæ, delectatur nec alium cibum quærit, nec in ſolo pane vivit, ſed in omni verbo Dei. Qui curioſior fuerit, quærit quid ſit illud quod melle dulcius ſit: Reſpondet illi miniſter Dei. Hic eſt panis quem dedit vobis Dominus manducare. Quid ſit iſte panis, audi: *Verbum*, inquit, *quod ordinavit Deus.* (Epiſtola ad Irenæum. in c. 16. Exodi.)

Hæc ergo ordinatio Dei, hæc alimonia alit animam ſapientis, & illuminat atque obdulcat, reſplendens veritatis coruſco, & mulcens tamquam favo quodam, ita diverſarum virtutum ſuavitate, & ſermone ſapientiæ. *Favi* enim *mellis ſermones ſunt boni*. ſicut ſcriptum eſt in Proverbiis. Ergo ubi guſtavit fructum ſuavitatis, impatiens ad perfectiora feſtinat, dicens:

17. *Introducite me in domum vini. conſtituite in me dilectionem. confirmate me in unguentis. ſtipate me in malis; quia vulnerata dilectionis ego ſum. Læva ejus ſub capite meo. & dextera ejus complectetur me. Adjuravi vos. filiæ Hieruſalem. in virtutibus & fortitudinibus agri. ſi ſuſcitaveritis & reſuſcitaveritis dilectionem, uſquequo voluerit.* Meritò quærit eum, meritò deſiderat; quia bene omnia in hoc curſu atque itinere diſpoſuit imperator noſter. Primum omnium ſidei fundamento tabernaculum hoc confirmandum putavit. Deinde ſi qua eſt nobis aſpera atque arida & prærupta manſio, Imperator tamen iſte turbata diſcernit, arida irrigat, deſerta fœcundat. Si quid amaritudinis, ſi quid tentationis, ſi quid infirmitatis eſt, ductor noſter & amara temperat, & ſollicita mitigat, dura diſſolvit & invalida confirmat. (℣ 4. & ſeq.) (In Pſal. 118. Serm. 5. verſ. 1.)

18. Sicubi vult requieſcere rex terræ exercitum ſuum, non ignobilem vicum non commeatibus indigentem, non arenoſa & nuda gignentium: ſed urbem ædificiis nobilem, refectam & uberem copiarum, aut agrum amœnum, aut virentem paſcuis, aut nemoroſa & campeſtria ſtativis opportuna decernit. Ergo ſi reges terræ norunt commoda providere ſequentibus ſe, quanto magis Deus qui bonus eſt, novit quemadmodum profutura diſponat diligentibus ſe? Ac primùm ſi incognitum carpendum eſt iter, duces eliguntur viarum, qui præcurrant agmini, ſed hoc imperatores iſti injurioſum ſibi arbitrantur: Deus autem præibat, cùm Hebræi facerent iter, denique in columna nubis loquebatur ad eos. Et ut ſcias quia præibat, *Deus*, inquit, *præibat illos: interdiu quidem in columna nubis oſtendens illis viam; noctu autem in columna ignis. & non deficiebat columna nubis interdiu.* Hanc præcedentem nobis columnam ſequens Eccleſia, non deficientem ne ipſa deficeret, umbrâ ejus refrigerabatur; & ideo dicit: *In umbra ejus concupivi. & ſedi. & dulcis ejus fructus in faucibus meis*: quia à Domino paſcebatur, & deducta in locum paſcuorum & aquam refectionis. (Exod 13.) (Sup ℣ 3.)

19. *Introducite me in domum vini.* De copiis præparatis, quærit progredi ad aliam manſionem in qua myſteriorum gratiam & lætitiæ capiat ſuavitatem. Hinc quoque promovens verum iter, ait: *Ordinate in me dilectionem.* Bona ſtativa, ubi plenitudo eſt caritatis. Caritas non poteſt eſſe ſine fide; tres enim velut vades ſunt Eccleſiæ, ſpes, fides, caritas, cùm ſpes præceſſerit, fides fundata fuerit, ordinatur caritas, Eccleſia copulatur. (Lib. 3 de Virgin.)

20. *Confirmate me*, inquit, *in unguentis, ſtipate me in malis.* Habes alias manſiones, ad quas Eccleſia cum delectatione ſuccedit. Iſtæ manſiones ſunt crucis Chriſti & ſepulturæ, in quibus vulnerata eſt Eccleſia, ſed vulnere caritatis; vulnus enim eſt quod Chriſtus excepit, ſed unguentum eſt quod effudit. Pomum eſt quod pependit, hoc pomum guſtavit Eccleſia, & ait: *Et fructus ejus dulcis in faucibus meis.* Et ut ſcias quia pomum eſt Dominus, legiſti ſupra: *Tamquam malum in lignis ſilvæ. ita conſobrinus meus.* Nos quoque vulnus fatemur, cùm prædicamus Chriſtum crucifixum, ſed bonus odor ſumus Deo; quia crux Chriſti Judæis ſcandalum, Græcis ſtultitia, nobis autem virtus Dei atque ſapientia eſt. Hoc vulnere Eccleſia vulneratur, cùm Salvatoris ſui prædicat mortem, ſed hoc vulnus eſt caritatis. Denique qui non credit, negat: qui diligit, confitetur. Manichæus negat, Chriſtianus fatetur; & ideo ſcriptum eſt: *Utiliora vulnera amici. quam voluntaria oſcula inimici.* Pulcre ergo dicit Eccleſia: *Quia vulnerata caritate ego ſum.* (In Pſal. 118. Serm 5. verſ. 2.) (Prov 27.)

21. Nudemus membra noſtra bono vulneri, nudemus ſagittæ electæ: ſagitta hæc Chriſtus eſt qui dicit: *Poſuit me ſicut ſagittam electam.* bonum eſt ergo hac vulnerari ſagitta, non mediocris manſionis iſte proceſſus, non omnes poſſunt dicere, quia vulnerati ſunt dilectione. (Eſai. 49)

dicebant apoſtoli, cùm pro Chriſto lapidarentur & A Chriſtum prædicarent: dicebat Paulus cùm ter virgis cæderetur, & die ac nocte Chriſtum adorandum gentibus diſputaret: dicunt hoc martyres, qui vulnerantur pro Chriſto; & quia vulnerari pro ejus meruerunt nomine, plus diligunt. Ad hanc ergo veniens manſionem Eccleſiæ, ad hunc proceſſum, ut pro Chriſto filios ſuos offerat, ut excipiat vulnera caritatis, quaſi bona fidei alimenta reperiens, pietatis fructus guſtavit ipſa, & hortari ceteros cœpit, dicens: *Guſtate & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.* Et addidit Eccleſia dicere:

℣. 6. In Pſal. 118. Serm. 5. verſ. 1. Joan. 14. Ibidem. Num. 20.

22. *Læva ejus ſub capite meo, & dextera ejus complectetur me.* Et iſtæ manſiones ſunt via regali incedentis Ec- B cleſiæ, *Multa enim ſunt manſiones apud Patrem meum.* Teſtificatur Dominus Jeſus: *Et ecce venio, & arceſſo vos.* Bona manſio ſapientiæ, & ſive in læva ejus, ſive in dextera, bona manſio; quia via regalis eſt. Ideoque ſapientes nuntii dicunt: *Via regali ibimus, non divertemus in dextera, neque in ſiniſtra, quoadusque tranſeamus terminos tuos.* Hoc dixerunt miſſi à Moyſe nuntii ad regem Edom, hoc eſt terrenum; quia terrena omnia ſive in dextera, ſive in ſiniſtra, mala ſunt. Mala manſio inſipientia, mala manſio intemperantia; & ideo pertranſit has manſiones Hebræus: non divertit ad eas, ſed pertranſit; ut perveniat ad ſiniſtram ſapientiæ & dexte- C ram, & in ipſis maneat, ubi divinæ ſimplicitatis, ubi
Prov. 3. gloria, ubi longitudo vitæ eſt. *Longitudo enim vitæ in dextera ejus*, ut ait Salomon: *In ſiniſtra autem ejus divitia & gloria*: in dextera vita eſt, in ſiniſtra requies. Utinam ſuper ſiniſtram ejus requieſcam, nec quæram
Ezech. 13. cervicalia! *Væ enim his qui adſuunt cervicalia*, Ezechiel dicit. Has manſiones præparat Eccleſiæ ſuæ bonus ductor, & per vias ſapientiæ dirigit iter ejus. Denique laudat
Prov. 3. ſapiens vias ejus: *Viæ ejus viæ bonæ, & omnes ſemitæ ejus in pace.*

In Pſal. 118. Serm. 14. verſ. 5.

23. *Læva ejus ſub caput meum, & dextera illius complectetur me.* Hæc loquitur ſponſa de Chriſto, anima D de Verbo Dei: Chriſtus autem idem eſt Verbum Dei atque ſapientia. Beata ergo anima quam complectitur ſapientia. Magna eſt ſapientiæ manus, magna dextera, totam complectitur animam; tota enim munita eſt, quæ deſponſata Verbo Dei eſt. Plenitudo enim ſapientiæ, timere Deum: quæ ergo Deum timet anima, pleno ſe munit ipſa præſidio. Mittit ſapientia lævam ſuam ſub collum ejus, dexteram autem in complexum ejus. Utrumque quidem brachium ejus ad utilia extenditur; habent tamen propria ſua ſingulæ manus ſapientiæ: *In dextera longitudo vitæ* eſt, *in ſiniſtra autem divitiæ & gloria.* Bonis utique manus utroque dotata eſt dotibus: in eo E tamen habent varietatem ſui muneris, quod & præſentia & futura tempora comprehendunt; ut læva præſentium remuneratrix, dextera futurorum ſit.

24. Poſſumus hoc etiam de prophetia ſancti patriarchæ Iſrael cognoſcere, nam cùm dexteram ſuam poſuiſſet ſuper Ephræm, ſiniſtram autem ſuper Manaſſen, & convertere eas Joſeph ætatis conſideratione voluiſſet; ut dexteram patris ſuper caput Manaſſe ſenioris filii col-
Geneſ. 48. locaret, noluit, & dixit: *Scio, fili, & hic erit in populum, & hic exaltabitur, ſed frater junior major erit illo.* In quo major: in eo utique quia benedictione prælatus eſt, dicentibus poſteris Ephræm: *Faciat vos Deus ſicut* F *fecit Ephrem & Manaſſen*: vel quia ſemen ejus multitudo gentium, quæ in hoc ſæculo laborem elegit, credens in Dominum Jeſum, ut conſolationem habeat futurorum. Manaſſe autem ſemen eſt populus oblivionis, qui proprium oblitus auctorem, exaltatus ad tempus in hoc ſæculo eſt, daturus in reliquum pœnas graves; quia Deum ſuum & Dominum denegavit.

25. Hoc eo diximus, ut probaremus ea eſſe potiora quæ futura ſunt. Denique læva ſapientiæ ſub ſponſæ capite eſt, dextera autem ſuperior, quæ totam complectitur ſponſam. Itaque illa quaſi fulcrum eſt quietis præſentis, quo anima innixa requieſcit. Habet ubi reclinet caput ſuum, quia læva ſapientiæ divitiæ ſunt & gloria. Per id tempus hæc mulcent, & ex parte ſola-
Matth. 8. tio ſunt, & ideo; *Filius hominis non habebat ubi caput* A *ſuum reclinaret: quia cùm dives eſſet, pauper factus eſt:* 2. Cor. 8.
Nec gloriam aliquam iſtius ſæculi requirebat; quia venerat non ut in portione, ſed ut univerſo humano generi ſubveniret, dicens: *Mihi indignamini quia totum hominem ſanum feci in ſabbato*: hoc eſt totum, non ut facultatum collatione ditaret, non ut honorum inſignibus, non ut gloriæ ſæcularis cumularet augmento; hæc enim non habent beatitudinis & gratiæ plenitudinem: ſed totum, hoc eſt, quod longitudinem vitæ complecteretur æternæ. Neque enim communis vitæ ſimilis vita in dextera eſt ſapientiæ, ſed longitudo vitæ eſt, ut qui accipit vitam à ſapientia, non exiguitatem vitæ, ſed B perpetuitatem & æternitatis longitudinem adipiſcatur. Johan. 7.

26. Bonus amictus æternitas vitæ. Itaque ſponſa malorum granatorum, hoc eſt, diverſorum & innumerabilium fructuum, & præcipue fidei odoribus, gratiæ, ſapientiæ & gloriæ, vitæque æternæ ſubnixa divitiis quæ ſunt circa ſiniſtram & dexteram ſponſi, per animas ſanctas laudantium congregationum plauſibus excitat Chriſtum, dicens: In Pſal. 118. Serm. 19. verſ. 4.

27. *Adjuravi vos filiæ Hieruſalem in virtutibus & fortitudinibus agri, ſi ſuſcitaveritis, & reſuſcitaveritis dilectionem uſquequo voluerit.* Ager ille quem benedixit Dominus, non iſte terrenus aut horridus ſilvis, aut confra- C goſus torrentibus, aut inutilis vitibus, aut infœcunda glarea ſaxoſus, aut hiulcus, & aridus ſiccitate, aut ſanguine madidus, aut ſentibus incultus & ſpinis, ſed ille ager de quo Dominus ait: *Et ſpecies agri mecum eſt.* In hoc agro uva illa reperitur quæ expreſſa ſanguinem fudit, & mundum diluit: in hoc agro eſt ficus illa ſub qua ſancti requieſcent, ſpiritalis gratiæ ſuavitate recreati: in hoc agro eſt oliva illa fructifera, dominicæ fluens pacis unguentum: in hoc agro florent malo-granata, quæ plurimos fructus uno fidei munimine tegunt, & quodam fovent caritatis amplexu. ℣. 7. Lib. de Jacob & vita beata cap. 1. Pſalm. 49.

28. Quia igitur ſapientia & honeſta claritas ita per- D fecta ſunt, ſi habeant caritatem (plenitudo enim legis eſt caritas) ſuſcitari & reſuſcitari vult caritatem, ſuſcitari in veteri teſtamento, reſuſcitari in novo. Caritas Deus eſt, ut legimus, caritas Chriſtus eſt. Suſcitatur *tamquam leo, & catulus leonis: ut Juda adſcendas ex germine*: reſuſcitatur ut dormiens, ut recumbens; quia non humana, ſed ſua & Patris majeſtate ſuſcitatus eſt à mortuis. Unde ait Scriptura: *Quis ſuſcitabit illum?* Non enim poterat illum aut Angelus aut poteſtas ſuſcitare aliena, cùm ipſe alios ſuſcitaret. Ergo cùm hic dicit: *Si ſuſcitaveritis & reſuſcitaveritis dilectionem, uſquequo voluerit*: de iis dicit, qui reſurrectionem ejus E congrue poſſunt prædicare, ut audientibus ardorem fidei & devotionis accendant: vel ſuſcitatur Chriſtus in his qui primum accedunt, reſuſcitatur in his qui poſtquam acceſſerint, dormierunt. Dormit ergo Chriſtus negligentibus, ſuſcitatur in ſanctis. In Pſal. 118. Serm. 5. verſ. 1. Rom. 5. 1. Joan. 4. Gen. 49. Oſeæ 6.

29. Hanc itaque caritatem ſuſcitat & reſuſcitat, donec vocem ejus accipiat, & præſentiam ejus accerſat; quia quæſitus non ſolum venit, ſed etiam ſaliens venit. Sed jam ſponſus aderat, ut probaret illud quod adhuc loquentibus nobis dicit, *Adſum.* Adeſt, quia ſuſcitatus à filiabus Judæ, quaſi reſuſcitatus à filiabus Hieruſalem. Audit Eccleſia ſonum vocis ejus, & dicit: Lib. de Iſaac cap. 4.

30. *Vox conſobrini mei, ecce hic advenit ſaliens ſuper* F *montes, tranſiliens ſuper colles.* Manipularis eſt hic liber multas habens perſonas nobiles, velut manipulus triumphalis, multoſque actus ſignificatus, quos intelligere magis quam expreſſos tenere poſſumus. Nam quaſi advenientem ſponſum audierit cum aliquibus pariter viantibus colloquentem, dicit ſponſa: *Vox conſobrini mei.* Dum loquitur cum filiabus Hieruſalem, & rogat ut excitent, & reſuſcitent ſponſum; ſubito tamquam de longinquo miſſæ vocis ſonum ſentiens, dicit: *Vox conſobrini mei*, annuntians quem nuntiari ſibi ante quærebat. Quem cupiebat ab aliis ſuſcitari, ſua prece reſuſcitatum, à Patre venire jam credens, læta dicit: *Vox conſobrini mei.* Bene addidit, *conſobrini mei*: ut non aliæ, ſed conſobrina ſola ſibi ejus vindicaret adventum. ℣. 8. In Pſal. 118. Serm. 6. verſ. 1.

31. *Ecce*, inquit, *iſte advenit*, adhuc ego eum quæro, A & ille jam venit: adhuc ego ſuffragia capto ut veniat, & ille jam proximus eſt: ego ſuſcitari mihi caritatem cupio, ego me vulneratam caritatis puto, & ad me plus ipſa caritas feſtinat: ego dixi, veni; ſalit ille & tranſilit: ego rogo eum venire cum gratia, iſte gratiarum operatur augmenta, & dum venit, incrementa gratiæ ſecum vehit, & veniendo adquirit, quia ſtudet etiam ipſe ſuæ placere dilectæ. Salit ſuper excelſa, ut adſcendat ad ſponſam; ſponſæ enim thalamus tribunal eſt Chriſti. Salit ſuper Adam, tranſilit ſuper Synagogam; ſalit ſuper gentes, tranſilit ſuper Judæos.

32. Videamus ſalientem. Salit de cælo in Virginem, B de utero in præſepe, de Jordane in crucem, de cruce in tumulum, in cælum de ſepulcro. Proba mihi David
Pſalm. 67. ſalientem, proba currentem; tu enim dixiſti: *Exſultavit ut gigas ad currendam viam. à ſummo cælo egreſſio ejus; & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus. nec eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.* Et nunc ſalit, & nunc currit, de corde Patris ſuper ſanctos ſuos, de oriente ſuper occidentem, de ſeptemtrione ſuper meridiem. Iſte eſt qui adſcendit ſuper occaſum, ipſe ſuper cælos cælorum ad orientem, ipſe adſcendit ſuper montes, ipſe ſuper colles.

33. Utinam ego miſer dicam, dicat anima mea: *Ecce iſte advenit.* & advenit non ſuper terrena, non ſuper C valles, ſed advenit: *Saliens ſuper montes*: Deus enim Deus montium eſt, non vallium: ubi ergo ſalit, ſuper montes ſalit. Si ſis mons, ſalit ſuper te, ſalit ſuper Iſaiam, ſalit ſuper Hieremiam, ſalit ſuper Petrum, Johannem,
Pſalm. 124 Jacobum. *Montes in circuitu ejus*: ſi non potes eſſe mons & non prævales, eſto vel collis, ut ſuper te Chriſtus adſcendat: etſi tranſilit, ut te tranſitus ejus cuſtodiat.

34. Diximus de Chriſto & eccleſia, dicamus de anima & Verbo. Anima juſti ſponſa eſt Verbi, hæc ſi deſideret, ſi cupiat, ſi oret & oret aſſidue, & oret ſine ulla diſceptatione, & tota intendat in Verbum: ſubito vocem ſibi D videtur ejus audire quem non videt, & in timore ſenſus odorem divinitatis ejus agnoſcit, quod patiuntur plerumque qui bene credunt. Replentur ſubito nares animæ ſpiritali gratia, & ſentit ſibi præſentiæ ejus flatum adſpirare quem quærit, & dicit: Ecce iſte ipſe eſt quem requiro, ipſe quem deſidero.

35. Nonne cum aliquid de Scripturis cogitamus, & explanationem ejus invenire non poſſumus: dum dubitamus, dum quærimus, ſubito nobis quaſi ſuper montes, id eſt, altiſſima dogmata videtur, adſcendere. Deinde quaſi ſuper colles apparens nobis, illuminat mentem, ut infundat ſenſibus, quod invenire poſſe difficile videbatur: E ergo quaſi ex abſente fit præſens Verbum in cordibus noſtris. Et rurſus cùm aliquid nobis ſubobſcurum eſt, tamquam ſubducitur Verbum, & tamquam abſentis adventum deſideramus; & iterum apparet, oſtendit ſe nobis tamquam præſens ſit nobis in iis quæ requirimus cognoſcendis.

36. Salit ergo in uniuſcujuſque corde frequenter, tranſilit & exit & revertitur: ſi ſequaris, ſi requiras, ſi tibi fidelium grata diſputatione doctorum Verbum quod exierat atque tranſierat, poſtules reſuſcitari. Sicut illa
Cant. 5. ✠. 6. quæ quæſivit & invenit, quæ dixit: *Frater meus tranſivit. anima mea exivit in verbo ejus.* Ergo etſi ſuper F montes ſalit, ſequere: etſi ſuper colles, ſequere. Reperiuntur enim in montibus & in collibus venatores Domini, qui inveſtigant eos qui capiuntur ad vitam; ſic
Hierem. 16. enim dixit per Hieremiam Deus: *Ecce mitto multos piſcatores & multos venatores. & venabuntur eos ſuper omnem montem & ſuper omnem collem.* Ibi ergo populus Dei quæratur & inveniatur in Petri & in Pauli doctrina, gratia, diſciplina; ut non in convalle ſint, ubi fletus, ſed in montibus à quibus unumquemque Chriſtus illuminat, & cùm Petrum legimus, Chriſtus illuminat: & cùm Paulum legimus, Chriſtus illuminat. Curavit Paulus, Chriſtus illuminavit; quoniam invocato Domini Jeſu nomine, reſurrexit, cujus ſanatus eſt munere. Suſcitavit mor-
Pſalm. 75. tuam Petrus, Chriſtus illuminavit; & ideo ait: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.*

37. Nos igitur qui montes eſſe non poſſumus, ſtemus A in montibus vel in collibus; ut cùm miſerit piſcatores ſuos Dominus & venatores, ut venentur eos qui ſupra omnem montem ſunt, vel ſuper omnem collem, id eſt, in legis & prophetarum præceptis; & novi & veteris teſtamenti cognitione omnem habentes converſationem, inveniant nos paratos, & velut bonas colligant ſpicas, opportuno miſſi meſſores tempore; quia ſi quis extra montem aut collem fuerit repertus, colligi velut bona ſpica non poterit ab his, qui ut comparationis faciamus alterius mentionem, triticum à paleis ſeparare mittentur. Plurimarum igitur operationum ſolertes miniſtros Dominus habet, iidem piſcatores, iidem etiam B venatores ſunt, atque meſſores. Si in tempore meſſis quo diriguntur iſti metere, maturus exſpectes, ſalientem in montibus poteris intueri, & videbis Dominum Jeſum ſimilem capreolo aut hinnulo cervorum ſuper montes Bethel. Salit enim ſuper Eccleſiam quæ eſt domus panis, eo quod fidelium corda confirmet; unde & ſponſa de eo dicit:

38. *Similis eſt conſobrinus meus, capreæ aut hinnulo cervorum. ſuper montes Bethel*; ſalit enim ſuper Eccle- ✠. 9. ſiam, quæ eſt domus Dei, eo quod fidelium corda confirmet. Merito ſicut capreola, quia capra in altis paſcitur. Dorcas dicitur à videndo, dorcadion enim viſus acu- C tioris eſt. Quid hoc aptius Chriſto, qui Patrem vidit quem nemo vidit: aut ſi quis vidit in Chriſto, ipſe filius revelavit? Merito *ſicut hinnulus cervorum*, hinnulus quaſi filius, cui paternæ inoleverit vis naturæ; ut eum occulta non lateant, ſerpentes fugiant, venena non lædant. Denique eductus de latibulis ſuis ſerpens qui educebatur ex homine, dicebat: *Quid veniſti ante tempus torquere* Matth. 8. *nos.* Spectemus ergo ſalientem hunc hinniculum, ut non poſſimus timere ſerpentem.

39. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. reſpiciens per* ✠. 9. *feneſtras. proſpiciens per retia.* Venit ergo & primò poſt Lib. de Iſaac D parietem eſt, ut inimicitias animæ & corporis ſolvat, cap. 4. ſublato pariete qui impedimentum concordiæ videbatur adferre. Deinde proſpicit per feneſtras: quæ ſint feneſtræ, audi Prophetam dicentem: *Feneſtræ apertæ ſunt è cælo.* Eſai. 24. Prophetas itaque ſignificat, per quos Dominus genus reſpexit humanum, priuſquam in terras ipſe deſcenderet. Et hodie ſi qua eum anima multum requirat, multum merebitur miſericordiæ; quoniam qui multum requiritur, multum debetur ei. Si qua ergo anima eum ſtudioſius quærat, longe audit vocem ejus: & quamvis ab aliis requirat, præ ipſis à quibus quærit, audit vocem ejus. Videt eum ſalientem ad ſe venire, id eſt, properantem E atque currentem & tranſilientem eos, qui infirmo corde virtutem ejus capere non poſſunt: deinde proſpicientem per ænigmata prophetarum, legendo eos, & tenendo eorum ſermones; videt enim proſpicientem, ſed quaſi per feneſtram, non quaſi adhuc præſentem. Videt eminentem ſuper retia. Quid eſt hoc? Niſi forte quia illa retia nobis ſunt, non illi retia ſunt, eo quod illa anima adhuc intra ſenſibilia & mundana ſit, quæ mentem hominis capere & quodam ſinu proprio conſueverunt involvere.

40. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. reſpiciens per* In Pſal 118. *feneſtras. proſpiciens per retia.* Viderat enim Eccleſia vel Serm 9. F anima juſti ſalientem ſicut hinniculum ſuper montes, & verſ. 3. repente primum adſpiciens poſt parietem domus ſuæ, proſpicientem per feneſtras, eminentem per retia, exſultat & gaudet, quia etiam ipſa amatur à Sponſo. Qui tamquam & ipſe vulneratur caritatis decore, dilectæ cùm primum abeſſet, ad oſcula rogatus adfuerit (rogatur enim cùm dicitur: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*) deinde Cant. 1 ✠. 1. preces blanditiaſque ſponſæ non ſpreverit, dilecta ſibi ubera præbentis; atque in interiora domus eam benignus induxerit: deinde tamquam laſcivienti ludens amore, quia vellet pertentare ſenſus amantis, ſæpe egreſſus ut quæreretur à Sponſa, ſæpe regreſſus ut invitaretur ad oſcula, adſtiterit poſt parietem, proſpexerit per feneſtras, eminens ſuper retia; ut non totus abeſſet, nec quaſi totus intraret, & ipſe ad ſe ſponſam vocaret, ut veniendi ad ſe invicem fierent gratiora commercia, amoremque mutuis adolerent ſermonibus.

℣. 10. Pſal. 118. loc. cit. 41. *Exſurge*, inquit, *veni proxima mea, formoſa mea, columba mea*; & tu ſi habeas fundatum parietem, non illum medium qui domus unius ſeparet membra, ſed ædificatum ſupra fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ut compaginata ejus ſtructura creſcat in templum, nec diſterminet ejus interna, ſed muniat. Si habeas ergo in te ædificationem Dei, & ad orientem pateant ſemper

℣. 9. Pſal. 33. Hier. 9. feneſtræ tuæ, venit Verbum, *Stat poſt parietem tuum*; *oculi enim Domini ſuper juſtos*; *proſpicit per feneſtras tuas*.

42. Quæ ſunt feneſtræ iſtæ? Legimus feneſtras de quibus dicit Hieremias: *Intravit mors per feneſtras*, per quas intravit avaritia, intravit libido. Oculus tuus feneſtra eſt. Si videris mulierem ad concupiſcendum eam, intravit mors per oculum tuum: ſi videris poſſeſſionem viduæ, vel theſauros minoris, & tuas excitaveris cupiditates, *Intravit mors per feneſtram*. Sicut ergo per hæc intrat mors, intrat & vita: ſi decorem puellæ adſpiciens ſacræ, venereris dominum Jeſum, quod in teneros annos venerit ætas ſenectutis, vita immaculata, & ipſe filiam tuam offeras; ut pio conſecretur velamine: ſi poſſeſſionem minoris non tamquam ſollicitus invaſor adſpicias, ſed quaſi parens ſedulus religioſo tuearis affectu: per has feneſtras proſpicit Chriſtus, ut vocet ſponſam.

℣. 9. 43. *Eminens ſuper retia*: bene *eminens*, quia ſolus eſt quem retia non involverint peccatorum. Omnes intra retia eramus, immo adhuc intra retia ſumus; quia nemo ſine peccato niſi ſolus Jeſus, quem non cognoſcentem peccatum, peccatum pro nobis fecit Pater, etenim tradidit eum laqueis, tradidit eum retibus: mittens eum non in peccato in quo erant omnes homines, ſed in ſimilitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne. Peccatum erat caro, ſecundùm illud quia hereditario erat damnata maledicto, peccatum erat illecebra & miniſtra peccati. Venit dominus Jeſus, & in carne peccato obnoxiâ militiam virtutis exercuit: facta ſunt membra noſtra jam non arma libidinis, ſed arma virtutis; namque ubi erant incentiva libidinis, ibi nunc ſunt domicilia caſtitatis. Hic ergo venit ad laqueos, ſed voluntarius: venit ad retia, ſed ſecurus. Plena erant omnia reti-

Pſal. 141. bus, referta laqueis, audi dicentem: *In via hac quam ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.* Et in libro

Eccli. 9. ſapientiæ Sirach moneris ut cognoſcas quia in medio laqueorum ambulas. Quot vitia, tot retia: quot peccata, tot laquei.

44. Hereditarii jam te nexus tenebant, venit ad laqueos Jeſus, ut Adam ſolveret: venit liberare quod perierat. Omnes retibus tenebamur, nullus alium eruere poterat, cùm ſe ipſum non poſſet eruere. Talis ergo neceſſarius fuit, quem vincula generationis humanæ delictis obnoxia non tenerent, non cœpiſſet avaritia, non ligaſſet dolus. Is ſolus erat Jeſus, qui cùm hujus carnis ſe circumdediſſet vinculis, captus non erat, non erat alligatus: ſed dirumpens ea atque diſſolvens, ad ſe magis vocavit Eccleſiam, *Proſpiciens per laqueos, eminens ſuper retia*; ut & ipſa diſceret vinculis non teneri. Denique eo uſque non longe à vinculis fuit, ut pro nobis ſubiret & mortem, ſed tamen non ſervus mortis effectus, ſed liber inter mortuos; liber enim erat qui ſolvendæ mortis po-

Iohan. 56. teſtatem habebat. Denique ipſe te doceat qui ait: *Solvite templum hoc, & in triduo reſuſcitabo illud.* Audiamus itaque quid dicat:

℣. 13. Pſal. 118. Serm. 6. verſ. 3. 45. *Exſurge, veni proxima mea*; hoc eſt, ſurge à mortuis, exſurge à vinculis, quibus circumdata tenebaris. Exſurge, quia ego reſurrexi tibi: ſolve vincula iniquitatis, quia ego jam ſolvi tibi: veni, quia jam retia ſoluta ſunt, Virgo peperit, puer natus ex virgine eſt, nihil debet muliebri hereditati, quaſi filius mulieris non tenetur: cerne medium parietem maceriæ jam ſolutum, qui interiorum affectuum concordiam dividebat, & in diverſum excitabat diſſentiones corporalium paſſionum. Veni ergo ſecura, cupio videre faciem tuam, & audire vocem tuam: veni, ut jam me per retia non videas, ſed facie ad faciem vultibus amatoris dilecta potiaris.

46. Et hic iſta ex hac decurſa ſint. Myſtica autem illa ſi poſſimus, vel linea intueamur extrema. Sedebat intra domum Sponſa devota Domino, intra parietem Legis & prophetarum, ſpiritalium lapidum exædificatione fundatum, qui claudebat atque vallabat domum regiam, plenam jucunditatis atque lætitiæ. Mirabatur theſauros regios, & intuebatur ſollicite, cupiens ſapientiam quæ has ſibi divitias demonſtraret, adſciſcere. In ſecreto erat, ſed ſecreti ipſius interpretem requirebat. Venit dominus Jeſus ſaliens ſuper montes. Nobis ſero videbatur venire, ſed ille properabat. Saliebat denique & tranſiliebat, ut Judæorum corporalia & ſaxoſa dogmata tranſiliret. Adſtitit poſt parietem domus quæ erat in veteri Teſtamento, proſpiciens per Legis feneſtram, & prophetarum cavernas.

47. Nondum erant domus illius aperta veſtibula, nondum claves ſapientiæ portarum clauſtra patefecerant, quibus Legis claudebantur interna; de ſuperiore tamen, hoc eſt, ſpiritali parte proſpectans Eccleſiam vocat, ut per Legem & prophetas, Evangelii vertice ſublimis adſurgens, retia Judaicæ interpretationis, & nodos intrepido calcet veſtigio. Ideoque *Proxima* vocatur, ut adhæreat

Chriſto, mundana non quærat: ideo *Formoſa*; ut ſpecio- ℣. 54.

ſos evangelizantium pedes perferat: ideo *Columba*, ut ℣. 51.

ſpiritalia petat, terreſtria derelinquat.

48. *Ecce*, inquit, *hyems præteriit, imber abiit, diſceſſit ſibi, flores viſi ſunt in terra, tempus ſecandi advenit.* Ante adventum Chriſti hyems erat: venit Chriſtus, fecit æſtatem. Tunc omnia erant florum indiga, nuda virtutum: paſſus eſt Chriſtus, & omnia cœperunt novæ gratiæ fœcundari germinibus. Imber abiit luxuriæ profluentis, & nubila terris orta flagitiis æſtiva jam puræ conſcientiæ ſerenitate laxantur. Ideo non evadunt quorum fuga in hyeme fit; quia non ſequuntur Domini paſſionem, non tollunt crucem ſuam, & Chriſtum ſequuntur. Ibidem & ſequentes.

49. Imber impedit flores: at nunc flores videntur in terra. Boni flores apoſtoli, qui diverſorum ſcriptorum ſuorum atque operum fuderunt odorem. *Tempus ſecandi advenit*, quando matura in horreis frumenta conduntur; & qui metit, mercedem accipit. *Vox turturis audita eſt*, quia invenit ſibi nidum; Eccleſia enim domus eſt caſtitatis. *Ficus* quæ propter infœcunditatem jubebatur excidi, *fructus ferre jam cœpit*. Vinea tranſlata ex Ægypto, jam non maceriis deſtructa depoſitis, incurſatur à beſtiis; nec informis ſentibus, ſed odora jam floribus. ℣. 12. L. de Iſaac. cap. 4. & Pſal. 118. Serm. 6. verſ. 3. ℣. 12. ℣. 13.

50. *Exſurge*, inquit, *veni proxima mea, formoſa mea, columba mea, perfecta mea*: *proxima* utique fidei deſiderio, *formoſa* decore virtutis, *columba* gratiâ ſpirituali; *Pennæ enim columbæ deargentatæ* æternam illam ſignificant poteſtatem, & columbæ volatus Spiritus ſancti præſentiam declaravit. Vocat igitur ad ſe eam Chriſtus ut veniat, quoniam ſpiritualibus jam pretiis dotata veniebat. *Quia ecce*, inquit, *hyems præteriit, imber abiit, diſceſſit ſibi, flores viſi ſunt in terra.* Videte quemadmodum ſancta invitetur Eccleſia. *Hyems*, inquit, *diſceſſit ſibi*, ne hyemem nuda formidet, hyemem non temporis ſed infirmitatis, quæ agrum animæ fœcundum omni flore diſpoliat. Eſt enim hyems non terreni ſolis, eſt hyems mentis, quando animo frigus illabitur, quando vapor animi vaneſcit, quando ſolvitur vigor ſenſus, quando nimius humor exundat, & mentem gravat, quando interior caligat adſpectus. Et ideo ait Dominus: *Videte ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato*: bonum enim ut tunc dies judicii vel mortis adveniat, cùm viget animi blanda temperies, cùm cæleſte myſterium ſerena luce reſplendet, cùm cor noſtrum ardet in nobis. Tunc enim Chriſtus eſt præſens, ſicut teſtatur in Evangelio Ammaon & Cleophas dicentes: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis in via, cùm aperuiſſet in nobis Scripturas*. Viget autem animus, quando etiam flos videtur in terris. Quis eſt iſte flos boni odoris, niſi ille qui dixit: *Ego flos campi & lilium convallium*: de quo & in Eſaia ſcriptum eſt: *Exiet virga de radice Jeſſe, & virga ex radice adſcendet, & flos ex virga exiet.* Radix utique familia Judæorum eſt, virga Maria, flos Mariæ Chriſtus: qui quando noſtra reſplendet in terra, & in agro animæ redolet, vel in Eccleſia ſua vernat, nec frigus poſſumus timere, nec pluviam vereri, ſed exſpectare judicii diem. Et ideo Eccleſia ut hunc florem videret, omni ſtudio feſtinabat, ſicut ipſa in poſterio-

Ex Apologia David poſtrema cap. 9. Matth. 24. Luc. 24. ℣. 1. Eſai. 11.

ribus

Can. 3. ℣ 1. tibus teſtatur dicens: *In cubili noctibus quæſivi quem diligit anima mea.*

℣ 13. Lib. 7. in Lucam ad cap. 13. 50. *Ficus protulit groſſos ſuos.* Apta Synagogæ arboris iſtius comparatio eſt, quia ſicut arbor iſta foliis redundans fluentibus, ſpem poſſeſſoris ſui caſſa ſperatorum proventuum exſpectatione deſtituit: ita etiam in Synagoga, dum doctores ejus operibus infœcundi, verbis tantum velut foliis redundantibus gloriantur, inanis umbra Legis exſuperat; ſpes autem falſi exſpectata proventus, populi vota credentis illudit.

51. Eſt etiam in natura arboris quo magis credas Synagogæ ſpeciem comparatione hujus expreſſam. Etenim ſi B diligenter inquiras, diſcretam ab uſu arborum ceterarum conſuetudinem naturæ hujus invenies; namque aliæ florem ferunt antequam fructum, pomaque ventura prænuntio ſui flore deſignant: hæc ſola ab initio poma germinat pro floribus: in aliis flos deciditur & poma naſcuntur, in hac poma decidunt, ut poma ſuccedant. Ergo priora illa caſſa fructuum, vice floris emergunt: ita præcoci quodam naſcendi uſu, quæ ordinem naturæ neſciunt, beneficium naturæ ſervare non poſſunt. Etenim qua ſe medio trudere de cortice gemma conſuevit, eâ minutiſſima quæque hujus generis poma prorumpunt: de quibus legimus in Canticis canticorum, *Ficus protulit groſſos* C *ſuos.* Itaque ceteris albentibus primo vere virgultis, ſola ficus proprio neſcit flore caneſcere; eo forte quod nullus ſit iſtis maturior uſus in pomis. Namque ſuccedentibus aliis quæ quaſi degenerantia deſpiuntur, & arenti infirma radice, renovatis quibus ſit ſuccus uberior, exuuntur. Manent tamen aliqua perrara, nec decidunt, quibus hic proventus arriſerit, ut de medio duarum virgarum claviculo brevi erumpente promergant, quo geminis tecta præſidiis, tamquam naturæ parentis gremio, ſucci fotu plenioris inoleſcant. Ea clementioris auræ provocata temperie: & prolixioribus adulta temporibus, ubi ſilveſtrem D animum ſucci prioris exuerint, ſpecie ceteris & maturitatis gratia præferuntur.

52. Specta nunc cultus & animos Judæorum, qui quaſi primi fructus male feracis Synagogæ, quaſi labentis ſimilitudine corruerunt, ut manſura ſupra ævum noſtri generis poma ſuccederent. Etenim primus Synagogæ populus, quaſi radice operum infirmus arenti, ubertatem ſapientiæ naturalis haurire non potuit. Et ideo velut inutilis decidit fructus, ut quaſi ex iiſdem claviculis arboris fructuoſæ, de pinguedine religionis antiquæ novus Eccleſiæ populus emergeret. Ergo ille qui erat, eſſe deſivit, ut iſte inciperet qui non erat: primi tamen ex Iſrael, quos naturæ validioris ramus extulerat, ſub umbra Legis & crucis, E in utriuſque ſinu ſucco gemino colorati, groſſi matureſcentis exemplo, pulcherrimorum gratia fructuum ceteris præſtiterunt, quibus dicitur: *Sedebitis ſuper duodecim* Matth 19. *thronos, judicantes duodecim tribus Iſrael.*

℣. 5. Lib. 9. in Luc. ad cap. 20. 53. *Vineæ florentes dederunt odorem ſuum.* Bene per vineam Eccleſia deſignatur; ut enim vitis maritatur arboribus, ita corpus animæ, anima quoque corpori conjungitur: ut vinea dum ligatur, erigitur, & reciſa non minuitur, ſed augetur; ita plebs ſancta dum ligatur, extollitur: dum humiliatur, attollitur: dum reciditur, coronatur. Quin etiam ut tener ſurculus, veteri abſciſſus ab arbore, in alterius fœtu radicis inſeritur: ita populus hic ſanctus F ſurculi veteris cicatricibus enodatis, in novo illo crucis ſigno tamquam gremio piæ parentis ſotus inoleſcit: Spirituſque ſanctus in hoc carcereum corpus infuſus, velut in altas demiſſus terrarum ſcrobes, aquæ ſalutaris irriguo diluit quidquid eſt fœtidum, membrorumque noſtrorum habitus in cæleſtem erigit diſciplinam.

54. Hanc vineam diligens agricola ſodere, rigare, contendere conſuevit, eruderatiſque terrenæ molis aggeribus, opera corporis noſtri nunc ſole torrere, nunc imbre perfundere, ſtipare agrum ſolitus, ne ſentibus gemma lædatur, ne luxuriet umbra foliorum, verborumque infructuoſa jactantia virtutibus obumbrando, maturitatem naturalis indolis impediat.

℣ 54. Pſal. 118. Serm 6. verſu 6. 55. *Et veni*, inquit, *columba mea, in tegimento petræ, juxta præmunitionem*: hoc eſt, veni juxta Evangelium: propugnacula fidei tuæ, geſta ſunt Chriſti: muri tui ſub- A ſidia, verba ſunt Domini: paſſio Dominici corporis, tua virtus eſt.

56. *Oſtende mihi faciem tuam, & inſinua vocem tuam; quia vox tua ſuavis eſt, & facies tua decora.* Suavis eſt vox ℣. 14. tua; *quia ore fit confeſſio ad ſalutem*: & decora facies; quia quæ non erubeſcit auctorem, non confunditur redemtore. Oſtendit ergo faciem ſuam, ſignaculum crucis præferens: & inſinuat vocem ſuam, auctoritatem prædicationis adſumens. In tegimento enim corporis Chriſti, quo redemtus eſt à peccato, munimentum gratiæ ſpiritalis invenit; ut ſalutaria ſibi & ſentiat & loquatur. Suavis B ergo vox, quæ in divinis teſtimoniis loquebatur: *Decora facies*, quæ in conſpectu regum non confundebatur.

57. *Exſurge*, inquit, *veni proxima mea*: id eſt, exſurge L. de Iſaac. cap. 4. à delectationibus mundi, exſurge à terrenis, & veni ad me, quæ adhuc laboras, & onerata es, quæ ſollicita es quæ ſunt mundi: veni ſupra mundum, veni ad me, quia ego vici mundum: veni prope me, jam pulcra æternæ vitæ decore, jam columba, id eſt, mitis atque manſueta, jam tota plena gratiæ ſpiritalis. Jure ergo jam retia timere non debet, cùm is vocet ad ſe animam, qui tentamentis & retibus mundi non potuit capi. Nam cùm homines in medio laqueorum ambulemus, per appetentiam eſcæ retibus C ſimul & laqueis obnoxii ſumus. Ille in corpore poſitus retia non timebat, ſed eminebat ſuper retia, id eſt, ſupra tentamenta mundi & corporis paſſiones; immo & alios eminere faciebat.

58. Exſurge, veni proxima mea, noli timere retia, jam præteriit hyems. Venit paſcha, venit indulgentia, venit remiſſio peccatorum, ceſſavit tentatio, imber abiit, procella abiit & quaſſatio. Ante adventum Chriſti hyems erat, poſt adventum Chriſti flores ſunt, unde ait: *Flores viſi ſunt in terra.* Ubi ante ſpinæ, ibi nunc flores; *Tempus*, inquit, *ſecandi advenit.* Ubi ante deſertum, ibi meſſis eſt. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra*: bene ad- D didit propheta *noſtra*, quaſi admirans, quod ubi ante impudicitia, ibi caſtitas. *Ficus protulit groſſos ſuos.* Quæ quaſi infructuoſa jubebatur abſcindi, hæc fructus adferre jam cœpit. Sed quid dubitas, quia groſſos dixit? Priores diſcutit, ut poſteriores meliores adferat: ſicut Synagogæ fructus abjicitur, renovatur autem Eccleſiæ.

59. Et quamvis plena tranquillitas ſit, & adoleverint myſteria, iterum tamen dicit: *Exſurge ſecura in tegimento petræ*, id eſt, tuta præſidio paſſionis meæ & fidei munimento. Suxerunt enim mel de petra & oleum de firma petra. Hoc integimento animæ piorum indutæ, jam nudæ non ſunt, & hæc illis eſt præmunitio. Ideoque & E huic animæ ait, *Et veni tu columba mea in tegimento petræ juxta præmunitionem: oſtende mihi faciem tuam, & inſinua vocem tuam.* Hortatur ad confidentiam, ut non erubeſcat crucem Chriſti, nec ejus ſignaculum. Hortatur ad confeſſionem, vult omnes inſidias dimoveri; ut bonus fidei odor ſpiret, ut dies fulgeat, ut adverſæ noctis umbra non noceat; quoniam qui juxta Chriſtum eſt, dicit: *Nox* Rom. 13. *præceſſit, dies autem appropinquavit.* Eſt & umbra ſæcularium quæ præterit, & dies cæleſtium Chriſtus, qui ſanctis ſuis lucet.

60. *Prendite nobis vulpes puſillas exterminantes vineas,* ℣. 15. *ut vineæ noſtræ floreant.* Scriptura eum hominem dicit, qui In Pſ. 118. F eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei: peccantem autem Serm 10. non hominem, ſed aut ſerpentem, aut equum adhinnien- verſ. 1. tem feminis, aut vulpeculam, aut jumentum vocare conſuevit. De quorum uno ait Dominus: *Ite dicite vulpi* Luc. 13. *illi*, hoc eſt, de Herode. Et alibi cùm ſe fraudulenter interrogari adverteret, dixit: *Vulpes foveas habent, & vo-* Matth 8. *lucres cæli nidos, ubi requieſcant*: eo quod fraudulenter in terreſtrium paſſionum quibuſdam latibulis demorentur.

61. Unde etiam Samſon binas vulpes ſibi nexuit, ad Iudicum 15. quarum caudas alligavit faces, & dimiſit eas per meſſes allophylorum: per hanc figuram ſignificans quod improbi ac fraudulenti homines, & maxime hæretici, liberam linguam habeant ad latrandum: ſed exitus impeditos, aut litigioſa principia, finem vero fraudis ſuæ incendio deputatum. Ideoque & trecentas vulpes dimiſit, eo quod perfidi crucis quidem prædicatione ſe commendare deſiderant: ſed myſterium ejus tenere non poſſunt, qui hac Ibidem.

præ licatione compoſita, & falſa atque ſimulata, urere magis fructus conantur alienos: cùm utique vera crux Domini non exurat aliena merita, ſed fœcundet.

62. Meritoque ſcriptum eſt, *Prendite nobis vulpes puſillas, exterminantes vineas, ut vinea noſtra floreant.* Quo oſtenditur quod vel Dominus Jeſus vel Eccleſia fraudulentorum dolos vineis ſuis exterminandos eſſe præcipiat; ne puſillulis vineis noceant, quia adultis jam viribus nocere non poſſunt. Hæreticus enim imperfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplantare perfectum.

℣. 16. In Pſ. 118. Serm. 16. verſ. 1.

63. *Frater meus mihi, & ego illi.* Vox iſta eſt virginis; nam immaculatum corpus à virili permixtione ſervare, & palmam caſtimoniæ, limoſo in corpore uſque ad angelorum converſationem, cuſtodia integritatis evehere, utilitas privata, laus eſt publica. Quàm rarus in terris, qui hoc poteſt dicere, quam alienus à vitiis, quam ſegregatus ab omni labe peccati, qui nihil habeat cum ſæculo commune, dicens: *Dilectus meus mihi & ego illi, in medio uberum meorum commorabitur.*

Ibid. Serm 8. verſ. 1.

Scilicet nihil mundi hujus ſibi vindicet, cui non ſit corporalium poſſeſſio cupiditatum, quem non inflammet libido, non ſtimulet avaritia, non laſcivia effeminet, non luxuria decoloret, non ſternat ambitio, non maceret invidia, non aliqua negotiorum ſæcularium cura ſollicitet: verus miniſter altaris, Deo natus non ſibi; Levi enim ut habet interpretatio, ſignificat: Ipſe mihi adſumtus: ſignificat, Et ipſe meus: ſignificat & tantum, Adſumtus: ſignificat, Et adſumtus mihi.

64. Ipſe idem, & mihi Levi & Deo eſt. Quomodo idem & mihi ſacerdos & Deo eſt. Et mihi advocatus & Domini deprecator eſt: pro me offerens ſacrificium, & idem ſe offerens Domino. Denique & alibi Levi interpretatione dicitur, *Pro me*; etenim ſi à me nominetur Levi, Levi pro me eſt: ſi pro me offerat, pro me eſt: ſi pro me interveniat, pro me eſt: ſin autem vocetur à Domino, ipſe mihi dicitur: hoc eſt, non alii tributarius, non decimarius, non de poſſeſſione munificus. Ipſe mihi, hoc eſt, tamquam abundans pro ſuis omnibus. Non ob hoc decimas quæro, non fructus, non dona, non munera; ipſe mihi pro munere eſt, ipſe eſt pro tributo. Non in poſſeſſione ſua munificus mihi, ſed ipſe mihi poſſeſſio, ipſe meus fructus, ipſe meus ſenſus. Adſumtus à me, vel adſumtus mihi, non poteſt hoc ſine divina eſſe gratia. Sicut enim poſſeſſio non poteſt mea eſſe, niſi emero eam: ſic non poteſt eſſe Levi, niſi fuerit adſumtus à Domino; cùm enim adſumtus fuerit, recte dicitur, ipſe meus. Denique cùm Moyſi dictum eſſet, ut populo Judæorum per tribus ſingulas divideret incolatus, & diſtribueret ſingulis tribubus portionem: tribum Leviticam excepit Deus dicens filiis Levi: *Non erit ei portio, neque ſors in medio fratrum ſuorum: quia Dominus Deus pars eorum eſt:* & alibi, *Ego Dominus portio eorum.*

Deuter. 18 Levit. 18.

65. Negatur his terrena diviſio, ut ipſi dum ſæcularem ſibi non vindicant portionem, fiant cæleſtis poſſeſſio: vel hoc ſolum noverint poſſidere, hoc eſt, fidei & devotionis obſequium, multo ditiores quam qui poſſeſſionum ſuarum ſpatia ampla diffundunt. Quantumlibet enim fines ſuos extendant, & terra deficit, & mare includit inſanas cupiditates, & pendunt tributa majora quam fructus ſunt. At vero iſte nihil poſſidens, nulli niſi Deo militat, ſupra terram ejus eſt portio, non cum terra deficit, non mari clauditur. Cujus portio Deus eſt, totius poſſeſſor eſt naturæ. Pro agris igitur ipſe ſibi ſatis eſt, habens bonum fructum, qui numquam poſſit perire. Pro domibus ſatis eſt ſibi, ut ſit habitatio Domini, & templum Dei, quo nihil poteſt eſſe pretioſius. Quid enim pretioſius Deo? Aut quid deeſt huic viro qui poteſt dicere: *Non contingat mihi gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo?*

Galat. 6.

66. Non poteſt in hoc princeps mundi hujus ſibi conſortium vindicare, in quo nihil ſuum invenit. Ideoque Dominus qui venit docere, ut fieret nobis Deus portio, ait: *Venit enim hujus mundi princeps, & in me inveniet nihil.* Meritoque imitatores ſui eſſe volens, ait: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam.* Unde Petrus oſtendens in Deo portionem ſibi eſſe, non in ſæculo, ait: *Argentum & aurum non habeo, ſed quod habeo, hoc tibi do: in nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula*; hoc eſt, hæc eſt portio mea, portio mea Chriſtus eſt: *In nomine igitur Chriſti Jeſu ſurge, & ambula.* Hoc eſt, in portione mea dives ſum, in portione mea potens ſum. Merito tales præſumo fructus iſtius portionis, ut ſalus & vita donetur; quia hoc eſt iſtius patrimonium portionis quam elegi mihi: *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

Johan. 14. Matth 10. Act. 3. Ibidem.

67. *Qui paſcitur inter lilia.* Lilium caſtitatem ſignificat. Scit itaque bonus paſtor, ubi paſcat gregem ſuum, quæ pabula ovibus ſuis expediant. Quæ ſunt paſcua noſtra, hoc eſt, fidelium, niſi Chriſtus? In cujus paſcuis ſe locatum Propheta lætatus eſt, dicens: *In loco paſcuæ, ibi me collocavit*: ibi enim nos paſcit & reficit. Bona paſcua, ſacramenta divina ſunt. Carpis illic novum florem, qui bonum odorem dedit reſurrectionis: carpis lilium, in quo ſit ſplendor æternitatis: carpis roſam, hoc eſt, dominici corporis ſanguinem. Bona etiam paſcua, libri ſunt ſcripturarum cæleſtium, in quibus quotidiana lectione paſcimur, in quibus recreamur ac reficimur; cùm ea quæ ſcripta ſunt guſtamus, vel ſummo ore libata frequentius ruminamus. His paſcuis grex Domini ſaginatur. Bona etiam Chriſti paſcua montes convallium; nam & in his paſcit Chriſtus ſicut capreolus aut hinnulus cervorum, hoc eſt, in ſplendoribus ſanctorum.

℣. 16. In Pſ. 118. Serm 14. ante verſ. 1. Pſal. 22.

68. *Donec adſpiret dies, & inclinentur umbræ.* Zachæus in arborem Sycomori adſcendit, ut Chriſtum videret: nobis quoque expandit manus ſuas Jeſus, ut totum mundum obumbraret. Quomodo non ſumus in umbra, qui crucis ejus protegimur velamento? Quomodo non ſumus in umbra, quos crucifixus à malignitate ſæculi & corporis ardore defendit? An neſcimus, quoniam Verbum Dei veniens in hunc mundum, non ſicut Verbum advenit, Quale erat in principio, quale erat apud Deum: *ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens.* Venit in nube levi, & cùm eſſet virtus altiſſimi, obumbravit Mariæ; ut transfiguraret corpus humilitatis noſtræ, conforme fieri corpori gloriæ ſuæ. Sicut ille ergo formam mutavit, cùm ex Virgine naſceretur: ita & nobis ſermones Dei transfigurati videntur, cùm leguntur in Evangelio, cùm ſpecies eorum videtur in Scripturis quaſi per ſpeculum; quia tota veritas hîc non poteſt comprehendi, cùm autem venerit quod perfectum eſt, non jam per diſcuſſionem, non per ſpeciem ut transfigurati, ſed integra atque expreſſa veritate reſplendent.

℣. 17. In Pſ. 118. Serm. 3. verſ. 1. Johan 1. Philip. 2. Eſaia 19. Luc. 1. Philip. 3.

69. Flectat ergo animam jugo Verbi, & habenis ſuis regat, ut voluntate Dei abducatur à vitiis, & vitæ odorem capiat æternæ; non enim hæc vita perfecta eſt, ſed hæc vita in umbra. Ideo ut homo Chriſtus Jeſus ex Virgine naſceretur, obumbravit virtus altiſſimi matrem futuram; quia in umbra deſcendit, ab umbra incipiens operari ſalutem hominis, & conſummaturus claritate ſolis æterni. Umbra eſt ergo vita hæc. Feſtina ad ſolem, ut te defendat ab umbræ hujus frigore, & calorem tibi perfundat æſtivum. Et ideo ſuadet orandum, ne fiat fuga noſtra hyeme aut ſabbato, non tempus diemque ſignificans, ſed frigere nos metios prohibens, & bonorum operum eſſe jejunos.

In Pſ. 118. Serm. 3. verſ. 5.

CAPUT TERTIUM.

Cap. 3. ℣. 1.

1. *IN cubili meo, in nocte quæſivi quem dilexit anima mea: quæſivi eum & non inveni. Exſurgam itaque, & quæram in civitate, in foro, in plateis, quem dilexit anima mea.* Acceperat jam hæc anima bona pignora caritatis, ſed quia ſemper ſolliciti eſſe debemus, ſemper intenti, & quia Verbum Dei ſicut capreola exſilit, aut ſicut hinnulus cervorum; ſemper vigilet anima, & prætendat eum quem quærit, & quem tenere deſiderat. Ideo quaſi ſublapſum ſibi deplorans, *In cubili*, inquit, *meo, in noctibus quæſivi quem dilexit anima mea.* Qui bene quærit, in cubili quærat, in noctibus quærat: nec dies feriatus, neque noctes ſint: nullum tempus vacet à pietatis officio; etſi non invenerit primo, perſeveret in requirendo. Ideoque dicit:

L. de Iſaac. cap 5.

2. *Exſurgam itaque, & quæram in civitate, in foro, in plateis.* Et fortaſſe ideo non invenit adhuc, quia in foro quæſivit, ubi lites ſunt: in plateis, ubi nundinæ rerum

℣. 2. In Pſ. 118. Serm 7. verſ. 8.

venalium; non enim Chriſtus pecunia comparatur. Nullum tempus prædicandi vacuum ſinat ſancta devotio præterire. Si ſtudentes doctrinis ſæcularibus, perparum ſomno indulgent; quanto magis qui Deum cupiunt cognoſcere, non debent ſomno corporis impediri, niſi quantum naturæ ſatis eſt? David per ſingulas noctes lectum ſuum lacrymis diluebat, ſurgebat etiam noctis medio, ut Domino confiteretur: & tu totam noctem ſopori exiſtimas deputandam? Tunc magis tibi orandus eſt Dominus, tunc præſidia poſtulanda, culpa cavenda, quando videtur habere ſecretum. Tunc maxime quando tenebræ in circuitu meo, & parietes me operiunt, conſiderandum quod Deus omnia intuetur abſcondita. Ne dixeris ergo circumfuſus tenebris, quis me videt? Et quem vereor ſeptus parietibus & incluſus? Quia *Vultus Domini ſuper facientes mala.* Denique ſi arbitrum non vides, te ipſum non vides? Tuæ conſcientiæ teſtimonium non veteris? Neſcis illam caliginem noctis non opertorium, ſed incentivum eſſe peccati? Cùm ſomno & cibo fervent corpora, tunc etiam mentis vigor ſopore laxatur, ſomno reſolvitur. Tunc irrepit impuri libido concubitus, tunc perturbatur cor ſquallore immunditiæ, non videtur caſtitas, puritas non conſideratur, pudicitiæ gloria non recenſetur.

Pſalm. 6. *Pſal. 118.* *Pſalm. 33.*

3. Nox erat, quando Judas prodidit, quando Petrus negavit. Illo igitur præcipue tempore juſtificationes Dei animo retexendæ ſunt, relegenda mandata hortatoria: illa de caſtitate præcepta non abſint, ut his occupata mens, flagrantiam libidinis, carnis reſtinguat ardorem. Tene illud animo: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum.* Quis enim ſtupris deditus, flagitiis involutus, lavat per ſingulas noctes lectum ſuum? Neſcit flere, qui flenda committit; & cùm ſit ipſe lacrymabilis, non habet pœnæ lacrymas ſuæ. At ille qui caſtigat corpus ſuum, & ſui ſollicitus gubernator eſt, atque ingemiſcens & dolens lapſus ſuperioris offenſam, quærit quomodo abluat eam fletibus pœnitentiæ, hic lavat per ſingulas noctes lectum ſuum. Non dormiamus igitur totis noctibus, ſed maximam partem earum lectioni & orationibus deputemus. Audi Eccleſiæ vocem quærentis etiam in noctibus Chriſtum: *In cubili*, inquit, *meo, in noctibus quæſivi quem dilexit anima mea.*

Pſal. 6.

4. Accipe ſecundum litteram, quia quæſivit in noctibus orando, deprecando, etiam lacrymis deplorando. Quæſivit in noctibus; quia *Poſuit tenebras latibulum ſuum*, ut quærere eum ſollicitius diſceremus. Quæſivit igitur in prophetis Eccleſia ex gentibus congregata, & ideo credidit. Denique adventus dominici teſtimonia de prophetis, Evangeliſtæ Pauluſque poſuerunt, unde ſcriptum eſt: *Quia nox nocti indicat ſcientiam.* Quæſivit in noctibus, in perſecutionibus & adverſis, in tribulationibus & doloribus duris. Nox eſt omnibus, quibus non eſt perfecta ſecuritas; unde ait Dominus: *Veniet nox quando nemo poteſt operari. Cum in hoc mundo ſum, lux hujus mundi ſum.* Non ergo operemur in tenebris; ſi enim lucent opera noſtra, non operamur in tenebris, ſed in lumine.

Pſal. 17. *Pſal. 18.* *Johan. 9.* *Ibidem 3.*

5. Dies eſt quibus adeſt Chriſtus, nox eſt quibus ſe denegat. Non magnum tibi ſi tunc Domino gratias agas, quando in proſperis & ſecundis es: ſed ſi tunc adhæreas Chriſto, quando te perſecutor exagitat, quando aliqua procella perturbat. Amiſiſti filium? In illo dolore, in illa nocte, in illa deſtitutione, memento domini Dei tui; ne quaſi non exauditus, ingratus ſis, & in tua prævaricatoris ærumna. Pulſus es in exſilium? Memento domini Dei tui, ne patriæ interdictæ caritatem Deo præferas. Alicujus divitis oppreſſus potentia, amiſiſti proprias facultates, indiges ſumtu? Memento domini Dei tui, ne nox te egeſtatis abducat à devotionis affectu. Hoc eſt enim mandatum Legis, ut in nocte magis quæras, quando magis exaudiaris à Domino, & poſſis dicere: *In tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudine Dominus.*

Pſal. 117.

6. Sed nec quærere perfunctorie abundat ad gratiam, ſed ut inſiſtas & intendas muneri. Denique iſta vel Eccleſia vel anima, quæ requiſivit in cubili, quæſivit in noctibus, primò non invenit; quia fortaſſe in cubili quæ-

A ſivit. Sed poſtea quam ſurrexit, & abiit in civitatem (vide ne in illam civitatem in qua Dominus celebraturus paſcha, diſcipulos deſtinavit dicens: *Ite in civitatem ad quemdam*) poſtea quam in foro, ut dixi, quæſivit, ubi oleum venditur, quod exſpectantes Sponſum emere conſueverunt; ubi jus, ubi leges. Si enim lex ſpiritualis, & forum utique ſpirituale, ubi diſputant periti legis æternæ. Quod forum non litibus tumultuoſum eſt, ſed Chriſti tribunalibus glorioſum. Ubi quæſivit, inquam? In foro, & poſt quæſivit in plateis, de quibus hi qui ad patris familias Evangelici prandium convenirent, colligebantur: qui vocati excuſandum ſe ab hujuſmodi epulis non putarunt. Poſtea quam in foro, inquam, & plateis quæſivit, incidit in eos qui circumeunt civitatem, & tunc demum potuit invenire quod quæreret; fortaſſe quod in tribulatione & metu poſita magis inveniat gratiam. Denique poſteriùs ait:

Matth. 26.

7. *Invenerunt me qui circumeunt civitatem, tulerunt mihi pallium.* Habuit ergo certamen: ſed qua ratione hîc ei non tulerint pallium, hæreo reperire; niſi forte quia ibi interrogaſſe ſe dixit: *Num quem dilexit anima mea, vidiſtis?* Quæ Chriſtum loquebatur, nec exuta eſt pallio, & quem quærebat, invenit. Diſce quemadmodum quæratur Chriſtus: ab his utique qui non perfunctorie quærunt, ſed violenter retinent, ſicut iſta quæ ait: *Tenui eum nec dimittam*, cùm fide invenit, meditatione conſtrinxit.

ṽ 3. *Ibidem. ubi ſupra.* *ṽ 3.*

8. Si bonos cuſtodes accipimus, utique Angeli ſunt. Qui vero Angelos tranſivit, Verbum invenit: ideoque non multum intervalli fuit, cùm tranſivit ab his, & invenit Jeſum. Quomodo ergo infra tulerunt pallium, niſi forte quia proceſſu offenſæ fidei, Eccleſia dum nudatur, à Domino plus amatur, exſpolians ſe veterem hominem ut novum induat, quem non operiunt peccata, ſed mentis ſecreta clarificant, aut quia amictum ſapientiæ ſæcularis ad Chriſtum ventura depoſuit? & non exutus eſt pallio, poſteaquam cœpit eſſe perfectior.

9. Simus ergo memores juſtificationum cæleſtium; ut dum eas ſecreta mentis voce cantamus, memores ſimus in nocte nominis Domini, & dicamus ut ſcriptum eſt: *Hæc facta eſt mihi, quia juſtificationes tuas exquiſivi*; hoc eſt, hæc memoria facta eſt mihi, ut memor eſſem & in nocte nominis tui, non ebrietate ſopitus, non epulis reſolutus in ſomnum, non curis ſæcularibus occupatus, ne oblivia mihi tuæ venerationis irreperent: ſed quotidiana meditatione membra caſtigans, & intentionem mentis exercens; ut adſiduitate fiat nobis curſus iſte ſolemnis, ut dominum Jeſum etiam in noctibus toto veneremur affectu.

Pſal. 118.

10. *In cubiculo meo, in noctibus quæſivi quem dilexit anima mea.* Poſſumus & ſic intelligere. In cubili quærit Chriſtum, qui quærit eum cum tranquillitate, cum pace. In noctibus quærit, quoniam per parabolas loquebatur, *Poſuit* enim *tenebras latibulum ſuum. & nox nocti indicat ſcientiam.* Deinde, quoniam quæ dicimus in corde noſtro, ea nos compungere debent in cubilibus.

L. de Iſaac. cap. 5. *Pſal 18.*

11. Sed tamen nec ſic invenit, & ideo dicit: *Exſurgam*, id eſt, erigam & attollam intentionem meam, ut quæram impigre, quæram ſollicite: introibo in civitatem. Eſt & anima quæ dicit, *Ego civitas munita, ego civitas obſeſſa.* Eſt civitas munita per Chriſtum, eſt civitas illa Hieruſalem in cælo, in qua abundant divinæ legis interpretes & diſciplinarum periti, per quos Verbum Dei quæritur. Quæram, inquit, in foro illius civitatis, in illo foro ubi tractant jura conſulti, ubi oleum venditur, quod evangelicæ virgines emunt, ut ſemper faces ſuæ luceant, nec eas fumus iniquitatis extinguat. Quæram, inquit, in plateis in quibus ſuperfluunt aquæ de illis fontibus prorumpentes, de quibus Salomon dicit eſſe potandum.

Eſai. 27.

12. *Invenerunt me*, inquit, *cuſtodes qui circumeunt civitatem.* Dum quæris igitur Chriſtum; invenit cuſtodes qui in miniſterio ſunt; ab his requirit: *Num quem diligit anima mea vidiſtis?* Sed anima quæ Deum quærit, etiam cuſtodes tranſit. Sunt enim myſteria quæ etiam Angeli concupiſcunt videre, unde Petrus ait: *Nunciata ſunt*, inquit, *vobis per eos quibus evangelizaverunt. Spiritu*

Ibidem, ut ſupra. *1 Pet. 1.*

ſancto miſſo de cælo, in quem concupiſcunt Angeli proſpicere. A

℣. 4. Ib. de Inſt. Virg. 13. *Quam modicum cum tranſivi ab iis, inveni eum, tenui eum, & non dimiſi eum.* Ergo qui tranſierit cuſtodes, Verbum invenit. Tranſivit Johannes, qui Verbum apud Patrem invenit. Multi quoque alii ſunt qui in otio quærunt Chriſtum, & non inveniunt: & quærunt eum in perſecutionibus, & inveniunt. Et ideo quaſi poſt tentationes, quia in periculis fidelium ſuorum adeſt: *Quam modicum*, inquit, *cùm tranſivi ab eis, inveni eum, & tenui eum, & non dimiſi eum.* Omnis enim qui quærit, invenit; & qui invenerit, adhærere debet, ne poſſit amittere.

14. Et quoniam per Evangelium in terris videmus cæleſtia myſteria figurata, veniamus ad Magdalenam, veniamus ad alteram Mariam. B Conſideremus quemadmodum Chriſtum in cubili corporis ſui, in quo defunctus jacebat, in noctibus quæſiverint, quando dixit illis Angelus: Matth. 28. Luc. 24. *Jeſum qui crucifixus eſt quæritis: non eſt hic, ſurrexit enim: quid igitur quæritis viventem cum mortuis!* Quid quæritis in ſepulcro eum, qui jam in cælo ſit? Quid quæritis in vinculis ſepulturæ, univerſorum vincula ſolventem? Non ſepulcrum huic ſedes, ſed cælum eſt, ideo dixit una ex his: Matth. 28. *Quæſivi eum, & non inveni.* Tamen dum vadunt apoſtolis renuntiare, miſericors quærentes, occurrit eis Jeſus, dicens: *Avete.* Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. C

15. Tenetur ergo Jeſus, & delectatur ſic teneri, quia fide tenetur. Denique delectavit eum & illa mulier, quæ tetigit eum, & curata eſt à ſanguinis fluxu, de qua dixit: Luc. 8. *Tetigit me aliquis, nam ſentio virtutem de me exiiſſe.* Tange ergo, & fide tene eum, & conſtringe fideliter pedes ejus; ut virtus de eo exeat, ut ſanet animam tuam. Et ſi dicat, *Noli me tangere*; tu tene. Johan. 20. *Nondum enim adſcendi ad Patrem meum*, dixit. Semel dixit, *Noli me tangere*, quando reſurrexit: aut forte illi dixit, quæ putabat furto eſſe ſublatum, & non virtute propria reſuſcitatum. Denique in alio libro habes, quia tenentibus pedes & adorantibus dixit: Matth. 28. *Nolite timere.* D

16. Tene ergo & tu anima, ſicut tenebat & Maria, & dic, *Tenui eum, & non dimittam*: cui dicebant ambæ, tenemus te. Vade ad patrem, ſed non derelinquas me, ne iterum labar, & cum Maria non errante, ſed arborem vitæ tenente, tecum rape tuis pedibus inhærentem. Tecum adſcendam, noli me dimittere, ne iterum ſerpens venena ſua fundat, ne iterum queat femineum mordere veſtigium, ut ſupplantet Adam. Dicat ergo anima tua; Cant. 3. *Tenebo te, & inducam te in domum matris meæ, & in ſecretum ejus quæ concepit me*; ut cognoſcam myſteria tua, ut hauriam ſacramenta tua.

℣. 4. Lib. 3. de Virg. 17. *Tenui eum, nec relinquam eum, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum ejus quæ me concepit.* E Quæ eſt domus matris meæ & cubiculum ejus, niſi internum tuæ ſecretumque naturæ? Hanc domum ſerva, hujus domus mundato penetralia, ut cùm immaculata domus fuerit, nec ullius adulterinæ conſcientiæ ſordibus inquinata, ſpiritalis domus in ſacerdotium ſanctum lapide angulari coagmentata conſurgat, & Spiritus ſanctus habitet in ea. Quæ ſic Chriſtum requirit, quæ ſic Chriſtum obſecrat, non relinquitur ab eo: immo etiam frequenter reviſitur.

In Pſal. 118. Serm. 17. verſ. 3. 18. Vel domus matris, fortaſſe domus eſt, in qua præfulget moralium diſciplina: ſecretum autem illud eſt, in F quo ſunt altiora myſteria, in quibus divinæ gratiæ mella redolent. An non omni melle dulcior peccatorum remiſſio? L. de Iſaac. cap. 5. Nonne omni flore gratior reſurrectio mortuorum? Suſcipe igitur Evam, non jam ficulneæ foliis coopertam, ſed ſancto amictam Spiritu, & nova gratia glorioſam; quia jam non tamquam nudata abſconditur, ſed tamquam circumdata veſtimenti ſplendore fulgentis occurrit, quia veſtit eam gratia: ſed nec Adam primo nudus erat, quando eum innocentia veſtiebat. Videntes itaque eam filiæ Hieruſalem Chriſto inhærentem, & adhuc adſcendentem cum eo (dignatur enim quærentibus frequenter occurrere, & condeſcendere, ut eos elevet) dicunt:

℣. 6. Epiſt. ad Irenæum. 19. *Quæ eſt hæc quæ adſcendit à deſerto?* Sit ſicut illa anima, quæ Chriſti in ſe caritatem excitat, quam mirantur adſcendentem virtutes cælorum; quod ſine offenſione A adſcendat, & ex hoc mundo adſcendat cum lætitia & jucunditate, ſicut vitis propago, & ſicut fumus ſe ad ſuperna ſubrigat, flagrans odorem reſurrectionis piæ, & ſuavitatem fidei, ſicut habes ſcriptum: *Quæ eſt hæc quæ adſcendit à deſerto, ſicut vitis propago, fumo incenſi odorificata, myrrha & thure ab omnibus pulveribus unguenti.* Pulcre ſubtilitatem ejus expreſſit, pulveris comparatione, & unguenti commemoratione; quia in Exodo ſubtile legimus, & ex multis compoſitum thymiama, illud eſſe incenſum propheticum, quod eſt ſanctorum oratio, ut dirigatur in conſpectu Domini, ſicut & David dicit: *Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Pſalm. 140.

B 20. *Quæ eſt iſta quæ adſcendit à deſerto?* Deſertus hic terræ locus & incultus videtur, ſentibus & ſpinis noſtrorum obſitus delictorum. L. de Iſaac. cap. 5. Mirantur videlicet quomodo anima quæ ante in inferno relinquebatur, inhæreat Dei Verbo, & adſcenderit ſicut vitis propago, in ſuperiora ſubrigens ſe, velut fumus natus ex igne, atque alta petens, tum præterea bonis odoribus flagret. Odor autem ille orationis piæ redolet ſuavitatem, quæ dirigitur *ſicut incenſum in conſpectu Domini.* Pſal. 140. Et in Apocalypſi legimus, quod *Adſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum*, quæ Apoc. 8. incenſa referuntur per Angelorum ſuorum orationes, ſcilicet ſuper altare illud aureum quod eſt ante ſedem Dei. C Et tamquam ſuave piæ precationis flagrat unguentum; quia de æternorum & inviſibilium, non de corporalium petitione compoſitum eſt: præcipue tamen myrrham redolet & thus, eo quod peccato mortuus ſit, & Deo vivat. Unde & in poſterioribus: *Ibo*, inquit, *mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Sequitur:

℣. 7. L. 1 de Officiis cap. 38. 21. *En ſexaginta potentes in circuitu propaginis ejus, ſtrictis armati enſibus, & eruditi præliaribus diſciplinis.* Qui ſunt iſti fortes & eruditi præliaribus diſciplinis, adverte. Fortis & eccleſiaſtici eſt viri non diſſimulare cùm aliquid immineat, ſed prætendere & tamquam explorare de ſpecula quadam mentis, & obviare cogitatione provida rebus profuturis; ne forte dicat poſtea: Ideo in iſta D incidi; quia non arbitrabar poſſe evenire. Denique niſi explorentur adverſa, cito occupant. Ut in bello improviſus hoſtis vix ſuſtinetur, et ſi imparatos inveniat, facile opprimit: ita animum mala inexplorata plus frangunt. In his ergo duobus illa eſt animi excellentia, ut primum animus tuus bonis exercitatus cogitationibus, mundo corde quod verum & honeſtum eſt, videat: *Beati* enim *mundo corde, quia ipſi etiam Deum videbunt*: atque id quod honeſtum eſt, ſolum bonum judicet. Deinde nullis perturbetur occupationibus, nullis cupiditatibus fluctuet.

E 22. Neque vero id quiſquam facile facit: quid enim tam difficile quam diſpicere tamquam ex arce aliqua ſapientiæ, opes aliaque omnia, quæ pleriſque videntur magna & præcelſa? Deinde ut judicium tuum ſtabili ratione confirmes, & quæ judicaveris levia, tamquam nihil profutura contemnas? Deinde ut ſi quid acciderit adverſi, idque grave & acerbum putetur, ita feras, ut nihil præter naturam accidiſſe putes, cùm legeris: Nudus ſum natus, nudus exibo: quæ Dominus dedit, Dominus & abſtulit; & Iob 1. utique & filios amiſerat & facultates: ſervetque in omnibus perſonam ſapientis & juſti, ſicut ille ſervavit, qui ait: *Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini* Ibidem. F *benedictum.* Et infra, *Sicut una inſipientium mulierum locuta es: ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, quæ mala ſunt, non ſuſtinebimus?* Ibidem. 2.

23. Non eſt igitur mediocris nec diſcreta à ceteris animi L. 1. de Officiis cap. 39. fortitudo, quæ bellum cum virtutibus gerat; ſed quæ ſola defendat ornamenta virtutum omnium, & judicia cuſtodiat, & quæ inexpiabili prælio adverſus omnia vitia decernat, invicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior adverſus voluptates, dura adverſus illecebras, quibus aurem deferre neſciat, nec (ut dicitur) ave dicat, pecuniam negligat, avaritiam fugiat tamquam labem quamdam, quæ virtutem effeminet; nihil enim tam contrarium fortitudini, quàm lucro vinci. Frequenter pulſis hoſtibus, inclinata in fugam adverſariorum acie, dum exuviis cæſorum capitur præliator, inter ipſos quos ſtravit, miſerandus occubuit: & triumphis ſuis dejectæ legiones dum

ſpoliis occupantur, hoſtem in ſe revocarunt, qui fugerat. A

24. Fortitudo igitur tam immanem peſtem repellat & proterat; nec teneretur cupiditatibus, nec frangatur metu; quia virtus ſibi conſtat, ut fortiter omnia perſequatur vitia, tamquam virtutis venena. Iracundiam velut quibuſdam propulſet armis, quæ tollit conſilium, & tamquam ægritudinem vitet. Gloriæ quoque caveat appetentiam, quæ frequenter nocuit immoderatius appetita, ſemper autem uſurpata. Emolliri enim adulatione non ſolum fortitudinis non eſſe, ſed etiam ignaviæ videtur. Horum

Gen. 32.

fortium caſtra Jacob videns in ſpiritu, *Caſtra*, inquit, *Dei ſunt hæc*.

Ep. ad Horontianum.

25. Quid autem ſunt ſexaginta? Scimus hebdomadam B veteris, Ogdoaden autem novi eſſe Teſtamenti, ſcilicet quando Chriſtus reſurrexit, & dies omnibus novæ ſalutis illuxit: quo die ſe fulgor plenæ atque perfectæ circumciſionis humanis pectoribus infudit. Septem autem & octo, quindecim faciunt. Iſti ergo ſunt ſeptem & octo, id eſt, quindecim, quibus conduxit Oſee meretricem, quam conducendam Dominus ei præceperat. Hebdomada itaque & octava ſignificant duorum teſtamentorum conſummationem, & fidei plenitudinem: quindenarius vero numerus quater ductus, qui ſunt ſexaginta, Evangelii perfectionem.

Lib. de Benedict. patriarch. cap. 10.

26. Quæ eſt autem propago in cujus circuitu potentes C iſti ſunt? *Nephtalim*, inquit, *vitis remiſſa, porrigens in germine decorem*. Sarmentum vitis aliud amputatur quod videtur inutile, ne caſſa vitis ſarmentorum exſultatione luxuriet, & aliud paulisper reciditur & remittitur, ut fructum adferat, cujus decus in generatione porrigitur; quia dum ad ſuperna ſe ſubrigit, vitem amplectitur, & ad verticem adſcendens, jugi quædam colla vitium pretioſi palmitis veſtit monili. Eſt & ille decorus in generatione, quia plenis palmitibus multos fructus exundat. Decorum hoc, ſed multo illud pulcrius, quod hærentem palmitem viti ſignificat ſpiritali, cujus nos ſarmentum ſumus, & fructum adferre poſſumus, ſi maneamus in D vite, ſin autem præcidimur. Sanctus patriarcha Nephta-

Deut. 33.

lim erat palmes abundans, unde & Moyſes dicit: *Nephtalim ſatietas accipientium, replebitur benedictione à Domino: mare & Africum poſſidebit*: exponens hoc quod Jacob dixerat, quid ſit, *vitis remiſſa*, hoc eſt, per fidei gratiam vinculis mortis exutus: in quo ſignificatur populus Dei ad libertatem fidei & ubertatem vocatus gratiæ, toto orbe diffuſus, qui jugum Chriſti bono fructu veſtiat, & ligna veræ illius vitis, hoc eſt, myſteria Dominicæ crucis ambiat, nec timeat confeſſionis ejus periculum: ſed magis etiam in perſecutionibus poſitus, Chriſti nomine glorietur.

27 Tenent autem fortes iſti gladios in manibus, quos E pro Chriſti nomine non refutent, vel quibus corporalia

Hebr. 4.

à ſpiritualibus, umbram à veritate diſtinguant. *Vivus eſt enim Dei ſermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis: & non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus, ſed omnia nuda & aperta ſunt oculis ejus*. Eſt enim verbum Dei gladius bis acutus. Sunt

Lib. 10. in Luc. ad cap. 22.

& alii duo gladii in Eccleſia de quibus dicitur: *Domine ecce duo gladii hic*. Eccleſiaſticæ ſcilicet poteſtatis & mundanæ, quibus falſa repugnat miſericordia. F

In Pſal. 18. Serm. 8. verſ. 1. Deut. 9. 1. Reg. 15.

28. Eſt juſta miſericordia, ſed eſt etiam injuſta miſericordia. Denique in Lege ſcriptum eſt de quodam: *Non miſereberis illius*. Et in libris Regnorum legis quia Saul propterea contraxit offenſam, quia miſeratus eſt Agag hoſtium regem, quem prohibuerat ſententia divina ſervari. Ut ſi quis latronem filiis deprecantibus motus, & lacrymis conjugis ejus inflexus, abſolvendum putet, cui adhuc latrocinandi adſpiret affectus: nonne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Certe ſi gladium reprimit, vincula diſſolvit, laxat exſilium; cur latrocinandi quâ poteſt clementiore via non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Denique inter duos, hoc eſt, accuſatorem & reum pari periculo de capite decernentes, alterum ſi non probaſſet, alterum ſi non eſſet ab accuſatore convictus, non id quod juſtitiæ eſt, judex ſequatur; ſed dum miſeretur rei damnet probantem: aut dum accuſatori favet qui probare non poſſit, addicat innoxium. Non poteſt igitur hæc dici juſta miſericordia.

29. In ipſa Eccleſia ubi maxime miſereri decet, teneri quam maxime debet forma juſtitiæ, ne quis à conſortio communionis abſtentus, brevi lacrymula, atque ad tempus parata, vel etiam uberioribus fletibus communionem quam plurimis debet poſtulare temporibus, facilitate ſacerdotis extorqueat. Nonne cùm uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapſionis contagium provocari. FACILITAS enim veniæ, incentivum tribuit delinquendi. B Hoc eo dictum eſt, ut ſciamus ſecundùm verbum Dei, ſecundum rationem diſpenſandam eſſe miſericordiam debitoribus: aliàs autem gladius quod ſuum eſt, exſequatur.

30. *Lectum fecit ſibi Salomon rex ex lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, adclinatorium aureum, adſcenſum ejus purpureum, dorſum ejus gemmis ſtratum*. Quis eſt iſte lectus, niſi corporis noſtri ſpecies? Namque in gemmis aer ſpecie fulgoris oſtenditur, in auro ignis, aqua in argento, terra per lignum; ex quibus corpus humanum quatuor conſtat elementis, in quo noſtra recubat anima, ſi non aſpero montium, non humi arido expers quietis exſtat; ſed ſublimis à vitiis ligno fulta requieſcat. Unde C & David dicit: *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus*; nam lectus doloris eſſe qui poteſt, cùm dolere non poſſit, qui non habet ſenſum? Corpus autem doloris, ſicut corpus eſt mortis: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis ejus?*

℣. 9 & 10 Lib. 3. de Virg.

Pſal. 40.

Rom. 7.

31. Et quoniam verſiculum induximus, in quo Dominici corporis fecimus mentionem, ne quem forte perturbet legentem, quòd Dominus corpus ſuſcepit doloris, recordetur quia Lazari mortem & doluit & flevit, & in paſſione eſt vulneratus, atque ex vulnere ſanguis & aqua exivit, ſpiritumque exhalavit. Aqua ad lavacrum, ſanguis ad potum, ſpiritus ad reſurrectionem. Unus enim D eſt Chriſtus nobis ſpes, fides, caritas: ſpes in reſurrectione, fides in lavacro, caritas in ſacramento. Tamen ut corpus ſuſcepit doloris, ita etiam ſtratum in infirmitate verſavit; quia convertit in commodum carnis humanæ: nam paſſione infirmitas eſt ſoluta, mors reſurrectione. Et tamen mœrere pro ſæculo, gaudere debetis in Domino: triſtes ad pœnitentiam, alacres ad gratiam, licet & flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus oportere gentium Doctor ſalutari præceptione præſcripſerit.

Iohan. 11. & 19.

Rom. 12.

32. *Media caritate conſtravit, propter filias Hieruſalem*. Quæ ſunt iſtæ filiæ? Non debet eſſe occultum, quod ſuperiores videantur qui ante generati ſunt, infirmiores qui E poſtea. Comparantur enim utero mulieris partus ſæculi hujus; quoniam fortiores ſunt qui in virtute juventutis nati ſunt, infirmiores qui tempore ſenectutis. Deficit enim multitudine generationis hoc ſæculum ſicut vulva generantis, & tamquam ſeneſcens creatura robur juventutis ſuæ, velut marcenti jam virium ſuarum vigore deponit. Iſtæ ergo ſunt filiæ Hieruſalem, id eſt, teneriores & infirmiores animæ: iſtis ſe exhibet ut luceat imago ejus in confeſſione earum, luceat in dilectione, luceat in operibus; & ſi fieri poteſt, tota ejus ſpecies exprimatur in ipſis.

℣. 10 Lib. de bono mortis c. 10.

33. Hæ igitur filiæ Hieruſalem ſponſam adſcendentem, & non reſidentem videntes, & meritorum ejus odoribus F delectatæ, agnoſcentes quoque Salomonis illius eſſe pacifici ſponſam, etiam comitatu ſedulo perſequuntur uſque ad lectum Salomonis; eo quod ei vera in Chriſto requies debeatur. Lectus enim ſanctorum Chriſtus eſt, in quo univerſorum feſſa ſæcularibus prœliis corda requieſcunt. In hoc lecto requievit Iſaac, & benedixit filium juniorem, dicens: *Major ſerviet minori*: in hoc lecto recubans Jacob, benedixit duodecim patriarchas: in hoc lecto recubans archiſynagogi filia, ſurrexit à morte: in hoc lecto jacens unicus viduæ defunctus filius, mortis vincula Chriſti voce vocatus diſſolvit. Perductâ igitur ſponſâ uſque ad ſponſi requiem, nuptiale canunt carmen, dicentes filiabus Hieruſalem:

Lib. de Iſaac cap. 5.

34. *Egredimini & videte in rege Salomone coronam, qua coronavit eum mater ejus, in die ſponſalium ejus*. Canunt epithalamium, & vocant ceteras poteſtates cælorum, vel

℣. 11

animas ut videant caritatem, quam circa filias Hieruſalem habet Chriſtus. Unde & meruit coronari à matre quaſi filius caritatis, ſicut Paulus oſtendit dicens: *Quia Deus eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & transtulit in regnum filii caritatis ſuæ.* Caritatis itaque filius & ipſe caritas eſt; non ex accidentibus habens caritatem, ſed habens eam ſubſtantiâ ſuâ, ſicut regnum de quo dicit: *Ego in hoc natus ſum.*

Coloſſ. 1. *Iohan. 18.*

35. Ideoque dicit, *Egredimini*. id eſt, exite de ſollicitudinibus & cogitationibus ſæculi: exire de anguſtiis corporalibus: exire de vanitatibus mundi, & videre quam rex pacificus in die ſponſalium ſuorum habeat caritatem: quàm glorioſus ſit, quia corporibus reſurrectionem dedit, & animas ſibi junxit. Hæc magna eſt corona certaminis, hoc præclarum munus ſponſalium Chriſti, ſanguis ejus & paſſio. Quis enim plus potuit dare, qui ſibi etiam non pepercit, & pro nobis in mortem animam ſuam poſuit.

In Pſ. 118. Serm. 15. ante verſ. 1. *Pſal. 18.*

36. Quæ autem corona gloriæ, niſi Eccleſia quæ caput ſuum Chriſtum coronat? Quæ jucunditas univerſæ terræ, niſi domus populi Chriſtiani, aula ſanctorum, de quibus ſcriptum eſt: *In omnem terram exivit ſonus eorum?* Ergo quia corona gloriæ eſt Eccleſia, ideo dicitur: *Egredimini filiæ Syon, & videte regem Salomonem, in corona qua coronavit eum mater ejus, in die ſponſalium ejus, & in die jucunditatis cordis ejus.*

37. Ad animas dicitur ut è gurguſtiis & clauſtris exeant corporalibus, extra corporis cogitationes exeant, egrediantur à cupiditatibus, & à curis, & à ceteris carnis illius & affectus lubrici paſſionibus: ſupra mundum adſcendant, de hoc mundo exeant, Chriſto occurrant, paratæ adſint facibus ardentibus relucentes, quaſi Angeli Chriſti hæc loquuntur: Non poteſtis videre claritatem ejus, gloriam ejus, niſi egrediamini humanæ fragilitatis curas, filiæ Hieruſalem. Quaſi dicant: *Quid viventem inter mortuos quæritis?* Non intra hunc mundum quæritur Chriſtus, qui ſupra mundum ſuos eſſe voluit diſcipulos.

Matth. 25.

38. Quæ eſt corona qua coronatur Chriſtus, niſi corona gloriæ? Joſeph coronam habuit caſtitatis, Paulus juſtitiæ, Petrus fidei. Singularum virtutum coronæ ſunt. Solus Chriſtus habet coronam gloriæ, qua eum Eccleſia coronavit. In hac corona omnes coronæ ſunt; quia gloria non portio unius coronæ, ſed præmium omnium coronarum eſt.

CAPUT QUARTUM.

Cap. 4. ℣. 1. *Ibidem. ubi ſupra.*

1. JAm vero converſus Sponſus in laudem ſponſæ dicit: *Quam pulcra es amica mea, quam pulcra es, oculi tui ſicut columbæ, extra taciturnitatem.* Pulcra in prædicatione, pulcra in converſatione. *Oculi quoque ejus*, inquit, *ſicut columbæ*. Oculi ſunt viri, videlicet ſpiritalibus ornati ſenſibus, qui ad videnda myſteria ſint acuti, & parati ad penetranda ſcripturæ ſecreta divinæ, rationabili lacte fulgentes, in quibus non ſit aliqua doli maculoſa confuſio, ſed ſimplicis affectus pura & immaculata ſimplicitas. Ideo in aquarum abundantia lotas has columbas in lacte poſtea memoravit.

2. Jam cetera dentes & genas, & ſicut coccineum reſticulum labia ſponſæ intelligimus animæ eſſe virtutes doctorumque diverſitates: qui vel ſpiritalem menti alimoniam diſpenſatione ſedula ſubminiſtrent, vel prædicatione Dominicæ crucis, ſicut Verbi quadam linea, alligent audientem: vel modeſtia verecundi, & juventutis flore gratiſſimi. Etſi à tactu pudore revocentur, redoleat tamen in his odor Chriſti: & ſicut in genas, quaſi à capite ſacerdotali deſcendat unguentum, ſic & in his eluceat pulcritudo doctrinæ.

℣. 1. In Pſ. 118. Serm. 16. verſ. 3.

3. *Oculi tui ſicut columbæ extra taciturnitatem tuam:* quod & ſpiritualiter videat, & noverit tempus tacendi eſſe & tempus loquendi; ut in tempore ſermonem ſuum proferat, ne importunitate loquendi peccatum poſſit incurrere.

Ibidem. Serm. 10. verſ. 1.

4. *Oculi tui ſicut columbæ.* Hic columbæ, id eſt, Eccleſiæ ſimplicitas revelatur & gratia. Vide itaque ſimplicitatem oculi, qui enim juſtum videt & gaudet, etiam ipſe vult juſtus eſſe: pulcrum eſt enim ut eo in aliis delectetur, quod vult ipſe in ſe ſervare, ſi poſſit: eſt enim inſitum bonis, ut caſtum pudicus, prudentem ſapiens affectu pio diligat, miſericors liberalem, virtutes ſuas in aliis amet. Pleriſque etiam juſti adſpectus admonitio correctionis eſt, perfectioribus vero lætitia. Nam ſi tanta vis in naturalibus eſt, ut animal viſum proſit ictericis, ita ut mortui quoque corpus ejus animantis prodeſſe dicatur, ſi fuerit demonſtratum iis, qui hujuſmodi inciderint paſſionem: dubitare poſſumus quod juſti ſanet adſpectus, cujus ſunt oculi ſicut columbæ, ſimplices & pudici? Ergo vile animal irrationabile tantam virtutem habet, ut ſanare hominem poſſit momento exiguo, quo videtur: homo juſtus, ſi tamen cum fide ab eo conſpiciatur, qui utilitatem ab eo percipere deſiderat, nihil conferet? Quam pulcrum igitur ut videaris & proſis!

Gal. 1.

5. Bonum ergo vir juſtus. Propterea denique apoſtolus Paulus adſcendit Hieroſolimam, ut juſtos videret: & cum Petro manſit diebus quindecim, ut ex ejus aliquid cohabitatione proficeret. Propterea ipſe Paulus & Barnabas cùm Hieroſolimam ingrederentur, magnifice excipiebantur ab Eccleſia, & apoſtolis, & majoribus natu: cùm autem abire vellent, ne diſcederent rogabantur, & ut poſtea de Paulo legimus, quod cum lacrymis deducebatur. Nonne vel ipſi oculorum radii virtutem quamdam videntur infundere, iis qui fideliter eum videre deſiderant.

6. Sed quemadmodum juſtus lætificat cor innocentum, cùm videtur: ita improbi juſtorum cognitione torquentur, quia vel tacitis ſanctorum moribus arguuntur. Torquet caſtitas incontinentem, avaritiam liberalitas, impietatem fides. De hoc quoque parile vilis animantis ſumamus exemplum. Nam ſicut prodeſſe diximus mutum animal cùm videtur, ita obeſſe percipimus lupum, ſi aliquem videndo prævenerit; vocem enim feruntur amittere, quos priùs lupus viderit. Baſiliſcus quoque (hic eſt noxius ſerpens) ſi quodcumque viderit prior animal, fertur occidere: & allegatur ſtatim necari, qui potuerit à ſerpente hujuſmodi prævideri. Ipſe quoque ſerpens mori dicitur, ſi fuerit hominis præventus adſpectu. Ergo ſi tanta virtus vel in oculis ſerpentis, vel in oculis eſt hominis, ut ſi alterum alter prior viderit, poſſit occidere: non eſt virtus in oculis juſti, qui repletus virtutis eſt gratia, cùm præſertim tantum operetur fides; ut & illa quæ fimbriam Domini tetigit, ſanaretur: & ille cui intendit dominus Jeſus, ſtatim ex ejus oculis gratiam ſanitatis hauriret.

Matth. 9.

7. Sed qui videt juſtum, debet ſcire quid videat. Non illum videt in corpore, non in veſtimento, non in patrimonio, non in vultu: ſed intus videt. Non, inquam, illum videt, niſi ejus viderit mentem, niſi ejus ſermonem intenderit, niſi ſenſum illius potuerit comprehendere, ſapientiam de tractatu ejus potuerit adſumere. Tunc igitur lætabitur cùm iſta perſpexerit, cùm iſta cognoverit. Ita ergo & nos ſicubi juſtum audimus, feſtinemus videre, ſicut illa mulier quæ audivit in domo phariſæi diſcumbere Dominum Jeſum, & ingreſſa eſt, & ejus pedes perfudit unguento. Illius imitatores ſimus, quia Eccleſiæ in illa muliere figuram eſſe quis dubitet? Sicubi ergo juſtus ſedeat, ſicubi accumbat, feſtinemus videre eum. Pretioſum eſt videre virum juſtum, ut videas eum ſecundum imaginem Dei. Quod foris eſt, nihil prodeſt: quod intus eſt, ſanat. Sane & in eo qui foris eſt, illum qui intus eſt, frequenter adſpicimus; ut ſi viderimus pauperem, illum ad cujus ſimilitudinem factus eſt, honoremus in paupere, de quo ait: *Dediſtis mihi manducare, quia quod uni eorum dediſtis, mihi dediſtis.*

Ibidem 16. *Matth. 25.*

8. *Capillamentum tuum ut grex tonſarum, quæ revelatæ ſunt à monte Galaad.* Ideo capillamentum, quia virtus omnium ſenſuum in capite eſt; *Oculi enim ſapientis in capite ejus.* Profunda igitur doctorum prudentia, quæ poteſt ea quæ obſcura ſunt revelare, & alta aperire ſenſuum.

℣. 1. *Eccl. 2.*

9. *Dentes tui ſicut grex tonſarum, quæ adſcenderunt à lavacro, quæ omnes geminos creant, & infœcunda non eſt in eis.* Quod ſpecie de capris dicitur, myſtice de Eccleſiæ grege ſentiendum. Nec vilia tibi videantur iſta animalia, vides quod in altis grex iſte paſcitur, audax in monte. Itaque ubi aliis præcipitia, ibi capris nullum periculum: ubi aliis periculum, ibi gregis illius alimentum, ibi cibus

℣. 2. In Pſ. 118. Serm. 16. verſ. 3.

dulcior, ibi fructus electior. Speculantur à paſtoribus A ſuis, dumoſa de rupe pendentes, ubi luporum incurſus eſſe non poſſunt, ibi fœcundæ arbores fructum integrum ſubminiſtraut. Cernere licet uberi lacte diſtentas, ſuper teneram ſobolem materna pietate ſollicitas. Ideo elegit eas Spiritus ſanctus, quibus cœtum venerabilis Eccleſiæ compararet.

10. Et ut miniſter audias, capillamentum Verbi eſt altitudo, & eminentia quædam juſtarum animarum; quoniam ſenſus ſapientis in capite ejus. In altitudine enim cogitationis humanæ certum eſt eſſe ſapientiam. Et quemadmodum tondentur capræ, ut ſuperflua deponant: ita etiam tonſarum animarum gregem, hoc eſt, multarum B animarum virtutes habet ſancta Eccleſia, in quo grege nihil poſſis inſenſibile reperire, nihil ſuperfluum; quoniam fides ſapientes fecit, ſpiritalis autem gratia ab omni ſuperfluorum labe mundavit.

11. Merito igitur revelatæ ſunt animæ juſtorum, & revelatæ à monte Galaad, hoc eſt, à tranſmigratione teſtimonii, eo quod à Synagoga ad Eccleſiam teſtimonium cæleſte migravit. In hoc itaque monte naſcitur thymiama, reſina, & cæteri odores, quos negotiatores illi
Gen. 37. Iſmaelitæ, ut habes in libro primo Teſtamenti veteris deferebant. Itaque ſicut capræ bonis refectæ cibis, & ſolis calore vernantes, lavantur in flumine, & exſultantes C mundæ ſurgunt de flumine: ita animæ juſtorum aſcendunt ab ſpiritali lavacro.

ỷ. 2. 12. Iſtæ ſunt vere quæ geminos creant, in quibus non eſt infœcunditas aliqua virtutum, ſterilitas ulla meritorum. Bene geminos creant, quia congeminant ſenſus
Prov. 22. ſuos; unde habes in Proverbiis ſcriptum: *Et tu ſcribe hæc tibi tripliciter, in conſilium, & in cognitionem.* Triplicem præmiſit ſcriptionem, & duo ſubdidit, conſilium & cognitionem. Sed cognitio gemina eſt, una incorporalium, altera corporalium; unde etiam in poſterioribus habes:
Infra. *Duo ubera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis, donec adſpiret dies, & inclinentur umbræ.* D

ỷ. 5. 13. Diximus de fœcunditate, dicamus de dentibus. Nam & navigantes pleriquc, & properantes itinere terreno, ubi viderint ſpecioſum aliquem locum, delectationis gratia demorantur, paſcunt oculos animumque allevant. Nec mora ulla putatur commeandi, ſed gratia. Ita & nobis pulcherrimos dentes juſtarum animarum conſiderare cordi eſt; docuit enim Scriptura pulcherrimos dentes eſſe juſtorum dicens ſecundum litteram quidem de patriarcha
Geneſ. 49. Juda, ſpiritualiter autem de Chriſto: *Hilares oculi ejus à vino, & dentes ſicut lac.* In quo non utique carnis humanæ officia, ſed divinæ gratiæ munera prædicavit. Docet igitur exemplum, dentes non eſſe prætereundos, ubi E de oculis diſſerimus.

14. Qui ſunt igitur juſtarum dentes animarum, niſi qui informem ac durum accipientes cibum, vel frigidum plerumque, vel ſupra modum calentem nunc comminuunt, nunc fovent, nunc temperant, prout qualitas fuerit alimentorum? Dura comminuunt, ne aſperitas litteræ in veteri Teſtamento & ſæcularis intellectus rigor, niſi fuerit ſpiritali dente reſolutus, vitalia ipſa interclusis librorum ſalutarium commeatibus, & gulam quamdam animæ incurioſa edacitate ſuffocet. Par eſt igitur ut dividas primum, ſi ſolida tibi videtur eſca quæ ſumitur, & diſtinguas eam; atque emollitam ſine noxa aliqua ani- F mæ in omnia ejus membra naturali diviſione transfundas; ut vitalem ſuccum omne ejus corpus epuletur, nihil cadaveroſum, nihil mortuum ore tuo ſumas, ne dicatur:
Pſalm. 13. *Sepulcrum patens eſt guttur eorum.* Sed vivum haurias verbum, ut in tuæ mentis viſceribus poſſit operari. Hi dentes ſuper lac candidiores; quia dentes juſtorum.

Gen. 49. 15. Denique cùm omnes in Moyſe baptizati in nube & in mari patres noſtri fuerint, non otioſe tamen ſcriptum
1. Cor. 10. eſt: *Quia omnes eamdem eſcam ſpiritalem manducaverunt, & omnes eumdem potum ſpiritalem biberunt*: ut iſtis ſanctorum dentibus major quidam fulgor accederet, quos poſt
Exodi 15. tranſitum maris rubri, myrrhæ fontis amaritudine per
Num. 20. ligni gratiam temperata, cognoſcemus eſſe mundatos: deinde duodecim fontium potu, poſtremò petræ ſpirita-
1. Cor. 10. lem undam vomentis irriguo; *Petra enim erat Chriſtus.* A Ideo & manna manducaverunt, ut toties abluti manducarent panem, ut ſcriptum eſt, angelorum. Nunc quo- Pſalm. 7[7]
que in Evangelii myſteriis recognoſcis baptizatos, licet toto corpore, poſtea tamen eſca ſpiritali potuque mundari; ille enim eſt verus dentium fulgor, ubi bene conſciæ mentis reſonat canora confeſſio. Ille mundus oculus, quem peccatorum gravium trabes nulla depreſſerit, quem purgamentorum levium feſtuca nulla turbaverit.

16. *Dentes tui ſicut grex tonſarum, quæ adſcenderunt de lavacro, quæ omnes geminos creant, & infœcunda non eſt in eis.* Non mediocris iſta laudatio, primùm apta comparatione tonſarum; capras enim & in altis paſci ſine periculo B novimus, & in præruptis ſecuras cibum ſumere, deinde cùm tondentur, deonerari ſuperfluis. Harum gregi comparatur Eccleſia, multas in ſe habens animarum virtutes, quæ per lavacrum ſuperflua peccata deponant, quæ myſticam fidem & moralem gratiam deferant Chriſto, quæ crucem Domini Jeſu loquantur. In his formoſa eſt Eccleſia, unde ad eam Deus Verbum dicit: *Ecce formoſa es, proxima mea: ecce es formoſa, oculi tui ſicut columbæ. Tota formoſa es proxima mea, & reprehenſio non eſt in te*; quia culpa demerſa eſt. *Ades huc à Libano ſponſa, ades huc à Libano, & pertranſibis à principio fidei*: eo quod renuntians mundo, tranſierit ſæculum, pertranſierit ad Chriſtum. ỷ 2. Lib. de iniſtandis c. Cant. 4.

C 17. *Sicut reſticula coccinea labia tua.* In cocco enim ſpecies ignis, & crucis Dominicæ ſanguis irrutilat. Coccinea labia Domini, quæ paſſionem propriam loquebantur. Denique in Exodo coccum pro igne collocatum eſt. Non enim ex cocco mundus, ſed ex quatuor conſtat elementis. Sed in cocco figura ignis expreſſa eſt, cujus vapor niſi cælum atque aerem, maria terraſque penetraret, omnia tamquam effœtis viribus ſolverentur. Per reſticulam igitur vinculum perſuaſionis agnoſcimus, per coccum vel cupiditatis ardorem qui ſcintillat in animis audientium, vel indicium paſſionis. ỷ 3. In Pſal. 118. Serm. 18. verſ. 4. Exod. 25.

18. *Sicut turris David cervix tua, quæ ædificata eſt in Thalpioth, mille clypei pendent in ea, omnia jacula potentium.* ỷ 4.
D Erecta enim ad Deum cervix, & jugo Chriſti habilis, quæ nulla in terras illecebrarum inflexione curvetur; ſicut Chriſti regalis eſt turris, cui jugum ſuum Nabuchodonoſor non poſſit imponere. Condidit enim turrim illam David ille manu fortis, & ſupra murorum ædificavit excelſa; ut ſubſidio pariter & decori ſit: ſubſidio, quia hoſtem prævidet & expellit: decori, quia non ſolum inter humilia, ſed etiam inter excelſa ſupereminet. Ita tamen ſubſidio vel decori, ſi habeat in ſe verbi dogmata velut quædam phaleratum monilia: habeat etiam jacula potentium prophetarum, quæ adverſus omnem extollentem ſe E altitudinem, lacertis quibuſdam fidei diriguntur.

19. Noli igitur in pulverem mortis deducere animam tuam, cui etiam Dominus naturalem altitudinem tribuit & vigorem, quo ſe excitet & adſurgat. Unde etiam de hac conjunctione animæ & corporis dictum opportune accipitur, eo quod in naturali vitæ noſtræ myſterio, connexa anima corpori velut humi repret, & pavimento adhæreat, partim propter hoc terrenum habitaculum: partim quia corpus iſtud de terra eſt. Et regionis igitur diverſorium, & materia ipſa corporis noſtri huic concurrit ſententiæ. Ideoque pulcre Apoſtolus de mortis hujus corpore liberari cupit; quia carcere quodam claudimur, & in quo- F dam luxuriæ gurguſtio ſiti tenebris involvimur delictorum.

20. Ergo ſecundum voluntatem Dei ambulemus, ut adhærere dicamur Deo. Nam ſecundum corporis appetentiam qui vivit, caro eſt: qui ſecundum præcepta Dei, ſpiritus eſt. Non ergo fiat anima noſtra caro, hoc eſt, ut dicamur caro; ſicut & illi qui in diluvio perierunt, de quibus dictum eſt: *Quia caro ſunt.* Sed magis caro noſtra Geneſ. 6.
obediens animæ gubernaculo, fiat anima, & hoc appellari mereatur nomine; ſicut appellata eſt familia patriarchæ Jacob, & generationis ejus ſancta poſteritas; ſic enim ſcriptum eſt: *Hi filii Balæ quam dedit Laban Rachel filiæ* Geneſ. 46.
ſuæ: peperit hæc Jacob animas ſeptem. Et ibidem: *Omnes autem animæ quæ intraverunt cum Jacob in Ægyptum, quæ exierunt de femoribus ejus, præter uxores filiorum, ſexaginta ſex.* Et in principio Exodi legimus: *Erant autem* Exod. 1.
omnes animæ de Jacob, quinque & ſeptuaginta.

21. Ergo illi qui habitabant cum Joſeph, & de Ægypto exierunt, animæ ſunt: qui autem cùm eſſent Angeli Dei, hoc eſt vitæ probitate Angelorum imitantes gratiam (*Qui* *Matth. 22.* *enim non ducunt uxores, & qui non nubunt, erunt ſicut Angeli Dei in cælo*) qui ergo cùm Angeli viderentur, capti ſunt decore femineo, hi caro ſunt, ſicut dominus Deus dixit: *Genes. 6.* *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus in æternum, propter quod caro ſunt.* Et merito exſpertes libidinis, Angelis comparantur, caro enim non ſunt; quia non ſunt in carne, ſed in ſpiritu: quales erant illi qui doctorem Apoſtolum ſequebantur, quibus ait: *Rom. 8.* *Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.* Qui autem corporea feminarum capiuntur libidine, caro ſunt: atque utinam caro tantum, & non etiam equi adhinnientes: *Jerem. 5.* *Quia*, inquit, *in uxorem proximi ſui adhinniebant.*

℣. 7. *Lib. 1. de Virgin.* 22. *Tota es formoſa proxima mea, & reprehenſio non eſt in te.* Pulcritudinem vero quis poteſt majorem exiſtimare decore ejus, quæ amatur à rege, probatur à judice, dedicatur Domino, conſecratur Deo. Semper ſponſa, ſemper innupta; ut nec amor finem habeat, nec damnum pudor. Hæc profecto vera pulcritudo eſt, cui nihil deeſt, quæ ſola meretur audire à Domino: *Tota es formoſa proxima mea, & reprehenſio non eſt in te.*

℣. 8. 23. *Veni huc a Libano, veni huc à Libano: tranſibis & pertranſibis a principio fidei, à capite Sanir & Hermon, à latibulis leonum, a montibus pardorum.* Quibus indiciis oſtenditur perfecta & irreprehenſibilis virginalis animæ pulcritudo, altaribus conſecrata divinis, inter occurſus & latibula ſpiritalium beſtiarum non inflexa mortalibus, ſed intenta myſteriis Dei, meruiſſe dilectum, cujus ubera plena lætitiæ; Vinum enim lætificat cor hominis.

℣. 10. *Lib. 3. de Virg.* 24. *Et odor*, inquit, *veſtimentorum tuorum, ſicut odor Libani. Veni à Libano ſponſa, veni a Libano: tranſibis & pertranſibis à principio fidei:* tranſibis in ſæculum certatura, pertranſibis ad Chriſtum triumphatura de ſæculo. Audiſti quia te à leonum & pardorum, id eſt, à ſpiritalium nequitiarum incurſionibus ſeparavit: audiſti quia placet ei tuarum pulcritudo virtutum.

℣. 8. *Lib. de Iſaac cap. 5.* 25. *Ades huc à Libano ſponſa, ades huc à Libano: tranſibis, & pertranſibis à principio fidei, à capite Sanir, & Hermonium, à ſpeluncis leonum, a montibus pardorum*; hoc eſt, egredere de corpore, & totam te exue. Non potes enim mihi adeſſe, niſi ante peregrineris à corpore; quoniam qui in carne ſunt, peregrinantur à Dei regno. *Ades*, inquit, *ades.* Bene repetivit, quia ſive præſens ſive abſens, adeſſe & placere domino Deo tuo debes: adeſto præſens, adeſto abſens, etſi adhuc in corpore es; mihi enim omnes præſentes ſunt, quorum fides mecum eſt. Adeſt mihi qui exiit de ſæculo: adeſt mihi qui me cogitat, me intuetur, de me ſperat, cui ego portio ſum: adeſt mihi qui abfuerit ſibi: ille mecum eſt, qui intra ſe non eſt; quoniam qui in carne eſt, non eſt in ſpiritu: ille mecum eſt, qui ex ſeipſo egreditur: ille juxta me eſt qui extra ſe fuerit: ille mihi integer, qui propter me perdiderit animam ſuam; & ideo, *Ades, ades ſponſa, tranſibis & pertranſibis à principio fidei.* Tranſi & pertranſi ceteros, quæ ad Chriſtum pervenit: tranſit fidei merito, & operum claritate, quæ lucet ſicut Sanir & Hermon, hoc eſt, via lucernæ: tranſit devictis tentationibus ſæculi, & ſuperatis nequitiis ſpiritalibus, legitimi petens coronam certaminis.

℣. 9. *In Pſal. 118. Serm. 12. verſ. 2.* 26. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Oculi enim mentis iſti ſunt oculi, ſcilicet interioris hominis, non hi oculi qui miniſterio funguntur obtutus. Eſt enim oculus & mentis & carnis, ſed ille cæcus eſt oculus qui non videt quæ divina ſunt, qui fruſtra mente carnis inflatus eſt. Eſt & alius oculus ſenſus Chriſti, quo Eccleſia videt Chriſtum, ſicut ipſe dicit ad Sponſam: *Corde nos cepiſti ab uno oculorum tuorum.* Merito uno oculo videtur Chriſtus; quia non videtur oculo carnali, aut quia duos oculos habens Eccleſia, moralem & myſticum, fidei oculo plus videt Chriſtum; myſticus enim oculus acutior eſt, moralis dulcior.

27. Et forталle iſti oculi ſunt, quibus Paulus videbat æterna, ubi cœpit temporalia non videre. Denique qui Chriſtum non videbat, priuſquam oculos amitteret, vidit eum poſteaquam amiſit viſum oculorum; vidit enim qui dixit: *Quis es Domine?* *Act. 9.* Videbat utique Chriſtum, quem etiam Dominum fatebatur. Et infra, *Domine*, inquit, *quid me vis facere.* Non ergo videbat eum, cujus exſpectabat imperium? Quibus igitur oculis videre Paulus plus cœpit, niſi iis quos nobis ipſe monſtravit, dicens: *Orabo ſpiritu, orabo & mente?* *1. Cor. 14.* Denique ut ſcias quia vidit orando: *Factum eſt*, inquit, *revertente me in Hieruſalem, cùm orarem in templo, pavorem habui, vidi illum dicentem mihi: Feſtina, exi citius de Hieruſalem; non enim recipient teſtimonium tuum de me.* *Act. 22.*

28. Iſti ergo oculi in verbum Dei deficiunt, & dicunt: *Quando conſolaberis me?* *Pſalm. 118. Aliquanto poſt.* Iſtis oculis prophetæ dicebantur videntes; quia per revelationem ea quæ erant abſcondita, mente cernebant. Sed quia oculus mentis & oculus carnis unus oculus ſunt, & tunc homo conſolatione fulcitur, cùm caro & mens diverſa non cupiunt, ſed unum deſiderant, & unum requirunt; ideo intenti ad eum qui ait: *Ego & pater unum ſumus.* *Johan. 10.* Iſti quoque oculi unum eſſe ſe confitentur; quia uno atque eodem deſiderio officioque funguntur.

℣. 10. *Lib. 3. de Virg.* 29. *Pulcriora ſunt ubera tua vino, & odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Et infra: *Odor veſtimentorum tuorum ſicut Libani.* Vide quem nobis tribuas, virgo, proceſſum? Primus enim odor tuus ſuper omnia aromata, quæ in Salvatoris miſſa ſunt ſepultura, & mortuos corporis motus membrorumque redolet obiiſſe delicias. Secundus odor tuus, ſicut odor Libani, Dominici corporis integritatem, virgineæ florem caſtitatis exhalat. Favum itaque mellis tua opera componant. Odor etiam veſtimentorum eſt odor actuum noſtrorum. Admove igitur manus naribus tuis, & odorem actuum tuorum indefeſſa ac pervigili alacritate mentis explora. Mulcebit te odor dexteræ tuæ, & fragrantiam reſurrectionis tua membra redolebunt, myrrham digiti tui ſudabunt, hoc eſt, veræ fidei gratiam ſpiritalia geſta flagrabunt. Capis ergo, virgo, ex interiore tuo corpore voluptatem, & ipſa tibi dulcis, ipſa tibi ſuavis es, ipſa tibi (quod peccantibus ſæpe contingit) non incipis diſplicere.

℣. 11. *Lib. 1. de Virg.* 30. *Favus diſtillans, labia tua, ſponſa.* Favum itaque mellis tua opera componant; digna enim virginitas quæ apibus comparetur, ſic laborioſa, ſic pudica, ſic continens: rore paſcitur apis, neſcit concubitus, mella componit. Ros quoque virgini eſt ſermo divinus; quia ſicut ros Dei verba deſcendunt. Pudor virginis eſt intemerata natura, partus virginis eſt fœtus labiorum, expers amaritudinis, fertilis ſuavitatis: in commune labor, communis eſt fructus. Quam te velim filiam imitatricem eſſe hujus apiculæ, cujus cibus flos eſt, ore ſoboles legitur, ore componitur. Hanc imitare tu, filia; verba tua nullum doli velamen obtendant, nullum habeant fraudis involucrum; ut & puritatem habeant, & plena gravitatis ſint. Meritorum quoque tuorum tibi æterna poſteritas tuo ore paratur, nec ſoli tibi, ſed etiam pluribus congreges quid *Luc. 12.* ſcis enim quando à te tua anima repoſcatur; ne receptacula horreorum frumentis coacervata dimittens, nec vitæ tuæ uſui futura nec meritis, rapiaris eo, quo theſaurum tuum ferre non poſſis. *Luc. 14.* Dives igitur eſto, ſed pauperi, ut naturæ participes tuæ, participes ſint etiam facultatum.

31. *Favus diſtillans labia tua ſponſa.* Quis ſit favos, doce nos Salomon? Tu enim dixiſti, *Favus mellis ſermones boni.* *Prov. 16.* Et vere bonus favus, quem manducat Eccleſia, multorum prophetarum velut apum ſpirituali ubertate congeſta mella redolentem. Hoc eſt mel de quo ait: *Manducavi panem meum cum melle meo.* *Cant. 5.* Stillant mel labia prædicantis, quando colliſa duris caſibus vel ruina, lapſæ animæ membra refoventur. *Favum diſtillant labia tua, ſponſa, mel & lac ſub lingua tua*; os enim juſti diſtillat ſapientiam: de ore juſti ſuavitatis & miſericordiæ mella procedunt: in ore juſti nullus dolus, nulla fallacia, nulla eſt amaritudo peccati. Audit Eccleſia verba juſti, audit plebs Dei verba ſapientis, delectatur alloquii ſuavitate, moralis diſputationis jucunditate mulcetur, dicens: *Quam dulcia faucibus meis verba tua, ſuper mel & favum ori meo!* *Pſalm. 118.* Quia mel apum ad horam delectat, ſed cito ſapor ejus evaneſcit,

evaneſcit, & plerumque viſcera vi[illegible]oſa læduntur: verborum autem moralium etſi pungunt mella, non lædunt.

32. Cognoſce tamen cui illa credantur, ſcriptum eſt enim: *In aurem inſipientis nihil dicas: ne quando irrideat prudentes ſermones tuos.* Evomet enim & rejiciet ſermonem tuum ſtultus, qui ejus ſentire non poteſt ſuavitatem. (Prov. 23.) Quomodo poſſunt verba Dei dulcia eſſe in faucibus tuis, in quibus eſt amaritudo nequitiæ? Quomodo *mel & lac ſub lingua tua*, cùm dolum lingua tua componat, ut aliud pectore concipias, aliud forenſi ſermone prætendas, ut decipias incautum? Cùm tibi Petrus apoſtolus dicat, ut deponamus malitiam, & fucum ſimulationis abjicias, dicens: (1 Petri 2.) *Sicut dudum geniti infantes, rationabiles & ſine dolo, lac concupiſcite.* Oſtendens enim nobis quid ſit mel & lac habere ſub lingua, docet ut non maledicere male dicentibus, ſed benedictionem referre noverimus: neſciamus odiſſe niſi viam iniquitatis, ut facere quod execramur, reluctanti caveamus affectu.

(℣. 12. Lib 1. de Virgin.) 33. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Emiſſiones tuæ* &c. Eo quod in hortis ejuſmodi impreſſam ſignaculis imaginem Dei, ſinceri fontis unda reſplendeat, nec volutabris ſpiritualium beſtiarum ſparſa cœno fluenta turbentur. Hinc ille murali ſeptus ſpiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam. Itaque ſicut hortus furibus inacceſſus, vitem redolet, flagrat oleam, rosam renidet; ut in vite religio, in olea pax, in roſa pudor ſacratæ virginitatis inoleſcat. Hic eſt odor quem (Geneſ. 27.) Jacob patriarcha flagravit, quando meruit audire: *Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni.* Nam licet plenus omnibus fere fructibus patriarchæ ſancti fuerit ager, ille tamen fruges majoris virtutis labore generavit, hic flores. Accinge te itaque virgo, & ſi vis hujuſmodi tibi ut hortus aſpiret, propheticis cum claude præceptis: (Pſal. 140.) *Pone cuſtodiam ori tuo, & oſtium circumſtantiæ labiis tuis.*

(Lib de Iſaac cap. 5.) 34. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus; emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum fructu pomorum cypri.* Laudatur Sponſa eo quod hortus ſit, habens in ſe odorem agri illius pleni, de quo dicit Iſaac: (Geneſ. 27.) *Odor filii mei, tamquam odor agri pleni.* Bona ergo anima flagrat odores juſtitiæ. Et fortaſſe ager eſt patriarcha, hortus eſt anima inferioris alicujus, quaſi agri portio: & *Hortus concluſus*, ne incurſetur à beſtiis: & *Fons ſignatus*, quæ integritate ſignaculi, perſeverantiaque ſuæ propria peccata diluerit. Namque qui de Eccleſia acceperit, habet quod ad virginitatis gratiam referat; eo quod in paradiſo delectaturus poſita ſine labore fructus capiat ſpiritales, ut et patriarcharum animæ rurali quodam animæ ſuæ labore fructus ſuos conferant, quo illa capere poſſit perpetuam ſuavitatem: quæ merito fons ſignatus dicitur, eo quod imago in illa Dei inviſibilis exprimatur.

(Epiſt ad Sabinum.) 35. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.* Omnes doctores congruunt in paradiſo, & lignum vitæ radicatum & lignum ſcientiæ, quo diſcernat bonum & malum: ceteraque ligna plena vigoris, plena vivificationis, ſpirantia & rationabilia. Ex quibus colligitur paradiſum ipſum terrenum videri poſſe, non in ſolo aliquo, ſed in noſtro principali, quo animatur & vivificatur anima virtutibus & infuſione Spiritus ſancti. Denique Salomon in ſpiritu paradiſum in homine eſſe evidenter declaravit. Et quia myſteria exprimit vel animæ & Verbi, vel Chriſti & Eccleſiæ; ideo ait de virgine anima vel Eccleſia, quam volebat virginem caſtam aſſignare (Danielis 13) Chriſto: *Paradiſus clauſus ſoror mea ſponſa, paradiſus clauſus, fons ſignatus.* Paradiſus græce, latine hortus dicitur. Denique Suſanna in paradiſo erat, & ſic legimus latine: & Adam in paradiſo erat, & ſic legimus. Ergo non te moveat quod alii codices latini hortum habent, alii paradiſum. Ibi ergo eſt caſta uxor, ubi & virgo. Licet virgo excepta habeat clauſtra ſua & ſignacula, ſed utraque in paradiſo; ut adverſum æſtus corporis & carnis flagrantiam refrigeretur virtutum umbraculis.

36. Ergo paradiſus in principali noſtro eſt, ſilveſcens plurimarum opinionum plantatus, in quo principaliter lignum vitæ conſtituit Deus, id eſt, pietatis radicem. Ea eſt enim vitæ noſtræ ſubſtantia, ſi Domino & Deo noſtro

A debitos cultus deferamus. Conſtituit etiam ſcientiæ boni & mali ſentimentum; homo enim ſolus in ceteris animantibus terrenis, habet ſcientiam boni & mali. Alia quoque illic plantavit diverſa, quorum fructus virtutes ſunt. Sed quia ſcientiæ capax hominis affectus cognitus eſt Deo, quod citius ad aſtutiam inclinaretur, quam ad ſummum prudentiæ; neque eum judicem qui fines certos in anima noſtra conſtituit, operis ſui qualitas latere poterat: eliminare voluit aſtutiam de paradiſo, quaſi providus auctor noſtræ ſalutis, & vitæ ſtudium & diſciplinam pietatis infundere. Ideoque præcepit homini, ab omni ligno quod eſt in paradiſo guſtandum, de ligno autem ſcientiæ boni
B & mali non eſſe guſtandum. Sed quia creatura omnis paſſioni obnoxia eſt, ideo delectatio ſicut ſerpentino illapſu humanis irrepſit affectibus.

37. Itaque non immerito ſanctus Moyſes delectationem ſerpentis figuravit ſimilitudine; prona eſt enim in ventrem ſicut ſerpens, non pedibus incedens, aut ullis elevata cruribus: ſed ſinuoſo flexu totius velut corporis ſui lubrica. Et terra cibus eſt ſicut ſerpenti, quoniam eſcam neſcit cæleſtem; corporalibus enim paſcitur, atque in varias mutatur ſpecies cupiditatum, & tortuoſis angulatur amfractibus. Venenum in dentibus habet, quibus unuſquiſque ſe exviſcerat luxurioſus, helluo in-
C remeat, abligurritor perimit. Quantos ſuperiunt vina, diſſolvit ebrietas, diſtendit cruditas! Nunc intelligo qua cauſa Dominus Deus inſufflavit in faciem hominis; ibi enim ſenſus omnes, ibi ſedes atque illecebra delectationis, in oculis, auribus, naribus, atque in ore; ut ſenſus noſtros adverſus delectationem fortiores faceret. Hæc ergo nobis ſicut ſerpens aſtutiam infudit; non enim delectatio, ſed labor & diuturna meditatio cum Dei gratia dat perfectam prudentiam. Tamen quia ſerpentis ſpiris illecebris involuta eſt humani generis hæreditas, in eo aſtutiam ſerpentis ſequamur, ut caput noſtrum non projiciamus
D in pericula, ſed præ ceteris integrum cuſtodiamus; caput autem noſtrum Chriſtus eſt. Hoc maneat incolume, ut ſerpentis venena nobis non poſſint nocere: bona enim eſt ſapientia cum hæreditate, id eſt, cum fide; quoniam eſt hæreditas credentium in Domino.

38. Quod ſi primus homo, qui cum Deo loquebatur in paradiſo poſitus, labi tam facile potuit, ex terra creatus virgine: quæ ad verbum Dei formata & creata recenti fuerat exortu, nondum ea parricidali ceterorumque concreta ſanguine, flagitiis & dedecore polluta, nondum carne noſtra damnata maledicto obnoxiæ hæreditatis: quanto facilius poſtea, lubrica ad peccandum via, majus
E advexit humano generi præcipitium, cùm deterior tolerabiliori per vices generationis ſucceſſerit? Etenim ſi magnetes lapis tantam naturæ vim habet, ut ferrum ad ſe trahat, & transfundat ſe in illius ſpeciem, ita ut pleriſque experiri volentibus, cùm plures annulos ferreos ad eum lapidem admoverint, omnes pari teneat modo. Deinde ſi ei annulo cui adhæſerit lapis, alium admoveas annulum, & rurſum per ordinem ſingulis ſubſtituas; licet in omnes penetret per ordinem ex illo lapide vis naturæ, tamen priores nexu vehementiore conſtringit, poſteriores remiſſiore: quanto magis humani generis conditio atque natura, ex puriore ſtatu in deteriorem lapſa eſt,
F quanto nequiorem adegit? Nam ſi per eas ſpecies imminuitur natura, quæ non ſunt culpæ capaces: quanto magis per animos atque artus labe pollutos ſcelerum, virtus ejus hebetatur. Unde quia vincente malitia, abolita innocentia fuerat, non erat qui faceret bonitatem, non erat uſque ad unum. Venit ergo Dominus, qui reformaret naturæ gratiam, immo augeret; ut ubi ſuperabundavit peccatum, ſuperabundaret gratia.

39. Ergo liquet quia auctor hominis Deus, & quod unus Deus, non multi dii; ſed unus qui mundum operatus eſt, & unum, non multos mundos, ut dicunt philoſophi. Primum ergo mundum creavit, deinde habitatorem mundi, cui totus mundus patria foret. Nam ſi hodie quocumque acceſſerit ſapiens, ubique civis eſt, ubique ſua intelligit, nuſquam ſe peregrinum, nuſquam hoſpitem judicat: quanto magis ille primus homo, totius mundi erat incola, & ut græce dicitur, coſmupolites, Dei recens

conſabulator, aſſiduus civis ſanctorum complantatus virtutibus, præpoſitus omnibus terrenis animantibus, marinis, volatilibus, totum mundum ſuam poſſeſſionem putabat, quem Dominus tuebatur ut opus ſuum, neque ut bonus parens atque auctor deſerebat. Denique eouſque creatum fovit, ut ab hæreditarium redimeret, eliminatum reciperet, mortuum paſſione filii ſui unigeniti reſuſcitaret. Eſt ergo hominis auctor Deus, & diligit opus ſuum operator bonus, nec derelinquit bonus pater, quem etiam ſicut dives paterfamilias cenſu propriæ hæreditatis redemit.

Lib. de Isaac c. 5.

40. Caveamus ergo ne hominem iſtum, id eſt, mens B mulier illa, id eſt, paſſio ſenſuum noſtrorum delectatione & ipſa decepta atque illuſa effeminet, & circumſcriptum in leges ſuas & ſententiam trahat. Fugiamus delectationem ſicut ſerpentem, multas artes habet & maxime in homine. Nam alia animantia cibi aviditate capiuntur, homo quanto plures ſenſus oculorum aurium que habet, tanto majora pericula. Itaque cave ne vigor mentis tuæ, coitu quodam corporeæ voluptatis inflexus emolliatur, atque in ejus omnes amplexus reſolvatur, & fontem ejus aperiat, qui debet eſſe clauſus & ſeptus intentionis ſtudio & conſideratione rationis: *Hortus enim clauſus, fons ſignatus.* Namque reſoluto mentis ſenſu, ſi corporales C delectationes effundunt pernicioſæ nimis, & in appetentiam plenam gravis pericli profluentes: quas ſi mentis vivi ac conſiderata manſiſſet cuſtodia, refrænaſſet.

§ 13 & 14. Lib de Isaac cap. 5. & 6.

41. *Emiſſiones*, inquit, *tua paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructu, cypri cum nardo, nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum univerſis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis unguentis.* Laudantur munera animæ quæ miſſa ſunt à Sponſo, quibus dotata veniebat (Deo autem piæ animæ boni odores ſunt) myrrha, aloe, crocus & alia, quibus ſpirat hortorum gratia, & peccatorum fœtor abolentur. Itaque tanto ſecura præconio, conquieſcere aquilonem gravem ventum petit, D ne flores diſcutiat: ſpirare auſtrum, hoc eſt, velut hyemem præterire, & mollioris flatus vernare temperiem. Invitat Sponſum in hortum ſuum, deſcendit ſponſus, & fructuum ejus diverſitate delectatus, lætatur quod invenerit fortiorem cibum, invenerit etiam dulciorem. Eſt enim velut panis quidam Verbi & mel, alius vehementior, alius ſuaſorius ſermo. Eſt & fides alia ferventior, ut vinum: alia lucidior, ut ſuccus eſt lactis. Hunc cibum Chriſtus epulatur in nobis, hoc poculum bibit, & ejus potius ebrietate nos provocat, ut ad meliora & optima ab inferioribus faciamus exceſſum.

Cant. 5.

42. Audiens hæc anima hauſit myſteriorum ebrietatem E cæleſtium, & velut ſoporata à vino, & quaſi in exceſſu vel ſtupore poſita, dicit: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Tum Verbi præſentis lumine percuſſa, excitatur à Verbo. Quartus autem hic proceſſus eſt animæ. Primùm etenim caritatis impatiens, & Verbi moras non ferens, rogabat ut oſcula offerretur, & meruit deſideratum videre. Secundò introducta in cubiculum regis, cùm mutua miſceret alloquia, in umbra ejus requievit, & ſubito ei Verbum medio ſermone diſceſſit; quærenti tamen non diu abfuit, ſed ſaliens ſupra montes & tranſiliens ſuper colles advenit. Nec multo poſt quaſi capreulus aut cervorum hinnulus dum affatur dilectam, exſilivit & reliquit. Ter- F tiò cùm in cubilis & noctibus, in civitate & foro, in plateis quæſitum non reperit, & aliquando orationibus ſuis gratiâ quærentem revocavit, adeo etiam ut propius vocaretur à ſponſo. Quartò ipſa jam dormiens ab ipſo excitatur, quamvis corde vigilaret, ut continuo vocem pulſantis audiret: ſed moram paſſa, dum ſurgit (quia velocitatem Verbi non potuit comprehendere) dum aperit oſtium, tranſivit Verbum, & ipſa exivit in Verbo ejus: & per vulnera requiſitum ſed vulnera caritatis, vix tandem invenit, & tenuit, ut poſtea non amitteret. Ad ſummam l[illegible] compendioſo ſermone perſtrinximus, nunc diſcutiamus ſingula.

Cant. 4.

§ 15. de Isaac c. 4.

43. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Habes hæc in Salomone, quia Proverbia ejus moralia, Eccleſiaſtes naturalis, in quo quaſi vanitates omnes deſpicit mundi: myſtica ſunt ejus Cantica canticorum. Habes & in propheta: *Seminate vobis ad juſtitiam, vindemiate ad fructum vitæ, illuminate vobis lumen cognitionis*; hoc eſt enim lumen cognitionis, habere caritatis perfectionem. Ideoque dictum eſt: *Ne timeas*; caritas enim timorem excludit foras.

Oſee. 10.

1. Iohan. 4.

44. Ut cognoſcamus autem quia Salomon ita hos interpretatus eſt tres puteos, quos fodit Jacob, ut ad moralem doctrinam & naturalem referret & myſticam, in ſingulis libris ſuis, quos de moralibus & naturalibus vel myſticis ſcripſit, poſuit hos puteos. Nam & in Proverbiis, cùm declinandam ſpeciem diceret ſæcularis illecebræ, B ait: *Bibe aquam de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fontibus, & ſuperfluant tibi aquæ de tuo fonte.* Et infra: *Fons aquæ tuæ ſit tibi proprius, & jucundare cum uxore quæ ab adoleſcentia tua*, eo quod adverſus tentamenta mundi remedium nobis vera ſapientia ſit. Moralis quoque doctrina quæ imaginem mundanæ voluptatis meretricis quibuſdam illitam fucis irriguo ſuo diluat, & fluento ſui fontis abſtergat.

Prov. 5.

Ibidem.

45. De naturalibus quoque habes in Eccleſiaſte ipſum: *Feci mihi piſcinas aquarum ad irrigandum ex his ſaltum germinantem.* Neque te moveat quod pro puteo piſcinas poſuit, quia & Moyſes puteum latitudinis dixit, eo quod C à ſollicitudine omni & anguſtiis ſolvitur, qui mundum hunc pia mente tranſcenderit. Non immerito ergo piſcinas habet Eccleſiaſtes, qui vidit nullam abundantiam eſſe ſub ſole: ſed ſi quis abundare velit, in Chriſto abundet.

Eccle. 2.

46. De myſticis & puteus ſupereſt nobis, quem etiam ipſum reperimus in Canticis canticorum, dicente Scriptura: *Fons hortorum, puteus aquæ vivæ, & impetu deſcendens à Libano.* Etenim ſi myſteriorum altitudinem perſequaris, puteus tibi videtur tamquam in profundo ſita myſtica eſſe ſapientia: ſi vero haurire velis affluentiam caritatis, quæ major & uberior eſt, quàm fides & ſpes, tunc tibi fons eſt. Exuberat enim caritas, ut & haurire D eam cominùs, & rigare ejus affluentia hortum tuum poſſis, ſpiritalibus fructibus redundantem. Et quia ipſe puteus latitudinis eſt, qui caritatem habet; ideo dixit, quia ubi caritas eſt, ibi impetus magnus deſcendit à Libano.

47. Ne quid autem moveat, quod & puteum, & fontem eumdem dixit; etiam Evangelium te inſtruat, in quo ſcriptum eſt: *Quia venit Jeſus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, juxta prædium quod dedit Jacob Joſeph filio ſuo.* Erat autem ibi fons Jacob: *Et fatigatus*, inquit, *ſedebat ſic ſuper puteum.* Unde ad myſticam doctrinam hunc referri puteum etiam ibi cognoſcimus, quia ibi Samaritana illa, id eſt, cuſtos (cuſtos autem cæleſtium præcepto- E rum) hauſit de puteo illo divina myſteria, cognoſcens quia Deus ſpiritus eſt, & non in loco adoratur, ſed in ſpiritu: & quia Meſſias venit, qui Chriſtus eſt. Quibus auditis mulier illa quæ ſpeciem Eccleſiæ gerit, Legis ſacramenta cognovit & credidit.

Johan. 4.

48. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, & impetus deſcendens à Libano.* Hos impetus Eccleſia deduxit à Libano, hoc impetu diluuntur peccata, hoc impetu puri fontis Spiritus ſancti affluit à Libano Sponſa, & à principio fidei tranſivit ſæculum, & pertranſivit ad regnum. Alius fons eſt, alius puteus pro captu noſtro gratiæ ſpiritalis: alius hortus clauſus, fons ſignatus, alius hortorum F fons, qui in Eccleſiæ dote numeratur: alius impetus deſcendens à Libano, & magnus impetus qui numquam deficit. Non enim deficiunt de petra ubera, neque nix à Libano, neque aqua quæ fertur valido vento virginis Hieruſalem.

Pſal. 118. Serm. 17. verſ. 8.

49. Deſcendit impetus à Libano, quando collectis in unum apoſtolis & pluribus credentibus, factus eſt ſubito de cælo ſonus, tamquam vi magna ſpiritus ferretur: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto diverſitates donante linguarum. Bonus impetus qui lædere neſciat, norit implere. Si quis igitur hunc impetum ſupervenientis è cælo gratiæ vult mereri, deſcendat etiam ipſe oculis in decurſus aquarum. Qui hunc primum impetum fuderit, illum meretur. Deſcendit oculis ſuis in hos ſuctu aquarum, quæ lacrymis in Evangelio rigavit Domini pedes, & ideo fidei ſuæ pretio emit animæ ſuæ & corporis ſanitatem, jam non ſanguinis profluvia, ſed gratiæ ſpiritalis.

Act. 2.

Luc. 7.

50. Deſcendit ergo David propheta, a leo de peccato A gratiam retulit. Deſcendit in aquarum ductus, hoc eſt, replevit eos, & decurrentium aquarum lacrymis ſuis fluenta cumulavit, aut inanes & vacuos ductus ſolis replevit fletibus. Aut quod elocutionis moralis quoſdam ſenſus oſtendit, deſcendit in aquarum ductus, transivit eos. Et poſſemus dicere, tranſcendit eos, & ſupergreſſus eſt: ſed minuitur vis eloquii, quo vis major aſſumitur deſcendentis, quàm adſcendentis exprimitur. Vide, rogo, quid de uſu verba habeant, impetum ſuum ſermo propheticus non amittat, licet uſus ipſe ſcriptorum ſenſui ſervire, majore decore conſueverit.

Lib. de Nabuthe. c. 12. 51. *Puteus aquarum viventium.* puteus enim ſi nihil hau- B riatur, inertiæ otio & degeneri ſitu facile corrumpitur: exercitatus autem niteſcit ad ſpeciem, dulceſcit ad potum. Ita & acervus divitiarum, cumulo arenoſus, ſpecioſus eſt uſu, otio autem inutilis habetur. Derivato igitur aliquid *Eccli. 3.* de puteo hoc: *Ignem enim ardentem reſtinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.* Aqua autem ſtativa cito vermes facit: non ſtet theſaurus tuus, ne ignis tuus ſtet. Scabit inte, niſi cum operibus piæ miſcrationis averteris.

℣ 16. Lib. 1. de Virg. 52. *Exſurge aquilo. & veni auſter. adſpira hortum meum. & perfluant aromata mea.* Audiſti, Chriſti ſponſa, quia placet ei tuarum pulchritudo virtutum, audiſti quia veſtimentorum tuorum aromata, hoc eſt, bonum odorem inte- C gritatis omnibus odoribus prætulit. Audiſti quia hortus es clauſus, ſed vitium pomiferarum refertus frugibus. Pete igitur ut adſpiret tibi Spiritus ſanctus, adſpuet ſupra cubile tuum, atque odorem piæ mentis, & gratiæ ſpiritalis accumule. Excita Spiritum ſanctum dicens: *Exſurge aquilo, & veni auſter, adſpira hortum meum, & perfluant aromata mea. Deſcendat fraternus meus in hortum ſuum, & manducet fructum pomiferarum ſuarum.* Hortus Verbi, animæ vernantis affectus eſt, & in pomiferis virtutis eſt fructus. Veniat ergo, & ſive manducet, ſive bibat, ſi *Prov. 9.* Chriſtum invocas, adeſt dicens: *Venite, manducate panes meos, & bibite vinum meum.* D

Lib. 1. de Virg. 53. *Exſurge*, inquit, *aquilo. & veni auſter. adſpira hortum meum. & perfluant aromata mea.* Ex omnibus enim partibus numinis odor ſacræ religionis adolevit, quo dilectæ virginis membra flagrarunt. Unde & Eccleſia altitudinem ſervans myſteriorum cæleſtium, rejicit à ſe graviores venti procellas, & invitat vernantis gratiæ ſuavitatem; & ſciens quod hortus ſuus Chriſto diſplicere non poſſit, advocat *Pſal. 118. Serm. 12. verſ. 2.* Sponſum ſuum: *Exſurge*, inquit, *aquilo. & veni auſter.* Plerique hæc ita accipiunt, quaſi projiciatur aquilo, & invitetur auſter. Quod ſi ita accipiunt, exturbatur ab Eccleſia per fidei ſuæ gloriam aſperitas, ne fiat fuga noſtra hyeme vel ſabbato, & invitatur auſtralis verna temperies. E

54. Ait certe: *Exſurge aquilo.* hoc eſt, *ſurge qui dor-* *Epheſ. 5.* *mis, & exſurge a mortuis.* Populus nationum qui diu ante dormiſti, evigila aliquando, & illuceſcet tibi Chriſtus. Poſtremo omnes invitantur ad Eccleſiam, & Synagogæ populus & gentilium. ſed prius Synagogæ, quia priores ex Judæis apoſtoli crediderunt, & per ipſos poſtea nationum populi congregati ſunt. Vide ergo venientem ſolem noſtrum ab auſtro, poſtea girantem ad aquilonem. *Hieruſalem, Hieruſalem* venit uſque ad eam, quam etiam vocare dignatus eſt: ſed hæc Hieruſalem terrena eſt, quæ occidit prophetas, hoc eſt, Synagoga Judæorum: *Matth. 23.* *Quoties*, inquit, *volui congregare filios tuos, ſicut gallina* F *pullos ſuos, & noluiſti? Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.* Giravit igitur ad gentes: girando autem giravit Spiritus Dei, & in gyros ſuos converſus eſt, ut fieret Deus omnia in omnibus.

CAPUT QUINTUM.

Cap. 5. ℣. 1. Lib. de bono mortis. c. 5. 1. V*Eniat dilectus meus in hortum meum. & comedat fructum pomorum ſuorum.* Hinc hortum illum ſibi Plato compoſuit, quem Jovis hortum alibi, alibi hortum mentis appellavit, Jovem enim & Deum & mentem dixit. In hunc introiviſſe animam quam venerem nuncupat, ut ſe abundantia & divitiis horti repleret, in quo repletus potu jaceret, potu qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro Canticorum compoſuit; eo quod anima Deo adhærens in hortum mentis ingreſſa ſit, in quo eſſet abun- A dantia diverſarum virtutum, floreſque ſermonum. Quis *Gen. 2.* autem ignorat quod ex paradiſo illo quem legimus in Geneſi habentem lignum vitæ, & lignum ſcientiæ boni & mali, & ligna cetera, abundantiam virtutum putaverit transferendam, & in hortum mentis eſſe plantandam?

2. Quem in Cantico canticorum hortum animæ ſignificat, vel ipſam animam, ſic enim ſcriptum eſt: *Hortus* *Cant. 4.* *clauſus ſponſa. ſoror mea. hortus clauſus. fons ſignatus.* Et infra ait anima: *Exſurge aquilo. & veni auſter. perfla hortum meum. & defluant unguenta tua. deſcendat frater meus in hortum ſuum.* Quanto hoc pulchrius, quod anima ornata virtutum floribus, hortus ſit; vel habeat in ſe pa- B radiſum germinantem, in quem hortum invitat Verbum Dei deſcendere; ut anima illa Verbi imbre cæleſti, & ejus copiis irrigata fructificet. Verbum autem Dei paſcitur animæ virtutibus, quoties animam obedientem ſibi & optimam invenerit: & carpit fructus ejus, & his delectatur. Cùm autem deſcenderit in eam Dei Verbum, defluunt ex ea ſalubrium unguenta verborum, & diverſarum flagrant longe lateque redolentia gratiarum ſpiramina. Unde ait Sponſus (Sponſus autem animæ Deus Verbum eſt, cui anima legitimo quodam connubii fœdere copulatur)

℣ 2. 3. *Ingreſſus ſum in hortum meum. ſoror mea ſponſa. vindemiavi myrrham meam cum unguentis meis. manducavi* C *panem meum cum melle meo. bibi vinum meum cum lacte meo. Edite. proximi mei. & bibite & inebriamini. fratres mei. Ego dormio. & cor meum vigilat.* Cognoſcimus quos fructus vel cibos epuletur Deus, vel quibus delectetur. Delectatur eo, ſi quis mortificet peccatum ſuum, obliteret culpam ſuam, ſepeliat atque aboleſcat iniquitates ſuas; myrrha enim eſt ſepultura mortuorum, mortua autem peccata ſunt, quæ vitæ ſuavitatem habere non poſſunt. Perfunduntur autem divini ſermonis unguentis, & fortiori cibo verbi velut pane, & ſuaviori ſermone velut melle curantur quæ ſunt vulnera delictorum. Sermones autem cibos eſſe docet & alibi Salomon, dicens: *Favi* *Prov. 16.* D *mellis ſermones boni.* In illo ergo horto ſermones boni ſunt, alius qui culpam coerceat, alius qui iniquitatem corripiat, alius qui mori faciat inſolentiam, & velut ſepeliat eam, quando correptus aliquis erroribus ſuis renuntiat.

4. Eſt etiam ſermo fortior, qui confirmat cor hominis validioribus ſcripturæ cæleſtis alimentis. *Comedi favum* *Pſalm. 118.* *cum melle meo. bibi vinum meum cum lacte meo.* Eſt enim ſermo ſuaſorius dulcis ut mel, & tamen peccatoris conſcientiam in ipſa ſuavitate compungens. Eſt etiam ferventioris ſpiritus ſermo, qui inebriat ſicut vinum, & cor hominis lætificat. Eſt denique lacteus ſermo, purus & candidus. Hos cibos dulcium utrumque ſermonum epulan- E dos Sponſus proximis ſuis dicit: *Edite proximi mei, & bi-* *Pſalm. 103* *bite, & inebriamini. fratres mei.* Proximi autem ſunt qui eum ſequuntur, & ejus nuptiis interſunt. Quo cibo & *Prov. 5.* potu (bibit enim unuſquiſque aquam de ſuis vaſis, & de puteorum ſuorum fontibus) repleta anima, atque inebriata, ſæculo dormiebat, vigilabat Deo. Et ideo ſicut poſteriora docent, aperiri ſibi Deus Verbum ejus januam poſtulabat, ut eam ſuo repleret ingreſſu.

5. Hinc ergo epulatores illi Platonici, hinc nectar illud ex vino & melle propheticum, hinc ſomnus ille tranſlatus eſt, hinc vita illa perpetua quam deos ſuos dixit epulari, quia Chriſtus vita eſt. Ideoque talium ſermonum ſeminibus, animæ ejus repletus eſt venter, atque ipſa exivit in F Verbo: quæ autem exit anima a ſervitio iſto, & elevat ſe à corpore, Verbum ſequitur. Aiſtet, ut ſuperius aliquan- *Sup. cap. 4.* tulum repetamus: *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa. hor-* *Lib. de Inſt. cap. 9.* *tus concluſus. fons ſignatus.* Quo ſignificat ſignatum debere apud te manere myſterium; ne violetur operibus malæ vitæ, atque adulterio caſtitatis: ne divulgetur quibus non convenit, ne garrula loquacitate diſpergatur in perfidos.

6. Bona debet ergo fidei tuæ eſſe cuſtodia, ut intemerata vitæ ac ſilentii integritas perſeveret. Unde & Eccleſia altitudinem ſervans myſteriorum cæleſtium, rejicit à ſe graviores venti procellas, & invitat vernantis gratiæ ſuavitatem. Et ſciens quod hortus ſuus Chriſto diſplicere non poſſit, advocat ipſum ſponſum dicens: *Exſurge aquilo.* *Cant. 4.* *& veni auſter: perfla hortum meum. & fluant unguenta*

mea: deſcendat frater meus in hortum ſuum, & edat fructum A *pomiſerarum ſuarum*: bonas enim arbores & fructiferas habet, radiceſque ſuas quas tinxerat in ſacri fontis irriguo, & in bonos fructus novæ fœcunditans germine pullulaverint; ut non jam prophetica excidantur ſecuri, ſed evangelica ubertate fœcundentur. Denique fertilitate earum Dominus delectatus reſpondet:

7. *Ingreſſus ſum in hortum meum, ſoror mea ſponſa: vindemiavi myrrham cum unguentis meis, manducavi panem meum cum melle meo: bibi potum meum cum lacte meo.* Quare panem & vinum dixerit, fideles intelligunt. Illud autem non dubium, quod nobis ipſe manducat & bibit,
[Matth. 25.] ſicut in nobis legiſti quia in carcere eſſe ſe dixit. Unde & B Eccleſia videns tantam gratiam, hortatur filios ſuos, hortatur proximos, ut ad ſacramenta concurrant, dicens: *Edite proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres mei.* Quid edamus, quid bibamus, alibi tibi per prophetam
[Pſalm. 33.] Spiritus ſanctus expreſſit, dicens: *Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus, beatus vir qui ſperat in eo.* In illo ſacramento Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti: non ergo corporalis eſca, ſed ſpiritalis eſt. Unde & Apoſto-
[1. Cor. 10.] lus de typo ejus ait; *Quia patres noſtri eſcam ſpiritalem manducaverunt, & potum ſpiritalem biberunt.* Corpus enim Dei corpus eſt ſpiritale, corpus Chriſti corpus eſt divini ſpiritus; quia ſpiritus eſt Chriſtus, ut legimus: C
[Thren. 4] *Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus.* Et in Petri
[1. Pet. 2.] epiſtola habemus: *Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Deni-
[Pſal. 103.] que cor noſtrum eſca iſta confirmat, & potus iſte lætificat cor hominis, ut propheta memoravit.

[Lib. 3. de Virg.] 8. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus*; ne facile aperiat os ſuum, nec vulgari reſignet alloquio; neque enim de ipſis divinis decet, niſi verbo Dei interpellata reſpondeat. Quid tibi cum cete-
[1. Cor. 14.] ris? Soli Chriſto loquere, ſoli fabulare Chriſto. Si enim ut mulieres taceant in Eccleſia ſcriptum eſt: quanto magis non decet patere virginis januam, non decet vel ſuæ patere fores? Cito inſidiator pudoris obrepit, cito verbum D excipit, quod revocare deſideres. Si Evæ clauſa fuiſſet janua, nec Adam deceptus fuiſſet, nec reſpondiſſet interrogata ſerpenti. Introivit mors per feneſtram, hoc eſt, per Evæ oſtium. Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi falſum loquaris, ſi turpiter, ſi procaciter, poſtremò ſi ubi non oportet, loquaris. Clauſæ ſint igitur labiorum tuorum fores, & obſeratum maneat vocis veſtibulum, tunc fortaſſe reſerandum, cùm audieris Dei vocem, cùm audieris Dei verbum. Tunc tibi myrrha ſudabit, tunc tibi baptiſmatis ad ſpiritalis gratia; ut ab elementis mundi commoriare cum Chriſto, & cum Chriſto reſurgas. *Quid ad-*
[Coloſſ. 2.] *huc*, inquit, *velut viventes, de hoc mundo decernitis? Ne* E *tetigeritis, ne adtaminaveritis, ne guſtaveritis, quæ ſunt ad corruptionem ipſo uſu.*

[Lib. 5 de ſacram. c 3.] 9. *Deſcendat frater meus in hortum ſuum, ut comedat fructum pomiferarum ſuarum.* Quæ ſunt iſtæ pomiferæ? Lignum aridum factus es in Adam, ſed nunc per gratiam Chriſti pomifera arbor pullulaſti. Libenter accepit Dominus Jeſus, & dignatione cæleſti reſpondit Eccleſiæ ſuæ: *Deſcendi*, inquit, *in hortum meum, vindemiavi myrrham cum unguentis meis, manducavi panem meum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo.*

10. Edite, inquit, fratres mei, & inebriamini: *Vindemiavi myrrham cum unguentis meis.* Quæ eſt iſta vindemia? F
[Pſalm. 79.] Cognoſcite vineam, & agnoſcetis vindemiam. *Vineam*, inquit, *ex Ægypto tranſtuliſti*, hoc eſt, populum Dei. Vos eſtis vinea, vos eſtis vindemia: quaſi vinea plantati, quaſi vindemia fructum dediſtis. *Vindemiavi myrrham cum unguentis meis*, hoc eſt, in odorem quem accepiſtis.

11. Manducavi panem meum cum melle meo. Vides quod in hoc pane nulla ſit amaritudo, ſed omnis ſuavitas ſit. *Bibi vinum meum cum lacte meo*, vides hujuſmodi eſſe lætitiam, quæ nullius peccati ſordibus polluatur? Quotieſcumque enim bibis, remiſſionem accipis pecca-
[Ephef. 5.] torum, & inebriaris ſpiritu. Unde & apoſtolus ait: *Nolite inebriari vino... ſed implemini Spiritu ſancto.* Vino enim qui inebriatur, vacillat & titubat: ſpiritu qui inebriatur, radicatus in Chriſto eſt; & ideo præclara ebrietas, quæ ſobrietatem mentis operatur.

A 12. *Edite*, inquit, *amici mei, & bibite, & inebriamini.* [Pſalm. 128. Serm 8. verſ. 2.] Bona ebrietas quæ ad meliora atque jucunda facit quemdam mentis exceſſum, ut immemor ſollicitudinum animus noſter, vino jucunditatis hilaretur. Bona menſa ſpiritalis ebrietas; denique *poculum inebrians quam præclarum?* Et [Pſalm. 22.] alibi habes: *Rivos ejus inebria, multiplica generationes* [Pſalm. 64.] *ejus*: eo quod ebrietas terræ cùm infuſa fuerit imbre cæleſti, ſuſcitare ſemina, fructus multiplicare conſuevit. Itaque ubi Verbum quod ſicut pluvia deſcendit de cælo, venas terræ noſtræ, id eſt, animæ ac mentis inebriavit prædicatione divina, excitantur virtutum ſtudia diverſarum, fructuſque fidei, & caſtæ devotionis adoleſcit, mentoque
B ei dicitur: *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam.* Suſceptione [Pſalm. 64.] etenim corporis viſitavit, ut ſanaret infirmos: inebriavit gratia ſpiritali, ut anxios jucunditate mulceret.

13. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Eſt ſanctorum [℣. 2.] ſomnus etiam operantis, ſecundùm quod ſcriptum eſt: [Lib 3. epiſt. 21. ad Ambroſium.] *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Et ſecundùm quod Jacob ſanctus divina dormiens videbat myſteria, quæ vigilans non viderat; de cælo ad terras aetem prævium ſanctis, reſpicientem Dominum, & pollicentem terræ ejus poſſeſſionem. Itaque brevi ſomno dormiens, impetravit quod magno labore poſtea adquiſivit, hereditas enim ejus eſt ſomnus ſanctorum, feriatus ab omnibus corporis vo-
C luptatibus, ab omni animi perturbatione, tranquillitatem menti invehens, placiditatem animæ; ut tamquam ſoluta nexu corporis ſe ablevet, & Chriſto adhæreat. Hic eſt ſomnus vitæ ſanctorum.

14. *Vox dilecti mei pulſantis, aperi mihi ſoror mea.* Et ſi [℣. 2. L. de Iſaac, cap. 4.] dormias, et ſi modo devotionem animæ tuæ noverit Chriſtus, venit, & pulſat ejus januam, & dicit: *Aperi mihi ſoror mea.* Bene ſoror, quia nuptiæ ſpiritales ſunt Verbi atque animæ; neque enim animæ norunt conjugiorum fœdera, & uſus copulæ corporalis, ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælo. *Aperi*, inquit, *mihi*, ſed extraneis claude. Claude ſæculo, claude mundo. Neque ipſa foras ad illa
D materialia prodeas, neque tuum relinquens lumen, alienum requiras; quia materiale lumen tenebroſam infundit caliginem, ut non videatur lumen veræ gloriæ. *Aperi ergo mihi*, noli coarctari, ſed dilata te, & adimplebo te. Et quia decurſo orbe terrarum, plus moleſtiarum & offenſionis reperi, nec facile habui ubi requieſcerem; ideo tu aperi, ut in te filius hominis reclinet caput, cui non eſt requies niſi ſuper humilem & manſuetum.

15. *Aperi mihi ſoror mea, ſurge proxima mea, columba* [℣. 2. Lib. 3. de Virg.] *mea, perfecta mea.* Caritate proxima, columba ſimplicitate, virtute perfecta. *Quia caput meum plenum eſt rore*; ſicut enim ros cæli nocturnas ausuvet ſiccitates, ita ros Domini
E noſtri Jeſu Chriſti nocturnis & ſæcularibus tenebris æternæ vitæ ſtillavit humorem. Hoc eſt caput quod æſtu mundi neſcivit areſcere, unde ait: *Quia ſi in humido hæc faciunt,* [Luc. 23.] *in arido quid fient?* Hoc igitur caput rorat aliis, ſibi abundat. Et bene abundat caput Chriſti; quia caput tuum Chriſtus eſt, qui plenus eſt ſemper, nec liberalitatibus hauritur ſuis, aut diutina deficit largitate. In hoc caput ferrum non adſcendit, quod eſt inſtrumentum belli, inſigne diſcordiæ. Nunc ſpecta, & vide ros ille qualis ſit, ſcilicet non vulgaris humoris.

16. *Cincinni autem mei guttarum noctis.* Noli, proxima [℣ 2.] mea, accipere cincinnos corporalium capillorum: non
F illa ornamenta, ſed crimina ſunt: lenocinia formæ, non præcepta virtutis. Alios cincinnos Nazaræus habet, in quibus ferrum non adſcendit, quos nemo præcidit: qui non calamiſtris compoſiti aut arte digeſti, ſed multiplici criſpantes virtutum nitentium gratia refulſerunt. Diſce in hiſtoria quales Nazaræus cincinnos habeat, quos quamdiu Samſon habuit intactos, numquam vinci potuit. Cin- [Iud. 16.] cinnos perdidit, & meritum virtutis amiſit.

17. Audita igitur voce Verbi, quam exueras tunicam [℣ 3.] nocte, ne quæſieris quemadmodum induas eam; oſtenditur enim, & frequenter offertur per nequitiam ſpiritalem quemadmodum, inquam, induas eam, obliviſcaris & neſcias; quaſi jam Dominus adſiſtat, exſors corporalium vinculorum turbata conſurgas, internam orationibus præpares mentem, dum ſurgis; ut ex humilibus ad ſuperna contendas, & ſtudeas fores tui cordis aperire. Dum

manus tuas tendis ad Chriſtum, ſi ſidem tua geſta ſpirabunt odorem.

Pſalm. 118. Serm. 12. verſ. 2. 18. *Aperi mihi ſoror mea.* Nonne cùm aliquem de primariis viris deſideras convenire, primò ad ejus domum appropinquas: poſtea quæris informari atque inſtrui, ut cognoſcas mentem patrisfamilias: deinde ut ejus domum ingrediaris, imploras, ne quis te abjiciat & excludat. Pulſa ergo & tu regiam illam cæleſtem, pulſa non manu corporis, ſed quadam orationis tuæ dextera. Non ſola manus corporis pulſat, pulſat & vox; ſcriptum eſt enim:
℣. 2. *Vox fratris mei pulſat ad januam.* Pulſamus & digito. Denique & Thomas digito meruit januam reſurrectionis
Johan. 20. aperire: & tibi dicit Jeſus: *Infer digitum tuum huc, & mitte in manus meas & latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Pulſa ergo digito, ſi non potes tota manu,
Ibidem. 10. pulſa januam. Chriſtus eſt janua qui ait: *Per me ſi quis introierit, ſalvabitur.*

19. Cùm hanc igitur januam pulſaveris, vide quomodo ingrediaris; ne forte etiam ingreſſus extra conſpectum regis ſis. Multi ingrediuntur palatia, & non ſtatim regem iſtum terræ vident, ſed frequenter obſervant, ut aliquando videre mereantur. Nec præſumunt videndi copiam, ſed juſſu repræſentantur, & precem fundunt; ut cum benevolentia ſuſcipiantur, caventes primos ſui ſermonis ingreſſus; ne quid titubet, ne quid offendat: quanto magis rogandus eſt Deus, ut oſtium miſericordiæ ſuæ noſtra ingrediatur oratio.

Lib. 3. de Virgin. 20. *Vox fratris mei pulſat ad januam.* Januam quoque tuam diſce, ô ſponſa Chriſti, temporibus obſerare nocturnis; ne facile quiſquam patentem reperiat. Sponſus ipſe vult clauſam eſſe, cùm pulſat. Janua noſtra os noſtrum eſt, Chriſto propemodum ſoli debet aperiri, nec aperiatur niſi ante pulſaverit Dei Verbum. *Vox fratris mei pulſat ad januam.* Audi pulſantem, audi introire cupientem.

℣. 2. In Pſ. 118. Serm. 12. verſ. 1. 21. *Aperi mihi ſoror mea, ſponſa, columba mea, perfecta mea; quia caput meum plenum eſt rore, & crines mei guttis noctis.* Conſidera quando maxime pulſat januam tuam Deus Verbum, cùm repletum eſt caput ejus rore nocturno. In tribulatione enim & tentationibus poſitos viſitare dignatur; ne quis forte ſuccumbat victus ærumnis. Repletur ergo caput ejus rore vel guttis, quando corpus ejus laborat. Tunc ergo vigilandum, ne cùm venerit Sponſus, recedat excluſus. Si enim dormias, & cor tuum non vigilet, diſcedit antequam pulſet: ſi cor tuum vigilet, pulſat, & aperiri ſibi januam poſcit.

22. Habemus ergo animæ noſtræ januam, habemus
Pſal. 23. & portas de quibus dictum eſt: *Tollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Eſt ergo & cælum in his in quibus ſunt portæ æternales. Si has fideles tuæ portas velis attollere, intrabit ad te Rex gloriæ, triumphum portans propriæ paſſionis. Habet enim juſtitia portas, nam etiam de his legimus ſcrip-
Pſal. 117. tum, dicente domino Jeſu per prophetam ſuum: *Aperite*
Pſal. 147. *mihi portas juſtitiæ.* Et infra ait propheta David: *Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion; quoniam confortavit ſeras portarum tuarum.*

23. Eſt ergo anima quæ habet januam, eſt quæ habet portas. Ad hanc januam venit Chriſtus, & pulſat: pulſat & portas. Aperi ergo illi, vult introire, vult Sponſam invenire vigilantem. Noli ergo bono amatori facere moras, citò recedit: & tu ſomno corporis tui videris excluſiſſe pulſantem. Excludis enim, cùm deſidioſus es, cùm piger, cùm ſomnolentus. His repagulis Chriſtus excluditur: ſi caſtus et ſi ſobrius ſis, cave ne negligens ſis. Majorem Chriſto facit injuriam, qui advenientem repellit.

In Pſ. 118. Serm. 1. verſ. 2. 24. *Aperi mihi ſoror mea, proxima mea:* pulſat ad januam etiam quando tu dormis: ſi tamen vel excitatus evigiles, vel vocatus januam tui pectoris aperias, introibit. Quod ſi fugias lectionem propheticam, ſi domi non legas, in Eccleſia audire nolis, nonne ſicut ille qui averſo contuitu obtutu, ne videat quod poſſit videre, claudit oculos ne adſpiciat, cui poteſtas videndi eſt: aut ſicut in furore pleríque injecere manus oculis ſuis; ita & tu primò averteris connivendi magis diſſimulatione, quam effragatione prærupta. Nam cùm ad Eccleſiam venis & te Chriſtianum eſſe adſeris, ſanus videris, aperis oculos quibus poſſis videre: ſed dum audire diſſimulas quæ leguntur, claudis ne videas tibi, et ſi aliis videre videaris. Injicis etiam quaſdam perfidiæ & intemperantiæ manus oculis animæ tuæ, & cæcitatem infers cordi tuo (quod eſt gravius) voluntariam; ut videns non videas, audiens non audias.

25. Putas te ſolum eſſe cùm fornicaris, & non recordaris, quia oculi Domini vident orbem terrarum? Non audis dicentem: *Ecce venit hora ut diſpergamini unuſquiſque* *Johan. 16.*
in ſua, & me ſolum relinquatis: ſed non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt. Adeſt ergo Pater, adeſt & Filius Dei, adſunt miniſtri, adſunt Cherubim & Seraphim, qui dicunt: *Sanctus, ſanctus, ſanctus, plena eſt terra majeſtatis tuæ.* *Eſaia 6.*
Plenus eſt enim mundus virtutum, quia plenus eſt nequitiarum: plenus eſt orbis terrarum remediis, quia plenus eſt laqueis.

26. *Exui tunicam meam, quomodo induam illam?* Etenim *℣. 3. Lib. 3. de Virg.*
in hac ſæculi nocte prius tibi corporalis vitæ amictus eſt exuendus; exuit enim ſe carnem Dominus, ut pro te de dominationibus & poteſtatibus mundi hujus triumpharet. *Quomodo induam illam?* Vide anima Deo devota, quid dicat? Sic ſe actus corporis, & terrenos exuit mores, ut neſciat quomodo etiamſi velit, rurſus induere poſſit. *Quomodo induam illam?* Hoc eſt qua verecundia, quo pudore, qua poſtremò memoria? Conſuetudo enim boni, uſum veteris pravitatis amiſit.

27. Audiens anima, *Aperi mihi*, caput roris plenum *L. de Iſaac. cap. 6.*
habens, hoc eſt, tentationibus ſæcularibus, ſubito turbata, & quaſi ſurrectura quæ ſurgere jubebatur, ait cùm aloen redoleret & myrrham inſigne ſepulturæ: *Exui tunicam meam, quomodo induam illam: lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Veretur enim ne iterum in tentationes reſurgat, ne iterum in culpam recidat atque peccatum, & egreſſus ſuos virtutumque profectus terrenis incipiat veſtigiis inquinare.

28. Certe hoc modo etiam perfectionem virtutis ſuæ indicat, quæ tantam Chriſti meruerit caritatem; ut ad eam veniat, & pulſet januam ejus, & veniat cum Patre, & cœnet cum eadem anima, & ipſa cum eo, ſicut in Apo- *Apoc. 3.*
calypſi dixit Johannes apoſtolus. Etenim cùm in ſuperioribus audiſſet: *Ades huc à Libano;* & cùm adverteret in carne ſe Chriſto adeſſe non poſſe, ſed tunc adeſſe ſi adeſſet in ſpiritu, conformans ſe ad ejus voluntatem, ut eſſet & ipſa conformis imagini Chriſti; jam non ſentit carnis exuvias, jam quaſi ſpiritus exiens ſe corporis conjunctione, jam quaſi oblita, & quæ ſi velit, copulæ illius meminiſſe non poſſit, ait: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam?* Exui enim tunicam illam pelliceam, quam acceperunt Adam & Eva poſt culpam, tunicam corruptelæ, tunicam paſſionum: *Quomodo induam illam?* Non requirit ut induat: ſed ita ſignificat abjectam, ut jam indumento ſibi eſſe non poſſet.

29. *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Hoc eſt, *℣. 3.*
veſtigia mea lavi, dum egrederer, ac me elevarem de corporis contubernio, de illa connexione & familiaritate carnalis amplexus: quomodo inquinabo ea, ut in corporis clauſtrum, & illum tenebroſum paſſionum ejus carcerem revertar? Sic paſſiones ſepelimus, ſi crucem hujus corporis non reſolvamus; ſi chirographum peccati quod deletum eſt, in cruce Chriſti non reſcribamus, ſi veteris hominis amictum quem exuimus, non induamus. Scriptum eſt enim in Canticis: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam: lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Mortificata igitur ſunt corporis membra, cur ejus pullulant vitia? Ideo non prævaluit Lex, quia carnem non mortificavit: ideo quaſi umbra præterit, quia non decoloravit: ideoque obumbravit nos à ſole juſtitiæ, quia coacervavit crimina.

30. Aliquando nudam eſſe, virtutis indicium eſt, quia *Apol. 2. David cap. 9.*
ſcriptum eſt: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam: lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Quam igitur tunicam exuerit, & non invenerit quemadmodum induat eam, de Scripturis ſi poſſumus, revelemus. Eſt enim quædam tunica corporalis, ſunt cupiditatum quæ ſunt intexta velamina; & ideo interdum melius eſt nudum eſſe corpore, quam corde velatum. Unde etiam Paulus nos admo-

[illegible] expoliari multo melius eſſe quam ſuperveſtiri, dicens: *Exſpoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, induite novum qui renovatur in agnitionem, ſecundum imaginem ejus qui creavit eum.* Ergo quæ exſpoliata eſt, & [illegible] habet, neſcit quemadmodum inquinari non poſſit; obliviſcitur enim per gratiam, quod hauſerat per naturam.

[illegible] 1. de [illegible]

31. *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Didiciſti in Evangelio, quod pedes lavare fidei myſterium, humilitatis inſigne ſit, juxta quod ſcriptum eſt: *Si ego lavi pedes veſtros Dominus & magiſter, quanto magis vos debetis alter alterius pedes lavare?* Sed hoc ad humilitatem pertinet. Quantum vero ad myſterium pedes debet lavare ſuos, qui vult partem habere cum Chriſto: *Si enim non lavero, inquit, tibi pedes, non habebis partem mecum.* Cùm hoc Petro dicitur, quid de nobis cenſetur? Qui lavit igitur pedes, non neceſſe habet iterum lavare; & ideo caveat ne inquinet eos.

Joan. 13

Ibidem

32. Et bene ſancta Eccleſia dicit: *Lavi pedes meos;* non dicit, quomodo iterum lavabo eos, ſed *quomodo iterum inquinabo eos?* Quaſi oblita maculæ veteris, oblita contagii, admonet quomodo in miniſterio corporali ſpirituale debeamus actuum noſtrorum [illegible] veſtigium. Itaque pedes cùm ſemel laveris æterni fontis irriguo, & myſterii nun laveris ſacramento, cave iterum corporeæ cupiditatis illuvieni, ne lutulenti actus terrenis ſordibus inquinentur. Iſti ſunt pedes quos David lavit in ſpiritu, qui te docet quemadmodum eos inquinare non poſſis, dicens: *Stantes erant pedes noſtri, in atriis tuis Hieruſalem.* Utique hic non corporis, ſed animi intellige pedes; quomodo enim terrenus homo in cælo haberet corporis pedes? Hieruſalem ſicut Paulus te docuit in cælo eſt: & idem te docuit quemadmodum in cælo ſtare poſſis, cùm dicit: *Noſtra autem converſatio in cælis eſt.* Converſatio morum, [illegible], converſatio fidei.

Pſal. 121

Philip. 3.

33. *Feci judicium & juſtitiam, non tradas me calumniantibus me.* Ubi juſtitia, ibi miſericordia. Miſericordia à peccato liberat. Quomodo ergo peccatoribus tradar? Simile eſt illud in Canticis: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Exui tunicam peccatoris, velamenque terreni, cur quaſi peccator atque terrenus adjudicer? Lavi pedes meos, ne qua peccati ſors poſſet adhærere veſtigio? Cur das in me [illegible] potestatem?

Pſal. 118. Serm. 16. verſu 1.

34. Hieremias in ſuis Threnis ait: *Defecit iniquitas tua, filia Sion, non adjiciet te expellere adhuc: viſitavit iniquitates tuas, filia Edom, revelavit ſuper peccata tua.* Adverte quoniam iniquitas non potuit ſine Dei viſitatione deficere, nec plena eſſe correctio, niſi per gratiam Domini Salvatoris? Quomodo autem deficiat iniquitas, audi dicentem Eccleſiam: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Veteris igitur hominis veſtimentum vitiis erroris intextum, in lavacri regeneratione depoſitum, neſcit quomodo poſſit induere, ſtudio enim correctionis inoleverat oblivio peccatorum. Tanta vis conſummatæ emendationis eſt, ut in quamdam pueritiæ redeat ſpiritalis ætatem, quæ vias erroris ignoret: crimen etiamſi velit, non poſſit admittere; quia deſueverit uſus noſce peccandi.

Ibid Serm. 21. ante 1 verſum

Thren. 4.

Cant. 5.

35. *Frater meus miſit manum ſuam de proſpectu, & venter meus conturbatus eſt ſuper eum. Exſurrexi ego aperire fratri meo. Manus meæ diſtillaverunt myrrham, digiti mei myrrha pleni.* Primùm ergo tamquam à proſpectu mittit manum ſuam, quando Deus ex operibus æſtimatur, unde ait: *Si mihi non creditis, operibus credite.* Deinde augetur amor, & intimis viſceribus conceptus inoleſcit. Inde intelligibili utero, in quo eſt receptaculum Verbi, ſeminibus ejus infuſis, plenitudinem ejus corporaliter inhabitantem haurire anima noſtra deſiderat, non enim turbatur uterus feminarum, niſi quæ fuerint alvo graves. Surgit igitur anima ut aperiat Dei Verbo, ſed dum ſe expandit atque aperit, ut opera munda iſtius Verbi receptione mortificet; ſicut ille qui ait: *Mortificationem domini Jeſu in corpore noſtro circumferimus.* Ergo dum aperit, tranſit Sponſus; vult enim ſemper quæri, frequentius inveniri. Et ſi clauſam invenerit januam, pulſat; & ſi per moram fuerit excluſus, recedit: ſed cito redit, & iterum pulſat, ut vel poſtea Sponſam ſuam inveniat præparatam.

℣. 4. Pſalm 118. Serm. 12. verſ. 1

Johan. 10.

Coloſſ. 1.

36. Poteſt quidem & ſic accipi, *Frater meus tranſivit:* ſicut legimus quod penetravit dilectæ intima medullarum, quemadmodum ad Mariam dictum eſt: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur multorum cordium cogitationes.* Denique audiit Sponſa, animam ſuam exiſſe in verbo ejus, quod fit quando anima peregrinatur à corpore, & Deo præſens eſt. Audiens hæc Sponſus miſit operationem ſuam Verbum, tamquam per cavernam, non adhuc facie ad faciem: miſit tamquam manum, *Et venter, inquit, meus conturbatus eſt ſuper eum.* Quiſquis ſic vivit, poteſt dicere:

Luc. 2.

37. *Frater meus miſit manum ſuam per proſpectum, & venter meus conturbatus eſt ad illum: ſurrexi aperire fratri meo.* Bonum eſt ut ad adventum Domini interiora turbentur. Si ad Angeli adventum Maria turbata eſt, quanto magis ad Chriſti nos turbamur adventum? Influentibus quippe divinis, corporeus peregrinatur affectus, & uſus ille exterioris hominis exoleſcit. Et tu turbare, tu feſtina. Feſtinantes illi agnum manducare præcipiuntur. Surge, aperi, ad januam Chriſtus eſt, veſtibula domus tuæ pulſat: ſi aperueris, introibit, & introibit cum Patre. Nec ſolùm cùm ingreſſus fuerit, mercedem relinquit: ſed etiam priuſquam ingrediatur, mercedem præmittit. Adhuc anima turbatur, adhuc parietes domus ſuæ palpat, adhuc oſtium quærit ubi Chriſtus eſt, adhuc ſolvit vinculum carnis & corporis clauſtrum, adhuc Chriſtus foris pulſat.

Lib. 3. de Virg.

38. Quæ eſt feneſtra noſtra, niſi per quam opera Chriſti videmus, oculus ſcilicet animi & mentis obtutus? Et idem, virgo, per feneſtram tuam Chriſtus introeat, Chriſtus manum ſuam mittat: per feneſtram tibi Verbi veniat, non corporis amor. Si igitur per feneſtram tuam manum mittit Dei Verbum, vide quemadmodum feneſtras tuas præpares, vide quemadmodum ab omni pulvere delictorum detergere debeas. Nihil terrum habeant, nihil adulterinum feneſtræ virginis. Procul ſtibium & ceteras affectati nugas decoris, procul adulterini amoris illecebras. Similis aurium clauſura eſt, quibus non ſuſpendenda onera, non figenda vulnera, ſed unus ornatus eſt, audire quod proſit.

Ibidem inferius.

39. *Aperui, inquit, fratri meo, frater meus tranſivit.* Quomodo tranſivit, id eſt, mentis interna penetravit, ſicut dictum eſt Mariæ: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Vivum enim Dei verbum, ſicut gladius acutus, penetrans corporalium repagula cogitationum, cordis interna rimatur. In cubili ergo tuo & nocturno in tempore conſtituta, ſemper meditare Chriſtum, & ejus adventum omnibus ſperato momentis. Si tardare tibi videtur, exſurge. Tardare videtur, cùm diu dormis: tardare videtur, cùm ab oratione vacas: tardare videtur, cùm vocem non excitas pſalmis. Primitias vigiliarum tuarum Chriſto dicato, primitias actuum tuorum Chriſto immola.

℣. 6. Ibidem ſuperius. Luc 2.

Paulo poſt inferius.

40. *Surrexi ego aperire fratri meo, manus meæ diſtillaverunt myrrham, digiti mei myrrha pleni ſunt ſuper manus clauſuræ.* Quid hoc ſignificet, conſideremus. Primum operibus ſuis videtur, ut dixi, Deus Verbum tamquam per cavernam, non plene atque perfecte: deinde augetur amor & conceptus adoleſcit, atque ex ſeminibus ejus quæ quodam utero intelligibili ſuſceperit anima, totam plenitudinem divinitatis ejus habitantem in eo corporaliter, ut legimus, videre deſiderat. Surrexit ut propius illud Dei Verbum videret, & in hoc ipſo proceſſus ejus ſignificatur, quod ſurrexit per vigorem atque virtutem; præſentia enim Verbi hauſit animæ virtutem, ſicut præſentia Mariæ cùm utero gravis eſſet, excitavit Johannem in utero conſtitutum: adeo ut exſiliret ex utero & exſultaret, Domini præſentiam recognoſcens.

℣. 5. Lib. de Iſaac cap. 6.

41. Surrexit aperire, & opera ejus & facta mortificata ſunt mundo. Talis enim debet eſſe anima, quæ Verbum eſt receptura, ut moriatur mundo, & conſepeliatur in Chriſto; ſic enim Chriſtus invenitur, & tale ſibi quærit hoſpitium. Deinde ipſa miniſteria operationum, id eſt, manus & digiti, quibus comprehenditur Chriſtus, mortificantur: quos digitos velut eminentia factorum noſtrorum opera

poſſumus æſtimare. Itaque velut e complexu ſuo, cùm jam extenderet intelligibiles manus ſuas & digitos, ut comprehenderet Verbum, tranſiiſſe ſibi illud, non tamen adhuc pertranſiiſſe anima pia dicit. Et hunc proceſſum habet, quando tranſit & pertranſit animam Verbum Dei, quia ſcriptum eſt: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur multorum cordium cogitationes.* Hinc adhuc tranſitur, non pertranſitur; ut in Maria in poſterioribus forte pertranſitur, ubi tamquam ſignaculum ponitur in medio ejus Dominus Jeſus.

Luc. 2.

42. Denique ſtatim alius profectus Verbi pertranſeuntis, quia exivit anima in Verbo ejus, hoc eſt, Verbum ejus ſecuta exivit de corpore, elevans ſe de ejus habitaculo, & peregrinam ſe faciens ei, ut adeſſet Deo, & eſſet civis ſanctorum. Simul enim & carnis domeſtici & Dei eſſe non poſſumus. Ergo in hoc loco exire ſignificatur, ut dixi, anima, quando abducit ſe à corporis voluptatibus. Denique ſcriptum eſt: *Exi de Babylone, fugiens a Chaldæis.* Non utique ut regiones Babylonis Hebræus fugiat, ſed mores, ut prophetico admonetur alloquio: ſiquidem ſunt qui in Babylone ſunt Hebræi, & de Babylone exiiſſe moribus doceant. Nam & illi de quibus dicit Propheta, quod *ſedebant ſuper flumina Babylonis.* ſedebant quidem in regione Babylonis, ſed in ejus non erant vitiis & confuſione. Nam quomodo erant in illa confuſione vitiorum, qui [illegible] gerentes pœnitentiam, quod de arca devotionis [illegible], & virtutis paternæ meritis exciderant? Quæ [illegible] verbo exit anima, Verbum requirit; unde & [illegible] quæreret, incidit in cuſtodes qui circumeunt civitatem.

Eſai 48.

Pſalm 136.

ỹ. 7. Vulg. [illegible]

43. *[illegible] me cuſtodes qui circumeunt civitatem. percuſſerunt me & vulneraverunt me. & tulerunt pallium meum à me cuſtodes murorum.* Bene quidem quaſi ſponſa veniebat cum palio, quo obnuberet caput ſuum, cùm ſponſo occurreret; ſicut Rebecca quæ cognito quod Iſaac ſibi veniret obvius, deſcendit de camelo, & pallio ſe operuit: ita & hæc anima, nuptialis veſtis præmittebat inſignia, ne forte rejiceretur quaſi veſtem non habens nuptialem: vel ut caput velaret propter Angelos. Sed illi percuſſerunt eam, ut amplius probaretur; exercentur enim animæ tentationibus. Tulerunt ei pallium, quærentes ſi [illegible] decorem nudæ virtutis afferret, vel quia ſine integumento quis [illegible] ad cæleſtem civitatem debeat introire, nulla defenſionis [illegible] operimenta fucorum. Sunt etiam qui requirant, ne qua anima exuvias ſecum vehat carnalis illecebræ, & concupiſcentiam corporalem. Nudatur [illegible], cùm ejus conſcientia manifeſtatur. Sed eſt quæ [illegible] dicentem: *Venit enim princeps hujus mundi. & in me invenit nihil*, quia certe in illo [illegible] nihil invenit, qui peccatum non fecit.

Ioan. 14.

44. Beata & illa eſt in qua non gravia aut multa invenit, ſed invenit in ea amictum fidei & ſapientiæ diſciplinam. Itaque ſine diſpendio ſui (quia et ſi volet quis, non poteſt auferre veram ſapientiam) etſi adverſarius obſtrepat: ubi tamen vera innoxiæ converſationis elucet integritas, tranſivit cuſtodes, & filiabus illius cæleſtis civitatis admixta Verbum requirit: & quærendo ejus in ſe excitat caritatem, & ubi Verbum quærat, agnoſcit. Non injuria tantummodo eſt non inveniſſe quem quæras, ſed etiam plerumque ubi non oportet, quæſiſſe vulnus eſt: quæſiſſe in domibus virorum qui ſibi falſo nomen doctorum aſſumunt, quæſiſſe procacius quam verecundius. Ergo caveamus exemplo illius, ne nos cuſtodes inveniant qui circumeunt civitatem.

Lib. 3. de Virg.

45. *Invenerunt*, inquit, *me cuſtodes qui circumeunt civitatem. percuſſerunt & vulneraverunt me. & tulerunt pallium meum à me cuſtodes murorum.* Non in ſe [illegible] filiæ, ſed in nobis vulneratur Eccleſia. Caveamus igitur ne lapſus noſter vulnus Eccleſiæ fiat, ne quis à nobis pallium auferat [illegible] eſt, amictum prudentiæ, inſigne patientiæ, qui [illegible] veſtis exuit. *Qui enim mollioribus veſtiuntur, in domibus regum ſunt.* Nobis autem [illegible] dedit Chriſtus, quo [illegible] ſuos & corpus [illegible] ipſe veſtivit, quod [illegible] te dare, ſi quis à te tunicam petit, ut dimittas ei & pallium; id eſt, inſigne philoſophiæ tuæ tradas, & quaſi amictu pruden-

Matth. 11.

Matth. 5.

tix tuæ eum qui ante nudus fuerat, circumveſtias.

46. Ibi igitur, filiæ, Chriſtum quæramus, ubi quærit Eccleſia, in montibus bonis odoris, qui excelſiorum ſublimitate factorum, ſuavem vitæ odorem pro meritorum verticibus exhalant. Ea quæ Chriſtum requirit, non debet eſſe vulgaris, non debet eſſe in foro, non in plateis, voce querula, greſſu lubrica, facilis aditu, vilis aſpectu. Terrenum tibi Apoſtolus conſortium negat, & ultra naturæ propemodum terminos, alis ad cælum docet ſpiritalibus evolandum. *Quæ ſurſum ſunt*, inquit, *ſapite. non quæ ſuper terram.* Sed quia hoc impoſſibile erat in hoc corporis velut clauſtro recluſis, & quia defunctis corporibus, anima fertur ad ſuperiora revolare, alligata dum vivimus, quadam noſtræ lege naturæ, ideo addidit: *Mortui enim eſtis. & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Si abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, non appareat mundo, Chriſtus enim mortuus eſt mundo, vivit Deo. Vide nunc quemadmodum deſiderata amet Chriſtus, confabulationes non amet. Aperuit virgo illa ſuas fores Dei Verbo: ſed *tranſivit*, inquit, *& exivit anima mea in verbo ejus.* Exivit à mundo, exivit à ſæculo, remanſit in Chriſto. *Quæſivi*, inquit, *eum, & non inveni eum.* Amat enim Chriſtus ſic requiri.

Ibidem in ſequentibus.

Coloſ. 3.

Rom. 6.

ỹ. 6.

47. Invenerunt illam cuſtodes murorum. Fortaſſe ſunt & alii cuſtodes, quos magis intelligere debeamus. Eſt enim civitas quæ portas murorum clauſas non habet, de qua dictum eſt: *Et portæ ejus non claudentur per diem.* nox enim non erit amplius in ea, adferent gloriam & honorem gentes in illam. Illa eſt ergo civitas Hieruſalem quæ in cælo eſt, intra quam jam quaſi perfecta & immaculata ſerveris; non enim intrat in eam omne commune. Communis caſtitas non eſt, communis pudicitia non eſt, quæ in libro vitæ ſcribitur.

Apoc. 21.

48. Si igitur invenimus civitatem, ingrediamur in eam, videamus lumen ejus, videamus muros, videamus fundamenta muralia, videamus etiam cuſtodes murorum. Sed quomodo ingrediamur in eam? In hac civitate via eſt, & una eſt via quæ ducit ad vitam. Via ergo Chriſtus eſt, ergo Chriſtum ſequamur. Sed ipſa in cælo eſt civitas: quomodo igitur adſcendamus ad cælum? Docet Evangeliſta, qui dicit: *Et eduxit me in ſpiritu in montem magnum & altum, & oſtendit mihi civitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cælo.* Adſcendamus ergo ſpiritu, quia caro adſcendere ad eam non poteſt. Adſcendamus nos interim in cælum, ut ad nos poſtea de cælo illa deſcendat, in qua lumen eſt ſimile lapidis pretioſiſſimi, ut lapidis jaſpidis & cryſtalli habet murum magnum & altum.

Apoc. 21.

49. Didiciſti lumen, didiciſti murum: diſce portas, diſce cuſtodes. *Habet*, inquit, *portas duodecim. & in portis Angelos duodecim. in quibus duodecim tribuum filiorum Iſrael ſuperſcripta ſunt nomina.* In portis patriarcharum nomina continentur, in muro apoſtolorum; fundamenta enim civitatis, apoſtoli, & lapis angularis eſt Chriſtus, in quo omnis ſtructura conſurgit. Deus extra, Deus intus, Deus ubique eſt: *Habet enim*, inquit, *civitas majeſtatem Dei.* Ergo & vos ſanctæ virgines, & quicumque juſti eſtis, & immaculatam animæ geritis caſtitatem, cives ſanctorum eſtis & domeſtici Dei. Sed tunc nobilitatem iſtam patriæ poſſidebitis, ſi Chriſtum intra civitatis iſtius ſepta quæratis, ingreſſi per fidem actuſque pretioſos, patriarcharum clarificati lumine, fundati ſuper apoſtolos, verſantes inter Angelos.

Ibidem.

50. Quomodo igitur iſti cuſtodes Angeli ſunt, qui caſtæ animæ pallium tollunt? Aliud pallium virginum eſt, aliud adoleſcentulæ circumforaneæ. Illa quæ in foro Chriſtum requirit, pallium etiam quod habebat, amiſit. Prudentia enim non in foro, non in plateis, ſed in Eccleſiis poſſidetur. Et fortaſſe ut cum ipſis quoque veniam in gratiam, atque omnium miſericordem Deum eſſe doceamus, quia & illi Chriſtum aliquando reperiunt, ſi tamen jugiter quærant, pallium hoc amictus eſt corporis. Ergo qui quæſivit Chriſtum in cubili, ſi tamen ſic quæſivit, ſi ut ille qui dixit: *Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum.* ſi quæſivit in noctibus, juxta quod ſcriptum eſt: *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta:* ſi quæſivit in [illegible] te, in foro & in plateis, in civitate Dei noſtri: in foro fortaſſe,

Pſalm 62.

Pſal. 133.

in quo judex ille divini juris ſedet, in plateis unde collecti ſunt qui ad cœnam Dominicam convenerunt; poteſt cuſtodientibus civitatem Dei Angelis, dum diu quærit, occurrere. Quin etiam ex cæleſti cuſtodum natura, cæleſtem intelligere poſſumus civitatem, cæleſte forum juſtitiæ ſempiternæ, non viles plateas, ſed fortaſſe in quibus ſuperfluere fons ille conſuevit, de quo ſcriptum eſt: *Superfluant tibi aquæ de tuo fonte, & in plateis tuis diffundantur tuæ aquæ.* Qui ſic ergo Chriſtum requirit, ad Angelos pervenit.

Prov. 5.

51. Sed ſi bonis ad Angelos meritis pervenitur: cur qui pervenerit, vulneratur? Eſt & gladius bonus, cujus gladii bonum vulnus. Vulnerat Dei verbum, ſed non ulcerat. Eſt vulnus boni amoris, ſunt vulnera caritatis; ideoque dixit: *Vulnerata caritatis ego ſum.* Quæ perfecta eſt, vulnerata caritate eſt. Bona ſunt igitur Verbi vulnera, bona ſunt amantis vulnera: *Utiliora enim vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici.* Vulneratæ caritatis Rebecca eſt, quæ relictis parentibus, migravit ad ſponſum. Vulneratæ caritatis Rachel, quæ zelavit ſororem, amavit maritum, ſorori enim quod abundaret filiis, ipſa ſterilis adhuc invidebat, quia typum gerebat Eccleſiæ, cui dicitur: *Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis.*

Cant 2. *Prov. 27.* *Eſai 54.*

52. Invenerunt ergo cuſtodes & vulneraverunt eam, & tulerunt ei pallium, hoc eſt, actus corporalis involucrum ſuſtulerunt, ut nulla mentis ſimplicitas quæreret Chriſtum; quia nemo poteſt amictu veſtitus philoſophiæ, in habitu ſcilicet ſapientiæ ſæcularis Chriſtum videre. Et bene tollitur ei amictus philoſophiæ, ne quis eam per philoſophiam deprædetur. Bene tollitur ei pallium, quæ ad Chriſtum propinquat, ut Deum viſura, mundo corde gradiatur: *Beati enim mundo corde, quia ipſi Deum videbunt.* Denique ubi mundavit cor, Verbum reperit, Deum vidit. Quære ergo illum, virgo, immo quæramus omnes; anima enim ſexum non habet. Sed ideo fortaſſe femineum nomen accepit, quod eam violentior æſtus corporis agit: ipſa autem impetum carnis & amoris ſui, molli quadam & blandatione demulcet. Ergo orationibus & obſecrationibus Deum invitare debemus, ut quaſi bonus auſter afflare dignetur, Verbique nobis auram cæleſtis adſpiret: quæ fructiferas arbores non turbare vento gravi, ſed levi ſpiramine flatuque molli conſuevit agitare.

Matth. 5.

℣ 7. *In Pſ. 118. Serm 8. verſ. 5.*

53. *Tulerunt mihi pallium meum.* Bonus amictus æternitas vitæ, hoc pallium Sponſæ voluerunt auferre cuſtodes murorum, quo primus homo fuerat exutus: ſed anima Deo devota quæſitum diu tenendo, & non dimittendo dilectum, pretioſo caritatis divinæ ſe veſtivit involucro. Beati ergo qui tali pallio veſtiuntur, & amictum ejuſmodi legis obſervatione meruerunt; qui non ſunt legis obliti, ſed quæ erant legis operati ſunt.

℣ 8. *Ibid. Serm. 8. verſ. 2.* *Exod. 33.*

54. *Adjuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inveneritis dilectum meum, ut annuntietis ei, quia amore langueo.* Quis eſt autem hic animæ langor? M[illegible]ale hiſtoriæ veteris facit nos meminiſſe debere, quæ eſt de ſancto Moyſe, qui rogavit Deum ut ſe demonſtraret ei, & facie ad faciem eum videret. Noverat utique ſanctus vates Domini, quod inviſibilem Deum facie ad faciem videre non poſſet. Sed devotio ſancta menſuram ſupergreditur, & putavit Deo etiam hoc eſſe poſſibile, ut corporeis oculis faceret [illegible] quod eſt incorporeum comprehen[illegible] Non reprehenſibilis hic error, ſed etiam grat[illegible] cup[illegible]as atque inexplebilis, quod Dominum ſuum velut manu tenere, & obtutu oculorum videre cupiebat. Sciebat enim ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum eſſe hominem, quando enim electus à domino Deo ad p[illegible]pulum liberandum, repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, vidit Angelum in [illegible], & faciem ejus in gloria, denique fulgente ejus lumine paveſactus eſt, & vidit rubum uri & non exuri. Viſu cœpit fulgorem, quem miratus ac[illegible] cupiditate & gratia provocatus, ut dilatatis [illegible] genu[illegible] [illegible]m illum in rubo conſideraret. Itaque ſi tantu[illegible] [illegible]r lorem, tantam ſubiit cupiditatem, cùm Angelum [illegible] in flamma ignis de rubo, ut licet pavore apprehenſus conſiderare non auderet, conſiderare tamen velle [illegible] quanto magis vultum Domini corporaliter videre [illegible]ſiderabat, dicens intra ſe: Vultum illum plenum lucis,

Exod. 3.

plenum gratiæ, plenum virtutis, plenum divinitatis quem eſſe dicam? Non poſſum plus dicere vel ſentire de Deo; cùm enim conſummaverit homo, tunc incipit: & cùm finierit, tunc operabitur, ut ſcriptum eſt, quia *Incomprehenſibilis eſt Dei æterna majeſtas.*

Eccl. 18.

55. Iratus quidem erat poſt illationis effectus, ſed effectus probabilis ſervi; quia ultra naturam ſuam devotione progreſſus de Domini Angelis æſtimabat, quantum de Domini vultu plus deſideraret, quo cupiditatem ſuam geſtiret explere. Noverat in ipſo homine aliam poſt mortem futuram gloriam, aliam claritatem: *Sicut enim ſtella à ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum: quæ & ſi ſeminatur in corruptione, ſurget tamen in incorruptione, ſurget in gloria, ſurget in virtute, ſurget corpus ſpiritale.* Qui ergo hæc ſcire poterat, merito præſumebat ut vultum Domini videre cuperet, cùm eſſet obita corporis morte viſurus. Talem certe etiam formam cœperat, talem Dominus jam probabat, ut non diſtaret ab Angelis cœleſtis miniſter & executor miraculi. Et ideo cùm ſciret, *Quia Angeli puſillorum quotidie vident faciem Patris qui in cælis eſt*, putavit quod jam eam videre poſſet & deberet, tamquam oblitus corporis, & carne depoſita; ſicut ille qui in corpore adhuc poſitus, cùm raperetur in paradiſum, ultra in corpore, ſive extra corpus raptus eſſet ad tertium cælum ſe neſcire dixit. Sancti enim etiam cùm gerunt corpus, non ſunt tamen in carne, ſed in ſpiritu; quoniam qui in cupiditate & converſatione carnali ſunt, Deo placere non poſſunt. Sancti autem converſatione in carne non ſunt, ſed in cælo.

1. Cor. 15. *Matth. 18.* *2. Cor. 12.*

56. Ex his ergo Sponſæ languentis comprehendamus affectum. Videre Dei vultum quaſi innocens, velut quodam vultu conſcientiæ deſiderabat, aperire ei faciem mentis internæ, & cognoſci plenius geſtiebat. Amor impatiens, diu noctuque meretricias fores pulſans, ſi diutius potiendi deſideria differuntur, ipſa deficit exſpectatione, dum ſperat: in quo utique non finis amoris, ſed incrementum eſt. Et quidquid eſt deſiderabile, ſi non contingat deſideranti, deficit in illud, & quaſi ipſam deponit animam qui deſiderat; ſi tamen ſpes propior adſurgat, dat vires ſpes proxima: ſi autem abſentia ſit dilecti, eo ipſo quo abſentem deſiderat, quæ concupivit, animæ ſuæ patitur defectionem. Itaque quanto longius eſt illud quod deſideratur, tanto magis deficit qui deſiderat. Id ergo deficere eſt, in id unumquemque totis ſtudiis migrare, quod diligat: illud cogitat, illi adhæret, illud perſonat, quod receperit diligendum, in id quadam animæ defectione transfunditur. Ut ſi mater filii exſpectet præſentiam, quemadmodum exſpectabat Tobiæ uxor filium peregrinantem; deficiens à deſiderio, & in anguſtiis conſtituta, & tamquam reſoluta videbatur. Quid enim aliud niſi defectum quem diu ejus verba ſignificant? Sed quo magis laſſatur affectus, eo amplius amor creſcit: & quo diutius abeſt qui deſiderat, eo exſpectantis deſideria majore quadam vi amoris igneſcunt. Caro deficit, ſed cupiditas alitur & augetur.

In Pſ. 118. Serm. 11. verſ. 1. *Tob 5.*

57. Itaque ſancta anima neſcit aliud deſiderare quam Sponſum, qui eſt Chriſtus Jeſus: illum concupiſcit, illum deſiderat, in illum totis intendit viribus, illum gremio mentis fovet, illi ſe aperit & effundit, & hoc ſolum veretur, ne illum poſſit amittere. Itaque quanto majore deſiderio excitata fuerit anima, cupiens adhærere Deo ſalutari ſuo, tanto magis deficit. Ergo iſta defectio imminutionem quidem fragilitatis, ſed adſumtionem virtutis operatur. Concupiſcebat, deſiderabat, deficiebat, toto diſſolvebatur affectu, ut totus illius fieret quem deſiderabat, ſicut etiam David ipſe dicit: *Effundo in conſpectu ejus orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuntio, in deficiendo ex me ſpiritum meum.* Defecit enim ejus ſpiritus; immo ab eo defecit ſpiritus, qui ſeipſum negat, ut adhæreat Chriſto. Itaque quaſi amoris impatiens, circumcurſabat, & quærebat ubique Dei Verbum, quia vulnerata, quia nuda: & quærebat adminiculum alicujus, à quo Chriſtus rogaretur ut veniret. Vide æſtuantem, vide deſiderantem: *Adjuro*, inquit, *vos filiæ Hieruſalem, &c:* deinde filiabus cæleſtis illius civitatis admixta, Verbum requirit, & quærendo, & ſpeciem ejus contemplando, ejus in ſe excitat caritatem.

Ibidem aliquando poſt. *Pſalm 142.* *Apol. David poſt 49.*

58. *Frater*,

✝ 10. Lib. 1. de Virg.

58. *Frater*, inquit, *meus candidus & rubens, electus ex millibus.* Decet enim, virgo, ut plene noveris quem diligis, atque omne in eo & ingenitæ divinitatis & adſumtæ myſterium incorporationis agnoſcas. Candidus ergo eſt meritò, quia patris ſplendor: rubeus, quia partus eſt virginis. Color in eo fulget & rutilat utriuſque naturæ. Memento tamen antiquiora in eo divinitatis inſignia, quam corporis ſacramenta; quia non cœpit à Virgine, ſed qui erat venit in Virginem.

In Pſal. 118. Serm. 5. verſ. 1.

59. *Frater meus candidus & rubens.* Candidus claritate æterna, rubeus ſpecie coloris humani, quem ſacramento incarnationis adſumſit. Meritoque & ipſum quod eſt rubeum, bene olet; quia caro Chriſti ſine peccato eſt, quam perfidi Judæi contrectantes, manus ſuas inquinaverunt: ſancti venerantes, pietatis odore flagrarunt.

Lib. de Benedict. patriarch. cap. 11.

60. *Electus ex millibus. Decem millia*, inquit Jacob, *Ephræm & millia Manaſſe*; id eſt, & Judæorum & gentium dominetur, & ex utroque populo adquirat ſibi Eccleſiæ plenitudinem. Ideoque dexteram ſuam ſuper Ephræm poſuit ſanctus Jacob; eo quod legis, dicente Eccleſia in Canticis canticorum: *Frater meus candidus & rubens, electus ex decem millibus.* Denique etiam David juvenculæ Mariæ auctorem ex cujus ſucceſſione Chriſtus eſt natus per Virginis partum, in decem millibus prædicabant: Saul autem in millibus, cùm reverentiæ gratiam circa regem magis præponere debuiſſent.

✝ 11. In Pſal. 118. Serm. 15. ante 1. verſum.

61. *Caput ejus aurum Cephas.* Quod ſignificat ſtabilem eminentemque ſapientiam. Corpus Chriſti Eccleſia eſt, hujus caput ut aurum, quia ſapientia pretioſa ſanctorum eſt, hoc eſt, viri juſti atque prudentes.

✝ 1.

62. *Crines ejus ut abietes, nigra ſicut corax.* De hoc alibi dixit, *Capillamentum tuum, ut grex tonſarum.* Ideo capillamentum, quia virtus omnium ſenſuum in capite eſt:

Eccle. 2.

Oculi enim *ſapientis in capite ejus.* Profunda igitur doctorum prudentia, quæ poteſt ea quæ obſcura ſunt revelare, & alta aperire ſenſuum. Et hujuſmodi diſputatores crines Eccleſiæ ſunt, ſicut pulli corvorum quibus Dominus eſcam dat: ſicut dedit ſancto Jacob, & eum pavit à juventute ſua. Hos altos ac profundos ubertate doctrinæ paſcit Dominus cæleſtibus ſacramentis.

✝ 12. Ibidem ubi ſupra.

63. *Oculi* quoque *ejus ſicut columbæ.* Oculi ſunt viri videlicet ſpiritualibus ornati ſenſibus, qui ad videnda myſteria ſunt acuti, & parati ad penetranda ſcripturæ ſecreta divinæ, rationali lacte fulgentes, in quibus non ſit aliqua doli maculoſa confuſio, ſed ſimplicis affectus immaculata ſinceritas. Ideo in aquarum abundantia lotas has columbas in lacte memoravit, dicens:

Ibidem Serm. 16. verſ. 3.

64. *Oculi ejus ſicut columba ſuper abundantiam aquarum, lota in lacte, ſedentes ſuper plenitudinem.* Baptizat in lacte Dominus, id eſt, in ſinceritate. Et iſti ſunt qui vere baptizantur in lacte, qui ſine dolo credunt, & puram fidem deferunt, ut immaculatam induant gratiam. Ideo candida Sponſa adſcendit ad Chriſtum, quia in lacte baptizata eſt;

Cant. 8. Cant. 1.

ideo mirantur eam virtutes, dicentes: *Quæ eſt hæc quæ adſcendit dealbata?* Ante paululum dicebat, *Nigra ſum:* nunc dealbata cernitur, & adſcendit ad cælum, & innixa Dei Verbo, alta jam penetrat.

65. Nec immeritò illic aquarum abundantia, ubi Chriſtus, unde mens humana repleri cupiat. Has ſitit aquas cervus, quas cùm biberit, ſitire non poſſit. Has aquas

Pſalm. 41.

ſitivit Propheta cùm dixit: *Sitivit in te anima mea.* Sedet ergo Chriſtus ſuper abundantiam aquarum, & ſuper plenitudinem, & ideo qui baptizat in aqua dicit:

Iohan. 4.

Et nos omnes de plenitudine ejus accepimus. Unde & oculos ſupplíciorum non alienus eſt ab Eccleſia, quia etſi baptizabat Johannes in Enon, baptizabat juxta Salim, ubi erat aquarum abundantia, & duodecim fontes, & ſeptuaginta palmarum arbores. Hos fontes habet Eccleſia, hoc eſt, in veteri Teſtamento duodecim patriarchas, in novo duodecim apoſtolos; ideoque dictum eſt:

Pſalm. 41.

In Eccleſiis benedicite dominum Deum de fontibus Iſrael. His fontibus ante perfunditur, quicunque myſteria ſacroſancta conſequitur; iſti enim fontes ex æterno fonte manantes, toto orbe fluxerunt. Ubi iſti fontes, ibi adſcenſio animarum. Denique Salim interpretati ſunt, ipſum adſcendentem; ille enim vere adſcendit, qui propria peccata deponit. Hoc igitur verbo purificatoriæ ſanctificationis uſus exprimitur.

✝ 13. In Pſal. 118. Serm. 15 ante verſ. 1.

66. *Genæ ejus ſicut phiala aromatis, germinantes unguentaria.* Jam genas & cetera intelligimus animæ eſſe virtutes, doctorumque diverſitates: qui vel ſpiritalem menti alimoniam diſpenſatione ſedula ſubminiſtrent, vel prædicatione crucis Dominicæ ſicut Verbi quadam linea alligent audientem, vel modeſtia verecundi, & juventutis flore graviſſimi. Etſi à tactu pudore revocentur, redoleat tamen in his odor Chriſti: & ſicut in genis quaſi de capite ſacer totalis deſcendit unguentum, ſic & in his eluceat pulcritudo doctrinæ.

✝ 13. Ibidem Serm. 18. verſ. 4

67. *Labia ejus diſtillantia myrrham plenam.* Per myrrham enim paſſionis unguentum & reſurrectionis gratia declaratur, quæ te luvium vitæ odorem ſuſcitatis mortuorum viſceribus infundit. Clauſæ ſint igitur labiorum fores tuorum, & obſeratum maneat vocis veſtibulum, nunc fortaſſe reſerandum, cùm audieris Verbum Dei. Tunc tibi myrrha ſudabit, tunc tibi baptiſmatus adſpirabit gratia; ut ab elementis mundi commoriare, & cum Chriſto reſurgas.

Ibidem Serm. 18. verſ. 2.

68. *Labia ejus diſtillantia myrrham plenam.* Nos autem otioſos nos putamus, ſi verbo tantummodo ſtudere videamur: & pluris æſtimamus eos qui operantur, quam eos qui ſtudium cognoſcendæ veritatis exercent; dicunt enim plerique: Ecce homo & opera ejus: quaſi qui verbo ſtudeat, non operatur; cùm magis opus iſtud quam cetera ſint. Si enim opus juſtitia eſt, ſi opus temperantia, ſi opus fortitudo: utique opus eſt etiam ſapientia; iſtæ enim quatuor principales virtutes habentur. Nam ſi operatur Chriſtus ſecundùm quod juſtitia eſt, utique operatur ſecundùm quod Verbum eſt. Et operabatur cùm eſſet in principio apud Patrem. Denique per ipſum omnia facta ſunt, ut ſcias operatorem omnium eſſe, & opus noſtrum eſſe Chriſtum Jeſum. Etenim ſecundùm quod Verbum eſt, Verbum inquirentibus, grande opus Verbum eſt. Unde cum Martha feſtinaret circa miniſterium, Maria autem Verbum Domini audiret, ea quæ audiebat, ei quæ miniſtrabat, meruit anteferri; dicenti enim Marthæ: *Domine, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi ut me adjuvet;* reſpondens dixit Dominus:

Luc. 7.

Martha, Martha, Maria bonam partem elegit, quæ non auferetur illi. Ita Verbum cognoſcere majus opus eſſe quam miniſtrare, divinæ auctoritate ſententiæ definitur.

69. Sed fortaſſe dicat aliquis dictum eſſe ab Apoſtolo: *Non in ſermone eſſe regnum Dei, ſed in virtute.* Scriptum

1 Cor. 4.

non nego, ſed in quo ſermone, cognoſco; nempe quem inflatus effuderit, qui audientibus ſermo prodeſſe non poſſit, qui ſine oſtenſione ſit ſpiritus atque virtutis. Hunc ſermonem Paulus non dignatur cognoſcere; vult enim magis virtutem ſermonis commendare. Denique volebat talem ſuum eſſe Apoſtolus ſermonem, qui in infirmitate veniebat, ut alios faceret fortiores: in timore & tremore, ut timentes nihil metuerent, niſi dominum Jeſum; trementes, pacem ejus tranquillitatemque ſervarent. Audi ergo qualem Apoſtolus ſermonem habebat.

Ibidem.

Et ſermo, inquit, *meus, & prædicatio mea non in perſuaſione humanæ ſapientiæ verborum, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis;* quia fides non in forenſi ſermone ſapientiæ: ſed in oſtenſione ſpiritus, ſed in Dei virtute firmatur.

70. Ergo in ſermone ſanctorum virtus eſt, in ſermone autem forenſi iſto & philoſophico vanitas mundi. Virtutem autem eſſe in ſermone ſanctorum, etiam iſte propheta te edoceat, qui ait:

Pſal. 67.

Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa, hoc eſt, ut multa poſſint virtute Evangelium prædicare. Probatum eſt ergo quod in Evangelii prædicatione ſit virtus, prædicatio autem Evangelii ſermo ſanctorum eſt; ita dubium non reſidet quin in ſermone ſancto ſit virtus. Et hæc myrrha diſtillans ex labiis Sponſi, ſcilicet per quam vitia mortificantur.

✝ 14. Ibidem Serm. 10. verſ. 1 Coloſſ. 3.

71. *Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ jacinthis.* Vide quæ manus fecerint hominem, & quem hominem fecerint? Illum utique *Quem ſecundùm Chriſtum induimus, exſpoliantes veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum qui renovatur ad agnitionem ſecundum imaginem ejus qui creavit eum: ubi non eſt ſervus, & liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus.* Chriſtum ergo induimus, ſicut & alibi dictum eſt:

Galat. 3.

Chriſtum induiſtis. Accepimus Spiritum ſanctum, qui non ſolum noſtra peccata dimittit,

ſed etiam nos facit ſacerdotes ſuos aliis peccata dimittere. Ideo ait Propheta : *Tu finxiſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam* : finxit per lutum, poſuit manum per gratiam ſpiritalem ; licet plerique hunc pſalmum ex perſona dictum Salvatoris accipiant. Audi quia manus Domini etiam ſpiritus dicitur, clamat Job : *Spiritus divinus qui fecit me.* Iſtæ ſunt ergo manus quæ hominem paraverunt, Chriſtus & Spiritus.

Pſal. 138. Job. 33.

72. Ergo dominus Jeſus & corporis auctor eſt noſtri, qui primum fecit hominem ad imaginem ; & poſtea de luto finxit, & voluit ſalvare quod fecerat, ſalvare quod plaſmaverat, ut totum hominem ſalvum faceret. Iſtæ ſunt manus Dei tornatiles, id eſt, perfectæ : aureæ propter ſapientiam quæ eſt Chriſtus, plenæ iacinthis propter Spiritum ſanctum, & plenitudinem cariſmatum ejus.

℣. 14. Lib. de Incarnat. Dni. 2. Cor. 13.

73. *Venter ejus eburneus, diſtinctus ſapphiris.* Apoſtolus, *Et ſi*, inquit, *crucifixus eſt ex infirmitate* ; ecce venter, id eſt, carnis infirmitas : *Vivit tamen ex virtute Dei* ; ecce diſtinctio ſaphiri. Saphirus enim eo quod cæli ſereni ſpeciem gerat, quæ ſunt divinitatis opera ſignificat. Onir autem propter caſtitatem & nitorem & perpetuitatem, carnem illam ſignificat Salvatoris, de qua idem Apoſtolus dicit : *Quia etſi Chriſtum ſecundum carnem novimus, ſed nunc jam non novimus.*

2. Cor. 5.

℣. 15. In Pſ. 118. Serm. 5. verſ. 7.

74. *Crura illius columnæ marmoreæ, fundatæ ſuper baſes aureas.* Significant columnas eſſe Eccleſiæ Apoſtolos, qui fundati ſunt in timore ſancto. Nam ſicut Petrus, Jacobus, Johannes & Barnabas columnæ eſſe videbantur Eccleſiæ, ſic & quicumque vicerit hoc ſæculum, fit columna Dei, quam confirmat qui dicit : *Ego confirmavi columnas ejus.* Ita & baſis aurea timor plenus diſciplinæ, quia initium ſapientiæ eſt. In timore ergo ſapientium apoſtolica prædicatio tamquam ſuper baſim auream columna firmatur Chriſti. Igitur eloquio & apoſtolico ſermoni tribunal eſt timor juſti, & baſis aurea plena prudentiæ : ſimulacrum autem bonum tamquam effigies veritatis, ſermo ſanctorum.

Pſal. 74.

75. Et vide tamquam baſim auream eſſe ſanctorum timorem. Lege Eſaiam : vide quantis ſubjecerit timorem, ut faceret inreprehenſibilem & bonum timorem : *Spiritus*, inquit, *ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii atque virtutis, ſpiritus cognitionis atque pietatis, ſpiritus timoris Domini* ; quantis timorem ſubjecit, ut haberet quod ſequi poſſit ? Informatur per ſapientiam, inſtruitur per intellectum, conſilio dirigitur, virtute firmatur, cognitione regitur, pietate decoratur. Tolle timori Domini iſta, & eſt irrationabilis & inſipiens timor, unus ex illis : *Foris pugnæ, intus timores* : quibus afflictus eſſet & Paulus, niſi habuiſſet Dominum conſolantem.

Eſai. 11. 2. Cor. 7.

℣. 15. Lib. 3. de Virginib.

76. *Species ejus ut Libani, electus ut cedri.* In altis habitat, & humilia reſpicit, quia ſpecies ejus ſicut cedrus Libani, quæ comam nubibus, radicem terris inſerit ; principium enim ejus è cælo, poſteriora ejus in terris fructus cælo proximos ediderunt. Genus hoc arboris numquam amittit viriditatem ſuam, hyeme juxta ac æſtate comam paſcit, nec diverſo colore mutatur : ſolam hanc arborem ventus ſuo numquam honore deſpoliat : ſola numquam veteri exuitur amictu, aut novo flore veſtitur. Sic apoſtolica quoque gratia neſcit defectum, & perpetua venuſtate ſui floret. Anima ergo corrumpi neſcit, quæ florentibus membris viget, ſemper juſtitiæ ceterarumque virtutum culmina patienti magnanimitate ſuſtentat ; & ideo non deſinit neque deficit, quia nihil in ea ruinoſum eſt ac remiſſum, nihil mobile, nihil lubricum, nihil quod vitio ſermonis ex ea poſſit effundi.

In Pſ. 118. Serm. 4. verſ. 4.

℣. 16. Pſalm. 18. In Pſ. 118. Serm. 5. verſ. 7. Pſal. 33. Eſai. 43.

77. *Guttur illius ſuaviſſimum, & totus deſiderium. Judicia Domini vera, juſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum.* Quod ſeverum in aliis, in Chriſto dulce eſt, in Chriſto ſuave eſt, quia ipſe ſuavis eſt : *Denique guſtate & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.* Dulcia judicia confitenti, quia ipſe dicit : *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero : tu autem memor eſto, & judicemur. Dic iniquitates tuas, ut juſtificeris.* Dulcia judicia agenti pœnitentiam, quia ipſe dixit : *Gaudium erit ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam in nonaginta & novem juſtis, qui non indigent pœnitentia.* Si dulcia ſunt igitur judicia Domini, ſuavitatis fructus percipere elaboremus. Vis ſcire quam dulcia judicia Domini ? *Qui credit in ipſo, non judicatur.* Dulcia ergo judicia credentibus : qui autem non crediderunt, non Chriſti judicio damnati ſunt, qui venit non ut judicet mundum, ſed ut ſalvet & redimat ; ſed impietatis ſuæ ſubiere judicium, qui in remiſſionem peccatorum credere noluerunt. Non enim poſſunt ad ejus pertinere beneficium, quem cognoſcere refutarunt. Ergo qui non crediderunt in eum, judicio ejus videntur indigni. Judicium enim ejus quid ſit, agnoſce, dicente ipſo : *Hoc autem judicium eſt, quia lux venit in hunc mundum.* Dulce ergo, quod lux eſt, dulce judicium, quod præcedit miſericordia ; ſic enim ſcriptum eſt, *Miſericordiam & judicium cantabo tibi Domine.* Dulce etiam guttur & ſuaviſſimum, unde hæc miſericordia præcedit & hoc judicium.

Luc. 15. Johan. 3. Ibidem. Pſal. 100.

A B

℣. 16. Pſal. 44. Epiſt. ad Sabinum.

78. *Et totus deſiderabilis. Specioſus forma præ filiis hominum.* Homo quippe erat ſecundum carnem, ſed ultra hominem, ſecundum divinam operationem. Denique cùm leproſum tangeret, homo videbatur : ſed ultra hominem, cùm emundaret. Et cùm Lazarum fleret mortuum, quaſi homo flebat : ſed ſupra hominem erat, cùm mortuum vinctis jubet pedibus exire. Homo videbatur, cùm penderet in cruce : ſed ſupra hominem cùm reſeratis tumulis, mortuos reſuſcitaret. Nec ſibi adblandiatur virus Apollinaris, quòd ita legitur : *Et ſpecie inventus ut homo* ; non enim negatus eſt homo Jeſus, cùm alibi ipſe Paulus de eo dicat : *Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus*, ſed confirmatus eſt. Id enim eſt uſus & moris Scripturæ ſic ſignificare, ſicut & in Evangelio legimus : *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre.* Sicut ergo quaſi unigenitus dicitur, & non abnuitur unigenitus Dei Filius ; ita & homo dicitur, & perfectio ſuiſſe in eo hominis non negatur.

C Philip. 4. 1. Tim. 2. Johan. 1.

79. Cùm eſſet igitur in forma ſervi, humiliatus uſque ad mortem, erat tamen in Dei gloria. Quid ei igitur obfuit ſervitus ? Servus autem factus legitur, quia legitur factus ex Virgine, & creatus in carne ; omnis enim creatura ſervit, dicente propheta : *Quia univerſa ſerviunt tibi.* Hæc eſt Chriſti gloria, quia ſervitutem ſuſcepit in corpore ſuo, ut libertatem omnibus redderet : peccata noſtra portavit, ut mundi peccatum tolleret : ſervus, peccatum, maledictum factus eſt, ut tu peccati ſervus eſſe deſiſteres, te divinæ ſententiæ maledicto abſolveret. Ille ergo maledictum ſuſcepit tuum : *Maledictus* enim *omnis qui pendet in ligno* : ille maledictum in cruce factus eſt, ut tu benedictus eſſes in Dei regno : ille dehoneſtatus & depretiatus eſt, nec aliquid æſtimatus : ille dicebat, *In vacuum laboravi* ; per quem meruit Paulus dicere, *Non in vacuum laboravi* ; ut boni operis fructum, & evangelicæ prædicationis gloriam ſuis conferret ſervulis, per quam univerſi ſarcinâ laboris abſolverentur.

D Pſal. 118. Serm. 5. verſ. 7. Eſai. 49. Philip. 2. E

℣. 17. L. de Iſaac. cap. 6.

80. *Talis eſt dilectus meus, & amicus meus, filiæ Hieruſalem.* Sic Eccleſia vel anima ſancta filiabus cæleſtis illius civitatis admixta Verbum requirit, & quærendo illius in ſe excitat caritatem ; illis vero requirentibus & dicentibus : *Quo abiit dilectus tuus ò pulcherrima mulierum ?* Quo declinavit dilectus tuus, ut quæramus eum tecum ?

Cant. 6.

CAPUT SEXTUM.

Cap 6 ℣. 1. Lib. de Iſaac cap. 6.

5. D*ilectus*, inquit, *meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatis, ut paſcatur in hortis, & lilia colligat.* Ubi Verbum quærat, agnoſcit : quod inter orationes ſanctorum moretur, & quod ipſis inhæreat, novit ; & quod Eccleſiam ſuam vel animas juſtorum ſuorum inter lilia paſcat, intelligit. Hoc myſterium tibi in Evangelio demonſtravit, cùm in ſabbato duceret per ſeminata diſcipulos. Moyſes per deſertum duxit populum Judæorum, Chriſtus per ſeminata ducit, Chriſtus per lilia ducit ; quia per paſſionem ejus deſertum floret ut lilium. Sequamur ergo, ut in die ſabbati illius magni, in quo requies magna eſt, fructus colligamus. Nec verearis ne phariſæi accuſent ſeminata colligentes ; etſi illi accuſant, Chriſtus excuſat, & ſimiles facit quas vult animas ſe ſequentes David illius, qui ſupra Legem panem propoſitionis manducabat, novæ gratiæ ſacramenta prophetica jam tum mente concipiens.

F

℣. 2.

2. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur in-*

Pſalm. 118. Serm. 22. verſ. 5.
ter lilia. Facilis vox & communis videtur, ſed paucorum eſt. Satis rarus eſt enim qui poteſt dicere: *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi.* Quid eſt dicere: Tuus ſum; ille enim dicit qui adhæret Deo totis ſenſibus, qui aliud cogitare non novit: ille hac voce utitur, qui poteſt dicere Domino: *Oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* *Johan. 14.* Numquid hac voce utitur avidus pecuniæ, honoris, poteſtatis? Multis non eſt ſatis Deum ſcire, & quidem pluribus. Tanti populi, tantæ nationes, tanti divites paupertatem putant Domino ſervire; & qui ſupra omnes eſt, illis exiguus & anguſtus eſt: illis non eſt ſatis Dei Filius, in quo ſunt omnia. *Coloſſ. 1.* Denique ille dives in Evangelio cui dictum eſt: *Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus;* *Matth. 19.* Deum ſibi non ſufficere judicavit. Denique & contriſtatus eſt, quaſi quod pluris eſſet, relinquere juberetur, quod minus eſſet, eligere. Ille ergo dicit: Tuus ſum, qui poteſt dicere: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* *Matth. 19.*

3. Apoſtolorum vox iſta eſt, nec omnium tamen apoſtolorum; nam & Judas apoſtolus fuit, & in convivio Chriſti inter apoſtolos recumbebat. Dicebat & ipſe: Tuus ſum; ſed voce, non corde. Venit & introivit in eum ſatanas, & cœpit dicere: Non eſt tuus, Jeſus, ſed meus eſt. Denique ea quæ mea ſunt, cogitat, quæ mea ſunt in pectore ſuo volvit: tecum epulatur, & mecum paſcitur: à te panem accepit, à me pecuniam: tecum bibit, & mihi tuum ſanguinem vendit: tuus eſt apoſtolus, & meus mercenarius. Non poteſt dicere ſæcularis: Tuus ſum; plures enim Dominos habet. Venit libido, & dicit: Meus es, quia ea quæ ſunt corporis, concupiſcis: in illius adoleſcentulæ amore te mihi vendidiſti: in illius concubitu meretricis pretium pro te annumeravi. Venit avaritia, & dicit: Argentum & aurum quod habes, ſervitutis tuæ pretium eſt: poſſeſſio quam tenes, juris tui emtio, venditio libertatis tuæ eſt. Venit luxuria, & dicit: Meus es; unius diei convivium, pretium tuæ vitæ eſt: ille ſumtus epularum, tui capitis licitatio, tui eſt ſumma contractus. Et quod pejus eſt, caro emtus es pretio, vilior cibo es tuo: pretioſior eſt unius diei menſa tua, quàm totius temporis vita: inter calices te redemi, inter epulas adquiſivi. Venit ambitio, & dicit tibi: Plane meus es. Neſcis quod ideo imperare aliis te feci, ut mihi ipſe ſervires? Neſcis quod ideo poteſtatem in te contuli, ut meæ te ſubjicerem poteſtati? An ignoras ipſi Domino ſalvatori dictum eſſe ab hujus mundi principe, cùm ei oſtendiſſet omnia regna mundi: *Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraveris me.* *Matth. 4.* Ante ergo ipſe ſubjicitur, qui alios vult habere ſubjectos. Veniunt omnia vitia, & ſingula dicunt: Meus es. Quem tanti competunt, quam vile mancipium eſt! Quomodo ergo tu qui hujuſmodi es, potes Chriſto dicere: Tuus ſum? Reſpondebit tibi ille: *Non quicumque dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum:* *Matth. 7.* non quicumque dicit mihi: Tuus ſum, meus eſt.

4. Meus plane es, ſi vocem non te arguat conſcientia, ſi ſermonem tuum animus aut opera non refutent. Ego non nego meum eſſe cum quiſpſe ſe non neget, aut certe ſi pro me ſeipſum ſibi abneget. Nolo habere ſervulum plurimis dominis ſervientem. Nam quomodo meus eſt, ſi mihi dicat verbo: Tuus ſum; & operibus neget, & factis ſe diabolo adjudicet & obſtringat? Non eſt meus quem libido ſuccendit, quia mea eſt caſtitas: non eſt meus quem cura ſpoliandi minores exagitat, quia mea largitio eſt: non eſt meus, quem aura mobilitatis inquietat, quia tranquillitas mea eſt. Non eſt meus vini crapula temulentus, illuviæ ambitionis impurus, gloriæ ſæcularis cupidus, ebrius in periculum, qui non poteſt ſobriæ moderationis ſervare veſtigium. Pax ſum ego, litigare non novi: ut quid mihi cum de quo veniat diabolus & dicat: Meus eſt; nam mihi ſua colla curvavit, mea in illo plura reperio: nomen ſibi tuum vendicat, & meum munus. Non eſt ergo Chriſti, niſi qui eſt alienus à crimine: non eſt Chriſti, niſi qui poteſt ſemper ſe Chriſti ſervulum demonſtrare.

In Pſ. 118. Serm. 2. verſ. 3.
5. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.* Videtur hic dilecta dilecti dicere: *Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi.* Quædam enim in extaſi amoris ſui occulta fidei intellexerat myſteria, quæ nec ipſis filiabus Hieruſalem propalanda cenſebat. *Myſterium regis bonum eſt abſcondere:* *Tob. 12.* peccat enim Deo, qui commiſſa ſibi myſteria putaverit in ſignis eſſe vulganda. Periculum itaque eſt non ſolum falſa dicere, ſed etiam vera, ſi quis ea inſinuet quibus non oportet. Quod vitium quadripartitum eſt, vel adulationis, vel avaritiæ, vel jactantiæ, vel loquacitatis incautæ; quia dum adulari vult aliquis, ei cui loquitur, effundit myſterium: nonnulli etiam ſtudio lucri, mercedem proditionis ſequuntur, ut tegenda ſilentio vendant loquendo: alii ut plura noſſe videantur, & ſcientiam ſuam jactitent, aperiunt quod celare deberent: plerique dum ſine judicio loquuntur, verbum emittunt quod revocare non poſſunt. Ideo vir laudatur ſerius, & non otioſus. Erat homo abſcondens ſermones ſuos, ut apoſtolus Paulus, qui novit quid loquatur ſingulis, & quando quid loqui debeat. *1. Cor. 3*

6. *Beneplacita es, ſoror mea, ſpecioſa ſicut Hieruſalem, admiratio ſicut ordinata.* *℣. 3.* Veritas amoris ex ſui perpetuitate probatur. Laudatur itaque Sponſa à Sponſo, quod tam bene & conſtanter requiſierit eum. Ideoque jam non ſolum *ſoror* dicitur, ſed etiam *beneplacita* nominatur, quaſi ei complacitu; quia complacuit Patri: &, *Specioſa ſicut Hieruſalem, admiratio ſicut ordinata;* *Lib. de Iſaac, c. 7.* quod civitatis æternæ univerſa habeat myſteria: & admirationi ſit omnibus videntibus eam; quia plena ut æquitas, atque perfecta eſt: & fulgorem de Verbi lumine mutuata, dum id ſemper intendit, ſic etiam terribilis ordine quodam ad ſummum provecta virtutum.

7. *Pulcra es,* inquit, *amica mea, ſuavis & decora,* &c. *Epiſt. ad Irenæum.* Et vere pulcra, quæ intendit in illum de quo dicitur: *Specioſus forma præ filiis hominum.* *Pſal. 44.* Unde & nos intendamus quantùm poſſumus animum in illo, & in illo ſimus. Illud animo teneamus, quod eſt pulcrum, decorum, bonum; ut fiat illuminatione ejus & fulgore ſpecioſa anima noſtra, & mens dilucida. Nam ſi oculi noſtri cùm aliqua obducuntur caligine, paſcuntur agrorum viriditate, & ſpecie nemoris vel collis umbroſi omnem inæqualitatem ægreſcentis obtutus repellunt, & quadam ſalubri ſpecie pupillæ ipſæ atque orbes colorari videntur: quanto magis hic mentis oculus, cùm illud ſummum intuetur bonum, & in eo verſatur, atque eo paſcitur, ſplendeſcit atque enitet. *Pulcra ut Hieruſalem.* *Lib. 1. de Virg.* Non caduca itaque iſta eſt corporis pulcritudo, vel morbo peritura vel ſenio, ſed nullis obnoxia caſibus, opinioni honorum numquam moritura meritorum, quoniam non humanis jam, ſed cæleſtibus quorum vitam vivit in terris, digna eſt comparari. Ideoque Sponſus Sponſæ jam quaſi perfectæ, dicit:

8. *Averte oculos tuos à me, quia me avolare fecerunt.* *℣. 4. Lib. de Iſaac. c. 7* Noli contra me intendere devotione nimia ac fide. Poſſibilitatem naturæ & conditionis propriæ ſupergreſſa es, quia lucem inacceſſibilem è regione intueri eſt grave. *Averte,* inquit, *oculos tuos à me:* eo quod plenitudinem divinitatis ejus, & ſplendorem veri luminis ſuſtinere non poſſit.

9. Poſſumus tamen & ſic accipere: *Averte oculos tuos à me,* etſi tu perfecta es, aliæ mihi adhuc redimendæ ſunt animæ, aliæ fulciendæ. Elevas enim me videndo: ego autem ideo deſcendi, ut omnes elevem. Etſi ſurrexi, & habeo Patris ſedem, tamen orphanos non relinquam vos, paterno quaſi præſidio deſtitutos, ſed præſentia mea vos confirmabo. Habes in Evangelio hoc ſcriptum: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem mundi.* *Matth. 28.* Averte ergo oculos à me, quia me elevas. Quanto enim quis ad Dominum intendit, tanto amplius Dominum elevat, & ipſe elevatur. Unde & ille ait: *Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me:* *Pſalm. 29.* ſanctus enim exaltat Dominum, peccator humiliat. Vult ergo avertere illam oculos, ne eam conſiderans, quod jam ad ſuperiora ſequi poſſit, elevetur, & ceteras animas derelinquat. Ideo & in Evangelio *Matth. 17.* non omnibus diſcipulis ſed perfectioribus ſuam gloriam demonſtravit. Conſtitue nunc aliquem doctorem, qui rem obſcuram aperire velit audientibus, quemadmodum etſi ipſe potens in ſermone ſit & ſcientia; condeſcendat tamen ad eorum inſcitiam, qui non intelligunt, & ſimplici & planiore atque uſitato ſermone utatur, ut poſſit intelligi. Si quis igitur inter audientes vivacior ſenſu ſit, qui facile ſequi poſſit, elevat eum atque excutit. Hunc videns doctor revocat, ut patiatur magis doctorem humilioribus

& planioribus immorari, quo & ceteri ſequi poſſint. A

℣. 1. & ſeq. Lib. de Iſaac cap. 7.

10. Laudatur etiam Sponſa quod fidelis, quod verbo potens, quod fructibus fœcunda diverſis, quod una ſit columba, habens ſpiritus unitatem, in qua ſit pax, quæ facit utraque unum: & quæ non ſit compoſita ex diverſis elementis diſcretæ compugnantiſque naturæ. Quid enim tam diverſum, quam ignis & aqua, aer & terra, ex quibus corporis noſtri creatura conſiſtit? Anima autem benedicta omnis ſimplex, quæ imitatur dicentem: *Ut omnes unum ſint, ſicut & tu, Pater, in me, & ego in te, & ipſi in nobis unum ſint*: hæc enim eſt conſummatio atque perfectio, unde & additur: *Ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus: & ego in his, & tu in me, ut ſint conſummati in unum.* Hæc eſt ergo una columba atque perfecta, quæ ſimplex atque ſpiritualis, neque hujus turbatur corporis paſſionibus, in quo foris pugnæ, intus timores ſunt. Denique hoc verbo unitatis concordiam & pacem ſignificari Scriptura nos docet, dicens: *Multitudo autem credentium habebat cor unum & animam unam, & non erat ſeparatio in eis ulla.*

Joan. 17. Ibidem. B Act. 4.

11. Nec otioſæ fœcunditatis laudatur anima, non ſolum quod ſit fœcunda virtutibus, ſed etiam quod nihil habeat in ſe mali; illud enim decorum atque ſpecioſum eſt, in quo nihil ſit mali. Decorum enim quod bonum, quod autem indecorum, hoc malum. Specioſa fœcunditas eſt bonorum operum, contraria ergo ſpecioſitati ſterilitas; C quoniam qui privatur ſpecie vel decore, in eo eſt omne malum: quod autem malum, hoc ſterile & infœcundum. Cujus rei quod evidentius indicium, quam terra eſt? Terra enim quæ bona eſt, fertilis atque fœcunda: quæ autem mala, ea jejuna atque ſterilis; quæ vero fertilis, hæc & decora. Quid enim pleno agro pulcrius, cùm ſeges fluctuat, cùm poma irrutilant, vel cùm uvarum ſerta dependent, aut baccis onuſta olea curveſcit, vel viridanti gramine montium vertices, vallium humilia veſtiuntur?

Ibidem paulo poſt.

12. Omnium enim bonorum auctor eſt Deus: & quæ ſunt ejus, profectò omnia bona ſunt, & nuſquam illic malum; & ſi in illo mens noſtra maneat, malum neſcit. D Anima igitur quæ in Deo non manet, ipſa ſibi auctor malorum eſt, itaque peccat: *Anima* autem *quæ peccat, ipſa morietur*: aureis enim vinculis ſoluta virtutum, prona fertur præcipitio, & labitur ad inferiora. Anima autem beata eſt, quam nulla adverſa corporis prælia expugnant. Hæc anima ſicut paſſer laqueo contrito, evolat. Eſcæ enim malorum ſunt voluptates corporeæ: his quiſquis intendit, laqueo innectit animam ſuam. Qui autem ab eſcis ejus temperat, & de tenebris ejus exit, ejus anima fulget ut diluculum, de qua dicitur:

Ezech. 18.

℣. 9. Eccle. 23.

13. *Quænam eſt hæc proſpiciens tamquam diluculum, pulcra ſicut luna?* Proſpicit enim tamquam de domo libera, E nec dicit: *Tenebræ cooperiunt me, & parietes circumdant me, & quis ſcit ſi videt altiſſimus?* Sed ipſa magis lucem expetit tamquam in ſuperioribus domus ſuæ, id eſt, corporis ſui: & ſupra mundum poſita, divina intuetur, & ad æterna ſe elevat, ut Deo aſſiſtat; jam lumen ſuorum operum ſicut luna orbem ſuum toto orbe circumferens.

℣. 10. Lib. 3. de Virg.

14. *In hortum nucis deſcendi, videre in nativitate torrentis, & inſpicere ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.* Invitatur denique Dei Verbum in hortum nucis, in quo fructus propheticæ lectionis, & ſacerdotalis eſt gratia, quæ amara in tentationibus, dura in laboribus, in virtutibus interioribus fructuoſa eſt. Unde etiam virga F Aaron nucea floruit, non jam naturâ ſuâ, ſed virtute ſecreta. Deſcendat ergo in hortum, ut vindemiat fidem, carpat odores, pabulum cæleſte reperiat, ſuavitatem noſtri mellis epuletur.

Lib. de Iſaac. c. 8.

15. Dum enim laudatur à Sponſo, verecunde refugiens coram laudari, deinde Sponſi amore revocata, ait: *In hortum nucis deſcendi videre in nativitate torrentis.* Ubi enim eſt Eccleſia, niſi ubi virga & gratia floret ſacerdotalis? Ibi eſt frequenter, ut in amaritudinibus & in tentationibus probetur. Per nucem amaritudines intelligimus, per torrentem tentationes, ſed tamen tolerabiles, quia ſcriptum eſt: *Torrentem pertranavit anima noſtra.* Itaque deſcendit in locum amaritudinis, ubi floret vitis & malorum granatorum ſpecie diverſus & multiplex fructus, qui velut uno tegmine totius corporis fide & caritate munitur.

Pſalm. 123.

A 16. In illa ergo amaritudine non cognovit ſe anima, *Corruptibile enim corpus gravat animam, & terrenum habitaculum cito inclinatur.* Se autem cognoſcere ſemper debet. Sed tentatus eſt Petrus, & non ſe cognovit & Petrus; nam ſi cognoviſſet, non negaſſet auctorem. Sed cognovit eum Chriſtus. Denique cognovit, quia & reſpexit; cognoſcit enim Dominus qui ſunt ejus: & tamquam ſuum miſericordiæ ſuæ frænis ut bonus rector, revocavit à lapſu: rector ergo noſter Chriſtus eſt. Unde & ſequitur:

Sap. 9.

℣. 11. Lib. 3. de Virg.

17. *Poſuit me currus Aminadab*; eo quod anima conjungatur corpori, & velut quidam equorum frementium currus, rectorem ſui quærat aurigam. Aminadab enim pater B Naaſon fuit, ſicut in Numeris legimus, qui erat princeps populi Juda, cujus figura refertur ad Chriſtum, qui verus populi princeps animam juſti velut currum agitator adſcendens, Verbi habenis gubernat, ne violentorum equorum furore in præceps & abrupta rapiatur. Sunt enim ejus velut quatuor equi quatuor affectiones, ira, cupiditas, voluptas, timor: quibus furentibus cùm cœperit agi, nequaquam ſeipſam cognoſcit. Corruptibile enim corpus animam gravat, & tamquam irrationabilium animalium currus invitam rapit, volventibus curis velut quodam impetu proruentem, donec memoratæ corporis paſſiones Verbi virtute miteſcant.

Num. 1.

C 18. Hæc Verbi tamquam boni agitatoris eſt providentia, ne illi animæ quæ in ſe non eſt morti obnoxia, corpus mortale conjunctum, agitationem ſui faciat eſſe difficilem. Primo igitur hos veloces corporis motus domitet, & nexu rationis infrænet: deinde caveat ne diſpari motu ſe velut equi implicent; ut bonum aut improbus decoloret, aut tardus impediat, aut turbidus inquietet. Fremit enim equus malitiæ, ſeſeque jactando currum lædit, gravat jugalem. Hunc bonus auriga demulcet, & in campum veritatis emittit, fraudis declinat amfractus. Tutus ad ſuperiora curſus eſt, periculoſus ad inferiora deſcenſus. Inde quaſi bene emeriti, qui portaverunt jugum Verbi, D uſque ad Domini præſepe ducuntur, in quo non fœnum eſt eſca, ſed panis qui deſcendit de cælo. Hujus currus rotæ ſunt, de quibus dixit Propheta: *Et ſpiritus vitæ erat in rotis*: eo quod currus animæ teres atque rotundus ſine ulla offenſione volvatur.

Ezech. 1.

19. *Poſuit me currus Aminadab.* Anima ergo currus, quæ bonum rectorem ſuſtinet. Si currus eſt anima, habet equos vel bonos vel malos. Boni equi, virtutes animæ: mali equi, paſſiones corporis ſunt. Bonus ergo rector malos equos reſtringit & revocat, bonos incitat. Boni equi ſunt quatuor, prudentia, temperantia, fortitudo, juſtitia: mali equi iracundia, concupiſcentia, timor, iniquitas. E Interdum ipſi equi inter ſe diſſident, & aut iracundia protendit, aut timor: & ſe invicem impediunt, & curſum retardant. At vero boni equi volant, & à terris ad ſuperiora ſe ſubrigunt, animamque elevant; maxime ſi jugum habeant ſuave & onus leve dicentis: *Tollite jugum meum ſuper vos; jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.*

Lib. de Iſaac. c. 8.

Matth. 11.

20. Ipſe rector eſt, qui novit equos proprios gubernare, ut æqualis omnium curſus ſit, velociores prudentia tardat, juſtitia admonet flagello proprio ſegniores, temperantia manſuetiores, fortitudo duriores reddit. Novit copulare diſcordes, ne forte currum ſuum diſſipent. Itaque licet intelligibili ſpectaculo videre unamquamque ani- F mam cum ſummo certamine ad cælum rapi, feſtinantes equos qui priores præveniant ad bravium Chriſti, quorum prius imponatur palma cervicibus. Iſti ſunt equi ſubjecti fidei jugo, adſtricti vinculo caritatis, juſtitiæ frænis, retinaculis ſobrietatis.

21. Pulcre ergo ait: *Poſuit me currus Aminadab*, hoc eſt, pater populi: ipſe autem qui pater populi, idem pater Naaſon, id eſt, ſerpentum. Jam tu recole quis ſicut ſerpens in cruce pependerit pro ſalute univerſorum, & intelligas illam animam eſſe pacificam, cui Pater Deus præſul ſit, Chriſtus agitator; quia ſcriptum eſt & hoc nomen in noſtris: *Pater, pater, agitator Iſrael.* Hic ergo agitator dicit:

4. Reg. 2.

℣. 12.

22. *Convertere, Sunamitis, convertere.* Bene & quaſi agitator dicit, & quaſi ad currum dicit: *Convertere Sunamitis*, hoc eſt, pacifica; quæ enim pacifica eſt anima cito ſe convertit & corrigit, etiamſi ante peccavit: & magis eam

Habacuc 3. Chriſtus adſcendit, & regere dignatur, cùm dicitur: *Adſcende in equos tuos, & equitatus tuus ſanitas.* Et alibi: *Miſiſti equos tuos Tharſis.* Hi ſunt equi Chriſti. Adſcendit ergo equos ſuos Chriſtus: adſcendit Verbum Dei animas pias. Cùm fuerit anima noſtra pacifica, tunc dicatur ei: *Convertere, convertere Sunamitis.* quod pacificam ſignificat: tunc accipiet in ſe ſicut ſignaculum Chriſtum, hoc 1. Cor. 15. eſt, imaginem Dei, ut ſit ad imaginem; quoniam *Qualis caleſtis, tales & caleſtes, & oportet nos portare imaginem caleſtis.* id eſt, pacem. Atque ut ſciamus verum eſſe, habes in eiſdem Canticis in ultimo jam perfectæ animæ dici, Cant. 8. quod & mihi dicat Dominus Jeſus: *Pone me ut ſignaculum in cor tuum, ut ſignaculum in brachium tuum*: ut luceat pax in corde meo, & in operibus meis Chriſtus, formetur in me ſapientia, & juſtitia, & redemtio.

CAPUT SEPTIMUM.

Cap 7 ℣. 1. Pſalm. 118. Serm 17. verſ. 5. Eſaia 25.

1. Q*Uam ſpecioſi facti ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Amenadab! Moduli femorum tuorum ſimiles torquibus, opere artificis.* Non eſt dubium greſſus hic quoque Eccleſiæ, vel animæ profectus ſignificari. *Quam ſpecioſi ſunt pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* Utique ſpecioſos dicit evangelicæ prædicationis & diſputationis progreſſus, ut alibi dicitur: *Tranſgredere* Eſaia 47. *flumina.* hoc eſt, fluenta & lubrica iſtius mundi tranſcurre ſtabili mentis inceſſu. Quod de animæ inceſſu dici David evidenter oſtendit, adſerens quod torrentem iniquitatum anima ſua tranſiret. Pſal. 123.

2. Sed quid ſibi vult quod ait, in calceamentis ſpecioſos eſſe greſſus Eccleſiæ? Legimus dictum ad Moyſen: Exodi 3. *Solve calceamentum pedum tuorum*: quo videtur admonitus, ne corporalibus vinculis teneretur adſtrictus. Ergo ſpecioſam in Canticis ſignificat animæ pulcritudinem, quæ carne tamquam calceamento utitur, & in ipſo calceamento impedimentum non patitur, ſed inceſſus decore præcellit. Calceat ergo ſe anima eccleſiaſticam gratiam, ut curſum vitæ hujus & tranſitum cum decore prætereat. Quod fit ſi calceamentum ſuum non inquinet luto corporali, non in vitiorum mergat voragine: ſi caſtiget carnem ſuam, ne moretur ad curſum, & arvinæ pinguis pondere prægravetur. Bonum calceamentum animæ pudicitia eſt, bonus greſſus eſt in veſtigiis caſtitatis. Sapientia autem amictus eſt animæ, unde ſcriptum eſt: *Honora eam, & amplectetur te.* Utamur ergo corpore tamquam calceamento ad inferioris opera virtutis: ad miniſterium, non præceptum: ad obſequium, non delectationem: ad obedientiam, non diſſenſionem; & in via ſapientiæ veſtigium collocemus, ne greſſus noſtros vis torrentis aliqua concludat. Prov. 4.

3. Ideo ad Moyſen dictum eſt: *Solve calceamentum.* Exodi 3. Dictum eſt & ad Jeſum Nave. De Chriſto autem dictum Joſue 5. non eſt, ſed magis ſcriptum eſt, dicente Baptiſta: *Poſt me* Matth. 3. *venit vir, cujus non ſum dignus calceamenta portare*: quia illi bene admonentur, ut ſolvant calceamentum ſuum, qui ſine peccato eſſe non poterant. Hic autem non ſolum calceamentum non ſolvit, ſed etiam calceamenta aliorum abſolvit; quia non ſolum corpus ſuum à peccatis immune ſervavit, ſed etiam omnium dedit indulgentiam peccatorum.

4. Ergo Eccleſia ad imitationem Chriſti ſpecioſa eſt, & in calceamentis omni abluta delicto. Et fortaſſe quando ſapientiam inter perfectos loquitur, ſpecioſa eſt in ſuperioribus membris: quando autem etiam inferioris gradus aut doctrinæ homines Verbum ſequuntur, fidei ſeriem non obliviſcuntur, ſacerdotis præcepta cuſtodiunt, ſpecioſa eſt in calceamentis. Plerumque clerus erravit, ſacerdos mutavit ſententiam, divites cum ſæculi iſtius terreno rege ſenſerunt, populus fidem propriam reſervavit.

5. Unde etiam de Domino Jeſu bene poſſumus dicere, quia & in his quæ corporalia ſunt, ſpecioſos greſſus Verbum habeat, cùm de moralibus diſputatur. Et apoſtoli ideo fortaſſe nudis mittuntur pedibus, ne obumbretur eorum diſputatio, ſed eluceat. Itaque Eccleſia filia Aminadab, hoc eſt, voluntarii vel beneplaciti; quia voluntarius eam vel beneplacitus congregavit, & in calceamentis ſpecioſa eſt. Meritoque additum eſt:

6. *Moduli femorum tuorum ſimiles torquibus, opere manuum artificis*; ut poſteritatis Eccleſiæ ornamenta canerentur. Per femur enim inſigne generationis agnoſcimus, juxta illud: *Accingere gladium tuum ſuper femur, potentiſſime*: quo ſignificatur quod Filius Dei cùm ſemetipſum exinaniſſet, Verbi accinctus divinitatem, & generationem calceatus humanam, prodiret ex Virgine omnibus daturus ſalutem. Modulis autem dicuntur ornamenta pretioſa, quæ ſuſpendi matronarum cervicibus ſolent. Tantus ergo proceſſus Eccleſiæ ſignificatur, ut ornamentis pretioſiſſimis comparatus ſit, & torquibus triumphantium; hæc enim ornamenta ſunt bellatorum. Unde & Symmachus Epitrachelia dixit, hoc eſt, quæ ſint circa collum. Sive ergo generatio Chriſti ex Virgine, ſive Eccleſiæ propagatio, ſpecie quidem tamquam manu artificis torquibus adornatis, veræ autem virtutis inſignibus ſpiritualibus cervices fidelium adornavit. Denique tota iſta deſcriptio membrorum Eccleſiæ plena decoris & laudis eſt. Nam &: ℣. 5. Pſal. 44.

7. *Umbilicus ejus tamquam crater tornatilis* prædicatur, mixto non deficiens; eo quod in omni doctrina tornatus, plenitudine cognitionis, & potu non deficit ſpiritali. Et venter ejus non ſolum acervo tritici, id eſt, cibis fortioribus cæleſtis myſterii ſaginetur, verum etiam tamquam liliis quibuſdam moralium ſuavitate repleatur. Unde & ipſa tamquam bene merita regina Chriſti ſanguine coronatur, ſicut ſcriptum eſt: *Et ornatus capitis ſui ſicut purpura.* Sanguis Chriſti purpura eſt, qui inficit ſanctorum animas, non ſolum colore reſplendens, ſed etiam poteſtate; quia reges facit, & meliores reges quibus regnum dat æternum. ℣. 2. Ibidem ubi ſupra.

8. *Umbilicus tuus ut crater tornatilis, numquam indigens poculis.* Umbilicus animæ ac venter ſubtilis eſt illius quæ adſcendit ad Chriſtum; ideoque laudatur voce Sponſi dicentis: *Umbilicus tuus ut crater tornatilis, non deficiens mixto; venter tuus acervus tritici muniti inter lilia.* Eſt enim in omni doctrina tornatus, & potus ſpiritalis non deficiens plenitudine, & cæleſtium ſecretorum cognitione. Venter quoque animæ myſticus, ſicut umbilicus, quo ventre non ſolum fortem cibum ſumit quo corda firmantur, ſed etiam ſuave ac floſculentum quo delectantur. Epiſt. ad Iraneum.

9. *Oculi tui ſtagna in Heſebon, in portis filia multorum. Nares tuæ ſicut turris Libani.* Stagna in Heſebon quid eſt, niſi in cogitationibus rationabilibus abundantia, quæ eſt in portis Eccleſiæ, cui meatu defertur multitudo doctrinæ? Filia enim multorum, plurimarum doctrinarum poteſtas eſt & effectus, cujus nares odor eſt ſacrificiorum, floribus omnibus præſtans. ℣. 4. In Pſ. 118. Serm. 16. verſ. 1.

10. *Naſus tuus ſicut turris Libani*: præcelſa ſupra modum, & ideo proſpicit faciem Damaſci, gentilem ſcilicet populum odorans, & fidem ejus cujus gratia delictorum ſuorum detergeret fœtorem. Facies igitur Damaſci fides eſt gentium, nullo obumbrata amictu, nullo adoperta veſtitu, nuda ac libera, cælo magis intenta quam terris. Hanc ſpeculantur & proſpiciunt nares Eccleſiæ, quod ſuave eſt in ea & odorum adſpirationis & gratiæ colligentes. ℣. 4. Pſal 118. Serm 3. verſ 5.

11. Et bene, *Nares ejus ſicut turris Libani*: quia in ſacrificiis odor ſuavis Eccleſiæ eſt, in quibus eſt boni odoris hoſtia remiſſio peccatorum. Serue igitur has nares ô homo, ut à grave olentibus floſculenta ſecernas, & tunc vivificabit te Dominus. Cùm enim adverteris quid de ipſo petis, ut avertat oculos mentis tuæ a vanitate, cooperatur animæ tuæ, ut ſi ſpecie aliqua capitur, aut duritia aut infirmitate non flectitur, flectat eam jugo Verbi, & habenis ſuis tegat, ut voluntate Dei abducatur à vitiis, & vitæ odorem capiat æternæ.

12. *Adſcendam in palmam, & apprehendam ſublimitatem ejus.* Unde cognoſce quia & illam adſcendit, & perduxit eam ad locum palmæ, quando & dicit ad eam: *Quam pulcra & ſuavis facta es, caritas, in deliciis tuis! Statura tua ſimilis facta eſt palmæ.* Et ipſa ait: *Dixi, adſcendam ad palmam.* Sed etiam ipſa caritas palma eſt, ipſa eſt enim plenitudo victoriæ; plenitudo enim Legis caritas eſt. Curramus ergo ut comprehendamus, curramus ut vincamus: qui vicit, adſcendit in palmam, & manducat fructus ejus: qui vicit, jam non currit, ſed ſedet, ſicut ℣. 8. Lib de Iſaac cap 8. Cant. 7.

Apoc. 3. ſcriptum eſt : *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in ſede mea,*
ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in ſede ipſius. Hinc
philoſophi curulia illa animarum in ſuis libris expreſſere
certamina, nec tamen ad palmam pervenire potuerunt;
quoniam ſuavitatem Verbi & altitudinem, illorum animæ
neſcierunt. *Adſcendam*, inquit, *in palmam* vincendo ſæ-
culum, ut teneam Verbi altitudinem, quam cognovit hæc
anima, in qua erat Verbi converſio; ſic enim ait :
℣. 10. 13. *Ego fratri meo, & ſuper me converſio ejus.* Hunc
ſenſum tertio repetivit diverſe in Canticis canticorum.
Cant. 2. In principio ait : *Frater meus mihi, & ego ei : qui paſci-*
tur in liliis uſque dum adſpiret dies, & inclinentur um-
Cant. 6. *bra.* Deinde ait : *Ego fratri meo, & frater meus mihi,*
qui paſcitur inter lilia. In fine ait : *Ego fratri meo, &*
ſuper me converſio ejus. Primum ad inſtitutionem animæ;
ideo & præmiſit : *Frater meus mihi*; illo enim demonſ-
trante ſe, etiam adhærendi Deo ſumſit affectum. Quod
ſequitur ſecundùm profectum : tertium ſecundùm perfec-
tionem. In primo quaſi in inſtitutione adhuc umbras vi-
det anima, nec lum Verbi appropinquantis revelatione
commoras; & ideo adhuc ei dies Evangelii non refulge-
bat : in ſecundo ſine umbrarum confuſione odores pios
carpit : in tertio jam perfecta requiem in ſe Verbo miniſ-
trat; ut convertatur ſuper eam, & caput ſuum reclinet
atque requieſcat, & invitat ad agrum ſuum, dicens :
℣. 11. 14. *Veni frater meus, exeamus in agrum, requieſcamus in*
caſtellis. Supra ad hortum invitabat, hîc ad agrum ha-
bentem non ſolum florum gratiam, ſed etiam triticum &
hordeum, hoc eſt, ſolidarum firmamentum virtutum, ut
fructus ejus adſpiciat. *Requieſcamus*, inquit, *in caſtellis*, ad
quæ Adam cùm de paradiſo ejectus eſſet, fuerat relega-
tus : in his requieſcebat, ſed terram operabatur.

15. Qua autem ratione exire eum in agrum velit, intel-
lectus manifeſtus eſt; ut quaſi bonus paſtor paſcat gre-
gem ſuum, laſſos allevet, revocet errantes. Nam et ſi iſta
anima nova & vetera ſervavit, tamen ſunt adhuc velut
agni, qui lactis ſucco nutriendi ſunt. Ergo quaſi perfecta,
non pro ſe, ſed pro aliis intervenit; ut de ſinu patris
exeat, ut procedat foras tamquam ſponſus de thalamo
ſuo, egrediens curſat viam, ut infirmos lucretur, non in
illo ſecreto patris ſolio, & in illa luce immoretur, quo
invalidi equi conſcendere non queunt; ſed ut adſumatur,
& inducatur in domum Sponſæ atque ſecretum. Sit foris
ſibi, ut nobis intus : fit medium noſtrum, et ſi non videa-
Cant. 8. tur à nobis. Unde ait : *Quis dabit te, frater, lactantem*
ubera matris meæ? Inveniens te foris, oſculabor te. Bona
anima, quæ foris eſt, ut Verbum intus ſit : illa extra cor-
pus, ut Verbum habitet in nobis.
Cant. 4. 16. *Adſumam te*, inquit, *& inducam te.* Recte adſumi-
tur, & inducitur Verbum Dei; quia pulſat animam, ut
aperiatur ſibi oſtium : & niſi apertum ſibi oſtium invene-
rit, non intrat. Si quis autem aperuerit januam, intrat &
cœnat. Sic Sponſa Verbum aſſumit, ut adſumendo do-
ceatur. Unde non immerito aſcendit ad hanc, ad ſupe-
riores manſiones, & ſemper proceſſum accipit virtutis.
Lib. 3. de Virg. 17. *Veni frater meus, exeamus in agrum, requieſcamus*
in caſtellis, diluculo ſurgamus in vineas, videamus ſi floruit
vitis. Multi agri fructus habent, ſed ille melior eſt, qui
& fructibus redundat & floribus. Eſt ergo Eccleſiæ ager
diverſis fœcundus copiis. Hic cernas germina virginitatis
flore vernantia, illic tamquam in campis ſilvæ, viduita-
tem gravitate pollentem, alibi tamquam uberem frugem
Eccleſiæ, ſegetem conjugii replentem mundi horrea, ac
veluti maritatæ vineæ fœtibus torcularia domini Jeſu re-
dundantia, in quibus fidelis conjugii fructus exuberat.
Pſal. 118. Serm. 19. verſu 4. 18. Sponſa deſiderii ſui copiam adepta, loquitur ad
Sponſum : *Veni frater meus, exeamus in agrum, requieſca-*
mus in caſtellis, diluculo ſurgamus ad vineas. Advertis
quemadmodum Sponſa Verbum invitet Dei, ut veniat
in terras & tollat peccata mundi. Ager hic erat ante de-
ſertus, ſentibus noſtrorum ſqualidus delictorum, hor-
ridus ſpinis. Caſtellum erat in quo religatus Adam per-
petuo ſuæ poſteritatis heredes ſtringebat exſilio. Illo ergo
ducit Eccleſia Chriſtum, ut Adam liberet. Deinde exſili-
bus abſolutis, cœpit mundi iſtius ager idoneos habere
cultores : & qui erat ante jejunus, factus eſt vitis æternæ

A plantatione fœcundus. Nec ſic tamen ſpiritalibus læta pal-
mitibus evagatur, ſed ad has vineas vocat Chriſtum, ubi
pſallentes ſunt & orantes, ubi noctibus ac diebus fructus
innoxius perſeveret.
19. *Ibi*, inquit, *dabo ubera mea, ibi mandragora dede-* ℣. 12.
runt odorem. Plerique diſcernunt quemdam inter mandra-
goras ſexum; ut & mares & feminas putent eſſe, ſed fe-
minas gravis odoris. Significat ergo gentes, quæ ante
fœtebant, cùm eſſent infirmiores evirata quadam im-
becillitate perfidiæ, boni odoris fructus ferre cœpiſſe,
poſtquam in adventum Domini crediderunt. Legimus
etiam quod mandragoras acceperit ſancta Rachel à ſorore
B ſua Lia; ut concederet ei illa nocte dormire cum ſancto
Jacob. Mandragoras Ruben primogenitus adtulerat ma-
tri ſuæ Liæ, quæ lippientibus oculis, Synagogæ figuram
accepit; quia Chriſti gratiam videre non potuit, hebe-
tato debilis mentis obtutu. Quo declaratur quod fructus
quos ante Synagoga à primogenito Dei Filio ſuſceperat,
Eccleſiæ conceſſit. Sed quia illius noctis petito concubi-
tu concepit & genuit Lia ſuæ poſteritatis heredem, im-
plevit myſterium; quoniam credentibus apoſtolis, reli-
quiæ Judæorum per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt,
unde ait Eccleſia.
20. *Nova & vetera, frater meus, ſervavi tibi. Quis da-* ℣. 13.
C *bit te fratrem lactantem ubera matris meæ? Inveniens te foris,* Ibidem continuo.
oſculabor te, & quidem non ſpernent me. Adſumam te &
inducam in domum matris meæ, & in ſecretum ejus quæ con-
cepit me, ibi docebis me. Habens ergo informationem no-
varum & veterum Scripturarum, nec deſpicabilem ſe ſen-
tiens, non ſolum orationibus in ſecreto cordis Verbum
tenet, verum etiam pſallentis chori vocibus, velut qui-
buſdam eum gratiæ oſculis oſculatur.
21. *Nova & vetera, frater meus, ſervavi tibi*; hoc eſt Pſalm. 118.
dicere, teneo omnia mandata novi & veteris Teſtamenti. Serm 22.
Sola hoc dicere Eccleſia poteſt : non dicit alia congregatio, verſ. ultimo.
D non dicit Synagoga, nec ſecundum litteram nova tenens,
nec ſecundùm ſpiritum vetera. Non dicit hæreſis mani-
chæa, *Vetera ſervavi tibi*, quæ prophetas non ſuſcipit.
Merito dealbata dicitur, quæ utriuſque fulget gratia Teſ-
tamenti.
22. *Adjuravi vos filiæ Hieruſalem, quod ſuſcitetis & re-* Cant. 4.
ſuſcitetis dilectionem uſquequo voluerit. Adhuc quærit ſuſ-
citantem, & ſuſcitari eam ſibi poſcit à filiabus Hieruſa-
lem, quarum gratia, hoc eſt, animarum fidelium Spon-
ſum in amorem ſui uberiorem deſiderat provocari. Di-
cunt itaque virtutes illæ, quæ portas cuſtodiunt cæli.

CAPUT OCTAVUM.

E
1. QUa *eſt hæc quæ adſcendit candida, innitens ſuper* ℣. 5.
fratrem ſuum? Quomodo ea quæ poſuit caput Pſal. 118.
ſuum ſuper lævam ſapientiæ, ut aperiret manus pauperi Serm 14.
ad ſubveniendum inopi; partitis aut derelictis ſibi, non verſ. 3.
invaſis atque direptis divitiis uteretur, quæ gloriæ cupida
bonis etiam operibus adquiſivit, non inani ſæcularis jac-
tantia ambivit dignitatis; hoc eſt enim caput ſuum, &
quoddam ſenſuum principale ſupra manum ſapientiæ
conſtituere. Ea, inquam, anima meritis adſcendit albenti-
bus, ex iſto vitæ hujus ut plerique habent deſerto, ad il-
lum florentem ſemper locum jucunditatis æternæ.
F 2. Iſtæ ſunt virtutes, quæ & in Eſaiæ libro dicunt : *Quis* Eſaia 63.
eſt iſte qui advenit de Edom, rubor veſtimentorum ex Boſor,
ſic ſpecioſus in ſtola? Iſtæ, inquam, ſunt quæ mirantur ex
iſto confragoſo ſcopuloſoque deſerto aliquam adſcen-
dere animam poſſe, ſine magnorum labe vitiorum; &
ideo gratulantur repertam, quæ veſtimenta innocentiæ
naturalis non polluerit atramento inſipientiæ ſæcularis,
ſed magis ſapientiæ ſpiritalis & gratiæ candore mundarit.
Admirantur filiæ Hieruſalem, ſanctæ animæ patriarcha- Pſalm. 118.
rum & prophetarum, veterumque juſtorum, vel cæleſtes Serm 19.
potentiæ dicentes : *Quæ eſt hæc quæ adſcendit dealbata in-* verſ. 4.
nitens ſuper fratrem ſuum? Hoc eſt, talibus ſolemnitati-
bus fulget Eccleſia, & quæ ante per diem fuſca erat, jam
ſplendet in noctibus, & relucet. Ipſe quoque Dominus
tanto munere pſallentium delectatus ait :
3. *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſigillum ſu-* ℣. 6.
per brachium tuum : quia valida eſt ut mors caritas, durus

sicut inferi, zelus tuus. Alæ ejus, alæ ignis, & flammæ. Aqua multa excludere non poterit caritatem, & flumina non obruent eam. Quia vidit tantam devotionem Ecclesiæ, idoneos putat esse jam populos, qui in corde nostro & in brachio signaculum ejus portare possimus. Ipsum enim Pater signavit Deus, & qui testimonium ejus accepit, signavit quia Deus verax est; & ideo operantes cibum permanentem in vitam æternam signati sunt ad imaginem & similitudinem Christi, qui est imago invisibilis Dei. Sicut ergo Deus verax est, & tu signa in tuo sensu & opere veritatem, ut os tuum non loquatur mendacium, manus tuæ non operentur opera hominum, quæ sunt fallacis istius mundi: sed illa quæ Dei sunt, ut pauperibus largiantur, debiles sublevent, mortuos honorent tumulis sepulturæ. His operibus caritas quæritur, ut nemo possit à Christo vel periculo mortis avelli; unde ille

Rom. 8. ait: *Quis nos separabit à Christo? Tribulatio, an angustia, an persecutio?* Et infra: *Confido enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli.*

4. Ea specie etiam zelus datus est caritatis, & alæ ejus alæ ignis. Habet alas sicut columba, sunt enim pennæ columbæ deargentatæ, quibus evolat qui diligit; dicens:

Psalm. 67. Psalm. 54. *Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine:* sed alæ caritatis alæ sunt ignis, quibus dilectionis inflammat ardorem.

Psal. 103. Hoc vapore fecit Dominus ferventes Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem, sed non exurentem.

Matth. 4. Legimus & alam templi, supra quam diabolus tentans, fecit adscendere Salvatorem, quæ erat in templi culmine. Sunt ergo fastigia pietatis, sunt culmina caritatis, quæ vaporem gratiæ pectoribus humanis adolere consueverunt; ut multa aqua exstinguere atque excludere non queat caritatem, & flumina eam sæcularium tempestatum nulla concludant. Diximus quia caritas excludit timorem, non diximus quod excludit omnem perturbationem; etenim qui Deum diligit, profunda est ei confirmatæ mentis tranquillitas.

℣. 7. Psalm. 118. Serm. 22. vers. 3.

5. *Aqua*, inquit, *multa non poterunt excludere caritatem, & flumina non inundabunt ipsam.* Multa aqua diversarum est passionum, & flumina sæcularium cupiditatum corporalibus motibus incitata, quæ tamen murum caritatis subvertere non possunt. Ideoque caritate fundatus

Psalm. 123. dicit: *Torrentem pertransivit anima nostra.* Numquid aqua maris excludere Moysi potuit caritatem? Et ut secundum litteram tibi psalmorum series suffragetur, nempe diligens Deum, tutum sibi credidit iter esse per maria: qui autem non dilexerunt Deum, hi demersi fluctibus, dignum sacrilegii sui exitum pertulerunt.

℣. 5. Lib. de Isac. c. 8.

6. *Quæ est hæc quæ adscendit, innitens super fratrem suum?* Superius dixerunt, *Quænam est hæc prospiciens tamquam diluculum, speciosa sicut luna, electa ut sol?* Hic plus quod adjiceretur, inventum est, eo quod Verbo Dei innixa adscenderat; perfectiores enim supra Christum recumbunt, sicut & Johannes in Christi pectore recumbebat. Ita ergo & hæc vel incumbebat in Christum, vel supra ipsum se reclinabat: aut certe quoniam de nuptiis loquimur, jam quasi tradita in Christi dextera, in thalamum ducebatur Sponso. Et quia jam copula caritatis est, blanditur ei Sponsus, & dicit:

℣. 5. Iohan. 1.

7. *Sub arbore mali elevavi te, illic parturivit te mater tua, illic parturivit te quæ peperit te.* Bona anima quæ requiescit sub arbore fructuosa, & maxime boni odoris. Nam si Nathanael bonus, in quo dolus nullus erat, sub arbore fici visus est; utique bona anima, quæ sub arbore mali elevata est à Sponso suo. Plus est enim elevari, quam videri: plus etiam à sponso elevari. Nam etsi Nathanael videbatur sub arbore, tamen anima ejus sponsa non erat; quia occulte veniebat ad Christum, quia verebatur Judæos. Non erat speciosa sicut luna, electa ut sol, quæ erat in umbra; quia quæ sponsa per diem nubit, publice confitetur. Ideo ista sub arbore mali, illa sub ficu; quia hæc confessionis suæ odorem diffundebat longius, illa habebat puritatis innocentiæ suavitatem, fragrantiam spiritus non habebat.

℣. 5.

8. *Illic*, inquit, *parturivit te mater tua, illic parturivit te quæ peperit te:* ibi enim nascimur, ibi renascimur. Parturiuntur autem in quibus imago Christi formatur, unde

Galat. 4. & Paulus ait: *Filioli quos ego parturio, donec formetur Christus in vobis.* Parturivit enim qui in utero accepit spiritum salutis, & aliis infundit. Unde quoniam jam formatus in hac erat Christus, ait:

℣. 6.

9. *Pone me ut signaculum in cor tuum, ut sigillum in brachium tuum.* Signaculum Christi in fronte est, signaculum in corde: in fronte, ut semper confiteamur: in corde, ut semper diligamus: signaculum in brachio, ut semper operemur. Luceat ergo imago ejus in confessione nostra, luceat in lectione, luceat in operibus & factis; ut si fieri potest, tota ejus species exprimatur in nobis. Ipse sit caput nostrum, quia caput viri Christus: ipse oculus noster, ut per illum videamus Patrem: ipse vox nostra, per quam loquamur ad Patrem: ipse dextera, per quam Deo Patri sacrificium nostrum offeramus. Ipse quoque est signaculum nostrum, quod est caritatis & perfectionis insigne, quia diligens Pater signavit Filium, sicut legimus:

Iohan. 6. *Quem Pater signavit Deus.* Caritas itaque nostra Christus. Bona caritas, quando obtulit se morti pro dilectis: bona caritas quæ peccatum remisit.

10. Et ideo anima nostra induat caritatem, & caritatem ejusmodi quæ sit valida ut mors; quia sicut mors finis peccatorum est, ita & caritas, quoniam qui diligit Dominum,

1 Cor. 13. peccare desinit: *Caritas enim non cogitat malum, neque gaudet super iniquitate, sed omnia sustinet.* Nam qui quæ sua sunt non quærit, quomodo aliena quæret? Est & mors illa valida per lavacrum, per quod peccatum omne sepelitur, & culpa dimittitur. Talis erat caritas quam deferebat evangelica illa mulier, de qua Dominus ait:

Luc. 7. *Remissa sunt peccata ejus multa, quoniam dilexit multum.* Est & illa mors sanctorum martyrum valida, quæ culpam abolet superiorem; & ideo valida, cujus non impar est caritas, quæ adæquatur martyrum passioni, ut auferat meritum delictorum.

℣. 6.

11. Zelus quoque ut inferi, quoniam qui Dei zelum habet, pro Christo nec suis parcit. Itaque & mortem habet caritas, & zelum habet caritas, & alas ignis habet caritas. Denique Christus diligens Muysen, in igne ei apparuit. Et Hieremias habens in se donum divinæ caritatis, dicebat:

Hierem. 20. *Et erat ignis inflammans in ossibus meis, & dissolutus sum undique, & ferre non possum.* Bona igitur caritas alas habens ignis ardentis, quæ volitat per pectora & corda sanctorum, & exurit quidquid materiale & terrenum est: quidquid vero sincerum est: probat, & quod contigerit, suo igne meliorat.

Luc. 12.

12. Hunc ignem in terram misit Dominus Jesus, & refulsit fides, accensa est devotio, illuminata est caritas, Justitia resplenduit. Hoc igne inflammavit corda apostolorum suorum, sicut testatur Cleophas dicens:

Luc. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret Scripturas?* Alæ igitur ignis in flamma, Scripturæ sunt divinæ. Denique aperiebat Scripturas, & ignis exibat, atque audientium corda penetrabat. Et veræ alæ ignis, quia:

Psalm 11. *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum.* Cùm Paulus quoque adsumeretur à Christo, vidit circumfulsisse super se lucem, & super eos qui simul erant, cecidit à pavore, & probatior resurrexit. Denique apostolus factus est, qui persecutor advenerat. Spiritus quoque sanctus descendit, & replevit totam domum in qua erant plurimi sedentes, & visæ sunt dispertitæ linguæ tamquam ignis. Bonæ alæ caritatis, veræ alæ, alæ quæ volitabant per ora apostolorum: & alæ ignis, quia purgatum sermonem loquebantur.

13. His alis evolavit Enoch raptus ad cælum, his alis evolavit Elias curru igneo, & equis igneis ad superna translatus. His alis dominus Deus per columnam ignis deducebat patrum plebem. Has alas habuit Seraphim, quando sumsit carbones ignis de altari, & tetigit os Prophetæ, & iniquitates ejus abstulit, & peccata purgavit. Harum alarum igne purgati sunt filii Levi, & baptizabantur populi nationum, sicut testificatur Johannes, dicens de domino Jesu:

Matth. 3. *Ipse vos baptizabit in spiritu & igne.* Merito uri renes suos volebat & cor suum David, quia alas igneas caritatis sciebat non esse metuendas. Merito Hebræi pueri in fornace ardenti non sentiebant ignis incendia; quia caritatis eos flamma refrigerabat. Et ut plenius cognosca-

mus quia alas habet perfecta caritas, audiſti dudum dicentem: *Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas!* Matth. 23.

14. Sumamus igitur has alas, quæ ſicut flammæ ad ſuperiora dirigunt. Exuat unuſquiſque animam ſuam involucris ſordidioribus, & quaſi aurum igne approbet deterſam luto. Sic enim purgatur anima, velut aurum optimum. Pulcritudo autem animæ ſincera virtus & decor, verior cognitio ſupernorum; ut videat illud bonum ex quo pendent omnia, ipſum autem ex nullo. Eo igitur vivit, atque intellectum accipit. Vitæ enim fons eſt ſummum illud bonum, cujus in nobis accenditur deſiderium, cui appropinquare & miſceri voluptas eſt: quod ei qui non videt, deſiderio eſt: & ei qui videt, vita eſt; ideoque univerſa alia deſpicit, hoc uno mulcetur, & delectatur. Hoc eſt quod ſubminiſtrat univerſam ſubſtantiam: ipſum autem manens in ſemetipſo, dat aliis; nihil autem in ſe ex aliis ſuſcipit, de quo Propheta ait: *Dixi Domino Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non eges.* Pſal. 15.

℣. 6. Pſalm. 118. Serm. 20. verſu 2.

15. *Ala ejus, ala ignis.* Omnes oportet per ignem probari, quicumque ad paradiſum redire deſiderant, non enim otioſe ſcriptum eſt, quod ejectis Adam & Eva de paradiſi ſede, poſuit Deus in exitu paradiſi gladium igneum verſatilem. Omnes oportet tranſire per flammas, ſive ille Johannes Evangeliſta ſit, quem ita dilexit Dominus, ut de eo diceret ad Petrum: *Si eum volo manere, quid ad te? Tu me ſequere.* Iohan. 21. De morte ejus aliqui dubitaverunt, de tranſitu per ignem dubitare non poſſumus; quia in paradiſo eſt, nec ſeparatur à Chriſto. Sive ille ſit Petrus, qui claves accepit regni cælorum, qui ſupra mare ambulavit, oportet dicat: *Tranſivimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* Pſalm. 65. Sed Johanni cito verſabitur gladius igneus; quia non invenitur in eo iniquitas, quem dilexit æquitas. Si quid in eo vitii humani fuit, caritas divina decoxit: *Ala enim ejus ſicut ala ignis.* Qui hic habuerit caritatis ignem, illic ignem gladii timere non poterit. Ipſi Petro qui toties mortem ſuam pro Chriſto obtulit, dicit: Tranſi, recumbe. Sed ille dicit: *Igne nos examinavit, ſicut ipſe examinavit argentum.*

Lib. 3. de Virg.

16. *Ala ejus, ala ignis.* Ergo quia volandi nobis data eſt copia, excitet unuſquiſque in ſe gratiam Dei, ac poſteriora oblivifcens, priora appetens, ad deſtinata contendat. Procul à nuptiæ honoribus, procul ab æſtibus mundi; ne quod fabulæ ferunt, æſtu ſolis cera reſoluta Icareos volatus penna relabente deſtituat. Nam licet gravitas doctorum obſit, poetico tamen ſale declarare voluerunt prudentium maturitati tutos eſſe volatus per cælum; juvenilem vero levitatem obnoxiam cupiditatibus mundi, refluentibus pennis, & per oblivia veritatis meritorum compage reſoluta, majore pernicie in terram relabi.

17. Haud facilis volatus omnibus, difficilis etiam diſcordantibus in terris animalibus vitæ curſus humanæ eſt. At ſi tibi actus noſtri ordo conveniat, videbit & in nobis propheta rotam illam unam ſuper terram, conjunctam animalibus quatuor. Ezech. 1. Videbit ergo rurſus Ezechiel, vidit enim adhuc & viget & vigebit: videbit inquam, rotam in medio rotæ, ſuper terram ſine offenſione labentem. Rota enim ſuper terram, vita eſt corporis ad animæ aptata virtutem, & ad Evangelicum cohærenti curſu formata præceptum. Rota autem in medio rotæ, velut vita intra vitam, quod ſanctorum ſibi vita non diſſonet; ſed qualis fuerit ſuperioris ætatis, talis ſit & ſequentis: vel hoc in hac vita corporis vitæ volvatur uſus æternæ. Cùm iſta congruerint, tunc divina vox reſultet, tunc ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo ſicut ſpecies hominis apparebit. Hic homo Verbum eſt, quia *Verbum caro factum eſt:* Iohan. 1. hic homo noſtrorum eſt agitator animalium, noſtrorum rector eſt morum, qui pro noſtrorum ratione meritorum, aut currum plerumque, aut montem adſcendit, aut navim.

℣. 6. In Pſ. 118. Serm. 22. verſ. ult.

18. *Pone me ut ſignaculum in cor tuum, ut ſigillum in brachium tuum, quæ nova & vetera ſervaſti mihi.* Signaculum meum es, ad imaginem meam es & ſimilitudinem. Fulget in te imago juſtitiæ, imago ſapientiæ, imago virtutis. Et quia imago Dei in corde tuo eſt, ſit & in operibus tuis: ſit effigies Evangelii in tuis factis, ut in tuis moribus mea præcepta cuſtodias. Effigies Evangelii erit in

A te, ſi percutienti maxillam, alteram præbeas, ſi diligas inimicum tuum, ſi crucem tuam tollas, & me ſequaris. Ideo crucem ego pro te portavi; ne tu propter me portare dubites. Audierunt hoc filiæ Hieruſalem, quod jam dominus Deus Eccleſiam ſibi copulabat: & quia conſiderantes magnitudinem Verbi, impares ſe tantis nuptiis æſtimabant; ne forte tantæ copulæ pondus ſuſtinere non poſſent, excuſant dicentes.

19. *Soror noſtra parvula, & ubera non habet.* ℣. 8. Si enim qui volunt differre nuptias, excuſare conſueverunt, ut prætendant immaturæ ætatis infirmitatem, & adſtruant quod B ubera non habeant, quæ nubilis ſignificant tempus ætatis. Hoc ſolet ſymbolum commune omnibus virginibus eſſe nupturis; ut cùm ubera cœperint enitere, tunc conjunctioni habiles judicentur. Turbatæ igitur, quod ſtudio dilectionis urgeat nuptias Sponſus, dicunt:

20. *Quid faciemus ſorori noſtræ, in die qua loquetur in ea,* ℣. 8. vel ut Symmachus, *qua loquetur ei?* Hoc eſt, in ſponſalium celebritate ſolet fieri collocutio, & confirmatio nuptiarum. Quid ergo faciemus, dicunt turbatæ, quia urget conjunctio ſpiritalis? A tantis nuptiis excuſare non poſſunt, nemo enim eſt qui copulam vel animæ & ſpiritus, vel Chriſti & Eccleſiæ non beatam putet. Sed quia C plenitudo Verbi vel Spiritus ſancti vibrat & fulget, & nihil eſt quod illis poſſit æquari; ideo differre deſiderant, ut illa dilatione vel anima, vel Eccleſia poſſit eſſe perfectior. Dicunt ergo:

21. *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum receptacula argentea: & ſi janua eſt, ſculpamus ſuper eam tabulas cedrinas.* ℣. 9. Ibidem ubi ſupra. Murus eſt anima ſancti. Habet & Eccleſia muros ſuos, quæ jam perfectior dicit: *Ego civitas munita.* Eſai. 27. Hic eſt murus, qui habet duodecim portas apoſtolicas, per quas populo nationum patet ingreſſus in Eccleſiam. Sed murus quamvis ambitum totius urbis includat; tunc tamen eſt munitior, cùm receptacula habuerit præparata, in quiD bus propugnatores urbis tutum ſpectandi ac tuendi poſſint habere ſubſidium. Sed quia rationalis hæc civitas eſt, & omnis ſpes ejus in Dei Verbo eſt, non ferrea, ſed argentea ei propugnacula requiruntur, eloquiis cœleſtibus magis quam corporeis voluptatibus hoſtiles impetus repulſare conſueta.

22. Eo fulta præſidio, eo ſplendore fulgens, habilior Chriſti copulæ judicatur. Et quia janua Chriſtus eſt, qui ait: *Per me ſi quis introierit, ſalvabitur;* Iohan. 10 & Eccleſia janua nuncupatur, quia per ipſam patet populis aditus ad ſalutem. Sed ne hæreticorum corrumpatur tineis aut vermibus, dicunt filiæ Hieruſalem, vel Angeli, vel animæ E juſtorum: *Ædificemus ſuper eam tabulas cedrinas,* hoc eſt, fidei ſublimis bonum odorem. Eſt enim ſuavis hujus materiæ odor, quam non vermis, non tinea corrumpat. Ideo hujus materiæ uſus eligitur tectorum faſtigiis elevandis formandiſque litterarum elementis, quibus ætas puerilis ad ſtudium liberalis eruditionis imbuitur. Eſt ergo materia iſta ſublimis ad gratiam, levis ad onus, ſuavis ad odorem, utilis ad inſtrumentum ſcientiæ, habilis ad miniſterium cognitionis æternæ. Sed quemadmodum Sponſam ſuam diligens Chriſtus urgebat ad copulæ ſpiritalis ſolemnitatem, ita & Eccleſia Verbi decore jam capta, feſtinabat ad nuptias. Ideoque morarum & dilationis impatiens, F quas filiæ Hieruſalem innectere geſtiebant, dicit:

23. *Ego murus, & ubera mea turres.* ℣. 10. Ibidem ubi ſupra. Hoc eſt, nolite dubitare utrum murus ſim; illæ enim dixerant: *Si murus eſt;* ego, inquit, murus ſum, & non parva ubera habeo, ſed ut turres ubera mea ſunt. Quomodo dicitis, quia non habeo ubera? Senſus habeo ut turres ſapientiæ, in quibus eſt abundantia, ſicut ſcriptum eſt: *Et abundantia in turribus tuis.* Pſalm 121. His uberibus, id eſt, ſenſibus, habilem ſe tantis nuptiis æſtimabat. Sed filiæ Hieruſalem adhuc non poterant æſtimare, quia ſenſuum ejus abundantiam non videbant. Et addidit:

24. *Ego eram in oculis ejus tanquam inveniens pacem;* ℣. 11. hoc eſt, deliberatis de meis ſenſibus, cùm pacem Dei invenerim, quæ exſuperat omnem mentem, & cuſtodit corda & ſenſus in Chriſto Jeſu. Talis, inquit, eram in oculis ſponſi, qualis quæ habet pacem; ſcriptum eſt enim: *Qui recte quærunt pacem, gaudebunt.*

25. *Ego,*

℣. 11. Lib. de bono mortis. c. 5. Eſaia 27. ℣. 10. Eſaia 49.

25. *Ego*, inquit, *civitas munita, ego civitas obſeſſa.* His munitur muris, his obſeſſa defenditur. Et vere murus anima, quæ prætenditur in caſtris. Unde & ipſa ait in Canticis: *Ego murus, & ubera mea ſicut turres.* Bonus murus quem pinxit Dominus, ſicut ipſe ait: *In manibus meis pinxi muros tuos, & in conſpectu meo es ſemper.* Bona anima quæ habet ſpeculatorem Deum, & in manibus ejus eſt, ſicut anima prophetica, quæ in manus Dei commendatur ut ſpiritus, & quæ in conſpectu Dei eſt: *Oculi enim Domini ſuper juſtos*; ſicut & ipſe ait: *Ego eram in oculis ejus tamquam inveniens pacem.* Bonas turres habet, quæ habet & de intelligibilibus verbum, & de moralibus diſciplinam. Feſtinantibus igitur dilecto atque dilectâ, celebrata conjunctio ſpiritalis eſt, mutuo experita conſenſu. Ideoque tamquam nuptiale canens carmen, exſultavit ſpiritus in propheta dicens:

Pſalm 33. In Pſ. 118. Serm. 22. verſ. ult.

℣. 12. 26. *Vinea facta eſt Salomoni in Beelamon, dedit vineam ſuam iis qui ſervant.* Clamat ergo ſpiritus, plantata eſt congregatio populorum, ſed vitis æternæ radice fundata, & ſpiritalia ſub jugum Verbi corde manſueto corda ſubjecit. Plantata autem eſt in multitudine nationum. Hoc enim intelligendum *Beelamon*. Symmachus, Aquila, aliæque tranſlationes græco ſermone docuerunt. Repudiata eſt vetus copula quæ fructum adferre non poterat, data eſt vinea novis fidelibuſque cultoribus, qui non ſolum facere fructum poſſent, ſed etiam cuſtodire. Una igitur ovis erravit, ſed revocata, totius ſpatia orbis implevit. Unam ovem error abduxerat, ſed multitudinem populorum Domini gratia congregavit. Erravit homo, ſed in Eccleſia jam murus eſt & murus validus. Erravit Adam, murus eſt David, qui mandata Dei oblitus non eſt. Cuſtodita igitur & vallata hæc vinea numinine ſpiritali, mille fructus dat Chriſto, ducentos autem fructus cuſtodibus; ideoque ait Eccleſia:

℣. 12. Gen. 43. 27. *Vitis mea in conſpectu meo mille Salomoni, & ducenti ſervantibus fructum.* Perfectio & plenitudo Chriſti eſt portio parvulorum. Habes hoc myſterium in Geneſi, ubi quinque partes Benjamin fratri juniori tribuit Joſeph, ſingulas reliquis fratribus. Domino igitur quinque ſenſuum portio & prærogativa defertur, quam illi utique tribuit ipſe quem diligit, ſicut dilexit & Paulum, cui dedit ad gentes evocandas ſapientiæ principatum. Faceſſat hic ſacris virginibus metus; quibus tanta præſidia tribuit primum Eccleſia, quæ teneræ prolis ſollicita ſucceſſu, ipſa quaſi murus abundantibus in modum turrium exceſcit uberibus: donec ſoluto obſidionis hoſtilis incurſu, pacem validæ juventutis maternæ præſidio virtutis adquirat. Unde & propheta ait: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.*

Lib. 1 de Virg. Pſalm. 121.

℣. 13. Lib. de bono mort. c. 5. 28. *Qui ſedes in hortis, amici intendentes voci tuæ, vocem tuam inſinua mihi.* Ideoque hæc anima habens gratiam ſuorum uberum, ingreditur in hortos, & inveniens illic Sponſum ſedentem & diſputantem cum amicis, ait: *Qui ſedes in hortis, vocem tuam inſinua mihi*: mihi, inquit, non amicis.

In Pſ. 118. ſerm. 22. verſ. ult. 29. *Qui ſedes in hortis, amici intendentes voci tuæ, vocem tuam inſinua mihi.* Delectabatur enim quod in hortis Chriſtus ſedebat, & in hortis poſiti amici intendebant voci ejus: ſed quia amici illi de cæleſtibus erant, Archangeli vel Dominationes & Throni, (homines enim expulſi de paradiſo fuerant propter inobedientiam cæleſtium mandatorum, atque ideo adhuc Eccleſia vocem ejus audire non poterat, quam cupiebat audire) ideo ait: *Vocem tuam inſinua mihi.* Unde & nos ſi volumus eum in nobis ſedere, ſimus horti clauſi atque muniti, feramus virtutum flores, gratiæ ſuavitatem, ut diſputantem cum Angelis Dominum Jeſum audire poſſimus. Sed quia futurum erat, ut cùm ad plenitudinem Eccleſia perveniſſet, perſecutionibus variis tentaretur; ideo cùm Verbi gratiâ delectaretur, ſubito cernit inſidias perſecutorum: & quæ plus Sponſo quam ſibi timeret, aut quia à perſecutoribus Chriſtus magis appetitur in nobis, ideo ait:

℣. 14. 30. *Fuge frater meus, & ſimilis eſto tu capreolæ aut hinnulo cervorum, ſuper montes aromatum.* Propter infirmos fugit, qui tentamenta graviora ferre non poſſent. Ideo ſcriptum eſt, ut de civitatibus ad civitates fugiamus: & ſi nos in hac civitate fuerint perſecuti, fugiamus in aliam. Propter infirmos igitur, ut diximus, fugiat perſequentes: aut fugiat ab infimis, & tranſeat ad montes aromatum, qui pro martyrio odorem poſſit beatæ reſurrectionis adferre. Montes aromatum ſancti ſunt. Ad eos confugit Chriſtus; quia *Fundamenta ejus in montibus ſanctis.* Ad eos igitur confugit, qui ſunt ejus ſtabilia fundamenta. In nobis fugit, in illis fida ſtatione ſubſiſtit. Mons igitur aromatum Paulus eſt, qui poteſt dicere: *Bonus odor Chriſti ſumus Deo.* Mons aromatum David, cujus orationis odor adſcendebat ad Dominum, & ideo dicebat: *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.*

Pſalm. 86. 2. Cor. 2. Pſal. 140.

31. Symmachus tamen & Aquila interpretati ſunt, quod Chriſtus dicit ad Eccleſiam: *Quæ ſedes in hortis*, hoc eſt, jam in hortis ſedes, ſuperno digna es paradiſo, & ideo *Vocem tuam inſinua mihi, cui amici intendunt*: ego quoque eam audire deſidero. Cœpit in hortis eſſe Eccleſia, poſtquam in hortis captus eſt Chriſtus.

Lib. 3 de Virgin. 32. *Fuge, frater meus, & ſimilis efficere cervo aut hinnulo cervi, in montes aromatum.* Serpentinis enim inviſus colubris, & effugitans canum, atque humi repentibus infeſtus ſerpentibus neſcit habitare niſi in ſublimitate virtutum, neſcit commorari niſi talibus Eccleſiæ filiabus, quæ poſſunt dicere: *Chriſti enim bonus odor ſumus Deo.* Sed quibuſdam odor mortis in mortem, in iis qui pereunt: quibuſdam odor vitæ in vitam, in iis utique qui odorem reſurrectionis Dominicæ vivida fide ſperant. Iſti ſunt aromatum montes, qui Domini corpus Jeſu acceperunt, & in linteis cum aromatibus ligaverunt. Quicumque enim crediderunt, quia Jeſus mortuus eſt, & ſepultus eſt, & reſurrexit, hi excelſum veræ cacumen fidei virtutum faſtigiis extulerunt. Ubi ergo Chriſtus quæritur, in pectore prudentis ſcilicet ſacerdotis?

2 Cor. 2. Lib. de bono mort. c. 5. Lib. de Iſaac. c. 8. ſub finem.

33. *Fuge frater meus.* Hortatur ut fugiat Sponſus, quia jam ſequi poterit ipſa terrena fugientem. Dicit ut ſimilis ſit damulæ quæ evadit de retibus; vult enim & ipſa fugere, & evolare ſupra mundum. Fugiamus ergo in patriam veriſſimam. Illic patria nobis, & pater à quo creati ſumus, ubi eſt Hieruſalem civitas quæ eſt mater omnium. Sed quæ eſt fuga? Non utique pedum, qui ſunt corporis, illi enim quocumque currunt, in terra currunt, & de ſolo ad ſolum tranſeunt. Nec navibus fugiamus aut curribus, aut equis qui obligantur & cadunt; ſed fugiamus animo & oculis, aut pedibus interioribus adſueſcamus oculos noſtros videre quæ dilucida & clara ſunt, ſpectare vultum continentiæ & temperantiæ, omneſque virtutes; in quibus nihil ſcabrum, nihil obſcurum & tortuoſum ſit: & ſeipſum ſpectet quis & conſcientiam ſuam, illum oculum mundet; ne quid ſordidum habeat. Quod enim videtur, non debet diſſonare ab eo qui videt; quoniam conformes nos Deus imaginis voluit eſſe filii ſui.

Act. 7. 34. Cognitum igitur nobis eſt illud bonum, nec longe eſt ab unoquoque noſtrum: *In ipſo enim vivimus, adſumus, & movemur; ipſius enim & genus ſumus*, ut Apoſtolus gentiles voluit monere. Ipſum eſt enim bonum quod quærimus, & ſolum bonum; nemo enim bonus, niſi ſolus Deus. Hic eſt oculus, qui magnum illum & verum decorem intuetur. Solem niſi ſanus & valens oculus non adſpicit, nec bonum poteſt videre niſi anima bona: ſiat ergo bonus, qui vult videre Dominum, & quod eſt bonum. Hujus boni ſimiles ſimus, & ſecundùm id operemur quæ bona ſunt. Hoc eſt bonum quod ſupra omnem operationem eſt, ſupra omnem mentem atque intellectum, ipſum eſt quod ſemper manet, dans vivere & eſſe omnibus; quia fons eſt omnium vitæ Chriſtus, de quo propheta ait: *In umbra ejus vivemus.* Nunc enim *vita noſtra abſcondita in Chriſto eſt: cùm autem apparuerit Chriſtus vita noſtra, & nos apparebimus cum ipſo in gloria.*

35. Ergo non timeamus mortem; quoniam requies eſt corporis, animæ autem vel libertas vel abſolutio. Nec vereamur eum qui poteſt carnem interficere, animam autem non poteſt; quia non timemus eum qui poteſt veſtimentum auferre, non timemus eum qui poteſt noſtra furari, nos autem non poteſt. Nos igitur animæ ſimus, ſi volumus eſſe Hebræi de iis qui ſunt ſocii Jacob, id eſt, imitatores ejus. Nos animæ ſumus, noſtra autem membra veſtimenta ſunt: ſervanda ſunt quidem veſtimenta ne ſcindantur, ne veteraſcant: ſed ille magis qui his utitur, ſervare ſe debet & cuſtodire.

ELENCHUS

MANUSCRIPTORUM NEC-NON EDITORUM CODICUM ad quos exacta & caſtigata ſunt ea ſancti Ambroſii opera quæ in hoc primo volumine comprehenduntur.

LIBRI HEXAEMERON

COLLATI SUNT CUM MSS.

Vaticanis, ſeu variantibus lectionibus è Vaticana bibliotheca excerptis.
Corbeienſi aliàs, nunc Sangermanenſi, ſcripto litteris Longobardicis, & annos plus minus 800 præferente.
Corb. altero, nunc etiam Sangerm. ſed recentioris manus.
Sangerm. tertio non remotæ etiam antiquitatis.
Thuaneo aliàs, nunc Colbertino annorum circiter 700.
Colb. altero, annorum non amplius 400.
Victorinis duobus, annorum etiam non multo amplius 400.
Regio uno adhuc ævi recentioris.
Dionyſiano uno annorum, ut videtur, 500.
Carnutenſi, nimirum è monaſterio ſancti Petri in Valle, uno litteris Longobardicis ante 800 annos exarato.
Bigoriano uno annorum, uti videtur, pluſquam 600.
Gemeticenſi uno ann. circiter 500.
Benigniano uno, hoc eſt, è monaſterio S. Benigni Divionenſis, eleganti, atque annos 800 præ ſe ferente.
Remigiano uno, id eſt, è monaſterio ſancti Remigii apud Remos, annorum ſimiliter 800.
Cœnomanenſi uno, ſive monaſterii ſancti Vincentii Cœnom. ætate non multo inferiore ſcripto.

ITEM CUM EDITIONIBUS.

Amerbachii vulgata Baſileæ anno 1492.
Eraſmi apud cl. Chevallonium, Pariſiis an. 1529.
Joh. Gillotii apud Guil. Merlin &c. Pariſiis an. 1568.
Cardinalis Felicis de Monte alto, apud Domin. Baſam Romæ an. 1579.
Ejuſdem Cardinalis excuſſis Pariſiis, an. 1603. 1614. 1642. & 1661.

Porro cum ferme ad eaſdem edit. quilibet hujus voluminis tractatus ſint caſtigati, ipſarum in poſterum recenſionem prætermittemus.

LIBER DE PARADISO

COLLATUS EST CUM MSS.

Vatic. ſeu variant. lection. de quibus ſupra.
Claromontano, ſeu è collegio Lud. Magni, uno an. 800.
Thuan. nunc Colb. uno ann. 800.
Colb. alio annorum circiter 500.
Bigot. uno ann. ferme 600.
Laudino, ſeu Canonicorum reg. ſancti Laudi Rotomagenſis, uno ann. ad ſummum 300.
Gemet. uno ann. circiter 600.
Michaelino, ſeu è monaſterio ſancti Michaelis in periculo maris, uno ejuſdem ætatis.
Remenſi, ſive Eccleſiæ B. Mariæ apud Remos, uno, quem cùm eidem Eccleſiæ Hincmarus archiepiſcopus dederit, ſcriptum ante annos 800. dubium non eſt.
Remig. uno annorum circiter 400.
Theodericenſi, ſeu è monaſterio ſancti Theoderici prope Remos, uno ann. 500.
Benign. uno ann. 800.
Tornacenſi, ſeu è monaſterio ſancti Martini Tornacenſis, uno ann. etiam 500.

LIBRI DE CAIN ET ABEL

CASTIGATI SUNT AD MSS.

Vatic. duos optimæ notæ.
Benign. unum ann. 800.
Floriacenſem, ſeu è monaſterio ſancti Benedicti ad Ligerim, unum antiquæ manus.
Laudinum unum recentiorem quidem, ſed ſatis emendatum.

LIBER DE NOE ET ARCA

RECENSITUS EST AD MSS.

Vatic. duos, ut ſupra.
Corb. nunc Germ. unum ann. circiter 800.
Colb. unum ann. fere 500.
Mazarinum è bibliotheca regia, non ſane perantiquum; ſed accuratiſſime exaratum.
Tornacenſem unum ann. 500.
Longipontinum, ſeu è monaſterio Longipontis ordinis Ciſterc. unum ann. etiam circiter 500.
Vallíclarenſem, ſeu è monaſterio Valli-Claræ ord. quoque Ciſterc. unum ejuſdem ſimiliter ætatis.

LIBRI DE ABRAHAM

COLLATI SUNT CUM MSS.

Vatic. ſeu lection. Var. ut ſupra.
Corb. nunc Germ. uno ann. 800.
Colb. uno ann. circiter 500.
Mazar. nunc regio ann. non amplius 300.
Reg. alio, valde imperfecto, nec ætatis remotioris.
Vallic. uno annorum plus minus 500.
Long. uno ejuſdem ferme antiquitatis.
Theod. uno etiam ann. circ. 500.
Torn. uno ſimiliter æquali ſuperioribus.

LIBER DE ISAAC ET ANIMA

CASTIGATUS EST AD MSS.

Vatic. de quibus ſupra.
Thuan. unum, nunc Colb. ann. 800.
Colb. alium ann. paulo minus 500.
Bigot. unum, etiam ann. circ. 600.
Ebrulphenſem, ſeu è monaſterio ſancti Ebrulphi, unum non multo inferioris ætatis.
Remig. unum annorum ot minimum 400.
Theod. unum ann. 500.
Torn. unum ann. etiam 500.
Long. unum, & Vallic. unum ejuſdem antiquitatis.
Joyacenſem, hoc eſt, è monaſterio de Joyaco Ciſterc. ordinis, unum annorum amplius 400.

LIBER DE BONO MORTIS

COLLATUS EST CUM MSS.

Vatic. ut ſupra.
Thuan. nunc Colb. uno ann. 800.
Colbert. alio ann. prope 500.
Regiis duobus ann. amplius 400.
Bigot. uno ann. circ. 600.
Pratellenſi, ſeu è monaſterio ſancti Petri de Pratellis, uno

ann. pariter 600.
Michael. uno ejuſdem propemodum ætatis.
Albiniano, hoc eſt, è monaſterio ſancti Albini Andegavenſis, uno bonæ antiquitatis.
Cænom. uno ejuſdem notæ.
Floriac. uno ævi non inferioris.
Remig. uno ann. circiter ann. 400.
Theod. ann. amplius 500.
Torn. uno. Long. uno. Vallic. uno. Joyac. etiam uno: qui omnes ſunt ejuſdem fere antiquitatis.

DE JACOB ET VITA BEATA

RECENSITUS EST AD MSS.

Varic. ſeu variantes lectiones, ut ſupra.
Thuan. nunc Colb. unum ann. 800.
Colb. alium ann. fere 500.
Victor. unum ætatis paulo antiquioris.
Bigot. unum ann. pluſquam 600.
Remig. unum ann. ut minimum 400.
Theod. unum ann. 500.
Tornac. unum propemodum ejuſdem ætatis.
Long. unum, Vallic. unum, Joyac. unum, etiam ann. circ. 500.

DE FUGA SÆCULI

CASTIGATUS EST AD MSS.

Varic. ſeu variantes lectiones, de quibus ſupra.
Thuan. nunc Colb. unum ann. 800.
Colb. alium ann. ferme 700.
Colb. tertium & quartum, ann. circ. 500.
Vict. unum ann. amplius 600.
Bigot. unum ann. haud minus 600.
Pratell. unum ann. etiam circ. 600.
Fiſcanenſem unum ann. 500.
Ebrulph. unum ætatis non inferioris.
Albin. unum optimæ notæ.
Remig. unum ann circ. 400.
Theod. unum ann. 500.
Torn. unum æqualis ætatis.
Alnetinum, hoc eſt, è monaſterio B. M. de Alneto Ciſtert. ord. unum, anno circ. 500.
Vallic. unum ejuſdem ſimiliter ætatis.

DE JOSEPH PATRIARCHA

COLLATUS EST CUM MSS.

Vatic. ſeu var. lect. de quibus ſupra.
Corb. nunc Germ. uno ann. 800.
Germ. alio ann. 400.
Colbert. uno ann. circ. 500.
Fulientino, ſeu è monaſterio S. Bernardi Pariſ. uno etiam ann. non minus 500.
Ebrulph. uno
Michael. uno } ejuſdem ætatis.
Albin. uno
Benign. uno ann. 800.
Laudunenſi, ſive inſignis Eccleſiæ Laudunenſis, uno ann. 700.
Theod. uno
Torn. uno } ann. circ. 500.
Vallic. uno

DE BENEDICT. PATRIARCHARUM

CASTIOATUS EST AD MSS.

Varic. ſeu variantes Lectiones de quibus ſupra.
Corb. nunc Germ. unum ann. 800.
Germ. alium ann. 400.
Regium unum
Full. unum
Ebrulph. unum } ann. circ. 500.
Michael unum.
Albin. unum.
Theod. unum.

Tornac. unum ann. 500.
Laud. unum ann. 700.
Benign. unum ann. 800.

DE ELIA ET JEJUNIO

COLLATUS EST AD MSS.

Vatic. ſeu variantes lectiones, de quibus ſupra.
Thuan. nunc Colb. uno ann. 1000.
Colb. alio ann. circ. 500.
Germ. uno ann. 500.
Victor. uno ejuſdem ætatis.
Michael. uno ann. circ. 600.
Laudun. uno ann. ferme 700.
Tornac. uno ann. 500.
Vallluc. ſeu è monaſterio Vallis Lucentis Ciſtert. ord. uno ejuſdem ætatis.

DE NABUTHE JESRAELITA

RECENSITUS EST AD MSS.

Vatic. ſeu variantes lectiones, de quibus ſupra.
Thuan. unum nunc Colbert ann. 1000.
Thuan. alterum, nunc etiam Colb. ſed recentiorem.
Colbert. tertium ann. amplius 500.
Colb. quartum ejuſdem ætatis.
Clarom. unum ann. 800.
Mazar. unum, nunc Reg. ann. 300.
Dionyſ. unum ann. 500.
Pratell. unum ann. pluſquam 600.
Gemet. unum ætatis haud multo inferioris.
Laudinum unum, ſed recentiorem.
Michael. unum ann. circiter 600.
Albin. duos ejuſdem aut ſupparis ætatis.
Vindocinenſem unum, hoc eſt è monaſterio SS. Trinitatis Vindoc. ann. circ. 700.
Remen. unum ab Hincmaro datum, proindeque ann. ut minimum, 800.
Remig. unum ſat bonæ notæ.
Laudun. unum ann. circ. 700.
Theod. unum, ann. amplius 500.
Benig. unum ann. 800.
Tornac. unum ann. 500.
Pontiniacenſem, ſeu è monaſterio Pontin. ord. Ciſtert. unum, ann. circiter 500.
Carolilocenſem, ſeu è monaſterio Caroliloci ejuſdem ord. Ciſtert. unum, ætatis etiam non inferioris.

LIBER DE TOBIA, NECNON LIBRI DE INTERPELLATIONIBUS JOB ET DAVID

COLLATI SUNT CUM MSS.

Varic. ſeu variant. lect. ut ſupra.
Thuan. nunc Colbert. uno, ann. 1000.
Colbert. alio
Victor. uno } ann. circ. 500.
Dion. uno
Tornac. uno
Laudun. uno ann. 700.

Hos autem tractatus ab invicem propterea non disjunximus, quia iiſdem in manuſcriptis continentur.

APOLOGIA DAVID PRIOR;

COLATA EST CUM MSS.

Varic. ſeu variant. lectionibus, ut ſupra.
Thuan. uno, nunc Colb. ann. 1000.
Colbert. aliis duobus ann. circ. 500.
Reg. uno ann. circ. 500.
Mazar. nunc Reg. uno ann. 300.
Corb. nunc Germ. uno ann. 800.
Victor. uno ann. circ. 500.
Dionyſ. ejuſdem aut ſupparis ætatis.
Audoeniano: ſeu è monaſterio S. Audoeni Rotomagenſis uno, ann. 600.

Albin. duobus melioris notæ.
Cænom. uno bonæ antiquitatis.
Laudun. uno ann. circ. 700.
Remig. uno ann. 400.
Theod. uno ann. circ. 500.
Benign. uno ann. 800.
Tornac. uno ann. circ. 500.

APOLOGIA POSTERIOR

CASTIGATA EST AD MSS.

Vatic. ſeu vairantes lectiones de quibus ſupra.
Regium unum ann. circiter 500.
Mazar unom ann. 300.
Colbert. duos } ann. circ. 500.
Victor unum }
Dion. unum }
Laud. unum ann. circ. 700.
Theod. unum circ. 500.

ENARRATIONES IN PSALM. XII.

COLLATÆ SUNT CUM MSS.

Vatic. de quibus ſupra.
Regio uno ann. 600.
Thuan. uno nunc Colb. ann. 500.
Colbert. alio } ejuſdem ætatis.
Victor. uno }
Remig. uno ann. 400.
Vallic. uno, & Long. uno ann. 500.

ENARRATIO IN PSALMUM CXVII.

RECENSITA EST AD MSS.

Vatic. ſeu variantes lectiones, ut ſupra.
Regium unum ann. plus minus 500.
Sorbonicos duos circ. ejuſdem ætatis.
Navarricos duos ætatis etiam non multum diverſæ.
German. unum ann. circiter 400.
Colbert. unum etiam ann. totidem.
Audoen. unum ann. circ. 500.
Gemet. unum ann. circ. 400.
Fiſcan. unum ann. circ. 600.
Ebrulph. unum ejuſdem aut ſupperis ætatis.
Vindoc. unum ann. fere totidem.
Remen. unum notæ non multo inferioris.
Remig. unum ann. circiter 500.
Theod. unum ann. circ. 500.
Lætienſem, hoc eſt, è monaſterio Lætienſi in Hannonia, unum, cujus ætatem aut caracterem diſcere nobis non licuit.

EXPOSITIO IN LUCAM

CASTIGATA EST AD MSS.

Vatic. ſeu variantes lectiones, de quibus ſupra.
Corb. nunc Germ. unum ann. 950.
Colbert. quinque ann. 600. 500. & 400.
Victor. unum ann. circ. 400.
Fulien. unum circ. 500.
Reg. unum ann. circ. 200. aut 300.
Clarom. ejuſdem ætatis.
Gemet. unum ann. 600.
Pratel. unum 700.
Taurin. unum anno 600.
Michael unum ann. circ. 700.
Albin. unum ann. circ. 500.
Carnut. unum ævi non recentioris.
Remenſ. unum ann. 700. vel 800.
Remig. unum ejuſdem antiquitatis.
Sorb. unum ann. 300.

INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ

IN HOC VOLUMINE EXPOSITORUM.

Genesis.

Cap. I. 1. *In principio fecit Deus cælum & terram.* pag. 3. num. 5.
Terra autem erat inviſibilis & incompoſita. 13. 25.
2. *Tenebræ erant ſuper abyſſum.* 16. 28.
3. *Et Spiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquas. & dixit Deus fiat lux.* 16. 28. * 19. 33.
4. *Et diſcrevit inter lucem & tenebras.* &c. 20. 34. & ſeq.
6. *Fiat firmamentum inter medium aquam*, &c. 24. 4.
7. *Et diſtrevit Deus inter medium aquæ quæ erat ſub firmamento.* &c. 26. 8.
Et vocavit Deus firmamentum cælum. &c. 30. 15. * 31. 18.
9. *Congregetur aqua in unam congregationem. & appareat arida.* 33. 2. * 39. 17.
10. *Et vidit Deus quia bonum.* 41. 20.
11. *Germinet terra herbam ſuam*, &c. 42. 25.
14. *Fiant luminaria in firmamento cæli ad illuminationem terræ.* 64. 5. * 67. 12.
20. *Producant aquæ reptilia*, &c. 79. 2.
Et volatilia circa firmamentum cæli. 30. 15.
24. *Producat terra animam viventem ſecundum genus*, &c. 114. 4.
26. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* 127. 40.
II. 2. *Et requievit die ſeptimo.* &c. 243. 42.
5. *Non erat pluvia ſuper terram. nec homo terram operabatur.* &c. 264. 86.
8. *Et plantavit Deus paradiſum in Eden. ſecundum orientem.* 145. 1.
9. *Produxit Deus lignum ſpecioſum ad adſpectum.* &c. 147. 7.
10. *Dividitur hic fons in quatuor initia.* 150. 14 * 930. 12.
Nomen eſt uni Phiſon. &c. 150. 14.
15. *Et apprehendit Deus hominem quem fecit. & poſuit eum in paradiſo operari, & cuſtodire.* 153. 24.
16. *Ex omni ligno quod eſt in paradiſo ad eſcam edes*, &c. 154. 26.
18. *Non eſt bonum ſolum eſſe hominem.* 165. 46. & ſeq.
20. *Impoſuit Adam nomina omnibus pecoribus*, &c. 167. 49.
21. *Et immiſit Deus ſoporem in Adam.* &c. 167. 50. * 1309. 85.
23. *Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro ſuo ſumta eſt.* 743. 14.
III. 1. *Serpens autem erat ſapientior omnium beſtiarum.* 169. 54.
2. *Et dixit ſerpens mulieri: quid utique dixit Deus, ne edatis*, &c. 170. 56. * 174. 61. & ſeq.
7. *Et apertı ſunt oculi amborum.* &c. 158. 33. * 174. 63. & ſeq. 1450. 164.
8. *Et audierunt vocem domini Dei deambulantis in paradiſo ad veſperam.* 176. 68.
9. *Adam ubi es?* 176. 68. * 869. 20. & 979. 15.
10. *Vocem tuam audivi in paradiſo. & timui*, &c. 493. 25.
13. *Serpens decepit me, & manducavi.* 177. 72.
14. *Supra pectus tuum & in utero tuo ambulabis.* &c. 179. 74. * 434. 42.
15. *Et inimicitias ponam inter te. & inter mulierem.* 434. 43.
17. *Maledicta terra in operibus tuis: in triſtitia manducabis.* &c. 180. 75. & ſeq.
22. *Factus eſt Adam tanquam unus ex nobis.* 177. 70. * 538. 8.
24. *Ejecitque Adam: & collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim.* &c. 1125. 12.
IV. 1. *Adquiſivi hominem per Deum.* 183. 2. & ſeq.
2. *Et adjecit parere Abel.* 183. 3. & 10.
Et factus eſt Abel paſtor ovium. Cain autem operabatur terram. 187. 11.
3. *Et factum eſt. poſt dies obtulit Cain ex fructibus terræ munus Domino.* 195. 25.
7. *Si recte offeras, non autem recte dividas, peccaſti. quieſce.* 214. 18.
Tu princeps es illius. 217. 25.
8. *Eamus in campum.* 218. 26.
9. *Neſcio, numquid cuſtos fratris mei ego ſum?* 219. 28.
10. *Sanguis fratris tui ad me clamat.* 218. 27. * 298. 47. & 476. 45.
13. *Major cauſa mea eſt. quam ut dimittatur mihi*, &c. 221. 32. & ſeq.
15. *Omnis qui occiderit Cain, ſepties vindictam exſolvet.* 221. 34.
29. *Hic faciet nos requieſcere ab operibus, & à triſtitia*, &c. 227. 2.
VI. 3. *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus, quia carnes ſunt.* 230. 7.
4. *Gigantes autem erant in terra in diebus illis.* 230. 8.
7. *Et delebo omnem reſurrectionem carnis à facie terræ, ab homine uſque ad pecus*, &c. 231. 10. * 245. 45.
12. *Corrupit omnis caro viam ſuam.* &c. 232. 11. & ſeq.
14. *Fac igitur tibi arcam de lignis quadratis.* &c. 233. 13. & ſeq.
16. *Oſtium ex adverſo facies.* 142. 72. * 236. 24. & 237. 27.
17. *Quæcunque ſunt in terra, morientur.* 239. 31.
18. *Statuam teſtamentum meum ad te.* 240. 35.
Intra tu & omnis domus tua in arcam. &c. 241. 36.
VII. 2. *Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena.* &c. 242. 39.
5. *Et fecit omnia Noe quæ mandavit ei dominus Deus.* 246. 47.
11. *Et rupti ſunt omnes fontes abyſſi.* &c. 247. 49.
12. *Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus facta eſt pluvia ſuper terram.* 244. 43.
16. *Et clauſit Dominus à foris arcam.* 248. 50.
23. *Delevit Deus omne quod erat ſuper terram.* &c. 250. 54.
VIII. 1. *Memor fuit Dominus Noe*, &c. 250. 56. & 58.
2. *Clauſi ſunt fontes aquarum, & cataracta cæli.* 252. 59.
4. *Et ſedit arca ſeptimo menſe, ſeptima & vigeſima menſis.* 252. 60.
7. *Donec ſiccarentur aquæ à terra.* 254. 63.
11. *Regreſſa eſt igitur columba ad veſperam.* &c. 255. 67.
13. *Et denudavit Noe tectum arcæ.* 258. 72.
16. *Et dixit dominus Deus ad Noe: Exi de arca tu. & uxor tua. & filii tui.* &c. 259. 75.
18. *Exivit ipſe & uxor ejus.* &c. 259. 76.
20. *Et ædificavit Noe aram Deo*, &c. 260. 78. & ſeq.
21. *Et dixit dominus Deus: Recogitans non adjiciam maledicere terram.* &c. 261. 80.
22. *Semen & meſſis. frigus & æſtus. hyems & æſtas. dies & nocte non requieſcent.* 262. 82.
IX. 1. *Et benedixit Dominus Noe, & filios ejus.* &c. 263. 86.
3. *Omnia reptilia quæ ſunt viva, erunt vobis in eſcam*, &c. 264. 88. & ſeq.
20. *Et cœpit Noe homo agricola eſſe terræ.* 62. 72. * 271. 107.
21. *Et bibit de vino, & inebriatus eſt.* 62. 72. * 272. 111.
22. *Vidit Cham pater Chanaan nudationem patris.* &c. 273. 114. & 116.
24. *Et ſobrius factus eſt Noe à vino.* &c. 279. 118 & 119.
25. *Maledictus Chanaan, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis*, &c. 513. 1.
26. *Benedicens filium ſuum Sem, ait Noe: Benedictus dominus Deus Sem*, &c. 275. 120. & 122.
28. *Vixit autem Noe poſt diluvium trecentis quinquaginta annis.* 276. 123.
X. 5. *Rhodus & aliæ inſulæ ſunt nationum.* 276. 124.
9. *Sicut Nembroth gigas venator ante Deum.* 278. 128.
XII. 1. *Exi de terra tua, & de cognatione tua.* &c. 282. 3. * 314. 2.
2. *Benedicam te, & faciam te in gentem magnam.* 314. 4.
4. *Exiit Abraham quemadmodum locutus eſt ei Dominus.* &c. 315. 5. & 6.
6. *Et perambulavit Abraham uſque ad locum Sychem ad quercum altam.* 283. 9. * 316. 8.
7. *Apparuit autem Dominus Abram. ædificavit ibi altare Domino.* &c. 317. 9. & ſeq.
13. *Dic ergo, obſecro te. quod ſoror mea ſis.* &c. 319. 15. & ſeq.
17. *Afflixit autem Dominus Pharao*, &c. 284. 7. & ſeq. * 320. 17.
XIII. 1. *Adſcendit ergo Abram de Ægypto.* &c. 321. 19. & ſeq.
5. *Et Lot qui ambulabat cum Abram.* &c. 323. 25. & ſeq.

16. *Diviſit Abraham. quia non capiebat illos terra habitare ſimul.* 286. 12. * 323. 26. & ſeq.
9. *Si tu in ſiniſtram. ego in dexteram.* &c. 326. 32.
10. *Et levavit oculos Lot. & elegit irriguam regionem Jordanis.* 287. 13. * 327. 33. & ſeq.
14. *Et dixit Deus ad Abram. poſtquam receſſit Lot ab illo: Reſpice oculos tuos. & vide.* &c. 328. 37.
17. *Surge & perambula terram in longitudinem. & in latitudinem; quia tibi dabo eam. & ſemini tuo in æternum.* 329. 39.
XIV. 14. & 15. *Numeravit Abram trecentos decem & octo vernaculos ſuos. & percuſſit eos.* 286. 15. * 330. 42. & ſeq.
23. *Nihil ſumam ab omnibus tuis.* &c. 331. 46.
XV. 1. *Noli timere Abram. ego protegam te. merces tua multa erit valde.* 288. 18. * 332. 47.
2. *Quid mihi dabis? Ego autem dimittor ſine filiis.* 333. 48.
3. *Quia mihi ſemen non dediſti. vernaculus meus mihi heres erit.* &c. 288. 29. & ſeq.
5. *Eduxit eum foras.* &c. 333. 48.
6. *Credidit Abraham Deo. & reputatum eſt illi ad juſtitiam.* 289. 21.
8. *Quomodo intelligam quia heres ejus ſum.* 333. 49. & ſeq.
11. *Diviſit Abraham corpora. & conſedit illis.* 336. 55.
12. *Solis occaſu exceſſus cecidit ſuper eum.* &c. 339. 61. & ſeq.
17. & 18. *Cum jam ſol eſſet ad occaſum. flamma facta eſt.* &c. 343. 67. & ſeq.
XVI. 1. *Igitur Sarai uxor Abram. non genuerat liberos.* &c. 345. 72.
6. *Ecce ancilla tua in manibus tuis.* &c. 291. 26.
8. *A facie Sarræ dominæ meæ fugio.* 292. 26.
XVII. 1. *Ego ſum Deus tuus. ambula in conſpectu meo. & eſto ſine querela.* &c. 292. 27. * 346. 76.
6. *Augebo te valde.* &c. 347. 77.
10. *Circumcidatur omne maſculinum veſtrum. & circumcidatis carnem veſtram.* &c. 347. 78. * 349. 82. & ſeq.
15. *Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, ſed Sarram.* 351. 85.
17. *Et cecidit in faciem Abraham. & riſit.* &c. 294. 31. * 351. 86. & ſeq.
19. *Etiam ecce Sarra uxor tua pariet tibi filium.* &c. 352. 89.
XVIII. 2. *Et reſpiciens oculis vidit. & ecce tres viri ſtabant ſecus illum.* &c. 295. 33.
6. *Et feſtinavit Abraham in tabernaculum ad Sarram. & dixit ei: Feſtina & conſperge tres menſuras ſimilaginis.* 197. 30. * 296. 37.
8. *Manducaverunt illi: Abraham autem ſtabat ſub arbore.* &c. 297. 42.
9. *Dixit autem ad illum: Ubi eſt Sarra uxor tua?* &c. 297. 42.
10. *Riſit autem Sarra.* 297. 43.
Revertar ad te in futurum & erit Sarra filium. 352. 90.
17. *Non celabo Abraham puerum meum. quæ ego facturus.* 298. 45.
20. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ. completus eſt: deſcendam itaque.* &c. 298. 46. & ſeq.
24. *Si fuerint quinquaginta juſti in civitate.* &c. 299. 48.
XIX. 1. *Venerunt autem Angeli duo in Sodomam ad veſperam.* 299. 50. & ſeq.
5. *Viri autem civitatis Sodomorum circumdederunt domum.* &c. 299. 52.
XX. 3. *Ecce tu morieris propter mulierem.* &c. 301. 59.
6. *Et ego cognovi quoniam puro corde feciſti hoc. & peperci tibi.* &c. 302. 59.
XXI. 6. *Dixit & Sarra: Riſum mihi fecit Dominus.* &c. 303. 62.
7. *Et dixit Sarra: Quis annuntiabit Abrahæ. quoniam lactet infantem Sarra.* 303. 63.
8. *Fecit autem Abraham convivium magnum. quo die ablactatus eſt Iſaac filius ejus.* 303. 64.
9. & 10. *Ejice ancillam & filium ejus: non enim heres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.* 303. 65.
12. *Non ſit durum ante te de puero. & de ancilla.* &c. ibidem.
XXII. 1. *Et factum eſt poſt hæc verba. Deus tentavit Abraham.* &c. 304. 66.
2. *Accipe filium tuum amantiſſimum quem diligiſti Iſaac.* &c. 304. 67.
3. *Exſurgens mane ſtravit aſinum ſuum: & adhibuit ſecum duos pueros. & Iſaac filium ſuum.* &c. 197. 29. & ſeq.
5. *Sedete hic cum aſino: ego autem & puer pertranſibimus.* &c. 305. 71.
6. *Accepit autem ligna holocauſti. & impoſuit Iſaac filio ſuo.* &c. 306. 72.
7. *Dixit autem Iſaac ad Abraham patrem ſuum. Pater. Qui dixit: Quid vis. fili?* &c. 306. 73. & 74.
8. *Deus providebit ſibi victimam holocauſti fili.* 306. 74.
Et colligatis manibus ac pedibus Iſaac filii ſui. impoſuit eum in aram ſuper ligna. 307. 75.
11. *Et dixit Angelus. Abraham. Abraham.* 307. 76.
12. *Non injicias manum in puerum.* &c. ibid.
13. *Et ecce aries unus hærens in virgulto.* 307. 77.
14. *Vocavit Abraham nomen loci illius. Dominus videt.* &c. 307. 78.
XXIII. 3. *Et ſurrexit Abraham à mortuo.* 308. 80.
60. *Eſto in millia millium. & ſemen tuum poſſideat adverſariorum civitates.* 358. 7.
XXIV. 2. *Et vocavit puerum ſeniorem domus ſuæ.* 308. 82.
6. *Adtende tibi. ne revoces filium meum illo.* &c. 309. 86.
10. *Et ſurgens puer profectus eſt Meſopotamiam.* 301. 87.
15. *Occurrit ei Rebecca habens hydriam ſuper humerum.* &c. 310. 87.
16. *Deſcendens ad fontem implevit hydriam. & adſcendit.* 356. 2.
XXV. 23. *Duæ gentes in utero tuo ſunt.* &c. 184. 4. & 5. * 362. 18. & 1123. 6.
32. *Ut quid mihi primatus?* 188. 10.
XXVII. 11. *Noſti quod Eſau. frater meus homo piloſus ſit. & ego lenis.* 376. 60.
22. *Vox quidem vox Jacob.* &c. 462. 3.
27. *Odor Jacob. odor agri pleni.* 62. 72. * 459. 3.
35. *Frater tuus veniens cum dolo. accepit benedictionem tuam.* 462. 10.
38. *Numquid una benedictio tibi eſt. pater?* 178. 72.
40. *Servies fratri tuo: erit autem cum depoſueris & ſolveris jugum illius à collo tuo.* 463. 13.
45. *Mittam ad te. & accerſiam te inde.* 427. 21.
XXVIII. 2. *Surgens vade in Meſopotamiam.* &c. 425. 20.
12. *Et vidit Angelos Dei adſcendentes & deſcendentes.* 464. 16.
22. *Do tibi Sicimam præcipuam ſuper omnes fratres tuos.* &c. 516. 13.
XXXI. 3. *Revertere in terram patris tui.* &c. 465. 20.
32. *Cognoſce ſi quid tuum eſt apud me.* 465. 11.
XXXII. 24. & 25. *Et ecce vir luctabatur cum eo uſque mane.* 468. 30.
30. & 31. *Vidi Deum facie ad faciem & ſalva facta eſt anima mea.* &c. 888. 6.
32. *Propter hoc non manducant hodieque filii Iſrael nervum.* 469. 31.
XXXIII. 3. *Et adoravit ſepties in terra.* 467. 27.
XXXIV. 30. *Odioſum me feciſtis. ita ut ſavus videar.* 446. 7.
XXXV. 1. *Exſurgens adſcende in locum Bethel.* 469. 32.
XXXVII. 7. *Putabam nos ligare manipulos in agro.* &c. 485. 7.
10. *Objurgavit illum pater ejus.* &c. 485. 8.
13. *Et miſit in Sichem.* 486. 9.
20. *Et videbimus quid proderunt ſomnia illius.* 887. 12.
27. *Venite. vendamus Joſeph Iſmaelitis.* 487. 14.
31. *Tulerunt autem tunicam ejus.* &c. 489. 18.
XXXVIII. 28. & 29. *Hic exiet prior: illo verò retrahente manum. egreſſus eſt alter.* &c. 1321. 20.
XXXIX. 7. *Immiſit oculos uxor Domini ejus in Joſeph.* &c. 491. 22. & ſeq.
XL. 9. *Et narravit præpoſitus vini ſomnium ſuum.* &c. 494. 29.
XLI. 1. *Et factum eſt poſt biennium.* 496. 33.
25. *Septem vaccæ bonæ. ſeptem anni ſunt.* &c. 497. 37.
51. & 52. *Vocavitque nomen primogeniti, Manaſſes.* &c. 514. 4.
XLII. 1. & 2. *Et Jacob dixit filiis ſuis: Quare pigri eſtis.* 499. 43.
XLIII. 3. *Reſpondit Judas: Denunciavit nobis vir ille ſub atteſtatione juſjurandi.* &c. 500. 46. & ſeq.
23. *Propitius ſit vobis Deus. nolite timere.* &c. 501. 51.
25. *Paraverunt autem munera. donec introiret Joſeph meridie.* 502. 51. & ſeq.
29. *Hic frater veſter eſt adoleſcentior?* 503. 57.
XLIV. 2. *Scyphum autem meum argenteum. & pretium quod dedit tritici. pone in ore ſacci junioris.* 504. 61. & ſeq.
XLV. 2. & 3. *Et emiſit vocem cum fletu. ego ſum. inquit. Joſeph.* &c. 506. 67. & ſeq.
16. *Auditumque eſt celebri ſermone vulgatum in aula regis.* &c. 507. 74.
23. & 24. *Tantumdem pecuniæ & veſ-*

tium mittens patri ſuo. &c. 508. 77. & 78.
25. *Et adſcenderunt de Ægypto*. &c. 509. 79. & 80.
XLVI. 1. *Et elevans ſe Iſrael, venit ad puteum juramenti*. &c. 509. 81. & 82.
4. *Joſeph mittet manum ſuper oculos tuos*. 510. 83.
27. *Filii autem Joſeph qui facti ſunt ei in Ægypto, anima novem*. &c. 130. 46.
XLVII. 9. *Omnes dies vitæ meæ quos ago, breves & maligni*. 72. 22.
XLVIII. 1. *Nunciatum eſt Joſeph quod ægrotaret pater ſuus*. &c. 513. 2.
15. *Deus qui paſcit me a juventute mea*. 988. 19.
20. *Faciat vobis Deus ſicut Ephram, & Manaſſen*. 1151. 32.
22. *Ego do tibi ſicimam magnificam ſuper fratres tuos*, &c. 643. 15.
XLIX. 3. *Ruben primitivus meus, tu virtus mea, & initium filiorum meorum*. &c. 515. 7.
6. *In furore ſuo ſubnervaverunt taurum*. 894. 17.
In concilium eorum non veniat anima mea. &c. 516. 10.
8. *Juda, te laudabunt fratres tui*. 487. 13 * 518. 16.
13. *Zabulon juxta mare habitabit*. &c. 521. 26.
14. *Iſſachar bonum concupivit*. &c. 521. 30
16. *Dan judicabit populum ſuum*. &c. 522. 32. * 877. 25.
17. *Et cadet eques retrorſum*. 878. 28. & 30.
19. *Gad tentatio, tentavit eum*. &c. 524. 35.
20. *Aſer pinguis ejus panis*. &c. 524. 38
21. *Nephtalim vitis remiſſa*. &c. 525. 41.
22. *Filius amplianduſ meus, Joſeph*. &c. 525. 46.
27. *Benjamin lupus rapax*. &c. 330. 57.

EXODI.

CAP. III. 5. *Solve calceamentum pedum tuorum* 362. 16. * 619. 22. * 1063. 20. & 1326. 34.
14. *Ego ſum, qui ſum*. 896. 19.
VII. 1. *Poſui te in Deum Pharaoni*. 186. 7.
XII. 2. *Hic menſis primus erit vobis in diebus anni*. 7. 13. * 259. 73.
5. *Agnus ſine macula, mundus*. &c. 297. 40. * 862. 14.
11. *Sic autem comedetis illum: renes veſtros accingetis*. &c. 1424. 58.
28. *Vocavit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael*, &c. 1125. 35.
35. *Petierunt ab Ægyptiis vaſa argentea*. &c. 340. 63.
Fecerunt filii Iſrael, ſicut præceperat Moyſes. 340. 63.
XIII. 2. *Quia omne maſculinum adaperiens vulvam, ſanctum Domino vocabitur*. 347. 78 * 1300. 56.
13. *Omne quod aperit vulvam aſinæ, mutabis ove* 209. 8.
Si autem non mutabis, redimes. 209. 9.
XIV. 15. *Quid clamas ad me?* 1211. 9.
XV. 17. *Inducens plantato eos in montem hereditatis*, &c. 891. 11.
21. *Equum & adſcenſorem projecit in mare*. 584. 65.
XVII. 6. *Percuties petram, & exiet aqua ex ea*. &c. 540. 15.
XX. 12. *Honora patrem & matrem*. &c. 883. 8. * 1491. 78.
XXII. 25. *Quod ſi pecuniam fœneraveris pupillo*. &c. 606. 46
26. & 27. *Si pignus acceperis veſtimentum proximi tui, ante ſolis occaſum reſtitues illud, ne nudatis appareat turpitudo*. 607 47.
XXV. 11. *Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris*. 234. 16.
XXXIII. 20. *Nemo videbit faciem meam, & vivet*. 924. 89 * 1061 16.
XXXIV. 29. *Cumque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii*. &c. 1192. 26.

LEVITICI.

CAP. XIII. 3. *Qui cùm viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem*. &c. 1356. 7.
XVII. 11. *Anima totius carnis, ſanguis eſt*. 265. 92.
XXV. 9. *Et clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis*. &c. 1475. 23.
XXVI. 10. *Manducate vetera veterum*, &c. 215. 19.
19. *Erit tibi cœlum ſuper caput tuum æneum*. &c. 30. 16.

NUMERORUM.

CAP. III. 12. *Ecce tuli Levitas de medio filiorum Iſrael pro omni primogenito*. &c. 208. 7.
13. *In ea die qua interfeci omne primogenitum Ægypti, ſanctificavi mihi omne primogenitum Iſrael*. 211. 16.
XXII. 23. *Cernens aſina angelum ſtantem in via, & evaginato gladio, avertit ſe de itinere*. &c. 1497. 14.
XXIII. 10. *Moriatur anima mea in animis juſtorum*. 396. 15.
XXIV. 17. *Orietur ſtella ex Jacob, & exſurget homo ex Iſrael*. 1297 45.
20. *Initium nationum Amalec, & ſemen ejus peribit*. 8 14
XXXV. 13. *Sex civitates ad refugia erunt vobis*, &c. 419. 5.

DEUTERONOMII.

CAP. IV. 9. *Attende tibi ſoli*. 228. 42. * 1089. 10.
24. *Ego ſum ignis conſumens*. 66 10.
V. 31. *Eruit pedes meos a lapſu*. 1136. 17.
VI. 7. *Loqueris in illis ſedens in domo, ambulans in via, dormitans, reſurgens*. 807. 65.
VIII. 11. *Attende tibi, ne obliviſcaris beneficia domini Dei tui*. &c. 296. 26.
IX. 4. & 5. *Ne dicas in corde tuo, cùm conſumere cœperit dominus Deus tuus gentes illas*. &c. 196. 28.
XV. 6. *Fœnerabis gentibus multis: tu autem mutuum non accipies*. 463 12. * 613. 63.
9. *Attende tibi, ne fiat verbum abſconditum in corde tuo*. 986 13.
XVI. 20. *Juſte quod juſtum eſt perſequeris*. 1172. 18.
XXI 15. *Si fuerint homini duæ uxores, una earum dilecta, & altera odibilis*. &c. 188 13.
XXIII. 18. & 19. *Non exiges à fratre tuo uſuram pecuniæ, & uſuram eſcarum*. &c. 607. 48
XXIV. 10. *Si debitum tibi fuerit à proximo tuo quodcunque, non introibis in domum ipſius pignerare pignus*. &c. 615. 69.
XXV. 5. *Quando habitaverint fratres ſimul, & unus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri*. &c. 615. 63. * 1503. 28.
XXVII. 16. *Maledictus qui non honorat patrem*. 1443. 136.
XXVIII. 18. *Maledicta progenies ventris tui*. 622 62.
43. & 44. *Advena qui eſt in te, adſcendet ſuper te: tu autem deſcendes inferius*. &c. 614. 66.
XXX. 4 *Si fuerit diſperſio tua à ſummo cœlo uſque ad ſummum cœli, inde congregabo te, dicit Dominus*. 903. 39.
XXXII. 6. *Quia nemo ſcit ſepulturam ejus uſque in hodiernum diem*. 186 8.
11 *Sicut aquila protegit nidum ſuum*. &c. 104. 60.
21. *Ipſi excitaverunt me in æmulationem in non Deo*. &c. 779. 6.
22. *Dan catulus leonis, & effluet ex Baſan*. 523. 34.
33. *Furor draconum vinum eorum*. &c. 551. 52.
XXXIII. 12. *Dilectus à Domino habitabit fidens*. &c. 530. 58.
13 *A benedictione Domini terra ejus, à finibus cœli, & a rore*. &c. 528 51.
16. *Qui viſus eſt in rubo, veniat ſuper caput Joſeph*. &c. 893. 15.
17. *Decem millia Ephram, & millia Manaſſes*. 529. 55.
XXXIV. 5. *Per verbum Dei mortuus eſt*. 286. 8.

JOSUE.

CAP. X. 13. *Sol contra Gabaon ne movearis*. 714. 24.
XX. 6. *Erit in civitate refugii homicida ille, donec moriatur ſacerdos magnus*. 422. 13.

JUDICUM.

CAP. XIV. 14. *De manducante exivit eſca, & de forte & triſti exivit dulce*. 547. 39. * 009. 53.
XV. 4. & 5. *Perrexitque, & cepit trecentas vulpes, caudaſque earum junxit ad caudas*. &c. 1113 29.

RUTH.

CAP. XI. 13. *Et accepit Booz Ruth, & facta eſt ei in matrimonium*. 2326. 33.

I. REGUM.

CAP. II. 30. *Honorificantes me honorificabo*. &c 179. 74.
XVII. 51. *Cucurrit & ſtetit ſuper Philiſtæum, & tulit gladium ejus*. &c. 1241. 11.
XXI. 6. *Dedit ei ergo ſacerdos ſanctificatum panem*. &c. 1363. 32.
XXIV. 7. *Ut mittam manum meam in eum, quia Chriſtus Domini eſt*. 684. 27.

II. REGUM.

CAP. VI. 21 *Coram Domino nudabor adhuc, & ero nudus ante oculos tuos*. &c. 685 28.
VII. 12 *Sed cùm tu dormieris, excitabo ſemen tuum poſt te; & ipſe ædificabit domum nomini meo*. 714. 23.
XI. 2. *Viditque mulierem ſe lavantem ex adverſo ſuper ſolarium ſuum*. &c. 721. 40.
XII. 1 *Duo viri erant in una civitate, unus dives, & alter pauper*. &c. 727. 55.

3 *Pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam quam emerat. &c.* 682. 21.
6. *Agnam reſtituet in quadruplum.* 682. 22.
12. *Quoniam tu hoc feciſti in occulto. & ego faciam hoc verbum coram omni Iſrael.* 683. 23.
XVI. 10. *Quid mihi & tibi eſt, fili Sarviæ. &c.* 685 30.
XVIII. 29. & 33. *Puerne vivit.... filius meus Abeſſalon. filius meus.* 1150. 22.
XXIII. 15 *Quis mihi potum dabit de lacu qui eſt in Bethleem ad portas.* 445. 3. * 686. 34.

III. Regum.

Cap. XVII. 6. *Corvi quoque deferebant ei panem & carnes mane. &c.* 1304. 72.
XX. 29 *Vidiſti quemadmodum commotus eſt Achab a facie mea? &c.* 587. 70. & ſeq.
XXI. 1 *Erat vinea Nabuthe Jezraelitæ in Iſrael juxta domum Achab regis Samariæ. &c.* 567. 6.
2. *Da mihi vineam tuam, ut olera mihi ſeram.* 78^. 19.
4. *Et non manducavit panem ſuum.* 369. 15
10. *Deum benedixit & regem.* 578: 46.
16. *Cum audiſſet Achab quia mortuus eſt Nabuthe, conſcidit veſtimenta ſua.* 578. 47.
19 *Occidiſti, & poſſediſti hereditatem: propter hoc in loco in quo linxerunt canes. &c.* 578. 48.
20. *Inveniſti me, mi inimicus meus.* 579. 50.

IV. Regum.

Cap. II. 12. *Pater, pater, agitator Iſrael, & equus ejus.* 584. 64.
14. *Ubi eſt Deus Eliæ?* 833. 40.
XXIII. *Joachim filio Joſiæ regnante in Judæa pro Joſia patre ſuo: & convertit nomen Joachim in regnando.* 1331. 46.

IV. Esdræ.

Cap. VII. 32. *Quia cum venerit judicii dies, reddet terra defunctorum corpora, & pulvis reddet eas quæ in tumulis requieſcunt, reliquias mortuorum.* 407. 41. & ſeq.

Job.

Cap. II. 10. *Si bona accepimus de manu Domini, quæ mala ſunt, cur non ſuſtineamus?* 6 2 3.
III. 3. *Pereat dies illa in qua natus ſum. &c.* 1345. 40.
VI. 4. *Sagittæ enim Domini in corpore meo ſunt. &c.* 833. 20.
IX. 1. *Quomodo enim erit juſtus & mortalis. &c.* 629. 10.
17. *Multas contritiones fecit mihi, reſpirare me non ſinit. &c* 632. 16.
23. *Fugerunt & non viderunt.* 433. 39.
X. 2. *Dicam Domino, quare ſic me judicas? &c.* 632 17.
9. *Memento quia lutum me finxiſti.* 394. 12.
XIII. 26. *Quare adſcripſiſti adverſum me mala. &c.* 633. 21.
XIV. 1 *Mortalis filius mulieris brevis vitæ. &c.* 633. 22.
12. *Cum autem dormierit homo, non reſurget uſque dum cœlum non adſuatur.* 634. 24.
XVII. 12. *Unde invenia eſt ſapientia, aut quis locus diſciplinæ? &c* 636 27.
XIX. 7. *Clamabo, & nondum judicium.* 655. 7.
XXI. 1. *Audite, audite verba mea, non ſit mihi à vobis quærere conſolationem. &c.* 656. 10.
7. *Inveteraverunt in divitiis.* 657. 12.
8. *Semen eorum ſecundum animam.* 657. 13. &. 14.
10. *Bos eorum concepit, & non abortivit.* 658 14.
11. *Quia manent ſicut oves æterna: pueri autem eorum ludunt accipientes pſalterium. &c.* 658. 1^.
14. *Diſcede à me, vias tuas ſcire nolo. &c.* 659. 15.
17. *Verumtamen etiam impiorum lucerna extinguitur.* 659. 17.
XXVII. 14. *Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio erunt. &c.* 660 21.
XXIX. 13. *Benedictio morituri in me veniat.* 404. 16.
XXXVIII. 4. *Ubi eras cum fundarem terram? Indica mihi ſi habes ſcientiam. &c.*
10. *Concluſi mare portis, & dixi: Uſque huc venies. &c.* 11. 22.

Psalmi 1. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 45. 47. 48. 61. exponuntur à pag. 737. ad pag. 968

Psal. I. *Beatus vir qui non abiit in concilio impiorum. &c.* 459. 2.
4. *Non ſic impii, non ſic, ſed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ.* 1^7. 126.
5. *Quoniam non reſurgunt impii in judicio.* 1229. 24.
II. 3. *Dirumpamus vincula eorum. &c.* 1071. 41.
7. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* 881. 35.
IV. 5. *Iraſcimini, & nolite peccare.* 1368. 54.
VI. 7. *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum.* 1054. 32.
VIII. 4. *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum.* 730. 63.
IX. 15. *Qui exaltas me de portis mortis.* 56.
21. *Conſtitue, Domine, legiſlatorem ſuper eos.* 1137. 10.
XIII. 1. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt. &c.* 751. 2.
2. *Dominus reſpexit ſuper filios hominum. &c.* 1508. 19.
XVI. 8. *Cuſtodi me, Domine, ut pupillam oculi. &c.* 73. 22. * 137. 60.
XVII. 10. *Inclinavit cælos, & deſcendit.* 730. 64.
29. *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine.* 406. 41.
43. *Comminuam eos ut pulverem ante faciem venti. &c.* 759. 47.
XVIII. 1. *Cœli enarrant gloriam Dei. &c.* 30. 15. * 335. 54.
9 *Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos.* 1006 39.
13. *Lapſus quis intelliget?* 690. 46.
XIX. 4. *Et Holocauſtum tuum pingue fiat.* 214. 17.
5. *Tribuat tibi Dominus ſecundum cor tuum. &c.* 782. 19.
XXI. 2. *Longe à ſalute mea verba delictorum meorum.* 863. 16.
11 *In te projectus ſum ex utero. &c.* 646. 23.
19. *Diviſerunt veſtimenta mea ſibi. &c.* 636. 73.
XXII. 2. *In loco paſcuæ ibi me collocavit.* 1140. 1.
5. *Paraſti in conſpectu meo menſam. &c.* 543. 33 * 733. 14. & 1138. 24.
XXIII. 4. *Qui non accepit in vanum animam ſuam.* 401. 28.
7. *Tollite portas, principes, veſtras. &c.* 1118 14.
XXIV. 13. *Anima ejus in bonis demorabitur.* 405. 39.
XXVI. 4. *Unam petii a Domino, hanc requiram. &c.* 454 30. * 641. 9.
12. *Et mentita eſt iniquitas ſibi.* 769. 9.
XXXI. 1. *Beati illi quorum tecta ſunt peccata* 274. 117. * 692 49.
XXXV. 13 *Ego autem cum mihi moleſti eſſent, induebam me cilicio. &c.* 845. 8 * 846. 12.
21. *Ne diſcedas a me.* 845. 9.
XXXVI. 6. *Et educet quaſi lucem juſtitiam tuam, & judicium tuum ſicut meridiem.* 65. 8.
25. *Junior fui, etenim ſenui, & non vidi juſtum derelictum.* 611. 59. * 1360. 21.
XXXVII. 27. *Declina à malo, & fac bonum.* 744. 18.
XXXVIII. 5. *Notum fac mihi, Domine, finem meum. &c.* 668. 20.
7. *Theſaurizat, & ignorat cui congregat eos?* 5^9. 17.
13. *Advena ego ſum in hac terra, & peregrinus. &c.* 340. 62.
XXXIX. 2. *Exſpectans exſpectavi Dominum.* 787. 20.
7. & 8. *Holocauſta & pro peccato non poſtulaſti. &c.* 702. 80.
13. *Comprehenderunt me iniquitates meæ. &c.* 428. 25.
XL. 1. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* 576. 40. * 744. 17. & 1128. 43.
2. & 3. *Sicut deſiderat cervus ad fontes aquarum. &c.* 356. 3. * 640. 6.
5. *Horum memor effudi ſuper me animam meam.* 642. 8.
6. & 7. *Quare triſtis es anima mea: quare conturbas me? &c.* 642. 12. & 14.
8. *Abyſſus abyſſum invocat in voce cataractarum tuarum.* 644. 18. * 7^3. 18.
10. *Apud me oratio Deo vitæ meæ. &c.* 645. 20. * 647. 26.
XLII. 4. *Et introibo ad altare Dei mei. &c.* 650. 32. * 652. 36.
XLIII. 25. *Humiliata eſt in pulvere anima mea. &c.* 180. 74.
XLIV. 2. *Eructavit cor meum verbum. &c.* 527. 51. * 1380. 105.
XLV. 5. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* 147. 4.
XLVII. 8. *Ibi dolores ut parturientis. &c.* 631. 15.
12. *Exſultaverunt filiæ Judæ propter judicia tua.* 1098. 33.
XLVIII. 8. *Frater non redimit, redimet homo.* 1319. 15.
9. *Non accipiam de domo tua vitulos. &c.* 58^. 67.
XLIX. 11. *Et ſpecies agri mecum eſt.* 47. 36.

Pſal. 50. integer explicatur à pag. 689. n. 43. uſque ad pag. 704. n. 85. Idem Pſ. iterum explicatur à pagina 729. n. 62. uſque ad paginam 730.

L. 4. *Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco. &c.* 769. 8.
6. *Tibi ſoli peccavi.* 1179. 32.
12. *Cor mundum crea in me Deus.* 1101. 45.

LIV. 8. *Ecce elongavi fugiens. & manſi in ſolitudine.* 430. 30.
11. & 12. *Vidi iniquitatem & contradictionem in civitate. &c.* 594. 12.

LV. 9. *Deus, vitam meam nuntiabo tibi. &c.* 841. 38.

LVII. 11. *Lætabitur juſtus cum viderit vindictam impiorum.* 1051. 24.

LXI. 11. *Divitiæ ſi affluant. nolite cor apponere.* 572. 17.

LXV 12. *Tranſivimus per ignem & aquam.* 997. 14.

LXVII. 14. *Si dormiatis inter medias ſortes.* 150. 15. * 596. 18.
30. *Tibi offerent reges munera.* 347. 77. * 585. 67.

LXVIII. 5 *Qui oderunt me gratis.* 839. 53.
11. *Operui in jejunio animam meam* 518. 9.
12. & 13. *Factus ſum illis in parabolam. &c.* 910. 57.
18. *Ne avertas faciem tuam à puero tuo.* 800. 52.
30. *Pauper & dolens ego ſum.* 869. 6.

LXXI. 14. *Ex uſuris, & iniquitate liberavit eos.* 595. 14.

Pſalm. 72. explicatur à pag. 662. ad pag. 672

27. *Quoniam ecce qui elongant à te. &c.* 898. 25.

LXXIII. 3. *Quanta maligne operatus eſt inimicus in ſanctis tuis. &c.* 830. 34.
5. *Poſuerunt ſigna ſua ſigna. & non cognovit.* 647. 26.
6. *Sicut in via ſuper ſummum: quaſi in ſilva lignorum ſecuribus conciderunt. &c.* 648. 27.

LXXIV. 9. *Calix in manu Domini vini meri plenus eſt mixto. &c.* 822. 17.

LXXV 1. & 2. *Notus in Judæa Deus: & in Iſrael magnum nomen ejus.* 583. & 1119. 19.
3. *Et factus eſt in pace locus ejus.* 583. 62.
6. *Omnes viri divitiarum.* 583. 63.
6. *Dormierunt ſomnum ſuum. &c.* 572. 17.
7. *Dormitaverunt qui adſcenderunt equos.* 523. 32.
12. *Orate & reddite Domino Deo veſtro. &c.* 585 67. * 586. 68.
13. *Terribili. & ei qui aufert principum ſpiritum, & terribili apud reges terræ.* 586. 69.

LXXVI. 2. *Voce mea ad Dominum clamavi. &c.* 884. 41.
3. *Ad te confugi & non ſum deceptus.* 435. 45.
17. *Viderunt te aquæ. Deus. &c.* 33. 2. * 930. 10.

LXXVII. 49. *Miſit in eos iram per angelos malos.* 823. 19.

LXXX. 7. *Quia manus ejus in cophino ſervierunt.* 1405. 52.

LXXXIV. 7. *Deus tu convertens vivificabis nos. &c.* 1033. 3.
9. *Audiam quod loquatur in me Dominus Deus.* 1158. 2.

LXXXVI. 4. *Memor ero Rahab. & Babylonis ſcientibus me.* 798. 23.

LXXXVII. 6. *Factus.... inter mortuos liber.* 1410. 109.

LXXXIX. 4. *Quia mille anni in oculis Domini. ſicut dies heſterna. &c.* 1464. 221.

XCII. 1. *Dominus regnabit. decorem induit.* 526. 45.

XCIII. 14. *Quia non repellet Dominus plebem ſuam.* 897. 24.

XCV. 13. *Exſultabunt omnia ligna ſilvarum.* 14. 3.

C. 3. *Non cognovi verbum nequam.* 830. 34.
8. *In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ.* 1168. 35.

CI. 8. *Ego autem ſicut paſſer ſolitarius in ædificio.* 1437. 11.

CII. 1. *Benedic anima mea Dominum. &c.* 698. 65.
5. *Renovabitur ſicut aquilæ juventus tua.* 396. 16. * 142. 74.

CIII 19. *Fecit lunam in tempora. ſol cognovit occaſum ſuum* 65. 7.
24. *Quam magnificata ſunt opera tua. Domine. &c.* 120. 21.
28. *Aperiente te manum, implebuntur omnia bonitate.* 432. 36.

CIV. 17. *In ſervum venditus eſt Joſeph.* 905. 43.
19. *Eloquium Domini uſſit eum.* 215. 20.

CVI. 33. *Poſuit flumina in deſertum & exitus aquarum in ſitim.* 4. 17.

CIX. 1. *Dixit Dominus Domino meo: ſede ad dexteram meam.* 715. 25.
2. *Et dominaberis in medio inimicorum tuorum.* 518 17.
4. *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* 288. 16. * 424. 16.

CX. 10. *Initium ſapientiæ timor Domini.* 1029. 36.

CXIII. 3. *Mare vidit & fugit. Jordanis converſus eſt retrorſum.* 33. 2.
5. *Omnia quæcumque voluit fecit.* 24. 5.
16. *Cælum cæli Domino. terram autem dedit filiis hominum.* 1077. 58.

CXIV. 9. *Placebo Domino in regione vivorum.* 412 55

CXV. 13. *Calicem ſalutaris accipiam. & nomen Domini invocabo.* 1369. 59.
15. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.* 392. 8.
16. *Dirupiſti vincula mea.* 1060. 12.
17. *Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* 392. 8.

CXVII. 21. *Et factus es mihi in ſalutem.* 793. 35.

Pſalm. CXVIII. explicatur à pagina 973. 1. uſque ad paginam 1261.

CXVIII. 36. *Declina cor meum in teſtimonia tua. & non in avaritiam.* 417. 1.
37. *Averte oculos meos. ne videant vanitatem.* 418. 4.
81. *Defecit anima mea in verbum tuum.* 185. 5.

CXIX. 7. *Cum loquebar illis. impugnabant me gratis.* 1084. 17.

CXXIII. 7. *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. &c.* 1337. 11.

CXXVI. 1. *Niſi Dominus ædificaverit domum. in vanum laboraverunt qui ædificant eam?* 1309. 84.
3. *Ecce hæreditas Domini, filii: merces. fructus ventris?* 1289. 24.

CXXXI. 11 *Ex fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* 716. 28.
17. *Paravi lucernam Chriſto meo.* 1150. 27.

CXXXVIII. 5. *Tu finxiſti me. & poſuiſti ſuper me manum tuam.* 1092. 17.
6. *mirabilis facta eſt cognitio tua ex me.* 132. 50.
Si ſumſero pennas meas ante lucem. 429. 27.
15 *Non eſt abſconditum os meum. quod feciſti in abſcondito.* 697. 60.
21. & 22. *Et ſuper inimicos tuos tabeſcebam. &c.* 1132. [illegible]

CXL. 3. *Pone. Domine, cuſtodiam ori meo.* 1068. 35.

CXLI. 2. *Et non intres in judicium cum ſervo tuo.* 12[illegible]. 30.

CXLIII. 4. *Homo vanitati ſimilis factus eſt* 358. 4.

CXLVI. 1. *Laudate quoniam bonus eſt pſalmus. &c.* 740. 9.

CXLVIII. 5. *Quoniam ipſe dixit & facta ſunt. &c.* 26. 10.

PROVERBIORUM.

CAP. I. 7. *Initium ſapientiæ eſt timor Domini.* 6. 12.
28. *Quærent me mali. & non invenient.* 973. 2. * 1207. 41.

III. 18. *Lignum vitæ eſt omnibus percipientibus eum.* 755. 35.
28. *Ne dixeris. cras dabo.* 580. 53. * 1390. 28.
34. *Dominus ſuperbis reſiſtit.* 1046. 9.

V. 19. *Cervus amicitiæ & pullus gratiarum confabuletur tibi.* 637. 2.

VI. 6. *Confer te ad formicam ô piger. &c.* 118. 16.
8. *Vade ad apem. & vide quomodo operaria eſt. &c.* 107. 70.
27. & 28. *Ligabit quis ignem in ſinu. veſtimenta autem non comburet? &c.* 711 13.

VII. 6. *De feneſtra domus meæ per cancellos proſpexi.* 711. 14.
14. *Sacrificium pacis eſt mihi. hodie reddo vota mea. &c.* 189. 14.
20. *Non enim adeſt vir meus in domo. &c.* 189. 14.

VIII. 22. *Dominus creavit me principium viarum ſuarum.* 1025. 25.

X. 19. *De multiloquio non effugies peccatum.* 200. 37. * 268. 97.

XV. 7. *Labia ſapientium alligata ſunt ſenſu.* 810. 68.

XVII. 2. *Divitum pauperes præpoſiti erunt. & propriis ſervi dominis fœnerabunt.* 582. 60.
6. *Ejus qui fidelis ſit. totus mundus divitiarum.* 328 37.

XVIII. 17. *Juſtus in exordio ſermonis accuſator eſt ſui.* 1012. 11. * 1050. 21. & 1465. 225.

XIX. 14. *A Deo autem præparabitur viro uxor.* 1472. 3. * 1472. 9.
17. *Fœnerat Domino. qui miſeretur pauperi. &c.* 610. 55.

XX. 23. *Execrabile Domino duplex pondus. &c.* 966. 31.

XXVI. 9. *Spina naſcuntur in manu ebrioſi.* 543. 28.

XXIX. 13. *Fœneratoris & debitoris ſibi occurrentium proſpectum amborum facit Dominus.* 598 25.

XXXI. 10. *Mulierem fortem quis inveniet?* 1472 10.

Index locorum ſacræ Scripturæ

Ecclesiastis.

Cap. I. 3. *Quæ abundantia homini in cunctis labore ſuo quo laborat ſub ſole? Generatio vadit.* &c. 1120. 21.
8 *Non ſaturabitur oculus videndo. & non ſatiabitur auris auditu.* &c. 605. 44.
II. 24. *Oculi ſapientis in capite eius.* 135. 55. * 234. 17.
III. 2. & 3 *Tempus enim pariendi. & tempus moriendi.* &c. 605. 43. * 1162. 17.
16 *Vidi ſub ſole in loco iudicii impietatem.* 831. 35.
IV. 2. & 3. *Et laudavi ego mortuos magis quam viventes.* &c. 1195. 3.
V. 3. & 4. *Si voveris votum. non facias moram reddere illud,* &c. 195. 25.
12. *Eſt languor malus quem vidi ſub ſole divitias cuſtoditi in malum poſſidentis eas.* 750. 28. * 657. 12.
VI. 26. *Circuivit cor meum ut ſcirem impii lætitiam.* &c. 402 28.
VII. 5. & 6. *Cor ſapientum in domo luctus.* &c. 748. 25.
VIII. 3. *Noli ſtare in ſermone malo.* 748. 26.
X. 4. *Et ſi ſpiritus poteſtatem habentis in te adſcendat. locum tuum ne dereliquas.* 648. 28.
XI. 1. *Mitte panem tuum ante faciem aquæ.* 641. 7.
30. *Ante mortem non laudaveris quemquam.* 404 35.

Canticum canticorum explicatur à pag. 1545. ad paginam. 1618.

Sapientiæ.

Cap. II. 24. *Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum.* 169. 54.
IV. 8. & 9. *Senectus enim venerabilis .... & ætas ſenectutis vita immaculata.* 470. 35.
VII. 26. *Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis.* &c. 1488. 68
XIV. 7. & 8. *Benedictum lignum quod fit per iuſtitiam.* &c. 1064. 23.

Ecclesiastici.

Cap. VI. 1. *Cum amico miſce animum tuum. non cum inimico.* 401. 26.
XI. 30. *Ante mortem ne laudaveris aliquem.* 744. 16.
XXIII. 25. & 26. *Omnis homo tranſgrediens in lecto ſuo. contemnens. & dicens in anima ſua: Quis me videt?* &c. 627. 6.
XXVII. 12. *Stultus ut luna mutatur.* 7 . 31. * 807. 64.
XXVIII. 28. & 29. *Sepi aures tuas ſpinis .... argentum & aurum tuum alliga,* &c. 1252. 20.
XXIX. 2. & 3. *Redde proximo in tempore. coangusta verbum, & fideliter age cum illo.* &c. 17. 78.
13. & 14. *Perde pecuniam propter fratrem & amicum.* &c. 593. 9.
27. *Recipe proximum ſecundum virtutem tuam. & attende tibi ne cadas.* 620. 90.
XXXI. 8. *Qui inventus eſt ſine macula. & qui poſt aurum non abiit* &c. 581. 55.
28. *Splendidum in panibus benedicent labia iuſtorum.* &c. 581. 59.

Esaiæ.

Cap. I. 3. *Agnovit bos poſſeſſorem ſuum. & aſinus præſepe Domini ſui.* 1296. 42.
5. & 6. *Omne caput in dolore. omne cor in mœſtitia.* 750. 28.
9. *Niſi Dominus ſabaoth nobis reliquiſſet ſemen. ſicut Sodoma facti eſſemus.* &c. 257. 69.
11. *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum dicit Dominus? Plenus ſum.* 651. 33.
III. 1. & 2. *Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem & à Iuda validum & fortem.* &c. 1279. 40.
V. 1. *Vinea facta eſt dilecto in cornu. in loco uberi.* &c. 52. 50. * 529. 55.
8. *Væ iis qui iungunt domum ad domum. & villam ad villam.* 568. 12.
11. *Væ iis qui conſurgunt mane. & ſectantur ſiceram. qui ebrii ſunt veſperé.* &c. 551. 53.
VI. 8. *Quem mittam: ecce ego mitte me.* 1149. 25.
22. *Non confundetur qui in anguſtia eſt uſque in tempus hoc primum bibe.* 753. 32.
IX. 6. *Quoniam puer natus eſt nobis. filius datus eſt nobis.* 754. 33. * 522. 31.
14. *Auferam à Iuda caput & caudam. initium & finem.* 1222. 3.
XI. 1. *Exiet virga de radice Ieſſe. & flos ex radice eius adſcendet.* 519. 19.
XIII. 5 *Ecce venit Dominus diſperdere orbem terrarum.* 559. 77.
XXIII. 1. *Ululate naves Carthaginis. quæ perierunt. & non amplius erunt* 556. 69.
2. & 3. *Mercatores Phœnicum tranſmeantes mare in aqua multa.* &c. 556. 70.
4. *Erubeſce Sidon. dixit mare.* 71. 19. * 557. 71.
15. *Eritque poſt ſeptuaginta annos Tyrus ut canticum meretricis.* 558. 73.
XXIV. 8. *Feneſtra apertæ ſunt è cælo.* 366. 32.
XXVI. 18. *In utero accepimus. & parturivimus ſpiritum ſalutis.* 204 47.
XXVII. *Ego civitas munita. ego civitas obſeſſa.* 132. 49.
XXVIII. 10. *Tribulationem ſuper tribulationem exſpecta ſpem ſuper ſpem.* 1215. 21.
17. *Miſericordia eius in ſtateris.* 1232. 40.
XXX. 8. *Scribe in buxo* 54. 53.
XXXIII. 22. *Dominus iudex bonus domui Iſraël.* 1488. 65.
XXXV. 3. *Convaleſcite manus remiſſæ & genua diſſoluta.* 432. 37.
XL. 6. *Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnum.* &c 44. 29 * 1279. 39.
9. *Adſcende in montem qui evangelizas Sion.* 1479. 39.
12. *Quis menſus eſt manu aquas. & cælum palmo. & univerſam terram clauſit manu?* 850. 20.
15. *Sic omnes gentes ut ſtillicidium de urceo. & ſicut momentum ſtateræ æſtimatæ ſunt. & ut ſputum æſtimabuntur.* 761. 49.
XLI. 1. *Renoventur inſulæ.* 651. 34.
11. *Ecce confundentur & reverebuntur omnes adverſarii.* &c. 759. 47.
XLIII. 26. *Dic iniquitates tuas. ut iuſtificeris.* 633. 19.
XLV. 7. *Ego Dominus creans mala.* 1175. 18.
14. *Laboravit Ægyptus. mercatus Æthiopum. & Sabæim viri excelſi ad te tranſibunt.* 827. 29.
XLVII. 2. *Tranſgredere flumina.* 1188. 14.
XLVIII. 20 *Exite de Babylone. fugiens à Chaldæis.* 746. 22. * 373. 54.
XLIX. 16. *Ecce ego. pinxi muros tuos.* 119. 42. * 132. 49. * 397. 17. * 669. 14. & 1156. 43.
L. 1. *Cui vendidi vos fœneratori.* 600. 31.
2. *Ecce ego increpatione mea deſolabo mare.* &c. 774. 20.
9. *Lætare ſterilis. exſulta deſertum.* 1303. 67.
LIII. 3. *Homo in plaga. & ſciens ferre infirmitatem.* 95 . 6.
7 *Sicut ovis ad victimam ductus eſt.* 728. 58.
LVI. 10. *Canis muti. neſcientes latrare.* 119 17.
LVIII. 5. *Non hoc ieiunium elegi. nec ſi flectas ut circulum collum tuum.* &c. 577. 44.
LXV. 25. *Tunc lupi & agni ſimul paſcentur.* &c. 81. 6.
LXVI. 1 *Cælum mihi thronus.* 1117. 12.
9. *Nonne ſterilem. & parientem ego feci. dicit Dominus?* 302. 61.

Hieremiæ.

Cap. I. 5. *Priuſquam te formarem in utero matris tuæ. novi te.* &c. 695. 57.
7. *Noli dicere: Iuvenior ſum.* 1135. 13. * 1149. 26.
11. *Sume tibi baculum nuceum.* 725. 50.
II. 18. *Quid tibi & viæ Ægypti. ut bibas aquam Geon?* 755. 36.
IV. 19. *Ventrem meum doleo. ventrem meum doleo.* 434. 42.
IX. 11. *Intravit mors per feneſtras.* 418. 3. * 1038. 20.
X. 14. *Infatuatus eſt homo à ſcientia ſua.* 5. 9.
XI. 4. *Eduxit eos Deus de fornace ferrea.* &c. 1224. 13.
19. *Ego ſicut agnus ductus ſum. & neſcivi.* 863. 16.
19. *Inmittamus lignum in panem eius.* 766. 3.
XIII. 23. *Si mutabit Æthiops pellem ſuam. & pardus varietatem ſuam.* 118. 15.
XVI. 16. *Ecce ego mitto venatores multos.* 133. 50.
XVII. 1. *In pectore cordis tui.*
11. *Clamavit perdix & congregavit quæ non peperit.* 117. 13.
12. *Thronus virtutis exaltatus eſt.* 1485. 60.
XX. 9. *Et erat ignis inflammans in oſſibus meis.* &c. 381. 7.
XXII. 28. *Abiectus eſt Iechonias ut vas* &c. 1329. 40.
XXIV. 5. *Sicut ficus iſtas bonas recognoſcant tranſlatos Iuda.* 56. 59.
XXXI. 15. *Vox audita eſt in rama fletus & ululatus.* &c. 819. 10.
20. *A iuventute mea dilectus mihi eſt filius Ephram. puer in deliciis.* 1276. .
XXXII. 17. *Quis es Domine? Tu feciſti cælum & terram.* &c. 729. 62.
LI. 7. *Calix aureus Babylon in manu Domini. a quo inebriatæ ſunt gentes* &c. 552. 56. * 1233. 41.
9. *Curavimus Babyloniam & ſanata non eſt.* 489. 17.

Threnorum.

Cap. I. 15. *Abſtulit omnes fortes meos Dominus de medio mei*, &c. 1158. 4.
15. & 16. *In hoc ego fleo. oculi mei caligaverunt à fletu.* 1172 9.
III. 27. *Bonum eſt viro, qui grave portavit jugum à juventute*, &c. 1214. 19.
30. *Dabit percutienti maxillam ſuam, & ſaturabitur in opprobriis*, &c. 1086. 3.
IV. 9. *Boni erant vulnerati gladio, quam vulnerati fame*, &c. 1080. 5.
16. *Faciem ſanctorum non receperunt*, &c. 1185. 4.
20. *In umbra ejus vivemus.* 998. 18.
21. *Gaude & lætare, filia Idumæa .... & quidem ad te pertranſibit calix: bibes, & inebriaberis adhuc.* 1239. 4.

Ezechielis.

Cap. I. 16. *Quaſi rota intra rotam currit, nec impeditur.* 476. 46.
IV. 3. *Accipe tibi ſartaginem .... & accipies iniquitates domus Iſrael*, &c. 856. 34.
IX. 6. *A Sanctis meis incipite.* 1228. 21.
XVIII. 7. & 8. *Vir ſi .... pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento*, &c. 608 52.
XXII. 19. & 20. *Ecce proficiſcar in Hieruſalem, & exſufflabo in vos ignem iræ meæ: ut tabeſcatis à plumbo, & ferro, & reliquis metallibus.* 1130. 2.

Danielis.

Cap. VII. 10. *Judicium ſedit, & libri aperti ſunt.* 762. 51.

Oſeæ.

Cap. I. 2. *Vade, accipe tibi uxorem fornicariam.* 726. 50.
X. 12. *Seminate vobis ad juſtitiam, vindemiate ad fructum vitæ, illuminate vobis lumen cognitionis.* 364. 23.

Amos.

Cap. VII. 14. *Paſtor eram caprarum, vellicans mora.* 1477. 28.

Jonæ.

Cap. II. 3. *Clamavi ad Dominum meum in tribulatione mea, & exaudivit me de ventre inferni.* 922. 84.

Michææ.

Cap. VI. 3. *Popule meus quid feci tibi, aut quid contriſtavi te, aut quid moleſtus fui tibi*, &c. 693. 54.

Habacuc.

Cap. III. 3. *Dominus à Libano veniet, & monte umbroſo & opaco.* 249. 52.
8. *Adſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſalus.* 584. 64 * 877. 26.
15. *Immiſiſti in mari equos tuos, turbantes aquas multas.* 1017. 28.

Aggæi.

Cap. II. 20. *Numquid jam ſemen in germine eſt: & adhuc vinea, & ficus, & malo granatum, & lignum olivæ non floruit? Ex die iſta benedicam.* 1451. 169.

Mathæi.

Cap. I 1. *Liber generationis Jeſu Chriſti filii David.* 716. 27. * 1316. 6.
2. & 3. *Abraham genuit Iſaac.... Judas autem genuit Phares & Zaram ex Thamar.* 1320. 17.
5. *Booz autem genuit Obed ex Ruth.* 1324. 30.
6. *David autem genuit regem Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ* 1328 38.
15 *Eleazar autem genuit Mathan.*
17. *Omnes generationes ab Abraham uſque ad David generationes quatuordecim.* 1332. 45.
21. *Pariet filium, & vocabit nomen ejus Jeſum.* 767 4.
II. 1. *Cum ergo natus eſſet Jeſus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis: ecce Magi*, &c. 1296. 44.
III. 13 *Tunc venit Jeſus à Galilæa in Jordanem ad Johannem, ut baptizaretur ab eo*, &c. 1311. 90.
IV 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* 1470. 248.
V. 3. *Beati pauperes: quoniam veſtrum eſt regnum cælorum*, &c. 1367. 50. & ſeq.
7. *Beati miſericordes.* 1369. 57.
8. *Beati mundo corde: ipſi enim Deum videbunt.* 1275. 27.
21. & 22 *Dictum eſt antiquis: non occides .... ego autem dico vobis*, &c. 1025. 23.
25. *Eſto conſentiens adverſario tuo citò, dum es cum illo in via* 747. 24 * 1446. 146.
32. *Qui dimiſerit mulierem, facit eam mœchari.* 1471. 4
34. *Non jurandum omnino* 1145. 14.
40. *Et ei, qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam*, &c. 1481. 44.
44. *Benefacite iis qui oderunt vos: orate pro calumniantibus, & perſequentibus vos.* 846 10.
VI. 5. *Tu autem cùm orabis, intra in cubiculum tuum.* 200. 35.
6 *Et pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi* 184 42.
16. *Cùm autem jejunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes*, &c. 546. 35. & ſeq.
22. & 23. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus*, &c. 919. 77.
26. *Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt*, &c. 43. 28.
28. *Conſiderate lilia agri.* 47. 36.
34. *Sufficit diei malitia ſua.* 391. 6.
VII. 17 *Arbor bona fructus bonos facit.* 1083 15.
23 *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: neſcio vos.* 791. 31. * 1418. 29.
VIII. 20. *Vulpes foveas habent.... filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* 131. 48.
24. *Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus.* 1353. 68. & 69.
28. *Et cùm veniſſet trans fretum in regionem Gerazenorum occurrerunt ei duo habentes dæmonia*, &c. 1393. 44.
29. *Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.* 1394 47.
IX. 23. *Et cùm veniſſet Jeſus in domum principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem.* 1398. 62.
X. 8. *Gratis accepiſtis, gratis date.* 1348. 52.
11. *In quamcumque autem civitatem aut caſtellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus ſit*, &c. 1399. 66.
16. *Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes.* 433. 40. * 1037. 15. & 1502. 34.
28. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* 396. 16.
29. *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt*, &c. 1436. 114.
37. *Qui diligit patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus.* 1163. 20. * 1443. 136.
XI. 12 *A diebus Johannis Baptiſtæ regnum cælorum cogitur*, &c. 188. 12. * 1382. 111.
19. *Et juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.* 1383. 1.
28. & 29. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis*, &c. 1157. 46. * 1165. 25.
XII. 1. *Abiit Jeſus per ſata ſabbato.* 1363. 30.
28. *Si autem ego in ſpiritu Dei ejicio dæmones.* 1432 97.
36. *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* 843. 5.
48. *Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt fratres mei?* 420. 7.
XIII. 27. *Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo?* &c. 50. 44.
33. *Simile eſt regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus*, &c. 1456. 188. & ſeq.
47. *Simile eſt regnum cælorum reti miſſo in mare*, &c. 85. 15.
55. *Nonne hic eſt filius Joſeph fabri?* 1313. 2.
XIV. 16. *Date illis vos manducare.* 1156. 18.
19. *Manducantium autem numerus fuit, quinque millia virorum*, &c. 1402. 79.
31. *Modicæ fidei, quare dubitaſti?* 631. 15.
XV. 13. *Omnis plantatio quam non plantavit pater meus, eradicabitur.* 146. 2.
24. *Non ſum miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael*, &c. 907 50.
26. *Non licet accipere panem filiorum, & mittere catulis?* 907. 51.
32. *Dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via.* 1400. 73.
XVI. 6. *Cavete à fermento Phariſæorum.* 1456. 190.
17. *Quoniam non caro & ſanguis tibi revelavit, ſed pater meus qui in cælis eſt.* 1406. 94.
18. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* 1407. 97.
20. *Tunc præcepit diſcipulis ſuis, ut nemini dicerent quia ipſe eſſet Jeſus Chriſtus.* 1408 101.
23. *Vade retro me.* 300. 55.
XVII. 1. *Et poſt dies ſex adſumſit Jeſus Petrum*, &c. 1412. 7.
5. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite.* 926. 2. * 1314 95.
19. *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis dicetis huic monti*, &c. 1453. 176. * 1477. 29.
26. *Mitte hamum, & eum piſcem qui primus adſcenderit, tolle.* 85. 13. * 1354. 73.
6. *Expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* 1244. 19. * 1486. 63.
19. *Si duobus ex vobis convenerit ſuper terram de omni re*, &c. 1457. 192.
XIX. 21. *Veni, ſequere me.* 842. 1.
24. *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum cælorum.* 987. 18.

27 *Ecce nos omnia reliquimus, & ſecuti ſumus te.* 1057. 7.
29. *Quicumque reliquerit patrem aut matrem, domum, aut fratres, aut ſorores.* &c. 1059. 10.
XX. 1. *Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* 1464. 220. * 1495. 4.
XXI. 2. *Ite in caſtellum, quod contra vos eſt.* &c. 1495. 4.
8. *Alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via* 1497. 11. & 13.
9. *Hoſanna filio David.* 1503. 2.
12. *Et ejiciebant omnes vendentes & ementes in templo.* &c 1498. 18. & 19.
33. *Et ſepe circumdedit, & fodit in ea torcular,* &c. 1194. 24.
XXII. 13. *Et mittetur in tenebras exteriores, illic fletus & ſtridor dentium.* 1460. 204.
20. *Et ait illis Jeſus: Cujus eſt imago hæc, & ſuperſcriptio?* 1502. 35. & 36.
XXIII. 2. *Super cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ & phariſæi,* &c. 915. 64.
4. *Ipſi autem digito ea movere nolunt.* 1160. 9.
28. *Ubi ruina, ibi & aquila.* 953. 23.
29 *Tunc ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent.* 1511. 37. & 38.
32. *Ab arbore autem fici diſcite parabolam.* &c. 1428. 10. & ſeq.
36. *De die autem & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum, neque Filius.* 1478. 34. & 35.
41 *Una adſumetur, altera relinquetur.* 197 30.
XXV. 18. *Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.* 1494. 95.
XXVI. 6. & 7 *Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum.* &c. 1386. 12.
8. *Quare hoc ſic periit? Potuit enim venundari pretio, & dari pauperibus.* 1390 27.
18. *Ite in civitatem ad quemdam.* 1513. 46.
25. *Numquid ego ſum rabbi? Tu dixiſti* 875. 16.
34. *Non cantabit gallus, priuſquam me ter abneges* 112. 88. * 1520. 74.
38. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* 1442 133 * 1517. 61.
39. *Pater, ſi poſſibile eſt, transfer à me calicem hunc.* 862 16.
41. *Vigilate, & orate, ut intretis in tentationem.* 154 25.
43. *Et oſculatus eſt eum.* 1518. 64.
69 *Et tu cum Jeſu Galilæo eras.* 1521. 79. & 80.
70. *Neſcio quid dicas.* 1520. 78.
72 *Neſcio hominem.* 1521. 82.
XXVII. 6. *Non licet nobis mittere in loculum; quia pretium ſanguinis eſt.* 959. 33.
7. *Concilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli.* &c. 1524 95.
12. *Et cum accuſaretur à principibus ſacerdotum & ſenioribus, nihil reſpondit.* 1525. 97.
Innocens ſum à ſanguine juſti illius. 964. 25.
28. *Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei.* 1526. 101. & 104.
29. *Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput ejus.* &c. 1526. 105. & 107.
39. *Qui tranſibant, blaſphemabant Dominum Jeſum moventes capita ſua.* 911. 60.
* 961. 18 & 1158. 6
44. *Idipſum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.* 1530. 122.
48. *Et continuo currens unus ex eis acceptam ſpongiam implevit aceto,* &c. 1530. 124.
50 *Jeſus autem iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum* 1531. 127.
51. & 52. *Terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: & monumenta aperta ſunt* 1531. 128.
57. *Venit quidam homo dives ab Arimathæa.* 1534. 139.
60. *Et poſuit illud in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra.* 1534. 140. & 143.
XXVIII. 1. *Veſpere autem ſabbati.* 1536. 150
5. *Nolite timere.* 414. 57.
5 *Jeſum qui crucifixus eſt, quæritis: non eſt hic, ſurrexit enim.* &c. 368. 42.
9. *Et ecce Jeſus occurrit illis dicens: avete. Illæ autem acceſſerunt,* &c. 318. 43. * 1537. 154.

MARCI.

CAP. I. 11 *Filius meus es tu.* &c. 892. 11.
Cum beſtiis erat, & Angeli miniſtrabant ei. 1298 51.
II. 3. *Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.* 1480. 40.
III. 17. *Et impoſuit eis nomen Boanerges, quod eſt, filii tonitrui.* 1412. 5.
IV 14. *Qui ſeminat, verbum ſeminat.* 50. 45.
VIII. 33 *Vade retro poſt me.* 972. 19.
34. *Tolle crucem tuam, & ſequere me.* 672. 28
XI. 4. *Et abeuntes invenerunt pullum ligatum ante januam foris in bivio.* 1496. 6
XIV. 5. *Poterat hoc venundari trecentis denariis, & dari pauperibus.* 868. 3.
70. *Hic ex illis eſt. At ille iterum negavit.* 1521. 81.
XV. 17. *Induunt eum purpura* 1527. 108.
XVI. 2. *Et valde mane.* 1535. 147.

Evangelium ſecundùm Lucam explicatur à pagina 1261. uſque ad pag. 1544.

LUCÆ.

IN PEREGRINIS LOCIS.

CAP. I. 36. *Et ecce Eliſabeth cognata tua,* &c 1319. 5
II. 29. *Nunc dimittis ſervum tuum in pace.* 391. 5.
35 *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* 373. 53. * 643. 15. & 891. 12.
IV. 6. *Tibi dabo poteſtatem hanc univerſam & gloriam illorum,* &c. 797. 45.
13. *Et conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo, uſque ad tempus.* 900. 31.
25. *In diebus Eliæ, quando clauſum eſt cælum.* 792. 32.
V. 12. *Si vis, potes me mundare.* 1003. 29.
VI. 34. *Et ſi mutuum dederitis à quibus ſperatis recipere, quæ vobis eſt gratia?* &c. 609. 54.
37. *Nolite judicare, ut non judicemini.* 1230. 31.
VII. 12. *Et acceſſit, & tetigit loculum, & ait: Adoleſcens tibi dico, ſurge.* 1398. 64.
32. *Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis.* 1052 26.
41. *Duo erant debitores cuidam fœneratori, unus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta,* &c. 619. 85.
Dimiſſa ſunt tibi peccata. 1001. 26.
VIII. 8. *Qui habet aures audiendi, audiat.* 946. 4.
IX. 60 *Relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos.* 138. 19.
X. 18 *Videbam ſatanam ſicut fulgur cadentem de cælo.* 433. 40.
XII. 10. *Baptiſmo habeo baptizari, quod vos neſcitis* 997. 14.
17. *Quid faciam quòd non habeo quo congregem fructus meos.* &c 73. 29.
20 *Quid ſcis an nocte hac à te anima tua repoſcatur?* 407. 43.
58. *Dum vadis cum adverſario tuo ad magiſtratum, da operam liberari ab illo.* &c. 601. 35.
XIII. 7. *Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio* 1278. 36.
11. *Illa mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis inclinata erat.* 52. 50.
32. *Ite, dicite vulpi illi.* 1113 29.
XIV. 25. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem,* &c. 1392 36.
XVI. 8. *Filii hujus ſæculi prudentiores ſunt quam filii lucis in hac generatione.* 1242. 9.
XVII. 7. *Tranſi, recumbe.* 428. 25.
21. *Regnum Dei intra vos eſt.* 1382. 112.
XIX. 5. *Zacchæe feſtinans deſcende.* 198. 31.
8. *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus,* &c. 214. 16.
13. *Homo quidam cum dives eſſet, abiit in regionem longinquam,* &c. 682. 20.
XXII. 48. *Juda, oſculo filium hominis tradis?* 139. 68 * 83. 17.
XXIII. 43. *Hodie mecum eris in paradiſo.* 864. 19. * 1059. 11.

JOHANNIS.

CAP. I. 1. *In principio erat Verbum,* &c. 1295 40.
2. *Verbum erat apud Deum.* &c. 793. 35.
3. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* 1107. 11. * 1230. 32.
9. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* 792. 32.
18. *Deum nemo vidit umquam. Unigenitus Filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarravit.* 1274. 25.
26. *Medius veſtrum ſtat, quem vos neſcitis.* 198 32. * 942. 16.
47. *Ecce vere Iſraelita in quo dolus non eſt.* 1272. 18.
48. *Cum eſſes ſub arbore fici, vidi te.* 1493. 90.
II. 15. *Et invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas.* &c. 1499. 20.
19. *Solvite templum hoc, & in triduo reſuſcitabo illud.* 942. 16.

III. 5. *Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* 351. 84.
19. *Dilexerunt enim magis tenebras quàm lucem.* 764. 56.
23. *Erat autem & Johannes baptizans in Ænon juxta Salim* 816. 3.
29. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.* &c. 519. 22.
30. *Illum oportet creſcere, me autem minui.* 1308 81.
IV. 5. & 6. *Venit Jeſus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar.* &c. 364. 26.
7. *Venit mulier de Samaria haurire aquam.* &c. 310. 88.
50. *Vade, filius tuus vivit.* 1375. 84.
V. 9. *Quæ ego opera facio, & ille facit.* 1268. 7.
17. *Pater meus uſque modo operatur, & ego operor.* 198. 31.
28. & 29. *Multi ergo dormientium in tumulo terra ſurgent, qui bene egerunt, in reſurrectionem vitæ.* &c. 763. 53.
30. *Sicut audio, & judico.* &c. 1231. 37. & 39.
VI. 9. *Eſt puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces.* 1403. 81.
31. *Panem de cælo dedit eis manducare.* 1202. 27.
51 & 52. *Ego ſum panis vivus qui de cælo deſcendi.* &c. 525 39.
VII. 23 *Mihi iraſcimini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato.* 1152. 33. * 1365 39.
38. *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* 35. 6.
VIII. 25. *Initium quod & loquor vobis.* 8. 15.
56. *Abraham diem meum vidit, & gaviſus eſt.* 792. 32. * 1167. 6.
IX. 6. *Hæc cùm dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus.* 1519. 70.
X. 30. *Ego & pater unum ſumus.* 155. 26.
XI. 33. *Jeſus ergo, ut vidit eam plorantem. . . . infremuit ſpiritu, & turbavit ſe ipſum.* 504. 59.
XII. 5. *Potuit enim venundari trecentis denariis, & dari pauperibus.* 1391. 30.
24. *Niſi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.* &c. 1454. 182.
27. *Nunc anima mea turbata eſt.* 642. 11.
XIII. 10. *Qui lotus eſt totus, non habet neceſſe ut manus lavet.* 1491. 78
18. *Qui manducat mecum panem, levabit ſuper me calcaneum.* 876. 24.
27. *Quod facis, fac celerius.* 213. 16.
37. *Quare non poſſum te ſequi modò? Animam meam pro te ponam.* 1268. 8.
XIV. 2. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* 849. 17.
6. *Ego ſum via, veritas & vita.* 764. 57.
9. *Tanto tempore vobiſcum ſum, & adhuc me non cognoviſtis?* 1275. 27.
9. & 10. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem qui me miſit.* &c. 774. 22. * 1267. 7.
27. *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis.* 468. 28. * 664. 6.
30. *Venit enim princeps mundi hujus, & in me invenit nihil.* 427. 23.
31. *Surgite, eamus hinc.* 396. 16.
XV. 3. *Jam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* 927. 3.
XVII. 3 *Hæc eſt autem vita æterna; ut cognoſcant te ſolum verum Deum.* 1270. 13.
12. *Pater, quos dediſti mihi, volo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum.* &c. 412. 54.
XVIII. 8. & 9. *Si me quæritis, ſinite hos abire.* &c. 962. 20.
17. *Non ſum* 1521. 83. & 84.
18. *Frigus erat.* 1520. 76.
35. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* 1330. 44.
XIX. 2. *Et veſte purpurea circumdederunt eum.* 1526. 104.
24. *Dixerunt ergo ad invicem: non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cujus ſit.* 1273. 23.
26. & 27. *Ecce filius tuus. . . . ecce mater tua.* 1532. 131.
30. *Cùm ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit: Conſummatum eſt.* 1530. 125.
34. *Sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua.* 1533. 135.
38. & 39. *Poſt hæc autem rogavit Pilatum Joſeph ab Arimathæa.* &c. 1533. 136 & ſeq.
XX. 1. *Prima ſabbati cùm adhuc tenebræ eſſent.* 1536. 147.
14. & 15. *Mulier, quid ploras? quem quæris?* &c. 1537. 154. * 1539. 162. & ſeq.
17. *Noli me tangere.* 1537. 156. * 1539. 166.
27. *Adſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum.* 1540 168.
20. *Et gaviſi ſunt diſcipuli viſo Domino.* &c. 1540. 172. & ſeq.
25. *Niſi videro in manibus ejus fixuras clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum.* 1169. 38.
27. *Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc.* &c. 1540. 169.
XXI. 15. *Tu ſcis, Domine, quia diligo te.* 1135. 3. * 1542. 176. & ſeq.
22. *Sic eum volo manere donec venio.* 1411. 4.

ACTUUM.

CAP. III. 6. *Argentum atque aurum non habeo.* 611. 60. * 1423. 55.
IV. 8. *Principes populi, & ſeniores Iſrael, ſi nos hodie dijudicamur, quod benefactum ſit homini infirmo.* &c. 1007. 43.
VII 55 *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis ſtantem ad dexteram Dei.* 85. 16.
X. 47. *Numquid aquam vetare poſſumus, ne baptizentur ii, qui Spiritum ſanctum acceperunt?* 612. 61.
XV. 7. *Viri fratres, vos ſcitis quia à diebus antiquis in nobis Deus elegit ex ore meo audire nationes verbum Evangelii.* 111. 94.
XVII. 28. *Quamvis non longe ſit ab unoquoque noſtrum, in ipſo enim vivimus, & ſumus, & movemur.* 45. 31.

ROMANORUM.

CAP. I. 20 *Inviſibilia ejus per ea quæ facta ſunt intelliguntur.* 8. 16.
28. *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum* 1016. 24.
II. 4. *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* &c. 413 14.
13. *Non ſolum auditores legis juſti ſunt apud Deum; ſed etiam factores legis juſtificabuntur.* 867. 22.
IV. 11. *Abraham ſignum accepit circumciſionis.* &c 293. 29.
17. *Qui vivificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.* 813. 78.
V. 14. *Sed regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen.* 890 11.
20. *Lex autem ſubintravit ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, ſuperabundavit gratia.* 1392 35.
VI. 4. *Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem.* &c 470. 34.
1 . *Neſcitis quoniam cui exhibuiſtis vos ſervos ad obediendum, ſervi eſtis ejus cui obediſtis.* &c. 448. 11.
16. *Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* 490. 20.
17. & 18. *Gratias autem Deo quod fuiſtis ſervi peccati, ſed obediſtis ex corde in eam formam juſtitiæ, in qua traditi eſtis.* &c. 447. 9.
VII. 2. *Quoniam quæ ſub viro eſt mulier, vivente viro, ligata eſt legi.* 912. 61.
13. *Quod ergo bonum eſt, mihi mors eſt. Abſit.* &c. 449. 15.
22. & 23 *Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis.* &c. 889. 10. * 1483 50.
24. *Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus?* 324. 27.
25. *Ego ipſe ſervio legi Dei, carne autem legi peccati.* 1483. 50.
VIII. 3. & 4. *Deus mittens filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum.* &c. 816. 5.
18. *Indignæ ſunt paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram gloriam.* 625. 1.
32. *Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* 452. 25.
IX. 16. *Non volentis, neque currentis, ſed miſerantis Dei eſt.* &c. 346. 74. * 1098. 35.
XI. 4. *Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.* 898. 24.
5. *Reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt.* 906. 47.
22. *Vide ergo bonitatem & ſeveritatem Dei.* &c. 1065. 27. * 1081. 7.
32. *Ut concluderet Deus omnia in incredulitate.* 666. 13.
33. & 34. *O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incrutabilia ſunt judicia ejus.* &c. 773. 18. * 992. 29.
36. *Quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſum ſunt omnia.* 9 19.
XII 18. & 19. *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vos vindicantes.* &c. 325. 30. * 508. 78.
XIII. 1. *Non eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt* 1341. 29.
13 *Sicut in die honeſte ambulemus.* 897. 22
14. *Induite dominum Jeſum.* 616. 74.
XVI. 20. *Conterat Deus ſatanam ſub pedibus veſtris.* 819. 9.

CORINTHIORUM.

CAP. I. 28. *Elegit Deus quæ non ſunt; ut*

quæ ſunt, deſtrueret. 1467. 224.

IV. 3. *Pro minimo mihi eſt ut à vobis dijudicer, aut ab humano die: ſed neque me ipſum dijudico.* 675. 3.

5. *Nolite ante tempus quid judicare, donec veniat Dominus, qui illuminabit occulta tenebrarum.* &c. 920. 79.

7. *Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* 1166. 30.

20. *Non in ſermone regnum eſt Dei, ſed in virtute.* 1107. 12.

V. 8. *Non in fermento nequitiæ & malitiæ.* 1456. 190.

VI. 18. *Fugite fornicationem.* 425. 17.

VII. 15. *Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat.* 1470. 2.

VIII. 6. *Nobis autem unus Deus, Pater, ex quo omnia.* &c. 1410. 107.

IX. 16. *Væ enim mihi eſt, ſi non evangelizavero.* 1306. 76.

X. 20. *Numquid æmulamur Dominum?* 780. 8.

31. *Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite,* &c. 1379. 84.

XI. 3. *Caput mulieris vir, caput autem viri Chriſtus.* 546. 17. * 1159. 8.

XII. 22. & 23. *Quæ putamus ignobiliora eſſe membra corporis, his honorem abundantiorem circumdamus.* &c. 235. 24.

28. *Poſuit Deus in Eccleſia primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores.* 1250. 15.

XIII. 4. *Caritas patiens eſt, benigna eſt.* &c. 1374. 77.

XV. 4. *Reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, & viſus eſt Cephæ.* 1541. 174. & ſeq.

22. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.* 409. 48.

31. *Quotidie morior per veſtram gloriam.* 921. 81.

33. *Nolite ſeduci.* 1101. 43.

41 *Sicut ſtella differt à ſtella in claritate, ita & reſurrectio mortuorum.* 289. 20.

51. *Omnes reſurgemus, non omnes immutabimur.* 905. 46.

II. Corinthiorum.

Cap. I. 22. *Dedit Deus pignus Spiritum in cordibus noſtris.* 624. 67.

II. 4. *Non ut contriſtemini, ſed ut ſciatis quam caritatem habeo in vobis abundantius.* 1049. 18.

III. 13. *Et non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam,* &c. 723. 45.

IV. 7. *Habemus theſaurum in vaſis fictilibus.* 312. 90.

V. 7. *Cùm ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino.* &c. 857. 36.

VIII. 9. *Qui cùm dives eſſet, propter vos pauper factus eſt; ut illius inopia ditaremini.* 610. 56. * 1295. 41.

XII. 2. *Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim ſive in corpore,* &c. 795. 40.

4. *Quæ non liceat homini loqui* 168 53.

Ad Galatas.

Cap. II. 20. *Vivo autem jam non ego, vivit autem in me Chriſtus.* 165. 45. * 180. 76.

III. 16. *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini ejus,* &c. 804. 61.

IV. 22. *Quia duos filios habuit Abraham, unum de ancilla, & unum de libera.* &c. 292. 28. * 679. 11. & 909. 56.

Epheſiorum.

Cap. II. 14. *Chriſtus è cælo pax noſtra deſcendens, fecit utraque unum,* &c. 1323. 26. * 1444. 141.

V. 14. *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis: & illuceſcet tibi Chriſtus.* 931. 14.

16. *Quia dies mali ſunt.* 792. 32.

18. *Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed inebriamini Spiritu.* 554 61.

25. & 27. *Sic Dominus dilexit Eccleſiam.... ut exhibeat ſibi ipſe glorioſam, & non habentem maculam, aut rugam,* &c. 1271. 17.

VI. 12. *Quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes & poteſtates,* &c. 1344. 37.

Philippenſium.

Cap. I. 21. *Mihi enim vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* 391. 7.

23. *Diſſolvi, & eſſe cum Chriſto multo melius.* 392. 8.

II. 6. *Qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed formam ſervi accipiens humiliavit,* &c. 720. 37. * 919. 76. & 1226. 17.

9. & 10. *Propter quod exaltavit illum Deus: ut in nomine ejus omne genu flectatur,* &c. 142. 74. * 1147. 20.

III. 7. & 8. *Quæ mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Chriſtum detrimenta,* &c. 1058. 8. * 1360. 21.

20. *Noſtra autem converſatio in cælis eſt.* 393. 10.

Coloſſenſium.

Cap. I. 16. *Omnia per ipſum facta ſunt, & in ipſum creata ſunt,* &c. 9. 19. * 1286. 13.

II. 15. *Exuens ſe carnem, principatus & poteſtates omnes traduxit.* 1382. 107.

III. 1. & 2. *Si ergo conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite,* &c. 1538. 162.

3. *Vita veſtra abſcondita cum Chriſto in Deo.* 156. 29.

9. & 10. *Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum,* &c. 1381. 108.

20. *Filii, diligite parentes veſtros: parentes, nolite ad iracundiam provocare filios veſtros.* 121. 22.

I. Theſſalonicenſium.

Cap IV. 12. *Nolumus autem ignorare vos fratres, de dormientibus; ut non triſtemini ſicut & ceteri qui ſpem non habent.* 455. 35

I. Timothæi.

Cap. I. 17. *Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem.* 1285. 12.

II. 14. *Adam non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit.* 153. 24.

V. 24. *Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad judicium, quoſdam autem ſubſequuntur.* 683. 24.

II. Timothæi.

Cap. II. 13. *Non poſſum ego à me facere quidquam.* 1231. 3.

19. *Cognoſcit Dominus qui ſunt ipſius.* 157. 30. * 921. 80.

Ad Titum.

Cap. III. 3. *Eramus enim aliquando inſipientes, increduli, errantes in deſideriis & voluptatibus.* 1146. 2.

10. *Hæreticum hominem poſt unam.... correptionem devita.* 1422. 50.

Hæbræorum.

Cap. VII. *Talis enim nobis decebat.* 424. 16.

I. Petri.

Cap. I. 18. & 19. *Pretio empti eſtis, non corruptibilibus, auro vel argento empti eſtis.... ſed pretioſo ſanguine.* 904. 42.

I. Johannis.

Cap. I. 1. & 2. *Quod erat ab initio quod audivimus, & quod vidimus,* &c. 1267. 5.

II. 1. *Advocatum habemus apud Patrem.* 1366. 42.

III. 4. *Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit.* 698. 62.

Apocalypſis.

Cap. I. 17. *Ego primus, & ego noviſſimus.* 1285. 12.

III. 15. & 16. *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus,* &c. 990. 24.

VIII. 4. *Adſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum.* 369. 44.

13. *Væ habitantibus in terra.* 330. 41.

XX. 6. *Beatus qui habet partem in prima reſurrectione.* 763. 54.

XXI. 3. & 4. *Et ipſe Deus cum illis erit, & delebit omnem lacrymam de oculis eorum, & mors non erit amplius,* &c. 322. 22.

XXII. 3. *Et ſervi ejus ſervient ei.* 1122. 27.

13. *Ego primus & ego noviſſimus.* 1285. 12.

INDEX
RERUM ET SENTENTIARUM.

A

AARON figura Chriſti. 861. 8. Cur terram repromiſſionis non introierit? 1245. 20

ABEL figura Chriſti. 862 12. Et Eccleſiæ populique Chriſtiani. 185 5. Cur Caino præferatur. 187. 11. Cur ſacrificium ejus Deo plus placuerit. 768. 7. Obtulit Deo non ſecunda ſed prima, non exigua ſed pinguia. 402. 401 Cur ille paſtor, Cain vero operarius terræ legatur. 195 24. Illi ambo duas ſectas ſibi compugnantes ſignificabant. 184. 4. Per eos ſapientiæ humanæ proceſſus deſignatur. 187 10.

Abnegatio. Ab eo deficit ſpiritus ſuus, & Chriſto adeſt, qui ſeipſum negat, ut illi adhæreat. 370. 47. *1104. 5

Abominatio deſolationis quæ ſit. 1507. 15. Quæ ſecundum Judæos. *Ibidem*.

ABRAM cur mutato nomine vocatur Abraham. 292 27 Eum veteris ſuis Philoſophia æquare non potuit. 281. 3. Ille diſputationes Philoſophorum divites fecit, qui de ejus actu præcepta formarent ſua. 322. 25. Quare Moyſes eum nobis imitandum propoſuerit. 281. 2

Abrahami quanta devotio, in exequendis mandatis Dei 281. 3. Quanta ejus hoſpitalitas. 294 32. Nonaginta novem annos cùm proceſſiſſet, puer cur dicatur. 298. 25. Quomodo Deus eum tentaverit. 304 66. & *ſeq*. Tentatione Domini comprobatus eſt fidelis 348. 9 Ducebatur plerumque falſa ſpecie bonorum, ſed non penitus involvebatur. 325. 6. Num de ancilla filium ſuſcipiens, adulterium commiſerit. 209 22 & *ſeq*. Tentatur ut fortis, incitatur ut fidelis, provocatur ut juſtus. 283. 3. Triumpho humilior factus eſt. 287. 16. Quoniam propter Deum contempſit omnia, recepit ab eo multiplicata omnia 285 9. Hoc quod pro magno inter Sapientum dicta celebratur ἕπου θεῷ, id eſt, ſequere Deum, ipſe perfecit. 285. 4.

Abraham à ſtellarum obſervatione demigrans Deum vidit. 317. 9. Quomodo viderit Dominum. 1267. 6. Dominus apparuit et revelans ſui corporis paſſionem. 307. 78 Perfectæ in perſonis ſingulis Trinitati interiore mentis arcano deferebat. 197 30 Quomodo prophetabat venturum juſtitiæ ſolem. 317. 21. Prophetavit quod ignorabat 306. 72.

Abraham & David cur Matthæus generis Chriſti auctores potiſſimum nominandos elegerit. 1516. 6. & *ſeq*. Congregationes gentium, & ſacroſanctus Eccleſiæ cœtus oraculo divino Abrahæ primò promiſſa ſunt. *ibid*. Propago ejus diffuſa eſt per hereditatem fidei 289. 21. Qui ſint ſemen Abrahæ, & inter filios ejus recipiantur? 805. 61. Non ſolum credidit multitudinem populorum in Chriſtum credentium, ſed etiam cæleſtis gratiæ ſplendorem, & reſurrectionem vitæ immortalis ſoboli Eccleſiæ deſcendam. 333. 48. Cur Juſti in Abrahæ ſinu requieſcere legantur. 846. 12.

ABSTINENTIA ad paradiſum revocavit. 558. 7.

Abſtinentiæ divitum ac pauperum elegans comparatio. 569. 16. Divites jejunant, ut crimen admittant. 577. 44 45. Abſtinentia in iis qui luſtrale certamen ſubeunt, requiritur. 885 1.

Abſinthii herbâ cum oleo coctâ qui ungitur, eum culices non tangunt

Abyſſus multitudo & profundum aquarum dicitur. 19. 32.

Achab, *Vide Avaritia*.

Accipitres in proprios fœtus inclementiæ accuſandi. 103. 59.

Accolam inter & incolam, & advenam diſcrimen. 857 56.

ACCUSATOR gravior unuſquiſque ſui eſt, & inexcuſabilem in ſe fert ipſe ſententiam. 959. 13 Ipſum te fugere tui accuſatorem non potes, quem convenit propria conſcientia 977. 10. Non abſurdum videtur, ut juſtus ſit is qui ſe pro alio accuſet. 1050. 21.

ACTIO & intentio quid ſit, & quomodo diſſerant. 1368. 8 9. Pro actibus hominis remunerationis eſt qualitas. 1481. 47.

ADAM interpretatione latina homo dicitur. 979 25. Ille extra paradiſum factus, mulier vero intra paradiſum, quid nos doceant. 155. 84. Adam in paradiſo vivi terrenum interpretati ſunt. 149. 11 Figuram accepit Chriſti. 1333. 49. Ille meus dictus, Eva ſenſus, ſerpens delectatio. 313. 1. Serpentis typum accepit delectatio corporalis mulier ſymbolum eſt ſenſus noſtri, Adam mentis. 179. 73 Adam & Eva typus ſunt animæ & corporis, ſicut Chriſti & Eccleſiæ 1552 66.

Adam quomodo poſitus in paradiſo operari & cuſtodire 154 25. Quem ſoporem Deus in eum immiſerit. 167. 50 Cur beſtiæ indomitæ & volatilia cæli deducta ſint ad eum, non autem pecora domita 167 49.

Adamum prævaricatorem an Deus bonus potuerit creare. 161. 40. & *ſeq*. An ei ſcientiam boni & mali recte interdixerit 156 30. Cur illi mandatum dederit, quod noverat minime ſervaturum. 160. 38. & *ſeq*.

Adamo quis cibus prohibitus 163. 42 Præceptum de non edendo de ligno ſcientiæ boni & mali examinatur. 154. 26. Cur Deus Adæ dixerit *morte moriemini*, & non ſimpliciter, moriemini. 163. 43. Quomodo qui mortem non guſtaverat, mortem timere poterat 155. 28. 29. Unde mors ei acciderit. 159. 35. & *ſeq*.

Adam qua fraude dejectus. 738. 5 * 751 33. Triplex Adami peccatum. 1343. 33. De paradiſo non deſcendiſſet, niſi delectatione deceptus eſſet. 418 3. Superbiæ peccato cecidit. 1046. 8. Seſe voluit, quod ſe ipſe non profuit. 1064 84. Non ſua culpa ſed vitio uxoris lapſus eſt. 174 62. Cur ſerpens eum fœminei magis illecebris, quam ſuis commiſit venenis. 1163. 28. Gravius in paradiſo cecidit, quam ſi cecidiſſet in terra. 776. 26.

Adam & Eva quomodo cognoverunt ſe eſſe nudos. 174. 63. Quomodo ſibi ſuccinctoria fecerint, & quid ea ſignificent. 175. 64 & *ſeq*. Illos corporales de ſpiritualibus fecerat culpa commiſſa 1108. 14

Adam ne culpæ reus nam à Deo potuerit condemnari. 157. 32. & *ſeq*. Cur ante increpaverit, quam mulier quæ prior peccaverat? 177. 70 Diſcrimen inter ejus & ſerpentis condemnationem. 180. 75 & *ſeq*. Cur ante ſerpens damnetur, ſecundò mulier, tertiò vir. 179. 73. Cur Deus poſt peccatum poſuerit Adam contra paradiſum. 168 52. Et non loci, ſed morum mutatio naturæ ſuæ fecit exſilium. 1457. 73 De paradiſo ejectus eſt, & in caſtellum relegatus, ut ageret pœnitentiam. 787 21. Caſtellum erat, in quo relegatus Adam perpetuo ſuæ poſteritatis heredes ſtringebat exſilio. 1215 13. *V. Eva*.

Adam cur illos in extricabiles laqueos incidit, quibus omnis ejus hereditas ſtrangulatur. 1308 47 Ejus culpa mors omnium eſt 1552. 67. In illo fuimus omnes, & in illo omnes perierunt 1467. 134 Ejecti eramus de paradiſo Domini, ex quo Adam peccati ſui conſcius vultum Domini declinavit. 650. 32. *V. Peccatum originale*.

Adami cum Chriſto comparatio. 1336. 7 Nos Adæ ruina vacuavit, ſed Chriſti replevit gratia. 955 13. Mala Evæ ſucceſſio totum hominem devorabat: præclara Chriſti hereditas totum hominem liberavit. 1155. 41 Noſtro periculo Adam ſcientiæ boni & mali famem ſolvit: noſtro emolumento famem Chriſtus ſuſcepit. 1355 6. In Adamo omne genus occidiſſet humanum, niſi Samaritanus deſcendens vulnera ejus acerba curaſſet. 1428. 73 Chriſtus ſpolia, quæ diabolus in Adam invaſerat, vindicavit. 1241. 11. *V. Chriſtus*.

ADOLESCENTIA ſola eſt invalida viribus, infirma conſilio, vitio calens, faſtidioſa monitoribus, illecebroſa deliciis. 633 21. Adoleſcentiæ noſtræ motus fida ſenectutis ſtatione placidantur. 188 11. Adoleſcentes magis metu quam ratione revocantur à vitio. 504. 58

Advena in terra & peregrinus quis vere dici poſſit. 1003. 31.

Adtrix cetera maria miſcentur. 58. 15.

ADVERSITAS & tribulatio quædam gratiæ ſunt. 1207. 40. & *ſeq*. Bonæ ſunt tribulationes quæ ſunt propriæ juſtorum, qui non pro meritis ſuis, ſed pro pietate eas ſuſtinent. 985. 92. Omnia quæ patiatur homo gravia in terra, non propter peccata ſua eum perpeti. 653 1. * 657 12. & *ſeq*. Non ſine Dei judicio in tribulationes venimus 1197. 8. Quid juſto adverſa, niſi exercitium fidei, inſigne patientiæ, eruditio glorioſa virtutis, confeſſio plena victoriæ 1146. 16. Cito fides inexercitata langueſcit, & crebris otioſa tentatur incommodis. 1111. 22. Tibi proficit, quod multi perſecutores ſunt. 1234. 43. Flagella juſto remedia ſunt ſalutis. 1212. 26.

Qui proſperorum curſu, & ſecundorum uſurpatione ceciderunt, corriguntur adverſis. 900. 30. Confidentiam non habemus in voluptatibus, habemus in paſſionibus. 1504 70. In adverſis beata vita eſt, etiamſi multis periculis innudetur. 454. 27. & *ſeq*. Afflictationes fortis viro coronæ ſunt, invalido infirmitates. 319. 13. Qui in tribulatione non frangitur, & legem ſequitur, beatus eſt 754. 34 Eximia aliquorum exempla qui in adverſis beati fuerunt. 473 39. & *ſeq* *V. Martyres*.

Hæc prima virtus, ut non frangaris adverſis, non extollaris ſecundis. 753. 32. & *ſeq*. Ille laudandus gubernator ſit, qui ſecundis non extollitur, adverſis non frangitur. 1070 39. Juſtus neque dejiciatur adverſis, neque extollatur ſecundis. 1244. 28. *V. Proſperitas*.

In adverſis juſtus non frangitur 1084. 17. Tunditur ſæcularium rerum fluctibus, ſed non ſubruitur. 318 21. Juſti tentantur ſæcularibus afflictationibus, ſed non alienantur à cuſtodia præceptorum cæleſtium. 320. 21. Dominus non frangi nos humilitate uſque ad deſperationem vult, ſed uſque ad correptionem. 1115. 5. Quiſquis meliora ſperat, nunquam levioribus frangitur. 1045. 6.

Adverſa quæ putantur quare patienter ferenda. 683. 30. Quas Chriſtus pro ſervulis ſuis ſuſcipiebat paſſiones, nos pro Domino ſubeamus. 829. 32. Quando gravamur adverſis, meditatio nobis in lege ſit. 1123 28. Fidelis miles non petit ut perſecutiones quieſcant, ſed in perſecutionibus ſe poſtulat adjuvari. 1110 21. Cùm animus urgetur adverſis, tunc divinum implorat auxilium. 1086. 1. Deus adeſt ſuis juſtis ſemper, cùm aliquibus feruntur adverſis, & qua lege. 1243 16. Juſto ſemper bonus Deus etiam in adverſis. 662. 3.

In anguſtiis juſtus magis Dominum grato benedicit affectu. 954. 25. Juſtum in adverſis Juſtitiam Dei laudare variis probatur exemplis 1196. 6. & *ſeq*. Illud magnificum ſi ſubjectus injuriis, contumeliis, ægritudini, inopiæ, judicium Dei laudes. 1098. 35. Magnum ſi tunc adhæreas Chriſto quando te procella aliqua conturbat 1034 34

Deſolationem ſequitur humilitas, humilitatem

patientia, patientiam probatio, probationem conſolatio. 1087 4 Quanto majores tribulationes fuerint, tanto uberior conſolatio reſervatur 1099 46. Unum ſolatii genus in ærumna eſt culpâ vacare 619 10 Nihil proſunt flagella poſt mortem 665 8 In hac vitâ nec proſpera permanent, nec adverſa diuturna ſunt. 748. 24. V. *Perſecutio & tribulatio.*
Adverſariis fidem promiſſam eſſe ſervandam 687. 36 Nemo gravior domeſtico adverſario, nemo nocentior hoſte eo cui cæleſtis ſubſtantiæ potentia ſuffragatur. 885. 1 Ante de occultis pectoris tui atque ſecreti exterminandum adverſarium. 928 4.
Adulterium grave eſt, & naturæ injurium. 87 19 Barbarus agnoſcit crimen adulterii eſſe ſibi cavendum. 285. 8. Quidquid in eam quæ non ſit legitima uxor commiſſum fuerit, adulterii damnatur crimine 191 25 Quam ſevere Deus adulterium puniat 284 ° 302 59 60. In brutis adulteria naturæ ab hominibus procurata arguuntur 82 9.
Adulteræ tria ſpicula ſunt, oculi, verba, interpellandi aſſiduitas. 491 23
Ægyptii feminas æque ac maſculos circumcidebant. 348. 78.
Æmulationem in bono legimus & in malo 778. 4. & ſeq. Æmulus pro obliquo & invido ponitur in Scriptura. 781 12 Subæmulatio aſtutiam habet, æmulatio ſimplicitatem. 781 10.
Ænon dicitur oculus ſuppliciorum 816 3.
Æquinoctium VIII, ut Romani, vel ut alii putant, V. Kal. April. 253. 60.
Aer græco nomine ver latine dicitur. 163. 84.
An aer Lunæ exortu mutari ſoleat. 76. 30
Ætas omnis munifica Chriſto eſt. 1293 36. Vigor animæ infirmitatem excludit ætatis. 801. 58
Æthiopia abjecta & vilis latinâ interpretatione ſignatur. 152 16
Affectus hominum quamvis ſancti ſint, ſæpe mutantur. 1119 18 Omnis potentia hominis in affectu eſt. 1060. 25. Errat oculus, ubi errat affectus. 406. 40
Agar dicitur habitatio, & etc. 345. 78 Et advena, atque accola. 194 23.
Agniculus multis licet verſetur in millibus ovium, vocem matris agnoſcit, & illa filii 128 25
Agnus Paſchalis figura erat Chriſti. 297 40. Parentes noſtri agnum manducantes quid figurarent. 902 36
Agri pleni pulcritudo deſcribitur. 46 36.
Agricolam eſſe aliud eſt, aliud operatorem terræ. 171 107
Ain litera, id eſt, oculus, ſive fons. 1170. 8.
Alanorum bella 1506 1
Albanus lacus fluctibus non miſcetur. 39. 16
Alea ſuas habet leges, quas ſoli juſta non ſilvani. 603 18
Allegoria eſt cùm aliud geritur, & aliud figuratur. 192. 18.
Alleluia, hoc eſt, laus Dei. 973. 3.
Aleph prima littera, cujus interpretatio, doctrina eſt. 973. 1.
Allio homines delectantur. 123 18. Sumendum eſt pro medicamento non pro cibo. *ibid.*
Amara non inferuntur à Deo, ut noceant, ſed ut corrigant. 1084. 26.
Ambitioſus qui terrena maximi facit adorare videtur diabolum. 192. 16. Sæpe quos vitia nulla delectant, facit ambitio criminoſos 1140 31 Quo remedio telum ambitionis obtundatur. 1543 34
Ambroſii Sacerdotii natalis dies quotannis celebratur. 1489. 73. Gaudebat juſtos diu vivere, eo que mori dolebat. 231 12. Plurima de Eliæ geſtis fecit per diverſorum librorum ſermone digeſſit 537 5. Non probandi ingenii ſui gratiâ, ſed populi ſui inſtruendi causâ laborem tractandi ſuſcepit. 15. 7
Amen cur ſæpius in Johannis Evangelio reperitur 881 36. Hæc eſt ſymphonia quando in Eccleſia Pſalmus reſpondetur, amen dicitur 1468 238
Amiantus nullo facilis igne conſumi. 541. 19
Amigdalis quomodo medicentur agricolæ, ut ex amaris fiant dulces. 55 16
Aminadab ſignificatur pater beneplaciti. 993 33
Amari ſe exigit qui omnia amat 1012 45 Mortale eſt ut quos diligimus, eos videamus, præ ceteris. 303 56. Amoris aculeis cito corda compunguntur, niſi deſiderii frena laxentur 503. 57. *V. Caritas, & dilectio.*
Amphibia quæ ſint. 73 13.
Ananias mentitus eſt ſibi, qui potuit minus offerre ſine fraude. 769 9. Morti addictus æternæ, animverſor ad fidei ſtudium juſto terrore compoſuit. 119. 7
Angelorum natura divinum expertes manet injuriæ corporalis. 1440. 126 Angeli ſine zelo nihil ſunt, & ſubſtantiæ ſuæ amittunt prærogativam. 1199 14 Etſi aliquando cœperunt, erant tamen jam quando hic mundus eſt factus. 9 17. Laudant Dominum ante ipſum mundi initium. 737 1.
Angelorum mirabilis poteſtas. 300 5 Deus eis tantum tribuit, ut vivificandi habeant poteſtatem. 1356 79 Quam etiam concepto renuntiat peccato, qui Angelorum plena eſſe omnia conſiderat. 976 .9 Non eſt in poteſtate noſtra videre Angelum ſed in poteſtate illius eſt apparere 1275 26.
Angeli cuſtodes boni ſunt. 1055. 36. Illos mittit Dominus ad deſenſionem eorum qui heredes futuri ſunt promiſſorum cæleſtium 976. 9. Unuſquiſque Angelorum aut affectate patrocinium, aut vereri debet offenſam. 1461. 110.
Angeli aliter quam homines egent miſericordia Dei. 1066 19. * 1077 58 Archangelus ipſe à peccato non potuit abſtinere 1352. 76. Quo errore Angeli de ſua virtute & gratia deje cti. 677 4 Leve vitium in Angelo judicio graviore cenſetur 1066 19 Laus Jobi inferioris ſubſtantiæ, condemnatio eſt Angeli, qui de ſtatu ſuperiore dejectus eſt 824. 12. Quàm inanis pompa jactantiæ angelicæ 7 0. 11.
Angeli mali & diabolus in quo loco ſint. 1077. 58. Terrenis capti detinentur illecebris 1078. 58 Ad commune jus indulgentiæ Dei, remiſſionemque peccatorum non pertinent. 1077 58. *V. Diabolus*
Anima hominis quid ſit. 126 91 Qualis ſit, 357 2. Ariſtoteles ἐντελέχειαν eſſe dixit 166 92. Critias & ejus diſcipuli ſanguinem eſſe dixerunt *ibid.* Multi Philoſophi ignem eſſe voluerunt. *ibid.* Fabulas philoſophorum eſſe animas hominum pariter ac beſtiarum eſſe communes. 408 45. Secundum philoſophos appellatur terra 383. 26.
Anima non de luto, non de terra, opus eſt magnificum Dei generatione inſpiratum. 1089. 2. Non eſt corporea. 405 38. Incorporea, immaterialis & admirabilis eſt. 1091. 15. & ſeq. Dogma de incorruptione animæ adſtruitur. 128 36. & ſeq. 405. 38. 42. & ſeq.
Anima melior hominis portio. 127 39. In hac totus eſt 129. 43 &c. Nomine hominis nuncupatur. 130. 45 Ad imaginem Dei eſt: corpus autem ad ſpeciem beſtiarum. 129. 426 43 & ſeq. 760. 48
Anima ibi vivit, ubi nihil mortale, nihil infirmum amicta ſit, nihil debitum pœnæ. 1453. 14. Alitur animus cognitione rerum. 1446. 148 Non aliud eſt quidquam quod vivere faciat rationabilem animam, quàm alloquium Dei. 1045. 7. Quædam videntur ejus eſſe [illegible] quæ ſint ejus primitiæ 8 .
Animæ in corpore tres affectiones ſunt, rationabilis, concupiſcibilis, iraſcibilis 1444 139. Irrationabile ſeptem in partes dividitur. 142 40 Quatuor motus, & qui ſint. 833. 54. Majores æſtus, ferventeſque ſunt animorum quam corporum 1209. 1.
Animæ greſſus, ejus ſunt profectus. 1137. 14. Quomodo dirigendi 1144 31 Primus ejus proceſſus explicatur 359 8. & ſeq. Et ſecundus. 360 12. & ſeq. Et tertius 367. 38 & ſeq. Et quartus. 371. 50. & ſeq
Animæ pulcritudo & gratia quæ ſit 131 1 * 381 78. & 1288 15. Et fortitudo 116. 12 Et magnitudo. 1176 32. Verbum Dei tribuit in anima vel naturæ dona vel gratiæ. 9 1. 80
Anima cùm ſexum non habeat, utriuſque ſexus munera repræſentat, nubit, concipit, parit. 204 47. Anima juſti ſponſa eſt Verbi. 1 55. 8 Qualis animæ ſponſus. 1361. 24. Nemo eſt qui copulam vel animæ & Spiritus, vel Chriſti & Eccleſiæ non beatam putet 1256 36 Chriſto ſponſo quid poteſt placere niſi pax animi, puritas cordis, caritas mentis? 1361. 25. Qui ſint ejus partus, & quam maiore producendi 105 1
Anima quanto majore deſiderio cupit adhærere Chriſto, tanto magis deficit. 1104 4. Talis debet eſſe quæ Verbum eſt receptura, ut mortua mundo, & conſepeliatur Chriſto 373. 53. Cùm adhæret bono inviſibili & immortali Deo fit illius ſimilis. 406 41. Divinis intendit, terrena refugit. 158. 6. Contemnit viſibilia & ſenſibilia, adtendit ad æterna 360 11
Animæ juſtorum aquilis comparantur 1484. 55. Anima currus eſt qui equos bonos vel malos habet 378 25. Currus eſt Dei 993 14. Unde Philoſophi currulia animarum certamina in ſuis libris expreſſerint 379. 67 Virtutum ea ornata floribus hortus eſt, vel in ſe paradiſum habet germinantem. 398 19 Civitas eſt munita per Chriſtum, obſeſſa per diabolum 131. 49. Murus eſt & quomodo. 1256 57.
Anima hominis duæ ſectæ. 182. 4. Ex ea bonum & malum. *ibid.* Quam diviſionem ſuarum patiatur portionum? 337. 57. Gemina ejus nudatio 172 112 & 113. Quæ ſit ærugo ejus? 12 . 14 Tabeſcit quando peccatum minuitur, ingraſſatur cum peccat, emolantur, & quam ob cauſam 856 34 Mors illius irrepit ſceleris effectu, te ſante diabolo, carne ſuadente. 1357. 63. Cùm ſemel adhæſerit capiditatibus, difficile in altum poteſt, unde deſcendit, ſine Dei favore revolare. 1358. 65 Cavendum ne agglutinetur huic corpori 406 40 Non fiat anima noſtra caro, ſed magis caro noſtra fiat anima. 1 11. 7 Nunquam a corpore ſecerneretur, niſi prius à diabolo tentaretur. 1151. 62 Carnes animæ ſunt carnales cogitationes. 1168. 57.
Anima quomodo ſanetur 152 59. Quomodo peccatum declinet atque abdicet 1445 144. & ſeq. Licet diſſenſio carnis & animæ per prævaricationem primi hominis in naturam ſe verterit, tamen per crucem Salvatoris in ſocietatis concordiam congruerunt. 1444. 141.
Animæ in Scriptura ponuntur pro manibus & pro hominibus. 871 11.
Anna talis inducitur, ut digna plane fuiſſe credatur, quæ redemtorem omnium ſeniſſe nuntiaret. 1301 62
Annus ſolaris quis? 74. 24. Lunaris ſecundum Hebræos & Romanos quis? 74. 24. Quo menſe incipiat. 253. 60. * 258 71. Plures quam ſex millia anni computantur à mundi conſtitutione. 141 7
Anſerum excubiæ Romana Capitolia à Gallo hoſte ſervarunt. 97 44.
Antichriſtus futurus ex tribu Dan 583 32 Ex abyſſo adſcendit, ut adverſus Eliam, Enoch, atque Johannem prælietur. 930 10. Arrius, aut Sabellius, immo omnes iſti Antichriſti qui prava nos interpretatione ſeducunt. 1508. 21. Ubi Antichriſtus, ibi dies dimidius. 888, 8. Judæi in eum credituri ſunt 896. 19
Apelles auctor ex quo plerique in Scripturam ſacram quæſtiones proponebant. 18
Apum mirabilis natura in prolis generatione, conſtructione favorum, collectione mellis, regis inſtitutione ac fide erga illum 1 7 & ſeq Earum cantus 109. 76 Superfuſæ oleo necantur, aceto reviviſcunt *ibid.*
Apollinariſtæ arguuntur qui dicunt Chriſtum corpus, non animam ſuſcepiſſe 868. 26
Apollo Pythius non fuit auctor ſententiæ *Noſce te ipſum*, ſed ex Moyſe deſumta. 986. 33.
Apoſtoli præſtantiora, & actuoſa ſunt membra Chriſti 948 1. Cur Chriſtus non ſapientes aliquos, non divites, non nobiles, ſed peccatores & publicanos elegerit 1366 44. Chriſtus eos miſit ad ſeminandam fidem, qui non cogerent, ſed docerent: nec poteſtates exercerent, ſed doctrinam humilitatis attollerent. 1424. 59. Prælia inteſtina Romanorum ſedata, eo profecerunt, ut recte per totum orbem Apoſtoli mitterentur. 934. 22. Chriſti cenſores ſunt quibus adquiſitus eſt orbis 1293 36. Columnæ ſunt Eccleſiæ. 1 3 . 38. In iis fuiſſe merita prophetarum 161 . 27 Non ſolum ſecundùm corpus viderunt Dominum Dominum, ſed etiam ſecundùm Verbum. 1267. 5 Boni flores ſunt qui diverſorum ſ ... prorunt atque operum ſuorum fundunt odorem 1040. 25 Apoſtolos quos Dominus ab

omni

mittuntur peccata per Dei verbum, cujus Levites interpres & quidam executor eſt: remittuntur etiam per officium Sacerdotis, ſacrumque miniſterium 212. 15. Deus eſt pater, Chriſtus paſtor, mulier Eccleſia: Chriſtus te ſuo corpore vehit, quærit Eccleſia, recipit Pater: quaſi paſtor revehit, quaſi mater requirit, quaſi pater veſtit: prima miſericordia, ſecunda ſuffragatio, tertia reconciliatio: redemtor ſubvenit, Eccleſia ſuffragatur, auctor reconciliat. 1461. 208 Eccleſia habet aulæa quibus peccata tegit, culpam obumbrat. 345 Si gravium peccatorum difficilis veniam, adhibe precatores, adhibe Eccleſiam, quæ pro te precetur, cujus contemplatione quod tibi Dominus negare poſſet, ignoſcat. 1557. 81. Si jam lapſus es, etiam ſi, Eccleſia pro te fleat, ipſa tua peccata deplores, & fleat plurimum 819. 10. 1577 91 Roget pro te Eccleſia, & illacrymet populus. 1465 125. Pleriqui à converſionis ſtudio revocantur ſolebant, quod in Eccleſia quanto ſanctiora præcepta, tanto ſine venia potarent eſſe peccata. 1183 43. Remittendis poſt pœnitentiam debemus favere peccatis 1467. 136 Neque difficilis venia, nec remiſſa ſit indulgentia. 1475 21. Non ſemper in eos qui peccaverint, vindicandum, & quam ob cauſam 1417. 27. In Eccleſia ubi maxime miſericordia decet, quam maxime debet in peccatores teneri forma juſtitiæ. 1065. 26. Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi. ibid. Melius eſt ut unius aut alterius damnatione plurimi liberemur, quam duorum abſolutione plures periclitentur. 1198. 12 Neſcit Eccleſia publica e leges [illegible] 410 8

Eccleſiam qui non frequentabant arguuntur. 1184. 45. Mane feſtina, & ad Eccleſiam defer primitias pii voti: & poſtea ſi vocat ſæcularis neceſſitas, curſus procedes ad tuo actus 1218. 32. Quam jucundum ut ab ortu diem ab hymnis & canticis, à beatitudinibus quas in Evangelio legis 1218. 32. Pleriqui ſunt dies quibus ſtatim meridianis horis adveniendum ſit ad Eccleſiam, crebris hymnis, celebranda oblatio 1075. 48. Quid præcedens es in Eccleſiam, vel domeſticis incubantes orationibus à Deo impetramur, & in ipſa deſinamus. 322. 22 Imber ſupplicantis Eccleſiæ precibus datus. 76. 30.

Eccleſia juſtorum eſt tabernaculum. 318 12. Domus eſt cujus ubertas redundantia gratiarum: torrens voluptatis Spiritus ſanctus. 773 19 Convivium ejus corpus eſt Chriſti 979 16. Pia domus Eccleſia eſt, pia patria [illegible] eſt 951. 18 Civitas Dei eſt. 1168. 35. Munita per Chriſtum, obſeſſa per diabolum. 132. 49. Murus eſt qui habet duodecim portas apoſtolicas. 1156. 37. Cujus turres ſunt ſacerdotes. 132 49. Civitas Dei eſt. 1168. 35 Muri Hieruſalem converſatio ejus ſunt toto orbe fundati 702. 83 Portæ ejus portæ caritatis ſunt & juſtitiæ 1407. 99. Cœpit in hortis eſſe poſtquam in hortis paſſus eſt Chriſtus. 1158 45. Horto ſequenter compararur. 1534. 139 Ex gregi capraſum. 1177 22. Cur & cœlum dicatur, & mundus, & orbis terrarum. 1121. 25. Imago eſt cœleſtium. 641 9.

Echeneis navem ingentem ſiſtit. 93 31

Echinus terrenus contra inſidias ſpinis ſuis clauditur. 120. 20. Geminas ſibi reſpirandi vias munit, & quare. ibid.

Echinus futuram tempeſtatem prænunciat 89. 14.

Edom, hoc eſt, terrenus & callidus 1123. 6.

Eleazarus quam beatus in tormentis conſtanter toleratis. 474 40-42

Electrum eſt lacryma virgulti. 58 63. Cur exigua quædam animantia in electro. ibid.

Electio Non reſides occaſio reſiliendo, cui datur optio eligendi 286. 12.

Eleemosinam qui facit debitum reddit, non largitur indebitum. 580. 53. Dives de bonis ſuis eleemoſinam debet pauperibus erogare 574. 36. & ſeq. 579 52. & ſeq. 582. 58. & ſeq. 586 67. Quam juſtum ut de bonis tuis aliquid pauperibus aſpergas. 1064 22 Fac de tuo fomento [illegible] ſubſidium miſericordiæ, ſinceritatis gratiam de corruptionis illecebra. 559 76. Quid prodeſt miſereri inopis, niſi alimoniam eadem largiaris 1118 44. Vires peccati cum condiuntur: pretioſa cum diſpe[illegible] 825. 24. Largiendo pauperibus, Angelorum nobis ceterorumque ſanctorum gratiam comparemus 1469 245 Multi qui ſua pauperibus donaverunt, incipletati non debent a Domino ſecularem hujuſmodi exigere mercedem 1059 11. Nihil gravius quam ut fratres noſtros pauperes ſuperbo oculo deſpiciamus. 1005 37.

Elementa græce eis ſtœchéa dicantur. 40. 18. Quatuor ſunt, ex quibus omnia componuntur 10 20 Cur Deus non prius ea crearit, quam ornatus congruos daret. 15. 27. Quæ eorum qualitates, quibus ſibi invicem miſcentur. 40. 18. Ex iis compoſitum reſolvatur neceſſe eſt 12. 23.

Elephantos cur prominentem proboſcidem habeat 124. 31. Ejus membra deſcribuntur. ibid. Quomodo capiatur. ibid. Quomodo magnum rebus bellicis uſum Perſis miniſtret. 125. 33. Trecentis & amplius annis fertur vitam producere. ibid. 34 Formidabilis ille taurus, murem timet. 226 37 Illius cum mercede fraudatur, ultim 555. 65.

Elias atque Eliſæus ut tranſirent aquas Jordanis, paſſionum fluenta noſtrarum mentis prius veſtigio tranſierunt. 1243 16. Elias virtutem magnam habuit & gratiam; & in quo. 1178 36. Non mulierem fugiebat, ſed ſæculum, & ſæcularem illecebram 431. 34 Cum Chriſto comparatus. 1406 96.

Elizabeth erat ex Tribu Juda. 1315 5.

Eliſæus qui ſibi nihil reliquit, populis abundavit. 115 6 Non putabat Deum ſibi abſentem, ſed præſentem ejus in beneficiis requirebat. 811. 40 ibid.

Eloquentia duorum ex gentilibus prudentum nivi & apibus comparata 1414 15

Emendi & vendendi eſſi æqualis quibus ſit ratio contra ius: unuſquiſque tamen viliorem ſibi vendit & complacitum emit. 904 41.

Ενδελέχεια unde dicta. 815. 1.

Engaddi verſatio latine dicitur. 995. 8 Locus eſt in Judæa ubi opobalſamum gignitur ibid.

Ennon oculum ſuperborum interpretatur ſuor. 1170. 2.

Enoch latine dictus Dei gratia 152. 19 Manifeſtum pietatis dominicæ, & divinitatis indicium eſt. 1335 48.

Enos Chaldaice, homo latine dicitur. 356. 8

Ἐνδελέχεια quid. 331 54

Ἕως ἐφ quid. 283 4.

Equitum bellum odoratus eminet, excitatur ſono tubæ. 89. 25 Eum videmus populantibus ut tari ſtudiis gaudere plauſibus, blandientium delectari magis. 106 3. Diſcrimen inter agitatorem & ad verſionem equi 584. 64 65. Argumentur qui ſolent equorum ſuorum nobilitatem ſicut conſulum prædicare 580 54.

Equi fluviales ſive Hippopotami in Nilo. 80. 4.

Error nullus, ubi ſimplex pietatis affectus, atque omnis fidelis ſenſus eſt 817 6. Gravioris dignus ſupplicio eſt, qui invalidum, & inſipientem, & improvidum circumſcripſerit, perſuaſione erroris, aut exagitatione cordis aff ctum. 1245 19

Eſaias quomodo viderit Dominum 1567. 6. Diaboli ad quemdam prophetam forte Eſaiam verba. 1124. 31. Facilius compagines corporis ejus ſerra diviſit, quam fidem inclinavit. 1500 25

Eſau & Jacob figurabant populum Judaicum & Chriſtianum. 1125 6. Ille typus erat matris. 184. 7.

Eva cur non de eadem terra qua Adam, ſed de coſta ejus facta ſit. 166 48 In paradiſo ſenſus, græce αἴσθησις figura fuit. 149. 11. Quomodo diabolus eam aggreſſus ſit. 170. 56. Promiſſi honoris ambitio illecebroſa decepit 1343 34. A muliere cœpiſſe vitium. incohoaſſe mendacium. 171. 56. Adamo id quod guſtaverat dando iteravit peccatum 158 33. Serpentem implicare, non ſe abſolvit 978 13 Si accenſas habuiſſet faces, numquam nos prævaricationis ſuæ criniculis implicaſſet. 149 12 Viceſſemus, ſi tacuiſſet. 843. 3 Confeſſa delictum, mitior eam ſecuta eſt & profutura ſententia 178 72 Pœna ejus qualis fuerit, & quid ſignificet. 178. 72. Pleriquæ eam excuſandam putant, quod diligens virum, ab eo timuerit ſeparari 159 34.

Evangeliſta divino Spiritu ubertatem dictorum rerumque omnium miniſtrante, ſine ullo molimine Evangelium ſcripſerunt 1166. 3 Non poteſtate propria ſunt locuti, neque omnes eadem omnia: ſed ſancti Spiritus gratia illis ea tribuit, quæ loquerentur ſinguli de operibus Domini Jeſu 616 73 Licet in omnia in omnibus ſint, tamen plenitudo in ſingulis eſt vi totum ſingulatim 1164 8 * 1403 81. In quo à ſe invicem diſcrepant 1529 118 * 1531 129 & ſeq. Non diſcordant temeritate, quando concordat myſterium 1527 107. Non eſt credibile adverſarium ſibi potuiſſe mentiri. 1313 1 Ab hoc qui Evangeliſta eſſe meruit, vel negligentiæ vel mendacii ſuſpicionem æquum eſt propulſari 1541 172 Qualis eſſe debeat qui evangelizat regnum Dei. 1398. 65

Evangelium plurimi voluerunt ſcribere: ſed quatuor tantummodo, ſunt recepti 1169 10. Quidam quatuor animalium formas quæ in Apocalypſi leguntur, quatuor Evangeliorum libros intelligendos arbitrari ſunt 1164 7. Unum tantummodo eſt Evangelium, etſi quatuor libri ſint. 883 38 Eccleſia cum quatuor Evangelii libros habeat, per univerſum mundum Evangeliſtis redundat 1165 1 Eſt vere ſapientia naturalis in Evangelio ſecundum Johannem: Matthæus moralius Marcus rationabilius ſcripſit 1162. 3. In omnibus ferè Evangelicis locis ſpiritualis ſenſus operatur 1442 154 Lucas hiſtorico ſtylo Evangelium ſcripſit, & qua ratione. 1161 1 4 & 7 Quomodo Alexandrini & Ægyptus legant initium Evangelii Johannis. 393. 35.

in Evangelio omnem veritatem continet 206. 37 Philoſophiæ imperfectionem excludit. 325 30 Non ſolum fidei doctrina, ſed etiam morum eſt magiſterium 1250 33. In novo Teſtamento novarum virtutum præcepta cognovimus, & novos hauſimus mores 859 5 Quomodo ad illud accedere debeamus 911. 61. Sit effigies ejus in tuis factis 1255 34

in Evangelio perfectio bonitatis, in Lege æquitatis eruditio 1515. 53 In Evangelii bonitate melius docet tui juſtificationes Dei, quam in Legis ſeveritate. 1084 16. Umbra in Lege, imago in Evangelio, veritas in cœleſtibus. 852 15 In eo jam nobis non Legis caligat umbra, ſed veritas fulget 859 2 Lex per occulta myſteria nuntiat Chriſtum non autem facie ad faciem monſtrat ſicut Evangelium. 1061. 16. Lex quaſi ſignum ſit nobis, Evangelium quaſi lumen & ſignaculum veritatis. 910 58. Chriſtus adjutor per Legem, ſuſceptor per Evangelium 1164. 23 Evangelium deficiente Legis reparationem operatur in poſteris 913 63 Quod Deus annuntiavit per Prophetas, in Evangelio manifeſtavit, atque complevit. 1186 7.

Evangelium via lucerna in umbra lucet, id eſt, in ſæculo. 643 14. Quomodo mare ſit. 86. 17 Eſt calceamentum nuptiale evangelica prædicatio. 1308. 81 In ea prædicatione virtus eſt. 1107. 11

Evangelia multa compoſuit diverſæ hæreſis: pauper fides hos ſolum Evangelium tenuit quod habent 14-4 17 Hæreſes cummenta Evangelia habent, unum non habent 1165 2. Pſeudoevangelium, ſecundum Thomam, Matthiam, Duodecim, & Baſilidis 1165 2 Evangelia ab hæreticis corrupta. 1461 2.

Eucharistia. Chriſtus corpus ſuum offerens manifeſtatur in ſacerdotibus, cujus ſermo ſanctificat ſacrificium quod eſt [illegible] 851 25 Panem dedit, quem ipſe quotidie ſacerdotes conſecrat ſuis verbis 524 58 In convivio Eccleſiæ & miniſtrat & miniſtratur 191 19. Mihi cibus & potus quotidie miniſtratur, cum dat omnibus, dat quotidie, dat ſemper 1202. 27 & 28 [illegible] quod Dominus noſter ſit cibus, ſit epulatio, vel alimentum edentium. 901 36 Non dubites adſiſtere Angelum quando immolatur. 1215 28 Quando celebrantur [illegible] & [illegible] cum, quo Chriſtus alimentum ſui corporis epulis replet? 1075 48 Sacræ oblationis veneranda communio 1420. 43. [illegible] cibus refectionis, eſt cibus [illegible] 148 51 Carpis roſam, hoc eſt, Domini corporis ſanguinem 1140. 2. Veni ad [illegible] potus Dominici, ad illud poculum quod [illegible] inebriantur affectus, corpus non [illegible] ſed ſelongit 1166 28. Eſca ſolubior corpus eſt Chriſti, potus vehementior ſanguis eſt Chriſti. 1400. 71 Qui pacem & caritatem non deculerit ad Chriſti altaria [illegible] muratur in tenebras. 1460. 104 Nemo cibum accipit

Chriſti, niſi fuerit ante ſanatus 1400. 70. Ad menſam Euchariſticam jejunia ſancta nos perducunt 545 33. Remiſſio peccatorum eſt 525 39 Corpus Chriſti edimus, ut vitæ æternæ poſſimus eſſe participes. 1514. 49 Spiritales epulæ non obeſſe ſolent, ſed prodeſſe ſanitati. 1251 19 Omnem immundum à Chriſti altaribus ſecernendum. 561. 82.

Evilath terra eſt in qua aurum bonum, & lapis carbunculus & praſinus. 755. 36.

Eunomianus dicit diſſimilem eſſe Patri Filium. 45 32. Eunomiani radices degeneris fructus deterior. 52. 22.

Euphratem plerique ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν dictum putant hoc eſt, à lætando. 151 18 Latinè fœcunditas atque abundantia fructuum nuncupatur. 151. 18. In Babyloniam tendit. 755. 36.

Euripi ſtant placidi in ortu lunæ quoadusque fine lumine eſt. 76. 30.

Exemplum Pleriſque juſti adſpectus admonitio correctionis eſt, perfectioribus vero lætitia 1094 21. Præſtantius ducitur paucorum ſimilem eſſe quam plurimorum 185. 5.

Exercitatione augetur corporis virtus. 216 22.

Exercitus quomodo ſit conſiciatur. 1018 c.

Exhortatio pro conſolatione, & conſolatio pro exhortatione apud Apoſtolum. 1098 34.

Exiſtimatio bona pretium noſtrum eſt. 963. 21.

Exſilio duriora clauſtra carceris in ſæculo ſunt. 1028 23.

F

FAmem patientur omnes, quos non paverit Chriſtus. 449. 42. Famis neglectum inducit divina lectio. 1339 20.

Fatale decretum non alligatur. 23c 5.

Febris ſi exæſtuat, medicus ipſum potum ſitientibus negare conſuevit. 785. 18.

Felix, Nabor & Victor martyres noſtri granum ſunt ſinapis 1433. 178

Fellis amaritudo ad ſalutem hominis utilis invenitur. 148. 8.

Fertilitatis cauſa de cælo. 30 16.

De ficulneæ foliis. 57. 60.

Fides prior quam littera, prior gratia quam Lex. 1323. 21. Sicut fides à veteri incipit Teſtamento, ita impletur in novo. 1379. 99 Chriſtus in majorum nos actum, & antiquam ſimplicitatem fidei reformavit 1363. 26. Aliud eſt in mandatis Dei credere aliud mandatis credere 1082. 12. Fides noſtra Verbum Dei eſt. 1433. 98. Veritas fidei fundamentum eſt. 1237. 56. Propugnacula fidei geſta ſunt Chriſti. 1042. 33. Quam indignum ut humanis teſtimoniis de alio credamus, Dei oraculis de ſe non credamus. 289 c1. Si viri boni dicerent, nefas putaremus credere: Deo ergo dicetur credendum. 1353. 71.

Fidei partus, bonus dolor eſt, quo Chriſtus in Eccleſia formatur & naſcitur. 776 28. Cui bonum ſit ut rationem præveniat fides. 189. 41. Voluit Deus ut per gradus quoſdam naſceretur 15. 27. Quanti nobis præſidii ſit fides noſtra quà vivimus 861 11. Quibus paſci debeat. 215. 19 20 Non in forenſi ſermone ſapientiæ, ſed Dei virtute formatur. 1107. 22. Cui ermo excuſationem prætendere debeat, quod ſerius credat. 346. 74. Pro devotione credentis unicuique ſpiritale lumen infunditur. 1521 37. Meliores qui fide magis ſpontanea, quàm qui ſperatis beneficiis crediderint. 1336. 3. Ecce amat libertatem fides, qui libertatem dedit 1032. 45. Fides teritur, premitur, ſeminatur, & quomodo. 1453. 479 & ſeq. Eſt fidei violentia religioſa, ignitia criminoſa. 1469. 1. Circa fidem vir perfectus exigitur 1314 50

Fides nos ab irrationabilium pecudum comparatione ſecernit. 1222 2. Ante omnia nos commendare Deo debet. 208 8 Virtutum omnium ſtabile fundamentum eſt 868. 4 Et radix. 219 28. Fidei radix eſt ſpes 1165. 27. Ex fide caritas, ex caritate ſpes, & rurſus in ſe ſancto quodam circuitu refunduntur. 1478 30 Fides præcedit devotionem 509. 81 Virtutes ſine fide folia ſunt, videntur virere, ſed prodeſſe non poſſunt. 757 41 Et opera vana ſunt 1435 103.

Fides vera ubi eſt, ibi veri luminis gratia. 1075. 51. Chriſtus illuminat fidei caritate, reſurrectionis ſuæ gloriâ, & divinorum operum poteſtate 1186 8 Fides ſapientes facit 1177 24. Quæcumque crediderit anima, & concipit, & generat Dei Verbum, & opera ejus agnoſcit 1290 26. Fide tangitur Chriſtus, fide Chriſtus videtur. 883. 39. * 1003 29. * 1397. 57 & 1557. 156 Vox noſtra fides eſt 1280 4c. Grandis ejus clamor 1211.8 Credentibus in Dominum eſt in Domini miſericordia conſolatio 1194. 2. Fides nos Deo repræſentat. 787. 50. Fides eſt quæ dona conciliat; humilitas eſt quæ Deo oblata commendat. 583. 67.

Fide nihil pretioſius? 813 14 Pretium tuum eſt, qua emuntur divina myſteria. 500. 45. Pretium noſtrum eſt, quæ omnes homines Chriſto adquiſivit 963. 21. Peccatum minuit. 698 63 Suffragabitur ad veniam, etiam ſi quis in operibus offenſa ſit. 1254 26. Poteſt ab omni mondare delicto. 1480. 42. Omne peccatum fidei myſteriis abluitur. 1518. 66. Eam ſi ſervaveris, etſi mortuus fueris ſicut ſerpens, & ea reſurges. 818 8 Maluit Deus ut ſalus hominis fide potius quam operibus quæreretur, & quam ob cauſam. 893 14 Non lacrymas nudas Deus, ſed fidem exigit. 1539. 162. Si quis non credit in Chriſtum, generali beneficio ipſe ſe fraudat. 1077. 57. Qui calorem fidei non habet, tolerabilius illi fuerit fidem non accepiſſe quàm neglexiſſe. 990. 24

Fidee ſola unumquemque ſignat. 1293 36. Fides plebis plerumque conſtantior eſt quam divitum ac ſacerdotum. 1189 17. Ubi fides modica illic turbatio 1353 70. Non debet ſcindi, ſed ſolida permanere. 1529 119 Adulteri ſunt omnes, qui adulterare cupiunt fidei & ſapientiæ veritatem. 1472 9. Religioſæ lapſus amoris fidem non impedit. 1379 98.

Fides ſit tibi itineris tui prævia 1243 31 Janua noſtra eſt, quæ totam domum, ſi fuerit robuſta, communit. 1218 14. Nulla patria verior, quàm fides 1184 2. Miræ velut quædam fidei dogmata ſunt. 1474. 15 Fidei cenſus numquam exinanitur. 1462. c12 Non gravatur annis. *ibid.* 213. Cælum & terra tranſibunt, fides autem permanet. 849. 17.

Fides credentium principalis eſt, confeſſio executionis. 843. 4. Perfecta Chriſti confeſſio & animi quærit devotionem, & vocis profeſſionem. 1635. 49 Non ſatis eſt involuta reſponſio confitentis Jeſum, ſed aperta confeſſio. 1522 87. Fidei indumentum conſtat ex prædicatione cæleſtium, & Dominicæ ſanguine paſſionis. 617. 77 Ubi cauſa religionis agebatur, fides debuit ſedem habere judicii, & quaſi rex ſtatui perfidia. 467 25.

Fides pignori prima debetur 1270. 12 Morale eſt omnibus, ut qui fidem exigunt, fidem adſtruant. 1288 19.

Filii ex Patre generatio non habet tempus. 1013. 17. In Deo perſonâ alter, poteſtate unus eſt. 1487. 66. Unigenitus eſt, non unus ex genitis. 1487. 65. Imago Dei ſolus ille eſt, ita habens ſimilitudinem Patris, ut divinitatis, & plenitudinis habeat unitatem. 128 41. Vultus eſt Patris. 1192. 28.

Filio omnia cum Patre per naturam unius ſubſtantiæ jure ſunt propria, non dono collata per gratiam. 1426. 67. Dei ſapientia eſt per naturam, non per profectum. 1383. 1. Novit cogitationes cordium, ſicut Pater. 200. 37. Patri conſors nullam injuriam patitur, quia mittitur. 1503. 1. Etſi miſſus, tamen Patre mittente minor non eſt 1302. 63 Cur nihil à ſe faciat 1250 3c.

Filius Dei abſconditus in Lege, adopertus in prophetis, evangelicis prædicationibus adimpletus. 1456. 188 Antequam naſceretur ex Virgine, videbatur. 1274. 24. Etſi ſuſcepit quod non erat, non deſiit tamen eſſe quod erat. 730. 64 Etſi non licet mihi ſcire quemadmodum natus ſit; non licet tamen neſcire quod natus ſit. 1353. 71 Cur carnem ſuſceperit & mortem 435. 44. Angelus Angelis factus eſt, prophetis propheta 773 18 Quomodo ſacerdos eſt ſecundùm ordinem Melchiſedech. 188 16 Nihil ſibi ex hoc mundo vindicandum putavit. 340. 62 *V. Chriſtus, V Trinitas.*

Filii præmia nuptiarum ſunt. 1282. 2. * 1509. 22. Non mediocre munus eſt Dei dare liberos, propagatores generis, ſucceſſionis heredes, & cur? 1276. 30. Erat deforme liberos non habere, & id legum civilium fuit auctoritate multatum. 1320. 18. Pudor eſt feminis præmia nuptiarum non habere, quibus hæc ſola cauſa eſt nubendi, 1682. 45. Receſſuri ex hoc corpore, ipſo carorum pignorum tactu delectamus extremo, & hoc mulcemur viatico 510. 83. Liberorum amor plurimos à martyrii conſummatione ſæpe revocavit 1163. 18. Cur à peſſonibus exerceat pater filium, quam dominus ſervulum 1145 15. Quantum filii honorare debeant parentes, ut benedictionis ultimæ habeant hereditatem. 523. 1

Filios Scriptura ſacra pro operibus frequenter declarat 657 14 Sanctorum majus in fide, quàm in generatione ſemen eſt. 133 44.

Finis quid ſit. 955 1 Ille verus eſt finis, qui non unius erit finis ſed omnium. 849 17. Quæ initium habent, et finem habent. & quibus finis datur, initium datum conſtat. 6 10.

Firmamentum unde appellatum. 31. 16. An idem ſit ac cælum. 25 8 * 30 35 Cur inter aquam & aquam Deus illud eſſe præceperit. 787 21.

Fœcunditas terræ non Soli ſed divinæ indulgentiæ deputatur 64 6 Decorum quod fœcundum, indecorum quod infœcundum. 376. 60.

Fœneratio vetus eſt, ſed vetus culpa eſt. 620 88 Fœneratorum inhumanitas eleganter deſcribitur, & caſtigatur. 793. 9. & ſeq. Iudæ & diabolo comparantur *ibid* 12. & ſeq. Nec non Echidnæ & aliis ſerpentibus 604. 41. Liberos pro paternis debitis vendunt. 600. 29 Prohibebant ne debitoris cadaver ad ſepulturam deferretur 60c 36 37 Inhumanitas eorum etiam ab aleatoribus uſuras exigentium 602. 38 & ſeq. Varia nomina quibus utuntur. 604. 40. Quam inſatiabilis eorum avaritia 597 31. * 605 43. & ſeq. Mari comparantur 605 44 Et eorum pecunia. 596. 16 Incautos adoleſcentes quam nequiter deprædentur. 597. 23 & ſeq. Fœnerator & debitor uterque peccator 609. 54. Arguuntur ii qui acceptam ab fœneratore pecuniam intemperantiâ ſuà miſere conſumunt. 597. 17 & ſeq. 600. 30. Qui ſe fœneratori obligat, ipſe ſe vendit non ære ſed culpâ. 601. 32

Fœnus bonum & uſura laudabilis fœnerare Deo in manu pauperis. 610. 55. 56 Qui plus habuerit unde fœneret, ille juſtior. 611. 59. & ſeq *V. Uſura.*

Fœniculi paſtu ſerpens cæcitatem repellit exceptam 139 19

Fœnum quomodo fiat? 42. 66 Ante ſolem fuit productum *ibid.* 27 Quomodo ſimiles eſſe debemus fœno. 45 38.

Foliorum diverſitates. 57 61 Et ex eiſdem remedia. 47 37.

Fons ille qui irrigabat paradiſum quis fuerit. 149 12.

Formicæ imitanda induſtria. 118. 16.

Fortitudo reſiſtentem quæque tranſverberat, nec aliquibus hæret obſtaculis. 151. 17. Non habent fortitudinis laudem, qui ſtuporem magis vulnerum tulerint, quam dolorem. 1514 56 Sicut fortitudinis incentivum eſt fides, ita fidei firmamentum eſt fortitudo. 1437. 118. Effectus ejus qui ſint. 1 1 67

Fratres ſumus omnes una atque eadem matre generati 267 94 Omnes nobis jure quodam germanitatis velut fratres connectimur, & tamquam uterini nos diligere debemus. 323. 28. Inter fratres patrimonium non judex medius, ſed pietas debet ſequeſtra dividere. 1439. 122.

Fraudulenti homines cavendi 88 c1.

Frons mentis habitum ſpecie ſui prodit. 136 58.

Fructuum diverſitates. 58 6c.

Fulica abdicatum Aquilæ pullum cum ſuis nutrit. 104 61. Præſentit commotionem maris. 97 43.

Fines qui dicantur 1499. 21. Iis utuntur qui terminos metiuntur agrorum, & poſſeſſionum ſpatia determinant. 1070. 40.

G

GAD benedictio explicatur. 5c4. 35. & ſeq.

Galli cantus non ſolum ſuavis, ſed etiam utilis eſſe demonſtratur. 111 88.

Ganges fluit contra Indiam. 1 14.

Gaudium fructus eſt Spiritus ſancti. 700 1c. 1237. 54

Gemitus quis bonus ſit, & primum Spiritus ſancti donum 831 37.
Genethliaci in cælum os ſuum ponunt, & quomodo? 466 12.
Gentiles Deum ſuum in antris & ſpeluncarum habitaculis requirere videbantur 935. 24. Quantum differant beneficia quæ Chriſtus ſuis, & ea quæ gentilibus dii contulerunt. 1404 88. Qua methodo hi docendi ſunt, qui ex gentibus vocantur ad Eccleſiam 1408. 104. & ſeq. Quomodo facias ſcripturas debeant legere. 171. 58. Habent cum Chriſtianis ſalutationis & ejuſmodi offi ciorum commercia. 1415. 62. Dominus cum iis non prohibet nos iniire convivium. 1359. 18 Ager qui morte emtus eſt Chriſti ad ſepulturam eis profecit. 960. 13. Tolerabilior cauſa illorum quàm Judæorum. 990. 24 Argumentur qui ſub imperatoribus Chriſtianis veniebant in Eccleſiam, & Chriſtianos ſe eſſe ſimulabant. 1235. 49. Multi ex iis habent miſericordiam, habent ſobrietatem, ſed fructum non habent, quia fidem non habent. 757 41 V. Fides, & Mammona.
Genus immortale videtur, perſonæ autem ſingulorum mortales ſunt 314 4
Geon Nilus circuit terram Ægypti vel Æthiopiam. 150. 14. Significat quemdam terræ hiatum. 151. 26.
Gervaſii & Prothaſii feſtus dies. 1037. 16.
Gigantes tempore Noe qui fuerint 130. 7 & ſeq. Fabulæ inducunt eos adverſum ſuperna voluiſſe pugnare. 178 127.
Gimel tertia littera ſecundum Hebræos, latine retributio dicitur. 993 1.
Gloria bona Chriſto eſſe ſubjectum 1124. 7. Non portio unius coronæ, ſed præmium omnium coronarum eſt 1161. 11. Si opprobrium Chriſti gloria eſt, quanta eſt gloria ejus. 1032. 41. Gloria ſæculi non deſcendit cum peccatore, ſed gloria virtutis aſcendit cum innocente. 955. 24.
Gomorrham & Sodomam lingua patria Chaldæi excitatem & ſterilitatem nuncuparunt. 157 69.
Gothorum bella. 1516. 10.
Gratia Dei agnoſcenda, ſed non ignoranda natura. 1478 31 In quo ſpiritus viæ, & ſpiritus gratiæ differant. 1177 33. Habemus adverſarium magnum, qui vinci à nobis ſine Dei favore non poſſit. 1327 37. Nemo ſine vero Jeſu poteſt incerta ſapientiæ & occulta comprehendere. 944. 10. Nullius non eſt poteſtatis iter noſtrum ex voluntate dirigere. 783. 15. Ubique Domini virtus ſtudiis cooperatur humanis; ut nemo poſſit quidquam incipere ſine Domino 1309. 84 Nullus perfectus eſſe poteſt, & tutus ſine favore Dei. 980 17 Quia hæreditarium iniquitatis glutinum mentibus inhæſit humanis, opus eſt liberantis auxilio. 1015 12
Gratiam Dei Deus reformavit naturam. 1152. 41 Natura opus eſt creatoris, gratia munus eſt redemtoris. 505 63 Quidquid ſanctum cogitaveris hoc Dei munus eſt, Dei inſpiratio, Dei gratia 204 45. Omnis creatura quæcumque bona habet, accepit à Chriſto. 1366. 30. Ut Deus honorificetur à ſancto, Dei gratia eſt. 1169. 10. Deus quem dignatur vocat, & quem vult religioſum facit. 1417. 17. Commendatur gratia privilegio operationis æternæ, & protectionis dignatione cæleſtis. 631 18 Salutis medicina vulneri quæritur, gratia ſanitati 981 3 Doctrina cæleſtis poteſt commutare vitioſos affectus, & operatio divina ſacrilegis pectoribus ſtudia pietatis infundere. 701 76. Ubi gratia, non utique merito operum nec juſtificatione virtutum, ſed liberalitate donantis, electione redimentis ſalvamur. 904. 47 Hebetis eſt cordis bonum quod agit, gratiæ auctori non deputare. 196. 25 & ſeq. Juſtus ad auctorem Deum refert quæcumque fuerit bona conſecutus. 199 34 Qui totum ad gratiam refert, terram repromiſſionis poſſidebit. 891 12. David non ſuæ virtutis putat eſſe, ſed gratiæ cæleſtis, ſi non deſeratur à Chriſto 839. 55.
Ad gratiam Chriſti vocatur omnis anima. 950. 18. Ut ſuos pretio redimatur à crimine 945. 2. Chriſti manifeſta in omnes prædicatur miſericordia, eo quod qui pereunt, ſua pereunt negligentia; qui autem ſalvantur, Chriſti ſententia liberantur. 181. 11. Dominus quos miſeratur etiam imprudentes advocat. 1419. 33 Incrementa gratiæ Chriſtus veniendo ſecum trahit 1038 2
Gratia Dei beatiores nos facit quam noſtra innocentia. 837 47. Cui adeſt ſpiritus gratiæ nihil deeſt 1277 55 Menſura Legis eſt, ſuperabundans autem gratia. 909 56 Lex intra menſuram eſt, ultra menſuram gratia. 1414 98. Excludit ſervorem gratiæ ſæculari, gratiæ fervor æternæ 1141. 40 Spiritalis gratia ab omni ſuperfluorum labe mundavit. 1177. 24 Deus ſine labore noſtro, non ex operibus, ſed ex fide per gratiam ſuam nobis peccata donavit 885 1 Lucet Deus ſuper juſtos per gratiam, ſuper injuſtos per miſericordiam: illis mercedem meritorum tribuens, iſtis peccata dimittens. 984. 9 Qui ſuo peccato pereunt, miſericordia Domini liberantur. 1219. 19.
Gratia pro meritis noſtris diverſa, ſed eadem divinæ operis miſericordia. 1421. 108. Bonus Dominus ſtudia exigit, vires miniſtrat 1400. 72. Neſcit tarda molimina ſancti Spiritus gratia. 1188. 19 Ipſe tibi es vel injuriæ auctor vel gratiæ, operatio divina nihil errat. 919. 77. Faciat fructum qui poteſt gratiam, qui debet pœnitentiæ. 1306 76. Plerumque derelinquit Deus quos vult probari, penitus autem derelinquit, quos deſerit 980 18. V. Chriſtus, & Deus.
Gratitudo. Neſcit virtus menſuram gratiæ: nec contenta referre quod acceperit, vult cumulare quod ſumſit. 1373. 74 In viciſſitudinibus gratiarum non eſt ſatis reddere quod acceperis, ſed commendare quod reddis 217. 23. Gratiam & qui reddit habet; & qui habet in eo ipſo quod habet, ſolvit 1389. 25. Relationem gratiæ à canibus homines diſcunt. 149. 17. Beneficiorum Dei tenax gratiæ memoria perſeverare debet, & obedientia non deeſſe 197 50 Nec die, nec nocte, nec ullo tempore a gratiarum actione debemus vacare. 1075. 51.
Gratianus Imperator à ſuis deſtitutus ac proditus. 963. 17. Calumniis, & dolis circumventus. 963. 11 & ſeq. Ei ſepultura negatur. ibid. 14.
Gruum vigilantia in cuſtodiis, & ordo inter volandum. 99. 50 51.
Gula de paradiſo regnantem expulit: abſtinentia ad paradiſum revocavit errantem 538. 7. Quas perturbationes in familiam inferre ſoleat 542 24 In utero ambulant, qui ventri & gulæ ſerviunt. 179. 74. V. Ebrietas.
Gutturis utilitas. 140 69. Sepulcrum patens eſt guttur hominis, in quo perfidia lethalis, & mortua verba condontur. 1535. 141.

H

Hæreses omnes dum ſe impugnant, in ſe recurrunt 731. 89 Velut Eva femineo rigorem fidei tentant affectu. 1459. 100.
Hæretici impugnatores ſunt fidei, veritatis inimici. 1138 6. Idem habet imitationem, qui fidei non habet veritatem. 658 15. Hæreticorum ferialis doctrina inſaniæ ſunt falſæ 860. 4. Manichæus, Marcion, Sabellius, Arius, Photinuſque non aliud quam fratres Judæorum ſunt. 1473. 13. Hæreticus de generatione Domini juxta uſum ſæculi diſputans, dives eſt in verbis, pauper in viribus. 1371 70. Chriſtus non eſt in his diſputationibus. 1120. 20 Moles ex iis prætendere volunt corporis continentiam, ut adſertionis ſuæ fidem teſtimonio ſobriæ carnis acquirant. 148 49 Circumſpectos nos in reſpondendo adverſus hæreticos vel Judæos eſſe debere 1502. 34. Non te capiat hæreticus, quia poteſt de Scripturis ſanctis aliqua exempla proferre. 1340 22. Imperfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplantare perfectum. 1114 19 Quam graves illius morſus ſint 1482 31. Madianitis eſt ejus perfidia. 1198. 12 Hæretici lupis comparantur. 1037. 16. * 1411 48 & ſeq Et vulpibus 1418 31 * 1421 47 Omnes hæreticos & ſchiſmaticos a regno Dei & ab Eccleſia intellige ſeparatos. 1432 95.
Halcyonibus, & quot diebus pullos ſuos educat & nutriat? 96 40 & ſeq. Hos dies præſtantia ſerenitatis nautæ Halcyonidas vocant. ibid.
Harmonia quid ſit. 1470 3.
He littera latine ſignificat, eſt, vel vivo. 1018. 1.
Helleboro ægri corporis paſſiones ſæpe ſolvuntur. 98. 39.
Heptateuchus quid ſignificat. 1141. 18.
Herbarum ſucci ſalubres 47. 37 Medicorum eſt opus poteſtates earum noſcere. 56 57.
Heredis humani damnum eſt deſcriptio cohæredis, ſed indiviſa eſt Chriſti hæreditas 1155. 41.
Herodem nullo aſſi cin generi Judæorum regnum a ſiliceiis fide fraudaſſe 1319 43 In eo omnes impii ſignificantur. 1585 99
Herodias in nece Johannis Baptiſtæ iniquitatem pravis artibus quæſivit 771. 13.
Heth interpretatione latina dicitur pavor. 1056. 1
Hiericho quid figuret. 1427. 73.
Hierusalem à Romano exercitu triumphata, injecto flagravit incendio 1141 14. Jo Hieruſalem ſtandum, de Babylone fugiendum. 749 16.
Hippocrates Critiæ opinioni de anima non acquievit. 166. 92.
Hirundinis ſedulitas, induſtria, pietas in liberos 102. 52 57 Fœtum excitati medetur ibid.
Homo græce ἄνθρωπος unde dicatur. 1320. 46. Quid ſit, & in qua potiſſimum parte conſiſtat. 557 3. Ex anima & corpore conſtat, & ſpiritu. 207. 6. Creatura eſt Dei, omnium in terris præſtantiſſima 541 63. Pretioſiſſimum eſt opus Dei. 1088. 6 & ſeq. Habet aliquid quod Angeli non habent 1093. 14.
Hominis duplex generatio, una ſecundum imaginem Dei, altera ſecundum figmentum de luto terræ 163 86. Verbum non ad imaginem ſed imago Dei, homo non imago ſed ad imaginem Dei. 1064. 23 * 1091 12 Supra terram omnia cum conſtituit Deus. 264 86. Nec vult ſuum eſſe quod corruptibile atque terrenum, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei meminit ſe eſſe creatum. 884. 4. Illum glorioſum virtus facit, fides rarum, imago pretioſum 1089. 10. Eumdem Deus creavit in incorruptionem, ſed homines à naturæ munere deviantes, obnoxios fecere ſe morti. 760 48. Cur illum Deus non approbarit niſi poſt factam mulierem? 165 46. 47. Cur eo creato Deus requieviſſe dicatur. 142. 76. Ignorant rerum naturam, niſi qui ea utuntur, divina providentia eſſe adjectas. 1088. 6. Cur Deus pauca quæ homini noceant, eſſe ſinat. 93. 31.
Homo noſcere ſeipſum debet 127 39. * 131 50. Id dictum non ab Apolline Pythio ſed à Salomone. ibid. Ante Legem neſciebant homines quod luti corruptione ſint reſolubiles, & humo dureſcente formati. 1137. 20. Sibi ſemper debent adtendere, cui, & quomodo? 135. 50. & ſeq Non poſſumus plenius nos cognoſcere, niſi prius quæ ſit omnium natura animantium cognoverimus 114 3.
Homo comparatione Angelorum mutum videtur eſſe jumentum 670 16. Qui non intellexit, comparatus eſt jumentis: qui autem intelligit, comparatur Angelis 952. 10. Piſcibus bonis & malis comparatur 85. 15. Avis eſt qui de terris in cælum debet evolare. 1154. 38. & ſeq. Cui eo deleto, cetera irrationabilia deleta ſunt. 131. 10. * 119. 33 & ſeq. In quo animantibus ceteris præſtet, vel inferior ſit? 850. 20 * 1115. 24. Cavendum homini, ne pecudum more curvetur. 117. 10. Magnum ejus munus eſt mundo magis quam ſibi naſci. 1088. 6. Homines quadrati qui dicantur. 133 13.
In homine duæ mentes & duæ leges. 1479 49. & ſeq. Petitiones exterioris hominis, interiorisque communes non ſunt, nec omnes probantur à Chriſto. 781. 13 Quomodo Dominus utrumque ſibi invicem voluntatum unitate ſociaverit? 807. 64 Interius in Chriſto crucifixus, ſepultus, reſuſcitatur. 794. 37 Minorem laborem nobis exſpoliatus vetus homo quam ſuperveſtitus adferet. 851. 22
Homicidii pœna. 267. 94. & ſeq. Interficiunt opus Dei, qui humanum ſanguinem fundunt 131 48.
Honor eſt non ſolum honorificentiæ, ſed largitatis. 1490 75 Sæpe honor ſæculi abit, antequam venerit. 1541 18 Ubi honorari & exaltari quis creditur, ibi ut metatus ſummum, prætermiſſe citius quam veniſſe comprehendas. 795. 39.
Hortum illum quem Jovis hortum alibi, alibi hortum mentis appellavit Plato, e denum compoſuit. 393. 19.

HOSPITALITAS commendatur, & ad eam omnes teneri oſtenditur. 295. 34 & ſeq. De hoſpitii religione venerabilis eſt forma præcepti 1398 66 Hoſpitalia jura ſervanda 101. 54 Tanta hoſpitalitatis eſt gratia, ut libentes in nos aliena pericula transferamus. 1364 55. Hoſpitalem remuneraturus eſſe affectus avaritiæ eſt. 1458. 195

HOSTI inimico clauſo reſiſtere, plus eſt quam remoto. 468 29 Ipſe ipſo tibi bellum eſt. 1070 39. Honorandam ita hoſte virtutem. 687. 36.

HUMILITAS in paradiſo defecit, ideo venit è cælo 1024 38 Dicta eſt de culpa. 1083. 14 Etiam in Chriſto laudem virtutis tuetur. 1146. 19. Eam didicimus non ſolum ſermone ſed actu Chriſti. 1228. 20. Et quomodo. 1157. 46 Cui is auctorem illius ſe præbuerit 1515 51 Illa in hoc mundo contemnitur, ſed Dei judicio comprobatur. 1006 41 Bona eſt præſertim ſi adjungatur ei devotio voluntatis. 1148. 23. Vide Chriſtus.

Humilitate nihil pretioſius 1089. 10 Nihil excelſius 1480. 40. Grande eſt in omnibus humilitatis tenere menſuras 1147. 80. Juſtus in ea gloriatur. 1124. 7. Quo quis ſanctior, hoc humilior. 646. 18 In humilibus magis elucet gratia 1080. 7. Poteſtas decipit, humilitas non decipit. 1146. 19. Nihil adfert diſpendii. 1227. 18 Nihil appetendo, totum quod contemnit, adipiſcitur. 1147 80 Omnis ſumma ſtudii noſtri eſt, ut ſimus humiles & veritatem ſequamur. 1821 3. Non mirabilis tas ſenectute ſed rara & mirandа in juvenibus. 1104 31.

Cum humiliamur peccata noſtra cognoſcimus, & ipſa humilitate delicta noſtra purgamus. 1097. 30. Cùm repleta fuerit humilitas, peccatum ſolvitur. 1087. 4 Humiles dum ſubjiciuntur à divitibus & opprimuntur, exaltati ſunt, & ſubito refulſerunt 795 39. Humilitas omnis honorificentiæ ſtudio non definitur 1515 51. Non ſemper virtutis eſt, ſed etiam afflictionis 1122. 28. Multos etiamen humilitas ad ruinam 919. 76. Eſt humilitas laboris & fatigationis, eſt & humilitas virtutis atque propoſiti. 1826 15 Etſi perturbationis non virtutis ſit, virtutem tamen ſæpe generat. 1083. 14.

Hunnorum ſeu Chunnorum populi aleæ ſolius legibus obediunt. 603. 39. Fœneratoribus ſunt ſubjecti. ibid. Omnibus rationibus bellum infernos. ibid Chunni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Tayfalos, & Sarmatas inſurrexerunt. 1506. 10.

Hyems nobis eſt, cùm ſol meridianis partibus immoratur, & quare. 72. 21.

HYMNIS vere Deus laudatur, in quibus eſt remiſſio peccatorum. 973. 3. Mane hymni dicuntur, & canuntur pſalmi. 552 55 Non deſinamus circa Dei laudes, ſive hymnum dicendo, ſive divinam per omnia momenta gloriam concionendo. 897 23.

I

JAcob cur paſtos ovium inducitur. 195. 24. Figuram bonitatis gerebat. 184. 4 In ſummis periculis poſitus beatitudinem vitæ non amiſit, ſed potius acquiſivit 459 1 & ſeq. Continentiâ & fide humanarum ſupplantavit veſtigia paſſionum. 194 23. Quam perfectus fuerit? 459. 3 & ſeq. Chriſtum prævidit in terris 464 15. Et in Chriſto refulgentem Eccleſiam. 472 34. Quam beatus in ipſo mortis ſupremo. 471. 35 & ſeq.

Jacobus primus ſolium ſacerdotale conſcendit. 1413. 9.

JACTARE ſe nemo debet. 123. 51 * 1418. 29 Jactantia etiam fortes decipit. 1341 27. Inſolens eſt etiam in integro & juſto. 832. 38 Inanis eſt 1126 15 Dum homines gloriam virtutis ſuæ jactare deſiderant, de loco meritorum ſuorum decedunt. 1340. 81. Non de prælatione jactantia ſit, ſed de humilitate contemptio. 1515. 51. Deflectentibus à vero amica jactantia eſt 387 33. Si jactantia declinanda eſt, quanto magis nemo debet falſa jactare pro veris. 191 16.

Jacula ſæpe in ipſos qui ea jecerint refunduntur 789 25.

Japheth latitudo dicitur. 276 126.

Ictericis animal viſum, & cornu ejus prodeſt. 1094 83.

Idithum fuit propheta, & pſalmos cum ſex filiis canebat ſuis. 955 3.

IDOLOLATRIA auctorem ſerpentem in paradiſo fuiſſe 174 61 Error eſt gentilium qui ligna venerantur. 1064. 23. Lagonar adoram, quia imaginem Dei putant. 1095 25. Eccleſia inanes ideas & varias neſcit ſimulacrorum figuras, ſed veram novit Trinitatis ſubſtantiam 419. 27 Error gentium quo honorem divinum ſoli tribuebant, à Deo confutatus 43. 87 Gentiles metalla & ſaxa venerando ſimilem rigorem ſtuporis adtraxerunt. 8132. 5 * 1305. 75.

Jecur melle conditur, electe amaritudine temperatus. 547 39.

JEJUNII origo & antiquitas 537. 6. & ſeq. Sicut homo per appetentiam interdicti fructus amiſerat gratiam, ita per jejunium reparari ejus virtutem oportuit. 867. 3. Jejunavit Chriſtus, ne præceptum declinares. 1285 10.

Jejunium quale debeat eſſe. 545. 34. & ſeq. Jactantia in jejunio declinanda. 547. 40. Indictum jejunium non ante finem diei frangendum. 1073. 46. Quanta virtus jejunii. 123 38. * 536. 2. & ſeq. 540. * 541. * 544 39. & ſeq 545 35 * 547 40 Nulli grave eſt. 542. 13. Condimentum cibi eſt. 544. 31 Bonum operimentum eſt. 665. 10. Nos commendat. 1361. 23. Jejuna, ſi vis vincere carnis illecebram. 1340. 24. Jejunium culpæ interfectorium eſt 547. 37. 38. Quadraginta dierum numero jejuniis & orationibus crebrioribus noſtrorum levemus ſupplicia peccatorum. 144 44. Si quis fructum reſurrectionis vult adipiſci, myſtici jejunii prævaricator eſſe non debet. 1338. 15.

Jephte ſuo victus eſt ſacramento. 681 16.

JESUS Nave figura Chriſti. 944. 81. Non in ſua virtute, ſed Chriſti myſterio cæleſtibus luminibus imperabat. 714. 24. Eum nominis ſacri ſimilitudo liberavit. 1803. 29 V. Chriſtus.

Jetro dicitur ſuperfluus. 195. 24.

Ieſabel, id eſt, effuſio vanitatis. 431 34

Ignorantia & concupiſcentia animæ ſunt ægritudines. 376. 60.

IGNIS & aquarum natura cur neceſſaria. 28. 12.

Ignem ut in terram mitteret venit Dominus, quo illuminaret animas univerſorum, ſtudium accenderet, crimina exureret. 848. 15 Tripliciter ignitum eloquium Dei, vel quod mundat; vel quod accendit, vel quod illuminat. 1801. 21. Ignis divinus mundat animum, conſumit errorem 1800. 20 Peccatorum minuit, & ſuo culpam ardore depaſcit. 848. 15. Urit, ut corrigat conſcientiam peccatoris, non exurit, ut perdat. 1200. 20.

IGNIS deputatus diabolo & Angelis ejus quis? 998 17. Neque eſt corporalium ſtridor aliquis dentium, neque ignis aliquis perpetuus flammarum corporalium. 1460. 104. Omnes oportet per ignem probari quicumque ſive Johannes ſive Petrus ad paradiſum redire deſiderant. 1825. 12 & ſeq. Quomodo juſti & peccatores per ignem ſint tranſituri. 789. 56. In retributionibus meritorum ignis illuminat juſtos, exurit impios. 66. 10. Peccatores abyſſum petunt, ubi caligo tenebrarum. 787 81.

IMPERATORES in ſtatuendis legibus ſeveriores, in exigendis ſuppliciis miſericordes eſſe debent. 883. 19. Tu imperator, eripe ſubſcriptione indulgentiæ eum qui ducitur ad mortem, & ſolviſti peccata tua. 1071. 41. Majorem imperii gratiam, qui propiores imperatori ſunt, conſequuntur. 1370 61 In civitatibus bonorum principum in agines perſeverant, delentur imagines tyrannorum 670. 24. Qui coronat imaginem imperatoris, utique illum honorat; cujus imaginem coronavit: & qui ſtatuam contempſerit, imperatori videtur feciſſe injuriam. 1095 25.

Imperatoris filia propter Gratorum exe ennus transferendos ad ſacrificium vocata. 1410. 108

IMPIETAS contra naturam eſt 759. 47. Mater quædam eſt delictorum 237 35 Prima præcepta prophetæ David ſunt, impietatem fugere, in peccato non ſtare, in lege meditari. 778 17.

Impii etiamſi videantur vivere, miſeriores ſunt omnibus mortuis 330. 31 Erroribus delectantur alienis. 273. 115. Quam miſerabilis eorum portio ſit? 660. 21. Membra ſunt diaboli. 819 9. Cur Deus avertat ſe ab eorum precibus. 220. 31. Illorum ſucceſſus non mediocris tentatio eſt juſtis. 1047. 10. & ſeq. Quam mirabilis extinctionis eorum celeritas. 669 22. In bonis imago cæleſtis perſeverat ſemper, in impiis deletur atque depeitur. 669 24 Quomodo larvatâ ſubſtantiâ eorum iter pereat. 765 58. Ibi ſcribuntur eorum nomina, ubi vivere maluerunt 951 19. Non mediocris pœna impii eſt requiem mortis non habere. 660 18.

Improbitas uſu atque exercitatione augetur. 240 34.

Improbus dicitur qui probitatem malitiâ ſua deſtruere velit. 956 17 In ſeipſo contracti, malitiæ ſuæ laqueis ſtrangulantur 1048. 38. Eum plus præſentia quàm futura ſollicitant. 220 32.

Impudici cujuſdam deſcriptio 320. 10. V. Avaritia. Libido Incontinentia.

Impunitate nutritur audacia. 240. 34.

Incontinentia hominem arguitur. 92 30

Indictionum uſus 253 60

Indicum mare ſuperius eſt æquore Ægyptio 37. 10.

Indifferentia non habent robur validæ virtutis, ſed ejus augent & diffundunt gratiam. 329 5. Pleriſque nocuerunt. 276. 122.

Infernus. V. Ignis.

Infirmitas officina virtutis eſt, utilior quàm gratia. 796. 48 Nemo tecum invalidum, aut præterquam infirmum & cur 1486 61.

Ingenio naturali utere, ut ſuperna adſpicias, & terrena non quæras 1018 31.

Ingratus eſt qui debitum gratiæ ut à ſe exigatur, exſpectat 860 78 Cito beneficii irrepit oblivio, ſecundis rebus 455 33.

INIMICOS diligere quo ſenſu Chriſtus præceptus 1100. 45. * 1161. 15 & ſeq. Nihil eſt quo poſſis offendi, cito ignoſcendi eſt conſuetudo 1476. 14 Juſtus adverſum inſultantes ſibi tacet, & orat 845 9 10. Quomodo juſtus accuſare ſe malit, quam alium, etiam à quo injuriam patiatur, deformare. 1049 18. & ſeq. Juſti propoſitum longe omnibus perfectius & potentius eſt, intervenire pro perſequentibus, & excuſare peccantes. 1031. 23 Bonum ſcutum triomphantis, ut inimicum ſuum quem poſſis ferire, defendas. 846 31. V. Caritas, & Injuria

INIQUITAS inverecunda uſurpat indebita, nec reveretur auctorem. 259. 75. Plus eſt ut ipſa iniquitas deleatur, quàm peccatum. 698 62. Tales leges iniquitas habet, ut oderis innocentium, ſeclus diligat. 1526. 102. Ubi iniquitas propendet, nulla bonorum operum commutatione revocatur. 906 46. Iniquitas per lavacrum remittitur, peccatum tegitur bonis factis. 698. 49 Iniquitates per ſua acribi fœnoris acceſſione diffeciur. 820. 13.

Iniquus quis dicendus. 952. 17.

INJURIAM æquanimiter ferendam. 1515. 97. Inſultantibus non vicem injuriæ reddendam. 1150. 28. Vult Deus diſcipulos ſuos injuriarum eſſe patientes, nec referre facilè, nedum ferire. 1087. 3. Injuriarum tempora, tentationum certamina, & examina probationum ſunt. 685 30 Aliud eſt dignum ſe præmio ducere, aliud indignum injuria 1171 10. V Caritas, & Inimicus

Injuſtitiam fuge quæ adhuc viventes mortuos facit. 1248 13 Injuſti nomina ſunt viventis clamas, quia Deo mortua eſt. 1218. 8. Injuſtus aliis inutilis, & ſibi noxius eſt. 768 6. Quidquid loquitur, iniquitas eſt, quæ in ſuum refertur auctorem 768 6

INNOCENTIA tempore poſterior eſt quam malitia, ſed meritorum nobilitate antiquior. 188 11 18. Servile eſt omne peccatum, libera eſt innocentia. 490. 20 Ipſa Deum videt. 814 81 Non in clamore vocis, nec in ſextiniis aſſertione patrociniis, ſed in conſcientiæ integritate eſſe innocentiæ defenſionem 1151. 55 Non amat multis innocentia ſe defendere 617 78 Quando fructus ejus defertur. 806 63.

Innocens nulli nocet, in neminem peccat. 881. 35.

In Innocentibus expertes licet ſenſus infantiæ, Deum tamen pro quo interimuntur, confitentur 1298 49.

Inobedientia mortis cauſa fuit. 159 35 Quicumque prævaricatur mandatum Dei ſpoliatur, atque nudatur, & fit ipſe ſibi vilis 175 65

Inſipiens eſt, qui male ſapit. 950. 37
Inſtitutio tantum valet, ut vincat naturam. 505. 3.
INTELLECTUS, ſapientia, & diſciplina qui differant. 882 7 Intellectus Dei donum eſt. 1093. 19. * 1180 34 Theſaurus noſter pretioſus intellectus eſt. 1115. 4. Initium intellectus plenitudo eſt virtutis. 1208 45. & ſeq. Eſt intellectus ad mortem, ſicut eſt prudentia ad interitum. 1249. 9.
Intemperantia accendit libidinem, crudelitatem generat, corruptelam creat. 318. 29.
Intemperantes proprio ſibi viles eſſe judicio. 446 6.
Inteſtinorum cur circumplexi orbes. 140. 61 * 217. 18. Geminus eorum amictus. 137. 29.
INVIDIA cito proſperitatem ſequitur 303. 65. Illa lenitatem naturæ concretione malitiæ vitiat. 1085 39. Quomodo placanda 319. 25. * 465. 14. & 465 21. Quantum Dominus adſpernator invidorum ſit. 1346. 46. & ſeq.
Inviſibile quid ſit. 42. 25.
Joachim in libris Regum qui dicitur, is Jechonias ab Hieremia eſt nominatus. 1328 40. Duos Joachim, hoc eſt, duos Jechonias fuiſſe. 1331 46.
JOHANNI ſpiritus vitæ nondum erat, ſed erat ſpiritus gratiæ. 1277 33 Ungebatur quaſi bonus athleta, & exercebatur in utero matris. 1291 29. Infamiæ impedimenta neſcivit. ibid. 30 Nativitas ejus non ſolum à parentibus, ſed etiam à majoribus nobilitatur. 1273. 15. Cur Vocis nomen acceperit. 805. 57 Cum Chriſto comparatur 1285 10 * 1406 98. Omnibus prophetis major, ſed inter mulieris, non virginis natos. 1381 210. Illius cum Elia comparatio elegans. 1278. 36 An Chriſtum quem venturum crediderat, non crediderit mortuurum. 1378 98. Qui Johannem loquitur, Chriſtum prophetat. 1292 32 Dum ei creditur, creditur Chriſto. 1278. 37. Videbat cordis occulta 1307. 78. Prænuntius natus, prænuntius mortuus eſt. 1379 38. Typus Legis eſt. 725. 48 * 1303. 68 * 1377 94 Perſonam accepit populi Judæorum. 1308. 81 In prænuntio Chriſti nihil magis quàm ædificationem Eccleſiæ debes ſurgentis agnoſcere. 1305. 75.
JOHANNIS anima fuſca per vitium, ſed decora jam per lavacrum. 984 8. Juvenis fuit, qui viam ſuam in juventute correxit. 983. 7. Majora & altiora tetigit. 1541 171 De morte ejus quidam dubitaverunt. 1525. 12. Mortuus eſt. 1411. 4 & ſeq. Nec in morte corporis interruptus eſt ordo vivendi. 1418. 4. V. Evangeliſta.
JOB ſancti virtutem & patientiam malitia diaboli fecit eſſe clariorem 148. 9. * 1145 16. Fortior erat æger quam ſanus 654. 3 Quantæ ſimul coacervatæ ſunt afflictiones, ut periret. 1121. 29. Cur in tentatione poſitus myſteria loquebatur. 1345. 40 Manus Domini ei omnia abſtulit, & omnia repræſentavit. 855 33 Ejus laus condemnatio Angeli eſt. 824 21.
Jod latina ſignificatione confeſſio dicitur, vel deſolatio 1082 1.
Jonam emendavit aqua, quem terrena deflexerant. 94 35. * 928. 83 * 1433. 97.
Jordanis nomen deſcenſionem ſignificat. 127. 34 * 428 12 * 643. 14.
JOSEPH figura Chriſti 267. 25. * 679. 12 * 891 & ſeq 905 43 & ſeq. Etiam in ſomniis fuit typus Chriſti. 485. 7. 8. Et miſſus ad fratres. 486. 9. & ſeq. Et venditus. 487. 14 * 490. 20. Et aliis vitæ ſuæ actionibus 498. & ſeq In eo prefigurata Chriſti myſteria. 522 47. & ſeq Quàm dura & aſpera fortiter pertulerit 1123 31 Caſtitatis ſpeculum fuit 483 1. 2. * 1332. 47. Ejus caſtitas commendatur. 492. 22. & ſeq. Subibat pro caſtitate martyrium 493 26 Illius caſtimonia numquam ad noſtri memoriam perveniſſet, niſi illius Domini mulier affectus ejus tentaſſet 148 9. Eum culpa non cepit, non carcer incluſit, non Ægyptus decoloravit. 1005. 27 Ejus tentatio virtutis eſt conſecratio. 1345. 42. Partes ſingulæ benedictionis ejus explicantur 526. 46. & ſeq. Joſeph coronam habuit caſtitatis, Paulus juſtitiæ, Petrus fidei. 1261 11
JOSEPH magis quam Mariæ generatio cur in Evangelio deſcribatur 1314 3 Spiritus ſancti templum, uterum myſterii, matrem Domini violare non potuit 1284. 6. Dominus in cruce poſitus manifeſtavit eum cum Maria conjuge non conveniſſe 1283 4.
IRA quàm gravis paſſio ſit. 785 18. Gravis eſt magiſtra peccati ibid. Ubi iracundia, ubi triſtitia gravis, non permanet ibi Verbum. 1119 18 Potentibus ira ſua gravis, impotibus nequitia, juſtis conditionis infirmitas. 652 16 Quantum ab ea præcavendum 508. 78 Præclarum eſt motum temperare conſilio: nec minoris virtutis ducitur, cohibere iracundiam, quàm omnino non iraſci 1328. 54. Nulla iracundia, ubi plenitudo eſt caritatis. 1417. 28.
Iris pluviam futuram cur ſignificet 169 103. Quem & cur Deus arcum in nubibus poſuerit. ibid.
ISAAC riſus latine ſignificatur. 355. 1. Prophetat ſermone non ſcientiâ. 306. 74 Quare ad genus ſuum magis quam ad populum appoſitus legatur 185 6. In eo figura generationis & paſſionis Chriſti. 186. 7. * 288. 50 * 305. 71. 72. * 355. 1. * 862. 12. V. Chriſtus.
Iſſachar benedictio myſticè de Chriſto exponitur. 582. 30 31.
Italiæ populi æſtus ſerena pace temperantur. 1501. 38.
Judas typus Chriſti. 518 16 & 679 11 Et paſſionis Dominicæ. 1131. 47. Tribus Juda & Levi per admixtionem generis junctæ ſunt. 528. 36.
JUDÆ prævaricatio mandatum cur Chriſtus dederit, vel elegerit proditorem 161 39. Qua ratione non per improvidentiam, ſed per providentiam electus. 1366. 45. Juſtus erat, cùm apoſtolorum numero necteretur. 940 9. Meditabatur Chriſtum vendere, ſed revocabat eum tanta Domini gratia, & quædam paternæ delinimenta pietatis. 844. 6. In illo convivio miſer periit, in quo alii ſalvantur. 607. 47. Latro in cruce ſua regnum Domini mente conſpexit, quod in convivio Chriſti Judas videre non potuit 864. 17 Egrediebatur de convivio Chriſti ad latrocinium diaboli: egrediebatur de gratia ſanctificationis ad laqueum mortis. 873 17. Patientiam Domini ferre non potuit, qui majeſtatem prodidit. 863 17. Servus Dominum, diſcipulus prodit magiſtrum, electus auctorem. 1518. 63 Aliqui eum excuſandum putant, ſed male. 875 21. Sanctificandi alios munus acceperat 876. 22. Se ipſe proprio ore egit in mortem 769 8 Quæſivit avaritiam, & invenit ſacrilegium. 771 14. Figura erat infidelis populi Judæorum. 880. 38.
JUDÆORUM populus quibus temporibus reges habuerit 1319 36. Erat populi Judaici gratia diſcernere ſpiritus, ut cognoſceret quos referre deberet in numerum prophetarum. 1265 1.
Judæorum decem Tribus ad Aſſyrios ductæ ſunt, duæ autem Juda & Benjamin tamquam gravioris iræ flagitii in Babyloniam tranſierunt. 755. 37. In Babyloniam abducti, etſi propter peccata ſua videbantur eſſe ſubjecti, tamen multo meliores gentibus habebantur. 908 53.
Ceſſavit aliquando torrens profluvii ſpiritalis in populo Judæorum 774 20 Cur poſt Chriſti adventum ceſſaverit eorum oblatio, & ſacrificium. 861 10 Deus ab eis abſtulit prophetas, abſtulit ſacra, abſtulit vocem 1379. 40. Hoſtili odio Chriſtum perſequuntur, quibus ſi converterentur, remedium non negabat. 862. 14. Jam non ſunt excuſabiles. 630. 83. Eorum duritia increpatur. 257 70. * 1538 128. Habent caſtimoniam, ſedulitatem in lectione multam, ſed ſine fructu ſunt, & ſine 757. 45. Latro Chriſtum in ſuppliciis agnovit ſuis, quem Judæi in beneficiis non agnoverunt. 864 17. Gravius quam gentiles puniuntur, & quare. 1486 64 Ex patre diabolo ſuos non carnis ſucceſſione, ſed criminis 1149. 54. Pejores magiſtro diabolo 1350 61 Cur ad arguendam eorum perfidiam ſignum Jonæ acceſſitus. 946. 25.
Judaicæ res omnes quaſi parabolæ ſunt hoc eſt, quaſi figuræ egentes ſolutione. 909 55 56. Judæus non in veritatem ſed in umbram credit. 1221 43 Legem ſpiritalem ignorat. 1131. 4. Ejus verba corporaliter interpretatur 175. 66. * 1242. 18 In corde Legem non ſervat 1055 24 Cur apud Judæos non eſt lex Dei. 1102 36 Videntur nec pſalmis nec threnis propheticis credidiſſe. 1358 5.
Judæorum populus dives, Chriſtianorum pauper. 758 57. Apoſtolus oſtendit eum jure eſſe ab Eccleſiæ corpore ſeparatum 1065 27. Deus viliorem vendidit populum Judæorum, potiorem emit populum Chriſtianum; ille peccato venditus, hic emtus ſanguine 904. 42 Illius delicto ſalus gentibus 908 53. Zelo, fidei populus gentilium vitam ſibi adquiſivit æternam, quam negligentia ſua atque diffidia populus Judæorum amiſit. 1198 13. Culpa Iſrael profuit gentibus: fides gentium Iſraelitem populum liberavit. 966. 29. Judæi non debent deſperare indulgentiam, ſi velint agere pœnitentiam. 1433 97. & ſeq. Deus illis etiamſi nolint ſanari, reſervat gratiam regreſſionis. 626. 18 V. Eccleſia.
JUDEX bonus non voluntati ſuæ obtemperare debet, ſed tenere quod legum eſt 1231 32. & ſeq. Nec invidiæ reddere, nec timori. 1525. 99 Quomodo divinæ ſententiæ providentia magnanimitatem, & patientiam eum doceat. 223 38 Cui non liceat in pluribus cauſis à gladio temperare, poteſt tamen lucrum donare reorum 838. 51 Uſus diſciplinæ ſecularis accepit, ut unuſquiſque judicem ſuum laudet. 1083. 15.
JUDICII finis juſtitia eſt, in altero veritatis cuſtodia, in altero fructus eſt æquitatis. 8175. 14. In judicando caveatur ne major pœna quàm culpa ſit. 709 5 Terribilia ſunt peccatoribus etiam humana judicia, quanto magis divina formidini ſunt! 1049. 17. Grave hoc judicium, cùm Dominus de ſe poſtulat contra hominem judicari. 811, 78. Judicia Dei ſanctos, & peccantes adjuvant, ſed diverſo modo. 1253. 86. Vide Deus.
JUDICIUM Chriſti ultimum quale erit. 762. 52 Primus ejus adventus propter redimenda peccata, ſecundus propter reprimenda delicta 1058 17. Cur Dominus in igne venturus ſit. 1442 132. Judicium ſanctis ac diaboli ſocius non vult Deus eſſe commune. 1528. 22. Triplex ordo hominum qui ultimo Chriſti judicio interceſſe debent 764. 56. In Chriſti judicio nemo innocens periclitabitur, nemo ſceleratus eludet. 1172. 10 In judicio Dei idem homo & ſalvatur ex parte, & condemnatur ex parte 1538. 58 Cur ſanctus ad judicium veniat, impius non veniat. 1529. 24. Qui in judicio reſurgunt, habent ſpem veniæ 1031 44 Impii in judicium non reſurgunt, ſed tamquam habito judicio, puniuntur 1413 9 Cur impii & perfidi qui in Chriſtum non crediderunt, in judicio ultimo non ſint judicandi. 761. 51. Anima poſt finem vitæ hujus adhuc futuri judicii ambiguo ſuſpenditur. 209. 9. Adeſt judicii dies; ſi vis non comprehendi, quotidie time, quotidie fuge. 1479 39.
Judicare de altero grave eſt. 1830 31 Sæpe in judicando majus peccatum judicis eſt, quam peccatum ipſius de quo fuerit judicatum. 709. 5. Neceſſe eſt eam formam in ſe redire judicii, quam in alium ipſe decernendam putaverit. 1229. 26.
JUGUM Chriſti ſuave, ſi ornamenta putes cervicis tuæ eſſe non onera. 994 6 Cur non ſolum tollere jugum verbi ſed in juventute tollere debeamus. 982. 3 Quis portes jugum illud à juventute ſua 1080 3 * 1214. 19.
JURARE indicium ſcientiæ, teſtimonium conſcientiæ eſt 1145 14. Quam periculoſum juſjurandum. 1521 82. Quis jurare poſſit. 1145. 14. Mos tacitis evangeliis jurandi. 964 25.
JUSTITIAM in tres partes philoſophia diviſit. 1373 76 Communis eſt virtus 1291. 30. Parens eſt ceterarum fecunda virtutum. 353. 82. Sola virtutes omnes complectitur. 145 68. Ubi juſtitia, ibi concordia eſt virtutum ceterarum. 152 18. Nulla virtus abundantiores videtur fructus habere 151 18 Nulla poteſt locupletior eſſe poſſeſſio. 825. 25. Sola eſt quæ aliis potius nata eſt, quam ſibi. 227. 2. * 768 . * 1174. 14 Juſtitiæ opus eſt circa unumcujuſque meritum ſervare menſuram 1385 6 Illa vera juſtitia eſt quæ ipſis quoque defertur inimicis 1205 35. Soli Deo ſuppetit in perpetuum per omnia

poſſidere juſtitiam. 1305. 35 Quæ ſit ſanies juſtitiæ 1369. 56. Non poſſumus cognoſcere quæ ſit forma juſtitiæ, niſi cognoſcamus quæ ſit iniquitatis effigies. 765. 1. Sicut juſtitia Dei magna, ita ſevera vindicta. 669. 82 *V. Deus*

Juſtificatio à juſtitia derivata eſt. 131. 46. Opus juſtitiæ eſt 1084. 16 Juſtificationes Domini in Hymnis Canticis & Pſalmis. 1058. 83.

Juſtum quod ſit nunquam eſt durum. 1147. 17. Poteſt juſtum injuſte fieri 1272. 18.

Justnus virum videre pretioſum eſt. 1095. 85. Imago & gloria eſt Dei, & quare 425. 27 Quis vere juſtus? 1193 5 Illa forma juſti eſt, ut nihil metuas, nihil reformidet niſi virtutis diſpendia. 457. 58.

Juſtum eſſe ante Deum perfecta laus eſt 1271 18 Cur multis hominibus juſti videamur, pauci Deo, aliter hominibus, aliter Deo. 241 57. * 1272 18. Cur Deus noverit juſtos, & neſciat injuſtos. 791. 31 Juſtus ſolus in æternum manet. 840. 35. Perpetua vita juſtorum, nulla improborum 223 37 Plenitudinem juſti vita habet, inanes autem dies ſunt impiorum. 1391 29. Vita juſti quieta eſt, injuſtus autem inquietudinis & perturbationis plenus eſt 468 28 Poſſeſſio juſti eſt gratum eſſe Deo: inſipientium autem nullus gradus. 328. 82. Quomodo poſſideat terram. 797 45. Illi omnia tranſeunt. 823. 79

Juſti quæ ſint propoſita & agendi rationes. 1048. 14. & 15 Sub oculis Domini tanquam miles ſub conſpectu imperatoris, & velox in miniſterio poſitus ſtare debet 749 27 Ipſe ſibi clauſtrum eſt, ipſe ſibi pervigil cuſtos 844 6 Hic ſunt laquei, quibus etſi non implicatus, tamen impeditur. 640 6. Advertit magis fragilitatem ſuam quam injuſtus 633. 20 Si offendiculum incurrerit, & ceciderit, ſobrietatem teneat, pœnitentiam gerat, ſæpe ſe reparet 800. 51 Quod conditionis eſt, cadit: quod juſtitiæ, reſurgit. 799. 51. Eo cadente, fortes trepidabunt 940. 9. Quando mens ejus mundare ſe incipiat. 254 62.

Juſto Deus parcit, quaſi conditionis fragilitate peccanti: injuſtum punit, quaſi deſertorem ingratum 821. 73. Eum non aliena abſolvit ſententia, ſed ſua vita. 964 85. Deus illum non judicat 821. 73. Etiam mortuum audit 220 31 Sanat juſtos cùm tangit eos manus divina, non vulnerat. 791 30 Neque peccator pœnam ſuæ improbitatis evadit, neque juſtus æquitatis ſuæ præmiis defraudatur. 1048 25. Etſi in ſæculo derelinquitur, à Domino tamen non derelinquitur. 801 38. Cur? 810, 70 Manet ante Deum, etiamſi condemnetur ab hominibus 357 36. In Domini poteſtate juſtorum auxilium non ruina eſt. 619. 22.

Juſtus quomodo ſemper loquatur opera Dei. 1008 46. Benedicit Dominum cùm laborat, peccator cùm luxuriat. 1146 16 Juſti vita fructuoſa aliis, & ſibi dulcis. 768 6. Quantus murus ſit patriæ. 299. 48 Quantum numerus juſtorum proſit populorum ſaluti. 221. 52. Juſti vita redarguit peccatorem, quem tacita majore auctoritate condemnat, quam ſi clara voce loqueretur. 788. 23. Cur facilius homines peccatorum quam juſtorum viam ſequantur 748 23. Juſtorum reliquiæ virtutes ſunt, impiorum reliquiæ improbitas atque perfidiæ peccatum. 814. 81.

Juvenis ad amorem liberior, ad lapſum incautior, ad infirmitatem fragilior, ad correctionem durior eſt 1183 45 Luxuria, & deliciis, & adulterorum affectibus juvenes ſe jactare conſuerunt 261 81 Juvenis ſcire ſe debet, ut corrigat viam ſuam. 987. 15 *& ſeq.* Sunt quidam in juventute ſenes, & alii juvenes in ſenectute. 803. 59.

K

KOph, id eſt, concluſio, vel adſpice. 1209. 1.

L

LAban candidus latine dicitur. 458. 26. Sive dealbans 466 24.

Labor homini communis eſt cum omni creatura, & quare? 452. 24. Creati ad laborem ſumus, redemti ad quietem 1146. 29 Laborem animæ majorem eſſe, quam carnis 829. 33 Laboris cauſa ignorantia eſt. 668 19. Soli homini vitæ curſus in labore præſcribitur, & quamobrem 1264. 6 Laboris plenæ ſunt viæ Domini; ideo fugiuntur à perditis. 159 16. Nulla ſine labore virtus, quia labor proceſſus virtutis eſt. 309 8 Licet non ſuavis ſit ad gratiam, tamen fructuoſus ad præmium eſt. 188. 12. * 209. 8. *& ſeq.* Nobilis eſt illius fructus 1264 6. Eo proficis, ut quæ nobis tributa ſunt reſumamus. 136. 29 * 1381. 108. In portione divina geminus & laborat ſunt. 1060. 13 Labor jugis avertit affectum. 100 52.

Lachrymarum commendatio 111. 89. Quam ſint utiles. 1292. 31. *& ſeq* 1523. 89. *& ſeq.* Qui peccator eſt, defleat ſe & arguat, ut fiat juſtus 1794. 1. * 1369. 53. Lacrymæ ſolent legationem ſuſcipere pro delicto. 819. 10. * 832 38. Non ſolùm noſtrum poſſunt lavare delictum, ſed etiam Verbi cæleſtis rigant veſtigium. 1388. 18. Lavent lacrymæ delictum, quod voce pudor eſt confiteri. 1523 88. Neſcit flere, qui flenda committit. 1034 32 Lacrymæ non amaræ, ſed amarus qui eas fundebat affectus 832. 37.

Lacus Larius, Benacus, Albanus non miſcentur maris fluctibus. 39. 16

Lætitia ciro infundit errorem. 753 32. Qui ex cognitione rationis induit lætitiam, nonniſi in exſultatione perpetua conſtitutus eſt. 1098 33.

Lamed, id eſt, cor, vel ſervo. 1214. 1. Cur amplius vindicatum in eum, quam in Cain. 224 58.

Laudare Deum commendare eſt votum & ſolvere. 199. 34. Non otioſus boni operis actus eſt in Dei laude requieſcere 1365 39. Quomodo juſtus omni tempore circa Dei laudes debeat eſſe intentus 1053 30. Dum in peccato ſumus plene laudare Deum qui poſſumus? 1853 15.

Laudes propriæ fugiendæ. 1478. 32.

Lauro coronantur victorum capita. 54. 53.

Lectio quotidiana ſit nobis pro exercitio, ut nulla tentationum nos poſſit perturbare congreſſio. 1124. 33 Lectio frequens doctrinæ munus operatur. 1200. 39 Divitiæ pabulo lectionis intentus, ſanem corporis negligit. 1339. 20.

Legimus aliqua ne legantur; non ut teneamus, ſed ut repudiemus. 1865 2.

Lectoris officium non eſt adſpernatus Chriſtus. 1346 45.

Lectus ſanctorum Chriſtus. 369. 45

Leonis rugientis ſonum multa animalia icta deficiunt. 118. 14 Leo cibum faſtidit heſternum, & ipſas ſuæ eſcæ reliquias averſatur. 118 14. Gallum & maxime album veretur. 123. 86. Exiguo ſcorpionis aculeo exagitatur. 186. 57 Cæditur canis, ut paveſcat leo; & qui ſua injuria exaſperatur, coercetur aliena. 206. 3. Leo æger ſimiam devorat, ut ſanetur. 123 26.

Leopardus capreæ ſanguine ſubſtinedetur. 123. 88.

Lepidus Sertoriuſque rebelles Romano imperio. 934. 21.

Lepores hyeme albeſcunt, æſtate in ſuum colorem redeunt. 109 77. Generant ſimul, & educant, & continuo parturiunt. 603 43.

Lepuſculus in monti formidabilis. 93 32.

Levi benedictio explicatur. 516 10. *& ſeq.* Chriſtum ex Tribu Levi videtur ſecundum corporis ſuſceptionem genus ducere. 517. 14. Ex ea etiam principes ſacerdotum qui Chriſtum occiderunt. 517. 13.

Levites ſignificatur ſuſceptus pro me, vel ipſe mihi. 810. 11. * 1056 4 Levitæ cur primogeniti dicantur. 208. 7. Quare Moyſes eos primogenitos & cæterorum redemtores appellaverit 812. 13 Sanctitate vitæ ſuæ & oratione plebis peccata lavabant. 810. 11.

Lex gemina eſt naturalis & ſcripta. 483. 13. Major lex naturæ quàm legum præſcriptio eſt 285 8 In corde juſti lex eſt non ſcripta, ſed naturalis. 810. 68. Non ſolum qui legem neſcit, ſed etiam ille qui non agit ſecundum legem, exſors legis eſt. 1164. 21. Iram legem incidem quis dicatur? 823. 19.

Legi non obſequitur, qui dominus legis eſt, ſed legem facit. 1356 7 Quomodo lex Dei veritas ſit 1805 36. Lex primò diligenda, ſecundò in ea meditandum. 731 30

Lex vetus non ſolum Hebræo lata eſt, verum etiam advenam vocavit. 424. 15 Nemo profuerit legem veterem promulgari 451 20. *& ſeq.* Quo ſenſu antiqua lex bona & utilis eſſet 1321 26. *& ſeq.* Quomodo bonum Legis mandatum, etſi operetur mortem. 449. 13. *& ſeq* Lex auctor boni, quæ mittit ad gratiam. 1391. 35 Lex non ſolum agendi mores informat: verum etiam ſecretæ emendat mentis affectum. 1048 13. In Lege mandata ſunt, juſtificationes, teſtimonia juſtitiæ, præcepta. 1125 34. Legis via, iſtæ in viis Legis. 1024 22.

Fulgor Legis non in littera, ſed in intellectu eſt ſpiritali. 1191 26. Qui corporaliter Legem interpretati ſunt, eam non cuſtodiunt, ſed prævaricantur. 1061 15 Non inania Legis, ſed ſolida utilitatis nobis ſequenda produntur. 1364. 32 Qui à Lege ſe ſeparat, ſeparat ſe à vita æterna, & à Chriſto. 1219. 35. Quis per omnia Legem Dei cuſtodiat. 1041. 30 Legis præcepta ex voluntate facit, qui diligit; invitus, qui timet. 713 30.

Lex annuntiatrix Chriſti eſt 1181 39. Umbra eſt Chriſti. 1031 10 Omnem legis veteris ſeriem fuiſſe typum futuri. 1299. 56 Quæ myſteria vetus lex pronunciaverit. 1377. 94 Lex & Eccleſia prænuntia, & gratiæ pœnitentis eſt. 1303 68.

In Lege etſi eſt juſtitia, non eſt tamen per Legem. 1360. 21 Lex merita examinat, gratia fidem ſpectat. 892. 12. Secundum veritatem nemo ad perfectionem juſtificatur in Lege. 1123. 34. Cur lex vetus non fuerit plena 546 74. * 644. 18 Infirmum fuiſſet Legis auxilium, niſi ipſe Jeſus veniſſet in terras. 891. 11. Lex non habet remiſſionem peccatorum: ſed quod in ea minus eſt, conſummatur in Evangelio. 1389. 21. Servit littera, libera eſt gratia. 463 13.

Quid interſit inter æmulos Legis & gratiæ. 1359. 17. Moyſes tabulas priores legis fregit Judæis, ut poſteriores manerent Chriſtianis. 245. 45. Verbum in medio, Lex in ſilentio: Verbum editur, Lex abſolvitur: ſed Legis abſolutio verbi eſt explicatio. 1180. 42. Intellectus Legis evanuit, & factus eſt ſpiritalis. 629. 18. Mortua eſt Legis interpretatio corporalis, ubi Chriſtus ſpiritalem ejus gratiam monſtravit 1061 16. Caput Synagogæ lex mortua eſt, ſed ſpiritalis ejus intellectus adſtruitur. 1159 8. Non defectus, ſed plenitudo Legis in Chriſto qui ejus finis eſt. 910 37. * 1106. 37. Quid prodeſt Lex, ſi finem Legis ignores, ſi myſterium neſcias, ſi ſacramenta non noveris. 1131. 6. * 1427. 70.

Lia figura Synagogæ. 1826. 24.

Liber is ſolus eſt qui omnia prudenter agit, & ita vivit, ut vult 463. 18. Non ſervili ad obediendum conſtringimur neceſſitate, ſed voluntate arbitra, ſive ad virtutem propendemus, ſive ad culpam inclinamur. 443 8. Volentes Chriſtus eurat, non adſtringit invitos. 663. 4 * 1117. 13 * 1349 56. Libertas ſub Chriſto glorioſa, & pretioſa ſervitus 448 88

Liberalitatis gratia in auctorem redit. 575 37. 37 Quo diligentius liberalitas, eo inexcuſabilior pervicacia. 1499. 23.

Liberum inter atque liberum quæ differentia? 448 12

Libidinis commotiones, in lumbis ſunt, quæ plerumque excitantur a diabolo. 829 33. Homo, ſicut in navigio conſtitutus, avertere debet oculos animæ, ne videant ſentinam libidinum 1028. 33 Arguitur ephebornio aliquis laſcivus, & egregie libidinoſus. 828 30. Libidini quiſquis ſubditus eſt, ſervus eſt. 490 20

Lien cum jecore habet vicinam fructuoſam, & cur. 140 71.

Lignum ſcientiæ boni & mali vere in paradiſo fuit, nec in hoc aliquid reprehendendum. 147 8 Ligna terrena fructum non dare, ſed terre dicuntur: lignum vitæ ac ſapientiæ dat fructum, hoc eſt, largitur & donat 756 40. An lignum vitæ plus operatus videatur ad vitam, quàm inſufflatio Dei. 155. 38 29. Cur Deus lignum ſcientiæ boni & mali nec permiſerit tangi, nec prohibuerit? 171 57 An Deus tantummodo prohibuerit Adamo lignum ſcientiæ boni & mali ſolum comedere, non autem cum aliis fructibus conjunctum. 173. 59.

Liliis abſconditur viriditas, non amittitur 1440 127

Lingua utilitas, 138. 65. * 139 67. Quo-

modo ex quæ Dei ſunt ſemper loqui poſſimus, & debeamus. 808 66 & ſeq. Loquacitas innocentiæ virtutiſque naufragium, atque incentivum prolapſionis & culpæ. 791 28. Laudandus qui prius vult loquenda cognoſcere, quam proferre quæ ſentiat. 982. 5
Literarum apices delentur ſine fraude librorum: atramentum deletur, ſed ſignum manet. 245. 45
Locuſtæ folia oleæ ſanantes. 47. 37. Cibus ſunt prophetarum, & populi gentilis figura 1304. 72. Illam devorat ἀκάνθιον. 110 83.
Λογιστικὸν in homine quid. 335. 54.
Lolium & zizania non ex tritici, ſemine ſed proprium quoddam genus habet. 49 44.
Lot latina interpretatione declinatio dicitur. 287. 24. * 315. 6. * 323 25. * 327. 35. Quanta ejus hoſpitalitas. 299. 52 Ejus in generos ſuos pietas commendatur. 300 54. Uritur flammis mulierum, quem ſulphurea flamma non uſſit. 1112. 15.
Lucas Evangeliſta laudatur ab Apoſtolo. 1269. 21. Hiſtoricè ſingula proſecutus eſt. 2543 186. Satis ſe divitem fore credidit, ſi Domini præſepe ſibi vindicaſſet. 1296. 43. V. Evangeliſta.
Lucrinum mare. 39. 15.
Luctator, ſi genu fixerit, vel pede lapſus fuerit, pro victo habetur. 799 52.
Lumen diei aliud eſt, aliud ſolis, & lunæ, & lumen ſtellarum. 65. 8. Unde vox Dei in Scriptura debuit inchoare, niſi à lumine? 129. 33.
Luna cur dicatur luminare magnum, & unde magnitudo ejus probetur. 74 25 Lunæ globus æque ſpectatur ab omnibus. ibidem Quomodo ſit in poteſtate noctis. ibid. Imminutionem luminis habet non corporis 65 7. Ex ſole & luna ſigna aliqua colliguntur, ſed non nativitatum 67. 18. & ſeq. Lunam quartam ſi pura fuerit, dare reliquis diebus atque ad exactum menſem judicium ſerenitatis exiſtimant 78 34 Animantium cerebrum, marinorum humida, & arborum interna exinaniuntur vel cumulantur juxta lunæ proceſſum. 76. 29 Ridiculum eſt quod pleromque homines credant lunam magicis carminibus poſſe deduci. 78. 33. Luna Chriſti myſterium, atque Eccleſiam repræſentat 77. 32. Lunæ mutatio rerum inſtabilitatem docet. 77 32.
Lupus ſi prior hominem viderit, vocem eripit; ſi ſe prævisum ſenſerit, deponit ferociam 113. 26. * 1095. 24. * 1421. 48. Folia ſquillæ fugit. 113. 9.
Luſcinia ſignare ſolet diei ſurgentis initium 96. 30. Cui cùm ova fovet, inſomnem noctem cantilenæ ſuavitate ſolatur. 121. 83.
Lux eſt quæ reliquos domus commendat ornatus 19. 33 Eſt maligna lux dubia. 72 22.
Luxuria hominum quanta. 92. 26. Nec fidem habet, nec obſervantiam diſciplinæ: ſeminarium eſt & origo vitiorum. 556. 69. Si caro luxuriæ moriatur atque incontinentiæ, tunc veram vitam reſumit. 652 36. Luxurioſo carere deliciis pœna eſt. 1474. 18. Luxurioſis domus ſepulcrum eſt, & qua de causa? 951. 18.
Luxus mulierum arguitur. 572. 25. 26.

M

Machabæi ſeptem fratres quam beati & conſtantes in ſuppliciis. 475 42. & ſeq.
Magiſter verus ſolus Deus eſt. 1078. 59. & 1112. 27.
Magi à Balaam genus ducebant, & magicis artibus erant dediti. 1297. 47. 48. Cur incunabula Chriſti ſpoliis orientalibus refarſerint. 1334. 49. Aurum regi, thus Deo, myrrham defuncto obtulerunt. 1296 44. Cur alia venerunt via, aliâ redeunt. 1297. 46.
Mala granata plerumque cito florent, & fructum afferre non poſſunt, niſi excolantur. 55. 56. Cum iis Eccleſia comparatur. ibid.
Malitia nihil eſt. 428. 24. Quid eſt, niſi boni indigentia? 376. 60. Non ſubſtantialis ſed accidens eſt. 16. 28. Ex nobis orta, non à Deo condita 17. 30. & ſeq. Fons peccati 1165 25. Et cauſa perfidiæ. 1435. 110 Diabolus ei præſidet, virtutibus Chriſtus. 831 55 Cur Deus eam reprimendam interim, quam abolendam putaverit. 434. 43. Malitiam ſimplicitas, culpam virtus reſolvit. 254. 64
Egreſſus malitiæ virtutes operatur ingreſſum; eodemque ſtudio quo crimen excluditur, innocentia copulatur 113. 16. V. Culpa.
Mala non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant. 18 31. Deus malum non creavit, ſed noſtra ſibi merita repererunt. 1479. 36. Ex bonis mala orta ſunt. 376. 60. Id quod malum eſt, naturaliter intelligimus eſſe vitandum. 161. 39. Cognitio mali ſæpe nobis prodeſſe poteſt. 172. 58. Prius incipit quod malum eſt, poſtea agnoſcitur quod bonum eſt. 187. 10. Incentivum mali aut ira, aut cupiditas eſſe conſuevit. 159 34. Numquam malum malo corrigitur, nec vulnus curatur vulnere, ſed exaſperatur. 618. 82 Quod malum putamus, plerumque non per omnia malum eſt, ſed in commune utile. 148 8.
Mandatum Dei quam latum. 1189. 49. & ſeq. Sicut ſunt ſancta ſanctorum, ita eſt præceptum præceptorum. 1025. 23. Cur Deus mandaverit mandata ſua cuſtodiri nimis. 978. 14. Cur Deus ſtatuta ſua, cælo terraque teſtibus, ſanxerit. 1213. 15. Nimium mandare providentiæ atque cautelæ eſt. 1197. 9. Deus infirmis dare non debuit perfecta præcepta quæ ſuſtinere non poſſent. 1175. 18. Juſtus mandata accipit, ſervus imperia. 246. 47.
Homo licet ablutus à peccato, laborabit ut præcepta vivendi ſervet, & à mandatis cæleſtibus non recedat 450. 15. Cuſtodire mandatum neceſſitatis plerumque eſt & timoris; diligere caritatis. 1237 55 * 1246. 23. Quam pretioſum eſt cuſtodire Domini præceptum, & præcepti ipſius ſcire myſterium. 975 7. Qui facit mandata Dei, juſtificat Deum. 1009 47 Obſervatio mandatorum Dei naturæ ipſius auget gratiam. 976 9 Si quis unum mandatum cuſtodiat, & aliud prævaricetur, nihil ei prodeſt. 979. 15.
Mandragoræ mares & feminæ. 1216 84 Per eas ſomnus accerſitur. 48 39.
Manichæus alium à Deo ſibi adſciſcit auctorem. 45 32. Impugnantur Manichæi dicentes alterum Deum eſſe veteris, alterum novi Teſtamenti. 732. 72. & ſeq. Hæreſis Manichæa prophetias non ſuſcipit. 1155. 33. Manichæus & Valentinianus redarguuntur, qui ajunt Chriſtum non eſſe filium David, nec ſuſcepiſſe carnem. 716. 27. & ſeq. Ille non ambulat in via. 976. 8
Manna erat panis Euchariſtici umbra. 1203. 27.
Manſuetudo omnibus grata eſt, quæ vulnera iniquorum curat animorum. 945 8. Domitia crudelitatis pietas eſt, & manſuetudo duris moribus præſtat 462. 11. Ante Domini paſſionem neceſſaria erat. 1424. 60.
Manſuetus quis ſit. 787. 22.
Manuum utilitas. 140. 69 Manus conciliatrix divinæ gratiæ ſacris inferitur altaribus, per quam offerimus, & ſumimus ſacramenta cæleſtia 140 69.
Mara, ideſt, amaritudo 1019. 5
Marcionita Legem non ſuſcipit. 1232. 4. Unde Marcionis, Valentini, & Manichæorum peſtes. 17 30.
Mare quare bonum? 42. 21. 22. Terris præſtare oſtenditur. 94. 34 35. Plura in mari quam in terris. 80. 5. Cur non facile ſuperfundatur terris. 27. 12. Cur ſalſam & amaram habeat aquam. 29 14. Circumſcripta impoſito fine maria clauduntur. 37. 10 Mare non ad navigandum fecit Dominus, ſed propter elementi pulcritudinem. 557. 70. Non poteſt ſtatuere quiſquam navigare intrepidus, niſi qui ante in fluminibus navigaverit. 294. 30.
Maria diverſa, eorumque nomina 38 12 13. Diverſi ſinus maris 38. 13 Adrias interius Thyrreno, Adriæ cetera maria miſcentur ibi. Mare Britannicum. 39. 13 Caſpium, Creticum, & Septentrionale 39. 12 Lucrinum & Avernum mare in Italia. 39 15. Mare Tiberiadis in Palæſtina. 39 15 Mare Rubrum in mari Indico. 37. 10 Seſoſtris Ægyptius mare Rubrum Ægyptio pelago connectere voluit 37 11 Continua unda ab Indico mari uſque ad Gaditanum litus, & inde in mare Rubrum orbem terrarum includit. 38 13
Maria de Tribu David manavit 1316 5 Non minor, quàm matrem Dei decebat 1532. 131 Virgo per gratiam, ab omni integra labe peccati 1255. 30. Ejus humilitas, devotio, fides, pudor. 1187 17. & ſeq. Virgo erat moribus, verecundia, oraculo, myſterio. 1184 8. Non minus ore pudica, quam corpore. 1299. 54. Nubes erat ſecundum hereditatem Evæ: levis erat ſecundum virginitatis integritatem. 1019 3. Uberrimum teſtimonium ejus virginitatis. 1533. 133. Non vitiliit coitu vulvæ virginalis ſecreta reſeravit, ſed immaculatum ſemen inviolabili utero Spiritus ſanctus infudit 1300 56. Cùm Scriptura frequenter Mariam conjugem dicit, non virginitatis ereptio, ſed conjugii teſtificatio, nuptiarum celebratio declaratur. 1183 5 Cur ea potiſſimum electa eſt, ut Chriſtum pareret, quæ erat deſponſata viro. 1181. 2 Servatur in ſicut pudore integra, ita inviolabilis opinione virginitas. 1181 2 Maluit Dominus aliquos de ſuo ortu, quam de matris pudore dubitare 1181 1.
Mariæ præſentia erudivit Johannem in arcto conſtitutum. 373. 53 A Chriſto non (ut quidam hæretici tendicula aucupantur) mater negatur. 1391. 38. Chriſtum non parturivit, ſed peperit 941 81. Non facile ullam mulierem propheraſſe uberius, quàm matrem Domini reperimus 1193 35 Eccleſiæ typus. 1533 134. Sit in ſingulis Mariæ anima, ut magnificet Dominum: ſit in ſingulis ſpiritus Mariæ, ut exultet in Deo. 1290. 26.
Mariæ plures & pluſes Magdalenæ apud Evangeliſtas. 1537 154 An unica ſit Maria mulier quæ unxit Jeſum. 1386 12 Maria ſoror Marthæ unxit pedes Jeſu. 1269. 9 ut Maria prima vidit Dominicæ reſurrectionis myſterium. 396 39.
Marius pugnavit adverſus Cinnam, & in utraque parte Romanus fuſus eſt ſanguis 914 81
Martyr gratis perſecutionem patitur, & qua ratione? 1240 7 Martyres timorem pœnarum excluſerunt amore martyrii 1079. 1. Qualis vox martyris Chriſtum non erubeſcentis. 1041. 33. Tolle perſecutiones, & martyres deſunt. 1146. 17. Tolle martyrum certamina, tuliſti coronas: tolle cruciatus, tuliſti beatitudines 1345 41.
Mors martyrum valida, quæ culpam abolet ſuperiorem 381 76 Fides principium Chriſtiani eſt, plenitudo autem Chriſtiani juſtitia in martyrum paſſione. 1138 57. Trepidatio martyris fiduciæ viri conſtantis æquanda. 1240 8 Martyres mortuis regibus in perpetuum regnum cæleſtis gratiæ honore ſuccedunt. 1507 13. Martyres in cælo nobis cicatrices ſuæ coronæ monſtrabit 1540. 171. Martyrium roſæ ubi quærendæ. 1441. 128. Arguuntur qui calices ad ſepulcra martyrum deferunt. 554 62.
Martyres Chriſti in occulto multi ſunt quotidie, & Jeſum Dominum confitentur 1234 47. & ſeq. Tempus martyrii, quando ea quæ divina ſunt, omnibus carnis neceſſitudinum ſunt præferenda. 1163. 20.
Matres debent lactare filios ſuos. 303. 63 Quid maternus affectus, quid reverentia filialis debeat. 1533 132.
Materia prima à Platonicis vocatur hyle, & increata. 1 1 Non eſt æterna ſed creata 13. 25. * 23 2. Non, ut philoſophi volunt, reperta, ſed facta. 14. 4 85.
Mathuſalæ ultra diluvium numerantur anni. 1332 48.
Matrimonio jungi gentilibus Chriſtiani non debent, nec Judæis aut hæreticis. 309. 84. Chriſtianæ gentilibus Dei judicio non copulantur. 470. 1. & ſeq. Pleriique gentiles uxoris ducendæ gratiâ, quæ à Chriſtianis parentibus negabatur, fidem Chriſti ad tempus ſimulaverunt profiteri. 1235 48.
Non eſt virginalis pudoris maritum eligere ſed judicium parentum exſpectare debet. 301 1. 91 Junior vidua ſi nubere voluerit, electionem mariti parentibus deferre debet 311 91 Qui ſuavitatem quærit conjugii, non ſuperiorem cenſu ambiat, quam neceſſitates non tenent maritales 184 6 In uxore non aurum, non argentum, non poſſeſſiones, ſed gratia bonæ indolis quæratur 309. 85.
Conjugium Dei juſſu copulatur, ut hæreſis deſtruatur 1276 30. Qui nuptias damnat, ejicitur ab Eccleſia. 1337. 10. Cur is qui uxorem acceperit, innectit ſibi vincula mentis. 1004. 31. Tempora præſcripta eſſe conjugio, & liberis procreandis 1180. 43. Juſtus quæ

probrum conjugis deprehenderis, incruentum ab homicidio caſtum ab adulterio præſtare ſe debet 1183 5 *V. Conjugium.*

Sponſus animæ, Verbum Dei cui legitimo quodam connubii fœdere copulatur 398. 10. Bonæ nuptiæ quando Verbo anima, ſpiritui caro nubit 1386 9

Matthæo Perſia patuit. 934. 42

Super Matthiam ſors cecidit, ne apoſtoli electio à mandato diſcrepare legis veteris videretur 1174. 23

Maximus imperator Piſato ſævitis, Gratiano ſepulturam negavit. 965 26.

Medicina de vulnere ſumſit exordium. 815 1. Ea antiquior eſt quæ herbis curare conſuevit & ſuccis. 56 57 Principium medicinæ eſt cauſas languoris incidere 152. 59. Ferventibus vulneribus molliora medicamenta conſuevit adhibere, quibus dolorem mitiget. 834 42. Contraria ſtudioſis divinæ cognitionis præcepta ſunt medicinæ 1153 13. Eam pauci profitentur, plurimi tamen remedia ejus aliqua ſcire ſe dicunt 778 3.

Medici unde ſic dicti. 815. 2. Medicorum pueri qui dicantur 778. 3

Medicus ac medicina Chriſtus eſt 816. 4 * 884 39 * 1109 2 * 1488 75 Non eſt medicus iſte de terris, qui omnes curat infirmitates, & populos integros ſanat 1101 13 Vir ſapiens ipſe medicus eſt ſibi 848. 15.

Meditatio Scripturæ maxime ſacerdotibus neceſſaria. 110. 39. Exerceamus indefeſſo illius uſu, & cur? 1123 28 Cur tota die in Lege meditandum 1133 7. Qui ſalutem Dei quærit, die ac nocte meditetur in Lege. 1153 23. Et qui in Lege meditatur, ſemper dies eſt, & lumen ſine defectu. 1133. 7 Meditatione mandatorum cœleſtium operis boni uſus inoleſcit 1043 15. Cui lex Dei meditatio eſt, hunc pacto ſunt miſericordiæ, ut vivat in æternum. 1099. 39

Mellis utilitates 107. 70 Eo plerumque viſcera vitioſa læduntur 1138. 25.

Melchiſedech ſacrificii gratiam præcedens ſacrificii figura monſtravit 1322. 21

Men ſignificat viſcera, vel ex ipſis. 1130. 8.

Mendacium omne finem habet, veritas uberta-tem. 960. 14.

Mens hominis in capite locata ſecundum pluri-morum ſententiam. 234. 27 Dividitur in id quod eſt rationabile, & in id quod eſt irrationabile. 314. 2. Animæ principale eſt, & virtus animæ. 407 44.

Mentis cibus quis 537. 5. Altum inventis ſapientiæ 318. 11. Mens ſobria paſſiones omnes cohibet, ſenſus gubernat, ſermonem regit. 241 38. Sobrietas mentis medicina eſt corporis. 242. 38 Cui rerum bona auro comparetur 320. 20 Quomodo exeat de terra, & de cognatione ſua? 313 2. Quandonam deſcendat in Ægyptum, vel inde adſcendat 318 13. Quando ſit hyems mentis. 783. 43.

Mensem ſignificantes triginta dierum, ſignificamus & noctes. 144. 43 Menſes ab initio lunæ veteres obſervare conſueverant 895. 28. Primus menſis Martius, ſecundus Aprilis, 453 60.

Mercenario ſolvendam eſſe mercedem. 621 91. 92 Non inſolentis arrogantiæ, ſed innocentis eſt conſcientiæ ab ipſo cui ſerviveris, mercedem petere 994. 3. Hoc eſt interficere hominem, vitæ ſuæ ei debita ſubſidia denegare. 622 92.

Merces facilius ſequitur non exſpectantem. 1263 4. Serva futuris mercedem tuam, & iſtius ſæculi opprobria incrementa mercedis tuæ cogita 1244. 28.

Mergi unde ſic dicti? 97. 43.

Merita ubi diverſa, præmia diverſa 508. 76. Relevamur ſolutione pœnarum, qui abſolvimur commendatione meritorum 1194. 2. Non ſecundum merita noſtra, ſed ſecundum miſericordiam Dei cœleſtium decretorum in homines forma proceſſit. 1233 42

Meſopotamia dicitur quod inter duo flumina Tigrim & Euphratem conſtituta ſit 150 14

Militiæ idcirco conſtituta ſtipendia ne dum ſumtum quæritur prædo graſſetur 1306. 76 77. Quid militibus in vi... eius erogandum 188 17 *1 Rex.*

Militem Chriſtianum qualem eſſe deceat 856 35. Quonam eidem bel à ſuſtinenda 1506 22 Eis de cibo non curandum, qui militant

de regno. 1441. 130

Miraculum in elementis, documentum in myſteriis. 1333. 69 Miracula ante Evangelium vel rara, vel nulla. 1379 102.

Miſeria quæ excuſari non poteſt, nihil intolerabilius. 597. 20. Nemo miſerum eum qui ſit juſtus, appellet 829. 32.

Miſericordia plenitudo virtutum eſt 1306. 77. Bona prudentia ſed dulcis miſericordia: illam pauci adſequuntur, hæc ad omnes pervenit. 359 10 Miſericordia juſtitiæ portio eſt 1064 21. Eſt juſta miſericordia & injuſta 1065 25 *& ſeq.* A domeſtico progredi debet pietatis officio. 1491 79 Non cognatio facit proximum, ſed miſericordia. 429. 84 Ad miſericordiæ opera manus extendenda eſt 1365 40.

Miſericordiam ſequere, ut merearis gratiam. 1174. 78. Oleum miſericordiæ ſanat ægrotos 1141 7. Pretium noſtrum miſericordia eſt, quæ nos redimit à morte 963 12 Eſto miſericors, ut invulnerabilis maneas: vel curare te poſſis, ſi fueris vulneratus. 789 24. Quod alteri contuleris, tibi ſolvis: quidquid à te procedit, in te recurrit: & quidquid profueris, tibi proficit. 1090. 20

Miſericordia non de meritis judicare conſuevit, ſed neceſſitatibus ſubvenire: juvare pauperem, non examinare juſtitiam 576 40 Omnibus inopibus, debetur ſed major, cùm ex divitibus atque nobilibus in ultimum ſtatum aliquos ærumna dejicit. 1185. 6. Sola nos ſequitur miſericordia, quæ cœleſtium dux prævia manſionum, pecuniæ vilis uſurâ tabernacula defunctis adquirit æterna. 1439 121 In pſalmo quadrageſimo & in Evangelio miſericordia coronatur. 745. 19. *V. Eleemoſina.* Miſericordia Dei *V. Deus.*

Moderatio naturalis eſt: ſupra menſuram quidquid eſt, ſuperfluum habetur. 554 61.

Moduli dicuntur ornamenta pretioſa, quæ ſuſpendi matronarum cervicibus ſolent. 1289. 18.

De monaſteriis qui exierant nonnulli arguuntur. 799. 50.

Moralia prima ſunt, ſecunda myſtica: in illis vita, in his cognitio. 973 1 Verborum moralium etſi pungunt mella, non lædunt 1138. 25. *V. Scriptura.*

Morbus corporis ſobrietas eſt mentis. 38. 32.

Morum grandis adſuefacienda maturitas, quæ vincat naturam. 1204. 31 Quis eſt tumulus tuus, niſi mali mores: ſed ab eo te liberat Chriſtus. 1371 91

Mors à Græcis θάνατος, in Scripturis ſomnus nuncupatur. 404 34. Tria genera mortis. 390. 3 * 1419 35. *& ſeq* Mors ſeceſſio quædam eſt animæ & corporis. 186 8. * 411 35 * 392 8. * 404. 33. Cur Deus patiatur nos diſcedere ex hoc ſæculo 341 64.

Mors an ſit malum. 389 & 390 & 403 30. Nemini nocet, utinam vita non noceat 1242 13 Magis peccati fuga, quàm morientis eſt detrimentum 961 17. Acerbitatem non mortis eſſe, ſed culpæ. 404. 33. Chriſtus adſcendit crucem, ut doceret mortem non eſſe metuendam. 1015. 25 Mortem non eſſe terribilem, quæ naturæ finis non pœna eſt 1436. 110. Non mors ipſa terribilis eſt, ſed metus & opinio de morte. 403 31 Si fortis es, contemne mortem: ſi imbecillis es fuge, & Chriſtum qui vita eſt ſequere. 1412. 1 Mors corporis non metuenda fortibus, deſideranda ſapientibus, miſeris expetenda. 1419 36 Mors omnifariam bonum eſt. 395. 25. Cur mortuus præfertur viventi, & mortuo is qui natus non eſt 1195 3 Mors honeſtæ redemtio vitæ eſt etiam decoloris, aut innoxiæ firmamentum. 819 32 Vitæ eſt teſtimonium. 404 35 Per eam non adimitur vita, ſed ad meliora transfertur. 222. 35 Per vitam ad mortem eſt tranſitus, per mortem ad vitam reditus 403 32. Juſto non naturæ finis, ſed culpæ eſt 962. 19 Juſtis mors quietis eſt portus, nocentibus naufragium. 403. 32. Sola mors rejiciendo vitio 395 12. Ubi reſurrectionis fides eſt, non mortis eſt ſpecies, ſed quietis 1398 62 Dominus ſoporem mortis vertit in gratiam voluptatis. 1358 24 Mors aut ſuæ quietis bono utitur, aut malo alieno laborat. 3 5. 13 Propior eſt ſaluti, qui moritur, ut reſurgat, quam ille qui vivit, ut moriatur. 859. 52. Mors ſtipendiorum plenitudo, ſumma mercedis, gratia miſſionis eſt. 404 35.

Mors teneat, & vita teneat. 1244. 18 Mors corporis libando guſtetur, vita animæ poſſeſſione teneatur. 1411 2. In Chriſto mori arduum & glorioſum 920 79 Glorioſum eſt pro Chriſto mori, quam regnare in hoc ſæculo. 392 8 Nonnulli philoſophi diſputaverunt obeſſe improbis abſolutionem, prodeſſe mortem 1195 3. Vetus erat ſententia, ut qui ſe ligaſſet in terris vinctus migraret à corpore. 858. 57 Legiones ſæpe & magnos populos oblatis aliquorum mortibus liberatos 1410. 108

Motus contra naturam corpus facit corruptioni obnoxium. 12. 43.

Moyses ab aquis nomen recepit. 3. 6. Cur Dei nomine donatus ſit. 186 7. Venturi Doctoris figura fuit. 186. 7 Et virga ejus 1001. 14. Eruditus erat in omni ſapientia Ægyptiorum, ac in omnibus ſæcularis prudentiæ diſciplinis. 3 6 In ſecretum Æthiopiæ ſe contulit, & cur. *ibid.* Inanem & uſurpatoriam Philoſophiæ doctrinam veritatis rationi poſt habuit & quare? 116 8. Cur oves Getro paſceret. 195. 14. Gracili voce loquebatur, & plus omnibus à Deo audiebatur 1211. 8 Quotidie clamat in Eccleſia, & à ſolis Judæis non auditur. 1211 8.

Moyſes precabatur, Chriſtus operabatur. 1203 29. Putavit Deo poſſibile eſſe, ut corporeis oculis faceret id quod eſt incorporeum, comprehendi. 1061. 17 * 1192. 18. Totam divinitatis plenitudinem non vidit. 924. 89. Cur terram repromiſſionis non introierit? 1145. 10. Cur ſemper præliatus eſt? *ibid.* An mortuus ſit? 186 8

Mulier domeſticis miniſteriis habilior æſtimatur, ſicut vir publicis officiis 167. 50. Quam mulieres prægnantibus cognatis ſedulitatem exhibere debeant? 1188. 20 Mulier delet picturam Dei, ſi vultum ſuum materiali candore oblinat, & adquiſito rubore perfundat 131 47. An puellæ inaures habere debeant. 311. 89

Mulieribus periculoſa eſt copula adoleſcentis, & ſpecies juventutis. 1533 134 Omnibus modis laſciviæ mulieris cavendum occurſum. 711 24. Stultis videtur mulier ad pretium, ſed fortis ad vitium 711 22

Mulier etſi prior peccatura, tamen redemtionem ſibi paratam non debuit ab uſu divinæ operationis excludi 166 47. Cui reſurrectionis prima accepit myſterium 1520. 74. * 1537. 157. Sicut peccatum à mulieribus cœpit, ita etiam bona à mulieribus inchoantur 1490. 28

Multiloquio quomodo immet peccatum. 800. 36 *V. Lingua, & Silentium.*

Mundum incorruptum, nec creatum, aut factum exiſtimat Plato. 1. 2. Semper fuiſſe & fore Ariſtoteles uſurpat dicere. 2. 3. Quid de eo alii Philoſophi ſenſerint? 2. 1 *& ſeq.* Licet figurâ ſphæricâ ſit, æternum non eſt. 5. 1 & 11 Suâ ſponte ſubſiſtere adſeritur à quibuſdam 9. 28 Veris initio cœlum & terra facta ſunt, & cur? 7. 23. Deus à ... la mora mundum creavit. 4. 8 * 8 16 Mundus divinæ operationis ſpecimen eſt & inſigne 8 17. Qui mundum condidit, incertus incolas mundi 1209 2 Quomodo quatuor virtutes cardinales velut mundi iſtius incluſerunt tempora? 152. 17 *& ſeq.* Cur orbis terrarum aliquando ſolvendus eſt? 560. 78.

Mundum & ſæculum fugiendum 41 *& ſeq.* Quid ſit illud fugere. 425. 17. * 433. 38. * 816 2 Quomodo bene fugiamus 429. 55 Quomodo poſſimus animo fugere, etſi ibi retineamur corpore 435 45 Mundum cur fugere debeamus? 428. 25 * 432 37 Et quam velociter 43. 32 Quo fugiendum. 432 36. Nihil jam debes mundo, cui ſemel renunciaſti 340. 56 Fuge ſæculi mare, & naufragium non timebis 1 43 32 Mundum fugiſſe magis eſt gratiæ quam ſubiiſſe. 658. 15. Fugam ſæculi glorioſam eſſe 426 19. Quam beata ſit ... 2. Mundum quaſi fœtidum vito, quaſi locum caveo, quaſi nocivum relinquo 1410 1. Mundum hunc ſi fugias, & ipſe te eth. 81 79. Proponuntur exempla eorum, qui bene ſæculum fugerunt 438 52 *& ſeq*

Supra mundum adſcendas oportet, qui Deum eſſe vult 418. 4. Anima noſtra ... mundana tranſcendere, cœlo volare ... debet 396 16 Supra mundum ſuos voluit

eſſe

omni peccatorum labe mundavit, macula nulla poſtea fuſcavit. 520 25 Dominus quod ante erat judicii ſui, eis dedit peccata remittendi poteſtate ſolvenda, ne cito ſolvenda diu ligata manerent 858. 37. Cur non in ſuo, ſed in Chriſti nomine dæmoniis imperabant. 1341. 26. Cur apoſtolica inſtrumenta piſcandi retia ſint. 1354 72. Apoſtoli boni ſunt, Chriſtus dies. 1464 222.
Apparere quis dicatur. 1174. 24.
AQUA dividitur in tres ſpecies, mare, fluvios, lacus 336. 55 Aquarum congregatio quomodo fieri potuerit. 35 8. & ſeq. Quo omnis earum redundantia derivata eſt. 39 14 15. Quomodo ſuper cælos eſſe poſſint. 26 9. & ſeq. Aquæ ſoira diverſitas 57 62. Congregari, timere, & fugere novit, quando Deus præcipit. 33. 1. 2. Aquarum commendatio. 1514 48.
Aquila an ſœtus ſuos alat. 104. 60. Quomodo eoſdem probet. ibid. & 1212. 13.
AQUILA & Symmachus qui unitatem Patris & Filii videre non potuerunt, eam aliquoties in ſermone confeſſi ſunt. 155 27.
ARBORUM ortus. 51 47 diverſitas, fœcunditas, ætas, ſexus. 54 54 * 61. 71. Utilitates. 59 65. Lacrymæ earum quantum inter ſe diſcrepent. 58. 63.
Arca Noe cum arca fœderis comparatur. 234 16. In ejus ædificatione deſcriptam humani figuram corporis. 232. 13 * 248 50.
Arcum ſuum cur Deus poſuerit in nube. 790. 27.
Animalia propter hominem, alia propter utilitatem, alia delectationis gratiâ, alia voluptatis. 239. 33 Noxia in terris, in aquis innoxia ſunt. 81. 6 V. Beſtia.
Ardea imbres formidans ſupra nubes volat. 97. 43.
Arida ſignificat aliquam terrarum ſpeciem, & qualem. 39 17. Cur terra vocata ſit arida? 40. 19
Aries cui aeri comparetur. 334. 50. Figura eſt Verbi divini. 335. 52. Immolatus ab Abrahamo figura fuit Chriſti. 307. 77.
Ariminenſi in concilio perfidiæ prævaricationis auctores, dum imperatoria gratiam ſequuntur, Dei gratiam perdiderunt. 1372 71.
ARISTOTELIS ſententia de narratoribus imperitis. 1110 19. Duo principia rerum ponit, materiam & ſpeciem, & tertium cum iis quod operatorium dicitur. 2 2 Quid de mundi æternitate ſenſerit. 2. 3. V. Anima.
Arma. Infirmos tela ſua vulnerant, nec poteſt bene uti armis, qui ea ferre non noverit. 1334. 50.
Armenii & Gothi prædicationi evangelicæ crediderunt. 1507. 74.
ARRIUS tinctus eſt, & quam ob cauſam. 1207. 13 Quem martyres oblatione ſanguinis Dei filium fatebantur, hunc Arriani quæſtionem generis inferebant. 1294. 37. Dum unum à conſortio divinæ operationis excludunt, plures inferunt, & prærogativam quam filio negant, ſervulis donant 158. 40 Quod negant Chriſto, Antichriſto non negabunt 1509. 21. Eos in perfidiam iviſſe cognoſcimus, dum relinquerunt Apoſtolum, ſequuntur Ariſtotelem. 1249. 10 Non multum à Judæis diſſerunt, 715. 26. In Manichæorum aſſertionem perveniunt 732. 70. & ſeq. Contra eos probatur filii divinitas. 1314. 95. Animam ſuam humiliant & dejiciunt. 847 12 Regali ſuborti potentiâ minantur acerba ſupplicia, niſi eis templum tradant. 786 19 Societatem regalis potentiæ affectant, ut militaribus armis impugnent Eccleſiæ veritatem. 1474 17.
Arrogantiæ mina mala eſt. 1005. 35. Didiciſti humilitatem magis ſequi quàm arrogantiam, ſedulitatem affectare quàm poteſtatem. 196. 27. V. Divitiæ & ſuperbia.
Arteriarum initium & inſiti caloris cor eſſe pleriqne arbitrantur 137 61 Arteria minus habet ſanguinis, multo amplius ſpiritus. 266. 92.
Artium aliæ ſunt actuoſæ, aliæ theoreticæ. 9. 17.
Arundini & calamo quinam comparentur. 1380. 104.
Aſaxii qui ſint? 73. 23.
Aſer interpretatione latina ſignificat divitias, 524 38 Benedictum ejus explicatur. ibidem.
Aſinus piger quid nos doceat 117. 12. In aſina figuratur populus gentilium, nunc Chriſto ſubditus. 305. 72. * 1296. 43.
Aſſyrii, hoc eſt, dirigentes. 151. 17.
Aſtutia timet omnia, nec ſe conſiliis ſuis credit.
963. 21. Spiritalis eſſe debet, quæ ſervet ſalutem, doloni neſciat. 781 10.
ATHLETARUM diverſa certamina & nomina 801. 55. Qui vocentur pueri, ephebi, & viri? 800. 52. Iis abſtinentia neceſſaria. 885. 1. Athleta bonus membra ſua monſtrat, ut converſationis ſuæ approbet diſciplinam. 1228. 21. Ultimo die ſortem coronæ habet 813. 1. Quandonam in certaminè victus habeatur. 799. 51. Illius caſus propriè mina appellatur. ibidem. Ambroſius puer athletam vidit, qui cùm eliſiſſet adverſarium, frontem ei percuſſit calcaneo, quod ſignum fuit eo quod inimicaverit ei. 876. 24.
Athleta Dei exercetur, & probatur adverſis 284 16. Athletæ ſumunt & impellimur: alii cadunt, & pleriqne eliduntur. 800. 51.
Atomorum validiorum complexionem cauſam perſeverantiæ jugis non præſtare. 4 7.
AVARITIA poſſeſſionum jura, quæ Deus omnibus voluerat eſſe communia, diſtribuit. 1064. 22. Refugit conſortium plurimorum. 99. 47. Magna illecebra delinquendi eſt rerum affluentia ſecundarum: in ſuperbiam extollit, oblivionem auctoris infundit 659. 16 Quomodo laqueus in auro, viſcus in argento, nexus in prædio, clavus eſt in amore. 397. 16. Auri cupiditatem materiam eſſe perfidiæ & avaritiæ ſtudio ſacrilegia ſolere generari 681. 16. Fidem frangit, nec tenet verborum ſimplicitatem. 755. 37. Verum eſt cauſam inopiæ noſtræ avaritiam videri. 1439 124 Vanum eſt profluvium 576 42.
Avaritia hominum quanta ſit. 90. 16 Arguitur. 92. 30. Invidia opum terras facit irriguas, & ad latrocinium plurimos excitat. 557. 70. Inexplebilis mercatorum avaritia arguitur. 557. 70. & ſeq Quam male crebra naufragia accuſem ibid. Inflammatur lucro avaritia, non extinguitur 567. 4 Quo plura abſtulerit, eo magis inopem ſe eſſe credit. 193. 21. Nullus rapiendi modus, ubi nulla menſura capiendi. ibidem Non minorem febrem amoris eſſe quàm laboris: febris noſtra avaritia eſt, febris noſtra libido, 1351. 63. Vanum eſt carnalis cupiditatis incendium. 852. 23. Cur malis avaritiæ langueat. 750. 58. Ipſi rapinæ ſubdita eſt. 1183. 45. In hiſtoria Achab & Jezabel avaritia divitum deſcribitur. 576. 42. V. Divitiæ.
Avari bona non ſunt vera bona 951. 17. Neſcit bona niſi ea quæ quæſtuoſa ſunt, nominare. 574. 36. Sterilitas illi ſoli eſt quæſtuoſa. 574. 35 Avaria lucrum omne ad virtutem diſpendium eſt, ad cupiditatem incendium. 89 23. Quomodo quod paramus lucrum eſſe pecuniæ, damnum ſit animæ. 1026. 26. Pecunia vendunt Chriſtum, qui pluris eam ducunt quàm religionem. 880. 32 Rarus qui legem Dei auro & argento præferat. 1085. 21.
Avarum divitem quam juſte Deus puniat. 578. 48. Dum plus volumus, etiam quod minus eſt, amittimus 1147 21. Toto mundo eget, cujus non capit mundus cupiditates. 579. 50. Quantacumque ſpatia domus ſuæ porrexerit, clauditur anguſtis opinionis ſuæ finibus. 1042. 33. Cuſtos eſt non Dominus facultatum ſuarum, qui eas terræ infodit. 581. 58 Quid miſerius quam ut cuſtodia torqueat, quarum abundantia nihil proſit. 591. 4. Alios devorans, & ipſe ab aliis devoratur. 84. 13. 14. Oculi ejus non lupi oculi ſint, & inſidiantis ad prædam. 1171 8. Quomodo ſervus & mendicus omnis avarus. 490. 20. Cave ne cor tuum terræ vivus infodias. 466. 23 Quid aliud niſi metallum eſt mens avari. 661 21. Omnes cupidi, omnes avari Giezi lepram cum ſuis divitiis poſſident. 1349. 54. V. Divitiæ.
Audiendi officium omnium eſt firmamentum. 1158. 3. Tacendum eſt quando paratum non invenis auditorem. 916. 70.
Avernum mare, 39. 15.
Auguſto Romanum imperium tædio bellorum civilium delatum eſt. 934 21.
AVIUM varia genera deſcribuntur 98 47 48. Diverſi pedes, & cur? 108 74 Cur nulli peduum officio careant. 98. 46. Piſcium cum avibus cognatio. 98 45.
Aures cur exteriores; & ſituatio interiorum 138. 62 * 155 19. Earum ut neceſſarius uſus, ita decora ſpecies. 835 19.
Aurum non tam ſua gratia, quàm hominum pœna commendat. 581 55. V. Avaritia.

B

BAbylon, hoc eſt, confuſio. 178 118.
Balneum. Romæ olim cum parentibus filii & maxime puberes non lavabant 174 116
B. ... patris ſi ... latine dicitur 1526 102.
Baſiliſcus quodcumque prior viderit animal ſolet occidere: ſi hominis fuerit prævenus aſpectu, interficitur 1095. 14.
BAPTISMUS Johannis oculus ſuppliciorum eſt: baptiſmus Chriſti oculus gratiarum 816 3. Inter utrumque baptiſmum quodnam diſcrimen 1175 19 & 1307 79 Aquâ Johannes baptizabat, Chriſtus Spiritu. 1535 140.
Baptizatus eſt Dominus non mundari volens, ſed mundare aquas; ut baptiſmatis jus haberent. 1308 83. Aqua incipit prima, & complet myſteria. 1514 48 Non ante altaris ſacramenta quam baptiſmus. 1533 133.
Baptizatus diabolo & operibus ejus abrenuntiat. 7. 14. Renuntiat & mundo 1502 36 Juſtificat Deum, quia peccata propria confitetur 1204 30. In baptiſmate eſt confeſſio & venia peccatorum. 1348 3.
Baptizatus in Jordanem unde deſcendit. 966 32. Deſcendit etiam in mortem Chriſti. & in reſurrectionem ejus adſcendit. 819. 10
Baptizatus licet toto corpore, poſtea tamen etiam ſpiritali potiuſque mundatur. 1178. 29. Non offert ſacrificium, niſi octavum ingrediatur diem. 972 2 Servanda veſtis qua nos ſacro Dominus emergentes fonte veſtivit. 1361. 15.
BAPTISMA Eccleſiæ unum eſt, quo neceſſe eſt baptizari Catechumenos. 997. 14 Fit per ſacerdotes Eccleſiæ. ibid. 15 Cuilibet ætati conferendum. 349. 81. Nec umquam iterari debet. 1491. 78.
Quid per baptiſmatis ſacramentum Chriſtus operetur. 806 63 In eo juſtitia omnis impletur. 689 44 & 980 17 Peccatum abluitur. 41 13 * 210. 10. * 561. 83. * 1018. 42 & 1476. 24 Aqua enim corpus abluente, Spiritu animæ peccata mundantur. 1307 79. Etiam in ipſo fonte ſanctificatio divinitatis adſpirat 1307. 79. Homo ſeptiformem accipit ſpiritum. 652 36 Arguuntur qui baptiſmum iterare diſcrunt. 561. 83 & ſeq. 1464. 222.
Mare rubrum, fuit figura baptiſmatis. 689. 43. Item Jordanis fluminis converſio. 1178 37. Hujus quoque typum demonſtravit Elias. 562 48
Baptiſmus paſſionis eſt, quo unuſquiſque ſanguine ſuo mundatur 997. 14. Quis baptizetur in lacte. 1176 22 V. Sacramenta.
Bathuel ſapientia dicitur: interpretatione autem latinâ, filia Dei ſignificatur. 426 20.
BEATITUDINEM non in divitiis, non in poteſtatibus & honoribus, non in nobilitate generis aut decore aut pulchritudine, nec in corporis ſalubritate poſitam eſſe 743. 15. Hic eam non magnam, non veram inveniri. 1166 30 Ei enim potiora quæ futura ſunt. 1152. 33. Ariſtotelis & Peripateticorum, ac Pythagoricum dogma de beatitudine prius ab Abrahamo agnitum. 345. 70. Quod perfectum, beatum. 456. 34.
Beatitudo omnis à Deo eſt. 1028 32 Sita eſt in ſola poſſeſſione veri & boni. 455 32. * 1058 7. Beatitudo æternæ vitæ deſcribitur. 411 52 & ſeq. Quis Deum videat. 787 22. Etſi multa bona, una tamen eſt vita æterna. 1342. 30. In beatitudine perfecta omnia. 410 49.
Beatitudinem vitæ æternæ cui Chriſtus propoſuerit 742. 13. Item cur diverſa præmia. 1224. 9. Quæ ſint animarum poſt mortem habitacula uſque ad ultimum judicii diem 407 45. & ſeq Quo ordine digeſta ſit earum lætitia. 408 48 In reſurrectione nos in ſimplicis creaturæ gratiam transfigurabimur. 1458 194. Retributio, regnum cælorum & paradiſi eſt incolatus. 1157. 46. Non meritis noſtris adſcribenda ejus acquiſitio. 1166 30.
Nulla Dei regno infirma ætas. 1462 213. Nullo etiam ſexus. 743 14 Nemini interceditur, niſi ei quem ſive profeſſio vocis excluſerit. 1459. 200 Debilitas beatitudinem impedire non poteſt. 472 34. Etiro inoriter diaboli, eò pervenit, unde ipſe dejectus eſt 864 17. Difficile videtur hominibus, ut ſpem periculis emant: damnoque præſentiam

futuræ ſacrum meteretur ætatis. 1421. 1 Quemadmodum regnum cæleſte capiatur. 1381 112 & ſeq.
Cur quatuor tantum beatitudines ſanctus Lucas Dominicas poſuit, octo vero ſanctus Matthæus. 1367. 49. * 1370 62
Bellatoris virtus difficilioribus locis eſt neceſſaria. 229 5. Certamina bellorum inſaniæ ſunt falſæ. 866 4.
Benaci lacus fluctibus non miſcetur. 59. 16.
Benedictio pro maledicto vocatur. 578. 46. Benedictio eſt ſanctificationis & gratiarum votiva collatio. 515. 7.
Cùm Sacerdos benedicit, populus reſpondet amen, & quare. 882. 36.
Beneficia noſtra non vulganda, ſed premenda. 1356 5. In beneficio pari potior eſt, qui prior cœpit. 230. 6 & 1373. 74.
Beneficia divina plena ſemper & redundantia ſunt. 1276. 29. Non dormientibus, ſed obſervantibus deferuntur 1347 49.
Benjamin typus Pauli Apoſtoli. 530 57. & ſeq. & 1038 17. Ejuſdem benedictio capontiat. 530. 57. & ſeq.
Berſabee filia Sabbati, aut filia plena, vel puteus dicitur juramenti. 726 51. Cur 10 generationibus Domini non prætermiſſa ſit. 1318. 39.
Beſtiis aliis cur Deus colla breviora, aliis longiora formaverit. 124. 30 Earum pluribus cur cornua conceſſit. 893 15. Solo odore noxia & proſutura diſcernere. 120. 22. Neſciunt odia novercalia 121. 12. V. Animalia
Beth litteræ confuſio declaratur. 981 1.
Bethel, id eſt, domus Dei 254. 6.
Bitumen vehementis ad conſtringendum naturæ eſt. 234. 14.
Boni natura quænam ſit. 376. 60. Quod malum non eſt, illud etiam bonum. 389 1. Ordo bonorum quis? 327. 33.
Unde philoſophi bonum illud tranſtulerint, quod ſummum adſerunt. 412. 55. Unde Epicurei traxerint ſummum bonum voluptatem eſſe, 351. 85. Idem refelluntur. 314. 5.
Deus ſolus ſummum eſt bonum. 382 78 79. Quod verè bonum, illud incorruptibile eſt. 314 3
Id quod bonum eſt naturaliter nobis intelligimus eſſe præceptum. 261. 39. Quæ bona ſunt Spiritu Dei vivi ſcribuntur, quæ autem vitioſa grapho ferreo. 731. 66. Quod bonum & faciendum, conſonam eſt & adhærens: quod vero turpe hoc diſſonans 154. 26. Bonum noſtrum, non ex neceſſitate ſit, non cum mærore atque mœſtitia, ſed voluntarium. 1243. 36
Quidquid nobis boni accidit, illud Dei Juſtitiæ deputemus. 183. 2. & 1075 52 Deus operatur quod bonum eſt, non quod malum gloriam operatur, pœnam relinquit. 179. 74. Divinum eſt quod bona promittantur, noſtrum quod mutantur. 230. 6.
in Boni operatione remuneratio eſt. 744. 17. Multa in hoc ſæculo bona eſſe & jucunda videntur quæ non ſunt 1080 6 Bono viro ex ſententia cujuſdam philoſophi quatuor ineſſe debent, & quæ illa 325 29.
Bonitas fructus eſt Spiritus ſancti. 781. 12. Nulla querela eſt ubi & mentis bonitas concordat & facti 1272. 19.
Bonitas popularis abundat aliis, ſibi retrahitur. 1262 2
Boves impendente pluvia ad præſepia ſe tenere noverunt, naturali ſenſu ſerenitatem colligentes, foras ſpectant. 110 20.
Buxus elementorum aptioribus miſtis experimendis. 54 53

C

Cadavera mortuorum olim facibus ardere conſueverant 853. 41
Cælum unde ſic appelletur. 30. 15 Quæ ſit qualitas & ſubſtantia ejus. 30 21. * 22. 23. Intelligibilis ſua eſt, terra autem viſibilis vel ſenſibilis ſubſtantia. 334. 46 Philoſophi æthera ex quinta quadam ... eſſe adſerunt. 338 58, R. felliuntur hæc opinio 23. 23 & 24 Cælum volucrem eſſe adſerit Plato. 331 54.
In cælum os ſuum ponunt, qui criminum auctoritates nativitati putant quadam neceſſitate deferri 666 12.
Cælum multipliciter majus quam terra eſt, ut à pleriſque punctum comparatione cæli terra ſit æſtimata 761 49. Plures eſſe cælos. 24. 5. & 6.
Cælorum converſione inenarrabilem harmoniam excitari quinam crediderint. 336. 54 & 738. 2. Eorum opinio refutatur. 24 6. & 7.
In cælo ſuus viris locus. 1117 11.
Cur ſanctum dicatur. 1121 25.
Cælum is dicitur qui vitam Angelorum cuſtodia integritatis exercet. 1117. 12 Cæleſte elementum vitæ tuæ imago eſſe debet. 1116. 8. 9. In cælum quomodo per varias diſtinctiones aſcendat homo 829 17.
Cæſar Pompeium Magnum, & juniorem debellavit. 934 21
Cæſaries reverenda in ſenibus, veneranda in Sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adoleſcentibus, comta in mulieribus, dulcis in pueris. 335. 56. Utilitas ejus & decus. 235 21.
Cain dictus eſt acquiſitio, & cur. 184 3 Duplex defectus in ejus ſacrificio. 395. 25 & ſeq. Alter defectus. 114 18. Juſtitia fetur, 220. 21. Cur idem campum ſterilem parricidio elegerit. 218 26 Cur illum Deus interrogaverit ubi eſſet frater ejus. 218. 17. & ſeq. Cur ſignum acceperit, ut eum nemo occideret 769 7. Cur in illum continuò non vindicatum. 223 38. Cur remiſſio ſit ſine præſcripto pœnæ. 177 71 Ei longævitas indulta, vindicta fuit. 222 37 A quo timeret occidi. 221 33 Cain parricidalis ſigura fuit Synagogæ populique Judæorum. 185 5.
Calceamenta de corio animalis mortui confici ſolent. 1423 57.
Calices duo, unus mortis, alter vitæ. 822 17.
Calumnia gravior tentatio levior. 1190. 24 & ſeq
Adverſus calumniantes & peccatores juſtus ſuo judicio contentus eſt: meriorum autem ſuorum judicium Chriſto reſervat. 847 19. Cur turbari non debeant, qui falſis criminibus appetuntur. 493 17.
Cancri aſtutia ad capiendum oſtreum. 88. 22.
Canis rationis expers ſentiendi ſagacitate vim ſibi rationis adſciſcit. 288. 23. Canis ſanguine, omnis ferarum morbus curatur. 123. 20. Canes ad relationem gratiæ humanum eundum affectum. 119 17. Antiochiæ canis militem qui Dominum ſuum necaverat, indicavit. 122. 24 Canum origines qui recenſere ſolent, arguuntur. 580. 54.
Cantica cantic. triplicem ſapientiam continent, moralem, naturalem & myſticam. 365 87. & ſeq.
Duo cantica Moyſis quantum libros ejus illuſtrent. 719 5.
Cantores cur ſibi Salomon conſtituerit. 1052, 26.
Cantus Eccleſiæ, 54. 5 Virorum, mulierum, virginum, parvulorum 42 23 & 741 9.
Cantibus aut fidibus certantes ultimo die habent ſortem coronæ. 118 1.
Canere totus quid? 742. 12.
Cantico delectatur Deus non ſolùm laudari, ſed etiam reconciliari 719. 5.
Caph littera ſignificat curvati ſunt. 1103. 7.
Capræ unde nomen. 334. 50 Capris & ovibus cibus medicina eſt 48 40. Armata venenis tela ſentientes, herbis vulneri remedium adhibent. ibidem.
Capræ dictamno excludit ſagittas de vulnere. 323. 26. Capræ agreſtis ſanguine ſibi medetur leopardus, 123 26. Allium fugit ibid. 18.
Captivitas hæc eſt vere dolenda quæ mentem ſpe libertatis privata videtur. 1172. 9.
Caput membrorum omnium præſtantiſſimum eſſe demonſtratur. 335 55 & ſeq. 234. 57. * 236 23. Ex eo ductus venarum, nervorumque ſpiritus, ſanguinis vires in totius corporis partes derivantur. 1221. 1. Capitis oſſa cur denſioribus capillis veſtiantur 341. 73. Cur capite abdicantur qui in aliquo crimine damnantur. 1121. 1.
Caritatem ſpes præcedit, ſequitur ſalus 1245. 22. Cum ſpes & fides in caritate ſint, non eſt dubium quod major ſit caritas. 1183. 44. Major omnibus caritas. 1542 176.
Quam bonum ignis caritatis. 1131 2. Bona caritas, & pietas bona, utrumque Dei, & utrumque eſt Deus. 846 30 Si parentes diligimus, quanto magis diligere debemus creatorem parentum, auctoremque noſtrum. 421. 10.
Vere Deum diligit, qui ſine triſtitia, ſine timore, voluntario potius ſtudio quam coacto præcepta conſervat. 1131 4 Qui Chriſtum ſequitur, non præmio ducitur ad perfectionem; ſed perfectione conſummatur ad præmium 678 18 Caritas ſuſcitatur in veteri Teſtamento, reſuſcitatur in novo. 1023 20.
Caritatis alæ, alæ ignis, quibus dilectionis inflammat ardorem 1217. 29. Habet clavem ſuam caritas: habet gladium ſuum, quo animæ vulnerantur 1160 39 Nulla vehementiora, nulla ſunt graviora vincula quam caritatis. 1155 39.
Bona caritatis vulnera. 723. 44 Bonum eſt vulnerari ſagitta caritatis. 1023 17. Cur durus ſit zelus caritatis 1169 9. Mortem habet caritas, & zelum habet caritas, & alas ignis habet caritas. 581. 77. Beatus vir qui in caritate Dei tabeſcit. 1236. 52.
Caritas culpam, & omnia peccata mortificat, 1169 39 Multam caritatem remittere peccata 691. 49 50. Caritas excludit humanam perturbationem 1079. 2. & 1243 16. Nos ſuperioribus nectit, cæteroque inſerit. 53. 57. Sive in læva, ſive in dextera bona eſt manſio caritatis 1029. 19. Qui diligit, ex voluntate facit mandata legis: qui timet, invitus obſervat. 951 30. * 1131 3. Major eſt mentis dilectio quam ſermonis gratia 846. 10. Juſtus quaſi ſuam putat fratris ærumnam. 870 6 Pietatis & caritatis officiis benedictionem morituri nobis impertiandam. 404 16.
Qui diligit, in omni ſtatu ſuo debet ſervare diuturnæ caritatis affectum. 752 30. Ii qui videntur in Eccleſia debiles, pauperes, imprudentes, etiam peccatores abundantiori indigent honeſtate, & majore præſidio fulciendi ſunt 1076 54.
Quo ſenſu Chriſtus præcipiat parentes odiſſe, & inimicos diligere. 1162 35. & ſeq Legis oraculum, ut philoſophiæ faſtigium ſupergreſſus, in eos quoque qui læſerint, pietatis caritatiſque porrexit officium. 1573. 73. & ſeq. Chriſtianos etiam inimicos non licet non amare. 1100. 41. & 1130. 57. Qui alii non pepercerit, ipſe ſibi ſpem remiſſionis eripiet. 221. 34. Convicium ferre & non referre quam bonum ſit. 1037. 24. V. Inimicus.
Caro poſita in ſcripturis pro homine terreno. 152. 98. Non poteſt eſſe ad imaginem Dei. 330. 45. Caro noſtra terra eſt, quam improbus operatur, & bonus excolit, & quomodo. 271. 108.
Non caro ſed affectus auctor eſt culpæ, caro autem voluntatis miniſtra 448. 11. Fraude & veneno infuſa ſerpentis, facta eſt caro peccati, & caro mortis. 817 5.
Carnis natura diſciplinæ repugnat, quia voluptati obtemperat 230. 7. Semper exæſtuat, ſibique ipſa tempeſtas eſt 232. 22. * 634. 25. Stimulus mentis eſt, & paſſiones ejus compunctiones ſunt noſtræ 318 13.
Carnis ſimul domeſtici, & Dei eſſe non poſſumus. 373 54. Peccatum eſt ſecundum carnem ambulare, & cur? 817. 5.
Caro & ſanguis, & nequitiæ ſpiritales, patientia & continentia corporis, & animi moderatione ſuperantur. 801. 56. Niſi ſenſus carnis moriatur, nullus poteſt eſſe fructus vitæ æternæ 410 8 Nemo gravior homini hoſtis quam homo ipſe, & carnis ſuæ infirmitas. 650. 30. Caſtigandum carnis noſtræ tumorem. 847 12.
Licet non conditio carnis videatur nos humiliare ſed culpa; tamen multis humiliatur & caro. 918. 75. Si carnis fortitudo deſerat, mentis fortitudo prævaluit. 832 40 Animæ caro fiat appendix 1444 162.
Carnis humanæ fragilitas eleganter deſcribitur. 44. 30 Herba & flos fœni figura eſt carnis humanæ 44 29. Caro infirmitatis, eſt lectus doloris. 871. 22 Carnis tamen ſanam non eſſe infirmitatem, & ejus cauſa 816 26, & 830 33.
Quorum carnalia ſunt opera, hos filios dicimus carnis. 231. 9. Gigantum ſimiles ſunt homines ſtudentes cultui carnis ſuæ. 230. 8.
Maledixerat Deus carnem prævaricantium, benedicitur autem in Chriſto 1033 2. Vas erat diaboli caro hominis peccatoris, quæ poſtea facta eſt vas electionis. 1140 11.
Carthaginem Tyrii condiderant. 777. 72.
Caſpium mare, Creticum, & Septemtrionale, 38. 12.
Caſtitatis ubi eſt conſcientia, vultus li-

berior eſt. 994. 6. Caſtitas omnes corporis paſſiones abolere conſuevit. 151. 26

Caſtitatis amor in juvene quam in ſene major eſt. 504. 58. In caſtitatis veſtigio bonus greſſus eſt, 1188. 15. Portæ Eccleſiæ portæ caſtitatis ſunt. 1407. 99. Eccleſia domus eſt caſtitatis. 1040. 26. Quorum Evangelio profecerint ſtudia caſtitatis. 1039. 21. & 1113. 28. Pudicitia nos ſeparat à pecudibus, Angelis jungit. 963. 21. Quam merito expertes libidinis Angelis comparentur. 1011. 8. In inſulas ſe abdicant qui continentiæ propoſito elipſo mundo latere. 41. 23.

CATECHUMENUS qua methodo imbuendus. 1410. 107. Quomodo eum vere debeat ne male ducat à Photino, Ario, & Sabellio. 172. 58.

Cedrus ſuſpendendis ſectorum apta culminibus. 54. 53. Cedrinarum tabularum uſus eligitur tectorum faſtigiis elevandis, formandiſque litterarum elementis. 1256. 38. Cedri ſpecie, majorum qui juſti fuerunt, gloria declaratur. 1015. 20.

Cerebrum cum partibus ceteris mollius. 138. 61. Initium eſt nervorum & omnis voluntariæ commotionis. 137. 61.

CERVIS cibi loco venenum eſt. 48. 40. Ramuſculis oleæ ſanantur. 47. 57. Eorum curſus directior, vulpeculæ flexuoſus. 981. 2. quanta eorum ſimplicitas. 638. 2.

CERTAMEN juſtitiæ ſubeuntibus diſciplina vivendi neceſſaria. 885. 1. In certamine curruli quanta equorum gracorum induſtria. 690. 46. Inerte viſus & abjecta contentio, lucrum fœda difformitas, Circenſium ſtudia inſaniæ ſunt falſæ. 860. 4. Arguuntur ii qui ad diverſa circenſium ludorum atque theatralium ſpectacula feſtinant. 1066. 27.

Certamen grave intra hominem, ut ſecum ipſe pugnet, & cum ſuis cupiditatibus prælietur. 1234. 46. Gravior eſt pugna ejus qui intus, quam illius qui foris dimicat. 711. 15. Quare plerumque fiat ut in gravioribus & aſperioribus certaminibus coronentur. 929. 8. Quid agendum ſit ei qui nomen dedit ad agonem Chriſti. 560. 79.

Cete immenſa piſcium genera ubi habitent. 96. 28. In Athlantici maris profundo ſeruntur videri. 95. 32.

Cethura latine odorifera ſignificatur. 894. 32.

CHALDÆORUM opinio de mundo ſuperiore. 316. 9. Eos ſuperſtitionis vanæ inventus eſſe magis quam ceteros accepimus. 290. 22. Siderum curſus vanæ ſtudio ſuperſtitionis explorant, & impiæ ſerunt gentilitatis errores. 747. 22. Chaldæorum, id eſt, Mathematicorum ſcientia de hominum nativitate inutilis eſt, noxia, impoſſibilis, impia. 67. 12. Peritiores in numeris habentur. 1297. 47.

Cham ſignificat calorem. 270. 106. * 276. 120. Non Cham qui peccaverat, ſed filium ejus Noe ſervituti addixit & quare. 274. 120. Cham improbum meruit habere filium, quia improbus fuerat patri. 270. 105. * 275. 114.

Chamæleon diverſas ſpecies fertur vario colore mentiri. 109. 77.

Chanaan idem ac turbatio eorum. 270. 106. 276. 120.

Chananæa prima exivit de gentium nationibus, & perſeveranti obſecratione tantum Domini teſtimonium meruit reportare. 907. 49. Chriſtum prætereuntem revocat, tacentem rogat, excuſantem adorat, negantem inclinat. 1383. 113.

CHRISTUS eſt Meſſias. 365. 26. Verbum potuiſſe ſuſcipere carnem. 717. 29. *& ſeq.* Cur neceſſarium, ut Adami peccatum ſolveret. 1039. 22. Deus ex ipſa natura pluríma exempla ante præmiſit, quibus ſuſceptæ Incarnationis decorem probaret, & adſtrueret veritatem. 105. 65. Chriſtum in Adam & aliis patriarchis exſpectatum fuiſſe inductione probatur. 860. 6. *& ſeq.* Iſaac oblatus à patre figura ejus eſt. 860. 12. Et Jacob. 467. 25. Et Judas. 679. 11. Cujus benedictio eidem Chriſto accommodatur. 518. 16. *& ſeq.* Item deſignatus in Joſeph. 679. 12. In virga Moyſis. 1001. 24. In Columna nubis. 1019. 3. In ſerpente æreo. 1073. 15. David typus Chriſti. 686. 12. 14. * 682. 120. & 1202. 25.

Cur Lucas ad Deum putaverit generationem Chriſti eſſe referendam. 1318. 12. Radix eſt familia Judæorum, virga Maria, flos Mariæ Chriſtus. 1289. 24. Cur ab Abraham plures ſecundum Lucam ſucceſſiones uſque ad Chriſtum ſint pauciores, & per alios ſecundum Matthæum. 1318. 14. *& ſeq.* Cur Matthæus generationem Chriſti per Salomonem derivandam putavit, Lucas vero per Nathan. 1318. 15. In genealogia Chriſti poſſe plures eſſe ſucceſſiones, pauciores generationes. 1331. 45. Quomodo Chriſtus veri regaliſque generis fuerit, ſi nullum ex ſemine Jechoniæ regnaturum Propheta prædixerit. 1329. 42. *& ſeq.* Cur Matthæus computaverit inter majores Dominici generis peccatores plurimos, idque Lucas declinaverit. 1327. 36. * 1332. 46. Achab & Jechonias adnumerantur ejus majoribus, ut omnes homines redempturus, beneficium à ſuis majoribus inchoaret. 718. 33.

Chriſtus quando erat, quomodo erat, quid erat, quid egerat, quid agebat, ubi erat, quo venerit, quomodo venerit, quo tempore, & quâ cauſâ. 1295. 40. Chriſti caro erat Virginis partus. 281. 62. Nam etſi de Virgine natus eſt, & Spiritu-ſancto, tamen hominis eſt filius, quia homo Virgo. 864. 18. Judæi quem per mulierem venturum putabant, per virginem veniſſe non credunt. 1307. 78.

in Chriſto caro diſpenſationis eſt quam miſerationis titulo, & pietatis jure ſuſcepit, ut captivam reduceret, ablueret contaminatam, mortuam reſuſcitaret. 875. 10. Quomodo ſaltu quodam venit in mundum. 365. 30. Venit in ſignaculo, venit in lege, venit in corpore. 1450. 166.

Caro Chriſti naſcitur nobis, Verbum datur. 754. 33. Creatus eſt, ut vias mihi demonſtraret æternas, quibus homo redire poſſit ad Dei regnum. 1025. 25. Natus eſt nobis qui credimus, non Judæis, non hæreticis, non manichæis. 754. 33. Venit ut ruina ſit perfidorum, juſtorum autem & fidelium reſurrectio. 776. 28. Cito Judæis venit, opportune gentibus: cito perierunt, commode crediderunt. 1181. 58. Ubi naſcitur, niſi in corde tuo & in pectore tuo. 1094. 54.

Si apoſtolorum umbra ſanabat, quanto magis caro Chriſti quos tangit à morte defendit. 879. 30. Umbra erat quæ ſanabat, & nunc totum protegit orbem terrarum. 1210. 5. 6. Caro Chriſti cur Dei templum ſit. 942. 16. Corpus ejus magnum eſt templum & mutabile altare. 1002. 26.

Chriſtus naſcens non mediocribus ſignis Deus probatur. 1296. 43. Omnis ætas, & uterque ſexus, eventorumque miracula fidem generationis Domini adſtruunt. 1301. 58. *& ſeq.* Quando & quomodo natus, & quantus ſit, rimari, magis offendiculum quæſtionis, quàm ædificationis profectus eſt. 1406. 93. Non licet mihi ſcire generationis Chriſti ſeriem, non licet tamen neſcire generationis fidem. 1406. 93. Chriſtum non quaſi parvulum nutrias, ſed quaſi verum atque perfectum Deum noveris adorandum. 940. 11.

Chriſtus ſolus eſt plena imago Dei. 1514. 49. Deus ex Deo eſt, æqualis ex æquali. 767. 4. Ex intima & incomprehenſibili Patris proceſſit ſubſtantia & in ipſo eſt ſemper. 527. 51. Chriſti velle, perfeciſſe eſt. 411. 54. Ille bene magnus, cujus virtus mundum replevit, qui ubique eſt, & erit ſemper. 1286. 13.

Chriſtus non cœpit ex virgine, qui ante virginem loquebatur. 1346. 44. Cur ſecundum divinitatem initium omnium ſit & finis. 8. 25.

Chriſtum qui non crediderunt Dei filium, nec filium Virginis crediderunt. 1267. 6. Ipſum loquitur Scriptura Jeſum Deum hominemque, in utroque perfectum. 1346. 45. In uno Chriſti nomine & divinitatis & incarnationis expreſſio, & fides paſſionis eſt. 1405. 93. Chriſtus non alter ex Patre & alter ex Virgine. 767. 4. non depoſuit quod erat, ſed reſervavit. 965. 27. Chriſtum qui ſine divinitatis fide, aut corporis ſacramento cognoſcit, tiora eſt. 1270. 13. Qui hominem eum negavit, Deum negavit. 1438. 120. Ipſe eſt qui natus eſt ex Virgine, ipſe eſt qui mirabilia fecit in populo, ipſe eſt qui mortuus eſt pro peccatis noſtris, & reſurrexit à mortuis: unum horum ſi retraxeris, retraxiſti ſalutem tuam. 1401. 101.

Chriſti caro nec detrimentum divinitati adferre potuit, nec augmentum. 717. 29. Illi ſoli ſervabatur magnarum prærogativa virtutum. 655. 6. Verus eſt propheta, & quomodo. 1075. 53. Tempus tum finem non per naturam hominis, ſed per naturam Dei novit. 1478. 54. Novit ſibi, neſcit mihi. 1479. 55. Chriſti caro velut muralis divinitatis claritudine circumſepta, cæleſtis habuit protectionem gratiæ. 1020. 7.

Chriſtus habet ſemper in ſubſtantia ſua caritatem ſicut & regnum. 369. 46. Illi Deus eſt pater generatione propria, nobis adoptione voluntaria: illi per gratiam, nobis per naturam. 1540. 167. Homo erat ſecundum carnem, ſed ultra hominem ſecundum operationem. 929. 76. Non humani corporis ſed divinæ poteſtatis eſt regnum quod habet. 1518. 123.

Valdeciani qui carnem hominis aiunt eſſe ſuſceptam à Chriſto, affectum negant. 956. 5. Cum corpus ſuſcepit, omnia debuit ſubire quæ corporis ſunt: divinitas autem communicari per hos neſcit affectus. 1442. 133. Sequeſtrata delectatione divinitatis, tædio meæ infirmitatis vere afficitur. 1516. 56. *& ſeq.* Fuit in doloribus quaſi victor infirmitatum, non infirmitatibus victus. 956. 6. Ad vulnera noſtra deſcendit, ut uno quodam & copiâ ſui, naturæ comparticipes nos faciat eſſe cæleſtis. 1366. 46. Multorum affectus & officia ſuſcepit, ut doceret quomodo nos in his converſari oporteret. 1230. 33. Miſericors eſſectus eſt, ut beatos faceret homines, qui erant in miſeriis conſtituti. 829. 32. in Chriſto obedientia, humilitas, & mors non divinitatis fuit, ſed corporis. 720. 39. Oraſſe dicitur, non propter ſuffragium, ſed propter exemplum. 1357. 10. Quomodo Chriſti anima timore turbata eſt. 642. 11.

in Chriſto nulla cauſa eſſe potuit quà peccati alicujus potuerit vitium accipere. 839. 33. Solus Chriſtus nunquam deflexit. 315. 6. & 679. 10. Caro qua ſe Chriſtus induit, ab omni fuerat munda delicto. 696. 59. Natus ex Virgine ſoluit debet mulieris hereditati. 1039. 23. Dignum fuit ut qui non erat habiturus corporeæ peccatum prolapſionis, nullum ſentiret generationis naturale contagium. 695. 57. Quare cùm omnia noverit, peccatum non cognoſcat, luculenter demonſtratur. 830. 34.

Quomodo Chriſtus in carne ſua ſuſceperit ſimilitudinem carnis peccati, & pro nobis factus ſit peccatum. 811. 5. 6. Suſceptio peccatorum in illo pietatis eſt, non criminis. 817. 6. Solus ille non eſt captus ſæculi hujus vanitate, & carnali tumore. 187. 10. Orat non ut pro ſe obſecret, ſed ut pro me impetret. 1365. 42.

in Chriſto aliud eſt quod ſecundum unitatem divinitatis exprimitur, aliud quod ſecundum hominis eſt ſuſceptus affectum. 862. 16. Lucas ſatis ſe divitem fore credidit, ſi præſepe Domini ſibi ex omnibus vindicaſſet. 1296. 43.

Chriſtus qua ratione in terris patrem fabrum habuerit. 1313. 2. Honorabat Joſeph & Mariam non naturæ debito, ſed pietatis officio. 784. 16. * 1302. 65. & 1490. 74. Subjectio ejus magiſterium virtutis humanæ, non divinæ imminutio poteſtatis eſt. 957. 8. Non in ſpecie infirmitatis eſt, ſed in operatione virtutis; diſpenſationis magis temporariæ arbitra, quàm perpetuo ſervitio mancipata. 957. 6. Depoſita cum ipſius corporis ſervitute. *ibid* 7.

Chriſtus operationis ſuæ manus amiſerat, niſi id humilitas recepiſſet. 1227. 18. Cur præbuerit ſe humilitatis auctorem. 1515. 51. Quanto abjectior humilitas ejus, tanto divinior providentia. 1312. 91. Formam dat humilitatis. 1375. 84. Se humiliavit, ut diſceret quid ſit humilitas. 929. 76. Ita ſe curvavit ad omnia obſequia, ut ne lectoris quidem adſpernaretur officium. 1346. 45.

Chriſti ſervitus, paupertas, & dolor. 727. 2. *& ſeq.* Chriſtus in paupere atque deſpecto mundum redemit. 1605. 34. Ideo pauper huc venit, ne haberet diabolus, quod auferret. 1344. 39. Quomodo dives in paupertate. 869. 5. Quantus eſt in divitiis, qui paupertate ſua omnes divites facit. 524. 33. Chriſti inopia ditat, ſanat fimbria, fames ſatiat, mors vivificat, ſepultura reſuſcitat. 524. 38. Meum paupertas ejus patrimonium, & infirmitas Domini mea eſt virtus. 1295. 41.

Chriſtus agebatur in deſertum conſilio, myſte-

rio, exemplo 1338 14. Ejus de deſerto, ut ad paradiſum redire poſſimus, veſtigia perquamur 1338 12.

Chriſtus ſe a diabolo tentari patitur, ut in illo omnes vinceremus 1335. 4. Sic fallit, ut vincat: ſic vincit, ut fallat. 1359 19. Diabolum & principem ſeculi fefellit 1283. 3. Ita multis tentationibus ſe objecit, ut nulla tentatione noſtræ certamina præteriret 755 38 Solus ille nobis dux conſtitui poterat adverſus illecebras ſeculi, & verſutias diaboli. 1336. 9

Tuum eſt quod Chriſtus beſtias patitur, ſuum quod ab Angelis prædicatur 1298 52. Fames Domini pia fraus eſt 1338 16. Beata ipſius ſitis, quia ſitivit pro nobis. 960 14.

Chriſtus in Jordane baptizatus eſt, quando formam lavacri ſalutaris induit. 642 14. Nullo magis opere quam myſterio ſui baptiſmatis Deus probatur 1318. 91 Tria principaliter ſunt in Chriſto quæ ad uſum proficiunt ſalutis humanæ, ſacramentum ſcilicet baptiſmi, deſertum, jejunium. 1335. 4. Chriſti cum Johanne comparatio. 1283 10.

Cur Chriſtus cum peccatoribus manducaret. 1285. 10. Non gymnaſia choris referta ſapientum, ſed plebem ſimplicem requiſivit. 1299 53 Cur inter Moyſen & Eliam medius appruerit 512. 32.

Cur in paſſione à paucis teneri potuit, qui aliquando à populo non tenebatur. 1549. 56. Cùm legimus teneri Jeſum, caveamus ne putemus eum ſecundum divinitatem teneri. 1519. 68. Calumniis appetitus, ſilentium detulit triumphale. 1190 24. Cùm ſe poſſet ulciſci, quaſi maluit quam vindicare. 1131. 35. Vili vult ſe æſtimari Chriſtus, ut ab omnibus ematur 1391. 31.

Chriſti vulnera nullum fœtorem pœnitentiæ, odorem omnem gratiæ redolebant. 828 32. Quomodo derelictus à Patre. 900. 31. & 980. 19. Tantum fuit Domino ſtudium tuæ ſalutis, ut propemodum de ſua periclitaretur, dum te lucraretur 453. 25.

Chriſtus inimicos ſuos vocavit ad gratiam quos oculus Dei vidit & amavit. 826. 26. Etiam hoſtes ſuos non paſſus eſt vulnerari. 1519. 71.

Solus Chriſtus talis dignus electus eſt mori, qui tolleret peccatum mundi. 682. 22. Cur ad id electus eſt à Patre 1410. 109. Chriſtum mortuurum nec ſancti crediderunt. 1379. 98. Eum potuiſſe non mori, ſed noluiſſe. 1333. 47 Omnibus in commune ſemel mortuus eſt, & ſingulis ſemel moritur, non frequenter. 1107 42. Idem teſtator & heres. 1500. 27 Quomodo crucem ſuam quaſi currum triumphator adſcendat. 1527. 109. Crucis locus ubi fuerit. 1528. 114. In Venerario paſſus eſt. 958. 5. Paſſio Chriſti imago fuit regni cæleſtis. 1156. 43 Reddamus Chriſto amorem pro debito, caritatem pro munere, gratiam pro ſanguinis pretio. 1390. 26. In eo à morte ſequeſtrata divinitas corporalium non ſubiit conſortium paſſionum. 1391. 32.

Chriſtus cor poſt mortem tantum percuſſus. 1533. 133. Exivit de vulnere Chriſti aqua, ut nos biberemus ſalutem 829. 32. Sepulturæ Chriſti & Moyſis comparatio. 186. 9. Primus dies quo Chriſtus mortuus eſt, quomodo computandus. 915. 69. Quomodo tribus diebus, & tribus noctibus poſt mortem fuit in corde terræ. 630 14.

Chriſtus ideo paſſus eſt, quia benefacere eum delectavit, non quia incrementum gloriæ ex ſua paſſione quærebat 672. 28 Crucifixus eſt pro fide noſtra, crucifixus eſt pro cupiditatibus noſtris. 1178. 96. Suſcepit mortis ſervitutem, ut tibi tribueret vitæ æternæ libertatem. 1207. 42. Sanguis Chriſti purpura eſt, qui efficit ſanctorum animas & reges facit. 1190. 20. Sanguis & paſſio Chriſti corona eſt magni certaminis, & præclarum munus ſponſalium ejus. 370. 46 Crux Domini non credentibus præcipitium eſt, vita credentibus. 1158 4 Hæc eſt fidei gloria, ſi vere intelligas crucem Chriſti. 141. 107 Paradiſum nobis crux reddidit Chriſti, & cur? 766 3. In ea requievimus, & peccata noſtra depoſuimus. 1461. 208 In ligno Domini navigamus huic & leculi 941 13 Crux Domini omnes abolet atque abſcondit errores. 483 14 Vera crux Domini non exterit animi ſtrena, ſed ſecundat 1114 29 Summa in umbra, quæ crucis Chriſti protegimur velamento. 999. 19. Eſt quidam clavus ſpiritalis, qui patibulo crucis dominicæ affigat carnem. 1168. 37.

Chriſtus in infernum deſcendit, ut illi qui in infernis erant, à perpetuis vinculis ſolverentur. 922. 84. Chriſtus natus auctoritate propria, mortuus propria voluntate, dormiens poteſtate propria, ipſe reſurrectionis ſuæ auctor eſt. 519. 20. Ubi teſtimonium reſurrectionis adſeritur, adſtipulantur miniſteria ſervulorum: ubi gloria Domini reſurgentis oſtenditur, ſervulis ſplendor abſconditur 926. 2

Chriſtus eſt Dominus, quia redemit ſervulos ſuos: Deus, quia ipſe ſe ſuſcitavit. 893 14 Ejus divinitas vita eſt, æternitas vita eſt, caro vita eſt, paſſio vita eſt, mors vita eſt, reſurrectio vita eſt univerſorum 793 36. Primum & maximum fidei fundamentum in reſurrectionem Chriſti credere 509. 80. Chriſtus non per corpoream naturam, ſed per reſurrectionis corporeæ qualitatem impervia aſu, clauſa penetravit. 1540. 170.

Chriſtus ſalit de cælo in Virginem, de utero in præſepe, de præſepio in Jordanem, de Jordane in crucem, de cruce in tumulum, in cælum de ſepulcro. 1034 6. Adſcendit ſuper omnes cælos ad Dei ſedem, & quomodo. 849 17. Deſcendit Deus, adſcendit homo: Verbum caro factum eſt, ut caro ſibi Verbi ſolium in dextera Dei collocaret. 996. 8 Eo unde venerat, naturæ ſuæ majeſtate remeavit. 1333 47. Vulnera ſuſcepta pro nobis cur cælo inferre maluerit. 1340 178

Chriſtus finis legis eſt, & mors ejus ſolvit ænigmata prophetarum. 910 57 Cur finis legis ſit, & plenitudo caritatis. 783 16 Finis eſt viarum, finis juſtitiarum, finis teſtimoniorum 1024. 22. Finis ſpei noſtræ, plenitudo & conſummatio univerſorum, atque omnium ſumma virtutum. 867. 1. Ad Chriſtum omnia referenda. 891 22

Chriſtus caput eſt omnium 961. 18 Caput erat veteris Synagogæ, quam Moyſes fundavit. 912. 62. Caput eſt quod in omnibus nobis per ſingula membra adſurgit 827. 29 Eo dempto, vivere membra non poſſunt 1222 2. Appetitus eſt ſemel in ſuo corpore, appetitus eſt frequenter in eo corpore quod eſt Eccleſia. 961 16 Soli Chriſto prærogativa vocandarum Eccleſiarum repoſita erat. 312. 92. Solus eſt ſponſus Eccleſiæ. 520 22.

Chriſtus ſanguine ſuo mundum lavit, cujus peccatum nullo alio modo potuiſſet aboleri 842. 17. Remiſſio peccatorum eſt, captivorum redemtio, ſubſidium laborantium. 1184. 1 Non prodeſſet naſci, niſi ab eo redimi profuiſſet 1295. 41. & 1160. 10 Plus redimendo mihi contulit, quam creando 1181 40 * 1227. 39. Nos redemit, adverſarius vendit: ille auctionatur ad mortem, hic redimit ad ſalutem 1436 124. Ille viliori pretio nos addicit, hic magno nos redemit 1417. 117 Cur ſolus hominem redemit 949 13. Hominis cauſam locumque ſuſceperat. 671 27. Beneficium redemtionis à ſuis majoribus inchoavit 1327. 36 Nihil eſt quod magis eſſe ultra humana videatur, quam toto Chriſtum ſe obtuliſſe pro mundo. 1379 102.

Chriſtus ſicut redemtio, ita & miſericordia. 942 17 Spes & patientia noſtra Chriſtus eſt: ipſe factus eſt redemtio noſtra, ipſe eſt noſtra exſpectatio 854. 28 Religioſiori pretioſior eſt Deus, peccatori pretioſior eſt Redemtor. 488 14 Solida ad ſingulos Chriſti dona perveniunt: omnes habent, & nemo fraudatur. 1155 41 Quid tam proprium Chriſto, quam advocatum apud Patrem adſtare populorum, mortem ſuam offerre pro cunctis, repellere necem, vitam reformare pereuntis. 861. 8

Chriſtus quam bonus ſit medicus 816 4. Apud eum nulla comperendinatio ſanitatis, qui verbo curare conſuevit, non ferro. 1209. 2. Ejus ſermo medicamentum eſt 1428 75. Nec non ipſius cognitio. 884 39.

Velle Chriſti curationem in omnes eſt. 1003 29. Omnibus ortus eſt, omnibus venit, omnibus paſſus eſt, & omnibus reſurrexit 1077. 57. Vel ſero, vel nocte, vel quacumque hora veneris, invenies Jeſum ad ſuſcipiendum paratum 1534 138 Ubi gratia largienda eſt, Chriſtus adeſt: ubi exercenda ſeveritas ſoli adſunt miniſtri, deeſt Jeſus 299 50 Quod ſeverum in aliis in Chriſto dulce eſt. 1032. 43. Quos alligat, liberat; & quos adſtringit, abſolvit 933. 17. Nulli deficit, ſuperabundat omnibus, nos deficimus. 1384 116.

Chriſtus verum lumen omnibus lucet, non vult tamen impoſitum irruere, non vult invitos cogere. 1137. 25 * 1401 74 & ſeq Nec volentes repudiat, nec invitos alligat, nec ejicientibus reluctatur, nec rogantibus deeſt. 663 4 * 1349. 56. Eum nemo poteſt tibi auferre, niſi te illi ipſe auferas. 1360 20. 1395. 50. Perfidis dormit, fidelibus vigilat. 899. 16. Dormit in negligentibus, ſuſcitatur in ſanctis. 1024 20.

Quomodo quæratur Chriſtus. 1055. 36 * 1207. 41. & ſeq. 1538. 162. Vult ſemper quæri, frequentius inveniri. 1119. 17. Dignatur quærentibus frequenter occurrere, & condeſcendere, ut eos elevet. 369 44. Vult ſe prævenire Sol juſtitiæ; & ut præveniatur, exſpectat. 1217. 30 Januam cordis noſtri pulſans quam cito aperiendam. 1118 14. & ſeq.

In omnibus ſequendus eſt Chriſtus, & ipſum quiſque pro poſſibilitate ſua debet imitari. 841 1 Turba eum non ſequitur ad excelſa, non adſcendit ad ſublimia 1366. 46. Habet in ſe remunerationem ſuam qui ſequitur Jeſum 434. 18 Perfectio & plenitudo Chriſti eſt portio ſervulorum. 1157. 42.

Chriſtus veniendo incrementa gratiæ ſecum vehit. 1034 6 Nulla major ſalus quam eſſe cum Chriſto, & ei unitate quadam corporis adhærere. 861 12. & 1393 42. Qui domicilio Chriſtum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium paſcitur voluptatum. 1559 16. & 19 Non jejunant. 1560 22. Ubi Chriſtus, ibi vita, ibi regnum. 1530. 121. Nemo poteſt perire, cui non ſublatus eſt Chriſtus. 1222. 2, Vocem ejus quiſquis perceperit, naufragium non timebit. 1334. 2.

Quomodo Chriſtus teneri debeat. 368 43. Solus eſt quem nemo debet deſerere, nemo mutare. 1399. 67 Qui ſe ab eo ſeparat, exſul eſt patriæ, civis eſt mundi 1462. 214. Quis eum concipiat & pariat 1509. 24. & ſeq. Quis eum poſſit tangere. 1539. 165 Qui caput non tenet Chriſti, vel pedes teneat 387. 15. & ſeq. Ipſum ſemper loquamur, & qua ratione id fieri debeat. 807. 65.

Qui imitator Chriſti. 817. 5. & 6. Qui ſint participes & conſortes ejus. 1075 33 Quid participatione gloriæ ejus erimus, cujus opprobrio ſumus glorioſi. 1031 41. Quod ſub aliis contumelia, ſub Chriſto gloria eſt. 933 17. Optima conditio eſſe ſub Chriſto, ſub quo & pretioſa ſervitus, & glorioſa libertas. 448. 11 Jugum illius non conterit colla, ſed honeſtat. 562 83.

Via perfecta Chriſtus eſt. 1026. 26. Moyſes per deſertum duxit populum Judæorum, Chriſtus per illa ducit. 374 56 Quomodo committere debeamus iter noſtrum ductui Domini Jeſu. 1019 5 * 1022. 13. & ſeq. Via eſt quæ perducit, veritas quæ confirmat, vita quæ per ſe redditur. 4111. 54 Chriſtum ſcire vita eſt ſempiterna. 142 38.

Chriſtus cur verum ſit lumen omnium. 833 42. Bene in myſterio dies Chriſtus, cujus apoſtoli duodecim horæ 1464 222. Dies eſt quibus adeſt Chriſtus: nox eſt quibus ſe denegat 1054. 33. Ante adventum Chriſti hyems, poſt adventum ejus flores ſunt. 366. 35 * 1040 25.

Chriſtus cur dicatur manus Dei 1332 22. Verbum dicitur, calamus, & ſcriba 1380 105 Verus levita, & quare 1 210. 12. Verus eſt paſtor, & qui noluerunt ab eo paſci, depaſcet eos mors 952 12.

Chriſti cibus virtus eſt, Chriſti cibus fortitudo eſt 1401. 74. Ejus virtute egrederis ab Ægypti finibus, & pervenis in terram repromiſſionis *ibid.* 75. Omnes eſurient, quot non paverit. 499 42

Chriſtus granum eſt tritici, & granum ſinapis. 1454 182 & ſeq. Quomodo vitis & uva fuerit. 520. 24 Agnus nobis eſt, Judæis verò hædus. 489 18. Cervo quam apte comparatur. 638 2 & ſeq. Secundùm Incarnationis myſterium eſt ſtella. 1297. 45. Quare ſit petra. 859. 2. Mons magnus & exiguus 644. 17. Bonus torrens qui Judæis ceſſavit, ut nobis abundaret. 774 20 Lectus ſanctorum eſt, in quo univerſa feſſa ſecularibus prœliis corda requieſcunt. 369. 45 Caro Chriſti adelinatio eſt Eccleſiæ. 1015 19.

Chriſtus quomodo ſignaculum ſit in fronte, in

corde, in brachio. 380. 75. Ejus magna gratia, qui omnia prope vocabula ſua diſcipulis ſuis donavit. 1407. 97.

Christiani quia nomen non habebamus in terris, de cælo accepimus, ut Christi populus diceremur. 780. 7. Habet Chriſtianus dignitatem ſuam, & ſuos honorum diverſi apud Chriſtum ordines. 1250. 14 Chriſtiani viri quanta magnificentia. 1344 36. Chriſtianum cùm dico, perfectum dico. 1130. 51.

Chriſtianorum pleraque quemadmodum veterum Judæorum, partibus & generibus formantur, & cauſis. 1265. 1. Chriſtiani in divitiis ſimplicitati ſuæ non defecerunt, Judæi in ſuis divitiis egueruut. 727. 44 Quomodo Judæorum ſpolia habeant 1340. 11. & ſeq. Oves ſumus petamus paſcua: drachmæ ſumus, habeamus pretium: filii ſumus, feſtinemus ad patrem. 1462. 211. Dei filius per lavacrum, amicus per virtutem, mercenarius per laborem, ſervus per timorem. 1466. 228.

Chriſtiani viri quænam ſint bella. 1506. 11. Nihil laxum, nihil molle, Chriſti militem decet. 856. 23. Nihil non debet offerre, ut cum Chriſto reſuſcitetur. 825 53. Chriſtianis qui ſtatuunt duriora præcepta, arguuntur. 1029 37. Quam rectè Chriſtiani vineæ comparentur. 1500. 29. & ſeq.

Cibus hominis cor poſt beſtiarum pabulum creatur. 43. 28. Adoleſcentibus magis quam carnibus veſcendum præceperit Dominus. 265. 89. Victu ſimplicis herbæ, oleriſque cibis, aut pomi contentos eſſe omnes oportere. 43. 28. Lex quædam naturæ eſt tantum quærere, quantum ſufficiat ad victum, & alimentorum modo ſortem ecoſtere patrimonii. 90. 26. Eum de cibo curare indecorum eſt, qui ordiret de regno. 1441 110.

Cibus nobis ſola naturalis medicina eſt. 56. 57. Cibus ovibus & capris medicina eſt. 48 40.

Cicadis cantibus medio æſtu arbuſta rumpuntur, & cur? 109 76.

Ciconia Romanorum uſu pia avis vocatur. 102 52. Ab ex ἀντιπελαργίας nomen accepit. ibid. Ciconiarum pietas in parentes. 101. 55. Quomodo proficiſcantur, & à cornicibus deducantur. 102. 53. Annuntiant veria tempora. 150. 20.

Circumcisionis præceptum explicatur. 347. 78. & ſeq. Circumciſio corporalis figura eſt ſpiritualis. 393. 29. Ejus vocabulo quid præſcribatur 392 27. Circumciſio purificavit, ſanctificavit lex, juſtificavit gratia. 1450. 166 Cur illa hodieque non teneatur 393 29.

Cur circumciſus Iſmael tertio decimo anno ætatis. 355 91. Circumciſi apud Ægyptios non ſolum marea, ſed etiam feminæ. 348 78.

Clericus non ſolum officii, ſed etiam virtutis opera debet exhibere. 1418 29. Clerus plerumque erravit, ſacerdos mutavit ſententiam, divites cum terreno rege ſenſerunt. populus fidem propriam reſervavit. 1189. 17. V. Sacerdos.

Coccum pro igne in Exodo collocatum eſt 1201. 22.

Cum cogitatione omnia facito, ut non te pœniteat operiſſe. 1067. 32. & ſeq.

Cogitationi malæ & concupiſcentiæ occurrendum. 1067. 34. Nulla mens, nulla anima eſt, quæ non recipiat etiam malarum motus agreſtes cogitationum. 251 57. Cogitationes, magis quam improviſæ infuſiones ad errorem tenendæ. 746. 21. Cogitationes vanas cum expuleris, dabit tibi Deus vacuam poſſeſſionem cordis & mentis. 203. 44.

Cogitationis perfectæ non eſt, ſcire quid facias, & ordinem neſcire faciendi. 1012. 12.

Cognoscere ſe ipſum, quid & quam utile. 986. 13. & ſeq. Tunc obliviſceris Dominum cùm oblitus fueris tui. 196. 26 Non poteſt plene quis intelligere quid acceperit, niſi meminerit ante quid fuerit. 1125. 35.

Cognoſcere non in ſola & perfunctoria ſcientia eſt, ſed in eorum operatione quæ oportent fieri. 157. 30.

Collyrium oculorum morbis remedium eſt 1000 22.

Coluber cùm urgetur periculo, caput abſcondit. 1222. 2. Cervum fugit, leonem terrificit. 48. 40.

Columba typus pacis Eccleſiæ. 1312 92.

Commendatum & depoſitum dicunt quod nos cuſtodiæ cauſa alicui commiſimus 614. 67.

Comparationem naturam ſpectandam eſſe non ſpeciem 1453 176.

Concupiscentia & de bono & de malo dicitur. 852. 38 Concupiſcentiarum, malarumque paſſionum fluenta, ex carne velut ex fonte prorumpunt, laseque exundant. 232. 12. Concupiſcentia rationem prævenit, ſed ratio cupiditati reſiſtit. 445. 5. Concupiſcentiam ratio emollire poteſt, eradicare non poteſt 443. 1 & ſeq. Concupiſcentiis malis quam cito occurrendum. 978. 12. * 1027. 29.

Confessionis tuæ vocem Deus exſpectat 782. 14. * 1465. 225. Si in aliquo laberis, reſpicit te Deus, ut fatearis errorem. 1523. 90. Peccatorum morbus dum tegitur, mardeſcit, ſi confeſſionibus proditur, evaporat 840. 57. Verus dolor eſt, & interioris cordis confeſſio, quando enumerantur omnia quibus ſecreta mentis viſcera amatiſſimo compunguntur affectu. 834 42. Vulnus peccati medicum quærit, medicus confeſſionem exigit. 872 24. Venenum peccatum eſt; remedium accuſatio peccati. 829 11. Non poteſt quiſquam juſtificari à peccato, niſi fuerit peccatum ante confeſſus 173 71. Quomodo qui ſe accuſat, etſi peccator eſt, juſtus eſſe incipiat. 1012. 11. Quicumque dicit iniquitates ſuas Deo, juſtificatur. 199. 34. * 559. 75. & 996. 10. Condemnatio præſentium, abſolutio futurorum eſt 820. 13.

Confeſſio peccati compendium eſt pœnarum. 219 27. In Confeſſione eſt venia, & in peccati ſui condemnatione juſtitia. 854 30. Plurimum ſuffragatur reo verecunda confeſſio & pœnam quam defenſione evitare non poſſumus, pudore levamus 821. 14 Criminis commentum, non confeſſio pudori eſt. 1328. 38. Juſtificatio Dei eſt, ut cùm boni operis aliquid fecerimus, ſemper tamen Deo peccata noſtra fateamur. 1166 30.

Deus non ſolum culpas ignoſcere confitentibus, ſed etiam præmia corrigentibus impertire conſuevit. 732. 68 Juſtus ſuorum confeſſione peccatorum vocem eripit adverſario 769 8. Non ſolùm renuntiare peccatis, ſed etiam memoriam omnem debes actus ſuperioris abolere 1481 44. V. Eccleſia claves.

Confeſſio fidei pretium immortalitatis nobis eſt. 1354 74.

Confloium violæ ubi reperiantur. 1441 128.

Confuſio bona eſt, quam pro Chriſti nomine ſubeas. 916. 68

Conjugii quanta vincula? 86. 18 Conjugii caritatem lex divina in naturam vertit. 1165. 17. Cur homines conjugia non ſpernere, nec ſibi ſociare impares debeant. 188 19. Conjugium non reprehenditur, ſed ad majorem honorem vocatur integritas. 1458 196

Vir non eſt Dominus, ſed maritus: non ancillam ſortitus eſt, ſed uxorem. 87. 19. Conjugum mores ferendos eſſe 86. 18. Simul ut ad orationem nocte ſurgendum eſt. 309. 84. Religioſiores copulæ mentium docentur eſſe, quam corporum. 1392. 26. V. Matrimonium & uxor.

Conium vitæ noxium 47 38 Eo plerumque furores libidinum marceſcunt. 48 39.

Conscientia emendatæ gratiâ nulla melior voluptas. 351. 85 Conſcientia boni facti merces piæ ſocietatis 332 47.

Conſcientia apud Deum ſe prodit, & cogitatio hominis apud eum ſe aut condemnat, aut purgat. 910. 79. Arbitrum juſtitiæ, remuneratoremque meritorum innocens non metuit conſcientia. 983. 7. Bona conſcientia quæ cùm examinatur, probatur 1004 33. Non poſſunt aliena verba crimen adfigere, quod propria non recepit conſcientia. 847. 13. Bona conſcientia non eget defenſione verborum, quæ ſuo nixa eſt teſtimonio, ipſa ſui judex 847 13. Et ipſa obmuteſcit facundia, ſi ægra ſit conſcientia. 1041. 27.

Conſilia ſalubriora tunc credimus, ſi propenſiore meditatione examinata videantur. 981. 2.

Consolatio prima ordine eſt, quod non obliviſcatur Deus facere miſericordiam 1195. 3. Secunda conſolatio eſt quod diverſis propter peccata noſtra ſupplicii, ad veniam pertinemus. ibid. Conſolatio mitis eſſe debet non aſpera. 834. 42 Sæpe lites de conſolationibus vidimus excitatas. 834. 42.

Conſules adſcribuntur tabulis emtionis. 1294 39.

Convertitur, nemo niſi qui voluntate convertitur. 752 30 Beatus qui ſe potuerit reparare poſt lapſum 677. 6 Plus eſt à vitiis ſe revocaſſe, quam prope vitia ipſa neſciſſe. 1247 5. Cum virtute ſurgit quicumque corrigitur. 855. 33. Poteſt fieri ut quæ interdum diſpliceat, emendentur cum gratia. 356. 31.

Converſione animæ nihil Deo gratius eſt. 905. 45. Novit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noveris emendare delictum. 1292 33 Verbi Dei ſententia eſt, ut converſis venia donetur; ſi tamen legitime eſt facta converſio. 1066. 30 Conſummatæ emendationis quanta virtus. 1247 4. Non mediocris eſt virtutis ab improbis ad honeſta, à terrenis ad æterna tranſire, & carnalis vitæ conſuetudinem commutare 959. 7. Caſtigare nos ipſos ſi noverimus, cedimus actias poteſtates 1213. 28.

Correctionis propoſitum & in melius mutatæ non levitas ſed virtus eſt 1184 45.

Correctio poſt paſſionem Domini neceſſaria. 1414 60.

Crimina noſtra bonis operibus, fideique pretio, & miſeratione redimamus. 210. 10. V Peccata.

Convivium quoddam exquiſitum, & opipare accuratum. 115. 5. Fugiendas eſſe comeſſationes. 561. 81.

Cordis nitidior. 833 14.

Cor ſalutis ſigna demonſtrat, quando cauſas ſuæ perturbationis agnoſcit. 832 39. Quæ ſit vox cordis. 1511 8 & ſeq. Cor prius clamet, ut ſermo poſſit à Deo audiri. 1222 12 Etſi Deus videat omnia cordis occulta; bonum tamen eſt ut unuſquiſque animam ſuam ei aperiat & expandat. 1246. 24 Qui cordis clamorem perdidit, perdidit etiam linguæ 1280. 41. Quid ſit effundere cor ſuum 966. 30. Si cor otioſum non ſit, non ſunt otioſa tempora tua. 747. 24 Corde qui uterat, comburitur corpore 711. 13. Cor ſi exagitetur, magnum periculum deſignat. 852. 38.

Quam grande munus ſit, cordis eſſe mundi 698. 64 Cor mundandum eſt, & quomodo. 1101. 45. & ſeq. Quomodo auferatur velamen, quod manet ſuper oculos cordis. 1000 23. Interdum melius eſt nudum eſſe corpore, quam corde velatum. 724 46.

Corallium in mari herba, ſi in aerem transferatur, in lapidis firmitatem ſolidatur. 93 33.

Core filiorum officia. 935. 8.

Corium ad peram & calceamenta idoneum. 1423. 57.

Cornix plena voce pluviam vocat 96. 39. Cornicum in filios amor. 103. 58.

Corona luctando quæritur, non reluctando: ſtudio, non refragio 772. 17. Non eſt corona niſi ubi fuerit difficilioris lucta certaminis. 1213 19 Non decet redimitos floribus corona, ſed pulverulentos: nec molles delicias, ſed duros labore exercitii ornat victoria. 1196 5. Quanto plura certamina, tanto præcellentior corona virtutum 1264 6. * 1344. 37 Corona certantibus non niſi ultimo die dari ſolebat. 133. 1. Quo clarius meritum conati, hoc uberior juſtitia coronantis. 1145. 16.

Corporis humani forma ceteris præſtat. 135. 54. Ejus fabrica inſtar eſt mundi ibid. 55. Singula humani corporis membra ita uſum miniſtrant, ut præſtent decorem. 235. 18. & ſeq.

Corpus humanum ſeptum eſt corio, ut à frigore æſtuque defendatur. 248 50. Adextum eſt ficut nidus. 133. 14 Cui uter dicatur. 1108 14

Corporales impreſſiones cùm patimur, cui exclamare conſuevimus 1280. 7. Quantas occupationes corporis hujus neceſſitas invehat, quibus impeditur animæ vigor, ac revocatur internus. 394 12

Corporis vires exercitatione augentur frequenti: at inexercitata minuitur & labitur 216 22.

Sancti etiam citra gerunt corpus non ſunt tamen in carne, ſed in ſpiritu 1062 18. Sunt plerique in corpore ſito, qui peregrinantur à corpore, & adſunt Deo 1010. 5. & 1167 38.

Anima ſoli utitur corpore ut inſtrumento aut organo 400 25 * 401. 27. Boni reges qui ſui corporis poſſunt ſe præbere rectores. 959. 7 1151 30.

Corporis noſtri aſus nobis inimicus gravis eſt. 401. 26. & 1112. 24. Anima beata eſt quam nulla adverſa corporis prælia expugnant. 376.

61. Voluptates corporeæ, eſcæ malorum 376. 61 Homo illecebris corporalibus deditus ſeipſum inhonorat 187. 10. Corporis infirmitas ſobrietas mentis eſt. 18 31. Corpus noſtrum hoc tabernaculum teſtimonii eſt. 1144. 11.
Correptio amantis eſt non exſecrantis, bonitatis non crudelitatis. 1081 7. Correptio eruditio eſt. 822. 19. Medicina Chriſti correptio eſt. 840 56. Qui ſanari vult, argui non reformidat: ſed non vult argui in furore, ſed in verbo Dei. 823. 19.
Ordo correptionis fraternæ. 1067. 32 Diſciplina ſeu correptio moleſta eſt, niſi habeat ſcientiam. 1082 10 Sapiens quomodo alios corrigere ſtudeat 255. 66 Gravis verecundia pudorque delicti ab inferiore reprehendi. 728 56. Plus proficit amica correptio, quàm accuſatio turbulenta. 1475. 22 Omnis diſciplina ſeu correptio, etſi ad tempus habeat amaritudinem, poſtea tamen pacificos fructus ferre conſuevit. 1082 10
Coturnices Helleboro veſcuntur. 48 39.
Corvum quaſi anuntium futurorum plerique æſtimant. 154 62
Creatura in ſui exordio ſecuta eſt præceptum Dei, & uſum ſecit ex lege 36 8 Non debemus condemnare in creaturis, ſi quæ nobis difficilis intellectu videntur. 147. 7.
Critias ſanguinem animam eſſe exiſtimavit. 266. 91.
Crudelitas. Multos vitia blandiora decipiunt, & contra avertit à ſe plurimos, triſtis & nimium ſevera crudelitas 1183. 43.
Culpa ſubſtantiam nullam habet. 905 44. In hunc mundum tamquam hoſpes intravit, aliena noſtræ & peregrina naturæ. 728. 59. Malitia fons peccati eſt, culpa infirmitatis eſt lapſus. 2163. 25.
Culpa plus quàm ærumna à ſancto viro deſletur. 2194. 36. Intus eſt culpa, intus & virtus. 731. 66. Tua te ipſa culpa accuſat & prodit. 579. 51 * 731 66
Creſcit culpa, cum proditur, nec cavetur. 449. 23. Tolerabilior culpa quæ premitur verecundiâ, quàm quæ inſolentiâ prædicatur 302. 59 * 719 34
Innocentia arrogantem me fecerat, culpa ſubjectum reddidit. 452. 22. *V. Malitia & Peccatum*
Cupiditatum cauſæ ſunt carnis oblectatio, ſpecies gloriæ, aviditas potentiæ. 1343. 35. Defectio cupiditatum & vanitatis, adjectio eſt veritatis. 436 47. Cùm compreſſæ fuerint cupiditates, poſſunt virtutes & bona opera germinare. 261. 77. Finis tentationum, finis eſt cupiditatum 1343 35.
Cupreſſus numquam amittit viriditatem ſuam. 1015. 21. Lacunaribus faſtigiiſque commoda habilis. 54. 53.
Cuſtodis boni præſentia ibi frequentior, ubi muri fragiliores. 229 5.
Cygno cur collum procerius? 108. 75.

D

Daleth ſignificat latine timorem vel nativitatem. 1009 1.
Damnentur cur multi, pauci coronentur. 850 6.
Dan judicium interpretatur. 523. 54 * 877. 25. Benedictio ejus explicatur. 522. 32. 33. Figura fuit Antichriſti. 877. 25.
Danubius de occidentalibus partibus Barbarorum atque Romanorum interſecat populos. 28. 12.
Darius Medus Rubrum mare Ægyptio pelago connectere voluit. 57. 10.
David Hebræi excelſum dicunt, Latini humiliatum interpretantur. 720. 39 Ejus ſe dici filium ipſe Dominus gratulabatur 676. 3. Arguuntur qui eum Filium Dei & Chriſtum eſſe dicebant 713 22. & *ſeq*
David magnus moralium magiſter 971. 1 Illius fortitudo facta eſt univerſorum victoria. 684. 26. Major in eo pietas, quam virtus corporis militabat 2008 46. In ipſo quam in Salomone major Dei gratia fuit. 843 4. Quare ante arcam ſaltaverit 1385 5 Ejuſdem clementia morum manſuetudo pietatis, & vehemens devotionis incentio 1162 15. Quam injuriæ patiens & doloris 683 30 Parcebat inimico, & malebat innocentiam ſuam quam vitam tueri 748 7. Didicerat de Chriſto bonus eſſe pater. 1150, 27 Cur Abſalon prius dixit puerum, poſtea filium. 1190. 23 Irrationabilem concupiſcentiam rationabiliter parato fraudavit remedio. 445. 3. Quid à Domino tamquam ſervus, miles, & vocatus exigeret. 1044 4. Multo admirabilior qui poteſtatem vicit, quam qui amorem 710 9
David fundebat Chriſti ſanguinem, non aquæ elementum quod erat in lacu Bethleem. 686 35. Vidit ſacramenta novæ legis. 695. 58 Vidit remiſſionem futuram omnium delictorum, prævidit fulgorem gratiæ per lavacrum regenerationis, & infuſionem Spiritus ſancti 683 24 Reſurrectionem Domini multo poſt ſæculo futuram pia fidei devotione celebravit. 819. 79. Quod ipſe neſciebat, Nathan inferior propheta cognovit. 1119. 28.
David cur peccati exſors non fuerit. 687 36. * 718 33 Ideo videtur peccatum guſtaſſe, ut doceret quemadmodum peccatum poſſet aboleri. 815 1. Quam efficaciter ille nos peccatorum noſtrorum pœnitere docuerit. 813. 1. Quàm cito peccatum confeſſus ingemuit culpæ dolore. 677 5 Iniquitatem propriam confitendo, juſtificatus eſt in ſemetipſo 1051 22 Quomodo peccatum ſuum penitus deleri. 820. 24 Eum homicidia ſua, & adulteria decantaſſe male gentiles objiciunt. 709. 6. & *ſeq* Non alia re præcelſior, quam quod commiſſum adulterium pœnitentiæ putavit lacrymis abluendum. 1317 37. & *ſeq*. Peccavit David, quod ſolent reges: ſed pœnitentiam geſſit & flevit, quod non ſolent reges. 681. 15 * 709. 7 In electione pœnæ pro peccato ſuo rationem ſecutus eſt, in dolore pietatem. 822. 16 Quibus operibus peccatum ſuum texerit. 883 & *ſeq*. Sic dilexit Dominum, ut nimia caritate peccatum omne tegeret atque abſconderet. 683. 25. Licet pœnitentia abolitum, ſuſpectus tamen erat, ne forte adhuc maneret ejus opprobrium. 1031. 40
Davidis factum cum Uriæ uxore, myſterium fuit in figura, peccatum in hiſtoria: culpa per hominem, ſacramenta per Verbum. 2526. 38. Myſteria ſub eodem adulterio adumbrata deteguntur. 720. 37. & *ſeq*. * 725. 50. & *ſeq*. Deus de ſanctitate & juſtitia ejus jam judicavit. 676 3. Figura Chriſti fuit. 222. 25. * 282. 20. * 686. 12. & 14. * 703. 81 & 1241. 21. Quid ingreſſus in domum Achimelech, ubi quinque panes petiit, figuret 1364. 35. & *ſeq*.
Debitum cùm ſolvitur non quantitas, ſed animus reddentis, conſideratur. 217 23
Decorum quod bonum, quod autem indecorum hoc malum. 373. 60.
Defensio eſt non arrogantia, quando non excellentia aliqua honoris adtollitur, ſed formidabilis ærumna propulſatur. 1172 10. Melior eſt cauſa, quæ non defenditur, & probatur. 2525 97. Ambiant defendi, qui timent vinci. 2525 97.
Delectatio naturalis eſt 738 2 Summum eſt virtutis & erroris incentivum. 737. 1. Prima eſt origo peccati. 179 73. Ex mentis vigore reſoluto ſe ſe effundit. 337. 2. Operiebat, & quaſi tegebat corpus noſtrum per Adæ errorem. 259 72. Grave & iniquum certamen adverſus delectationes præſentium. 748 25. In exigua delectatione amaritudo perpetua eſt. 634 22
Delictum minus eſt quam injuſtitia vel iniquitas. 690 45. * 691 49
Democrito plurimum de phyſicis vetuſtas auctoritatis detulit. 2 3.
Detrium utilitas 139 66. * 236. 22.
Depoſitum & commendatum eſt, quod cuſtodiæ cauſâ cuipiam committimus. 614. 67.
In deſerto tentationes plurimæ, iniſus ad virtutem difficilis, lapſus facilis ad errorem 1336. 8.
Deſideria ſuper nos extendere humanum eſt. 1192. 28. Conſtituendum ante Dominum omne deſiderium noſtrum. 831 38.
Deſperandum numquam eſt, & cur 826. 26 Si quis leviores habeat paſſiones, non penitus divinam deſperet gratiam. 269. 101 *V. Spes*.
Deſpicere neminem quare debeamus 1226 17.
Devotio in exſequendis Dei mandatis, virtus prima eſt ordine, & ceterarum fundamentum. 281 3. Ipſa manet in æternum. 1006. 42. Epulatur animus devotionis alimento. 2053. 29 Devotio religioſa ambitione caret. 2343 34 Bona comes humilitatis 1148. 23. Devotionis tria in nobis officia definiuntur, nimirum fides exigitur, ſtudium deſideratur, facta quærimus. 194 12. Devotio ſera nihil habet laudis. 1214. 19.
Dæmon operator operibus ſuis proditur. 421. 10. Qui ex corruptibilibus mundi putat quod Deum comprehendere poſſit, infatuatur. 3 9 Quæ major eſt gloria quàm pectoribus nationum cognitionem divinitatis infundere. 194. 16.
Deus dicens ego ſum qui ſum, rem expreſſit, non appellationem. 196. 19. Unus eſt, non unus e numero. 1487. 65 Dives Philoſophia plures ſibi Deos fecit: pauper Eccleſia unum Deum novit. 1474. 17. Illius eſt eſſe qui ſemper eſt. 1521. 80. Semper enim eſſe divinum eſt 128. 41. Nec initium dierum, neque finem habet. 5. 9.
Deus eſt ſpiritus. 127. 40. Nihil habet in ſua ſubſtantia corporale 914 63. & 1456. 188. Incorporei Dei corporea adumbratio eſſe non poteſt. 9 18. Refelli non poteſt perſonas Trinitatis ea ſpecie videri, quam voluntas elegerit, non natura formaverit. 1274. 25. Corporalibus non videtur oculis. 1207. 41.
Dei proprium eſt, ut bonum ſit. 1083. 15. Deus univerſitate bonus, homo ex parte. 1487. 65. Supra meritum noſtrum Dei bonitas redundavit. 761. 50. Quomodo bonus ſit omnibus. 663 4. Bonitas Dei in omnes eſt, ſeveritas in paucos. 1081. 7. Manus Dei plenitudo bonitatis eſt, facies ejus illuminatio mentis eſt. 924. 88.
Deus in ſemetipſo manens dat aliis, nihil autem in ſe ex aliis ſuſcipit. 381 78. Neque defectionem aut diminutionem patitur, neque adjectionem capit. 186. 8 * 874. 20.
Deus qui ubique & omnibus præſens eſt, quomodo quibuſdam propior ſit. 1119 39. & *ſeq*. Etſi immenſus Deus, menſuram omnium tenet. 297. 30 Deo nihil immenſum eſt, qui omnia menſurâ quadam ſuæ ſcientiæ comprehendit. 830. 20 Dei quænam eſt deambulatio. 176. 68.
Deus cùm immutabilis ſit, cur dicatur iraſci. 231 9 Non cogitat ſicut homines, ut aliqua ei nova ſuccedat ſententia. 231. 9.
Divinitatis ſplendor incomprehenſibilis primus noſtri corporis ſenſus. 1425. 17. Inſcrutabilia judicia Dei, ſed non inſcrutabilia judicia oris ejus 992. 29. & 30. Ejus conſilium humana vota non capiunt. 1366. 43. Dei ſpiritus non humana opinione comprehenditur, ſed quaſi quodam eventu inopinatus illabitur. 1528 115. Quam probabile ſit deſiderium videndi vultus divini. 1062. 19.
Nihil eſt præter Dei ſcientiam 1906. 28. Deo omnia præſentia quæ futura ſunt, & manifeſta quæ latent. 770 11. Numerus capillorum quomodo Deo cognitus. 1436 112. Qui novit Dominum, ſcitur à Domino. 791 31. Cognitio Dei dignationis eſt, non viſionis. 792. 33.
Dei immobilis voluntas, homines vero mobiles & cur. 961 18. Deo lex voluntas eſt, & donandi jus 838 52 Voluntas divina fundamentum eſt univerſorum. 12. 22. Voluntas Dei poteſtas eſt. 1353 3. Voluntas Dei menſura rerum eſt: ſermo ejus finis eſt operis & ortus naturæ. 24 4. Virtus naturæ eſt. 26 10 Sermo Dei voluntas eſt, opus Dei natura eſt. 19. 33.
Quid non poteſt qui omnia poteſt, niſi quod poſſe noluit. 2231 37 Dei operatio qualis? 179. 74. Vox Dei efficiens naturæ eſt. 36. 8 Deum auctorem eſſe mundi ac diluvii. 243. 42. Chriſtus & Spiritus ſunt manus quibus Deus hominem creavit. 1092. 17. Prima Dei vox ſingulis elementis impertita gignendis, lex naturæ eſt, quæ terris in omne ævum remanſit futuræ ſucceſſionis datura præſcriptum. 42. 26. * 49 43. Quod jubet, facit. 37. 9. Non laborat in maximis, nec faſtidit in minimis. 80. 5. Mutabilis in utriſque. 126. 57.
Dei in homines providentia. 89 23 Male quidam philoſophorum illam negarunt 268. 100
Deus cujus ſervum eſſe virtutis eſt, ipſe permiſit ut eum patrem vocemus. 518 27 Si honorari parentes atque amari juſtum eſt, quanto magis parenti omnium deferri debet amor & honorificentia. 345 69 * 463. 20.
Deus ſolus magiſter eſt verus. 1078. 59. Non vult cum aliis conſortium habere dominatus. 1122. 27.
Dei in nos quanta caritas. 432. 24 & *ſeq* 729. 62. & *ſeq*. Quomodo miſericordia ejus plena ſit terra. 1077. 57 Miſericordia homi-

pis in proximum ſuum, miſericordia Domini in omnem ratuem. 1230. 19. Vita tua non in abundantia tua ſed in Dei eſt miſericordia. 1140. 28. Adſpectus Dei ſalus noſtra eſt, atque in ejus vultu noſtrum eſt adjumentum. 912. 15. Ubi adjumentum Dei, ibi certum ſalutis auxilium. 1151 30 * 1166. 49. Quos Deus adſpicit illuminat. 697. 61. 792. 33. Cito dat. 198. 31. Non eſt ſerus ad remunerandum, cito promittit, & multa largitur; & quare? 288 18 Ta dius votum precamur, quam remuneratio eſt præmium. 812 18. Uberiora ſunt dona largientis Dei, quam merces operantis. 891. 22 Nihil imperfectum dat Deus. 196 28 Sua dona ſine ullo donationis diſpendio, nugidque fruitur eo, quo nos utimur 240 35.

Eſt miſericordiæ divinæ ut nulli cauſa ſit mortis, & omnes putet eſſe redimendos. 898. 15. Omnia ſalva eſſe vult. 760. 48. Si in te non ingrediatur, non ingredientis ſed aperientis eſt culpa. 1280 40. Omnes ſuos vult eſſe, quos condidit & creavit: etiam fugientes requirit, & abſconditos non vult perire. 865. 20. Solet congregare diſperſos, deſertos requirere, colligere deſtitutos. 984. 9.

Deus neminem deſerit aut repellit, niſi qui ſe ab ejus conſpectu paraverit ſequeſtrandum. 672. 29 * 802. 57 & 1167. 32. Nihil gravius quam etiamtem à Deo deſeri. 221. 52. Quam grave ſit projici à facie Dei 672. 30. à 699. 67. Quid ſit à Deo repelli. 989 & *ſeq* Unuſquiſque ſtudiis ſuis ſe ſe jungit Deo, aut ſeparat. 1167 32. Deus relinquitur pravitate morum, & deformitate vitiorum. 1167 32. Deſeruntur à Deo qui oderant, eliguntur qui amaturi erant 1495. 1. Deus excæcavit populum Iudæorum, non duritiâ, ſed præſcientia; nec malitiâ, ſed æquitate ac juſtitiâ. 1191 27.

Duo quædam in Deo principalia ſunt genera virtutum, unum quo remittit, aliud quo vindicat 212. 35 Miſericordia Dei cum judicio, & judicium cum miſericordia 1132 40. & *ſeq.* Deus ideo dicitur, quia indulget: Dominus, quia vindicat. 246. 47. Miſericordiam quaſi liberalis impertit, & judicium cum miſeratione diſpenſat. 619 86. Severus in corripiendo ſed dulcis in corrigendo eſt 886. 3. Severitas ejus in bonitatem recurrit. 1081. 7. Opus ſuum probare magis atque augere, quam minuere aut damnare conſuevit. 1200 19. Etſi iraſcitur, ignoſcit: etſi percutit ſanat: etſi tradit in interitum carnem, ſpiritum ſalvat. 816. 16. Deus cùm iraſcitur in reum, differt: cùm miſeretur, properat, ut abſolvat; terret, ut corrigat, admonet ut emendet, prævenit, ut ignoſcat. 822. 17. Iraſcitur peccatis noſtris, ſed non obliviſcitur pietatis: minatur ſupplicium, ſed non permittit excidium: moderatur vindictam, revocat ſeveritatem. 245. 45. Quam clemens, quam pius, cùm aut miſeretur, aut vindicat. 1081. 7. * 1435 175. In remuneratione præmiorum promiſſa cuſtodit, in exactione pœnarum præſcriptum remordet. 822. 17. Fortis manus Domini ſicut male percutit, ſic cito ſanat: quæ fortis ad vulnus, fortis & ad remedium eſt. 855. 33. Non vult vindicare, qui paratus eſt ignoſcere. 421 14 Nullam prius ipſe condemnat, ſed unuſquiſque ſibi auctor eſt pœnæ. 1594. 46 Quanta Domini patientia, ut non ſtatim peccatorem puniat! 298 46. Patientia Dei non præjudicat veritati. 667 14.

Miſericordiam magis petere Dei, quam juſtitiam implorare debemus. 1179 32 Eam fide, ſtudio, operibus meremur. 194 23. Prius ad Deum quam ad humana ſubſidia confugiendum. 201. 40. Dominus etiam circa indignos promiſſa ſua ſervat 588 73

Sola Dei poſſeſſio eſt, quæ perpetuæ gratiæ ferat fructus. 211 22. Propoſuit tibi Dominus in potione aurum, honores, nobilitatem, & ſe ipſum: elige quam putas. 1060. 13. Deum præferre debemus omnibus. 285 9 Cui Deus portio eſt, nihil debet curare niſi Deum 420. 7. Ille totius poſſeſſor eſt naturæ 1057. 5.

Non eſt ſolus, cui Deus præſens eſt 845 9. Nullus abſens Deo, niſi qui ſe abſentem fecerit 787. 20. Stans cum Deo lapſum timere non poterit. 285. 9 * 1156. 17. Deo vivamus, cui mori glorioſum. 1058. 7. Votis, & pura conſcientia, & ſpiritu caritatis adhæreamus Deo. 209 9 Quomodo per Chriſtum Deo appropinquamus. 1248 8. Quam rarus qui poſſit dicere Deo: Tuus ſum. 1125. 57. & *ſeq.*

Deo duce omnis levatur labor, omnia impedimenta removentur, incentiva ſubminiſtrantur. 799. 50 Bene dirigitur, cujus dexteram Deus manu ſua tenet. 671 27. Bonum eſt quærere Dominum, ſed aliquando in malum vertitur. 1141 31. Quid ſit vias ſuas ambulare hominem, & vias Dei? 1012 10.

Deus quomodo juſtificetur. 1184 2 Quomodo magnificetur 1390. 27 Deo reverentiam qui non exhibet, naturæ non defert obedientiam 219 28 Hæ præcipuæ virtutes, ut Deum exprimas quaſi imago archetypum, diligas quaſi filius patrem, adores quaſi ſubditus regem. 422 11

Quomodo loquatur Deus 176. 69. Deo ſemel loquente, quomodo plura audita ſint? 967. 31 Cur dicatur jurare. 203 43 Quomodo iraſci. 822. 19 Dei ingreſſus & egreſſus qualis. 899 29

Dei manu virtutem intelligimus puniendi 813. 10 Cur Deus & lux & ignis eſſe deſcribatur. 1066 27. Ignis Domini lumen eſt æternum 1442. 132. Illuminare ſolet, non exurere 66 9.

Nihil eſt ultra Dei injuriam peccare gravius quod poſſis. 1435 106 Omnium acerbiſſimum eſt quidquid in Dei fieri videtur injuriam 759 47 Nemo gravior hoſtis omnium, quam qui omnium lædit auctorem. 1200. 18. Re ponenda eſt utilitas noſtra, ubi divinitatis injuria eſt 1485. 60.

Diabolus natura non improba, ſed opera iniqua. 1350. 61 Cur non ſemper manebit. 1394. 46. Qua fraude deceptus ſit 1317 11. Per ſuperbiam naturæ ſuæ amiſit gratiam. 1046 8.

Differtur diaboli judicium, & cur? 1228. 23. Non vult Dominus commune ſanctis cum diaboli ſociis conſortium eſſe judicii 1228. 22. Quas pœnas penſatur. 431. 40. 41.

Diabolum fuiſſe in paradiſo terreſtri ſub figura ſerpentis. 148. 9. Id non reprehendendum, neque de eo dubitandum. 149. 10. Pleriſque tamen illud negarant. 149. 11.

Diabolus quidnam in homine inviderit. 169. 54 Illius malitia facile occulta deprehendit. 1183. 3. Ipſum hominibus prodeſſe ad ſalutem. 148 9. Improbus magiſter eſt diabolus, qui falſa veris permiſcet. 1408. 101. Nomen Jeſu Nazareni in Evangelio Lucæ diaſſe primus induxit: & in Geneſi primus Deum homini nuncupavit. 1550 60. Sicut ſancti membra ſunt Chriſti: ita impii membra ſunt diaboli. 776. 27. * 919. 9.

Diabolus rex eſt ſæviſſimus. 908. 54 Fugienda ſunt omnia quæ illius ſubjacent poteſtati, & ipſe 1342. 30 Omnium auctor eſt flagitiorum. 844. 6. * 1173 12. Quis tam inimicus tuus, quam princeps iſtius mundi & ſocii ejus. 901. 33. Mors eſt qui ſe miſit in cor Judæ 929. 9. Tripudiabat quod apoſtolum ſubtraxerat Chriſto: ſed plus quam ſubtraxerat, in latronis converſione amiſit. 864. 17. Quid mirum ſi gravare homines poſſit, qui pervicaci ſpiritu nec Deo cedit. 1174. 15. Socios quærit ad culpam, ut obnoxios prodat ad pœnam. 978. 13. * 1447. 150. Imitatur perdicem quæ aliena ova diripit & fovet. 118. 13 Mutuatus eſt quod non tenebat, nec vult reſtituere quod accepit. 797. 46.

A Deo permittitur diabolo in homines poteſtas, ut boni probentur, improbi puniantur. 1395. 49. Accepit tentandi licentiam, ſed non accepit copiam ſubruendi. 149. 10. * 1437. 115. Cognoſcenda ſunt tentamenta illius, ut docti inſtructique caveamus. 172. 38. Varia ejus tentamenta exponuntur. 170. 55. Ira, furor, cædes, arma ſunt diaboli. 801. 56. Tibi blanditia ejus plus cavenda eſt 1343 34 Tentat, ut adverſarius; defendit ut ſervus. 825 25.

Nemini poteſt nocere diabolus, niſi ipſe ſe miſerit. 1540. 25 Neminem jugo ſervitutis adſtrictum tenet, niſi ſe priùs ei ære peccatorum vendiderit. 447. 10. Non capit laqueus diaboli, niſi ante eſca te ceperit. 1155. 37. Cito diabolus deſidit januam cordis noſtri ſi eam patentem invenerit. 649 28 Si diabolum non conterimus, noſtra culpa eſt. 1110. 18 * 1344 56. Adverſus illum non vocis magnitudine ſed magnanimitate cordis pugnandum 1211. 8 Non merito tuo, ſed odio ſui vincitur. 1418 29.

Diabolus per antitheſim Chriſto opponitur. 1456. 114 * 1437. 117. Chriſtus voluit ſe principem mundi fallere, in diſcipulis triumphare 1005 54 Quam beatus vir in quo diabolus nihil offendit, quod ſuum agnoſceret 466 24 In illo ſolo nihil invenit, qui peccatum non fecit. 574 55.

Dialectica divitis verborum ſtrepitu, tamen Dei ſervat. 791. 18.

Διὰ παντὸς & omne tempus ſignificat, & per omnia. 1024. 21

Dies acceptio diverſa. 244 43. Dies temporis portio eſt, non principium. 10 22. Viginti quatuor horarum menſura unius diei tempus eſt. 22 37.

Dies Dominica habet ex numeri ordine primatum, & ex reſurrectione Dominica dignitatem. 932. 1 Cùm omnes dies fecerit Deus, huic tamen diei præ ceteris divini operis prærogativa delata eſt, quo peccatum omne ſublatum eſt. 887 6

Dies Chriſtus eſt 1054. 33 * 1464 112. Quibus Chriſtus adeſt, ſemper dies eſt, & nunquam ſol recidit. 1122. 26. Qui mali ſint dies. 791. 52.

Digeſtio quomodo fiat. 141. 71 * 258 18.

Dignitas omnis ſæcularis diabolicæ ſubjacet poteſtati, ad uſum fragilis, & ira vani fructum. 1341. 28.

Dilectionis & amoris differentia. 1542. 177. Ubi dilectio perfecta, ibi ſecuritas. 1151 70. *V. Caritas.*

Diligentia ingenioſi adminiculum 316. 8. Diligentia & fides ſuperiorem locum tenent. 831. 15. Non ſatis eſt recte facere niſi etiam mature quod facias 295. 31. Molimina Deus ſera condemnat 1557. 162 Bona diligentia cum ſapientia, & inventio cum ingenio naturali 448 50. Candidatum regni cæleſtis nullatenus impigrum eſſe debere. 462. 10. Naturam nobis formare non poſſumus, poſſumus diligentiam. 808. 66. Deus præſentior eſt diligentibus, negligentibus abeſt. 1499. 23.

Diluvium verno tempore cœpiſſe & deſiiſſe. 146 48 * 252. 60. Cur ſexcenteſimo anno Noe. *ibid.* Qua ratione quadraginta dies diluvium fuerit. 244 44. Quomodo per quindecim aquæ cubitos quibus montes diluvium ſuperabat, quinque ſenſus hominis adumbrentur. 248 52. Cur ſecundo diluvio, non defuerit gratia fecunditatis. 229. 6 Utrum folium olei à columba allatum ante diluvium, vel diluvii tempore exortum fuerit 256. 68. 69. * 259. 74. Corvus & columba ex Arca dimiſſa malitiam & virtutem figurabant. 254. 64. Diluvium Spiritus divini virtute repreſſum eſt. 251. 58.

Διηγητικοί quid. 355 54.

Diſciplina, ſapientia, & intellectus quomodo inter ſe differant. 886. 3. Diſciplinæ perfectæ plenitudo mentem non ſinit edaci libidinum vapore conſumi. 111. 11

Diſcipulis ſuis Chriſtus omnia ferè vocabula ſua donavit. 1407. 97.

Diſcordibus nulla ſpatia ſatis eſſe poſſunt: quietis & pacificis etiam anguſta abundant 313. 86.

Diſtinctio in omni re confuſione melior eſt. 215 21.

Dives unde dicatur 572. 28. Quis vere ſit dives. 581 60. Hoc eſt eſſe divitem, habere quod ſatis voluntati ſit. 320 28 * 561 32 Dives eſt qui juſtus eſt 1534. 139. Quis ditior quam qui dives in Domino eſt 782 22 Divites ſi cuſtodiant mandata Dei, ſit eis poſſibile quod impoſſibile videbatur 988 18. Non omnes divites avari 1495 86 Dives cur interdum juſtus, inops autem peccator, & quare. 961 18

Definitur contra naturam eſſe dives miſericors 1488 70. Divites clauſas aures habent & ſono æris obturas: nummus illis magis reſonat, quam verba divina 1058 9. Quanta divitiarum in pauperes duritia 565 1. * 581. 56 & *ſeq.* Pauperi ipſam dives invidet ſepulturam 578 46. Strangulat avaritia pauperem in hoc ſæculo: ſed in perpetuum dives ſuis laqueis ſuffocatur. 1028 31 Dolos

ne actos pauperis cujuſdam parentis quem dives ad vendendum filium cogebat, eleganciſſime deſcribitur. 570 21 & ſeq. Funeſta fames divitum, funeſtior luxuries 570 20.

Divites quam longe lateque diffundant cupiditates ſuas 276 125. * 586. 12 Quanti divites Deum ſibi non ſufficere judicant 1125. 57. Quam rarus inveniatur qui poſſit dicere; Portio mea Dominus 1056 5 Omnibus in commune elementa donata ſunt: patent æque divitibus ac pauperibus ornamenta mundi. 134 52.

Quanta ſit inſolentia & tumor divitum 1473. 14 Inflat pleromque homines utilitatis jactantia, & rerum affluentia ſæcularium, niſi pudeat in te aliena magis quam propria laudari. 1139 28.

Dives quod ſuum eſt quaſi vile faſtidit, quod alienum quaſi pretioſiſſimum concupiſcit 568. 9. Quam ſit inquietus 573 29. Divites quanto abundantiores tanto pauperiores ſunt. 566. 4. & ſeq Damnum ſuum credunt quidquid alienum eſt. 568 11 & ſeq. Pauperie miſeriores ſunt; 573 31 Tolerabilior ſervulorum quam divitum conditio. 578 28 Captiva eſt opulentia, paupertas libera. 579. 51 Divites miſeram ſervitutem ſerviunt. 579. 52. Non poſſeſſores divitiarum ſunt, ſed a ſuis divitiis poſſidentur. 583 63. Divitem recte argus illuſtrat 575 38 Illum eſſe ſicut pulverem ante faciem venti. 759. 46. Sicut cedrus frangitur. 812 77. Divitis cujuſdam egregie ſordidi exemplum 569 18

Dives non faſtidiat inopem, neque diviti pauper invideat, & cur 947. 5 Nulla diſcretio inter cadavera mortuorum niſi forte quod gravius fœtent divitum corpora diſtenta luxurie. 133 57.

DIVITIÆ unde ſic dictæ. 339. 60 Alienæ nobis divitiæ ſunt, neque nobiſcum naſcuntur, neque nobiſcum tranſeunt. 1469 146 Non divitia accuſantur, ſed divitiæ peccatorum 790 27. Fidei non præjudicant opes, ſi tamen uti operibus noverimus 880. 31. Divitiæ ut impedimenta in improbis, ita in bonis ſunt adjumenta virtutis. 1493 85 Non ſancta omnis paupertas, aut divitiæ criminoſæ 1471 15 Non eos qui habent divitias, ſed eos qui uti his neſciunt, ſententia cæleſtis condemnat. 1371. 69.

Divitiarum commendatio non hominum laus eſt ſed metallorum, in quibus homines puniuntur 580 54 Cur ſucceſſus proſlui ſæcularium commodorum, & abundantia divitiarum impiis concedantur 668 81. Fortuito divitiæ ad impios, non aliquo merito deferuntur, nec præmia virtutis ſunt emolumenta theſauri. 668 17. * 784 17

Divitiæ quantum inutiles? 578. 27 Salutem afferre non poſſunt. 1120. 21 Directus ad regnum Dei opes & patrimonium non requiras 853. 27. * 1481 44 Si vis Deus peccatoribus eſſe, terrori regibus, reverentiæ aliis, contemne quæ ſæculi ſunt, & Dominicæ paſſionis opprobrium contende omnibus præferre divitiis. 2061 15 Mentis eſt optimæ ſuis contentam eſſe bulbis, non extolli divitiarum copiis, & rebus ſecundum gratiam voluptatum fluentibus 381 1. Fuge divitias peccatoris, ne inveniat ubi vulnerare te poſſit 789. 24 * 853. 27. Diaboli laqueum eſſe divitias, quem tetendit Salvatori, quo Judam apoſtolum ſtrangulavit. 1153. 36. Quam magnum contemnere divitias: ſed quam rarum hoc ipſum eſt 106. 15. Quid parcimus patrimonio, quod & ipſe diabolus vile judicat pro ſalute 825 23.

Vides quia divitiæ affluunt, non vides quia prætereunt 966 32 Quomodo divitiæ ſæculi abeunt veluti ſomnium exſurgentis. 628. 8. 9 V. Abſtinentia & Avaritia.

Divortium. V. Uxor.

DOCTORES inter & docentes diſcrimen. 1134. 12 Doctorum diverſitates. 1161 24. Doctores qui ab aliis exigunt, quæ ipſi non queunt æmulari, quibus comparentur. 1435 505 Merito ſuper omnes docentes intellexit, quem docebat ipſa ſapientia. 1134 11

DOCTRINAM intellectu facit, non memoria. 1 93. 19 Suavis omnis doctrina moralis. 971. 1 Bonus ſtudio cognitionis, melior erit eloquentiæ rationalis, moraliſque doctrinæ gratiam quærens 992 31 Vita bona ſine doctrina habet gratiam. doctrina ſine vita integritatem non habet. 973. 1. Ante vita quam doctrina quærenda eſt ibid Doctrina non poteſt mercedem habere, ubi gratiam non habet innocentiæ. 975. 6 Doctrina vitæ immaculatæ ſenilem præſtat ætatem. 1135 13.

Doctrina cur fermentum dicatur. 1457. 391. Qui errat in dogmate, viam veritatis non elegit. 1016 25 Cum aliquos doctos audiunt impii, eos propter doctrinam vitare conſuerunt. 1096. 27.

Doech typus Judæ 1364 37.

Dolus bonus, ubi irreprehenſibilis eſt rapina. 462 10.

Dominos plures habet qui unum non habet. 1496. 6.

Donare nemo poteſt quod non habet. 526 45.

Donec in Scriptura quid ſignificet. 254. 63.

Dorſum ſignificat defectionem 486 11.

Draco elephantem ligat, cujus ruina mors victoris eſt. 48 40.

Dura nemo putet eſſe, quæ juſta ſunt. 1146. 26.

Duobus malis cito erratur. 449. 55.

E

EBRIETATIS duæ ſpecies 272 11. * 275. 18. Eſt ebrietas culpæ, eſt & gratiæ 554 61 Bona menſæ ſpiritalis ebrietas. 1238 14. Bona ebrietas poculi ſalutaris. 773. 19 * 1239 4. Sobrios facit, lætitiam generat non titubantiam 192. 19. Pudicitiæ cuſtos eſt. 193 20.

Ebrietas in vulgaribus hominibus quam ridicula ſit & odioſa, eleganti deſcriptione exponitur. 548. 42 * 553. 60 & ſeq. Et maxime in militaribus hominibus 549 46. & ſeq Nec non in feminis 555. 66 Potantium obteſtationes propinationeſque 554 62 Quædam prodigioſa bibendi ratio arguitur. 555 64

Ebrietatis effectus. 192. 18 Ebrietatis & vini quanta mala. 539. 10. & ſeq 542, 23. & ſeq. 551. 52. & ſeq. 553 59 & ſeq. 556. 68 Oculis caritatis libido, ſed ebrietate ſœcunditur. 712. 18 Vitanda ebrietas, per quam crimina cavere non poſſumus 301. 57. Major vis vini quam veneni. 551 52. Sicut mater fidei continentia: ita perfidiæ mater ebrietas 548 41. Sæpe ſecretiora vino excoquuntur. 554 63. Unius diei convivium, pretium eſt vitæ eſt. 1126. 39.

Ebrioſi comparantur navibus. 557. 72 Exemplum adoleſcentis ebrioſi ad philoſophiam converſi. 548 45.

Eccleſia in primordiis mundi deſponſata in paradiſo, præfigurata in diluvio, annuntiata per legem, vocata per prophetas, Evangelii decorem diu expectavit 974 4 Rebecca Eccleſiæ typus. 461 9. Et vidua illa ad quam Elias directus eſt 1347. 50. Et Maria. 1284. 7 Et mulier Evangelica. 1456. 187 Et mulier ingreſſa domum phariſæi. 1095 25. Eccleſia meretrix ſpeciem accipit peccatricis. 1388. 82. Dominus in typo ejus feminam ſalvat. 1453. 175 Figuratur in luna. 517. 13.

Eccleſia una Domini, non congregatio. 35 2. 3. Chriſtus dignatus eſt omnes gentes in unum corpus Eccleſiæ congregare. 761. 50 Omnes vocantur, & omnes redimuntur a Chriſto. 946 4. Nullus antequam Chriſtus nationum populos vocavit ad Eccleſiam. 1495 5. Dominus eam ſibi ex peccatoribus congregavit 938. 5 Chriſtus per humilitatem, per crucem eam ſibi congregavit. 1147. 20 Eccleſiæ cœtus Abrahæ primò promiſſus 1316 7

Eccleſiæ regnum prius quam Synagogæ in prædeſtinatione delatum 461. 10 Omnes vocantur ad Eccleſiam, ſed priùs Synagogæ populus, deinde gentilium. 1121 24 Deus Eccleſiam ſibi ex non gente quærendo, eam vetuſto illi atque regali populo Judæorum prætulit. 780 7. In gentibus mendacium, veritas à Judæis receſſit, ad Eccleſiam venit. 1119. 19 Libera eſt Eccleſia, expulſa eſt Synagoga 1524. 29. Rapitur Synagogæ regnum 1383. 115 Reddidit quam accepit à Domino pecuniam caritatis, ſed Synagoga non reddidit. 797 44 Calcaneum Chriſti Synagoga eſt, decor & gloria vultus ejus Eccleſia. 948 11.

Eccleſiæ ſuæ Chriſtus ſpeciem concupivit, & paravit eam ſibi uxorem adſciſcere 722, 41 42 Congregatio nationum gentibus indomita moribus, cœpit eſſe ſponſa Chriſti. 993 32. Feſtinantibus dilecto atque dilectâ, celebrata conjunctio ſpiritalis eſt Chriſti & Eccleſiæ 1257. 40. Chriſto nupſit 1388. 38 Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum ſpiritale eſſe nullus dubitat. 826 87 Vir Chriſtus, uxor Eccleſia eſt: caritate uxor, integritate virgo. 1472. 9.

Chriſtus vidit eam nudam, & vidit & amavit.

Eccleſia vita eſt in Chriſto facta, in ejus coſta, & in ipſo reſuſcitata 794. 37. Hinc mater eſt viventium 1310 86 & ſeq Concepit nos virgo de Spiritu, parit nos virgo ſine gemitu. 1284 7. In ea ſunt dolores acerbi & graves, donec formetur Chriſtus in nobis. 940. 10. Cur in hoc mundo ſterilis videatur 545. 72.

Eccleſia diligit, nec unquam circa Chriſtum ſuum mutat affectum. 72. 22 Nemo tantum poteſt diligere Deum, quantum Eccleſia. 1388. 28. Omnis ſpes ejus in Chriſto eſt 539. 48 Auditu & operibus eminet ejus pulcritudo. 358 7. Qualis quantaque ſit. 1190. 22. Caſtitas dicitur, & diligendo Deum, ipſius & nomen accepit. ibid. A Columba dicitur, & quamobrem 643. 16 Quomodo immaculata ſit. 1273 17 Ad imitationem Chriſti ſpecioſa eſt & in calceamentis omni ablutis delicto. 1289 16. Corona eſt gloriæ. 1260. 11. Corpus Chriſti eſt. 1161 28. * 1268 15 Ex duobus conſtat, ut aut peccare neſcias, aut peccare deſinas. 1433. 96.

Eccleſia columna eſt & firmamentum veritatis. 470 34 Regnum ejus manebit in æternum, & cur? 1431 91 Deus eam fundavit & propagavit in æternum. 942. 87.

Eccleſia in tribulationibus fundatur, in tempeſtatibus & procellis, in ſollicitudinibus & mœrore, in rebus adverſis, & in fluminibus præparatur. 946 4 Super maria fundata eſt, & ſuper flumina præparata. 34. 6. Circa fluctus habitat, non fluctibus commovetur, magis ad ſubveniendum parata, quam periculo obnoxia. 521. 87. Diverſi fluctus, tempeſtateſque ejus. 427 8. Tundimur ſæcularium curarum fluctibus, ſed non ſubruimur; cæditur, ſed non labefactatur 1318. 12. In ea Chriſtus impetitur 961. 16 Perſecutionibus ſuis non vincitur Eccleſia Domini, ſed probatur 889 9. Multi eam tentant ſed nocere non poſſunt 78. 33. Crebræ perſecutiones ejus nobis titulos, & martyrii victorias ediderunt 995. 7. Defectus habet, & ortus frequentes, ſed defectibus ſuis crevit. 78. 34. Obumbrari poteſt, deficere non poteſt. 65 7. Cur pro ea Dominus Patri gratias agere conſuevit 1403. 83.

Eccleſia in nocte ſæculi monſtret tibi viam. 776. 26. Fides digno ejus reperitur 1378. 97. Super omnes conventus Eccleſia Dei refulget 1020. 7 Sola illa, non alia congregatio dicere poteſt: Teneo mandata tua omnia novi & veteris Teſtamenti. 1255 33. In ea exultatio, in hæreſi & gentilitate fletus & mœror 33. 3 In ea omnes aurem habent, extra eam non habent 1519. 69. Merito prodegit patrimonium, qui ab ea receſſit. 1462. 213. Si qua eſt Eccleſia quæ fidem reſpuat, nec apoſtolicæ prædicationis fundamenta poſſideat, deſerenda eſt. 1399. 68. Admonemur aliquando eos non refugere qui à noſtra fide & conſortio ſeparati ſunt 55 55. Quomodo ignobiliora Eccleſiæ membra abundantiorem honorem aliquando conſequantur. 236 25.

Eccleſiæ naſcentis quale fuerit exordium 1298. 50 Ibi eſt ubi virga & gratia floret ſacerdotalis 377 64. Ab una Eccleſia pluſes Eccleſiæ derivantur. 1354. 78. Singulæ Spiritu quidem replentur & gratia; junguntur, tamen ad temporalis ſpeciem ſacerdotis. 1284. 7. Qui miniſterium ſacerdotale ſuſcepimus, non ſolum pro nobis, ſed etiam pro Eccleſia Domini ſuſtinere fortiter paſſiones corporis debemus 819. 38. Vox exercenda pro Chriſto, quando ovile Eccleſiæ incurſant lupi 819. 27

Eccleſia claves. Accepimus Spiritum ſanctum, qui non ſolum noſtra peccata dimittit: ſed etiam nos facit ſacerdotes ſuos aliis peccata dimittere. 1098. 19. Poteſtas remittendi peccata Evangelio ſervabatur 858 37. 38 Deus per eos quoque peccata dimittit, quibus dimittendi tribuit poteſtatem 1158. 13. Re-

mittuntur

eſſe diſcipulos. 1161. 12. Diſce eſſe ſub Chriſto, ut ſis ſupra mundum. 1497. 13. Ultra mundum quies, ultra mundum fructus quietis. 1402. 80. Non poſſunt perpetua ſuccedere, niſi terrena defecerint. 672. 29.
De mundi vanitate quam frequenter David diſſeruerit. 661. 1. In mundo inane eſt omne quod magnificum putatur, & ibi qui ſe putat quid eſſe, nihil eſt, & omnino non eſt 428. 25. Nihil ſunt omnia quæ in hoc mundo ſunt. 661. 21. Hæc terra captivitatis eſt, alia verò libertatis: iſta peccatis, illa quietis æternæ: valleſtris iſta, illa cæleſtis. 796. 41. Quomodo qui temporalia ſequuntur, ſimiles ſint uxori Lot. 900. 32. 35. Meritò defecerat, cui ſubſtantia erat cibus ſæculi. 682. 20.
Cum ſæculo nobis lucta eſt. 784. 17. Quam multa ſint vincula in hoc ſæculo. 1004 32 Quot quantique in hoc mundo laquei 1336. 10. Lubricum eſt ſæculum, cito labimur. 791. 31. Qui delectatur hoc mundo, obnoxius eſt ſenſuum paſſionibus. 426. 20 Quanta in hoc mundo malitia. 433. 38. 39. Homines ſine auxilio divino non poſſunt terrenas illecebras & cupiditates fugere. 417. 1. & ſeq. Plenus eſt orbis terrarum remediis, quia plenus eſt laqueis. 977. 12 Quæ Deus remedia adverſus mundana vitia, & ſæculi naufragia providerit? 421. 9. 10.
Mundus cui deficit, in eo Chriſtus æternus eſt. 1506. 8. Qui domeſticus eſt Dei, exſul eſt mundo; qui converſatur in cælis, peregrinos eſt in terris. 1053. 28. Qui contemſerit ſæcularia, ipſe merebitur æterna. 1367. 50. Quicumque vicerit hoc ſæculum ſit columna Dei. 1030. 38. Qui tranſit de hoc ſæculo, magnum viſum videt. 798 47. Victores ſæculi principibus anteferuntur. 1507. 12 Beatum eſſe qui ſe à perfidorum conſortio temperaverit 459. 2 Qui ſint mortui ſæculi? 811. 72. Cui crucifixus ſit mundus? 1392 34. Qui Deo ligatus eſt, ſolutus eſt mundo. 1155 39.
Muſtelæ cum vipera commiſtio quid nos doceat. 86 18.
Murices qui inſigne dant regium, ſunt maritimi. 94. 33.
Mutuum qui accipiunt, ii reprehenduntur. 618. 80. & ſeq.
in Myrteis figura improbæ calliditatis. 60. 69.
Mysterium omne latere debet, ne profanis temere divulgetur auribus 296. 38. Myſteriorum premendam eſſe doctrinam. 200 35. Cavendum ne Symboli vel Dominicæ orationis divulgentur myſteria. ibid. 37. Peccat Deo, qui commiſſa ſibi ſecreta myſteria putaverit indignis eſſe vulganda 990. & ſeq. Fidus myſteriorum interpres tacendo plus Chriſtum prædicat. 1024. 18. Solus Chriſtus autem aperuit humanam ad cognoſcenda myſteria. 968 35. Quæ in figura contingebant, hæc Patriarchis crimini non erant. 293 28. Myſtica præſtant moralibus. 757. 42 V. Scriptura

N

Naaman ſalutem futuram gentibus declarabat. 1347. 50.
Naaſon, ideſt, ſerpentinus. 993. 33. Figura eſt Chriſti ibid. 34.
Nabuthe inter ſanctos habetur, & qua de cauſa. 786 19. Etſi nullum acceperimus propheticum ejus verbum, accepimus tamen propheticum factum. 1500. 25.
Narium utilitas. 238 63. * 255. 20. Sinus contra naturam videntur 235. 20.
Natura melior magiſtra veritatis eſt. 121. 20. Validius eſt ejus teſtimonium, quàm doctrinæ argumentum. 120. 21. Præcepti imperialis interpres eſt. 88. 12. Semel præceptum Verbi divini in perpetuum inolevit naturæ. 116 9.
Necessitas quæ invito imponit obſequium, adfert plerumque faſtidium. 100 52. Ubi decreta neceſſitas, ibi inhonorata induſtria 71. 19 Corrigit neceſſitas, quem pietas provocare debuerat. 421 10. Qui peccatum ſuum ad quamdam referunt decreti aut operis ſui neceſſitatem, divina arguere videntur. 219. 27.
Nembroth per interpretationem dicitur Æthiops. 178. 128. Principatum regni Babylon fuit. 1778. 128.
Nephtalim benedictio explicatur. 525. 41.
Nervi ſunt velut ſenſuum ſingulorum organum. 237. 81. Eorum initium eſt cerebrum. ibid.
Nilus dictus eſt Ægyptus, & Geon. 344. 68. Ex altiſſimis montibus ſe in Catadupa præcipitat, & magnitudine fragoris ſui aures accolarum obſtruit. 25 7. Effuſo Ægyptum ſtagnat flumine, 28 12. Quo tempore, & cur exundet? 247. 48.
Nix cùm cadit, lætius ſolum tritici proventus exuberat. 1415. 16.
Nobilitas generis ubi periclitatur, deformior eſt victus. 380 54 Virtutis quàm nobilitatis major eſt gratia. 718. 33.
Nocens ſingulis, in commune prodeſt. 148. 9. V. Homo.
Noctua in tenebris tantum videns, quos mundi ſapientes figuret? 111. 86.
Noe dicitur latine juſtus, vel requies. 227 2. Meritò domus ejus in diluvio ſervatur. 241. 36 Obedientia ejus laudatur. 246 47 Unde aquas defeciſſe cognoverit? 256. 18 Quomodo videatur ſicut Adam terram eſſe operatus? 271. 107. Quid dormiens & nudatus, figuraverit? 860. 6. Typus Chriſti fuit. 1332. 48. V. Vinum.
Nomen eſt quo propriè unuſquiſque ſignificatur, quod ei non ſit commune cum ceteris. 896. 19 Habent hoc meritia ſanctorum, ut à Deo nomen accipiant 1292 31.
Noſce teipſum 1089 10. V. Cognitio & Homo.
Novatianus in lapſu, nos in remiſſione; ille in impœnitentia, nos in gratia. 858 37.
Noctem facit umbra terrarum. 67. 32.
Nubis columna typus Chriſti. 1029. 3.
Nudus non eſt niſi quem culpa nudaverit. 493. 25. Hoc quod erubeſcis eſſe te nudum culpa docuit, non natura. 967 32.
Numerus cùm adjicitur, qui prius erat, tollitur. 183. 3. Secundus numerus non eſt plenus, quia diviſus. 242. 39. Ternarius eſt myſticus. 1278 36. * 1291 29. Salutaris eſt & conveniens ſacrificantis. 305. 69. Perfectio muneri quaternarii, 342. 65 Quam vacuum ſit eum cavere. 78. 34 Septimus numerus eſt, plenus, & ſacer. 242. 39. Virgo dicitur. ibid. Hebdomadis numeri ſemper virgines. 349. 80. In eis univerſitas aliquoties comprehenditur. 1433. 95. Numerus eſt quietis. 1043. 2. Septem dodecades, & duæ quadrageſimæ ſacrum videntur numerum deſignare 1301. 62. Octavi numeri perfectio. 972. 2. In eo reſurrectionis eſt plenitudo 1452. 173. V. Octava. Decimus ſeptimus, quadrageſimus & quinquageſimus myſtici ſunt. 1319. 16. * 1338. 15. in quinquageſima Jubilæus eſt numerus remiſſionis, quo Spiritus ſanctus miſſus è cælo eſt 276. 113 * 688 41
Nun, id eſt, unicus, vel paſcua eorum. 1140. 1.
Nuptiæ inde dictæ, quod pudoris gratia puellæ ſe obnuberent. 318 93. V. Conjugium & Matrimonium.
Nutus quid ſit? 1279. 41.

O

Obedientia omnium virtutum fundamentum 1375 82. Ex eo naſcitur ex quo humiliat, & in eo deſinit. 720 39. In paradiſo orta eſt inobedientia, ideo obedientia cum Salvatore deſcendit. 1204. 32. Chriſtus obedientiam præ ceteris debuit reformare, & quamobrem? 955. 4. Chriſtus obedientiæ magiſter ad præcepta virtutis ſuo nos informat exemplo. 1365 42. Quomodo mandatum Dei exſequi debeamus. 321. 90. Si quid mandato addas vel detrahas, prævaricatio quædam videtur eſſe. 271. 56. Præcepta Dei contemnentes arguuntur. 33. 1 * 91. 29. Obedientiam naturæ non deferi, qui Deo non exhibet reverentiam 219. 28.
Oblatio noſtra Deo ne poſſit non diſplicere, interiora noſtra mundanda. 205. 46 Deus non muneribus oblatis placatur, ſed offerentis affectu 214 38 Ea quæ incontaminata ſunt debemus offerre, in quibus affectus reluceat offerentis. 261. 79. In quo te offerre debeas Chriſto? 1237. 55. Primitias animæ præcipue offerendas. 202 41. & ſeq. Hoc eſt vere ſacrificium primitivum, quando unuſquiſque ſe offert hoſtiam, & à ſe incipit; ut poſtea munus ſuum poſſit offerre. 215 19.
Oceani ſtuatus & reſluxus. 76 30.
Octava ſicut ſpei noſtræ perfectio eſt: ita octava ſumma virtutum eſt. 1367 49. Cur plerique pſalmi in Octavam inſcribuntur. 1412. 6. V. Numerus.
Oculorum utilitas 236 59. Et decor. 235. 18 Aptiſſimo in loco ſunt conſtituti. 237. 60. Viſus omnibus corporis ſenſibus præſtabilior æſtimatur 253. 61 Ejus infirmitas. 75. 16. Dolor ejus collyrio ſanatur. 1000 21. Cur eum avertimus, cùm in aliquem movemur. 1187 77. Plus eſt quod probatur adſpectu, quam quod ſermone laudatur. 20. 34.
Ex oculorum conſpectu aut bona, aut adverſa generantur. 1170 6. Hinc ſæpe tentamur. 1170 3. Oculi eſt in muendi officio fungatur: unum eſt cavere quod videris 1170 2 Qui ſint oculi mentis? 1105. 7. & ſeq. Ipſi totum hominis corpus illuminant 919. 77.
Odor acceptus cur diutius flagrat, quam ſermo reſonat, aut viſus apparet. 138 63. Fractorum nuntius eſt. 194 23
Oleæ foliis ſanantur locuſtæ. 47 37.
Oleo materiale hoc lumen fovetur, & tenebrarum fugatur obſcuritas 256 67.
Opium quotidiano prope uſu innotuit, & cur? 48 39.
Opprobrium ſuſtinere prodeſt magis quam tefellere. 855 31.
Opera boni magiſtra natura ipſa eſt 424. 15. Bonorum operum proprium eſt, ut externo commendatore non egeant 10 34. Sicut lilium fulget, ita ſplendent opera ſanctorum. 1010 7. Quomodo opera noſtra cum mundo prætereunt non prætereant 236 46. Opus eſt ut opera tua ad Deum dirigas, & ejus tibi adſpiret favor. 209. 9 Non facile niſi id quod diligentius pertractaverimus & probaverimus, ad opus aliquod eſt ſumendum. 174. 62. Ab homine requiritur, ut & operibus nova quærat, & parta cuſtodiat. 154. 25. Miſerabiliora ſunt jejunia bonorum operum, atque virtutum. 1463 215. Relinquenda ſunt opera quæ verum fructum bonoſque proceſſus habere non poſſunt. 209 9.
Orandum quomodo, quando, quid? 201. 38. * 1243 25 * 1365. & ſeq. Quam frequenter orare nobis præceptum ſit? 1430. 87. & ſeq. Continua & jugis debet eſſe oratio, & qua ratione 116. 22 Quomodo ſemper orandum 1213. 18. * 1218. 33 Nocte & mane imprimis orandum 1213 17. * 1215. 22. * 1217. 30 & ſeq. Non ſatis eſt dies ad deprecandum, ſurgendum eſt nocte, & media nocte. 1072 45. Maximam ejus partem lectioni & orationibus deputemus. 1053. 32. Væ mihi eſt ſi non media nocte ſurrexero ad confitendum Deo 1306. 76. Qui orat redimitur, ſi pie intendat orationibus, & in oratione aſſiduus ſit, diem præveniat, noctem frequentet. 808 65 An neſcit quod primitias tot cordis ac vocis quotidie Deo debeat. 1215 12. Ubi mens humana turbatur, & certaminum dura atque aſpera nos fatigant, Domini auxilium poſtulandum eſt 772. 18.
In oratione quæ requirantur virtutes? 215 21 Qualis ſit juſti oratio 994. 4 Quæ ſit præclara illa oratio & gemitus quem non deſpicit Deus? 831 35 Eſt interioris clamor affectus, qui auditur è cælo. 1186 9. Apud Deum loquuntur non verba ſed cogitationes. 200. 37. Humilitas commendat orationem. 199 34. & ſeq Ex divinitate ſibi precando adſciſcit auxilium. 1173. 11. Qui meditatur juſtificationes Domini, ſemper humiliatur. 1166. 30. Flexis genibus mitigatur offenſa Domini, & gratia provocatur 143. 74. Si oramus ſermone, compſallamus & mente. 1026. 26. Volare facit orationem bona vita, & dat alas precibus ſpiritales, quibus ſanctorum ad Deum evehatur oratio. 1247 5. & ſeq. Oratio fidelium apoſtolico cibo paſta pingueſcit. 216 22. Non divulganda oratio. 200 35 36 Cùm oras, magna ora, id eſt, quæ æterna ſunt, quæ divina, quæ cæleſtia. 1212 11 Non audit Deus, niſi quod dignum ſuis ducit eſſe beneficiis. 1121 21. Semper Dominus plus tribuit quam rogatur. 1510. 121. Pro quibus orandum. 201 39 Cur Deus frequenter non concedat oratis? 1431. 90. Quando vult Dominus ignoſcere, dat gratiam & fiduciam deprecandi. 821 15.
Orationis dignitates ſunt. 1250. 15 Cibus eſt mentis 1443 141 Bonum ſecum infirmitatis eſt 846. 11 Et qui perfectiores ſunt, appropinquant Deo: ſequentis autem ordinis juſti viri ſatis habent ſi eorum appropinquet oratio. 1248 7. Adverſarius etiam orantibus

frequenter ſæculares offundit cogitationes. 1131. 10. Deprecatio in peccatore laudabilis. 831. 58

Ordinem neſcire faciendi, etſi noveris quid facias, non eſt perfectæ cognitionis. 1018. 12.

Oreb ſignificat exſiccationem. 431. 54.

Origano venenum pellit teſtudo. 119. 19.

ORIGENES multorum interpretationes Scripturæ diligenti diſcuſſit indagine. 1014 16. Vir Eccleſiaſtico deditus fuit officio. 336 54. Plurimum indulſit philoſophorum traditioni. *ibid.* Stellarum harmoniam adſerit. 336 54.

Originis macula non poteſt impedimento eſſe virtuti 1317. 36 *V. Adam & Peccatum.*

Oris utilitas. 138. 65. * 140. 68. * 336 22.

Oſculum eſt pignus pietatis & amoris. 139 68. * 359 8. * 863. 17. * 1388 10. * 1461 111.

Oſtium quo egeruntur ciborum ſuperflua cur in poſteriori parte ſit? 141. 72. * 236. 24.

Otia periculoſa ſecuræ eſſe virtuti 1112, 25.

Oves cur ſub adventum hyemis herbas inſatiabiliter rapiat 120. 20.

Ouranós, id eſt, cælum, unde ſic vocetur? 1118. 73.

P

PADUS maritimorum commeatuum Italicis ſubſidiis fidus invector. 18. 12.

Pædagogi terribilia flagella proficium 188. 38.

Παλαι Græcorum, lucta eſt Latinorum. 801. 56.

Palmæ quomodo ſimiles eſſe debeamus. 62. 71

Pampini folia. 57. 60.

Pane Angelorum, & aquâ refectionis non indiget, cui Spiritus ſanctus eſt requies & perfectio. 805 61 Multiplicatio quinque panum deſignat auctorem, & totius naturæ materialis creatorem. 1404. 85

PARADISUS terreſtris quis, qualis, ubi ſit, & quem hominem in eo Deus poſuerit? 145. 1. & ſeq. Cur ſecundùm Orientem, & non contra Orientem dicatur. 153. 83. Quæ ſint quatuor flumina ex eo orientia, & quid deſignent? 150 14. & ſeq. Quomodo beſtiæ, pecora & volatilia in eo fuiſſe dicantur? 167. 51 Quomodo eum quidam myſtice interpretentur? *ibid.*

Paradiſus eſt vera domus, quæ hominem prima ſuſcepit, non jure amiſſa, ſed fraude. 1358. 14. Paradiſi gratia non uno die quæritur, nec duobus aut paucis menſibus, ſed quæritur ſemper, & quæritur per omnia. 1064 21. Juſti in eum ſæpe rapiuntur, & quomodo. 168. 53. Qua ratione tertii cæli adſcenſio neceſſaria ſit homini, ut rapiatur in paradiſum 1168. 53. *V. Beatitudo.*

Pardus varietate coloris motus varios animæ prodit. 118 15

PARENTUM erga filios æqualem eſſe debere affectum. 480. 5. & ſeq 484. 5. 6. Ad negligentiam patris refertur diſſolutio filiorum. 404. 35. Parentum in filios impietas arguitur. 103 58. & 61. Odia patrum in filios, filiorum in parentes arguuntur. 188 22.

Parentibus quantum debeamus 1302. 66. Non diligere parentes, ſed eos Deo præferre prohibetur. 1443. 136. Neceſſitudini parentum divinæ religionis pietas anteferenda 1426 43. * 1459. 22. Primus gradus pietatis eſt honorare parentes. 1489. 74 In neceſſitate paſcendi ſunt. *ibid & ſeq.* Pietatis in parentes exemplar ciconia. 101. 55. Parentes honorabat Chriſtus non naturæ debito ſed pietatis officio. 1490. 74 Non ridendus pater ſed verendus. 175. 118. Docet nos Scriptura oportere parentes laudari, & cur? 1271. 15. Majorum probra non poſſunt poſteris eſſe dedecori. 718 35 Et pater in filio, & filius in patre redarguuntur 171 114.

PASCHA Domini cur dicatur. 198 38. Verno tempore quotannis celebratur. 7. 14. Caſtos & ſanctificatos oportet illud celebrare. 131. 26. A Paſchate uſque ad Pentecoſten vacant jejunia, laus dicitur Deo, alleluia cantatur. 688 42 *V. Pentecoſtes.*

PASSIONUM immunem animam reperire difficile eſt. 809 8. Affectus innoxii paſſiones bonæ ſunt. 264 88. Omnis affectus præter deformis delectationis illecebram, paſſio quidem eſt, ſed bona paſſio. 264. 88 Cùm vitioſæ paſſiones mentem moveant, corruptela generatur; cùm exſitant ſtudia virtutum, diſciplinæ profectus eſt. 249 53. Intemperantia ſunt quidam paſſionum corporalium. 327. 54. Paſſionum velut duces naturales ſunt delectatio & dolor, quas ſequuntur ceteræ. 463 5. Caro noſtra fretis modo diverſis agitatur & fluctuat paſſionibus. 248 31. Prius nobis vincendæ ſunt proprii corporis paſſiones. 889 9. Magna naufragia quando mentis pariter & corporis ſenſuumque omnium turbo & procella miſcentur. 247. 49. Quomodo ſecuritas, ubi diverſarum pugna eſt paſſionum? 1188. 14. Servilis eſt omnis paſſio. 463 12. Clavi ſunt omnes paſſiones. 397. 16 Rara virtus, & difficilis paſſionum tolerantia. 1129 49. Latibula paſſionum, ubi merſantur quæcumque inciderint, non emergunt. 14 4.

Paſſionibus turbidis ac procelloſis anima conſummatur, deficientibus, virtutem reſumit. 254 63. Præſidet unuſquiſque ſibi quadam poteſtate regali, ſi coerceat in ſe corporis luxus, & ſervituti redigat carnem ſuam. 362. 86. Mens validior principalem virtutem habet imperitantem corporis ſenſibus, non obedientem. 321. 19. Studia doctrinæ, & diſciplinæ adtentio mitigare poſſunt quaſlibet ægritudines paſſionum. 55. 56. Julius amputatis corporalibus paſſionibus, quaſi incorporeus manet in corpore. 250. 35 Grande eſt intra ſe aliquem tranquillum eſſe, & ſibi convenire. 468 29. Id immortalis cujuſdam eſt viri. 195. 84.

Paſtores ovium cur Ægyptiis abominationi eſſent? 195 24.

Patrisfamilias officia erga ſervulos. 308. 83.

PATIENTIA humilitatis indicium eſt. 1087. 3. Si ſpem auferas, non poteſt perpetua eſſe patientia. 1165. 27. *V. Injuria.*

PATRIARCHÆ prævenientes Legem, præſcriptorum vinculis abſoluti, libera & conſimili nobis Evangelii gratia refulſerunt. 1321. 21. Inſtruunt te Patriarchæ non ſolùm docentes, ſed etiam errantes. 301. 38.

PAULUM præfigurabat Benjamin. 500 44. & ſeq 330 37. & ſeq. 1038 17. Cæcitas Pauli fletus eſt Chriſti. 504 59. Cecidit perſecutor, & ſurrexit Evangelii prædicator. 853. 33 Vide Paulum heſterno perſequentem, hodie credentem, die craſtina prædicantem. 1311 38. Paulus doctor gentium electus. 816. 28. Ejus vocatio Eccleſiæ firmitudo eſt. 365. 31. Cavebat ut poterat, ne poſt ſuſcepta baptiſmi ſacramenta peccaret. 1031. 40. Non de ſcientia, ſed de ignorantia gloriatur: quod ſcientiæ eſt, negat: quod caritatis eſt, confitetur; quod alienum eſt, adtollit; quod ſuum eſt, negat. 793. 40. Videbat æterna, ubi cœpit corporalia non videre 1103. 8 Quomodo illa audierit, quæ poſtea ipſi non licuerit loqui? 793 41. Libera pro Chriſto prædicatio ejus nudavit populum Judæorum, & omnem eorum reſcidit gratiam. 505. 64. Quomodo in omni certamine eſt probatus? 802. 56. Naturalibus magis quam vulgatis aut ſecundum morem oratos verbis. 454 76. Quos arguebat, eos contriſtari volebat uſque ad pœnitentiam, non uſque ad mœſtitiam profundiorem. 1049 18. Quam rectè Domini pecuniam fœneraverit 796. 43. Per eo tertia decima tribus ſanctificata. 303 2.

PAUPERTAS media eſt: poſſunt & boni, & mali eſſe pauperes. 1368 33. Non omnis ſancta, nec criminoſæ divitiæ. 1471. 13. Non eſt pœna peccati. 668 17. Nemo de ea queri debet. 102. 57 Quæ paupertas bona ſit, nec fugienda 718 57. Beatus, ſi bona ſua noverit cum veritate paupertas 89 23. Prodeſt homini, exercet corpus, non opprimit. 133. 51. Bona ſi à pietate procedit, & virtutum exercitatione ſuſcipitur. 915. 91. Facilius Deo quam theſaurus acceptior eſt. 1006 37. Si beata paupertas cui patet cælum, terrenas iſtas divitias negligamus, corporalem redundantiam declinemus. 925. 91 Eſt paupertas glorioſa, & cur. 1403 33. In paupertate & divitiis tentamenta ſunt? 134. 53 * 1069. 37. & ſeq. Sæpe frangit ſanctos inopiæ deformitas, quos mortis formido non fregerat. 1153. 35

Pauperes divitibus quomodo præſtantiores ſint? 134 52. Nemo irrideat pauperem, & cur? 1486. 22 Qui irridet pauperem, exacerbat eum qui fecit illum. 1095. 16. Pauper ille irridendus & exſecrandus videtur, cui tamen portio in cælo eſt? 1058. 8. Quàm injuſte in ipſa Eccleſia plerumque juſtis contemnatur, qui facultates ſuas pauperibus diſpenſavit. 1244 18. Paupertas Chriſti. *V. Chriſtus.*

Pauper myſticus quis? 797. 44. Eſt in moribus paupertas bona. 869. 5 Eſto pauper ſpiritu, & mis dives qualicumque cenſu. 194. 22.

PAX una eſt quæ offenditionem habet, & altera quæ non habet. 464 6 Virtutis totius finis eſt, & corporeæ ipſius fortitudinis; ut confecto bello, pacem reformet. 1444 37. Chriſtus dedit pacem, qui animorum bella ſedavit 788. 22. Ubi pax, & multa pax, ibi etiam Chriſti non opprobrio, ſed ſaluti eſt. 1245. 61. Aut in pacem incipe, in pacem altis feras. 1369. 59. Periculoſa aliquando pacis otia. 1111. 22. Ramulum oleæ pacem petentes præferre conſueverunt. 856 67.

PECCARE eſt deviare ab eo quod eſt ſecundum naturam. 739 47 Peccatum eſt prævaricatio legis divinæ, & cæleſtium inobedientia præceptorum. 161. 39. Antequam naſcamur, maculamur contagio; & ante uſuram lucis, originis ipſius excipimus injuriam. 694. 56. Niſi Dominus ignoſcat, nemo ſalvus eſſe poteſt, quem ipſa noſtræ conditionis hereditas adſtringit ad culpam 854. 18. Per naturæ ſucceſſionem, culpæ quoque ab uno in omnes tranſfuſa ſucceſſio eſt. 712. 71 Adamus vitii hereditatem ad nos uſque tranſmiſit. 918. 75. In illo nudata eſt omnis humana conditio per ſucceſſionem naturæ, non ſolum culpæ, ſed etiam ærumnæ obnoxia. 711. 41. Alia iniquitas noſtra, alia calcanei noſtri, in quo Adam dente ſerpentis eſt vulneratus, & obnoxiam hereditatem ſucceſſionis humanæ ſuo vulnere dereliquit. 947. 8. Hinc peccatum manaſſe proditur, tamquam corpore animaque genitoribus, dum corporis natura tentatur, anima male ſana compatitur. 1445. 143. Peccatum erat enim ſecundum illud quia hereditatio erat damnata peccato 1039 21. Vitium traxit conditio, infecit culpa naturam. 712 19. Regnum peccati mortis eſt regnum, quod diu toto orbe prævaluit. 932. 16. Maluit Deus plures eſſe quos ſalvos facere poſſet, & quibus donaret peccatum, quam unum ſolum Adam qui liber eſſet a culpa. 166. 57

Sine peccato en homo eſſe poſſit. 1271. 17. Nemo ſine peccato. 682. 15 * 683. 24. Negare hoc, ſacrilegium eſt: confiteri Deo, impunitatis eſt remedium 1134. 27. Quomodo manifeſtum ſit nos omnes eſſe ſub peccato. 693. 33. Homo poteſt uno aliquo vulneri non petere, ut puta, injuſtiæ, intemperantiæ, impudicitiæ; aliis autem vulneribus patet. 839. 53. Plerumque peccata hujuſmodi ſunt, ut ſi alterum declines, incurras alterum. 1183. 45. A te non exigitur ut peccatum non facias, ſed ut non maneas in peccato quadam ſtatione diuturna. 746. 22. Non virtutis eſt non poſſe peccare, ſed nolle. 1485. 57 Culpam incidiſſe, naturæ eſt; diluiſſe, virtutis 681 85. Nullum tempus vacuum debet eſſe tutelæ, quia nullum eſt vacuum culpæ. 349. 81. Cur pleremque in illuſtribus & beatis viris gravia peccata fuiſſe reperimus? 1327. 37. Quantum lapſus ſanctorum utilis ſit? 1513. 89. Alii ſunt peccatores cæli, alii peccatores terræ, & quicam illi ſint? 168 54.

Peccatorum tres ſpecies ſunt, cogitationis, operationis permanſionis 745. 20. Peccata voluntaria & fortuita. 998. 17. Peccata mortalia. 701. 77. * 1407 99 Qui graviores peccaverit, in cetera facile prolabitur 817 25 Peccata quæ gravia ſunt & manifeſta ſine ulla dubitatione mergimur: quæ autem leviora ſunt, bonis operibus ſæpe relevantur. 906. 46. Si hinc peccata gravia portaverts, illic requiem non habebis 816. 2. Peccaſſe conditionis humanæ eſt, & impie agere perfidiæ & nequiſſimæ mentis eſt venenum 632 17. Inveniabilis qui laboraverit, ut malum quod quærerat, inveniret. 770. 12. Gravius eſt ad peccatum vivere, quam in peccatum mori 402. 18 Nemo gravius moritur, quam qui peccato vivit. 240. 34. Tu ipſe tibi es cauſa improbitatis, & criminum creator. 18. 31. Vel exigua ſcintilla peccati, ſi quo vitiorum fomite fuerit excitata, incendium grave excitat 749. 26. Corporis lapſus in vitio eſſe non debet, niſi animus inclinaverit in culpam. 274 115 Peccati auctor non caro, ſed affectus 448. 11 Vere miſerabilis conditio, ut homo peccati ſui quod vitare non poſſit

rationem præſtare cogatur. 634. 12 Is qui ad imaginem Dei eſt, ſine peccato eſſe debet. 811. 73 V. Culpa.

Peccantibus lex abſens eſt: ſi adeſſet, non delinqueretur. 189. 14. Magis poſtquam peccavimus, delicta noſtra cognoſcimus, & cur? 177. 70. Dum ſumus in peccandi libidine, oculi mentis fumo quodam iniquitatis caligant, ne videas eorum quæ concupiſcis, deformitatem. 519. 16. Multi propter nimias iniquitates non ſuſcipiunt peccati conſcientiam. 180. 75. Gravat conſcientiam memoria delictorum, niſi medicina poſcatur. 840. 57. Non eſt pax animæ virtutibus, quando ante oculos nobis noſtra peccata concurrunt. 816. 28. Semper nobis peccatum noſtrum tamquam malus exactor occurrit, vel tamquam improbus fœnerator conveniens debitorem. 769 8 Rei ſumus ſine accuſatore, ſine tortore cruciamur, ſine vinculis adſtringimur, ſine venditore vendimur 817 18.

Peccare cogitantem Deus videt. 977. 12. Peccantem videns Deus, Angeli, diabolus & miniſtri ejus. 978. 13. Sicut Deus juſtorum bona reſpicit, ita & peccatorum occulta deprehendit. 816 16. Quam miſera conditio hominis, qui putat peccata ſua Dei cognitionem fallere poſſe 627 6. Metueret non dicam facere, ſed loqui, aut etiam cogitare quod pravum eſt, ſi Deum ſibi præſentem adeſſe crederet. 976. 10. & ſeq. Iniquitas quo putatur occultior, eo frequentior eſſe conſuevit. 1048. 13. Latro diem refugit quaſi criminis teſtem, lucem adulter erubeſcit quaſi adulterii conſciam, parricida tetrarum fœcunditatem fugit. 218 16.

Peccata meritum oblivionis Deo infundunt, ut obliviſcatur eos quos indignos ſua viſitatione cognoverit. 646. 22 Nemo longe eſt à Deo, niſi quem flagitia propria relegaverint. 586. 68. Non eſt Chriſti, niſi qui eſt alienus à crimine 1127. 41. Cur Chriſtus in animas peccantium non intret 830. 35. Qui culpam ſequitur, exit à Chriſto 486. 10. Non repellimur à Domino, ſed ipſe ſe repellit. 898. 25. Non refugit peccatores Salus, ſed ipſi ſalutem. 1119. 17. Non poſſumus Deo vivere, niſi peccato moriamur 510. 83 Quaſi patrio jure Deus filios degeneres abdicare ſolet. 645 20.

Plerique in ſuis lapſibus gloriantur, & putant ea laudi eſſe quæ criminis ſunt: ſed mutis animantibus æſtimandi ſunt deteriores. 690. 46 Eo ſunt deteſtabiliores, quod cùm tanta crimina committunt, non confunduntur. 1100 41 Quam mali ſint quibus virtutes probro ſunt, peccata laudi? 751. 29. Apud pleroſque innocentia pro ignavia, & culpa pro laude habetur 261. 81. Injuſtitiam plerique pro laude profitentur. 775 85. Quomodo peccator ſe ſe excuſare conetur, de ſcripturis divinis promens exempla 175. 65. In peccatore illo adhuc remedium ſanitatis eſt, qui audit verbum Dei, & qui ſe abſcondit. 177. 70.

Nihil eſt quod majoris doloris ſit, quam culpæ reatus. 828 2 Gravior adverſarius nobis, noſtra culpa eſt. 817. 28. Cur omnis culpa velut adverſario niſu de loco dejicere, & de proprio ſtatu mentem movere conſuevit? 962 19 Quot peccata, quot vitia, tot reges. 1136. 50. Tantam vim habet inveterata conſuetudo peccandi, ut excludat naturam, & immedicabilis inveniatur. 749 27. Quid aliud eſt peccatum niſi ſarcina, quæ hujus ſæculi oneiat viatorem. 618. 7. Quomodo poteſt ab humanis temperare, qui divina violavit, & hominibus bonus eſſe qui Deum læſit? 217. 15 Quanta vilitas delictorum. 1437. 117. Sunt qui viventes ſepulcra ſunt circumdati, & repleti mortuis. 763 55. Quantæ ſtultitiæ ſit majeſtatem irritare divinam. 780 8 Homo peccato nomen hominis amittit, & fit ſerpens, mulus & beſtia. 1090 11 Peccator Deum laudare non poteſt. 1253. 25. Peccatum equo comparatur. 330. 43. Et gelicidio 1108. 15.

Peccata quomodo puniantur. 213. 15. Juſtos ſequuntur peccata, non præeunt: injuſtos præcedunt. 683 24. Propter ſcelus hominum & ipſa elementa damnantur 218 26. Imperfecta anima peccati tantummodo judicium declinare deſiderat, perfecta vero meritum regni cœleſtis adquirere. 1176. 19. Injuſti ſicut paleæ ventilantur, juſti ſicut triticum 659 17. Cùm peccamus, in opprobrium tradimur adverſario; ut ille nos quaſi inimicus in die judicii accuſet & prodat 854 30 Omne peccatum ſemen inimici eſt. 943 20. Nocentes vel inviti finem non naturæ ſed culpæ adipiſcuntur. 212 35 Cur Deus peccatum damnando, in auctorem ejus vindictam diſtulerit? 413 39.

Peccata magna tollit magna medicina. 559. 75 Quomodo eorum funes & vincula ſolvantur? 1071. 40. & ſeq. Inflexi vitiis non voluntariis, propitiemus nobis Deum, ſequamur quæ jubet, vitemus quæ prohibet: ſit propitiandæ divinitatis ambitio, ſequendæ præceptionis obeditio, interdictæ prævaricationis cautio. 422. 12 Peccator culpam fateatur, impius ingemiſcat, juſtus non ſe extollat. 635 19. Veniabilis culpa quam ſequitur profeſſio delictorum. 177 71. Ille juſtificatur qui peccatum proprium confitetur. 199 54 Quomodo juſtificat Dominum is qui peccatum ſuum fatetur 693 53 & ſeq. Hoc bonæ mentis eſt, vulnus ſentire peccati. 691 47 Immedicabilis eſt ægritudinis non ſentire vulneris acerbitatem. 691. 47. Non cognitio improbitatis, ſed ſocietas criminoſa eſt. 648 27. Cum peccatoribus cur Chriſtus manducarit. 1185 10 Non abſurdum quod facinoroſi cohabitent piis, ac maculoſi ſacratis. 212. 14. V. Confeſſio & Pœnitentia.

Peccata condonat Trinitas 1369. 55. Hic ſolus poteſt ſanare vulnera, qui ſua neſcit. 1362. 27 Quam bonus Deus & facilis indulgere peccatis. 1292 33 Quanta clementia Domini ſupra modum miſericordis ad peccata relaxanda 243. 42 Quæ ſemel peccata Deus donavit, ea reſolvere ac renovare non ſolet. 848 14. Quos Deus redemit à peccato, adget in præmio 713. 10. Peccatum donatur per gratiam, deletur per ſanguinem crucis, tegitur per caritatem. 697 62 Juſtitia remittat iniquitates, fortitudo timorem, temperantia impuritates; ut perpetua fiat remiſſio peccatorum 1016 26 V. Eccleſiæ claves.

Remiſſione peccatorum quis dulcior fructus eſſe poteſt? 1021 12 Quibuſnam criminum ſuorum abſolutione ſtandum? 402. 29. Bonum eſt condemnari in peccato, & flagellari in delicto. 177. 71 Sæpe videmus aliquos qui ante negligentes fuerant Chriſtiani, peccato aliquo commiſſo, fieri diligentiores, & ex illo per pœnitentiam evadere ſolere perfectos. 819. 11. Fœlix ruina quæ reparatur in melius. 865. 20 Qui ſine peccato eſt ſubjectus eſt Chriſto, & quare? 784. 16. Qui ſe ſervitio delictorum exuit, principatum habet non ſervitutem. 321. 19 Reges ex ſemine Abrahæ ii ſunt, qui peccato non ſerviunt. 347 77. Qui ad Dominum regreditur, ſe ſibi reddit: & qui recedit à Chriſto, ſe ſibi abdicat 1463. 120. Niſi remiſſum peccatum hic fuerit, non habebimus requiem; ſi requies non fuerit, non erit vita æterna; ſi vita æterna non fuerit, non erimus. 858. 38.

Pectus velut quoddam ſacrarium ſapientiæ eſt. 236. 13

Pecunia corpus animumque male quæſita commaculat 1348. 53. Pecuniarum in cauſis refuſo pretio, jus ſolvitur. 1524 94. *Vide Avaritia.*

Pedum utilitas 141 74. Cur duo tantùm homini. *ibid.* Etſi exiliores videntur eorum greſſus, ſiunt tamen latiores cùm incedimus. 236. 23.

Pentecoſten facit Octava hebdomadis ſeptimum 1476. 25. Majores tradidere nobis Pentecoſtes omnes quinquaginta dies ut Paſchæ celebrandos: & ſunt omnes dies tamquam Dominica. 1476 25.

Perdix aliena ova diripiens & fovens ludit operam. 117 83.

Perfectio & conſummatio in quo ſita ſit 375. 59. Ille perfectus eſt, cui nihil deeſt; juſtus, cui nihil ſupereſt 465. 21. Perfectus neſcit incommoda hujus corporis, aut adverſa mundi. 455. 32. Perfectæ mentis eſt nihil de terrenis, nihil de corporalibus adſumere. 331. 46. Perfectus eſt, qui malitiam neſcit, nec dolum novit 814. 81. Perfectio ante Chriſti adventum unde? 186. 12.

in homine perfecto gemina virtus eſt, intentio ſcilicet & actio 1268 8 Perfecti eſt non deflectere, prudentis non penitus declinare. 315. 6. Non eſt perfecti exſpectare, ſed exſpectaſſe. 859. 1. Perfecta virtus habet quietis tranquillitatem, & ſtabilitatem 468. 18 Manet ſemper inter adverſa & delectabilia perfecta virtus; neque adverſa de perfectione ejus quidquam minuunt, neque delectabilia adjungunt perfectioni. 456. 55 & ſeq. Non hic perfecta vita eſt, ſed in umbra 1029. 35. Chriſtus dormit trepidis, perfectis vigilat. 1353 28.

Perfecta non in principiis quæruntur: ſed de principiis ad ea quæ perfecta ſunt, pervenitur 1409. 105. Finis diſciplinæ noſtræ & ſtudiorum perfectio eſt. 668. 20. Perfecta in fine unum ſunt. 1416. 21.

Perfidia confiteri poteſt, credere non poteſt. 1558. 12. Gravioris ejus arma ſunt quam pugnæ. 1200. 18. Gemina illius eſt cauſa, aut malitia aut metus. 1435. 110.

Perſæ non obtemperantes legibus regis, in ſe propriæ mortis conſequuntur ſententiam. 107. 68.

Perſecutio ideo fit, ut fides luceat, virtus excellat, mens interna omnibus manifeſtetur. 824. 21. Multi in otio quærunt Chriſtum, & non inveniunt: ſed inveniunt in perſecutionibus, & cito inveniunt. 568 42 Qui perſecutorem refugit, rejicit etiam Chriſtum defenſorem. 1236. 51. Tolerantia injuriarum, & uſu periculorum fundatus eſt populus Chriſtianus, & Eccleſia incrementum eſt conſecuta 907. 37 Perſecutores interiores multo plures ſunt aliis, & graviores 1234. 45 & ſeq. V. Adverſa. Eccleſia & Martyres.

Perſeverantibus eadem fornax aurea eſt, quæ ferrea eſt fragilibus. 1225. 11. Non eſt in hominis poteſtate, ſed miſerantis Dei, ut poſſis complere quæ cœperis. 1098. 35.

Peſtilentia prius ea quæ ſunt irrationabilia & maxime canes, equos, boves & ea quæ cùm hominibus converſari videntur, inficit 239. 51. Lues boum atque hominum, cæterique pecoris 1506. 10. Peſtilentia regionum, unius alicujus morte reſoluta 1410 108

Petrus in mari titubat, ſed non labitur 94 35. Quid navis Petri figuret 1352 68 Non turbatur navis quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Judam habet. 1353. 70. Ubi Petrus, ibi Eccleſia: ubi Eccleſia, ibi nulla mors, ſed vita æterna. 879. 30. Petri hamus non occidit, ſed conſecrat. 85. 16.

Petrus meritò reprehenſus à Chriſto, quod auſus ſit uſurpare conſtantiam, nec obnoxiam conſiderare naturam 940. 9. Sermo Petri titubantis fidelior eſt, quam doctrina multorum 912 15. Error ejus doctrina juſtorum eſt: & turbatio illius omnium petra eſt. 1522. 84. Male Eva induxit Adam, male Petrum introduxit femina. 1520. 75 Negatio Petri expenditur. 1520 74 & ſeq Quem viſus eſt voce denegaſſe, lacrymis fatebatur. 912 15. Lapſum ſuum confeſſione caritatis abolevit. 684. 15. Ita bonum fuit Petrum potuiſſe peccare, ut peccatum ejus nec ab Evangeliſtis potuerit comprehendi. 1520 78 Jeſus reſpexit Petrum, & ſtatim error abſceſſit 112 88. * 699. 68. Chriſtus ubi primum intuitus Petrum vidit, & illuminavit. 699 68.

Petro cur trina interrogatio dilectionis facta. 692. 50. Merito ſacerdos eligitur, qui ſpiritu caritatis divinæ tripliciter ligavit 894 16 Cur Eccleſiæ præpoſitus, poſtquam tentatus à diabolo eſt? 904 40 Chriſtus eum nobis velut amoris ſui vicarium relinquebat. 1542. 176.

Petro crux tantum gloriam dedit, ut inverſis Chriſtum honoraret veſtigiis. 1145. 21 Cur inverſo ſuſpendi popoſcit veſtigio. 626 2.

Pharao quo ſenſu maluit diaboli eſſe quàm Dei portio. 1061. 15. Deus Pharaonem puniendo, non ſuæ laudis ſed noſtræ correctionis incrementa quærebat. 1197 7.

Phares interpretatur diviſio. 914 65. * 1521. 24.

Phares & Zara geminam vitam, & duplicem ſub Lege & Evangelio militiam præfigurabant 1521. 21 & ſeq.

Pharisæi unde ſic dicti 1322 24 A veritate diviſi 1160 9 Nec exiguo puncto atque momento transferunt ſe ad intelligentiam ſpiritalem Legis. 914 65. Nihil ad interiorem hominem referunt, totum ad exteriorem & terrenum. 914 66

Phe latine ſignificat erravi, ſive os aperiunt. 884 1.

PHILOSOPHIA duplex ſpecies? 335. 52. Aliena quærit, cùm ſua neſciat. 1149. 9. Divinitatem quærit in ſtatuis. 765. 1. Plures Deos fecit. 1274. 17. Quàm multa ex libris ſacris tranſtulerit? 407. 45. * 410. 52. Non eſt cura ſanctis axem cœli, & elementorum ſpatia philoſophico more deſcribere. 1120. 10.
Philoſophorum ratiocinandi methodus. 121. 23. Minus latinis & receptis uſi ſermonibus ſunt; ut proprius uterentur. 1296. 42. Plerique phaleratis ſermonibus artem ſuam jactant. 1426. 66. In ſermone divites ſunt, fidei inopes, veritatis exſortes. 790. 27. Sententia eorum de ſummo bono unde ſumta? 412. 55. In ſermone philoſophico vanitas mundi. 1107. 12. Quid Philoſophiæ ſummus, ut ajunt, magiſter, cùm accuſaretur, interrogatus reſponderit? 1172. 11.
Phiſon ſecundum Hebræos dicitur oris mutatio, & cur? 151. 25. * 755. 36. Illius pulcritudo, & fœcunditas. ibid.
Phœnix in Arabia quamdiu vivat, quomodo moriatur, & reſurgat. 110. 79. * 1112. 15.
Phœnice, Tyrus, Sidon vicinæ ſunt civitates. 556. 70.
PHOTINUS Chriſtum David filium non Dei dicit. 715. 26. Chriſtus dicit volo propter Photinum: imperat propter Arium, tangit propter Manichæum. 1556. 4. Photinus tinea eſt, & cur? 1270. 15.
Photinianus dicit in conſtitutione mundi nondum fuiſſe Chriſtum. 45. 52.
Pictor umbras exprimere debet 66. 11.
PIETAS quanta virtus ſit. 1208. 45. Pietas prima in Deum, ſecunda in parentes. 746. 38. Pietati menſura ordinis non præponderat 471. 33. Munda debent eſſe receptacula, in quibus ſunt pietatis occulta myſteria. 927. 5. Sicut per unitatem & plenitudinem divinitatis Pater Deus totus in Filio eſt, & Filius in Patre: ita per intentionem & pietatis affectum homo totus in Chriſto eſt. 794. 37. Aliquando diabolus hominem nimia pietate impium eſſe compellit. 1337. 10. V. Deus & Parentes.
Pignus dicunt quod pro mutuo ære ſuſceptum eſt. 614. 67. Quid ſit pignus quod Lex reddi jubet? 611. 57. * 614. 67. & ſeq. V. Uſura.
Pilatus typus fuit omnium judicum, qui damnaturi eſſent eos, quos innoxios exiſtimarent. 1515. 151.
in Pinea magna Dei virtus. 60. 68.
Pinus lacrimulà vulpis ſibi medetur 119. 19.
PISCIUM creatio. 79. 1. & ſeq. Diverſa eorum genera recenſentur. 80. 5. Quomodo in eis fiat reſpiratio. 83. 10. 11. Quare dentes habeant denſos & acutos. 84. 12. Lambunt terram, & ea ea ſibi prædam requirunt 80. 3. Herbis paſcuntur ac mutuis vermibus 84. 13. Quare ſublati de aqua, vivere non poſſint? 83. 10.
in Piſcibus multiplex generandi ratio 82. 7. 8. Neſciunt adulterina contagia. 82. 9. Eorum in prolem ſuam ſingularis pietas. 82. 7. Neceſſitudo parentis & filiorum. 83. 10. Quidam iterum natos ſuos in uterum revocant, ut eos tueantur. 82. 7. Quorumdam ſolemnis peregrinatio fovendi partus neceſſitate. 91. 29. 30. Præſcripta ſibi domicilia habent. 90. 26. Minor à majore devoratur, & rurſus major à validiore. 84. 13. V. Tymallus.
Planetæ unde ſic dictæ. 69. 15.
Plantæ omnes ſemen habent, aut aliquid quod habeat virtutem ſeminis. 59. 66.
PLATO pater Philoſophiæ. 328. 37. Tria rerum omnium principia conſtituit, Deum, exemplar & materiam increatam. 1. 1. Fictam & adumbratam πολιτείαν propoſuit, & cur? 281. 2. Eruditionis gratiâ in Ægyptum profectus eſt, ut Prophetarum dicta cognoſceret. 1195. 4. Inde dialogum tranſtulit, quem ſcripſit de virtute. ibidem. Potuit Moyſis ſcripta legere. 136. 24. Ex noſtris in ſuos libros tranſtulit. 438. 50. Quid de ſiderum harmonia ſenſerit. 336. 54. Platonis hortus qualis? 398. 19.
Pluvia ex mari in terras transfunditur. 41. 22. Eccleſiæ precibus conceditur. 41. 22.
PŒNA reorum quædam abſolutio eſt delictorum. 1228. 22. Qui veretur pœnam, cuſtodiat gratiam. 1041. 18. Pœna corrigit & emendat errantem 1195. 3.
PŒNITENTIA magiſter Chriſtus 827. 29. Emendare futura adorationis eſt humanæ, præterita damnare divinæ eſt poteſtatis. 1247. 3. Opus hominis eſt gerere pœnitentiam delictorum: Dei munus eſt gratiam implere myſterii. 1307. 79.
Pœnitentiam agere nihil prodeſt, niſi ita agatur, ut oportet. 815. 1. In orationibus & obſecrationibus, cum dolore & lacrymis exigenda pœnitentia eſt 841. 59. Plena pœnitentiæ definitio, commemoratio delictorum, & quomodo? 815. 2. Peccator tardius ſemper culpam ſuam agnoſcit. 176. 68. Qui agit pœnitentiam, excludit pudorem flagitii confitendi. 1080. 5. Ille qui errorem ſuum non agnoſcit, inſanit, furit, deſipit. 691. 47. Pudore culpa minuitur, defenſione cumulatur: & ſilendo corrigimus, contentione prolabimur. 217. 24. Nec honores conſiderandi, nec amici erubeſcendi, ubi pœnitentia agenda eſt. 838. 51. Qui pœnitentiam agit, commoveri non debet, ſi quis ei peccati ſui crimen objiciat. 810. 13. Offerre ſe debet ad pœnam, & occurrere divinæ indignationi. ibidem. Non eſt gravis infirmitatis ruina, ſi non ſit etiam voluntatis ſtudium ab ea non reſurgendi. 837. 47.
Pœnitentiam gerere vera medicina eſt. 816. 4. Aqua lacrymarum, aqua pœnitentiæ ſecundum eſt poculum, quo primum repares 819. 11. Deus facile reconciliatur, quando impenſe rogamus. 1465. 124. Dulcia judicia agenti pœnitentiam. 1032. 43. Laborioſa pœnitentia, ſuavis gratia 851. 22. Pœnitentia patientiam quærit, patientia mitigat delicta magna 856. 46. Pœnitentia delictum abolet, ſapientia cavet. 1433. 96. Quomodo quem peccati pœnitet, is pœna ſuppliciοque liberetur? 212. 13. Fugit venturam iram, qui egerit pœnitentiam 816. 2. Arguuntur qui eam in mortem differunt. 1464. 111.
De Pœnitentia libri duo ab Ambroſio ſcripti. 815. 1.
Pomorum diverſitas. 56. 58. 59.
Pontus reliquo fine maris dulcior. 92. 29.
Populus quid myſtice declaret? 54. 55.
Poſſeſſor eſſe non poteſt, qui non capit fructum. 1370. 61. Quod poſſideas, eo quod adhoc ſpectes, præſtabilius eſt. 471. 32.
Polypi aſtutia, ad prædam capiendam. 88. 21.
POTESTATUM ordinatio à Deo: à malo ambitio poteſtatis. 1341. 29. & ſeq. Non poteſtas mala, ſed is qui male utitur poteſtate. ibid. Lex naturæ eſt, ut leniores ſint ad puniendum, qui maxima poteſtate potiuntur. 107. 68. Plerumque non coercere delinquentes majoris auctoritatis eſt, quàm ſi ulciſcaris. 1026. 24. Continua & diuturna potentia gignit inſolentiam. 100. 52. Grave eſt poteſtate uti, ut ſub poteſtatem recidas. 1455. 186. Mala poteſtas licere quod non liceat. 1232. 38. Omnis potentia ſæculi ſomnium, non veritas eſt. 495. 50.
Potus homini quis neceſſarius? 272. 110.
Prætorum clamore quis deducatur? 44. 50.
Præcipitium eſt de altiſſimis cadere, in planis lapſus vocatur. 776. 26.
Præmium quanto præcellentius, tanto impenſius officium 1374. 78. V. Merces.
Præſumere facile cur nemo debeat? 123. 14. Neminem virtuti propriæ debere confidere. 1327. 37.
Prævaricator græce à diſcedendo apoſtata vocatur, latine autem tranſgreſſor, & cur. 1167. 32.
PRESBYTERO dandum quod ſibi abundat terrenum, ut ab illo accipias ſpiritale quod tibi deeſt. 1493. 791.
Primitiæ non tempore, ſed ſanctitate æſtimantur. 207. 7. Quæ ſint ſenſuum noſtrorum primitiæ, quas Deo offerre debemus? 206. 5. 6.
Primogenitum omne ſanctum 529. 55. Sancti vocantur primogeniti 8. 15. Non omnia primogenita ſancta: ſed omnia quæ ſancta ſunt, ſunt etiam primogenita 208. 7.
Principum ſola capita ære fuſa, & ducti vultus de ære vel marmore ab hominibus adorantur. 136. 57. Facultatem imperandi, incentivum eſt peccati 71. 11. V. Imperator & Rex.
Principiorum varia genera. 6. 32.
Proceſſus vitæ noſtræ quis debeat eſſe? 180. 76. Exordium proceſſionis ad virtutem eſt abſtinere à peccato. 744. 18. 1.
PROPHETIA eſt annunciatio futuri. 515. 7. Non ſolum rerum completur miraculis, ſed etiam proprietate verborum. 1289. 24.
Prophetæ interioribus oculis dicebantur videntes. 1105. 8. In eis Dominus locutus eſt, & ideo errare non potuerunt. 1509. 22. Non ſemper prophetabant, ſed cùm infunderet his gratiam ſpiritus prophetandi. 1119. 18. In exceſſu mentis poſiti prophetabant, repleti Dei ſpiritu. 860. 5. Et quomodo. 319. 61. Cur ut prophetarent, pſallendi peritum jubebant pſallere. 1052. 26. His futura pro præſentibus erant. 807. 64. * 1077. 57. * 1121. 27. Quæ ventura ſunt eis tam quam præſentia ſpiritu revelantur. 559. 77. Non poteſt eſſe propheta, niſi qui de Dei filio prophetarit. 1413. 10. Veritas Dei ex prophetarum oraculis colligenda. 772. 18. Cur interdum refugiamus verba quibus utuntur prophetæ 558. 73. Secundum Evangelium vita prophetarum eſt. 1322. 23. Cibus eorum, divinæ voluntatis effectus eſt. 1504. 78.
Propria dum vindicamus, communia amittimus; nec proprium quidquam eſt, ubi perpetuum nihil eſt. 1459. 124.
PROSPERI peccatorum ſucceſſus mutare non faciunt. 776. 27. Præſcientia ac providentia Dei hoc ipſo amplius probatur, quod in peccato poſitus, ſucceſſu aſſluit ſæcularium proſperorum 667. 14. Plurimos ſupplantarunt ſecundæ res, quos ſupplicia acerba non fregerant. 1124. 31. V. Adverſitas
Providentiæ divinæ ſubſidia hominibus non deeſſent, ſi Dei juſtitiam ſervare vellemus. 1213. 14. V. Deus.
Prudentiæ effectus qui ſint? 1571. 66. Prudentes & continentes, virtutis atque animæ poſſeſſores ſunt. 316. 7.
Pſallendi geminum officium. 884. 41.
PSALMORUM ordo non quadrat ſecundum geſtorum ordinem, & quam ob cauſam? 688. 41. & ſeq. Pſalmi qui titulantur in finem, aut de Chriſto ſunt, aut ipſius Chriſti. 955. 1. Pro octava multi ſcribuntur. 1567. 49. Et pro torcularibus. 1500. 14. Quanta virtus prophetiæ in pſalmis. 740. 8. Etſi omnium pſalmorum corpus unum, in eo tamen viget naturalis, myſticus, & moralis ſenſus. 777. 1. Pſalmorum laudes & virtutes. 740. 9. & ſeq. Quis pſalmus non medicamentum eſt conſcientiæ peccatricis. 815. 1. Homo ſine pſalmorum celebritate diem claudere non debet. 95. 36.
Pſalmus XXI de Paſſione Chriſti eſt 1185. 3. Trigeſimus tertius moralis, ſed trigeſimus ſextus diffuſior, & dulcior. 777. 2. Explicatur titulus pſalmi trigeſimi quinti. 765. 1. Trigeſimus ſeptimus majorem vim habet excitandæ pœnitentiæ. 815. 1. In trigeſimo & nono novum Teſtamentum annunciatur. 859. 1. Quadrageſimus ex perſona inſcribitur Salvatoris. 745. 19. In quadrageſimo adhortatio magis virtutis ſit, quàm errotis depreſſio. 745. 19. Quinquageſimo docemur quemadmodum agenda pœnitentia ſit. 689. 42. Qualis titulus ſeptuageſimi ſecundi 661. 2. Cur pro Aſſyrio ſeptuageſimus quintus inſcribitur. 1447. 153. In octogeſimo quarto evidentius Domini Jeſu prophetatus adventus 1033. 2. & 3. Centeſimus decimus, & centeſimus undecimus adſeruntur per metra eſſe compoſiti. 973. 3. In CXVII. deſcripta eſt Domini paſſio 973. 3. * 975. 7. Cur CXVIII. per litteras Hebræorum digeſtus. 991. 2. * 1140. 1. De Chriſti perſona formatur. 994. 2. * 1092. 17. * 1140. 18. Quartum in eo ethica præcellat. 971. 1. Perfectionem hominis totus informat. 1131. 3. * 1246. 1.
PSALTERIUM videtur in quinque libros eſſe diviſum, & quomodo? 882. 37. & ſeq. Secundùm Hebræos emendatus apud Græcos Pſalmorum liber 1056. 1. In eo profectus eſt omnium, & medicina quædam ſalutis humanæ. 759. 7. Bonum Pſalterium, cùm fides vita concinit, & caro animæ, virtuti adſpirat voluntas. 947. 7.
Pudicitia corporalis & gratia ſpiritalis verum eſt Chriſti ſacrificium. 104. 62. V. Caſtitas.
PUDOR plerumque correctot eſt noſtri. 1100. 41. Quem commiſſi pudet, neſcit poſtea aliquid tale committere, unde ſimiliter erubeſcat. 691. 48. Infirmus cuſtos diuturnitatis eſt timor, pudor autem bonus magiſter officii. 1475. 21. Magna tanctis cura eſt vere-

cundiæ, ut plerumque in ipſis pudor votis ſit. 1280. 45. Verecundia excuſat reum, pudor ſuum accuſat auctorem. 1033. 11. Quantus pudor eſſe debeat feminarum. 297. 41.
Puella ſacra pro conſecratur velamine 1038. 50.
PUERITIAM virtutem eſſe nos docuit Chriſtus 800. 52. Et ut pueritia eſt quædam venerabilis morum ſenectus, & in ſenectute innocens pueritia. 1485. 58. Proverbialiter dicitur: quaſi puer machæram tractat. 1554. 50. Pueros dicimus, quando ſervulos ſignificamus. 508. 82.
Puerperio vir intereſſe non poteſt. 68. 14.
Pulcritudo vera quæ ſit? 32. 21.
Pulmo cur mollior? 140. 70.
Pupilla oculi tutiſſimo quodam naturæ vallo munita. 137. 60.
Purpura ornat regum convivia, amictus rutilat. 81. 6. In regibus adoratur. ibid. Ex aquis fit. ibid. Fulgor purpuræ variis variorum ſuccorum infuſionibus conficitur. 690. 45.
Putei quos fodit Iſaac, quid ſignificent. 565. 10. & ſeq.
PYTHAGORAS inventor nominis Philoſophiæ 588. 37. Unde ſectam inſtituit, ut diſcipuli ſui quinquennio non loquentes, tanto ſilentio loqui diſcerent. 982. 5. Unum mundum aſſerit, alii vero innumerabiles. 1. 23. Confeſſio Pythagorica. 349. 80. David & Eſaias pythagoricis antiquiores ſunt. 985. 5.

Q

QUadrageſima totis præter Sabbatum & Dominicam jejunatur diebus. 545. 34. V. jejunium.
Quadrageſimus dies per Domini reſurrectionem jam non habetur primus ſed noviſſimus. 144. 44.

R

RADICES qui non habent exterminantur, ſicut olera vel fœnum. 786. 19.
Raphidim, ideſt, laxitudo judicii. 1019. 5.
RATIO ubi eſt, nihil ſuperfluum. 916. 8. Quomodo concupiſcentiæ reſiſtat 443. 1. * & ſeq. 445. 5. Hæc rectæ rationis tractatio quam Græci Λογικὸν nuncupant, qua mens ſapientiæ lorica ſolidatur. 446. 6.
Rebecca Eccleſiæ figura fuit, & quomodo. 510. 87. 88. * 511. 90. * 1013. 14.
Redemtio. V. Chriſtus & Deus
Regnum non præripiendum, etiamſi debeatur, ſed exſpectandum, ut ſuo tempore deferatur. 684. 27.
RELIGIO præſtat pietatis officia. 1446. 146. Contuitum regalis potentiæ non habendum, ubi religioni exhibetur obſequium. 685. 58. Ubi religio ſanctior, ibi fides veritatis eſt plenior. 1145. 14.
Reliquiæ dicuntur hominis de corpore mortui, de ejus exuviis. 814. 81.
RENOVAMUR per lavacri regenerationem: renovamur per Spiritus ſancti effuſionem: renovabimur etiam per reſurrectionem. 651. 55. Cùm effunditur malitia, nova ſumitur gratia, quâ nouſquiſque renovatur. 966. 50. Qui renovatur, ſemper in luce eſt. 921. 81.
Reptilia non modo ſerpentes vocitantur, ſed etiam piſces. 80. 4.
Res littera interpretatione latina dicitur caput, vel primatus. 1221. 1.
Reſinâ marmora confracta ſociantur. 489. 17.
Reſpiratio in homine quomodo fiat 85. 11.
Reſponſoria pſalmorum. 42. 25.
Republicæ antiquæ ſtatus deſcribitur. 100. 52. Uſus & leges. 106. 66.
RESURRECTIONIS duo genera. 763. 54. Reſurrectionem mortuis imperare divinæ ſolius eſt poteſtatis. 1550. 59. Multo divinius illud eſt quam peccata donare 1558. 15. Naturale eſt omnibus animantibus naſci & mori, hanc Deus homini præcipue contulit gratiam ut mortuus reviviſcat. 874. 10. Reſurrectio non facile niſi à perfectioribus & fundatioribus capi poteſt 1540. 166. Exemplis docemur reſurrectionem credere. 109. 78. 79.
Reſurrectio mortuorum cur data 596. 15. Nos in ſimplicis creaturæ gratiam illa reformabit. 1458. 194. Juſti poſt reſurrectionem immutabuntur in incorruptionem, manente corporis veritate. 762. 51. Reſurrectio eſt qua inimici omnia vincula ſolvuntur, triumphus omnis abolentur. 881. 34.
in Revelationibus cur minime glorianduṁ ſit, ſed in infirmitatibus. 796. 42.
REX etſi leges in poteſtate habeat, plus tamen Deo ſubditus eſt. 1179. 53. Non ſolvit poteſtas juſtitiam, ſed Juſtitia poteſtatem: nec legibus rex ſolutus eſt, ſed leges ſuo ſolvit exemplo 710. 8. Reges nullis ad pœnam vocantur legibus. 698. 51. Rex quamvis legibus abſolutus, ſuæ tamen reus eſt conſcientiæ. 701. 77. Chriſtiani ſublimioribus poteſtatibus debent eſſe ſubjecti; ne quis conſtitutionem regis terreni putet eſſe ſolvendam. 1354. 75. Si habes divitias, obnoxius es Cæſari. 1508. 35. Virtutis officium eſt, ut etiam per pericula regali imperio voluntarii milites obtemperent. 686. 34. Reis imperatori & judicibus offerre ſe prohibentur. 1065. 19. Regum lapſus pœna populorum eſt. 727. 56. Regibus non temere facienda injuria eſt, vel à prophetis Dei, vel à ſacerdotibus, ſi nulla ſunt graviora peccata in quibus debeant argui: ubi autem peccata graviora ſunt, ibi non videtur à ſacerdote parcendum, ut juſtis increpationibus corrigantur. 835. 43.
Rex eſt qui non erubeſcit, ne in actu reprehendatur, redarguatur in ſermonibus 1043. 54. Verus rex qui flagitiis eſſe neſcivit obnoxius, in quo culpæ & erroris illecebra regnare non potuit. 959. 7. Et qui corpus ſuum bene regit. 939. 7.
Rhaab typo meretrix, myſterio Eccleſia. 1311. 13. * 1480. 40. Illa te docere debet quemadmodum Chriſtus ſit ſequendus. 825. 14.
Rhenus Romani memorandus adverſus feras gentes murus imperii. 28. 12.
Rhodanus rapido concitus curſu, Tyrrheni æquoris freta ſcindit. 28. 12.
Ros tum largior, cùm ſerenior nox eſt, luna & pernox. 75. 19.
Roſa primùm ſine ſpinis orta. 51. 48. Tanquam humanæ ſpeculum præfert vitæ. ibid.
Ruben benedictio quæ myſteria ſignificaverit. 1515. 8. 9.
Rubi folia ſerpentem interimunt. 47. 5.
Rubrum mare 57. 10. V. Mare.
Ruth cur in Chriſti generatione memoria facta ſit. 1514. 30. & ſeq.

S

SABBATI dies erat dierum ordine poſterior, ſanctificatione Legis anterior. 935. 1. Sabbatum eſt non ſolùm dierum, ſed etiam menſium, annorum, generationum, & ipſius mundi. 1475. 25. Sabbatum ἀνωτερότερον quid ſit. 956. 1. Secunda ſabbati eſt Dominica dies. 935. 1. Sabbata perpetua feriæ ſunt reſurrectionis æternæ 1563. 30. Cur ſabbato medicinæ Dominicæ opera cœpta. 1550. 58.
Sabellius tinea eſt, & quamobrem. 1270. 15. Sabellianus arguitur, qui dicit eumdem eſſe filium Dei ac Patrem. 715. 26.
SACERDOTIUM magnum in Verbo Dei eſt. 424. 16. Sacerdotes offerunt pro populo ſacrificium, etſi infirmi merito, tamen honorabiles ſacrificio. 853. 25. Poſtquam Chriſtus advenit, ſemetipſos cœperunt offerre pro hoſtiis. 715. 25. Sacerdote benedicente, populus reſpondet, Amen 882. 56. Sacerdos ſummus, preſbyter, miniſter ſacri altaris quam ſtrenue ſuſcepto muneri fungi debeant. 989. 25. * 1441. 131. Qualem zelum habere debeant * 1198. 11. Tu ſacerdos eripe eum qui ducitur ad mortem, & ſolviſti peccata tua. 1071. 42. Fugitans eſt ſuorum ſacer altaris miniſter, exſul eſt mundi, & abdicat ſe omnibus. 480. 7. Non ſacerdotes magiſteria doceat caſtitatis. 517. 12. Angelorum more nuptias reſutamus. 859. 5. Bonum in me per miſericordiam & gratiam Chriſti, & per miniſterium ſacerdotii. 1225. 15. Sunt pleriquè ſimplices Domini ſacerdotes, in ſermone pauperes, abſtinentia & virtute ſublimes. 790. 28. Homines cùm à Sacerdotibus corripiuntur, peccatum ſuum ingravant, dum negare cupiunt aut defendere. 677. 6. Turres Eccleſiæ ſunt ſacerdotes, quibus abundat & de naturalibus verbum, & de moralibus diſciplina. 152. 49. Grex populus, nox ſæculum, paſtores ſunt ſacerdotes. 1298. 50. V. Eccleſia claves
Sacerdotes ſunt omnes filii Eccleſiæ, & quam ob cauſam. 1364. 35. * 1484. 55. Vitam ſacerdotalem imitari debemus. 1364. 35.
in SACRAMENTORUM figura ſi virtus magna fuit, quanto magis in veritate eorum magna miſericordia eſt 1689. 45. Tunc plus dies lucet, quando ſacramenta celebramus. 501. 51. Bona paſcua ſunt divina ſacramenta. 1140. 2. Alii in loco paſcuorum, alii in privilegio ſacramentorum. 775. 19. Eccleſia duobus ſtipatur fluminibus, lavacro gratiæ, & fletu pœnitentiæ. 310. 87. Quis ſacramentis non debeat intereſſe cæleſtibus 1466. 231.
SACRIFICIUM acceptabile quodnam? 214. 17. Quandonam plenum & perfectum ſit. 2088. Quatuor genera quibus ſacrificia commendabantur. 214. 19. Sacrificium & celebritas commendatur & gratia. 195. 25. * 197. 29. & ſeq. Is qui ſacrificat in unam lucem debet credere Trinitatis. 197. 30. In ſacrificiis odor ſuavis Eccleſiæ eſt. 1029. 54. Parata omnia ad ſacrificium deferre debemus, & non delegare aliis. 505. 68.
Sade littera latina interpretatione dicitur conſolatio. 1194. 1.
Sæcularis plures dominos habet, quorum vile mancipium eſt. 1116. 39.
Sæculum ſæculari ſubjacet malignitati 812. 76. Si tranſeas ſæcularia, pertranſibis ad paradiſum 812. 77. V. Mundus.
Sales Britannici ſalubres corporis cibo, & potui nimis grati. 93. 55.
Salim ipſe adſcendens dicitur. 816. 3.
Salix quid myſtice declaret. 54. 55.
SALOMON ſapientiam poſtulavit, & in illa omnia etiam quæ non poſtulavit, invenit? 916. 93. Templum Deo condidit, ſed corporis ſui templum ipſe non ſervavit. 712. 16. Cur in illo cantores fecerit? 1052. 26. Ille cujus ſapientia totis celebratur ſæculis, factus eſt inſipiens; quia nimium amavit uxorem 1165. 18. Ideo fortaſſe erravit tam graviter, ne errarent homines, & ad ipſum manaſſe futuri Meſſiæ promiſſum crederent. 1317. 9. Vulgus Judaicum exiſtimat Salomonem veniſſe pro Chriſto. 680. 15. Arguuntur Judæi qui eum filium Dei & Chriſtum dicebant. 715. 12. & ſeq.
Saltatio in honorem Dei laudabilis habetur. 1052. 17. Non congruunt reſurrectionis revelata myſteria, & opprobria ſaltationis exacta. 1386. 8.
Salus noſtra ſoli Deo committenda, & cur? 814. 85. Omne tempus opportunum ſaluti eſt. 1181. 38.
Samaritani vocabulo cuſtos ſignificatur. 1428. 74. V. Scriptura
Samech, ideſt, audi, vel firmamentum. 1157. 1.
Samſon leonem ſuffocavit, ſed amorem ſuum ſuffocare non potuit. 711. 16.
SANCTORUM vita ceteris norma vivendi eſt 485. 1. Eos non naturæ præſtantioris, ſed præſtantioris obſervationis fuiſſe; nec vitia neſciſſe, ſed emendaſſe. 484. 4. Providentiâ Domini ſanctis obrepſere peccata, & cur? 677. 4. & 7. * 680. 13. Sancti membra ſunt Chriſti. 819. 9. Montes aromatum ſunt, ad quos confugit Chriſtus. 1258. 44. Cælum dicuntur. 1121. 25. Gratias agunt auctori ſuo, qui non habent unde eos pœniteat in hoc mundo fuiſſe 322. 22. Hæc eſt merces & vita ſanctorum, quod alios redemerunt 507. 71. Dominus aliorum merito ignoſcit aliis. 1357. 11. Sancti omnes tranſibunt per ignem. 997. 14. & ſeq. V. Ignis.
Sanguis calidus & igneus eſt. 166. 95.
SAPIENTIÆ triplex diſciplina φυσικὴ, ἠθικὴ, λογική. 998. 31. Philoſophi triplicem diſtinguunt ſapientiam naturalem videlicet, moralem, & rationabilem. 1561. 2. Sapientia, intellectus & diſciplina quid differant. 886. 7. Omnibus pro poſſibilitate infunditur ſpiritus ſapientiæ, ſed omnibus qui fideles ſunt. 808. 65. Sapientia mentis ſublimis eſt. 847. 12. Mens invalida ejus fulgorem non ſuſtinet 319. 16. Quo magis quæritur ſapientia, eo profundior judicatur 906. 48. In receſſu cordis recondenda eſt. 925. 1. In altitudine cogitationis humanæ certum eſt eam eſſe. 1177. 24. Ibi quærenda, ubi tranquillitas mentis, & pax quæ ſuperat omnem intellectum eſt. 662. 12. Sapientiæ ſummus finis eſt, ut ſimus mente tranquilla. 1244. 17. Quid eſt initium ſapientiæ, niſi ſæculo renuntiare. 1029. 36. Non aigras eos,

& otioſos judices, quos videas ſtudere ſapientiæ. 1450. 85 Non facultates diſcriminat, ſed voluntates: ille aptior qui propior affectu & proximus diſciplina 947 6. Melior inſipientia, quæ oculos habet ut videat ubera ſua, quàm ſapientia quæ non habet. 858.32.

SAPIENS definitur à Sophiſtis: vir bonus dicendi peritus, & unde id deſumſerint? 347.75. Cùm ſapientem videris, cognoſce quia deſcendit ſuper eum gloria Domini. 1191. 56 In quibus cenſus ſapientis, in ſenſu, ſermone, mente. 320 50. Vir ſapiens ſubditus legi eſt voluntate non neceſſitate. 751.50. Qualis debeat eſſe ſapientis viri vigilantia 346. 76. Quomodo mens ejus retrorſum ambulet, id eſt, præterita ſpectet 174 117. & ſeq. Mentem illius hoſpitalem eſſe decet. 352 92. Quando minuit, addit. 436.47 Quomodo delectetur ſanitate corporis, aliiſque rebus proſperis? 455. 33 & ſeq. Occultat injuriam ſuam. 958 4. Septem ſapientum ſententia: *Sequere Deum*, ex noſtris deſumta 325 5.

Sara dicitur græce ἄρχουσα quæ regat: Sarai ἀρχή μου, hoc eſt, poteſtas mea, vel principatus mei initium vel regis 351. 85. Typus Eccleſiæ fuit. 294. 32. * 296 38

Satanas de cælo in terras, ubi tentationes ſolito aſperiores, cecidit. 1217 10. V. *Diabolus*.

SAUL regis quam atrox invidia, qui ſermonis actorem in innocentis exitium derivavit. 781. 9 Ejus caſus aliis eſt terrori. 940. 19.

SCANDALA qui exagitans, non ſolum puſilli ſed etiam minimi ſunt. 1244. 19. Non debemus malignis æmulandi adverſus nos aculeos miniſtrare. 780 9 & ſeq. Cui diligentibus non eſt ſcandalum. 1245 20.

Scarus ſolus inter piſces ruminat. 84. 12.

Scena hominis. 44. 30. Acroamata ſcenicorum mentem molliunt. 34. 5.

SCIENTIAM boni & mali cur Deus in homine eſſe voluerit. 148 8. Fuge quærere, quod non licet ſcire. 1415.28. Gravat ſcire, quod vel exſequi vel vitare non poſſis 160. 56 Quod legi, præſumo: quod non legi, veneratus ſcientibus relinquo. 1255. 14 Nullus cibus ſerenitâ & doctrinâ dulcior. 490. 19.

Scin littera, id eſt, ſuper vulnus. 1258 2.

Scribæ de tribu Simeon deſcendebant 517 13.

SCRIPTURÆ ſacræ veteris Teſtamenti primus liber Geneſis eſt. 1277 25 Samaritani quinque tantum libros Moyſi, Synagoga ſeptem ſequitur principaliter. 1503. 38 Vetus Teſtamentum eſt fidei firmamentum. 1474. 19. Sermo Chriſti Teſtamentum eſt vetus & novum 754. 33 Novum Teſtamentum in veteri Teſtamento erat, intra illud currebat, per quod annunciabatur. 1017 58 Quomodo arguendi ſint, qui vetus non recipiunt Teſtamentum. 160. 38. Hæretici qui legem veteris Teſtamenti non accipiunt, Chriſtum tenere non poſſunt, & quamobrem. 1024 25.

Multa non omiſſe à Septuaginta viris hebraicæ lectioni addita Septuaginta virorum ſententias magis ſequitur Eccleſia. 1088 13. In deſcribendo Scripturæ textu græco ſcriptor potuit errare. 1293. 35. Scriptor antiquarius pſalmorum potuit falli. 1254 27. Potuit interpres Scripturæ vel antiquarius ſcriptor falli. 1013. 25. Senſum ſcripturæ frequens tranſlatio ex hebræo in græcum, ex græco in latinum adtentare conſuevit. 857 49.

In veteri Teſtamento triplex ſapientia, naturalis, moralis, & rationabilis. 1222 2. Omnis ſcriptura divina vel naturalis, vel myſtica, vel moralis eſt 777. 2. Littera quæ occidit, mentitur: ſpiritus qui vivificat, verax eſt 1106 36. Illa maledictum habet, hic benedictionem adfert. 934. 67. Judæus dum ſequitur litteram Scripturarum, mortuus eſt 823. 80 Eccleſia duos oculos habet, unum qui myſtica videat, alterum qui moralia 1176. 20. Myſticus ſenſus acutior eſt, moralis dulcior. 1105 7 Myſticus ſermo cæleſtium Scripturarum velut fortior cibus eſt: ſuaſorius autem ethicus dulcis & mollior 1138. 54. Salomon in libro de Proverbiis moralem locum uberius expreſſit, naturalem in Eccleſiaſte, myſticum in Canticis canticorum. 364 25 * 974. 5. * 1165. 2.

In Scripturis propheticis multa obſcuritas, & quomodo poſſint intelligi. 1078 59. Veritas Dei ex iis intelligenda. 772. 18. In eis non una earum figura ſed multiplex eſſe conſuevit; ut unus ſermo plures ſpecies comprehendat. 1485. 52 Non verborum ſeriem, ſed rerum pondus examinare debemus 1486 63. In iis non facile reprehendamus aliquid quod intelligere non poſſumus. 147. 7. Quomodo Chriſtus nos cum aliquid de Scripturis difficile cogitamus, illuminet 1035 9 Præterita pro venturis vel præſentibus ſolent ponere 504. 67.

Scripturarum traditiones ſunt corpus Chriſti. 1391 33 Pecunia Domini ſcriptura divina eſt. 1498. 18. Det tibi ſit illa. 1245. 11. Omnes ædificat. 946. 4. Qui exercet mentem in Scripturis devius vel conſilii, diutius exercere debet. 1013. 13 Sit nobis tota die ac nocte exercitii uſus in quadam cæleſtium ſcripturarum palæſtra. 1183. 58. Cur earum eloquia diu terere ac polire debeamus. 216. 22. Eſt ignis qui cæleſtium illarum meditationibus excitatur. 848. 15. Habet verbum Dei epulas, alias fortiores ut Lex, & Evangelium, alias ſuaviores, ut ſunt Pſalmi & Cantica canticorum. 1251. 27. Bona paſcua ſunt libri Scripturarum cæleſtium. 1140. 2. Ede quotidie earum cibos, ut non eſurias ſed repleatis. 1251. 19 Micæ ſunt. 1474. Deus præceptis ſalutaribus eas replevit, quibus infirmitas animæ ſanatur. 818. 7. Remedium tædiorum omnium, atque in tentationibus unum ſunt perfugium. 644. 18 Alii ſunt ſermones prophetici, aliæ apoſtolicæ ſuaſiones, in utroque tamen unius eſt verbi diſciplina. 1499. 22. Prius Propheta legitur, & Apoſtolus, & ſic Evangelium, in quo verba lucida, & validiora præcepta 1187 10. Si quis illa quæ miranda philoſophi putant, ibi quærit, inveniet. 1261. 1 Diabolus de Scripturis ipſis ſæpe laqueum fidelibus parat, & hæreticos facit. 1340. 16.

Sebaſtianus Mediolanenſis oriundus, Romæ paſſus eſt. 1134. 44

Sem, Cham, Japhet ſignificant bonum, malum, & indifferens. 158 5.

Semina numquam proprie degenerant. 49. 43.

Seminaria virtus ineſt naſcentibus. 45. 33.

SENECTUS in bonis moribus dulcior, in conſiliis utilior, ad conſtantiam ſubeundæ mortis paratior, ad reprimendas libidines fortior. 18 31. Portus debet eſſe, non vitæ ſuperioris naufragium. 475 42. Bona juventus, ſed melior ſenectus, & cur? 804. 60.

SENSUS hominis eſt communes cum beſtiis, ipſis tamen præſtant. 159 67 Eorum initium eſt cerebrum. 157. 62. Virtus in capite eſt. 1161. 22 Duplex ſenſuum noſtrorum genus, aliud domitum & manſuetum, aliud indomitum quod proruit ad irrationabiles delectationes corporis. 206. 4 Senſus corporis velis oſtiorum ſimiles habentur 253. 61 Sicut mors intrat per ſenſus noſtros, ita & vita. 1038 10.

Sepulcra pretioſa cur homines fruſtra poſt mortem ſtruant. 407 44.

Sepulturâ mortuorum nullum officium præſtantius. 592. 5.

Seraphim quando voluit, apparuit. 1275. 26.

Sericæ veſtes, & auro intexta velamina quibus divitis mortui corpus ambitur, damna viventium, non ſubſidia defunctorum ſunt 566. 5.

Serò quid proprie ſignificet? 1357 152

SERPENS unde ſic dictus. 98. 46. Nihil reprehendendum quod creator ſerpentes aliaque venenata creaturis ſuis miſcuerit. 124 58. Non debemus eorum condemnare creaturam. 147. 7. Deus non ad hoc ſerpentem fecit, ut noceat; ſed quid futurus eſſet, oſtendit. 179 74. Caro ſerpentis exuritur, cujus pulvere theriaca conficitur 818. 8. Jejuni hominis ſputum ſi ſerpens guſtaverit, moritur 123. 28. Celebris ſermo eſt ſerpentem aquis appropinquantem ſibilo ſibi feminæ anguis ſpontaneè concubitum, in quibus ſerpentis caput abſcinditur. 818. 8.

Serpens in paradiſo non ſine Dei voluntate generatus eſt 148. 9. Quomodo in paradiſo myſterium fidei expreſſerit? 818. 9 Figura ſuæ delectationis. 149. 11. * 757. 2. Explicatur ejus damnatio. 179. 74. V. *Adam & Eva*

Serpens æreus figura Chriſti. 1037 15.

Sertorius & Lepidus rebelles. 934 52.

SERVITUTIS obſervantiam ipſo jure naturæ Auctori debemus æterno 784 16 Eſt conſolabilis ſervitus, ſervire vel juſtis. 1123. 52. Miſera ſervitus, cui vagum jus eſt. 1496. 6. Stipendium libertatis eſt. 768. 5 Nihil tam ſpeciale illi eſt, quam ſemper timere. 491. 20.

Servitus glorioſa, qua pro nobis ſervivit Chriſtus: beata ſervitus qua & tu ſervis. 994. 6. Servitus ſub Chriſto pretioſa eſt, & glorioſa libertas. 448. 12 Quam utilis religioſa ſervitus Dei 178 72. Pretioſa eſt ſervitus, quæ vitiorum conſtat expenſis. 1174. 15. Ea quæ ſervitutem animæ inferunt, inutilia ſunt omnia, etſi non deſit effectus 409. 9.

SERVUS multi Domini liberiores ſunt. 490 20 Non conditio fortuita ſervum facit ſed probroſa inſipientia. 463. 12. Declinanda non deſpicienda ſervulorum jurgia. 486. 10. Servulis gravius eſt per agellulos relegari, quam cædi verberibus 699 67. Servis pœna decernitur, libertis confertur gratia. 679. 12. Servus Domini non poteſt idem eſſe ſervus peccati. 1180 34.

Severitas Dei in paucos, bonitas in omnes. 1081. 7. V. *Deus*.

Sicera nomine Hebræi omnem potum qui inebriat, vocant. 552 54.

Sichem dicitur interpretatione latina humerus, vel cervix 316 8 * 486 9.

Signa in cælo nulla eſſe malefica & noxia. 70. 17.

Signum ſuum poſuit Chriſtus in frontibus ſingulorum: ibi quoque Antichriſtus ſigna ſua ponet, ut proprios recognoſcat. 648. 27.

SILENTIUM ad omnia utile, & quomodo. 847. 33. Divina oracula ſolent ſingulariter ſedentibus revelari. 982 4 Silentium & tutum eſt & decorum, quod ſervat cum gravitate cautelam. 844 5. Validum eſt ſcutum circumſpectæ munitionis: & firmiſſimum ſtabilitatis fundamentum. 842 5. 3. David tacendo vicit adverſarios ſuos: & quia ſiene mutus factus eſt, vocem recepit. 837 47 Etiamſi in te verbum Dei ſit, & tacebis Dei verbo, & tacitus clamabis, ut audiaris à Chriſto. 845 8 Taciturnitas ipſa medicina eſt, & velox in ſermonibus magis vulneratur 814 42 Supra fundamentum virtutis vox iuta eſt, ſine fundamento, lubrica. 843. 4 Rarior tacendi virtus eſt quàm loquendi. 1497 10. Quicunque eſt facilis in verbis, interiora evacuat ſua, & exterioribus paſſionibus mundatur. 1014 27. Diabolus ſonum quærit, Chriſtus ſilentium. 930 12.

Simeon benedictio explicatur. 516 10. & ſeq. In eo vindictæ læſi pudoris exemplum 1332. 47. Ex ejus Tribu Scribæ deſcendebant. 517. 13

Simonia Obſequio gratuito uſus miniſterii ſacerdotalis eſſe debet. 1498 17 Non pretio æſtimatur Dei gratia, nec in ſacramentis lucrum quæritur, ſed obſequium ſacerdotis. 1548. 52. In Eccleſia Dei conſortium is habere non poſſunt, qui ſancti Spiritus gratiam nundinentur. 1499. 19. Inexpiabilis eſt venditi culpa myſterii, & gravis vindicta cæleſtis tranſit ad poſteros. 1548. 55

SIMPLICITAS quærimus, non ambitio deſideratur 1299 33. Simplicitate nihil pretioſius, nihil ditius. 965. 21. Non dulcior fructus. 769 9 Et concurrens veritati ipſa humilitate ſublimis eſt 1435. 60. Cauta debet eſſe, provida & ſpiritalis 781. 10. Tarde inter aſtutias hujus mundi, & ſæculi ſtuum fluctus cupiditatum portum ſolet invenire. 255 64.

de Sirenis gentilis quid narrat hiſtoria? 918. 73.

SOBRIETATEM ejus, cujus gratia Jacob præmia quos non habebat, invenit. 952. 14. Non ſolum ſobrii, ſed juſte ſobrii eſſe debemus. 1101 43 Nullum frugalitas occidit, nulli parſimonia nocuit 191 18. Luxuriando facimus membra peccati, ſobrietate autem membra juſtitiæ. 856 32.

Socoth ſignificat tabernaculum. 1019 5

Socrates ſcripta Moyſis potuit legere, vel ab aliis percipere qui legerant 550 54

SOL creatura eſt, non Deus 63 2 & ſeq. A filio Dei creatus 64 5 Quantum Deus præſtantior illo ſit 63 5. An natura igneus ſit 59 14 * 66 9 Cur dicatur luminare magnum. 74 35 Unde magnitudo ejus probetur? 75 37 Quomodo in poteſtate diei ſit? 65 7. Globus ejus nulli propior, aut remotior 74 25. Ex eo ſigna aliqua colliguntur. 67. 22.

Sortis omne augmentum generaliter excluſit Dei ſententia 608.51. * 610 57. & ſeq. V. Vſura.
Spadonem qui ex homine efficiunt, arguuntur. 83. 9.
SPERAT qui quod ſperat, optat & diligit. 1080. 1. Quis ſuperſperet? 1164 62 Dat vires ſpes proxima. 1103. 5. Robur ſpei noſtræ, & quaſdam ſperandi auctoritas confidentia eſt 1165 28 Semper ſperandum. ibid De Domini miſeratione non diffidendum, & quare? 838. 51 Non videtur homo eſſe, niſi qui in Deum ſperat. 356 1.
Quamvis ad ſperandam veniam nos Deus titulis indulgentiarum provocaverit? 1185 6. Juſtus quo graviora toleraverit, magis ſperat 1814. 20. Spem ſemper adjicis ſpei. 1815 21 Etſi contristaris, etſi affligaris, etſi ægritudine deficias; tamen exſpecta Dominum, & non te confundet ſpes. 811. 74. Quomodo poteſt turbari, cui ſpes regni cæleſtis adſurgit. 1245. 61. In tempore humilitatis noſtræ ſpes conſolatoria eſt 1045 7. Quando anxii & ſolliciti ſumus, ſpes nos futurorum exſpectatione confirmet. 642 12. De divina miſeratione tum ſperandum amplius, cùm præſidia humana defecerint. 103. 57. Plus gravamur eorum, in quo plurimum ſpei vel fiduciæ habuiſſe nos dicimus, ſi poſtea noſtram opinionem deſtituit. 875. 21. Spem periculis emere donum videtur. 1411 1 Deſperare ſegnitiei eſt materia; ſperare autem incentivum eſt laboris. 994 3.
Sphæræ inenarrabilis ſolis portiunculas μοίρας Græci vocant 68 14.
SPIRITUS accepit ex Filio 1487. 66 Filius à Patre proceſſit, & Spiritus ab ipſo procedit. 958. 9 Quis ſit Spiritus principalis. 700. 72. & ſeq Spiritus rectus quis ſit. 678. 66 Cui Spiritus ſanctus infunditur, magnarum plenitudo virtutum eſt 1177. 34. V. Trinitas.
Spiritus in homine 83 10. 11.
Squillæ folia fugiunt lupi. 123 9.
Stella Chriſti figura. 111 9.
STEPHANI martyrium glorioſum. 85 36. Primus ille martyr habebat in ore theſaurum, cùm Chriſtum in paſſione loqueretur. 1354. 75. Cui Deus Adæ ambulare viſus eſt, & Stephano ſtare. 931. 13. Martyrio coronatus eſt, quia ſtantem videbat Jeſum? 962. 18.
Stoici unde dogmatis ſui hauſerint ſententiam: Omnia ſapientis eſſe. 388 37.
Στιχεῖα quid? 40 18.
Stola ſpiritualis indumentum, & veſtimentum eſt nuptiale. 1466. 231. Eſt inſigne conjugii. 1504 39.
Stomachus conſcius ſecretorum capitis, compaſſioniſque conſors. 836. 23.
Stultus eſt qui nihil ſapit, & ſtulta intelligit. 950. 17.
Struthio cur convio veſcantur, nec illis noceat? 48 19.
SUBJECTIO Deo bona, non abjecta, non vilis, ſed glorioſa atque ſublimis 783. 16. Subjectio mentium facit ſedulam ſervitutem. 1121 27. Ante ſubjicitur, qui alios vult habere ſubjectos. 1126 39. V Chriſtus.
Subſolanus locus. 831. 35.
SUPERBIA quid & quantum vitii habeat, 1004. 34 & ſeq. Peccati diabolici cauſa fuit 1040. 8. Maximum peccatum in homine ſuperbia eſt, & cur? 1046. 8 9 Hominem prima dejecit. 1147. 10. Cavenda eſt, quæ etiam in proſperis ſupplantat 776. 66 Neſcit ſtare, & ſi ceciderit, non novit reſurgere. 777. 29. Teſtimonium dicere, veritatis eſt. meritum elationis non refugere, gloriantia. 795. 40. Nihil ſibi declarandæ virtutis contemplatione faciendum 1339. 18. Omnis qui ſe exaltat, etiamſi vera dicat, offendit. 1005. 36. Immitis & agreſtis eſt omnis malitia, & inflatus aëreo quodam tumore. 264. 87. Chriſtus humiliavit ſe, ut tuæ lapſum aboleret ſuperbiæ. 1286. 17. Veritas adverſaria ſuperbiæ eſt. 1485. 60.
Superborum deſcriptio. 250. 54. Cur omnis ſuperbus immundus eſt in conſpectu Domini? 1167. 51. Subtile cor ſanctorum, coagulatum cor ſuperborum. 1085. 19.
Superciliorum decus & utilitas. 136. 58. * 235. 18.
Suſpenſum. Cui ea quæ ad uſum ſibi diurna eſſe non poſſunt, ad ſupplicium diuturna depoſcis. 1543. 33.
Sylla Mario victori bella civilia commovit. 934 21.
SYNAGOGA nec initium nec finem habet. 1222. 5. Ejus caput erat Chriſtus. 912. 62. Prior facta congregatio Dei 984 9 Poſtea derelicta, & quare? ibid Legi nupſit, ſed ea mortua, Evangelio debait nubere 911 61. Quamdiu viguit, laboravit Eccleſia: defectus illius, lumen eſt vitæ. 1396. 57. Structura ejus Eccleſia ſurgente, diſſolvitur. 1505. 6. Dereliquit Dominus Judæos, & ſtatim ſecuta eſt ruina Synagogam. 931. 13 Qui credit, non Synagogæ jam fructus eſt, ſed Eccleſiæ; nec ex Synagoga naſcitur, qui renaſcitur in Eccleſia. 1458 172 Nemo de Eccleſia ad Synagogam ſine periculo tranſit ſalutis. 1395 52 Quam aptè arbori fici comparetur? 1449. 161. & ſeq Ejus myſteria videntur pleriſque in Canticis exprimi. 984. 9 Quomodo Dominus condemnavit mercimonios Synagogæ mores? 779. 6. Cain ejus figura fuit. 185. 5. V Eccleſia & Evangelium
Synapis granum Chriſtus. 1454 181. & ſeq.

T

TACTU pleramque probamus, quæ oculis probare non poſſumus. 138 64.
Tapinoſis & humilitas virtutis dicitur, & humilitas afflictionis. 1224 10.
Tau latinâ interpretatione ſignificat erravit, vel conſummavit 1246 1.
Taurini hauſtus ſanguinis lethalis eſt homini. 48. 41.
Temperantia eſt correctionis prævia, diſciplinæ magiſtra. 446. 5. Reſecat cupiditates. 446 8
TEMPLUM quod ædificavit Salomon typus Eccleſiæ fuit 1311 89.
In Templis Dei conduntur fidelium Domino reliquiæ 308. 80.
Tempus ab hoc mundo, non ante mundum. 10. 10. Divide ſaltem Deo, & ſæculo tempora tua. 1818 32.
Tenebræ ſunt univerſa comparatione lucis æternæ 986 6. Tenebras cordis prope ubique loco criminis legimus. 920. 79.
TENTATIONEM inter & probationem diſcrimen 304. 66 Quando mens probetur? 318 13. Diabolus ſic tentat, ut exploret: ſic explorat, ut tentet. 1339. 19. Tentat ille ut inſtruat, Deus tentat, ut coronet. 304. 66. Adeſt inimicus, qui ſemper inſidiatur: etſi illum non vides, adeſt; etſi illum non ſentis, incurſat. 844. 7 Non impugnaret adverſarius ſubſtantiam animæ, niſi poteſtatem accepiſſet à Domino 855. 38. Nemo ſine tentatione poteſt ex hoc vitæ curriculo demigrare, & cur 1393. 39. Nemo poteſt eſſe expers tentationis. 1073. 46. Quomodo omne iter iſtius vitæ plenum ſit laqueorum? 400 24 Quo magis juſtus eſt quiſque, eo magis illi inſidiatur inimicus 810 70 Prior hominum tentatio, quàm natura quæ alimenta dedit, non vitia præſcripſit 79. 6.
Tentari ſæpe juſtos cur Deus patiatur. 678. 9. * 917 71. * 1196. 5. Homo niſi tentationibus fuerit ventilatus, fragilia quæque veluti paleas à ſe non poteſt ſeparare. 903. 40. Propter peccatum tentationes ſæpe naſcuntur. 1083. 13 Tunc adverſarii noſtris poteſtas gravioris tentationis permittitur, cùm culpa animæ gravius reperitur. 835. 48 Quomodo principes mundi re in tuo pectore interdum gratis perſequantur, interdum non gratis. 1239 6.
Tria præcipue docemur eſſe retia diaboli, gulæ jactantiæ, ambitionis. 1339 17. * 1343 35. Tentamenta diaboli plena eſſe mendacii 174. 61. Tentationes verborum maximæ ſunt. 655. 8. Vides inopem juſtum tentari. vides divitem iniquum tentari, & hæc infirmitas ſerpit in multos. 1845 60. Grandis laqueus cùm divitiæ promittuntur, cùm honores, cùm amicitiæ tyrannorum. 1153 33. Exiguis momentis mens inclinatur humana, & huc atque illuc per verſutias ſuadentis frequenter impellitur. 1337. 10. Diverſitas tentationum pro diverſitate certantium eſt. 1344. 39. Multa imprimis noſtris tempore tentamenta proſerpunt. 1072. 45. & ſeq. Cavendum ne quos in domo Dei manus divina plantavit, manus adverſa ſupplantet. 776. 67. Tempus tentationum tempus humilitatis noſtræ. 1045 7.
Quomodo Chriſtus nos docuerit tentationibus reſiſtere? 191. 16. Juſtorum eſt ut cùm ſe tentari viderint, adjumentum depoſcant 911. 81. Rogare debemus ut eas tentationes ſubeamus, quas ferre poſſimus. 1345. 42 Manus Domini ibi dicitur eſſe, ubi eſt hominis, diabolo infeſtante, tentatio 824 81. Qui ſtatuit cuſtodire judicia Dei, non timet tentationes. 1146. 18 Cur tentationem neutiquam timere debeamus. 1344 37. & ſeq Quomodo diabolus dum ſanctos Domini tentat, meliores reddit. 904 40 Torrens voluptatis eſt in tentationibus fortitudo 775 24 Hi qui tentationes omnes ſubeunt, debetur paradiſi requies. 756. 38. V. Diabolus.
TERRÆ qualitas & poſitio quæ ſit? 11 22. Quomodo inviſibilis fuerit? 14. 26 * 35. 7. * 38. 14 * 42 25 Et incompoſita 25 28 In tres ſpecies dividunt, continentem, inſulam, peninſulam 336 55 Terra in qua conſiſtimus, in hemicyclo cæli eſt. 1180. 20 Menſuram circuitus terræ Geometræ centum octoginta millibus ſtadiorum æſtimaverunt 115 7. Eam comprehendere impoſſibile eſſe Scriptura demonſtrat. ibid. Pleraſque partes terrarum ſæpe fuiſſe deſertas loquuntur hiſtoriæ. 1194. 38. Terra minima mundi portio eſt. 761 49. Non habitatores, ſed accolæ ſumus terræ hujus. 330 41
Terræ fœcunditas quanta? 46. 35. Ante & poſt hominis peccatum 49. 45. 44 Nihil inane germinat. 47. 39. Quomodo germinet ac fructificet, deſcribitur. 45 34. Decens ordo in terræ fructificatione. 49 42
Terra cæleſtis quæ non pertinet, quæ ſit? 786. 60.
Teſtamentum dicitur, quo defertur bonorum hæreditas. 196. 28
TESTAMENTUM vetus in typo, novum in veritate 197. 28. Venit Dominus Jeſus, novum detulit Teſtamentum, & illud quod erat vetus, factum eſt novum: evenit intellectum ſecundùm litteram, & ſtatuit intelligentiam ſpiritalem 629. 12. Teſtamento novo divinæ gratiæ pignus tenetur. 197. 28. Cur Teſtamentum Domini canticum dicitur. 1052. 26. V Evangelium & Scriptura.
Thales dixit quod omnia ex aqua conſtar et. 3. 6.
Thamar mulieris famoſæ nomen in Dominica generatione cur Evangeliſta inſeruerit? 1319. 27. & ſeq.
Theotimus ſciens prudenſque impetu libidinis oculos amiſiſſe dixit: Vale amicum lumen. 1351. 64.
Theriacam de corpore ſerpentis confici ſolere dicitur. 173 59
Theth, id eſt, excluſio. 1079. 1.
Thomas non de reſurrectione Domini, ſed de reſurrectionis videtur qualitate dubitaſſe 1540. 169. India illi petiit. 934. 21
Thymallus piſcis à flore nomen habet 81. 6. De eo dictum: Aut piſcem olet aut florem. ibidem.
Tigridis catuli qua arte eripiantur. 105. 21
Tigris fluvius dicitur eſſe velocior omnibus. 151. 17. Aſſyrios præterfluit ibid. * 755 36.
TIMOR ex corporalibus & materialibus naſcitur. 1009 1. Excludit timor timorem 1141 10. Si noxii nihil timerent, innocentes ſemper timerent 1175. 18. Quæ pœna major, quàm timere quod evitare non poſſis, nec quod timueris, evadere. 769 8.
Timere virtutis eſt. 1076 55. Eſt timor ſanctorum. 1240 8 Deum ſolum eſſe metuendum 1456. 110. Timentes Deum & ſapientes ſunt & beati. 1056 1. Chriſtum timere, pietatis timor eſt, non infirmitatis 1033. 5. Plenitudo ſapientiæ timere Deum 1151 31. Niſi quis timuerit Deum non poteſt renunciare peccato. 6 12. Timor diſciplina ſapientiæ eſt. 791. 28 In eumdem concurrit effectum confidentia ſapientis æterna & divina trepidatio. 1840. 8. Eſt timor qui confligit carnes. 1169 40 Contritio cordis & timor judicii ſalubriter compungere, ſtimulant non vulnerant 1853. 60. A timore Domini proceſſus quidam eſt ad gratiam caritatis. 1237. 56. Baſis aurea timor plenus diſciplinæ. 1030. 38. Informatus per ſapientiam, inſtitutus per intellectum, conſilio dirigitur, virtute formatur, cognitione regitur,

pietate decorant. *ibid.* Timor Domini niſi ſecundum ſcientiam ſit, nihil prodeſt, immo obeſt plurimum. 1029 36 37.

Tobiæ miſericordia commendatur 591. 2. *& ſeq.*

Tonitrui filii quomodo homines eſſe poſſunt? 412. 5

Topazii apud hiſtoria, & qualitates 1182. 41.

Trecentos Γ græcu litera ſignificat 287. 15. In trecentis crucem Chriſti ſignificari certum eſt. 276 125 Trecenta æra crucis inſigne declarant. 1591 30.

Trinitas diſtinctionem ſignificat perſonarum, unitas poteſtatem. 774. 22. Nihil materialis compoſitionis immune atque alienum putamus præter ſolam Trinitatis ſubſtantiam 338 58. Sola immutabilis eſt. 1119. 18 Nihil præſcriptum, nihil circumſcriptum, nihil emenſum, nihil dimenſum habet. 1186. 15. Evidens teſtimonium ad probandam Trinitatem coæternam, atque perfectam. 1546. 45. Hæc una ſententia hæreticorum omnium machinas deſtruit, ut unius poteſtatis, majeſtatis atque virtutis Trinitatem eſſe credamus. 754. 72. Una Trinitatis voluntas eſt. 699. 71 Qui unius voluntatis Trinitatem aſſerunt, unius utique aſſerunt poteſtatis. 1555. 5. Si unitas Trinitatis eſt, individua utique magnitudo, ſicut indiſcreta operatio 1458. 19. Unde colligatur unum eſſe regnum Patris & Filii & Spiritus ſancti 958 8. Licet individua divinitas, diſtincta perſona eſt. 1452. 92. Numquam poteſt a ſe Trinitas ſeparari 1512 92. Eâ ſpecie videri poteſt, quam voluntas elegerit, non natura formaverit. 1274. 25. In conſtitutione mundi operatio Trinitatis elucet. 16. 29. In myſterio Trinitatis triplex ſapientia 1263 5.

Filium Dei unius naturæ eſſe cum Patre. 518. 18 In Patre & Filio non una perſona, ſed una ſubſtantia eſt. 128 41. Filii cum Patre unitas majeſtatis & divinitatis. 155. 26. Eodem Pater & Filius majeſtatis honoramur nomine 31. 18 Pater & Filius per luminis & nominis unitatem ambo unum ſunt. 774. 22. Fides æquat Filium Patri, atque utriuſque eamdem gloriam profitetur. 142 74. Cave ne putes Filium Dei non primum eſſe, quia Filius eſt 1283. 12. Non alia voluntas Patris, alia Filii. 517 60. Filius ejuſdem cum Patre eſt Divinitatis, qui ejuſdem eſt voluntatis. 862 14 * 864. 18. Sicut imago Dei Deus, ſed unus Deus: ita & divinæ imago bonitatis bona, ſed una bonitas. 1488 68 Claret unum Patris & Filii eſſe dominatum 1470. 148. Patrem & Filium poteſtatis unius eſſe. 1541 27 Eamdem eſſe Patris & Filii gloriam eamdemque virtutem. 1309 84 Una eſt operatio Patris, Filii & Spiritus ſancti, & una operationis poteſtas, & majeſtas una factorum eſt. 729 6. Unitas operationis in Patre & Filio. 852. 44. Cur Patri & Filio una virtus, & communis operatio 875. 20. In operibus Patris Jeſus videtur, in operibus Filii & Pater cernitur. 1268 7 In Filio totus eſt Pater, ſicut in Patre totus eſt Filius 945. 18. Solum divinitas facit: generatio & Patrem teſtificatur & Filium; ut nuſquam Filius ſine Patre aut Pater videatur eſſe ſine Filio. 1186. 12. Qui Filium à Patre ſeparat, majorem Patri injuriam facit 1033. 5. Pater in Filio perſonarum definitione diſtinguitur, poteſtatis veritate connectitur. 1505. 5. Cùm ſolum dico Patrem, Filium non ſeparo. 643. 15. Quomodo Pater complaceat in Filio, & Filius benedicat Patrem 881 35. Trinitatem confitentes qui ad baptiſmum veniunt, & quare? 1488 67.

Triſtitia quæ nobis ſit utilis? 1280. 75 Utilior ſæpe eſt, quæ comitem ſolet habere gravitatem. 1126 9.

Triumphantium pompa qualis olim fuerit. 1527 109. *& ſeq.* Minuit fructum triumphi mercedis ſuſceptio. 288. 17.

Triumviri ex hoſtibus amici, ex amicis rurſus in hoſtiles tumultus ſunt progreſſi 934. 21

Θουνομος quid? 335 54.

Turtur, ne pullos ſuos incurſet lupus, ujdo ſquillæ folia ſuperjacit. 125. 29. Ejus viduitas laudatur. 104. 61. Compare amiſſo, concubitui indulgere non novit. 1282. 13.

Turtur marina poſt mortem amplius quàm viva nocere perhibetur. 93 31.

Tyranni qui jam victus interiit, imagines ſi quis habeat, jure damnatur. 855. 27.

V

Valentinus hæreticus vulneratus eſt 1480. 41.

Vanitas temporalium eſt, veritas æternorum. 1016. 25. Sapiens qui cognoſcit hujus ſæculi vanitatem, non diuturnam vitæ hujus precatus uſuram. 857. 36. Avertamus oculos noſtros à vanitatibus, ne quod oculus viderit, animus concupiſcat. 1026. 27. *& ſeq.* *V Mundus*

Vau litera cujus interpretatio, ille eſt, & non alius: vel, & ille. 2033. 1.

Vena plus habet ſanguinis quàm ſpiritus. 266. 92. Venarum pulſus infirmitatis vel ſalutis internuncius. 142. 73.

Venerarium, locus ubi paſſus eſt Chriſtus. 958 5.

De Venatoribus nullum in divinarum ſerie ſcripturarum juſtum invenimus. 1071. 42.

Venenati alicujus animantis creaturam condemnare non debemus. 147. 7. Quare cum utilibus alimentis lethalia & pernicioſa generentur? 147. 38. *& ſeq.* Ad correptionem noſtram nata ſunt, non ad deformationem. 126. 38. *V Serpens.*

Verbum Dei ſubſtantivum unum eſt, & non multa verba. 519. 55 Verbum Dei eſt nomen Patris. 896. 19. Non opus eſt, ſicut quidam ait, ſed operans. 198 32. Vita eſt, & quamobrem? 795 34 Regale eſt, judiciale, & plenum juſtitiæ ſacerdotalis. 561. 14. * 425 14 Ubique eſt. 199 32. Vocem non habebant, qui Verbum negabant 1159 6. Qui Verbum videt, qui particeps Verbi eſt, utique & ipſe eſt: qui autem neſcit Verbum, non eſt. 812. 78 Verbum cognoſcere majus opus eſt, quam miniſtrare. 1106. 11

Verbi cæleſtis virtutes cognitione ſunt placidæ, non ſonitu ac fragore terribiles. 950. 10. In cœlo permanet Verbum, quia inde dejectus eſt ſatanas 1317 10. Omnia nobis factum eſt Verbum Dei. 927 4. Quale Verbi divini cum carne conjugium? 716 51 Verbum Dei ſanita eſt. 823. 19. Oſculatur nos Dei Verbum quando ſenſum noſtrum Spiritus cognitionis illuminat. 975. 5. Oſculum Verbi eſt lumen cognitionis ſacræ. 559 8. Verbum divinum nobis aliquando vere moritur 422. 15. Unum Verbum multa ſunt, & multa verba unum eſt. 999. 20. *V. Filius & Trinitas.*

Verbum prius intus operatur, ſequitur vocis officium. 1505. 68 In hominibus verbum conſecratur voce doctoris. 1505. 75. Nihil apud me diſtat in verbo, quod non diſtat in ſenſu. 1196. 42. Negligere verba debemus, ſpectare myſteria. *ibid.* Otioſum verbum eſt, loqui opera hominum, pro quo rationem ſumus reddituri. 1252. 20. Si pro otioſo verbo periculum eſt, quanto magis pro criminoſo. 844 5.

Verbo Dei ſemper poſſumus inhærere & noctibus & diebus, ſi in lege Dei meditemur die ac nocte. 876. 15. Quomodo nunc viventes umbram ſequimur verborum Dei? 999 19. Numquam negligamus verbum Domini, ex quo nobis omnium origo virtutum eſt, univerſorumque operum quædam proceſſus. 1144. 12. Non gladio diabolus ſed verbo Dei vincitur. 845. 7. Debitor eſt omnis qui audit verbum regni, & non intelligit. 615. 71 Sed nulli eſt auferendum. *ibid. & ſeq.* Non multi ſunt, qui verbo Dei vivunt. 124. 91. Verbum Dei aliis magna lux eſt, aliis lucerna. 1141. 6. 9. Verbum Dei gladius eſt Spiritus ſancti, & gladius ſpiritus nequiſſimi eſt verbum malum. 788. 24. Clavis rui orit eſt 1567 48. Repulſorium tædiorum eſt. 1015. 15 *V. Meditatio.*

Veritas tota hìc non poteſt comprehendi. 999. 19. Nunc de iis quæ non comprehendimus, loqui vera non poſſumus. 810 68 Quomodo fiat proceſſus à veritatis confeſſione ad cognitionem juſtitiæ divinæ. 1258 57 Anima ſolum veritatis attingit, quando ſe ab iſto ſecernit corpore, nec à ſenſibus illuditur. 394. 10. Periculum eſt non ſolùm falſa dicere, ſed etiam vera 990 25.

Verinus Indici converſiones. 109 77.

Vermes qui in viſceribus puerorum ex cibi indigeſtione naſcuntur, pomi extinguuntur amarore 547. 58.

Vaſpertilionis deſcriptio. 111 87.

Veſtis mollioris cura pleroſque effeminat. 1581. 107.

Viæ Domini cur fugiantur? 659. 16.

Videntes aliquid illius qualitatem adſumunt. 95 16.

Viduitatis quanta gratia. 115. 62. Si coegiſti viduam proſilire in publicum, inverecundius quam injuſtius litigare, iniquiſſime egiſti. 1171. 7. *V. Virginitas.*

Vincula Domini quæ ſint? 1071. 45 Quæ ſint diaboli vincula, quibus nos ligat? 1071 42

Vindicandum in quos arbitraria, eorum proprius ſcrutanda commiſſa. 298 47. Bonum eſt convicium convicio non referre, ſed ſilentio redarguere conviciantes. 655. 4. 5. *& ſeq.* Melius eſt diſſimulare injuriam, quàm cùm redarguit, vindicare. 856. 45. Perfectus vir non movetur ulciſcendi dolore injuriis, nec malorum rependit vicem 484 3. Beatus qui poteſt tantam habere virtutem, ut laceſſitus non iraſcatur, commotus ſe nolit ulciſci. 835. 45. *V. Caritas & Inimicus.*

Vineam cur Noe prius plantaverit quàm triticum aut hordeum 271. 118 Quam rectè ei populus Chriſtianus comparetur? 1500. 29

Vinum cur Deus dederit? 62 72. Noe per vinum parum deformatus, qui per diluvium excrevit ad gloriam. 62. 72 Ebrioſi eſt omne abſorbere vinum, continentis autem utendum menſura legitima. 272. 131. *V. Ebrietas & Noe.*

Viperæ partus ſuam ſcindit parentem. 768 6. Os ejus calcatum gravius quam venenum nocere perhibetur. 93 31.

Viri perſona in omnibus cujus generis adſerit dignitatem. 1314 3. 4.

Virga præferendæ poteſtatis inſigne eſt, & ulciſcendi inſtrumentum doloris. 1424 59.

Virginitatis & viduitatis ante Chriſti adventum nondum vernabat gratia 1520 18. Nunc plurima virginalis integritatis exempla. 317. 12 Quid interſit inter mulieris & virginis verecundiam. 1285 9 Quantam virgines verecundiam ſervare debeant? 582. 93. Teneram eſſe virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris 1281. 1. Trepidare virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pavere, omnes viri affatus vereri 1184. 8. Demorari non debent in publico, & in plateis. 1288. 21. Decet ut quanto caſtior virgo, tanto humilior ſit 1289 22. Impoſſibilem non eſſe Virginis partum 105. 65. Virginum Iſlia ubi quærantur? 1442. 128. *V. Puella.*

Virgultorum remedia. 47. 37.

Virtutum Cardinalium ſoria unde philoſophi tranſtulerint. 150. 14. Quoſdam in graviſſimis criminibus confinia luſere virtutum. 824. 20. Virtus & voluptas ſub typo duarum mulierum inimicitiæ ac diſcordiæ diſſidentium, deſcribuntur 188. 15. Simplicitatem ſine arrogantia caritatem ſine invidia, devotionem ſine iracundia eſſe debere. 1416. 25. Quicumque ſtudio fuerit virtutis accenſus, omnes delicias ventris excludit. 266. 93. Eadem virtutis natura, quæ nemorum. 1336 8 Virtus quaſi materia quædam virtutum eſt. 1372. 65. Quomodo juſtus virtute quaſi ſpeculatrice utatur. 255 65 Apud ignavos nulla ſunt inſignia virtutis, apud ſapientes prima habentur. 188. 12 Quanto tolerabilius eſt amare virtutes, etſi implere non poſſis, quam odiſſe virtutes, quibus nocere non poſſis. 826. 25. In ſermone ſanctorum virtus eſt. 1107. 12. Munimenta virtutis æterna 788. 23. Fuga malorum ſimilitudo Dei eſt, & virtutibus imago Dei acquiritur 397 17. Virtutes ſibi ſunt connexæ & concretæ. 153. 22. Una tamen in ſanctis habet principatum. 1370. 63. Quando virtutes perfectæ ſint? 1408 8. Soli Deo gloria virtutum debetur. 799 50. Magiſter o divino proceſſus humanæ virtutis excrevit 655 6. Viretа virtutum fontem habent Chriſtum, & ſpiritalis ubertatem gratiæ, quo exuberent 527. 34 Finis omnium virtutum Chriſtus. 1129 48.

Virtutes perfectæ totum accipiunt gloriæ patrimonium, uſitatis & mediocribus vile aliquid adſpergitur. 394. 25 Singularum virtutum coronæ ſunt 1161 11 Sola virtus comes eſt defunctorum 1439. 122. Mors vilis, ſed pretioſa

tioſa virtus. 1437. 17. Mori non poteſt, quem humeris ſuis virtus portaverit. 1255 31. Qui deficit ſibi, ut virtuti adhæreat, amittit quod ſuum eſt, accipit quod æternum eſt. 1105. 6. Deus ipſe eſt merces perfecta virtutum 1059. 11.
Virtutis ſigna ad fidem, opera virtutis ad imitationem deſcribunt Evangeliſtæ 1356. 4. Numquam ſine virtute ſpiritus, nec ſine ſpiritus virtus eſt. 1278. 36.
Vita eſt ſpirandi munere frui, mors privari. 389. 2. Vita noſtra cœpit ex inſpiratione divina, quæ non ſolvitur 1091. 15 Brevis hujus laboris eſt meta, & corona perpetui fructus: tolerabilis paſſio, merces inæſtimabilis. 451 23. Forte propter peccata hominum breviores vitæ iſtius dies fecit Deus, quæ ante ad nongentos & ſeptingentos annos extendebant. 851. 11 Vita in corpore umbra eſt vitæ atque imago, non veritas. 998, 18.
Quæ ſit vera vita. 1032. 46. * 1100. 40. Hoc eſt vita frui bonis, mors contra bonis exui. 389. 2. Bonum vita eſt, ſed æterna. 432. 37. Vitæ imago ex cælo deſumenda. 1116. 8. & ſeq. Quid ſit vita vivere, morte mori, vivere morti, & mori vitæ. 264. 44 45. Vita vivere plus eſt quàm vivere. 1004. 33 Vita noſtra aut virtutis via eſt, aut iniquitatis, quarum una eſt eligenda 748 25. Examinatur igne, ut virtus certaminibus approbetur. 1097. 30. Dum in hac vita quiſquam eſt, non poteſt definita prædicatione laudari. 744 16 Certamen debetur, non præmium. 811. 75 Hæc vita non eſt loco præmii, quæ in loco mortis eſt 996. 1. Quam multi viventes in inferno ſint. 1253. 24.
Vitis nobis ad imitationem propoſita. 53 52. Laudatur. 51 49. Cum Eccleſia comparatur 52 50.
Vitia prima cavenda. 750. 28.
Ulyſſem poſt decem annorum exſilia feſtinantem ad patriam Lotophagi, & horti Alcinoi retardarum, ac Sirenum cantus ad naufragium pœne deduxerum. 1334 2.
Umbra ſuæ corpori omni adhæret, & quibus modis. 19. 3. * 66. 11. Quare ſol minores umbras faciat in meridiano. 72. 21. Cur majores in hyeme, in æſtate minores. 73. 23.
Umbra aliqua ſalutis eſt. 73 22. Præterit umbra non veritas. 1159 6.
Unguentum olere luxurioſi hominis, vel potius non hominis eſt. 1390. 27.
Unitas prævaricari non poteſt. 155. 26. Coercet omnia, & regit. 972. 2.
Volandi nobis gratiam natura dedit, voluptas abſtulit. 1436. 114.
Voluntarius miniſter habet præmium, coactus diſpenſat obſequium. 1148. 24 Multum refert inter eum qui neceſſitate invitus aliquid agit, & inter eum qui ex voluntate quod bonum eſt, elegit. 1402. 80. Dominus operationes ſervulorum ſuorum ſpontaneas probat potius quam coactas. 1131 5. Voluntarium ſibi militem elegit Chriſtus, voluntarium ſervum ſibi auctionatur diabolus. 447. 10. Nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. 447 10.
Voluptas ejuſque artes eleganter deſcribuntur. 289. 14 Sollicitato à voluptate quomodo virtus ſanitati conſulat? 190. 25. Quomodo carnis voluptas ſapiens dicatur? 169. 54. Chriſtus naturales amputat voluptates. 1469. 1. Cur Epicureis voluptas ſummum bonum viſa eſt? 351. 85. Confutatur eorum opinio 314. 3. Reſoluto mentis vigore, illa ſe ſe effundit. 357. 2. Nihil prodigæ ſatis eſt voluptas. 1463. 215. Pro animi voluptate corporis ſalus plerumque contemnitur, nec à periculis abſtinetur. 1351. 64.
Votum eſt poſtulatio bonorum à Deo cum ſolvendi muneris promiſſione. 195. 25. Prima ejus gratia eſt celeritas ſolutionis. 197. 29. & ſeq
Vocis utilitas. 139. 67. Vox eſt operum, fideique clamor. 1280. 41.
Urias lux mea dicitur. 725. 49. Occiſus eſt in typo Legis, ut Synagoga Legis laqueis ſolveretur. 725 48.
Urſa fertur informes catulos linguâ fingere. 119. 18 Verbaſco vulneribus ſuis medetur? ibid. 19.
Urſus æger formicas devorat. 123. 26.
Usura ab uſu dicta. 605. 43. Cur græci τόκοι appellaverunt uſuras. Quodcumque ſorti accidit, uſura eſt. 607. 49. Sortem fœneris dicunt id quod debetur. 595 14. Quæ bona & mala uſura ſit? 805. 62. Ubi jus belli, ibi etiam jus uſuræ. 608. 51. Malum eſt fœnus quo quæruntur uſuræ. 593. & ſeq. Veteris atque divinæ præſcripto legis inhibetur. 606. 46. Arguuntur qui cùm pecuniam dederint negotiatoribus, de mercibus eorum tamquam uſurarum emolumenta percipiunt. 607. 49. Scriptura fœneratorem cum idololatra copulavit, ut crimen æquaret. 609. 52. Uſuram petere, ſuffocare eſt; fœnerare, eſt hominem occidere. 607. 46. Cavendum ne nos alicui obligemus debito. 610 90. Dominus non noſtræ, ſed ſuæ pecuniæ quærit uſuram 1494. 93.
Vulnerum triumphalium bonæ cicatrices, quibus victores hujus terreni prælii gloriantur. 839. 55.
Vulnus eſt mentis, & quomodo curari debeat? 1238. 2. & ſeq.
Vultur ſine ullo maſculorum concipit ſemine. 105 64 Uſque ad centum annos vitam producit. 105 64. Signis quibuſdam mortem hominum annuntiare conſuevit. 110 81.
Uxoris non tam pulcritudo, quàm virtus & gravitas delectat virum. 284. 6 Nulli licet ſcire mulierem præter uxorem. 301 59. Lex divina eam dimitti prohibet. 1472. 4. & ſeq. Vulgus mulierum nunc male audit, ut relicto ſeniore marito, juniorem ſequantur. 1533. 134. V. Conjugium & Matrimonium.

X

XEnocratis hiſtoria. 1282. 41.
Xenophon Socraticus fictis rebus perſonam voluit informare ſapientis in libro, quem Κύρου παιδείαν inſcripſit. 282. 2.

Z

ZAbulon ſignificat liberationem à nocturnis. 521. 26. Benedictio ejus explicatur. 521 26.
Zacharias videtur ſummus Sacerdos deſignari, & eſſe figura Chriſti. 1273. 22
Zachæus cur Chriſtum interioris domus recepit hoſpitio 1492 81.
Zain ſignificat latine, duc te, vel huc. 1043 1.
Zara interpretatione ſignificat Oriens 1322. 22. Typus fuit Chriſti 1324. 29.
Zelum aliud eſſe, aliud paraзelum. 779. 5. Eſt zelus ad vitam, & eſt zelus ad mortem. 1197. 10. & ſeq Zelum qui habent omnes ſibi inimicos putant, qui ſunt hoſtes Dei, etiam patrem, fratres, ſorores. 1198 12.
Zenon Stoicorum magiſter, atque auctor ſectæ ipſius. 328. 37.

INDEX VERBORUM, SENTENTIARUM,
dogmatum difficiliorum, & rituum veterum quæ in notis explicantur.

A

ABalienare quid ſit? 355.
Abrahæ nomen unde Ambroſius deduxiſſe videatur. 313 An Abrahamus prodita uxoris Saræ pudoris juſte accuſetur? 285
Abſolvo, id eſt, concludo ac evinco. 824.
Abſtemius quid ſignificet? 1223.
Acerbo, vel melius acervo, id eſt, exaggero. 167.
Acroama, quid ſignificet? 34.
Acta, actæ, quid? 93.
Actor agri, id eſt, ruſticus œconomus. 287.
Adam. Salit Chriſtus ſuper Adam. 1034.
Adipſal ab adipe dicitur. 665.
Adolere libidines. 17. 1038.
Ἀδολεσχεῖν, id eſt, hallucinari. 1013.
Adtactu nullo, id eſt, ſenſim ſine ſenſu. 1037.
Advocati ſeu adnotati qui fuerint? 1063.
Adulterium ante legem Moyſis an prohibitum crediderit Ambroſius. 289.
Ais pro ἔας, vetitum tempus. 263. Hic aer quantos alere populos poteſt? 568.
Æthiopes mercatus, pro Æthiopici. 827.
Agonothetæ quis? 550.
Albæ vel albulæ. 53.
Albugo quid? 592.
Alexandrum nec ipſa terra capiebat. 953.
Alienam fugere. 440.
Allegat Paulum. 507.
Alloquio carnis fungi. 975.
Amalec per interpretationem rex accipitur iniquorum. 7.
Ambroſius an memoria lapſus. 476. Per epiphania feſta apud catechumenos ſermonem habebat. 1354 Quomodo populus Ambroſio ſacerdotium detuliſſe cenſendus ſit? 1490.
Apologia Davidis ſecunda an genuinus ſit Ambroſii fœtus. 703. *V. David.*
Ammantus quid ſit? 541.
Amyſtide bibere. 555.
Ammaon & Cleophas diſcipuli. 783. 1542.
Anaboladium quid? 520.
Anaglyphari qui ſint? 605.
Ananias & Saphira an morte æterna damnati? 1197.
Ancylæ ſuffragines ſeu curvaturæ cubiti vel cruris. 124.
Andragathius priuſquam necem inferret Gratiano Imp. dedit operam ut ad Maximum duceretur. 964.
Angeli quando creati. 737. Num Deum videant. 1274. De eorum lapſu quid ſenſerit Ambroſius. 231. 677 tott.
Anima irrationabilis. 1460. Superiora animæ. 338 Quæ ſint illius poſt mortem habitacula? 385. Num poſt finem vitæ hujus adhuc futuri ambiguo ſuſpendantur. 409.
Apollinariſtæ caſtigantur, qui contendebant divinitatem Chriſti paſſam eſſe. 1515.
Apoſtoli ſimpliciter & ſine addito diſcentes nominantur. 755. Apoſtolicus cibus. 1165.
Apoſtrophe quid ſit? 964.
Apothecas numerat. 750.
Apſida quid? 849.
Ariminenſis concilii finis infauſtus. 1372.
Arbiter & præliator. 832.
Argumenti ingenia. 794.
Arrius. Propter eum Chriſtus imperat. 1355
Aſpendius cithariſta. 742.
Athleta adſignatus. 800. Athleticæ epulæ. 1124.
Averruncare quid ſignificet? 939.
Auguſta definitio, id eſt, imperialis conſtitutio. 1232.
Avis pia, id eſt, ciconia. 120.
Aulicorum concentus ſonorum. 1467.
Auſtrigo, æſtigo, id eſt, uredo. 49.
Auxentius arrianus deſignatur. 1422. Crudelis lex ab eo ſcripta, gladius dicitur. 1423.

B

BAculus nuceus ab Hieremia viſus. 856.
Bethel quid? 318.
Bethleem Ambroſio idem ac Bethel. 469.
Baptiſmate abluendi non modo jejuniis atque orationibus, ſed etiam confeſſione peccatorum ſe ſe ad ſacramentum præparabant. 383 In baptiſmo totius corporis immerſio 1177. Quo ſenſu, cùm baptizamur in Jordanem deſcendimus? 966 Baptizatus non offerebat, niſi octavum ingrederetur diem. 971 Baptiſmi & pœnitentiæ pernicioſa dilatio. 1464. *V. Sacramenta.*
Barbam ponere, crines promittere qui ſolerent? 1320.
Baruch cur nomine Hieremiæ citatus? 199.
Beatitudo. *V. Anima.*
Benedictiones ſeu beatitudines, quid ſignificent, & quando in Eccleſiis decantarentur. 1217.
Bravium corona eſt ſeu victoriæ præmium è ramis variarum arborum. 57.

Branchiæ in piſcibus. 83.
Bruchus quid ſignificet? 63.
Bullis aureis zonam tegebant. 549.

C

Cadavera apud Græcos & Romanos combuſta. 981.
Cælorum concentus & harmonia. 377 738.
Cæleſtis potentiæ ſubſtantia. 886.
Cain an à Lamech interemtus? 1475.
Calligonus eunuchus ab Ambroſio notatus. 498.
Canere intus quid ſit. 741.
Cantus in Eccleſia. *V. Evangelia & Pſalmi.*
Capere imprudentem. 283.
Capitis pœna 1228 De Capite decernere. 596. 1065. Capite minutus, hoc eſt, nobilitatis dejectus gradu. 601.
Caſtimonium, pro caſtimonia. 285.
Caradupa quæ ſint? 25.
Catechumeni his nomen dabant. 1354. Eorum gradus. 545. Sal catechumenorum. 1513.
Cenſio, id eſt, cenſura ac moderatio. 383.
Cenſoria Romanorum diſciplina. 1293.
Cenſus quid ſit? 1171.
Cernimus, decernimus, id eſt, militamus. 415.
Centrum, id eſt, ſtimulus vel ſpiculum. 5.
Centeſima quid ſit? 466.
Cervus more vulgi in principio anni alluſit. 639
Chaldæi in quibus numeris docti? 1297.
Chelæ in cancris, quid? 88.
Chriſtianus privilegio caret. 816.
Chriſtus de Tribu & ſemine Zaræ generatus. 1327. Cur Ambroſius tanto ſtudio de illius genealogia diſputet? 1529. Ipſum notas omnes affectuum humanorum, ſed innoxiorum ſuſcepiſſe. 899. Illius anima diſpenſationis temporariæ arbitra. 957. Subjectio ejus depoſita cum ipſius corporis ſervitute. 958. Eum Judæi ex muliere venturum putabant. 1307. An in ſtabulo, vel ſaxea ſpelunca natus ſit? 1394. Quæ ejus patria? 1346. Corpus ſuum lapidari paſſus eſt. 828. Quo mundi loco crucifixus? 158. In venerario paſſus eſt. 938. Ex ſabbato magno 1476. Perſecutores ejus de qua Tribu eſſent? 472. An in morte ejus divinitas à corpore vel anima ſeparata fuit? 1531. Triduum mortis ejus quomodo explicetur? 915. Peccati pretio tenetur. 489 Quomodo mundi peccatum nullo alio modo quam ejus ſanguine potuerit abolere? 942. Illi naturaliter ſuppetebat peccata donare. 1185. Ambroſius quæ propriè Verbo conveniunt, ea Chriſto adtribuit. 1207. Chriſtus dicitur fides, & quam ob cauſam? 422.
Circenſes ludi & theatralia ſpectacula. 1025.
Clindiæ, ſeu clindia. 554.
Coccus pro igne in Scriptura poſitus. 1201.
Codrus ultimus Athenienſium rex. 1409.
Cognoſce te ipſum: & quis auctor hujus ſententiæ? 985.
Collatio, id eſt, pecuniæ collectæ erogatio. 870.
Colludium quid ſignificet? 978.
Collyrium quid, & quomodo fiebat? 1000.
Commenta cæleſtia, idem ſonant ac liber vitæ. 250.
Commune in Scripturis idem quod pollutum & unde verbum communico, idem ſonat ac polluo, &c. 263. 681.
Communitas naturæ. 456.
Κοῦς genus menſuræ eſt. 822.
Confeſſio peccatorum exterior & verbalis. 1465. Ejus neceſſitas. 1523. *V. Baptiſmus, & Pœnitentia.*
Confeſſores qui dicantur, & cur eis violæ adſigerentur? 1441.
Confugere crimen. 419.
Conferentia, id eſt, cognitio. 921.
Conſortium ſumitur aliquando pro vicinia & connexis ædibus. 1077.
Conſperſio idem ſignificat ac confuſio. 207.
Contagium maculatæ carnis, id eſt, lepra. 681.
Convenit, id eſt, judicio perſequitur. 977.
Convivia ſuper ſepulcra Martyrum. 533. 553. Quantâ olim reverentiâ etiam apud barbaros culta eſſet menſæ atque conviviorum ſocietas? 875. Pugnare inter epulas Thracibus mos erat. 548.
Corona olympica. 42.
Corona viridis. 1026.
Corou vini plenum. 549.
Crimen, id eſt, criminatio. 393.
Cromata quid ſignificent? 34.
Curiæ quæ fuerint? 1314.
Curule certamen quale fuerit? 689.
Cygnea gratia ſenectutis. 804.

D

Dallæus arguitur. 969. 973.
Davidis nomen quid ſignificet? 720. 39.
In Apologia Davidis altera non deſtrui veritatem hiſtoriæ adulterii ejus. 721.
Dejicere de muro. 399.
Dependentes noſtro judicio. 857.
Depoſitus, id eſt, deſperatus. 801.
Derivare culpam quid ſit? 219.
Definitionum genera quomodo ſuppetiiſſe Jacob dicatur? 437.
Deſpicere idem aliquando ac diſpicere & conſiderare. 362.
Devotio, id eſt, obedientia in exſequendis Dei mandatis. 280.
Deus non per adjunctionem perſonæ, ſed per univerſitatem naturæ Dominus. 1495.
Diaboli judicium dilatum. 1228.
Diapſalma in pſalmis quid ſit? 851.
Dictamnum herba, quæ & ubi naſcatur? 113.
Dictio interdum idem ac oracula. 886.
Diſputatio ſæpe idem ſignificat ac tractatio ſeu prædicatio evangelica. 1494. Ordo diſputationis eſt ordo tractatus. 1408.
Diſtrinximus, ſeu diſtinximus. 680.
Divortium an lege humana prohibitum? 1471.
Doctrina idem eſt ac diſciplina & inſtitutio. 185.
Dolus bonus. 461.
Dorcadion viſus acutioris eſt. 1035.
Divitis epulonis pœnæ. 1228.
Dypticum quid ſit? 88.

E

Echidna vel echinna vipera eſt femina. 604.
Eccleſia neſcit publicare leges ſuas. 420.
Eccleſiaſticus liber an authenticus, & quis illius auctor? 807.
Eccleſiaſtes liber Salomoni adſeritur. 606. Per vocem *in Canticis* deſignatus. 811.
Edictum meruit. 591.
Elationis meritum. 496.
Electio conlecta eſt, quæ vocantem audivit, advenientem ſuſcepit. 905.
Eliæ cibum cæleſtia miniſtrabant. 792.
Elimas de quo Act. 4. alibi Barjeſu, alibi Barjen dictus, an & Hymnus appellatus. 77.
Ellychnia incombuſtibilia 541.
Emblemata figuræ ſunt atque ornamenta vaſi cuipiam ſuperaddita. 594.
Enchoria, aves indigenæ & noſtrates. 99.
Epilogus, id eſt, querela. 121.
Ἐπινίκιος hymnus. 841.
Epiſcoporum privilegia erga Incarceratos. 1071. Illis non ſolum admonendi ſed etiam coercendi jus fuiſſe. 1490. Vetus conſuetudo conſecrationis antiſtitum quotannis celebrandæ. 1489.
Eruditio quandoque idem ſonat ac verberum caſtigatio. 1145.
Eſaias an in duas partes ſectus occubuerit? 1123.
Eſdræ liber quartus an apocryphus? 387.
Evangelia & lectiones in Eccleſia non cantatas, ſed lectas fuiſſe. 763. Pſeudo-evangelium Duodecim. 1265. Pſeudo-evangelium Baſilidis. 1265. Pſeudo-evangelia compluta ſub variorum apoſtolorum nomine. 1265. Varii hæretici Evangelicos textus corruperunt. 1266. Hæreſis multa Evangelia compoſuit. 1473.
Euchariſtia per antonomaſiam ſacramentum appellatur. 696. Myſteriorum ac præcipue Euchariſtiæ cognitio catechumenos celabatur. 546. Verum eſt ſacrificium. 1275. Sanguis Chriſti in Euchariſtia roſa dicitur. 1139. Conſuetudo eam non niſi ore jejuno recipiendi. 1073. Mos in Eccleſia latina diebus jejunii ſacrificium offerre, & Euchariſtiam ſumere. 1074. Mos quotidie Euchariſtiam ſumendi. 1203. Viaticum eſt infirmorum. 1165. Effectus ejus mirabiles. 1274. Chriſtus in præſepibus, ut ea in altaribus. 1295.
Eugenii bellum deſignatur. 789.
Exercitationis vir. 743.
non Exorata venia diſcedere. 561.
ante Exſpectatum Sarra parturit. 436.

F

Facies pro totius corporis compoſitione, atque exterioris conſpectu. 675.
Facilius acceptior. 1005.
Facilitas pro jactantia. 1343.
Ferentarii milites. 549.
Fibra peccati. 956.
Fidei virtutes duæ. 197. Operum bonorum neceſſitatem fides non excludit. 1480.
Fidiculis exulcerati. 514.
Fiducia quid ſit? 604.
Filius qui carerent, mulctati. 1119.
Φλόμος latine Verbaſcum herba. 119.
Forenſis ſpecies. 1010. Forenſia veſtigia pro morum ſignis exterioribus ſumuntur. 281. Sermo foris. 718.
Fornicatio. Libidinis tentamenta moliri cum ancilla vel meretrice vulgari peccatum eſt. 975.
Fœnerare in bonam ac malam partem uſurpatur. 594. Fœnus pro ſorte aliquando ponitur, ſæpius pro uſura. *V. Uſura.* 594.
Frigus urit. 49.
Fucus quid proprie ſignificet? 1517.

G

Gamerii correctio expenditur. 1299.
Gelaſii decretum de libris prohibitis, an revera ab ipſo, vel ab Hormiſda emanarit? 1266.
Gentilitas quid ſignificet? 1006.
Genus pro ſpecie, & ſpecies pro individuo. 349.
Gervaſius, Prothaſius, & Nazarius. 1453. Gervaſii & Prothaſii dies feſtus. 1036.
Gignentia pro genitis. 331.
Gratia pro merito. 1179.
Gratianus Imperator interficitur. 961. Calumniis appetitur. 963. Ejus cædis circumſtantiæ. *ibid.* Ejus mors plangitur. 684. Ambroſius ſepulturam ejuſdem à Maximo petit. 965.
Gratianus caſtigatur 358. Idem & Magiſter ſententiarum arguitur. 121.

H

Hebetare, id eſt, retundere vel minuere. 1120.
Hæſitanda proditio. 948.
Hallucinari quid ſit? 356.
Haſta agitatur. 543.
Hebdomas ſemper virgo. 349. Non mala ovis rationabilis hebdomadis filia. 681.
Hepeamixo in ſpiritu. 725.
Heptateuchus quid contineat? 1241. *V. Scriptura.*
Herodis genealogia. 1329.
Hierodulus quis fuerit? 1329.
Hominem mundo magis quam ſibi naſci. 1087.
Horoſcopium eſt inſtrumentum ad notandam horam natalem. 67.
Hoſanna an male Ambroſius interpretatus ſit? 1497.
Hunni, ſive Chunni quomodo bellum omnibus rationibus inferant? 603.
Hymni & cantica. 426.
Hypotheca quid ſit. 604.

I

Jacobus primus ſolium ſacerdotale conſcendit: & quis ille? 1413.
Icterico morbo medendi virtutem aviculæ cuidam tribuit Plinius 1094.
Ictus ſanguinis. 542.
Idololatria in quo ſita eſſet? 1095.
Jejunii præceptum atque obligatio. 1073. 1286. Conſuetudo diebus ſabbati & dominica non jejunandi in Eccleſia Mediolanenſi. 1073. Diurna adornare jejunia. 569.
Imaginum cultus. 1096. Mos vetus imperatorum imagines floribus coronandi. 1095.
Immunda animalia per numerum. 1421.
Impios inter & peccatores quomodo Ambroſius diſtinguat. 1031.
Incarnationis myſterium antiquis Patribus fuiſſe cognitum. 419.
Incentiva æmulationis. 780.
Indicare pro accuſare, ſive crimen deferre. 1051.
Indici lapides. 55.
Infernus locus terra eſt & cur? 369. An ignis

Inferni, & aliæ pœnæ corporales ſint? 1459.
Injuriis donari, id eſt, verberibus. 333.
Intelligibile idem eſt ac ſpirituale & myſticum. 378.
Inſtar, id eſt, exemplum ſeu imago. 1156
Intentione ducimur. 474.
Interpellatio, id eſt, expoſtulatio ſeu querela. 651.
Involare unde dicatur? 395.
Joſeph tempore paſſionis Chriſti an ſuperſtes fuerit? 1284. Cujuſmodi faber fuerit? 1313.
Joſeph alibi viginti, alibi viginti quinque, alibi triginta aureis emtum legimus. 488.
Iphigeniæ ſacrificium. 1408.
Judæ Epiſtola canonica. 1393.
Judæ proditio in pſalmo 54. declaratur. 594.
Judaici populi gratia fuit, ut cognoſceret quos referre deberet in numerum prophetarum. 1365.
de Judicio ultimo & reſurrectione. 733.
Jugum rectum animæ quid ſit? 966.
Jurandi tactis Evangeliis conſuetudo. 964.
Juris vinculum quid ſit? 577.
Juſti per ignem probandi. 790. 997.
Juſta exequiarum. 687.
Juſtinæ imperatricis perſecutio, & ſecuta pax deſignantur. 1502.
Juvenculæ Davidem prædicantes. 529.

L

LAxare ex ſilio. 1065.
Λαός quid? 80.
Legitima neceſſitas ea eſt quam lex imponit. 1148.
Lentandum, id eſt, lente moderandum. 1536.
Lepidus quis fuerit? 933.
Leporum frequens partus 605.
Lex primitivi. 500. Quæ Legis ſint ſetens. 548.
Libertate donatus patrono reverentiam atque obſequium debebat. 447.
Librorum pravorum prohibitiones. 1166
Libri conſolationis & reſurrectionis. 762.
Lignum tenemus, id eſt, ligneas tabulas cera obductas. 598.
Lineâ tenueri extremâ. 1040.
Locuſtæ an animalcula ſint? 1504.
Lot filiæque ejus ab Ambroſio excuſantur, & quare? 300.
Poſt Luctum ambulare, quid? 687.
Lucas ad quem ſuum Evangelium ſcripſerit? 1269.
Luſtrale certamen. 885.
Lutum eſſe de corpore, quid? 558.

M

MAgdalena Eccleſiæ typus. 1540.
Magi num orti ex Balaam, & magicis artibus imbuti? 1297.
Malachiæ liber Ezechieli adſcriptus. 789.
Μαλακία quid? 80.
Μελανόγραφα quid? 80.
Male adſueti. 597.
Maligna lux quid? 1136.
Mandare occulta, id eſt, commendare. 929.
Mandragoræ mares & feminæ. 1325.
Matrimonium inter perſonas cultu diſpares an validum? 1235. 1470. Cauſæ nubendi quæ? 1382. Quæve maritalis neceſſitas? 284.
Manichæorum duplex error. 1357. Chriſtus tangit propter Manichæum 1353.
Manipulus triumphalis. 1034.
Manum tenet, id eſt, ſyngrapham debitoris manu ſubſcriptam. 601.
Maris pontus. 37.
Mariam in peccato non conceptam. 1039. Chriſtus redemtionem inchoavit à matre. 1187. An ejus vulva aperta, & ipſa in partu virgo dicenda ſit? 1300. Quo ſenſu dicatur argui à Chriſto? 1308. Qui fuerint hæretici qui matrem a Chriſto negatam adſeruerunt? 1392.
Maria ſoror Lazari, ac Maria Magdalenæ an plures perſonæ fuerint? 1327.
Matthæus è quo genere publicanorum? 1159.
Matthias cur ſorte electus ſit apoſtolus? 1273.
Mathuſala quo tempore ſit mortuus? 1332.
Maximus Imp. à Theodoſio victus, & quo modo. 965.
Medico eget, qui movetur. 961.
Mediè reſpondit 1319.
Mediè poſuit filium. 1478.
Mendacium fuiſſe aliquando licitum an putaverit Ambroſius 305.
Meritorium quid ſignificet? 977.
Micabant ora. 1035.
Miles pacis, id eſt, Chriſtianus. 1373. Quid ſit militum donativum & promotiones? 742. Multa quæ ad veterem ſpectant militiam, breviter explicantur. 1017. Apud Romanos legionis ſignum erat aquila, draco cohortis. 330.
Mulæ veſpertinæ. 1074.
Miſſionis gratia. 404.
Monoceros & unicornis. 519.
Mons perduellem angelum ſignificat. 919.
Moralitas quid ſignificet? 811.
Morale eſt, idem nonnumquam ſignificat atque in more poſitum eſt. 503.
Mors celebrata, & mors adumbrata. 425.
Motus duri. 462.
Moyſes an ſecundum Ambroſii opinionem mortuus ſit? 185.
Mundi annorum ſupputatio. 1421.
Muneribus vallata. 477.
Muralis claritudo divinitatis. 1020.
Mydæ regis Phrygiæ fabula. 1405.
Myſticum & morale quid ſignificent? 1147. Myſticus ſenſus in Scripturis non excludit naturalem & litteralem. 1148. Nec veritatem hiſtoriæ 722. An præſtantior morali. 757. 680.
An ratio myſterii excuſet à peccato. 487.

N

NAtalis dies principum & regum quot annis celebratos. 772.
Natura vehementior, id eſt, mare. 1144.
Naturalia verba. 424.
Nidum violare, id eſt, thorum. 349.
Nilus an idem ac Geon? 343.
Notatus, id eſt, culpatus aut reprehenſus. 461.
Novatiani arguuntur. 1183. 1468.
Nutritores ſervi. 598.
Nullitatem hominis Ambroſius eodem modo ac Auguſtinus explicat. 967.

O

OBlatio, id eſt, corporis Chriſti ſacrificium. 1074
Occatio quid ſignificet? 46.
Pro Octava multi ſcribuntur pſalmi, & mandatum accipis octo illis partem fortaſſe dare benedictionibus, &c. 1367.
Oeconomia quid? 302.
Officia, id eſt, Officiales, & quinam iſti fuerint? 1007.
Olea cur pacis ſymbolum? 1311.
Opobalſamum ubi gignatur? 995.
Orantes Chriſtiani in Eccleſia ſe in terram proſternebant. 1136.
Oracula. *V. Hymni.*
Origeniſtas occulte perſtringit Ambroſius. 1081.
Orionis Bœoti filiæ ultro ſibi violentas manus intulerunt, ut peſtem ſedarent. 1408
Oziam trinominem fuiſſe 1331.

P

PAlmatæ triumphales. 759.
Paraſiti qui ſint? 954.
Paradiſus terreſtris quis, & ubi ſit? 1009. An quæ de paradiſo, ac mulieris & ſerpentis colloquio leguntur, ſolo ſenſu allegorico interpretari liceat? 149.
Partus legitimi tempora. 1162.
Paſtor quis dicatur? 543.
Paulus proconſul. 330.
Peccator, id eſt, diabolus 789.
Peccatum Originale quid 947.
Peccata duplicia. 477. An homo poſſit eſſe ſine peccato. 1272. 477.
Pentateuchus. 1364. *V. Samaritani.*
Pentecoſtes omnes quinquaginta dies ut Paſchæ celebrandos. 1476. Conſuetudo non jejunandi quinquaginta diebus à Paſchate ad Pentecoſten, & crebrius canticum Alleluia concinendi 688.
Perfunctio, id eſt, functio 66.
Permolere, vox metaphorica. 87.
Perſa quid ſignificet? 755.
Peſtilentia non ſolum homines, ſed pecora ipſa devaſtans, ſigno crucis depulſa. 1505. *Vide Crux.*
Petrus num Chriſtum negando peccaverit? 1527. Lapſus eſt ob jactantiam. 1523. Cruci affixus inverſo veſtigio. 626.
Philoſophiæ triplex diviſio, quam vulgo Platoni adtribuunt. 1261.
Photinus arguitur. 1355.
Planus ſermo quis ſit? 739.
Platonis in Ægyptum profectio 1195. Ambroſium ad verba Platonis in Gorgia reſpexiſſe credibile eſt 1195.
Plebs idem ſæpe ſonat ac multitudo, grex & ſimilia. 1007.
Plebeia amore. 1322.
Pœna crimini reſpondere debet 709.
Pœnitentia publica. 1377. Poteſtas dimittendi peccata miniſtris Eccleſiæ à Chriſto data. 1357. *V. Confeſſio, & Sacerdotes.*
Polemonis converſio. 548
Polenta quid ſit? 536.
Populus patrum. 586.
Poſſeſſiones in portione non ſecundæ. 187.
Potantes qua formulâ ſe in propinando, ad bene precandum Imperatoribus hortabantur? 553.
Potuis idem ac potuiſſet. 438. Adam verba Domini ſervare non potuit. 786. Non poſſibile pro difficili. 1323.
In Procinctu ludere. 604.
Profeſſio cenſus ſub Auguſto cur prima dicatur? 1394.
Prætorium pro domo ruri ad delicias ædificata. 598.
Precator idem ac intercedens. 202.
Præconis evocatio. 1294.
Preſbyteri pro ſpiritualibus quæ laicis conferunt, terrenam eleemoſinam legitime poſſint accipere. 1492.
Pretium idem ac dignitas, & honor. 963.
Principatus pro principio. 1373.
Principale noſtrum, quid? 1046.
Privilegio Chriſtianos caret. 816.
Prolativum idem ſonat ac extenſivum. 313.
Propheta, id eſt, ſcriptura ſacra 187. Per prophetas totum vetus Teſtamentum intelligitur. 1256.
Prytaneus locus 1171.
Pſalmus, Canticum, Pſalmus-cantici & Canticum pſalmi quomodo differant. 935. Pſalmorum in quinque partes celebris diviſio. 881 Ratio numerandi pſalmos. 582. Pſalmi, & Cantica num conſtent verſibus? 759. 973. Titulus pſalmi quinquageſimi. 913. Cur in titulo Pſalmi LXXII ſcriptum ſit defeciſſe Pſalmos David. 668. Eadem Ambroſii tempore diviſio Pſalmi CXVIII. quæ nunc habetur. 1055. Mulieres tempore Ambroſii pſalmos in ſacris conventibus cantaſſe. 741.
Puella ſacra dicitur quæ voto publice emiſſo, caſtitatem profitebatur. 1038. Soluta puella. 1347.
Pueri ruſticorum. 55.
Pulverem excitare. 560.
Putiphar an ſpado eviratus fuerit, cùm uxorem haberet? 493.
Putris gleba. 46.
Pytagorica confeſſio quid ſit? 349. Præcipuum Pythagoricæ diſciplinæ caput in ſilentio poſitum, quale fuerit? 982.

Q

QUadrantaria permutatio. 1447.
Quadrageſimale jejunium Mediolanenſis Eccleſiæ 531. 545.
Quæſtiones, id eſt, cruciatus ſeu tormenta. 303.
Quoniam pro ὅτι Græcorum ſumitur. 699.

R

RAtionabile, id eſt, ratio. 1019.
Reclinatio quid ſignificet? 663.
Reconciliationis ſuffragia. 1079.
Recrudeſcere, quid? 612.
Refutatio faſtidium ſignificare videtur 115.
Remedium excedere, hoc eſt, prætereire & omittere. 921.
Remiſſio incurſis. 498.
Repræſentare judicium 1179.
Reſponſa, græce χρησμοί. 594. Reſponſa proferre. 133.
Reſponſoria quæ dicantur. 931.
Reſurrectionis terra 498. Quid Ambroſium de duplici reſurrectione, & Chiliaſtarum opinione ſenſerit? 763.

Retractare, id eſt, iterum tractare. 1393.
* Reuma quid ſit? 91.
Rogus laie ſumitur pro tumulo. 1310.
Ruben cur dicatur humilitas? 500.

S

SAbellianorum error. 1337.
Sacerdotes veteris legis quandonam miniſtrarent in templo? 1273.
Sacerdotes in ordinatione & ſuorum peccatorum remiſſionem accipiunt, & poteſtatem aliena remittendi. 1091.
Sacra gentilium. 869.
Sacramentum, id eſt, myſterium. 527. Sacramentum Dominicæ paſſionis, id eſt, baptiſmus, vel fortè ſignum crucis. 1132. Sacramenta cùm ſuſcipimus, renuntiamus mundo. 1501 Sacramenta motus divini. 806.
Salomonis an pœnitentia & ſalus dubia? 679.
Saluaie pignus regale. 772.
Saltatio inter actus religionis habita. 1053.
Samaritani cur ſolos quinque libros Moyſis admiſerint? 1503.
Sanctimoniam pro ſanctimonia vel ſanctimonialium profeſſione. 285.
Sapientis felicitas qualis? 453.
Sapientiæ liber an canonicus, & quis illius auctor? 147.
Sarmatio ac Barbatianus monachi apoſtatæ. 799.
Satisfactio pro defenſione aliquando ſumitur. 1523.
Scamma quid ſit? 330.
Scena quid ſit? 19. 469.
Scripturæ ſacræ græcum Veteris Teſtamenti codicem, quo Ambroſius utebatur, ab iis quos nunc habemus in multis diſcrepaſſe 1332. Diverſitas in lectione initii Evangelii ſecundum Johannem. 793. Qui novum non recipiant Teſtamentum? 1233. Omnis veritas in novo Teſtamento. 1205. Ambroſius optabat ut populus ſtudioſe ſcripturarum etiam difficiliorum lectioni incumberet. 1078. *V. Pentateuchus & Prophetæ.*
Scutum in ſæculo corona eſt. 1345. Referri in ſcutis. 550.
Scrupus ſaxum eſt, unde ſcrupulus. 936. Simulacra ſcrupea. 936.
Sebaſtianus martyr Mediolanenſis 1233.
Sermo ejus quæ eſt. 321. Sermo foris. 1120.
Servitutis ſtipendium libertas eſt. 767.
Signaculum quid ſit? 577.
Seria, vas vinarium, oblongum, fictile. 71.
Siccaret aqua à terra. 214.
Siluerunt, hoc eſt, quieverunt. 1516.
Socrates magiſter Platonis quantum Davidis ætate poſterior. 766. Ubi dixerit homines poſt mortem ad Deos ſuos feſtinare? 410. Celebre ejus reſponſum. 1172.
Solitudo materna. 1533.
Somnum accuſationis involvit. 633.
Sors quid ſignificet? 61 Sortium uſus num licitus? 1273.
Sparto triplici jaculum intorquens. 1507.
Species quid ſignificet? 375. *V. Genus.*
Spiritus ſanctus in veteri Teſtamento num viſibiliter miſſus ſit, aut apparuerit? 1274.
Spiritus vitæ quid ſit? 1277.
Stator peccatum. 527. 536.
Stellarum domus, & ſtellarum curſus. 327.
Stola inſigne conjugii. 1503. Myſtica & moralis ſtola. 308.
Stratum magnum in ſuperioribus. 1503.
Studio, id eſt, de induſtria ac dedita operâ. 288.
Suaſoria culpa.. 679.
Subreptum peccatum, quid? 709.
Subjunctorium, id eſt, ſubjugale; 659.

T

TEmari decus mulieris, quid? 397.
Terra noſtra in hemicyclo cæli. 2119.
Theoremata quid ſignificent? 806.
Thurificationis antiquitas. 1275.
Tibicines ad excitandos luctus. 1398.
Tipula, quid? 394.
Tobiæ libri auctoritas defenditur. 589.
Liber de Tobia Ambroſio vindicatur. 589.
Tortitudo peccati. 862.
Tractare, id eſt, ſacram ſcripturam populo exponere. 1161 1422.
In S. Trinitate diſtingue unum, ne poteſtatem diſcernas. 1341.
Troglodytæ qui fuerint? 1282.
Tumuli ſepulcrorum. 1394.

V

VEnere natâ convivium celebratum. 398.
Verbum divinum cur dicatur regale. 362.
Verbo, id eſt, ratione & cogitatione. 1286.
Veritas aliquando idem ſignificat ac æquitas & juſtitia. 1477.
Veri fide comperi. 570.
Verſus quid ſit. 552. Quid ſignificet. 1055.
Viæ ſignum. 498. Caput viæ, quid? 1399.
Vibravit et ſapientiæ plenitudo. 695.
Viduæ quantum temporis in luctu perſeverare deberent? 1533.
Vinum abſynthiatum, Picenum & Tyriacum, 607.
Virginitas, & viduitas ante Chriſti tempora an colerentur? 1310. *V. Puella & Sanctimonium.*
Viriæ idem ſignificant atque annuli. 333.
Viſcera interdum pro carnibus ſumuntur, aut pro pelle. 142.
Vivendi ſubſtantia quid ſignificet? 1277.
Vita quæ per ſe redditur. 422.
Ulyſſis & Neſtoris facundia. 1414.
Unguenti & diverſarum ſpecierum venditores, 596
Vocalis quis dicatur? 287.
Volantarii qui dicantur? 320.
Urere idem ac lædere. 1057.
Uſura ab uſu dicta, lugubre certæ prima ejus littera ſonat 605. Vetus uſurarum diſtinctio. 607. Doctrina Ambroſii de uſuris defenditur. 589.
Vulva porcina, & jecur anſerinum antiquis in deliciis erant. 542. 608.

X

XEnocrates varii fuerunt. 3181.

VARIÆ QUÆDAM LECTIONES
inter omiſſas non contemnendæ.

IN LIBRIS HEXAEMERON.

COl. 4. A Cod. aliquot, *atque in ſomno.* Ibidem Rom. edit. cum 1. mſ. *cognitione dignatus.*
Col. 5 A, Carn. cod. *Senſuum corporis pravitatis.*
Col. 11. B. Mſſ. 3. *Quod æquali ſitu.* Rom. edit. *Quod æquali momento.*
Col. 14. B. Gemet. & Carn. *Ut a terra avium poena.*
Col. 20. F. Dion. & Colb. 1. *Ut ſeparata rerum natura.*
Col. 22. A. Mſſ aliquot ac Rom edit. *fecunda prioribus.*
Col. 27. C. Colb & Carn. *In Deo qui me confirmat.*
Col. 28. E. Vet. edit. ac mſſ. aliquot. *Divino præceptis arbitrio.*
Col. 30. E. Rom. edit. *Nullus nubibus imber erumpit.*
Col. 31 A. Omnes edit. *conceptura diſſerint.*
Col. 35. C. Omnes edit. cum paucis mſſ. *Deſinant ergo nobis, qui dialecticos .... negotia ſolent, dicentes,*
Ibid. E. Amerb. & Eraſ. cum mſſ. nonnullis, *Quæſtiones alias adferunt.*
Ibid Edit. omnes & mſſ. aliquot. *Ad quem poſtea Domini imperio derivata eſt.*
Ibidem F. Omnes edit. & quidam mſſ. *Aut ſecundum naturales curſus*
Col. 36 C. Quidam mſſ. *quod in ſuperficie ejus æqualitas ſit.*
Col. 37. A. Edit cum paucis mſſ. *diviſa eſt in profundo* melius reliqui mſſ. *à profundo*, id eſt, ab imo ad ſummum.
Ibid. E. Dion. cod. *usque reductus in ſinus ſuos ſcinditur.*
Col. 38 B. Rom. edit. *Plerique et am Balticum ſep entrionale & Caſpium,* &c.
Ibidem. D. Eadem edit. *Contrana à Pontico mari,* &c.
Col. 39. C. Omnes edit. *Quæ deinde colligat.* Sed in cunctis mſſ. habetur negatio.
Col. 40. A. Vet. edit. cum paucis mſſ. *Ut ſit utilis, ſiccab lis.* Rom... *ſulcabilis.*
Ibidem C. Mſſ. aliquot melioris notæ, *Velut convexè compoſita.*
Col. 41. D. Edit. cum paucis mſſ. *Profundum Dei conſilium.* Cod. vero plures & potiores vocem *conſilium* non agnoſcunt.
Col. 44. F. Edit. omnes, *Faventis populi frequent domum,* &c.
Col 45 C. *Sed totam ex toto exprimens*, deeſt in 5. mſſ optimæ notæ, *ex toto.*
Ibidem. F. Edit. Gill. ac Rom. *Aliis ergo à ſemine.*
Col 52. C. Edit omnes, *Floribus immixto teneris.*
Ibid. F. Eædem edit. *ſuavitatis tua gratia eſt.*
Col. 54. A Mſſ. aliquot, *commendandiſque faſtigiis habilis.*
Ibidem. Rom. edit. cum paucis, recentioribuſque mſſ. *Ornamenta faſtigii, quæ quaſi,* &c. Melius aliæ cum reliquis .... *quæ quaſi,* &c. Syllepſis enim eſt in voce *ornamenta* per quam apoſtoli ſignificantur.
Col. 55. F. Rom edit. ſola, *quaſlibet animorum paſſiones.*
Col 58. B. Mſſ. non pauci, & vet. edit. *Si rudere alat.*
Col. 60. A. Colb. 1. & Vict. 1, *ea ratione incrementum.* &c
Col. 61. F. Edit. ac pauci mſſ. *oculis ejus inſidear.* Reliqui, *inſidias.* non male; niſi ſcribere malueris, *taceas.*
Col. 65. A. Edit. quædam Pariſ. *Sed Deus propter Dominum,* &c.
Ibid D. Omnes edit. *loco ſituatur.* Contra mſſ. fere ad unum, *loco inſinuatur*; compoſitum loco ſimplicis.
Col. 67. A. Edit. Amerb & Pariſ nonnullæ cum mſſ. 4 *qua lumine rejiciatur.* minus commode
Ibid D. Mſſ. aliquot, *flantibus auris.*
Col 72. A. Carn. Ben. & alii nonnulli *Deus procul nobis eſt*
Col. 78. C Mſſ. aliquot. *ſagacitatis*, alii nonnulli, *aſtrologa artes* plures, *ſaga artes.* Edit. *magica artes*; quod eodem recidit.
Ibidem F. Nonnulli mſſ. *& quinta decima die ſigna ſalutis.*
Col. 79 F. Quidam mſſ. *ſed nihil creatura deliquit*
Col. 80. B Mſſ. non pauci, *vigor aliquis virtutis.*
Ibid. C. Mſſ aliquot, *videantur incidere*
Col. 81 D Non pauci cod. *dictu*, vel *dictum ſa eſſi*, id eſt, abii, ſeu pervagatur.
Col 82 C. Mſſ nonnulli, *& ſpiritu adolere.*
Col. 84. E. Carn. *quis ſedentem perſequeris, invades ipſe uſque in profundum*
Col 91 B Gemet. *vel quod æſtas tempore ſolemnis illic ſpiret flatus aquilonis.*
Ibidem C vet. edit ac mſſ aliquot, *inſidia decipula decipere.* Iidem mſſ ſoli, *nunc viſca eos fallere.*
Col. 105. C Mſſ. aliquot. *Turtur non utitur flore,* &c.
Col 106 B Nonnulli mſſ. *reverentiam naturum.* Melior alii aliquot, & vet. edit. *ſenatorum.* Plures tamen ac Rom. edit. ut mox in textu.
Col 107 B. Cod bene multi, *non aliquos pellere.*
Ibid. E. Mſſ. nonnulli, *& nutritio & coaluto*

cera, &c.

Col. 109. A. Mſſ. aliquot. *& quo pariorem aere id tempo... adtrahunt ſpiritum*

Ibid. B. Mſſ. nonnulli, *ſi quis os vel fucos perfundat*

Ibid. C. Cod. aliquot melioris notæ, *qui concretione olim obſtruuntur humore, ſeratur aperire.*

Ibid D. Aliquot mſſ. *Vertur hic niger vermis.*

Col. 110 B. Quidam mſſ. *voluit propagari.*

Col. 121. F. Amerb. & Eraſ. *amfracta prudentes, infecti propria infecitta Caſtitatem*, &c.

Col. 122. A. Mſſ. aliquot, *conſuevit affradi.*

Col. 125. C. Mſſ. non pauci, *tamquam pravœ ſue lupos*

Col. 140. A. Tres mſſ. *ad officinam crudelitatis.*

Col. 142. D. Mſſ. aliquot. *Gratias ago Domino*, &c.

In libro de Paradiso.

Col. 146. A. Mſſ. aliquot. *Studendum eſt id ſollicitius indicare.*

Ibid B. vet. edit. cum tribus mſſ. *Numquid indigens.*

Col. 154. C. Mſſ. Clarom. *intra mortalia ſe tenuit.*

Ibid D Rom. edit. *ſpecimen ſuſcepit laboris.*

Ibid E. Mſſ. 3. *docens par recta natura munus*, &c.

Col. 155. E. Cod Div. *obviandum eſſe ſermoni.*

Ibidem Mſſ. fere ad unum, *facilius ab homine*, &c.

Col. 156. B Plures mſſ. *& cauſam mortis intelligit, quia* &c.

Ibidem. Mſſ prope omnes, *propter figuram futuram.*

Col. 157. A. Rom. edit. *Bonum autem lignum cognitionis & boni mali.*

Col 159. C Mſſ. 2. *Scientiam boni & mali habere non poterit.*

Ibidem F. Rom. edit. *ut ſciat pravum vitare, & prudens iubeat cuſtodia.*

Col. 160 D. Rom. cod. *in vitium deformitatis trahit.*

Col 177. E. Eadem edit. *medicinalis ſecuta*, &c.

Col 179 C Mſſ fere ad unum, *Colligenda eſt omnis exceptio.*

Col. 180. D. Mſſ. aliquot, *converſari in patientia.*

In libris de Cain et Abel.

Col. 185. A. Edit omnes, *ſua non præferat*, id eſt, non dicat ſibi eſſe propria. Mſſ tamen negationem omittunt: nec male ſi vox, *ſua* poſita ſit pro voce *ejus*, ut referatur ad Deum.

Col. 195. A. Cod. Div. *At vero ſecundum miniſterium.*

Col. 207. C. edit. omnes, *Ipſe autem Deus Pater.*

Col 209. R Eadem edit. *ſenſum ſpiritalis intelligentia altius*, &c.

Col. 211. F. Vet. edit. & 2. mſſ. *ſi decidans*: *itemque, ſi decidantur.* Omnes edit. *Viri conſultores.* Mſſ. *viri conſultiores.*

Col. 214. A Rom. edit. *qua auferre conſueverant.*

Ibidem. C. Edit. vet. ac Pariſ. quædam, *quod optimum cupimus declarare.*

Col. 215 C Cod. Div. & Laud. *Hic ergo rubus* (ſ. rubeus) *& viridis.*

Ibid. F Vet. edit & cod. Flor. *Ne vanis & fallacibus.* Rom ſola *ne variis*, &c.

Col 216. A. Edit. omnes, *Et lex caſtigatae*, &c.

Col. 218. E. *Montes mortis*, in ſola Rom. edit. deſiderantur.

Col. 219. A. Tres mſſ. *Vult te provocare ad tentare.*

Ibid C. Div. *non agnoviſſet effectum.*

Col. 220. F Edit. ac pauci mſſ. *abſolvitur pura illa cæleſtique ſententia.*

In libro de Noe et Arca.

Col. 234. B. Edit *aptam & continentem*, Mſſ. *aptam & concinnatam.*

Col. 249. D. Rom. edit. *quod tangibilis materia ſubjacet.*

Col. 251. E. Omnes edit. *Spiritus igitur virtute.* Omnes mſſ . *divina veritate.*

Col. 253. A. Rom edit. *germinare arbores*, *germinare fenitus.*

Ibidem C. eadem edit. *ſuper montes Ararath.*

Col. 269. F Maz. cod. *diverſi colores illa ſpecie demonſtrentur.*

Col. 271. A. Omnes edit. *errorem ſuum neſciat.* Mſſ. *non neſciat.*

In libro de Abraham.

Col. 282. A. Mſſ. fere ad unum, *rempublicam gereret.*

Col. 283. D. Rom. edit *obnoxia paſſionibus corruptibilibus.*

Col. 284. F. edit. *alienam uxorem inceſtet.* Quidam mſſ . . *inceſſet*, potiores ut nos in textu

Col. 285. B. Mſſ. aliquot, *externis ac barbaris erroribus.*

Col. 286. B. Mſſ. non pauci, *amputavit fimbriam deſcriptae.*

Col. 287. D. Mſſ. 2. *à prudentiore deflexerat.* 1. *Haud prudentior deflexerat.*

Col. 291 B Latinius legendum conjectat, *culpam prætexunt*. Sed nihil hic mutandum cùm verbum *prætexunt*, referatur ad vocem *gratia.*

Col 293. E. Mſſ. 2. *per corporis ablationem.*

Col. 308 D. Nonnulli mſſ. *feſtinat autem pro locula*, &c.

Col. 313. C. Edit. Rom. *per circumventionem ſenſus.*

Ibidem Mſſ 2 *deflexus ad culpam eſt.*

Col. 320. B. Omnes edit. cum Torn. cod. *quibus colligata incedit.*

Ibidem E. Eadem edit. *illecebras afferens*: omnes mſſ. . . *offendens.*

Col. 324. B. edit. & pauci mſſ. *ſed provido doctore.*

Col 325. B Amerb. Eraſ. & quidam mſſ. *poſſit reſtringere.*

Col 326 F. Mſſ. unus aut alter, *gravitatem autem, &c* Melius alii ac edit *germanitatem*, hoc eſt, veritatem & ſinceritatem.

Col 329 A. Rom. edit. *abſcondita & perſpicua.*

Col 337 F. Edit omnes, *valles terræ & concava.* contra mſſ omnium auctoritatem.

Col. 345. D. Rom. cod. Maz. *perfecta eſſent fides*, &c.

In libro de Isaac.

Col. 360. C. Edit. *ac pauci* mſſ. *ac comprehendatur*: Alii plures potioreſque, *ut omnes comprehendatur.*

Col. 361. B. Edit. paucique mſſ. *in ſolo Deo exultat*: reliqui melius . . . *juſtus exultat.*

Ibidem F. Omnes edit ac mſſ. nonnulli, *naturæ meliores nobilitas*, &c. Sed optimi quique legunt, *creatura*, &c.

Col. 369. A. Mſſ. aliquot, *qua deſcendit à deſerta*

Ibidem B. Edit. Rom. cum mſſ. aliquot, *bonis adoribus flagrat.*

Col. 372. E. Nonnulli mſſ. *familiaritate carnisque amplexu.*

Col 373. F. Omnes edit cum paucis mſſ. *præmittebat tuſſ mis.*

Col. 376. F. Mſſ. aliquot, *prophano fertur præceſſa.*

Col. 378. Mſſ. non pauci, *Naaſſon*, id eſt, *ſerpentini.*

Col. 379. E. Cod. aliquot, *lapſus alleuat*, vel *ablevat*

Col 380 F. Omnes edit. *luceat in lectione*: omnes mſſ. *in dilectione.*

In libro de bono mortis.

Col. 397. C. Pleriqne mſſ. *quo velut vermes quidam animam*, &c.

Col. 402. D. Nonnulli mſſ. *Cùm gravior eos pœna onera ſe lancet.*

Ibidem. F. Omnes edit. *apud eos mala eſt*: omnes mſſ. . . *amara eſt.*

In libro fuga sæculi.

Col. 417. B. Edit. omnes, *effuſit mentem occupat.*

Ibidem, Pariſ. quædam, *magis eſſe ream, quam*, &c

Col. 421. A. Mſſ. aliquot, *contemplationem regiæ civitatis* Minus bene.

Col. 424. E. Quidam mſſ. *cognitionem generis humani* Commodius alii & edit. *cognationum*, &c.

Col. 436 E Mſſ. non pauci nec in inferioris notæ, *ſara ad perfectum veniſſe*, &c.

Col. 439 B. Edit. quædam Pariſ. *cenſura poteſtate permiſſa.*

In libro de Jacob, &c.

Col 444 B. Rom edit *reſecaverat*, *hoc eſt*, *malitia Judæorum*

Col. 447. D. Edit. Eraſ. & ſeq. *qua informantur ... ::: bus*

Col. 449. C. Rom. edit *& locutus non fuiſſem.*

Col. 451. D. Edit. *Quid reſtat profuit.*

Col. 455. E Mſſ. nonnulli & edit omnes, *in poſſeſſione veri boni.* Alii mſſ. . . *veri & boni*, &c.

Col. 465. A. Mſſ. duo, *ſuadere conſuevit*; eodem, *fovere conſuevit*

Col. 471. A. Cod. aliquot, *tumquam in ſpelunca.*

Col. 472. P. Rom. edit, *Sola*, *& in conſilio eorum non conveniant . . . furor eorum, quia pertinax.*

In lib. de Joseph Patriar.

Col 486. B. Rom edit. *Si rectum eſt fratribus & ovibus.*

Ibidem C. Eadem edit. *Et venit, inquit, in Sichem.*

Col. 488 A. Omnes edit. ac mſſ 2. *negotiatoribus boni odoris* · reliqui, *bonum odorem*

Col. 504 F Rom edit *in convivio eorum eo.*

In lib. de Benedictionibus Patriar.

Col. 517 D Rom. edit. *gentium congregatione diremendae*

Col. 519. E. Eadem edit *hereditas, donec veniat* Alii ac mſſ. omnes, *hereditas ducta per reges, donec*, &c

Col. 520. A Omnes edit. *copula gratiam augmentatis*. omnes mſſ. ut nos in textu.

Col. 524. D Edit. & quidam mſſ. *diviſiones tentationum vidit.*

Col. 525. C. Rom. edit. *erit fortitudo tua . . . . & proteget te Dei principatus.*

Ibidem D Mſſ. aliquot, *ne caſu vites farmentorum* &c.

Col. 526. E. Mſſ. nonnulli, *in eo præfigurantur Chriſto*, &c.

Col. 528 E. Rom. edit. *à fructibus cœli, & rore, & abyſſorum fontibus deorſum, & ſecundum horam à fructibus ſolis curſus*, &c.

Ibidem F. Cunctæ edit. *ſuper omnes Deos.* Mſſ. contra fere ad unum, *ſuper omnes Deus.*

In libro de Elia.

Col. 535 B. Edit. *in die frequenti*: ſcripti cod. *in die inſigni.*

Col 537. B Edit ac mſſ nonnulli, *ſobrietatis & abſtemia*, Thuan & alii, *ebrietatis & abſtemiis.*

Col. 538. A. Mſſ. aliquot, *mundus haberet peiora.*

Col. 540. F. Rom. edit. *inſultantium ſibi ebrietate perire.*

Col. 544. D Aberat vox *jura*, ante *deſualli*, omnibus edit. ſed ea in omnibus mſſ. inventitur

Ibidem F. Omnes edit *neſcit unum quærere*: mſſ vero, *neſcit unus quærere vetuſtatis*, nonnulli, *vetuſtates.*

Col. 549. C Eadem edit. *non epularis, ſed prælians* Mſſ contra, *non prælians, ſed epularis.*

Ibidem D Edit citatæ, *longius contentiones diverſa, & ... mecum*, &c.

Col. 551 C. Mſſ fere ad unum, *nec ferre via ad ſepulcrum forte, nec ferre jus*, &c

Col. 552 D. Edit. *vacare orationi*, *occurrere fori*, &c

Col. 553. C Rom edit *venenum ſapientiæ* alii omnes, *venenum inſipientia.*

Col 554 A Ubi omnes edit *ſomnus his mors eſt*, reponendum è cunctis cod. *ſomnus his multus eſt.*

In libro de Nabuthe.

Col. 571. E. Omnes edit. *qui mihi ablegavi filium.* Elegantius mſſ. *abnegavi filium*

Col 574. F Eadem edit. *quis nec ſciat, multa bona ſunt . . . quid no... melius bona, ſi pauperibus*, &c. Mſſ magis appoſite, ut in textu.

Col 575 C. Edit. *in aurem bona aures reddit* Mſſ. voces, *boni operis*, non agnoſcunt.

Col. 576. F Rom. edit. *& ſcripſit litteras . . . & ... literis*, &c.

Col. 577. A Mſſ aliquot antiquæ manus, *benedicat Deum & regem*

Col. 581 C. Vet. edit. *parietes veſtitis auro, homines audatis.* Rom. . . . . *veſte nudatis.* Sed in mſſ. voces, *aura.* . . *veſte,* deſideramus.

In libro de Tobia.

Col. 591. C. Omnes edit. *ne quem ex filiis captivitatis* omnes mſſ. *ne quis,* &c. Unde intelligas regio edicto non ſolum Tobiam eſſe comprehenſum.

Col. 592. Rom. edit. *in illam terram profectus,* &c.

Col. 596. F. Era. & edit. ſeq. *jugiis vigilantem adoritur.* Amer. cum mſſ. *injuriis,* &c.

Col. 599. C. Omnes edit. *ut parcatur aliquid verecundia.* Aptius mſſ. *ut praetexatur,* &c. Conſequenter autem Rom. edit. *diſpendiis oneraverit emtorem.* Haud male, ſi vel unus mſſ. illi accederet.

Col. 600. C. Rom. edit. ſola *gravinſque quam ſervitus.*

Ibidem D. Omnes edit. *furibundo vultu.* omnes mſſ. *pudibundo vultu.*

Col. 602. F. Eædem edit. *aſura victoria;* mſſ. fere ad unum, *uſura victoria.*

Col. 617. B. Cod. Dion. *pejora indicat:* alii omnes, *ſuperiora indicat.* edit. . . . *indicaat.*

Col. 622. B. *In quo continentiam docet,* reſecatum fuerat in Rom. edit. Infra vero ubi omnes edit. ac mſſ. nonnulli, *quod te fœnerare cupiat,* alii legunt, *quod te,* quidam (*quod de te*) *fœneratore cupiat.*

In lib. de Interpellat.

Col. 626. D. Edit. & mſſ. duo, *perfeſſus etiam.* alii, *perſuſus etiam.*

Col. 627. E. Mſſ. aliquot, *iſte vir eſſe mercenarius qui ſua prodiderit.*

Col. 632. F. Omnes edit. *& protectione dignationis:* omnes mſſ. *& protectionis dignatione.*

Col. 633. D. Cod. duo, *adverſium me laborem.*

Col. 641. B. Edit. *Sanctus ſe ſe colligit.* Melius mſſ. *Sanctus colligit,* nempe *animam,* quæ vox ſequenti verſu exprimitur.

Col. 642. F. Mſſ. duo, *ſi bene ſibi conſulit.*

Col. 646. C. Edit. *de pulvere me finxiſſe:* omnes mſſ. *pulverem me finxiſti.*

Col. 651. A. Edit. *nec fratis germanitatis pietas:* mſſ. *nec fratris germanitati,* &c.

Col. 652. A. Edit. *appropinquantibus eſſe ſuffraga·* mſſ. *ſuffragia.*

Col. 659. D. Rom. edit. *ſi obviemus ei:* aliæ cum mſſ. omnibus, *ſi obſervemus eum.*

Ibid E. Eadem edit. *ſtultitia ejus reſpondit.* Et infra, *ſolet ventre rerum ſubverſio.*

Col. 660. A. *Id eſt, non ſicut juſti,* hæc verba in Rom. edit. reſecata fuerant.

Ibidem. Eadem edit. *in ſtultitia ſua potentia.*

Col. 672. F. Omnes edit. *ſacrilegis obſcænitatem;* omnes mſſ. *ſacrilegis ſcænitate.*

In lib. Apologiæ David.

Col. 677. A. Rom. edit. iſta jugulaverat: *Sane & alter legitur error ipſius, quod numerari fecerit populum;* quæ nos ex omnibus mſſ. & ant. edit. reſtituimus.

Col. 681. B. Edit. vet. cum paucis mſſ. *doluiſſe virtutis.* Rom. cum reliquis, *doluiſſe virtutis.*

Col. 685. A. *Honeſtum eſt enim,* & quæ ſequuntur uſque ad verbum, *Spicta,* &c. in Rom. edit. ablata fuerant.

Col. 686. C. Rom. edit. *& libavit illam Domino.* Ita etiam infra.

Col. 687. A. Eadem. edit. *verecundiam concupiſcentia.* commodius aliæ ac mſſ. *verecundiam concupiſcentia.*

Col. 688. D. Rom. edit. ſola, *per diverſa deſerta exſul errabat.*

Col. 691. B. Mſſ. quatuor, *ſe notis, ſeculis,* &c.

Col. 692. A. Mſſ. aliquot, *Peccata radix iniquitas.*

Ibid. Edit. vet. *bonis factus, & tamquam malis;* Rom. edit. *& bonis operibus tamquam ulis,* non male. Attamen pleriſque omnes mſſ. nobiſcum faciunt.

Col. 693. D. Rom. edit. *ſummum Deum videmur arguere mendacii.*

Col. 696. E. Omnes edit. & quidam mſſ. *in loco priſtina;* mſſ. magno numero, *in loco viridi.*

Col. 699. A. Mſſ. aliquot, *emendare conſueverunt . . . ; agellulos rigare.*

Ibid. C. Mſſ. quatuor melioris notæ, *Quia qui projicitur à facie ejus in tenebris conſtituitur.*

Col. 700. A. Rom. edit. *Cui debetur lætitia ſalutaris redditur: redditur autem rationali naturæ. Lætitia vero,* &c.

Col. 701. F. Mſſ. non pauci, *ſuo imputatum iri eſſe peccato.*

Col. 703. A. Aliquot mſſ. *tibi direxeris in voluntate tua.*

In Expoſitione Pſalmorum xii.

Col. 742. B. Mſſ. duo, *Devotio noſtra gratia pervenires.*

Col. 743. D. Mſſ. aliquot, ac vet. edit. in marg. *conſortem non tacuit creaturæ.*

Col. 744. C. Mſſ. duo, *quem petere adhuc poſſit error.*

Col. 746. A. Reg. cod. *Sed etſi perſeveraverit.*

Col. 748. F. Quidam edit. Pariſ. *hoc eſt, noli perſiſtere.*

Col. 749. D. Mſſ. nonnulli, *adverſum me tractabant.*

Col. 750. F. Reg. cod. *ſi quis affecta libidinis.*

Col. 752. B. Mſſ. aliquot, *quo oſtenderet cogitationibus noſtris,* &c.

Col. 755. B. Cod. duo, *Lignum vitæ in manibus participantibus omni.*

Ibidem D. Iidem cod. *Merito omnes illis commutantur.*

Col. 765. B. Mſſ. aliquot, *vitiorum commentu præveniſt.*

Col. 766. A. Mſſ. nonnulli, *ut peccati vinculo.*

Col. 767. B. Cod. duo, *continentiam ferit.*

Col. 769. D. Nonnulli mſſ. *confeſſione conſtringit.*

Ibid E. Rom. edit. *Ecce ego paſtor mali fooi.*

Col. 770. E. Mſſ. duo, *Ergo & malum quaritur, ut inveniatur* unus, *Ergo ſit malum,* &c.

Col. 772. F. Mſſ. aliquot, *divina cogitationis obtexuat.*

Col. 778. A. Iidem mſſ. *& lucidus eſt, iſte tamen multo magis; quoniam,* &c.

Col. 779. F. Cod. nonnulli, *adverſus ad ſcientiam Dei convenientem plebem,* &c.

Col. 799. A. Iidem mſſ. *Indulgere delictis . . . . connectores poſtulantia.*

Col. 801. D. Reg. cod. *membrorum niſibus muſceat.*

Col. 815. D. Mſſ. aliquot, *ubi lupſum videt fortiorum.*

Col. 821. C. Rom. edit. *ut remitteret manum ſuam.*

Col. 838. F. Quidam mſſ. *ſæculi hujus, ſed amara delectent.*

Col. 850. C. Reg. cod. *in labore ſunt, & dolore, hoc eſt, in labore vitæ iſtius. Unde,* &c.

Col. 866. B. Nonnulli mſſ. *accedentem expulit caſtitatem.*

Ibidem E. Rom. *ſed factores legis.*

Col. 868. B. Eadem edit. Rom. *Ecce corpus . . . . perfeciſti mihi.*

Col. 876. B. Rom. edit. *anteriora ſequeretur.*

Col. 879. B. Eadem, edit. *quia principes ſacerdotum miniſtri, quæ,* &c.

Col. 880. B. Eadem edit. *in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.*

Col. 881. C. Mſſ. aliquot, *ab omni corruptione generationis,* &c.

Col. 884. B. Rom. edit. *iſte in remiſſione.*

Col. 887. D. Eadem edit. *docere præſumat.*

Col. 895. E. Quidam mſſ. *à ſinibus Chananæorum.*

Col. 899. B. Edit. Rom. *& circumdedit nubes montem.*

Col. 907. C. Mſſ. aliquot, *ſed à ſcolentibus decipi.*

Col. 921. E. Rom. edit. *Et ideo renovationis ſecurus.*

Col. 922. A. Eadem edit. *remedium exciperent.*

Col. 925. A. Mſſ. nonnulli, *ſequamur geſta apoſtolorum.*

Col. 935. D. Iidem mſſ. *quod & in gravibus fontibus.*

Col. 937. B. Rom. edit. *quaſi receſſo velamine.*

Col. 943. D. Mſſ. aliquot, *ſuperioris illius Sion ipſe eſt mons.*

Col. 945. D. Iidem mſſ. *proponit, ut audiant homines.*

Col. 946. E. Rom. edit. *& pauper. Hoc dicit, ut oſtendat quod univerſos vocat.*

Ibidem. F. Eadem edit. cum vet. in marg. ac mſſ. duo, *Ille ex ſanguine concretus & in carne.*

Col. 948. D. Eadem edit. ſola, *Eſt hæreditas ſervientibus Domino.*

Col. 950. F. Mſſ. duo, *non habent divitias in fide, non in poſſeſſione.*

Col. 954. D. Iidem mſſ. *inconſummati erunt.*

Col. 956. F. Rom. edit. *Et peccata multarum ipſe purgavit.*

In Expoſitione Pſalmi cxviii.

Col. 971. B. Rom. edit. *emicant in orbe, ſanctus Propheta diffundit.*

Ibidem Mſſ. nonnulli, *in proceſſu libri quaſi plenam ipſius conſtituit ætatem.* Alii ac edit. inter ſe conſentiunt, niſi quod pro *in proceſſa,* pauci legunt, *in provecta:* Rom. edit. *in perfecta.*

Ibidem. Edit. Rom. *claritatis aliquid perfecto ſplendori decerperent.*

Col. 972. A. Vet edit. & mſſ. non pauci verbo *doceris,* addunt, *non pluralitatem.*

Ibidem vero edit. Rom. voci *ſanctificationis,* ſubdit verbum *adſtrueret.*

Ibid. Eadem Rom. edit. *purgatio ex Lege eſt & ablata die . . . ſtatuta eſt, quia totus,* &c.

Ibidem. C. Eadem edit. *ingrediuntur diem: ut innuat quod informatas,* &c.

Col. 975. F. Rom. edit. *populorum redemtionem.*

Col. 976. A. Eadem edit. *Et ideo dum qui in lege Domini ambulat, immaculatus eſt, ate ambulare . . . . quæ ſunt anteriora appetens.*

Ibidem. C. Omnes edit. *neminem videas flagitii ſui teſtem, in facinus ruit:* omnes mſſ. *neminem videas, in facinus ruit.*

Col. 980. A. Eædem. edit. *quieſcentis gratiam:* contra mſſ. prope ad unum, *quietis gratiam.* Ruſus ſola edit. Rom. *virtutem reſurgentis:* Aliæ, & cuncti mſſ. *virtutem reſurrectionis.*

Col. 984. A. Mſſ. nonnulli, *decora oculo ſpiritalis.*

Col. 989. A. Non pauci mſſ. *ſed negligentia & deſidia medici verius vulneris ſerpit.*

Col. 990. C. Iidem mſſ. *pejor frigido, iatre utramque* (*vel utraque*) *auturnum mentitur.*

Col. 1011. C. Pleriqui mſſ. *& peperit hos Iacob omnes animas ſeptem.* Vet. edit. *& peperit hac,* &c. Sic etiam Rom. niſi quod cum quibuſdam mſſ. omittit vocem, *omnes.*

Ibidem. D. Edit. Rom. *præter uxores filiorum ſexaginta ſex.*

Ibidem. Mſſ. nonnulli, *exierunt, ſeptuaginta animæ ſuæ.*

Col. 1012. C. Non pauci cod. *non negat lapſum.*

Ibidem. D. Quidam mſſ. *veniam tenſitineis verenadæ. Excuſat rerum pudor ſuus, accuſat auctorem.*

Col. 1015. C. Pro *ἀδιλεσχία*, cod. bene multi legunt *ἀδολεσχία*.

Col. 1019. D. Rom. edit. *quos peccata non onerant. At ideo,* &c.

Col. 1020. F. Omnes edit. *odorem gratum habet.* mſſ. vero partim, *oderit,* aut *odorum gratiam,* partim ut nos in corpore.

Col. 1022. B. Mſſ. aliquot, *eſſe ſtatiua diſcorui.*

Col. 1027. E. Quidam mſſ. *Intrat mors ſi loquaris, intrat mors ſi multum loquaris.*

Col. 1032. E. Vet. edit. *& tenera, id eſt, tenero quodam atque intimo amandum,* &c. Rom . . . *atque materno amandum.* Mſſ. denique ut nos in textu.

Col. 1035. A. Rom. edit. reciderat voces, *& non vallium,* quas tamen exhibent omnes mſſ. & ant. edit.

Ibidem. B. In omnibus fere mſſ. omiſſum fuit, *ita tranſiliat.*

Col. 1046. D. Vet. edit. ac mſſ. prope ad unum, *doctrina ſuperbis, arbil ſcieme.*

Col. 1047. C. Omnes edit. *dejectas atque deſpectas.*

Col. 1048. B. Mſſ. non pauci, *verbum juſtitiæ occulta.*

Col. 1052. E. Era. & ſeq. edit. in marg. *in organis ἁρμοζόμενοις.* Amerb. & Gill. in corp. *in organis armozatis:* mſſ. magno numero, *armozatis.* Optime omnium Remig. *armonizatis.*

Col. 1054. C. Rom. edit. *non habet culpa lacrymas ſua.*

Ibidem. D. Omnes edit. *Evangeliſta pſalmiſque poſuerunt.*

Col. 1068. C. Rom. edit. *actum notabilis cadit.*

Col. 1080. C. Eadem edit. *excidit valide.*

Ibidem. D. Omnes edit. *recordatione delictorum:* concinnius pleriſque mſſ. *recordatione delicto-*

Variæ quædam lectiones inter omiſſas non contemnendæ.

rum, ut citatus ſtatim pſal. 4. ℣. 5. ſatis oſtendit.

Col. 1081. C. Rom. edit. *ut quemadmodum inſerta virgulis*, ceteræ ac mſſ. omnes … *deſerta virgulis*; non male, ſi modo ſubintellexeris, *bonis candidatibus inſerta*.

Col. 1082. F. Pleraque mſſ. *alia traditio habet*.

Col. 1088. F. Edit. omnes, *grandis miratur adſertor*: mſſ. *gratus*, &c.

Col. 1099. F. Rom. edit. *donata eſt, ut homo ceteris in manibus imperes · ſed ut poſſis*, &c.

Ibidem Eadem edit. *ſervis utique vernam*.

Col. 1103. D Edit. *ut tamquam corporeas fatigationes defectionem*, &c. mſſ. verò, ut in texta.

Col. 1106. F. Eadem edit. *ſtudium cognoſcenda veritatis*: mſſ. … *divinitatis*.

Col. 1108. A. Rom. edit. *matutina oratione perſiſtur*

Col. 1111. F. Mſſ. non pauci, *aterna gratia mirum*, &c.

Col. 1114. B. Mſſ. aliquot, *quia adultis jam viribus*.

Col. 1116. E. Omnes edit. *continuos non novit*; ſed melius negatio prætermittitur in mſſ.

Col. 1120. D. Omnes fere mſſ. *in omni bono, non in pœnaus utique*.

Col. 1121. B. Mſſ. non pauci, *inanes & ignobiles habebantur*.

Col. 1123. C. Rom. edit. *inſtitutione firmatus*.

Col. 1124. A. Mſſ. aliquot, *ſi miniſterio regio*. Et poſt pauca, ubi omnes edit. *totaſque vires ſuas*, omnes mſſ legunt, *notaſque vires ſuas*. Denium è regione literæ B. ubi omnes mſſ. ac vet. edit. *noxum calumnia*. Rom. edit. repoſuit; *noxum calumnia*.

Ibidem. E. Omnes edit. *non tamquam inexpertes* melius omnes mſſ. *non tamquam expertes*; id eſt, non tamquam privatos.

Col. 1137. D. Edit. *quibus per virginis uterum etiam Chriſtus conformis*: reliqui nobiſcum faciunt.

Col. 1139. E. Mſſ. *amare poſſumus ſanctos Dei*.

Col 1151. E. Edit. *propria ſua ſingulo manus*: mſſ. non pauci, *propria ſua*, &c. Alii verò, ut nos in textu.

Col. 1154. C. Complures mſſ. *vigilabat ille qui dixit*.

Col. 1158. D. Pleraque mſſ. *portam ſalutis oſtendit*.

Col. 1162. F. Omnes edit. cum mſſ. uno vel altero, *qui non egiſti, ut vinceres*. reliqui cod. *ut diceres*.

Col. 1171. E. Magna pars mſſ. *ſicut Sponſo dicitur*.

Col. 1174. E. Omnes edit. *Quomodo non calumniatur ſingulos*: omnes mſſ. *Quomodo calumniatur ſingulis?* Non male, ſi per ironiam dictum accipiatur.

Col. 1185. A. Mſſ. quatuor, *fortem maledictionis agnoſces*.

Col. 1188. F. Nonnulli mſſ. *Sapientia autem amic … eſt anima*.

Col. 1189. B. Vet. edit. *Sacerdotes mutaverant ſententiam* Rom *Sacerdotis mutavit ſententia*. Mſſ magno conſenſu nobiſcum faciunt.

Col. 1190 B Vet. edit. cum paucis mſſ. *quam ſur … eſt*

Ibidem. F. Eadem edit. atque iidem mſſ. *adulterii objectione tentatus eſt*.

Col. 1191. F. Vet. edit. cum parte mſſ. *ſed diligentis eſt culpa*. commodius Rom. cum aliis, *ſed non diligentis*, &c.

Col. 1194. C. Mſſ. non pauci, *ſui erroris pretium vindicabatur in plebem*: quæ forte germana lectio eſt.

Col. 1207. C. Mſſ. plerique, *quæ videntur, corporalia ſunt*

Col. 1209. D. Edit. *febroſque ſunt animorum*: mſſ. *ferventeſque*, &c.

Col. 1230. A. Rom. edit. *congregavit ignotos*.

Col. 1231 E. Eadem edit. *ſtatutis juris obtemperans*.

Col. 1233. F. Eadem edit. *inoffenſe, cùm proſperorum eventuum ſecundant ſucceſſus*.

Col. 1235. D. Quidam mſſ. *duo & viginti millia*. ceteri ac vet. edit. *viginti & tria millia* Rom. ſola, *quatuor & viginti millia*.

Col. 1236. A. Omnes edit. *terribiles judicii poteſtate*: omnes mſſ. *terribiles judices*, nonnulli, *in … poteſtate*. conſequenter autem ubi Amerb. & mſſ. *Dabis exemplum*, Era. & ſeq. edit. repoſuerunt, *Habes exemplum*.

Col. 1247. C. Vet. edit. cum parte mſſ. *conditio lapſa recreare*.

Col. 1248. B. Omnes edit. *quanto improbior*: omnes mſſ. *quanto improbabilior*. Iterum vero ubi vet. edit. ac mſſ *operari terrena declinant*. Rom. ſola poſuit, *opera terrena declinent*.

Col. 1252. B. Edit. *allige ſenſum tuum ſine, taciturnitate*: mſſ. … *fida taciturnitate*.

Col. 1254. E. Rom. edit. *ſpirituque manſuetudinis*.

Col. 1255. F. Era. & ſeq. edit. *imparus ſe tantis nuptiis … ſuſtinere non poſſent*: elegantius Amerb. cum mſſ. *imparem tantis*, &c. hoc enim ad Eccleſiam refertur, non ad filias Hieruſalem.

IN EXPOS. EVANG. SEC. LUCAM.

Col. 1261. B. *Alius abundantia*, addit edit. Rom. *ſeu latitudinis*.

Col. 1262. B. Edit. & mſſ. aliquot, *in libro Evangelii quod ſcribit ſecundùm Iohannem*. Corb atque alii melioris notæ, *in libro Evangeliſtæ Iohannis*.

Col. 1263. D. Rom. edit. *& illum naturalem Patrem … & illum moralem Filium*

Col. 1264. C. *tanto præcellentior corona virtutum*, vocem, *virtutum*, Rom. edit. ſuſtulerat.

Col. 1265. B. Eadem edit. *usque exemplorum ſimilis uſu*.

Ibidem. E. Rom. edit. *Evangelium redundat*.

Col. 1266. D. Corb cod. & alii non pauci, *mentes omnium regit*.

Ibidem. E. Rom. edit. *ſed verbo atque ratione vera*, &c.

Col. 1267. D. Mſſ. Corb & alii non pauci, *non viderunt eum, qui videbant. Vidit*, &c. Non male, ſi poſt verbum, *videbant*, ſubintelligatur, *in corpore*.

Ibidem. F. Vet. edit. & plerique mſſ. *immo dicentem audi*.

Col 1268. D. Corb. & alii aliquot, *faciam vos piſcatores hominum*.

Col. 1270. B. *Quod enim tibi commiſſum eſt, conſumi poteſt. Evangelium conſumi non poteſt*. Iſtæc in Rom. edit evanuerant; eò videlicet ne parum cohærentia loqui videretur Ambroſius, cùm nobis cavendum eſſe præcipit, ut ne in animo corrumpi ſinamus evangelium. Sed nihil in hoc eſt repugnantiæ, cùm veritas omnis in ſe incorruptibilis maneat, licet in mentibus plurimorum hominum mendacii commixtione adulteretur.

Col. 1273. E. Rom. edit. *circa ipſam quoque fortis agitationem præceptum Legis compleretur. Propter quod ait*.

Col. 1274. A. Corb. cod. *ut apoſtoli electio à mandato Legis videretur*.

Ibidem. B. Idem Corb. & alii aliquot, *ante non præſentatur*.

Col. 1279. D. *Ad Dominum per Moyſen*: voces, *per Moyſen*, Rom. edit. ſuſtulerat.

Col. 1281. B. *Gravem alvum ſibi ſenſerunt, &*, hæc verba reſecantur in edit Rom.

Col. 1282. A. *De hominis ortu*, in eadem edit. deletum eſt.

Ibidem. B. Mſſ. aliquot, *quia inutilis eſſet, non erubeſceret coitum, cùm erubeſceret partum*.

Ibidem. Voci, *religionis*, addit Rom. edit. *At ubi id intellexit*. Et poſt pauca pro vocibus, *quia generabat Prophetam*, propria auctoritate repoſuit, *quia gerebat Prophetam*.

Col. 1281. E *Virginis verecundiam*, vocem ultimam expunxit Rom. edit.

Col. 1287. A. Rom. edit. *conſentitur incredula. Quo ergo modo fieri poſſet (ſalva prærogativa matris, cui profecto fuit amplius deferendum: & ut prærogativa major, major etiam fides ei debuit reſervari) ut Zacharias*, &c.

Col. 1288. C. Omnes edit. *quia virgo conciperet*: omnes mſſ. *quia virgo generaret*.

Col. 1292. F. Poſt vocem, *teneamus*, non pauci mſſ addunt, *ſuperiorum*: unus, *quæ legimus*.

Col. 1293. D. Mſſ. aliquot, *pueri myſterio conſtituitur*.

Col. 1295. D. Rom. edit. *Chriſti vero oporteret eſſe deſcriptam*

Col. 1296. D Edit. *ſed cæleſti lumine fulget*. Mſſ. … *viget*.

Col. 1297. E. Rom. edit. *tu non agnoſcis proprium*

Col. 1298. B. Edit. cum uno vel altero, *in inulam Domini*.

Col. 1301. D. Era. & edit. ſeq. *& acutius omni gladio*, Amerb. ac mſſ. *& acutum*, &c. Non male, cum præpoſitio *pro*, ibi ſubintelligi poſſit, ut in aliis multis hujuſmodi locutionibus, de quibus videſis *Fr. Sanctii Minervam, de Comparat. conſt*.

Col. 1310. E. Corb. cod. *quia Chriſti eſt vita*.

Col. 1313. Rom. edit. *quoniam in divinitatis ſubſtantia*, &c.

Col. 1315. B. *Nolo mirari ſi ſanctus Matthæus … ordinem perverterit*, in edit Rom. jugulata ſunt.

Col. 1317. D. Rom. edit. *propter amorem mulierum*.

Ibidem. F. Mſſ. novem antiquioris manus, *Alter princeps generis ſecundum Chriſtum*.

Col. 1319. A Vocem, *uterinos*. Rom. edit. ſuſtulerat.

Ibidem. E. Omnes edit. & pauci mſſ. *De quinquaginta vero generationibus*. alii plures & potiores … *ſucceſſionibus*.

Ibidem. F. *Cur etiam Ruth, cur ejus … commigravit* hæc in Rom. edit. non inveniuntur.

Col 1320. B *Ante Chriſti adventum*, in eadem edit. reſecatum eſt.

Col. 1321. D *vita populorum*: ultimam vocem expunxerat Rom. edit.

Col. 1322. A. Eadem edit. *& ſanguinem credimus Chriſto … in typo area figuratum*, &c.

Ibidem. D. Mſſ. nonnulli, *crucis inciſione jam*.

Ibidem. E Rom. edit. *conſequens fuiſſet uti quæ ſecuta eſt*.

Col. 1323. B. Mſſ. aliquot, *& propheta dixit*.

Ibid. Rom. edit. *parietem maceriæ ſolvit*.

Ibid. F. Edit. & quidam mſſ. *fructus eſt Chriſtus*.

Col. 1325. E. Rom. edit. *hanc caritatem erga ſororem*.

Col. 1326. C. Era. & ſeq. edit. *Dominum gentilitatis congregationis*.

Col. 1328 E. Omnes edit. *ad Dominici corporis ſuſceptionem*; omnes mſſ. … *ſponſionem*.

Col. 1329. A. Quidam mſſ. *& ſemen ejus à terra. Audi*, &c.

Col. 1330. B. Edit. *in Chriſto meo*: mſſ. *in ſancto meo*.

Col. 1331. D. Mſſ. aliquot, *Tertius-decimus eſt Chriſtus ex Ioſeph*.

Col. 1337. A. Edit. ac pauci mſſ. *pro verſutia ſuadendi*.

Col. 1340. A. Rom edit. *Hoc quidem eſt jactantia, ut dum*, &c.

Col. 1345. D. Eadem edit. *voluntatis tuæ coronaſti nos · & ſcuto circumdabit te*.

Ibidem. E. Eadem edit. *virtutis eſt celebratio*.

Ibidem. F. *Et qui ſecus maritimo*, deleta fuerant in Rom. edit neque omnino male, cum in ſuperioribus illis *populum inhabitantes*, comprehendantur: ſed tamen reperiuntur in omnibus mſſ. ac vet. edit Et potuit Ambroſius quæ græca dictione ſignaverat, continuo latinis verbis explicare.

Col. 1347. A. Rom. edit. *ut Dei Filius conciperetur*, aliæ ac mſſ. omnes … *naſceretur*. Sacre conceptio nativitas eſt inchoata.

Col. 1351. C. Mſſ. aliquot, *quo per carnis illecebras cito cor fœmina quadam levitate emolliat*.

Col. 1355. E Rom. edit. *pietate reſpondit*. Sed non inſolens eſt auctori noſtro, ut *ſanctitatem* ponat pro *pietate*. Vide col. 1325. E. ac 1371. A.

Col. 1357. A. Vet. edit. *& dum manducat per ſuſtiſicium*: Rom. *& dum mandatur offerre ſacrificium*. mſſ. vero fere ad unum, ut nos in texta

Ibid. B. Rom. edit. *Denique addit: In teſtimonium vobis*.

Ibid. D. Edit. *non verecundi ambitum requiſivit*.

Col. 1358. B. Mſſ. aliquot, *conſtituitur invidis*. Unus & alter, *co … injuſte*.

Col. 1373 F. Nonnulli mſſ. *ut amplius patientia tua converteret verberantem*.

Col. 1376. F Rom. edit. *jam mortua reſurgunt* · ſatis commode. Cùm tamen aliæ, & cuncti mſſ. præferant, *jam moritura*, & priori membro corpora defunctorum nominata ſint, videtur totius loci ſenſus hic eſſe, ut corpora ſive mortua ſive jam moritura verbo Dei dicantur reſurgere; niſi malueris cadavera jam moritura vocari peccatores, eo quod nondum se vera animam efflaverint

Col. 1377. F. Edit. *adſtipulatione proferre*: mſſ. nonnulli, *præferre*, reliqui, *perferre*

Col. 1376. A. Edit. *Propitius eſto tibi Domine*. ſed vocem, *tibi*, non legitur in mſſ.

Ibid. F. Mſſ. non pauci, *obitus ſepultura. Et ideo*, &c.

Col. 1385 F. Aliquot mſſ *docuit etiam pſallere ſapienter*.

Col. 1386. A. Edit. ac mſſ nonnulli, *indecoros ſtrepentes viros* alii plures & potiores. *… crepitus viros* Melius ſolebant enim inter ſaltandum digitis & crepitaculis edi crepitus.

Col. 1394 E. Mſſ aliquot, *propter pœnam quam ſitiunt*, &c.

Col 1403 A. Mſſ. nonnulli, *ut opulemur Domino*, &c

Ibidem E. Plerique mſſ *laſſo Dei, deinde eſcâ*, &c.

Ibidem. C. Quidam mſſ. *panis ſubcinericius miniſtratur.*

Col 1405 A Mſſ aliquot, *omne ſemen verum:* alii plures & cunctæ edit. *omnem veram* Sic LXX Interp. *πᾶσαν ἀληθινὴν.*

Col. 1418. F. Quidam mſſ. *magis onoroſi quam vocibus expoliti*: Rom. edit cum aliis edit. ac mſſ legit, *magis ſonori*, ſed vocem, *expoliti*, reſecuit.

Col 1421. E. Pauci mſſ. *habitacula paſtorum intrare*, &c.

Col 1423. B Vocibus, *quid auferre?* vet edit. cum mſſ. nonnullis addunt, *conamur*. Sed elegantius deſideratur in aliis.

Col. 1434. E. Mſſ. aliquot, *Vides quanto remedio mundat nos*, &c.

Col 1436. Nonnulli mſſ. *qui noſtrorum remigiis animorum.*

Ibid F. Quidam mſſ. *voluntas abſoluta* Sed familiare eſt librariis ſcriptoribus, ut pronuſcue voluntatem pro voluptate ſcribant & contra.

Col 1438. D. Edit & pauci mſſ *quicumque non confitetur*. alii plures ac probatiores, *quicumque ſpiritus*. &c.

Col. 1442. A Mſſ. aliquot, *nox eſt hujus diei vita.*

Col 1444. E. Rom. edit. *in ſocietatis concordiam conveniunt*

Col. 1448 A. Mſſ. nonnulli, *& in opprobrium operis pœna mandatur*

Col. 1449. C Quidam mſſ *excuſſa fructuum integeris*, &c.

Col. 1450. F. Rom. edit. *in Eccleſia poſſe ſalvari.*

Col 1454. F. Mſſ. aliquot, *dulciore muſto voluptatum ſuavitatem*, &c

Col. 1457 A. Nonnulli mſſ. *ipſa per fermentum*

Col 1472. D. *Vel anima eccleſiaſtica*, ultima dictio in Rom. edit fuerat amputata.

Col 1473 E. Rom. edit. *cui odor aeris* · melius aliæ ac mſſ. *cui odor aeris*; taxatur enim ſuperbum divitis faſtidium, qui naturalem aeris ſuavitatem adſcititiis odoribus corrumperent

Col. 1476. A. Eadem edit. *generatione Enoch ſecundum Lucam ponitur, qui raptus eſt.*

Col. 1477. A. Vet. edit. *reſurgentium Eccleſia, & ſancti ejus*. mſſ. *reſurgentium Eccleſia & ſancti ejus*. Rom. edit. *reſurgentium ſancti ejus.*

Col. 1478. F Mſſ. aliquot, *ſupra illorum fundamentum.*

Col. 1481. C Rom. edit. *qui ſe ad vetera ſtudia non reflexit.*

Col. 1482. B. Nonnulli mſſ. *ſi bonis conſulat*: quidam etiam, *ſi bene conſulat*. Neutrum ſatis commode.

Col. 1488. A. Pauci mſſ. *Patrem & Filium & Spiritum ſanctum confitetur.*

Ibidem. B Mſſ. aliquot, *in quo neceſſitas non eſt vindicandi*

Col. 1492. B Quidam mſſ. *nobilitatis vigente dignitate ſublimis*. alii nonnulli, *nobilitatis ingenuitate ſublimis.*

Col 1495. F. Mſſ. non pauci, *ſed generaliter unus Deus.*

Col. 1496. D. Mſſ. aliquot, *ut inoffenſa vollore felices obſequia*, &c.

Col. 1497 B. Iidem mſſ. *ne tranſverſariis greſſibus.*

Col. 1498. E. Mſſ. aliquot, *nec adulteres imaginem regis …. impiam commutationem ſuſcipiens.*

Col. 1499. D. Edit. *metiendorum limites*. Et infra, *non ſpatia mettreitur*. Mſſ *mutandorum …. mutaretur.*

Col. 1500 F Rom edit. *maturioribus ſarmentis quaſi brachiis.*

Col 1501 B Eadem edit. *Spirituſque ſanctus in hoc carcereum corpus infuſus, velut in altas demiſſus terrarum ſcrobes, aqua*, &c.

Col. 1502. C. Mſſ. aliquot, *abolere videatur, aſtimos ita eſſe debere, ſicut Chriſti ſimplex ſpiritus*

Col. 1507. E. Edit. *& omnes formas virtutis*. mſſ. *& omnes virtutes.*

Col. 1508. E. Mſſ. nonnulli, *inveniat pacem ſuper terram*

Col. 1509. C. Edit. & pauci mſſ. *non movemur preſſura. Et ſubjecit*. alii magno numero, *in* non in textu.

Col. 1521 B. Vet. edit. cum pleriſque mſſ. *timere non debet, ſed optare*. Rom. cum aliis, *timere debet, & optare.*

Col. 1517. D Vet. edit *conſequentia declarant*: Rom. *connexa declarant*. mſſ. *ſcriptura declarat.*

Col. 1527. E. Edit. *homines triumphatores* · mſſ. *homines triumphare*. ſed in quibuſdam omnimitur ſequentes duæ voces, *crux Domini.*

Col. 1529 A. mſſ non pauci, *de paſſione diſcedas*

Col. 1539 F Corb ſolus, *manum adhibere moribus* cui lectioni maxime favent ſequentia, *ſed vade … ad perfectiores.*

Col. 1540. D mſſ. aliquot, *ut ſpeciem bonis*, &c.

Col. 1541 D. Rom. edit. *qui fuerant ingreſſi in caſtellum cum Domino.*

Col. 1543. A Non pauci mſſ. *capitur apperien, ſed repugnantis*, &c.

Ibidem. D Edit. *& obſtructi erant ſepta parietibus* mſſ. *& conſtructi erant*, &c

Col. 1544 E. Edit. *intra conclave viſitantur…. convenerunt*, Amerb *convenerint* mſſ magno conſenſu nobiſcum faciunt, niſi quod legitur in nonnullis…. *revuſantur, ut fortiores…. convenerunt.*

ERRATA.

In Textu.

COl. 21. C. poſtquàm ſecuta, *lege* poſt quam ſecuta.

Col. 35. A. fluiſtis, *l.* fluitis.

Col. 108. D. diximus quam nateram, *l.* diximus quæ volatilia quam natetram.

Col. 146 A. quas pſalmavit, *l.* quas plaſmavit.

Col. 185. A. ſua præferat, *l.* ſua non præferas.

Col 533 D. venireetur, *l.* inveniretur.

Col. 607. B. emiſiſſes in cot, *l.* ſe miſiſſet in cor.

Col 608 C. alienigenæ non fœnerabis, *l.* alienigenæ fœnerabis.

Col. 635. B veniret in terra, *l.* veniret in terras.

Col. 651. D uſque à m, *l.* uſque à fœtu.

Col. 735. lin. 45. anni CCCXCIII. *l.* anni CCCXCVII.

Col. 768 A. omne genu ſigant l. omnes genu figant.

Col. 941. F. naves Tharſis, *l.* naves in Tharſis.

Col. 972. B. ſimplicitatis animantia ſpiritale, *l.* ſimplicitatis ſpiritale

Col. 1013. D. tale, inquit, & ſexaginta ſex, *l.* ſexaginta, inquit, & ſex.

Col 1262. B. Evangeliſtæ ſecundùm Johannem, *l.* Evangeliſtæ Johannis.

Col 1345. F. Et egreſſus eſt, *l.* Et regreſſus eſt,

Col. 1366. F. comparticipes nos, *l.* compotes nos.

In Margine.

Col. 737. circ. an. 381. *l.* non ultra an. 390.

Col. 765. an. 381. *l.* poſt an. 393.

In Notis.

Col. 38. Nota e. conſarcinarat, fuerint, *l.* conſarcinarat, per omnem fere terram fuerint …. Valleſtria

Col. 105. ſyllepſis, *l.* ellipſis.

Col. 342 e excepta Rom in qua. *l.* exceptis ultimis Pariſ. in quibus.

Col. 366. e edit. Rom. l. edit: quædam Pariſ.

Col 417. a. *delenda hæc verba*, & paulo infra affectus.

Col. 465 e. nihil ei novum ſuperfluum. *l.* nihil ei ſuperfluum.

Col. 484. c. Rom. edit l. edit. quædam Pariſ. idem, d. Rom edit *l.* eadem edit. & ſecundo verſu *dilectum reſervat* l. . *reſolvat.*

Col. 518 a. Rom. edit. contraxit. *l* edit. ult. Pariſ.

Col. 549. b. Edit. omnes, l. Edit. vet. *ac deleta parentheſi poſt verbum* veniamus *ſcribe*, Rom. edit. Igitur hinc ad convivia, &c.

Col. 611. b voces *& Rom. rejice* poſt Gill.

Col. 612 b punire. *l.* puniſve

Col. 627. a ſubjungit Rom *l* ſubjungunt quædam Pariſ. & idem b. favillâ Eadem Rom. *l.* favillâ. Pariſ quædam, &c.

Col. 738. a. cap. 80. *l.* cap. 8.

FINIS.

PARISIIS, Excudebat JOHANNES BAPTISTA COIGNARD, Regius Typographus, ac Bibliopola ordinarius, viâ S. Jacobi, ſub Bibliis aureis, 1686.

VAI 1530016



164
K.
3